
cision-
entio
r. III.









SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONUM RECENTIORUM

A PROSPERO FARINACCIO
J. C. Romano selectarum,

PARS TERTIA.

Cum Annotationibus PAULI RUBEI, & Decisionibus,
aliàs resecatis, suis locis integrè positis.

CUM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS Necessariis.



VENETIIS, M.DC.XCVII.
Apud Paulum Balleonium.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



INDEX DECISIONVM IN HAC TERTIA PARTE COMPREHENSARVM,

Alphabetico Ordine per Diœceses dispositus.

A

B

C

Clu-

D

E

F

G

H

I

L

M

N

P

Roma-

Roma-

V

Veli.



INDEX DECISIONVM

QVÆ IN HAC TERTIA PARTE RECENTIORVM CONTINENTVR,

Alphabetico Ordine per Materias digeſtus.

A

Abu-

B

C

Laure-

D

E

F

Æsina

G

H

Roma-

I

L

M

N

O

P

Roma-

Roma-

Noi Riformatori dello Studio di Padova.

Havendo veduto per atteſtato del Segretario noſtro nel Libro ſtampato in Roma l'anno 1645. intitolato, *Sacra Rota Romana Decisionum Recentiorum Pars Tertia*, non eſſervi cos'alcuna contro Principi, e buoni coſtumi, concedemo licenza, che poſſi eſſer ſtampato oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venetia, e Padova.

Dat. 23. Luglio 1696.

Ferigo Marcello Proc. Riform.

Aſcanio Giuſtiniano 2. Cav. Riform.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

SACRÆ



SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONVM RECENTIORVM A PROSPERO FARINACCIO I. C. Romano Selectarum.

Pars Tertia,

In qua Decisiones olim resecatæ, suis locis sunt integrè positæ.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Romana Census.

Veneris 8. Februarij 1577.

ARGVMENTVM.

Hęres etiam cum beneficio legis, & inuentarij tenetur soluere census existenti in quasi possessione illos exigendi, non obstante quocumque suo prætenso potiori, & anteriori credito.

SVMMARIVM.

1 *Possessori exigendi census si denegatur solutio; datur mandatum de manutenendo in sua possessione.*
2 *Possessorium manutentionis dicitur summarijssimum.*
3 *Authoritate propria sibi ius dicere, & possessorem turbare minimè licet.*
4 *Princeps iuris positiui solemnitatibus suppositus non est, aequat quadrata rotundis, & potest decernere, vt de solo petitorio, vel simul de eo cum possessorio cognoscatur.*
Defensionis termini præfixio, à supremo Principe nunquam prætermittitur, ibid.
5 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij numquid possit denegare solutionem censuum existenti in quasi possessione illos exigendi, sub prætextu quod sit potior, & anterior creditor.*
6 *Creditores vbi inter se contendunt de anterioritate, & potioritate, & sic in causa discussionis datur sententia graduatoria, data cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
7 *Ius possessoris non mutatur, nec variatur ex mutatione personarum.*
8 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non potest de bonis hæreditarijs retardare solutionem censuum existenti in quasi possessione exigendi eos.*
9 *Census in aliqua domo impositus sequitur quemcumque possessorem dictæ domus.*

DECISIO I.

1 MAior pars tenuit, quod Petronij, & alij, qui reperiuntur, sunt manutenendi in quasi possessione exigendi censum, in qua existunt: quia cùm semel fuerint in possessione, si denegatur solutio, aut alius fructus quasi possessionis, potest possessor etiam in istis incorporalibus retinere ciuilem possessionem, & adire iudicem, & petere, vt in primis manuteneatur in sua quasi possessione, seu statu, durante controuersia, secundùm Io. Fab. *in §. retinendæ nu. 21. de interd.* Florian. de S. Petro *in l. si fortè, §. sciendi circa medium, si seru. vend.* Ias. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas n. 23. de acqu. poss.* Socc. *in l. 1. n. 7. C. vti possid.* Afflict. *dec. 395. per totam,* Soc. *cons. 122. n. 16. in* 4. Ruin. *cons. 58. n. 6. in* 4. Marant. *in specul. iud. par. 472. n. 17.* Rebuff. *in tract. de decim. q. 9. n. 8. & super const. Regias tom. 3. tit. de caus. benef. possess. in præfatione n. 7.* Menoch. *de retinen. poss. remed. 3. n. 131. cum seqq.* & fuit resolutum in Placen. possess. *remed. 3. n. 131. cum seq.* & in Placentina decimarum, & in Lucana pensionis.

2 Quod remedium dicitur breue, & summarijssimũ possessorium, iuxta cons. Pauli de Castro 3. *col. 2. in* 2. Couar. *in prax. q. 117.* Menoch. *in tract. de retin. poss. c. vlli. n. 7. cum seq.* & admittit suspensioné petitorij, & non admittit exceptionem defectus proprietatis, quoniam non petitur aliud, quã manutentio durante lite, Ægid. *in c. pastoralis n. 31. cum seq.* Ferret. *in cons. 7. n. 3. cum seqq. in* 2. Plot. *in l. si quando nu. 99. 106. 112. C. vnde vi,* Neuiz. *cons. 81. nu. 16. cum seqq.* & fuit resolutum corã bon. mem. Oradino in Bonon. iurisdictionis 1596. est tamen in facultate istius, cui est denegata solutio, habere se pro spoliato, & tunc intentare remedium recuperandæ, vel si non habet se pro spoliato, intẽtare remedium retinendæ, vt suprà, & de vtroque ponit Bald. *in l. 2. nu. 44. C. de seruit.* Afflict. *dec. 395.* Ripa *in d. c. cùm Ecclesia Sutrina n. 9. de caus. poss.* Iacob. Venut. *in tractat. de annua præstat. 92. nu. 2.* Ideò cùm præsupponebatur, quòd Petronij sint in quasi possessione, vt aliquis ex ipsorũ adhærentibus, & suspenderint petitorium, debẽt in primis manuteneri in isto statu, durante controuersia prioritatis, & potioritatis.

3 Secundò, quia non licet priori, aut potiori, sicut cuicũque alteri proprietario, sibi ius propria auctoritate dicere, & possessoré turbare, capiẽdo absque citatione propria auctoritate possessioné quousque per viã agendi, vel præfixionis termini illa quasi possessio sit ab ipso possessore in petitorio euicta, *cap. consultationib.* & ibi not. omnes, *de iurepatronatus,* Calder. *consil. 23. de probat.* Rota *in antiq. de iurepatronat.* Ioan. de Selua *de benefic. par. 2. quæst. 7. num. 16.*

etiamsi proprietarius esset fiscus, Guidopap. *decis.* 366. vel esset ordinarius, qui visitaret, *cap. ordinarium*, *de offic. ordin.* vbi Gemin. Franc. & alij, vel esset delegatus supremi Principis, *cap. si quando*, *de rescript. & l. & si non cognitio, Cod. si contra ius, vel vtil. public.* & ibi Paulus de Castro *col.* 1. Anchar. *cons.* 240. *vol.* 1. *&* 2. Calder. *consil.* 4. *de dilat.* Neuiz. *d. cons.* 81. *num.* 13. & possessio illius possessorij esset confecta sine fomento iuris, *d. cap. licet Episcopus, de praebend. in* 6. vbi etiam Gemin. *in* 3. *&* 4. *notab.* latè Neuiz. *d. cons.* 81. *num.* 8. *cum seqq.*

4 Imò licèt supremus Princeps solemnitatibus iuris positiui non sit suppositus, & quadrata æquet rotundis, & ex potestate ordinaria possit tollere ius possessionis, & decernere, vt de solo petitorio, vel simul de eo cum possessorio cognoscatur, Abb. & alij per Capyc. *cons.* 69. *n.* 13. Aymon. *cons.* 182. *nu.* 13. *cum seqq.* id tamen nunquam facit in retinentibus possessionem, sed iam expulsis, & electis à possessione, & tunc id facit cum causa, & notum est, etsi intrusos ab occupatione quandoque liberet, & controuersias decidat, ac silentium imponat, id tamen semper facit saltem præfixo termino, & parte citata ad faciendas suas defensiones, *d. c. pastoralis, §. caeterum, de re iudic. l. vt vim, de iust. & iur. l. defensionis facultas, de iur. fisci lib.* 10. Calder. *in c. cum olim num.* 4. *de re iudic.* Soc. *cons.* 498. *in fin. & cons.* 578. *col.* 2. Hęc enim termini præfixio, vel interpellatio ad se defendendum nunquam prætermittitur à supremo Principe à quibusuis dispositionibus tertio præiudicialibus, Socc. *in l. si quis arbitratu n.* 30. *de verb. oblig. & cons.* 27. *n.* 11. *in* 3. Georgius *in Clem. saepe, §. & quia col.* 27. *& seqq. de verb. signif. c.* 1. *n.* 36. & ideò cùm isti possessores pluries exegerint censum, & hodie sint ad possessionem, nefas esset, quod hæres cum beneficio legis, & inuentarij, illis non auditis, posset propria authoritate sub prætextu, quod ipse est anterior, & potior, spoliare, & ius sibi dicere.

5 Non obstat, quòd quidquid sit in alijs possessionibus, tamen in annua præstatione moderni teneant contrarium in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, vt possit denegare soluere ex causa iusta, & legitima; videlicet, si est potior, & anterior creditor, concurrente iusta causa non spoliat, licèt deneget soluere, *c. querelam*, & ibi not. *de elect.* quoniã opinio istorum modernorum posset procedere, vbi ille, qui erat in quasi possessione, propter denegationem hæredis habet se pro spoliato, & agit de spolio, tunc enim hæres, si esset anterior, & prior, rectè posset dicere, non spoliaui te, qui ex iusta causa denegaui soluere, & ita fuit resolutũ corã bon. mem. Grato 1565. in vna .... vbi beneficiatus, qui per plures annos soluerat pensionem, & quia non potuerat habere possessionem beneficiorum, denegauit soluere, fuit dictum, quod causa erat iusta, & illa percutiebat, & absorbebat petitorium, & possessorium; & sic nullũ erat commissũ spolium, vt in istis terminis intrant allegata per illos modernos, & per informantes Domini Alphonsi: diuersũ tamen est, vbi possessor non habet se pro spoliato, sed retinet eandem possessionem, & adit iudicem, & prętendit nullam adesse iustam causam cessandi à solutione, & suspendit petitorium, & petit in primis manuteneri in possessione, in qua existit, durante controuersia de iusta causa, prout contingit hic; tunc enim intrant supradicta pro istis creditoribus adducta, quod non liceat propria authoritate sibi ius dicere, & possessorem spoliare, sed possessor est manutenendus in sua possessione durante controuersia, & si illi moderni senserunt contrarium, tamen illorum opinio non potest de iure sustineri, vt tenebant Domini.

6 Non obstat, quòd ex resolutionibus factis, hypotheca Domini Alphonsi, quia iam vltra quòd non est finita liquidatio vera, præsertim circa valorem bonorum maternorũ, & auitorum, & nihil est actum, donec superest ad agendũ, tamen nondum liquet, quod bona quondam Pauli Antonij non sufficiant ad satisfaciendum Alphonso, & istis creditoribus, qui sunt in quasi possessione exigendi hos census, presertim data cautione de restituendo anterioribus, & potioribus creditoribus iuxta facultates Alphonsi, quæ sunt etiam Rotæ concessæ, & tantò magis cum sumus in causa discussionis, in qua datur sententia graduatoria, & non dicitur constare de non iure, quousque potest constare de iure, Ægid. *cons.* 103.

7 Non obstat, quòd isti hæredes non sint in possessione exigendi istos census à D. Alphonso; nam respondebant Domini, quod ius metitur à possessore, quod non mutatur, nec variatur ex mutatione personarum, Guidopapæ *decis.* 229. & fuit pluries in Rota resolutum.

Non obstat, quòd confecto inuentario hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, quia non dicitur, quod Alphonsus soluat de suo, sed de pensionibus domorum, super quibus est impositus census, in cuius possessione exigendi existunt isti creditores, qui non sunt turbandi in sua possessione, non obstante exceptione inuentarij. 8

Non obstat, quòd Alphonsus est in possessione istarum domorum, & nec ipse est spoliandus, vel turbandus in dicta possessione. Primò, quia Alphonsus dicitur in possessione istarũ domorum cum sua causa, & sic cum illo onere rei soluendi census istos, Paul. *in l. priuilegia, C. de sacros. Eccl.* Dec. *in c. Ecclesia S. Mariae col.* 20. *n.* 53. *vers. non obstant infra allegata per Bart. de constit. & in c. nouit col.* 7. *n.* 12. *vers. sed contra istam ampliationem.* Secundò, quia in istis fructibus isti creditores sunt anteriores possessores, & possessio Alphonsi iunior dicitur clãdestina, turbatiua, & sine fomẽto iuris, iuxta not. *in c. licet causam, de probationibus*, ideò nullius est considerationis hęc allegata possessio Alphonsi. 9

Non obstat, quòd potest peti separatio bonorũ, & quod adsunt alij creditores qui prætendunt se esse anteriores, & potiores, quoniam interim isti possessores sunt manutenẽdi in sua quasi possessione exigendi, in qua existunt. 10

R. P. D. DE RVBEIS.

Metẽn. Canonicatus.

Veneris 8. *Nouembris* 1557.

ARGVMENTVM.

Concordata Germaniæ non impediunt, quin Papa præueniendo possit iure suo conferre. Non tamen iis intendit Papa derogare per gratias præuentiuas.

SVMMARIVM.

Concordata Germaniæ non tollunt, quin Papa possit praeueniendo conferre etiam in mensibus Ordinarij, nec censetur per ea Papa sibi ligasse manus, n. 1. *&* 3.

Papa est Ordinarius Ordinariorum, & per reseruationes multò maiorem potestatem sibi retinuisse dicitur, quàm dederit Ordinarijs, num. 1.

Concordatis Germaniae Papa non intendit derogare per gratias praeuentiuas, n. 1.

Decretum irritans, de quibus in concordatis Germaniae, non ligat Papam, cùm ibi non dicatur, per Nos, n. 2.

Interpretatio per quam plures decisiones Rotae subuerterentur, non est admittenda, num. 4.

DECISIO II.

IN vna Metẽn. Canonicatus, & præbendæ inter Nicolaum Bursari, & Renatum Brosardum, petebat dictus Nicolaus canonizari gratiam suam, quam sufficienter iustificauerat: contra autem D. Renatus, qui erat in possessione, petebat se absolui sub prætextu, quod obstarent concordata Germaniæ: nam Canonicatus, de quo agitur, vacauerat de mense Octobri, qui secundum dicta concordata, est mensis Ordinarij Collatoris, & propterea dedi dubium, an concordata Germaniæ (quorum copia Dominis detur) obstent in casu, de quo agitur, & die Veneris 8. Nouẽbris fuit conclusum, quòd concordata non obstant, quominus Papa in mensibus Ordinariorũ possit prouidere, & sit locus preuentioni; nam huiusmodi concordata tollunt tantùm obstacula gratiarum prȩuentiuarum, & reseruationum, vt patet ex verbis, & tenore ipsorum concordatorum, ibi, *quod per quamcumque aliam reseruationem, & gratiã*, & ibi, *quod minus de illis, quæ vacabunt, & relinquent Ordinarios Collatores in eorũ iure ordinario*, vt ex decis. Cassad. *vnica, de pactis*, & ideò Papa non censetur sibi ligasse manus, vt in dictis sex mensibus Ordinariorum non possit conferre, cùm ipse sit vniuersalis Ordinarius, *c. per principalem, & c. cuncta per mundum, 9. quaest.* 3. Staphil. *de grat. & potest. at. pag.* 3. *num.* 7. Sarnen. *in procem. reg. qu.* 2. *num.* 7. *ad fin. vers. considerata etiam persona ipsius Papae*, vt benè per Abbat. *in c. quia diuersitatem num.* 5. *de concess. praebend.* vbi quòd Papa etiam (cessante negligentia Ordinarij) potest cùm eo concurrere, & de beneficijs prouidere, multò enim maiorem potestatem sibi retinuisse dicitur, quàm dedisse Ordinarijs, *cap. dudum, de praebendis lib.* 6. & hanc opinionem tenuit Rota etiam per Simonett. *decis.* 8. in recollectis manu eiusdem scriptis existentibus penes R. P. D. Scipionem 1

Lan-

Lancellottum, & ita etiam nostro tempore Domini concluserunt in vna Colonien. Canonicatus, & præbendæ coram bon. mem. D. Fabio Accorombono tunc Rotæ Decano sub die 13. Ianuarij 1559. & fuit allegata decisio Antonij Augustini tunc Rotæ Auditoris *lib. 3. dec. 165.* per Put. *decis. 3. & 4. de priuil.* & secus esset in gratijs præuentiuis, in quibus Papa non intendit derogare concordatis Germaniæ, vt per Crescentium *dec. 55.* Vnde cùm tractetur de canonizanda gratia per obitum, cessat omnis difficultas.

2 Non obstat quod in dictis concordatis adsit decretum irritans, quoniam illud decretũ non ligat Papam,
B infrà num. 161. B cùm non dicatur etiam per Nos, & ita fuit conclusum in causa Leodien. Canonicatus, & præben. coram R. P. D. Lancellotto sub die 2. Decemb. 1573. & ita Rota seruat, neque faciunt illa verba, de quibus in Concordatis, ibi, *per nos, vel authoritate nostra*, videlicet quia loquuntur de gratijs præuentiuis, vt supra dictum est.

3 Prout non obstat, quod concordata habeant vim pacti, & quòd Papa non intendit illis derogare, quia motiuum procederet in gratijs præuentiuis, vel si Nicolaus fundaret se in reseruationibus, de quibus concordata loquuntur; sed cùm gratia Nicolai sit per obitum, non est opus aliqua derogatione concordatorum,
C infrà num. 170. C quia Papa vtitur iure suo, & Ordinarius Collator non impeditur conferre, & per consequens est locus præuentioni inter eos, per supra allegata; facultas enim ista data Ordinarijs quoad sex menses, non intelligitur priuatiuè quoad Papam, sed cumulatiuè, Staphil. *in loco sup. cit. n. 8. & ibi in addit.* & faciunt quæ habentur per Dec. *in cons. 3. n. 3.*

4 Pariter non obstat, quod Concordata videantur loqui etiam de alijs gratijs, quàm præuentiuis, per illa verba, *aut quamuis aliam dispositionem*, videlicet quia secundùm interpretationem Rotæ, vt in decisionibus allegatis, illa verba debent intelligi de depositionibus similibus, & sic de gratijs præuentiuis, cùm supra dicatur de gratia expectatiua, & inferius dicatur, *tunc vocabunt*, aliàs subuerterentur tot decisiones Rotæ, quod non est dicendum, *l. minimè ff. de legib. l. in causis de re iudic.* Nec quicquam facit illud verbum *liberè*, quia intelligitur (retentis ijsdem terminis,) & sic quoad gratias præuentiuas, vt per Cassad. *dec. 3. de priuil.* Rursus non obstat, quòd in gratia Nicolai dicatur, *dummodo prouisio hac vice ad nos pertineat*, quoniam satis verificatur ex eo, quod ad Papam, tanquam Ordinarium, pertineat prouisio in omnibus mensibus, per ea, quæ supra deducta sunt. Postremò quod Papa in mensibus Ordinariorum soleat difficilius prouidere, tollitur, quia obiectio potest procedere, si in gratia Nicolai non fuisset expressus mensis vacationis, vel falsò fuisset expressus, quod cùm factum non fuerit, apparet de intentione Papæ, quod voluit concurrere cum Ordinario. Vnde non datur defectus intentionis, & per consequens gratia tenet, ex quo de potestate non est dubitandum. Et ex his Domini concluserunt concordata non obstare in casu illo.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS
Ad decisionem II.

Aduerte, benigne Lector, dum sub eodem numero adsunt plures alij numeri, primus deseruiet pro §. & sequentes numeri sunt illius tantùm §. vt notatum vides.

§. 1 *Papa est quasi Deus in terra, vnicus Christi fidelium Princeps, Regum omnium Rex maximus.*

1 *Papa est Oraculum Cæli, & Dictator Diuinus &c.*

2 *Papa est Stella Polaris nauigationis Christianæ ac plenitudinem potestatis obtinens.*

3 *Papæ à Deo immortali commissa sunt iura terreni simul ac Cœlestis Imperij.*

Imperator Iustinianus in l. 4. C. de Summ. Trinit. reddit debitum honorem Romano Pontifici Ioanni I. illique significat eius filialem affectum.

Seque appellat vltimum seruum Dei, & Ecclesiæ.

4 *Imperium gubernantes, sincerè submittunt capita sua Pontificibus, vt dixit Valentinianus Augustus.*

Imperator Ecclesiam Romanã, & illius Summum Pontificẽ exaltare tenetur, prout asseruit Otto Imperator, n. 3.

Romani Pontifices, tanquam Vicarij Filij Dei in terris Principatus potestatem obtinent, n. 3.

5 *Filius Dei, sicut ipse à Patre accepit Ecclesiæ, & Gentium sceptrum, & potestatem super omnem Principatum, vt ei genua cuncta curuentur, sic B. Petro & Successoribus plenissimè commisit.*

6 *B. Petro & eius Successoribus Filius Dei vbique terrarum concessit potestatem, & homini mortali omnium, quæ in Cœlo sunt, dedit auctoritatem.*

7 *Romani Pontificis talis est plenipotentia, vt si consideretur, opus est exclamare cum Isaia:* Quis vnquam audiuit talia? vel quis vidit his similia?

8 *Ecclesia Romana, non ab Apostolis, vel ab alia terrena sententia fuit fundata, sed ab ipso Deo Factore Cœli, & Terræ.*

9 *de Papæ potestate verba facere nihil aliud est, quàm Solem ipsum intueri, & detrimentum visus accipere.*

10 *Materiam æquam viribus suis quilibet cautè sumat, & vide n. 11. & 12.*

§. 2 *Papa vtriusque potestatis apicem tenet, scilicet spiritualis ac secularis, hoc illo disponente, qui est Rex, & Sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech.*

Et hanc communem opinionem amplexi sunt grauissimi Doctores doctrina & auctoritate summi, tam in scientia Diuina, quàm in Iure Pontificio, atque Imperiali, vt hoc §. 2. 4. 2. & 3

4 *Papa habet vtrumque gladium, & ipsius est terra, & plenitudo eius.*

5 *Christus in hoc mundo, vtramque iurisdictionem exercuit, scilicet flagellis eijciendo ementes, & vendentes de Templo, & mulierem in adulterio deprehensam absoluendo, &c.*

Quam iurisdictionem ipse B. Petro, eiusque successoribus commisit.

6 *Papa, quod habeat vtrumque gladium, quilibet Christianus tenere debet, & quare.*

§. 3 *de Papæ potestate super vtroque gladio, cùm hodie habeamus definitionem Ecclesiæ, quis certè valde audax esset, si non pertimesceret contrarium asserere.*

§. 4 *in Papa negare vtriusque gladij potestatem an sit sapere heresim.*

Dans Poeta celeberrimus, quare quasi tanquam hereticus sit damnatus.

Maligni ab Ecclesia sunt spirituali simul ac temporali gladio insequendi, & vide n. 2. 3. 4. & 5.

6 *Papa, vt habeat vtramque potestatem, alteram in actu, & alteram saltem in habitu, nemo ex DD. Catholicis, tam in sacra Theologia, quàm in vtroque iure, id negat.*

7 *Papa iurisdictionem in spiritualibus tenet vbique ex sententia irrefragabili Christi Domini, dum æternæ vitæ Clauigero dixit:* Et quodcumque ligaueris super terram, &c. *atque n. 9.*

8 *Verbum* quomodocumque *nihil excipit, & est adeò effrænata natura, vt nullo obice contineri possit, quominus omnia comprehendat.*

10 *B. Petro & eius successoribus Christus subiecit omnes & quoscumque fideles, dum dixit:* Pasce oues meas.

11 *Reges omnes, Principesque venerantur, & colere tenentur Romanum Pontificem; & adducuntur Vaticinia Isaiæ Prophetæ:* Reges eorum ministrabunt tibi, *& mox:* Gens & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit.

12 *Reges obedientiam Papæ præstant non serudi metu, sed charitatis affectu; non timore pœnæ, sed amore Iustitiæ.*

13 *Papa vocat Reges filios charissimos & dilectissimos.*

Papa vocat Imperatorem filium gloriosissimum, & aliquando clementissimum &c. n. 13.

14 *Romano Pontifici necesse est subesse, & qui hoc negat, est hereticus; quia est contra articulum fidei,* Et vnam sanctam.

15 *Negans amplitudinem potestatis Romani Pontificis, simul negat esse Christianum.*

16 *Papæ potestatem nemo audet contemnere, quia non vt homo, sed vt Deus ligat.*

de Papæ potestate dubitans, dubitat de fide Catholica, & est censendus sacrilegus.

17 *Papæ tanta est maiestas, vt sola reprehensione homines mortui sint.*

18 *Hæreticorum opinionem fetentem, & sceleratam illam, vt Papæ non videtur parendum, ex quo, vt ipsi temerariè asserunt, nonnulli ex eis fuerunt mali, hinc Deus præuidendo eis respondit apud Matth. cap. 23.*

19 *Papa, quamvis malus esset, dicendus est bonus, & quidquid facit, ad bonum finem præsumitur agere.*

20 *Dignitas officij damnanda non est propter exercentium peccata, quam sententiam prudens Cato contra Marcum Tullium optimè defendit in Senatu Romano, & ipse Cato victoriam reportauit.*

21 *Dignitate quamquam multi abutantur, non ex hac causa maculata remanet dignitas ipsa, & n. 22.*

23 *Medici quot facti sunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt, & tamen ars medica non vituperatur, sed ea male vtens.*

Nautæ quot malè rexerunt nauigia, non verò ars nauigandi mala est, sed illorum animus.

24 *Consequens qui ponit, censetur etiam ponere omne necessarium antecedens.*

25 *Papa solus potest ius diuinum declarare, ac certitudinaliter interpretari.*

Imperator, nec alius supremus Princeps sæcularis ius diuinum potest declarare.

26 *Papa in spiritualibus, & inde dependentibus fiscum generalem habet in toto Orbe.*

27 *Papa iurisdictionem temporalem, quam vbique tenet habitu & potentia, tunc deducit sine dubio ad actum & exercitium, quando est necessaria ad consecutionem finis supernaturalis.*

28 *Papa tunc deducit ad actum iurisdictionem temporalem, quam in habitu in Orbe tenet, si tractetur de conseruanda maiestate Ecclesiæ, ac decore, pluraque vt hic.*

29 *Caro vniuersa subest Papæ, & n. 30.*

31 *Papa compellit Princeps ad conseruandam pacem.*

32 *Pax est vinculum charitatis.*

33 *Papa compellit omnes ad seruandum iuramentum.*

34 *Item ad seruandum votum. Item ad sumendum coadiutorem. Item coercet assassinos.*

35 *Papa cogit Medicos quoscumque ne posteà infirmos visitent, si in graui infirmitate constitutos, peccata non fuerint confessi, n. 36.*

37 *Papa vbique duellum omnibus inhibet.*

38 *Papa absoluit vasallos quoscumque ex causa à vinculo iuramenti fidelitatis.*

ad Romanum Pontificem à Rege non recognoscente superiorem appellatur, ipsumque compellit ad seruandam iustitiam, n. 38.

39 *Papa Principibus sæcularibus omnibus potest præcipere, vt cogant Hebræos ad remittendas vsuras Christianis.*

40 *Vsuræ exercitium Princeps sæcularis non potest concedere Hebræis in suo dominio absque summi Pontificis expressa licentia & assensu.*

41 *de Carolo Emmanuele Duce Sabaudiæ refertur casus, qui vti Pius & Catholicus Princeps, non prius antiqua priuilegia Hebræis concessa in eius dominio quoad exercitium vsuræ, confirmare voluit, nisi prius obtento assensu à Papa.*

42 *ad Papam solum spectat declarare, an aliquis contractus sit licitus, nec ne.*

43 *Consules & Defensores Mercatorum Ciuitatis Barchinonensis, & Principatus Cataloniæ quid supplicarunt Summo Pontifici in materia constituendi cambia, & num. 44.*

45 *Cambiorum natura repugnat, vt eorum interesse sit certum, nec ab initio potest taxari.*

46 *Papa solus in matrimonialibus causis habet omnimodam & generalem auctoritatem.*

47 *Papa contra omnes executores piarum voluntatum potest procedere, & compellere eosdem, vt effectualiter, & plenariè officium proprium exequantur.*

48 *Papa potest disponere contra vltimas testantium voluntates, & sic ex causa eis derogare.*

¶ §. 5 *Papa ita se habet quoad Reges, sicut architectus ciuilis ad artifices Ciuitatis.*

1 *Papa diuina auctoritate habet vtrumque gladium.*

2 *in Potestatis plenitudine Papa etiam potestatem vtriusque gladij accepit.*

3 *Papa appellatur Dominus totius Mundi, & non mirum, quia Dei vices in terris gerit.*

4 *Papæ potestas vtriusque gladij est originaliter in eo.*

5 *in Papa & Romana Ecclesia dicitur esse Imperium & omnis Principatus.*

6 *Papa est summus Sacerdos & Rex.*

7 *Papa habuit iurisdictionem spiritualem & temporalem à Christo, videlicet spiritualem, vt tanquam summus Sacerdos, illam solus exerceat.*

8 *Temporalem verò, vt exercere illam faciat, & habitu illam habeat, exercitio autem certis casibus maioribus, & in casibus necessarijs.*

9 *Et reprobatur illud, quod falsò asserunt multi per simplicitatem vel malitiam, Papæ iurisdictionem restringi ad Ecclesiastica & spiritualia.*

10 *Papa, vt nos omnes Catholici vno ore & corde fatemur, & tenemus, habet Mundi Principatum, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce tenuit, & tenebit.*

11 *Papa potest omnia, quæ potest Deus; & est culmen cunctorum.*

12 *Papa est omnia, & super omnia.*

Papa vbique dominatur, & ipse nemini subest, n. 12.

13 *Pater omnium Catholicorum est Papa.*

Papa habet plenitudinem potestatis, & ipse deponit Imperatorem §. 5. n. 6.

14 *Papa est totum continens, idest omnia, iuxta illud:* Cæsar omnia erat.

15 *Papa verè habet temporalem etiam potestatem in toto Orbe, & est omnium Iudex.*

16 *Papa habet vtriusque gladij potestatem, & ista est communis, communior, verior, receptior, ac sine dubio obseruanda opinio, validissimisque rationibus vallata.*

17 *Papæ vtriusque gladij potestas non est in dubium reuocanda, cum id sit decisum, & vide n. 18.*

19 *Papa hodie tenet Mundi Monarchiam, & habet vtrumque gladium.*

20 *Papa est Vicarius Christi, non solum in quantùm Christus fuit Ecclesiæ Prælatus, sed etiam in quantum est Orbis totius Dominus.*

21 *Patres omnes tam Græci, quàm latini qui adfuerunt in Concilio Florentino, collatis omnium auctorum libris, vnanimiter decreuerunt, quod* Romanus Pontifex in Orbe vniuerso tenet Primatum, & est verus Christi Vicarius, & omnium Christianorum Caput, & Doctor.

22 *Ecclesia Græca agnita veritate, rediit ad vnitatem, & ad gremium dilectæ Matris S. Romanæ Ecclesiæ, pro qua celebri vnione iubilauit Deo omnis terra.*

Paries, qui Occidentalem, & Orientalem Ecclesiam diuidebat, de medio sublatus fuit de anno 1439. sub Eugenio IV.

23 *Armenici Populi, qui per Septentrionem, & per Orientem in magna copia diffusi sunt, tanquam oues erratica, post nongentos, & amplius annos ad deliciosas caulas Ecclesiæ Romanæ repedarunt, de anno 1439. sub Eugenio IV.*

Iacobita gens, quæ in partibus Orientis occupat magnam partem Asiæ, & terram Mambræ, vsque ad Indiam, &c. fidem, & charitatis vinculum Ecclesiæ Romanæ stabiliuit de anno 1441. sub Eugenio IV.

23 *Romani Pontificis potestas nedum est circa Cœlestia, Terrestria, & Infernalia, sed etiam super Angelos, quorum ipse est maior.*

Angeli dato pro possibili, vt errare in fide possent, Papa eos coercere, & excommunicare posset.

24 *Papæ auctoritas maior est, quàm Sanctorum.*

Contra Papæ auctoritatem nec Hieronymus, nec Augustinus, nec alius sacer Doctor suam opinionem defendit.

25 *Papæ magis est obediendum, quàm cuicumque Apostolo resurgenti.*

26 *Contra Papam, si totus mundus sentiret in aliquo negotio, potiùs inhærendum est opinioni Papæ, quàm totius mundi.*

27 *Superior & inferior si iubeant contraria, obediendum est superiori.*

28 *Papa impossibile est vt mentiatur, quia non puri hominis, sed viri Dei in mundo legatione fungitur, in his tamen quæ facit vti Papa.*

Papa quando determinat aliquid, non vti persona pri-

priuata, sed tanquam caput eo modo, quo decet, exemptus est ab illo infami axiomate generis humani, Omnis homo mendax.

29 Papa licet tanquam particularis persona possit errare, tamen id de facili non est præsumendum.

Cathedra beati Petri aut Sanctum inuenit, aut sanctum facit.

30 Papa multo magis licitum est sibi arrogare cæleste arbitrium, cum sit Vicarius summus cælorum factoris, quam terrenis Principibus.

31 Papa quidquid facit, ab ore Dei videtur procedere.

32 à Papa in materijs fidei tanquam ad Solem intendere debemus.

33 Romani Pontifices illo singulari priuilegio donati sunt, vt sicut hactenus non errauerunt in fide, ita in sæculum sæculi non errabunt, & vide num. 35. vsque ad 40.

34 Deus præuidit, quod eius Ecclesia conculcaretur à Tyrannis, laniaretur ab Hæreticis, & à Schismaticis scinderetur, & quid super hoc dixerit beato Petro.

40 Romana Sedes quamuis abhorrendis & pessimis ventibus aquilonaribus fuerit agitata, semper tamen in fide gloriosè vicit, triumphando de aduersarijs, quare intrepidè asseratur, Digitus Dei est hic.

41 Ecclesia omnes ferè nationum, & prouinciarum etiam illa, quibus Apostoli præfuerunt, sæpè fuerant infecta à pestilentia hæresum, & referuntur nonnulla Ciuitates, Prouinciæque.

42 Roma tamen seruata fuit incolumis, vti fidei magistra, veritatis alumna, omnium errorum expers, vnica, immaculata, & intacta permanet.

Et sic firma manet promissio Saluatoris nostri, vt Nec portæ inferi præualebunt aduersus eam.

Romana Ecclesia magnum lumen quando extinguetur, adueniet finis, & interitus rebus humanis, & sic machina Orbis terrarum dissoluetur, n. 42.

43 Romana Ecclesia Organo & lumine mediante est, & erit Christus nobiscum vsque ad consummationem sæculi, vt non deficiat fides illius.

46 Romani Pontificis varia gloriosa nomina, & dignitates ex S. Bernardo referuntur, n. 44. & 45.

Romanus Pontifex solus habet omnes dignitates, quas antiqui Patriarchæ habuerunt, num. 34. & vide num. 46.

¶ §. 6 Iustinianus Imperator in l. 4. C. de summ. Trinit. reddit debitum honorem Sedi Apostolicæ, &c. ac referuntur eius verba.

7 Carolus Magnus Imperator quàm reuerenter locutus sit de sancta Romana Sede, & qualiter Carolus V. pariter Imperator, n. 21.

Octauianus Augustus suasu Sibyllæ Tiburtinæ adorauit Saluatorem nostrum, cuius Papa est Vicarius, ibidem.

Octauianus Imperator Romanorum, primus fuit qui Christum, eiusque gloriosam Matrem adorauit, num. 7.

8 Sibylla suadente, quòd Octauianus Augustus adorauerit Saluatorem nostrum, quomodo id veniat intelligendum, cum de tempore Augusti, longè anteà Sibyllæ omnes defunctæ erant.

Oraculum Apollinis nato Christo amplius responsa non dedit, idque ipsum dixit Octauiano Augusto, qui Augustus posteà in Capitolio aram erexit Primogenito Dei, n. 8.

9 Rex Alexander Magnus superbissimus, qui se tanquam Deum adorari volebat, dum associatus erat à Regibus, & iratus expugnare intendebat Hierusalem, obuiam sibi videns Iudæum Summum Sacerdotem, ipsum honorauit, Deumque nostrum in eo adorauit, &c.

Alexander Magnus interrogatus à Regibus, cur Sacerdotem Hebræorum adorasset, respondit, se non eum, sed ipsum Deum adorasse, cuius ille summus erat Sacerdos, n. 9.

10 Attila Rex Hunnorum sic fastosus erat, vt ex arrogantia quadam Flagellum Dei vocari se iusserit.

Valentinianus II. Imperator indignam planè Christiano Principe edidit sanctionem, in qua abstulit iudiciale Episcoporum Tribunal, &c.

Quàm enim iniqua & impia fuerit tota illius sanctio, lata à successore Marciano Imperatore huic contraria lex demonstrat, n. 10.

11 Valentinianus II. Imperator post latam legem, qua abstulit tribunal Episcoporum, nulla cesserunt ei prospera, sed aduersa cuncta, & in deterius sunt ei lapsa, ipseque demum miseranda interitu perijt.

Principes sæculares aduertant, si felicitatem desiderant in rebus ad Ecclesiasticos pertinentibus non se immiscere, n. 11.

12 Valentinianus II. Imperator infelix indiguit Papæ præsidio, cuius anteà humiliauerat potestatem.

Papam dum Valentinianus Augustus comprimere voluit, Deus ipsum Papam supra Reges, & quidem immanissimos exaltauit, & quomodo, ibid.

Leo Pontifex Maximus, Attilam Regem Hunnorum iamiam se inferentem victricibus armis in Vrbem, diuina eloquentia coegit, vt cursu citato extra Italiam, & vltra Montes ad Istrum, non amplius rediturus abiret, ibid.

13 Diuinitati resistere, vel in superos bellum inferre humanæ facultatis par non esse, fassus fuit superbus, & barbarus Rex Attila, postquam verba habuit cum Leone Papa.

cum Leone Papa statim vt locutus fuit Rex Attila, qui nulli hominum generi parcebat, vix præ timore verba proferre poterat, n. 13.

14 Rex Attila tam barbarico tumebat humore, superbissimè pungi se iussit, & quomodo.

in Rege Attila immanissimo, vnde tanta de Deo sententia, vt obuianti sibi Romano Pontifici putauerit esse cedendum, fugamque arripiendam, ibid.

Luitprandus Rex Longobardorum, cum statum Ecclesiæ inuasisset, eum alloquendo Zacharias I. Romanus Pontifex, totus eiusdem auctoritate commotus.

Animum ferum deposuit, & quæ iniustè abstulerat, totus in mansuetudinem conuersus incunctanter Vicario Christi restituit, n. 14.

15 Theodoricus pessimus Rex Arianus, dominator omnibus Italiæ Prouincijs in nihilo diminuit Romani Pontificis supremam auctoritatem.

Liberè permittendo, vt Papa pro eius arbitrio, absque vllo implorato ab eo consensu literas dimitteret legationes ad Italiæ Prouincias corrigendas, ibidem.

Romani Pontificis supremam auctoritatem Barbari, Arianique Reges venerati sunt, relinquendo, vt cum plenissima libertate Sedes Apostolica Iura sua exerceret, n. 15.

16 Ecclesia Catholica sæpè ingemiscit sub Principibus Orthodoxis, suis vbique iuribus spoliata, quæ sub aliquibus Principibus hæreticis libera, & secura, suo decore splendoreque fulgebat.

Imperatores Augusti supremam Papæ potestatem non tantum scriptis, sed etiam factis ipsis agnouerunt.

§. 17 Iustinus Imperator, venientem ad se Ioannem Papam pronus in terram adorauit. ¶

Iustinus Imperator Orthodoxæ Religionis fautor fuit egregius.

1 Iustinus Imperator iubilans recepit Ioannem Romanum Pontificem, ex eo quia videre meruit in suo Regno Christi Vicarium.

2 Et cum eo exultauit totus Clerus, qui obuiam Papæ cum cereis, & Crucibus venit, ac omnes Ciues, quoniam in suis partibus summum Dei Sacerdotem suscipere gloriari poterant.

Iustinus Augustus coronatus fuit in Imperatorem à Ioanne I. Summo Pontifice.

3 Iustinianus Imperator Iustini filius obiurgatus ab Agapito Rom. Pont. eum esse alterum Diocletianum, æquo animo id tulit, & deposita propria opinione, se ipsum totum ad Papæ voluntatem libenter conformauit.

4 Iustinianus Imperator præclarum Christianis Principibus exemplum reliquit paternas Christi Vicarij monitiones, & obiurgationes æquissimo animo ferre.

5 Iustinianus Imperator Constantini Cæsaris plius, exquisitissimis honoribus recepit Constantinum I. Romanum Pontificem, & ipse Augustus vultum in terram proyciens, pedes Papæ venerabundus osculauit.

Et lætitia magna facta fuit in populo omnibus aspicientibus humilitatem tanti Principis.

6 Imperatores dubium non est, quin osculando pedes Romanorum Pontificum, eos religiosè fuerint suMmatis, ob eam dignitatem, quam ipsi Pontifices a Christo susceperunt.

7 Sigismundus Cæsar, dum aderat in Concilio Constantiensi, & ibi creatus esset Martinus V. in Romanum Pontificem, pro veneratione & gaudio ad Sedem occurrens, eumdem humeris extulit, atque substinuit.

8 Ludouicus II. Imperator, Nicolaum I. Romanum Pontificem reuerenter suscepit, ita vt ipse Augustus pedestris tenere frænum equi Pontificis apprehendens duxerit quantum sagittæ iactus extenditur.

9 Idemque fecit, Papam ad Vrbem reducendo, ipse equo descendens, & iterum pedester equum Pontificis trahens, obtulit tamen melliflue gratulantes.

10 Constantinus Imperator beato Siluestro Papæ gladium tradidit, & insignia regalia, in signum subiectionis.

11 Imperium ab Ecclesia dependet.

12 Papa inungit, approbat, & confirmat, ac coronat electum in Imperatorem, & ab eo iuramentum recipit, eumque ex causa deponit, ibid.

13 Imperium ab Ecclesia non pendere, est opinio Dantis Poetæ in sua Monarchia lib. 3. de qua non est curandum, & quare.

14 in Siluam horridam quis timet immittere falcem. Spernendus est potius quam confutandus ille, qui est defensor mendaciorum.

15 Contra negantes principia, secundum Aristotelem, non est arguendum.

Poetæ miranda canunt, sed non credenda.

Poetarum solitum est fingere.

Plato legem tulit, ne Poetæ præter à Iure permissa fingere possent.

16 Imperator vt non recognoscat Papam in superiorem, fuit lapsus perniciosus & miserandus Aaton. de Rasell. cum loquatur contra aperta Iura ac euidentes rationes: Atque ipsemet tuto prophetauit se in hoc derisum iri.

17 Tenendum est indubitanter id quod omnes opinantur, cum pessime loquatur, qui contra omnes loquitur.

¶ §. 18 Post Christi aduentum Imperia & Regna omnia Christi fuerunt, & nunc ab eius Vicario procedunt, & pendent.

1 Nemo supra Papam potest poni, cùm ipse tanquam Vicarius Christi sit omnium caput, & aliàs velle dicere, est contra stimulum calcitrare, & dare caput ad Montem Murellum.

Imperialis auctoritas secundum Catholicam veritatem ab Ecclesia pendet, cui Imperator iurat fidelitatem.

Ioannis Huss memoria fuit damnata in Concilio Constantiensi, & quare.

2 à Papa translatum fuit Imperium à Græcis ad Germanos, & vsque adhuc ibi firme manet, nec commouebitur, dum manet fundatum super immobilem Petram Apostolicam.

Papa tanquam sapientissimus Architectus post idipsum stabilium Imperium apud Germanos, adinstar Sapientiæ cap. 9. Domus septem suffultæ columnis: totidem ad perennem Imperij firmitatem constituit perpetuos Electores, n. 2.

Electores Imperij, qui à Clemente V. Pont. Max. fuerint constituti, referuntur.

3 Omnino optimè roborata, est tanquam Ciuitas munita, de qua dixit Dauid in Psalm. 59. Quis deducet me in Ciuitatem munitam? Nonne tu Deus?

4 Leo Papa III. antea translatum Imperium ab Oriente in Occidentem à Gregorio Papa II. quia Imperatores Orientales Ecclesiam Romanam non benè tractabant. Iterum reuocauit in Orientem, spoliatis Imperio Constantinopolitanis, quia defendere recusarunt Ecclesiam Romanam vexatam ab Astulpho Rege Longobardorum.

5 Principes sæculares tenentur auxilium præstare ad arcendos hostes Ecclesiæ.

Imperator pro suo posse tenetur Ecclesiam defendere, & exaltare, idemque dicendum est de alijs Principibus, num. 6.

7 Leo III. Papa, auulso Imperio ab Imperatoribus Constantinopolitanis, in Germanos illud transferendo, primum coronauit Carolum Magnum in Basilica S. Petri, cum magna omnium lætitia.

8 Et eo viso coronato Imperatore, cum fuerit optimus defensor, & aduocatus Ecclesiæ, quomodo totus populus alta voce exclamauerit.

Vaticana Basilica S. Petri Romæ, est hodie Vrbis, & Orbis miraculum, n. 8.

9 à Papa postquam fuit auulsum Imperium ab Imperatoribus Constantinopolitanis, ipsi remanserunt sicut Rex Schacorum.

Rex Schacorum dicitur Rex, & tamen non est Rex, habet enim tantum nudum nomen, n. 9.

10 Rex & Imperator quilibet est in domo sua.

De Rurali quodam refertur fabula, qui incognitè in domo sua recepit Richardum Regem Angliæ, cui Rusticus dedit alapam, quia noluit ei obedire in lotione manuum, asserens in domo propria cuilibet tamquam Domino esse obediendum: & alia vt ibi, num. 10.

11 Canonici Rauennaten. Compostell. Mediolanen. &c. licet vocentur Cardinales, non tamen sunt tales.

Comes sine comitatu dicitur etiam Comes, & tamen non est, sicuti quoque dicimus de Doctoribus sine Lege, de Canonicis in herba, & alijs similibus, qui habent dignitatem sine redditu, isti enim dicuntur possidere nomina ventosa.

12 Imperium Romanum, seu Regnum Mundi Ecclesiæ Romanæ auctoritate Apostolica translatum fuit à Græcis in Germanos, virtutibus illud promerendo.

Germani vnde, & à quo dicti sunt.

13 Ferdinandus III. hodie Imperij Romani habenas feliciter tenet, prudenterque moderatur.

14 in Militanti Ecclesia ponere duo capita, vnum in spiritualibus, & alterum in temporalibus, sapit hæresim Manichæorum, & qualis sit.

15 in Genere quolibet est reperire vnum primum, & supremum, quod sit mensura, & regula omnium comprehensorum in d. genere.

in Hominum genere debet reperiri vnus homo, qui sit mensura & regula omnium comprehensorum in d. genere, & iste est Romanus Pontifex, ibid.

16 Princeps vnus dominabitur, quia pluralitas Principatuum parit confusionem secundum Aristotelem.

17 Sententia, seu deformis abortus Bald. in proœm. ff. n. 20. dum sensit Imperatorem, simpliciter loquendo, esse maiorem Papa, confutatur.

18 Et certè mirandum est tantum I.C. in talem errorem incidisse, sed credendum est potius verbis, quàm mentem errasse.

19 Vniuersi Orbis an sit verum, Imperatorem dominum esse.

20 Papa locum tenet, & gerit vices Dei, cuius sunt Cœli & terra, atque ipse Orbem terræ, & eius plenitudinem fundauit, atque Aquilonem, & Mare creauit.

21 Papa personam Dei & eius vices gerit in terris, & de hoc nemo ex Catholicis dubitat, & contrarium asserens penitus mentitur.

22 Papa est constitutus a Deo Princeps omnis eius possessionis, cum Domini sit terra, & plenitudo eius.

23 à Papa Imperator suscipit infulam, & quid id significet.

à Papa Imperator habet iurisdictionem temporalem, tanquam filiam spiritualem eius, & eidem tenetur tanquam matri suæ.

24 Papa, quando Imperatorem coronat, dat ei gladium euaginatum dicens: Accipe gladium desuper B. Petri Apostoli corpore sumptum, & alia vt ibi. ¶

§. 19 Melior est, qui melioribus præest.

1 Papa

1 Papa omnibus & praesertim spiritualibus omnium consensu praeest.

Spiritualia meliora sunt temporalibus, n. 1.

2 Papa est maior Imperatore, quia maior est, qui benedicit, quàm qui benedicitur.

3 Papa Imperium maius latiusque est, quàm Imperatoris.

Papa comparatur Soli, & Imperator Luna.

4 à Sole recipit lumen & influentiam Luna.

5 à Papa, cum Imperator recipiat lumen, est eo inferior.

6 Papa vel Ecclesia filius, nihil honorificentius potest asseri Imperatori.

Nam & de Ecclesia corpore, tamquam vnus ex filijs eligendus est Imperator.

7 Papa tanto altius est Imperio, quantùm aurum plumbo.

Papa transfert Imperium, & deponit Imperatores, num. 7.

8 Papa Imperatoris electionem ex causa improbat.

Honorius Papa II. fluctuantibus Electoribus Imperij, & armis circa electionem Lotharij II. & Corradi, Lotharium Imperatorem coronauit, idemque fecit Innocentius III. circa Otthonem Quartum, n. 8. & 9.

9 Alexander Papa IV. mandauit Electoribus Imperij, ne in Regem Romanorum eligerent Conradum q. Conradi filium Federici olim Imperatoris.

10 Papa potest mandare Electoribus Imperij, vt intra certum tempus electionem faciant, & sub qua pœna, & num. 11.

12 Sedes Apostolica non est aequum, vt diu ex defectu alieno careat defensore.

13 Romanus Pontifex vacante Imperio ipse succedit in administratione.

14 Imperio vacante iurisdictio terrarum Imperij spectat ad Papam in signum praeminentia singularis.

15 Terrestria mota non indecens est, vt gubernentur exemplo Motoris corporum supernorum, & quid inde, n. 15. & seq.

16 Papa in machina Terrestri est primus motor post Deum, tamquam immediatior, & proprior ipsi Deo.

17 Superior habet iurisdictionem in inferiorem, sed non è contra generaliter loquendo.

¶ §. 20 Philippus Imperator aequo animò obediuit Papa Fabiano, iubenti ei, ne accederet ad Communionem, nisi prius inter publicos peccatores sedens peccata fleret.

Valentinianus pius Imperator percontatus vt se immisceret in rebus spiritualibus ad Ecclesiasticos, dignum Principe Christiani emisit responsum, & quale, sub num. 20.

21 Valentinianus Imperator submisit eius caput Archiepiscopo iuxta praeceptum Ioannis Papa.

Carolus V. Imperator, attestatus est quòd pro honore, & defensione Sancta Romana Ecclesia omnes suas vires, facultates, Imperium, Regna, Dominium, vitamque denique, & animam ipsam exponere paratus erat, ibid.

¶ §. 22 Reges plures potentissimi amplam Papa iurisdictionem submisse venerati sunt.

1 Rex Francia Carolus scribens ad Hadrianum II. Romanum Pontificem, ait: Sanctissimo Patri Hadriano Summo & Vniuersali Pontifici, Carolus Dei gratia Rex, & spiritualis filius Vester.

2 Rex Francie Ludouicus scribens ad Pium II. prius his verbis eum salutat: Beatissimo Patri nostro Pio Papæ II. obedientiam filialem.

Et deinde subdit; Te Vicarium Dei viuentis, ea veneratione prosequimur, vt sacra Tua monita, reliqua vide hic.

S. Ludouicus Rex Franciae potissimum admonuit Philippum eius filium, vt deuotus esset, & obediens Matri Romana Ecclesia, eiusque Pontifici se morigerum praberet.

3 Sanctus Ludouicus Rex Francia deditus, & obediens filius fuit Innocentio IV. Alexandro IV. Vrbano IV. & Clementi IV. Summis Pontificibus, qui de eius tempore fuerunt.

Et d. Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi excommunicanti, & deponenti Federicum Imperatorem astitit.

23 Ferdinandus Rex Hispaniarum, professus fuit se esse filium deditissimum Sancta Romana Ecclesia, proque eius honore, atque statu animam ponere paratissimum.

24 Alphonsus Rex Hispaniarum quàm piè, & simul etiam eruditè locutus sit de ampla potestate Romani Pontificis; constat ex legibus ab eo latis.

Papa est Vicarius Christi & Successor Petri, & per antonomasiam Apostolicus appellatur, ibid.

Christiani omnes totius Orbis dum accedant ad Papam, eius pedem osculantur.

Papa supremam potestatem, qui negauerit non solum excommunicatus est, sed etiam hereticus, ibid.

Christiani omnes tenentur obedire Papa, ibid.

Ladislaus Rex Hungaria vocauit Romanum Pontificem Regum omnium Maximum, ac in terris Deum.

§. 25 Reges plures Francie, Hispaniarum, ac aliorum Regnorum pro fide Catholica, & pro Sancta Romana Ecclesia, pro Sede Apostolica, bona, & facultates exposuerunt, sanguinem effuderunt, vitamque periculis omnibus commiserunt. ¶

Pipinus Rex Francorum semel atque iterum in Italiam venit ad opem ferendam Romano Pontifici Stephano III. aduersus Aistulphum Regem Longobardorum, quem vicit, & debellauit, ipsamque Ecclesiam in tranquillitate firmauit.

Qui Pipinus fabricata sibi tam immortali corona in Franciam rediit meritis, quàm spolijs onustior, & incolumibus omnibus militibus, quos secum adduxerat.

Victoria ingens est decus prater domesticum sanguinem vincere.

26 Franciscus Rex Francorum gratissimus Princeps, qui pro Romano Pontifice Clemente VII. liberando potentissimum exercitum illico parauit, & ad fugandos hostes Summi Pontificis statim destinauit.

Henricus Francorum Rex Francisci Regis Filius, non minus gratus, ac paterna magnitudinis, & pietatis imitator, qui ad nutum Pauli Papa IV. eiusque ac Sedis Apostolica, illiusque iurisdictionis, & Status defensionem magni exercitum equitum, & peditum in Italiam statim misit, ibid.

Reges Francorum quare Christianissimi vocati sunt.

§. 27 Reges Francorum Sancta Romana Ecclesia potentissimi simul, ac promptissimi defensores sunt, quo summa gloria titulo ipsi non parum gloriantur. ¶

1 Regnum Francorum Apostolica protectione securum, constansque manet, maioribus in dies accessionibus auctum, ac splendoribus illustratum.

2 Rex Francia Clodoueus misit Romam, ad Apostolorum Principis Petri Confessionem coronam auream gemmis ornatam, quale donum, sicut solent esse dona Regum, mysticum fuit.

3 Quia cum hoc insigni pietatis exemplo videtur oppignorasse Regnum ipsum Francia in Ecclesie Romana prasidium, sicut non semel factum ipsum comprobauit.

4 Clodoueus Rex Francorum sacratus fuit cum chrismate, quod ex cœlo tulit candida columba in ampullam, & refertur historia.

5 Cum quo cœlesti chrismate cateri etiam Reges Francorum solent vngi.

6 Cœlum fauorabile est Regno Francorum, & narratur alius casus.

7 Deum colentibus si omnia prosperè succedunt, quid nis defendentibus?

8 Reges Francorum etiam viuentes operantur miracula, sanando infirmos ex illa infirmitate, qua miraculosè tres Reges, qui adorauerunt Christum, sanant in locis vbi venerantur.

Roma si Imperator & Rex Francia reperirentur in Missa solemni Romani Pontificis, Imperator caneret Euangelium, & Rex Francia Epistolam.

9 Reges Gallorum fuerunt inuictissimi pugilles pro Ecclesia Dei, ac eius libertatis veri zelatores.

§. 28 Lilia virtute sua natura morsum serpentis curant. ¶

1 Iras iniustas Deus semper vlciscitur, sicuti ac-

cidit Carolo Borboni, qui dum depopulare credebat Romanam Ciuitatem, in ipso illius introitu misere interfectus remansit.

2 *Romanam Vrbem, omnes qui ausi sunt inuadere, seu depredare pessimo fine vitam terminarunt, iram Diuinam vltricem sentiendo.*

Roma non ab hominibus, sed ab ipso Deo custoditur, num. 2.

3 *Romani dilecti Dei sunt, vocatique Sancti, & sic eos nominat S. Paulus Apostolus, c. 1. ad eosdem scribendo.*

4 *Romanorum fides, vt esset nuntianda per totum mundum, id prophetico spiritu dixit S. Paulus.*

Roma licet multoties sub barbaro gladio ingemuit, nunquam tamen ita exscindi potuit, quin viuidior ex proprijs cineribus resurgeret, titulumque semper retinendo terrarum, Gentiumque Domina, ibidem num. 4.

5 *Romana Fides eadem est, quam Catholica.*

Romani, non robore & calliditate, sed religione ac pietate, omnes gentes, ac nationes sub suo iugo redegerunt.

6 *Heretici consueuerunt vocare, viros nostræ Religionis, Romanos.*

7 *Romano nomine, Catholici, nec certiori, nec sublimiori titulo decorari possunt.*

8 *Romani Centurionis fidem Christus ipse, vt ita dicam, admiratus fuit, elogio insigni illum commendando:* Non inueni tantam fidem in Israel.

9 *Romæ Christus nasciturus, nascens, natus, & moriens obedire consensit.*

Roma æterna nuncupatur, n. 9.

Romanorum genus felix, omnibus tam præteritis, quàm futuris nationibus anteponendum est.

¶ §. 29. *Reges Catholici Hispaniarum sunt præpotentes, acerrimique propugnatores, & propugnatores Orthodoxæ Religionis.*

1 *Reges Catholici Hispaniarum summis expensis, ac vigilijs, summaque prouidentia, ac zelo Saracenos, Turcas, Lutheranos Fidei sanctæ nostræ inimicos prosequuti sunt.*

Reges Hispaniarum possunt asserere illud Iustiniani Imperat. in proœm. Institut. ibi, Bellicos quidem sudores nostros Barbaricæ gentes sub iugo nostro redactæ cognoscunt, *ibid. n. 1.*

2 *Reges Hispaniarum sanguine proprio terras à Mauris, & infidelibus occupatas redimerunt.*

3 *Quare de tam præclaro opere, & insigni pietatis zelo erga sanctam Fidem, Romani Pontifices, se grates ostendendo plurima priuilegia eisdem Regibus indulserunt.*

4 *Romana Ecclesia magno prosequitur fauore Catholicos Reges Hispaniarum, & quare.*

5 *Regibus Hispaniarum ob eorum religionem Alexander Papa VI. addixit amplas noui ad Occidentem Orbis Prouincias, quas Indi obtinebant.*

6 *Regnum Hispaniarum felicissimum videtur propter tantam in fide Catholica constantiam, & diligentiam ad eam tuendam.*

7 *Hispani Christianæ Religionis obseruantissimi sunt.*

8 *in Hispaniarum Regno fidei Catholicæ, & Apostolicæ Sedis obseruantia, atque obedientia integre conseruatur, ac velut in deposito est.*

9 *Hispania immunis est ab impiorum, & hæreticorum pestifera contagione.*

10 *Regna incredibile est quanta felicitate coalescant, si in eis iustitia permixta sit cum Religione.*

11 *Hispani Indorum gentem reperierunt.*

12 *Philippus Hispaniarum Catholicus, ac piissimus Rex astitit in sacro fœdere cum Sanctissimo Pontifice Pio V. ac cum inclyta Republica Venetorum contra immanissimos Turcas, inimicos infectos Christiani nominis, contra quos gloriosa, & miraculosa victoria reportata fuit.*

13 *Romanæ Ecclesiæ sunt valdè deuoti Hispani, nam multi qui distant ab Ecclesia S. Iacobi per vnam dietam, numquam intrauerunt Ecclesiam, & tamen libenter peregrinantur Romam veniendo ad veneranda limina SS. Apost. Petri & Pauli.*

14 *Regum Hispaniarum deuotionis affectus, erga B. Petrum Principem Apostol. Orbi affulget, dum hic Romæ in Monte Ianiculo restaurarunt, ac ornarunt celebre Templum in honorem eiusdem B. Petri erectum.*

Papæ auctoritas nullis cancellis coercetur, ibid.

§. 30. *Heresis & apostasia licèt priuet hereticos ac apostatas multis bonis, quæ communia sunt fidelibus.* ¶

Non tamen priuat Papam auctoritate, quam habet in eos, alioquin nec punire eos, neque redeuntibus pœnam condonare posset.

1 *Papa habet iurisdictionem in Hereticos, tamquam Vicarius Christi habentis iurisdictionem in omnes.*

2 *Heretici sunt extra Ecclesiam de facto, & in fauorabilibus, sed de iure atque in pœnalibus ad eam pertinent.*

3 *Principes infideles per sententiam Ecclesiæ possunt priuari in certis casibus dominio, quod habent super fideles, & ex quibus, &c.*

4 *Papa Prouincias, quæ olim Christianorum erant ab Infidelibus occupatas, potest alicui Principi Christiano ad eas eruendas concedere. Item etiam si numquam fuerunt Christianorum.*

5 *Papa habet iurisdictionem in infideles, & si peccant contra legem naturæ, vel contra leges eorum in moralibus potest eos punire.*

Papa potest amouere Reges à regno propter hæresim, & ad ipsum pertinet ius eligendi, si Regum filij, & cæteri propinquiores sint quoque heretici.

Papæ auctoritas in omnem terram exiuit, ibid.

§. 31. *Piscatorem plebium quis facile crederet Apostolorum Principem, & Regibus obsistere, Reges sanctificare, Regibus omnibus imperare, Mundum refrænare legibus, dæmones calcare pedibus.* ¶

32 *Ecclesia Sancta læta canit in festiuitate Beatiss. Petri Apostoli:* Tu es Pastor ouium, Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia Regna Mundi.

Beatissimus Petrus Apostolus adhuc hodie sedet, docet, & imperat in Cathedra Romana in successoribus suis.

in Papa verificatum habemus illud vaticinium sacrum de quo apud Ierem. c. 1. Ecce constitui te hodie super gentes & Regna, vt destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

33 *Locus non est in orbe vniuerso, nec Imperator, nec Rex, nec Dux, nec alius qui possit imaginari, vt possit se eximere à paterno iugo Romani Præsulis.*

34 *Papa habet latas, & liberas alas, quia vbique dominatur, & ipse nulli subest.*

35 *Consuetudo, lex, vel priuilegium nullatenus valet, vt Imperator, aut quilibet magnus Rex, vel quicumque viuens non possit à Papa deponi, & puniri.*

36 *Pontifex Romanus est Dominus totius Mundi, & quæ dicuntur de eius vniuersali auctoritate sunt adeo clara.*

Vt contrarium asserentes redarguantur, tamquam loquentes sine ratione, & similia scripta expurgantur à sanctissima Inquisitione, prout accidit in Hispania, & refert Mastrill. ibid.

§. 37. *Roma tamquam Sedes Petri, est caput Mundi, & quidquid non possidet armis, religione tenet.* ¶

1 *Roma per Apostolici Sacerdotij Principatum amplior facta est in arce Religionis, quam in solio potestatis.*

2 *Romæ, vbi caput superstitionis erat, ibi caput sanctitatis quiescit, & vbi Gentium Principes habitabant, ibi Principes Ecclesiarum morantur.*

3 *Simon Magus dum per aera volabat Dæmonum potestate, iubente Apost. Petro eis, vt illum relinquerent, miser ille statim corruit, & fractis ceruicibus expirauit. Et vide historiam eiusque veritatem, n. 6.*

4 *Petro ab Vrbe Romana fugiente apparuit Christus D. N. & interrogatus à Petro vbi iret, respondit:* Vado Romam iterum crucifigi, *& alia vt hic habes, & quid ex hoc intellexerit Petrus, n. 5.*

6 *Quæ historia de apparitione Christi Romæ B. Petro, authentica & verissima est, & ex antiquissimis Auctoribus probatur.*

7 *Romæ, quod Beatus Petrus non erexerit Cathedram, imò numquam Romam viderit; est opinio*

nio Modernorum Hereticorum, ex qua dignosci potest quàm sint perfricata frontis, & cuius præcipitis temeritatis.

Cum nec Heretici antiqui id nullatenus denegarunt, & referuntur plures Scriptores fidei indubitatæ, qui aduentum B. Petri Romam, & ibi Cathedræ constitutionem literis indubitate consignarunt, tamquam rem toto Cælo perspicuam.

8 Romana Ciuitas sacratissima appellatur.

9 Romam Deus Omnipotens pro sempiterno, & immobili domicilio elegit, illicque destinauit, vt suus resideret Vicarius.

Petro à Christo, Paulo ab Angelo prædictum fuit, vt Romæ assisterent, n. 8.

§. 38. Roma, quilibet homo à maioribus Regibus Mundi, vsque ad minorem vetulam de Mundo, deposita propria affectione, desiderat, vt Papa maneat.

39 Rota zelo veritatis accensa, & legibus ac rationibus armata insurgit contra Modern. Corduben. dum in eius tractat. de matrimon. asserit Papam non posse vbique legitimare in temporalibus.

¶ §. 40. Qui Modern. antiquorum Scriptorum modestiam non est imitatus, solumque eius opinio retinetur ab eis, qui negant Papæ temporalem potestatem.

1 Papa potest principaliter, & in consequentiam legitimare spurios in toto Mundo tam respectu spiritualium, quàm respectu temporalium.

Papa est Princeps Principum, ibid.

2 Papa vniuersalis Monarchia est dogma certissimum solum ab hæreticis impugnatum.

Papa solus inter Principes huius sæculi vere Monarcha est, ibid.

3 Ecclesiæ Romanæ priuilegium ab ipso Deo traditum auferre conans proculdubio in heresim labitur, ibidem.

Ecclesia Romana non habet maculam, nec rugam, semperque gloriosa manebit, ibidem.

4 Papa habet à Deo tantum, vt Petrus, iurisdictionem immediate absque vlla dependentia humana.

Ioannis Vuicleff memoria damnata fuit in Concilio Constantiensi, quia inter alia afferebat Papam non esse immediatum Dei Vicarium, n. 4.

5 Papæ constitutiones de per se, ac latæ sunt, dicuntur effectuatæ, & obligant, & habent auctoritatem, nec opus est alia acceptatione, sicuti requiritur in legibus Principum sæcularium.

§. 41. Vasalli, & subditi, quando grauantur à Dominis, vel Principibus suis, recurrere possunt ad Papam tamquam ad communem Patrem, & Iudicem.

42 Ad Romanam Sedem ab omnibus, maximè ab oppressis recurrendum est, vt eius operibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressoribus releuentur.

Mater non debet, nec potest obliuisci filium suum, cum non sit mater, nisi diligat filium, ibid.

¶ §. 43. Papa potest deponere omnes Principes, si grauent eius subditos.

1 ad Papam in signum Superioritatis, & præcellentiæ appellatio generalis ex toto Orbe deuoluitur.

2 ad Papam tamquam Superiorem totius Orbis quilibet, etiam laicus appellare potest.

3 ad Papam ab omni Principe appellatur, etiamsi superiorem non recognoscente.

4 à Superiore non recognoscente superiorem appellatur ad Papam, & n. 5.

6 à Rege non recognoscente Superiorem appellatur ad Papam.

7 Vasalli Imperatoris confugere possunt ad Papam, quando ab Imperiali Maiestate videtur eis grauamen inferri.

8 Romana Ecclesia antequam esset sicuti hodie est non appellabatur a Regibus.

Reges ob dignitatem præsumuntur omnia bene agere, num. 8.

9 Reges habent superiorem Deum, & sic Ecclesiam, & Romanum Pontificem, qui est loco Dei in terris, in releuationem oppressorum.

10 Itaque potest allegari illud Psalmi 89. Domine refugium factus est nobis, in omni generatione, & generationem.

11 in Testimonium singularis Primatus Papæ totus Mundus ad eum appellat.

§. 45. Papæ tanta est sublimitas, & eminentia, tantaque immensitas, vt nullus mortalium ualeat comprehendere, aut satis exprimere, sed nec cogitare posset.

46 Papa est Dominus Dominantium, & habet ius Regis Regum, est culmen cunctorum, quos intellectus humanus imaginare potest.

47 Papa est ille Magnus Athlans, qui vniuersi Orbis terrarum molem substinet, gubernat, ordinat, atque disponit.

48 Papæ de necessitate salutis quilibet mortalium obedire tenetur, aliàs inobedientibus clausa semper erit Ianua Regni Cælorum.

49 Creaturæ omni humanæ declaratur, dicitur, definitur, & pronunciatur subesse Romano Pontifici esse de necessitate salutis.

Papæ omnes Reges Christiani oportet esse subiectos sicut ipsi Domino Nostro Iesu Christo.

50 Principes omnes, vt inter oues Christi, cuius cura commissa fuit Petro, & eius Successoribus, sint numerandi, de hoc nemo Orthodoxorum, aut Hæreticorum hactenus dubitauit.

51 Cum secus sentire, nihil aliud sit, quam eos (quod absit) inter reprobos collocare.

ex Ouibus Christi Petro, & eius Successoribus commissis, si aliquis demoueatur, is inter Leones, Lupos, Dracones, & alias feras bestias est numerandus, de quibus æquè Petro dictum fuit, Occide, & manduca, &c.

52 Papa est Vicarius eius, cuius est terra, & plenitudo eius Orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.

53 Papæ non solum spirituali, sed & etiam gladio materiali euaginato attributa est amplissima potestas, iusta de causa, transferendi Imperia, sceptra frangendi, coronasque auferendi, &c.

54 Papa valens est iusta de causa ipsos Imperatores, Reges, cæterosque Magnos Principes multo ergo cæteros inferiores.

55 E sinu Ecclesiæ eijcere, rebelles pronunciare, vasallosque eorum à præstito iuramento fidelitatis penitus liberare.

56 Papa potest priuare Imperatores, Reges, cæterosque Principes, Imperio, Regno, Principatu, Dignitatibus, bonis, iuribus quibuscumque, &c. & alios in eisdem subrogare, occupatoribus concedere, seu confirmare, &c. prout accidit in Ioanne Rege Nauarræ.

57 Qua potestatis plenitudine non semel, sed sæpius Pontifices Romani vsi sunt, vt satis palam est.

58 Romani Pontifices, quando auferebant ex causa Imperia, Regna, Principatus, &c. id non exequebantur in alio vico, seu diuerticulo, sed in conspectu Cæli, & Terræ, omnibus applaudentibus effectuata.

59 Et sic non potest asseri id esse actum vsurpatæ iurisdictionis, sed veræ, ac realis potestatis, aliàs sic palam procedere non potuissent.

60 Probationum omnium melior, & cæterarum illustrissima imò Regina est ea, quæ deducitur per euidentiam facti.

61 Romanum Pontificem triumphanter coronatum aspicimus triplici corona, tamquam Rex Cæli, Terræ, Inferorumque.

Romanus Pontifex est supra omnem Principatum, & Potestatem, & genua cuncta curuantur, Cælestium, Terrestrium, atque Inferorum, n. 61.

Papa sicuti pra omnibus eminet, ita ab omnibus obediendus, ac metuendus venit, n. 61.

62 Papa significatur per montem Sinai, & præsertim, quia sicuti de illo monte data est Lex, ita ab ipso Papa omnes leges, & iura exquirenda sunt.

Item quemadmodum ille Mons sublimior est quolibet alio Monte, ita Papa sublimior est quolibet alio Potentatu.

Item statuta erat pœna mortis in eos, qui dictum Montem tangerent, & non quolibet genere mortis, sed lapidibus, iaculisque confodiendus.

63 Et ideo eadem pœna puniendus veniret quilibet, qui Pa-

pam

pam ausu temerario tangit impugnando, vel ei non obediendo.

Romanum Pontificem Siluerium, quia à Belisario impiè fuit tractatus, certe d. ingratus Belisarius iram vltricem diuinam sensit.

Pilato prius fuit Belisarius, & quare.

ob Sacrilegium commissum in personam Romani Pontificis à Belisario, sat non fuit ei ad veniam promerendam facti pœnitentia, & ad conciliandum sibi numen diuinum constructio Templi.

Nam in exemplum omnium posterorum magna infortunia ei acciderunt, vide hic.

Imperium occidentale post d. factum Belisarij cœpit ingemiscere, & ab eo tempore omnis eius bellica fortitudo concidit.

64 *in Papam impingentes grandi pœna sunt puniendi.*

Papæ obedientiam subtrahentes, in quid incurrant.

Murmurantes de Summo Pontifice, maximum sibi parant praiudicium in vtroque foro.

Nec aliud faciunt nisi in puluerem inflare, excitando in proprios oculos terram, n.64.

Princeps nequaquam maledicendus est.

65 *S. Paulus Apostolus, cum contra Summum Sacerdotem dixisset:* Percutiat te Deus, paries dealbate. *sibique ab astantibus dictum fuisse Summum Dei Sacerdotem maledicis, statim Apostolus se correxit, asserendo se nullatenus sciuisse illum esse: Summum Sacerdotem, cum scriptum sit:* Principem populi tui non maledices.

Papam maledicere non est sine peccato.

ANNOTATIO AD DECISIONEM secundam.

A CONfitendum namque est, Papæ auctoritatem & plenitudinem potestatis in Orbe terrarum non tantùm
¶ pomposè triumphare in hac materia Beneficiali, in qua ad libitum suæ voluntatis omnia voluere, & reuoluere valens est, vt latè dicam infra à *num.* 187. Sed pariter intrepidè affirmetur, quod Romanus † Pontifex est quasi † Deus in terra, Magnus Christi fidelium Dux, Regum omnium Rex Maximus, Honorificentia Militiæ Orthodoxæ, Oraculum Cæli, Dictator Diuinus, Stella Polaris nauigationis Christianæ, Orbis Lumen, Orientalis Fons Iustitiæ, Moderator populorum, Refugium oppressorum, Totũ omnium efficiens, Plenitudinem potestatis continens, eique Terreni simul ac Cœlestis Imperij gubernacula ab Omnipotenti Deo credita sunt, prout textus sunt rotundi in *can. omnes, ibi, Christus æternæ vitæ clauigero, iura terreni, ac cœlestis Imperij commisit, &c. 2. dist. & in extrauaganti* Ioann. XXII. *cap. si Fratrum, sub tit. ne sed. vacant. nihil innou. & in altera celebri extrauagant.* Bonifac. VIII. *cap. Vnam sanctam Catholicam de maior. & obedient.*

Congruunt vlterius quoad Romanorum Pontificum
2 † reuerentiam, summamque potestatem, textus Iuris Cæsarei, nempè *in l. nos 4. C. de summa trinit. & fid. cathol.* vbi Iustinianus † Imperator, Romanum Pontificem his verbis salutat, *Victor Iustinianus, pius, felix, inclytus, triumphator, semper Augustus, Ioanni sanctissimo Archiepiscopo Almæ Vrbis Romæ & Patriarchæ,* ac deindè perbellè ait, *Nos reddentes honorem Sedi Apostolicæ, & vestræ Sanctitati, quod semper in voto fuit, & est, vt decet Patrem, honorantes vestram sanctitatem, &c.* ac inferius subiungit, *Petimus enim vestrum paternum affectum, & vestris ad nos destinatis literis, &c.* atque ita in fine subscribit, *Deitas, te conseruet per multos annos, sancte ac religiosissime pater, & in l. inter claras,* asseritur quoque, ibi, *Romanæ Sedis reuerentiam conseruantis, & ei cuncta subijcitis, & ad eius deducitis vnitatem,* & quæ sequuntur, *C. eod. tit. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* deseruiunt optimè etiam text. *in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript.* iuncta glos. ibi fin. *& in l. omnes dies, C. de fer.* pariter cum glos. ibi *in verb. ortus,* & adde auth. *de monach. §. si vero relinquens* & auth. *quomod. oportet Episc. §. fin. col. 6.* & auth. *de Ecclesiast. titul §. 1. collat. 9.*

Idemque Imperator Iustinianus *in l. quas gratias, aut quas laudes 4. C. de offic. præfect. Prætor. Aphr.* nominat se (cum non paruo affectu) vltimum Dei, & Ecclesiæ seruum, idque notanter aduertit Ioan. Quin. Hedui. *in tract. de Christian. Ciuitat. Aristocrat. &c. titul. de mutuis Imper. §. Regula traditur vers. Imperator Iustinianus se ipsum vocat vltimum Dei, & Ecclesiæ seruum &c.*

Corroborantur supradicta per Dogmata aliorum Cæsarum Augustorum, nempè Valentiniani, Othonis, Caroli Magni, Constantini, † &c. quæ ex eorum Constitutio- 3
nibus refert Gratianus *in can. Valentinianus, vers. nos, qui gubernamus Imperium, Pontificibus sincerè capita nostra submittimus, &c. 63. dist. & in can. Tibi Domino Ioanni Papæ,* ibi, *Sanctam Romanam Ecclesiam, & te Rectorem ipsius exaltabo, &c. eadem dist. 63. & in can. In memoriam B. Petri,* ibi, *per Legatos Apostolicam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta Legatione dignetur decernere, &c. 19. dist. & in can. Constantinus,* ibi, *vt sicuti Beatus Petrus in terris, Vicarius Filij Dei fuit constitutus, ita & Pontifices eius successores in terris Principatus potestatem amplius, quam terrena Imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, &c. 69. dist.*

Præmisi enim, rescripta, ac dogmata Imperialia in hac materia ad obturandum ora Leonum, Draconum, & Circumlatrantium. Facta enim ipsa, & publicæ demonstrationes Cæsarum, Magnorumque Regum, erga personas Summorum Pontificum tamquam Dei personam in Orbe repræsentantium latè referam infra.

Modò verò adducam nonnullos textus Iuris Canonici in supra relatis terminis, † super quibus quoque videri 4
possunt DD. Canonistæ, vbi supremam Papæ auctoritatem, potestatemque extollunt, nempè *in can. alius, in can. nos Sanctorum, in can. iuratos, 1. quæst. 6. in can. si quis præsulatus, in can. si Imperator in can. cum ad verum 96. dist. in can. quodcumque 11. dist. in can. clero 21. dist. in can. per principalem, in can. cuncta per Mundum 9. quæst. 3. in can. decretis, in can. in nouo testamento, in can. quamuis vniuersa, 21. dist. in can. duo sunt quippe Imperator, in can. in scripturis, 96. dist. in can. si Papa, in can. non nos, 40. dist. in can. si inimicus, 93. dist. in can. si omnes, 19. dist. in can. aliorum, dist. 93. in can. si quis suadente, 17. quæst. 4. in can. ideo, 2. quæst. 6. & in cap. venerabilem, de elect. in cap. cum eo, de pœnitent. in cap. fundamenta de elect. in 6. in cap. nouit. de iudic. in cap. solicite, de maiorit. & obedient. in cap. tanto, & in cap. quanto, de translat. Episcop. in cap. ad Apostolicæ §. nos, de re iudic. in 6. in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. in cap. illud Dominus, de maiorit. & obedient. in cap. significasti, de elect. in cap. licet, eodem tit. in cap. periculoso, de stat. regul. in 6. in c. licet ex suscepto de for. competent. in clem. dudum, de iudic. & in clem. Romani Principes de iureiur.* cum alijs infinitis.

Mirabilemque Pontificis Summi potestatem considerando Sanctus Cyrillus Alexandrinus in libro Thesaurorum, admirabundus, sic altissimè de eo locutus fuit:
Filius Dei quemadmodum ipse à † Patre accepit Ecclesiæ, 5
& gentium sceptrum, & potestatem super omnem Principatum, & super omne quodcumque est, vt ei genua cuncta curuentur, ita eamdem amplissimam potestatem Petro, & eius successoribus plenissimè commisit.

Et S. Ioann. Chrysost. super illis verbis, *Tibi dabo claues,* 6
&c. infert, *Filius Dei vbique terrarum Petro, & eius successoribus concessit potestatem, & hominis mortalis omnium, quæ in Cælo sunt, dedit auctoritatem:* aliamque pulchram sententiam S. Augustini habes infra *n.* 31.

Itaque si talis, ac tanta est plenipotentia Ecclesiæ Romanæ † Præsulis Summi Dei Sacerdotis in Iuribus terre- 7
næ, & cælestis Monarchiæ, meritò quilibet super hoc speculando rei magnitudine superatus, ac mentis quodam excessu præ admiratione captus, cùm in istis terminis ingenium humanum notescat, vnà cum admirante Isaia Propheta *cap. 66.* coactus erit exclamare: *Quis audiuit vnquam talia: Quis vidit his similia?*

Nihilominus, si vlterius id consideratè penetretur, fatendum erit alia occasione reponendum esse tantum stuporem, quia vt ratiocinantur famigerati textus *in can. omnes, & in can. Sacrosancta Romana Ecclesia 22. dist.* Non
Apostoli, non aliqua Synodus, † vel alia terrena senten- 8
tia, sed illud Verbum. O res gloriosa, quo constructum est Cœlum, & Terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam! Et sic quæso quid admiramini? Nonne fatemur omnipotentem esse Dominum Deum nostrum?

Verum enim verò licèt non ignorem, verba facere de dicta mirabili Romani Pontificis potestate, nihil aliud esse, quam Solem ipsum intueri, & simul notabile detri- 9
mentum visus accipere, nihilominus vtcumque fit, sub

tota-

totali silentio ab hac materia insalutatè non puto discede-
re, aliqua enim afferam, deinde que in puris terminis præ-
sentis decisionis a *n.178.* loquar.

Nec me latet talem dicendi prouinciam humeris meis
10 longè esse imparem itaque non attendo vtile, & salubre
monitum Horatij Flacci Poetæ in sermon. dum omnes
commonefecit,

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent.

Ego enim inter Doctores omnes postremus, & infimus
sum, ac talis; vt afferam pro veritate, illud quod pro hu-
11 militate multi celebres Legum Periti † de se attestati sunt,
& præsertim Aotoninus Thesaurus *in proœm. Decisionum
Senatus Pedemont. sub numer.2.* scilicet me non esse
dignum alijs Doctoribus soluere corrigiam calceamento-
rum.

Nihilominus in Domino confido, qui intellectum dat
paruulis, Psalm.18. & linguas infantium facit disertas, Sa-
pien.10. *in fin.* Nam & vt scimus, diuino præsidio median-
12 te, Dauid pusilli corporis inermis, Goliam Gigantem
Philisthæum armatum vicit, superauit, prostrauit, ac de-
capitauit 1. Regum *cap.17. in fin.* & Iudith Vidua pariter
præsidio diuino, Olophernem Militiæ Regis Nabucodo-
nosor supremum Ducem, gladio euaginato obtruncauit,
& decollauit, Iudith 13. Spiritus enim vbi vult spirat, ma-
ximè cùm illius inuocatur præsidium, Ioann.3. *cap. nisi
cum pridem, §. verum de renunc.* & vt inquit Ps.144. *Prope
est Dominus inuocantibus eum.* Ideò inuocato eius potenti
præsidio, exordiam breuiter loqui circa supradictam ma-
gnam, diuinamque auctoritatem Summorum Pontifi-
cum.

¶ §.2. Atque in primis assero vnà cum Doctore Angelico
S. Thoma *lib.2.sentent. in fin.* Papam vtriusque potestatem
apicem tenere, scilicet spiritualem, & temporalem, hoc
illo disponente, qui est Rex & Sacerdos secundùm ordi-
nem Melchisedech, & Dominus Dominantium, cui po-
testas non auferetur, & Regnum eius non corrumpetur.
Idquoque mellifluè loquendo aduertit S. Bernardus *lib.4.*
1 *de considerat. cap.3.* † alijque honorabiles viri in scientia
Diuina præclari notarunt, tamquam rem toto cœlo cla-
ram, & præsertim Sanctus Antoninus Archiepiscopus
Florentinus *in 3.part. sua summa tit.26. cap.4. §.17.* Cardin.
Caietan. *in Apologia pro Romano Pontifice cap.13.* Sotus *de
Iustitia & Iur. lib.4. quæst.4. art.1. & lib.10. quæst.1. art.3.*
Cardin. de Turrecremat. *lib.2. de potestas. Eccles. cap.116.*
Cardin. Bellarm. *in tractat. de Summ. Pontific. lib.5. cap.
6. 7. & 8.*

2 Atque in Iure † Pontificio Doctores grauissimi, &
quidem insigniores eam conclusionem vltrò amplexi sunt,
scilicet Innoc. Hostien. Glos. Ioann. Andr. Petr. de Anchar.
Anton. à Butr. Abb. Panorm. Imol. Andr. Sicul. Felyn. & Dec.
& Nauarr. *in d. cap. nouit. de indic.* glos. idem Hostiens. Pa-
norm. Præposit. & communiter alij *in cap. quoniam, quæ,
qui fil. sint legit.* Arclid. & Cardin. *in cap. quoniam 20.
distinct.*

3 Et in tote Imperiali Summi, † ac Excellentissimi Du-
ces prædictam opinionem absque pugna tamquam sinceræ
veritatis studiosi, admisetunt, nempè Bart. *in extrauag.
Ad reprimendum, in verb. totius mundi, num.9. vers. apud
Christi Vicarium, est vterque gladius, scilicet spiritualis,
& temporalis, & num.10. vers. Post Christum, Imperium est
apud Christum, & eius Vicarium,* atque in fine *d. num.9.* piè
asserit, ibi, *Quare si credo tenere Ecclesiam, sic credo senti-
re Imperatorem.* Nec non videatur Bald. *in cons.275. in-
cip. Quod pro regula, num.9. vers. Papa est miles Cœli, & mun-
dum & bellum indicere potest, & habet verum vtrumque gladium,*
4 † *ipsius est terra, & plenitudo eius, &c.* sic etiam respondit
Castren. *in consil.66. in princip. lib.1. & cons.70. num.2. eodem
lib.* Idem sentit Alberic. *in l. bene à Zenone num.21. Cod. de
quadrien. præscript.* ibi, *Christus enim fuit Rex, & Dominus
Dominantium, & ipse in hoc mundo vtramque iurisdictionem
exercuit, scilicet flagellis, ementes, & vendentes eijciendo de*
5 *templo, & † mulierem in adulterio deprehensam absoluendo,
& alia faciendo, quæ vtramque iurisdictionem respiciunt,* vt
legitur in Euangelio, & habetur *in can. qui studet 1. quæst 1.*
Quam iurisdictionem B. Petro, & eius successoribus com-
misit, dicens, *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* atque
dixit, *Tibi dabo claues Regni Cœlorum.* Non dixit, *clauem,
sed claues,* per hoc cõprehendens temporalem, ac spiritualẽ
potestatem, cum alijs ibi adductis, & grauiter Angelus
Aretinus *in §. sacra post princip. instit. de rer. diuis. ibi, vterq;
gladius fundatur in Papa,* & mox subiungit, *dictam com-
munem opinionem quemlibet Christianum debere tenere, quia
non reperitur, quod Christus abstulerit B. Petro gladium tem-
poralem, quem antea habebat Summus Sacerdos, &c.* idque
egregiè ratiocinatus est quoque Oldrad. *in consil.180. sub
num.12. vers. & ideo cum B. Petrus gladium exercuit nequa-
quam abijcere iussit ei Christus,* & perbellè Petr. de Anchar.
*consil.30. incip. Dubitari solet, num.1. vers. Dominus noster Ie-
sus Christus Ecclesiam suam Catholicam fundare volens, &
ipsius regimen committere suis intendens, antequam pateretur,
iussit, & mandauit Apostolis suis, vt gladios emerent, &c.*
Speculator *part.1. tit. de Legat. § Nunc num.50. vers. Ecce
duo gladij hic, & Dominus, cuius Papa vices gerit vtroque
vsus est, &c.* ita quoque tenet Alex. *& alij infra allegandi.*

¶ §.3. Maximè † id indubiè hodie asseuerandum venit,
& quidem pleno ore, cùm emanauerint celebres *Decre-
tales fel. rec.* Bonifacij VIII. & Ioann. XXII. super hac ma-
teria vtriusque gladij, sicque cùm sciamus definitionem
Ecclesiæ, certè quis præficatæ frontis esset, ac valdè au-
dax, si non pertimesceret contrarium asserere, vt aduer-
tit Rota coram bon. mem. Iusto *decis.191. sub num.14. vers.
audaciter locuti sunt, scientes definitionem Ecclesiæ super
vtroque gladio, &c. part.1. recent.* de qua decisione dicam
quoque inferiùs.

¶ §.4. Hancque receptam opinionem, apud Papam
adesse vtrumque gladium taliter, † ac tam veram existi-
marunt plures I.C. vt dicere contrarium quasi hæreticalem
assertionem esse testatum reliquerunt, & præsertim Bart.
in l.1. §. præsides, ff. de requirend. reis, Bellamer. *in repetit. cap.
nouit, num.18. ext. de iudic.* Ioann. Quio. Hedui. *in description.
Aristocrat. Christian. Ciuit. tit. de vtroque gladio in fin. & alij,*
ideoque Dantem Florentinum Poetam, alioquin celeberri-
mum, quia in contraria opinione resedit, quasi de hære-
si fuisset damnatum, affirmat Cardin. Alban. ad Bart. *in
l. fin. num.3. ff. de iurisdiction. omn. iudic.* & quia etiam dixit
Imperium non pendere ab Ecclesia, vt inquit idem Alban.
*in tract. de potest. Papa parc.2. sub num.16. vers. Dantem pro-
pterea ob id ab Ecclesia quasi damnatum de hæresi,* & clarè
etiam hoc asserit Bart. *in d.l.1. §. Præsides,* vbi etiam asserit,
Ecclesiam pulcherrimis rationibus tenere contrarium, 1
eumque secutus est Nauarr. *in repetit. d. cap nouit. notabil.3.
num.19. vers. ob id hæreseos fuisse damnatum Dantem, &c.*
Cardin. Iacobat. *in tract. de Concil. lib.10. artic.8. numer.17.
vers. quia Dantes id pertinaciter voluit parum abfuit, quin
fuerit de hæresi damnatus, &c.* Augustinus Morl. *in Em-
por. Iuris part.1. quæst.4. sub num.9. vers. Dantem Poetam,
quia defensor fuit huius opinionis, vt apud Ecclesiam non sit
vterque gladius, fuisse de hæresi damnatum,* & præter ibi
relatos addo Ioann. de Imol. *in rub. ff. de verb. oblig. n.* Abb.
in cap. nouit. de iudic. & Hipp. de Marsil. *in tract. de Bannit.
in verb. Papæ n.153. vers. post suam mortem quasi propter hoc
fuit damnatus de hæresi Dantes.*

Corroborari potest † supradicta opinio ex text. *in can.* 2
auctoritatem 15. quæst.6. ibi, *Hæc in mandatis damus, vt spi-
rituali simul, & temporali gladio malignos illos insequantur.*
Si gladius vterque, apud Papam non esset, quotius Ni-
colaus Summus Pontifex hoc mandasset Episcopis Gal-
liæ?

Nec prætermittenda est in hac materia Constitutio fel.
rec. Gregorij IX. est in Nouo Bullario inter alias Constitu-
tionis d. Pontifici vlt. incip. *Cum sit ... testimonium ve-
ritatis sub §.2.* ibi, *Vterque † gladius ad Romanum perti-* 3
*net Pontificem, & ex Euangelica lectione tenet, etenim lo-
quente Iesu discipulis de acquisitione gladij spiritualis, illi
duos ibi propositos ostenderunt, quos Dominus dixit sufficere
ad cohabitionem, videlicet spiritualis, & † corporalis of-* 4
*fensæ, si materialem gladium pertinere concedis ad poten-
tiam temporalem, attende quod in Matthæi Euangelio Do-
minus dicit Petro: Conuerte gladium tuum in locum suum;
dicendo tuum, materialem significauit gladium, quo percus-
serat ille seruum Principis Sacerdotum. De † spirituali* 5
*gladio nemini venit in dubium, cum ei, idest Petro per cuius-
dam specialitatis apicem ligandi, & soluendi commiserit po-
testatem, &c.* Ac deinde sic concludit, *Vterque igitur gla-
dius Ecclesiæ traditur, sed ab Ecclesia exercendus est vnus,
alius pro Ecclesia manu Principis sæcularis eximendus, vnus
a Sacerdote, alter ad nutum Sacerdotis, &c.*

Conclusio insuper hæc affirmatiua gladium vtrumque
esse penes Ecclesiam (quamuis nonnulli Doctores fluido
dente

dente eam attrodant) tamen absque controuersia ista sem-
6 per fuit omnium Doctorum † Catholicorum sententia certissima, cùm nemo ex his neget apud Romanum Pontificem esse vtramque potestatem, alteram in actu, alteram saltem in habitu, vt in specie considerat Nauarr. *in repetition. cap. nouit. notabil.3. num.19. vers. Quis ergo Catholicus neget? apud Romanum Pontificem, &c. ext. de iudic.* & refert, necnon sequitur Hieronym. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.739. num.69. vers. Quis ergo Catholicus neget &c. part.1.* & consultus respondit Francisc. Bursat. *in consil.90. num.23. part.1.* vbi hanc opinionem affirmatiuam, Pontificem Summum habere iurisdictionem spiritualem, & temporalem, hancque saltim habitu per totum Orbem, restatur esse veriorem, probabiliorem, & communiorem, & post plures Doctores ibi allegatos asserit contrarium affirmantes adhærere ferè illi opinioni hæreticorum reprobata, de qua *in extrauagant.* Bonif. VIII. *vnam sanctam, de maiorit. & obedient.* & latè id tractatur per Alphons. Aluarez *in Specul. Roman. Pontif. cap.16. & 52. cum alijs multis à me infra adductis §.5. à num.1.*

Absque enim nefario crimine disputari non poterit, an
7 Papa iurisdictionem teneat super omnibus, † & quibusuis vbique terrarum, & primò in spiritualibus, quia id constat ex sententia irrefragabili Christi Domini, dum æternæ vitæ Claugero generaliter dixit, & habetur apud S. Matthæum *cap.16. ibi, quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.*

Dicendo enim, quodcumque (maximè cùm nulla legatur limitatio) nihil excepit, *cap. solitè, de maiorit. & obedient. cap. significasti, qui fil. sint legit. arg. l. à procuratore, C.*
8 *mandat.* Dictumque † verbum est adeò estænatæ naturæ, vt nullo obice contineri valeat, quominùs includat omnia imaginabilia ex quauis causa etiam per impropriįssimam significationem, & quæ aliàs non comprehenderentur, *l.1. ff. de legat.2. l.2. ff. de pact. dotal. l.1. ff. de militar. testam. l. his solis,* & ibi glos. *ff. de condit. indebit. l. quis autem, §. fin. ff. de constit. pecun. l.1. §. quod autem, ff. de vi, & vi armat. cum alijs vulgar.* & in puncto glos. *in d. cap. solitè, in verb. quodcumque, vers. qui dixit omnia nihil excepit de maior. & obedient.* Innocent. *in d. cap. solitè, ibi, nihil excipiens, qui dixit, quodcumque ligaueris,* Alberic. de Rosate *in l. benè à Ze-*
9 *none, num.21. vers. Christus † omnem iurisdictionem Beato Petro, & eius Successoribus commisit, dicens, quodcumque ligaueris super terram, &c. dicendo quodcumque, nihil excipiendo, atque alia vt ibi, C. de quadrien. præscript.* Ioann. de Capistran. *in tract. de auctorit. Papæ cap.1. post princ. vers. quodcumque ligaueris, nihil excipit.*

Quod verò Regimini, atque curæ Summorum Pontificum Christus subiecerit fideles vniuersos, id quoque
10 † indubitabile est, dum ipsemet Petro, & in eius persona omnibus eius successoribus dixit: *pasce oues meas, &c.* Quapropter non est mirum, si omnes Reges, Principesque venerantur, ac colere tenentur Romanum Pontificem, itaque hic faciunt vaticinia illa Isaiæ Prophetæ;
11 *Reges eorum † ministrabunt tibi.* Et mox: *Gens & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit,* & illud Ieremiæ, *Ecce constitui te super Reges & Regna.*

Præbent quippè Reges obedientiam Romano Pontifici, non seruili metu, sed charitatis affectu, non timore pœ-
12 næ, sed amore † Iustitiæ, vt inquit Magnus Gregorius Papa *in moralib.* & ex nostris refert Henricus *in cap.1. de maior. & obedien. in fin.* Hinc est Papam solitum esse vocare Reges dulci illo nomine, nempè filios charissimos, idque aduertunt Ioann. Andr. & Ant. de Butr. *in cap. quam graui, de crim. fals.* estque text. *in clem. pastoralis in princip.* ibi, *Charissimum in Christo filium nostrum Regem Robertum, &c. de re iudic.* & notant quoque Mart. Lauden. *in tractat. de Princip. quæst.217. vers. Papa quando scribit Regibus eos vocat filios charissimos,* Restaur. Castald. *in tract. de Imperat. quæst.59. num.10. vers. Quando Papa scribit Regibus filios charissimos eos appellat,* vbi etiam *num.7.* latè ponit plures titulos, cum quibus Papa solet decorare Imperatorem, nam aliquando eum vocat Imperatorem gloriosissimum, *vt in l.4. C. de Summa Trinit.* aliquando ait Serenissime Principum, quandoque Clementissime filij, cum alijs ibi adductis, & adde Ioann. Quin. *Aristocrat. Christ. Ciuit. titul. de mut. Imper. circa medium, vers. Papa vocat Imperatorem Clementissimum filium.*

Nec est mirum (vt supra præmisi) si Christiani Principes catholica, ac vera fide imbuti, magnam reuerentiam impendant Romano Pontifici, eidemque † Cœli 13
Claugero, quandoquidem & ipsi Ethnicorum Principes in profundo gentilitatis pelago submersi, suæ vanæ Religionis superstitione tacti non minùs obseruantes suos coluerint Sacerdotes, audiamus quæso Valer. Maxim. *lib.1. cap.1.* qui loquendo de Romana Ciuitate eleganter inquit, *Omnia post Religionem ponenda semper nostra Ciuitas duxit, etiam in quibus summæ maiestatis conspici decus voluit, quapropter non dubitauerit sacris Imperia seruire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ benè, atque constanter fuisset famulata.* Idque ex nostris arguendo ad reuerentiam debitam Summo Pontifici, tamquam Dei Vicario, adducit Ioann. Parlador. *sesquic. quotidian. different. differ.9. num.9. vers. nec mirum si Christiani Principes, &c.*

Accedit insuper indecorum nullatenus esse Summis Principibus Orthodoxis, Sedi Apostolicæ obedire, cùm illi subesse sit de necessitate salutis, vt probat S. Thomas, & alij, quos infra adducam *n.50.*

Doctores enim Catholici omnes indesinenter firmant
Romano † Pontifici necessarium esse omnibus subesse, 14
& si quis reperiretur adeò lucis expers, vt id negaret, heu miser, proculdubio hæreticali peste esset infectus, cùm id sit contra articulum fidei. *Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, &c.* vt generaliter asserit glos. communiter approbata *in clem. ad nostrum, in verb. Ecclesiæ, vers. hæc omnino sunt hæretica, & contraria illi articulo, & vnam sanctam, &c.* aduertitque Cardin. Iacobat. *in tractat. de Concil. lib.10. cap.14. num.17. vers. necessarium est subesse Romano Pontifici, & qui hoc negat, est hæreticus; quia est contra articulum fidei: Et vnam sanctam, &c.* Petrus à Monr. Venetus *in tract. de auctoritate Papæ, & Maiestate Imperat. titul. de potestat. præstantia & excellentia Rom. Pontific. n.5. vers. est errare contra illum articulum fidei, & vnam sanctam Catholicam, &c. num.13.* subiungit, ibi, *in Ecclesia militanti est vnus Dominus, qui est Romanus Pontifex Vicarius Iesu Christi cuius præceptis omne obedire tenentur, &c.* alios verò allegabo infra *n.48.*

Vndè ex supradictis constat, qui Papæ superioritatem
super omnes negat, † simul etiam fatetur præclarum cin- 15
gulum militiæ Orthodoxæ se non habere, seu vt asserunt Anchar. *in cap. nouit num.11. & 12.* & ibi Imol. *num.8. & 15. de iudic.* qui negat Papæ maioritatem supra omnes, negat se esse Christianum.

Nec deseratur Petrus Bertrandus in addition. ad glos. *in extrauagant. Vnam sanctam, de maior. & obedient. in verb. subesse Romano Pontifici,* ibi, *Nam non videretur Dominus discretus fuisse (vt cum eius reuerentia loquar) nisi vnicum post se talem Vicarium reliquisset, qui omnia posset, & super omnibus esset,* quam materiam ibi latè prosequitur, &c. Vlteriùs nemo audet, vt inquit Alberic. *in l. benè à Zenone, num.21. C. de quadr. præscript.* Papæ potestatem contemnere, quia
† non tamquam homo, sed vti Deus ligat: estque textus 16
in can. nemo contemnat 11. quæst.3. Grauiter quoque asserit Bald. *in consil.477. incip. Quæritur vtrum Papa,* ibi, *Papa est lex animata in terris, & quodcumque soluerit super terram, solutum erit & in cælis, vnde dubitans de potestate Papæ, dubitat de fide Catholica, & tamquam sacrilegus est censendus, &c. lib.1.* Papæ enim tanta est maiestas, vt cum sola
reprehensione, aut correctione † homines mortui sint, 17
vt in Actib. Apostol. cap.5. & ex nostris ratiocinatur Ioann. Dominic. Tassan. *obseru. iurisdict. prag. de antefato, obseru.2. n.22. vers. Maiestas Romani Pontificis tanta est, vt sola reprehensione homines mortui sint.*

Suprarelatæ infallibiles veritates procedunt, quam-
quam † quis temerariè assereret nonnullos Pontifices 18
Summos fuisse malos, quibus non videtur parendum, quæ opinio ex alio fœtenti ore exire non potuit, vel originem habere non valuit, quàm ab illis rabidis, putridisque cerebris, seu abominabilibus sterquilinijs Hæreticorum, Schismaticorum &c.

Diabolica enim est ista supplantatio, nempè iudicium facere sinistrum de Vicario Iesu Christi, Successore B. Pe-
tri, Regni æterni Ianitore, Mundi Arbitrio, † & ma- 19
gistro; nam Papa semper bonus præsumitur, licèt bonus non esset; etiamsi malum faceret, semper intelligitur benè facere, & ad bonum quidquid facit, & omnia sunt eius opera recta, *can. absit 11. quæst.3.* & fusè, grauiterque

pro-

prosequitur Catald. de Boncompag. *in tract. de translation. Sac. Concil. Basileæ cap. 2. num. 32. vers. Quis furor, o Patres, quæ tanta licentia audiendi, &c.* text. est quoque famigeratos *in can. nemo 9. quæst. 3.* ibi, *Nemo iudicabit primam Sedem, neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo iudicabitur, &c.* latèque in d. text. tractant scribentes. Prudenter pariter ratiocinatur eruditus vir Michael de Anan. *in tract. de unitat. ouil. & Pastor. cap. 21. numer. 10. vers. Deus noluit censores, & examinatores fieri superiorum suorum, &c.* Vbi etiam sub *num. 13.* probat, Officialium Curiæ Romanæ peccata nihil detrahere Pontificatui, sicut nec Iudas Cubicularius Christi detraxit Christo, & alia plura, vt ibi videre potes.

Supradictamque sceleratam conclusionem, de qua in
20 præcedenti *num. 19.* præuidendo Misericors † Deus noster, eam sequentibus sic respondet, vt habemus apud Matth. *cap. 23. Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite; secundum opera verò eorum nolite facere;* quid ergo tam apertis verbis ab ipsa veritate prolatis absque delirio potest responderi?

Vlterius ad maiorem inimicorum Dei confusionem addo, dignitatem officij damnandam † non esse propter exercentium peccata, idque olim prudenter admodum Catonem dixisse Plutarchus est auctor. Nam cùm Publius Clo-
21 dius accusaretur a Marco Tullio Cicerone, & ipse Cicero diceret à Clodio in tribunatu gesta irrita esse oportere, non placuit sententia ista Marci Tullij, sapienti omnium existimationi Catoni; vnde assurgens contra eumdem prudenter more solito contrariæ opinionis defensionem suscipiendo palmam reportauit, & inter alia asseruit, si Tribunatu quemadmodum cæteri multi † abusus est Clodius, non ex hoc potestatem Tribunitiam maculatam remansisse, atque alia vt ibi habetur.

Quot Medici facti sunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt? non tamen ars medica vituperatur, sed ea malè vtens. Quot Nautæ malè rexerunt nauigia? non
22 verò ars nauigandi mala est, † sed illorum animus, &c. Supradictamque Catonis defensionem, sententiamque in nostris proprijs terminis adduxit celebris DD. Iacob. Simanc. *in tract. de Cathol. Institut. titul. 45. num. 16. vers. Sed aiunt Heretici, multos Pontifices Summos, &c.* vbi etiam ad hoc diuersas Sanctorum Patrum sententias adducit ad prosternendam supradictam falsam hæreticorum opinionem, conferunt quoque ea quæ asserit Guil. Duran. *in tractat. de mod. Concil. general. celebr. part. 3. rub. 1. num. 3. & seqq.* cum alijs allegatis per Michael de Aoin. *in d. tract. de vnitat. ouil. & Pastor. c. 21 per tot. & præsertim n. 22. vers. O misera stultitia furor, quibus furijs agitantur Heresiarchæ, & agitant cæterus populares, &c.* Sed his relictis latratibus, ac venenosis opinionibus perditorum hominum.

23 Prosequor † asserere, cùm Summus Pontifex à Deo Immortali habuerit amplissimam potestatem super omnibus, ad esse ctum quemlibet fidelem pascendi, additaque dicta potestate liberrima ligandi, & soluendi, consequens esse etiam, vt omnia illi censeantur commissa, quæ necessaria sunt ad id perfectè gerendum, & administrandum, nam qui ponit consequens, censetur etiam ponere omne necessarium antecedens. Quæ conclusio est vulgaris, & satis in iure decantata iuxta text. *in l. a. ff. de iurisdict. omn. iud. l. vlt. ff. de offic. eius cui est mandat. iurisd. l. ad rem nobilem, l. ad legatum, ff. de procurat. l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperauer. cap. præterea de offic. deleg. &c.* & in terminis nostris ex Theologis id latè tradiderunt Abulen. *Numerorum 15. qu. 58.* & omnis eorum caterua *in lib. 4 sent. ntiarum, dist. 18.* Albert. Pygh. *lib. 5. Hierarc. Eccles.* Herman. *lib. 7. de inst. aurand. religion.* Martin. Ayalam *lib. de diuin. & Ecclesiast. tradit. part. 3. tit. de Episcop. potest.*

Quamobrem solummodò permissum est Romano Pon-
24 tifici leges diuinas modificare, declarare, vel † interpretari, *vt in extrauag.* Martin. & Calist. *cap. omnes, de constitut.* & latè per Ioann. Andr. Anchar. Abbat. Barbat. & alios copiosè citatos per Paris. *cons. 68. vol. 4.* refertque Surd. *decis. Mantuan. 30. num. 27. vers. Hinc dicimus, quod Papa potest contra legem Diuinam aliquando venire limitando, declarando, &c.* atque omnium pulchrius tractat Petrus de Anchar. *in consil. 373. num. 3. vers. Papa ius diuinum potest modificare, cùm eius potestas non sit ex homine, sed ex Deo, & in terris Dei vices fungitur cum amplissima potestate ones suas ligandi, & soluendi, & sub num. 7. subiungit quod ipse Deus Dominus, & Redemptor dicitur facere, quod facit eius Vicarius, dummodò non faciat contra fidem, &c.* Couarr. *lib. 1. var. resolut. cap. 17. numer. 8. §. Henricus tamdem vers. Summi Præsulis dispensatione,* & post Abb. & Felin. hanc esse communem opinionem testatur Scacc. *in tract. de iudicijs lib. 2. cap. 9. num. 382. vers. Papa potest interpretari, & ex causa limitare ius diuinum, vt tradunt communiter omnes,* cateruamque Doctorum in hoc puncto adducit Magdalen. *in tract. de numere test. part. 3. cap. 3. a numer. 227.* Petr. à Mont. *in tract. de potest. Pontific. titul. de mod. resistendi, &c. num. 10. vers. Papa dispensat contra Euangelium, contra vetus Testamentum, contra determinationem Conciliorum, contra decreta Patrum, &c.* dilucidèque d. opinionem explicat Sarmient. *select. interpretat. lib. 2. cap. fin. & de redditibus Ecclesiast. part. 4. cap. 2. & 5.* post S. Thom. *& alios per eum relatos,* & vide Hoyedam *de incompatibilitate Benefic. part. 2. titul. 12. num. 6.* ac latè Azor. *instit. moral. lib. 4 cap. 18. qu. 1. & lib. 5. cap. 3. per tot.* vbi adducit in hac materia communem nostrorum sententiam, & adde Sanchez *in tract. de matrim. lib. 8. disp. 6. n. 5.*

Quod enim Papa solus possit † ius diuinum declarare, 25
& certitudinaliter interpretari, meminit Rota in causa *Gerunden. Scribaniæ 21. Maij 1638. coram clar. mem. Merlino, §. Causa semper præsumitur in gestis, vers. Papa quippe est supra omne ius positiuum, imo declarat ex epicheia ipsum ius diuinum.*

Imperatori tamen id nullatenus licet, nec cæteris Principibus sæcularibus Summum Imperium habentibus, vt optimè considerat post Alexan. & Barbat. Amedeus à Ponte *in consil. eiusdem positæ post decis.* Antonin. Thesaur. 57. §. *Alij affirmatiuam,* ibi, *Papa potest ius omne etiam diuinum declarare, & ampliare, quod non licet Imperatori, cæterisque Principibus sæcularibus habentibus summum Imperium, &c.*

Sed vt paucis me expediam, relicta potestate spirituali, tamquam clarissima, & quæ nullo pacto obnubilari potest absque impudentissimo deliramento; nam vt videmus in toto orbe Papam in spiritualibus, & inde dependentibus Fiscum generalem habere, vt pro delicto in his commisso, ex quo iure scripto, bona delinquentis sint confi-
scanda, in fiscum Romanæ Ecclesiæ, bona † illius vbi- 26
libet cogantur; quia sicuti Ecclesia Romana vbique est, sic fiscum Ecclesiæ Romanæ vbique existere oportet, ita Bald. *in l. hæreditas, ff. de hæred. instit.* & Abb. Bero. Martin. allegati à Peregr. *in tract. de iur. fisc. lib. 1. cap. 2. num. 22.* affirmant.

Indubitanter assero, Romanum Pontificem ex vi supremæ Pontificalis auctoritatis habere amplam temporalem potestatem vbique terrarum super omnia negotia
sæcularia, etiam inter sæculares, † quando id expediens 27
est ad effectum consequendi aliquem finem supernaturalem, vel bonum spirituale, veluti ad euitandum peccatum præsens, vel futurum, atque casu quo tractatur de conseruanda Ecclesiæ maiestate, auctoritate, decoreque, necnon de defendendis, & protegendis spiritualibus, ac etiam de tuenda communi vtilitate, & pace omnium populorum: tandem, ac alijs casibus relictis, in omni-
bus arduis negocijs, & maximis difficultatibus. † gene- 28
rantibus scandalum in Christianitate, Papa se intromittere valet, & maiestatem suam, potestatemque sibi à Deo attributam exercere, vt omnium scribentium vnanimi consensu notatur *in cap. ex epistolæ, t. vers. excellentia tua postulauit, vt Imperatori scriberem ext. de probat.* & omnes Classici *in cap. per venerabilem, vers. certis causis inspectis temporalem iurisdictionem in alijs etiam Regionibus casualiter exercemus, &c. qui fil. sint legit.* ac communiter quoque Doctores *in cap. nouit de iudic. in cap. venerabilem de elect. in cap. ad Apostolica de re iudic. in 6. & in cap. grandi de supplend. neglig. prælat. pariter in 6.* Sicul. *in cap. si duobus, de appellat.* vbi allegat Innocent. Patrem veritatis sic tenentem *in cap. cum te de re iudic. & in cap. per venerabilem, qui fil. sint legis.* Ita quoque docent S. Thomas *in tract. de Regimin. Princip. lib. 3. cap. 13.* Cardin. de Turrecrem. *in Summ. Eccles. cap. 113. & 114. lib. 2.* Maynard. *de privileg. Eccles. part. 1. art. 6. numer. 1.* Salgadon. *de protectione Regia tom. 1. part. 1. cap. 1 prælud. 1. num. 55.* Paramus *de origine inquisit. lib. 3. quæst. 3. opin. 4.* Victor. *de potestat. Eccles. relect. 1. quæst. penult. & relect. de Indijs Insulanis part. 1. à num. 26. & ad cap. vlt.* Matth. *num. 29* Pereir. *de man. Reg. prælud. 1. n. 4.* Azor. *in summ. part. 2. lib. 11. cap. 5. qu. 6.* Tannerus *in 1. 2. dispnt. 4.*

sput.4.qu.4.dub.1.num.33. Christophor.de Anguian.*in tract. de legib. tom.1. lib.2. controu.17. num.29. & seq.* Sotus *in 4. dist.25.qu.2.artic.1.*Caietan. *in 2.2.quaest.43. art.8.* Sixt. Senens.*lib.6.annotat.62.* Barg. *de Episcopor. iurisd. confirm.10.* Albert.Pygh. *de Ecclesiast. Hierarch. lib.5.* Driedon. *de libere. Ecclesiast. lib.1. cap.9.15. & 16.* Molin. *de Iustitia, & Iur.tom.1.tractat.1.disput.29. vers. tertia conclusio,* Rebell. *de obligat. Iustit.part.2.lib.14.quaest.23. sect.1. num.2.& 3. & sect.5.num.19.*Suarez *in tract.de legib. lib.3. cap.7. num.5. & in tract.de defension. fid. Catholic. aduersus Anglos lib 3. cap. 22.*latè Cardin. Bellamer. *de Romano Pontifice controuers.3. general. lib.5.cap.6.* R.P.meus Antonius Diana (*vir admirabili doctrina conspicuus, cuius opera iam decimamquartam aspexerunt lucem*) *in suis resolut. moralib. part.1 tract. de immunit.Ecclesiast.resolut.121. vers. sed mihi,* vbi affirmat sic communiter tenere Theologos, ac pleroſque Iuriſconſultos, Iacob.Simanc. *in tract. de Catholic. Institut. part.2. titul.45.rubric.de Papa,a num.24.*Bobadill.*in sua politic.tom. 1.lib.2.cap.13. num.2.* Sanchez *in tract.de matrim.lib.7. disputat.3.num.3.vers.Potestas temporalis subiecta est spirituali, ipsique subordinata in ordine ad finem spiritualem, & supernaturalem, &c.* Io.Paul.Balzaran. *in Commentar.constitut. vtriusque Siciliae, titul. de offic. Capitan. num.44.* Francisc.Viu. *in syl. comm. opinion. opin.369. incip. Imperatores num.47.* Cened. *in collect. Iuris Canonici 167.in verb. Imperatori scriberem,* vbi multos alios adducit, adde Ceuall. *comm.contra commun.cap.739.à num.46.* & optimè Nauarr. *in repetition.cap.nouit notabil.3.a num.96.ext.de iudic.*Marc. Anton.de Cadmos *Dialog.4. §.32.* Antonius Nimph. *de potestat. Ecclesiast. quaest.1. art.8.* Anastasius Germon. *de sacr. immunit. cap.13. num.70.* Stephan. Auph. *de potest. Eccles. quaest.40.* Cotlett. *de potest. Papae quaest.22.* Augustin. Morl. *in Empor. Iur.part.1.tit.4. num.12.* Petrus a Savr. *practicar. forens.quaest. lib.1. quaest.9. a num 9.* Hippoly.de Marsil. *in tract.de Bannit.in verb.Papa, num.147. vers. Papa in omnibus arduis negotijs generantibus scandalum in Christianitate auctoritatem sibi a Deo attributam exercere potest,* Cardin. Alban. *in tract.de potest.Papae,part.2.num.20.vers.ad Romanum Praesulem potissimum spectat Rempublicam Christianam ad bene beateque viuendum non modo hortari, sed etiam compellere,*Marquadr. de Susan.*de caelib. Sacerdot.non abrogand.cap.2.part.1. incip. Et quia, num.19.*Francisc. à Victoria *in tractat.de potest.Eccles.quaest.5. vers.Papa in ordine ad supernaturalia habet amplissimam potestatem supra omnem temporalem, & potest non solum omnia quae possunt Principes saeculares, sed etiam facere nouos Principes, tollere alios, &c.* refertque Nauarr. *in d.cap. nouit notab.3. num.41. vers. Ita quod,vt dixit, &c.* Bursatt. *consil.90. numer.26. vers. In quantum potestas temporalis necessaria est ad conseruationem spiritualium, ad directionem hominum in vitam aeternam, & correctionem peccatorum, nemo vnquam dubitabit, quod Papa eam proprie iure in omnes etiam Imperatores, & Reges non exerceat, &c. part.1.* & praeter ibi adductos Doctores addo Matth. de Afflict. *in praelect. constit. vtriusque Sicil. & Neapol.lib.1.titul.de cult.pac.rub.6.vers. Papa est constitutus supra Reges, & Regna, & vers.Papa quemlibet Christianum potest corrigere, &c.necnon eodem lib.1. tit. de offic. Magn. Camerar. rub.58. vers. Papa habet in habitu in toto Mundo iurisdictionem in temporalibus, &c.* Ioann.Domin. Tasson. Neap.*obseruat. iurisdict. Prag. de Antefato obseruat.2.n.22. vers. Papa si videret Regem notorie cupidum ad aliquid faciendum contra iustitiam, posset vti Dei Vicarius inquirere eum, & vers. Papa habet iurisdictionem in habitu quasi ensem intra vaginam reconditum,&c.*atque paulò post subiungit: *Papa ergo vti Vicarius Christi, vt aliquod maximum*
29 *inconueniens euitetur, potest manus imponere,* † *habet enim potestatem vniuersae carnis, &c.* Martha de Carazu Laud. *in tractat. de Principe quaest.1. vers. quandocumque est necesse, recurrendum est ad Papam, siue necessitas sit iuris, siue facti, quia alias non esset Iudex superior, vel propter negligentiam, vel vacantibus Regnis & Principatibus,* Ioannes Parlador *sesquicent. different. quotidian. different.9. num.11. vers. Hinc illud sciendum est, penes Romanum Pontificem (vt qui Dei vices gerit in terris) vtramque iurisdictionem residere, Ecclesiasticam actu & habitu, saecularem habitu, seu potentia, & numer.10. addit, Papam gladium temporalem potest distringere, quando magnum in Republica imminet periculum, aut detrimentum,* cum alijs ibi adductis, Michael. Vicur. *in tract. de Regimin. Mundi 2. part. principal. num.81. vers. Papa in his, quae sunt ad finem beatitudinis aeternae, potest vti temporali flagello, &c.* Stephan. Aufrer. *in tract. de potestat. saecular. super Eccles. in introduct.num.5. vers. In omnibus arduis negotijs se intromittere potest Papa, & maioritatis ratione propter auctoritatem sibi a Deo attributam exercere iurisdictionem etiam inter laicos, & ipsum Imperatorem tamquam sibi inferiorem exigentibus causis destruit,* Franciscus Arias *in tract.de Bello, & eius iustit. n.202. vers. Potest enim Papa ex causa ardua iurisdictionem in temporalibus,quam à Deo suscepit in habitu,ducere ad actum contra quoscumque &c.*

Caeterum ingenuè loquendo dicere non erit absurdum, vna cum Clarissimo Iuriſconſult. Io.Montaigne *in tract.de parlament. & collat. parlam. part 2. num.15.* scilicet Ecclesiam esse proprietariam, seu habere proprietatem iurisdictionis saecularis; Imperatorem autem, & alios Principes, ac Dominos temporales esse vsufructuarios; habitus
tamen † praedictus Ecclesiae (vt ibi subiungit) nonnum- 30
quam reducitur ad actum, & vsusfructus reuertitur ad proprietatem, saltem facultas vtendi, & fruendi dicta iurisdictione, exempli gratia: Imperator, vel alius Princeps supremus potest conueniri coram Papa super obseruatione contractus, iuramenti, violatione pacis, & super alijs, quae sunt de iure diuino naturali &c. ibique multa adducit, vide etiam *num.16.* ibi, *Generaliter in omnibus causis, & negotijs grauioribus adeunda est Sedes B. Petri, quae hoc casu vtroque brachio se iuuabit, &c.* Hinc Sanctus Bernardus *epist.265.* scribendo ad Eugenium Papam, sic ait, *Exercendus nunc est vterque gladius, per quem autem nisi per vos? Petri vterque est, alter suo nutu, alter sua manu, quoties est necesse, euaginandus.*

Ex supra relatis ergo rationibus, & tam generosa classe Doctorum tum in iure Diuino, tum in iure Pontificio, & tum in iure Caesareo egregiorum, dignosci potest, quam sit vesanum iudicium eorum DD. qui contrarium audent asserere, itaque expendere possum illud Iudith 14. *Mures egressi sunt de cauernis, & prouocauerunt nos ad praelium.* Sed quaeso dimittamus hos sincerae veritatis contemptores foris, & more solito latrent, quantum volunt, imitando in hoc canes, qui inani quadam consuetudine Lunae noctu latrare consuescunt.

Referam modò nonnulla exempla, & praesertim tendentia ad assequendum aliquem finem spiritualem, vel supernaturalem, in quibus Papa in toto Orbe, & inter quascumque personas auctoritatem sibi à Deo attributam exercere valet.

Et primò Summus Pontifex compellit Principes ad
conseruandam † pacem, text. est clarus *in can. nouit ext.* 31
de iudic. cùm pax sit vinculum charitatis, hac de causa Papa vbilibet se intromittit, vt post Abbat. dixit Dec. *in d. cap. nouit num.4. vers. Octauo nota, quod pax est vinculum charitatis, & ideo Ecclesia se intromittit, &c.* idque pariter tractat Ant. de Butr. *in d.cap.nouit, num.26.& 55.* adde idem Abb.*in rubric.de treug.& pac.à num.3.*Felyn. *in eadem rub. n.9. in 7.fallent.*

Item Papa generaliter cogit omnes ad seruandum
† iuramentum, *cap. ex administrationis, 1. vers. cogatis, de iureiur.* cùm iuramentum seruare sit de iure 32
Diuino, vt ponitur *Math.5.& in cap etsi Christus, de*
iur. iuran. & seq. de praeceptis primae Tabulae, † *can. ne-* 33
cesse, 22. qu.4. Item quemlibet astringit ad seruandum votum, *cap.licet, de vot.*

Item ex causa ad sumendum coadiutorem, vt de coadiu-
tore dato † Regi Portugalliae, habetur text. *in cap. grandi,* 34
de supplend.neglig. Praelat. in 6. ibique latè Barbos.*in collectan.* & addo Ioannem Parlador. *sesquic. quotidian. different. different.9. num.9. vers. Romanus Pontifex Lusitaniae Regno Rege laboranti opem tulit, alium idoneum substituendo,* Ioannem Baptist. Ferret. *in repetition. cap. ex epistola 1. num.12. vers. Papa propter dissidium Regis Portugalliae dedit illi coadiutorem, &c. ext. de probat.* & vide glos. *in d. cap. grandi, in verb. Regis,* vbi dicit, Papam potuisse eumdem Regem Portugalliae priuare Regno, & refert exemplum de alijs Regibus a Papa priuatis.

Item cogit Medicos † quantumcumque laicos, ne 35
posteà infirmos visitent, si in graui infirmitate constituti peccata non fuerint confessi, *cap.cum infirmitas, de poenit. & remiss.* atque in hac materia adest celebris Constitutio fel.rec. Pij V. edita de anno 1566. incip. *Supra Gregem Dominicum nostrae vigilantiae diuinitus creditum, &c. est in nou. Bullar. Constitut.3. inter alias Constitutiones eiusdem Pontificis,*

36 *ficis*, vbi Medicis omnibus prohibetur † vltra tres dies in-
firmos non confessos curare, cum alijs, vt ibi, atque in-
nouatur altera Constitutio fel. rec. Innocentij III. *in qua
præcipitur Medicis, vt cùm eos ad ægrotos vocari contige-
rit, ipsos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vo-
cent, ne cùm eis hoc in extrema ægritudine constitutis suade-
tur, in desperationis articulum incidant, &c.*
37 Item Papa † vbique coercet assassinos, *cap. 1. de homicid.
lib.6.* Item absoluit vassallos cuiuslibet ex causa à iura-
38 mento † fidelitatis, *cap. nos, can. iuratos 15. quæst.6. cap.
absolutos de hæretic.* Item Papa vbicumque inhibet vsum
torneamentorum, & duellorum, *cap. felicis de torneam.* &
optimè Concil. Tridentin. *sess.25. cap.19.* ibi, *Detestabilis
duellorum vsus fabricante diabolo, introductus, vt cruenta
corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex
Christiano Orbe penitus exterminetur.* Item à Regibus non
recognoscentibus Superiorem appellatur ad ipsum Papam,
ipsosque compellit ad seruandam iustitiam, vt in *d. cap.
nouit. de iudic.* & latiùs dicam infra. Cognoscit etiam de
defectu natalium, *cap. tuam de ordin. cogn.* Item Papa
39 præcipit † Principibus sæcularibus, & eorum Potestati-
bus, vt cogant Hebræos ad remittendas vsuras Christia-
nis, *cap. post miserabilem, & cap. quanto amplius de vsur.*
aduertitque Cæsar. Manent. *decis. Senatus Mantuan.46.
num.34.* vers. *Summus Pontifex præcipit Principibus sæcula-
ribus*, & vide Antonin. Thesaur. *decis. Senatus Pedemon-
tanus 57. num.5.*

In qua apertè fatetur maiorem partem DD. Senatorum
inclinasse in eam sententiam, vt nullo modo Princeps sæ-
40 cularis in suo dominio † fœnoris exercitium possit conce-
dere Hebræis, nisi accedente Summi Pontificis expressa li-
centia, & assensu, subiungitq. ita etiam per Senatum re-
sponsum fuisse Principi Carolo Emmanueli Duci Sabau-
diæ, &c. qui vti Pius, & Catholicus Princeps, non prius
antiqua priuilegia Hebræis concessa confirmauit, quam
41 obtento à Summo Pontifice super † hoc consensu anno
1583. reducto interesse, seu vsuris ad 18. quæ antea erant
ad 33. pro quolibet centenario: quæ concessio postea per
fel. rec. Sixtum Papam V. fuit confirmata, ibique per exten-
sum refertur dicta confirmatio Apostolica, post secundum
consilium ibi positum.

Item ad Romanum Pontificem solùm pertinet declara-
42 re, an contractus sit licitus, † vel illicitus, *& tradunt* Spe-
culator *in titul. de Legat. §. nunc ostendendum num.23.* S. An-
toninus Archiepiscopus Florentinus *in summa 3. part. tit.
22. de potestate Papæ cap.7. col.2. vers. Decimustertius*, De-
cian. *in tractat. de crim. lib.6. tit. 11. n.36. vers. Et tertium
est quia &c.* Iacob. Menoch. *cons.1117. n.5. vers. ad Roma-
num Pontificem solum pertinet, &c.* Videatur pariter Rota
*in causa Barchinonen. Cambiorum 26. Iunij 1606. coram bo.
mem. Pěnia, quæ est decis.* 1003. *inter eius à me imprim.*

43 Vbi dicitur, Consules, & Defensores † Mercatorum
Ciuitatis Barchinonensis, & Principatus Cataloniæ sup-
plicasse fel. rec. Clementem Papam VIII. vt dignaretur
concedere facultatem Mercatoribus dicti Principatus, vt
possent accipere, & dare ad cambium quibuscumque per-
sonis ad quoscumque partes ad vsum sex mensium, vel
vnius anni, prout conuentum fuerit inter partes, dummodo
lucrum cessans, & damnum emergens, quod debetur Mer-
catoribus, non excederet decem pro quolibet centenario,
& anno, sed posset esse minus, ita vt si solutio cambij in
longum protraheretur vltra vsum per pactum, vel intelli-
44 gentiam creditoris † in non exigendo, non posset peti, ne-
que fieri pactum de maiori interesse, sed de minori: &
quod ille, qui ad cambium acciperet, si vellet soluere suo
creditori ante vsum sex mensium, vel vnius anni, posset
id facere soluendo interesse ad rationem conuentam inter
partes pro temporis portione, dummodo non excederet
summam decem pro quolibet centenario, & anno pro
temporis portione vsus decursi, &c. Sed superueniente
morte Clementis VIII. Agentes pro d. Principatu eam-
dem supplicationem porrexerunt sanct. mem. Paulo PP. V.
qui intellecta d. petitione, cùm visa fuerit causa grauis,
& exemplaris, ordinauit, vt proponeretur, diligenter-
que discuteretur in Rota, vt factum fuit: & nemine
contradicente Rota censuit dictam supplicationem tam-
quam continentem vsurariam prauitatem non esse signan-
45 dam, cum † id repugnet naturæ cambiorum, quorum
interesse ab initio non debet esse certum, nec potest taxa-
ri, Bald. *in l. rogasti, §. si tibi num.6. vers. Quid ergo, ff.
si cert. petat.* idem Bald. *in l. 1. num.32. vers. Futura enim,
C. de summ. Trinit. & fid. Catholic. Alex. cons.61. num.12.
vers. Plus dicit lib.2.* Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras
notab.6. num.10. de donat. inter vir. & vxor.* Nauar. *in
Manual. cap.17. num.292. & 301.* vbi inquit post Bullam
Pij V. dictam taxationem ab initio non licuisse, nec li-
cere, *cum multis alijs in d. decis. Penia allegatis.*

Item Pontifex Romanus solus in † matrimonialibus 46
causis generalem, & omnimodam habet potestatem,
cap. quod nobis, vbi Card. Alexandr. *qui filij sint legit. &
cap. proposuisti, de concess. præbend.* cum alijs allegatis per
Cost. *in tractat. de iur. & fur. & ignoranc. centur.2. distin.
28. vers. Romanus Pontifex in his potissimum matrimonia-
libus causis omnimodam habet potestatem, estque supra
omnes, & super ipsum ius scriptum, & canones, &c.* latè-
que Sanchez *de matrim. tom.2. lib.7. disput.3.* & Basilius
Pontius *de matrim. lib.7. cap.2. num.3.* Vnde Principes se-
culares in materijs matrimonialibus quidquam ex defectu
iurisdictionis statuere nequeunt: & hoc non solum si sta-
tuant circa substantiam matrimonij, sed nec etiam circa
accessoria, & ab eo dependentia, vt nuper respondit Rot.
*in causa Mutinen. Bonorum, seu Prædij 15. Iunij 1643 coram
Reu. P.D. meo Carillo*, vbi fuit resolutum, nullatenus sub-
sistneri Statutum Laicorum, si in eo disponatur, vt quæ-
libet mulier nubens alicui forensi, sit incapax ex testamen-
to, vel ab intestato omnium bonorum cuiuscumque Ci-
uis, &c. vt latiùs ibi videre potes.

Item Romanus Pontifex potest contra omnes executo-
res piarum † voluntatum, quantumuis Laicos exercere 47
iurisdictionem, & compellere eos, vt plenariè, & fideli-
ter voluntatem defuncti exequantur, *cap. si hæredes, cap.
Ioannes de testam. l. nulli, C. de Episcop. & Cleric.* & vi-
deatur Concil. Trident. *sess.22. cap.8.* ibi, *Episcopi etiam
tamquam Sedis Apostolicæ delegati in casibus à iure concessis
omnium piarum dispositionum tam in vltima voluntate,
quàm inter viuos sint executores, &c.* & in terminis nostris
id optimè considerat Didac. Spin. *in Speculo testamentorum
glos.28. num.23. vers. Pontifici Maximo vtraque potestas
à Christo fuit demandata, & designata spiritualis, & tem-
poralis, ideò contra omnes executores &c.*

Item solus Romanus Pontifex potest disponere contra
vltimas † testantium voluntates, eisque ex causa deroga- 48
re, *text. habetur in clem. quia contingit de relig. domib.* &
notatur *in cap. quamquam de vsur. lib.6.* & aduertit Bald.
*in consil.297. incip. Testator in suo testamento, vers. Solus
Papa potest disponere, &c.* Card. Mantic. *in tract. de conie-
ctur. vlt. volunt. lib.11. num.19. vers. solus Papa potest di-
sponere contra testatoris voluntatem*, & tradit Tiraquell. *in
priuileg. piæ causæ priuileg.135.* Pinell. *in rubric. de rescind.
vendit. part.1. cap.2. num.19.* Perez. *ad titul.2. lib.5. Ordin.
pag.72.* Henriq. *in summ. lib.7. cap.37. §. 2. litera F. &
lib.9. cap.22. §. 6. litera M.* Menoch. *controuers. illustr. cap.
25. num.26. cum seq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom 4. quæst.
125. art.9.* Ludouic. Beia *respons. casuum conscient. part.4.
cas.22* Iacob. de Graff. *de arbitr. confess. lib.2. cap.69. n.1.*
Cened. *practicar. & canonic. quæst. lib.1. cap.35. num.12.*
Melch. Phœb. Lusit. *decis.47. num.2. cum seqq. tom.1.* Hip-
polyt. de Marsil. *in tract. de Bannit. in verb. Papa num.44.
vers. Papa solus potest mutare testamenta, & voluntates
defunctorum, &c.*

Aliaque exempla hic ponere supersedeo, cùm id esset
potius longum, quàm necessarium, cùm materia ista sa-
tis sit clara. Plura, & quidem notabilia super generali po-
testate, & præsertim super vtroque gladio Romanorum
Pontificum per orbem Terrarum, si quis desideret, con-
sulat Augustin. de Anchona, *de potest. Eccles. quæst.6. 36.
39. & 46.* Palat. Rub. *de retent. Regn. Nauar.2. part. §. 6.*
Pelagius *de planct. Eccles. lib.1. cap.13. & 37.* Chartu-
sian. *de Regimin. Politiæ cap.19. cap.49.* Speculum vitæ hu-
man. *part.2. cap.1.* Card. Iacob. *in tract. de Concil. lib.10.
articul.8.* Iordan. *de maiorit. Episcop. cap.8. num.16.* Albert.
Pigh. *lib.5. de Ecclesiast. Hierarch. cap.14. & 15.* Sander.
de visibil. Eccles. Monarch. præsertim cap.4. Almain. *de po-
test. Eccles. cap.8.* Henric. *quodlib.6. quæst.23.* vbi.

§.5. Ait Sacerdotem Apostolicũ ita se habere ad Reges, ¶
† sicut Architectum Ciuilem ad alios artifices Ciuitatis,
&c. Hugo de Sancto Victore *de Sacrament. lib.2. par.2. c.4.*
solidèque id tuetur; & explicat P. Suarez *in tract. de de-
fension. fidei Catholic. & Apostolic. lib.3. cap.16. à num.7.* Et
adde Io. de Capistran. *in tract. de authorit. Papæ part.3. 2.*
part.

1 part. princip. num. 81. & seq. vers. Papa diuina † authoritate
habet vtrumque gladium, Card. Alban. in d. tractat. de pote-
state Papæ part. 2. sub nu. 16. vers. Papa in iurisdictionis am-
2 plitudine, etiam † potestatem vtriusque gladij accepit, M.
Anton. Peregr. de Iur. fisc. lib. 1. quæst. 2. num. 2. vers. Papa
3 † appellatur Dominus totius Mundi, & non mirum, quia
Dei vices in terris gerit, Alexand. in consil. 2. num. 8. vers.
4 Potestas vtriusque gladij † originaliter fuit apud Papam
lib. 1. & ibi vide in addition. M. Anton. Rouescal. in litte-
ra Q. vbi plura allegat, & ait, in Papa, & Romana Ecclesia
5 residere esse Imperium, † & omnem Principatum, &c.
Idem Alexand. in consil. 24. sub num. 23. ver. Ecce duo
gladij lib. 5. Cardin. Zabarell. consil. 154. sub num. 3. vers.
Papa habet vtrumque Imperium, ideo, quod in eo tamquam
Dei Vicario est plenitudo potestatis spiritualis, & tempo-
ralis, Francisc. Bursat. consil. 123. num. 63. vers. Petri
successorem spiritualium, & temporalium Dominum dici,
lib. 1. Oldrad. in consil. 180. num. 12. vers. Ecclesia ha-
bet vtrumque gladium, Stephan. Aufrer. in Clem. 1. de
offic. Ordinar. vbi num. 38. & 39. probat Papam esse
Summum Sacerdotem, & Regem tamquam Vicarium
6 † Christi, qui habuit omnem plenitudinem potestatis spi-
ritualis, & temporalis in vita, in morte, & post resurrectio-
nem: subditque Vicario suo tribuisse eamdem potestatem
videlicet iurisdictionem spiritualem, & temporalem.
7 Spiritualem, † vt tamquam Summus Sacerdos illam
solus exerceat: temporalem verò, vt exercere illam fa-
ciat, & habitu eam habeat absolutè, exercitio autem
8 certis † casibus maioribus, & in casibus necessarijs; &
latè dixi supra: atque num. 40. plenissimè reprobat illud,
quod falsò asserunt multi per simplicitatem, vel malitiam,
qui volunt restringere iurisdictionem Romani Pontificis,
9 ad Ecclesiastica, & spiritualia, & sub num. 47. & seq. ait
esse necessarium ad salutem supradicta dicere, per extra-
uag. Bonifac. VIII. in cap. Vnam sanctam de maiorit. &
obedien. addo Michael Ferret. in tractat. de præcedent. cap.
31. num. 1. vers. Papa, vt nos omnes Catholici vno ore, &
10 animo fatemur, & tenemus, & † eius sancta Romana
Sedes omnibus præest, & habet Mundi Principatum,
quem Beatus Petrus Apostolus voce Domini tenuit, & te-
nebit. Tiber. Decian. in consil. 14. num. 57. vers. Papa
11 potest omnia, quæ potest Deus, † est culmen cuncto-
rum, &c. lib. 3. Mattheus de Afflict. decis. Sacri Con-
12 sil. Neapolitan. 265. sub num. 14. vers. Papa † est omnia,
& super omnia, &c. M. Anton. de Amat. decis. Rotæ
Maceraten. decis. 8. sub num. 6. vers. Papa vbique domina-
tur, Hieronym. à Laurent. decis. Rotæ Auenion. 250.
13 num. 11. vers. Papa est omnium † Catholicorum Pater, &c.
Guidopap. decis. Senatus Grationopolitan. 588. num. 5. vers.
Papa habet plenitudinem potestatis, & vers. Papa deponit
14 Imperatorem, &c. † Borgnin. Cauacal. decis. Fori Fiui-
zanen. 4. num. 14. part. 2. vers. Papa est totum continens,
id est omnia, iuxta illud: Omnia Cæsar erat. Decisio-
nes verò Rotæ Romanæ habes infra in hoc §. 5. num. 19.
Nec deseras eruditum virum Francisc. Viu. in Syn.
commun. opin. 369. num. 58. ibi, Concludendum est vtili-
ter, quod Papa verè habet temporalem etiam potestatem
in toto Christiano Orbe, etiam supra ipsum Imperatorem,
15 & consequenter omnium est Iudex, habetque † vtriusque
gladij potestatem, &c. ibique plures adducit, & hanc
opinionem post Dec. in d. nouit. de iudic. Card. Alban.
in lucubrationib. ad Bart. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.
num. 1. & seq. & in tractat. de immunit. Eccles. sub num. 71.
& seq. prædicat communem.
Imò sententiam prædictam esse communiorem, asserit
Hostiens. in sua summ. titul. de appellat. §. quoniam, vers. à
16 quo, eamque tamquam simul † communiorem, ac rece-
ptiorem, magnificat Mencha lib. 1. controuer. illustr. cap. 20.
in princip. & de veriori opinione, & simul sine dubio ob-
seruandam profitetur Petrus à Sayr. lib. 1. practicar. forens.
quæstion. cap. 9. num. 8. vbi inquit opinionem illam, Papam
habere vtrumque gladium, & vtramque iurisdictionem,
videlicet sæcularem, & ecclesiasticam, esse veriorem,
& sine dubio obseruandam. Hanc quoque esse commu-
nem Canonistarum, & Legistarum sententiam, &
quidem veram, luculenter affirmat Ioann. Baptist. Fer-
ret. in cap. 1. de Prælat. num. 8. Et tamdem fundamenta
huius conclusionis esse vrgentissima, ac potentissima, &
rationes validissimas, amplè attestatus est Hieronym.
Cenall. commun. contra comm. tom. 1. quæst. 739. num. 46. vbi
hanc opinionem, vltimo loco refert, eamque tenet, re-
spondendo contrarijs, ac pluries testatur de communi, ac
de magis communi, rationesque palpabiles post ibi allega-
tos expendit; & vlterius asserit, Papæ vtriusque † gladij 17
potestatem non debere in dubium reuocari, cùm id sit de-
cisum per text. in can. omnes 22. distinct. & in extrauag.
Vnam sanctam Catholicam, de maiorit. & obedient. eius-
que præclara verba refert, concludendoque vt etiam su-
pra dixi cum Nauar. in cap. nouit. notabil. 3. num. 19. de iu-
dic. ibi, Quis ergo Catholicus neget † apud Romanum 18
Pontificem esse vtramque potestatem, alteram in actu, al-
teram saltem in habitu?
Pariter ita sentit Rota, & præsertim testatum habemus
in decisione 200. alias 1. titul. qui fil. sint legitim. in nouis,
vers. † Papa hodie tenet Monarchiam Mundi, & habet 19
vtrumque gladium, quam decisionem etiam deinde am-
plexa fuit in causa Pampilonen. Illegitimitatis 10. Iunij 1609.
coram bon. mem. Iusto est decis. 191. num. 12. in fin. part. 1.
recent.
Papa namque est Vicarius Christi, non solùm in quan-
tum Christus † fuit Ecclesiæ Prælatus, sed etiam in quan- 20
tum fuit totius Orbis Dominus, vt magistraliter conclu-
dit Io. Scot. in tract. de perfect. statuum quæst. 9. & ex no-
stris asserit Felin. in cap. Canonum statuta num. 7. vers. Papa
est summus Sacerdos, &c. ext. de Constitut. & recentius
dixit Flamin. Paris. in tract. de Confident. quæst. 11. à nu. 11.
& præsertim num. 16.
Videatur pariter Concilium Florentinum sub Eugenio
IV. celebratum, † in quo tam Græci, quam Latini Patres 21
legitimè congregati, collatis & Græcorum & Latinorum
auctorum libris, in vnam eamdemque conuere senten-
tiam, decretando in sessione publica habita Florentiæ de
anno 1439. his præcisis verbis:

Item definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum Orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totius Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem, & Doctorem existere, &c.

Quare mediante tam præclara confessione, Græci re-
dierunt ad vnitatem Ecclesiæ Romanæ, & vtinam in ea
perpetua permansissent constantia. Heu † deploranda 22
Græcia tamquam canis ad vomitum redeundo, & à rapido
superbiæ vento agitata recedendo à Templo Beati Petri, è
libera, quæ erat facta, est secularis potestatis ancilla; &
illa, quæ renuit continuare, diuinum agnoscere in Petro
primatum, modò durissimo Tyrannico iugo inuita oppri-
mitur.
Nam, vt inquit Regius Prophet. in Psalm. 103. Petra re-
fugium herinacijs, de quibus scribit naturæ secretarius Pli-
nius lib. 8. natural. hist. cap. 37. vt melius ista animalia se à
venatoribus defendant, habitant in cauernis petrarum,
quoniam extra petram inuenti capiuntur.
Faxit Omnipotens Deus noster, cui omnia possibilia
sunt, vt iterum Græca Natio exemplo proprio, nec non
filij prodigi, qui omnia consumpsit dissolutè viuendo, ge-
nerosè surgat, & dicat Romano Pontifici, Pater pecca-
ui in Cælis, & coram te, iam non sum dignus vocari filius
tuus, fac me, sicut vnum de mercenarijs tuis. Tunc enim
ille tamquam magnus, & misericors Pater familias à Deo
constitutus, pietate, ac gaudio commotus, non vt mer-
cenario, sed vt filio carissimo reuertenti occurrens, primam
stolam proferet, occidetque vitulum saginatum, & genera-
le conuiuium faciet, vniuersis Christifidelibus cum exulta-
tione annunciabit gaudium magnum, prout fecit benignus
Pater Eugenius IV. quando vt dixi de anno 1439. dicti
Græci in gremio Matris Ecclesiæ (omnibus reuertentibus
aperto) cum honore recepti fuerunt, ipsi veritatem vi-
dendo tamquam in speculo puritatis, quam Ecclesia Ro-
mana seruat in Fidei vnitate, quæ non recipit maculam,
nec rugam.
Super qua reuersione Græcorum, dictus Eugenius IV.
Romanus Pontifex edidit famigeratam illam Constitutio-
nem, in qua omnibus annuntiauit lætitiam magnam, est
in nou. Bullar. inter alias Constitutiones eiusdem Pontific. in
ordine 17. incip. Lætentur cæli, & exultet terra, sublatus est
de medio paries, qui occidentalem, orientalemque diuidebat
Ecclesiam, &c. ibique dictus Almus Præsul, vix potens
ser-

sermone consequi, quantum gaudium ex dicta vnione susceperat, inter alia ait: *Tandem post longam mœroris nebulam, & dissidij diuturni atram, nigramque caliginem, serenum omnibus vniuersis optata iubar illuxit. Gaudeat & mater Ecclesia, quæ filios suos hactenus inuicem dissidentes iam videt in vnitatem, pacemque rediisse, & quæ antea in eorum separatione amarissimè flebat, ex ipsorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio, Omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Christiano censentur nomine, matri Catholicæ Ecclesiæ collætentur*; cùm alijs multis, vt ibi videri potest sub pridie Nonas mensis Iulij 1439.

O fortunata tempora quibus tanta bona fuerunt reseruata, & verè digna, vt æternis encomijs, innumerisq; laudibus super astra ferantur. O felix Eugeni IV. sub cuius Pontificatu, & industria onmerosissimus populus Græcorum multas longè, latèq; continens natione, & idiomata, e tenebris ad magnam lucem Ecclesiæ Romanę rediit. Ite-
23 rum felix † Eugeni IV. dum sub tui Principatu Armenica gens, quæ per Septentrionem, & per Orientem in magna copia diffusa est, exemplo Græcorum, tamquam ouis erratica ad deliciosas caulas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ post nongentos, & amplius annos repedauit. Et super hoc videatur Constitutio eiusdem Pontificis in dicto Bullar. in ordin. 19. incip. *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob*, &c. sub Calendis Decembris eiusdem anni 1339.

Tandem ter, quaterque felix, imò fœlicissimos, ò magne Pontifex Eugeni, quia dum Vicarium Dei gerebat, Po-
24 puli Iacobiti, † qui in partibus Orientis occupant magnam partem Asiæ, terram Mambræ, quæ est propinquam Ægypto, & terram Æthiopiæ vsque ad Indiam, isti quoque exemplo Græcorum, & Armenorum fidem, ac charitatis vinculum cum sancta Sede Apostolica stabiliuerunt, vt pariter legimus in altera Constitution. eiusdem Pontificis in Bull. Constit. 23. incip. *Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annunciate hac in vniuersa terra*, &c. sub pridie nonas Februarij 1441.

Vnde exiguo spatio vix trium annorum tota ferè Orientalis plaga, ac non parua Septentrionis portio, mediante illo, qui facit mirabilia solus, post longa dissidia, eiusq; superatis ad lucem venit, qui innumeri populi inter Matris suæ Ecclesiæ Romanæ mansuetudinis brachia, tamquam charissimi filij se dederunt, & recurrerunt sub tanto Pontifice Eugenio IV. à quo paterno affectu dicti populi benignus fuerunt amplexi, non parum gaudente de numerositate gratiosa filiorum. Gloriosas huius Pontificis actiones si desideras, id benè percipitur ex inscriptione posita in eius sepolchro apud Basilicam Vaticanam S. Petri his sequentibus versibus in marmore celatis.

Eugenius iacet hic Quartus, cor nobile cuius
Testantur vitæ splendida facta suæ:
Istius ante sacros se prabuit alter ab ortu;
Alter ab occasu Cæsar vterq; pedes;
Alter, vt acciperet fidei documenta Latina,
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo Duce, & Armenij Græcorum exempla secuti
Romanam agnorunt Æthiopesq; fidem.
Inde Syri ac Arabes mundiq; a finibus Indi,
Magna, sed hac animo cuncta minora fuo.
Nam valida rursum Teucros iam classe petebat;
Cum petit illum, sustulit ista dies, &c.

Aduolo modo ad propositam materiam, & nota vlterius Romani Pontificis potestatem, nedum esse circa Cælestia, Terrestria, † & infernalia; sed etiam super Angelos, quorum ipse maior est, vt post Archiepiscopum Florentinum, Augustin. de Anchon. pulchrè differit Felin. *in cap. canonum statuta n. 6. de constitut.* & refert Cardin. Iacubat. *in tract. de Concil. artic. 7. n. 309. vers. Papa habet auctoritatem non solum circa terrestria, &c.* M. Anton. Peregr. *de Iure Fisci lib. 1. titul. 2. num. 2. vers. nedum circa Cælestia, &c.* Hinc asseritur tantam esse Papæ potestatem, vt si possibile foret, quod Angelus Cœlo aliquid contra fidem doceret, aut sentiret, per Papam iudicari, & excommunicari posset, vt probat Gundisal. de Villadiego *in tract. de Heretic. q. 7. n. 5. vers. Tanta est Papæ potestas, vt si possibile fores, &c.*

24 Papæ quoque auctoritas maior est, quàm Sanctorum ad glos. *in can. de libellis 20. distinct.* & per eam sic tradiderunt Bald. *in l. rescripta, C. de precibus Imperat. offerend. sub num. 7. vers. quia maior est auctoritas Papæ, quam Sanctorum*, & S. Thom. *secunda secunda quæst. 10. artic. 2* relatus à Card. Turrecrem. *in can. 1. dist. 20.* dixit contra auctoritatem Romani Pontificis, nec Hieronymum, nec Augustinum, nec alium sacrum Doctorem suam sententiam defendere. Nam Papæ, & non Sanctis fuit tributa clauium potestas, & legis condendę facultas. Hug. *in can. de libellis*, vbi Turrecremat. *n. 3. distinct. 20.* & facit Rota *decis. 11. de donat. lib. 2.* coram Ludou. Gomes. Episcop. Sarnen. *vers. Augustinus auctoritatem legis condenda non habuit*, & vt asserunt Abb. *in cap. qualiter, & quando il 2. num. 2. de accusat.* Ludou. Gomez. *in repetit. c. 1. num. 37. de constit. in 6.* Dionys. Paul. *in tract. de vera quatuor Patriarch. sed. erect. c. 16. nu. 14* & Barbos. *collectan. iur. Canon. lib. 1. tit. 2. c. 5. n. 3.* Papa maior est in decisionibus causarũ omnibus Sanctis, qui non fuerunt Pontifices Maximi.

Imò magis obediendum est Papæ in administratione 25
quàm cuique Apostolo resurgenti, vt notant DD. *in cap. quoad traslationem, ext. de offic. delegat. & in cap. sicut de excess. prælator. in cap. sicut ex illo de transact. in can. 1. 21. dist. & can. omnes, & in cap. Sacrosancta Romana 21. dist.* cum alijs allegatis à Catald. de Boncompag. *in tract. de potestat. Pap. c. 15. sub num. 15. vers. Magis obediendum est Papæ, &c.* Nam Papa est maior in administratione, quàm Paulus Apostolus, vt post Innoc. affirmat Martin. Lauden. *in tract. de Principe, q. 407. vers. Papa est maior in administratione, quàm Paulus Apostolus, &c.* & addo Michael de Anin. *in tract. de vnit. ouil. & Pastor. cap. 23. n. 16. vers. Papa tamquam Petri successor maior est respectu regiminis, quam Paulus Apostolus*, & allegat Dominic. *in can. lector. 34. dist.*

Vlteriùs addo, si totus Mundus contra Papam in ali- 26
quo negotio sentiret, potius videtur inhærendum opinioni Papæ, quàm totius Mundi, vt notatur *in can. hac est fides 24. q. 1.* & probat Cardin. Iacobat. *in tract. de Concil. lib. 3. nu. 36. vers. si totus Mundus in aliquo negotio contra Papam par. 3. n. 37.* Petr. a Monte Venet. *in tract. de potestat. Papæ, & maiestat. Imper. tit. de Conc. præminent. n. 17.* vbi pluribus relatis, asserit sententiam Romanę Sedis, esse pręferendam totius Ecclesię, à qua non appellatur ad aliquem, & ibi etiam inuehit contra illos, qui dicunt Concilium esse supra Papam tamquam peruertentes omnia iura, Ioannes de Crass. *in repetition. can. si Papa, dist. 40. n. 25. vers. Sententia Romani Pontificis omnium aliorum sententijs prævalet, etiam si totus Mundus sentires oppositum*, & allegat *cap. significasti extr. de elect. & can. nunc autem 21. distinct.* & addo Card. Alexand. *in can. obedientiam 94. dist. nu. 2.* vbi adducit regulam S. Augustini de qua in glos. *ad Rom. 13.* vt in casu, quo Superior, & inferior contraria iubent: obediendum venit superiori, & non inferiori, eò quia eius potestas subiacet auctoritati Superioris.

Impossibile est enim, vt Papa mentiatur, quia non 27
puri hominis, sed Veri Dei legatione fungitur in Orbe terrarum, intellige tamen in his, quæ vti Papa deliberabit, † quippe ista est communis penè omnium Theologu- 28
rum sententia, & præsertim S. Thomæ, & Cardin. Caiet. *in secunda secunda quæst. 1. art. 10. & quæst. 11. art. 2.* idem S. Thomas, *quolibet. 9. art. vltim.* & Io Driedon. *de Dogmatib. Ecclesiast. lib. 4. c. 3.* Caiet. *in tract. de Concil. ca. 9. & 12. & contra Almainum in appologia.* Cardin. Turrecrem. *in cap. hac est fides 24. q. 1. & in summa de Ecclesia lib. 2. c. 107. cum quinque sequentibus*, vbi doctè admodum, & diligenter omnem scrupulum eximens hanc materiam pertractauit, vt etiam Pighius facit *in sua Hierar. lib. 4. c. 3. cum seq.* Alphons. de Castr. *de iusta hæretic. punitione lib. 1. c. 5. & 6.* S. Antoninus *in sua summa 3. par. tit. 2. c. 6. §. 17.* Ambros. Catarinus *in huius quæstionis peculiari quodam suo libello*, vbi articulum hunc mirificè tutatur, & demum Ioan. Viguerius *in suis institutionibus Theologicis titul. de virtute fidei c. 10. §. 3.* & sic passim quoque asserunt Scholastici, vt tradit ex nostris Francisc. Vargas *in tract. de auctorit. Pontificis proposit. 4. confirmat. 11. a n. 6.* ac supradicta optimè probant Alnald. Albet. cum alijs multis ab eodem relatis *in tract. de agnoscend. assert. Hæretical. 4. 9. n. 4. vers. Papa rectissimus est propter assistentiam Spiritus Sancti in iudicio fidei, & num. 13. vers. Papa in definitione eorum, quæ sunt fidei, ita à Deo gubernatur, vt non possit iudicialiter errare, &c.* & nuper id inconcussè, eruditeq; probat R. P. meus Vincentius Candidus Ordin. Prædicat. *in suis disquisit. moralib. tom. 4. titul. de Ordine disquisit. 4. art. 28. dubitat. 49.*

Itaque indubiè asseri potest, quoties Papa aliquid determinat, seu definit non vt priuata persona, sed tamquam Caput Ecclesiæ, eo modo, quo docet, exemptos est ab illo tofami titulo, & axiomate generis humani. *Omnis homo mendax.*

29 Non nego tamen † Papam vti priuatam personam errare posse, & hic facit prudens responsum Innoc. IV. qui (vt refert Alphons. Cast. *in d. trac. de iust. heretic. punit. lib. 1. cap. 6.*) interrogatus, an vellet ea quæ in Iure Pontificio scripserat, pro lege teneri, respondit id minime velle, quia ea non vt Pontifex, sed vt Doctor priuatus scripserat. Verumtamen est, in particulari persona Papę, non ita de facili præsumendum esse errorem, cùm statim atque eligitur in Papam, & sic ad culmen huius supremæ dignitatis ascendit, Sanctus appellatur, *can. cum nos 40. dist.* vbi dicitur, *Petri Cathedram, aut sanctum inuenire, aut sanctum facere*, & actus eius ex Cælesti arbitrio facti præsumuntur, quia si id Terreno Principi licet sibi arrogare, vt animaduerto *in l. cunctos 1. in fin. vers.*
30 *id ex Calesti † arbitrio sumpserimus, &c. C. de Summ. Trinit. & fid. Catholic.* multò quidem magis, & æquiùs licere debet Summo Vicario Cælorum Factoris.

31 Quidquid namque Papa facit, ab ore Dei videtur procedere, vt post plures DD. ratiocinatur Rota *in Forosempronien. & Eugubina, seu Nullius Emphyteusis 16. Iuny* 1636. coram bo. me. Coccino, §. *Hinc inferendo, vers. ita vt, quod fit à Papa, ab Ore Dei videtur procedere, &c.*

In materijs tamen fidei ad Romanum Pontificem Ca-
32 tholici omnes tamquam ad Solem intendere, † vt ab ipso lumen Catholicæ, & Apostolicæ fidei recipiant.

Romani enim Pontifices, vt plures sanctissimi, & sapientissimi viri docent, atque comprobant, ab ipso Omnipotenti Deo tali, ac præclaro priuilegio in persona B.
33 Petri † donati fuerunt, vt sicuti numquam in fide errauerunt hactenus, nec aliquid hæreticum stabiliuerunt, sic etiam in finem vsque seculi Fidem Catholicam, puram, ac immaculatam retenturi, ac prędicaturi sint, prę-uidit enim Benignus Dominus Deus noster, quod eius Ecclesia conculcaretur à Tyrannis, laniaretur ab hæreti-
34 cis, & à schismaticis scinderetur, † & dixit Petro, vt habetur apud Luc. c. 21. *Pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*, & sic optimè, maximoque fundamento ratiocinati sunt, ac scriptis suis testantur Antistites Ecclesiæ summi, ac sanctitate, doctrina, & antiquitate venerandi, Lucius, Sixtus, Felix, Marcus, Eusebius, Euaristus, Alexander, Iulius, Primus, Bonifacius, Secundus, Agatho, Leones duo, Primus, & Nonus, quorum verba breuitatis studio non refero, vno tantum, aut altero testimonio contentus, Leo
35 ille Primus, & Magnus, inquit, *Venerabilis, † & efficax oratio Christi obtinuit, quod hactenus fides B. Petri non defecit, nec defectura credatur in Throno illius in seculum seculi, sed confirmabit corda fratrum.*

Et Leo Nonus contra Michaelem hæc verba scripta re-
36 linquit, *Non ne à Sede Principis † Apostolum, tam per eumdem Petrum, quam per successores suos, reprobata, conuicta, atque expugnata sunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide B. Petri, quæ ne deficit, nec vmquam deficiet, sunt confirmata?*

Sanctorum Patrum sententias in his terminis, si referre
37 re vellem, esset facile incipere, † sed terminare difficillimum, ideo causa de qua supra, hic quoque contentus ero de duabus. Et primò adduco Sanctum Hieronymum, Ecclesiæ Magnum Doctorem. Is enim dum in Oriente quæstio illa ardua agebatur de Tribus Hypostasibus, idest si in Diuinis distinctio fieri poterat, & dici Tres Hypostases, sicuti tres Personæ; ipse Hieronym. in hoc fidem non habendo propriæ opinioni, nec sententiæ communi Episcoporum Orientalium, nec auctoritati Paulini sui Episcopi, & Patriarchæ Antiocheni, scripsit Damaso Ro-
38 mano Pontifici † cum calamo illo aureo talia verba: *Super istam Petram ædificatam Ecclesiam scio, obsecro igitur, vt mihi, literis tuis, siue dicendarum, siue tacendarum trium Hypostaseon auctoritas, quia non timebo tres Hypostases dicere, si iubebis*, & reliqua, vt in eius Epistola 57.

Audiamus etiam Beatum, ac mellifluum Bernardum, qui scribendo ad Innocentium Romanum Pontificem in epistol. 190. inter alia ait, *Ad vestrum Apostolatum peri-*
39 *cula quæque, † & scandala Regni Dei, præsertim, quæ de fide contingunt, oportet referri; Dignum enim arbitror, ibi potissimum resarciri fidei damna, vbi non potest fides sentire defectum: cui enim alteri Sedi, dictum est aliquando: Pro te rogaui, vt non deficiat fides tua?*

Accedit quoque supradictam diuinam orationem, seu
constitutionem, nihil hactenus dissoluere † potuisse, 40
non schismata, non hæreses, non mortem, aut vincula, non odium, non amorem, non timorem, non corruptissimos mores: nihil horum inquam efficere potuit, vt Sedes Apostolica deficeret, aut quidquam definiret hæreticum. Quæ cùm ita sint, quis vsque eo desipiat, vt iudicium Dei non agnoscat? Numquid non dicere possumus, Verè digitus Dei est hic? *can. quoties 24. quæst. 1. can. cuncta 9. quæst. 7. can. à recta 24. quæst. 1. cum seqq.* Turrecrem. *lib. 2. de Ecclesia cap. 109. cum seqq.* Pighius *lib. 4. Hierarch. Eccles.* Hosius *lib. 2. aduersus Brentium*, & ex nostris Ioannes Simanc. *in tract. de Catholic. Institut. tit. 45. n. 18.*

Profectò mirabile est, cùm omnium ferè nationum,
& Prouinciarum Ecclesiæ, etiam illæ, quibus ipsimet A- 41
postoli præfuerunt, multis hæresibus semel atque iterum, ac sæpius fuerint infectæ, *Romana tamen Ecclesia* (vt inquit Concilium Lateranense sub Iulio II.) *seruata fuit incolumis, vti fidei magistra, veritatis alumna, omnium errorum expers, vnica, immaculata, & intacta remansit.*

Et quæso cursim decurramus per omnes Mundi Prouincias, in quibus Apostoli prædicarunt: deficit Achaia, vbi Andreas, Asia vbi Ioannes, Hierosolyma vbi Iacobus, India vbi Thomas, Persia vbi Simon & Iudas, Æthiopia vbi Mattheus, vtraque Græcia vbi Paulus, Phrygia vbi Philippus, Samaria vbi Matthias, India Citerior vbi Bartholomeus, & sic de singulis alijs locis. Sola Roma, sola inquam Roma, quam Diuinus Monarcha pro eius sempiterno domicilio in terris elegit, *cap. noait, de iudic. &c. fundamenta eius, de elect. in 6.* B. Petri † prędicatione 42
edocta pro cuius fidei firmitate rogauit Christus, ideo tamquam columna, saxumque immobile permanet, ac permanebit: & licet in eius murum tela hæresum iaculentur, tamen non perforatur, penitus est enim inexpugnabilis, frustraque contra eam omnes machinæ Diabolicæ præparari possunt, quia vt dixit Moderator Vniuersi, nec portæ Inferi præualebunt aduersus eam, vnde non solum fidem inter tot persequutiones, & tyrannides, verum etiam Imperium Sedis Apostolicæ retinuit super omnes tam gloriosè.

Tunc enim (prout quoque aduertit Lactantius *lib. 7. Diuin. Instit.* & ex nostris Michael de Anin. *in tract. de vnit. ouil. & Pastor. cap. 17. sub num. 8.*) immensa Ma-
china Orbis Terrarum † dissoluetur, & adueniet finis, 43
& interitus rebus humanis, quando magnum Iubar Ecclesiæ Romanæ (heu timor horribilis!) fuerit extinctum, sicquè eius fulgor defecerit. Mediante enim Organo, & Lumine Maximorum Pontificum Ecclesiæ Romanæ est, & erit Christus nobiscum, vsq; ad seculi consummationem, vt non deficiat fides illius: † & sic verificatur di- 44
ctum ipsiusmet, de quo apud Matth. cap. 28. in fin. ibi, *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*. Et quis non fatetur id optimè adimpleri in Romano Pontifice, qui personam, & vices Christi in Terris repræsentat, geritque? vnde si quis diceret contrarium, mentiretur penitus, vt infra dicam.

VRBANVS OCTAVVS nunc maxima fulgoris luce radiosus coruscans in Romana Cathedra sedet, cuius inaudita sapientia, totius sibi Orbis demandatum imperium incomparabili prudentia regitur, *at generaliter loquendo.*

Non ne? Romanus Præsul, Sacerdos est Magnus, 45
Princeps Episcoporum, hæres Apostolorum, Primatu Abel, gubernatu Noe, Patriachatu Abraham, Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus, Ille est, cui claues Regni Cœlorum sunt traditæ, cui oues creditæ sunt, ille tantò omnium gloriosius, quantò præ ceteris sublime nomen hæreditauit, ei vniuersi crediti sunt, nec modo ouium, sed & omnium Pastorum, ipse est vnus omnium Pastor, vt Beati, ac Mellifui Bernardi viat eloquio *lib. 2. de consideratione ad Eugenium Papam III. titul. 8.*

Addu,

46 Addo, quòd Romanus Pontifex Oraculum est cæleste, Cathedra veritatis, Christianorum summus Dux, Ordinator, & Pater sapientum sapientissimus, refugium populorum oppressorum, aduocatus pauperum, spes miserorum, oculus cæcorum, lingua mutorum, pes claudorum, baculus senum, metus malorum, gloria bonorum, Potentum virga, Tyrannorum malleus, flagellum hæreticorum, moderator Legum, Terræ sal, Orbis lumen, Mundi arbiter, dominus, & magister.

Non ne? pedibus magni Præsulis Romani, tanquam Vicario Iesu Christi, successori Beati Petri, ac æterni Regni clauigero, Cæsarea succumbit Maiestas, Regesque submittunt reales Coronas. Nonne? Romani Pontificis iurisdictio æmula est Solis, vbique se dilatans, imò relinquendo à tergo, vti metas angustas, terminos Zodiaci, à Zeferinis portis Empyrei, vsque ad profundos abyssos Auerni, gloriosè pompa dilatat.

¶ §. 6. Insuper ad immensam gloriam Romanorum Pontificum, sunt etiam valde notanda verba Magni Caroli Imperatoris, quæ ex Capitulis eiusdem Caroli ponit Gratian. *in can. 3. distinct. 19.* nempe. *In honorem Beati Petri Apostoli honoremus Sanctam Romanam Ecclesiam, VT LICET VIX FERENDVM AB ILLA SANCTA SEDE IVGVM IMPONATVR; TAMEN FERAMVS, ET PIA DOVOTIONE TOLEREMVS*; quæ verba etiam refert Naucler. *vol. 1. gen.* 28. afferendo hoc esse vnum ex 23. legum capitulis, quæ d. Carolus ad subditos misit.

Quis enim non consideret Caroli Magni erga Sedem Apostolicam reuerentiam, animique submissionem erga Romanum Pontificem, omnibus Christianis positam in exemplum, vtpote potentissimi, atque prudentissimi Principis, cui idcirco dederit Deus subijcere sibi Reges, & populos, cùm nouerit ille se subijcere propter Christum Successori B. Petri. Vnde Petr. Bertault. *in Flor. Franc. cap. 9.* in honorem Caroli Magni hæc ait, *Fuit Carolus innocentia eximius, sanctitate præcipuus, Dux bello peritissimus, amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, pietate in Deum, affectu in suos, in Religionem cultu, obseruantia in Romanum Pontificem nemini postponendus*; aliaque de eo dicam infra, dum de translatione Imperij in eius personam facta à Leone III. Pont. Max. differam.

¶ §. 7. Nec tacendum venit (& postea redeam ad Orthodoxos Imperatores) Octauianum Augustum Romanorum, ac Orbis Imperatorem suadente Sybilla Tiburtina, Saluatorem Nostrum adorasse, cuius Papa est Vicarius, prout in honorem Romanorum Pontificum id extollit Syluestr. *in eius summa par. 2. in verb. Papa, num.* 10. *vers. Octauianus Augustus suasu Sybillæ Tiburtinæ adorauit puerum, cuius Papa est Vicarius, &c.* & super hoc addo Niceph. *histor. lib. 1. cap.* 17. Suid. *in historijs in verb. Augustus*. Cedrenus *in compend. historiar.* Paul. Galterin. *in opere de Sanctis Calabriæ cap.* 7. & ante eum dixit D. Valenzuela *in tractat. defensionis Iustitiæ Monitorij S. D. N. Pauli V. contra Venetos in 4. part. num.* 151. & allegat S. Antoninum *1. part. histor. cap. 6. tit. 4. §. 10. in princ.* Paul. Orosius *lib. 6. historiar. aduers. Paganos cap.* 22. Ioann. Igner. *in l. necessarios, §. non alias num.* 817. *& seq. ff. ad S. C. Syll.* atque nonnulla circa prophetias Sibyllarum referendo quid singulæ prophetarunt circa gloriosam Incarnationem Domini, ex nostris refert Marquard. de Susanis *in tract. de Iudæis, & alijs Infidelib. part. 3. cap. 1. num. 57. & seq.* vbi etiam asserit, An Sibyllæ fuerint Spiritu Sancto afflatæ.

Notabiliter tamen in hoc aduertendum venit, quamuis historiæ dicant, & communiter asseratur Sibyllam persuasisse Augusto, vt Saluatorem nostrum adoraret, tamen verius est, de tempore Octauiani Augusti Sibyllam aliquam superstitem non esse, si quidem Cumæa, quæ nouissima omnium fuisse, vnde post annos 400. commentaria vetera tradunt, & præsertim affirmat Solyn. Poly. *histor. cap.* 8. vixit temporibus Regis Tarquinij Olympiade 50. & Augustus regnare cœpit circa Olympiadem 184.

8 Sed sic est accipiendum, dum dicitur Sybillam id suasisse Augusto, ex eo quia Sibyllinis carminibus (quę Sibyllę nomine citari à maioribus consueuerunt) illud didicerit Augustus, quod postea facto vidit, non autem ab ipsa Sibylla, quasi adhuc viuente Vate, constat namque d. Augustum valde studiosum fuisse in euoluendis, cognoscendis, & scrutandis carminibus Sibyllinis, sicuti enim apud nos dicimus, Bartol. aliquid docere, & Bald. demonstrare, &c. non tamen intelligimus Bartol. Bald. &c. adhuc viuere, sed id nos studere, ac percipere ex eorum scriptis, id quoque notauit Card. Baron. *in annal. in apparat. num.* 16.

Vbi etiam refert, quod nato Redemptore Nostro, cùm ab Oraculo Apollinis, cui ipse Augustus deditissimus erat, pro responso recepisset, se proprias vires amisisse, addendo licet inuitus amplius responsa dare non valere, cùm in Mundo verus, & Magnus Deus venerit, talia afferendo.

Me puer Hebreus, diuos Deos ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcum
Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.

Quo ab Augusto audito, Romam reuersus aram in Capitolio erexisse ferunt Nicephorus, ac Suidas, cum inscriptione notatam: ARA PRIMOGENITI DEI; alia plura vide apud eundem Baron.

Mirabile est quoque in terminis nostris, de quibus supra, factum illud superbissimi Alexandri Magni, qui tamquam Deum se adorare † curabat, quando audacia totus 9
tumens, & associatus à Regibus, expugnare namq; intendebat Hierusalem Ciuitati appropinquans obuium sibi videns Iadum summum Sacerdotem, contra quem ira iam accensus erat, eò quia commeatum sibi denegasset, in ipsiusq; Alexandri clientelam intrepidè esse renuisset, ipsum, vt dixi, sibi obuium, ac Pontificijs vestibus indutum non parum honorauit, Deumque nostrum in eo adorauit.

De qua re attonitus eius exercitus, cur Alexan. natura superbus, quique ab omnibus colebatur, & venerabatur, ipse summum Sacerdotem tam humiliter coluisset, itaque super hoc interrogatus à Parmenione eius intimo familiari, tunc dignam, & auream vocem emisit Alexander Magnus, *se non Sacerdotem, sed ipsum Deum adorasse, cuius ille summus erat Sacerdos, &c.* hæc apud Ioseph. Hebr. *de antiquit. Iud. lib.* 12. *ca.* 8. & apud Quint. Curt. *in vita Alex. Magni lib.* 10. inuenies, & post Cassan. *in Catalog. Glor. Mund. par. 4. consid.* 2. refert D. Theodosius Rubeus Pater meus, vir mirabilis doctrinę, *in suo celebri Vot. de præcedentia Parochorum in funeralib. quo ad Canonicos, & Beneficiatos, est in 2. tom. suor. singular.* Rot. Rom. *fol. 464. num.* 60.

Vnde non solum Principes, & Magnates Deo nostro credentes Summo Pontifici se gratos, & obedientes professi fuerunt, sed & gentilium omnium ferocissimus Alexander Magnus, Deum in summum Sacerdotem adorauit, & ex nostris factum hoc in his terminis reuerentiæ debitæ Summo Pontifici magnificat Quintil. Mandos. *in eius tractatu de ingratitudine cap. 9. circa finem*, atque ante cum id retulit Ioseph. Steuan. *in tract. de adoration. Ped. Rom. Pontif. cap.* 5. ibi, *Alexander Magnus Iadum, qui summo Sacerdotio apud Israelitas fungebatur, pronus in terram adorauit, nam Alexander recordabatur hunc Sacerdotem eo tempore quo exercitum conscribebat, in somnis visum, belli in Persas auctorem, & hortatorem extitisse, quare tamquam diuinum quoddam Numen toto tempore vitæ in oculis habuit*, & nuper pariter in summam gloriam Romanorum Pontificum id expendit D. Ioannes Tassonus *contr. iurisd. Prag. de antefat. vers. 1. obseruat. 2. num. 7. vers. Si quidem Summus Pontifex, qui Dei Pontificatum gerit, & Deum repræsentat &c.* Et præter à supradictis adducta in terminis nostris addo, quod

Non minus memoria, & gloria est dignum factum Attilæ Regis Hunnorum, qui sic fastosus, † & sic ferox erat, 10
vt flagellum Dei se vocari faciebat, nulliq; hominum generi parcens, is enim post expugnatam, dirutam, & solo ęquatam Aquileiam antiquitus alteram Romam nuncupatam, & alias nobilissimas ciuitates Italiæ pessimè tractatas, dum in Vrbem Romanam Mundi Reginam ardenti furore irrupere intenderet, rapidoque cursu absque impedimento fluens, cunctaq; obstantia vastans, Leo Summus Dei Sacerdos Pontifex Romanus malorum Vrbis, ac Italiæ impedientium, tamquam pius Pater misericors.

Suasione quoq; præcibusq; Valentiniani Imperatoris, qui paulò ante indignam planè Christiano Principe in Vrbe tulerat sanctionem, vt habetur † in *eius Nouell. Valentin. titul. 12. de Episcop. iud.* in qua abstulit iudiciale 11
Episcoporum Tribunal, ius enim dicere eis vetuit, & alia,

alia, quæ breuitatis ergo non refero; & etiam, quia auditu penitus iudico indigna.

Quàm enim impia, & iniqua fuerit tota illius Constitutio, lata à successore Marciano Imperatore, consentis in ea, contraria lex id demonstrat, vt in *Nouell. d. Marcian. tit. 5.* & videatur generalis abrogatio, de qua in *l. priuilegia 12. vers. robore suo, & firmitate vacuatas esse præcipimus &c. C. de sacrosanct. Eccl.* Nec Deus adeò impia,
11 & temeraria † absq; vltione præterijt; nam post latum d. execrandum edictum, nulla ei cessere prospera, cùm in sancta deliquerit, sed aduersa cuncta in deterius sunt lapsa, ipseq; demum laetimabili, & miserando interitu in Campo Martio perijt; vt legitur in eius vita, & referunt Cassiodor. & Marcellin. *in Chronic.*

Et hic caueant Principes seculares, si felicitatem desiderant, non se immiscere in rebus ad Ecclesiam spectantibus, vt & dixi infra *in annot. ad decis. 14. n. 23.* vbi adduxi exemplum de Rege Ozia, *qui quamuis fecerit, quod erat rectum oculis Domini, iuxta ea, quæ fecerat Amasias pater eius*, 2. Par. 26. *tamen quia semel in rebus spectantibus ad Sacerdotes, se ingerere voluit, statim lepra tactus fuit, & leprosus remansit vsque ad mortem, &c.*

Deus enim iam olim de hoc omnes admonuit per os Vatis Regij *in Psal. 104.* ibi, *Nolite tangere Christos meos.* & meminit Ludouic. Romanus *in singular. 419.* ibi, *Antequam esset Petrus, Clerici nec erant subiecti secularibus per illud Dei, Nolite tangere &c.* atque *est glos. singularis in can. si Imperator 96. distinct.* sed hanc materiam alibi latissimè tractabo.

Vnde loquendo quoad Valentinianum Imperatorem, videbimus iuxta Psalm. 65. *Quam terribilis sit Deus in consilijs super filios hominum &c.* Nam lapsis paucis diebus à
12 promulgatione supra relatæ impiæ † legis, miserandus ille Augustus indiguit Papæ auxilio, præsidioq; cuius tantisper antea humiliauerat potestatem, dum nuper ab eo fuerat à Tribunali depositus: & sic dum ipse Papam comprimere voluit, Deus noster omnipotens, à cuius nutu Imperia, & Regna pendent, & qui gloriosos Terræ humiliare scit, tunc eius Vicarium Romanum Pontificem supra eundem Imperatorem, & Regem quidem immanissimum exaltauit, inauditaque victoria raro, admirandoque exemplo nobilitauit.

Quare, vt redeam in viam, Summus Pontifex Leo, adhortante, & precante d. Valentiniano Imper. vt dicebam (cui accidit illud Iob c. 6. *Confusi sunt, venerunt vsq; ad me, & pudore cooperti sunt, &c.*) associatus à quibusdam nobilibus Romanis obuiam iuit, immanissimo, arrogantissimoque Regi Attilæ secutoà torrente immeolo Barbarorum; eumq; superbum, vincentem, & fulminantem, mediante auctoritate illius, cuius officium Papa in terra gerebat, gloriosè vicit, placatumq; reddidit, barbara audacia eum spumantem inuenit, & tamquam placidum agnum eumdem relinquit. Insuper absq; armis conditiones Pacis, quas Pontifex illi obtulit, veluti victum accipere, ac obseruare coegit, & iam iam victricibus armis se in Vrbem inferentem, vltra Italiam, & Montes, concitato, rapidoq; gradu ad proprias Regiones non amplius redditurum Apostolica auctoritate Papa remanere coegit.

Audiat modò Orbis vniuersus, & curiosè attẽdat vnusquisq; nõ dico Orthodoxũ Regem, sed sceleratum perduel-
13 lem Christi Domini, ac † Mortalium supradictum Regem Attilam qualiter ipse ad immensam, æternamq; gloriam Romanorum Pontificum personam Dei in terris repræsentantium, apertè coactus fuit fateri, irà, ac cum talibus verbis rotundis, *Nullatenus esse mortalium facultatis Diuinitati resistere, vel in Superos bellum gerere, & quod æquum erat hominem subditum esse Deo, nec mortalem paria cum Deo sentire*: subiungitq; *se vidisse Leone loquente astantem alium quemdam habitu sacerdotali decorum, quid diuinum præferentem, minantem mortem, nisi Leonis Papæ iussa capesseret.*

Tyrannus ille enim, quòd verè, & ex corde loqueretur, clara fuerunt testimonia, interrupta pauore, atque concisa tremore verba, rucis, atque inexorabilia vultus pallor, & robusti, audacisq; animi improuisa deiectio, atque totius simul corporis consternatio.

Sed, & vnde in tam nefando, ac bestiali Rege, qui tam barbarico humore, & arrogantia inflatus erat, vt reste
14 Suida, se depingi iusserit in solio Regali sedente, † Romanorum verò Imperatores saccos super humeros ferentes, & ante pes suos aurum effundentes? Vnde, vt dicebam, in iam barbaro Rege tanta de Deo scientia, vt putauerit obuianti sibi Romano Pontifici statim esse cedendum, ac tanquam victum fugam arripere? O mirabilis Deus noster omnipotens! & hic non incongruè adducam, quod ipse per Isaiam Prophet. c. 45. dixit, ibi, *Dorsa Regum vertam, ego ante te ibo, & gloriosos Terræ humiliabo, portas æneas conteram, & vectes ferreos confringam, &c.* Qui verò plura quoad supradictum egregium factum, seu miraculũ desideraret, recurrat ad Paulum Diacon. *in sui Miscellan. lib. 5.* & post eum refert Cardin. Baron. *in annal. Ecclesiast. tom. 6. ad annum 492. fol. mihi 177. & 178.* & asserit Alphons. Ciaccon. *de vitis Summor. Pontific. in vita d. Leonis Papæ I. in 2. impress. fol. 134.* Et mentio habetur *in Lectionibus Breuiarij Romani in die 11. Aprilis in festo dicti Sancti Leonis Lection. 4.* & de prædicta mirabili actione mentionẽ quoq; fecit fe. re. Sixt. V. *in eius Constitut. 73. noui Bullar.* incip. *Laudemus viros gloriosos, §. 4. in fin. vers. Leo Beatissimus Pontifex, immanissimum Attilam, Flagellum Dei vocatum, diuina sua eloquentia, atque auctoritate placauit, ac deterruit, horribilemq; tempestatem iam imminentem ab ipsa Roma, atque à tota Italia auertit &c.*

Fertur quoque de Luithprando Rege Longobardorum, qui ab Ecclesia Romana quatuor abstulit Ciuitates idq; dolenter ferens Zacharias I. Romanus Pontifex, vt verus Pastor populi sibi crediti, spem ponendo in Deo, egressus è Romana Ciuitate cum Sacerdotibus, & Clero, perrexit fiducialiter, & audacter ad ambulandum in locum Interamnensium, vbi in finibus Spoletanis ipse Rex residebat. Quo ab eo audito, Duces, & Satrapas obuiam misit Sancto Pontifici, fere octauo à Ciuitate Narniensi milliario, ipseq; Rex ante fores Ecclesiæ deuotè illum suscepit, tantaq; fuit prædicti Summi Romani Pontificis maiestate commotus, & sic potenter eius cor penetrauit Sanctus Pater cum eius pijs eloquijs, vt quæcumq; ab eo Papa petijt (incunctanter enim ferum animum deposuit Luithprandus, ac mansuetissimus effectus fuit) gratia Spiritus Sancti obtinuerit, & insuper eidem Beatissimo Pontifici dictas quatuor Ciuitates quas ipse Rex ante biennium per obsessionem expugnauerat, cum omnibus habitatoribus restituerit.

Insuper, vt narratur, die Dominico, post peracta à Papa Missarum solemnia, cui ipse Rex interfuit, inuitatus fuit à Papa ad prandium; vbi cum tanta suauitate d. Rex cibum sumpsit, & lætitia cordis, vt diceret tantum se numquam meminisse comesum.


Itaque Vicarius Christi cum eius diuinitus concessa auctoritate, post tot turbas, tot depredationes, & cædes, inermis conueniens hostes, eosdem diuina potentia superauit, & ad reddenda ablata coegit, atque è sæuo Tyranno in mansuetum Principem transmutauit &c. idque latè exaggerant Anastasius Bibliothecarius, Platina, Ciaccon. alijq; *in vita d. Zachariæ Papæ I.* Nec erit inconueniens, si hic subdam, quod

Theodoricus pessimus Rex Arrianus, in omnibus Ita- 15
liæ Prouincijs dominator, nihil solita Romani Pontificis auctoritate, vel iure diminuto, permittebat, vt Gelasius Papa pro eius arbitrio, absque vllo implorato à dicto Rege consensu, liberas dirigeret legationes ad Italiæ Prouincias corrigendas: non quidem fauore suffultus, Imperatoris cui Papa se aduersarium constituerat; non gratia, & amicitia Theodorici regnantis, cui Arriano existenti nulla poterat Pontifex communicationis gratia glutinari.

Super qua re inclamat arguendo ad tempora nostra Card. Baron. *in annal. Ecclesiast. d. tom. 6. ad annum 447. fol. mihi 47. & ad annum 493. fol. 479.* ibi, *Merito ex hac*
parte lugenda † sunt tempora nostra, dum sub Principibus 16
Orthodoxis sæpe Catholica ingemiscit Ecclesia, suis vbiq; iuribus spoliata, quæ sub æmulis Principibus hæreticis, barbarico gladio libera, & secura, suo decora splendore fulgebat, propriæ dignitatis vbiq; venerabilis maiestate, & etiam ab ipsis hostibus dominantibus præstita reuerentia.

Et nunc, ò tempestatem nigerrimo signandam lapillo! voces emittendæ essent querulæ, sed dolor ea verba, quæ suggerit, quoque surripit. Etenim à mœroris acerbitate victum me faterer, nisi certò certius scirem, quòd ille, qui Romanam fundauit Ecclesiam, iuxta tex. *in can. sacrosancta Romana 21. distinct.* eamque adhuc constanter custodiuit, non dormiet, neque dormitabit; atque attestante S. Hilario: *Proprium est Ecclesiæ, vt tunc viuat, cum læditur;*

ditur; tunc intelligat, cum arguitur; tunc secura sit, cum
deseritur: tunc obtineat, cum superata videtur, & ex no-
stris sic religiosè arguit Catald. de Boncomp. *in tract. de*
potest. Pap. tit. 1. n. 19. vers. Proprius est Ecclesia, &c. coo-
gtuitq; text. *in can. non turbatur* 20. *q.* 1.
Modo redeundo ad illos verè Orthodoxos Principes,
de quibus dixi supra n. 6. Non solum Imperat. Augusti su-
premam Successorum Petri potestatem scriptis agnouerũt,
vt dixi, sed etiam factis ipsis id palam demonstrarunt.
¶ §. 17. Iustinus namque Imperator, Catholicæ verita-
tis fautor egregius, venientem ad se Papam Ioannem
I. obuiam ei perrexit, daníque † honorem Deo humilia-
uit se, pronus in terram Beatissimum Romanum Pontifi-
cem adorauit, iubilans ipse Augustus de tanta felicitate,
vt in Regno suo Christi Vicarium videre meruisset; &
1 cum eo exultauerunt omnes Ciues, & Clerus totos, †
qui obuiam quoque venit Papæ cum cereis, & crucibus,
ac toti lætitia pleni, eo quod in suis partibus Summum
Dei Sacerdotem suscipere gloriari poterant, idque refert
Anastasius Bibliothecarius, Platina Cremonensis *in vita*
d. Ioannis I. Alphons. Ciaccon. *de vit. Summ. Pontific. pa-*
riter in vita d. Ioan. & legitur *in Lectionib. Breuiarij Ro-*
mani in Festo d. S. Ioan. Papa die 27. Maij, in fine secun-
da Lectionis, ibi, *Imperator ad pedes Papa prostratus, eum*
veneratus est, &c. & ex nostris refert Ioseph Steuan. *in*
tract. de adorat. ped. Rom. Pontific. cap. 8. ibi, *Iustinus Im-*
perator S. Ioannem Pontificem, non solum amplissimis ex-
2 *cepit honoribus, sed etiam ad eius pedes venerationis † cau-*
sa, vt in eius vita legitur, se præcipitem dedit, & ab eodem
Pontifice fuit in Imperatorem coronatus.
Iustinianus noster Imperator, filius supradicti Instini
Cæsaris, à pessima fœmina Theodora eius coniuge ad in-
star alterius Euæ, deprauatus fuit. Quàm felicissimus Iusti-
nianus extitisset, & planè cui nullus vmquam, vel Gen-
tilium, vel Christianorum Imperatorum longo interual-
lo fuisset exequandus, si Theodora coniuge fœmina sata-
nico agitata spiritu caruisset, & Catholicam nactus fuis-
set sibi similem consortem Imperij, vt planè secundum il-
lud Ecclesiastic. 25. *Commorari Leoni, & Draconi place-*
bit, quàm habitare cum muliere nequam, ipsi obtigerit.
Certè Iustiniane errasti, dum in *Authen. vt Iudic. sine*
quoque suffrag. elig. §. hæc autem omnia, asseris reuerendis-
simam coniugem tibi à Deo fuisse datam, quia eam non à
Deo, sed à diabolo obtinuisti &c.
3 Cum enim Iustinianus † Imperator, vt dixi, à dicta
Theodora fuisset deprauatus, itaque ab Agapeto Roma-
no Pontifice vehementius contenderet, vt Anthimum hæ-
reticum Patriarcham ad communionem admitteret, &
eius electionem confirmaret; eoque Pontifice constan-
tissimè, vt par erat, recusante, precibus Imperator mi-
nas admiscuit; Sanctus Pontifex zelo, & ardore Sanctæ
Fidei incensus exclamauit; *Ego ad Iustinianum Imperato-*
rem Christianissimum venire desideraui, sed Diocletianum
inueni. Qua animi inuicta constantia (vt ferunt historiæ)
permotus, expugnatusq; Imperator, ac tota erroris ca-
ligine detersa, ad veritatis lucem emergens, se ipsum to-
tum, ad Parentis in Christo optimi voluntatem, tamquam
humilis filius conformauit, hominemque hæreticum è
loco deijci, & Catholicum Episcopum Mennam ab eodem
Sancto Pontifice consecrari, non solum patienter, sed e-
4 tiam libenter, ac lætanter † tulit; præclaro Christianis
omnibus Principibus exemplo relicto, vt paternas Ro-
mani Pontificis Christi Vicarij admonitiones, & obiurga-
tiones æquissimo animo ferrent, memores verbi Domi-
ni: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit.*
Ac deinde d. Imperator Iustinianus in Catholica Fide
constanter permansit, ita vt ad sanctitatis fastigium fuerit
euectus, teste Io. Fabro in *comm. Institut. in proœm. n.* 3. qui
vidit præfatum Imperatorem in Sanctorum Catalogo ad-
scriptum, *vt ibid. in fin.* nempe, *Ego vidi nomen Iustiniani*
scriptum in Catalogo Sanctorum, Calendis Augusti &c.
Iustinianus Imperator II. filius Constantini Cæsaris,
5 Romanum Pontificem Constantinum Primum † audiens
ad se venire, magno fuit repletus gaudio, eumque ex-
quisitissimis honoribus, vt tanta Pontificis dignitas postu-
labat, perhumanè suscepit, obuiam ei eundo; in die enim
qua se inuicem viderunt, Augustus Christianissimus vul-
tum in terram projiciens pedes Constantini Romani Præ-
sulis, venerabundus osculatus fuit, rogans eundem Pontifi-
cẽ, vt pro venia suorum peccatorum deprecaretur. Insuper
omnia priuilegia Ecclesiæ Romanę renouauit. Deinde in
amplexum mutuum Papa, & Imperator corruerunt. Fa-
ctaq; fuit lętitia magna in Populo, omnibus aspicientibus
tantã humilitatem boni Principis; sic referunt Paulus Dia-
conus *lib.* 18. Mart. Polon. Cuspinianus, Blondus *lib.* 10.
prim. decad. Platina, Sigonius, August. Eugubin, & alij; ap-
positèq; narrat Card. Baron. *in Annal. Ecclesiast. tom. 8. ad*
annum 710. *in princ.* post Anastasium Bibliothecarium.
Quis ergo poterit diffiteri prædictos, & alios Impera-
tores † non fuisse religiosè suauiatos pedes, ob eam digni- 6
tatem, quàm à Christo Domino Summi Pontifices sucepe-
runt, vt illa Isaiæ ca. 49. diuino afflatu fusa prędictio fidem,
veritatemq; haberet, ait enim: *Et afferent filios tuos in vl-*
nis, & filias super humeros portabunt te, & erunt Reges nutri-
cij tui, & Reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adora-
bunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Nam quorsum
hi tanti, & tam formidolosi alumni! Quorsum tanta in Ec-
clesiã potestas introducta, nutricij fouent, in sinu gestant,
humeris quandoq; deferunt infantulus! tum blandiuntur
osculis beneuolentię, & pietatis causa petunt: sic Impera-
tores, Regesq; vultu in terra dimisso adorant Ecclesiam eius
pedibus prouoluuntur, & pedum puluerem proni lingunt:
ita ex nostris grauiter ratiocinatur Ioseph. Steuan. *in dict.*
tract. de adorat. Pedum Rom. Pont. c. 8. longe post princ. vers.
Quis ergo poterit diffiteri? vbi etiam ad hoc refert, quod
Sigismundus Cæsar Augustus, qui pro Fidei Catholicę
consociatione, difficillima itinera confecerat, satis spectatã
erga Ecclesię fidem, † atq; probitatem ostendit. Iste cùm a- 7
desset in Concil. Constantiensi, vt in eius actis legitur, cum
omnium acclamatione Martinus V. in Pont. electus esset,
gaudio summopere perfusus d. Imperator, ad Sedem occur-
rens Rom. Pont. humeris extulit, atque substinuit.
Ludouicus II. Imperator, † Nicolaum I. Summum Pon- 8
tificem reuerenter suscepit, ita vt ipse Augustus pedestri iti-
nere gradiens frænum æqui Pontificis apprehendens, du-
xerit, quantum ictus sagittæ extenditur, eum etiam ad Vr-
bem reducendo, iterum equo descendens, equum Ponti-
fici trahens, oscolis ad inuicem † propinquantes, melli- 9
fluè gratulari memorantur, vt refert Platina *in eius vita*,
& alij scribentes.
Legitur quoque in Chronicis, & ex nostris refert Oldr.
in cons. 180, *nu.* 18. † Constantinum Imperatorem Beato 10
Syluestro Papæ gladium tradidisse, & insignia regalia in
signum subiectionis, quod & narrat Archid. *in can. cum*
ad verum 96. distinct. & facit text. *in can. Constantinus Im-*
perator distinct. 98. Et quamuis *in d. can. Constantinus*, di-
catur ibi, *Deinde diadema, videlicet, coronam capitis no-*
stri, simulq; phrigium &c. quia respondet August. Triumph.
q. 83. art. 3. id fecisse Imperatorem tamquam ministrum
obsequentem, non vt auctoritatem præstantem, iuuant
verba eiusdem *can. Constantinus*, ibi, *tenentes frenum*; agno-
uit enim † Magnus Constantinus Imperator bonam fi- 11
dem, vt dicam infra in 2. part. huius Annor.
Quod enim Imperium ab Ecclesia dependeat, opinio est
indubitata, & magna ratione, & fundamento recepta,
per text. *in can. suscepistis 10. dist. in cap. venerabilem, de*
elect. in cap. ad Apostolica de re iudic. in 6. & in Clem.
Romani Principes de iur. iuran. ex quibus, alijsque
iuribus non obscurè apparet, quod Papæ suprema aucto-
ritas Imperialem celsitudinem transtulit, examinat,
confirmat, vel infirmat, approbat, vel reprobat; & si
approbat, † vngit, coronat, & consouet tamquam pater; & 12
si delinquit, punit, deponit, & priuat, vt Iudex, eiusque sen-
tentiam iniustam reuocat, cassat, & infringit.
Mirabileq; est in oculis nostris, nomen Cæsaris præbuit
† causam mortis Saluatori Nostro, *Si hunc dimittis, non* 13
es amicus Cæsaris, Omnis, qui se Regem facit, contradicit Cæ-
sari. Nam hoc sermone audito Pilatus tradidit Christum Iu-
dæis ad crucifigendum. Ioan. cap. 19. Et tamen, ò res mira!
seruus Christi Petrus, & in eo Romanus Pontifex, non di-
co est par Cęsaris, sed absq; comparatione longè latè maior,
nam ab eo dependet, fomentumq; habet, cùm Papa cõpare-
tur Soli, & Imperator Lunæ, vt tangam *infra* §. 19. *n.* 4.
Sol enim, vt benè scimus, est maior Luna, quantitate, di-
gnitate, officio, & sublimitate, atque vt asserit Ptolemæus
in Almagestro, Luna est millies, & eo amplius est Sole in-
ferior, seu minor; & secundum Astrologos, Sol reputatur
omnium Planetarum Pater, &c. Insuper Romanus Præ-
sul Thronum tenet hic Romæ Vrbium, & Orbi gloriosa
Regina, in qua ipsi Cæsares tamquam in solio eleuato vbi-



que Terrarum fastosi imperabant.
Nec aliquis titubare debet ex his, quæ inscie garrit
14 Poeta Dantes, de quo † etiam dixi supra, dum in eius *lib.
3. de Monarch.* demonstrare contendit, sed inanè, ab Ec-
clesia non pendere Imperium. Nam ibi mendacia non
parua coaceruat: contemnendus est enim, potius quam
confutandus, qui mendaciorum defensor est; sicuti
quoque facit contra eumdem Dantem propter prædictum
mendacium, celebris, egregiusq; Iuris Consultus Card.
Alexandrin. *in solemni repetition. can. cum ad verum, sub
n.2. col. 9. dist.96. vers. Quidquid dixerit Dantes, lib. 3.
Monarch. quia non bene &c.* Nolo hic longa serie alios Do-
ctores Dantem asperoantes propter dictam eius opinionẽ
adducere, quia id in angulo est. Timetur quoque in
horridam syluam falcem immitti, maximeque cùm nos ad-
moneat Aristoteles primo Physicorum, *vt contra negantes*
15 *principia non † arguamus.* Dantes enim non zelo veritatis
ductus, sed à potenti, ac nefario vento ambitionis raptus,
vt Imperatoris gratiam aucuparetur totam illam suam
Monarchiam orditus fuit, vt ex nostris eleganter notat Pe-
trus Ant. Gamm *in solemni repetition. Extrau. fel. record.
Iul. II. de Symon. Pap. elect. n.86.* ibi, *Dantes, Imperato-
ris gratia, totam illam Monarchiam impudentissimè con-
texuit &c.* ac vlteriùs eundem Dantem aspernatur tan-
quam virum male cautum, & quare, ibi videri potest.
Sed frustra laboratur non aduertimus, obsecro, illum es-
se professione Poetam, *& Poeta miranda canunt, sed non
credenda*, sicq; non esset nouum asserere, ipsos multoties
solitos esse fingere, plutaque somniari. Vnde ex eis egre-
gius Horatius, in Poetica dixit, & est satis vulgatum,

. . . . *Pictoribus, atque Poetis*
Quidlibet audendi, semper fuit æqua potestas.

Idemq; Poeta lib. 2. epistol. subiungit,

Sæpe audacem fugat hoc, terretque Poetam.

Quippe homines, vt inquit Lactantius, Poetas velut
mendaces, insequuntur. Hinc olim diuinus ille Plato non
sine causa legem tulit, per quam repressit licentiam, seu au-
daciam poeticam, iubendo, ne Poetæ amplius fingere pos-
sent præter à Iure permissa, & ex nostris id refert Simanc.
*in tractat. de Catholic. Institut. tit. 38. n. 15. vers. Huc per-
tinet illa Lex Platonis, ne Poeta &c.* Scimus quoque Le-
ges Romanas renuisse fauorem aliquem præstare Poetis,
textus est clarus *in l.3.* ibi: *Poeta nulla immunitatis præro-
gatiua iuuantur, C. de medic. & profess. lib. 10. vbi glos. in
verb. Poeta*, exemplificat in Virgilio, meminitq; Io. Hu-
go *in tract. de offic. qual. Prelat. tit. de mun. excusat. num.
2. vers. Poeta nulla prærogatiua &c.*
Supradicta quoque peremptoria responsione vsus est
Card. Iacobat. contra Vallam, qui contumeliosè loquitur
de Clericis, & contra *can. Constantinus 63. distinct.* nam
d. Iacobat. *in tractat. de Concil. lib. 10. cap. 8. n.18.* sic in-
quit: *Laurentius Valde redditur suspectus, nisi dicamus id
fuisse factum licentia poetica &c.*
Non parùm quoque demiror de Anton. Rosell. (viro,
vt inquit, Nauarr. *in cap. nouit notabil. 3. n. 65. de iudic.*
gentilitia nobilitate & eruditione claro) qui sentire quoq;
16 videtur Imperium, & Cæsarem † non recognoscere Papam
in superiorem, vt constat in eius tract. *de potestat. Impera-
toris, & Papæ*, vbi plura asserit, quæ erubesco adducere,
cùm erret, & quidem malè allucinetur.
At quid vltra? ipse Rosell. in arte diuinandi se insignem
ostentare voluit, dum turpissimè prophetauit, ibi, *Sub-
sanatus, & derisus ero, audens in dubium reuocare, quod
est Sanctorum auctoritate, & rationibus roboratum, & ab
Ecclesia decisum.* Itaque eidem potest dictum illud retri-
17 cari, *Pessime loqui, qui contra omnes loquitur, quia † te-
nendum est indubitanter illud, quod omnes opinantur*; ea re-
latis Rota *in causa Calaritana Primatus 27. Nouemb.
1637. coram bo. me. Merlinne, vers. Indubitanter tenen-
dum est, quod omnes opinantur.*
Vanitas enim supradictæ opinionis Rosell. & quotquot
18 † eum sequuntur, & adde quemdam Hieronym. Gebui-
ler. suo volentem blandiri Principi in tractatulo, qui *li-
bertas Germaniæ* nuncupatur, vbi plura, sed inane tenta-
uit, & iure DD. conuitijs eum pluribus insequuntur, &
præsertim Io. le Cirier. *in tract. de primogen. lib.2. q. 12. n.
16.* vbi inter alia asserit contra prædictum, ibi, *Tentauit*
19 *quidem, † sed vanis, muliebribusq. suadelis, verendum sibi
erit, ne dum Germanos in libertatem proclamare voluit,
ascribenda ipsis gestibus seruitutis telam texuerit &c.* Nam
vt inquit S. Thomas de Aquino *de Regim. Princip. lib. 3.
c.18. & 19.* Imperium tamdiu durabit in Germanis, quan-
tum Romana Ecclesia expediens † iudicauerit &c. cum 20
alijs relatis per Borell. *in addit. ad Speculum Princip.* Pet.
Belluq. *rubr. 14. in litera L. vers. Imperium tandem &c.*
Verum planius loquendo, ad confundendam, vt dixi
vanitatem opinionis Rosell. aliorumq; Postquam abscissus
fuit lapis de monte sine manibus, hoc est, quia in Summo
Deo, & Domino Cæli, & Terræ factum est hoc, atque
est mirabile in oculis nostris, & omnium intuentium, vt
scilicet natus sit Christus Dei Filius, ex intacta, gloriosa-
que Virgine Maria, cuius Regni non erit finis, *Luc. 1.*
Et ipse sit Dominus, Rex Regum, & Dominus Domi-
nantium, secundum omnes Scriptores Catholicos, Re-
gnum temporale destructum, † annihilatumq; remansit, §. 18
& Regnum spirituale felix, fortunamq; exordium sump- ¶
sit, illudq; manebit in æternum, & hoc est: quod dicitur
Daniel 2. *Comminuet autem, & consumet omnia Regna hæc,
& ipsum Regnum stabit in æternum.* Vnde post Christum
natum, Imperium totius Orbis est apud eum, eiusq; Vi-
carium, quod transfertur per Papam in Principem secu-
larem; ita egregie ex nostris ratiocinatus est Bart. *in solem-
ni repetitione Extrauag. Ad reprimendum, in verb. Totius
Orbis* a. 10. & certè si in aliquo verificatur illud, quod as-
serunt Doctores, & præsertim Raynald. Cors. *in tract. de
indag. Iur. lib. 1. cap. 8 n. 2.* neque Bartolum fuisse Iuris-
consultum diuinæ mentis, & pulchrius inquit, post Ca-
tald. de Boncompag. Ias. &c. Roland. à Valle *in tract. de
confect. Inuentar. p. 3. §. quia in præcedenti, n. 36.* Barto-
lum vidisse Cælos apertos, & Spiritum Domini mansisse
super eo, &c. equidem vt dixi, si eorum præconia Bart. in
aliquo verificantur, quoad supradictum locum non men-
tiuntur.
Quare procul omni dubio affirmari potest, Primò flo-
ruisse Monarchiam, seu Imperium Occidentale Babilo-
niæ; Secundò Imperium Persarum, & Medorum; Ter-
tiò Imperium Græcorum; Quartò Imperium Romano-
rum; & tandem vltimò post natum Christum floret, &
florebit in æternum spirituale Imperium, cuius habenas
moderatur Romanus Pontifex, tanquam Summus Vica-
rius Christi in Orbe Terrarum: sic grauiter locuti sunt Io-
annes de Capistran. *in tract. de auctoritate Pap. part. 2. se-
cundæ partis principalis à n. 134. vers. Abscissus est lapis de
Monte sine manibus &c.* Martin. Lauden. *in suo famigera-
to tract. de Princip. q. 496. vers. Vltima aduentu Christi
Imperium fuit Christi &c.* Marc. Anton. Peregr. *in tract.
de Iure fisc. lib 1. cap. 2. n. 37. vers. Quia post Christi aduen-
tum Imperia, & Regna omnia Christi fuerunt, & nunc ab
eius Vicario procedunt: ibiq; reprobat contrariam sentientes
&c.* Hieronym. de Monte *in tract. de finib. regund. cap. 3.
num. 2. vers. Et quintum Imperium, quod fuit aduentu
Christo, & Romanum Imperium incœpit esse Christi, &
ideo apud Papam Christi Vicarium est vterque gladius &c.*
Vnde argumentum de antiquo Imperio ante Christi ad-
uentum ad præsens Imperium, nullatenus valet, vt prop-
ter supradicta aduertit Alberic. *in l. bene à Zenone n. 19.
vers. Argumentum de antiquo Imperio, ante Christum &c.
C. de quadr. præscript.*
Irrefragabiliter ergo supradictis admissis, & præsertim
Papam esse Vicarium Christi, vt est † apud Catholicos 1
omnes luce meridiana clarius, atq; asserit *textus in can.
quanto, de translat. Episc.* quilibet quantum vult, & di-
sputatiuè totum ius voluat, reuoluatque. Quia tandem
animaduertet se contra stimulum calcitrasse, & dedisse
caput ad Montem Murellum, si tentauerit Imperatorem,
vel alium quemlibet supra Papam ponere; quia statim in-
tonato, vt dixi, illum esse Vicarium Christi, & ab eo
immediatè auctoritatem habere; quilibet (si tamen non
insaniat, aut à rabie ventorum hæreticalium non rapia-
tur) indubitatè affirmabit Papam esse omnium Caput,
cùm ipse non habeat supra se nisi Deum, & sic in Orbe
toto, nec parem, nec maiorem adesse, idque solidè probatur
in extrauag. Vnam sanctam, de maiorit. & obedient. præci-
puè illud Christi apud Matth. c. 16. *Pasce oues meas*, & il-
lud Luc. c. 22. *Ecce duo gladij hic*, cum alijs ibi relatis,
Lateq; id tractat Augustin. de Ancon. *in tract. de Potest.
Papæ, quæst. 36. art. 4.*
Vbi notatèr probat mediantibus diuinis auctoritatibus,
viuisq; rationibus, Papam maiorem esse Imperatore etiam
in dominio temporalium, licet vsum, & exercitium Impe-
rator

rator habeat temporalium, & quidem ab ipso Papa, id quod refert, & sequitur eruditus I. C. Restaur. Castald. *in tract. de Imperatore qu. 50. n. 7.* vbi etiam adducit Ferdin. *in tract. de orig. Princip.* asserentem, secundùm Catholicam veritatem Imperialem auctoritatem principaliter, & immediatè ab Ecclesia pendere, cui Imperator fidelitatem præstat, vulgat. iur. subiungitque cùm Deus sit supremus Princeps omnium, Romanus Pontifex eius vices gerens, solus Principatum in Terra obtinet, alioquin duo Dei Vicarij essent, & duo capita, quod monstruosum, & alienum à fide, ac ratione naturali existeret, alios DD. super hoc infra allegabo §. 18. *num.* 14.

Reperio quoque in celeberrimo Concilio Constantiensi fuisse deletam, ac damnatam memoriam perfidi Hæretici Ioannis Hus, qui inter alia eius hæreticalia dicta, ponebat supremam Papalem dignitatem à Cęsare inoleuisse, & Papæ perfectionem, & institutionem à Cæsaris potentia emanasse, vt videre est *in vltima sessione eius Concil. sub §. Tenor autem art. num. 9.*

Modò, vt supra relata factis ipsis comprobem quæso indagamus, quo Iure, qua ratione, qua lege, qua fronte, quo titulo Romani Pontifices tot Cæsares Augustos, iustis tamen de causis effectualiter ex Throno Imperiali eijcere potuissent, ab eisdem Imperatoriam Maiestatem auferendo, & ad hoc aliud firmiter asseri nequit, nisi quia Romani Pontifices in B. Petro Orbis Principatum ab Omnipotenti Deo illius factore obtinuerunt, vt super dictis priuationibus clamant text. necnon Doctores diuersis scientijs celebres dicam infra *sub num. 57.*

2 Sed vt magis claudam ora Leonum, Romanus Pontifex, vt in confesso est apud omnes, & cantat text. *in c. venerabilem ext. de elect.* Apostolica plenissima auctoritate Imperium Romanum à Græcis ad Germanos transtulit, ac infra dicam.

Ex facto enim isto iuribus, ac Mortalibus omnibus applaudentibus effectuato, quod & vsque nunc intactè perseuerat, inconcusseque manet, tamquam magna moles supra solidam Petram Apostolicam ædificata tollitur omnis amaritudo. Ac vlterius Papa vti sapientissimus Architectus post idipsum stabilitum Imperium apud Germanos, ad instar Sapientię *c. 9.* domus septem suffultæ columnis, totidem ad perennem Imperij firmitatem constituit perpetuos Electores, qui recensentur per gloss. *in c. ad Apost. in verb. autem, de re iudic. in 6.* & paulò inferiùs referam versus.

Clemens enim V. Pontifex Maximus, ad euitandas periculosas, & frequentes dissensiones, quæ sæpè acciderant, dum nouus Cæsar erat eligendus, sanctionem sacrauit, vt potestas eligendi Imperatorem esset tantùm penes septem Principes Germaniæ, qui vsque hodie vice totius Vniuersitatis Mundi eligunt Imperatorem, aduertitque Io. And. in addit. ad Specul. *tit. de rescript. §. fin. vers. Item quo ad obtentum*, Io. Quin. Hedui. *Aristocra. Christian. Ciuit. tit. de mut. Imper. vers. Qui Electores vice totius Vniuersitatis Mundi, &c.*

Ex prædictis septem Electoribus, tres sunt Prælati, idest Archiepiscopus Moguntinus pro Germania, Archiepiscopus Coloniensis pro Gallia, & Archiepiscopus Treuerensis pro Italia. Reliqui verò sunt Principes sæculares, idest Boemiæ, qui nunc Rex nuncupatur, Comes Palatinus Rheni, Dux Sassoniæ, & Marchio Brandeburgensis. Vnde versus,

Magna Moguntia, crassa Colonia, Treueris alma,
Atque Palatinus Dapifer, Dux Portitor ensis,
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Boemus.
Hi faciunt Regem seruantes ordine legem.

& hic nota, quod aduertit Ludouic. Domenic. *in lib. 10. suarum histor.* atque ex nostris D. Ioannes Thassonus *obseruat. iurisdict. Prag. de Antefat. obseruat. 2. num. 31.* accidisse de anno 1623. Comitem Palatinum Rheni, propter causam ab eis relatam, voce electionis fuisse priuatum. Vnde in eius locum fuit subrogatus Elector Dux Bauariæ, Romanæ Religionis verus, ac zelator egregius.

Generaliter enim de prędictis septem Electoribus destinatis à Romano Pont. nonnulla ponunt Michael. Vlcur. *in tract. de Regim. Mund. secund. princ. quæst. §. Ista quæstio est ita ardua n. 22. vers. Et nunc statuto Ecclesia, & illius approbatione, &c.* Accursius glossator *in l. priuilegia omnia, in verbo Concessserimus, vers. Sunt enim certi nobiles, qui auctoritatem, & priuilegia ab Apostolica Sede habent eligendi Principem, &c. de pac. Constant. in vsib. feud.* & ibi Bald. *n. 8. vers.* Sed illi, *qui ita eligunt, auctoritatem eligendi ab Apostolica Sede receperunt*, Alberic. *in l. bene à Zenone n. 21. vers. Principes Alemaniæ potestatem eligendi Imperatorem habuerunt, & habent à Papa, &c. C. de quadr. præscr.* Hieron. Cagnol. *in proœm. ff. n. 47. vers. Gregorius V. legem ex Pontificia auctoritate de Imperatore eligendo sanxit, &c.* Nauarr. *in c. nouit. notab. 3. n. 3. de iudic.* Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disp. 24. & disp. 20. vers. Ad primum quod in tertio*, Card. Bellarm. *controuers. 3. princip. sub tit. de Roman. Pontif. lib. 5. c. 8. vers. Septimum cum seqq. & in tract. de transl. Imper. lib. 1. c. 4. cum seqq. iuncto c. 12. & lib. 2. per totum*, atque etiam *lib. 3. præcipuè c. 3.* Petr. Martz. *in suis Dialogis var. histor. dialog. 2. c. 5. & c. 6.* Frater Ludou. Mirand. *de ordin. iudic. qu. 2. art. 3. conclus. 5. in fin.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 4. c. 19. q. 7. & lib. 11. c. 8. q. 4.* August. de Anchona *in tract. de potestate Papæ art. 25. art. 2.* Guliel. de Monte Laud. *in Clem. Romani apicem n. 2. vers. Certos Principes Papa elegit, &c. de iureiur.* Card. Iacobat. *de Concil. lib. 10. art. 8. n. 12. vers. Electores Imperij habent potestatem eligēdi à Papa, &c.* Beatus Ioannes à Capistrano *in tract. de auctoritate Papæ par. 2. secund. par. principal. nu. 127. vers. Et certè clarum est, quod electores Imperij ab ipsa Ecclesia Romana potestatem eligendi auxerint*, Petrus à Mont. *in tract. de potest. Pontific. tit. de Imperat. potest. origin. §. secundo quæro nu. 2. vers. Eligitur autem Imperator*, Franciscus Vargas *in tract. de auctor. Pontific. art. 4. confirm. 10. n. 12. vers. Hoc vero de septem Electoribus à Gregorio V. vt communis habet opinio factum est*, Restaur. Castald. *in tract. de Imperatore qu. 8. nu. 15. vers. Gregorius Papa V. legem, Pontificia auctoritate, de Imperatore eligendo, atque creando, sanxit quo vsque ad nostra tempora seruatur, & nu. 20. vers. Vigesimoquarto*, tractat, qualiter DD. Electores se gerant in Electione Regis Romanorum, seu Imperatoris, & aliqua circa ordinem vocum, & quis eas inquirat, atque *num. 7.* tradit post ibi allegatos, prædictos septem electores Imperij digniores esse Principibus, pręter Reges, ratione d. electionis.

Quamobrem supra relatis stantibus, & quidem absque responsione, necessariò affirmare quis coactus erit Papam esse supra Imperium, & Cæsarem, quibus marmoreis, ac irrefragabilibus argumentis, ad prosternendas, & omnimodò conquassandas quaslibet contrarias opiniones inuictè vsi sunt plures, & præsertim Card. Alexandr. *in repetit. cap. Cum ad verum column. 3. vers. Clarum est, quod per Papam fuit translatum Imperium 96. distin.* & Abb. Panorm. *in d. cap. venerabiles sub num. 6. vers. à Græcis Papa transtulit Imperium, & nota magnam prærogatiuam potestatis Apostolicæ, &c. de elect.* Nauarr. *in c. nouit. notab. 3. n. 3. vers. Papa transtulit Imperium à Græcis ad Germanos, de iudic.* Benedict. Capra *in Clemen. Romani Principes n. 6. vers. Translatio Imperij, & iuris eligendi, de iureiur.* Io. Lecitier. *in tract. de primog. lib. 2. q. 12. n. 12. in princ.* Ioann. Faber *in proœm. institut. nu. 4. vers. Papa transtulit Imperium*, Restaur. Castald. *in celebr. tract. de Imperat. q. 81. num. 3. vers. Auctoritate Papæ fuit translatum Imperium à Græcis ad Germanos, & iterum posset à Germanis ad alios, &c.* Ioan. Baptista Ferrett. *in repetit. cap. ex Epistola 1. nu. 12. vers. Papa priuauit Græcos Imperio ext. de probat.* Mart. Lauden. *in tractat. de Princip. quæst. 86.* Michael. Vlcur. *de Regimin. Mundi 2. qu. princip. §. 2.* Gulielm. à Monfer. *in tract. de success. Reg. dub. 1. nu. 30. versic. Papa Romanum Imperium tamquam Vicarius Christi, & lex viua transtulit à Græcis ad Germanos.* Itaque opinio † est tanquam Ciuitas munita, vnde facit 3
dictum illud Dauidicum Psalm. 59. *Quis deducet me in Ciuitatem munitam? Nonne tu Deus.* Probatio enim, quæ fit per euidentiam facti, est omnium probationum Illustrissima, imò Regina ex iuribus à me infra allegatis *n. 60.*

Igitur constat Imperium Romanum per Papam, à Constantino, † & Leone Imperatoribus Constantinopolitanis 4
auulsum fuisse, & hoc, eò quia Rom. Ecclesiam oppressam ab Aistulpho Rege Longobardorum defendere recusarunt, vt ex Chronicis narrat Gloss. *in d. c. venerabilem, in verb. transtulit*, Principes enim sæculares, vt inquit Ioan. Andr. *in cap. fin. de dilat.* & refert Thom. Grammat. *decis. Neapolitan. 65. num. 70.* tenentur auxilium præstare ad arcendum hostes Ecclesiæ.

Imperator quippè pro suo posse arctiùs est Ecclesiam
† Romanam defendere, & exaltare, vt habetur *in Clem. Ro-* 5
mani Principes, de iureiur. & in can. tibi Domino Papæ, & in can. ego Ludouicus 63. dist. Hinc Leo Papa *in epist. 75.* ad Leonem Augustum scribendo, inquit, *Debes incunctanter* ad-

aduertere Regiam potestatem tibi non solum ad Mundi Regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, &c.

6 Idemque † est dicendum de alijs Principibus, vt est optimus text. *in can. Principes, & in can. Regum* 23. q. 5. asseritque Abb. Panorm. *in d. cap. venerabilem num. 9. vers. idem in alijs principibus, de elect.* Michael. Vlcur. *in d. tractat. de Regimin. Mundi 2. p. principal. n. 82. vers. Si Imperator, vel aliquis Rex fuerit rebellis Pontifici Maximo in necessitate posito, & petenti, tamquam membra capiti, auxilium non præstarent, idem Papa potest talem Principem tamquam membrum inutile expellere ab Ecclesia, & per hoc etiam dicetur expulsus a Regno, &c.* Martin. de Caraz. Laud. *in dicto tract. de Princip. q. 28. vers. Principes laici tenentur defendere Romanam Ecclesiam, & si vocati non defendunt, possunt excommunicari,* & alleg. gloss. *in can. Adrianus il 2. 63. dist.* aduertitque Menoch. *de arb. Iud. lib. 2. centur. 4. cas. 338. n. 7. vers. Christiani Principes, &c.*

Denegato enim, vt dixi, auxilio à dd. Imperatoribus,
7 † & in specie considerant Hieronym. Cagnol. *in procem. Digestorum nu. 15. vers. Græci ob non præstitam defensionem Ecclesiæ fuerunt priuati Imperio, &c.* Matth. Vgon. *in tract. de præstant. Patriarchar. interrog. Quis potestatem hanc Electoribus concessit, vers. Cum Ecclesia Romana opprimeretur, &c.* Marc. Anton. Peregr. *in tract. de iure fisc. lib. 1. tit. 2. nu. 10. vers. Græci Imperatores recusarunt Romana Ecclesia bello infecta ab Aistulpho Rege Longobardorum opem ferre, & Papa eis abstulit Imperium, &c.* Ioannes Bertach. *in tractat. de Gabell. par. 1. tit. A quibus Gabell. imponantur num. 8. vers. Quia Imperator Græcorum requisitus à Papa, vt tueretur Ecclesiam Romanam, & ipse recusauit, propter hoc Papa eum priuauit Imperio, &c.* Francisc. Vargas *in tractat. de auctorit. Pontific. proposit. 4. confirmat. 9. nu. 10. vers. Hæc illa est potestas Papæ, quæ sic exigentibus causis Romani Imperij à Græcis ad Germanos translatio facta fuit, &c.* Petr. Andr. Gamm. *in repetition. Extrauag. Iul. II. de Sym. Papa elect. num. 82. vers. Græci Imperatores, Vrbis tutelam ita deseruerunt, &c.* Ioan. Fab. *in procem. Institut. n. 4. vers. Papa transtulit Romanum Imperium in Germanos, quia Imperator Constantinopolitanus nolebat succurrere Ecclesiæ, neque Vrbi, &c.*

Leo enim III. Romanus Pontifex, ob supradictam causam, & quia quoque dd. Imperatores plerumque Orthodoxam Religionem vexabant, mediante auctoritate sibi diuinitùs concessa, anteà translatum Imperium in Orientem à Gregorio Papa II. quia Imperatores Occidentales malè Ecclesiam Romanam tractabant, iterùm in Occidentem reuocauit, contulitque Carolo Magno Ecclesiæ Romanæ studioso Defensori, ac vigili Aduocato, vt per text. *in d. cap. venerabilem, de elect.* & per alias rationes id probat, ac defendit Francisc. Zoann. *in tract. de Romano Imperio à n. 242. & seqq.* atque *n. 248.* asserit, de ista translatione Imperij à Papa facta à Græcis ad Germanos, viris doctis indignum profectò esse, vel leuiter de re tam manifesta dubitare, ibique latè discutit, an hoc casu primùm Imperium fuerit translatum in Germanos, necne: contra verò Imperium à Papa primum fuisse translatum in Gallos, ac deindè in Germanos, eruditè, & pleno calamo discutit Ioannes Lecier *in tract. de primogenitur. lib. 2. qu. 12.* vbi copiosè, sicut etiam Arnald. Albertin. infra citandus.

Super ista materia, vt verum fatear, non parum se voluunt, & reuoluunt Auctores, concordiam tamen inter eos, mediantibus quibusdam distinctionibus, quærit constituere Restaur. Castald. *in tractat. de Imperator. qu 7.* & addo multùm vrgere ad concludendam prædictam inter Scriptores pacem animaduertere de tempore translationis Imperij in Carolum Magnum Regem Francorum, nullatenus Regnum Franciæ fuisse segregatum à Germanis, verùm longo tempore post, Papa Ioannes XXII. Constitutionem edidit, qua & Regnum Germaniæ à Franciæ Regno, & Italiam ab Imperio diuisit, veluti auctore Alberic. & Gomes. testatur Marc. Anton. Peregr. *in tract. de iure fisc. lib. 1. cap. 2. num. 11.* Pluraque alia circa prædictam historiam afferre possem, & vellem, nisi prolixitas ab incœptis me deterreret, sat mihi hic erit, asserere indubitatam, ac toto Cœlo apertam esse prædictam translationem Imperij à Papa factam, nec ab ipsis aduersarijs impugnatam, & quæ tam fortunarum effectum sortita fuit.

8 In die enim Natiuitatis Domini ann. 800. dictus † Leo Papa, Romæ in veneranda Basilica Vaticana Sancti Petri, (hodie Vrbis, & Orbis miraculo) solemni pompa, & applausu, gaudioque vniuersali eundem Carolum, Imperatorem Romanorum acclamauit, proprijsque manibus eidem Chlamydem Augustalem, & Coronam auream pretiosissimam imposuit.

Statimque coronato, & viso à Romanis, ac ab vniuerso Populo, cùm optimè scirent dicti Caroli pietatem, ac defensionem præstitam ad fauorem Ecclesiæ Romanæ, vnanimiter Diuino nutu ter clarissima voce exclamarunt, *Carolo Augusto à Deo coronato, Magno, Pacifico, & Pijssimo Imperatori Romanorum, Vita, & Victoria.*

Nihil namque tam excelsum est, quod virtus non mereatur: Caroli enim Magni ob in Apostolicam Sedem amplissima merita, Imperio digna fuit virtus; Vnde Imperatoria Maiestate à Papa insignito: Tunc, vt ferunt historię, diuersi Legati Persarum, Saracenorum, Hispanorum, &c. Caroli amicitiā ambientes, eum *Romanorum Imperatorem Augustum, Victorem, Magnum* salutarunt, ac pręconizarunt, videatur Alphons. Ciacon. *in vitis, & gestis Roman. Pontif. in vita d. Leonis III.* & Cardin. Baron. *in Annal. Ecclesiast. tom. 9. ad annum* 800. vbi ait, *dictam translationem Imperij factam fuisse ex insita ipsi Romano Pontifici concessa diuinitus auctoritate,* & subiungit, *si quis neget Romani Præsulis auctoritatem in Imperium, planè impius, ac infidelis, & rerum Ecclesiasticarum penitus rudis esse conuincitur,* & fusè tractat Cardin. Bellarm. *in tractat. de translat. Imperij lib. 1.* & ex nostris Arnald. Albertin. *in repetit. Rubric. extra de hæretic. num. 16.*

Quare hodie Imperatores † Constantinopolitani nullatenus sunt Imperatores, vt verius est, pluresque DD. aduertunt, & præsertim Ioan. Fab. *in procem. Institut. num. 4. vers. Papa transtulit Imperium in Germanos; & ideo electus per Alemanos est verus Imperator, & non Constantinopolitanus, &c.* Cardin. de Turrecremat. *in can. tunc autem n. 6. vers. Imperator Constantinopolitanus non est propriè Imperator, sed potius hæreticus, & schismaticus, quia Ecclesiam Romanam non credit Caput, &c. 21. distin.* Petrus à Monte *in tractat. de potestate Papæ tit. de Maiest. Imperat. §. Tertio quæro nu. 2. vers. Imperator Græcorum (pace sua) non est verus Imperator, &c.* Martin. Lauden. *in tract. de Princip. qu. 86. vers. Imperator Græcorum non est propriè Imperator, sed Imperator Alemanorum est propriè Imperator, &c.* 9

Imperatores igitur Constantinopolitani, vt inquit gloss. *in d. cap. venerabilem in verb. Germanos, de elect.* remanserunt sicut Rex Schaccorum, qui dicitur Rex, & tamen non est, cùm habeat tantùm nudum nomen, prout prędictis Imperatoribus accidit, nam extra Ecclesiam non est Imperium, vel potest dici illos esse Imperatores, sicut quilibet est † in domo sua, *can. duo autem nomina* 23. q. 4. & 10
meminit Rota *in Meliten. Præeminentiarum 3. Decembris 1629. coram bon. mem. Pirouano,* & in puncto de prædictis Imperatoribus Constantinopolitanis, asserunt Io. Andr. & Panorm. *in d. cap. venerabilem,* ibique referunt fabulam illam, de quodam rurali, qui in eius domo incognitè recepit Richardum Regem Angliæ, nam cùm nollet Rex obedire rustico in lotione manuum, vel secundùm alios, cùm Rex vellet se præferre illi in mensa, rusticus dedit ei alapam, dicens, quilibet est Rex in domo sua. Quasi Domino domi sit obediendum in domo sua pręcipienti. Postea verò Rex fecit inuitare d. rusticum in suo Palatio, vt sic nolentem obedire faceret eum verberare, sed rusticus sapiens, & sagax in omnibus obediuit, in lauando, in solio Regali sedendo, & consimilia faciendo, prout Rex præceperat.

Vnde dictus Rex penitùs intentione propria remansit frustratus, atque fertur multa bona dicto rustico donasse. Hanc fabulam quoque adducit Anton. Cortet. *in tract. de potestate Regia par. 3. num. 24.* vbi etiam asserit idem audiuisse dici de Duce Leonello Ferrariæ, qui rustico similia facienti, nonnulla terræ iugera donauerat.

Quod verò dictum fuit de Rege Schaccorum, 11. potest etiam simile adduci, † de Canonicis Rauennaten. qui dicuntur Cardinales, & tamen non sunt tales, vt ratiocinatur gloss. *in can. pudor, verb. Principem Mundi,* 32. *qu.* 2. Gomes. *in Regul. de Annal. qu. 7. num. 5.* Gonzal. *ad Regul. 8. Cancell. gloss. 24. num. 161.* Azor. *institut. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 29. qu. 3. vers. Quæstio igitur est, & lib. 4. cap. 1. quæst. 2. prope fin.* §.

Et de Canonicis Compostellan. † qui etiam Cardinales appellantur, asserit Cardin. Zabarell. *in Clem fin. num. 1. de* 1

ce-

celebrat. Miss. Gonzal. *in d. glos. 24. n. 161.* Augustin. Barbos. *in Collect. Iuris Canonic. in d. can. pudor num. 3. 23. quæst. 2.*

2 Necnon de Canonicis † Mediolanen. qui quoque nuncupantur Cardinales, meminit Gomes. *in d. regul. de annal. quæst. 7. num. 5.* Quinctilian. Mandos. *ad Facultates Auditoris Cameræ, §. Considerantes, verb. Romana.* Atque de Episcopis Nullatenentibus loquitur Catellian. Cott. *in suis memorabil. in verb. Comes, vers. Prout etiam de Episcopis Nullatenentibus, &c.*

3 Idem etiam est dicendum de Comitibus sine Comitatu, qui nihilominus vocantur Comites, & tamen non sunt tales, Ioan. Andr. *in vsib. feud. tit. quis dicatur Dux in princip.* Frecc. *lib. 2. titul. quis dicatur Comes, num. 34.* Doctores *in l. cum quid, ff. si cert. petat.* Decian. *consil. 9. num. 22. vol. 1. & consil. 19. num. 118. vol. 3.* Vincent. de Franch. *decis. 115. num. 4.* Ant. de Pret. *in tractat. de Iurisd. Episcop. cap. 4. sub num. 4.* Mastrill. *in tract. de Magistrat. lib 4. c. 10. num. 6.* vbi de Rege Taxillorum ludi, de Imperatore Græ-
4 corum, (vt est casus noster) † de Cardinalibus Rauennaten. & de Doctoribus absque Lege, videatur etiam Rota *in causa Placentina Parochialis 27. Iunij 1636. coram Eminentiss. D. Card. Panzirol.* vbi de Comite sine Comitatu, de Canonico in herba, ac de Canonicis qui vocantur Cardinales, qui abusiuè dicuntur tales.

Sed ne plus insistam in hac materia satis ventosa, solùm
5 dicam, † appellatione Imperatoris, Regum, Cardinalium, Canonicorum, Comitum, Doctorum, & similium non venire illos, qui abusiuè sunt tales, nonnulla enim notabilia in hac materia adducit Ias. *in l. id quod apud hostes col. fin. ff. de legat. 1.* vbi inter alia asserit habentem potestatem à Papa, vel Imperatore legitimandi quoscumque, præter filios Comitum, posse legitimare filios Comitum sine
6 † Comitatu, & Bald. ait *in l. vltim. per glos.* ibi, *C. ad l. Flau. de pelagia,* priuilegia, quæ dantur viduis, dantur etiam illis mulieribus, quæ habent maritos inutiles, puta damnatos ad perpetuos carceres &c. idemque Bald. *in cap. 1. §. Si quis de manso in vltim. colum. de controuers. inuestit. in vsib. feud.* ex supradictis regulis notabiliter decidit, statuta loquentia de gabellis molendinorum, & similium, debere intelligi de illis, ex quibus fructus colliguntur, non de inutilibus, cum alijs, quæ allegat Ias. *in l. vltima, ff. de iurisdiction. omn. iud. cui est mandat. iurisdict.*

Porrò nunc ad terminos nostros recurrendo, verum legitimum Imperium Romanum, † seu vt inquit glos. *in d. cap. venerabilem, in verb. transtulit de elect.* Regnum Mundi Ecclesiæ Romanæ, mediante authoritate amplissima Apostolica Romanorum Pontificum, ad Germanos virtutibus illud promerendo, translatum fuit: & hic aliqua asseram circa d. Nationem.

1 Germani namque † sic dicti sunt, quia sub eodem Patre, scilicet Romano Pontifice, & eadem Matre, videlicet Ecclesia Romana, tamquam germani fratres ex vtroque parente congaudeant humiliter obedire: nam illa Germania, quæ post Scythiam inferiorem à Danubio inter Rhenum Fluuium, Oceanumque conclusa cingitur, à Septemtrione, & Occasu Oceano, ab Ortu vero Danubio, à Meridie Rheno Fluuio dirimitur, propter fecunditatem gignendi Germania dicta est, vt dicit Papias, atque ex nostris testis est Ioan. And. quem refert, & sequitur Panorm. *in cap. venerabilem, col. 3. vers. Item nota Germanos, de elect.*

2 Ergo quoque ex fecunditate † diuinæ gratiæ, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati, *Ioan. 1.* &c. Hæc, & alia in proprijs terminis translationis Imperij Romani factæ à Summo Pontifice ad Germanos optimè ratiocinatur Beatus Ioannes à Capistrano *in tract. de authoritat. Pap. 2. par. principal. tit. super quos Papæ potestas extendatur, sub num. 129. vers. sic Germani vocati sunt, & vers. sicut nouella oliuarum Ecclesiæ filij, &c.*

3 Alij verò asserunt, ideò † Germanos esse dictos, quia verè Germani sunt, id est veri nobiles, vt inquit glos. *in can. quorumdam, in verb. Germanos, 34. distinct.* pollet quippe, vt asseritur, in Germanis fons nobilitatis.

Alij autem attestantur, Germanos primò à Romanis ita nuncupatos esse, quoniam cùm primùm Rhenum, sub
4 iugo redactis † Gallis, transgressi fuissent, videntes illos populos, & feritate animorum, & colore flauo, forma etiam, & moribus, & viuendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est Gallorum fratres existimarunt esse, sic ratiocinatus est ex nostris Hieron. Cagnol. *in proœm. Digestorum num. 61. vers. Vt alij volunt, Germani a Romanis nuncupati &c.* atque ex Historicis id meminit Strabo *lib. 7.*

Insuper Natio ista † inclyta Germanica maximè vene- 5
ratur memoriam Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, vt plures affirmant, & præsertim ex nostris Petrus Anton. Gamb. *in tract. de authorit. Legat. de Later. part. 1. tit. de var. ordinar. nominib. num. 230. vers. Tum quia natio Germanica maximè veneratur memoriam Apostolorum, &c.* Restaur. Castald. *in tractat. de Imperator. quæst. 8. num. 19. vers. Secunda fuit deuotio Populi Germanici ad Sanctum Petrum, & Paulum &c.*

Tutissima est quoque fides, atque custodia Germano-
rum, † eaque antiquissima in supremis Principibus, & 6
multis experimentis fidelissima, authore Suetonio Tranquillo *in vita Sergi Galb. Imperatoris n. 12.* ibi, *Item Germanorum Cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam &c.* & ex nostris de hoc etiam amplam fidem facit Ioan. Redin. *in tract. de Maiest. Princip. titul. Non solum legibus armatam, sed etiam armis decoratam num. 6. vers. Germanorum custodia est antiquissima, &c.*

Plura de situ, moribus, populisque Germaniæ latè ponit Cornel. Tacit. *post lib. eius 21.* Diuiduntur hi Germani in plura genera, vt per Plin. *lib. 4. cap. 14.* Orosium *lib. 1. c. 2.* & Volater. *lib. 7.* Germanorum laudes in re bellica notanter, & pulchrè posuit Senec. *lib. 1. de Ira,* latiusque Cæsar Imperator *in suis celebribus Commentar.*

Atque hæc sufficiant quoad Germanicam nationem, Concludamque ea, quæ dixi de translatione Imperij à Græcis ad Germanos à Romano Pontifice facta, dum enim postea apud eos semper steterit, & hactenus perseueret, id certè non nisi diuino consilio factum esse, vel fieri potuisse, nemo prudens inficiabitur: & perbellè hic expendam sententiam illam veram Gamalielis Legis Doctoris honorabilis, prolatam ab eo in Concilio Iudæorum, de qua in Actis Apostolorum *cap. 5.* ibi, *Si ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur; si vero ex Deo, non poteritis dissoluere illud, &c.*

Hodie enim Imperatoriam Maiestatem, in Ferdinan-
do III. Inuictissimo Cæsare, excelsæ Domus † Austria- 13
cæ fecundæ Matris Heroum admirando nitore, Religione gestiente Orthodoxa, cuncti venerantur Mortales: cuius nomini, languet Hostium liuor, famulatur Principum fama, ac parent Planetarum errores: cuius decoribus, secunda adfuere Sidera, plausitque benigna Fortuna: ad cuius inquam victorias in Rebelles adeptas, iusta virtus, magnaque confluxere strenuitas. Iste nunc totius Orbis Romani Imperium generosè tenet, prudenterque moderatur. Hunc Deus Maximus Optimus indesinenter custodiat, annuendo, vt sit ad prauas opprimendas Nationes triumphator egregius; itaque contra Hostes suæ dilectæ Matris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reportatis generosis trophæis; ipsa de tanto, ac tali Primogenito Filio ad Altissimi laudem exultet hilariter, & gloriosè lætetur.

Fortius modò redeundo ad confundendum assertores supra relatæ opinionis, nempe Imperium non pendere ab Ecclesia, consideretur, si ista absurda conclusio admitteretur, nihil aliud esset, nisi ponere in Ecclesia Militanti duo capita, vnum in spiritualibus, & aliud in temporali-
bus; quod sapit † hæresim Manichæorum, & Cerdonia- 14
riorum, qui dixerunt duo esse principia, vnum spiritualium, & aliud temporalium, *can. quidam autem, §. Manichæis, & §. Cerdoniani 23. quæst. 3.* & doctè differit post Io. Andr. & Hostien. Io. à Capistran. *in tract. de auctorit. Papæ part. 2. secunda part. princip. num. 39. vers. sicuti ponere duo capita est hæreticum, sic ponere duos Vicarios generales æquales in terris, videtur hæreticum, &c.* glos. *in extrauag. Vnam sanctam, in verb. quicumque, de maioritat. & obedient. vers. Nisi fortè fingat duo principia, & duos Deos, sicut finxit Manichæus hæreticus, quod est falsum & hæreticum.* Si enim Deus est Alpha & Omega, Ioan. *in Apocal. cap. 1.*

Sic vnus est omnium Gubernator, & Rector, tam spiritualium, quàm temporalium: ergo vnus solus sub Deo Vicarius eius erit, habens totius Orbis regimen vniuersum, vt latè per Stephan. Auffrer. *in repetition. clem. vt clericorum num. 41. de offic. Ordinar. & num. 42.* alia subiungit. *vers. Sicut ponere duo principia, est hæreticum; sic ponere*

duos

duos Vicarios æquales in terris, vnum in spiritualibus, & alium in temporalibus, est hæreticum, idque tractat Io.Nicol.Atelat. *in tract. de heretic. notab. 49. incip. Adnotato, eum, qui crederet, &c:*

Et si Imperator constitutus fuisset à Deo Vicarius in temporalibus, non posset deponi, vt factum sæpiùs fuit, per Papam, nec aliquam superioritatem haberet in eum, quia par in parem non habet Imperium, *l. magistratus, ff. de arbitr.* nec falcem immittere posset in messem alienam, *can. scriptum 6. quæst. 2.* appositèq. considerauit Alberic. *in l. bene à Zenone num. 21. vers. Si Imperator constitutus fuisset Vicarius per Christum in temporalibus, non posset deponi per Papam &c. C. de quad. præscript.*

Vnde si non id datur, inferior Hierarcha Superiori conuenit subiacere, eumque recognoscere, & hoc etiam probat *Extrau. Bonifacij VIII. incip. Vnam sanctam Catholicam de maior. & obed.*

Item secundum Aristotelem, In vno quoque genere
15 † est reperire vnum primum, & supremum, quòd sit mensura, & regula omnium illorum in genere contentorum: & alibi dicit: *Opportunum ergo, quod multitudo hominum deducatur ad vnum, & in genere hominum reperire vnum, qui sit supremus in illo genere, qui sit mensura, & regula omnium aliorum, &c.* Iste enim Supremus est Romanus Pontifex, omnium viuentium caput, vt pulchrè differit Gaspar. de Perus. *in tractat. de reseruat. cap. 1. num. 7. vers. Papa est Princeps Mundi, & directiua omnium, &c* & addo conclusionem Aristotelis, *in 11. Metaph.* ibi, *Vnus ergo Princeps dominabitur, quia pluralitas Principatuum inducit confusionem*; & Homerus *1. Iliados* dicebat. *Non bona multorum ditio, Rex imperet vnus*, &c. Quintus Curtius *de gestis Alexandri Magni* aiebat; *Imperium, quod sub vno stare potest, dum à pluribus sustinetur, ruit*, ac Lucanus asserit, *Nulla fides Regni socijs &c.* atque Lucas de Penna *in l. fin. C. de delat. lib. 10.* inquit, quòd Dominus dicitur, quasi domi vnus, & caput vnius corporis, si enim plures esse vellent Domini, gubernatio œconomica periret, sicut cùm plures Magistri nauis esse vellent. Vnde Marc. Tull. Cicero *lib. 1. de offic.* testatum reliquit: *Sic facere eos, qui inter se contendunt vter eorum Rempublicam gubernent, vt si Nautæ certarent in medio Maris, & periculi quis eorum nauim potissimùm regeret, &c.*

Lucis expers, quis enim adeò est, vt non agnoscat Principum multiplicationem non esse nisi ad destructionem
16 † politiæ cuiuscumque, & in malum subditorum? vnde notanter habemus in sacr. pag. Prouerb. *cap. 28.* ibi, *Propter peccata terræ, multi Principes eius.*

Videmus quoque vnitatem conseruare res, quas dualitas annihilat, ac teste S. Ambrosio, *Ideo Heua ex costa Adæ formata fuit, vt sciremus in viro & muliere vnam esse naturam, vnum fontem generis humani: ideo non duo à principio facti vir, & mulier, nec duo viri, nec duæ mulieres, sed primùm vir, & deinde ex eodem viro, mulier &c.*

Pythagoras insuper in suis relationibus ex parte Boni ponebat vnum, ex parte Mali plura. Alexander Magnus, cùm à Legatis Regis Persarum accepisset eorum Regem contentum esse ei assignare dimidiam partem Regni Persiæ, dummodo ipse Rex in altera parte dominaretur. Alexander eis respondisse fertur; *sicuti in Cælo vnus Sol, ita in Terra vnus Rex adesse conueniens erat.*

Sed loquendo in terminis nostris, Canticorum *cap. 6.* dicitur de Ecclesia, *Quod est terribilis vt castrorum acies ordinata?* Quis, obsecro, non intelliget, castrorum aciem benè ordinatam, licèt in ea sint multi Duces, & Centuriones, referri tamen totam ad vnius Principis, & supremi Ducis obedientiam, quem cæteri ministri exercitus, & particulares milites reuereantur, ac ad nutum obediant? sed è contra si acies vnum Ducem supremum non agnoscat, & in vnitate non permaneat, inordinata profectò, & confusa dicetur, atque ex ea (vt quotidiana experientia demonstrat) non aliqua gloriosa victoria, sed turpis desolatio expectari iure potest. Nam & Veritas ipsa dixit apud Luc. cap. 11. *Omne Regnum in se diuisum desolabitur.* Supradictamque Canticorum authoritatem ad Ecclesiam applicatam inuenies per Pelagium Papam *in can. pudenda 24. quæst. 1.* & per Hieronymum *in can. omnibus ibid.* & per Cyprianum *in can. loquitur, ibid.* Plura alia in casu nostro, si quis desiderет, consulat Card. Iacobat. *in tract. de Concil. lib. 7. art. 7. num. 24. vers. Multiplicatio enim Principum &c.* longèque melius Michael de Anin. *in tract. de vnitat. Ouil. & Pastor. cap. 10. à num. 8. vers. O admiranda, & ineffabilis vnitas &c. & cap. 13. num. 9.*

Reperio quoque (quòd dolenter assero) errorem certè † magnum, & quidem deformem abortum Bald. qui 17
in proœm. Digestor. col. 3. num. 20. inquit, *Romanum Pontificem re, & nomine maiorem Cæsare secundum quid, contra verò Cæsarem simpliciter maiorem esse, quàm Papam: quia* inquit *Cæsar imperat iure in vniuersa, quæ ascendentem videt, & descendentem Solem, & quæ est ex vtroque latere, scilicet Meridie, & Septentrione &c.*

In quo pelago turbidarum cogitationum submersus eras, ò Balde? dum id scripsisti, somniabas forsitan ne? Nec aliquis admiretur, si sic audeo loqui cum Baldo, quoniam ipsemet tradidit *in repetition. cap. intellecto sub num. 4.* ibi, somnia sunt, quidquid dicitur contra vniuersalem statum Ecclesiæ, à qua pendet Imperium, & vniuersalis Orbis &c. *extra de iureiur.* Si enim Imperium, Orbisque vniuersus pendet ab Ecclesia, & sic à Papa, qui Ecclesiæ Princeps Maximus ab ipso Deo constitutus fuit, quomodo potest esse, vt simpliciter loquendo Imperator sit maior Papa? *O temeritatem tanti viri indignam! O oscitantiam à posteris omnibus increpandam! O opinionem perpetua memoria delendam! O viperinum toxicum! O caliginosam vocem, quæ noctem attulit radianti ingenio Baldi! Absit tempus in omne tale dictum ab ore Christiano.* Meritòque contra eumdem Baldum vti prouocati propter tale dictum generosè surgunt plures Doctores, & præsertim egregius Nauarr. *in repetition. cap. nouit notabil. 3. num. 19. extra de iudic.*

Certè verò, si ego Baldum excusare velim, & ab eius
dicto facilè hoc turpe neuum † abolere satagam, aliam viam, 18
aliud remedium, vel modum non reperio, nisi vel affirmare ipsum potius verbis, quàm mente in tantum incidisse errorem, vel asserere, quòd planè absurdum non esset (immaculata tamen semper veritate existente) supradictum locum Baldi ab aliquo maligno fuisse adulteratum: nam & id res noua non esset, plura enim adducere possem exempla, atque in non dissimili materia. Eusebij liber fuit ab æmulis deprauatus in historia Constantini Magni, quòd mœrenter aduertit Card. Alexandrin. *in repetition. can. Constantinus col. 5. circa med. 96. dist. vers. Ab æmulis S. Romanæ Ecclesiæ Eusebij liber fuit in hoc corruptus, & deprauatus:* ibique probat talem deprauationem, & quidem perquam clarè.

Ad Baldum me modò vertam, atque quasi ad aduocandum pro eo. Nescio enim quis candidius, atque neruosius Romani Pontificis præeminentiam, maiestatem, ac potestatem tutatus fuerit, quàm noster Baldus, qui pluriès honorificentissimè Papam pleno ore magnificauit supra omnem creaturam, ac ipsum Imperatorem generaliter indistinctèque. Et præsertim videatur *in cap. ego N. Episcopus num. 7.* ibi, Papa est supremus Personatus &c. *extr. de iur. iur. & in cap. Sancta Maria col. 3. de constitut.* affirmat Papam esse Dominum dominantium, & habere ius Regis Regum &c *atque in cap. ex epistola col. 1. de probat.* subiungit apud Papam esse supremam potestatem, in qua non habet parem &c. *ac in l. rescripta n. 8. Cod. de precibus Imperat. off.* per rationes palpabiles Orbi toto manifestat, absolutè Papam maiorem esse Imperatore, *vlterius in l. 2. num. 2. C. sentent. rescind. non posse*, ait Papam Deum esse in terris, aliaque vt ibi; Necnon *in consil. 153. in princip. lib. 1.* apertè respondet, Papam superiorem, nec parem habere, quia (vt ipse subiungit) Imperator est fidelis Ecclesiæ, & ei iurat fidelitatem, nec aliter confirmari, vel coronari potest. Sed relictis alijs locis, tamdem in *consil. 22. num. 1. lib. 3.* sic indubitatè asserit: Papæ vti Vicario Iesu Christi potestas data est in omnem terram, quæ ascendentem videt, & descendentem Solem, ac Septentrionem, & Meridiem.

Ex quibus, & alijs præclarè dictis à Baldo, quilibet facilè inclinabit in id, quod supra dixi, nempe aut ipsum verbis errasse, vel dictum locum fuisse adulteratum. Sed vtcumque sit, ne quis incidat in supradictum locum Baldi, eiusque authoritate allucinetur, quæram dictum illud iuribus, ac rationibus prosternere, ac in totum confutare.

Quomodo enim, † vt ille dixit, Imperator simpliciter 19
loquendo, est maior Papa? relicto enim librare veritatem rationis adductæ à Baldo, de tam amplo dominio Imperatoris in toto Orbe: quia licèt dicatur Luc. 2. quod *Exijt*

edi-

edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus Orbis, non sequitur: ergo totus Mundus obediebat Cæsari. Sed Euangelista loquitur secundùm stylum Imperialium edictorum, quæ videlicet verba per totum Mundum dirigebantur, *l. leges, C. de legib. l. 2. in princ. C. de veter. iur. enucleand.* imò reperio, totum Mundum Cæsari non obedire, veluti *in l. non dubito, ff. de captiu. in l. mercatores, C. de commerc. & mercat. atque communiter DD. in l. 1. C. de summ. Triuit.* Oldrad. *consil. 69. n. 10.* & Nauarr. *in repetition. cap. nouit. notab. 3. n. 156. de iudic.* post Scholiast. S. Augustini nouum, sed doctum, Imperatorisque subditum *in lib. 5. cap. 15. de Ciuitate Dei*, inquit *Stultum est affirmare, Imperatorem Romanum ius habere in totum Orbem terrarum*; & ex nostris in historiarum materiis callentissimus Andr. Alciat. *in repetition. l. cunctos, n. 2. C. de summ. Trinit.* ait, licèt communi calculo Doctores affirment, Romano Imperatori vniuersum Orbem de Iure subijci; tamen ipse id non probat, quia multę sunt Prouinciæ, quæ non paruerunt Romanis, vt Scythia, & Sarmatia, ac vltra Euphratem Fluuium vniuersus Oriens &c. Text. verò adductus à Baldo de tam amplo dominio Imperatoris in toto Orbe, scilicet *in Auth. vt omnes prouinciales obediant &c.* non sic generaliter loquitur, prout intuentibus apparet.

Maximeq; id dicendum est post diminutum Imperium;
20 † & testis sit ipsemet Bald. *in cap. intellecto n. 4. vers. Videmus quod hodie est valde diminutum Imperium &c. ext. de iureiur.*

Sed his, vt dixi, relictis constanter assero, Papam locum tenere, & gerere vices Dei, de quo Regius Propheta in Psalm. 88. ait, *Tui sunt Cæli, & tua est Terra, Orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem, & Mare tu creasti*, & ipse Deus in Apocalip. *cap. 1.* dixit, *Ego sum Alpha, & Omega*, id est principium, & finis.

Nec nemo ex Catholicis dubitabit Papam in terris per-
21 sonam Dei repræsentare, † eiusq; vices gerere, *cap. quanto, de translat. Episc. cap. ad Apostolica, §. nos itaque de re iud. in 6. cap. 1. de homicid. pariter in 6. gloss. in clem. dudum, in verb. Vndecumque C. de iudic.* Et qui contrarium audet dicere, mentitur, vt exprobatoriè inquit idemmet Bald. *in l. Barbarius in fin. ff. de off. Prætor.* & refer. Barbar. *in consil. 16. sub n. 16. vers. Papa est Vicarius Dei, & qui contrarium dicit, mentitor &c. lib. 4.* Quare Gregorius X. *in Concilio generali Lugdunen.* & ceterr. Bonifac. VIII. *in cap. vbi periculum, §. cæterum, de elect. in 6.* obtestatur per viscera misericordiæ, & per aspersionem Sanguinis Iesu Christi, vt Cardinales eligentes Papam attentiùs pensent, quid eis immineat, cùm agatur de creatione Vicarij Iesu Christi, Successoris B. Petri, Rectoris vniuersalis Ecclesię, & gregis Dominici Directoris &c. latèque tractant Scribentes in *d. cap. vbi periculum*.

22 Quod verò Summus Pontifex sit constitutus à Deo † Princeps omnis possessionis eius, cùm Domini sit terra, & plenitudo eius, &c. iuxta Psal. 23. post Sanctum Bernardum explicat, & verba Psal. 104. *Constituit eum Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ*, in Romanum Pontificem refert Card. Turrecremat. *in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 87. 88. & cap 113. in sexta proposit. circa med.* meminit Rot. *in causa Gerunden. Scribaniæ 21. Maij 1638. coram clar. me. Merlino, §. Est ratio discriminis, vers. Papam constitutum esse à Deo Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ, &c.* Quem Principatum nullatenus habuit Imperator. Nam nec in veteri, nec in nouo Testamento inuenio Imperatorem habere immediatè potestatem à Deo: sicuti etiam aduertit Oldrad. *in consil. 69. num. 10. vers. Non obstat, quod dicitur Imperium fuisse à Deo constitutum, quia hoc ego non reperio, nec per legem nouam, nec veterem &c.* Cardin. Iacobat. *in tract. de Concil. lib. 10. cap. 14. nu. 10. vers. Quia nullibi reperitur à Deo data aliqua potestas Imperatori &c.*

Vlteriùs nonne probatur ex *l. bene à Zenone, C. de qua-*
23 *drien. præscript.* Imperatorem suscipere insulam † (id est diadema iuxta gloss. *ibi in fin.* vel coronam secundùm Alberic. ibi) non ab alio, quam à Papa, vt plures DD. notant, & præsertim Nauar. *in c. nouit. notab. 3. nu. 7. de iud.* ergo à Papa dicitur habere Imperium Cæsar; vnde quomodo maior eo? & teste eodem Bald. *in cap. si duobus, num. 6. vers. Item sicut Imperator &c. extr. de appellat.* Imperator
24 iurisdictionem temporalem, † tamquam filiam spiritualem habet à Papa, & ei tenetur tamquam matri suæ. Et sic vnde ista vox Balde? vt Imperator simpliciter loquendo sit maior Papa?

Nam & quando Papa coronat Imperatorem (vt habetur in Cæremoniali Roman. sub titul. de Cærimon. in die coronationis imperatoris seruandis) dat ei gladium euaginatum, cum Mitra sedens, ac dicens: *Accipe † gladium desuper Beati Petri corpore sumptum per manus nostras licet indignas, vice tamen, & auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum consecratas, Imperialiter tibi concessum, nostraq; benedictionis officio in defensionem S. Matris Ecclesiæ diuinitus ordinatum &c.* & paulò post subditur, *Accinctus gladio Imperator, & Miles B. Petri mirabiliter effectus surgens, euaginat gladium, ter illum vibrat*; aliaq; prout ibi latè.

§. 19. Nonne quoq; melior est, qui melioribus præest? ¶
Auth. nos igitur de defens. Ciuit. collat. 1. Nonne Romanus
Pontifex omnibus, & præsertim spiritualibus † omnium 1
consensu, præfectus est, *can. cuncta per Mundum, & can. principalem 9. q. 3.* at spiritualia meliora, & maiora sunt temporalibus, *cap. illud de maiorit. & obedient.*

Nam si quis contrarium vellet asserere, hæreticus esset, prout in his terminis maioritatis Papæ supra Imperatorem, aduertit Mich. Vlcur. *in tractat. de Regimin. Mund. 2. quæst. principal. n. 48. vers. Contrarium sentire, esset hæreticum &c.*

Nonne maior est, † qui benedicit, quam qui benedi- 2
citur? Apostol. ad Hebr. *cap. 7.* ibi, quod minus à maiori benedicitur, *& can. denique 21. distinct.* Nonne longiùs,
latiusq; patet Imperium Papæ, quam † Imperatoris? vt 3
dixi, & demonstrat Innocent. *in cap. 1. de Constitut. & facit text. in can. omnes, ibi, iura Terreni, simul, & Cælestis Imperij commisit, &c. 22. distinct. vt supra, & infra dicam.*

Nonne † Papa comparatur Soli, & Imperator Lunæ, *cap.* 4
solitæ de maior. & obedient. atque quis negat Lunam recipere influentiam à Sole? & lumen quod Luna habet, nonne recipit à Sole, cùm ea non luceat, nisi per influentiam Solis?

Vnde Imperator † influentiam, & lumen recipit à Pa- 5
pa, & sic inferior est, vt eruditè disserit Præposit. Alexandrin. *in can. cum ad verum 96. distinct.* atque id doctè notat Alberic. *in l. bene à Zenone nu. 14. C. de quadr. præscript.* vbi ideo inquit, *in d. l. in fin.* dicit Imperator, imperiales suscepimus infulas: & dicitur infula quasi influa, seu influentia.

Nonne Imperator est filius Ecclesiæ, seu Papæ? *can. in*
scripturis, & can. si Imperator 96. distinct. imò † Impera- 6
tori nihil honorificentius est, quàm si dicatur filius Ecclesiæ, *can. conuenientior, in fin. 23. quæst. 8.* cùm de Ecclesiæ corpore, tamquam vnus ex filiis eligendus sit Imperator, *can. sed illud 24. quæst. 1.* & notatur *in l. fin. C. de Iudæis.*

Hinc est, vt aduertunt Doctores, & præsertim Barbar. *in cons. 58. col. 4. vol. 2.* & Francisc. Viu. *in sylu. comm. opin. opin. 369.* incip. *Imperatores, n. 49.* Imperator, qui est Ecclesiæ Romanę filius, non censetur Matri suæ vllo modo præiudicare velle, & vt ratiocinatur Card. Zabarell. *in cons. 150. n. 9.* Imperator est Defensor, & Aduocatus Ecclesiæ Romanæ, & nullum alium magis idoneum ministrum habet Ecclesia Romana, & Papa &c.

Nonne Papa tantò † altior est Imperio, quantò plum- 7
bo aurum? *can. duo sunt, 96. distinct.* Nonne cùm crimina hoc exegerint, Papa deponit Imperatorem? *text. est in cap. ad Apostolica, de re iudic. in 6.* Nonne Papa de gente in gentem Imperium transfert, vt satis supra probaui?

Nonne ex causa Papa, si idoneus Imperator non
videretur, † electionem de illo improbat? Cuius sanè rei 8
exempla non desunt: nempe Honorius Papa II. fluctuantibus Electoribus, & armis circa electionem Lotharij II. de Saxonia, & Conradi de Sueuia, Lotharium Imperatorem coronauit, vt in vita Lotharij referunt Historici. Sic quoque Innocent. III. fecisse legimus *in cap. venerabilem, de elect.* nam concordantibus aliquibus in Othonem IV. itidem de domo Saxonia, aliis verò in Philippum de Sueuia, Innocentius Papa ex causis in eo loco relatis, improbata Philippi electione, Othonis nominationem confirmauit; idque latè tractant Cardin. Bellarm. *controuers. 3. general. sub titul. de Romano Pontifice lib 8. cap. 5.* Suar. *de defens. Fid. Cathol. contra Anglican. sect. errores lib. 2. c. 23. n. 14.* & ex nostris Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 2. num. 8.*

num.8. id quoque meminit M. Anton. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 35.

9 Et adest elegans Constitutio † Alexandri PP. VI. in nou. Bullar. inter alias eius Constitutiones in ordine 7. incip. Firma profecto. Vbi Papa Electoribus prohibuit eligere, vel nominare Conradum natum quę Conradi filij Federici olim Imperatoris, in Regem Romanorum, & id ex causis ibi narratis.

Fertur quoque de Gregorio VII. qui anno 1077. abrogato Henrico IV. Rodulphum Ducem Burgundiæ Imperatorem declarauit, quod vt apertis signis testaretur coronam misit, in qua talia verba sculpta erant, PETRA DEDIT PETRO, PETRVS DIADEMA RODVLPHO, vt ex nostris refert Ioseph. Steuan. in tractat. de adorat. pedum Roman. Pontif. cap. 6. videndus est etiam Ioann. Andreas in d. cap. venerabilem, de elect. & in addit. ad Speculat. tit. de rescript. atque Martin. Lauden. in tract. de Princip. quæst. 79. vers. Item si sint electi duo Imperatores, cognoscet Papa de Iure vtriusque &c. ac Hippol. de Marsil. in tract. de Bannitis in verb. Papa n. 149. ibi, Papa potest gratificare cui vult, quando per Electores Imperij, plures sunt electi in discordia.

Insuper Papa potest mandare d. Electoribus Imperij, vt
10 † electionem faciant intra certum tempus, aliàs potest pro illa vice reuocare electionem ad se, Bald. consil. 328. Quæritur si Rex, in fin. n. 10. vers. Præterea potest Papa, lib. 1. & latè ponit Mat. Vgon. in tractat. de præstant. Patriarch. interrog. Quantum tempus indulgeatur Electoribus ad eligendum vacante Imperio. Vbi ait post notata per DD. in d. cap. venerabilem de elect. cùm prædictis Electoribus non sit præfixum certum tempus ad eligendum, illis ne-
11 gligentibus eligere, deuolutio non † fit ipso Iure ad Papam, sed debent prius ab ipso Papa admoneri, præfixo eis aliquo termino intra quem eligere debeant, quo elapso sine electione, deuolutio fit ad Papam, vt probatur in d. cap. venerabilem, ibi, Si Principes moniti, & ibi, Non potuerunt, vel noluerunt; & est bona, glos. fin. in cap. ad Apostolica de re iudic. in 6. Ioann. le Cirier. in tract. de primogenit. q. 12. lib. 2. num. 37. vers. Hinc est, quod Papa &c. Martin. Lauden. in d. tract. de Princip. q. 79. vers. Et negligentibus Electoribus eligere Imperatorem, eligit Papa. Restaur. Castald. in tract. de Imperator. quæst. 13. numer. 1. ibi, Electoribus prius admonitis per Papam, si sint negligentes, ipse Papa eligit, & ad eum ius, & potestas eligendi deuoluitur &c.

12 Æquum enim non est, vt ex † defectu, aut negligentia Electorum, Sedes Apostolica diu careat defensore.

Videmus quoque Imperio vacante succedere Papam in administratione, text. est in cap. licet ex suscepto, vers. Vacante Imperio de for. competent. & habetur alius text. in Clem. pastoralis, §. fin. ibi, nos tam ex superioritate &c. de re iudic. aliusquè quoque optimus est text. in Extrau. Ioan. PP. XXII. in cap. si fratrum, ibi. Ad Summum Pontificem, cui in persona B. Petri terreni simul, & Cælestis Imperij iura Deus ipse commisit, Imperij prædicti iuris-
13 dictio, † regimen, & dispositio deuoluuntur, & ea Ipse, durante ipsius vacatione Imperij, per se, vel alium, vel alios exercuisse noscitur &c. sub tit. Ne sede vacat. nihil innouet, videatur Ioan. Faber. in §. 1. Instit. de adopt. Bart. in l. naturaliter col. fin. ff. de vsucap. Bald. in l. bene à Zenone, de quadrien. script. Ias. in l. Imperium col. 10. & ibi DD. ff. de iurisdict. omn. Iud. Innocent. Abb. Panormit. & Felin. in d. c. licet ex suscepto de for. compet. Abb. in cap. nouit num. 16. qui fil. sint legit. Isern. in cap. Imperialem, num. 87. vers. Papa succedit in iurisdictione Imperij quando vacat. de prohib. feud. alien. Ægid. Bellam. consil. 48. num. 36. vers. Hodie vacat Imperium, & vacante Imperio, Papa secundum communem opinionem Imperatori in Imperio succedit. Matth. de Afflict. super Constitut. Regn. in rub. Quæ sint Regal. n. 56. Restaur. in d. tract. de Imperator. quæst. 90. Card. Alban. in annot. ad Bar. in l. 1. ff. de legib. Marc. Anton. Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 1. quæst. 2. num. 35. vers. Vacante Imperio succedit Papa in administratione &c. Francisc. Arias in tractat de Bello num. 215. vers. Hinc est, quod vacante Imperio, Papa supplet defectum Imperij, & nuper egregius I. C. Neapolit. & vir optimę eruditionis D. Ioann. Dominicus Tasson. in suis Obseruation. Iurisdiction. de Antefat. obseru. 2. num. 15. in addit. vers. Papa enim habet superioritatem in Imperio, in quam, Imperio vacante, Imperatori succedit &c. addo Lud. Roman. in sing. 417. Vbi ait, vacante Imperio iurisdictionem
terrarum Imperij † competere Papæ in signum præeminentiæ singularis. 14
Et sic quid dicit Baldus? videamus quęso è contra an vacante sede Papali, succedat Imperator in administratione, & responsio est penitus negatiua, casus est singularis (vt notat idem Roman. in sing. 418.) in cap. qualiter de iudic. & hoc satis superque notum est.

Tandem vt fortius stringam Baldum, supradicta con-
firmabo exemplo Motoris † corporum supernorum. Nam 15
illa superna machina Mundi, ita regitur, & gubernatur, vt immediatus motor post Deum moueat ad nutum, & imperium Summi Dei, vnde mouens primam Spheram, scilicet Orbem Stellatum, respicit summam Intelligentiam, quæ Deus est, ad cuius nutum mouet. Motor Saturni respicit ad nutum Motoris primæ Spheræ, & sic quoque Motor Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ. Qualis enim oscitantia esset, si quis assereret secundum Motorem, simpliciter loquendo, esse
maiorem primo Motore clara est. Quod † enim Roma- 16
nus Pontifex in hac machina Terrestri post Deum sit Motor primus, tanquam immediatior, & propior ipsi Deo cùm eius Vicarius sit in Terris, nemo, nisi extra se sit, dubitat, vnde si est primus Motor, quomodo vt Papa, secundum Bald. simpliciter loquendo, est postponendus Imperatori? &c.

Itaque concludendum erit (reiecta Baldi sententia) Pa-
pam, simpliciter loquendo, esse maiorem Imperatore, † 17
cùm supradictas qualitates habeat, Superioris sit, nam generaliter loquendo, inferior non habet iurisdictionem in maiorem, can. inferior 21. distinct. cap. cum inferior de maiorit. & obedient. cap. cum ex iniuncto, de hæretic. & tot. titul. de confirmat. vtil. vel inutil.

Communissima est ergo conclusio, Papam absque scrupulo, esse longe maiorem Imperatore, cùm Imperium ab Ecclesia, & à Papa dependeat, & ideo dicit Imperator in l. 4 C. de Summ. Trinit. alloquendo Papam, nos reddentes debitum honorem Sedi Apostolicæ, & Vestræ Sanctitati, † quod semper in voto fuit, & est (vt decet Patrem) honorantes Vestram Sanctitatem &c. pluraq; in hac materia congerunt innumeri Doctores, & præsertim Cardin. Alban. in dicto tractat. de potestat. Papæ par. 2. sub num. 16. vers. Ideo ipsum quoque Imperium ab Ecclesia dependet, & ita de necessitate salutis credere, & tenere firmiter oportet, & allegat text. in cap. nouit. de iudic. latiusq; tractat Ioann. de Capistran. in d. tractat. de auctorit. Papæ part. 2. secunda part. principal. fere per tot. Cassan. in Cathalog. glor. Mundi part. 4. considerat. 7. videatur quoque Barbat. in d. cap. nouit. à num. 141. ext. de iudic. Alberic. de Rosat. in l. gloriosissimo à nu. 4. vers. Ecclesia est mater Imperij, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. & melius in in l. bene à Zenone an. 21. vers. Qui dicit ergo Imperatorem nostrum iurisdictionem habere sine Papa, dicit nos Imperatore carere, cùm noster Imperator exordium habuerit à Papa &c. C. de quadr. præscrit. Cagnol. in proœm. Digestor. sub numer. 33. vers. communis est conclusio, Imperium ab Ecclesia pendere, &c. & vltra satietatem mirificè id tuetur Card. Alexandr. in repetition. can. cum ob verum 96. distinct. addo Paul. de Castro in l. non ambigitur nu. 6. vers. Imperium dicitur Christi, vel Ecclesia, & solus Papa potest ipsum Imperatore priuare &c. ff. de legib. & Senat. consult. Ægid. Boss. in prax. titul. de for. competent. num. 164. vers. Imperium secundum communem opinionem, pendet ab Ecclesia &c. supra relatus Io. à Capistr. in Extrauag. Ioann. XXII. cap. quorundam de verbor. signif. num. 10. vers. Papa est Dominus Imperatoris &c. D. Domin. Tasson. in obseruation. iurisdictional. politic. ac pract. obseruat. 2. nu. 35. vers. Imperator hodie recognoscit Imperium ab Ecclesia, ibiq; alia congerit Card. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 10. artic. 9. num. 12. vers. Hodie tamen nulla est dubietas, quin Imperator recipiat Imperium à Papa, quia & Electores habent potestatem eligendi à Papa &c. Ioann. Bertachin. in tract. de Gabell. 1. part. tit. à quibus gabell. imponantur na. 42. vers. Imperator hodie habet Imperium ab Ecclesia Romana, cui ipse fidelis est. Francisc. Viu. in sylu. comm. opin. opin. 369. n. 15. vers. Aduerte ne erres, quia Imperium dependet ab Ecclesia &c. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. §. 1. proœm. num. 13. vers. Imperator habet Imperium à Papa &c. Marc. Antonius Peregr. in tractatu de iur. fisc. lib. 1.

cap. 2.

cap.2. num.37. verf. Imperia, & Regna omnia Christi fugrunt, & nunc ab eius Vicario procedunt, & dependent. Guliel. a Monte Laud. *in repetition. Clem. si a Iudicibus num. 21. verf. Imperator habet Imperium à Papa &c, de appellat.* Petr. Andr. Gramm. *in repetition. Extrauag. Iul. II. de Simon. Papæ elect. num. 196. verf. Imperatores ius, auctoritatemque Imperij, omnem ab Apostolica Sede consecuti &c.* Benedictus Capra *in Clem. Romani Principes, nu.6. verf. Mirum non est hodie, cum Imperium ab Ecclesia procedat, & in ea mediante à Deo &c.* Mart. Lauden. *in tract. de Princip. q.506. verf. Communis est opinio, quod Imperium dependeat à Papatu &c.* Restaur. Castald. *in tract. de Imperator quæst. 50. num. 16. ibi, Est ergo conclusio cum communi, Imperium hodie subesse Ecclesia, & Papa &c.* Marc. Anton. Rouescal. *in addit. ad Alex. in consil. 2. in litera, Q. l. 1. verf. In Papa, & Romana Ecclesia dicitur esse Imperium, & omnem Principatum &c.* Alexand. *in consil. 24. in fin. verf. Imperium processit à Deo, & ab Ecclesia, &c, lib. 5.* Francisc. Aret. *in cons. 48.* incip. *Diligenter numer. 3. verf. primo*, vbi quod Imperium pendet ab Ecclesia, & dicit communem, & adde Oldrad. *in consil. 191.* Incipit. *Nullo dubio, in fin.* Zabarell. *in consil. 154. quod est vltimum, præsertim numer. 4.* Abb. *in consil. 82. numer. 3. verf. Hodie credere Imperium pendere ab Ecclesia, est de necessitate salutis &c. part. 1.* Francisc. Marc. *decis. 945. num. 3. verf. Imperator tenet in feudum Imperium ab Ecclesia &c.* & allegat text. *in can. Tibi Domino 63. distinct. & in Clem. Romani Principes, de iure iur.* & Cardin. Alexandrin. *in can. si Papa, n. 19. 40. distinct.*

19 Plura † quoque congerunt quoad supremam, summamq; Papæ potestatem in Orbe, super omnes, ac quoscumque, Strephan. Gaeta *in can. ad Limina, n. 8. verf. Item Papa præest toto Orbi, ac est supra Imperatorem &c. 30. q. 1.* Petr. Calef. *de equestr. dignitat. n. 101. verf. Non enim dubitari potest Summum Pontificem præesse omnibus, primum autem locum post ipsum tenere Imperatorem, secundum Reges &c.*

Hinc consultus respondit M. Antonius Natta *in consil.*
20 *637. n. 14.* vt Dux creatus † a Romano Pontifice, præferendus sit Duci creato ab Imperatore, nam qui à maiori Domino dignitatem consecutus est, prius in albo scribitur, & cæteris præfertur, *l. fin. ff. de alb. scrib.* vbi *glos.* dicit, quod maius, & efficacius donum est, quod à maiori habetur. Idque procedit etiamsi creatus ab habente maiorem dignitatem posteriùs esset consequutus, ibique Natta *num. 10.* probat Papam esse maiorem Imperatore, vt etiam supra satis dixi, quia Imperator (inquit) iurat fidelitatem Papæ, atque ipse Papa est Vicarius Christi, vicem non puri hominis, sed veri Dei gerens in Terris; itaque excepto peccato pô est Papa quasi omnia facere, quod potest Deus, & nisi contra fidem à nemine potest iudicari, & Dominus Dominantium dicitur, atque latius vt ibi prosequitur: scripsit enim Natta in contentione illa insigni, quæ tunc agitabatur inter Duces Ferrariæ, & Florentiæ, quis eorum alteri esset præferendus in honoribus &c.

Supradictumque consilium Nattæ, sequitur Marc. Anton. Pereg. *in tract. de iure fisc. lib. 1. cap. 2. numer. 36.* vbi ait, qui dignitatem habet à Papa, præualet similem habenti ab Imperatore. Atque non esse dubi-
21 tandum ratione illius supremæ † superioritatis, regnorum, & dignitatum maiorum collationem, non minus ad Papam, quàm ad Imperatorem spectare, & id vltrò admittunt Martin. Lauden. Cardin. Alexand. Matth. de Afflict. *in c. 1. in tit. de feud. March.* & ante eos pulchrè Bald. *in cons. 324.* incip. *Quæritur virum &c. & in cons. 352.* incip. *Præsupponendum est &c. lib. 1.*

Insuper, quod ius Papæ sit prius, quem ius Cæsaris,
22 & donatio † Constantini facta Ecclesiæ non fuerit nullatenus donatio, sed propriè restitutio, seu bonæ fidei recognitio, tangam infra §. 66.

Modo verò recurro iterum, vnde digressus sum, hoc est ad alios Imperatores pios, & Orthodoxos.

De Philippo Augusto memoriç traditum est equo, & li-
23 benti animo obediuisse Fabiano Papç, iubenti, † vt ad Communionem non accederet, nisi prius inter publicos peccatores sedens peccata fleret, & sic ingenuam modestiam, ac religiosam, piamq; affectionem Dei timore ineuatam reipsa declarauit, teste Euseb. *lib. 6. Historiarum c. 15. alias 17.* Niceph. *lib. 5. cap. 25.* Ciaccon. *in vita Fabiani Papæ I.* & Card. Baron. *in Annal. Ecclesiast. tom. 2. ad ann. 249.*

Valentinianus I. Imperator, actionibus tamen contrarius illi, † de quo supra mentionem feci: nam iste per- 24
contatus, vt se immisceret in rebus ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos pertinentibus, memorandum, & Christiani Principis dignum emisit responsum. *Sibi, qui vnus e Laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negotijs interponere, & ideo Sacerdotes, & Episcopi in eo negotio consulendi erant*, vt refert Sozom. *lib. 6. c. 7.*

§. 21. Iste inquam Valentinianus, qui eius caput Archiepiscopo, iuxt. Ioannis Papç preceptum, de quo *in c. nunquam 96. dist.* submittere prohibebatur, quippe † abstinere voluit ab Episcopi electione, illam ad Synodum remittêdo vt habemus *in can. Valentinianus Imperator 63. dist.*

Bene quoque allegari valet, quod heroice dixit Catholicus Imperator Carolus V. in edicto Vvormatiensi, ibi, *Ad honorem Dei Omnipotentis, Romaniq; Pontificis, & Sanctæ Sedis Apostolicæ debitam reuerentiam*, & ibi, *Ad defensionem Catholicæ Fidei, Sanctæq; Romanæ, Vniuersalisq; Ecclesiæ honorem, tutelam, & protectionem omnes nostras vires, & facultates, Imperium, Regna, Dominium, vitam denique, & animam ipsam exponere sumus parati.*

Hic est ille Carolus V. Romanorum Imperator inclytæ Domus Austriacæ rutilans sidus, alter Carolus Magnus, vt fertur, à fel. rec. Paulo PP. III. nuncupatus, equidem † cum optimus quibuscumque seculorum omnium Principibus comparandus venit, vt ex nostris testatur Ioseph. Steuan. *in tractat. de adorat. Ped. Roman. Pontific. cap. 8.* vbi quoque asserit d. Carolum V. sanct. mem. Clem. VII. Romani Præsulis pedes maxima animi pietate suauiatum fuisse.

Iste Imperator admiranda quadam charitate, & sanctæ Fidei zelo, Sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem (vt apparet ex supra relato edicto) tamquam † immensi Dei Vicarium, summè venerabatur. Non mirum ergo si ipse Deus annuerit, vt d. Imperator ex omnibus suis hostibus victoriam, triumphum, ac trophea reportaret, vt plenæ sunt Historiæ, & ex nostris videatur Ioann. Anton. de Nigr. *in repetition. Extrauag. vnic. an. 47. de vit. & honestat. Cleric.* vbi sic inquit:

Carolus V. Romanorum Imperator fuit inuictissimus, & gloriosissimus; multùm auxit † Imperium, & vicit Africam, ac eius ditioni, Romanoque Imperio subiecit, & personaliter bello Africano interfuit in anno 1535. atque Deo auspice triumphum, & victoriam reportauit, reposuitq; verum Regem Tuneti in Regno, qui fuerat expulsus, eumque subditum fecit, & tributarium Imperio Romano &c. vt ibi latius habes, & adde Restaur. Castald *in tractat. de Imperat. quæst. 89. num. 8.* vbi sic ait, Inuictissimus † Imperator Carolus V. se gloriari potest de tanta fama, iacet sublime, & excelsum eius Imperium in sua maiestate, quale multis annis retro non fuit &c. Nec deteras Contrad. Brun. *in tractat. de seditios. titul. de seditionib. in tempor. occurrend. quæst. 4. num. 9.* qui, sic inquit: Gloriosissimus Romanorum Imperator Carolus V. immensam seditiosorum, & rebellium multitudinem, quæ nullo modo, nulliusque † viribus superari, nec sub iugo poni videbatur, ipse intrepidè consilio, & prudentia sua, nullo fuso sanguine superauit, atque ad obedientiam suam redegit: itaq; de eo perbellè dici potest illud tam gloriosum, & celebratum prouerbium in honorem Populi Rom. toties decantatum: SEDENDO VICIT ROMANVS.

Atq; hęc sufficiant, quoad Augustos, & Catholicos Imperatores. Nec desunt Reges, & quidem potentissimi, qui eiusdê Papç iurisdictionê, auctoritatemq; submissè venerati sunt: Carolus enim II. Rex Fráciç in epistolâ ad Adrianum Papa II. sic scribit: † *Sanctiss. Patri Adriano Summo, & Vniuersali Pont. Carolus Dei gratia Rex, & spiritualis filius vester*; quæ epistola habetur apud Cardin. Baron. *in Annal. Eccl. tom. 10. ad annum 871.*

Ludouicus XI. Rex Franciç in epist. ad Pium I. prifis his verbis illum salutat: *Beatissimo Patri nostro Pio Papa II. obedientiam filialem &c.* deinde subiungit: *Te Vicarium Dei viuentis ea veneratione prosequimur, vt sacra tua monita velut vocem Pastoris audire, illisq; parere, prompta mente velimus; Te Dominici gregis Pastorem profitemur, & scimus, Teq; iubentem sequimur*, videatur P. Suarez *in tract. de defens. Fidei lib. 3. tit. de primat. Summ. Pont. tit. 21. sub n. 1 t.*

S. Ludouicus gloriosus Rex Franciæ (vt refert Nangius *de gestis Sancti Ludouici* apud Surium) inter alia documenta ad

ra ad Philippum filium ante mortem scripta illud habetur.
*Sis deuotus, & obediens Matri Romanæ Ecclesiæ, eiusque
Pontifici tamquā spirituali Patri te morigerum prabeat, &c.*
Et Sanctus ipse Ludouicus in hoc ei fuit exemplar, nam
addictus, & obediens filius fuit Innocentio IV. Alexandro
IV. Vrbano IV. & Clementi IV. Nam, & dicto Innocen-
tio IV. in Concilio Lugdunensi excommunicanti, & de-
ponenti Federicum Imper. astitit, vt post Æmil. asserit
Cardin. Bellarm. *in Apolog. contra Regem Angliæ cap.6.*
23 Ferdinandus † Rex Hispaniarum, prout habetur in
actis Concil. Lateranen. sub Leone X. sess.2. sic religiosè
inquit, *Profitemur nos filium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ma-
tris nostræ deuotissimum, proq; eius honore, atque statu ani-
mam ponere paratissimum, &c.* & paulò post, *obedientiam
debitam præfato Beatissimo Domino Papæ toties quoties op-
portunum fuerit, præstare.*
Nec alia testimonia afferenda sunt, quoad Catbolicos
Reges, cùm toto Orbi sint notissima. Non tamen deseram
24 asserere, aliqua circa leges Alphonsi † Regis Catholici
par.1.tit.5.l.2.3.4.& 5. vbi piè, & eruditè loquitur de Ro-
mano Pontifice, ibi, *Vicarium Christi, & successorem Pe-
tri, ac propterea per antonomasiam Apostolicum appellari,
& nominari, etiam Papam, quia Pater Patrum, & caput
Episcoporum, & aliorum Prælatorum.*
Et propterea (additur) *omnes Christiani totius orbis,
quando ad ipsum accedunt, pedem eius osculantur.* Atque in
fine leg.4. ait. *Eum qui negauerit Pontificem habere hanc
potestatem, vel esse caput Ecclesiæ, non solum excommuni-
catum esse, sed etiam hæreticum.* Et in fine leg.5. præclarè,
& sine exceptione inquit, *quod omnes Christiani tenentur
ad obediendum Pontifici, &c.*
Ladislaus Rex Vngariæ in orat. ad Nicolaum Papam
V. quæ extat apud Cœleum *lib.21. Histor. Lusit.* vocat Ro-
manum Pontificem, vnicum Christianorum Principem,
ac Regum Regem, nec non in Terris Deum.
¶ §.25. Generaliter verò † loquendo, quis est, qui ne-
sciat, Reges Galliæ, Pipinos, Carolos, & tot alios Chri-
stianissimos, ac plures Reges Hispaniarum Catholicos,
aliorumq. Regnorum, non verbis tantùm, sed insuper pro
Christi Fide, pro Sancta Romana Ecclesia, pro Sede Apo-
stolica, bona, & facultates exposuisse, sanguinem effudis-
1 se, vitamq; periculis omnibus † commisisse? De his scriptū
est Psal.67. *A templo tuo in Ierusalem tibi offerent Reges
munera;* & ex nostris id eleganter aduertit Quintilian.
Mandosius *in tract. de ingratit. cap.9. & 47.*
Hic enim silentio transmittere nolo, & si vellim, nec
possum iure, nec debeo, quòd narratur de Pipino Rege
2 Francorum memoriæ gloriosæ, † qui zelo amoris arde-
bat erga Pontificem Romanum, tamquam Maximi Dei
supremum Vicarium. Is enim cùm sciuisset ab Aistulpho
Rege Longobardorum, Stephanum Papam III. non parum
infestari, & ab eodem captam fuisse Rauennam, eamq; in-
solenter, superbè retinere, Alpes dictus Pipinus cum in-
genti exercitu transcendit, ac nullo negotio, disiectis, quæ
Montium claustra insederant præsidijs, Ticinium Vrbem
gentis Regiam infestas, agminibus aduolat. Aistulphus
armis Francorum territus. *Vt meticulosa est malorum te-
stis conscientia ad omnia pauet, dum nemini confidit;* sta-
tim ille iniquus, omnia Sancto Pontifici, ac Regi Pipino
per Oratores expeditos amplè pollicetur.
3 Verùm Aistulphus liber, † ac securus Francorum discef-
su, *præter fidem, qua nihil huic genti preciosius est*, coacto ce-
leriter exercitu Ciuitatem Romanam obsedit. Nec id im-
punè fecit, quia tandem diuino ictu percussus, infamem
animam exhalauit, & dicam infra.
Vnde, vt dixi, obsessa Roma à dicto Aistulpho, Ste-
4 phanus Papa compositis † ad miserationem literis, (quas
refert Cardin. Baron. *in Annal. Ecclesiast. tom.9. ad an-
num 755. fol. mihi 226.*) eas ad carissimum filium Pipinum
Regem Francorum transmisit. Quibus acceptis, ille per-
petuus Romanæ Religionis, ac Fidei defensor egregius,
statim, ac velociter, cùm nihil antiquiùs vnquam habue-
rit, quàm Romano Pontifici inseruire, ipsiq; Ecclesiæ
Romanæ præstò esse, cum florido, ac potenti exercitu
Romam ad Summum Pontificem reuolat, commissamq;
sibi causam suscepit, pariq; felicitate, ac celeritate opti-
5 mum finem sortitus fuit. Nam † perfido hoste profligato,
ac capto, Vrbemq; Romanam ab obsidione liberata, red-
ditisq; Romano Pontifici omnia bello ablatis, Ecclesiam
ad tranquillitatis auram reuocauit.

Quare à Romanis magna lætitia, ac gaudio vniuersa-
li Romanorum Patritius fuit declaratus.
Supradictis peractis, benignissimus Pipinus (median-
te illo, in cuius manu sunt corda Regum) fabricata sibi
cœlesti, ac tam immortali corona, nam bonum certamen
certauit, cursum consummauit, maximaq; cum gloria in-
columi omnium, (o benignum Deum nostrum!) quos
secum traduxerat numero, meritis, quàm spolijs onu-
stior in Franciam rediit, *Ingens † enim est victoria decus,* 6
præter domesticum sanguinem vincere, teste Cornel. Tacit.
in vita Rustic. n.6. Quoad supra relata videndus ex histo-
ricis Paul. Diac. *lib.6.* Aym. *lib.4. cap.63.* Casinens. *lib.2.
cap.10.* Villan. Florent. *lib.2. cap.10.* Petr. Bertaul. *in flor.
Francico, seu rerum à Francis bello gestar. lib.2. cap.2. tit.
de bell. Longobard. secund.* & post Anastasium Bibliothecar.
narrat Card. Baron. *in Annal. Ecclesiast. d. tom.9. ad an-
num 755.*
Longum hic esset, si cæteras defensiones Ecclesiæ Ro-
manę præstitas à Christianissimis Regibus Francorum re-
ferre vellem, ideo super hoc late consulantur Historici:
contentus tamen ero mentionem facere de defensione
præstita ab eisdem Regibus superiori sæculo.
§.26. Nam de anno 1527. † pijssimus, ac honoris Dei ¶
relator insignis Franciscus I. Rex Francorum pro Roma-
no Pontifice Clemente VII. liberando, potentissimum
exercitum illico parauit, & ad fugandos hostes Summi
Pontificis, Romam absque aliqua mora transmisit.
Nec minus pius, ac paternę magnitudinis, & zeli imi-
tator fuit Henricus eiusdem Francisci Regis filius, erga
Paulum IV. pariter Romanum Pontificem, ad cuius no-
tum, eiusq; ac Sedis Apostolicæ, illiusq; Ditionis, & Status
defensionem, magnum exercitum equitum, & peditum
celeri expeditione in Italia ad dictum effectum misit.
§.27. Generaliter modo loquendo in Regibus Fran- ¶
corū tempus in omne anteactis temporibus erga Roma-
nam Matrem Ecclesiam viguit deuotionis integritas, re-
uerentiæ plenitudo splenduit, & feruentis obedientiæ
promptitudo apparuit, itaq. quoties occasio se exhibuit,
potentissimi sicut, & promptissimi Ecclesiæ Romanæ, ac
Romanorum Pontificum defensores generosè se demon-
strarunt: de quo excelso, summæq; gloriæ titulo, scilicet
Defensorum Ecclesiæ, ipsi Reges non parum gloriantur.
Hinc quoq; est quod Summi Pontifices, Reges Franco-
rum excellentissimo nomine, nempe Reges Christianissi-
mos soliti sunt acclamare, vt in *Extrauag. Ioannis XXII.*
incip. *Prodiens.* vbi Regem Francorum vocat Christia-
nissimum Filium: lateq; id prosequitur Ioannes Ferald.
*in tractat. de iurib. & priuileg. Reg. Francorum cap.1. n.6.
vers. Nullus Rex habet ita pulchrum, & excellens nomen
sicut Rex Franciæ. Melius est bonum nomen, quam diuitiæ
multæ &c.* atque præter DD. ibi allegatos Stephan. Aufer.
*in tractat. de potestat. secular. super Eccles. person. in in-
troduct. n.4. vers. Si Regum Francorum gloriosissima gesta
mente reuoluamus, non modo vniuersalis Ecclesiæ iura vio-
lare, aut quoquo modo perturbare semper abstinuerunt, qui-
nimo aduersus iurium eorumdem inuasores innumeros duxe-
runt exercitus, & ex præsenti Franciæ Regno per rigidas al-
pes magnis periculis, & laboribus transeuntes durissima, lon-
gissimaque bella gesserunt, quo factum est, vt Francorum
Domus pro singulari laude inter omnes fideles Christianissi-
ma nuncupetur &c.* Ioannes Igneus *in repetit. leg. necessa-
rios, § non alius num.120. vers. Cùm Francorum Reges de
Ecclesia semper benemeriti sint, vt satis etiam ex Annali-
bus Romanis constare potest, ob id singulari titulo donati
sunt, quoniam Christianissimi nuncupantur &c. ff. ad Senat.
Consult. Sill.* Nicol. Boer. *in tract. de Auctorit. magn. Consil.
sub num.48. vers. Et nihil mirum tumidis, & detractoribus
videri debet, si Reges Francorum Christianissimi appellati
sunt, itaq; constat à nullis gentibus tanto labore Romanis
Pontificibus passi fuisse subuentum.*
Quamobrem non est mirum, si Regnum Francorum
Apostolica protectione securum constans, firmumq; per-
maneat maioribus in dies accessionibus auctum, atque 1
splendoribus illustratum, vt animaduertit Card. Baron.
*in Annal. tom.6. in epistol. dedicator. ad fel. record.
Clem. VIII.*
Addo ad hoc confirmandum egregiam commendatio-
nem Regnum Francorum factam à Gregorio I. Pontifice
Romano cognominato Magno, ac viro sancto, is enim scri-
bendo ad Childebertum Regem Francorum, *vt habetur*
in

in eius Registr.lib.5. epist.6. ibi inter alia inquit, *Sicut enim magnæ lampadis splendor in tetræ noctis obscuritate luminis, sui claritate fulgescit, ita fanci vestra claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, ac coruscat. Quidquid autem Reges se cæteris habere gloriantur, habetis, sed ipsi in hac re vehementius superantur, quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis, vt ergo sicut fide, ita & factione vincantur.* Adest quoque elegans epistola in
2 commendationem † eorumdem Regum Vigilij Papæ I. missa ad Aurelianum Episcopum Arelatensem, quæ lecta fuit in Concilio Constantinopolitano II. Videatur pariter Concilium Generale Basileense, vbi habetur docta Epistola ab illis Patribus directa ad Regem Franciæ. Atque ex nostris post Bald. inquit Andr. ab Exea *in repetit. Rub. de Constitut. num. 95. quod Rex Francorum est supra omnes Reges tamquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis &c.*

Narratu dignum est, quod fertur de Clodoueo Rege † Francorum Christianissimo, qui è Gentilium superstitione conuersus, illud ipsum quod accepit à Romana Ecclesia, Euangelium, in Francos omnes, qui aderant, & in posteros feliciter propagauit, atque demum proximè moriturus insigni pietatis exemplo Romam misit ad Apostolorum Principis Confessionem, Coronam auream gemmis ornatam, teste Anastasio Bibliothecario *in libro de Romanis Pontificib. in vita Papæ Hormisdæ tom. 2. Conc. vet. edit.*

Dona enim Regum non solum pretiosa, sed etiam mystica esse solere, testificatione quoque Euangelica, Matth. 2. admonemur. Per dictæ namque Coronæ munus, videtur
3 animum habuisse Clodoueus, † Regnum ipsum Franciæ oppignorare in Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ præsidium, (Coronam enim illam Regnum nominatam fuisse, qui res gestas Francorum sunt prosecuti testantur, & præsertim Hincmar. *in vita S. Remigij*) Sed quid plura? quale fuit supradictum munus, facto ipso non semel, veritas circa præsidium, vt dixi, comprobata fuit.

Ac piè credi potest propter tale Coronæ donum à primo Francorum Rege Christiano B. Petro missum, eam à Deo Regnum Francorum consecutam fuisse, mercedem, vt sic inuictè, gloriosèq; perseueret: Certè quidem miraculi fermè loco ducendum est, vt in vna gente, tanto tempore, tanta propagatione Regnum permanserit, quæ de alia Natione accidisse, haud facilè, quis inueniet.

Insuper nec sine causa annuit Cœlum vnctioni d. Clodouei Regis manifesto miraculo. Nam cum S. Antistes
4 eum † sacrare vellet, & multitudine hominum infinita, omnis ad fontem sacrum intercluderetur aditus, oleumque tardius ex sacrario proferretur: Ecce, mirum dictu, ex improuiso candida columba, displosis alis aduolat, in ampullam odoratum, & cœleste chrisma rutilanti ore deferens inter manus S. Antistitis reliquit, mox candida subuolans, non minori turbæ lætitia, quam admiratione, sublimis in cœlum abijt, vt asseruit d. Hincmar. *in vita S. Remig.* est apud Surium *in vit. Sanctorum tom. 1.* Aym. *ibid.* Foscat. *ibid.* Tritem. P. Æmil. Petr. Berthault. *in Flore Francico lib. 1. cap. 18. titul. Francia Christiana*, & ex nostris refert Guidopap. *decis. Grationopolitan. 114. num. 9.*
5 vbi quoque asserit, dictam † ampullam conseruari in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ, & cum dicto cœlesti chrismate solent vngi Reges Francorum, idemq; aduertit Martin. Lauden. *in tractat. de Princ. quæst. 434. vers. Reges Franciæ vnguntur chrismate cælitus demisso per columbam in ampullam.*

Nec aliquis stupeat si Cœlum propitium adeo sit Regi-
6 bus Francorum, sicuti etiam narratur † de tempore Childeberti Regis ann. Christ. 540. nam cùm Clotarius Rex Suessionum eius frater ex certis causis contra eum ita exarderet, & eductis copijs, & infestis hinc inde signis, fratres quasi in barbaros pugnaturi in Agro Aurelianensi starent: Ecce, mira res! de repente è sudo vdus, è sereno caliginosus aer, coruscantibus etiam fulminibus, nimbos grandine immixtos horridè pluit, fœdum imbribus diem tonitrua, & fulgura, & supernæ minæ vltra solitum turbauerant. Itaq; cœlestes iras veritus vterque exercitus, conceptum furorem in hostem conuertit: sic plerumque acies, quas crebræ inter consanguineos inimicitiæ accendunt, quædam diuini numinis voluntas diremit.

Felices Franci, quibus officiosa laborat
Tempestas. . . . .

Idq. refert Greg. *lib. 3. cap. 10. 12. & seq.* Berthault. *in epitom. rerum à Francis bellorum gestor. lib. 1. cap. 23.* & potest adaptari dictum illud Claudiani.

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Nemo enim, vt dixi, miretur de fauoribus à cœlo præstitis Regibus Francorum, nam quemadmodum vi † con- 7
sidero, *si omnia prosperè eueniunt colentibus Deum, quidni defendentibus?* sicuti heroicè facere consueuisse dictos Reges Francorum, supra demonstraui, dum Romanam Fidem, Romanumq; Pontificem, qui personam Christi in terris gerit, & repræsentat, tales cum non paruo zelo, ac deuotione promptè, inuictèq; defenderunt.

Tandem, tantam pietatem factis ipsis comprobatam Regum Francorum magnificare Deus volens, annuit, vt
ipsi Reges etiam viuentes aperta miracula operentur, & 8
sic per Orbem terrarum tamquam Reges miraculosi prædicentur; Sanant enim infirmos ex illa infirmitate, qua miraculosè, tres illi Reges Magi, qui adorauerunt Christum sanant in locis, vbi ipsorum corpora venerantur, vt late deducit Io. Ferrald. *in suo tract. de iurib. & priuileg. Reg. Francorum*, & Carol. Steph. *de Agric. lib. 2. cap. 67.* vbi in apostill. inquit annuatim maximum concursum personarum dicto morbo infectarum ex toto Orbe in Franciam conuolare, vt in diebus ad hoc destinatis à Rege tangantur, cum felici, & mirabili successu integræ sanationis, & subiungit ipsemet multoties vidisse in facto proprio.

Ex Iurisconsultis de supradicto stupendo miraculo mé-
tionem † faciunt Io. Monach. & Geminian. *in cap. licet. 2.* 9
de præb. in 6. Io. de Siln. *in tract. de benefic. part. 2. quæst. 23.* Francisc. Marc. *decis. Parlament. Delphin. 455. n. 32. vers. Item ad solum tactus manus certos infirmos sanant &c. & decis. 1022. num. 5. ead. part. vers. Ad solum tactum sanant infirmos de quadam infirmitate*, ibique etiam mentionem facit de consuetudine illa, quæ viget in Curia Romana, quando Imperator, & Rex Franciæ ibi reperirentur, vt in Missa solemni Romani Pontificis, Imperator canat Euangelium, & Rex Franciæ Epistolam, & alia, vt ibi, & præsertim *n. 7. vers. Audiui a quodam Cortesano Curiæ Romanæ &c.*

Nunc verò in excelso Galliarum Regno gloriosè flo- 10
rescit Religiosissimus, ac Inuictissimus Ludouicus XIV. Christianissimus Rex, Puer adhuc paruus in magnitudine, sed Gigas iam maximus in virtute, & Heros, citiùs fremitu Martis, quàm Parentis lacte enutritus in cuius ætatis aurora lux meridiana gloriarum immortalium perbellè coruscat. Eius Pater Ludouicus XIII. Princeps æternæ memoriæ, propria tantum præstantia gessit bella quamplurima, nam virtute faciendum est (teste grauissimo viro) quidquid in rebus bellicis est gerendum.

Hic ad gloriam Immensi Dei, impietatem Hæretico-
rum † temerè triumphantium è superbo curru animosè 11
præcipitauit, & fortis illa Rupella hæresum scelerata sentina, supercilio deposito, Ludouici ferro succubuit: ipsa ipsa, quæ Magni Henrici potuit euitare triumphos, testimonium perhibeat veritatis, vt appareat, Ludouici potentiam (nono Orbis miraculo) adeo illam circumuallasse, vt frustra formidabili adhibita defensione, necessitatem vna cum superbia amittendi libertatem sentiret, qua pro victoria tanto Catholicæ Religionis honore reportata, Orthodoxa Pietas tota iubilauit Altissimo.

O verè iustum, & legitimum † Principem, qui 12
etiam in supremo sceptri fastigio, duas res diuersissimas, potentiam, & modestiam miscuit: verè honorabilem, & pleno corde colendum, qui simul potens, ac sapiens (quidquid dixerit Plato de legibus) innocentiæ motum animi strenuitatem coniunxit.

Felici pariter sorte prædictus Ludouicus XIV. moder-
nus Rex, † sortitus est in Matrem Christianissimam Re- 13
ginam Annam Philippi III. Regis Hispaniarum Catholici dignissimam filiam, mulierem non tam virili pectore mirabiliter exornatam, quàm ingenuo animo generosè decoratam; Hæc ob teneram filij Regis ætatem, Gallorum est pijssima nutrix, ac totius Regni iustissima Moderatrix, taliter affecta prudentia, ac imbuta consilio, vt ab

om-

omnibus subditis vnanimiter, & certatim obseruetur. In eam Pipini, Caroli Magni, eorumque successorum admirandas virtutes, ac in Catholicam Romanam Ecclesiam singularem pietatem, & ardentem zelum, transfusum Orbis fatetur vniuersus. Quare ad instar S. Helenæ, filium Magnum esse habituram sperari potest.

14 Excelsa alia si † desideras circa Reges, & Regnum Francorum, ex Theologis curiose legatur Nicol. de Lyra *in expositione Apocalyps. cap. 14. vltra med. in verb. Ecce nubem cadentem*, per quam, vt ipse inquit, intelligitur Regnum Franciæ moribus, & fide candidatum, & latè id prosequitur, multaque quoque congerunt Nicephorus Calixtus *Ecclesiast. histor. lib. 9. cap. 6.* Antonin. Sabellicus *lib. 3. Ennead. decim.* Petrus Crespetius *in sua celebri summa Cathol. Fid. Apostolica doctrin. & Ecclesiastic. discipl. necnon totius Iuris Canonici in lit. F. in verbo Francia*, & multi Historiographi, & præsertim Paulus Æmilius, Robertus Guaguin. Ioannes Laziardus *lib. 3. epit. vniuersal. Histor. c. 1. 2. 3. & seq.* copioseque Ioan. Ludouic. *in suo opere regali in tract. de laudib. & triumph. trium Liliorum Franciæ*, videndus est etiam Iacob. Bonaudi *in suo panegyrico impresso*, *vna cum opere* Ioann. de Terra rubea, *vulgo*, *vinea Ecclesia nuncupato*, atque ex nostris plura circa dd.
15 Regum zelum, ac defensionem † erga Apostolicam Sedem asserunt Gulielm. de Bened. *in repetit. cap. Raynutius in num. 70. ext. de testam.* Ioannes Lup. à Palatijs Rubeis *de Iure obtent. & retent. Regni Nauarr. in 4 part. §. 1.* & Barthol. Cassan. *in consuetud. Ducat. Burgund. in proœm. tit. Du Sainct Empire numer. 6. vers. Et dicitur Christianissimus propter fauorem deuotionis &c. & in Catal. Glor. Mundi p. 5. consid. 31. §. 2. vers. Reges Franciæ fuerunt inuictissimi pugiles pro Ecclesia Dei, ac eius libertatis veri zelatores.*

Et in §. 8. *Francorum Regi data sunt Lilia virtute sua*
¶ *§. 28. naturæ † morsum serpentis curant &c.* ibique inter alia refertur egregia actio, de qua supra, Francisci verè Regis Christianissimi, qui statim audita, maximo cum dolore, pessima intentione Caroli Borboni inuadendi Romam (quam intentionem tamen ipse gloriari non potuit effectuatam vidisse) quia in ipsa victoria, & in ipso ingressu Vrbis miserè interfectus re-
1 mansit, *nam Deus iniustus † semper vlciscitur iras*, prout etiam accidit Aistulpho Regi, de quo supra etiam mentionem feci, is enim post obsessam Romam, narrant Scriptores celebres, diuino, ac potenti ictu percussus, tamquam diaboli sequax in voraginem Inferni demersus fuit.

In narrandis enim his casibus non insistam; quia obseruatione dignissimum est, quod omnes, & præsertim Gothi, Vuandali, Sueui, Alani, Eruli, Hunni, Longobardi
2 &c. qui sacratissimam † Romanam Vrbem inuadere, & deprædare non erubuerunt, continuò iram diuinam vltricem senserunt, vt optimè sciunt illi, qui historijs pascuntur.

Et quamuis multoties sub barbaro gladio ingemuerit Vrbs Romana, numquam ita exscindi potuit, quin viuidior ex proprijs cineribus resurgeret, Titulum semper retinendo Terrarum, Gentiumque Dominæ, vtpote Titulari Numine Magni Dei seruata vt inquit Mich. de Anin. *in tractat. de vnit. ouil. & Past. cap. 19. num. 12. ibi*, Licet Roma obsessa sæpe sæpius fuerit, non est diruta sicut Carthago, Troia, ac aliæ Ciuitates: Tutelari enim Numine Magni Dei seruata est tamquam terrarum gentiumque Dea, cui nihil est par.

Deus ergo ipse Romam custodit, & non homines.
3 Memor † quilibet sit, Romanos Dilectos Dei esse, vocatos Sanctos, teste B. Paulo Apostolo *scribente ad eosdem Romanos cap. 1. vers. Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis Sanctis*, ibique quoque Apostolus prophetico spiritu vaticinauit, *Fides vestra annunciatur in vniuerso Mundo*, quare egregiè ratiocinatus S. Cyprianus *in epist. 57.* qui scribendo ad Cornelium Rom. Pont. inter alia inquit: *Claruit fides, quam de vobis B. Apostolus prædicauit, fides vestra annunciatur in vniuerso mun-*
4 *do*. Hanc laudem virtutis, & roboris, iam tunc in † spiritu præuidebat Apostolus, & præconio futurorum vestra sibi merita contestauit: dum parentes laudauit, filios prouocabat.

Receptum namque fuit, idem sonare Fidem Romanam, quàm Catholicam, non quod aliam Fidem habeant
Romani, quam Christi, † sed quia deuotio in eis magis sit, 5
& simplicitas ad credendum, vt inquit S. Hieron. *in præf. lib. 2. in epist. ad Galat.* (& iam olim dum etiam Romani in tenebris gentilitatis erant, affirmarunt Senec. & M. Tull. *Romani, non Hispanos numero, non robore Gallos, non calliditate Carthaginenses, sed Religione, & pietate omnes gentes, & nationes superarunt.*) Ipsi etiam Hæretici con-
sueuerunt vocare Romanos, illos † qui nostræ Religionis 6
sunt, vt exemplis pluribus post Victor. Vticen. Greg. Turon. & alios demonstrat Cardin. Baron. *in annot. ad Martyr. Rom. die 16. Octobris in litt. B.* & subiungit, *Ca-*
tholici † nec certiori, nec sublimiori titulo decorari possunt, 7
quàm sub nomine Romanorum. Et vt ex nostris inquit Andr. Alciat. *in l. hostes n. 4. de verb. sign.* omnes Christiani hodie Populus Romanus est, quo iure exciderunt, qui in Asia, Africaue, cæterisque prouincijs fidem Christi non agnoscunt: hi enim hostes Populi Romani sunt, & Ciuitatis Romanæ ius amiserunt &c.

Insuper Christus ipse Centurionis Romani fidem quasi
admirans, vt habetur Matth. 8. tam † insigni elogio illum 8
commendauit, *Amen dico vobis, non inueni tantum fidem in Israel.* Sed quid plura? Christus nasciturus, nascens,
natusque & † moriens obedire consensit Romæ Luc. 2. 9
Matt. 17. Marc. 15. Luc. 23. Paul. 1. ad Timot. cap. vlt. *can. magnum 2. q. 1. can. tributum 23. q. 8.* Plura, & pulchra circa æternam Romam (sic nuncupatur *in l. nulli, C. de primil. custod. Vrb. lib. 11. & in l. 1. C. de suar. eod. lib. 11.*) referunt ex nostris Rain. Cors. *in tract. de indagat. Iur. lib. 5. cap. vlt. per tot.* & Card. Alban. *in tract. de potestat. Pap. part. 1. num. 72.*

Non ergo est mirum si Iustinianus † Imperator pul- 10
chrè asserat *in l. vnic.* ibi, *Felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus omnibusque gentibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet, C. de Iustinian. Codic.* Atque Ecclesia Sancta in festiuitate SS. Petri & Pauli canit, *Vrbem Romanam excedere omnem Mundi pulchritudinem &c.* & tandem teste S. Ioan-
ne Chrysost. *hom. 32. in epistol. ad Romanos.* † Non est 11
Cœlum splendidius, quando Sol emittit radios, sicuti Romana Vrbs, vbi sunt duæ illæ Lampades, id est Corpus SS. Petri, & Pauli, qui vbique in mundo illuxerunt.

Modò post longum interuallum redeundo in viã. Cùm Roma ab exercitu dicti Borboni depopularetur, id, vt dicebam Franciscus Rex Francorum malè sentiens, pia de-
uotione, † & puro zelo erga S. Sedem Apostolicam, Ro- 12
mam copiosum exercitum transmisit Francorum, ad dictos hostes expellendos: quæ barbaræ gentes, & sacrilegæ pessimum finem deinde (more solito) expertæ sunt. Aduertitque Cardinal. Baron. *in tom. 5. Annal. Ecclesiast. ad annum 415. circa finem*, ibi, *Vrbem Romanam, qui ausi sunt inuadere, ac deprædare, semper Dei vindicta haud tarda malè perijsse, prorsusque deletos esse, sed & cladem Borbonicam, quæ hoc nostro sæculo accidit, in exemplum adducere possemus &c.*

Finem imponam his, quæ dixi de Regibus Christianissimis Gallorum, asserendo Romanam Matrem Ec-
clesiam † ob eorum tantum in eam amoris zelum, ad- 13
miranda quadam charitate haud vulgariter eos prosequi: Nam quicumque orat pro pace, & salute Regis Franciæ, lucratur centum dies Indulgentiarum concessarum à Summ. Pontif. Clemente, & decem ab Innocentio IV. vt fidem faciunt S. Thomas *in 4. sentent. distinct. 19. artic. 3. in solut. vltim. argument.* Cosmas Guymier. *in proœm. pragmat. sanction. super verb. tueretur*, Cassan. *in Catalog. Gloria Mundi part. 5. consideral. 31. & 35. vers. Orantes pro Rege Franciæ lucrantur centum, & decem dies Indulgentiarum &c.* Ioann. Ferald. *in tract. de iurib. & priuileg. Regn. Franc. num. 13.* vbi asserit, se vidisse, & Bullam legisse in libro Liliorum, & esse Bullam n. 33. & meminit Nauar. *in tract. de Oration. & Hor. Canon. cap. 21. num. 90.* vbi inquit, id fuisse concessum Regi Franco-
rum, † propter illustrissima officia, quæ Regia illa Re- 14
gum Francorum Christianissima, pijssime, ac magnificentissimè erga sanctam Sedem Apostolicam præstitit.

Mul-

Multáque, & innumera quoad gloriosas actiones Re-
gum Francorum, aliorumque Regum, ac Potentum cir-
ca magnam obseruantiam erga Romanos Pontifices tam-
15 quam locum Dei in Terris tenentes sunt exempla, † sicu-
ti etiam de illis, qui Apostolicam fidem mirificè defensa-
runt, ac propagarunt, ergaque eius hostes inuicta propu-
gnacula fidei nullis expensis, incommodisque parcendo se
pompa gloriosa ostenderunt.

¶ §.29. Vt de inuictissimis † ac cognominatis Catholicis
Regibus Hispaniarum præpotentibus Religionis orthodo-
xæ propugnatoribus acerrimis, egregijsque cultoribus, at-
que latissimè propagatoribus inquit ex nostris Ioann. Re-
din. *in tract. de Maiestat. Princip. cap. 1. verb. Impera-
toriam Maiestatem sub num. 50.* vbi loquitur de Regi-
bus Hispaniarum, ibi: *Quis ita Catholicus, qui sum-*
1 *mo fidei amore incensus, congregatis † quamplurimis di-*
tionum suarum, ac Regnorum gentibus quotidianis, ac
innumerabilibus sui Regij Patrimonij sumptibus, summis
vigilijs, summaque prouidentia Saracenos, Turcas, Lu-
theranos Fidei nostræ inimicos prosequutus est, sicuti Catho-
lici Reges Hispaniarum? Vnde eisdem Regibus Hispa-
niarum applicari possunt verba Imperatoris Iustiniani *in
proœm. Instit. in §. Itaque*, ibi: *Bellicos quidem sudores
nostros Barbaricæ gentes sub iugo nostro redactæ cogno-
scunt.*

2 Nam, & proprio sanguine † Catholici Reges à fau-
cibus inimicorum terras à Mauris, & Infidelibus occu-
patas redemerunt, ideòque non mirum si Sancta Roma-
na Ecclesia, tamquam benigna Mater prædictis charissi-
mis, ac generosissimis filijs Regibus Hispaniarum pro eo-
rum ardenti erga sacrosanctam Fidem zelo, & non vulga-
3 ri amore, † plurima priuilegia indulserit, & præsertim
videatur text. *in can. longè 63. distinct.* ibique latè Scri-
bentes, & optimè ratiocinati sunt Bobadilla *in sua poli-
tica lib. 2. cap. 223.* Ceuall. *commun. contra commun. opin.
897. num. 60. vers. Quia à furoribus inimicorum sanguine
proprio*; atque affirmauit Rota Romana *in causa Tertu-
len. Canonicatus 2. Martij 1637. coram R. P. D. meo Petro
Carrillo, §. ex quibus omnibus, vers. In Catholico Rege Phi-
lippo Quarto feliciter regnante nostra ætas videt, quem*
4 *† Ecclesia Romana magno prosequitur fauore, & merito
propter suam, & suorum Progenitorum Religionem &c.* &
allegatur Marta *in tractat. de iurisdiction. part. 2. cap. 41.
num. 13. & 14.*

Addo Franc. Vargas *in tractat. de auctoritat. Pont.
proposit. 4. tit. 10. num. 6.* Vbi ait, Alexandrum Papam VI.
5 anno salutis 1493. amplas noui ad Occidentem † Orbis
Prouincias, quas Barbari illi (Indos vocamus) obtine-
bant, Ferdinando, & Isabellæ Regibus ob eximiam Re-
ligionem Catholicis cognominatis, & successoribus eo-
rum Hispaniarum Regibus, addixisse, cum conditio-
nibus tamen ibi relatis. Extatque Bulla dictæ concessio-
nis *in nouo Bullar. inter alias Constitutiones dicti Ale-
xandr. VI. in ordine 2. incip. Inter cætera Diuinæ Maiestati
beneplacita opera &c.* cuius titulus est, *Insulæ noui Orbis
à Ferdinando Hispaniarum Rege, & Elisabeth Regina re-
pertæ, & reperiendæ, à Summo Pontifice conceduntur
eisdem, propagandæ fidei Christianæ causa*, ibique
Papa in proœm. asserit; *Reges Hispaniarum esse veros
Catholicos Reges, & Principes, quales semper fuerunt,
& ab eisdem præclarè gesta toti penè iam Orbi notissima
id demonstrare*, adducitque exemplum de recuperatio-
ne Regni Granatæ à tyrannide Saracenorum illis tempo-
ribus factæ à d. Rege Ferdinando, cum tanta Diuini no-
minis gloria &c. & *in §. 6.* supradictas Terras, & Insu-
las repertas, & reperiendas versus Occidentem, & Me-
ridiem fabricando, & construendo vnam lineam à Polo
Arctico, scilicet Septentrione, ad Polum Antarcticum,
scilicet Meridiem &c. Et deinde ita Summus Pontifex
subiungit: *Auctoritate Omnipotentis Dei nobis in Beato
Petro concessa, ac Vicariatus Iesu Christi, qua fungimur
in Terris, prædicta loca vobis, hæredibusque, successo-
ribus vestris* (Castellæ, & Legionis Regibus) *in per-
petuum tenoris præsentium donamus, concedimus, & assi-
gnamus, &c.*

Videatur Cardinalis Varmiensis *contra prologomena
Brentij lib. 3.* vbi felicissimum Regnum Hispaniarum
6 sibi videri dicit, eique propter tantam † in Fide Catho-
lica constantiam, & in ea tuenda diligentiam, alias pro-
pterea felicitates Deum largiri &c. Hinc Francisc. Varg.
in dicto tract. de auctorit. Pontif. confirm. ll. sub num. 13. in-
quit Hispanos in primis Christianæ Religionis † obser- 7
uantissimos esse, & quod apud eos tantam esse Religio-
nem, quanta esse potest, ac debet maxima, itaut reue-
ra eius præcipuè beneficio ab eo quo flagrat totus ferè Or-
bis deprauatarum opinionum incendio, hoc vnum am-
plissimum Hispaniarum Regnum tutum maneat, atque
intactum. Et longissimè verum sit, inquit, quod Reli-
giosissimus Rex Philippus II. dicere solitus erat, in dicto
Regno † Hispaniarum Fidei Catholicæ, & Apostolicæ Se- 8
dis obseruantiam, atque obedientiam integrè conseruari,
ac veluti in deposito esse.

Perbelle quoque animaduertit Iacobus Simanc. *de Ca-
tholic. Institut. titul. 39. rub. de Mahumetanis num. 5.* ibi,
Omnium felix Hispania est piorum Principum beneficio
ab impiorum, & hæreticorum pestifera † contagione 9
purgata. Fatentur hoc ipsum exteri, cùm Regnum Hi-
spaniarum ob eam rem aiunt esse, sicuti est felicissimum,
Et paulò post subiungit; Incredibile penè est, quanta fe-
licitate coalescant Regna, in quibus iustitia permista est
† cum Religione: quæ cùm in Hispania fulgeant, mihi 10
conijcere licèt, diuina prouidentia factum esse, vt Indo-
rum gens tam latè, longèque diffusa ab Hispanis † po- 11
tius, quam ab alijs Nationibus inueniretur, & alia, vt
ibi, & id ex Historicis fatetur Ioannes Boterus *in suis re-
lationibus vniuersalibus lib. 1. tit. de Hispania*, vbi etiam
inquit, Hispanos ostendere summam reuerentiam Eccle-
siæ, † rebus sacris, vt ideò Deus adeò eos felicitauerit, 12
&c. aliaque vt ibi. Et satis id explorata fatetur veri-
tas.

Constat clarè Hispanos esse valdè deuotos Ecclesiæ
† Romanæ, ac summoperè venerari limina SS. Aposto- 13
lorum, & vt ex nostris aduertit Oldrad. *in consil. 62. num.
5.* sunt multi Hispani, qui distant ab Ecclesia Beati Iacobi
per vnam dietam, & numquam intrauerunt Ecclesiam,
& tamen libenter peregrinantur Romam veniendo ad
veneranda limina SS. Apostolorum Petri & Pauli.

De ipsorum verò Regum Hispaniarum deuotionis;
& pietatis affectu erga Beatum Petrum Principem
† Apostolorum, ac Æterni Regni Clauigerum, Orbi 14
vniuerso coruscat, ac mirificè affulget, dum hic Romæ
in Monte Ianiculo regio sumptu restaurarunt, amplia-
runt, ornaruntque celebre Templum in honorem Prin-
cipis Apostolorum erectum: factum enim hoc satis per se
loquitur.

Catholicus Philippus II. Rex Hispaniarum Pijssimus,
ac Iustitiæ obseruantissimus, † sic illum vocauit Rota 15
Romana *in causa Toletana Matrimonij 13. Maij 1588.
coram bon. mem. Card. Seraph. est decis. 818. inter eius im-
press. num. 7.* de quo Rege etiam dixit Carolus Scriban. *in
sua politic. Christiana cap. 46.* nempe quidquid laudatum
in viris magnis à Plutarcho, Xenophonte, Suetonio,
Tacito, Seneca, Liuio, Curtio, Cicerone &c. in dicto
Philippo fuisse, & quidquid damnatum in singulis in eo
longè abfuisse, aliaque vt ibi: Iste inquam Catholicus
Rex tamquam verus zelator sanctæ Fidei, eiusque stre-
nuissimus pugil operosè astitit in sacro fœdere de an. 1571.
vnà cum Sanctissimo Pontifice Pio V. fel. rec. ac cum In-
clyta, Serenissima, ac Religiosissima Republica † Vene- 16
tiarum aduersus perfidissimum, importunissimumque
Turcarum Tyrannum efferata rabie cuncta Christianæ
ditionis Regna, Prouincias, atque loca incendijs, ferro,
cædibus expugnantem, atque vastantem.

Quare mediante dicto sancto fœdere, ac communi
classe, (ò res omni posteritati commemoranda!) quam-
uis ab initio prælium humanis viribus inspectis periculo-
sissimum videbatur (nam Turcarum classis, & numero
superior valdè, & præteritis elata erat victoria) tamen à
Christiana classe in virtute Dei Sabaoth decertante, ipso
exitu prælium felicissimum fuit. Cùm præcipua in Do-
mino, & non in armis spes fuerit posita, *forti enim ani-
mo, ac iusta petenti, & audenti, homines possunt, cælites
deesse non possunt*. Non ignoratur quippè, *Sanctos per
fidem vicisse Regna*.

Quare non est mirum, si gloriosissimus Imperator
noster † Iustinianus triumphator egregius, tot, tantisque 17
victorijs nobilitatus fuit, vt videre est ex *l. quas gratias,
1. Cod. de offic. præfect. prætor. Africæ*: audiamus, ob-
secro cum Orbi toti id manifestando *in l. Deo*, ibi,
Ita animum nostrum ad Dei Omnipotentis erigimus

adiutorium, vt neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum Ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam prouidentiam referamus Summæ Trinitatis, vnde, & Mundi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in Orbe terrarum introducta est, &c. C. de veter. iur. enucl.

Itaque, vt dicebam, cùm contra dictos immanissimos
18 Turcas, Catholici iactauerint omnem suam spem † in Omnipotentem Deum, & in precibus Beatissimæ Angelorum Reginæ Mariæ Virginis, quibus precibus non parum quoque se commendauit d. Imperator noster Iustinianus, vt apparet *in d. l. quas gratias*, ibi, *hoc etiam deprecantes exoramus, sanctæ, & gloriosæ semper Virginis, & Dei Genitricis Mariæ precibus &c. C. de offic. præfect. prætor. Africæ.*

Piè enim credi potest, supradictam Victoriam obten-
19 tam contra Turcas valdè † à precibus dictæ Gloriosæ Virginis fuisse adiutam, aduocando coram Filio causam Christianorum, ea enim est Aduocata nostra: & vide pulchrum tractatum Bart. cuius titulus est. *Quæstio ventilata coram Domino nostro Iesu Christo inter Virginem Mariam Aduocatam generis humani ex vna parte, & diabolum contra genus humanum ex altera, vbi num. 5.* inter alia diabolus postulabat coram Deo tamquam omnium Iudice, vt Beata Virgo Maria cessaret ab officio aduocationis pro genere humano,
20 quia mulier † de Iure non potest esse aduocata, cùm sit officium virile, *l. 1. ff. de postuland. can. sunt tres 3. quæst. 2.* & quia etiam erat Mater Iudicis, vnde eam suspectam allegabat, *l. domesticus, Cod. de assessor. & domestic. cap. postremo, & cap. cum speciali de appellat.* aliaque plura diabolus prætendebat, sed Bart. ibi, omnia iuridicè prosternit, ac in fine ponit, seruatis de iure seruandis sententiam diffinitiuam Christi Domini, latam ad fauorem Beatæ Virginis pro humano genere; quæ sententia fuit publicata per Ioannem Euangelistam Notarium D. N. Iesu Christi, & Curiæ Cælestis Scribam, præsentibus Ioanne Baptista, Petro, & Paulo Principibus Apostolorum, ac aliorum Sanctorum multitudine copiosa; eaque audita, recessit diabolus maledictus perterritus dirè vociferando: Sancti verò Angeli lætitia pleni in laudem B. Virginis canere cœperunt, *Salue Regina, Mater Misericordiæ, &c.*

De excellentia Beatissimæ Virginis Mariæ videnda
21 sunt, quæ ex nostris tradunt, † & præsertim Hostien. *in cap. ne innitaris num. 3. de constitut.* Guil. Benedict. *in repetition. cap. Raynutius in ver. quam gestabat in vtero num. 28. & in verb. qui cum alia muliere matrimonium contrahens num. 66. de testam.* Matth. de Afflict. *in prælud. Constitut. Neapolit. quæst. 1. num. 6. vers. Ideo Maria Virgo dicitur Regina, & Mater misericordiæ &c.* Ioan. Redin. *in tractat. de Maiestat. Princip. in verb. Imperatoriam Maiestatem num. 33. vers. Et Beatissimam Virginem Mariam Redemptoris nostri Genetricem gloriosissimam, Reginam, & Matrem misericordiæ &c.* Cassaneus *in Catalogo Glor. Mund. part. 3. cap. 4.* vbi plura piè asserit, & tamdem se eiusdem protectioni committendo cum Ecclesia Catholica concludit.

Tu spes certa miserorum, Vera Mater orphanorum,
Tu leuamen oppressorum, Medicamen infirmorum,
Omnibus es omnia. Te rogamus voto pari,
Laude digna singulari Vt errantes in hoc mari
Nos in portu salutari, Tua sistat gratia. Amen.

Et addo, Augustissimæ Virgini Mariæ nondum natæ à Paganis dicatum fuisse Sacellum, nam Carnuti (quæ Galliæ Lugdunensis Ciuitas celebris est) Druides sapientissimi aram sub terra profundè cauatam cum hoc titulo, *Virgini pariture* erexerunt, quem locum postea fideles magnificentissimè ampliatum sub terra, & super ter-
22 ram, in amplissimam † Ecclesiam Cathedralem construxerunt, vt post Hieronym. Osorium testatur Nauarr. *in tract. de Orat. & Hor. Canonic. cap. 21. num. 27.* vbi etiam refert post ibi citatos, in India intra quoddam magnum Templum sub nomine Marien. religiosissimè ab antiquissimo tempore à Paganis cultum; reliqua vide ibi. Concludam enim hic merito dixisse eandem Beatissimam Virginem Cantico *Magnificat*, ibi, *Beatam me dicent omnes generationes.*

Obtenta quippe fuit dicta Victoria contra Turcas in die 7. Octobris 1571. qui erat dies Dominica prima dicti mensis Octobris, quo tempore in Ecclesia Militanti Fraternitates omnes sub Sacratissimi Rosarij nuncupatione institutæ iuxta eorum instituta processionaliter incedentes, pias ad Deum preces effuderunt, ac intercessioni Beatissimæ Virginis Mariæ ardenter se commendarunt, & id quantum profuerit factum ipsum demonstrauit, optiméque ratiocinatus est felic. recor. Gregor. XIII. in Bulla Institutionis Festiuitatis pro gratiarum actione dictæ Victoriæ, *est in nou. Bullar. inter alias Constitutiones eiusdem Pontificis in ordine 11. incip. Monet Apostolus.*

Igitur admirabili Dei clementia, † & beneficio, 23
naualis gloriosissima, inuictaque Victoria reportata fuit captis hostium triremibus centum & octuaginta, cæteris dissipatis, fractisque. Vt satis, superque nota est historia, atque refert Cardinal. Baron. *in Annot. ad Martirolog. Romanum ad diem 7. Octobris* in litera H.

Atque hæc sufficiant quoad istam celeberrimam Victoriam reportatam ab ista sancta Liga. Vnde est, qui egregiè cecinit,

Iunxit cum Venetis afflatum numine Regem
Hispanum certo fœdere, seque Pius.
Cernite quàm placuit trina hæc concordia Cœlo:
Cernite quàm nobis commoda magna tulit,
Nam, qui spernebant homines, Deumque superbi
Fluctibus Ionijs occubuere neci.

Nec vllo pacto † prætereundum est, & sic terminabo 24
quæ superius dixi de Catholicis Regibus Hispaniarum, asserendo eos de ingratitudinis vitio erga Deum nullatenus posse imputari, cùm pijssimi, & inuictissimi sanctæ Fidei defensores fuerint, itaque ob eorum immensam pietatem à Summis Pontificibus acclaman- 25
tur Reges Catholici, & hoc cognomine honestatus primùm fuit Rex Ferdinandus Ioannis II. Aragonum Regis filius, & alterius Ioannis I I. Castellæ Regis, ex Isabella filia, gener, & Hispaniarum Rex in anno Domini 1477. qui fuit vocatus Catholicus, vt post Ioannem Michaelem Brunum Historiographum, firmat Camill. Borrell. *in tractat. de præstant. Reg. Catholic. cap. 41. num. 10.* Alij tamen sentiunt, † Hispaniarum 26
Reges hoc cognomine Catholici decoratos esse circa ann. 595. tempore S. Gregorij Magni Papæ. Nam Flauius Reccaredus frater Sancti Hermenigildi Martyris Rex fortissimus, & sapiens, missis Romæ Legatis ad dictum Sanctissimum Pontificem, obedientiam præstiterit, & tanto ardore patrocinium commendatæ sibi à Gregorio religioni præstitit, vt Sueuis, alijsque Nationibus Deo, ac Sedi Romanæ restitutis, à Gregorio summis laudibus celebratus, & à Concilio † Toleta- 27
no, Catholicus Rex, & Apostolorum meritum assecutus, omnium acclamatione vocatus fuerit, idque ex nostris refert D. Ioannes Dominicus Tasson. *in suis controuers. Iurisdiction. super pragmat. de Antefat. vers. 1. obseruat. 2. num. 10.*

Silentij velo nec est contexendum, mirabile illud, quod narratur de Alphonso VIII. Rege Hispaniarum, † qui 28
animosè pugnando contra Saracenos iniquos hostes Romanæ Religionis, apparuit in Cælo clarissima lux, qua Duce (ad instar noui Constantini Magni, de quo latè dicam infra in altera parte huius Annot. à num. 30.) sic, ac taliter Barbaros illos profligauit, repressitque, vt raro exemplo, in quodam campo, ducenta millia eorum extincti infeliciter remanserint, vt satis nota est historia, ac plures referunt, & præsertim Ioannes Boterus *de vniuersal. relat. part. 6.*

Modò autem in Magno Hispaniarum Throno sedet, 29
imperatque Pijssimus, & Inuictissimus Philippus Quartus Rex Catholicus, miræ animi magnitudinis Princeps viuæ probitatis imago, cuius immensa præconia, non meam, sed Demostenis facundiam Principis Oratorum requirunt. Adolescens à Genitore relictus, in vndoso gubernaculi pelago, ita semper rectum tenet moderationis cursum, vt nec in summa fortuna abripiatur licentiæ ventis, nec opprimatur inaduersa demissionis timore.

Eius in facie, tamquam in nitido speculo, Caroli Quinti Cæsaris † eius Auaui; adhuc fama viuentis, 30
conspicitur admiranda strenuitas; Philippi Secundi Regis eius Aui, agnoscitur excellens sapientia, ac Philippi Tertij eius Patris eximia bonitas reuiuiscit; Iste (vt enar-

enarrant annalia) licèt maxima gloria , ac ſudoribus
bellicoſis ex Hiſpali , Corduba &c. perfidos perduelles
Orthodoxæ Religionis expulerit, eoſque reſtrinxerit in
anguſtijs Bethicæ, ex hac tamen toto Orbi glorioſa victo-
ria, ſtatuam ſibi iure debitam, vti ſtrenuo Triumphan-
ti, recuſauit intrepidè: Nec faſtosè iactauit cum Iulio
Cæſare Imperatore; veni, vidi, & vici, ſed veni, vidi,
& Dominus Deus vicit, faſſus eſt religiosè.
Ex iſto Principe lætantur Hiſpani, talem habuiſſe
filium, qui non modo rerum eſt iuſtiſſimus Arbiter, ſed
Populorum (vt optabat Ariſtoteles) benigniſſimus Tu-
tor; ac inter alias, quas multas habet virtutes, bonita-
tem, ſapientiam, & valorem virtuosè repoſuit.
Plura alia circa Reges, & Regnum Hiſpaniarum,
32 † ponunt Lancellott. Conrad. *in tractat. de Rege lib.1.
cap.2. de Magnitudin. Regum*, Anton. Corſett. *in tractat.
de poteſt. & excellent. Reg. quæſt.* 27. & meminit Ioann.
Redin. *in tractat. de Maieſtat. Principis titul.1. num.62.
verſ. Loquens de inuictiſſimis Regibus Hiſpaniarum &c. &
titul. ſeq. num.17. verſ. Hiſpanos tamen gloriari fas eſt
&c.* Caſſaneus *in Catalog. Gloriæ Mundi part.5. conſide-
rat.*37. Franciſc. de Balboa *in ſuo celebri tract. de Mo-
narch. Regum cap.*2. Ludouic. Molin. *in ſuis Commentar.
de primogenit. Hiſpan. & præſertim lib.1. cap.5. num.55.*
vbi inquit, Hiſpanos potius quam alios ſolitos eſſe imita-
33 ri eorum † Regem, & non ſolum in Chriſtianis Inſtitu-
tis, ciuilibus factis, armorum vſu, veſtitu, idque ge-
nus ſimilibus, ſed etiam in comedendi, & bibendi gu-
ſtu, qui vnicuique hominum ſolet eſſe peculiaris, ac
perſonaliſſimum, id obſeruent, quod Hiſpaniarum Re-
ges viderint obſeruare &c. Petr. Cened. *in Collectan. ad
ius Canonic. collectan.*110. *ad cap. qualiter de pact. num.*3.
vbi improbat Io. Andr. Bald. Boer. & Menoch. ex quo mi-
nus rectè ſentiunt Hiſpanorum morem eſſe, fidem non
34 ſeruare. † Et ſi quiſpiam de Hiſpanorum fidelitate, &
inconcuſſa fide legere deſiderat, videat *de Bello Sagunti-
no*, & Martin. Sicul. *de Hiſpanorum moribus lib. 4. propè
finem, Dictionar. Hiſtoricum ac Poeticum in verb. Sa-
guntum*, Titum Liuium *decad. 4. lib. 4.* Ioann. Redin.
*in d. tractat. de Maieſt. Princip. in verb. non armis ſolum
35 decoratum, ex num.*17. vbi inquit † manifeſtum eſſe,
quod Iulius Cæſar Imperator cuſtodes corporis ſui adhi-
bebat fideliſſimos Hiſpanos &c. Valerium *in hiſtor. Ec-
cleſiaſtic. titul.6. ex cap.3. cum ibi relatis*, qui omnes Hi-
ſpanorum probatiſſimam fidem, ac fortitudinem anti-
quiſſimam varijs exemplis comprobarunt. Ad ſatietatem
36 verò, ſi quis excelſa cupiat, † conſulat Camill. Borell.
in ſuo tractat. de præſtantia Regis Catholici, vbi alij quam-
plures Scriptores adducuntur; cæterum quia non eſt opus
ad mare aquas ducere, nec ligna in ſiluam ferre, ideò lo-
quaci ſilentio multa inuoluo.
Verùm modo iam tempus eſt redeundi ad propoſitam
materiam, ſicque expeditus de exemplis redeo in viam,
& vlterius Aduertendum venit vniuerſalem Papæ pote-
ſtate, ac anthoritatem nullis circumcludi limitibus.
Mortalium enim omnium cura commiſſa fuit B. Petro,
vnde S. Leo Papa Magnus ſermon.1. in natal. Apoſt. ſic
cum eo loquitur. *Nec Mundi dominam times Romam,
qui in Caiphæ domo expaueras ſacerdotis ancillam.
Numquid autem iudicio Pilatò, aut ſæuitia Iudæorum
minor erat in Claudio poteſtas, vel in Nerone crude-
litas? Vincebat ergo materiam formidinis vis amoris,
nec æſtimabas terrori cedendum, dum horum ſaluti con-
ſulis, quos ſuſceperas alendos*. Papæ quippe Poteſtas,
non ſolum omnimoda eſt ſuper fideles, ſed inſuper
diffunditur, atque extenditur, etiam in Regionibus
Hæreticorum, Schiſmaticorum, cæterorumque Infide-
lium. Siquidem hæreſis, & apoſtaſia priuat hæreti-
§.30. cos, & apoſtatas multis bonis, quæ communia
ſunt fidelibus, ſed non priuat Papam auctoritate,
quam in eos habet, alioquin nec punire eos, neque
redeuntibus pœnam condonare poſſet; & aſſerit Sil-
1 ueſtr. *in eius ſumma in verb. Papa num.7.* vbi ſentit † in
hæreticos Papam habere iuriſdictionem, quia eſt Vica-
rius Chriſti habentis iuriſdictionem in omnes.
Sunt quidem hæretici extra Eccleſiam de facto, &
2 in fauorabilibus, † ſed de Iure, & in pœnalibus ad
eam pertinent. Et hic facit doctrina S. Thom. *qui in
2. 2. quæſt.10. articul.* 10. affirmat, poſſe infideles Prin-
3 cipes per ſententiam Eccleſiæ priuari in † certis caſi-
bus dominio, quod habent ſuper fideles, vt ſi terras
Chriſtianorum vi occupauerint, vel ſubditos fideles a
fide auertere ſatagant &c. idque ſatis apertè demonſtrant
Cardinal. Bellarm. *in Apologia contra Regem Angliæ c.3.*
& D. Suarez *in defenſ. fid. Cathol. contra eumdem Reg.
Angl. lib.3. cap.53.*
Vnde Papa Prouincias, quæ olim Chriſtianorum
erant, † ab infidelibus occupatas alicui, vel aliquibus 4
Principibus Chriſtianis eruendas concedit, vt Bart. *in-
quit in l. liber homo, ff. de verb. obligat. & in l. fin. ff. de
action. & empt. & in l. is, qui apud hoſtes*, vbi Iaſ. *ff. de
legat.*1. Bald. *in l. 1. Cod. de emancip. filior.* Domin. &
Franc. *in cap. Abbate ſanè, §. & allegabatur, de re iud.
in 6.* idem Bart. *in l. 1. Cod. de pagan.* Ioan. Parlador.
*in ſeſquicen. quotidian. different. different. 9. §. 1. num.15.
verſ. Et inde Rege in hæreſim lapſo, poteſt Romanus Pon-
tifex Regnum alteri debellandum dare, &c.* Inſuper vi-
deatur Azor. *inſtitut. moral. part.1. lib.8. cap.15. quæſt.17.
& cap.27. quæſt.7.* & Barboſ. *in Collect. Iuris Canonic. in cap.
Vergentis de hæretic.* vbi aiunt Regem effectum hæreti-
cum, poſſe per Papam amoueri à Regno, & ad eum
† ſpectare Ius eligendi, ſi eius filij, & propinquiores ſint 5
quoque hæretici.
Imò Romanus Pontifex ſi videat propter hæreſim
Regis verſari damnum totius Chriſtianitatis, vel illius
Regni, quoad Religionem, nec aliter eidem damno ſuc-
curri valeat, tunc poteſt non ſolùm à Rege Regnum,
ſed etiam ab eius ſucceſſoribus in totum auferre, & Prin-
cipi Chriſtiano, ſuiſque ſucceſſoribus, ſi illud debellaue-
rit concedere, vt aſſerunt Molin. *in tractat. de primoge-
nit. Hiſpaniar. lib.4. titul.11. num.37. verſ. Ex qua cauſa
poteſt Regnum, Romanus Pontifex Regi hæretico, & eius
ſucceſſoribus auferre &c.* Iacob. Menoch. *in conſil.* 808.
*num.75. verſ. Iure poteſt Summus Pontifex priuare Re-
gno, non ſolum Regem &c. lib.9.* At de hoc exemplum
habetur in Iulio II. Summo Pontifice, contra Ioan-
nem Regem Nauarræ, eiuſque ſucceſſores, vt dicam
infra *num.56.*
Concluſionem verò ſupra relatam, nempe Papam
poſſe concedere Prouincias olim Chriſtianorum ab infi-
delibus occupatas Principibus Chriſtianis &c. amplia id
procedere etiam ſi Chriſtianorum numquam fuerint, † ad 6
Fidei Chriſtianæ, & Euangelij propagationem, vt plu-
ribus exemplis confirmat Paramo *de origin. Inquiſit.
lib.3. quæſt.1. in 3. opin. à num.76. cum ſeqq.* Quæ potiſ-
ſima exiſtimatur cauſa, vt impio ritu abrogato, ac in
colendis prauiſſimis religionibus inueterata conſuetudi-
ne, conuictis inanibus, & hominum impia vanitate
deleta, inſania ſacrificiorum abolita, ſuperſtitionibus,
ac ſimulacris de medio ſublatis, (& vt dicebat Socrates,
plus honor tribuendus eſt cani, quam Idolo) ad veri Dei
certam notitiam deueniatur; id quoque probat Franciſc.
Vargas *de auctoritat. Papæ propoſit.4. art.10. num.5.* vbi id
exemplificat in conceſſione facta ab Alexandro Papa VI.
de Indijs, Regibus Catholicis Hiſpaniarum, & dixi ſu-
pra *§.29. num.5.*
Receptum eſt quoque Papam iuriſdictionem habere in
infideles, & ſi peccent † contra legem naturæ, veluti,
quod tibi non vis, alteri ne facias, &c. *can. humanum
genus 1. diſtinct.* vel ſi tranſgrediantur eorum leges in
moralibus, poteſt eos punire, vt affirmant Abb. *in cap.
nouit, de iudic.* Innocent. *in cap. quod ſuper his, de vot.
& vot. redempt.* Ioan. Andr. *in Nouell. in eodem cap. quod
ſuper his*, cum alijs relatis per Bonifac. Vitalin. *in Clem.
ex graui num.110. verſ. Papa vti Vicarius Chriſti &c.
de vſur.* & adde Alciat. *in dict. cap. nouit. à num.3. de iu-
dic.* Alberic. *in l. benè à Zenone num.21. verſ. Papa ha-
bet omnimodam poteſtatem, non ſolum, ſuper fideles, ſed
etiam ſuper infideles, & gentiles &c. C. de quadrien. præ-
ſcript.* Marg. de Suſann. *in tractat. de Iudæis, & alijs in-
fidelibus cap. 9. num. 2. verſ. Papa punit Iudæos, ſi con-
tra legem Veteris Teſtamenti faciant, in moralibus, &
num. 3.* id ampliat multò magis procedere, ſi infideles
delinquant in opprobrium Fidei Catholicæ, ibique non-
nullos caſus in hac materia adducit: & pulchrè ratio-
cinatur Petr. de Anchar. *in dict. cap. quod ſuper his*, vbi
refert idcò Gregor. & Innocent. IV. mandarunt combu-
ri † illum librum, quem Iudæi vocant Calmochaui, in
quo multæ hæreſes continentur &c. Anton. Corſett.
in tractat. de poteſtat. Reg. part. 5. & vltim. num. 34.

vers. Iudai sic ... *ittant heresim contra suam legem &c.*
Arnald. Albet... *in repetition. Rubric. de heretic. in quae-*
stion. septim. num.6. in fin. vers. Paganos delinquentes in
lege natura, Papa potest punire &c. latéque tractat Au-
gustinus de Anchon. *in tract. de potestat. Papa quaest.23.*
num.4.
Supradicta multò magis procedunt in hæreticis, dum
9 Papa † in eos exercet gladium iurisdictionis, præsertim
ob iniuriam sibi illatam propter ementitam Sacramenti
fidem, *cap. maiores, de baptism. cap.1.* & ibi glos. *in verb.*
non debet de spons. duor. cap. cum inter in fin. de spons. Ob
quod potest eos ad redeundum compellere, non secus ac
Dux exercitus compellit militiæ desertorem, *l. deserto-*
rem, ff. de re milit.
Neque nouum videri debet Papam in contemptores sa-
10 cræ Religionis † animaduertere, etiamsi illi extra Eccle-
siæ gremium existant, (retinendo opinionem Card. Bel-
larmin. *lib.3. de Eccles. milit. cap.4.* & quidquid dixerit
Alphons. de Castr. *lib.2. de iusta heretic. punit.*) si quidem
hac eadem ratione Dux exercitus animaduertit in militiæ
desertorem, quamuis ille in exercitu non sit, *d. l. deser-*
torem, ff. de re milit.
11 Abbas Monachum † Professum à Religione aufugien-
tem, compellit ad redeundum, Religionemque obser-
uandam, nedum quando ad seculum redijt, sed etiam si
ad aliam Religionem aufugerit, *cap. sanè, & can. fin. ext.*
de regular. cap. porrectum, eodem tit.
Et Dominus vassalum ab eius ditione recedentem in-
12 salutatè, compellit † ad redeundum, & ad habitandum,
Bald. *in prælud. feud. num.17.* Matthæus de Afflict. *d.104.*
& in cap. fin. §. fin. num.126. de capit. qui cur. vend. & in c.1.
num.54. de pact. iuram. firm. præsumitur enim vassallus à
principio quasi contraxisse cum Domino, respondetque
Tiber. Decian. *consil.41. num.90. vers. Si vassallus rece-*
dat insalutato Domino &c. lib.2. Alia exempla non addu-
co, breuitatis ergo.
13 Generaliter † de iurisdictione Romani Pontificis super
omnibus infidelibus differit Mart. Laud. *in tract. de Prin-*
cip. quaest.49. vers. Cum enim Deus habuerit super omnes po-
testatem, & sic & Papa &c. videri etiam potest S. Bernard.
lib.3. de consider at.
¶ §. 31. Quæso reliquamus verba facere de supradictis
organis Diabolicis, † & pergamus asserere reliqua de
mirabili Papæ potestate, quæ in omnem terram exiuit,
eamque Magnus Pater Sanctus Augustinus contemplan-
do ecstasi plenus, in sermon. super illis verbis, *humilis, &*
fortis, clamauit.
O mira potentia, ò ineffabilis gratia Saluatoris! quis
plebeium piscatorem facilè crederet Apostolorum Princi-
pem, *& Regibus obsistere, Reges sanctificare, Regibus*
omnibus Imperare, Mundum refrenare legibus, dæmo-
nes calcare pedibus, præcipere virtutibus, Cęlum omni-
bus aperire cùm vellet, claudere cùm placeret, immor-
tale Regnum conuersis donare, negare peruersis, merita
mundi cognoscere! cum alijs ibi adductis.
¶ §.32. Iure ergo sancta † Mater Ecclesia læta canit in
festiuitate eiusdem Beatissimi Petri,

Tu es Pastor ouium, Princeps Apostolorum:
Tibi tradidit Deus omnia Regna Mundi.

Vsque adhuc etiam ille Beatissimus Petrus Apostolus in
Romana Cathedra regnat, docet, imperatque cum ea-
dem potestate, in successoribus suis, & hodie in Sanctiss.
D. N. Vrbano Octauo Pont. Opt. Max.
Quis enim pleno ore affirmare dubitabit in Papa veri-
ficatum esse iam factum illud Vaticinium, de quo apud
Hierem. Proph. *cap.1.* Ecce constitui te hodie super Gen-
tes, & Regna, vt euellas, & destruas, & dissipes, &
disperdes, & ædifices, & plantes. Et illud Ezechiel. *cap.*
87. Faciam eos Gentem vnam, & erit vnus Rex omni-
bus Imperijs &c. Et in Ecclesiastic. *cap. 10.* dicitur: In
manu Dei potestas Terræ, & execrabilis omnis iniquitas
gentium, & (nota obsecro hæc verba) vtilem Rectorem
suscitabit in tempus super illam &c.
Nam non est locus aliquis in orbe, nec Imperator, nec
Rex, nec Dux, nec alius, quem intellectus humanus ima-
ginare potest, vt possit se eximere à paterno iugo Roma-
ni Præsulis. Quia, vt inquit Hostien. *in titul. de vsu, &*
34 *& auctoritat. pall. in fin.* Papa habet † latas, & liberas
alas; quia nulli subest, & vbique dominatur; & per-
bellè defendit Restaur. Castald. *in tract. de Imperatore*
quaest.50. in fin. & quaest.81. vbi pluribus rationibus, &
iuribus mediantibus asserit, nullatenus valere consuetu-
dinem, Legem, vel † quodlibet priuilegium, vt Impe- 35
rator, aut quantumuis Magnus Rex, Dux, vel quicun-
que viuens, non possit à Romano Pontifice deponi, aut
puniri &c. & adde Gaspar. de Perusio *in tractat. de reseruat.*
benefic. cap.1. sub num.4.
Hinc celebris Regina Angliæ Aleonora Ducissa Nor-
thmandiæ &c. scribendo ad Sanctissimum Pontificem
Romanum Cœlestinum III. inter alia perbelle ait: *Non-*
ne Beato Petro Apostolo, & in eo Vobis omne Regnum,
omnisque potestas regendi committitur? Benedictus Domi-
nus, qui talem potestatem dedit hominibus, non Impera-
tor, non Rex, non Dux à iugo vestra potestatis eximi-
tur; quæ epistola habetur penes Petr. Blesen. *epist.45.* &
apud Cardin. Baron. *in Annal. tom.12. ad annum* 1193. ac
meminit Cardin. Bellarm. *in Apolog. contra Regem An-*
gliæ cap.3.
Generaliter verò quoad omnes plura cumulant Ioseph.
de Steuano *in tract. de adoration. pedum Rom. Pontif. cap.*
7. & recentius Ioann. Garz. Mast. *de Magistratibus lib.*
2. cap.12. à num.2. vsque ad num.12. & num. 18. Vocat
† Romanum Pontificem Dominum totius mundi, *per* 36
text. in cap. multum stupeo 3. quaest.6. alijsque vt ibi, &
subdit, ea quæ asseruntur de vniuersali potestate Papæ,
esse adeò clara, vt quamuis aliqui contrarium dixerint,
attamen loquantur sine ratione, ipsorumque scripta sint
à Sanctissima Inquisitione Hispaniarum expurgata.
† Congruunt etiam carmina Prosperi *in lib. de Ingratis* §.37
cap.2. ¶

Sedes Roma Petri, qua pastoralis honoris
Facta caput Mundi, quidquid non possidet armis,
Religione tenet . . . .

Et S. Ambrosius *in libro de vocat. Gentium*, inquit: *Ro-*
ma per Apostolici Sacerdotij Principatum amplior facta
† est in arce Religionis, quam in solio potestatis &c. 1
Necnon Sanctus Paulinus de reliquijs Apostolorum lo-
quens de Romana Ciuitate ait:

Nam prius Imperio tantum & victricibus armis;
Nunc & Apostolicis terrarum es prima sepulchris.

Hic enim Romæ vbi caput superstitionis † erat, in eo- 2
dem loco voluit Deus, vt caput sanctitatis quiesceret; &
vbi gentium Principes habitabant, illic Ecclesiarum
Principes morarentur; vt post S. Ambrosium, S. Maxi-
mum, & Michaelem de Aninyon. recenset Rota *in Ce-*
saraugustana Cathedralitatis 1. Martij 1630. coram bon.
mem. Coccino, est decisio 353. num.10. vers. Vt vbi caput
superstitionis, &c. tom.1. à me select. aliàs part.5. recent.
Romana igitur Ciuitas est altera Ierusalem, & locus ele-
ctus à Deo, vt aduertunt Card. Hostien. in *cap. funda-*
menta, de elect. in 6. & Io. Andr. *in cap. per venerabilem,*
sub num.18. vers. Sic Vrbs ista altera Ierusalem &c. qui fil.
sint legitim.
Ad cuius corroborationem addo (& vt confundam
fabulam frementium hæreticorum modernorum, vt di-
cam infra) in Chronicis Leonis, & Lini legi, quod post-
quam Simon Magus Capitolium conscendens per aera
volabat, † dæmonum potestate perlatus, B. Petrus adiu- 3
rans dæmones, vt eum corruere sinerent, & ne amplius
per aera eum gestarent per virtutem Domini Nostri Iesu
Christi, quibus dictis statim ille miser corruit, & confra-
ctis ceruicibus, expirauit.
Ex quo Nero tunc imperans iussit Petrum, & Pau-
lum carceribus reseruari in carcere Mamertini, sub cu-
stodia Militum Processi, & Martiniani, quos Petrus ad
Fidem conuertit, qui post conuersionem, carcerem
aperuerunt, & Apostolos liberos dimiserunt; Petrus ve-
rò fratrum precibus superatus abscessit, & cùm venisset
† ad Portam, quæ nunc dicitur S. Maria ad passus, vidit
Christum sibi apparentem, & ait: Domine quo vadis?
Qui respondit: Vado Romam iterum crucifigi: Cui Pe-
trus: Domine iterum crucifigeris? Cui Dominus:
Sic, Petrus ait: ergo Domine reuertar, vt tecum cru-
cifigar.
His dictis discedens Dominus, vidente Petro, † & 5
lacrymante, in Cælum ascendit. Quod Petrus intelli-
gens pro se dictum, Romam reuersus est, & sub crudeli
Nerone crucis patibulum pro Christi amore gloriosè
substinuit.
De hoc etiam successu mentio habetur *in d. cap. per*
vene-

venerabilem, *§. cum autem Petrus fugiens*, *ext. qui fil. sint legitim.* Hancque historiam de apparitione Christi facta Petro, authenticam, & verissimam esse non est dubium, de ea enim meminere antiquissimi Ecclesiæ Patres, scilicet Abdias Apostolorum contemporaneus, & discipulus, Babiloniæque Episcopus *lib.1. Histor. Apostolorum in vita S. Petri propè finem*, quem librum Iulius Africanus (cuius mentio habetur apud S. Hieronymum in Catalogo Sciptorum Catholicorum) ex græco latinum fecit. Eamdem quoque apparitionem refert Egesippus *de excidio Ierosolymitan. lib.3. cap. 2.* S. Ambrosius *in oratione contra Auxentium*, & plures alios antiquissimos Patres refert Mendoza *in quolibet. quæst. 4. scholastic.* & ex recentioribus asseuerant Cordub. *respons. moral. lib.4. quæst. 1. dub.1.* Iacobat. *de Concil. lib. 8. art. 6. in fin.* Sebastianus Medic. *in summ. omn. hæres. part. 2. verb. Petrus*, Latè Georg. Scherer. *in libro*, *an sit verum*, *quod Romæ fœmina Pontifex*, *argum. 3.* Cardin. Baron. *tom. 1. Annal. Eccles. anno Christi 69. num. 6. & 7.* Cardinal. Bellarmin. *de Roman. Pontific. tom. 1. lib. 2. cap. 3. ad finem*, *vers. Addo vltimo*, Azor. *Instit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 2. quæst. 2. vers. Deinde*, *cum seqq.* Ioann. de Capistran. *in tractatu de authorit. Papæ*, *part. 2. secunda part. principal. num. 52.*

6 Ex qua verissima historia cognosci potest, cuius perfricatæ frontis, ac præcipitis arrogantiæ sint hæretici moderni, dum impudenter negant Beatum Petrum Romæ vmquam Cathedram constituisse, & quod magis est, nec vmquam Romam vidisse. Nam de aduentu B. Petri non est dubitandum propter supradicta, nec in hac re toto Cœlo perspicua laborandum venit, cùm id ipsum SS. Oecumenicæ Synodi, idem etiam Romani Pontifices suis epistolis, Imperatores suis edictis, ac tamdem tanta de Petri Romam aduentu memoria, ac ibi 25. annis Cathedram Sacerdotalem tenuisse, omnium scriptioonum genere meruit consecrari. Itaque Hæretici antiqui, & Schismatici numquam ausi fuerunt de eo, vel leuiter quidem dubitationem mouere. Antiquissimi enim Patres rerum Ecclesiasticarum Scriptores, qui supradicta scripserunt, & perpetua memoria decorarunt, sunt Iren. *lib. 3. cap. 1.* Tertull. *de præscript.* Hippolyt. *apud Prudent. in Peristoph.* Cyprian. *de vnit. Eccles.* Arnob. *aduersus Gentes*, & Psalm. 106. Lactan. *lib. 4. cap. 21.* Optat. *contra Parmen. lib. 2.* S. Hieronym. *de Scriptor. Eccles.* S. Augustin. *sermon. 7. in natal. Apostol.* Seuer. *histor. lib. 2.* Pruden. *in Peristoph.* Philist. *de hæres. cap. 30.* Oros. *lib. 7. cap. 6.* Prosp. *de præd. lib. 4. cap. 13.* Maxim. *sermon. 1. & 5. in natal. Apostol.* Arator. *in Act. Apostol.* Petr. Chrysolog. *in serm. natal. Apostol.* ac cæteri Latini, qui de rebus Ecclesiast. commentaria ediderunt.

Ex Græcis verò *Papias apud Euseb. lib. 2. cap. 13.* Caius *apud Euseb. lib. 2. cap. 24.* Dionys. *apud Euseb. pariter lib. 2. cap. 24.* Petr. Alexandr. *can. 3.* Euseb. *lib. 2. cap. 13.* Chrysostom. *in hom. de Petr. & Paul.* Cyrill. *epist. ad Cœlestinum*, Theodoretus *in hæret. Fabul. in Simonem*, *& in epist. ad Leonem*, Sozomen. *lib. 4. cap. 14.* Sed ne longior sim consulatur Card. Baron. *in Annal. Ecclesiast. tom. 1. ad annum 44.* atque ex professo latissimè comprobat omnibus contrarijs satisfaciens Cardin. Bellarmin. *tom. 1. de Roman. Pontif. lib. 2. à princip.* Nec non ex nostris id solide tuetur Michael. de Anan. *in tract. de vnitat. Ouil. & Pastor. cap. 36. num. 12.* vbi inquit, Angelum Domini liberasse Petrum à vinculis Herodis, eò quia nondum Romæ Cathedram fundauerat: sed post eam fundatam Petro fugienti Neronis persecutionem apparuit Christus in Via Appia, vt martyrium non timeret, Romam reuertendo, & latius prosequitur *in cap. 21. post princip. vers. Dicunt enim*, *& somniant miseri isti Beatum Petrum numquam fuisse Romæ &c.* ibique Hæreticos cum eorum rationibus, & iaculis prosternit, latiusque id liquidò constare facit Petr. Andr. Gammar. *in repetition. Extrauag. Iul. II. de Sym. Pap. elect. num. 57.* ibi, *Adeò sunt isti nouitatum appetentes*, *vt postremo loco*, *argumentis*, *& rationibus respondere non valentes*, *vt vno verbo omnia tollant*, *affirmant quidem B. Petro à Domino concessam fuisse supremam prærogatiuam*, *sed hoc nihil facit ad Romanum Pontificem*, *cùm B. Petrus numquam fuerit Romæ &c.* cuius opinionis vanitatem, seu fictam machinam hæreticalem, & penitus inanem, aduersus Turrem inexpugnabilem Ecclesiæ Romanæ, ibi d. Petr. Andr. viriliter oppugnat, expugnatque & præter stationes, Doctores, & quidem sanctitate insignes attestantes B. Petrum Romæ adfuisse, *id num. 58.* quoque probat ex Egesippo Græco Authore (qui floruit de tempore Plinij) & ex Suetonio Tranquillo, atque ex Cornelio Tacito.

Supradictis ergo firmè stantibus sacratissimam Ciuitatem Romanam, † sic enim vocatur in *l. Senatores*, *Cod. de incol. lib. 10.* è toto terrarum Orbe, Deum elegisse (vt dixi) pro sempiterno, & immobili domicilio, vt pulchrè, & latè deducit Card. Alban. *in tract. de potestate Papæ part. 1. à num. 72.* Ibique † suum Vicarium de- 8
stinauit, vt continuò permaneret, videatur Rain. Cors. *in dict. tractat. de Indagat. Iuris lib. 3. cap. 20. num. 3.* vbi probat Petro à Christo, Paulo ab Angelo prædictum fuisse, vt Romæ assisterent &c. Ad hoc pulchra sunt quoque verba S. Bernardi in epist. 1. ad Eugenium III. Romanum Pontificem, ibi, *Quæ istas*, *terra sancta est*, *locus Petri est*, *locus Principis Apostolorum*, *vbi steterunt pedes eius*, *locus illius est*, *quem constituit Deus dominum domus suæ*, *& principem omnis possessionis suæ.*

§. 38 Addo tamdem in hac materia † *cons.* Oldrad. ¶
85. sub num. 1. vers. Non est homo in Mundo Christianus, *à majoribus Regibus Mundi*, *vsque ad minorem vetulam de Mundo*, *qui deposita propria*, *ac particulari affectione non desideret*, *quod Papa sit Romæ.*

§. 39. Sed ne obliuiscar loqui de Papæ iurisdictione ¶
vniuersali quidem, incongrua non est sacræ Rotæ decisio *in dict. causa Pampilonen. Illegitimitatis 10. Iunij 1609. coram bon. mem. Iusto*, *est decisio 191. num. 13. part. 1. recent.* vbi Rota zelo veritatis accensa, & legibus, ac rationibus armata, insurgit, damnatque Modern. Corduben. dum *in tract. de matrim. lib. 8. disp. 7. in princ.* sentit, quod Papa nullatenus possit in toto Mundo legitimare, quoad temporalia &c.

§. 40. Nam vt ibi asserit Rota *sub num. 12.* Papa ¶
potest principaliter, vel in consequentiam legitimare spurios vbique terrarum tam respectu spiritualium, quàm respectu temporalium, & *sub num.* 13. subiungit dictum Modernum, antiquorum † Scriptorum modestiam non esse imitatum, eiusque opinionem tantùm teneri ab illis, qui negant temporalem Papæ iurisdictionem. Vnde Summus Pontifex, qui potest tollere impedimentum à iure positiuo procedens, potest etiam illo sublato dispensare in radice illius, & relinquere matrimonium in terminis priorum consensuum, & sic verum, & validum, prout ex tunc, ac si dispensatio illud præcessisset, vt censuit Rota *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo in causa Hispalen. legitimitatis 11. Maij 1615. est decisio 687. num. 8. part. 2. recent.* & ita absque dubio vbique terrarum ad temporalia legitimare in radice matrimonij, vt asserunt Abb. *in cap. per venerabilem num. 22.* Zabarell. *quæst. 9.* & Præposit. *num. 74. ext. qui fil. sint legitim.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 2. num. 12.* cum alijs pluribus relatis per supra relatum Modernum *in d. tractat. de matrimon. lib. 8. disp. 7. num. 4.*

Et si alios desideras, videnda est *d. decis. 687. num. 8. par. 2. recent.* vbi etiam *nu. 14.* habetur quando dicatur dispensatum in radice matrimonij.

Optimeque ratiocinata est Rota in superius allegata 1
Pampilonen. illegitimitatis coram Iusto, *sub num. 11.* vbi ait manibus Papæ esse radicem, & fundamentum, à quo surgit legitimitatis, & illegitimitatis differentia. Quapropter potest vbilibet, ex quo habet etiam purum laicum ad matrimonium subiectum, *cap. 1. & cap. causam*, *qui fil. sint legit. cap. tuam de ordin. cogn.* Prudenterque quoque id aduertit post Bellam. Soccin. Anchar. Alex. & alios, Marc. Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. articul. 24. num. 81. vers. Papa in spiritualibus*, *& in his*, *quæ ad matrimonia pertinet est supra omnes*, *& supra ius*, *& omnia potest*, *quia contra potestatem clauium disputandum non est*, *sed omnino acquiescendum &c.*

Acceditque ius dispensandi in iure humano nullatenus Romano Pontifici auferri posse, etiamsi Concilium Vniuersale futuris Romanorum Pontificum dispensationibus deroget: rationemque huius conclusionis post Card. Turrecremat. *lib. 3. de Eccles. cap. 52. & 53.* reddit supremus Senatus Cathaloniæ, penes Ludouic. Peguer. *decis. 53. num.* [illegible] quia potestas attributa Romano Præsuli,

non à Concilio, sed ab ipso Deo venit, *cap.3. de Con-*
stit. can. omnes 22. distinct. cum alijs adductis in dicta de-
cisione, & supra satis demonstraui, & infra inculca-
bo: Cùm digitus Dei sit hic, vnde inanis omnis hu-
mana potentia, *can. non turbetur 20. quæst.1.*

In confesso est quoque apud omnes Doctores Catholi-
cos, totum ius positiuum subiacere pedibus Papæ, quod
a † ipse ad libitum suæ voluntatis, pro causa adducendo
eius supremam auctoritatem, vuluere, & reuoluere
valens est, æquando quadrata rotundis, rotundaque
quadratis, & dubitans de hoc dubitat de fide, ac tam-
quàm sacrilegus est censendus, ita Bald. *in consil.437. in-*
cip. Quæritur vtrum Papa lib.1. quem secutus est Rota
in causa Sabinen. Montis Rotundi 8. Februarij 1627. coram
bon. mem. Coccino, est decisio 36. tom.1. à me select. alias
part.5. recent. num.64. vers. Papa in ijs, quæ sunt iurispo-
sitiui, solam potestatem habet pro causa, & dubitans de
hoc dubitat de fide &c. congruit pariter *decisio in causa*
Bononien. Aggregationis ad Collegium 23. Martij 1640. co-
ram clar. mem. Merlino, §. Et ex hoc motiuo, vers. Hinc
Papa, qui est Princeps Principum, totum ius positiuum
subiacet &c. atque in altera causa Gerunden. Scribania
21. Maij 1638. coram eodem, asseritur Papæ monar-
chiam esse Dogma certissimum solum ab hereticis impu-
gnatum.

Vnde, & rectè dicimus Papam tantummodo inter Prin-
cipes seculi propriè appellari Monarcham, *vt ex texta in*
cap. ad Apostolica de re iud. in 6. colligunt Roman. *in cons.*
367. num.3. Rimin. iun. *in consil.57. num.22.* Lotter. *de re*
benefic. lib.2. quæst.22. num.7. & Tholos. Syntag. Iur. lib.18.
cap.2. num.6.

Ecclesia enim Romana Mundi Primatum, ab ipso
3 Deo obtinuit, vt supra dixi, ideò illum † auferre
conans procul dubio in hæresim labitur, *text. est in can.*
omnes 22. distinct. vbi glos. in verb. conans; notat, hoc
casu solum puniri conatus; ideò cùm id ex Deo sit, non
4 mirum, si semper triumphatrix remaneat, atque † sine
ruga, & macula conseruetur, *can. quamuis vniuersa*, ibi,
Apostoli Sedes Ecclesia Romana non habet maculam, nec
rugam 21. distinct.

Vnde ex supradictis constat, Pontificem Romanum à
Monarcha Cæli, & Terræ immediatè, & absque huma-
5 na † dependentia (quidquid dixerit fœtens illud os Ioan-
nis Vvicleff, cuius memoria damnata fuit in Concilio
Constantiensi) habere auctoritatem, vt etiam dixi supra
§.1. *num.1. atque ratiocinata est Rota in Maioricen. In-*
dultorum 11. Aprilis 1639. coram eodem Merlino, §.
Irreleuantiam, vers. Papa immediatè, & solum à Deo
habet auctoritatem. Et in eadem causa 27. Iunij eiusdem
anni, §. Nec opus, vers. Romani Pontifices, vt Petrus,
habent auctoritatem à Deo, absque dependentia huma-
na &c.

Ex quo inferunt Doctores, Constitutiones Papæ de
6 per se, vt latæ sunt, † dici effectuatas, & obligare,
& habere auctoritatem, nec opus esse aliqua accepta-
tione populi (quod non sic est in Constitutionibus Prin-
cipum secularium,) ita Præposit. *in cap. istis, §. leges n.3.*
vers. Nisi dato consensu Papæ 4. distinct. Archidiac. *in*
can. leges promulgantur, ead. distinct. 4. & in cap. cum de
beneficijs, circa fin. vers. Nec mireris de præbend. in 6.
Franc. *ibi num.4.* Nauarr. *consil.1. num.19. lib.1. de Con-*
stitut. Suarez *de Legib. lib.4. cap.16. num.2. &* P. Baldellus
in disputationibus Theolog. Moral. lib.5. de Legib. disput.
18. num.1. 4. & 5. & pluries resoluit Rota, *& præsertim*
coram bon. mem. Card. Caual. decis.85. num.2. vers. Au-
ctoritas Papæ non est ab homine, & in Conchen. Benefi-
cij de Valdeindios 14. Nouembris 1611. coram bon. mem.
Card. Sacrato, & in Lauretana Iurisdictionis 5. Mar-
tij 1618. coram eodem, est decisio 630. num.6. vers. Pa-
pa habet immediatè à Deo potestatem, infra part. 4.
recent. & in Gadicen. Decimarum 25. Maij 1637. co-
ram Reuerendiss. P. D. meo Ghisilerio, cum alijs allegatis
nuper *in causa Fanen. Commendæ 27. Iunij 1639. coram*
R. P. D. meo Roias.

¶ §.41. Nec retrò relinquendum venit, quod quando sub-
diti, seu vassalli sine iusta causa ab eorum Principibus ni-
mis grauantur, tunc illi reclamare, atque confugere
possunt ad Romanum Pontificem tamquam ad commu-
nem Patrem, & Pastorem, vt constat ex allegatis per
Felin. *in cap. canonum statuta num.10. de Constitut. & in*
cap. cum liceat num.12. vers. Septimo, de præscript. & no-
tatur in can. per venerabilem, §. rationibus, qui fil. sint le-
git. in cap. licèt de foro competent. & in auth. vt different. iud.
§. si tamen contigerit, & in §. rationibus col.9. & est con-
clusio Innocen. & Hostien. *in cap. inter dilecta de fid. in-*
strum. Mencheca *lib.1. controuers. illustr. cap.8. num.20.*
Rip. *in cap. si quando num.15. de rescript.* Cenett. *in colle-*
ctan. Iuris Canonici collect.167. ad cap. ex epistola de probat.
num.2.

Et Summus Pontifex ex ista causa, quia Principes ma-
lè tractant subditos, potest eosdem † à dominio, & 1
principatu deponere, vt multi celebres I. C. proba-
runt, & præsertim Ægid. Boss. *in prax. tit. de Princip.*
& priuileg. eius num. 62. ibi, Summus Pontifex potest
deponere omnes Principes, si grauant suos subditos &c.
idque pariter notauit Alberic. *in l. benè à Zenone sub*
num. 10. vers. Papa potest priuare Imperatorem, & Re-
ges, si nimis grauent subditos &c. Cod. de quadrienn.
præscript. Restaur. Castald. *in tract. de Imperator. quæst.*
81. num.4. vers. Papa potest principes coercere, si nimis
grauent subditos sine causa; & vers. Papa potest depone-
re Principes, si nimis grauent subditos, &c. Martinus
Lauden. *in suo solemni tractat. de Princip. quæst.7. vers.*
Papa potest deponere Principes, si nimis grauent subdi-
tos, & quæst.29. vers. Si Princeps est subditis nimis se-
uerus, & iniuriosus, potest accusari coram Papa, qui
est Vicarius Summi Regis. D. Ioannes Parlador. *lib.1.*
rerum quotidianar. cap.3. num.8. vers. Possit etiam Ro-
manus Pontifex abdicare à Principatu Regem proterue
subditos opprimentem, Paris. *in tractatu de syndicatu,*
cit. de excess. Imperat. num.12. vers. Et quando Impera-
tor nimis grauaret &c. & in tit. de excessu Reg. num.57.
vers. Si Rex malè agit, confugietur ad Papam &c. Et
subiungit: *Propter supradictam causam, quia populos*
malè tractabat, depositus fuit Federicus ab Imperio: &
latius vt ibi.

Mirabilis est in hac materia, epistola Aleonoræ Re- 2
ginæ Angliæ scripta ad Cœlestinum Papam III. est apud
Petr. Blesens. *epist.144.* in qua d. Regina postulat auxi-
lium à Papa contra Othonem Sueuiæ filium Federici Pri-
mi Imperatoris, qui Statutum Angliæ perturbabat, &
inter alia inquit: *Gentes conuulsæ, Populi dilacerati,*
Prouincia desolata, in spiritu contrito, & humiliato sup-
plicant Vobis Romano Pontifici, quem constituit Deus
super gentes, & Regna cum omni plenitudine potestatis,
&c.

Nec nouum esset asserere, quando Imperator, vel Re- 3
ges, aut alij supremi Principes, iniquè ius dicunt, posse
adiri Papam, qui eos cogat per denunciationem euange-
licam, aut aliam viam, vt iniquè ab eisdem statuta re-
scindant, & hoc ordinare tamquam omnium viuentium
Iudex, vt qui vices Christi gerit in Terris, qui Chri-
stus est Rex Regum, & Dominus Dominantium, &
sic vtique Vicarius Christi Domini naturalis Cæli, &
Terræ habet iurisdictionem super omnes, vt appositè
fundat idem Martin. Lauden. *in d. tractat. de Princip.*
quæst.1. vers. Ipse Dominus suum Vicarium Petrum, &
eius successores constituit, ideò quandocumque est necesse
recurrendum est ad Papam, siue necessitas sit iuris, siue
facti, aliàs non esset Iudex superior, Lælius Iordan. *in*
tract. de Roman. Sed. origin. cap.12. sub num.23. vers. Papa
est Iudex supremus omnium, etiam superiorem non reco-
gnoscentium & Imperatoris, atque Regum &c. Card. Bel-
larm. *in 1. tom. disput. titul. de Roman. Pontif. lib.1. cap.*
15. vbi declarando verba, *Pasce oues meas*, asserit in
Hebreo legi, dominare, & ex nostris refert Ioann. Domi-
nic. Tasson. *obseruat. iurisdiction. super Pragm. de Antefat.*
obseruat.2. num.9. vers. Verba, Pasce oues meas, in Hebræo
legitur, idest dominare.

¶ §.42 Itaque in casu oppressionis, ad Romanum
Pontificem, qui diuina auctoritate habet potestatem su-
per omnes mortales, à quolibet, & contra quemlibet
viuentem potest recurri, supplicarique ne iniquè oppri-
matur, text. ex singularis *in cap. ad Romanam 2. quæst.*
6. ibi, *Ad Romanam Sedem ab omnibus, & maximè ab*
oppressis, est recurrendum, quasi ad Matrem, vt eius
vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis
oppressoribus releuentur, quia nec potest, nec debet mater
obliuisci filium suum &c. Vnde *glos. ibi in verb. Matrem*,
inquit, eam non præsumi matrem esse, nisi diligat filium.

Et

Et super hoc generali recursu, & appellatione ad Papam, *videatur* Ansel. *lib.2. cap.6.* Terrac. *lib.1.cap.276. quos refert* Anton. Augustin. *in epitom. Iur. Pontific. lib.1. titul.de Roman.Pontific.titul.4. cap.15.* & adde Petrum à Monte *in tract. de potestat. Pontific. titul. de Concil. praeminent.n.17. vers. Ab omnibus appellandum est ad Romanam Sedem , quasi ad Matrem &c.*

§.43. Considerauit etiam id † S. Bernardus *lib.3. de considerat. ad Eugenium* , ibi , *In testimonium singularis Primatus Papae, totus Mundus ad eum appellat &c.* id quoque aduertit Franc. Varg. *in tractat. de auctoritat. Ponti-*
1 *ficis proposit.4. art.11. num.2.vers.* † *Ad Papam in signum superioritatis , & excellentiae appellatio generalis ex toto Orbe deuoluitur* , hocque probat ex Actibus Apostolorum , & post eum asseruit Cornel. Broderod. *in tractat. de appellat. part.1. titul.16. vers. Appellari potest per Laicum ad Papam , & tamquam ad Superiorem ex toto Orbe Terrarum appellatio deuoluitur , & vers. Ad Papam ab omni Principe appellatur , etiamsi in temporalibus superiorem non recognoscat &c.* Bald. *in l. pactione num.*
2 *2. vers. Tamen de Iure* † *si Imperator faciat iniustitiam, potest adiri Papa &c. in vsib. feud. titul. Constant.* Franc. Arias *in tractat. de Bell. & eius iustitia part. 1. num.216. vers. Ab omni Principe, & Iudice tam spiri-*
3 *tuali, quam temporali , etiamsi in temporalibus* † *superiorem non recognoscat , appellatur ad Papam &c.* Guidopap. *in tractat. de appellat. cap. 1. num. 5. quae est etiam decisio Gratianopolitan. 436. pariter num.7.* ibi , *A su-*
4 *periore non recognoscente* † *superiore appellari potest ad Papam &c.* Ioann. Ferrer. *pariter in tract. de appellat. cap.5. sub num.134. vers. Ius Pontificium &c.* Sigismund. Scacc. *in eodem tract. de appell. quaest.6. num.46. vers. Ad Romanam Ecclesiam appellatur ab omnibus*, addo vlterius Siluest. *in eius summa part. 2. in verb. Papa sub num. 2.* ibi , *Appellari potest ad Papam ab omni Principe , & Iu-*
5 *dice tam spirituali,* † *quàm temporali , etiamsi in temporalibus superiorem non recognoscat* , & ibi multa allegat. *dixitque quoque* Augustin. Morl. *in empor. Iur. part.1.quaest.4. sub num.12. vers. A Rege non recognoscente superiorem ap-*
6 *pellatur* † *ad ipsum Papam* , Martin. Lauden. *in tract. de Princip.321. vers. Propter iniustitiam Imperatoris potest adiri Papa* .

Consulti ita quoque responderunt Bald. *in consil. 217. incip. Ego puto, quod ab iniusta sententia Regis &c. num. 1. lib. 3.* Abb. Panorm. *in consil.3. incip. Nitar, col. fin. vers. Secundum remedium, vt appellet ad Papam part.2.* Sforz. Odd. *in consil.27. num. 58. Ad Summum Pontificem communem totius Orbis Principem supremum recurrendum est , ad quem etiam vassalli Imperatoris confuge-*
7 *re possunt , quando* † *ab Imperiali maiestate videtur eis grauamen inferri* . Et perbelle aduertit praestans I.C. Andreas de Isern. qui est tantae auctoritatis, vt à nonnullis tamquam Euangelista teneatur, teste Horat. Barbat. *in suo propugnaculo veritatis cap. 3. num. 3. vers. Appellatur is Euangelista &c.* Dictus inquam Isern. ait , *in vsibus Feud. titul. de prohib. Feud. alienat. per Federic. num.83.*
8 ibi, Antequam Ecclesia Romana esset, sicuti nunc † est, à Regibus non appellabatur , *l.2. §. ex actis, ff. de orig. iur.* cùm ob dignitatem eorum praesumantur omnia bene agere , *l. inter claras , Cod. de summ. Trinit.* Tamen hodie ab omnibus oppressis potest appellari ad Romanum Pontificem, nam Reges habent Superiorem
9 Deum, cuius locum Papa tenet † in terris in releuationem oppressorum; & allegatur illud Psalm. 89. *Domine refugium factus est nobis in omni generatione , & generationem* . Idemque post d. Isern. asseruit Quintilianus Mandosius Iurisconsultus exquisitae doctrinae *in tractat. de Commission. in 4. formul. in verbo deuolutae, vers. Summus Pontifex ipsius Dei locum in terris tenet , ipse Dei Vicarius sententias à Regibus prolatas cognoscet , confirmabit, vel infirmabit, & irritabit &c.* & adde Matth. de Afflict. *in comment. Constitut. Neapolitan. in praelud. quaest. 21. vers. Ecclesia Romana est refugium Christianorum fidelium*.

Supradicta tamen intellige in manifesta , & notoria iniustitia , & in magnis causis, vt plenius notatur per Doctores *in cap. nouit. de iudic.* & affirmant Mar. Anton. Peregr. *de Iure fisc. lib.1. cap. 2. num.62. vers. in causis arduis ex causa notoriae , & manifestae iniustitiae &c.* cum alijs nuper allegatis per D. Dominic. Tasson. *controuers. iurisd. d. pragm. de Antefat. vers. Obseruat.2. sub num.20. vers. Si Papa videret Regem notoriè cupidum &c.* & allegat Innocent. *in cap.1. in fin. de offic. Ordinar.* sic quoque respondit Tiber. Decian. *in consil.56. num.5. vers. Recursus potest haberi ad Papam , quando notoria esset iniustitia &c. lib.5.* idem etiam replicauit dictus Tassonus *in allegata Prag. vers. Quarto , obseruat.1. num.7.* ibi, *Hinc est, quod tenetur Rex admittere appellationem alicuius condemnati ad mortem quando est in aperto , & notorium malè fuisse condemnatum ; aliàs talis condemnatus, ad Papam appellare potest, &c.*

§.45. Sed quis condignè verbis enarrare poterit, Papae amplitudinem dignitatis, & potestatis ? vnde egregiè asserunt Roderic. Zamorens. *in suo speculo vitae humanae lib.2. cap.1.* & ex nostris Bartholom. Cassan. *in Catalog. Gloriae mundi part.4. consider.7.* Romani Pontificis tantam esse sublimitatem, & eminentiam , tantamque immensitatem, vt nullus Mortalium nedum comprehendere , aut satis exprimere, sed nec cogitare posse, & addo Hieron. Giach. *in consil. de Syndic. num.331. & seq. & 341.* vbi sic inquit: *Papa* † *est Dominus Dominantium, & habet Ius* 46
Regis Regum, estque culmen cunctorum, quae intellectus humanus imaginare potest &c.

Oportet ergo ex supra relatis fateri, quod Romanus Pontifex est ille Magnus † Atlas , qui vniuersis Orbis 47
Terrarum molem sustinet, gubernat, ordinat, fouet, atque disponit, text. habetur *in can. cuncta per Mundum, in can. per principalem 15. quaest.3. in can. duo sunt genera 96. distinct.* per quae, & alia Iura, id absque pugna transire, clarè ex nostris demonstrarunt Anchar. *in consil.373. num.4. 5. & 6.* Speculat. *in tit. de Legat. §. Nunc ostendit.* Petrus à Monte Venet. *in tract. de Potest. Papae cap.1. num.7. & seq.* Ludouic. Bolognin. *in addit. ad Catald. de Boncompagn. in tract. de Potestat. Pap. num.4. vers. Vlterius Papa regit totum Orbem* . Et Theologis verò optimè tuentur Card. Bellarmin. *in tract. de Romano Pontifice , lib.1. cap. 2. & cap.9. & 10. & seqq. & lib.2. cap.12. necnon in tract. de Auctoritat. Concil. lib.2. cap.15.* Card. de Turrecremat. *in Summa de Ecclesia lib.2. cap.24. & seq. & in opusulo de Potestate Papae, quaest.1. 5. 7. 15. 19. 20. 21. & 35.* P. Suarez *in tractat. de defension. Fid. Cathol. aduersus Reg. Angliae lib. 3. titul. de primat. Summ. Pontif. cap.18. num.2.*

Quod adeò est certissimum, † vt etiam de necessitate 48
salutis Summo Pontifici, quilibet mortalium obedire teneatur, aliàs inobedientibus semper erit clausa ianua Regni Caelorum, *text. est in can. quodcumque 24. quaest.1. in cap. nouit. de iudic. & in extrauaganti, Vnam Sanctam Ecclesiam* , ibi , *Porro subesse Romano Pontifici omni humanae* † *creaturae declaramus , dicimus , definimus ,* 49
& pronunciamus omninò esse de necessitate salutis , &c. de maiorit. & obedient. sic pariter concludit S. Thom. *in tractat. de error. Graecor. consf.72.* vbi probat, de necessitate salutis esse, subesse Romano Pontifici, & allegat S. Cyrillum in libro Thesaurorum , & S. Maximum in epistola directa ad Orientales, & ex nostris id referunt Martin. Lauden. *in tractat. de Princ. quaest. 512. incip. Papae omnes tenentur obedire* , & sequitur Felin. *in cap. canonum statuta, 1. num. 10. de Constitution.* Cassan. *in Catalog. Gloriae Mund. part.4. considerat. 7. §. de obedientia, vers. Summo Sacerdoti Christi Vicario Romano Pontifici omnes Reges Christianos oportet esse subiectos , sicut ipsi Domino nostro Iesu Christo;* & ad hoc refert Archiepiscopum Florentinum *in sua summa 3. part. lib. 22. cap. 6. §. 4.*

Inter Christi enim oues , cuius cura commissa fuit Petro , & eius successoribus, † recensendi sunt Prin- 50
cipes omnes , & de hoc nemo Orthodoxorum , aut haereticorum hactenus dubitauit , cùm secus sentire, nihil aliud sit, quàm eos inter reprobos (quod absit) collocare , vt etiam aduertit Cardin. Baron. *in Annal. Eccles. tom.9. ad ann.800. §. si enim Christi*, vbi etiam inquit , *Si ex ouium Christi numero aliquis* † *demoueatur , is inter* 51
Leones, Lupos, Dracones, & alias feras bestias est enumerandus, de quibus animalibus aeque Petro dictum fuit : Occide, & manduca .

Videndus est quoque Antonius Corsett. *in tractat. de potest. Reg. part.3. num. 64. vers. Quaero an omnes Reges Terrae subijciantur Romano Pontifici , & dic quod sic* , Luc. de Penna *in l. quicumque , numer. 10. vers. Papa etiam*

etiam omnes Reges subiecti esse noscuntur, &c. Cod. de omn. agr. desert. lib. 11. Sacri Doctores id optimè, atque constanter probant apud Matth. *cap.* 16. *Tibi dabo claues Regni Cælorum*; & ex illo Ioann. *cap. vlt. Pasce oues meas*, pluraque adducit Cardin. de Turrecremat. *in tract. de Eccles. lib.* 2. *cap.* 15. & exemplo id docuit Valentinianus inclytus Imperator, vt habemus in *can. Valentinianus* 63. *dist.* Et vide supra §. 4. *à num.* 12.

Vnde nil mirum, si irrefragabiliter supradictis stanti-
52 bus, Romano Pontifici, † tamquam Vicario eius, cuius
est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi,
qui habitant in eo &c. non solum spirituali, sed & etiam
gladio materiali euaginato attributa sit, iusta suadente
causa, plenissima, amplissimaque auctoritas, atque po-
53 testas transferendi Imperia, † sceptra frangendi, coro-
nas auferendi, mutandi leges, & similia &c. Text. est *in cap. venerabilem de elect. in cap. ad Apostolica, de re iudic. in 6. in cap. grandi, de supplend. negligent. prael. pariter in 6. in can. authoritatem, in can. alius* 15. *quaest.* 6. *in can. duo sunt distinct.* 96. & idem confirmant ex Theologis, S. Bonauentura *de Hierarchia Ecclesiastic. part.* 2. *cap.* 1. S. Antonin. *in summa part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 3. §. 7. S. Raymundus *in summa de Heretic.* §. 7. Alphons. de Castr. *in tract. de iusta Hæreticorum punit. lib.* 2. *cap.* 7. Card. de Turrecremat. *in tract. de Eccles. cap.* 114. *conclus.* 4. Melchior. Can. *in tractat. de locis Theologicis, lib.* 6. *cap.* 6. Ioann. Driedo *lib.* 1. *de libertate Christiana cap.* 14. Iacobus Simanc. *in tractat. de Catholica Institut. tit. de Papa num.* 25. cum alijs pluribus, ibi allegatis, & addi potest Ioannes Andreas *in dicto cap. ad Apostolicaa, de sentent. & re iud. in* 6. Hostiens. *in summa in titul. de haeretic.* §. *qua pœna puniatur num.* 11. Abb. *in cap. excommunicamus num.* 2. *de haeretic.* Ioseph. Steuan. *in tractat. de Adoratione Pedum Romani Pontificis cap.* 7. Card. Paris. *in annotat. ad Bart. in l. Diui Seuerus*, §. *Præsides in littera B. vers. Papa potest Principes deponere &c. ff. de requir. reis*, Iacob. Simanc. *de Catholic. instit. tit.* 45. *ex num.* 24. Iul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quaest.* 35. *num.* 4. 5. & 6. Tiraqnell. *de primogenit. quaest.* 22. *num.* 4. Anton. Scapp. *de Iure non script. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. Alphons. Aluarez *in specul. Roman. Pontific. cap.* 16. Quintil. Mandos. *in prax. titul. de ingratitud. cap.* 47. *vers. Constantius*, Palat. Rub. *in tractat. de retent. Regn. Nauarr. part.* 2. §. 7. *& in part.* 5. *in princip.* Ferdinand. Loazes *in allegat. pro Oppido de Mala in* 1. *dubitatione in respons. ad* 7. *fundamentum ex num.* 13. Ioann. Selua *in tractat. de benefic. part.* 4. *quaest.* 8. *num.* 13. *vers. Decimosexto Papa*, Ioann. Mariénzo *in Dialog. relator.* 3. *part. cap.* 55. *num.* 10. *& tradit glos. in cap. grandi in verb. Regis de supplend. negligent. prælat. in* 6. Petr. Rebuff. *super rubric. de rescript. sub num.* 4. *vers. Item Papa Imperatorem deponere ex causa potest. Item Reges &c.* Bonifac. Vitalin. *in Clem. Pastoralis*, §. *nos tam num.* 64. *de sentent. & re iudic.* Francisc. Arias *in tractat. de bello & eius iustit. num.* 201. *vers. Ego amplius dico sic, quod Papa potest ex causa ardua priuare Imperatorem, & alios Reges, & contra eos bellum indicere publicum &c.* Marc. Anton. Peregr. *de Iure fisc. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. *vers. Imo Imperatores, Reges, & Principes etiam post Imperium, & Regnum adeptum Papa ex causa deponit, &c.* Bursat. *consil.* 90. *num.* 26. *vers. Papa Principes apostatantes à Fide, priuare potest &c. part.* 1. Guidopap. *decis. Parlament. Gratianopolitan.* 389. *num.* 5. *vers. Quinimò ipse Papa deponit Imperatorem &c.*

Itaque Summus Pontifex (vt fatentur omnes supradi-
54 cti Doctores per iura ab eis allegata) valens est, † ipsos
Imperatores, Reges, cæterosque Magnos Principes,
multò ergo magis cæteros inferiores è sinu Ecclesiæ eij-
cere, rebelles pronunciare, eorum vassallos à præstito
eisdem iuramento fidelitatis penitus liberare; & simul eos-
55 dem Imperio, Regno, & Principatu, † cæterisque di-
gnitatibus, omnibusque bonis, & Iuribus quibuscum-
que ac iurisdictionibus priuare, in eisdemque Imperio,
Regno, Principatu, Dignitatibus, bonis, & iuribus,
56 alios sibi beneuisos subrogare, † pariterque occupatoribus
concedere, seu confirmare.

Exemplum habetur in Ioanne Rege Nauarræ, qui à Iulio II. Pontifice damnatus fuit ob crimen schismatis: vnde eum, ac successores Regno priuauit, omniaque eius bona publicauit, & primo occupantibus ampliè concessit, donauitque vt accidit in persona Regum Hispaniarum Catholicorum tunc viuentium, eorumque successorum, videndus est Alphons. Aluarez. *in specul. Roman. Pont. cap.* 16. Ferdinand. Vasq. *de successión. part.* 2. *lib.* 1. *num.* 155.

Supradictaque plenitudinis potestate, non semel, sed
sæpius dicti Pontifices vsi sunt toties quoties opus fuit ac-
cingendo gladium suum super fœmur suum potentissi-
mè, vt † satis superque palam est, atque de hoc amplum 57
testimonium faciunt tam Theologi, quàm Iuris Ponti-
ficij, ac Cæsarei Professores, atque innumeri inculpa-
tæ fidei Historici tùm sacri, tùm prophani, tam Græci,
quàm Latini: cursim tamen adducam nonnulla exempla.
Nonne Gregorius Papa II. à celsitudine Imperiali deposuit Leonem II. Cæsarem. Gregorius Papa VII. Henricum IV. Imperatorem. Alexander Papa III. Federicum I. Imperatorem. Innocentius Papa II. Othonem Cæsarem. Innocentius Papa IV. Federicum II. Imperatorem. Clemens Papa VI. Ludouicum Bauarum, qui Imperium iniquè vsurpauerat? Exempla diuersorum Regum, aliorumque supremorum Principum ponere supersedeo, cùm sint nota, & videri possint in caterua Doctorum proximè à me adducta *num.* 53.

Maximèque supra relata intrepidè veniunt affirmanda,
cùm dictæ priuationes secutæ non † fuerint in aliquo vi- 58
co, seu diuerticulo; sed in conspectu Cæli, & Terræ,
omnibus applaudentibus, comprobatæ, ac suum effe-
ctum sortitæ; vt omnino concludendum necesse sit,
etiam inuitis dentibus, Vniuersalem Romani Ponti-
ficis Orbis vniuersi potestatem, † ac demandatum Im- 59
perium, nullatenus esse actum vsurpatæ iurisdictionis,
sed veræ, & realis potestatis, nam aliàs incredibile
esset, quod præmissa suum effectum habere potuissent,
prout habuerunt, & sic palam permissa, & approbata
fuissent. Ad † quod rectè confert tritissima illa Iuris re- 60
gula, quod nulla maior probatio afferri valet, quàm ea, quæ deducitur per euidentiam facti, cùm sit omnium probationum illustrissima, per text. *in l. penult. & ibi DD. ff. fin. regund.* Bart. *in l. contra negantem ad fin. ff. ad leg. Aquil.* latè Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 4. *glos.* 1. *num.* 36. Afflict. *decis.* 23. *num.* 6. Rota *coram felic. recor. Gregor. XV. decis.* 575. *num.* 6. cum alijs allegatis in causa *S. Angeli Lombardorum, seu Nullius Iurisdictionis* 26. *Aprilis, & 2. Iulij* 1641. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Nullus inquam admirari debet, si Ecclesiæ Romanæ
Principem triumphanter † coronatum aspicimus tri- 61
plici Corona, tamquam (quod mirabile est dictu) Regem Cæli, Terræ, Inferorumque. Nec immeritò equidem ex nostris dixerunt Augustin. de Anchona *in tractat. de potestat. Ecclesiæ in proœm.* & post eum pius, ac eruditus vir Matthæus de Afflict. *in Commentar. Constitut. vtriusque Regn. Sicil. & Neapol. in prælud. cap.* 13. *num.* 11. quod Romanus Pontifex est supra omnem Principatum, & Potestatem, ac eidem genua cuncta curuantur Cælestium, Terrestrium, atque Inferorum.

Quare si talis, ac tanta est potestas, ac auctoritas
Romani Pontificis, sic prout mirum in modum emi-
net, ita submissè obediendus, & metuendus est, nam
post Deum, Papa præ omnibus debet honorari, Abbas
Siculus *in consil.* 21. *lib.* 1. Bernard. de Bustis *in ser-
mone* 31. *secund. part. sui Rosarij litt. G.* Nicolaus Boer.
in tract. de auctorit. Magni Consilij sub num. 49. *vers. Pa-
pa post Deum præ omnibus debet honorari &c.* Præposi-
tus *in repetit. can. distinct.* 15. *sub num.* 14. vbi ait
Summum Pontificem significari per celebrem Mon-
tem Sinai, † vt ibi latè per eum. Et potissimum quia 62
sicuti de illo Monte data est lex, ita ab ipso Papa
omnes leges, & iura exquirenda sunt. Item quem-
admodum ille Mons sublimior est quolibet alio Monte,
ita Papa sublimior est quolibet alio Potentatu. Et quod
facit ad nos, est, quia vt habemus in Exod. Statuta
erat pœna mortis in eos, qui dictum Montem aude-
rent tangere, & non quolibet genere mortis, sed la-
pidibus, iaculisque confodiendus &c. Et ideò † eadem 63
pœna puniendus veniret quilibet, qui Romanum
Pontificem ausu temerario tangit, impugnando, vel ei
non obediendo.

In hac materia exempla plura, diuinasque vindictas hic addu-

adducere possem: at Belisarius egregius ille Dux, ac strenuus Bellator Iustiniani Imperatoris, vnus pro multis amplam fidem faciet: iste erit buccinator: nam irreuerenter, ac impiè in gratiam Theodoræ Augustæ se gessit cum Pontifice Liberio, vt tradunt Procopius *de bello Gothic. lib.* 1. Petrus Crinitus, Ægid. Perrin. *in vita Iustiniani Imp. quæ habetur apud nos in princ. vol.* Sed ingratus hic, qui deterior fuit Pilato: nam Pilatus ipsum Cæsarem pertimuit; Iste verò timuit incurrere fœminæ offensam, sed certè impunitus non abijt, factusque fuit posteris exemplum. Quoniam ob horrendum sacrilegium, nec satis fuit ad veniam promerendam facti pœnitentia, nam post scelus commissum, quasi solutus ab ebrietate, in se reuersus, considerando immane delictum, se ipsum erubuit, & detestatus est valdè, & vt offensum diuinum Numen sibi redderet propitium, cùm in eius Vicarium deliquisset. Munera enim preciosissima obtulit Templo Beati Petri Principis Apostolorum, & mox Romæ Ecclesiam erigendam curauit, cui præ foribus eiusmodi Inscriptionem incidi voluit; *Patrati criminis pœnitentia perpetuum monumentum.* Quæ Inscriptio intacta manet Romæ in Ecclesia Cruciferorum ad Fontem Triuij inter Pincium Montem, & Quirinalem.

Hanc vir Patritius Belisarius Vrbis amicus
Ob culpa veniam condidit Ecclesiam:
Hanc idcircò pedem, sacram qui ponis in ædem,
Vt miseretur eum sæpè precare Deum.

Nam in exemplum posterorum, prædictus Belisarius ex viro fortunatissimo, magno Copiarum Ductore, qui formidabilem Costhoem Persarum Principem exterruerat, qui Reges seruitutis iugo subiecerat, qui gladio tot Lybiæ nationes domuerat, vir Mauortius, & in prælijs animo Leonino præditus, & tam gratus fuit Iustiniano Imperatori, vt is percusso nummo, in altera parte se, in altera parte Belisarium armatum effinxerit, cum inscriptione hac: *Belisarius Romanorum Decus*, & tandem ex locupletissimo supra omnem fidem: nam teste Ammonio Monacho, cùm priuatus ageret vitam, duodecim millia hominum semper secum habebat.

Is enim (cùm Principes haud impunè in Religionem peccare soleant, & maximè in terminis, de quibus agimus) factus est, heu miser, pupillo nudior, calicem calamitatum largiter hausit, veluti fugitiuum quoddam mancipium rebus suis vniuersis spoliatus est, & vsque adeò redactus est, vt carnificem expectaret, qui ceruices gladio ei secturus esset, tandem verò crudeliter, omni semota pietate, excæcatus fuit; itaque sic angustiatus in vilissimo tuguriolo manens, si infelicem vitam protrahere intendebat, coactus fuit mendicare, clamando viatoribus, *Date obulum Belisario.*

Inuidiæ licet id ipse, & nonnulli tribuerent, sed altius figit oculos Christi fidelis, qui cùm manare cuncta è diuina prouidentia intueatur, non casum incusat, atque fortunam, sed præterita hominum impiè facta considerans diuinam intelliget esse vindictam. Quare æqua libra fatendum est, in Belisarium cælitus Deum iaculatum esse vindictam: recordetur quilibet, quod superius dixi, immane scelus, atque pauendum etiam dæmonibus sacrilegium in Christum Domini, vnctumque in Sanctum Sanctorum à dicto Belisario commissum, vnde affirmandum erit, quod verè iste iusta passus fuerit, optimèque id exagerat Card. Baron. *in annal. tom. 7. ad annum* 561. §. *Sed Ethnicorum hæc sint lamenta, &c. & eodem tom. ad ann.* 549. *in princip.* notabiliter aduertit, post supradictum nefandum scelus Belisarij Imperium Occidentale collapsum fuisse, & omnem eius bellicam vim concidisse, addita enim fuit hostibus bellica fortitudo, itaut innumeras posteà victorias consecuti fuerint.

Insuper videatur gloss. super Deuteron. *cap.* 18. in illis verbis textus, *Quicumque non audiuerit illum, ego vltor existam, &c. vers. Ex quo verbo, habetur, quod impingen-*
64 *tes in Summum Pontificem † grandi pœna sunt puniendi, &c.* & vt ex nostris asserit Gaspar. de Perus. *in tract. de reseruat. benef. cap.* 1. *num.* 11. subtrahentes obedientiam Papæ, vel eius dominium in totum, vel in parte, sunt schismatici, vel hæretici, per iura ibi allegata, & sub n. 27. subdit; Quod obloquentes, vel murmurantes de tanto Domino, scilicet Papa, maximum sibi parant præiudicium in vtroque foro, nec aliud faciunt, nisi in puluerem inflare, excitando in proprios oculos terram, *cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. & addò, Principem maledicendum nequaquam esse, iuxta præceptum Domini, de quo in Exod. *cap.* 22. *& facit L.* 1. *C. si quis Imperat. maledix.*

Nec subticebo, quòd accidit ad hunc propositum glorioso Doctori Gentium Paulo Apostolo: nam † vt le- 65
gimus in Actis Apostolorum *cap.* 23. cùm d. Apostolus contra summum Sacerdotem dixisset: *Percutiat te Deus paries dealbate*: sibique ab astantibus dictum fuisset, Summum Dei Sacerdotem maledicis? Respondit Paulus incontinenti se corrigens: Nesciebam fratres, quia Princeps est Sacerdotum; scriptum est enim, *Principem populi tui non maledices, &c.* & in terminis nostris asserit Hostien. *in cap. nondum, de consang. & affinit.* & post eum Petrus à Monte *in tract. de potestat. Pontif. tit. de præminent. Concil. nu.* 7. non est sine peccato maledicere Papam, & quod maledicens Papam, sit puniendus, probat text. *in c. innotuit* 1. *de maledic.* & alias, prout latè per Bernard. *in pract. cap.* 69. *in nouiss. edit.* Plac. *de delict. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 2. *in fin.* Farinac. *in prax. crim. par.* 3. *quæst.* 105. *num.* 394. *cum seqq.* Vide etiam Guidopap. *decis. Senat. Gratian.* 588. *nu.* 6. ibi, *Qui contra Papam, &c.* Ac in fine subdit, *transgressores Apostolicæ Sedis, esse infames, & tales videntur quatuor Euangelia contemnere per ibi allegata, &c.*

Considerandum † enim est, & simul ratiocinandum 66
in lumine naturali, quod qui captiuat intellectum in obsequium sanctæ Fidei, credendo prout credere debet altissimum mysterium Sanctissimæ Trinitatis, resurrectionem mortuorum, & alios articulos, omnem protsus intelligentiam humanam excedentes, faciliùs profectò poterit captiuare intellectum in obedientiam, & reuerentiam Romani Pontificis successoris B. Petri, Vicarij Iesu Christi, ac Æterni Regni Clauigeri, ad text. *in can. in honorem* 19. *distinct.*

Restat modo, vt præmissis summarijs, aliqua quæ mihi restant dicere, subdam, pro conclusione, quo ad dignitatem, auctoritatem, &c. Romanorum Pontificum, reijciendo etiam nonnullas oppositiones, ac quoque nonnulla afferam contra malos consiliarios, qui non pertimescunt ponere os in Cœlum: Qua occasione multa habes circa ambitionem, & adulationem: & deinde loquar in terminis decisionis.

Paulus Rubeus.

SVMMARIVM SECVNDÆ PARTIS

Annotationis ad Decisionem Secundam.

1 *Papam, qui videt oculo contemplatiuo, & fideli, videt & Christum.*
Christus antonomasticè, & typicè formauit Papam Vicarium suum ad imaginem, & similitudinem suam, dicendo: Tu es Petrus, nam Petra erat Christus.
2 *B. Petrus assumptus fuit in consortium indiuiduæ Vnitatis.*
Papa non est simplex homo, sed quasi Deus, & Vicarius Dei, ibid.
Papa propriè loquendo non est in dignitate constitutus, sed potius in ipso culmine dignitatum positus, n. 2.
3 *in Papa est thesaurus omnium dignitatum, quæ sub Sole sunt.*
Papa est maximus, & potentissimus Dei Sacerdos, num. 2.
Papa solus potest regere, deliberare, & administrare sine consilio Cardinalium, quia ei soli data est potestas, num. 2.
4 *Papa maior est Concilio, & ista veritas est, atque hodie tritissima, martirizata, coronata, & canonizata opinio, quidquid nonnulli latrent.*
5 *Platina ausu temerario non erubuit tentare à Paulo Papa II. ad futurum Concilium appellare, & quid ei acciderit.*
Platina in vitis Pontificum in quibusdam locis est cautè legendus, & quare.
Rosell. a propria passione raptus ob priuatum liuorem contexuit illam suam Monarchiam, in qua in multis contradixit potestati summi Pontificis.
6 *Rosell. non fuit creatus Cardinalis ab Eugenio IV. quia erat bigamus.*
Doctores nonnulli ob indignationem cum Summis Ponti-

tificibus, captis occasionibus stultè de Pontificia potestate oblocuti sunt, num. 6.

Errat in fide; qui à Papa ad Christum appellat.

7 *Papa est Monarcha, & Imperator supremus,*

Papa est Rex Regum, num. 7.

Papa non inconuenit Regius titulus, num. 7.

8 *Papa habet iurisdictionem, non per viam accumulationis, nec per viam gradualitatis, sed per viam, quia ipse est totum continens, idest omnia.*

9 *Papa habet iurisdictionem ab ipso Deo immediatè absque vlla dependentia humana.*

Electio Papæ, quæ fit per DD. Cardinales, est simplex indicium personæ à Christo electæ, num. 8.

Papa, postquam est designatus à DD. Cardinalibus, tunc omnis potestas immediatè ab ipso Christo in talem personam deriuat, num. 9.

Papæ electio potius diuina, quam humana est.

Papa est solus, & nullus secum potens, super omnes potentes, num. 9.

Papa ideò se vocat, seruum seruorum Dei, ne ex tali, tantaque dignitate in superbiam incidat.

Qui maior est vestrum, fit tamquam minister, est præceptum Dominicum, num. 10.

Papa quantò maior cæteris, ideo tantò humiliorem se reputat, & nominat, num. 10.

11 *Papa dum coronatur, imponitur super summitate arundinis stuppæ modicum, & comburitur, atque vnus clamat,* Pater Sancte, sic transit gloria Mundi.

Et hoc fit, ne Papa in culmine dignitatum constitutus, conditionis humanæ obliuiscatur.

12 *apud Romanos triumphare alicui non concedebatur, nisi quinque millia hostium vna acie cecidisset, & nisi auctum esset Imperium.*

13 *Romani existimabant non numero, sed gloria triumphorum excelsius futurum eorum decus.*

14 *Romanorum triumphorum apparatus, & pompa immensa erat, & festiuitas inusitata.*

S. Augustinus tria videre cupiebat, Christum humanatum, Paulum prædicantem, & Romam triumphantem, num. 14.

15 *Triumphantes dum per Vrbem in superbo curru vehebantur, seruus vnus deformis post eos clamabat,* Respice post te, hominem te esse memento: & *& hoc Romani constituerunt, ne triumphantes prospera illa fortuna plus æquo insuperbirent, & insolescerent, ac vlterius, quid permittebant militibus aduersus triumphantes.*

16 *Romani Imperatores Catholici, ne ob dignitatem à vento superbiæ raperentur, se vltimos Dei seruos minimos vocabant.*

Papa cùm sit longè maior Imperatore, non mirum, si profundiori vtitur humilitate.

17 *Papa vocat se, seruum seruorum Dei, ex affectione, iuxta illud Apostoli. Cùm sim liber ex omnibus omnium factus sum seruus, vt plures lucrifacerem.*

Papa vocat se, seruum seruorum Dei, quia omnibus seruit, & vide sententiam S. Bernardi.

Imperantes seruiunt illis, quibus imperare videntur.

18 *Tiberius Imperator in pleno Senatu fassus fuit, se esse publicum seruum, & cuilibet Ciui specialiter subiectum.*

Princeps vigilare, & laborare debet pro salute subditorum.

19 *Iustinianus Imperator pernoctabat, vt subditi Imperio sub omni quiete consisterent, ipso curas pro omnibus suscipiente.*

Principibus summum rerum iudicium Dij dederunt, subditis obsequij gloria relicta fuit, secundùm Tacit.

Amens nisi quis sit, potius eliget, alium sibi præesse, quàm dum alijs ipse consulit, multis negotijs implicari, secundùm Platonem.

Purpuram si quis penitus cognosceret, nec humi quidem iacentem tollere vellet, ex sententia Antigoni Regis.

Purpura adeo venerata, adeò ambita, à fluctuanti mare originem trahit, vnde non mirum si fluxus, & refluxus tot cogitationum secum ferat, & sæpè naufragium felicitatum, quas in illius superficie promittebat.

Purpura plusquam alius color, secundùm Plinium, subiectus est tineis, ita, & cor eius, qui ea induitur.

20 *Papa se dicit non tantum nuncupatiuè, sed etiam substantiuè seruum seruorum Dei.*

Cathedra Petri, spinosa est.

21 *Sacerdotium est prius Imperio, cùm Sacerdotium cœperit in Melchisedech qui fuit primogenitus Noe, Imperium vero legitimum cœpit in Moyse.*

Imperij ius, an sit prius, quam Papatus, & Apostolatus, num. 21.

22 *Papa repræsentat personam Christi, qui secundùm superiorem naturam ab æterno fuit, vnde est illud Esaiæ: Generationem eius quis enarrabit?*

23 *Temporis antiquitas ad nihil deseruit, quando adest maioritas dignitatis.*

Temporalia sunt accessoria ad spiritualia, & pro nihilo habentur comparata ad ea, num. 22.

24 *Dignitatem habens à digniori præfertur habenti eam ab inferiori, quamuis in tempore sit iste anterior.*

Imperator iam olim habuit potestatem à populo, num. 24.

25 *Constantinus Imperator iustum duxit, quæ Dei sunt Deo reddere.*

Constantinus, quod iniustè detinuit, iustè restituit Deo, in manibus Romani Pontificis eius Vicarij, num. 25.

26 *Constantinus nihil de nouo detulit Ecclesiæ, sed restituit.*

27 *Constantini donatio facta Ecclesiæ, fuit potius restitutio, seu bonæ fidei agnitio, quam donatio, & ita multi Iurisconsultorum celeberrimi litterarum memoriæ tradiderunt, vt hic habes.*

28 *Constantinus agnouit Siluestrum Papam tanquam Principem totius Mundi, & ei reliquit Romam, ac potiores partes Imperij, reseruatis sibi partibus Orientis ex tacita permissione Siluestri.*

Constantinus partem bonorum restituit, & partem recognouit ab Ecclesia, tanquam à Christo, per quem Reges regnant, num. 28.

29 *Regius Propheta Dauid spiritu prophetico præsensit Constantini restitutionem faciendam Deo.*

30 *Constantino adhuc idolatræ pugnanti contra Maxentium, apparuit in Cælo signum Sanctæ Crucis, cum inscriptione,* In hoc vince, *& non solum ipse id vidit, & etiam totus eius exercitus, non sine maximo omnium stupore.*

31 *Constantinus postquam vidit in Cælo signum Crucis, & nesciens, quid id significare debebat, apparuit ei Christus, iubendo ei, vt signo Crucis vteretur in prælijs.*

32 *Constantinus transmutauit insignia militaria in Sanctæ Crucis signum, cum quo, diuina regente virtute, hostes aperto miraculo superabat.*

33 *Constantinus mediante signo Sanctæ Crucis, Rhadagasium Regem Gothorum cum immenso agmine vna die tanta celeritate vicit, vt ne vno quidem vulnerato Romanorum plusquam centum millia inimicorum, vnà cum Rege, & filijs necauerit.*

34 *Senatus Romanus erexit superbum Arcum Triumphalem Constantino Imperatori, & inter alia, vt etiam hodie legitur, asseritur quod Constantinus vicerit instinctu Diuinitatis.*

35 *Constantinus quando vicit Maxentium, aliosque Tyrannos, mediante signo Crucis, constans fama fuit tam in Gallia, quàm in Italia exercitum de Cælo fuisse missum ad eum adiuuandum.*

36 *Constantinus etiam adhuc non Christianus, postquam reportauit victorias virtute signi Sanctæ Crucis, Romam reuersus in loco celebri erexit Trophæum d. Crucis, & vide inscriptionem.*

37 *Constantinus non est mirum, si propter immensas gratias obtentas à Deo, & quia manifesto miraculo fuit liberatus à lepra mediante sacro Baptismate.*

Si Vicarium ipsius Dei in terris, idest Romanum Pontificem in Dominum vniuersi agnouerit.

38 *Deus munificus noster, altius exaltauit Constantinum Imp. propter eius bonæ fidei cognitionem Principatus Orbis, factam in personam Papæ, tanquam Vicarium ipsius Dei.*

Constantinus Imperator fuit gloriosissimus, & Magnus per antonomasiam dictus, & omnium votorum compos fuit, num. 38.

39 Con-

39 Constantinus iustum non duxit, vt vbi Christianæ Religionis caput à Cœlesti Imperatore constitutum fuit, ibi Imperator terrenus haberet potestatem.

40 Constantinus contulit se in partibus Orientalibus, ibique condidit Ciuitatem Imperio Romano sociam, veluti ipsius Romæ filiam.

41 Constantinus feliciter, beateque vitam terminauit.

42 Donationem, seu restitutionem factam Ecclesiæ à Constantino, nonnulli ausu temerario impugnarunt, eam falsam, inualidamque vocando, sed meditati sunt inania.

Thales vnus ex septem Sapientibus Græciæ, cum properasset ad contemplanda sidera, cecidit in foueam, & qualiter fuerit delusus.

43 Laurentius Valla inter obtrectatores Ecclesiæ Romanæ præ cæteris licentius, ac insolentius blasphemia verba effudit.

Valla fuit tantæ mordacitatis vir, vt Aristotelem Philosophorum Principem male carpere non dubitauerit, num. 43.

Valla satyricis aculeis armatus contra priscos, & summos I.C. insurrexit, sed Alciatus acriter eius audaciam repressit, num. 43.

Valla fuit vir ridiculus, & musca planè, vt dicitur elephantum, secundum Alciat.

44 in Valla tanta viguit lædendi libido, vt insontes iuxta, ac sontes calumniauerit, ac conspurcare tentauerit.

45 Valla quamuis esset purus purus Grammaticus, fastosè tamen iactabat, se meliores glossas, quam Accursij in Iure Ciuili fecisse, & eas esse editurum, num. 48.

Politianus asserebat se glossasse totum corpus Iuris Ciuilis melius, quam Accursius, & statim interrogatus à Soccino, quid esset sustas? obmutuit, num. 45.

46 Modestia claram, & stabilem parat authoritatem.

Modestia est promptuarium virtutis, num. 46.

Modestia est pulcherrimum Deorum donum, secundum Euripidem, num. 46.

47 Valla, nec ipsis Catholicis Imperatoribus pepercit, eosque non absque aperto mendacio reprehendere volait, & quomodo.

48 Christus non sub Cæsare, nec sub Augusto passus fuit, sed sub Tiberio.

in Vallæ sepulchro adest inscriptio, Nunc quoque mordet humum, num. 51.

49 Valla fuit Iuris ignarus, & ei poterat dictum illud in faciem refricari, Non sapis ea, quæ Dei sunt.

Valla acriter à multis reprehenditur, quia malignè locutus fuit de cessione Constantini, num. 52.

50 in Concilio Constantiensi, inter alios articulos vti hæreticales damnatos, illud quoque legitur, in quo asseritur, Siluestrum, & Constantinum errasse dotando Ecclesiam.

51 Donationem Constantini factam Ecclesiæ asserens esse falsam, vel inualidam, non distat ab hæresi.

52 Impossibilis est probatio negatiua per rerum naturam.

53 Probatio illa est incongruens, quæ non legitur in aliquibus historijs, ergo non est verum.

Typographia nobilissima inuentio, reperta fuit in Germania de anno 1440.

54 Veritatis tanta est vis, vt contra omnium insidias per seipsam optime se defendat.

Veritas non solum res omnes superat, & vincit, quas temporis diuturnitas consumit, sed etiam ex ipso tempore triumphum agit nobilissimum.

Mendacia sunt sicut cometæ, quæ etsi aliquibus diebus fulgeant, & resplendeant, obscurantur tandem, & ad nihilum rediguntur.

55 Donationem Constantini factam Ecclesiæ de verbo ad verbum, qui legere desiderat; consulat Alber. Bursat. & alios, vt hic.

Constantini cessio si non valuisset, Deus non tulisset, vt tot tenebræ in hunc vsque diem, mentes fidelium obscurassent, & tantus error in Ecclesia sua tot sæcula fefellisset.

56 Donatio Constantini an valeat, necne, est quæstio satis agitata inter inquietos Doctores.

Deus, & mundus approbat Constantini donationem.

57 Hæretici, alijque infideles rabiosè strideant, fremant, tabescant, stylum aduersarium exacuant, crudescant, dum maiestatem, splendoremque Romanorum Præsulum oculis eorum noctuæ cernere non valent.

Hæretici, suomet iudicio in barathrum infernale iam sunt condemnati, cum extra gremium Ecclesiæ non detur remissio peccatorum, num. 57.

58 Hæreticorum sectæ, quamuis infinitæ fuerint, nulla tamen Cathedræ B. Petri præualere valuit, nec aliqua simul cum eadem Cathedra asserere potest illud Psal. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.

59 Carbonarij rustici adducitur exemplum, qui fuit magister cuiusdam celeberrimi Theologi in vltimo vitæ discrimine positi, & num. 60. 61. & 62.

63 in Fidei materijs humilitate, & obedientia agendum est, non sophismatis, & subtilibus argumentis.

Dauid Propheta optabat ad altè volandum in contemplatione rerum cœlestium, non pennas Aquilæ, sed Columbæ.

64 Hæretici per viam disputationis non conuertuntur, sed audaciores redduntur, & in ipso congressu firmos fatigant, infirmos capiunt, medios vero cum scrupulo dimittunt.

Hæretici non conuertuntur rationibus, qui non intelligunt, nec intelligere volunt, & potius mori volunt, quam conuerti, num. 64.

Disputatio cum hæreticis est prohibita.

65 Diuina non sunt discutienda, sed credenda, non enim Deus discutere se iubet, sed credere.

66 Hæretici si captiuarent eorum intellectum in obedientiam Cathedræ B. Petri, supponendo eorum capitibus sanctissimam hanc petram, exclamarent vnà cum Iacob, Verè non est hic aliud, nisi Domus Dei, & Porta Cœli.

67 Offensio aliquando procedit, vbi defensio omnis iure exire deberet.

68 Ambitionis scelerata bestia suo venenato afflatu incautos necat.

Ambitio hodie totum Orbem possidet.

Consiliarij Principum aliquando venenati ab ambitione, non pertimescunt ponere os in Cœlum.

Papa facit vnum, & idem Tribunal cum Deo.

69 A Papa appellans ad Deum, vel homines, errat in fide.

Hæresim sentire videtur, qui à sententia Papæ ad Christum appellat, quasi sentiat Papam Christi non esse Vicarium.

70 Papam, si quis asserat in toto Orbe dominium habere super spiritualia, & non super temporalia, cui sit similis.

71 Papa tanquam Vicarius Christi in toto Orbe, spiritualium, & temporalium habet vniuersalem iurisdictionem.

72 Hæretici quoque agnouerunt Papam habere primatum etiam in temporalibus.

Erasmus perfidus ille hæreticus, Romani Pontificis primatum, etiam in temporalibus agnouit.

Henric. IV. Cæsar, quamuis infestus hostis Ecclesiæ Romanæ, & excommunicatus à Gregorio Papa VII. nihilominus clarè recognoscebat primatum, & potestatem Papæ supra rebus temporalibus, &c.

Error est pertinacis mentis non credere Romanum Pontificem super spiritualia, & temporalia habere primatum.

Ambitio in mendacijs apertis fidem suam labefactat, num. 72.

73 Ambitio multos mortales falsos fieri cogit.

74 Contra Ambitionem exclamatio.

Canonistæ id quod vocant simoniam, apud Legistas dicitur ambiens.

Dignitates si quis quæcumque ambitione affectauerat, tricenas libras auri inferre cogebatur.

75 Ambitio quid sit, secundum S. Bernardum, & num. 76.

77 Ambitio est simia Charitatis.

78 Ambitio qualiter à diuersis Legistis fuerit delineata, remissiuè.

79 Ambitionis gloria Angelum felicitate Angelica priuauit, scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit.

80 Eua à cibo non fuit deflexa, nec destituta obliuione man-

mandatorum, sed à promisso honore illecebrosa decepta fuit.

81 *Ambitionis pessimus ventus atram tempestatem excitauit in cœlo, ex qua naufragium tam lacrymabile deuenit. Quid ergo non operabitur in terra?*

82 *Ambitionis cruenta bestia ad lucem deduxit plures hæresiarchas, referuntur nonnulli, num. 84. & n. 85.*

83 *Ambitio est hæresum genitrix.*

86 *ex Ambitione sæpè teterrima bella, & seditiones cruenta orta sunt.*

87 *Ambitio fuit causa quare Mundus fuit infectus pessimo vitio Idololatriæ, & num. 88.*

89 *Ambitio est fons omnium vitiorum.*

90 *Episcopus, vel Clericus si ambiat ampliorem sedem, & suam negligat, veraque priuandus venit.*

Regimen, seu administrationem ambiens, nullatenus venit audiendus, num. 90.

Officio gerendo nullum censuit Plato idoneum, nisi coactè, & inuitus illud susciperet, ibid.

In Sacerdotibus eligendis, quid de tempore Apostolorum seruabatur.

91 *Dignitates, & officia, vt dicebat Sergius Galba Imperator, dumtaxat inuitis, & recusantibus sunt danda, sic etiam faciebat Imperator Alexander Seuerus.*

Ambitio hodie pomposè triumphat, & ausu temerario omnia per quamcumque viam tentat, ibid.

92 *Gens humana audax omnia perpeti, ruit per vetitum nefas, num. 91.*

Ambitio iam more sancta est, & soluta legibus, secundum Plaut.

Ambitio nostra in Cœlis esse deberet, vbi sunt coronæ æternæ, ibid.

Alexander Magnus irrisus fuit à Seneca, quia quæsiuit magnum esse in terra, & non in cœlo, cum terra respectu cœli, sit minutissimus punctus.

Mortalium termini ridiculi sunt.

Ex Ambientium infinita turba, vnus, aut alter fruuntur optatis, votaque referunt satiata rebus.

Rex Salomon, qui omnes Mundi Monarchas in felicitate superauit, tandem satiatus, dixit: Omnia esse afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole, ibid.

93 *Octauianus Augustus postquam per 50. annos placidissimè Vrbi, & Orbi vniuerso imperauit, fassus fuit hunc Mundum nihil aliud esse, nisi ridiculosam scænam.*

Octauianus Augustus diem illum lætissimum cogitabat, quo Imperij magnitudinem relinqueret.

Septimus Seuerus Imperator post gustatas omnes mundi delicias, morti proximus exclamauit, omnia fui, & nihil expedit.

93 *Intellectus hominis, diuina, vel humana respiciens non satiatur, nisi infinitum Deum capiat, qui capacitatem eius, ab ipso manantem impleat infinitum, ex sententia Platonis, ibid.*

Plato Moyses Græcus fuit appellatus:

Ridendum est, quando videmus homines in terrenis delectari, cum id sit ad instar ludi puerilis, quando constituunt inter se Principem, ibid.

94 *in Vita præsenti, cuncta risus, cuncta puluis, & cuncta sunt nihil.*

95 *ab Ambitionis morbo, quilibet se purget, & maximè Consiliarij Principum, itaque non sint de illis, de quibus loquitur Osea, cap. 7.*

Sed asserant vnà cum Dauid, Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebar.

Cæsar magnus est, sed eo maior est veritas.

Imperiale non est libertatem dicendi denegare.

Sacerdotale non est, quod ipse sentit, non dicere.

95 *Regibus, qui consilium dant, gratius seruitium illis facere nequeunt, quam claro dicere veritatem, nec grauiorem offensam, quàm illam palliare, coram Principe, nec quidem verbum falsum quis proferre debet.*

Consiliarij Principum psallunt illud, Placebo Domino in Regione viuorum, num. 95.

Aulici sæpè transeunt per Placentinam, sed numquam per Veronam.

96 *Principes alieni esse debent ab adulatoribus.*

Ambitiosi vitia vitiis cumulant, & scelera sceleribus velant, vt suum intentum assequantur.

Ambitionis fera pessima est nutrix adulationis.

Ambitiosi mediante viperino toxico adulationis, non difficulter quemlibet violant, ibid.

Veritas est Princeps Principi, & quare Principibus obsculandus traditur liber Euangeliorum, dum adest rei sacræ.

97 *Adulatores omnia præ manibus habent, omnia sapiunt, omniaque defendunt præter veritatem.*

Adulatores imitantur Camaleontem, & quare.

Adulatores aliquando quædam asserunt, vt non ab homine, sed à diabolo dicta quis iuraret.

Regis errores aduertens, incidit in periculum, ne occidatur.

Malo naturali ducimur, vt adulatoribus nostris faueamus, num. 97.

Animalia ipsa bruta voces laudatrices libenter sentiunt: exemplum datur de Pauone.

98 *Adulatoribus quia res meliùs succedit, quàm rectà monentibus, ideò facile quis se vertit ad nugas.*

Adulatio, dicta est à cauda, quæ Græci ἀραίμ vocant.

Adulare, qui hodie nescit, aut inuidiæ, aut superbiæ tribuitur, num. 98.

Qui parce adulatur pro maligno habetur, secundum Senecam, num. 98.

Adulatores periti sunt in pingendo falsa veri coloribus, vt Oracula quis crederet.

99 *Bertachin. cùm à quodam Magnate fuisset interrogatus, cur non adularetur, respondit, se tanta scientia non esse, vt adulari sciret.*

ad Lucrum omnes cursim currimus, num. 99.

Lucro studemus omnes, viles, & nobiles, ibid.

Veritatis ea est conditio, vt ipsam sæpe inimicitiæ sequantur, sicuti per adulationem amicitiæ comparantur, num. 99.

100 *Potentes, & diuites cùm omnia habeant, vnum illis deest, scilicet qui eis verum dicat.*

101 *Magnorum misera conditio cùm vera audire nolint, quia aduersa, vel quia contraria sit eius conceptæ opinioni probis audientia denegata.*

Adulatio est perpetuum malum in Rege, secundùm Plutarc.

Veritas in Palatia ingredi non potest, nisi furtiuè, & per fenestras.

102 *cum Magnis, & diuitibus qui conuersantur, aut amicitiam, aut veritatem conuenit eis, vt amittant.*

Viuendum est sibi, & longè magna nomina sunt fugienda.

Gedeoni in domo propria granum mundanti apparuit Angelus, & dixit: Dominus tecum virorum fortissime, & quare, sub num. 102.

Bonum inæstimabile est suum esse, ibid.

Audimus libenter, quod delectat, & offendit omne, quod nolumus, ibid.

103 *Credere quod optamus, nihil expeditius est.*

Iudex qui munera accepit à parte, studendo facili negotio, credit quod opinio, quæ pro illa facit sit verior, & communior, & contraria iniqua.

Munera excæcant oculos Iudicum, ibid.

104 *Persuadere talia esse, qualia Potentum plerique esse volunt, quid faciliùs?*

Amans pronus rapitur in rem desideratam.

105 *sine Adulatione, & liberè veritatem defendentes, gratiam non habebunt apud homines.*

106 *Adulationis venenosa planta, profundas radices egit, sed penitus, & radicitus euellenda veniret.*

Adulatore quid peius, detestabilius, & pestilentius, ibid.

107 *Adulatores iura canonica sufferre non possunt, vnde sancitum est, vt Clerici proni ad hoc vitium degradentur.*

Beneficium Ecclesiasticum si quis assequatur adulationibus, committit simoniam, num. 107.

in Clericis crimen adulationis est capitale, ibid.

108 *Verba adulatoria tanquam inania, frustratoria, & extrinsecè prolata, iura non attendunt ad probandam, vel inducendam obligationem.*

Ver-

Verba adulatoria, non sunt appicticatoria, ibid.
Verba ad complacendum dicta non obligant, ibid.
Verba Curialia non ligant, cùm aulici soleant aliud sentire, aliud loqui, ibid.
Verba adulatoria nullam prorsus inducunt dispositionem, ibid.
Adulatores imitantur coruos, num. 108.
in Coruos melius est incidere, quam in adulatores, ibidem.
109 Corui statim quod inueniant cadauera, effodiunt eorum oculos, sic adulatores illicò oculos mentis virorum excæcant.
Venena non dantur, nisi melle sint circumlinita, ibidem.
Adulatores, cùm eorum adulatorio vento non raro Principes, Regesque ad magna, & quidem virtuosa properantes, & iam è medio cursu portum prospectantes, retro nauigare faciunt infelici velificatione, ibid.
110 Hominum mores, nihil est, quod magis corrumpat, quàm adulatio.
111 Adulatoris lingua magis nocet, quàm gladius persecutoris.
Persecutorum duo sunt genera, scilicet vituperantium, & adulantium, sed plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus persequentis.
Laudantes sunt pessimum genus inimicorum.
Adulatio est pessimum venenum veri affectus.
Adulatio est vetus in Republica malum, teste Tacito.
Diogenes cùm à quodam adulatus esset, respondit: Vt quid me tantum laudasti? vis me vendere mihi? ibidem.
112 Punire solebant Athenienses securi adulatores.
113 Principes illi extollendi sunt, duplicique corona digni, qui nec aures, nec oculos habent, quoad adulatores, & iubent, vt à suis Palatijs alieni sint, & num. 114.
114 Adulatores instar Sirenum, dum dulciter canunt, ad interitum trahunt.
Iurisconsulti Historias callere debent.
Io. Faber. Gomes. &c. excandescunt contra puros illos legistas, qui nihil sciunt de libris Poetarum, Philosophorum, nec in moralibus.
115 Augustus Imp. odio plus, quàm vatiniano adulatores prosequebatur.
116 Adulari, cùm quis tentasset Augustum, statim iussit, vt omnibus videntibus verberibus afficeretur.
117 Augustus Imper. licèt esset Monarcha Vrbis, & Orbis, nihilominus sic modestus erat, vt à nemine pateretur, vt sub nomine Domini appellaretur, ac in transgressores sæuiebat, num. 118.
119 Augustus Imp. Dei nutu prohibuerat se vocari Dominum, cùm eius tempore natus esset Christus Deus noster benedictus, qui erat verus mundi Dominus, & Monarcha.
120 Caiphas Dei nutu prophetauit, dum dixit, oportere vnum hominem mori, ne tota gens periret.
Augustus Imp. nullam statuam sibi poni tulit, sed tantum saluti publicæ, Concordiæque, ac Paci erigi iussit, ibid.
Augustus Imp. in die Natiuitatis Domini, vidit in sphera Solis, Beatam Virginem cum Christo in brachijs, eumque adorauit, & incensum dedit.
121 Tiberio Imp. adeo displicuerunt adulationes, vt nec salutationes, & reuerentias ei tanquam Imperatori exhibitas æquo animo reciperet.
Tiberio Imper. si postulando quis aliquid ab eo verbis adulatoribus vtebatur, stomachatus respondebat, vt reuerteretur.
122 Quia Dominus appellatus fuit à quodam, interpellauit eum, ne sic amplius contumeliæ causa nominaret.
sub Domini nomine hodie si aliquis vocetur, quis dedignatur eo nomine?
Nebulones, & viles homines hodie, si sub nomine Domini non vocentur, putant sibi de honore plurimum detrahi.
123 de Traiano Imperatore Plinius sic in illius æternam gloriam asserit, Cum cæteris omnibus, tum vel maximè adulatoribus obstructus est aditus.
124 Iustinianus Imperator, cùm fuisset à quodam Græco de Diuinitate adulatus, ira motus proprijs vnguibus totum vultum eidem lacerauit, & num. 125.
126 Sigismundus Imper. cùm laudatorem alapis cecidisset, illeque inclamasset, Quid me cadis? Imperator prudenter replicauit: Quid me mordes adulator?
127 Attila Hunnorum Rex, raro exemplo, Mauri Calabri poema concremauit, quia Regium Hunnorum genus ad Deos referebat.
128 Caligula Imperator interficere fecit quemdam solemnem adulatorem, & quare.
130 Philippus Rex Macedonum cùm iudicaret in causa duorum adulatorum, iussit vt primus festinanter fugeret vltra fines Macedoniæ, & secundus eum sequeretur.
131 Adulatores, secundum Taletem Milesium primum ex septem Sapientibus Græciæ, omnium animalium domesticorum pessimi sunt.
Magnates plures totis viribus prosequuti sunt laudatores, seu adulatores, sæuiendo in eos cum atrocissimis supplicijs, vt reliquos ab hoc vitio terrerent, num. 131.
132 Adulatione, asserebat Alphonsus Aragonum Rex, nullis Imperiis nocentiorem pestem, nullum sceptris, regnisque morbum magis exitialem.
133 Adulatio (secundum Carolum V.) est quædam Regia scabies, & venenum, quod sceptrorum intima depascit, & plures hæc vna quam hostes euertit.
134 Romani Pontificis immensam auctoritatem diminuere quærentes fugandi sunt à Principibus.
Laudatores prauorum consiliorum tollendi veniunt, item temerarijs ausibus applausores, item ad vires maiora impulsores, ibid.
135 Adulatores non pauci fuerunt, qui Respublicas, Imperiaque florentissima, &c. ad aliena non semel genua compulere.
136 Adulatores multorum sæculorum Regna, causa fuerunt, vt in puluerem redigerentur.
Regnorum publicas clades, Demosthenes adulatoribus ascribit, num. 136.
Reges, Regnaque sæpiùs adulationibus, quam ferro, & hostibus fuerunt euersa, secundùm Q. Curt.
Pestis nulla efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus, ibid.
Odium grauius non reperitur, sicuti amor simulatus, ibid.
Inter Adulatores, & bonos Consiliarios est illa differentia, quæ est inter Coquum, & Medicum.
Adulatio quid sit, & an sit peccatum, ibid.
137 Adulatores Curias Principum destruunt, licèt sint maiores, quàm alij in ipsis.
138 Adulari discat, quisquis ditari cupit, sapiensque vocari, quia adulatores modo sunt cari.
139 Adulatores ferè in qualibet Principum aula regnant.
140 Principum, Magnatumque misera conditio, cùm ab omnibus eis velatur veritas, adulantur Sacrifici, assentantur Medici, Consiliarij, aut satis amicè consulunt.
141 Magistratus, Proceresque certatim Principis fauorem ambiunt, & ad gratiam ferè loquuntur.
Adulatores ex stultis, qui sunt, solent alios insanos facere, num. 141.
Vtilitas publica, ex quo prosternatur, & detrita remaneat, ibid.
142 pro Vtilitate publica adeunda sunt inimicitiæ, subeundæ tempestates, & cum audacibus improbis etiam potentibus est dimicandum, secundum Romanorum Oratorem.
Principis consiliarius optimus est ille, qui sententiam suam non ad gratiam, aut ad priuatas amicitias, & rationes, sed ad communem vtilitatem refert, num. 142.
143 Adulationis maligna tabes, ipsas Magnorum Principum mentes, vsque adeo inuadit, vt illi ipsi qui ferro fuerunt impenetrabiles, ea mediante vndique pateat accessus.
Principum adulatores Pythagoras impuris comparat mulieribus, & quare, num. 143.
144 Princeps euitare debet adulatores, eique tam molestum esse

esse debet laudari à turpibus, quam laudari ob turpia.

145 Princeps ille felix est, qui fidem tantum praestat illis, qui sunt probatae, & serio discussa virtutis, ac zelum Dei habent, & num. 145.

146 Alexander Imperator amicos, & consiliarios habuit sanctos, venerabiles, non fugientes, non mentientes, &c. & quis illo felicior?

147 Principum consiliarij inter alias qualitates, aptitudine, fide, & probitate conspicui esse debent.

148 Cardinalis Martinus missus fuit Legatus Apostolicus in Daciam Regionem abundantissimam auri, & argenti, & ab ea rediyt adeo mendicus, vt nec necessaria pro itinere complendo haberet, & quid etiam generose egerit, & num. 149.

Vide quid de eo dicat S. Bernardus.

150 Respublica an tutior sit, quando Princeps est malus, amicis tamen suffultus bonis, vel quando est bonus, amicis vero circumsessus malis.

Malus vnus potest a pluribus bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab vno, quamuis bono, vlla ratione superari, num. 150.

151 Adulantium turba obsidet aures Magnatum.

Exitus acta probat, ibid.

Durum est contra stimulum calcitrare.

152 Veritas immortalis est, & licet malitijs hominum possit oppugnari, expugnari tamen nequaquam.

Veritas, quo magis obscurari quaeritur, eo splendidior postea se cernere facit, num. 152.

153 Federicus Imper. postquam de errore ad veritatem venit, ad gremium Matris Sanctae Romanae Ecclesiae rediyt.

154 In publica oratione fassus fuit, se suggestione prauorum hominum ignorantiae tenebris fuisse inuolutum, num. 155.

156 Dignitates, & gloria mundana non tollunt proprium humanae conditionis, nec excludunt ignorantiae vitium.

157 Principes velint nolint, si aures dederint adulatoribus, tandem calamitatibus oppressi coacti sunt amarè flere, se in eorum retes tanquam incautos incidisse, stulsaque praeda aucupatos.

Adulatores improbi, & perniciosi sunt, cum solum habeant oculum ad proprium interesse, & non ad veritatem, num. 157.

159 Regna omnia, Ciuitates, Nationes vsque eo prosperum Imperium habuerunt, dum apud eos vera consilia valuerunt.

Adulatio non est pauperum, aut ignobilium comes, sed est nobilium morbus, ac ruina, saepe Regna quoque subuertit, & Imperia, id affirmante Plutarco.

Principis animum nihil tam alienat ab omni virtutum genere, quàm alere prauos ministros, quorum consilio vtatur, num. 159.

Vitellius damnandus Imperator, cum magnam Imperij partem, nonnisi consilio vilissimorum hominum administrauerit, fortius est exitum talibus amicis, & consiliarijs dignissimum, & qualem.

Adulatio habet principia iucunda, eadem exitus amarissimos affert, num. 159.

Perditionis esca est adulatio, num. 159.

160 Commodum iuuenem Imp. adulatores perdiderunt.

Xerses Dux ille tam sic praepotens debellatus fuit à suis amicis adulatoribus.

Roboam maiori parte sui Regni fuit priuatus propter consilium suorum adulatorum.

161 Adulatio est magna incantatrix.

Adulatio reddit nos tam insensatos, ac stupidos, seu ebrios, vt magis adulatoribus credamus, quàm nobis ipsis, licet id plusquam sciamus, num. 161.

Laudatoribus cauendum est ne patefaciamus aures, tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur, num. 161.

162 Laudari, quando quis se sentit, secundum praeceptum Catonis ad quid aduertere debent.

163 Diuites, & potentes plerumque excaecati ab ambitione, seipsos non agnoscunt, num. 161.

Homo dum in honore est, non intelligit, comparatur iumentis, &c.

164 Alexandri Magni pectus insatiabilis laudis amor accepit.

Alexander Magnus benignas praebebat aures adulatoribus, num. 164.

165 Alexander Magnus cum ictu sagittae percussus fuisset, & vinus obstupuisset, sicque valdè cresceret dolor, coactus fuit fateri mendacia suorum adulatorum, sic suspirando.

166 Omnes iurant me esse filium Iouis, sed vulnus hoc hominem me esse clamat.

167 Veritas longè abest à Palatijs Potentum.

Veritas inuisa prouitat nauseam, vel iram, quamuis sit nuntia salutis, num. 169.

Hostis saepè magis iuuat hostem, quàm amicus amicum, num. 167.

168 Antigonus Rex fassus fuit se solum audiuisse veritatem quadam nocte, qua incognitus à quibusdam rusticis petijt, quid de se tanquam de altero diceretur.

Et tunc ab astantibus omnia eius mala audiuit, & quid ipse querulus fassus fuerit, quando ei fuit allata purpura.

169 Adulator non Regem, sed purpuram colit.

170 Augustus Caesar acerbum dolorem habere se profitebatur, ob mortem Vari, cum amplius non esset, qui ei verum diceret.

171 Principes quando verum audire volunt, facile inueniunt, à quo audiant.

172 Aditus facilis ad Principem omnibus esse debet.

Aditus facilis ad Principem refert quid paterni, ibid.

173 Seuerus Imperator omnes benigne cito audiebat, & cito expediebat.

Princeps talis esse debet priuatis, quales esse sibi Principes, priuatus optasset, ibid.

Princeps inter subditos ita se gerere debet quasi esset vnus ex illis, num. 173.

Nerua Imperator, tantae fuit integritatis, vt teste Cassio, saepè iactauerit, se nihil fecisse, quominus deposito Imperio, securus vitam priuatam ageret, num. 173.

174 Philippus Rex Macedonum, reprehensus fuit à quadam muliere paupercula, & quare.

175 Vespasianus Romanorum Imper. nec etiam dum graui morbo laborabat, audientias intermittebat.

176 Principem oportet stantem mori in audiendis causis, rebusque componendis vsque ad supremum vitae spiritum, & hoc dixit, & facto ipso docuit Vespasianus.

177 Vespasianus, non tam Imperator, quàm Pater communis amantissimus fuit, cum ad bonum commune, nec vltimum vitae momentum renuit, vt transiret inane.

178 Augustus Imperator magna comitate omnes, etiam plebeios ad audientiam admittebat: idem quoque seruabat Theodosius Imp.

ad Constantinum Imperatorem omnibus aditus erat facilis, & ad hoc aures patientissimas habebat, responsaque benigna reddebat.

179 M. Antonius Imperator omnibus adeo ciuilem, & commodum se praestabat, vt placidè cuiuis dexteram daret, & iuberet suis Custodibus, vt quoslibet admitterent.

Obsequium in Principe, & aemulandi amor est validius, quam poena ex legibus, & metus, num. 179.

Facilitate, & clementia, nihil est homini melius, ibidem.

Placabilitate, & clementia nihil laudabilius, nihil magno, & praeclaro viro dignius, ibid.

Imperiali Maiestati nihil tam est peculiare, quàm humanitas, per quam solam Dei seruatur imitatio, ibid.

Gregorij Papae XIII. prudens responsio, si Deo redditurus esset rationem, ex eo, quod tot Altaria Priuilegiata erigebat, ac tot Indulgentias concedebat.

Principum duae sunt Virtutes, Iustitia, & Pietas.

Iustitia per se satis seuera est.

Apes electus in Regem perdit aculeum.

180 Principum illorum infelix conditio, qui subditorum tantum nuda corpora possident, animus vero illorum, aut longè, aut contra eos est.

Dio-

Dionysius Tyrannus cultros tonsorios metuens candente carbone sibi adurebat capillos.

Qui terret, ipse magis timet.

Amor populi monimentum inexpugnabile.

in Principe nil potentius ad amorem subditorum sibi captandum, quam facilis ad eum aditus, & quare.

Subditus beneficium credit, si faciles Principis aures sit nactus, licet ei negetur, quod petit.

Negatio mollibus vestita verbis gratior est morosa largitione.

ad Carolum V. Cæsarem tam facilis erat aditus, vt plebeij ipsi mirarentur in tanta dignitate tantam facilitatem, & quid super hoc solitus erat dicere d. Cæsar, atque affertur eius responsio generosa contra asserentes non carere tantam facilitatem periculis, num. 180.

181 *Rodulphus Imper. cùm vidisset ab eius ministris personas quasdam tenuiores arceri ab eius audientia, perbellè dixisse fertur, Sinite ad me omnes venire; neque ideo Imperator sum, vt arcula includar.*

Magnates debent subuenire oppressis, iudicare pupillis, & defendere pupillos, videatur num. 181.

Pauperes, & oppressi, nisi ipsi eorum oppressiones exponant Principi, actum est; nemo enim pro eis os aperit.

Propinquus pauperis vix reperitur vllus.

Pauper dum non habet, quid offerat in iudicio, quid eueniet.

Iustitia citò violatur auro; nullamque reus extimescit culpam, quam redimere nummis existimat.

182 *à Laudantibus omnia cauendum est, sub hoc enim flore scorpius tegitur, manet coluber sub hac herba, latam ruinam daturus accedentibus.*

Lingua adulatrix stillat fauos madidos latenti veleno, ibid.

Laudem qui plena manu spargunt, sibi ipsi seminant, & in horreo suo messem hanc reponunt.

183 *Credendum non est illis, qui dictant aures verbis, nam i i faciunt, vt locupletent proprias domus.*

Adulatoribus credendum non est, cùm eorum corda, labia mentiantur, ibid.

Adulatorum genus fraudulentum est, mentiri assuetum, doctumque fallere, ibid.

184 *Adulatores palam blandiuntur, clam si occasio vsquam est, aquam frigidam subdolè effundunt.*

185 *Adulatores imitantur scorpionem, nam hoc animal vultus, & venenum quo figit infundit, sic & ille.*

ANNOTATIONIS

Præcedentis Secundæ Partis.

MOdò antequam labefactem aliquas obiectiones in
materia amplitudinis, Dignitatis, & Maiesta-
tis supremæ potestatis Pontificiæ, concludam hic, quæ
latè superius dixi: nempè Papam repræsentare Christum
1 in terris, & qui videt eum oculo † contemplatiuo, & fi-
delis, videt & Christum, latèque prosequitur Præposit.
in can. cum ad verum col. 4. 96. distinct. Philipp. Prob. *in ad-
dit. ad Io. Monach. in præfat. sext. Decretal. num. 60. versic.
Qui videt Papam oculo contemplatiuo, &c.* vbi quoque
inquit, post Præposit. *in d. can. cum ad verum col. 4.* quod
Papa est successor primi hominis Adæ, antonomasticè,
& typicè formauit Filius Dei ad imaginem, & similitudi-
nem suam Papam Vicarium suum, & propterea dixit Pe-
tro, Matth. 16. *Tu es Petrus*, dictus à me Petra, nam pe-
tra erat Christus. In hoc est textus singularis *in can. ita
Dominus 19. distinct.* ibi, *Hunc enim in consortium indiui-
2 duæ vnitatis assumptum, id quod ipse erat, scilicet Petra,
voluit eum vocari Petrum.* Faciunt pariter textus *in can.
in nouo 21. distinct. & in cap. fundamenta eius, de elect.
in 6.* Vnde non est mirum, si Papa non est homo simpli-
citer, sed Deus, & Vicarius Dei.

Insuper aduerte Papam adeò supremum, summumque
esse, vt propriè loquendo non sit in dignitate constitutus,
sed potius in ipso culmine dignitatum positus, vt notant
Card. Zabarell. *in Clem. 1. in 5. notab. de renunc.*

Nam Pontificalis suprema potestas est thesaurus, fasti-
giumque omnium præeminentiarum, ac potestatum
3 † maiorum, quæ sub Sole sunt, Bald. *in l. rescripta sub n. 8.
vers. Papa habet omnes dignitates, &c. Cod. de precib. Impe-
rat. offerend.* Troyl. Malui. *in tract. de Canonizat. Sanctor.
dub. 2. vers. Papa est thesaurus omnium dignitatum, &c.*
Guidopap. *decis. 589. num. 5. vers. Papa habet omnes dignita-
tes, &c.* Francisc. Vargas *in tract. de auctorit. Pontif. propo-
sit. 4. confirmat. 4. num. 7.* Catald. de Boncompagn. *in tract.
de translation. 5. Concil. Basileen. cap. 1. num. 14.* Cassan. *in
Catalog. Glor. Mund. par. 4. considerat. 6.*

Quare Papa est Maximus, & Potentissimus Dei Sa-
cerdos, text. est elegans *in can. nulli fas*, ibi, *Nos, qui Po-
tentissimi Sacerdotis, &c. 25. q. 1.* & fusissimè more solito se
diffundens tractat Barbat. *consil. 1. col. 8. & per totum lib. 1.*
vbi quod Papa solus potest regere, deliberare, & admini-
strare sine consilio Cardinalium, & Episcoporum, quia
soli data est dicta potestas, Matth. *cap.* 16. aliàs non dice-
retur Potentissimus. Et addo Papam † maiorem esse 4
Concilio, & ista est rei ipsa veritas, & hodie tritissima,
martyrizata, coronata, & canonizata opinio, atque pro
verissima habetur, & sat erit allegare, Card. Iacobat. *in
tractat. de Concil. lib. 10. art. 1. à num. 35. & artic. 7. à num.
72.* Erratque in Fide, qui à Papa ad Christum, vel homines
appellat, vt infrà num.....

Non defuerunt nonnulli parum curantes omnia iura
peruertere, qui contrariam opinionem non erubuerunt
patrocinari: nam & ea erronea, longèque falsissima,
& ea est, quæ forsitan decepit Platinam historicum † de 5
vitis, & gestis Summorum Pontificum celeberrimum,
qui ausu temerario non erubuit tentare à Paulo II. Sum-
mo Pontifice appellare ad futurum Concilium, quare
in compedes, terrumque carcerem coniectus fuit, vt ex
ipso Platina refert Marc. Anton. Cuch. *in institut. moral.
lib. 2. tit. 3. de Concil. num. 48.*

Et hic rogo omnes, vt Platinam cautè legant, quippè
quod aliqua in eo indignationis suspicio, in Pontificum
honorem posset timeri, ex supradicto priuato liuore;
sicut etiam similibus captis occasionibus alij odia sua in
Papam disseminarunt, inter quos est Antonius Rosel. de
quo etiam supra in prima part. num.... mentionem feci,
eumque iudicio ipsiusmet subsannaui.

Heu deplorande Roselle, qui raptus à propria passione
suam Monarchiam composuit, indignatus contra Euge-
nium IV. quem defenderat in Concil. Basileensi: nam
Papa voluit eum create Cardinalem ex post, iuxta ante
promissam, sed quia sciuit illum esse † bigamum, propter 6
hanc causam excusando se, noluit eum creare: ob quod au-
fugiens à Curia contexuit illum librum Monarchiæ, in
qua in multis contradicit potestati Summi Pontificis, &
dicit post Siluestr. contra Lutherum *lib. 2. cap. 16.* ex nostris
Neuiz. *in silu. Nuptial. lib. 1. cap. 2. sub num. 152.* quod iste
miser Antonius Roselli fuit vir impijssimus, & per Lega-
tum Apostolicum, & Magistrum Henricum Inquisito-
rem iam dudum condemnatus. Supradicta quoque refe-
runt Lambertin. *de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. art. 13.
num. 6.* & Arnald. Lambertin. *in tractat. de agnoscend. as-
sert. Heretic. quæst. 21. num. 42.* vbi etiam inquit post Bald.
*Quod propter bigamiam non fuit factus Cardinalis Ioannes
de Lignano.* Referre possem plures alios, qui ob priuatos
rancores nonnulla stultè in Pontificiam potestatem oblo-
cuti sunt, vt de Panormitano aduertunt Læl. Iordan. *in
tract. de Romanæ Sedis origin. cap. 8. num. 2.* & Paulus Gry-
sald. *in decisionibus Catholicæ fidei, in verb. Petrus num. 2. in
respons. 1. & 39. contra Lutherum*, & de Petro Ferrariense
post Petr. Rebuff. obseruauit Petrus Paulus Lopys *in flo-
scul. de Clericorum excell. par. 1. num. 58. vers. Petrus etiam.*
Sed de his hactenus, recurro nunc ad alias dignitates Sum-
mi Pontificis.

Item Papa Diuinus Monarcha, ac Imperator supremus
† nuncupatur, vt notauit Abb. *in cap. venerabilem col. 3.* 7
de elect. Innocen. *in cap. vltim. sub num. 1. vers. Nec mereris,
de Sacram. non iter.* Bald. *in l. cunctos 1. col. 2. Cod. de Summ.
Trinit.* ibi, *Post Deum, est Imperator Apostolicus, qui Im-
perium approbat, cap. venerabilem, de elect.* Lotther. *de re be-
nefic. lib. 1. quæst. 16. num. 38. vers. Papa est Imperator Mili-
tiæ Christianæ, &c.* & adde Hippolyt. de Marsil. *in tract. de
Bannitis, in verb. Papa num. 61. vers. Papa etiam potest dici
Imperator, &c.* Restaur. *in tractat. de Imperatore quæst. 50.
num. 30. vers. Papa Imperator Apostolicus dicitur, & qu. 52.
num. 8.* Præposit. *in can. Sancta num. 14. vers. Papa est Mo-
narcha, &c. 15. distinct.*

Item Rex Regum Papa dicitur esse, & ideò Regius
titulus ei non est inconueniens, veluti pulchrè docuit Car-
din.

din. de Turrecremat. *in suo tractat. de Eccles. lib. 3. cap. 4. in solut. secundi argumenti*, & post eum asseruit Marc. Anton. Peregr. *in tract. de iure fisc. lib. 1. cap. 3. num. 84. vers. Principatus Papa est Monarchicus, & Regius, & ideo Regius titulus Papæ omnino conuenit, &c.*

Supradicta enim corroborantur, quia Papa habet iurisdictionem non per viam accumulationis, quia sic esset
8 collega, vel haberet parem: nec per † viam gradualitatis, quia sic haberet priorem se: sed per viam, quia est totum continens, idest omnia, appositèque, vt ratiocinatur Petr. Rebuff. *in tract. de priuileg. scolar. priuileg. 164. n. 7. vers. Sicut Mare non augetur, nec minuitur per concursum fluuiorum, vnde Papa, &c.* vbi etiam sub *num. 8.* subiungit; *ideo Papam magna honestate plura potuisse sibi seruare, & præsertim omisso medio, vt valeat quis ad eum appellare, ad hoc vt ipsum tanquam superiorem recognoscamus, & Dei vicesgerentem, &c.* Nam & proculdubio eam
9 auctoritatem quam habet Papa, ab ipso Deo † immediatè obtinet, absque vlla dependentia humana, *ex Clem. Pastoralis, de re iudic.* cum alijs allegatis à me supra *in præcedent. par. §. 40. à num. 3.*

Nec in nihilo refert, licèt homines, id est sacer Senatus Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium Papam eligat, seu nominet: quia id solummodò est simplex indicium, & signum personæ, quam Christus Dominus suæ Ecclesiæ præesse voluit, cæterùm omnis potestas immediatè ab ipso Christo in talem personam designatam deriuat, prout admodum clarè ostendit Suarez *in tractat. de defension. Catholic. fid. lib. 3. cap. 2. n. 15. & seqq.* asseritque R. P. meus Antonius Diana *in suis moralibus resolut. par. 1. tractat. de immunit. Eccles. resolut. 2.* & ex nostris Lother. *de re benefic. lib. 1. quæst. 46. num. 46. vers. Illa electio sacri Senatus Cardinalis est simplex indicium, &c.* & post eum Ioann. Domin. Tasson. *in suis obseruat. iurisdictional. ad pragmat. de Antefat. vers. 1. obseruat. 2. num. 7. vers. Quia & si homines*, id est Illustrissimi Cardinales Papam eligant, solummodò Deo veluti præsentant, & offerunt, à quo demum suam potestatem recipiat, &c. Proindeque optimè dixit Bald. *in l. 1. §. sed & qui domini sub n. 2. vers. Dico igitur, C. de latin. libert. tolland.* Electionem Papæ potius diuinam, quàm humanam esse, & Zabarell. *in Clem. ne Romani, §. fin. de election.* inquit, quod electio Papæ est negotium Dei, & vocatus dicitur Dei dispositione, *can. licet 8. quæst. 1. & Clem. 2. vers. Super Cathedram,* & ibi not. *de sepult.* inde Papa communiter inscribit, vt puta exemplificando, de regnante Summo Pontifice Vrbano Diuina Prouidentia Papa Octauo. Tandem vt supradicta concludam, læta fronte, & ex voto omnium Catholicorum Romano Pontifici ad Altissimi laudem afferatur, *Tu solus, & nullus tecum potens, super omnes potentes, &c.*

Ex alio capite coniecturari pariter potest immensa di-
10 gnitas, atque plenipotentia Romani Præsulis. † Nam vt notauit Anton. de Butr. *in proœm. decretal.* ponderando Papæ humilitatem, quia se vocat Seruum Seruorum Dei, inquit originem id habuisse, quia Papa non debet ex suprema illa dignitate ascendere in superbiam, sed inter seruos Dei minimum se reputare, oculum habendo ad salubre illud præceptum Dominicum, *Qui maior est vestrum, fiat sicuti minister, can. nullus primas, 9. quæst. 3.* Matth. 20. Luc. 22. Marc. 10. & in terminis est gloss. *in proœm. decretal. & sexti in verb. seruus*. Ideò Papa quantò maior, & excelsior est omnibus, tantò humiliorem, & abiectiorem cæteris omnibus se reputat, nominat, & ne, vt dixi, in arrogantiam propter tantam præeminentiam incidat, & post Butr. etiam considerauit Philipp. Prob. *in addit. ad Ioan. Monach. in proœm. sext. Decretal. in verb. seruus seruorum num. 5. vers. Ex eo quod Papa constitutus in dignitate, non debet scandere in superbiam, &c.*

Hinc quoque credi potest vsu venisse, vt dum Sum-
11 mus Pontifex gloriosè coronatur, † imponatur stuppæ modicum in summitate arundinis, & vidente Pontifice comburatur, atque Cæremoniarius ad eum conuersus, alta voce clamat: *Pater sancte, sic transit gloria mundi*, & ter id fit, vt legimus in Cæremoniali Romano, *titul. 2. de ordinat. & consecrat. nou. Pontificis*, & vt ponderat Gomes. *in cap. 1. num. 45. de constitut. lib. 6.* talis actus fuit ordinatus, ne Papa in fastigio dignitatum existens, conditionis humanæ immemor sit, atque sedendo in illa gloriosa Sede de humilitatis virtute obliuiscatur.

Ratione quoque non † dissimili à Romanis, dum 12
etiam in ipsis tenebris Gentilitas ambulabant, lege cautum fuit, vt si aliquis Dux, seu Imperator ob eius præclaras actiones bello Imperium Populi Romani fortiter propagauerit, dignus reputaretur triumpho. Non enim talem honorem quis assequi poterat, nisi quinque millia
hostium vna † acie occidisset, & nisi Imperium auxisset: 13
quia si aliquid fuerit recuperatum, quod iam in ditione erat Populi Romani, Recuperatori triumphus denegabatur, vt asserit Valer. Maximus *lib. 2. cap. 3. titul. 1. & 3.* pulchram ad hoc expendendo rationem: Quia Romani existimarunt non numero, sed gloria triumphorum excelsius futurum decus. Et ex nostris post Valer. Max. id refert Io. Redin. *in tract. de Maiestat. Princip. in verb. Quam victis hostibus triumphator magnificus num. 2.*

Quando enim, vt dixi, concurrebant requisita trium-
phandi, & victor in superbo curru triumphali † per Vr- 14
bem Capitolium ascensurus vehebatur, læto oculorum obtutu, lubentibus animis, faustis acclamationibus acclamando illum beneficum Patronum, ac Imperij Romani defensorem, propagatorem, &c. atque cum tam magno gaudio, pompa, immensoque apparatu, vt Sol non videret meliùs; reponebat enim æther, & tam inusitata erat festiuitas, & applausus generalis, vt magnus Pater Sanctus Augustinus inter illa tria vota, quæ exsatiari cupiebat, vnum esset, triumphos istos Romanos aspicere: nam teste Ioan. Textor. *in sua officina lib. 1. titul. de varijs homin. votis*, ibi, *Sanctus Augustinus tria habebat in votis, Videre Christum in humana natura, Audire S. Paulum de pulpito fulminantem, ac aspicere spectabiles Vrbis Romanæ triumphos.*

Sed ad nos, quando triumphator, vt dixi, tanta pom-
pa † per Vrbem ducebatur, post eum seruus vnus defor- 15
mis inclamabat ei: *Respice post te, hominem te esse memento*, & hoc Romani faciebant ne talis triumphans prospera illa fortuna plus æquo insuperbiret, ac insolesceret.

Milites quippè etiam propter eandem causam varijs conuicijs triumphantes prosequebantur, narrando eorum prauas actiones, ac dedecora. Sic triumphante à Iulio Cæsare milites dixerunt, *Gallias subiecit Cæsar, Nicomedes Cæsarem, &c.* Item *Romani seruate vxores, mœchum caluum vobis adducimus, &c.* nolo tamen hic plura adducere, qui alia scire cupit, consulat Tertull. *in Apolog.* Paulum Orosium, & Blondum cum eo, *de Roma triumphant. lib. 10. vbi de triumph. Romanorum*, & in multis locis Titus Liuius.

Scimus quoque, quod Romani Imperatores orthodoxi, ne ob excelsam dignitatem à rabie pessimi venti superbiæ raperentur, iuxta monitum Dominicum, de quo su-
prà, † *Qui maior est vestrum, &c.* se vltimos Dei seruos 16
humiliter esse sentiebant: & præter plura exempla, Iustinianus Imperator sic inquit *in l. quas gratias 1.* ibi, *Quo ergo sermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum seruum suum, &c. C. de off. præfect. Præt. African. & gloss. ibi in verb. vltimum*, admonetur, vt noterur, quod Imperator vocat se vltimum seruum minimum Dei.

Romanus verò Pontifex, qui longè, & absque comparatione maior est Imperatore, vt satis demonstraui, ideò tanquam omnium maximus profundiori vtitur humilitate: nam non vltimum Dei seruum, sed seruum seruorum Dei se appellat.

Papa etiam potest dici ideò se vocare seruum seruorum 17
Dei, ex affectione erga subditos; vnde Paulus Apostolus, vt habetur *in can. iam nunc ego, 28. quæst. 1.* dixit, *Cùm sim liber ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem.* Vel ita se nuncupat, quia omnibus seruit, arg. *cap. cum instantia extra. de censib.* & notauit Host. *in proœm. decretal. num. 6. vers. Quia omnibus seruit*, considerauitque Ioan. Monach. *in proœm. sexti Decr. num. 2.* ibi, *Papa dicitur seruus fidelium ratione laboris, quem pro eisdem substinet, &c.*

At hic expendo dictum S. Bernardi *ad Eugenium III. lib. 5. de considerat. cap. 3.* ibi, *An non ideo seruus, quia non vni soli, sed omnibus seruit?* ac deindè subiungit, *Tu quoque dic quæso vbi vnquam sis liber, vbi tutus, vbi tuus? vbique strepitus, vbique tumultus, vbique iugum tuæ seruitutis te premit, &c.* & vt aduertit S. Augustin. *lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 14. Qui imperant, seruiunt ijs, quibus videntur imperare.* Idque optimè cognouit, & fassus fuit Tiberius (vt videre est apud Sueton. *de Tiberij Neronis vita num. 29.*) qui sublenatus

18 uatus ad magnum Orbis Thronum † Romanum, professus fuit in pleno Senatu se esse publicum seruum, imò cuilibet Ciui, ac Senatui specialiter subiectum. Et ipso quoq; asserere solitus erat Imperium esse animal magnum, stantibus extremis laboribus, vt per Stephan. Guazzium in suis ciuilibus conuersationibus lib.2.

Hinc Stoicus Romanus loquendo de Summo Principe, in tract. de cons. ad Polib. inquit. *Omnium somnos illius vigilantia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio &c.* & alibi dixit, *Non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere, audiendi sunt tot hominum millia, tot disponendi libelli, tantus rerum ex Orbe terrarum accurrentium congressus.*

Pulchrè quidem Imperator noster Iustinianus sentiendo pondus Imperij, *in auth. vt iudic. sine quoq; suffrag. eligatur,*
19 §. 1. querulus ait, ibi, † *Pernoctantes, & noctibus sub æqualitate dierum viuentes, vt nostri subiecti sub omni quiete consistant solicitudine liberati nobis in nosmetipsos pro omnibus cogitationem suscipientibus &c.* Meritoq, dixit inter prophanos Historicos Tacit. lib. 6. annal. n. 2. *Principibus summum rerum iudicium Dij dederunt, subditis obsequij gloria relicta est.* Audiamus obsecro Diuinum illum Platonem, qui in lib. 1. de Republ. rotundo ore sic ait, *Vnusquisque qui non amens sit potius eligit alium sibi praeesse, quam dum alijs ipse consulit, multis se negotijs implicare.* Egregiè id agnouit Antigonus Rex Macedonum, qui habitu Regali maiestosè se induens, oculum dando ad sibi oblatam Purpuram, inclamauit (teste Stob. *serm. 46.* & Valer. Max. *lib. 7. cap. 2.*) *O nobilem potius, quam felicem pannum! quem si quis penitus cognoscat, quam multis solicitudinibus, periculis, & miserijs sit refertus, nec humi quidem iacentem tollere vellet &c.*

Sed non ne aduertimus, purpuram ipsam adeò veneratam, adeò ambitam, dum à fluctuanti, & tempestoso mare natalia eius agnoscit, mirum non esse, vt secum portet fluxus, & refluxus solicitudinum, procellas tumultuantium cogitationum, scopulos periculorum, ac curarum, & sæpè naufragium illarum felicitatum, quæ in eius placido aspectu offerebat, & teste Plinio *lib. 3. cap. 27.* Purpura plus quàm alius color subiectus est tineis, sic cor eius, qui ea induitur; scimus quoque tunicam sericam à vermibus originem trahere.

In terminis vero nostris plura congerit Sanctus Autoninus *in summa part. 3. titul. 12. cap. 8.* vbi ex dictis ab Adriano III. Summo Pontifice, qui optimè molestissimas curas, & anxiosas cogitationes annexas illi dignitati supremæ facto ipso sentiebat, S. Antoninus sic concludit, *Et bene se dicit non tantum nuncupatiuè, quam substantiuè Sum-*
20 *mus † Pontifex seruum seruorum DEI.* Itaque quanto solium Romani Præsulis est hominibus venerabile, sacrosanctum Mundo, & Cœlo carum; tanto spinæ solicitudinum Pontificis animum pungunt, & cruciant, & vt inquit idem S. Antoninus, *Spinosa est Cathedra Petri &c.* At de his hactenus.

Redeo modo vnde digressus sum, & tantum respondendo ad duas vanas, & inutiles oppositiones iactas à malignis contra magnum iubar dignitatis, ac auctoritatis Romanorum Pontificum, Vnde supradicta non obnubilantur, quamuis nonnulli inscie garriant, & minus peritè blate-
21 rent, Imperium † esse prius Sacerdotio, ergo præferendum: Quia ad id nullo negotio respondetur per Siluestr. *in sua summa part. 2. in verb. Papa, sub n. 10.* & ex nostris perbellè Cassan. *in Catal. Glor. Mun. part. 4. considerat. 7.* vbi fundatè probant Sacerdotium fuisse prius Imperio, quia Sacerdotium initium sumpsit in Melchisedech, qui fuit primogenitus Noe. Imperium ergò legitimum initium habuit in Moyse, & sic longissimo tempore post.

Quatenus verò quis strictius replicaret, Imperij Romani ius fuisse prius quàm Papatus, & Apostolatus &c. nec ad hoc argumentum deficit congruens responsio, & quidem non longè petenda. Nam Papa absque dubio gerit in terris Vicariam Christi, eiusque personam repræsentat,
22 † vt in confesso est apud omnes Catholicos, & Christus secundum superiorem naturam ab æterno fuit, de quo intelligitur illud Esaiæ Prophet. cap. 33. *Generationem eius quis enarrabit?* Vnde ius Papæ ratione personæ, cuius legatione fungitur, præcessit Ius Octauiani, Ius Cæsaris, & ante omnem constitutionem Mundi. Ita dictam oppositionem in oppositum duxit Ioannes à Capistrano *in tract. de auctorit. Pap. part. 2. 2. part. princip. n. 174.*

Si tamen aliquis reperiretur, qui mordicè, ac obstinatè supradictis claris rationibus recalcitraret, tamen vt eum confundam, ideò id quoque supposito, quod sentit, nihilominus dicta prioritas deseruiet de vento, & qui hanc opinionem defendit, nempè Imperium esse dignius Papatu propter tempus, nihil aliud facit, nisi Æthiopem lauare, quoniam incassum controuertitur de antiquitate
temporis, dum adest maioritas, † ac præexcellentia di- 23
gnitatis: nam spiritualia, quibus Papa omnium consensu præest, *can. cuncta per mundum, & can. principalem, 9. q. 3.* sunt longè digniora temporalibus, *l. sancimus, Cod. de sacrosanct. Eccles.* vnde si quis contrarium asserere tentaret, hæreticus esset, vt in terminis maioritatis Papæ supra Imperatorem notanter aduertit Michael. Vlcur. *in tract. de Regimin. Mundi 2. quæst. principal. num. 18. vers. Contrarium sentire esset hereticum, &c.* ac satis dixi supra *in prim. par. §. 19. num. 1. & seqq.* necnon in proprijs terminis ad confusionem eorum, qui tenent contrarium, plura congerit Præposit. *in repetition. can. cum ad verum, col. 5. vers. Sed dato quod concurrant in tempore, &c. 96. distinct.* Temporalia enim sunt accessoria ad spiritualia, & ideò Christus apud Matth. 6. loquendo de eis dixit: *Hæc omnia adijcientur vobis*, quod adiectiuè dixit.

Rursus nota est illa iuris conclusio, quod habens dignitatem à maiori, præfertur habenti eam à minori,
† quamuis ille posterius fuerit eam consecutus, *cap. cum* 24
certum, cap. per tuas, de maiorit. & obedient. cap. per multa, de præbend. cap. fin. de consuetud. in 6. can. Dominus, iuncta gloss. in verb. elegit, 93. distinct. l. 2. ff. de alb. scribend. Martin. Lauden. *in tractat. de dignit. quæst. 32. vers. vbi autem posterior consecutus fuisset a maiori præcederet, &c.* ac responderunt Natt. *in cons. 637. num. 15. vers. Etiamsi posterius*, Dec. *in consil. 19. num. 214. lib. 3.*

Imperator enim iamdiù potestatem auctoritatemque habuit à Populo, *l. 1. ff. de constit. Princip. §. sed & quod Principi, Instit. de iur. natural.* cum alijs allegatis per Cardin. Zabarell. *in consil. 154. num. 4.* vbi etiam ait, se vidisse æneam tabulam, quæ adhuc est Romæ in Ecclesia Sancti Ioannis Lateranensis, in qua descripta est potestas per Senatum, & Populum Romanum tradita Vespasiano Imperatori, &c.

Papa verò ab Ipso Deo Immortali immediatè absque vlla dependentia humana auctoritatem obtinet, vt paulò superiùs num. 9. probaui, satisque est notum. Quare, &c.

Restat modo, vt respondeam ad aliam non minus ventosam, vanamque obiectionem, ex eo, quia aliqui Doctores nimis curiosi, & valdè inquieti plura iactent, ac debacchentur propter donationem Constantini Imperatoris factam Ecclesiæ: nolo enim hic multùm in-
sistere, tum quia non est necesse, † tum quia peremp- 25
toria vti volo responsione, & sic non erit opus disputare, an Constantinus potuerit minuere Imperium, & an potuerit successoribus præiudicare (nec de hoc posset dubitari, cùm interuenerit consensus Populi Romani, vt *in can. Constantinus, 96. distinct.*) Quoniam Constantinus Magnus diuino, & aperto miraculo per manus Beati Siluestri Papæ à lepra, qua percussus erat, mundatus per lauacrum regenerationis ad Fidem Domini Nostri Iesu Christi conuersus, cedens lumini Spiritus Sancti, & reuerenter attendens, ac diligenter considerans, eius antecessores, & ipsum illicitè detinuisse Imperium, comperto Domini esse terram, & plenitudinem eius, & quod Christus in terram descendens omnem potestatem in Cœlo, & in Terra obtinuerat, Matth. *cap. vltim.* Et ascendens de hoc Mundo ad Patrem in illa plenitudine potestatis Vicarium suum Petrum, & ipsius successores reliquerat, vt satis notum est.

Vnde Constantinus ex his compunctus, dignum, ac iustum duxit, quæ Dei sunt, Deo reddere, sicque quod iniustè detinuit, iustè restituit Iesu Christo in manibus Romani Pontificis, quem reuerenter agnouit tanquam Vicarium Iesu Christi, ac successorem B. Petri; ipsumque Principem totius Mundi professus fuit, & re ipsa id impleuit; cùm Imperium suum, & terrenum thronum subiecit Siluestro Papæ, vt patet *ex can. Constantinus, 96. dist.* & ex authentico tenore, vt dicam infrà *num. 55.*

Quamobrem indubiè, & absque timore Leonum cir-
cumlatrantium, affirmetur Constantinum Imper. † nihil 26
de nouo detulisset Ecclesiæ, sed restituisse, & sic potius re-

stitutio seu bonæ fidei agnitio; quàm donatio, illa nuncupari possit: qua præclara, & inuicta responsione vsi sunt plures celebres Doctores ad labefactandum quidquid ex aduerso vigore dictæ donationis, seu restitutionis vociferatur, & præsertim glos. reputata singularis in can. ego Ludouicus 63. distinct. Ioannes de Lign. in clem. Romani, de iureiur. Bald. in proœm. Digestor. num. 47. ibi, Donatio Constantini valuit quia fuit facta in manibus superioris, vnde potius dicitur resignatio, quàm collatio &c. Zabarell. in clem. Romani Principis num. 8. vers. Non propriè donauit Constantinus, sed resignauit, &c. de iureiurand. Turrecremat. in can. Constantinus num. 1. vers. Non fuit donatio, sed magis restitutio vsurpati dominij &c. 96. distinct. Abb. Panorm. in consil. 83. n. 4. vers. Constantinus nihil de nouo detulit Ecclesiæ, sed potius remisit, vol. 1. Præp. Alexand. in can. cum ad verum, vers. Donatio Constantini fuit potius restitutio, quàm donatio &c. 96. dist. Idem in d. can. Constantinus num. 1. vers. Constantinus dictam donationem facere potuit, imo debuit ratione manifesta; quia potius dicitur agnouisse bonam fidem, & relaxasse, quod indebitè per eum, & antecessores suos erat occupatum &c. eadem distinct. 96. Petr. Andreas Gramm. in repetition. Iul. II. de Symon. Pap. elect. num. 84. vers. Ideo restitutio fuit, & non donatio illa Constantini; quia Domini est terra, & plenitudo eius &c. Beatus Ioannes de Capistrano in tractat. de auctoritat. Pap. part. 2. secund. part. princip. num. 144. vers. Constantinus Imperator, quod iniustè obtinuit, iustè restituit &c. Lucas de Penna in l. quicumque 7. num. 17. Cod. de omni agro desert. lib. 11. ait ex sententia vtrorum magnæ scientiæ quæstionem hanc de donatione Constantini facta Ecclesiæ, fatuam reputari, quia non dicitur Constantinus donasse, sed potius reliquisse, seu dimisisse: Domini est terra, & plenitudo eius, dicit Propheta, & deinde subiungit, vna cum Arch. in can. ego, dist. 63. vbi fit mentio de donatione prædicta, exponit illud verbum, concedo, id est, non inquieto, non molesto, habere permitto, non resisto, quin pacificè, & quietè possideas &c.

26 Nec desunt plures alij DD. qui prædictam Constantini donationem, verè bonæ fidei recognitionem, seu resignationem fuisse intrepidè attestarunt, & præsertim Restaur. Cast. in tractat. de Imperatore quæst. 51. n. 2. vers. nihil Constantinus de nouo detulit Ecclesiæ, sed potius remisit, quod suum erat &c. Calderin. in cons. 3. qui fil. sint legitim. num. 1. ibi, donatio certarum terrarum facta Ecclesiæ per Constantinum, fuit potius quadam relaxatio, seu recognitio, quàm donatio &c. idem respondit Alex. in cons. 2. num. 8. vers. Iurisdictio temporalis pendet ab Ecclesia; quia Ecclesia reseruata sibi substantia commisit exercitium Imperatori in temporalibus, & ideò donatio Constantini fuit potius resignatio, quàm propriè donatio &c. lib. 1. idem quoq; firmauit in cons. 24. num. 23. vers. Erat prius in habitu apud Ecclesiam &c. lib. 4. Marc. Anton. Peregr. de Iur. fisc. lib. 1. cap. 2. num. 25. vers. Ex resignatione Constantini Magni Imperatoris, &c. Augustin. Barbos. in Collectan. Iuris Canon. ad part. 1. Decret. in can. Constantinus, 96. distinct. num. 5. vers. Quin Constantinus donando non tam Ecclesiæ dedit: quàm restituit &c. Card. Iacobat. in tractat. de Concil. lib. 10. artic. vltim. num. 33. vers. Illa donatio Constantini non tam fuit donatio, quàm recognitio, siue restitutio &c. Card.
27 Alban. in tract. de potest. Pap. part. 2. num. 22. † vbi am-
plè testatur, quod multi Iurisconsultorum celeberrimi,
qui de donatione Constantini egerunt, literarum memo-
riæ prodiderunt, Constantinum restituisse potius, quàm
donasse, cùm Papa Christi vices gerat, cuius est terra, &
plenitudo eius &c. & vt asserit Præpositus in can. Constan-
tinus col. 2. 96. distinct. Constantinus agnouit Papam in
28 † Principem totius Mundi, eique relaxauit Imperialem
Ciuitatem Romanam, & potiores partes Imperij, reseruatis
sibi partibus Orientis ex tacita permissione Siluestri, & sic
partem bonorum restituit, & partim recognouit ab Ecclesia
tamquam à Christo, per quem Reges regnant &c.

Pulchrè id quoque tractat idem Alban. in peculiari tra-
ctat. de donation. Constantini, & præsertim vide sub num.
29 24. vbi autumat quod Regius Propheta † Dauid, forsitan
restitutionem hanc Constantini spiritu prophetico præ-
sentiens, edidit, dicens, 1. Paralip. vlt. In manu tua Domine
magnitudo, & imperium omnium, tua sunt diuitiæ, tua est
gloria, tu dominaris omnibus, ego autem, & populus meus quid
sumus, aut possimus tibi promittere, cum tua sint omnia, sed
hæc ipsa, quæ de manu tua accepimus dedimus tibi, hæc
ille, & teste Cardin. Turrecremat. in eodem can. Constan-
tinus in fi. eundem Prophetam spiritu supradictum factum
Constantini præuidisse etiam videtur, dum in Psalm. 138.
dixit, Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confor-
tatus est principatus eorum.

Addo, Constantini Magni pietatis argumentum ma-
ximum † optimè percipi ex ijs, quæ de eo, quamuis ad- 30
huc Christianus non esset, asseruntur, & inter cætera,
quadam die ambulando cum exercitu contra subiugare
volentes Imperium Romanum, & Sol iam ad medium
Cœlum ascenderat, itaque in pomeridianum tempus pau-
lulum dies inclinabat, improuisè vidit in Cœlo figuram S.
Crucis formatam clarissimi splendoris longè maioris ra-
diorum Solarium, in qua lucidissimis, ac apparentibus lit-
teris ista inscriptio legebatur: Ἐν τούτῳ νίκα, idest, in hoc vin-
ce. Nam secundùm aliquos litteræ illæ ex stellis æqualibus
simul conglutinatæ, formatæ erant. Vnde ex dicta visione
Crucis, admiratio ingens ipsum Constantinum, & totum
exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur,
atque adeò huius prodigij spectator factus erat, incessit.
Itaque Imperatorem † diu, multumque de eo cogitan- 31
tem oppressit nox, eique dormienti apparuit Christus Do-
minus noster, cum signo in Cœlo demonstrato, ac præce-
pit, vt exemplari ad imitationem illius signi quod in Cœ-
lo apparuerat fabricato, eo tanquam præsidio in prælio
cum hostibus committendo vteretur.

Vnde lætus Imper. militaria vexilla in Signum Crucis
transformauit, cum quo mirabiliter † diuina regente vir- 32
tute facta congressione hostes superabat. Et inter alios
Rhadagassum Regem Gothorum, qui cum agmine ingen-
ti, immanique, in Vrbis Romę vicinia constitutus Roma-
nis imminebat ceruicibus, vno die, tanta celeritate † sic 33
debellauit, vt nec vno quidem vulnerato Romanorum,
multò amplius, quàm centum millium prosternerentur
eius exercitus, & ipse cum filijs necaretur.

Supradictam admirandam, ac stupendam visionem, quę apparuit Constantino, & eius exercitui, graues Authores perpetuæ memoriæ tradiderunt, & præsertim Socrates lib. 1. cap. 1. Sozomenus lib. 1. cap. 3. Nicephor. lib. 7. cap. 29. Eusebius Cæsariensis de vit. Constantin. lib. 1. cap. 20. 21. 25. & seq. vbi refert eundem Constantinum Imp. cui fuit familiarissimus, proprio ore narrasse dictam visionem adamussim eo modo, quo ipse postea eam scripsit. Imò gloriosus Martyr Sanctus Artemius, qui passus fuit martyrium sub Iuliano Apostata, militando in exercitu Constantini, fuit præsens quando in Cœlo apparuit dicta visio S. Crucis, & proprijs oculis eam vidisse testatur, atque etiam inscriptionem legisse, ac totum exercitum id contemplasse, vt ex Simeone Metaphrast. narrat. Laurent. Sur. tom. 5. sub die 20. Octobr. in vita d. S. Artemij cap. 29. videndus est quoque Cardin. Baron. in Annal. tom. 3. ad annum 312. & post eum Iacob. Boss. in tractat. Triumphantis, & Gloriosa Crucis lib. 6. c. 13. per tot. & ex nostris Petr. Ant. Gamm. in repetition. Extrauag. Iulij II. incip. Cum tam. n. 88. vers. Vidit Constantinus Signum Crucis, &c. Præposit. in repet. can. Constantinus col. 5. vers. Sole iam declinante, vidit Constantinus Signum Crucis ex lumine factum, &c. 96. dist. Marquard. de Sus. in tract. de Iudæis, & alijs Infidelibus p. 3. c. 7. sub n. 39. vers. Constantino Cæsari, fertur Christum apparuisse, & signum Crucis ostendisse, &c.

Præterea ad supradicta corroboranda, adbuc id testatur
Inscriptio, quæ etiam hodie hic Romæ legitur † in ipsius 34
Constantini celeberrimo Arcu Triumphali, ex Senatus
Consulto eidem fabricato, & talis est Inscriptio:

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS MAGNITVDINE. CVM EXERCITV SVO TAM DE TYRANNO, QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

Quod enim dicitur in inscriptionis exordio, IN-
STINCTV DIVINITATIS, id designat, quod prædictum
est. Imò in Panegyrico habito † coram Constantino post 35
reportatam victoriam, narratur quemadmodum exerci-
tus de Cœlo demissus Constantinum iuuit, hancque fuisse
constantem in Gallia, & in Italia famam.

Constātinus verò Romam reuersus cum dd. gloriosis vi-
ctorijs statim in loco celebri, ac multū à populo frequētato
lo-

36 locauit, erexitque illud Trophæum Crucis, † ac Roma-
norum propugnaculum esse demonstrauit, hancque in-
scriptionem in ea incidi mandauit.

HOC SALVTARI SIGNO, VERO FORTITVDI-
NIS INDICIO CIVITATEM VESTRAM TY-
RANNIDIS IVGO LIBERAVI.
ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM VINDI-
CANS PRISTINÆ AMPLITVDINI, ET
SPLENDORI RESTITVI.

Latius id ponit Eusebius *de vita Constantini lib.1. cap.*
33. & narrant Cardin. Baron. *in Annal. tom.3. ad annum*
312. nec non Boss. *in eodem tract. de Triumphal. Cruc. lib.*
6. cap.14. & ex nostris Gamm. *in d. Extrauag. Iul. II. n.88.*
vbi etiam ponit inscriptionem Arcus Triumphalis.

Haud igitur mirum est, si prædictus Constantinus Imp.
memor tanti in se à Deo immortali beneficij collati, ac
37 ex visione SS. Apostolorum Petri & Pauli, & quia etiam,
vt dixi, miraculosè à lepra, mediante sacro Baptismate,
fuerit liberatus, Vicarium ipsius Dei, nempe Romanum
Pontificem Siluestrum in terris recognouerit in Domi-
num Vniuersi, propter quam recognitionem Munificus
38 † Deus ipsum altius honorauit, vt tangit S. Augustinus
de Ciuitate Dei lib.5. cap.25. fuit enim gloriosissimus, &
omnium votorum compos.

Insuper dictus Constantinus iustum iudicauit, vt vbi
39 Principatus Sacerdotum, & Christianæ Religionis † ca-
put à Cælesti Imperatore constitutum fuit, ibi Imperator
terrenus non haberet potestatem; ita ratiocinatur *text.*
in cap. fundamenta, §. Ne autem de elect. in 6. cum alijs
relatis per Castald. *in tract. de Imperator. quæst.77. num.2.*
vers. Quia iustum non erat &c. Quare in partibus Orien-
40 talibus se contulit, ibique † condidit Ciuitatem Constan-
tinopolitanam Imperio Romano sociam veluti ipsius Ro-
mæ filiam. Sed ne iusto longior sim, multa alia in pro-
prijs terminis adducit Ioannes à Capistran. *in tract. de*
auctorit. Pap. part.2. secund. part. principal. n.144. vers. Con-
stantinus igitur cedens lumini Spiritus sancti.

41 Ac tandem dictus Constantinus feliciter, ac beatè † vi-
tam terminauit, teste S. Gregorio, Ambrosio, Isidoro &c.
& ex nostris asserit Bursat. *in consil.124. num.59. vers. Con-*
stantinus inter Sanctos connumeratur &c. part.1.

Nec subticere valeo, me non latere aliquos adfuisse
42 tam perfricatæ frontis, qui eam donationem † à Con-
stantino Ecclesiæ factam, falsam, fabulosam, inualidam,
inanemque appellarunt.

Quod enim ea fuerit facta non vtar argumentis quasi
res dubia, & obscura esset, cum de ann.476. Zeno Imp. glo-
riosæ memoriæ, sic ait *l. Diui, 5. Cod. de natural. liber.* ibi,
Diui Constantini, qui veneranda Christianorum Fide, Ro-
manorum minuit Imperium &c. Ita enim in codicibus an-
tiquis, & in manuscriptis legibus, quamuis nonnulli dein-
ceps fuerint impudenter adulterati, in quibus loco illius
verbi, *minuit*, scriptum est, *muniuit*: sed libri veteres, omni
fide dignissimi, rem hanc clarissimè prodiderunt. Iusti-
nianus noster Imperatoriæ vocis oraculo idem ferè protu-
lit, vt latè ponit Cardin. Alban. *in tractat. de donat. Con-*
stantini num.9. & 29. vbi de alijs Imperatoribus.

De illius verò validitate nec leuiter dubitare stultum
erit, per superius à me relata *num.25.* Itaque strideant Ni-
colaus Cusa, Dantes, & alij; nam prædicti à viperino to-
xico superbiæ venenati, & à perfida ambitione excæcati,
necnon odio splendoris veritatis insano, cæcoque conatu
contra eam donationem, seu, vt dixi, restitutionem inuecti
sunt, potius, vt ex eorum pectore indigestum venenum
euomerent, quam vt aliquid boni post se scriptum relin-
querent, conglutinando, vt ipsorum chimeras defende-
rent, debilia, fragilia, ac ventosa argumenta.

Mos est enim perditorum hominum, qui quod ante
pedes est intueri non substinent, & Cæli scrutantur plagas,
sicuti accidit Thaleti vni ex septem Sapientibus Græciæ,
qui vt narrat Plato *in Theætet. lib.13.* cùm è domo exijsset
nimis curiosè ad contemplanda sidera, præcipitauit in
quadam fouea, quo viso ab eius famula illum irridendo
dixit: *O Thales? non erubescis velle Cælum speculari tam*
à nobis distans, postquam non discernis in terra id, quod an-
te pedes habes? &c. Sed loquendo in terminis nostris, vs-
que adeò erexit arrogantia supercilium, vt nonnulli, vt di-
xi, dictam donationem Constantini tamquam figmen-
tum irrideant, inualidamque eam prædicent; prout præ-
43 sertim fecit Laurentius Valla, † qui inter obtrectatores
Ecclesiæ Romanæ præ cæteris licentius, atque insolentius
verba blasphemiæ effudit, vt inquit Cardin. Alexandrin.
infra citandus; is namque impiè integrum tractatum con-
tra dictam donationem contexuit. Quis enim est adeò in-
ris, & rationis imperitus, qui non intelligat, omnia eius
argumenta, potius esse deridenda, quam refellenda?
Nam & insuper fuit tantæ petulantiæ, & talis mordacita-
tis vir, vt Aristotelem Philosophorum Peripateticorum
Principem malè carpere non dubitauerit, & omnes Lati-
næ linguæ egregios authores liuido, atque canino dente
ita taxare, vt nemini pepercerit. Satyricis aculeis arma-
tus, etiam contra nostros summos Iurisconsultos surrexit,
eosque latinitatis læsæ Maiestatis reos facit; & id quàm
impudenter liquidò constare facit Alciatus noster Iuris pe-
ritissimus, & Iuris peritorum eloquentissimus *in lib.4. de*
verb. signif. §. Laurentius Valla, nec à Iureconsultis quidem
se temperauit, quo minus illis diem diceret, & Latinæ maie-
statis læsæ reos faceret &c. ac in l. quæstio num.8. ff. de verb.
sign. vers. Ridiculus ipse Valle Iurisconsultum nostrum in-
crepat, musca plane, quod dicitur elephantum &c. aliaque
asserit contra eumdem in tractat. de quinque pedum præ-
script. & refert Tiraquell. *de retract. lignager. §. 1.*
glos.4.

Itaque ad † mordendum, & calumniandum calamum 44
habuit perquam paratissimum, tantaque viguit in eo læ-
dendi libido, vt insontes iuxta, ac sontes calumniauerit, ac
conspurcauerit, suoque supercilio nihil fuit arrogantius,
nimis odiosè sibi placendo: ò crudeles cogitationes! ò in-
gratum filium! † quia Matri suæ (id est Ecclesiæ Roma- 45
næ omnium fidelium Matri) propriam amplitudinem, &
potestatem tollere, sed incassum, non horruit. Insuper talis
etiam audaciæ fuit, vt quamuis purus putus Grammati-
cus esset, tamen magnum Iurisconsultum se esse profite-
retur, & superbia, totus plenus fastosè iactaret, se me-
liora, quàm Accursium fecisse glossemata in toto corpore
Iuris Ciuilis, citoque ea editurum. Sed illud Vallæ profe-
ctò obtigisset, quod Alciatus *in lib.4. de verb. signif. in fin.*
Politiano asserit euenisse, qui hanc eamdem iactationem
faciens, interrogatus statim a Soccino, quid esset suitas,
obmutuit. Repudiasti insuper ò Valla, modestiam, quæ vt
inquit Orator Romanus *lib.2. de inuent.* claram, † & sta- 46
bilem parat authoritatem. Et Menander Græcus Poeta,
eam promptuarium virtutis appellat, sicut & Euripides,
nuncupat illam donum pulcherrimum Deorum.

Ipse etiam Valla Catholicos Imperatores non absque
aperto figmento reprehendere voluit, dum increpauit
Christianos, qui non erubescunt appellare Imperatores
Cæsarem † Augustum à damnatis Tyrannorum nomini- 47
bus, qui non modo oppresserunt Rempublicam, sed sub eo-
rum gladio Rex verus Cæli, & Terræ occisus est. Relicto
enim quod à Christo, & ab Ecclesia approbatum est Impe-
rium, & nomina prædicta, *vt in c. nouit. de iudic.* Nec enim
sub Iulio Cæsare, nec sub Octauiano Augusto, sed † sub Ti- 48
berio passus est Christus, vt non tam ex Orosio, Eutropio,
ac aliorum paganorum historijs, sed & ex sacri Euangelij
lectione cognoscitur, ita Hieronym. Cagnol. *in proœm. Di-*
gest. num.82. vbi ex hoc exclamat contra dictum Lauren-
tium Vallam: & addo, vt magis patefaciam eius mordaci-
tatem, in illius sepulchro, talem inscriptionem legi.

Nunc quoque mordet humum.

Vt refert Hieronym. Zanch. *in repet. l. hæredes, §. cum*
ita part.3. num.36. ff. ad Trebell. & in terminis nostris vi-
deatur Cardin. Alexandr. *in d. can. Constantinus*, vbi di-
ctum Vallam non parum aspernatur, & apertè constare fa-
cit eum penitus Iuris † ignarum se demonstrasse. Vnde 49
& illum, tamquam virum audacissimum damnat, con-
futatque Restaurus *in tractat. de Imperator. quæst.51. n.8.*
vbi agit de omnimoda validitate donationis Constantini,
& contra eundem Vallam plura inclamat Augustinus
Steucus, vir Græcè, Latinè, Hebraicèque doctissimus in
suo aureo libello, quem edidit pro Religione Christiana
aduersus Lutheranos, *lib.2. num.15.30. & 50. & lib.2. nu.*
53.169.182. & seq. & latè quoque contra Vallam viden-
dus est Ludouic. Bolognin. *in suo comment. priuileg. stud.*
Bonon. vt refert Afflict. *in comm. Const. Regn. Neap. in præ-*
lud. quæst.2. n.2. vers. Donatio Constantini est vera, & vali-
da, contra Laurentium Vallam.

Cæterum, vt alias dixi, absurditatis quàm sint plena ea,
quæ Valla, alijq; eius sequaces in dicta donatione impijssi-
mis blateramentis lasciuiunt, nũcupando eam fabulosam,

inualidamque iudicent etiam illi, qui capillum tantùm ra-
tionis,ac pietatis possident. Nemo enim citrà dementiam,
vel citrà hæreticæ prauitatis horrendum crimen, celata ab
eis similia monstris pronunciabit.

Nam in Sacro Concilio Constantiensi, inter alios arti-
50 culos, † qui vti hæreticales, ac diabolici fuerunt damnati,
illud quoque legimus,in quo asseritur, *Siluestrum Papam,*
& Constantinum Imperatorem errasse datando Ecclesiam,
prout *in prima session. & in fin. dicti Concil.* vnde pernecces-
se supponitur eam donationem factam fuisse, validamque
existere.

Mirum ergo non est, si plures Doctores affirment non
51 longè distare ab hæresi, asserere † prædictam donationem
factam minimè esse, quatenus verò factam non tenuisse,
vt post Panorm. Alban. aliosque asserit Bursatt. *in cons.* 124.
num. 38. *& 42. vers. Id affirmare non distaret ab heresi*, &
addo Roland. à Valle *in cons.* 88. *num.* 28. *vers. De donatione*
Constantini non conuenit dubitare, cum non procul sit ab he-
resi tenere contrarium,&c. lib. 1. & Menoch. *in cons.* 149. *nu.*
39. *vers. Ille, qui affirmat donationem factam à Constantino*
Ecclesia non esse validam, non est procul ab heresi, &c. par. 2.
& vt dicitur *in d. cap. fundamenta, §. ne autem, de elect.*
in 6. non sine miraculo, & diuinitùs id fecisse Con-
stantinum, & ideò notat Bald. *in vsib. feud. in princip.*
col. 4. id potius fuisse diuinitatis, quàm humanitatis, &
sequitur Alexan. *in consil.* 24. *num.* 22. *vers. Donatio Con-*
stantini facta Ecclesia, est potius diuinitatis, quam humani-
tatis, &c. lib. 4.

Nec manum quidem vertamus circa fragile argumen-
tum factum ab illis, qui prædictam cessionem Constanti-
ni putant figmentum, ex eo, quia in aliquibus eorum
temporum desit historijs. Quæ coniectura quam sit va-
52 na, & aerea, apertum est, cum † impossibilis sit negatiuę
probatio per rerum naturam, *cap. bonæ, de elect. cum simil.*
& in proprijs terminis optimè ostendunt Restaur. Castald.
in tractat. de Imperator. quæst. 51. *num.* 9. *& seqq.* Alban. *in*
tractat. de donat. Constantin. num. 5. Iacobat. *in tractat. de*
Concil. lib. 10. *artic. vlt. num.* 18. Præpos. *in repet. can. Con-*
stantinus, col. 4. *vers. Dato quod in historijs, &c.* 96. *distinct.*
Bursatt. *in cons.* 124. *num.* 33.

Non enim est congruens, & concludens probatio ne-
gatiuæ: Non legitur in aliquibus historijs, ergo non fuit
53 facta; † quia sat est eam factam extitisse, & nihilominus
non fuisse scriptam in illis historijs, vel ab eis non visam,
vel malignè omissam. Potest pariter esse, historicos eam
descripsisse, & quòd aliquis malignus inuidendo tantæ glo-
riæ Constantini defraudauerit historias, cùm id tunc non
admodum difficile esset. Nam de eo tempore nobilissima
Typographiæ inuentio ad lucem nondum venerat, sed lon-
gissimo tempore post, quoniam circa annum Christi 1440.
in Germania (quidquid dixerit Paulus Iouius) à Ioanne
Guttenberg secundùm communẽ opinionem reperta fuit.

Denique certissimum est, quòd ex eo solùm, quia id prę-
termissum extiterit ab aliquibus historijs, non tamen ne-
cessariò excluditur ipsa veritas, & iustificatio resultans ex
alijs probationibus expressè, & in specie de hac præclara
materia loquentibus, vt ex deductis per Innoc. *in cap. cum*
auditis sub n. 4. *de præscript.* ac per Ias. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. solut.*
matr. in puncto, de re omissa ab aliquibus historicis, quod
non excludebat probationem veritatis ex alijs, respondit
Rota *in Toletana decimarum de Capilla* 15. *Decemb.* 1636.
coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio.

Certè supradicta defraudatio eò faciliùs credi potest,
quia Imperatores sequentes (vt ferunt historiæ) summa
ope, & totis viribus nixi sunt, ne posteris talis concessionis
Constantini memoria prorsus aliqua quoque modo inno-
tesceret: sed frustratoria fuit omnis diligentia, & medi-
tati sunt inania; nam vt post Cassiodorum, Hugonem
Florentinum, Alexandrin. aliosque affirmat August. Steu-
cus *in suo libello contra Valla declamationem de fals. do-*
nat. Constantin. lib. 1. *num.* 33. apud Priscos, constantissi-
ma fuit fama, Eusebium in libro Enneadum de vitis Pon-
tificum sub Siluestro, totam de Constantini donatione, la-
uacrique Baptismo conscripsisse historiam, &c.

Insuper securus quilibet sit, nisi prædicta robore verita-
tis fuissent subnixa, certè nec constans fama omnium ser-
mone adeò percrebuisset, argum. *l.* 3. *§.* 1. *ibi*, consentiens
fama confirmat, *ff. de test.*

Licentia enim hic mihi detur, exclamandi vnà cum Ro-
54 manę eloquentiæ † quasi Deo, Marc. Tull. qui publicè cau-
sam Marci Cæcilij in Senatu Romano defendens, in hæc
verba prorupit: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum*
ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insi-
dias facile per seipsam defendat. Et idem Tullius, peroran-
do in causa Vatinij, pariter exclamauit sic, *Tantum semper*
potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam
hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit, & licet in causis
nullum patronum, aut defensorem obtineat, attamen per seip-
sam inuicte defenditur. Quare veritas vi sua non solùm res
omnes vincit, ac superat, quas temporis diuturnitas confi-
cit, & consumit vetustas, sed etiam de ipso tempore trium-
phum agit nobilissimum. Mendacia enim (ex sententia
Senecæ) sunt ad instar Cometarum, quæ & si aliquibus
diebus fulgeant, & resplendeant, obscurantur tandem, &
ad nihilum rediguntur. Sed de his hactenus.

Supradictę verò cessionis Constantini Cæsaris tenorem,
si quis legere desideret, illam de verbo ad verbum refert
I. C. illustris, ac probatissimus Alberic. de Rosat. *in l. om-*
nin, 1. *§. in initio num.* 6. *ff. de offic. Præfect. Vrb.* qui testatur
eundem ab originalibus, † publicisque traditionibus acce- 55
pisse, & in Alma Lateranensi Ecclesia conseruari, refert
Paul. Grisald. *in decisionibus Catholicæ fidei, in verb. Im-*
perator num. 2. Eamque quoque per extensum post Albe-
ric. & alios ab eo citatos, ponit Francisc. Bursatt. *in suo ce-*
lebri consil. 124. *à num.* 35. *lib.* 1. vbi latè, ac mirabiliter à
multorum morsibus eam donationem solidis auctoritati-
bus, viuisque rationibus certus de palàm tuetur, turpiter
aduersarios in fugam mittendo. Quale consilium valdè
extollitur à Camillo Borello in addition. ad Petr. Belluga *in*
specul. Principum rub. 9. *num.* 7. *in verb. Beato Siluestro, in fin.*
cui & se subscribit.

Piè ergo credamus, numquam Christum ipsum ferre
potuisse, si dicta cessio non valuisset, vt tot tenebræ, in
hanc vsque diem mentes fidelium obscurassent, & tantus
in Ecclesia sua error tot secula fefellisset: & hic quoque
facit celebre dictum Gamalielis, cuius & memini supra,
scilicet quæ à Deo non sunt, diu firma, & stabilia esse non
possunt, vbi enim Christus, qui seipsam veritatem esse
profitetur, non est fundamentum, ibi, *omne superædifica-*
tum cito corruit, can. principatus, & can. cum Paulus, 1. *q.* 1.
& iam dixi.

Ad satietatem tamen, si quis videre vellet innumeram
cohortem Auctorum in diuersis scientijs, sanctitate, do-
ctrina, auctoritateque venerandorum, ac eminentissimorũ
prædictam donationem defendentium aduersus inanes la-
tratus hæreticorum, ac etiam eorum, qui Christianam pro-
fitentur pietatem, eamque donationem, seu vt dixi, bonæ
fidei recognitionem factam à Constantino, tanquam mu-
rum impenetrabilem reddunt, abundè, longaque serie re-
ferunt Petr. Cened. *in suis Collectan. Iuris Canonic. collect.*
109. *num.* 4. & D. August. Barbos. *pariter in dd. Collectan. ad*
can. Constantinus num. 3. 96. *distinct.*

Punctum modo faciamus huic controuersiæ satis inter
criticos, † inquietosque Doctores agitatæ. Quis enim au- 56
det dicere, quod tot, & tanti Pontifices viri summæ per-
fectionis, & miraculis gloriosi, qui omnia temporalia, vt
stercora arbitrabantur, quorum doctrina fulget Ecclesia, si-
cut Sol, vt huiusmodi temporalia contra iustitiam, ac Dei
voluntatem detinuissent? Imò potius vsque hodie contra-
dictores eorum formidabili videmus morte consumptos.
Sic grauiter ratiocinatus est Michael Vlcur. *in tractat. de*
Regimin. Mund. par. 2. *quæst.* 4. *principal. num.* 12. & in fine
concludit prędictam cessionem Constantini factam Eccle-
siæ, validam esse, nec de Iure vllam pati difficultatem.
Quare cùm Deus, & Mundus eam approbent, prudentis
non erit de ea disputare, nam Dei spiritu fuit facta, sicut
concludit Petr. Philipp. Corn. *in consil.* 1. *num.* 9. *vers. Quam*
donationem Deus, & Mundus approbant, &c. par. 3.

Possem hic modo reijcere multas obiectiones iactas cō-
tra Romanos Pontifices à perfidis hęreticis, † schismaticis, 57
&c. dum ore sacrilego contra rerum naturam, contra sa-
cras litteras, contra Ecclesiam Catholicam, contra Syno-
dos omnes, contra vnanimem consensum Patrum, deni-
que contra veritatem clarissimam Sedis Apostolicæ, & Ro-
mani Pontificis primatum, negant: sed non mirum quia
tantam maiestatem, auctoritatem, necnon splendorem, o-
culis suis noctuę cernere non valent, & maledictis maledi-
cta retundere possem, ac in caput ipsorum retaliare.

Sed relinquam eos rabiosè stridere, fremere, rodere, fu-
rere, tabescere, sibilare, & infeliciter quantum valent sty-
lum

lum aduersarium exacuant, necnon ferociter crudescant,
congruitque illud Psalm. 111. *Peccator videbit, & irascetur,*
dentibus suis fremet, & tabescet, nam iam iam suomet iudi-
57 cio in barathrum infernale † condemnati sunt, cùm extra
gremium Ecclesiæ Romanæ exulent, extra quam non da-
tur remissio peccatorum.

Contemplandum enim est, quot hæretici diuersis tem-
poribus aduersus sacrosanctam Romanam Cathedram
B. Petri surrexerunt: Nicolaitæ, Ebionitæ, Arriani, Nesto-
58 riani, & alij † vltra sexaginta hæresiarchæ relati in text.
can. quidam autem, 23. q. 3. cum pluribus penè infinitis, &
tamen nullus præualere potuit aduersus eam, nec aliquis si-
cuti Cathedra ipsa Romana poterit dicere cum Propheta
Regio in Psalm. 128. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute*
mea, etenim non potuerunt mihi, &c. Insuper semel ea, quæ
decisa sunt, non debent ampliùs in disputationem reuo-
cari, vt per Gelasium Papam *in can. Achatius, & in can.*
maiores, 24. q. 1.

Sed vt desinam loqui cum hæreticis, alijsque infidelibus,
59 commendemus obsecro memoriæ, & strictè † digito affi-
gemus exemplum illius Carbonarij rustici, quod refert Pi-
ghius *lib. 1. cap. 5. sua Ecclesiastica Hierarchia*, & ex no-
stris mentionem facit Michael de Aniu. *in tractat. de v-*
nitat. ouil. cap. 39. num. 16. vbi etiam rogat, vt nunquam
à memoria nostra excidat sequens exemplum.

Cùm eximius, ac celeberrimus quidam sacrarum litte-
rarum Professor simplicissimum quemdam hominem
Carbonarium interrogasset, quid crederet? quasi circulo
60 quodam † respondebat homo ille quidem simplex, sed sa-
piens dicens, se credere, quod Ecclesia Romana credebat,
& percontatus quid Ecclesia crederet, rursus respondebat,
quod ego credo; nec ab hoc circulo potuit remoueri.
Theologus autem posteà ex graui infirmitate decumbens,
& in vitæ discrimine positus, suggestu Sathanæ de fide
tentabatur morti proximus, sed recordatus tutissimæ an-
61 choræ illius Carbonarij, nec se aliter valens eripere à for-
tissima tentatione, veluti ad securissimum portum confu-
giens, clara voce illa verba proferebat, *Credo, quod credit*
Ecclesia Romana, & ipsa, quod ego. Eaque frequentissimè
repetebat, vti Carbonarius. Vnde astantes audiendo sic
loqui Theologum, putarunt ex grauitate morbi delirare
ex phrenesi: quem posteà conualescentem interrogarunt
62 amici, quare in illo agone suo, ita frequenter repetierit
verba illa toties vti Carbonarius, quibus ipse ordine
rem explicauit, vt intelligas Christiane lector, qui Pi-
scatores elegit, & non Doctores, & qui abscondit à sa-
pientibus, qui reuelat paruulis, ipsum esse, qui Carbo-
narium fecit præceptorem eximij Theologi in vltimo vitæ
discrimine positi.

Humilitate ergo, & obedientia agendum est in hac
materia. Nam & Regius Propheta Dauid optauit alas
non Aquilæ, sed Columbæ, vt volaret ad cognitionem ar-
canorum Cœlestium, & ibi mentem tranquillare. *Quis*
dabit, inquit in Psalm. 54. *mihi pennas, vt Columbæ, &*
volabo, & requiescam? S. Ambrosius in eo loco ait, *Intel-*
ligebat enim, quod altiora faciliùs penetrantur simplicitate
mentis, quàm leuitate pennarum. Sicque in negotijs fi-
63 dei non sophismatis, nec subtilibus argumentis vti debe-
mus, & propterea cum hæreticis nullatenus est disputan-
dum, quia vt inquit Tertullianus *de præscriptionibus Hæ-*
reticorum, huiusmodi disputationibus non modò non
conuertuntur hæretici, sed audaciores redduntur, & in
ipso congressu firmos fatigant, infirmos capiunt, medios
verò cum scrupulo dimittunt.

Vnde eleganter Sanctus Bernardus *in Canticis*, inquit,
Hæretici non conuertuntur rationibus, quia non intelligunt,
64 *neque auctoritatibus corriguntur,* † *quia non recipiunt, nec*
flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt, mori magis
volunt, quàm conuerti: nam eorum finis est interitus.
Disputatio enim cum hæreticis prohibetur, *cap. 2. §. 1. de*
hæreticis lib. 6. l. nemo 3. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Ca-
thol. ibique Imperator ex varietate personarum, diuersas
pœnas imposuit, & pulchrè *in 14. Concil. Toletano* ha-
betur, Quæ diuina sunt, non sunt discutienda, sed cre-
denda, non enim Deus discutere se iubet, sed credere,
refertque Simancas *de cath. institut. cap. 20. de disputat.* v-
65 bi plura † ponit, & præsertim quando, & qualiter sit in
his terminis disputandum, & in fine non parum laudat
eos, qui piè, doctè, ac prudenter scribunt contra hæreticos.

Vtinam vtinam aliquando hæretici, cæterique infideles,
è vinculis errorum suorum tanquam è rigida, horridaque
hyeme exeuntes, ad † semper vernantem, ac florentem vi- 66
neam Romanæ Ecclesiæ accedant, & captiuent eorum in-
tellectum in obsequium, & obedientiam Cathedræ B. Pe-
tri. Nam qui videre vult sicut Iacob, scalam per quam
Angeli descendunt, & ascendunt ad Cœlum, & Domi-
num innixum scalæ, supponat eius capiti lapidem, & pe-
tram hanc sanctissimam, ac erigendo eam in titulum,
certò quidem scio statim dicturum fore vnà cum Iacob,
Verè non est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta Cœ-
li, Gen. cap. 28. cùm omnibus pateat, extra istam do-
mum non esse salutem, nec nisi per hanc portam, & sca-
lam patere aditum, aut introitum ad cœlum, &c. Atque
hæc sufficiant aduersus latratus temerariorum infidelium
in Romanum Pontificem.

Sed heu (quod dolenter assero) aliquando quæritur, sed
inanè obnubilari † clarissima, inconcussaque lux veritatis 67
supradictarum sententiarum à quibusdam, ne dicam si-
milibus, vel peioribus proximè præcedentibus, ita vt bul-
gare nato, offensio procedat, vbi defensio omnisalute exire
deberet, ad tex. *in l. meminerint, C. vnde vi.* Sunt enim non-
nulli, qui ob cruentam illam, sceleratamque bestiam am-
bitionis suo venenato afflatu incautos necant; † & qui- 68
dem plures etiam, vt ex nostris inquit Petr. Rebuff. *in*
tract. de priuileg. scholar. quæst. 16. num. 3. Ambitio hodie
totum Orbem possidet (ideò ignoscatur mihi, si aliqua
in hoc dicturus sum) & sic libidinè complacendi suis Prin-
cipibus impiè, ac sacrilegè non pertimescunt ponere os in
Cœlum; dum veritate exulata, vt etiam suis rebimeris,
& crumenis inseruiant, temerariè satagunt limitatam o-
stendere absolutam, vniuersalemque auctoritatem Ro-
mani Pontificis, cuius Tribunal, & Concistorium, vnum
idemque est cum DEO OPTIMO MAXIMO, vt per
text. *in cap. quanto 11. ext. de translat. Episcop.* asserunt
ibi Canonistæ, & præsertim Hostiens. *num. 11. versic.*
Concistorium Dei, & Papæ idem est, Aluar. Pelag. *lib. 1.*
de planct. Ecclesiæ cap. 29. Cardin. Alban. *in tractat. de*
potestat. Papæ par. 1. quæst. 2. Nauarr. *in repetition. cap. nouit.*
notabil. 3. num. 12. de iudic Mandos. *in repetit. cap. 1. in verb.*
Concistorium attributum Pontifici num. 3. Palat. Rub. *de re-*
tention. Regn. Nauarr. par. 2. §. 4. Petr. Cened. *in collectan. ad*
Decretum collect. 47. num. 3. Selu. *in tract. de benefic. par. 3.*
quæst. 8. num. 25. Maluet. *de Canonizatione Sanctorum dub. 2.*
quæst. 10. Iacob. de Lautent. *in tractat. de Iudic. suspect. c. 2.*
num. 3. Homobonus *in tractat. de statib. human. vit. part. 1.*
cap. 4. num. 1. Barbos. *in pastoral. titul. 1. cap. 6. num.* 4. Re-
buff. *in tractat. de Reg. & Princip. muner. ac prærogat. num.*
462. Nicol. Boer. *in tractat. de auctoritat. Magn. Consil. nu.*
49. Menoch. *consil. 51. num. 13. lib.* 1. Chassan. *in Catalogo*
Glor. par. 4. consideras. 13. *in fin.* Cæsar. *de Ecclesiast. Hie-*
rarch. disputat. 1. num. 10. D. Michael. Ferr. *in tractat. de*
præcedent. & prælation. quæst. 31. num. 2. vers. Papa facit v-
num Concistorium cum Deo, tanquam Vicarius generalis,
eius &c.

Ideò à Papa nullus appellat, ita vt error esset in fide
asserere † à Summo Pontifice appellari posse ad Deum, 69
vel ad hominem, vt per Augustin. de Anchon. *in tractat.*
de potestat. Papæ quæst. 6. art. 3. Iacobat. *in tractat. de Con-*
cil. lib. 1. artic. 1. Anton. Riccluli. *de Iur. personar. ext. grem.*
Eccles. exist. lib. 9. cap. 2. num. 13. Vnde hæresim sentire vi-
dentur, qui à sententia Papæ ad Christum appellant, qua-
si Papam Christi non esse Vicarium, nec cum eo idem
Tribunal habere credant, vt obseruant supracitati Doct.

Rursus, asserentes, Papam Vicarium Christi in toto
Orbe dominium habere super spiritualia, non † autem su- 70
per temporalia, similes sunt Consiliarijs Syriæ, qui dixe-
runt, vt habetur 3. *Reg.* 20. Dij montium sunt Dij eorum,
ideò superauerunt nos; sed meliùs est, vt pugnemus in
campestribus, & in vallibus, in quibus Dij eorum domi-
nium non habent, & obtinebimus contra eos.

Sic enim hodie ambitiosi, & iniqui Consiliarij sedu-
cunt Reges, & Principes terræ, dicentes: Dij Montium,
putà spiritualium Domorum, sunt Summi Pontifices, sed
non sunt Dij conuallium, quia temporalium bonorum nō
habent dominium, ideò in campestribus, quasi in potentia
bonorū temporaliū pugnemus contra eos, & obtinebimus.
Quibus Diuina Sapientia respondet, dixerunt Syrij: Deus
Montium est dominus, & non Deus conuallium, dabo
omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, &
scietis, quia ego sum Dominus.

Sic pulchrè in his terminis ratiocinatus est August. de
Ancon. *in d. tract. de potestat. Papæ quæst. 45. art 2.* vbi con-
cludit, Papam tanquam Vicarium Iesu Christi, in toto Or-
71 be terrarum spiritualium, † & temporalium habere vni-
uersalem iurisdictionem, id quoque corroborat Restaur.
Castal. *in tract. de Imperator. quæst. 50. à num. 19. vers. hodie
mali Consiliarij, &c. ac quæst. 53. ad fin.* & dixi suprà *in su-
periori par. §. 5. num. 1. & seqq.*

Possem hic addere ad corroborationem supradictorum,
veritatem hanc agnouisse etiam hæreticos, & nisi absur-
72 dum esset † nominare personas tam indignas, velle hic
adducere ad confusionem Doctorum pietatem Christia-
nam profitentium, verba ipsius Vvicleff, & Lutheri, duo
tantùm verba illius impij Erasmi, & non aliud referam.
Is enim in responsione, quam fecit ad exhortationem
Alberti Pij Carporum Principis, ita ait: *Nos toto pectore
agnoscimus Episcopi Romani Primatum, præsertim in spi-
ritualibus*; itaque cum illo verbo, *præsertim*, includit
temporalia quoque, quamuis minus principaliter.

Nec prætereundum puto, magnum aliud testimonium,
nempè Henrici IV. Cæsaris infesti, & acris hostis Ec-
clesiæ Romanæ; adeò vt excommunicatus fuerit à Gre-
gorio VII. nihilominus (teste Conrado Abbate Vvsper-
gense in Chronicis anni 1106.) recognouit constanter Pri-
matum, & Potestatem Papæ supra rebus temporalibus; i-
taque sæpiùs dixisse fertur, *Rogamus vos per auctoritatem
Romanæ Ecclesiæ, cui & nos committimus honorem Regni*;
& in controuersijs temporalibus, quas habebat cum eius
Ducibus, asserebat. *Appellamus Romanum Pontificem,
& Sanctam vniuersalem Romanam Sedem*, & tandem in
vltima epistol. ad Principes: *Appellauimus*, inquit, *& tertio
appellamus D. Romanum Pontificem Paschalem, & San-
ctam vniuersalem Sedem Romanam Ecclesiam*. Quid enim
clariùs afferi potest?

Concludam vnà cum Cardin. Turrecrem. *in d. tractat.
de potestat. Ecclesiæ in proœm. Error est pertinaci mente non
credere, Romanum Pontificem super spiritualia, & tempora-
lia habere primatum, &c.* intellige, vt dixi suprà *in 1. part.
§. 4. num. 27.*

Sed vt loquar de ambitione, prout promisi; cedat
enim omnis admiratio, si Consiliarij Magnatum, ducti
ab ambitione quærant, vt dixi, obtenebrare vniuersalem
Romani Pontificis auctoritatem. Nam vt clamat Bu-
dæus: *O vanissima semper ambitio, in mendacijs tam aper-
tis fidem tuam labefactas.*

73 Optimè quidem tuba illa Romani † eloqnij Marc. Tul-
lius *lib. 1. Rethoric.* conquæritur de ista pessima natura hu-
ius nefandi vitij ambitionis, sic asserendo: *Ambitio mul-
tos mortales falsos fieri cogit, aliud clausum in pectore, a-
liud in lingua promptum habere, amicitias, inimicitiasque
non ex re, sed ex commodo æstimare magis vultum, quàm
conscientiam bonam habere, &c.*

74 O intolerandum dæmoniacæ † ambitionis imperium!
ò deplorandum pessimæ iactantiæ fastum! promittit in-
gentia, sed nec infima præbet, impellit miseros, ac mise-
randos ad turpia, vastat in nobis quidquid honestatis inue-
nerit, ac pudoris, nos exarmat omnibus virtutibus, nos-
que expoliat omnibus ornamentis. O mortalis ambitio
omnium Tartarorum nequissima, mala semper machina-
ris cunctis, numquam gaudes puritate, semper congaudes
falsitatibus, quousque crudelissima, vitam perturbabis hu-
manam?

Non mirum ergo si Iura Imperialia adeò insequantur
ambitiosos; nam vt post Bart. & gloss. inquit Philipp. Prob.
in addit. ad Io. Monach. *in cap. si religiosus n. 8. de preben.* il-
lud, quod Canonistæ vocant simoniam, apud Legistas di-
citur ambitus; qualis enim sit pœna ambitus de Iure Ciui-
li, benè colligi potest *ex titulo in ff. & in C. ad l. Iul. de am-
bitu.*

74 Et Constantinus Imperator ad Aconicum Catullinum
Africæ Vicarium, aduersus honores ambientes rescriben-
do *in l. 5. C. Theodos. de honorar. codicill. & l. 24. C. eod. de de-
cur.* inter alia ita se habuit: *Ab honoribus mercandis per
suffragia, vel qualibet ambitione quærendis, certa mulcta pro-
hibuit. Cui addimus, vt quicumque fugientes obsequia Curia-
rum, vmbras, & nomina affectauerint dignitatum, tricenas
libras argenti inferre cogantur, manente illa præterita illa-
tione auri, qua perpetua lege constricti sunt.*

Eos autem, qui se sic intrusissent, idem Imperator hono-
ribus priuandos esse censuit: ita ad eundem Aconicum
rescribens *in l. 25. Cod. Theodos. de decur. Quoniam empta
dignitatis obtentu Curias vacuefactas esse, non dubium est;
Placuit, vt cuncti, qui suffragijs dignitatum insignia consecu-
ti sunt, immeriti honoris splendore priuati, ciuilium mune-
rum solemnitate fungantur, &c.*

Ambitio enim, quàm longè sit fugienda, id benè do- 75
cet deuotus ille Bernardus, qui oculum dando ad istud
tam portentosum Monstrum Ambitionis, sic in sermone
quadrages. exclamauit. *O Ambitio, futile malum, secre-
tum venenum, pestis occulta, doli artifex, mater Hypocri-
sis, liuoris parens, † vitiorum orige, tinea sanctitatis,* 76
*excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medici-
na languorem generans, &c.*

Insuper Ambitio (secundùm Petr. Rauennat. *in serm.*)
est quædam simia Charitatis; Charitas enim patiens est
† pro æternis, Ambitio patitur omnia pro caducis: Cha- 77
ritas benigna est pauperibus, Ambitio diuitibus: Chari-
tas omnia suffert pro veritate, Ambitio pro vanitate. Vtra-
que omnia credit, omnia sperat, sed longè dissimili modo,
& fine. Optimè quoque ambitiosi delineati fuerunt à no-
stris, & præsertim ab Alberic. *in eius Dictionario, in verb.
Ambitiosi*, post alios ibi allegatos. Quid enim † sit ambi- 78
tio, videatur text. *in c. an miramur, in fin. 61. dist.* Nauarr. in
Manual. *cap. 23. num. 11. & 15.* ponitque Francisc. Viu. *dec.
Baren. 122. num. 36. par. 1.*

Sed quid vltra, si Consiliarij Principum maligna ista
febri ambitionis † laborant, actum est. *Nam* (vt ait i- 79
dem S. Bernardus) *ambitionis gloria Angelum felicitate
Angelica priuauit, scientiæ appetitus hominem immortali-
tatis gloria spoliauit; non Euam cibus deflexerat, non man-* 80
*datorum destituerat obliuio, sed promissi honoris illecebrosa
decepit.*

Igitur si tam atram tempestatem excitauit rabies huius
maligni, ac potentis † venti ambitionis in Cœlo, ex 81
qua naufragium tam lacrymabile deuenit? quid ergo non
operabitur inter nos? Quis nescit, quot hæresiarchas cruen-
ta hæc bestia ambitionis † ad lucem deduxit, itaque tan- 82
quam ab equo Troiano egressi sunt infiniti hæretici tam
antiqui, quàm moderni, † qui Ecclesiam sanctam Dei 83
non parum vexarunt? & vt aduertit S. Augustinus *lib. 1.
de hæres. cap. 33.* Ambitio est hæresum genitrix.

Vtque ambitio præbuit causam, vt in hæresim labere-
tur Nouatus, Arrius, Ærius, † Tertullianus, Lutherus, 84
Duodecius, Spilatrus, & multi alij, qui non valendo con-
sequi optatas dignitates, venenati ab ambitione, fide re-
licta, apostatarunt eum æterna infamia Ecclesiæ, † & fidei 85
Orthodoxæ, necnon traxerunt populos infinitos in bara-
thrum hæresum, & inferni. Atque ex nostris videatur
Brun. *in tract. de sedition. lib. 6. cap. 2. num. 24.* qui refert ex
ambitione sæpè † etiam teterrima bella, & seditiones 86
cruentas fuisse excitatas, &c.

Verùm quid in hoc moror? origo, quare Mundus fuit
infectus pessimo vitio idololatriæ, † attribuitur ambitio- 87
ni, & adulationi seruientium. Nam vt aduertit Rex
Salomon in Sapient. *cap.* 14. Eò quia iam olim quando
decedebat filius patri, cùm ab acerbo luctu dolens pater
valdè cruciatus esset, ad leniendum dolorem, sibi rapti fi-
lij imaginem, seu statuam faciebat; serui verò, videndo
dictam statuam proni in † terram adorabant eam, offe- 88
rendo eidem incensus, ac sacrificia, totum id faciendo adu-
landi studio, & ad effectum obtinendi libertatem, venias,
fauoresque prout obtinebant.

Mos enim iste pessimus ambitiosorum, & adulantium
(de quibus loquar infra) passim serpendo, transiuit ad
Reges, & Principes auidos honorum; quibus populi adu-
lando, adorauerunt eos viuos in præsentia, & venerabán-
tur absentes, cum cultu eorum imaginum.

Quis enim hoc credere potuisset, nisi sacra Scriptura id
affirmasset, quod ambitiosi, & adulatores introduxerunt
idololatriam in Mundo? *Et hæc fuit humana vitæ deceptio*
(concludit Salomon in d. cap. 14.) *quoniam aut affectui, aut
Regibus deseruientes homines incommutabile nomen lapidi-
bus, aut lignis imposuerunt, &c.*

Itaque dixit Cardin. Zabarell. *in Clem. Abbates 1. nu. 2.
de rescript.* nempè, Ab hoc pessimo vitio ambitionis, om-
nia mala † emanasse, *cum ibi allegatis*, & addo Bonifac. Vi- 89
talin. *in Clem. professores num. 19. de regular. & in Clem. eos,
qui num. 13. de sepultur.* vbi etiam ait, quod ambitio Cle-
ricorum fuit causa, quare in Ecclesijs, ac Cœmeterijs Ci-
uitatis fiant sepulturæ, &c. Io. Quintian. Hed. *in cap. de*

mul-

multa num.60.de præbend. affirmauit, ambitionem leges, & mores euertere. Et Timon Philosophus affirmauit, *Ex Ambitione elementa malorum procedere.*

Ideòque sancitum habetur *in can. si quis Episcopus, 7. q. 1.* Quando Episcopus, vel Clericus ambit ampliorem locum,
90 & suam Sedem † negligit, cùm laboret hoc nefario vitio ambitionis, primum, & secundum locum amittat. Sicuti etiam ambienti regimen, seu administrationem nullatenus id venit ei concedendum, *ux. canon. in scripturis, 8. quæst. 1.* Gemin. *consil. 84. num. 3.*

Præclarè enim Diuinus ille Plato censuit, *nullum esse idoneum officio gerendo, nisi coactè, & inuitus illud susceperit.* Hinc Sergius Galba Imperator inuitis dumtaxat, & recusantibus senatoria, & equestria officia dare statuerat. Et Alexander ille Seuerus Romanorum Imperatorum omnium ferè optimus, (teste Lampridio, & ex nostris Iacob. Simanc. *de Cathol. Instit. titul. 41. num. 2.*) dicere solebat, & facto ipsò implebat, inuitos, & non ambientes in Rempublicam collocandos: Et quando aliquos ad Magistratus, & honores vehebat, nomina eorum palàm præponebat, hortans populum, vt si quis aduersus eos quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, vt ex d. Lampridio narrat Rota *in causa Bononien. Parochialis de Sambuca 6. Februarij 1634. coram clar. mem. Merlino*, vbi etiam ex S. Chrysostom. *lib. 2. de Sacerdot.* & S. Anselmo *epistol. 9.* obseruat, In deligendis Sacerdotibus, Ecclesiæque ministris, opinionem vulgi non esse spernendam, ritumque fuisse temporibus Apostolorum proponendi palàm nomina illorum, qui promouendi erant, & hortandi populum, vt si quid criminis in eos nosset, ediceret. Et facit illud Leuitici cap. 8. dicit enim Dominus ad Moysen; *Congrega omnem cœtum ad ostium Tabernaculi in electione Aaron, & filiorum eius, vt sciant omnes, qui præstantior ex omni populo, doctior, sanctior, & eminentior, ille eligatur ad Sacerdotium*, & ibi Origenes *in gloss.* dicit, quod qui alijs modis eligunt, debent timere Dei iudicium, & sibi imputare damna, & perditionem animarum, & ruinam Ecclesiæ, quæ destruitur in institutione mali Prælati, vt notat, & admonet Sarnens. *in cap. vt animarum nu. 27. de constitut.* Nam plus peccant, qui eligunt indignum, quàm qui eligunt contra formam electionis, ex relatis Bald. *in cap. auditis circa fin. de elect.*

Ideò S. Gregorius in 4. Dialogor. narrat de Paschasio Diacono Romanæ Ecclesiæ, qui licèt aliàs vir clarus fuisset miraculis, nihilominus eius anima torquebatur in thermis: qui interrogatus à quodam sancto Episcopo, quare torqueretur? respondit, quia in contentione schismatica tenuerat partes Laurentij, contra Symmachum, qui dignior erat ad Pontificatum: & hoc dictum Sancti Gregorij commendauit Monopolitanus *in libro peregrinarum quæstion. cap. 3. Decad. 1. quæst. 2.* & Io. Valensis *in communiloquio par. 4. distinct. 3. cap. 4.* Palat. Rub. *in cap. per vestras not. 2. §. 26. de donat. inter vir. & vxor.*

Nec prætermittam, quòd legitur de Leone Papa, qui cùm totos quadraginta dies ad corpus B. Petri orasset, vt à Domino remissionem suorum peccatorum procuraret; demùm apparuit ei B. Petrus, dicens: *Sibi à Domino remissionem obtinuisset omnium peccatorum, excepto de manuum impositione*, id est de ordinatione, & collatione beneficiorum indignis facta, de qua adhuc Domino debebat reddere rationem, hæc Archiepiscopus Florentinus narrat *in sua summa 3. par. titul. 20. cap. 2. §. 1.* & ex nostris id referunt Petr. Rebuff. *in cap. postulasti num. 106. de excommun. minist.* Alphons. Perez *in tract. de Anniuers. & Capell. lib. 2. tit. 2. sub num. 36. in fin.*

Faxit Deus, vt à nobis longè absit tempus illud lacrymabile vigens, dum florebat Magnum illud Ecclesiæ Iubar S. Hieronymus, cuius temporis prauam conditionem ipse afflictim refert in epist. ad Titum cap. 2. eiusque verba registrata habemus *in can. Moyses, 8. quæst. 1. circa med.* ibi, *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quisque rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt Clerici fierent muneribus impetrarunt, &c.* Atque hæc incidenter dicta sufficiant, alibique ex professo in hoc multus ero.

Quod supra dixi, scilicet ad officia, & dignitates non admittendos esse, nisi inuitos; addo textum notabilem *in l. scire oportet 21. §. eos qui*, ibi, *Semper hoc maximè Magistratus obseruent, ne creent eos qui volunt se ingerere, vt creentur, quique pecuniam dant, &c. ff. de tutor. & curator. &c.* At magis in terminis adest text. *in can. sicut 1. qu. 7.* cuius verba, tanquam alta mente repetenda hic refero: *Sicut is, qui renuit, quæsitus fugit, sacris est altaribus admonendus; sic, & qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus: nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo descendat?*

Est quoque valdè notandus alius Iuris Cæsarei text. *in l. quemquam, 29. Cod. de Episcop. & Cleric.* vbi dicitur, quem esse indignum obtenta dignitate, nisi ordinatus fuerit inuitus, rogatus recedat, inuitatus † effugiat, &c. Sæpè enim 91
officia desiderata, & petita tristem producunt effectum, iuxta S. Augustini sententiam, dum dicit, Plerumque Potestas, quæ petitur, premit: *Quid enim est potestas culminis, nisi tempestas mentis, in qua cogitationum procellis semper nauis cordis quatitur, huc, illucque incessanter impellitur, vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per obruentia saxa frangatur?* Hæc S. Gregorius in pastoral. Hinc iure dixit Claudian. lib. 1. in Ruffinum.

. . . . *tolluntur in altum,*
Vt lapsu grauiore ruant . . . .

Et Aristoteles 8. Ethicorum inquit, *Principatus, quantò maior, tanto instabilior, quanto sublimior ascensus, tanto lapsus periculosior, &c.* hæc, aliaque plura contra ambitiosos, ac procurantes officia, & dignitates ex nostris asserit Philipp. Prob. in addit. ad Io. Monach. *in c. si religiosus nu. 4. & 5. de elect. in 6.* vbi in hoc non inutiles intrat quæstiones.

Vnde recurrendo ad vndosum Oceanum ambitionis, si vlterius verba essent facienda super eo, opus esset more Vatum, vt habetur apud Persium.

Vatibus, inquit, *hic mos est, centum sibi poscere voces,*
Centum ora, & linguas optare in carmine centum.

Hodie enim ambitio fastosè triumphat, & ausu temerario omnia per quamcumque viam tentat. Itaque exclamo cum Poeta in opuscul.

Æternis lacrymis proh deplorabile seclum!

Et vt † ita dicam, ambitionis gratia ipsi naturæ viso, 92
ad quid, quæ infertur humana pectora non cogit? Quis nos tam dire fascinauit? Nam audax omnia perpeti gens humana ruit per vetitum nefas. Et iam olim oppido eleganter dixit Plautus in Trinum.

Nam nunc mores nihili faciunt, quod licet, nisi quod lubet:
Ambitio iam more sancta est, libera est à legibus, &c.

Sed, quæso, si ambitiosi † esse volumus, ne aerem ver- 93
beremus, ad assequendum Cœlum tota nostra ambitio posita sit, iuxta tex. *in can. quid ergo turbamur, vers. Illic corona, &c. de pœnit. distinct. 4.*

Nonnè verum est, quòd magis æterna salus, quàm temporalis honor affectandus veniet? text. *est in cap. nisi §. ex grau. ext. de renunc.* idque exagerat Luc. de Penn. *in l. filios, 5. num. 4. vers. Pro istis terrenis honoribus, &c. C. de decurion. lib. 10.*

Addo perbellè in his terminis sententiam illius prudentis Stoici Romani, dico Senecam, qui irrisit Magnum Macedonem, quoniam laborauit magnum esse in terra, non in Cœlo, sic de eo asserendo: *Infelix ob hoc, quod intelligere debebas, falsum se gerere cognomen, quis enim esse magnus in pusillo potest?* nam Mundus sublunaris respectu Cœli, est minutissimum punctum; Alibique prudenter dixit idem Seneca: *O quam ridiculi sunt mortalium termini! punctum est istud, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo Regna disponitis.*

Idcircò cum Poeta illo asserere possumus.

O curas hominum, ò quantum est in rebus inane.

Ex ingenti ambientium turba in hoc Mundo, quāti fruuntur optatis, votaque referunt saturata rebus? vnus aut alter è millibus: quibus æmulationibus, & odiorum fluminibus reliqui natent, quis ignorat? Et loquendo de ambitiosis aulam sequentibus (de quibus loqui cœpi.) *Quantæ cogitationes vbi fortuna imperat, & est Domina campi*, vt considerat Orator Romanus. *Quanta per Deum immortalem pericula? vbi à summo gradu ad infimum interest nihil*, vt monet Cornel. Tacit. *Quanta fraudes vbi malitia ipsa suspecta est*, vt canit Ennius. Hæc ex nostris, in his terminis adducit D. Augustin. Barbos. *in Collectan. iuris Canonic. lib. 3. titul. 5. cap. 28.* & addo illud vulgatum dictum Fact. in fabul.

Paucos beauit Aula, plures perdidit,
Sed, & hos quoque ipsos, quos beauit, perdidit.

Sed vt generaliter loquar, ille, qui tandem fruitur optatis, suaque desideria assecutus fuerit, postquam impinguatus, ac dilatatus erit, inclamabit querulus ad instar alterius Regis Salomonis, qui in regnis, & thesauris, in tranquilli-
93 tate, & pace, in gloria, & splendore † Curiæ, in pompis, & maiestate, ac in adhærentijs non solùm fuit par omnibus Monarchis Mundi, sed omnes longè superauit; pariter etiam in voluptatibus, in delitijs, in sapientia, & in profunditate scientię infusæ; tandem audiamus ipsummet, qui testimonium perhibeat veritati, in Ecclesiast. c. 21. *Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus mea, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole*. Nec hic ingrata erit sententia Cotnel. Tacit. lib. 3. annal. num. 3. in fine: *Mihi, quanto plura recentium, seu veterum reuolute, tantò magis ludibria rerum mortalium, cunctis in negotijs obuersantur*. Stupenda est quoque sententia illius Græci Luciani in suis Dialog. *Ego, inquit, cum expendens ea, quæ sunt in vita mortalium, protinus res omnes humanas reperissem ridiculas, humiles, instabiles, nempè opes, Imperia, Magistratus; contemptis his, atque horum studio, addictoque animo ad ea, quæ verè sunt bona, conatus sum ab his tenebris emicare, & ad vniuersi naturam suspicere. Etiam à terra volatu me substollens, è sublimi despiciens, pusillam mihi quandam videre videbar, ac rursus intentis oculis dubitare vbinam essent tanti illi Montes, ac tantum Mare, &c.* O religiosam sententiam! ò pia verba! quamuis prolata per virum Gentilem; tamen veritas, à quocumque dicatur, à Spiritu sancto est, secundùm S. Ambros. & Spiritus sanctus influit etiam in infideles, omnium enim est artifex, Sap. 7. & vide S. Tho. 2. 2. q. 172. *artic. 6.* & ex nostris id benè explicat Marquard. de Susar. *in tract. de Iudæis, & alijs infidel. par. 3. n. 58. vers. Cum omne verum à quocumque dicatur.*

Aliud exemplum adducam, & sic relinquam ambitiosos. Quis non stupeat dum narratur felicitas Octauiani Romanorum Imperatoris? Iste enim, qui vocari poterat filius primogenitus Fortunæ, quem propter naturæ oblita, semper in summitate volubilis Rotæ retinuit, & tanquam felicissimus à voce totius Orbis acclamatus erat, pro cuius satisfactionibus natura, & ars simul pugnabant; iste erat ille, à quo Mundus pro lege, eius nutus accipiebat, à cuius voluntate Orbis Machina pendens manebat, ipsique omnes Reges Terræ tributum reddebant, soloque iussu populos armabat, prouincias desolabat, & hic erat ille, qui sola serenitate vnius ictus oculorum felicitabat desideria, & spes maiorum Principum, ac tandem ab omnibus venerabatur, tanquam vir in ipsomet gremio Iouis sedens. Et tamen iste, quando ex hac vita discessurus fuit, apertè confirmauit Mundum hunc nihil aliud esse, nisi vanam, & ridiculam scenam, quare (vt notant historiæ) ipsis amicis, tanquam vnus ex comicis, seu personatis dictæ scenæ vltimum vale dedit: *Ego quidem, inquit, in hac Mundi fabula satis commodè personam meam egi. Valete ergo, & plaudite, &c.*

Imò plus dum fortunatè manebat in medio omnium felicitatum, nutriebat futuram spem aliquando assequendi aliquam lætitiam, cogitando excutiendum se fore à graui iugo Imperij: audiamus Senecam *in lib. de breu. vit.* de eo sic attestantem: *Ille, qui videbat ex se omni pendentia, qui omnibus gentibus fortunam dabat, illum diem lætissimum cogitabat, quo magnitudinem suam exueret, &c.*

Septimius Seuerus Imperator, postquam ad satietatem omnes Mundi delicias abundè gustauit, tandem stomachatus (vt fertur) memorandam illam emisit vocem, *Omnia fui, & nihil expedit.*

Si quis verò supradictorum solidam, & piam rationem (in ore tamen Gentilis) scite desideret audiat diuinum illum Platonem, Moysen Græcum à quibusdam appellatum, qui in dialog. 8. *cap.* 18. sic grauiter locutus est: *Intellectus infinitam virtutem in se habet, cùm nec humana, nec diuina respiciens satiatur, nisi infinitum Deum capiat, qui capacitatem eius ab ipso manantem impleat infinitum.*

O infelices hominum oculos! ò dementia, quousque ludis in humanis? Hic benè congruit sententia S. Ioan. Chrysost. homil. 11. diuers. *Sicut, cum videris pueros, constituto inter se Principe ludere, risum tenere non potes; ita, & facito, dum videris homines in terrenis delectari.* Nonnè videremus humanam felicitatem personatam esse, si quis eam expoliare contenderet?

Non dubito, asserere si ambitiosi consilium peterent ab illis, qui in hoc Mundo intentum suum assecuti sunt, & ab eis curiosè perquirerent, an felices essent, ambitioni vltimum vale darent. Quale remedium ambitiosis tanquam potentissimum, assignauit Prudens ille Stoicus Romanus; *Vtinam, inquit, honores petituri, cum ambitiosis, & summum adeptis dignitatis statum deliberarent, profectò vota mutassent.* Nam & hi, qui honores assecuti sunt sincero corde loquendo, suspirando responderent, se tantum laborasse in titulum sepulchri.

In hac † enim vita, cuncta risus, cuncta puluis, cuncta 94
apparentes prospectiuæ, & cuncta sunt nihil. Nam nihil firmum, & non lubricum in Orbe.

Omnia mutantur, stabile hic nil permanet vnquam,
Consistitque nihil, quo fuit ante loco.
Omnia mutantur sursum, deorsumque voluntant;
Oceani vt fluxus, vtque refluxus eunt
Est hic fortunæ flatus, subitusque reflatus:
Hic rerum varius circulus esse solet.

Idq noque considerauit text. *in §. vt autem lex Auth. de non alien. rebus Eccles.* ibi, *Quid enim erit stabile inter homines, cùm omnis noster status sub perpetuo motu versetur?* & ex nostris in his terminis instabilitatis humanæ, nonnulla adducit pius, & doctus vir Francisc. Viu. *in Sol. commun. opinion. opin. 1042. vbi num. 11. sequentia fert.*

Vnde superbi
Quid sumus nisi li
De limo homo pri
Sortem vitare nequi
Si nos terra su } *mus*
Terra quid est nisi fu
Ergo nihil su
Ideo studea
Vt parati si

Addo, quod narratur de instituto Æthiopum. Vt eorum Superior retrahatur à vitio superbiæ, & recordetur se esse terram, solitum est ante eum vas aureum cœno plenum præferri, vt id, & alia plura notabilia in his terminis refert Aloys. Nouar. *in sua sacra electa lib. 2. excurs. 5.*

Sed ne in hac materia longior sim, vertam me ad ambitiosos, tantùm asserendo, † vt purgent se à tanto, ac pe- 95
stifero morbo: & zelanter admoneo vnà cum Seneca, qui scribendo ad suum charissimum Lucillum, hac ambitionis acuta febri laborantem, sic illum exorauit in epistola 88. *Relinque ambitionem, tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum, &c.* nam vt idem alibi dixit, *Ambitiosus non est contentus certis honoribus, sed si fieri posset, vellet omnia occupare, & per omnem Orbem titulos disponere.* Vtique ambitiosus semper in continuo motu est, ac in perpetua tortura manet, nam subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinat, frequentat curias, incitat optimates, assurgit, & amplexatur, applaudit, & adulatur, vt ex nostris id commemorat Lucas de Penn. *in leg. nullus num. 19. vers. Ambitiosus namque, &c. C. de agent. in reb. lib.* 12. Multòque magis supradicta asserenda sunt eis, qui Magnatum Consiliarij existunt, vt solùm à splendore veritatis, & iustitiæ capiantur, sicque non connumerentur inter illos, de quibus loquitur Oseæ Prophet. c. 7. *In malitia sua lætificauerunt Reges, & in mendacijs suis lætificauerunt Principes.* Sed zelanter vnà cum Propheta Dauid in Psalm. 118. aperta fronte Domino Deo asserere possint, *Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebar.*

Nam vt notanter dixit text. *in can. nemo peritorum* 11. *quæst.* 3. Meliùs est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium, &c. Non nego Magnum esse Cæsarem, tamen eo maior est veritas, vt post Bald. & Pinell. admonet Hieron. Laurent. *decis. Rot. Auenion.* 155. *nu.* Hicque arridet illud, quod sincero corde dixit S. Ambros. lib. 2. epistol. 2. ad Theodosium Imperatorem, ibi, *Neque Imperiale esse libertatem dicendi denegare, neque sacerdotale, quod sentiat non dicere: Nihil in Regibus tam amabile esse, quàm libertatem etiam in his diligere, qui obsequio ipsis dediti sunt, nihil etiam in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quod sentiat, non dicat.* Et ex nostris Valenzuola *in cons. 99. n. 76. lib. 1.* post Io. Gersonem *in par. 4.* & alios ibi relatos, asserit, quod qui

Re-

Regibus consilium præstant, maius, gratiusque seruitium illis præstare non possunt, quàm clarè, & prudenter dicere veritatem, nec offensam grauiorem facere, quàm adulari &c. Coram enim Principe, quis nec verbum quidem falsum proferendum est, vt docet sacra pagin. Iudith. *cap.5.*

Sed heu, quod Consiliarij Principum libenter psallunt illud, *Placebo Domine in Regione viuorum*, & non sine causa solitus erat asserere fel. rec. Pius Papa II. prædictos sæpe transire per Placentiam, sed numquam per Veronam &c. ac ex Legistis contra iniquos Consiliarios inuehunt Restaur. Castald. *in tract. de Imperat. quæst.50. num. 20. vers. Hodie mali Consiliarij &c.* Amadeus a Ponte *in eius consilio posito post decis.57.* Thesaur. *in fin.* vbi inter alia ad eorum memoriam reducit eos subiacere tremendo Dei iudicio, vbi non valebunt sophismata, aut colorata argumenta.

Vigilantes sint quoque Principes, vt nullatenus fidem
96 adhibeant illis Consiliarijs, † qui à pestilenti vento ambitionis rapiuntur. Isti namque vitia vitijs cumulando, & scelera sceleribus velando, tamquam sequela, & medium obtinendi eorum iniquas prætensiones, facili negotio viperinum illud toxicum adulationis adhibebunt: & de hoc non est mirandum, quia vt ex nostris post Persium *satyr.5.* & Claudian. *lib.2.paneg.23.* dixit Menoch. *in tractat. de arbitrar. Iudic. centur.5. cas.401.num.11.* ambitio est mater adulationis. Quare cùm adulatio sit sequela ambitionis, quis non dedignetur, si aliquantulum in hac materia insistam, quæ vt dixi quoque de ambitione, mundum iam totum possidet? maximeque, cùm putem ea, quæ dicturus sum non fore ingrata omnibus.

Adulatio enim est acerrima aduersaria veritatis, ideò à Consiliarijs Principum longè abesse debet, nam si Principes amore aliquo flagrare debent, est assequendi veritatem, quia ea sola Principi est Princeps, cui resistens, Deo resistit, cùm ipse Deus sit veritas; vnde à maioribus nostris, vt Spontanus ait, sapientissimè constitutum fuit, vt Euangeliorum liber, quo diuina continetur veritas, singulis diebus Principi osculandus offeratur, quum rei diuinæ adest; vt ex eo colendæ veritatis admonitus, meminerit studiosissimum se eius esse debere. Non mirum ergo si plures Principes supremi, vt infra dicam à num.125. odio plusquam capitali prosequuti sunt adulatores.

Ea enim est natura adulationis, vt efficiat homines
97 omnia præ manibus † habere, omnia sapere, omniaque defendere præter veritatem; nam teste Plinio, adulator imitatur Chameleontem, sic enim ipse lib.8. cap.33. inquit, *Chameleon omnem imitatur colorem, præterquam album; sic adulator in turpibus nihil non imitatur, solum, quod honestum est, imitari non potest.*

Aliquando quippe quædam asserunt, quæ non ab homine, sed ab ipso diabolo quis dicta iuraret. Causa verò, quare tam crudeli odio adulatores prosequuntur veritatem, assignat senex ille Terentianus in Andr. scen.1. estque satis vulgatum, ibi, *Obsequium amicos, veritas odium parit*, & in Paralipom. 2. cap.25. habetur, *quod aduertens Regis errores, incidit in periculum, ne occidatur.*

Auctore enim S. Hieronymo ad Sabinianum, *Naturali ducimur malo, vt adulatoribus nostris faueamus*, ipsaque animalia bruta voces laudatrices ex instinctu naturali libenter audiunt, & inter alios affert Ouid. *lib.1. de art. amand. Paone*, sic

Laudatas ostendit auis Iunonia pennas;
Si tacitus spectes, illa recondit opes,

Themistoclem fortissimus illum Ducem, dixisse fertur (& est apud Plutarchum) cùm ab eo quæreretur, cuius voces libenter audiret, respondit, *Eius, à quo sua virtus optimè prædicaretur*, & Valer. Max. *lib. 8. cap.15.* prudenter attestatus est, quod: *Nulla tanta humilitas est, quæ dulcedine gloriæ non capiatur.*

98 Quare videntes homines meliùs † adulatoribus, quàm recta monentibus succedere, ad nugas se vertunt. Vnde, & adulare dictum est à cauda, quã Græci *οὐρὰν* vocant; Canes enim cùm cibi quidpiam veluti poscunt, motu alludentis caudæ adulantur, vt inquit Fr. Philipp. *lib.2. conuiuiorum*, & ex nostris Simon. Schard. *in suo Lexicon. Iuridic. in litera A, vers. Adulandi studium &c.* Ac adulatio, tamquam vltra processit, vt qui adulare nescit id ei (prout de suo tempore inquit Sanctus Hieronymus) aut inuidiæ, aut superbiæ imputatur, & de suo tempore sic asseruit Senec. *Eo enim iam dementiæ deuenimus, vt qui parce adulatur, pro maligno sit.*

Ideòque liberis habenis omnes alteri Apelles, seu Protogenes in pingendo veris coloribus falsa euadunt, vt primo aspectu quis Oracula crederet. Et quamuis ista ars adulandi non sit tam facilis ad discendum, nam, vt † refert 99
Berthacin. *in suo repert. in verbo Adulatio*, cùm à quodam Magnate interrogatus esset, cur non adularetur; respondit se tantæ industriæ non esse, vt adulari sciret.

Nihilominus non obstante dicta difficultate, quilibet perfectus euadit ad obtegendam veritatem. Sed non mirùm, quia teste Plauto in Rudente.

Omnes ad vnum currimus cursim lucrum.
Lucro studemus omnes, viles, nobiles.

Quidquid enim cordi est, facilè meminimus; ideò quia plerumque veritas apud homines gratiam non inuenit, imò non rarò rancorem, & discordiam generat, & sic aliquid assequi cupientes, mediante veritate, intentione sua penitus frustrati remanent; quare ea suppressa restat.

Veritatis quippe (vt inquit Sanctus Hieron. in Galat.4.) ea est conditio, vt eam semper inimicitiæ sequantur, sicuti per adulationem amicitiæ comparantur. Hinc Seneca aduertit, & post eum refert Bald. *in consil. 326. incip. Rex Romanorum num. 5. vers. Audenter loquor, lib.1. Petentes*, † *cum omnia habeant, hoc vnum eis* 100
deest, scilicet, qui eis verum dicat. O misera quorumdam Magnatum conditio; cum vera audire nolint, quia aduersæ, quia † conceptæ apud animum suum opinioni 101
contraria, probis viris audientia denegata. Quare iure fertur, veritatem Potentum limina fugere, vide infra *num.167.* & vt inquit ex nostris D. Dominicus Tasson. *in suis controuers. iurisdiction. ad prag. de autefat. ver. Tertio, obseruat.3. num.52.* Veritas in Palatia ingredi non potest, nisi furtiuè, & per fenestras; necnon Plutarch. in vita Annibalis ait, *Perpetuum malum adulationem esse in Regem.*

Præclare certè dixit idem Seneca. *Qui cum Magnatibus conuersatur, aut † amicitiam, aut veritatem amitte-* 102
re ei conuenit, & benè nos admonuit Ouid. Trist.3. sic exorando omnes.

Vsibus edocto, & si quidquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.

Insuper inæstimabile bonum est suum esse; & felix ille, cuius domus vidit eum puerum, & senem. Congruitque, quod legitur in sacra Scriptura Iudic. *lib.6.* Vbi Angelus Gedeoni apparuit in propria domo granum mundanti: & dixit: *Dominus tecum, virorum fortissimè.* Magnum ne quid est granum mundare? voluit Spiritus sanctus ostendere, quod qui suis segregatim vacat, fortissimus, & laudabilis magis est, & ex nostris id obseruat D. Augustinus Barbos. *in Collectan. Iuris Canonici in cap. de multa num.18. in fin. de preben.* Aurea est sententia Senecæ in epistol.25. *Panem, & aquam natura desiderat, nemo ad hac pauper est, intra quæ, si quis desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de felicitate contendat.*

Sed loquendo de adulatione, verissimum apparet dictum illud S. Ambrosij, scilicet, *Libere, & sine † adula-* 103
tione veritatem defendentes, gratiam non habent apud homines. Libenter enim, quod delectat audimus, & offendit omne, quod nolumus, & vt aduertit Neuiz. *in sylu. nuptial. lib.5. sub num.98.* Nihil expeditius est, quàm credere quod optamus, atque † velimus, vbi inuehit con- 104
tra Iudices illos, qui munera accipiunt, quia studendo, opinio illa, fauens parti, quæ munera obtulit, semper eidem videbitur verior, & communior, ac contraria iniqua, nam munera excæcant oculos Iudicum, vt clarè habetur in Ecclesiast. *cap.20. in fin. vers. Dona excæcant oculos Iudicum &c.* meminit Rota *coram bon. mem. Cardin. Mantic. decis.372. num.8.* sed de hac materia, vt promisi, alibi, latè scribam.

Insuper, quid † facilius est, quàm persuadere id tale 105
esse, quale quis esse vult, iuxta illud: Amans pronus rapitur in desideratam rem credulitate ductrice. Itaque adest causa cur tàm profundas radices resecanda, ac penitus euellenda planta ista venenosa adulationis † egerit. 106
Quid enim peius, detestabilius, ac pestilentius adulatoribus?

Vnde Iura Canonica illos non parum prosequuntur, nam sancitum habetur, quod si aliquis Clericus ad adulatio-

tio-

107 tionem † sit pronus, degradetur, text. *est in can. Cleri-*
cus 46. distinct. & vt affirmat Hostien. *in cap. cum tuam*
de etat. & qualitat. in fin. Adulationibus, si quis conse-
quatur beneficium Ecclesiasticum, dicitur committere
simoniam. Vnde S. Ioann. Chrysost. Homil. 3. in Act.
Apostol. sic apertè ait: *Quid enim refert, si non das pecu-*
niam, sed pecunia loco adularis, multaque alia machina-
ris? Pecunia tua sit tecum in perditionem ad illum dictum
fuit: & his dicetur, Ambitio tua sit tecum in perditionem;
quoniam putasti humano ambitu possidere domum Dei. Et
quid hoc casu sit faciendum, tractat Redoan. *in tractatu*
de simon. part. 2. cap. 32. num. 48. vide etiam Siluestr. *in sua*
summa in prim. part. super verb. Adulatio num. 3. In Cleri-
cis enim crimen adulationis est capitale, Caccialop. *in*
tractat. de Lud. num. 17. & addo Pauin. *de visit. part. 2.*
quæst. 10. num. 101.

Præterea nec nouum esset in Iure asserere, quia qui
adulatur non id vult, quod dicit, sed aliud, quod non
dicit; Ideòque verba adulatoria, tamquam inania, fru-
108 stratoria, ac extrinsecè † prolata deseruiunt de vento,
& sic nec probant, nec obligationem aliquam inducunt,
secundum Ioan. Andr. Cardin. Butr. Abb. Felin. Ioann.
de Imol. Innocent. Ancharan. & cæteros omnes *in cap.*
cum venissent, per illum text. ibi, *Faceret, quod si place-*
ret &c. ext. de institut. & Bauer. *in §. plane, circa fin. in-*
stitut, de milit. testam. per illum text. cum alijs relatis per
Tiraq. *de priuil. piæ caus. priuil. 51.*

Verba enim adulatoria, non sunt applicatoria, vt in-
quit Francisc. Viu. *in sylu. comm. opinion. part. 2. opin. 668.*
num. 1. incip. Promissio facta per verba generalia, & adula-
toria &c. & adde Anton. Hering. *in tractat. de Fideiuss.*
cap. 20. §. 33. titul. quibus mod. fideiuss. tollitur num. 12. ibi,
Verba adulatoria, seu ad complacendum dicta, non obli-
gant, & post Corn. Paris. Ias. & Zas. dixit Matth. Can.
in tract. de pact. cap. 24. nu. 109. Andr. Alciat. *lib. 2. Peregr.*
cap. 12. ibi, *Verba adulationis causa dicta nullam obliga-*
tionem inducunt, cùm verba Curialia dicantur, nam Au-
lici solent aliud sentire, aliud loqui &c. Francisc. Cald. *in*
tractat. de Nominat. Emphyt. lib. 2. titul. 62. quæst. 1. sub
num. 39. vers. Verba adulatoria, nullam prorsus inducunt
dispositionem &c. Ioseph. Sess. *decis. Aragon. 82. n. 13.*

Sed vt adulatores magis exosos reddam, ideò tantisper
relictis terminis legalibus, notanter aduerte iniquos istos
adulatores imitari Coruos: sordida enim ista animalia
109 (teste Plutarcho) vt accedunt † ad cadauera, statim eo-
rum oculos effodiunt; sic adulatores suis chimeris, &
laudationibus illicò viuorum mentis oculos excæcant, ani-
mosque corrumpunt. Egregiè ergo dixit Diogenes: *Me-*
lius est incidere in coruos, quàm in adulatores; eam redden-
do rationem, *quia corui non comedunt nisi mortuos, adu-*
latores etiam viuos comedunt. Nam & quoties adulato-
res, cum eorum adulatorio vento Principes ad magna,
& quidem virtuosa properantes, & iam è medio cursu
portum prospectantes, retrò nauigare faciunt, infelici ve-
lificatione.

Notumque est dictum Sancti Hieronymi, nempe, *Ni-*
110 *hil est, quod tam facile corrumpat † mentes hominum, sicut*
adulatio, plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius
persecutoris. Quoniam secundùm S. Augustinum, *Duo*
sunt genera persecutorum, scilicet vituperantium, & adu-
lantium, sed plus persequitur lingua adulatoris, quàm ma-
111 *nus persequentis*; & teste Venerabili Beda *in Homil.* † &
ex nostris refert Card. Turrecremat. *in can. sunt nonnulli,*
sub num. 4. 46. distinct. Nutrix peccati est adulatio, quæ
sicut oleum in flamma, sic in peccatis credentibus solet
administrare malitiam. Nec in his terminis ingrata erit
consideratio S. Ioannis Chrysostomi Homil. 88. in Matth.
Vituperantes (ait) *si attendimus, causam nobis præbent*
philosophandi, laudantes autem, arrogantia, mollicie, ina-
ni gloria impellere animos solent, cuius rei Parentes sunt te-
stes, qui filios non ita laudibus efferunt, vt conuicijs repri-
munt timentes, ne aliquam inde molliciem contrahant; &
pædagogi simile quoddam adolescentibus remedium afferunt.
Quare, si auerti nonnullos decet, adulatores magis quàm
contumeliantes odisse oportet; Maior enim non attendenti-
bus ex adulatione pestis oriri solet, & facilius est hanc,
quàm illam passionem superare. Et ex prophanis audiamus
politicum illum Historicum, nempe Tacit. lib. 1. Historiar.
num. 5. qui claris notis dixit: *Pessimum veri affectus vene-*
num, adulatio, & blanditiæ; & lib. secundo Annalium
num. 4. Adulatio (inquit) *est vetus in Republica malum.*

Fugiendi ergo sunt ab omnibus perfidi, & iniqui adu-
latores, exemplo supradicti Diogenis Philosophi, qui vni
et largè adulanti, sic prudenter respondit. *Vt quid me tan-*
tum laudasti, numquid vis me vendere mihi? & sic ille
adulator tristis abijt. Idemque Diogenes solitus erat asse-
rere, *Mellifluum eloquium, esse mellifluum laqueum.*

Athenienses valdè † laudandi veniunt, nam, & odio 112
capitali prosequebantur adulatores, securique in eos sæ-
uiebant, & quia Demagoras Alexandrum Deum appel-
lauit, decem talentis eum mulctarunt; Euagoram verò
interfecerunt, eo quia eumdem Alexandrum adorauit;
idemque accidit Tymagoræ: nam cùm à dictis Athenien-
sibus Legatus missus fuisset ad Darium Regem Persarum,
cumque more Persarum adorasset, id vbi resciuerunt
Athenienses, eumdem supplicio capitis punierunt.

Meritò non parum extollendi sunt, inuicti, & magna- 113
nimi illi Principes, dupliciqne corona digni, qui tenent
aures clausas his ministris diabolicis, & sibilosis cantibus
istarum Sirenarum, quæ dum dulciter canunt, ad interi-
tum trahunt, iuxta monitum Regis Salomonis in Eccle-
siast. cap. 28. ibi, † *Sepi aures tuas spinis: linguam nequam* 114
noli audire. Optimè ergo faciunt illi Magnates, qui di-
ctos adulatores, tamquam pestis magna ab eorum fauore
valdè alienos esse volunt.

Et sic exemplo Augusti Cæsaris (nec quis admiretur, si
hic, & alibi historias adduco, quia Iurisconsulti historias
callere debent, & suis occasionibus vti; videatur Bud. *in*
Pandect. part. 1. fol. 87. Grib. *de mod. studendi lib. 1. cap. 15.*
ac Io. Faber *in §. Item precium, de empt. & vendit.* non pa-
rum excandescit contra puros Legistas, qui nihil sciunt de
libris Poetarum, Philosophorum, nec in moralibus; id
quoque admiratur Gomes. *in cap. vt animarum num. 37. de*
constitut.)

Supradictus inquam Augustus odio plusquam vatinia-
no prosequebatur prædictus † adulatores, & per præcipi- 115
tia impulsores. Nam vt fertur, cùm quidam eum adula-
ri tentasset, statim iussit, vt in aperto Palatij Imperialis
† duceretur, ibique omnibus videntibus centum verbe- 116
ribus afficeretur, & cum tali dono dimitteretur.

Quantùm enim dictus Augustus alienus esset ab adula-
tione, id benè colligitur ex relatis per Sueton. in vita
eiusdem, asserentem, quod nullatenus permittebat, (li-
cèt esse magnus Monarcha † Vrbis, & Orbis) vt nec in- 117
ter familiares suos, sub nomine Domini nominaretur, &
acerbè inuehebat in eum, qui eum tali nomine ipsum vo-
cabat. Insuper nec inter filios, & † nepotes suos voluit 118
vt adesset talis modus adulandi &c. Ideoque d. Octauianus
Augustus de supradicta modestia extollitur pulchrè à Bea-
to Thoma in eo singulari opusculo *de regimine Princip.*
cap. 13. ibi, *Quod cum eius tempore natus esset Christus*
Deus noster benedictus, qui erat verus Mundi Dominus,
& Monarcha, cuius vices gerebat Augustus, licet non intel-
ligens, sed nutu Dei sicut Cayphas, dum dixit: Oportere
vnum hominem mori † pro populo, prophetauit. Vnde hoc 119
instinctu idem Augustus, tunc temporis mandauit, vt nar-
rant historiæ, ne quis de Romano Populo, Dominum ipsum
vocaret &c. & ex nostris idem etiam refert Ioan. Redin.
in tractat. de maiest. Princip. in verb. Nemini blandum
num. 9.

Recusauit quoque idem Augustus (sic enim modestiam
dilexit) vt ei statua aliqua erigeretur; nam teste Dione
de histor. Roman. lib. 4. idem Augustus collata sibi pecunia
à Senatu Populoque Romano ad imagines faciendas, nul-
lam sibi, sed tantum Saluti publicæ, Concordiæ, &
Paci ponere iussit.

O inuidendum Principem Romanum! † nam & iste 120
fuit primus, qui Christum, eiusque gloriosam Matrem
adorare, ac incensum dare meruit, quoniam, & in ipso
die Natiuitatis Domini in sphæra Solis vidit Sacratissi-
mam Virginem cum Christo in brachijs, & ea tunc eius
Palatium in Aram Domini constituit, estque hodie Eccle-
sia Ara Cæli hic Romæ in Capitolio; de prædicta adora-
tione memini etiam sopra *in prima parte huius annot. §. 7.*
& præter ibi Auctores relatos adde etiam ex nostris Mi-
chael. Vicur. *de Regimine Mundi 3. part. principal. §. sed*
postquam, num. 32. vers. Octauianus Imper. Christum cum
benedicta Matre eius videre meruit, quasi ipse Primicerius
extiterit vocationis gentium &c. Io. Dominicus Tassonus
obseruat. Iurisdiction. super Prag. de Antef. vers. 14. obser-
uat. 1.

*nat.1.num.57.verſ. Octauianus Imper.primus fuit,qui Chri-
ſtum, & eius glorioſam Matrem adorauit.*

Sed proſequendo loqui de alijs ſupremis Monarchis,
quibus pariter adulationes diſplicuerunt, & præſertim de
Tiberio Cæſare, qui nec ſalutationes, nec reuerentias ei
121 tamquam Imperatori exhibitas† æquo animo recipiebat,
& petendo quis ab eo gratiam aliquam, ſi vtebatur verbis
adulatoribus, turbato animo reſpondebat, vt iterùm re-
122 uerteretur, quaſi iam de tali perſona ſtomachatus † eſſet,
denegando eidem audientiam. Inſuper (vt refert Sueton.
in eius vita) publicè, ſi quid in ſermone, vel in continua
oratione blandius de ſe diceretur, non dubitabat interpel-
lare, ac reprehendere, & commutare continuò. Domi-
nus appellatus à quodam, denuociauit, ne ſe amplius con-
tumeliæ cauſa nominaret.

Sed nunc ò tempora, ò mores! vbinam ſumus? quis
hodie hoc nomine dedignatur? ſed melius, quis hodie
quamuis ſit vilis, & nebulo, non ſibi de honore plurimum
detrahi non arbitretur, ſi hoc nomine Domini non ſalu-
tetur? vt ex noſtris aſſerunt Ludou.Gomeſ. *in cap.1.n.41.
poſt med. de conſtitutionibus lib.6.* & recentiùs Gonzal. *ad
regul.8. Cancell. gloſ.1. num.28. verſ. Hodie autem viles, &
nebulones &c.*

123 Ad æternam † gloriam Traiani Imperatoris ſic aſſerit
Plinius ad eum ſcribendo. *Tum cæteris omnibus iniquus,
tum maximè adulatoribus obſtructus eſt aditus.*

Nec tacebo magnum exemplum Iuſtiniani noſtri Impe-
ratoris, qui cæteris actionibus magnus, hoc etiam ma-
124 ximus (teſte enim Fulgoſo) † cùm à quodam Græco adu-
latus eſſet de Diuinitate, & non valens Imperator ſibi in
hoc imperare, turbatus, iraque plenus, è ſolio Imperia-
li deſcendit, eique proprijs vnguibus totam faciem lace-
125 rauit: quare cùm dictus Græcus reperiret † vultum to-
tum cruentatum, inclamauit: *Quid me laceras Impera-
tor?* ſcitè reſpondit Imperator: *Quid me mordes aſſenta-
tor Terentianus?*

126 Non diſſimile exemplum fertur † de Sigiſmundo Impe-
ratore, qui cùm laudatorem alapis cecidiſſet, illeque
inclamaſſet: *Quid me cædis Imperator?* prudenter repli-
cauit: *Quid me mordes adulator?*

Nobile eſt etiam factum, & narratu dignum Attilæ
127 † Hunnorum Regis, Maruli Calabri poema concreman-
tis, quod Varum non ignorata licentia Regium Hunno-
rum genus ad Deos retuliſſet.

Optimè quidem ſe geſſit Caligula Imperator qui (vt le-
128 gitur in eius vita) cùm acuta † febri laboraret, quidam
ſolemnis Adulator aſſeruit ei, ipſum velle libenter mori,
dummodo Imp. conualeſceret: & cùm Caligula reſpon-
diſſet, id non credere, iterum id affirmauit adulator cum
129 iuramento. Accidit, quod Imperator † conualuit, &
ſic iuſſit illum interfici, ad hoc vt promiſſa ſeruaret.

De Philippo Rege Macedonum, habetur apud Pauſan.
Cùm eſſet deputatus Iudex duorum adulatorum, libenter
130 ſuſcepit tale iudicium, † vt modo ſuo in eos animaduer-
teret, cùm hoſtis eſſet ſimilis farinæ hominum. Vnde
iuſſit, *vt primus feſtinanter fugeret vltra fines Macedo-
niæ, & ſecundus eum ſequeretur.*

Relinquo breuitatis gratia in hac materia plures ſimiles
131 actiones diuerſorum † Heroum, qui totis viribus perſe-
cuti laudatores, ſeu adulatores, (qui ſecundum Thale-
tem Mileſium primum ex ſeptem Sapientibus Græciæ, vt
refert Laertius *de moribus Philoſophorum in eius vita*,
132 † omnium animalium domeſticorum peſſimi ſunt) ſæ-
uiendo in eos cum atrociſſimis ſupplicijs, vt reliquos ab
hoc vitio terrerent: nam vt aſſerebat Alphonſus Arago-
num Rex, *Adulatione nullam Imperijs nocentiorem peſtem,
133 nullum ſceptris, regniſque magis † exitialem.* Et Carolus
V. Cæſar, dicere erat ſolitus, *Adulationem Regiam quan-
dam ſcabiem, & venenum eſſe, quod ſceptrorum intima de-
paſcit; & plures hanc vnam, quàm hoſtes euertiſſe.*

Tollendi enim ſunt prauorum conſiliorum laudatores,
item temerarij auſibus applauſores, item ad viribus ma-
134 iora impulſores; & tandem res certas, † claraſque ob-
ſcurare contendentes, prout eſt caſus noſter de vniuerſali,
ac cæleſti Romani Pontificis poteſtate.

Plenæ ſunt hiſtoriæ, quot fuerunt ex ſupradictæ farinæ
hominum genere, qui mediante adulatione, Reſpubli-
135 cas, Imperia florentiſſima, potentiſſimaque ſceptra, † ac
diademata ad aliena non ſemel genua compulere, multo-
rum ſeculorum Regna ad nihil deduxerunt. Demoſthe-
nes publicas Regnorum clades adulatoribus aſcribit. Et
Quintus Curtius non dubitauit aſſerere: *Sæpius adula-
tionibus quàm ferro, & hoſtibus Reges, Regnaque euerſa
fuiſſe.*

Nulla namque eſt peſtis efficacior ad nocendum, quàm
familiaris inimicus, *ad text. in can. ſi inimicus eſt*, ibi,
*Cùm corpore videatur eſſe nobiſcum, mente tamen & ani-
mo contra nos eſt &c. 93. diſtinct.* & ibi gloſ. *in verbo hoſtis,*
ait, non eſſe odium grauius, quàm ſimulatum amorem.
Eſtque in hac re illud Ciceronis: Nullam in amicitijs pe-
ſtem maiorem, quàm adulationem. Eaque eſt differentia
inter bonum Conſiliarium, & inter Adulatorem, † quæ 136
eſt inter Medicum, & Coquum; nam Medicus dummo-
do proſpiciat ſaluti, parùm curat, de guſtu; ſic, eſt bonus
Conſiliarius. Coquus verò præter guſtum, aliud non
attendit, nullatenus oculum habendo ad ſalutem, ſic &
Adulator. *Nam adulatio* (ſecundum S. Baſilium) *eſt blan-
diſſima operum deprædatrix, iucunda animarum hoſtis, ti-
nea virtutum, & locuſta fructuum &c.*

Adulatio verò, an ſit peccatum mortale, videndus eſt
Sanctus Thomas 2.2. *queſt.115. articul.1.* Silueſt. *in ſumm.
in verb. Adulatio num.4.* Ioan. Tabien. *pariter in ſumma in
eodem verb. Adulatio*; & ad hoc allegant illud Pſalm. *Deus
diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent*, & dictum
Apoſtoli ad Galat.1. *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti
ſeruus non eſſem*; & reliqua, vt ibi ſatis latè habentur.

Et optimè ex Canoniſtis diſtinguunt Præpoſit. Medio-
lanen. *in can. ſunt nonnulli num.2. 46. diſtinct.* ac ibi quo-
que Archidiacon. ac Cardinalis, & vide idem Præpoſit.
in can. nemo num.5. 27. diſtinct. ibi, *Quæro an iſti adula-
tores peccent mortaliter &c.* & latius Cardinalis Turrecre-
mat. *in d. cap. ſunt nonnulli num.1.* vbi inter alia aſſerit,
Adulationem eſſe peccatum mortale, quia in *can. Clericus
46. diſtinct.* dicitur: *Si clericus adulationibus vacare de-
prehendatur, degradetur: ſed talis pœna non imponitur niſi
propter peccatum mortale, ergo adulatio eſt peccatum mor-
tale &c.* copioſèque id ſubſequitur, ſed cum quibuſdam
diſtinctionibus.

Vlterius, licèt adulatores, ſint cauſa euerſionis Regno- 137
rum (vt ex Demoſthene, & Q. Curtio ſupra dixi) nihi-
lominus in Curijs Principum ſunt omnibus alijs maiores,
ita ex noſtris mærenter referunt Alberic. *in l. ſi quis Iudi-
cum num.2. verſ. Nota contra adulatores, qui deſtruunt Cu-
rias &c. Cod. de ſtatuis, & imaginibus Imperat.* & Ioann.
Redin. *in tractat. de maieſtat. Princip. ſuper verb. Nemini
blandum num.12.* & ambo in hac materia referunt verſus
ſequentes.

Quiſquis ditari cupit, ſapienſque vocari; 138
Diſcat adulari, quia iſti ſunt modo chari.

Super iſta corruptela meritò quoque inclamat Hiero-
nym. Cagnol. *in tractat. de vit. & regimin. bon. Princip.
ſub num.96.* vbi ait. Licèt adulatores ſint peſſimæ beſtiæ,
tamen hiſce temporibus, † vel maximè, qualibet in Cu- 139
ria regnant, & ſic adulantur Sacrifici, aſſentantur Me-
dici, Conſiliarij haud ſatis amicè conſulunt, neque libe-
rè monent, Magiſtratus, Proceresque certatim Principis
fauorem ambiunt, ac ad gratiam ferè ſemper † loquun- 140
tur; Qui à ſacroſanctis Confeſſionibus Principibus ſunt,
libenter, & audacter, zeloque Dei accenſi, vix fungun-
tur officio ſuo, quod ſi facerent hercle meliores eſſent
Principes; reliqua vide apud Cagnol. *d. num.96.* Et non
parum poſt Hoſtien. & Ioann. de Lignan. admiratur An-
tonin. de Corſett. *in tractat. de poteſtat. Reg. part.5. n.36.*
ibi, *poterunt Reges, & Principes auctoritate Papæ* (cui à
Deo commiſſus fuit Principatus Mundi) *inſurgere contra
infideles, & non contra fideles, prout hodie Principes Chri-
ſtiani bella inter ſe gerunt, & vſurpant ſibi inuicem iura
propria, vnde mirandum qualiter à ſuis Confeſſoribus abſol-
uantur &c.* cum alijs vt ibi; addoque quod olim incre-
pando, & declamando cecinit prudens ille vates Petrar-
cha in ſuo Famæ Triumpho, capitulu ſecundo, in illis ver-
ſibus.

Ite ò ſuperbi, e miſeri Chriſtiani
Conſumando l'vn l'altro; e non vi caglia,
Che'l Sepolcro di Chriſto è in man de' Cani.

Quos verſus, & ex noſtris refert Hippolyt. Marſil. *in
ſuo ſolemni tractat. de Bannit. in verb. Papa num.62.* vbi
inquit, *Papam poſſe concedere Indulgentias accedentibus
ad expugnandam Terram Sanctam Hieroſolymitanam
&c.*

Sed

141 Sed loquendo, vt cœpi, † de adulatoribus, qui sunt illi, qui (vt ait Terentius) ex stultis, solent alios insanos facere, Videndus est quoque Luc. de Penna *super rubric. de silentiar. & decurion. eorum lib. 12. sub num. 9. & 10.* vbi inquit. Hodie adulatores, assentatores, & palpones in Curijs Principum regnare, tales enim ad amicitiam, nedum ad Consilium adhibere omnino est leuitatis &c. necnon in *l. priscæ num. 3. C. de palatin. sacr. larg. lib. 12.* subiungit, quod adulatores, ac mali apud Principes hodie habentur in honore, & frequentissimo quoque donantur munere, & frequens est, vt Curiæ recipiant vitiosos, apud quos incalescit audacia delinquendi; subditque Curiam, Philosophiam excludere, & rem quidem monstruosam esse Philosophum Curialem, aliaque ibi ponit, quæ non refero, & in fine asserit prædicta scripsisse ad refrigerium litteratorum, qui hodie sunt, atque ad eorumdem sublenamen, plura quoque adduxit D. Augustin. Barbos. *in Collect. Iuris Canon. ad cap. de multa 28. a num. 16. de præbend.* Vbi curiosè inuestigat rationem, de illo planè absurdo, & quasi incredibili, quod fertur de Noctua: (vulgò Ciuetta) illa enim cum nihilo cæteris volucribus sit sapientior, neque speciosior, sed talem, qualem scimus, quando fortè vocem emittit tristificam, prorsusque insuauem, circumsistunt aliæ aues, imò, si eam tantum videant, lætantet partim propè assident, partim in gyro circumuolant; asseritque vna cum Dione Philosopho, aues hoc facere in contemptum vilitatis, & infirmitatis. Sed alij dicunt, quod aues circumstant noctuæ, vt noctuam admirentur. Sed quomodo fit, vt non magis Pauonem admirentur, ita pulchrum, & varium, ac seipsum extollentem, pennarumque pulchritudinem ostentantem, statuendo sibi vbique tamquam speciosum theatrum, aut pictura quadam Cælum sideribus distinctum imitantem, quin, & reliquo corpore admirandum propemodum, quasi aurum cæruleo metallo mixtum videtur? Et quid ex tali, ac tanto absurdo autum in hac materia, inferat Barbos. non refero breuitatis ergo, cùm id asseruerim incidenter.

Loquor namque de adulatoribus, qui si forsitan Consiliarij erunt Principum, quid boni erit sperandum? nam cùm isti proprijs commodis tantum studeant, opus erit, vt publica vtilitas neglecta, & prostrata remaneat, vt asserit Cagnol. *in supradict. tractat. de vit. & regimin. Princip. sub num. 94.* aduertitque Martin. Lauden. *in tractat. de Consiliar. Princip. quæst. 10.* ibi, *Notent Consiliarij Principum, quod tria destruunt Rempublicam, non prudens, neque digestum consilium, priuatum commodum, & latens odium.*

Principes ergo cauere diligenter debent non adhibere vllo pacto in eorum consilijs adulatores, qui nequiores sunt hostes illis, qui aperto Marte contra eos congrediuntur, *arg. text. in can. si inimicus 93. distinct.* de quibus Vates ille diuinus Psalm. 27. cecinit, *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum*. Et Sanctus Hieronymus in quadam epistola ad Theclam solebat dicere: *Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis*; vt etiam per Archidiac. & Io. de Turrecremat. *in can. sunt nonnulli, & in can. clericum qui adulationibus 46. distinct.* Vnde Bias Prienæus interrogatos, quale esset animal omnium maximè noxium, *Si de feris* (inquit) *percunctaris, tyrannus; si de mitibus, adulator.* Et Crates Thebanus, eos, qui cum adulatoribus viuerent, aiebat esse desertos, non aliter, quàm vituli sunt inter lupos; ac ex nostris refert Mascard. *de probat. part. 1. conclus. 56. num. 4.*

142 Nihil enim † supra relati præter placentia loquuntur, vniuersorum amore prorsus detrito. Vereque subiungi potest, iam ab aula recessisse pulchrum monitum illius zelantis pectoris Romani Oratoris erga bonum pulchrum, qui perorando in Senatu pro Sexto Roscio, ex imò pectoris inclamauit: *Pro communi vtilitate adeunda sunt inimicitiæ, subeunda sunt tempestates, & cum audacibus improbis etiam Potentibus est dimicandum &c.* O sententia aurea, & pia in ore Gentilis! Titus verò Romilius semel interrogatus, quis esset bonus Consiliarius, respondit: *Is est optimus Consiliarius, qui sententiam suam non ad gratiam, aut ad priuatas amicitias, & rationes, sed ad communem vtilitatem refert.*

Hinc Diuinus ille Plato, inter alia eius præcepta, quæ dedit pro conseruatione Reipublicæ, Principatuum &c. vt ex nostris refert Alberic. *in l. ex præcepto num. 2. Cod. de Iustinian. Cod. confirmand.* illud est, vt eorum Ministri suorum commodorum obliuiscantur; & ex sententia eiusdem Platonis, optimè ratiocinatur text. *in can. differt, vers. Vnde apud Platonem &c. 8. distinct. quod illa Ciuitas iustissimè ordinata dicitur, in qua quisque proprios nesciat affectus*, &c. Meritoque Domitores, & Dominatores Vniuersi, Romanos dico, (vt referunt veteres Annales, & ex nostris in eorum gloriam commemorat Ioann. Dominic. Tasson. Neapolitan. *in suis controuers. iurisdiction. super Pragm. de antef. vers. 3. Obseruat. 3. num. 8.*) præ foribus Senatus Romani talem incidi fecerunt Inscriptionem:

HOC LIMEN INTRANTES,
ABIECTA PRIVATA CHARITATE,
PVBLICAM INDVANT.

At redeundo ad malignam tabem adulationis, quæ
† magnorum Principum mentes vsque adeò inuadit, vt 143
illi, qui ferro impenetrabiles fuerint, ea mediante nullo
negotio expugnati fuerint, *Adulatio namque*, (teste Rege Salomone in Ecclesiast. cap. 28.) *Ciuitates muratas destruxit, & domos Magnatum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit &c.*

Pulchrè Pythagoras, Principum adulatores impuris
comparat mulieribus, quæ à Deo salutem, vitam, opes,
aliaque omnia amatoribus suis, præter bonam mentem
desiderant, ac precantur, destitui enim nolunt, vt fieret,
si mens bona accederet, *Adulationes enita, † ò Princeps,* 144
(ait Seneca de quatuor virtutibus) *sitque tibi tam molestum laudari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia*. Hinc etiam dixit Cornelius Tacitus: *Caueant Principes ab eo, qui omnia eorum gesta, siue honesta, siue inhonesta, laudat, & claudant aures mellifluis verbis.*

Quemadmodum enim ter quaterque beati, nuncupari
iure possunt illi, quibus felicitas illa concessa est, & magis,
si Princeps fuerit, si diademate, vel sceptro clarus,
ne in exitium Rempublicam secum trahat, dum prædictis
incentoribus aditum negat; solumque ad eius aures consilij
ergo admittendo, qui probatæ, † ac serio discussæ 145
virtutis, ac veritatis amatores sunt.

O fortunatum illum Principem, dum tales apud se habet
amicos, & consiliarios, quales quoque illi erant Alexandri
Seueri Romani Imperatoris, sic enim de eo loquitur
Lampridius, *Amicos sanctos, ac venerabiles habuit,*
† non malitiosos, non furaces, non ad malum consentientes, 146
non fingentes, non mentientes; & alia, vt latè per eum, & ex nostris referunt Ioann. Redin. *in tractat. de Maiest. Princip. in verb. Paucis familiarem num. 29. vers. Vt de Alexandro Seuero &c.* Iacob. Simanc. *in tractat. de Catholic. instit. titul. 41. num. 2.* vbi ex Lampridio refert, Alexandrum Seuerum Romanorum Imperatorem, non mirum, fuisse adeò Summum, & rerum gestarum gloria adhuc viuere, nam Imperij Romani habenas gloriosè moderatus est consilio celeberrimorum Iurisconsultorum, nempè Sabini, Vlpiani, Pauli, Pomponij, Hermogenij, Venulei, Triphonij, Metiani, Celsi, Proculi, Modestini &c. aliorumque, vt ibi latius habes.

Talis enim Princeps, qui supradicta vtitur conuersatione,
& qui consiliarios vera dicentes sortitus est, quorum
intentio fundata manet in honore † Dei, & salute 147
publica, remoto omni interesse priuato, ac aptitudine, fide, & probitate conspicui sunt; talis inquam, Princeps iucundè viuat, nullatenus verendo ruinam sui Principatus tam validis columnis innixi. Videatur S. Bernard. *lib. 4. de consider. ad Eugenium Summum Pontificem*. Vbi loquitur de Cardinali Martino, qui cùm missus fuisset Legatus Apostolicus in Daciam, regionem abundantissimam
auri, & argenti, redijt à sua legatione tam mendicus, vt
nec necessaria pro † itinere vix haberet; itaque cùm Flo- 148
rentiæ dono ei datus fuisset equus, & postea percontatus à donatore, vt in Curia Romana sibi esset fauorabilis in quodam suo negotio; cumque id audiuisset Cardinalis, statim tali maiestosa seueritate respondit: *Nesciebam tibi imminere negocium, decepisti me? tolle equum tuum, ecce in stabulo est*; & eadem hora illum resignauit ei. Vnde miratus Sanctus Bernardus, ad Eugenium conuersus, ait: *Quid dicis Beatissimè Eugeni? non ne alterius sæculi res est, rediisse Legatum de terra auri, sine auro, transiisse per terram argenti, & argentum nesciuisse? donum insuper*

quod

quod potuit esse suspectum, illico reiecisse; & deinde ad pro-
149 positum nostrum subiungit, † *O si talium daretur viro-
rum copia, quid te felicius? quid tuo seculo iucundius, cùm
quaqua versum procedens, stipatum te videret tam inclyto
agmine Beatorum &c.*

Insuper in hac materia plùs dico, tutior est Respubli-
ca, quando Princeps est malus, amicis tamen suffultus
150 bonis, quàm quando est bonus, amicis verò † circum-
sessus malis, vt ex sententia Marij Maximi testatum reli-
quit Lampridius, & rationem eam prudenter expendit;
Quia vnus malus; potest à pluribus bonis corrigi, multi
autem mali non possunt ab vno, quamuis bono, vlla ra-
tione superari.

Prædictamque sententiam Marij Maximi tamquam ve-
ram, & memorabilem, ex nostris extollit Hieronym.
Caghol. *in tractat. de vit. & regimin. boni Princip. num.*
118. *vers. Vera, & immemorabilis &c.* ibique quoque
adducit, quod dolenter dicebat Diocletianus Imperator,
bonus, cautus, optimus venditur Imperator.

Sed vt sequar incepta, si inceniores audire recusantes
fortunati sunt, sic non minùs infelices reputandi veniunt
151 plures, & præsertim Magnates, si eorum † aures ob-
sideat hæc turba adulantium, iuxta dictum Paterculi,
Semper magna fortuna comes adulatio, quia cùm exitus
acta probet, durumque sit contra stimulum calcitrare;
Veritas enim, quamuis aliquando calumnijs hominum
possit oppugnari, expugnari tamen numquam, paries
152 est enim † impenetrabilis, ac inuincibilis, *ad text. in l.
Imperatores* 29. §. *mulier, ff. de probat.* cum alijs alle-
gatis per Afflict. *decis.* 153. *sub num.* 7. *vers. Veritas est
res solidissima, & murus inexpugnabilis*, ac secun-
dum Senec. epist. 80. *Veritas solidissima est, & in
omnibus suis partibus semper est eadem*, & vide supra
num. 54.

Testis locupletissimus omnibus sit Federicus Imperator,
153 ille, à cuius † mente depulsa caligine falsitatis, de erro-
re, ad veritatem venit, de tenebris ad lucem transijt, &
ad caulas Matris Ecclesiæ Romanæ, tamquam ouis erra-
tica repedauit.

Ipse enim in publica oratione, quam coram Alexan-
dro III. Romano Pontifice, & maxima Procerum
multitudine habuit, vt eam ex Romualdo Salernitano
Archiepiscopo, refert Cardinalis Baronius *in Annal. Ec-
clesiast. tom.* 12. *ad annum* 1177. *fol. mihi* 714. inter alia
sic dictus Imperator locutus fuit.

*Totus Mundus euidenter agnoscat, quod licet nos Roma-
154 ni Imperij dignitate, † & gloria fulgeamus, tamen à
nobis humanæ conditionis proprium, dignitas Romana
non abstulit, nec ignorantia vitium Maiestas Imperia-
155 lis exclusit; Nam suggestione prauorum † hominum igno-
rantiæ tenebris fuimus inuoluti; & per viam veritatis cre-
dentes incedere, extra iustitiæ semitas nos inuenimus &c.*
ac in fine ita subiungit: *Vniuersa hæc turba fidelium co-
gnoscat, quod nos de cætero, errore totius falsitatis ab-
iecto, ad veritatem conuertimur, de schismate, ad vni-
156 tatem † redimus, & ad gremium Matris nostræ Sacro-
sanctæ Romanæ Ecclesiæ gratanter accedimus, Dominum
Alexandrum, qui est in præsentiarum, & successores
eius, in Catholicum Papam recipimus, & ipsi tamquam
patri debitam reuerentiam exhibere proponimus &c.* De
qua oratione etiam mentionem facit Cardinal. Bellarmin.
in Apolog. ad librum Iacob. Magni Britann. Reg. titul. 16. *in
responsione ad quartam historiam.*

Porro breuitatis gratia multis alijs exemplis relictis,
generaliter subiungo: Quod Magnates velint, nolint;
superuenientibus calamitatibus, miserijsque, & non
rarò vltimum infortuniorum causatum ob eorum facilitatem
157 in fidem † præstando adulatoribus, coacti sunt fateri, se
tamquam incautos in illorum insidiosos laqueos incidisse,
stultaque præda aucupatos, sicque eorum infidelitatem
amarè plorant, & simul, sed tardè experiuntur, quàm
sint perniciosi, & improbi. Nulla enim pestis maior
est, quam adulator, vt admonendo Principes, ait The-
saur. *in proœm. decis. Senat. Pedem. num.* 28. *vers. hostium
loco habendi sunt, &c.*

Audiamus quæso ad hoc propositum Salustium sic lo-
quentem: *Omnia Regna, Ciuitates, Nationes vsque
158 eo prosperum Imperium habuerunt, † dum apud eos vera
consilia valuerunt; vbi autem gratia, timor, voluptas
ea corrupere, post paulo imminutæ opes, deinde adem-
ptum Imperium, postremò seruitus imposita est; Nam adu-
latio* (teste Plutarco de discrimine adulationis, & ami-
citiæ) *non est pauperum, aut ignobilium comes, sed est
nobilium morbus, ac ruina, sæpe Regna quoque subuertit,
& Imperia.*

Plenæ sunt historiæ de istis infortunatis euentibus Po-
tentum, qui hac via, vitam, & gloriam amiserunt, &
potissimum referunt Annales de damnando illo Vitellio
Imperatore, qui magnam Imperij partem non nisi consi-
lio, & arbitrio vilissimi cuiusque histrionum, auriga-
rumque administrauit, & maximè Asiatici liberti. *Ni-
hil enim tam alienat animum Principis ab omni virtutum
genere, quàm alere prauos ministros, quorum ministerio, &
consilio ipse Princeps vtatur.*

Ille namque Vitellius, † heu miser, sortitus est exi- 159
tum supradictis Consiliarijs, & amicis dignissimum. Vi-
deatur Suetonius Tranquillus in vita d. Vitellij circa
finem, qui eius opprobriosum finem describit, & inter
alia refert. *Cum Senatus Populusque Romanus amplius
eiusdem facinorosas actiones, pessimamque vitam sufferre
non potuerit, tandem magno impetu religatis ei post terga
manibus, iniuncto ceruicibus laqueo, veste discissa, semi-
nudus in forum tractus est, inter magna rerum, verbo-
rumque ludibria, per totum Viæ sacræ spacium, reducta
coma à capite, ceu noxij solent, atque etiam mento mu-
crone gladij subiecti, vt visendam præberet faciem, neue
submitteret, quibusdam stercore, & cœno incessentibus,
alijs incendiarium, & patinarium vociferantibus, tan-
dem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus,
atque confectus est, & inde vnco tractus in Tyberim.* Con-
sulendus quoque est Tacit. *in lib.* 3. *suarum historiarum in
fin.* qui ad Vitellij æternam infamiam, eius etiam infa-
mem finem refert. Vnde videmus, verum esse dictum
Oratoris Romani, nempe, *Habet adulatio principia iu-
cunda, eadem exitus amarissimos affert*, cuius amaritudi-
nem optimè gustauit supradictus, alijque infiniti. Esca
enim perditionis est adulatio, text. est *in can. sunt nonnulli,
vers. Quisquis malè agentibus adulatur*, 46. *distinct.*

De Commodo Imperatore sic refert Hærodianus: *Men-
sarij quidam adulatores, qui ventre, atque obscenis † vo- 160
luptatibus felicitatem metiebantur, Commodum iuuenem
Imperatorem perdiderunt.* Xersis magna potentia, omni-
bus suis inimicis formidabilis, ac inuincibilis, facili ne-
gotio deuicta fuit, ac prostrata à mellifluis linguis suo-
rum adulatorum, vt nota est historia. Roboam, quare
magna parte sui Regni priuatus opprobriosè fuit, ascri-
bitur talis actus adulationi suorum amicorum; nam, vt
eorum consilia sequeretur, spreuit optima monita pru-
dentum Consiliariorum, vt videre est 3. *Reg.* 12. 6.
& 7.

Relinquo infinitos alios, ne tædio sim, & hic allegari
potest similitudo illa S. Maximi in sermon. 1. de adulat.
*Quemadmodum Actæon à canibus, quos alebat, interfe-
ctus est, ita Reges ab adulatoribus, quos nutriunt, deuo-
rantur.* Diuinus ille Plato pariter loquendo de adulatori-
bus, sic prudenter inquit: *Tantò Circe crudeliores,
quantò grauius inferunt damnum, illa enim suis poculis exte-
riora hominis fertur in bestias transmutasse, hi verò leno-
cinijs suis interiora transformant.*

Idque est, quod non † parum admirabatur S. Hiero- 161
nymus in epist. ad Celantiam, *Quæ tanta*, ait, *hæc leni-
tas est animi, quæ tanta vanitas, relicta propria conscien-
tia, alienam opinionem sequi.*

Sed heu maga incantatrix adulatio, quæ nos reddit
tam insensatos, ac stupidos, adeòque ebrios, vt magis
adulatoribus credamus, quàm nobis ipsis, licèt id plus-
quam certò sciamus, & hac de causa admonuit Cato,

Cùm † te aliquis laudat, iudex tuus esse memento. 162
Plus alijs de te, quàm tu tibi credere noli.

Sed hodie contrarium seruatur, & vt aduertit Commen-
tator *ad d. Regulam Catonis*, in hoc plurimum deficiunt
multi diuites, & potentes excæcati superbia, & ambi-
tione seipsos non agnoscentes, de quibus Dauid: *Homo
dum in honore esset † non intellexit, comparatus est iu- 163
mentis, &c.* Exempla possent adduci infinita, sed suffi-
ciat enarrare casus Alexandri Magni, cuius pectus insa-
tiabilis laudis amor accepit, † & sic benignas aures præ- 164
bebat adulatoribus. Iste ergo (vt referunt historiæ, &
non incongruè exornat Senec. epist. 60.) cùm in obsidio-
ne cuiusdam Vrbis circuisset muros, † ictu sagittæ per- 165
cussis

cussus, itaque represso sanguine sicci vulneris dolor cresceret, & crus obstupuisset, coactus obsistere, *Omnes* (su-
166 spirando fassus fuit) † *iorant me esse filium Iouis, sed vulnus hoc hominem me esse clamat* ; & perbelle congruit dictum illud Regij Vatis in Psalm.88. *Tu humilasti sicut vulneratum superbum*.

Supradicta quoque sapienter, eleganterquè animaduersa fuerunt à D. Cardinali Mapheo Barberino, hodiè Sanctiss. Domino Nostro Vrbano Octauo Pont. Opt. Max. in suis Poemat. sub titulo, De Adulatione perniciosa.

167 *Fugit potentum limina Veritas:*
Quamquam salutis nuntia, nauseam
Inuisa prorita, vel iram
Sæpè magis ruat hostis hostem.
Illus sagitta Rex Macedo videt
Non esse prolem se Iouis......

Hic etiam optimè facit quod fertur de Antigono, vno ex successoribus Alexandri Magni, qui regnauit in Asia :
168 iste enim inter venandum, mutata † veste, relictis comitibus, apud agrestes homines errabundus, in vili tugurio pernoctauit incognitus, & cùm de se ipso, tamquam de altero cunctatus astantes, omnia, quæ fecerat mali audiuisset, manè Rex quæsitus, & inuentus, cum vestem allatam, atque Regium ornatum vidisset, *Date*, inquit, *purpuram, quam vt primùm indui, verum de me, nisi in hac nocte qua exutus eram, numquam audiui*, & sic
169 † verissimum redditur illud Iouiniani Imperatoris. *Purpuram adulator, non Regem colit*.

Augustus Cæsar mortuo Vario, plurimum, ac acer-
170 bum dolorem † se habere profitebatur, quia amplius non esset, à quo verum audiret. Quamuis quilibet Princeps,
171 si verum audire velit, facilè inueniet, † à quo audiat, vt egregiè ex nostris aduertit Cagnol. *in d. tractat. de vit. & regim. bon. Princip. num.96.* nam id nullo negocio assequetur, vt dicit idem *sub num.84.*

Si omnibus indifferenter facilis sit aditus ad ipsum Principem, cùm id habeat nescio quid paterni, exemplo magni illius Traiani Imperatoris, de quo hæc refert Pli-
172 nius: † *Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora, adeunt omnes statim, dimittuntur statim, &c.* Et præter adducta à Cagnol. Addo quod de eodem Imperatore, inquit Eutropius, *Amicis illis culpantibus quod nimis circa omnes comis esset*, respondit, *Talem se esse Impera-*
173 *torem priuatis, † quales esse sibi Imperatores priuatus optasset*. O aurea vox, verèque digna, vt omnium Regum cordibus gemma scribatur! Idque optandum esse in Superioribus scripsit Sapiens in Ecclesiast. cap.32. *Rectorem te posuerunt? esto in illis, quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe &c.* Rarum quoque, quod legimus de Nerua Imperatore apud Cassium, nempe, *Tanta erat illi integritatis fiducia, vt sæpe iactauerit, se nihil tale fecisse, quo minus deposito Imperio, securus vitam priuatam ageret*. Sed ad nos.

Philippus Rex Macedonum, vt refert Marc. Tull. cùm aliquando iudicandi munere, & moræ tædio affectus esset, dum discederet, à paupercula muliere, vt causam suam
174 expediret † interpellatus esset, respondisset Rex, *Ocium sibi non esse*, inclamauit mulier, *Noli ergo imperare*: Philippum verò admirarum de responsione tali resedisse legimus, & non modo illam, sed alias quoque causa cognouisse.

In hoc enim omnibus Principibus exemplum omnino imitandum esse debet Vespesianus gloriosus Romanorum
175 Imperator, † cuius benignitas in audiendo omnes inter cæteras eius virtutes nobilitata manet; Nam, vt ferunt historiæ, tam vlira processit, vt cùm graui morbo vexaretur, & lectu decumberet, nihilominus quemlibet ad
176 audientiam admitteret. Vnde eius propinqui, & † amici admonendo eum, vt sibi ipsi parceret, memorandam vocem illam emisit, *Oportet Imperatorem stantem mori*, hoc est in audiendis causis, & negotijs componendis, rebusque vigilantem vsque ad extremum vitæ spiritum opus esse. Quodque facto ipso, docere voluit, *Quia dum ad hoc surrexit, ac nixus est, inter manus sublenantium extinctus remansit annum agens ætatis sexagesimum nonum*, vt testis est Tranquill. Sueton. *in eius vit. cap. pe-*
177 *nult.* O verè Imperatorem, sed verius Parentem † amantissimum, qui non obstante graui ætate, ac mortali morbo, momentum etiam vltimum alijs dare voluit, ne illud ad commune bonum transiret inane.

Et præter adducta exempla à Cagnolo addo, quod de Octauiano Augusto † refert Suetonius in eius vita, sic: 178
Promiscuis salutationibus admittebat, & plebem, magna comitate adeuntium, desideria excipiens.

De Theodosio Imperatore asserit Pacatus, *Creber egressu, expectantibus populis te fateris, nec videri modo patiens, sed facilis adiri, & proximo accipis vota omnium tuorum*.

De Constantino Imperatore sic heroicè narrat Nazarius: *Quid? facilis aditus: quid? aures patientissimas: quid? benigna responsa: quid? vultum ipsum augusti decoris grauitate, hilaritate permixta, venerandum quiddam, & amabile renidentem, quis dignè exequi posset?*

M. Antoninus Imperator, dictus Philosophus, fuit tantæ tranquillitatis vir (teste Iul. Capitolin.) vt vultum numquam mutaterit mœrore, vel gaudio, fuitque etiam in audiendo omnes rari exempli, † vnde de eo Hæ- 179
rodianus scripsit. *Adeo ciuilem, & commodum omnibus sese præstabat, vt adeunti cuiuis dexteram placidè daret, neminem à suis custodibus prohiberi aditu pateretur*. Non mirum ergo si talis Imperator tam iucundus, & pergratus omnibus fuit. Hinc illud in Vespesiano Taciti, *Obsequium inde in Principem, & æmulandi amor validior, quàm pœna ex legibus, & metus*. Prædictis etiam Imperator, vna cum Comico Terentio in Adelph. iure affirmare poterat.

. . . . *Reipsa reperi*
Facilitate nihil esse homini melius, neque clementia
atque teste Ciceron. *lib.1. offic.* Nihil est laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius clementia, & placabilitate. Et vt notatur ex text. *in l. imperialis 23. vers. Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum natura nostræ possibile est) imitari, &c. C. de nupt. & in §. itaque vers. Quos nobis tradidit Deus eius sequentes benignitatem, &c. Auth. vt Iudic. sine quoque suffrag.* Clementia sola nos potest (vt ita dicam) æquare Deo, & adde alium text. *in l. si vnus ibi*, cùm nihil tam peculiare sit Imperialis Maiestatis, quàm humanitas, per quam sola Dei seruatur imitatio, &c. *Cod. de donat. inter vir. & vxor.* Et melius est ob misericordiam, quam ob crudelitatem Deo rationem reddere, *can. alligant 26. quæst.7.* Hinc fertur, (& ex nostris refert Io. Dom. Tasson. *in suis controuers. Iurisdictionalib. super Pragm. de Antefat. vers.12. obseruat.2. num.140.* de pijssimo Papa Gregorio XIII. qui tot Altaria priuilegiata erigebat, totque Indulgentias concedebat, dicendo: quod si Dominus ab eo rationem exposceret, cur tot Indulgentias concedebat, responsurus erat: Se eius exempla imitasse, qui pro genere humano passus, & crucifixus est.

Duæ enim sunt virtutes, Magnatum, Iustitia, & Pietas; nam Iustitia per se seuera est, *can. duo 24. quæst.4. & in can. in multis 45. distinct.* & ideò dicitur, quod apes electus in Regem perdit aculeum, vt inquit Isidor. Etym. *lib.12.* & ex nostris refert Patis. de Put. *in tract. de Syndicat. titul. de excess. Reg. num 9.*

O infelix illa Principis conditio, qui subditorum nuda tantùm corpora possident; animus verò eorum à longè, † vel contra eum erit! & sic eius, hostesque iuxta me- 180
ruens pauidas Princeps iste noctes, dies que ducet, omnia rumidus circumspiciet: ad hoc exempla plura adducit M. Tull. Cicero *lib.2. offic.* & inter alia de Dionysio Tyranno, qui cultros tonsorios metuens candente carbone sibi adradebat capillos. Nam, & vt inquit Claudianus,

Qui terret, plus ipse timet.

Sciant enim Principes, verum esse illud vetus dictum, *Amor populi munimentum inexpugnabile*, nam secundùm Historicum, *Regni præsidia, non aurum, non arma, sed amor subditorum*, & vt ex nostris post Crauett. asserit Mynsig. *obseruat. Imperial. cent. 5. obseruat. 8. num. 11.* Princeps munitissimas obtinet Ciuitates, quem subditi amore prosequuntur: ibique multa ad incitandos Dominos ad amorem subditorum adducit: & addo in terminis nostris, quod ad amorem, venerationemque captandam, nil potentius in Principe, quàm facilis ad eum aditus, incipit enim esse pater, qui audit: esse filius, qui auditur; hinc amor patris in filium, filij in patrem, quo vno æternari solent Regna, inuictaque stare; subditus enim, beneficium credit, cùm faciles Principis aures nactus est,
liceè

licèt non consequatur, quod petit, maximè si benignis verbis negatur, aut in aliud tempus differtur; *& sæpè negatio mollibus vestita verbis gratior est morosa largitione.*

Tandem Carolus V. Cæsar in audiendo omnes exquisiti fuit exempli: nam, vt narrant historiæ, ad eum patebat aditus ab omnibus, etiam plebeis mirantibus in tanta dignitate talem facilitatem, solitusque erat afferere, si aditus omnibus omni tempore ad Magnum Cœli Numen patet, quanto magis ad Principes, qui illius ministri sunt in terris? Et dicentibus ei non carere tantam facilitatem periculis, sic respondebat, *frustra terrore se cingere, qui septus amore suorum non erat; arma armis irritari, amore amorem prouocari.*

Nec tacere possum, quod narratur de Rodulpho Imperatore, Austriacæ Domus mirabili decore, cuius Mini-
181 stri cùm ab Imperiali audientia personas † tenuiores arcerent, hoc, turbata fronte, viso ab Imperatore, sic heroicè eos reprehendit, *Sinite omnes ad me venire, neque ideò Imperator sum, vt arcula includar.* O nobilissima vox, & tanti Imperatoris dignissima, & quæ in omnem posteritatem eat, ita vt adimpleatur præceptum illud à Præpotenti Deo Magnatibus impositum, de quo apud Isaiam Prophetam *cap.1.* ibi, *Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam &c.* Si enim oppressi & pauperes eorum calamitates, ac oppressiones non exponant ipsi Principi, actum est; nemo enim pro eis os aperit, cùm omnibus ignoti sint. Hinc dixit Comicus Græcus, *Propinquus pauperis, vix inuenitur vllus, & tamen habet*, ac in terminis ait Ouid. *lib.3.de art.amand.*

Curia pauperibus clausa est . . . . .

Nec non ratiocinatur *text. can. pauper 11. quæst.3.* ibi, *Pauper dum non habet, quid offerat in iudicio, non solum audiri contemnitur, sed & contra veritatem opprimitur: cito violatur auro Iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat*, & in his terminis ex nostris videndus Martin.Lauden. *in tractat.de Princip.quæst.116.* & latius Francisc.Viu. *decis.Audientiæ Baren.262.per tot.& præsertim à num.8. lib.2.* & communiter DD. *in l.vnic.C.quando Imperat. inter vid.& pupill.&c.* & aliqua dixi infra in Annot. *ad decis 6. à num.36.*

Prædicto quoque Rodulpho Imperatori me non parùm debere intelligo ob adscriptos omnes de familia mea Rubea Priuernate in infinitum, inter Nobiles Sacri Romani Imperij, multisque titulis, ac priuilegijs eamdem familiam cohonestando, vt latissimè constat ex Imperiali Diplomate ab eodem desuper expedito Pragæ de anno 1592. cantante in persona bo. mem. Petri Rubei Aui mei, quale Diploma ab illa Maiestate Imperatoria obtinuit D. Theodosius Rubeus Pater meus, Cubicularius Apostolicus de numero Participantium, & Collegij DD. Cubicul ariorum Decanus, dum Pragæ fuit de anno 1591. de qua re ipse mentionem facit in secundo Tomo suorum Singularium Rotæ Romanæ pag.5. vbi per extensum posuit totum Priuilegium.

Et hæc pauca dicta sufficiant, quoad apertum omnibus aditum ad aures Principum: sicque redeundo ad concludendum in adulationis materia.

Generaliter omnes moneo, vt timeant assentatores, seu adulatores, vt toto corde etiam ex nostris exposcit Luc. de Penn. *super titul.C. de silentiarijs, & decurion. eor. lib.12. sub num.9.vers.quid vero infidelius est, quid odibilius,&c.* & præter ab eo adducta notabiliter addo, vt maximè caueatur
182 ab illis adulatoribus, qui omnia † laudant, sub hoc enim flore Scorpius regitur, manet tortuosus coluber sub hac herba, latam ruinam daturus, si quis accedat: fugiendaque venit omnis adulatio tanquam venenum: congruitque dictum Sanctiss. Domini Nostri Vrbani Octaui in supradicto Poemate de adulatione.

Stillans adulatrix latenti
Lingua fauos madidos veneno.

Cauendum pariter à quocumque, qui laudes plena manu spargunt, quia isti sibi seminant, horreoque suo mes-
183 sem hanc † reponunt diuitè suo reconditorio: at tu quicumque es, sequere Comicum qui omnes sic generaliter alloquutur. *Nihil illis crede, qui aures verbis diuitant*
Alienas, suas vt locupletent domos.

184 Adulatoribus enim nihil † credendum venit, cùm eorum corda, labia mentiantur, & genus est fraudolentum, mentiri assuetum, doctumque fallere: viuis quidem coloribus hos in sua Cistellaria depinxit Plautus.

Palam blandiuntur, clam si occasio vsquam est,
Aquam frigidam subdolè effundunt.

Et secundùm S. Greg. † Adulator imitatur scorpionem, 185
qui vulnus, & venenum quo figit, infundit; sic, & ille, congruitque illud Psalm. *Venenum aspidum sub labijs eorum.*

Sed aliquando manum de tabula, vnde de hac materia iam satis, cùm tempus sit, aliquid dicendi in terminis præsentis decisionis, & quod asserui supra de vniuersali, & omnimoda potestate Papæ in vniuerso orbe terrarum, id summis labijs præmisi, nam latissimè in hac materia plura, atque pulchra congeram, dicturus tamen in aptiori, & ampliori campo, cùm in præsenti decisione tractetur tantùm de eiusdem Papæ absoluta potestate in beneficialibus. Ideò præmissis prius Summarijs, ad nos.

Paulus Rubeus.

RESIDVVM SVMMARIORVM

Annotationis ad Decisionem secundam.

186 *Sol est pulchritudo Cœli, & oculus Mundi.*
Papa est stupor Vniuersi, & Iubar Ecclesiæ.
Sol sicut se habet in Planetis, ita Papa in materia beneficiali, ibid.
187 *Papa in materia beneficiali liberas habet habenas, supremusque Dominus, & Dispensator est, num.188. & 189.*
190 *Papæ potestas est libera, maxima, & plenissima.*
191 *Papæ supremam potestatem in beneficialibus negans, hæreticus est, & n.94.& 95.*
192 *Papa habet plenariam potestatem in iudicando causas totius Orbis.*
193 *Papa in beneficialibus est Omnipotens.*
196 *Papa est Ordinarius Cunctorum, & in omnibus Ecclesiis, & beneficijs summam, & liberrimam habet disponendi potestatem.*
197 *Papæ auctoritas immensa est.*
199 *Papæ amplissimam potestatem nemo mortalium vllus restringere nequit.*
200 *Papa est totius Ecclesiæ Gubernator supremus, & Dei Vicarius.*
201 *Papa cùm sit Dominus omnium beneficiorum rectè potest omnibus collatoribus præiudicare.*
202 *Papa est caput Ecclesiæ, Dominus, & supremus arbiter dominij, & proprietatis Ecclesiarum.*
206 *Papa est constitutus à Deo Dominus domus suæ, & Princeps omnis possessionis suæ.*
207 *Bona cuiuslibet Ecclesiæ Orbis sunt sub administratione Papæ, qui Dei vices retinet.*
208 *Ecclesiæ cuicumque quando aliquid donatur, à principio id acquiritur Papæ.*
Et id amplia procedere, etiam in legato, vel fideicommisso relicto Monasterio, quod tempore conditionis secuta extinctum iam erat, ibid.
209 *Papa procul dubio potest derogare concordatis Germaniæ, & num.211.*
210 *Concordatis Germaniæ, quando quæritur an sit derogatum, non est quæstio de potestate Papæ, sed de eius voluntate.*
212 *de Papæ voluntate, quando constat in beneficialibus, tunc actum est.*
Quia quærere de eius auctoritate, est quasi velle nugas agere, cum sit adeo clara, & certa.
Argumenta deducere in re clara non minus stultum est, quàm sub lucidissimo Sole mortale lumen afferre, ibid.
213 *Papa est omnia, & supra omnia.*
Papa est supra ius, contra ius, & extra ius, ibid.
214 *Papa potest præuenire, & concurrere circa collationem beneficiorum, omnes Orbis Collatores.*
215 *Beneficia omnia mundi sunt manualia, & obedientialia respectu Papalis potestatis, & n.212.*
216 *Papa ad nutum suæ voluntatis potest quemlibet sine causa amouere à possessione sui beneficij, & n.217.*
Quod tamen pro immensa æquitate Romanorum Pontificum nusquam, aut fieri vidimus, aut legimus.
218 *Papa potest amouere Beneficiatum à suo beneficio, etiam sine causa, & citatione.*

219 *Pa-*

219 *Papa auferens beneficium sine causa an teneatur ad recompensam, & licèt aliqui affirmatiuam opinionem tenuerint, tamen negatiua est verior.*

220 *Aliàs esset limitare amplissimam Papæ potestatem in beneficialibus, quod nec dicere, aut cogitare debemus.*

221 *Papa in titulis beneficialibus habet pro ratione voluntatem.*

222 *Beneficia si sint ad fauorem alicuius amouibilia, ipse poterit ad libitum suæ voluntatis possessorem sine causa amouere, & hanc opinionem sequitur Rota, num. 226.227.& 228.*

223 *Capellanus amotus à beneficio manuali sine causa non potest restitutionem petere, cum ei non competant remedia possessoria.*

224 *à Beneficio manuali amotus sine causa non potest conqueri, nam amouens vtitur iure suo, & sic nemini facit iniuriam.*

225 *Capellanus amotus sine causa à beneficio manuali, non de amouente, sed de se conqueri debet, quia hoc euenire posse debuit vti sapiens, prospicere, dum acceptauit beneficium manuale.*

229 *Concordata Germaniæ fuerunt concessa causa pacis, & tranquillitatis inter Ecclesiam Romanam, & Principes tam Ecclesiasticos, quàm sæculares Nationis Germaniæ, & num.330. & 331.*

232 *Princeps quando concedit alicui potestatem aliquid faciendi, eam à se non eradicat.*

233 *Papa indulgendo alicui, vt possit conferre beneficia, stolidum erit velle credere, se eorum auctoritate, & potestate priuare, cùm illorum sit fons, origo, & causa causarum.*

234 *Spiritualia non cadunt sub commercio, sed expeduntur per viam gratiæ.*

235 *Papa per concessionem Concordatorum Germaniæ nihil de nouo acquisiuit, sed imo multum de suo remisit.*
Papa concedendo concordata Germaniæ, pure donauit, & concessit, ibid.

236 *Concordata Germaniæ quatenus posset sustineri, vt veniant nomine contractus, id est intelligendum impropriè.*
Et ad effectum, vt illis difficilius præsumatur derogatum per Papam, ibid.

237 *Princeps ad libitum suæ voluntatis potest reuocare gratias gratis datas, & ista opinio communi omnium iudicio recepta est.*

238 *Princeps priuilegium per se concessum, diminuere, moderari, vel etiam in totum tollere potest.*

239 *Et hoc est speciale in Principe.*

240 *Princeps, si aliquod beneficium concedat vti Princeps illud est reuocabile, secus, si vti priuatus, quia tunc non est reuocabile.*

241 *Princeps potest reuocare gratias sine causa non solum à se factas, sed etiam à suis antecessoribus.*

242 *Princeps reuocando gratias gratis datas, pro causa reuocationis, potest allegare concessionem.*
Quia sicuti ipse concessit, ita & ipse reuocare potest.

243 *Si libet, licet, &c. antiquum dictum.*

244 *Princeps potest reuocare gratias, etiam si interuenerit pecunia, sed gratia fuit præponderans, quia tunc in totum dicitur gratiosa.*

245 *Populus Romanus posset reuocare iurisdictionem ab eo concessam Imperatori.*

246 *Populus Romanus postquam transtulit potestatem in Imperatorem, adhuc apud eum remansit potestas eligendi, & priuandi.*

247 *Papa quantumuis alijs amplam concedat potestatem, non censetur ex hoc voluisse sibi, aut Successoribus ligare manus.*
Et abdicare à se auctoritatem disponendi de rebus concessis.

248 *Papa concedendo alicui indultum conferendi beneficia, ex hoc non habet ligatas manus, quoad eorum collationem.*

249 *Papa concedendo concordata, non censetur voluisse sibi ligare manus.*

250 *Papa concedendo alijs authoritatem, sibi, ac Successoribus suis reseruat maiorem.*

251 *Papa quasi impossibile reputatur, vt possit à se eradicare supremam illam potestatem.*

252 *Papæ potestas in beneficialibus ab eo, sicuti radij à Sole conuelli non possunt.*

253 *Papa concedens, videtur sibi posse legem imponere per verba derogatoria.*

254 *Sed ista fuit opinio Monach. & Bald. quæ si non quæreretur saluari, vt num.253. dolus expressus in eis argueretur.*

255 *Et certè mirandum esset tantos Doctores in illa verba fuisse prolapsos.*

256 *Papa an possit sibi ligare manus, vt non valeat disposítio contraria absque speciali derogatione, ambiguum est, & anceps.*
Hoc tamen clarum est in Successore, vt non possit eum astringere.

257 *Papa per clausulas derogatorias non potest imponere legem Successoribus.*
Vnde quatenus adsint, non est opus, vt eis derogetur, quando in contrarium disponitur, ibid.
Par in parem non habet imperium, quæ opinio irrefragabilis est, ibid.

258 *Papa potest reuocare gratias sui antecessoris non obstante quauis beneuolentia, & affectione erga personam, cui Papa antecessor sub quauis forma aliquid concesserit.*
Quia illa beneuolentia considerari non potest in successore, cui antecessor non valuit imponere legem, ibid.

261 *Put. opinio, dum videtur concludere, decretum irritans ligare manus Papæ, reijcitur à Rota cum loquatur contra veritatem.*

262 *Decretum irritans non astringit ipsum Papam, nec comprehendit eum, nisi in gratia diceretur etiam per nos.*

263 *Et cum hac distinctione conciliantur multi Doctores, qui videbantur contra hanc receptam opinionem acriter pugnare.*

264 *Decretum irritans appositum in priuilegijs collationis beneficiorum non comprehendit ipsum Papam, nec eius prouisiones.*
Nisi à Papa expressè irritentur prouisiones propriè.

265 *Decretum irritans solum inducit protestationem defectus voluntatis in dispositione sequenti.*

266 *Et sic non ligat Papam, quando super ea scienter disponit, & nulla facta mentione d. decreti.*

267 *Papa si rescribat in præiudicium tertij, etiam si rescripserit in casu, quo lex specialiter derogat rescripto, si tamen appareat de eius scientia, ea sufficit, absque alia clausula non obstante, & ita seruat Curia Romana.*

268 *Decretum irritans dum dicitur, quod ligat manus Papæ, qualiter ista conclusio intelligatur.*

269 *Decretum irritans quando respicit factum interponentis, si contraueniatur ab ipso interponente valet indistinctè.*
Decretum irritans non impedit factum Papæ, quando ex certa scientia, vel motu proprio procedit, ibid.

270 *Papa quando præuentiuè confert beneficium, an sit necessaria derogatio alternatiuæ, quatenus præiudicium inferat Ordinarijs.*

271 *Papa quando concurrit cum Ordinario circa collationem beneficiorum non est opus, vt derogetur alternatiuæ, seu regulæ 8. hodie 9. Canc. & quare.*

272 *Papa dum confert in mensibus Ordinariorum non tenetur derogare alternatiuæ, & iste est stylus Rotæ, num.273.*

274 *Papa in præiudicium Ordinariorum potest conferre omnia beneficia, & eis non facit iniuriam quia vtitur iure suo.*

275 *Papa quatenus concessit Ordinarijs potestatem conferendi beneficia in certis mensibus, hoc est intelligendum cumulatiuè, & non priuatiuè.*

276 *Alternatiua derogatio, quare requiratur, quando Papa facit gratiam præuentiuam, secus vero quando concurrit cum ipso Ordinario, & n.260.*

277 *Derogatio expressa nulla requiritur, quando constat de tacita.*

278 *Papa in dubio nunquam est præsumendum voluisse lædere ius Ordinariorum.*

279 *Papa, quando sumus in dubio non præsumitur voluisse preiudicare Collatoribus beneficiorum.*
Sed cùm ista sit præsumptio, ideo eo ipso cessat, constito

de

declara mente Papa, velle præiudicare, num. 280. 282. & 283.

281 Papæ voluntatem in beneficialibus dum habemus, acquiescendum est quia potestas immensa est.

284 Papa, quando facit gratiam de sui natura præiudicialem, si potuit dictum præiudicium cogitare, tunc nullatenus est necesse, vt derogetur regul. de iure quæsit. non toll.

285 Papa quando in concessione gratiæ potuit cogitare præiudicium tertij, cessat defectus subreptionis.

286 Papa faciens gratiam de sui natura præiudicialem, cùm sciat illam non posse verificari, nisi cum præiudicio tertij, & nihilominus illam concedit;

287 Tunc censendum est, per necessarium antecedens regul. de iure quæsit. &c. seu iuri tertij velle derogare.

288 Papa quando facit gratiam de sui natura præiudicialem, præsumitur voluisse præiudicare iuri tertio, siue illud competat ex iure communi, siue speciali.

289 Papa quando potuit cogitare de præiudicio Collatoris beneficij, & ipse conferat illud, non est opus derogatione regul. de iur. quæsit. non tollen.

290 Regula de iur. quæsit. non tollen. tunc videtur derogandum, quando Papa concedit gratiam, & præiudicium iuris tertii non intelligit ex ipsa natura rei præiudicialis.

291 Sed talem scientiam desumit ex narratis à parte, quo casu facilius potest decipi ob inuolucrum verborum.

RESIDVVM ANNOTATIONIS

Ad Decisionem secundam.

PErbellè ergo asseri potest, quod sicut Sol, pulchritudo Cœli, Mundi oculus, se habet in Planetis, ita Papa stupor Orbis Terrarum, Iubar Ecclesiæ, &c. se habet in hac materia beneficiali, in qua liberas habet ha-
187 benas, supremusque Dominus, † & Dispensator est,
iuxta text. in cap. licet 2. ibi, plenaria dispositio ad Romanum Pontificem, &c. ext. de præbend. in 6. & in cap. proposuit, ibi, quæ secundum plenitudinem potestatis, &c. eodem titul. & in Clem. si duobus 1. ibi, plena, & libera dispositio, &c. vt lit. pend. dixitque gloss. in cap. quanto, in verb. Veri Dei, de translat. Prælat. & in cap. si gratiose, in verb. à Romano Pontifice, vbi Domin. de rescript. in 6. & in c. si eo tempore, in verb. ex quanis, de elect. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 21. ex num. 24. & in cap. exstirpanda, §. si vero, vers. concludatis quod, ext. de præben. Domin. Sot. lib. 3. de instit. & iur. quæst. 6. artic. 2. ad quintum argumentum, Abb. in suis quæst. quæst. 1. num. 3. & in cap. 1. num. 3. de Cleric. ægrotan. Anton. Burg. in rubric. de empt. & vendit. Hippolyt. singular. 25. incip. Papa, & 634. incip. Credo te scire, Gomes. in regul. de non tollend. iur. quæsit. quæst. 1. versic. illud tamen, Simonett. in tractat. de reseruat. quæst. 2. num. 3. & ibi Paulus Granucc. in litera B. alios adducit Gigas de pensionibus part. 5. cap. 1. num. 2. part. 8. cap. 2. num. vlt. Royas in epitom. successION. cap. 23. num. 14. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 9. num. 23. Gabr. in suis conclus. titul. de iure quæsit. nu. 9. Flamin. Paris. in tractat. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 34. & lib. 5. quæst. 6. num. 128. & idem in tractat. de confident. quæst. 3. num. 27. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. §. 1. proœm. num. 33. cum seqq. Alphons. Hoieda in tractat. de incompatibil. Benefic. part. 1. cap. 1. num. 10. vbi alios habes, & fusius eadem part. 1. cap. 13. num. 58. Gigas de pensionibus Ecclesiastic. quæst. 15. num. 6. Ioann. Lup. in tractat. de Libert. Eccles. quæst. 13. Francisc. Sarmient. lib. 1. selectar. opinion. cap. 8. num. 25. Suarez in thesaur. receptar. sentent. in verb. Beneficiorum suprema, &c. Bellug. in specul. Princip. rubric. 46. §. Donum appellatur num. 4. versic. Scias tamen, quod Princeps Ecclesia, Salzed. in additionibus ad Bernardum Diaz. regul. 209. versic. Quinto amplia hanc regulam, &c. Æneas de Falcon. in tractat. de reseruat. in princip. prælud. 2. num. 2. Palat. Rub. in præfation. titul. de donat. inter vir. & vxor. num. 7. Corras. in paraphr. Sacerdot. par. 2. cap. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 892. n. 54. Melchior Loter. in tractat. de re benefic. lib. 1. cap. 4. num. 57. vbi etiam ait, quod in hoc concordant omnes
188 † tam Theologi, quàm Canonistæ, vt Papa sit absolutus administrator beneficiorum, &c. & in lib. 2. cap. 27. num. 9. Ioan. Aloys. Ricc. in collectan. decis. par. 4. collectan. 827. super cap. proposuit, extr. de concess. præbend. Petrus Cened. in collectan. Iuris Canon. ad sext. collect. 21. ad cap. cum in Ecclesiarum, de præbend. in 6. Augustin. Barbos. pariter in collectan. Iuris Canonic. in cap. licet Ecclesiarum 2. num. 2. eodem titul. de præbend. in 6. Ioan. Anton. Massob. in tractat. Habend. concurs. ad Eccles. Parochial. prælud. 23. sub num. 16. versic. Papa in beneficialibus habet plenissimam † auctoritatem, & est solus Dominus, &c. 189
Quintilianus Mandosius super regulis Cancellar. in præfat. 2. num. 4. versic. quia Papa est Dominus absolutus in beneficialibus, &c. in regul. de iur. quæsit. non tollen. quæst. 4. n. 3. versic. Papa habet plenariam dispositionem in omnibus beneficiis, &c. & in regul. de reseruat. 9. num. 3. versic. Papa in beneficialibus, & spiritualibus est Dominus absolutus, &c.
Itaque † quoque responderunt Alexand. consil. 219. n. 4. 190
lib. 6. Dec. consil. 436. num. 15. & consil. 640. num. 5. Bursatt. consil. 109. num. 1. lib. 1. & consil. 200. num. 8. lib 2. Menoch. consil. 83. num. 9. Gigas consil. 22. num. 7. & consil. 126. nu. 7. & consil. 127. num 11. Calderin. consil. 12. de rescript. circa fin. Riminald. sen. consil. 462. num. 4. lib. 3. & consil. 719. n. 5. volum. 4. Riminald. iun. consil. 76. num. 2. lib. 1. & consil. 165. num. 6. & lib. 2. Ferrett. consil. 65. num. 5. Surd. consil. 386. sub num. 22. versic. Papa est Beneficiorum Dominus, Paul. de Castr. consil. 46. num. 4. volum. 2. Rebuff. consil. 14. num. 20. & consil. 66. num. 20. Zabatell. consil. 142. num. 2. Geminian. consil. 14. num. 4. & consil. 53. num. 4. Soccin. consil. 13. num. 34. lib. 1. idem Quintilianus Mandosius consil. 4. num. 2. & consil. 7. num. 6. & consil. 10. num. 3. & addo Ceuall. commun. contra commun. quæst. 645. num. 4. ibi, Papæ potestas est libera, maxima, & plenissima, Perez in tractat. de Anniuers. & Capell. lib. 2. cap. 10. à num. 22. versic. Et Sanctissimi Domini Papa tanta est potentia, &c. & versic. Et cum ipse sit Ordinarius totius Orbis, &c. Michael Ferr. in tractat. de præcedent. quæst. 31. sub num. 1. versic. Papa igitur, vt nos Catholici vno ore, & animo fatemur, & tenemus, &c.

Exploratumque est, si quis supremam potestatem
Papæ † in Beneficialibus negaret, hæreticus esset, can. 191
nulli, 19. distinct. cum alijs relatis à Francisc. Viu. in Silu. commun. opinion. cap. 370. num. 58. versic. Papa habet plena-
riam potestatem in iudicando causas totius Mundi, † & in 192
conferendo Beneficia, & administrando, & qui diceret Papam prædicta non posse, hæreticus esset, & adde ex Theol. P. Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 2. num. 3. & lib. 4. cap. 9. dubitat. 1. num. 5.

Quare condignè omnium suffragijs † fertur Papam 193
esse omnipotentem quoad beneficialia, Aceued. in l. 2. titul. 14. num. 10. lib. 4. & Bald. in l. fin. num. 2. Cod. sentent. rescindend. non poss. Felin. in cap. ego enim, post princip. de iureiuran. Barbat. in rubr. extr. de fid. instrumen. circa fin. Corr. in suis memorab. in verb. Papa si auferat mihi beneficium, &c. & videatur gloss. in cap. cum fundamenta, §. ne autem, in verb. homini, de elect. in 6. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 39. de Constitut. Dec. ibidem num. 36. & in cap. vltim. de confirm. vtil. vel inutil. num. 9. & vniuersa cohors Scribentium in dicta l. Clem. si duobus 1. vt lit. pend. Roman. consil. 369. num. 2. vbi Horat. Mandos. in litera A. plures alios congerit.

Addo quoque Franc. Marc. decis. Delphinal. 1120.
part. 1. num. 1. versic. Papa † in Beneficialibus habet libe- 194
ram dispositionem, & plenitudinem potestatis, &c. Caualc. decis. Fori Fanizani, decis. 4. pars. 2. sub num. 12. & 13. ibi, Papa omnia potest quoad beneficia, & bona Ecclesia-
stica, atque de eius auctoritate † non est disputandum, 195
alias hæreticus, & sacrilegus esset, &c. Anton. Capyc. decis. Neapolitan. 16. sub num. 1. in fin. vers. Papa est Dominus omnium Ecclesiarum, &c.

Atque ita sæpissimè ratiocinata est Rota, & præsertim coram bon. mem. Cardin. Mantic. decis. 322. sub num. 9.
ibi, Romanus Pontifex est Ordinarius cunctorum, † & 196
de omnibus Ecclesiis, & beneficiis summam, & liberrimam habet disponendi potestatem, &c. & coram bonæ memoriæ Remboldo in causa Aprutina beneficiorum 5. Decembris 1618. §. Eoque magis, versic. Papa est Dominus absolutus omnium beneficiorum, & omnium Ordinariorum maior, &c. in causa Vlixbonen. Monasterij 19. Nouembris 1625. coram bon. mem. Coccino, est decisio 461. num. 3. versic. Papæ
auctoritas † immensa est, &c. tom. 1. à me select. secun- 197
dum modernam impress. Romanam, alias part. 5. recent.

& in causa Ferrarien. seu Comaclen. Bonorum de Nasellis
7. Iunij 1627. coram eodem, est decisio 81. a num. 9. eadem
par. 5. & in causa Cesaraugustana Distributionum 28. Mar-
tij 1631. coram Eminentissimo Domino Card. Verospio, est
198 decisio 29. num. 2. vers. In Beneficialibus Papa † habet abso-
lutissimam potestatem, &c. tom. 2. a me select. alias part. 6.
recent. & in causa Comen. Iuris conferendi 16. Nouembris
1635. coram Eminentissimo D. Card. Machiauello, est decis.
199 71. num. 9. versic. Papa amplissimam potestatem † restrin-
gere nequit mortalium vllus, &c. tom. 3. a me select. alias
par. 7. recent. & deinde fuit dictum in causa Forosempronien.
Emphyteusis 16. Iunij 1636. coram bon. mem. Coccino, §. Hinc
inferendo, ibi, Papa ratione supremæ potestatis, qua omni
Ecclesiæ præsides, potest res, & bona omnium Ecclesiarum
Orbis administrare, & disponere pro libito voluntatis,
&c. & in causa Terulen. Canonicatus 2. Martii 1637.
coram R. P. Domino meo Carillo, §. Ex quibus omnibus,
vers. de omnimoda potestate Papæ nefas est dubitare, &c.
& in causa Gerunden. Scribaniæ 26. Februarij 1638. coram
clar. mem. Merlino, §. Amplius, vers. Papa est totius Eccle-
200 siæ Gubernator supremus, & † Dei Vicarius, & Domi-
nus omnium bonorum Ecclesiarum, &c. & in causa Ma-
joricen. Indultorum 27. Iunij 1639. §. 1. vers. Potestas vera
est etiam absoluta, & indubitata in Romano Pontifice,
&c. coram eodem, ibique inter alias decisiones præsens
* hæc decisio * coram bon. mem. de Rubeis canonizatur,
& deindè ita etiam fuit responsum in causa Melitana
optionis 5. Martij 1640. coram eodem Merlino, § Non
obstat, vers. Quoniam cum Papa sit Dominus omnium be-
201 neficiorum, † rectè potuit omnibus Collatoribus præiudicare,
&c. & in celebri illa causa Vicen. Cameraria 27. Iunij
1640. coram eodem, §. Quibus accedit, quod si Papa vo-
202 luisset, vers. Papa est caput Ecclesiæ Dominus, † & supremus
Arbiter dominii, & proprietatis Ecclesiarum, &c. & nuper
in causa Messanen. Decanatus 27. Ianuarii 1642. coram Re-
uerendissimo P. D. meo Dunozetto Decano, §. Respectu ve-
ro temporis, vers. cum Papa in Beneficialibus habeat plenis-
203 simam † potestatem, &c. & in eadem causa 27. Iunij
eiusdem anni coram eodem, §. Inspecto quoque ipso Indul-
204 to, vers. Papa † in Beneficialibus habet omnimodam au-
ctoritatem, &c. & in causa Camerinen. Pensionis 1. Iulii
1643. coram R. P. Domino meo Royas, §. Qua declaratio-
nem, vers. de potestate Papæ nefas esset dubitare, præser-
tim in rebus ad Ecclesiam spectantibus, & consequenter in
beneficijs, in quibus habet omnimodam, & absolutam po-
testatem, dixitque etiam Camera Apostolica in causa
Romana Affrancationis 12. Decembris 1641. coram Reue-
rendissimo P. Domino meo Bonuisio Decano, §. Nec ali-
205 ter dicendum est, vers. Papa † in bonis Ecclesiæ habet la-
tissimam potestatem, & nulla lege coarctatam.

Intrepidè ergo quilibet asserat Romanum Pontificem
constitutum esse a Deo, Dominus domus suæ, &
206 Princeps † omnis possessionis suæ, vt post sanctum
Bernardum explicat, & dicta verba Psalmi 104. in Pa-
pam refert Cardin. Turrecrem. in summ. Eccles. lib. 2.
cap. 87. & 88. & cap. 113. in 6. proposit. circa med. & pul-
chrè ratiocinata est Rota in dicta Gerunden. Scribaniæ 26.
Februarij 1638.

Hinc videmus omnia bona cuiuslibet Ecclesiæ Orbis
terrarum, esse sub administratione Summi Pontificis,
207 qui dum Dei vices † retinet, censetur illi à principio
donata fuisse omnia bona, quæ aut ex munificentia
Principum Virorum, aut aliorum pietate concessa
fuerunt alicui Ecclesiæ, vt notabiliter voluit Geminian.
in cap. vnico, §. confirmatos, de religios. domib. in 6. in 5.
notabil. quem sequitur Ripa in leg. quominus num. 107. ff.
de flumin. Felin. in cap. cum dilecta num. 22. de rescript.
& notauit Gloss. in cap sicut, §. in Decurionibus, ff. quod
cuiusque vniuers. nom. in verb. nomen, Angel. super eadem
l. §. si quid num. 3. Bald. in l. hæreditas num. 8. ff. de hæ-
red. instituend. vbi hoc dicit procedere, etiam in legato,
208 † aut fideicommisso relicto Monasterio, quod tempore
conditionis secutæ extinctum fuit, ita etiam sensit Ro-
ta in causa Treueren. Vnionis 29. Maij 1641. coram E-
minentissimo Domino Cardin. Verospio inn. §. 1. vers. Illius
bona transiuerunt in potestatem Romanæ Ecclesiæ, & sub
administratione Summi Pontificis, &c.

Sed loquendo in terminis nostris, nempè circa am-
plam, & liberam potestatem Papæ circa collationem
beneficiorum, quamuis alius valeat illa conferre, &
prout loquitur præsens decisio bonæ memoriæ de Ru-
beis, videatur elegans decisio in Elnen. beneficii 21. Iunii
1604. coram Pena, est decis. 899. num. 6. inter eius à me
imprimend. & ibi inter alia iura præsens decisio * Meten. *
Canonicatus, adducitur. Et in indiuidualibus † termi- 209
nis Concordatorum Germaniæ, vt proculdubio Papa
possit illis derogare, & sic illa beneficia concordata con-
ferre, fuit dictum in causa Leodien. Canonicatus 21.
Maii 1607. coram bon. mem. Cardin. Marquemont. &
in causa Virdunen. Canonicatus 13. Februarij 1617. co-
ram bon. mem. Martino Andrea, est decis. 100. inter eius
impress. sub 5. versic. Hæc quæstio non est de potestate Pa-
pæ, sed de † voluntate derogandi istis Concordatis, &c. 210
idem etiam fuit animaduersum in causa Leodien. Cano-
nicatus 16. Martii 1610. coram bona memoria Cardin. Sa-
crato, est decisio 266. num. 1. infra in hac part. vbi plura
allegantur, & præsertim ista decisio * Domini de Ru- *
beis, & recentiùs, & meliùs in causa Argentina Coadiu-
toriæ 26. Aprilis 1632. coram R. P. Domino meo Ghisle-
rio, est decis. 114. num. 4. tom. 2. à me select. aliàs par. 6.
recent. vbi pariter ista decisio * Meten. Canonicatus ex- *
penditur. Videatur etiam annotatio bon. mem. Coccini
ad supradictam decisionem Elnen. Beneficii coram Pena,
est in lib. 2. Annotat. Rotal. eiusdem Coccini Annotat.
217. quæ & impress. est penes Marches. de Commiss. par. 2.
inter decisiones omissas fol. 607. vbi num. 2. allegatur, &
magnifit de hac præsenti decisione * Meten. Canonica- *
tus, & adducit etiam in hoc potest decisio in causa Me-
sen. Abbatiæ 4. Februarii 1628. coram eodem Reuerendis-
simo Coccino, & altera decisio in causa Cæsaraugustana
Canonicatus 4. Februarij 1641. coram Eminentissimo Do-
mino Cardin. Panzirolo, §. Non obstat, quod saltem, &c.
& nuper, atque magis ad propositum in causa Mona-
sterien. Canonicatus 1. Iulij 1643. coram eodem R. P. Do-
mino Ghislerio, §. Nec obstat clausula, vers. Concordata
† non prohibent gratias Apostolicas, & vers. præuentiua 211
Papæ collatio operatur non obstantibus Concordatis Germa-
niæ, &c. & ibi inter alias decisiones, præsens hæc decisio
* Meten. Canonicatus coram Rubeo adducitur. *

Constitu ergo de voluntate Papæ in Beneficialibus, fru-
stratorium semper erit, † & quasi velle (vt ita dicam) 212
nugas agere, si quis non erubesceret quærere de eius au-
ctoritate, & potestate. Argumenta enim deducere in hac
materia tam clara, non minus stultum esset, quàm sub luci-
dissimo Sole mortale lumen afferre. Cùm Papa generaliter
sit † omnia, & super omnia, ac vt solitus erat dicere Bald. 213
Papa est supra ius, extra ius, & contra ius, & ideò omnia
potest, Nam quod ipse vult, pro facto habetur.

Insuper notatu dignum est, non solùm Papam absque
alia reseruatione posse præuenire, & concurrere † cum 214
quolibet Collatore Orbis circa collationem beneficiorum,
vt latis expeditum est, atque sæpè sæpius animaduertit
Rota, & præsertim hic in decisione num. 3. & coram bon.
mem. Coccino in Paderbonen. Canonicatus 28 Nouembris
1608. est inter eius impress. decis. 431. num. 7. vbi præsens
hæc decisio * allegatur, & coram eodem in eadem causa *
sub die 29. Martij 1610. est impressa infra in 4 part. recent.
decis. 79. num. 4. vbi pariter ista præsens decisio * adduci- *
tur, & abunde plura alia expendam in annotat. ad decisio-
nem in causa Aprutina beneficiorum 5. Decemb. 1618. coram
bon. mem. Remboldo, erit in 4. tom. decis. Rot. Rom. à me
select.

Sed quod mirabile est, omnia Beneficia Mundi sunt ma-
nualia, & obedientialia † respectu Papalis potestatis; vt 215
multum singulariter aduertit Bald. in l. rescripta sub n. 8.
vers. omnia Beneficia Mundi, &c. C. de precib. Imperat. offe-
rend. cuius dictum tanquam notabile vno calamo Do-
ctores plures referunt, ac sequuntur, & potissimum Go-
mes. in proœm. Regul. Cancell. vers. Considerata etiam per-
sona, &c. idem in Regul. de non toll. iur. quæsit. quæst. 1.
vers. illud tamen. Paul. Granuc. in appendic. ad Simonet.
de Reseruat. quæst. 2. litera D. Alciat. de præsumpt. regul. 3.
præsumpt. 8. num. 3. Barbar. in tract. de præstant. Carain. in
1. part. sub num. 14. vers. & ideo bellissime. Alexand. con-
sil. 64. sub numer. 29. vers. Omnia beneficia Mundi censen-
tur esse manualia lib. 4. Dec. consil. 124. numer. 4. vers. in
Papa omnia beneficia sunt manualia, &c. Cephal. con-
sil. 235. numer. 2. vers. Papa omnia Beneficia sunt obedien-
tia, &c.

Vnde ad nutum suæ voluntatis etiam sine † causa (quod 216
tamen

tamen pro immensa æquitate Romanorum Pontificum
nusquam, aut fieri vidimus, aut legimus) potest quemli-
bet possessorem suo beneficio priuare ad libitum suæ vo-
luntatis, ex relatis à Rota penes Mohed. decis. 86. incip.
Sanctissimus Dominus, aliàs 4. de restitut. spoliat. num. 2.
ibi, Papa in beneficialibus est absolutus Dominus, & potest
217 sine causa † priuare aliquem suo beneficio, &c. idemque
fuit dictum sequendo d. decis. Mohed. coram bon. mem.
Card. Seraph. decis. 997. num. 7. vers. Papa poterat ad libi-
tum voluntatis suæ priuare eum beneficio etiam sine causa,
&c. ac præter supradictas decisiones, idem senserunt Do-
minic. in cap. si gratiose, col. 3. in fin. vers. nota istam gloss.
de rescript. lib. 6. Cardin. in Clem. 1. in 10. notab. vt lit. pen-
dent. & in consil. 84. sub num. 1. ibi, Papa potest remoue-
218 re † Beneficiatum sine causa, etiam sine citatione, &c. Gloss.
2. in cap. omnis, 7. quæst. 1. & in cap. constitutus, in verb. à quo-
cumque, in fin. de religios. dom. & in cap. per principalem, 9.
quæst. 1. Felin. in cap. qua in Ecclesiarum num. 40. multos
referens pro hac sententia, quam tenet ibi Philipp. Dec.
num. 26 de constitut. Bald. in l. rescripta num. 7. ad finem,
Cod. de precib. Imperat. offerend. Silua in tractat. de Benefic.
part. 2. quæst. fin. in 12. argumen. Ias. in l. quoties col. 4. in fin.
vers. tamen nota hoc, Cod. de rei vindic. & ita consulti re-
sponderunt Roman. Alex. Dec. Corn. Ias. Paul. de Castr. &
alij adducti à Gabr. commun. conclus. lib. 3. titul. de non tollen.
iur. quæsit. conclus. 1. num. 9. & hanc esse receptissimam con-
clusionem dicit Francisc. Rip. lib. 2. respons. cap. 19.
num. 3. & Pinell. in rubr. de rescindend. vendit. in prim.
part. num. 29. Emmanuel Suarez in Thesaur. recept. sen-
tent. in littera B. num. 20. & Bertrand. consil. 153. vol. 1.
in non.

Quamuis verò præfata conclusio communis sit, nihilo-
219 minus non desunt Doctores, qui satagunt eam prosterne-
re, nolentes admittere, Papam absque causa posse quem
priuare suo beneficio, quos DD. longa serie refert Hoied.
in tractat. de incompatibilitat. benefic. par. 1. titul. 13. num. 58.
vers. Et quamuis præfata conclusio. Tamen vt ipse fatetur,
& veritas est, prima communis sententia verior reputa-
tur, magisque iuridica, eamque tenet Rota, vt supra
220 dixi, & si benè animaduertamus, † dicta conclusio tali
modo si limitaretur, esset quærere, restringere amplissi-
mam, & liberrimam Papæ potestatem in Beneficialibus,
quæ res nec dicere, nec cogitare debemus, prout in specie
id considerat Cott. in memorabil. in verb. Papa auferens mi-
hi beneficium, vers. plenitudo potestatis Papæ non recipit ta-
lem restrictionem, &c. latèque post Ias. in l. quoties in 3. col.
vers. nota tamen, C. de rei vindic. & in l. Barbarius, Philip-
pus in 8. col. ff. de offic. præsid. dixit Marian. Soccin. in consil.
221 13 per totum lib. 1. & † iure inquit Gemin. in cap. si gratio-
se in penult. col. de rescript. in 6. Papam in titulis beneficiali-
bus habere pro ratione voluntatem.

Et benè facit id, quod in debilioribus terminis dicimus
de illis, ad quorum fauorem beneficia sunt manualia, vt
222 scilicet ipsi † ad nutum suæ voluntatis possint remouere
possessores etiam absque aliqua causa, vt concludunt Gon-
zal. super regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 46. qui respondet
etiam contrarijs Gutierez, qui etiam arguit ad partes,
& demum hanc opinionem sequitur lib. 3. quæst. 1. num.
18. Garz. par. 1. cap. 2. num. 8. Cardin. Zabarell. in Cle-
ment. 1. §. præmissa, num. 4. in fin. Imol. num. 44. de sup-
plend. negligent. Prælat. Dec. in cap. ad nostram, num. 23.
de confirm. vtil. vel inutil. Silu. de Benefic. 3. par. quæst. 68.
in fin. Nauarr. comment. 2. de regul. num. 65. Rodriq. quæst.
regul. tom. 1. quæst. 34. art. 9. Ioan. Andr. in cap. cum singula
circa fin. Gemin. num. 10. Ancbar. num. 4. Franc. num. 5.
de præbend. in 6. Abb. in cap. edocere num. 10. de rescript.
Vitalin. in Clem. vnic. num. 56. de offic. Vicar. & concor-
dat Innocen. in cap. cum non ignores num. 6. Abb. num. 6.
Ancbar. num. 3. circa med. Butr. num. 5. Hostiens. num. 8. de
præbend. idem Butr. cons. 51. num. 6. vers. item ratio, Gemin.
consil. 80. num. 3. & 4. Barbos. de iure Ecclesiæ lib. 3. cap. 6. n.
65. adde Cosmas Guimer. in pragmat. sanct. tit. de collatio-
nibus verb. perpetuis num. 3. Nauarr. consil. 6. incip. de Capel-
lanin, num. 1. de præbend. Illephonsus Perez de anniuersar. &
Capellan. lib. 2. cap. 6. num. 22. vers. potest remouere ad nu-
tum.

Itaque Capellanus remotus non poterit prætendere
223 restitutionem, † cùm ei non competant remedia possesso-
ria, vt tradunt Goffredus, Butrius, Imola, & Domi-
nicus, in cap. ex parte, de rescript. quos refert, & sequi-
tur ibi Felin. num. 4. ex eo, quia is Capellanus amoui-
bilis non possidet, vt dicitur de colono leg. 1. §. deciditur,
& leg. fin. ff. de vi, & vi armat. Imò dictus † Capellanus 224
sic remotus, nec in aliquo poterit conqueri, nam qui v-
titur iure suo, nemini facit iniuriam, text. est in cap. cum
Ecclesia Vulterana, 31. de elect. & in l. iniuriarum 13. §. 1 ff.
de iniur. & in l. nullus, ff. de regul. iur. Sed benè poterit † de 225
seipso conqueri, quia hoc euenire posse prospicere, tan-
quam sapiens, debuit, dum acceptauit tale beneficium,
argum. leg. si quis domum, §. hinc subiungit, ff. locat.

Prædictamque opinionem, vt talis remotio possit fie-
ri sine causa, † tenet Rota, vt testatur D. Theodosius 226
Rubeus pater meus honorandus in suis singularib. Rot.
Roman. par. 2. circa styl. & obseruat. Rota, in verb. benefi-
cium, §. 5 incip. Rota sequitur hanc opinionem, &c. addo
decis. 778. num. 2. vers. & hæc reuocatio potest fieri sine
causa, &c. par. 1. diuersor. & idem fuit resolutum in
causa Burgen. amotionis, 11. Decembris 1581. coram bonæ
memoriæ Cardin. Blanchetto, & in causa Rauennaten.
Emphyteusis 6. Martij 1637. coram Reuerendissimo P. D.
meo Dunozetto Decano, † & recentiùs in causa Hispalen. 227
iuris nominandi 21. Maij 1638. coram R. P. Domino meo
Carillo, & in alia Hispalen. iuris amouendi Curatos 20.
Aprilis 1640. coram R. P. Domino meo Peutingero, & locu-
lentius in eadem causa die 21. Iunij 1661. coram eodem,
quæ decisiones in hac materia sunt singulares, & ener-
uant omnes obiectiones; veritatemque conclusionis pa-
tenter demonstrant, quæ decisiones deinde, cùm pars
non acquiesceret, fuerunt in Rota iterùm ventilatæ, &
ad incudem disputationis denuò reuocatæ, & tandem
confirmatæ, sub die 22. Iunii 1642. coram eodem R. P. Do-
mino Peutingero. Igitur supradictæ etiam rationes † de- 228
bent pariter militare in Papa, quia vt dictum est supra n.
a 15. omnia beneficia Mundi sunt quoad eum manualia,
& obedientialia.

Quamobrem iactis supra relatis fundamentis quoad
potestatem Papæ, maximè in his terminis beneficialibus,
facili negotio colligi potest, † quam liberè possit Concor- 229
datis (de quibus hic in decisione) vtendo Papa iure suo
derogare, & quamuis primo aspectu negotium facesse-
re videtur, quod pro bono publico ad sedandas discordias
† inter Ecclesiam Romanam, & Principes tam Ecclesia- 230
sticos, quàm sæculares nationis Germaniæ; fuerunt à Pa-
pa concessa ista Concordata, vt colligitur ex litteris Mar-
tini V. traditque Put. decis. 478. num 7. & secundùm no-
uam impressionem 468. lib. 2. & decis. 226 num. 1. in nou.
225 vers. causa pacis vnionis, & tranquillitatis, &c. lib. 3.
Cassador. decis. vnic. sub num. 4. de pact. & dec. 10 n. 4 par. 3.
lib. 3. diuersor. coram Fab. & fuit dictum in dict. Virdunen.
Canonicatus coram Martino Andr. est decisio 100. num. 5.
inter eius impress. & nouissimè in illa Cæsaraugustana Cano-
nicatus 1. Februarij 1641. coram Reuerendissimo Dom. meo
Patriarcha Panzirolo, §. Nec obstat, quod saltem, ibi, Con-
cordata Germaniæ † emanarunt fauore publico ad sedandas 231
discordias inter Ecclesiam Romanam, & Principes tam Ec-
clesiasticos, quàm sæculares dictæ Nationis, &c.

Tamen multis modis patet responsio ad hanc, & simi-
les exceptiones, nulloque negotio suffocari possunt, & po-
tissimum ex illa infallibili, & sæpè decantata, omnique
lege comprobata † conclusione, scilicet quando Papa alijs 232
quantumuis amplissimam concedit facultatem, seu au-
ctoritatem, non ex hoc censetur voluisse sibi, aut Succes-
soribus ligare manus, & eradicare à se iurisdictionem,
& auctoritatem disponendi de rebus concessis, & præ-
ter adducta hic in decisione addo text. in cap. per hoc 17. de
hæretic. congruit etiam text. in l. fin. Cod. de iurisdict. omn.
iud. & in leg. 1. Cod. de offic. Præfect. Vrb. & in leg. vltim. &
ibi Gloss. C. vbi caus. fisc. &c. & sic consuluerunt Anchar.
cons. 28 incip. Rationis, Grammat. consil. 6. in fin. Natt. cons.
487. num 24. & consil 614. num. 11. Bero. consil. 74. num. 16.
lib. 2. Menoch. consil. 604. num. 18. Nam quando Papa in-
dulget alicui, vt † possit conferre beneficia, stoli- 233
dum esset, velle credere animum habuisse se priuare
eius auctoritate, & potestate, cùm ipse eorum sit fons,
origo, & causa causarum, vt notatur per Gloss. in leg. &
quia, in verb. nec ipsa lex, ff. de iurisdict. omn. iud. & per
omnes in leg. 1. ff. de iurisd. eius, &c. & in puncto ratiocina-
tur Cæph. cons. 539. num. 12.

Nec dicta conclusio vllo modo tergiuersari potest, nam
234 hic non agitur de aliquo lucro; spiritualia † enim non
cadunt sub commercio, sed expediuntur per viam gra-
tiæ, *cap. gratia 7. de rescript. in 6. cap. si pluribus 24. cap.
quamuis 58. de prabend. eod. lib. clement. gratia, eodem
titul.* Suarez *in tractat. de legib. lib.8. cap. 2. sub num.9.
vers. dicuntur autem gratiæ, &c.* Lotter. *de re benefic. tom.3.*
235 *quæst.1. num.1.* Et Papa per huiusmodi Concordata † ni-
hil de nouo acquisiuit, sed imò multùm de suo remisit,
vnde remanet purum priuilegium, ad notata in *cap.
Abbate de verbor. signif.* & quatenus substineri posset ea
236 venire † sub nomine contractus, hoc esset impropriè,
& ad alium effectum, scilicet, vt illis difficiliùs præsu-
matur derogatum, aduertitque Rota *in d. decis. 266. sub
num.1. versic. vel quatenus substineri posset, &c. infra in
hac parte.*

Firmato ergo, quod hic agitur de mero priuilegio, seu
gratia, quis certè mentiretur; si assereret Principem † ad
237 libitum suæ voluntatis non posse reuocare gratias gratis
datas, quia opinio, quod possit, communi omnium iu-
dicio recepta est, text. habetur, & ibi Innocent. *in cap.
nostra, de iniur. & damn. dat.* & tenet glos. *in cap. de-
cet, in verb. permansurum, de reg. iur. in 6.* ibi, *Princeps*
238 *enim priuilegium per se concessum diminuere, vel † mode-
rari, vel etiam in totum tollere potest, &c.* pluresque
textus adducit, & sic communiter tenent Canonistæ *in
cap. nouit. de iudic.* & præsertim Abb. Imol. Felin. Dec.
Butr. & alij, & idem Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum nu.
48. de constit.* Angel. *in l. Anthiocensium, ff. de priuileg.
credit.* Gozad. *consil 62. num.9. vers. Pontifex potest illud
reuocare, & tollere, &c.* Bald. *in l. rescripta quod de pre-
cib. Imperator. offeren.* & egregiè Card. Florent. *in repetit.
cap. perpendimus de sententia excommunic.* in illa magna
distinctione: an, & quando Princeps possit tollere priuile-
gium, &c. cum alijs pluribus relatis à Decian. *cons.25.*
239 *num.3. vol.1.* vbi etiam post Bal. ait, id † esse solummodo
speciale in ipso Principe.

Hinc Castren. *in leg. rescripta, C. de precib. Imper. offe-
rend.* dicit, quod si Princeps aliquod priuilegium conce-
240 dat † tamquam Princeps, illud erit reuocabile, secus si vti
priuatus, quia tunc reuocabile non est, quam opinionem
sequitur Surd. *in consil.419. num.10. & num 9.* cateruam
non paruam DD. affert, qui tenent priuilegium Princi-
pis esse reuocabile, sicuti pariter adducit Peregr. *in tra-
ctat. de iur. fisc. lib.1. tit. 3. sub num.20. vers. Potest tamen
Princeps, si vult, &c.* vbi ampliat hoc etiam facere
241 posse sine † causa, & reuocare nedum priuilegia ab ipso,
sed etiam à Prædecessoribus concessa, Mastril. *in tractat.
de Magistrat. lib 3. cap 4. num.318. cum seq.* Menoch. *de
arbitrar. lib.2. præsumpt.10. num.29.* quibus addo textus
*in can. verbum de pænit. distinct.1. & in leg. qui condemna-
re, ff. de re iud. & in l. iudicia soluitur, ff. de iudic. & in l.
meminisse, ff. de offic proconsul.* Imò, & Princeps pro iusta
242 † causa reuocationis potest allegare concessionem, nam
sicuti ipse concessit, ita & ipse reuocare potest, vt pul-
chrè ratiocinatur Natt. *consil.511 num.2 & consil 512.n.18.
vers. quia ipse concessit, &c.* ac adducitur illud antiquum
243 dictum, † *si libet, licet, l. Princeps, ff. de leg. & l. digna vox,
C. eodem.*

Supradictamque opinionem, quod Princeps possit re-
uocare gratiam ad libitum tenuit etiam Consil. Neapoli-
tan. penes Afflict *decis.128. num.11. vers. quia non inter-
uenit pecunia,* & ita iudicauit Senatus Pedemontan. apud
Osasch. *decis.139 num.10.* vbi ampliat id procedere etiamsi
interuenerit pecunia, sed gratia est præponderans, quia
244 † tunc iudicatur in totum gratiosa, & sic est reuocabilis,
latèque consuluit Socin. *cons.4. à n.6. vol.3.* Et congruit ad
propositum nostrum id, quod dicit Bart. *in l. ambigitur, ff.
de legib.* vbi refert Guliel. de Cun. tenentem, quod Popu-
245 lus Romanus, qui concessit † iurisdictionem Imperatori,
posset eam reuocare, & idem Bart. *in l fin. C. de legib.* in-
quit quod postquam Populus Romanus transtulit pote-
246 statem in Principem, adhuc apud eum remansit † potestas
eligendi, & reuocandi.

Necnon in terminis ipsis concessionis priuilegij confe-
rendi beneficia, vt possit Papa absque difficultate illud re-
247 uocare, † animaduertit Rota pluribus relatis in causa
Virdunen. Monasterij 8. Februarij 1638. *coram bon. mem.
Coccino, §. Non obstant allegata priuilegia, vers. non potest
inficiari, quod hæc priuilegia potuerint reuocari, &c.* Et in
† casu concessionis Indulti conferendi beneficia, vt eo 248
minimè obstante, Papa si velit, possit ea conferre, sæ-
pissimè respondit Rota, & potissimum in causa *Salis-
burgen. Præpositura 7. Iunij 1621. coram bon. mem. Card. Ve-
rospio sen.* & recentius in causa *Messanen. Decanatus 27.
Iunij 1642. coram Reuerendiss. P. Dom. meo Dunozetto De-
cano, §. Hinc pariter cessat, vers. Papa quantumuis alijs
amplam concedat potestatem, &c.* & deinde in causa
*Ferrarien. Parochialis 4. Iulij 1642. coram Reuerendiss.
P. Dom. meo Cerro, §. Et cessat omnis difficultas, vers.
non autem voluisse ligare se ipsum, nec impedire prouisiones
Apostolicas,* cum ibi relatis, & in ipsis nostris terminis
fuit dictum coram bon. mem. Card. Sacrato infra *decis.266.
sub num.1. vers. Nec taliter videtur assensisse dictis concor-
datis, &c. coram R. P. D. meo Ghisilerio, dict. decis.114.
num.4. vers. Non enim videtur taliter assensisse istis † con-* 249
*cordatis, vt sibi penitus ligauerit manus, &c. part. 6.
recent.* & nuper in causa *Monasterien. Canonicatus 1. Iulij
1643. coram eodem Reu. P. D. Ghisilerio, §. Non obstat clau-
sula,* ibi, *Non obstantibus concordatis Germaniæ, quia
per ea Papa non censetur sibi legasse manus, quo minus possit
conferre in mensibus Ordinarij, cum sit Ordinarius Ordi-
nariorum, &c.*

Semperque, vt dixi, censendum est Papam non tan-
tùm alteri concessisse quin etiam † eandem integram, & 250
intactam, imò, longèque maiorem sibi, & Successo-
ribus reseruauerit auctoritatem, vt in confesso est apud
omnes, per text. *in cap. dudum, & in cap. quamuis il 2.
de prabend. in 6.* Imò, & plures asserunt impossibile
esse, vt Papa supremam † illam potestatem à se abdicet, 251
vt ratiocinantur Cephal. *cons.539. num.12. vers. Nec ta-
citè, nec expresse, &c.* & Aym. *consil. 126. sub num.4.
vers. etiamsi Papa voluisset talem potestatem sibi auferre
non posset, &c.* Itaque † ea potestas à Papa, sicut radij à 252
Sole conuelli non possunt.

Quanquam enim Papa concedens videatur sibi posse
legem imponere † per verba derogatoria, vt inquit Mo- 253
nach. *in cap.1. num. 3. de constitut.* quem sequitur Bald.
in prælud. feud num.32. vers. dicit Ioan. Monach. & idem
replicauit in *cap.1. in fin. de his qui feud. dar. poss.* Non
tamen ex hoc dicendum est Papam tunc ex certa scientia
non posse derogare, Prob. ad Monach. *in d. cap.1. num.
11.* & ita esse intelligendum vtrumque dicit Alphons. Sot.
in Regul. Cancell.40. num.4. & in regul.24. num.4. & sub-
dit, † quod si Bald. & Monach. essent intelligendi, vt 254
dicerent Papam concedentem non posse derogare in his
terminis, videretur dolus expressus, & miraretur ipse
tantos, ac tales Doctores in illa verba fuisse prolapsos.
† Hoc dictum Alphons. Sot. sequitur etiam Prob. ad Mo-
nach. *in d. cap.1. num.11. vers. & adde regulam,* & *vers.
tu tamen attende.* Ita pariter Bald. & Monach. intellexit
Rota in causa *Comaclen. & Ferrarien. Præpositura, & be-
neficij 15. Decembris 1625. coram bon. mem. Remboldo, §.
Parum releuat.*

Cœterum aduertendum venit, quidquid † sit de illa 256
quæstione, an Papa aliquid concedens possit sibi ligare
manus, vt non valeat dispositio contraria absque speciali
derogatione, tamen hoc est indubitatum in Successore
vt absque ea derogatione valeat dispositio, quia Papa per
clausulas derogatorias non potest legem † imponere suc- 257
cessoribus, cum sit satis vulgata illa iuris conclusio,
quod par in parem non habet imperium, nec auctori-
tatem, text. est *in cap. innotuit, 20. §. quamuis autem de
elect. & in l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell. &
in l. nam Magistratus, ff. de arbitr. l. 3. §. fin. & l.
seq. ff. de recept. arbitr. auth. quomod. oport. Episcop. in princ.*
Glos. *in l. digna vox, Cod. de leg. & in cap. vltim. in
verb. figura, vers. licet successor. de heret. in 6.* cum
alijs allegatis à Io. Capistran. *de auctorit. Papæ part.3. sub
num.12.*

Quæ conclusio tamquam irrefragabilis nemo est, † qui 257
audeat eam impugnare, prout animaduertit Surd. *in cons.
47. sub num.11. vers. tamen ea ratio, quod par in parem
non habet imperium, à nemine impugnatur,* Osasch.
*decis. Pedemont. 139. num.6. vers. quo fit vt antecessoris
contractus non liget successorem,* atque in terminis clau-
sularum derogatoriarum extat *decis.666. num.1. part.1. re-
cent. coram bon. mem. Cardin. Sacrato,* vbi alia similis de-
cisio adducitur, & nuper id optimè fuit consideratum in
causa *Montis Alti Primiceratus 8. Iun. 1643. coram R.P.D.*

meo

meo Leone Verospio, §. *Praterea in ea vers. Cum antecessor legem successori imponere non valet*. Vbi etiam dicitur,
258 id ptocedete non obstante † quauis affectione, beneuolentiaque erga personam, cui Papa antecessor sub qualibet
forma verborum aliquid concessit, dum illa benemerentia considerari non potest in successore, cui antecessor non
valuit legem imponere.

Igitur cùm supradicta verissima sint, nullatenus ne-
259 cesse † est, vt successor deroget dispositis per eius Antecessorem, cùm solutas habeat manus, Philipp. Prob. ad
Monach. *in dict. cap. 1. num. 10. vers. posset istud dictum*, *&c. de constitut.* & respondit Rota in dict. *Cenomanen. Praepositura*, *vers. Verum quia Papa*, *&c.* quam decisionem
deinde amplexa est in causa *Craconien. iuris legandi 21. Maij 1627. coram bon. mem. Coccino est decisio 71. numer.*
28. *tom. 1. a me select.* aliàs *part. 5. recent.* ac deinde ampliè fuit confirmata *sub die 31 Decembris 1629. coram Reuerend. P. D. meo Ghisilerio*, *est decisio 325. eadem part. 5. recent.*

260 Illud etiam † notandum venit, quòd Papa, vel alius
Princeps non potest imponere legem successori, atque
illum astringere vt non nisi sub certa verborum formula
deroget, quia hoc nihil aliud esset, nisi in substantia exercere potestatem in successorem, quod, vt dixi, prohibitum est, atque ratiocinata est Rota in causa *Perusina pensionis 13. Ianuarij 1614. coram Cardin. Sacrato*, §. *Sed quatenus opus esset*, *vers. non potest successorem astringere*, *vt sub certa forma deroget*, *&c.*

B A Tque ita indicat Put. *decis. 418. in nou. 408. incip. in causa Vercellen. lib. 2.* & quamquam ipse † conclu-
261 dere videatur, contrarium tamen in hoc eius opinio fuit
damnata à Rota in causa *Elnen. beneficij 21. Iunij 1604. coram bon. memor. Penia*, *est decisio 899. inter eius à me imprim. nu. 7.* vbi affirmatur veritatem esse contra Put. quidquid ipse dicat, quia decretum irritans nullatenus ligat
262 manus † Papæ, nec comprehendit ipsum, nisi in gratia
diceretur *etiam per nos*, Garz. *de benefic. part. 5. cap. 1. numer. 19. 21. & 25.* & cum hac distinctione Rota *coram Chiroga in causa Corduben. Cantoria 15. Februar. 1677. & coram Robusterio in causa Romana Casalis 23. Octobr. 1574. est decisio 160. numer. 3. part. 1. diuers.* conciliauit nonnullos Doctores, qui videbantur aduersari huic receptæ
263 opinioni, & additur † secundùm prædictam conclusionem pluries fuisse iudicatum in Rota, & in puncto Concordatarum Germaniæ fuit resolutum in causa *Leodien. Canonia 2. Decembr. 1573. coram bon. memor. Cardin. Lancellott. Sen. & in causa Pardebenen. Canonicatus 19. Martij 1610. coram bon. memor. Coccino*, *& in Argentina Coadiutoria 26. Aprilis 1632. coram Rev. P. D. meo Ghisilerio, est decisio 114. num. 5. part. 6. recent.* & in termi-
264 nis, quando Papa concedit priuilegium † alicui loco, vt
beneficia non conferantur nisi ciuibus, quia si in eo apponat decretum irritans, non liget ipsum Papam, nec eius
prouisionem, nisi expressè irritet proprias prouisionem,
nuper pluribus relatis fuit resolutum in causa *Ferrarien. Parochialitatis 4. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Cerre*, §. *Nec obstat decretum irritans.*

Imo, & ad hoc addo, quoniam cùm regulariter de-
265 cretum irritans solum indueat protestationem † defectus
voluntatis in sequenti dispositione, Bart. *in l. si quis in principio testamenti*, *num. 3. ff. de legat. 3.* Paris. *cons. 41. num. 26. lib. 4.* Roman. *consil. 436. num. 9. versic. ego istud*, Silu. *de benefic. part. 3. quast. 14.* Bald. *cons. 137. sub num. 3. vol. 3.* Rota *decis. 137. num. 4. part. 1. diuersor. & decis. 304. num. 4. part. 2. diuersor.* & sic non ligat Papam, quando
266 scienter pro vt † est casus noster disposuit, etiamsi de dicto decreto nullam mentionem fecerit, Alexand. *consil. 111. num. 19. vol. 6.* vbi quod si Papa rescribit ad fauorem
tertij, etiamsi rescribat in casu, quo lex specialiter dero-
267 gat † rescripto, si tamen appareat de eius scientia, illa
sufficit absque clausula, non obstante, *& num. 20.* dicit ita
seruare Curiam Romanam, adde Aym. *consil. 102. num. 3. vers. Tertio videndus est*, Anan. *consil. 56. num. 3. & 81. num. 4.* Doctores enim, qui asserunt, decretum irritans,
ligare etiam ipsum Papam, prout scripserunt Geminian. *in cap. quodam in fin. de prabend. in 6.* & ibidem Anchar. *notab. 1.* Probus *in addit. ad Monach. in cap. tibi qui num. 5. de rescript. in 6.* Paris. *consil. 37. num. 3. lib. 4.* & multi alij,
qui allegari possent, eorum doctrina sanè est intelligenda
268 in dubio, † quando scilicet non constat, quod Papa
aliter valuerit, vt dixi, at quando de eius mente, animoque constat, illud decretum non impedit suam dispositionem, Probus *in addit. ad Monach. in cap. tibi qui*, *n. 21. vers. reliquum habes de rescript. in 6.* vbi inquit, quod
quando decretum irritans † respicit factum interponentis, 269
si contraueniatur ab ipso interponente valet indistinctè.
Et quod dictum decretum non impediat factum Papæ ex
sua certa scientia procedens, vel motu proprio disponens,
post Franc. Gemin. Socin. Sen. Rebuff. Lap. & alios respondit Menoch. *cons. 83. num. 26. lib. 1.*

C ex D Istinctione ista, quam hic facit Rota in terminis
derogationis † Concordatorum colligi potest a-
lia non inutilis distinctio in materia derogationis alterna- 270
tiuæ, scilicet aut sumus in gratia præuentiua, idest quæ
præuenit vacationem, & hoc casu requiritur derogatio
alternatiuæ, & ita loquitur Put. *decis. 215. & decis. 222. in antiq. in nou. vero decis. 209. & 215. lib. 1.* & Mohed.
decis. 1. de concess. prebend. in quibus casibus non contro-
uertebatur an fuisset necesse derogare † alternatiuæ, 271
quia Rota tenet, quod specialis mentio debeat fieri alter-
natiuæ. Aut verò Papa vult concurrere cum Ordinario,
& in hoc casu non † est necesse, vt derogetur alternati- 272
uæ, vt iam fuit dictum in causa *Corduben. Cantoria 15. Februarii 1577. coram Quiroga*, *est inter eius manuscript.*
decis. 13. vbi habetur in prouisionibus Papæ non esse † 273
necessariam derogationem regulæ alternatiuæ in fauorem
Ordinariorum, si prouideat in mensibus eorum, & testatur
huoc esse stylum Rotæ, nam Papa in præiudicium Ordina-
riorum potest conferre † omnia beneficia, & ex quo vti- 274
tur iure suo nemini facit iniuriam, *arg. l. iniuriam*, §. 1.
ff. de iniur. iuncta leg. cum quidam ff. de restitut. in integr. &
quamuis Papa ipsis Ordinarijs contulit potestatem confe-
rendi certis in mensibus, hoc † est intelligendum cumu- 275
latinè, non autem priuatiuè, vt dicitur hic.

Sed difficultas stat in assignando rationem prædictæ di-
stinctionis, scilicet quare in gratia præuentiua † requira- 276
tur derogatio alternatiuæ, & quare non, quando Papa
concurrit cum Ordinario, amaritudo tamen omnis tolli-
tur ex *decisione* Put. *235. in antiq. in nou. vero 229. num. 3. lib. 2.* vbi dicitur in casu, quo Papa concurrit cum Ordi-
nario scit, quod præiudicat Ordinario, & sic superflua
videtur talis derogatio, † nam expeditum est, nullam 277
exquiri expressam derogationem, quando adest tacita,
quæ venit ex natura actus præiudicialis, ex traditis à Ro-
ta *in causa Forosempronien. Eugubina, seu Nullius Emphyteusis 16. Iunii 1636. coram bon. memor. Coccino*, §. *Quod autem Sanctissimus D. N. vers. nulla exquiritur expressa derogatio*, *cum sufficiat tacita*, *&c.* & faciunt quæ dicam
in seqq. annot.

Quando verò Papa facit gratiam † præuentiuam, 278
præueniendo scilicet vacationem, quia beneficium po-
test vacare tam in mense alternato, quàm oon, &
ideò in dubio censeri non debemus Papam voluisse
præiudicare Ordinario. Quare ad tollendam hanc du-
bietatem, requiritur talis derogatio alternatiuæ, † aliàs 279
dicendum esset Papam noluisse lædere ius Ordinario-
rum, Rota *decis. 258. aliàs 30. de prabend. in antiq. sub numer. 2. versic. Nec est verisimile, quod Papa collationem Ordinariorum voluerit impedire*, *&c.* Cassador. *decis. 34. num. 3. vers. in dubio non videtur id velle*, *&c. de regul. Cancell.* Achill. *decis. 1. num. 4. vers. quam quod nolit grauare Ordinarios Collatores*, *&c. de prabend. decis. 6. post princ. vers. esse multum restringenda*, *&c. de priuileg. coram eodem*, & recentiùs fuit dictum *in causa Gerunden. Canonicatus 15. Martii 1638. coram clar. memor. Merlino*, §. *Hoc vnum*, *versic. Papam noluisse lædere Ordinarium Collatorem*, *&c. & in causa Vicen. Cameraria 27. Iunii 1640.* §. *Non obstat toties*, *versic. Non censetur Papam voluisse praiudicare Collatoribus*, *&c.*

Ista tamen regula generalis, quæ supponit Papam non
præsumi velle præiudicare Collatoribus beneficiorum,
&c. verissima quidem est, sed cùm sit fundata in præsum-
ptione, ideo ipso facto corruit, † quando constat de ve- 280
ritate vulgat. iur. scilicet si constet de voluntate Papę vel-
le vti iure suo, & sic præiudicare Collatoribus, quia
tunc quiescendum est, cùm adsit voluntas, potestas
verò quantum sit certa, & indubitata in beneficialibus
satis apertum est, nam de ea dubitare † nefas, & sa- 281
crilegium est, vt dixi supra. Et in terminis supradictæ

regulæ, seu præsumptionis, &c. videatur *in causa Vicen. Cameraria 1. Februarij 1638. coram R. P. D. meo Roias, §. Nec obstat, quod in dubio censetur, &c.* ibi, quia cùm
282 ex supradictis constet de clara mente Papæ voluisse, & † potuisse sibi, ac Sedi Apostolicæ reseruare collationem beneficiorum, non intrat præsumptio, quod Papa non præsumatur voluisse præiudicare Ordinarijs, & idem fuit resolutum *in eadem causa sub die 27. Iunij 1640. coram Merlino, §. Et cessat omnis difficultas*, ibi, ille conclusio-
283 nes † generales procedunt in dubio, secus autem vbi præcisa, & aperta sunt verba Papæ, &c.
Illud etiam animaduerte, nec in his casibus, opus esse,
284 se, vt derogetur *reg. de iur. quæsit. non tollend.* quoniam † ea derogatio nullatenus requiritur, quando Papa facit gratiam alicui, quæ de sui natura est præiudicialis ter-
185 tio, prout est casus noster, & ratio est, quia cùm Papa † dictum præiudicium cogitare potuerit, inde cessat omnis scrupulus subreptioni, Felin. *in cap. nonnulli nu. 18. vers. fallit nono de rescript.* & benè Dec. *consil. 113. num. 7. vers. Non obstat*, & dixit Rota *coram bon. memor. Card. Seraphin. decis. 1445. numer. 5. vers. Non obstat, quod regula de iur. quæsit. &c. cum alijs copiosè allegatis in causa Bononien. Legitimitatis 31. Ianuarij 1629. coram Merlino, est decisio 501. num. 28. tom. 1. à me nouiter impress. aliàs par. 5. recent.* quare talis derogatio superflua esset; nam & tri-
185 tum est, eo ipso quod Papa † facit gratiam de sui natura præiudicialem, vt sunt exemptiones, vniones, & similia, quia in eo tunc non potest cadere ignorantia, nam optimè intelligit eam gratiam non nisi cum præiudicio tertij posse verificari, & hoc non obstante illam concedit, o-
287 pus est, vt dicamus, † pernecessarium antecedens d. regul. de non tollend. &c. velle derogare, & censuit Rota *coram Cardin. Seraphin. decis. 762. num. 4. vers. Secundo, quia non habet locum, &c. cum alijs relatis in causa Cæsaraugustana iurisdictionis 5. Februarij 1609. coram bon. memor. Card. Sacrato, est decisio 174. numer. 2. part. 1. recent.* quæ impressa est etiam penes Marches. *de Commiss. part. 3. fol. 152.* & replicata erat *in hac part. 3. infra decis. 208.* & præter decisiones ibi adductas in hac materia addo *decis. in causa Adrien. decimarum 14. Decembr. 1607. coram bon. mem. Reuerendiss. Manzanedo, & in causa Albanen. beneficiorum 27. Iunij 1614. coram bon. memor. Pirouano, & in Bononien. vsusfructus 23. Maij 1625. coram bona memoria Coccino, & in Mantuana pensionis 4. Decembris 1626. coram clar. memoria Merlino, est decisio 24. num. 1. tom. 1. à me select. alias p. 5. recent.* vbi etiam
288 dicitur id † procedere, siue ius sit de iure communi, siue de iure speciali, *& in Neapolitana legati 1. Decembr. 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in Cæsaraugustana Cameraria 26. Nouemb. 1632. coram bo. me. Pirouano, quæ sunt dec. 11. n. 25. & 157. n. 13. tom. 2. à me select. alias par. 6. recent.* & nuper fuit dictum *in causa Corduben. decimarum de Lxtena 7. Februar. 1639. coram Merlino, §. denique nec suffragari potest, vers. cum ipsa materia sit de sui natura præiudicialis, &c.*
Et veritas est hoc casu venire in concursum derogationem, de qua in dict. regul. de iur. quæsit. non tollend. & ipsum factum derogationis, & sic necesse est, vt protestatio cedat facto omnino contrario, ad tradita per Bart. *& alios in l. non solum, §. morte, & de nou. oper. nunc. & per Canonistas in cap. cum M. Ferrariens. ext. de constitut.*
289 & in puncto nempè de præiudicio † circa collationem beneficiorum optimè fuit perpensum *in causa Meleuitana optionis 5. Martij 1640. coram eodem Merlino, §. Præsertim concurrente, versic. nec tali casu opus erat derogatione re-*
290 *gula de iur. quæsit. non tollen. cùm † satis sim materiam esse de sui natura præiudicialem, &c.* & in specie de concordatis Germaniç fuit ratiocinatum *in illa Argentina Coadiutoria 26. Aprilis 1632. coram R. P. D. meo Ghisilerio, est decis. 114. nom. 11. part 6. recent. vers. quia in gratia de sui natura præiudiciali, &c.*
Quidquid tamen esset dicendum, si gratia, seu materia de sui natura non esset præiudicialis, & sic scientia
291 præiudicij iuris tertij orta † non fuit in Papa ex natura ipsius rei, sed causata ex narratis à parte, quo casu cùm facilius ob inuolucrum verborum Papa potuerit decipi, ideo tunc videtur necessaria derogatio regul. de iur. quæsit. non tollend. & in his terminis loquuntur decisio bon.
[illegible] memor. Cardin. Seraph. *decis. 1082. & decis. in causa Placentina fructuum 15. Aprilis 1616. coram bon. mem. Rembaldo*, & quotquot aliæ decisiones in contrarium possent allegari, quas breuitatis studio hic non refero.

Paulus Rubeus.

R.P.D. VICECOMITE.

Tiburtina Affrancationis.

Veneris 11. Ianuarij 1585.

ARGVMENTVM.

De restitutione in integrum concedenda aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum datur ex capite ignorantiæ.*

2 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem potest peti infra quadriennium, quod est vtile, & non currit, nisi à die scientiæ.*

DECISIO III.

Domini fuerunt pro Domino Iacobo Maresio, quod sibi competat restitutio, nam communis est, quod aduersus præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum detur restitutio ex capite ignorantiæ, A Bart. *in leg. 1. §. si quis, de itin. actu. priu.* Roman. *consil. 125. nu. 5.* Pedemont. *decis. 69. num. 16.* Couar. *in regul. possess. par. 3. §. 3.* Dec. *consil. 267. num. fin.* Gerard. *consil. 56. sub num. 10. circa mediam*, Afflict. *dec. 37. num. 1.* Capyc. *decision. 4. n. 24. & seq.* cum alijs adductis per Dominos informantes, & fuit allegata decisio in illa Romana de Merooibus, B. 1 A B

Et licet post dictam præscriptionem iam completam longum temporis interuallum excessisset, tamen quadriennium datum ad petendum restitutionem est vtile, & ideo non currit nisi à die scientiæ; quare si staret per centum annos ignorans ius suum, adhuc dixerunt Domini esse intra tempus petendi restitutionem, C per Alexand. *consil. 113. num. 10. lib. 2.* Dec. *cons. 36. nu. 9. & consil. 42. in fin.* Soccin. iuo. *consil. 128. nu. 168. lib. 1.* Grat. *cons. 143. in princip. lib. 2.* Capyc. *dec. 4. num. 25.* Peregr. *decis. 40. lib. 2.* C

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem III.

1 *Præscriptio 30. vel 40. annorum currit etiam contra ignorantes, & n. 45.*
In præscriptionibus an semper tempus sit continuum, num. 1.
Præscriptio 30. vel 40. annorum mero iure currit contra ignorantes, ibid.
2 *Restitutio in integrum an detur aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, articulus est valde inuolutus.*
Et in hac materia fluctuarunt etiam summi Legum Vertices, sibimet contradicendo, num. 7.
3 *Inimicitia implacabiles reperiuntur inter Iuristas, & secta pertinatissima inter eos adsunt.*
5 *Restitutio an detur aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, in hoc Doctores Moderni, Camaleonte ipso sunt magis varij.*
6 *Nam & deploranda est infelicitas nostrorum temporum, cum DD. in hoc articulo palinodiam concinant, num. 7.*
8 *Restitutio, quod detur aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum est opinio verior, & æquior, & num. 20. & 23.*
9 *Præscriptio 30. vel 40. annorum inducta non est fauore possidentis, sed in odium negligentis.*
10 *Negligentia non potest considerari in ignorante.*
Ignorans non negligit, non contemnit, non renunciat, non delinquit, non ratificat, ibid.
11 *Ignorans est magis stultus, quàm quilibet alius.*
Ignorans reputatur absens, ibid.
Ignorans æquiparatur impotenti, ibid.
Ignorans respectu rei ignoratæ consideratur, vti res inanimata, veluti petra, seu saxum, ibid.

12 Igno-

12 *Ignoranti, si denegaretur restitutio in integrum, esset contra omnem aquitatem.*

Iure suo vt quis potiatur, iura in hoc non parum laborarunt, ibid.

13 *Iustitia pracipuum fundamentum est, vt ius suum vnicuique tribuatur.*

14 *Ius suum petenti nemini est denegandum.*

15 *Ignoranter pœna affici iniquum est.*

Nostrum illud quod est, sine factu nostro nobis auferri non potest, ibid.

16 *Nostrum quod est, si sine facto nostro nobis auferetur, nihil aliud esset, nisi ipsam fidem publicam violare, & fraudibus viam aperire.*

17 *Impeditu iustu impedimentu, si contra eum currat praescriptio, datur restitutio in integrum.*

Ignorans dicitur impeditus impedimento facti, & iuris.

18 *Impedimentum facti est iusta causa restitutionis in integrum.*

Ignoranti tamquam impedito est subueniendum, ibid.

19 *Restitui se petens aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum debet deducere ignorantiam.*

Et ista est cautela in practica ab Aduocatis, & Doctoribus habita pro aurea.

21 *Seruitus si mihi sit legata, sed id nescio, & ideo ea non vtor, currit praescriptio, sed non denegatur restitutio.*

22 *Restitutio in integrum aduersus praescriptionem, ex capite ignorantia, datur etiamsi sint transacti 100. anni, imo immemorabile tempus.*

24 *Praescribens spatio 30. vel 40. annorum plenissima munitione est securus.*

25 *Praescriptio vt currat contra ignorantem, & nihilominus ei detur restitutio, incongruum non est.*

26 *Praescriptio 30. vel 40. annorum, dum dicimus, quod currit contra ignorantes, intelligitur quandu ignorantia est culposa, aliàs non.*

27 *Praescribens spatio 30. vel 40. annorum est securus inspecto iure communi, sed non iure extraordinario, quale est restitutio in integrum.*

Lex generaliter loquens non censetur cogitare ea, qua veniunt iure speciale, num. 27.

28 *Praescriptio 30. vel 40. annorum, reddit quem securum, nisi contra eundem ex iusta causa fuerit impetrata restitutio in integrum.*

29 *Res iudicata non infringitur per iura de nouo reperta, & qualiter id intelligatur.*

30 *Restitutioni in integrum, vt sit locus, semper in dubio est facienda interpretatio.*

Restitutio in integrum nititur aquitate, ibid.

31 *Praescriptio repugnat aquitati naturali.*

32 *Praescriptionis materia est iniqua, impia, & odiosissima.*

33 *Restitutio in integrum, vt concedatur aduersus praescriptionem ex capite ignorantia est opinio, qua magis adhaeret aquitati, & sic conscientia.*

Opinio, qua fauet conscientia amplectenda est, ibid.

34 *Conscientia didicit contemnere male dicta.*

35 *Restitutio in integrum aduersus praescriptionem in dubio semper est concedenda.*

36 *Restitutio in integrum, quod concedatur ex capite ignorantia aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum, Est opinio, qua semper placuit, & placet Christi fidelibus.*

37 *Ecclesia quotidie admonet Christi fideles ne propter temporalia amittant aeterna.*

Figura huius mundi praeterit, num. 37.

in Caelo sunt praemia, & corona.

38 *Res quod sit mea, quandocumque appareat, etiam post centum annos, mihi restituenda est.*

39 *Litigantes illi miseri vocandi sunt, qui incidunt in manibus eorum Doctorum, qui leges, vt dicitur ambobus manibus circumferunt.*

Restitutio in integrum, quod non concedatur ex capite ignorantia, est opinio penitus damnata.

40 *Aduocati curare debent insinuare partibus, vt reddant, quod alienum est.*

41 *Aduocati consulere tenentur secundum forum interius, & conscientiam, non secundum forum exterius, & super hoc exclamat sic Fontanell. vt hic.*

Aduocati veritatem scienter impugnantes, contra Spiritum Sanctum peccare dicuntur, num. 41.

42 *Opinionem fauorabiliorem, & benigniorem in dubio sequi, non minus iustius, quam tutius est.*

43 *Rota ex inueterato stylo in conflictu opinionum, aequiorem solet amplecti.*

Opinio aequior potius est tenenda in iudicando, quàm communior, num. 37.

44 *Antonin. Thesaur. vir eminentis scientia, sed cauendum est ab eius opinione, de qua in eius dec. 134. a n. 5.*

46 *Restitutio in integrum si daretur ex capite ignorantia aduersus praescriptionem 30. vel 40. ann. dominia rerum semper starent in suspensu, sed contra n. 41.*

47 *semel Dominus, semper est Dominus, nisi ex factu propriu desinat esse.*

Praescriptio quandu contra aliquem ignoranter currit, non tamen ille desinit esse Dominus, ibid.

48 *Lex semper est certa eorum, qua sunt in rerum natura.*

49 *Restitutio in integrum quod ex capite ignorantia concedatur aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum, est opinio recepta in diuersis supremis Orbis Tribunalibus, & praesertim.*

Nempe in Sacro Consilio Neapolitano num. 50. in Rota Bononien. num. 51. in Rota Ianuen. num. 52. in Rota Lucen. num. 53. & 54.

in Foro Finizanen. num. 56. in Rota Auenionen. n. 57. in Regio Senatu Cathalonia, num. 58. in Senatu Pedemontano, num. 59.

in Senatu Gratiompolitano, num. 60. in Parlamento Delphinali, num. 61. in Senatu Burdegal. num. 62.

in Audientia Baren. num. 63. in Camera Imperiali, num. 64. & tandem in Rota Romana, vbi veritas gloriose triumphat, num. 65.

65 *Socin. conatur blandiri, & insinuare iudicibus, vt amplectantur eam opinionem, quod non concedatur restitutio ex capite ignorantia aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum, sed irridetur.*

Nodum in scirpo quaeritur, Iudex dum neglecta communiter opinione, vult iudicare secundum minus receptam, num. 55.

66 *Restitutio in integrum competit locis pijs aduersus praescriptionem completam ex negligentia administratorum.*

67 *Restitutio in integrum, vt concedatur aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum ex capite ignorantia, requiritur vt ea sit rationabilis, & inuincibilis.*

Ignorantia qualibet non sufficit ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum.

Nam debet esse penitus, penitusque sine macula, & ex omni parte excusabilis.

Ignorantes ex propria culpa, & scientes apud Legislatores eadem pœna puniuntur, & hoc dictum refert Aristotel. sub n. 67. in fin.

68 *Ignorantia de Iure praesumitur in dubio.*

Ignorantia licèt secundum veriorem opinionem probetur iuramento, id tamen non procedit quandu in ignorantia stat fundamentum intentionis actoris, n. 68.

69 *Ignorantia quando est fundamentum intentionis agentis, est vndequaque plene iustificanda.*

Cum hoc casu excludatur etiam per quamlibet coniecturam, etiam de longè petitum, & num. 33.

70 *Ignorans sibi imputet, si non inuestigauerit iura sua.*

71 *Ignorantia non est excusabilis, quando quis habuit necessitatem in genere, vel tenebatur inuestigare.*

72 *Iura sua, quilibet debet scire, inquirere, & inuestigare.*

74 *Restitutionis in integrum beneficio non gaudet is aduersus praescriptione 30. vel 40. annorum, qui scit, vel eius ignorantia non est vndequaque probabilis.*

75 *Imo & hoc casu talis restitutio denegatur minori ex scientia tutoris, cùm tunc sit agendum contra tutorem.*

76 *Restitutio in integrum ex capite ignorantia, tunc datur, quando ignorantia vllo velamine obscurari non potest, nec aliquo modo calumniari.*

77 *Veluti si simus in haerede, in cuius potestate non fuerunt scriptura, vel quid simile.*

78 *Haeredi competit restitutio ex capite ignorantia.*

79 *Restitutio in integrum datur etiam ratione Iuris dubij, & intricati.*

Ignorantia probabilis exempla, qui ponat. n. 79.

80 *Testamenti ignorantia præsumitur, si illud semper fuerit penes Notarium, & numquam extracta fuit copia.*

81 *Testamenti explicita scientia non præsumitur, quando in vita eius, qui debuit scire, illud numquam fuit leuatum de manu Notarij rogati de eo.*

82 *Testamentum si sit apud acta, facili negotio potest illud legi, & videri contra num. 84.*

83 *Scientia eorum, quæ sunt in actis facilè præsumitur, cum acta faciant rem notoriam.*

84 *Notarij in leuatione testamentorum captant emolumenta, ideò non solent esse faciles ad illa ostendenda.*

85 *Ignorantia dum dicitur, quod sit plenis probationibus docenda, quando in ea consistit fundamentum intentionis agentis, id qualiter intelligatur.*

86 *Probatio dicitur vera, & non præsumptiua quando concurrunt plures, & perfecta coniectura.*

87 *Probatio plenissima, & numeris omnibus absoluta oriri potest ex cumulatis præsumptionibus, & coniecturis.*

88 *Ignorantia est actus priuatiuus habens negatiuam annexam, & ideo perfecta probatio in ea haberi non potest.*

89 *Negatiua probatio, si non impossibilis est, saltem difficillima reputatur.*

90 *Iudex mordicus insistere nequit, requirendo liquidissimam probationem, quando ea haberi non potest, cum tunc satis sit humana certitudo.*

91 *Quadriennium concessum à lege ad effectum restitutionis in integrum, cum sit à principio vtile, non currit ignorantibus.*

92 *Et hoc est dictum Bald. mirabile, & egregium reputatum, & à toto Mundo secutum.*

93 *Restitutionis in integrum petenda tempus, quod, non currat ignoranti est conclusio non parui momenti, sed maxima importantiæ.*

94 *Et plures Doctores admonent, & rogant, vt hoc vnum diligentissime semper cordi teneatur.*

95 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum si ab initio esset continuum, quid inde sequeretur, & num. 109.*

96 *Rationes, & fundamenta firmissima velle tollere per absurda, & inconuenientia, ridiculum est.*

Restitutionis in integrum petenda tempus, quod non currat ignorantibus, est opinio verior, & communior.

97 *Et sic tenetur in Scholis, & in Palatijs, & ab ea, nec in consulendo, nec in iudicando est recedendum.*

98 *Doctores auiditate pecuniæ non debent consulere contra veritatem.*

99 *Restitutionis in integrum petenda tempus, quod currat ignorantibus, quare DD. aliqui tenuerunt hanc opinionem.*

100 *Doctores dum consulunt, non debent esse abstracti ab auro, & auaritia, num. 73.*

101 *Pecunia non debet esse magis amica, quàm ipsa veritas.*

102 *Tribunalia suprema in casu restitutionis in integrum nullatenus attendunt lapsum quadriennij constito de ignorantia.*

Et iste est stylus Curiæ.

103 *Restitutionis in integrum petenda tempus aduersus præscriptionem non currit etiamsi ignorans staret per centum, imo per mille annos.*

104 *Actio omnis siue sit realis, siue personalis, siue mixta, &c. spatio 30. vel 40. annorum præscripta remanet, & quando id procedat, num. 78.*

105 *Ortus vbi non datur, impossibile est vt ibi possit assignari occasus.*

Actio omnis, & omne ius tunc spatio 30. annorum præscribitur, quando sumus in actione efficaci, & in iure formato, aliàs secus, num. 105.

106 *Deficientia supponit aliquid perexistens quod antea fuerit.*

Monstrum illud portentosum Iura admittere nolunt, vt dicatur defecisse id, quod numquam apparuit, num. 106.

Actio non potest præscribi, quando ex defectu conditionis numquam ortum habuit, quod procedit etiamsi orta sit actio, sed non potest intentari, num. 106.

107 *Restitutionis in integrum petenda tempus tunc incipit currere, quando quis ex aliquo actu antea penitus ignoto, potuit excitari ad inquirendum de iuribus suis, & n. 108.*

Pauperem vnum, nec mille homines spoliare possunt eius diuitijs, num. 106.

110 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum, cum sit à principio vtile, ideo non curris contra legitimè impeditum,*

111. *Restitutionis in integrum petenda tempus est à principio vtile, nulla habita distinctione an simus in Ecclesia, vel in alia priuata persona.*

112 *Dec. opinio in consil. 29. damnatur, & reprehenditur.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM III.

ARticulus iste, vtrum restitutio in integrum ex capite ignorantiæ concedatur aduersus præscriptionem † 30. vel 40. annorum, cum ea currat etiam contra 1
ignorantes, *l. sicut in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. leg. licet, C. de iur. deliber.* Pinell. *in auth. nisi triennale, num. 30. 38. & 53. C. de bon. mater.* Honded. *cons. 83. num. 50. lib. 1.* Merlin. *de legitim. lib. 5. tit. 3. quæst. 10. nu. 26.* cum alijs allegatis à Rota in causa *Rauennaten. Saluiani 17. Martij 1634. coram Eminentiss. Dom. Card. Verospio,* & recentiùs *in Romana diuisionis 15. Iunij 1640.* coram R. P. D. meo Bichio, & adde Franc. Merlin. *decis. Lucen. 70. numer. 56.* vbi etiam asserit post Bart. Ias. Surd.
Crauet. Borgnin. Menoch. Becc. & Carpan. quod in præscriptionibus semper tempus est continuum, cum alijs vt
ibi. Quod enim præscriptio 30. vel 40. annorum mero iure currat contra ignorantem latè probat Petr. Barbos. *in repetit. leg. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. à num. 306.*
Ideoque supradictus punctus est adeò † controuersus, 2
necnon inuolutus, vt non solùm in hoc inter se Doctores valde discrepent, quod & tolerabile esset, cùm inter
Iuristas iure quasi hæreditario implacabiles reperiantur
inimicitiæ, & inter eos reperiontur † sectæ pertinacissi- 3
mæ, vt iam abundè dixi in epistola ad I. V. D. quam posui in principio *tom. 3. Decisionum Rotæ Romanæ a me select. aliàs part. 7. recent. à num. 72.* Sed quod peius est, molti
etiam summi legum vertices in hac materia fluctuando,
sibimet ipsis † contradicunt, & more furiosorum sese pro- 4
uocant, & lacessunt, inter quos adest Alexand. Dec.
Rub. Alexandrin. Gozad. & alij, quos refert Crauett. *cons. 21. sub numer. 34.* vbi in fine verecundè fatetur,
eum pudere in hac opinione, referre talem, ac tantorum virorum varietatem, ac inconstantiam, & vide reliqua ibi.
Doctores † verò nostri temporis in hoc puncto sunt 5
adeò constantes, vt Camaleonte ipso sint magis varij, de
qua re non parum dolet Odd. *de restitut. in integr. part. 2. quæst. 90 art. 5. num. 19. ibi,* deploranda est infelicitas temporum nostrorum, cùm Doctores tam parum sibi † constent in hoc articulo an concedatur restitutio in integrum aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, ex
capite ignorantiæ, vt palinodiam concinuant, &c. Sed
ad nos.
Quamuis enim difficile sit perscrutari quænam hoc
casu sit verior opinio, vndique enim adsunt angustiæ,
propter rationes adductas ab vtraque parte, & hinc inde multi asserunt de communi. Tamen reiecta opinione negatiua, non est dubitandum asserere, † affirma- 7
tiuam, scilicet vt concedatur restitutio, esse veriorem,
& æquiorem, atque hic in decisione Rota testatur de communi, atque latiùs infra dicam, & huius opinionis
ratio palpabilis est, quia ista præscriptio 30. vel 40 annorum inducta est à iure nequaquam fauore possessoris, sed
† in odium eius, qui tam longo tempore neglexit pete- 8
re, quod suum est, Bart. & Doctores *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* & post eos inquit Dyn. *in regul. possessor. de regul. iur. in 6. vers. præscriptio autem 30. annorum inducta est in odium negligentium tantum, &c.* & aduertit Surd. *dec. Mantuan. 5. n. 1. vers. præscript. 30.* † *vel* 9
40. annorum non fuit introducta fauore possessoris, &c. Guidopap. *decis. 416. num. 2. vers. inducta est propter negligentiam, &c.* Bonifac. Vitalin. *in clem. 1. num. 3. de celebrat. missar.* ibi, *Mero odio negligentium introducta est præscriptio tricennalis,* Osasch. *decis. Pedemont. decis. 125.*
sub

sub numer. 5. vers. prnscriptio 30. *vel* 40. *annorum currit*
ex mern negliontia deducentis iura sua. Vrsill. ad Afflict.
decis. 12. *n.* 5. *vers. præscriptio* 30. *vel* 40. *annorum introdu-*
cta est tantum in odium negligentium, aducitque Rota
in Arminen. legati 7. *Februar.* 1600. coram bon. memor.
Litta, & nuper fuit dictum in *Rauennaten. census* 26. *A-*
prilis 1641. coram R. P. D. meo Bichio, §. *Et ex parte*
vers. in negligentia solum fundatur prnscriptio 30. *anno-*
rum, & faciunt aliæ plures decisiones à me allegatę in an-
notat. ad sequentem decisionem *nu.* 14. & sic in negligen-
tia consistit vis, fundamentum, ac tota substantia huius
præscriptionis.
10 Quæ negligentia cùm nullo modo possit inquiri † in
ignorante, quoniam ignorans non negligit, non renun-
ciat, non contemnit, non delinquit, non ratificat, &
eius voluntas nulla sit, & vt ait Specul. *in tit. de nou. oper.*
11 *renunc.* §. 2. *vers. penultim.* Ignorans † est magis stultus,
quàm quilibet alius. Et quod ignorans præsumatur ab-
sens, scribit idem Specular. *in tit. de iur. vers. cæterum*.
Et impoteoti pariter æquiparatur ignorans, *l. annus ff. de*
calum. l. argentum, ff. commod. Tandem ignorans respe-
ctu rei ignoratæ consideratur sicuti res insensibilis, ve-
luti petra, seu saxum, &c. Ergo stantibus supradictis,
12 prorsus † ab omni æquitate erit alienum, si ignorans
repetia veritate, quod aliquid suum est, scilicet per
instrumenta antea penitus illi incognita, vel per aliud
simile, &c. Iura eum noo coadiuuarent, & sic prom-
ptè Iudex non deferret brachium ei, qui se ad eius
tutelam conuertit, quo in integrum restituatur, vt
iure suo potiatur, & in hunc sensum nemo est ne-
scius, quot leges conditæ sint, quot Plesbicita pro-
mulgata, quot Senatusconsulta constituta, quot Edi-
cta Magistratuum edita, & quot responsa Prudentum
lata fuere.
13 Nam, & iustitiæ † præcipuom fundamentum est, vt
ius suum vnicuique tribuatur, §. *iuris præcepta, instit.*
de instit. & iur. & hoc nec ipso maledicto Diabolo, si in
14 iudicio † peteret aliquid, quod suum esset, denegandum
veniret. Hinc sæpè sic solitus erat asserere Seneca. Æ-
quissima vox, & ius gentium præseferens, vt ius suum
vnicuique reddatur, facitque *lex* 2. §. *idem Varus, ff. de*
aq. plun. arcend. & lex 2. §. *penultim. ff. de relig. & sumpt.*
&c. Doctores omnes *in l.* 2. *ff. solut. matr.* cum alijs addu-
ctis à Decian. *in cons.* 108. *nu.* 30. *vers. ergo cum vnicuique*
quod suum est, &c. tom. 3.
Vlteriùs esset valde inhumana talis negatio, nam
vt dixit Rota *coram bon. memor. Cnunlerio, decis.* 141. *n.*
15 2. ignorantem † pœna affici, iniquum est, com ibi al-
legat. Iura etiam tolerare nequeunt, vt quod nostrum
est, sine facto nostro nobis auferatur, *leg. id quod nostrum*
est, ff. de regul. iur. cum alijs allegatis à Rota in causa *In-*
nuen. Pecuniaria, seu attentatorum 24. *Ianuarij* 1642. *co-*
ram Reuerendiss. P. D. meo Dunozette Decano. §. *Et ra-*
tio est vers. si quod nostrum est, sine facto nostro, necnon
16 subdunt quod si aliàs diceretur, † nihil aliud esset,
quàm ipsa fides publica violare, & aperire viam fraudi-
bus, &c.
Loquendo ergo in terminis nostris, misericordia, &
æquitate dignus censendus est, qui sine culpa sua, igno-
rantia iuris sui impeditus, non repetiuit, quem cùm le-
ges restituere expresse non vetent, Prætor restituere
pollicetur, & poterit, *vt in l. nec non* 28. §. *quod eius*,
ff. ex quib. caus. maior. &c. Si enim iniquum foret ob iu-
stum, & probabile impedimentum facti, vt semper ei-
17 dem concedatur restitutio in integrum, vbicunque †
contra eum curri præscriptio, *l. Attilicinus, alias inci-*
pit hi, qui §. quis autem propter, cum gloss. ibi, & notat
Petr. *ff. de seruit. rustic. prnd.* Cyn. *in leg. quoties in* 4. *quæst.*
C. de præcib. Imper. offerend. Bart. *in l. Sennius, C. de offic.*
prnsid. Idque benè potest applicari ad ignorantem, quia
ignorantia probabilis est iustum impedimentum facti, *ad*
l. argentum, ff. commodat. Cephal. *cons.* 542. *numer.* 15.
Imò ignorans dicitur impeditus impedimento facti, &
iuris, Bald. *in leg.* 1. *in* 24. *opposit. C. qui admitt. &c. & in*
cons. 13. *in princip. lib.* 1. Simon de Preris *consil.* 11. *num.* 7.
At ignorans, & impeditus æquiparantur, ex relatis
18 à Rota *decis.* 662. *num.* 9. *part.* 2. *recent.* quare † ei
tanquam impedito est subueniendum, *l. qui in alte-*
rius eum ibi notat. ff. de reg. iur. cap. 2. *de constitut. cap.*
cum illorum in fin. de sentent. ex omm. & latè Alciand.
cons. 72. *sub nu.* 4. *lib.* 1. & ibi Rouers. *in addit.* alios DD.
adducit.
Ista enim est theriaca aduersus venenum præscriptionis
30. vel 40. annorum, vt ipse ignorans petat † se restitui 19
in integrum aduersus dictam præscriptionem ex capite
ignorantiæ, quia debet admitti, cùm ignorantia tribuat
iustum impedimentum, & ista est illa cautela, quæ so-
let in practica, à Doctoribus, & Aduocatis aurea repu-
tari, vt fidem facit Brederod. *in suis cautel. cautel.* 69. vbi
fatetur se dictam auream cautelam didicisse à Bart. *in l.* 1.
§. *si quis, ff. de itin. actuq; &c.*
Itaque ista opinio, vt restitutio in integrum conceda-
tur aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, ex ca-
pite probabilis ignorantiæ, quod sit verior, æquior, &
communior, affirmati non est dubitandum, tum ob ra-
tiones prestantiores, tum ob Doctores † non iam nume- 20
ro, quàm scientia, & auctoritate spectabiles, nam &
perbellè asseri potest, quod opinio ista, tanquam ma-
gna quædam Regina videre se faciat associata ab insignio-
tibus iurisprudentiæ Athlantibus, & post se, tam nume-
rosum exercitum Doctorum ducit, vt contrariæ opinioni
formidabilis se ostendat, eique non parum terrorem io-
cutiat, & præter adductos hic in decisione, addo Glos. *no-*
tabilem in leg. si partem §. 1. *in verb. non vtendo, ff. quem-*
admodum seruit. ammitt. vbi inquit, si nescio seruitutem
mihi legatam esse, & ideò ea non vtor † currit contra me 21
præscriptio, sed datur restitutio, & in *l. cum filius*, §. *in*
hac, in verb. & ignoret, ff. de verb. oblignt. & ibi cum ea
sentiunt Bart. *num.* 4. Bald. Iason. Alex. Castren. Dyn. latè
Soccin. *numer.* 8. & iterum idem sensit Glos. *in leg. qui fi-*
lius. §. *Sabinus, ff. ad Trebel.* atque eam pariter sequuti
sunt Bart. *in leg. Aemilius, ff. de minor. & in dict. leg. cum*
filius, §. *cum in hoc, ff. de verbor. oblignt. & in leg.* 2. *C. si*
aduers. vendit. pign. &c. Bald. *in cap.* 1. *ext. de restitut. in*
integr. vbi plures refert Cardin. *in clem.* 1. *num.* 30. *eodem*
tit. Ludou. Roman. *in leg. qui vniuersa* §. *fin. ff. de resti-*
tut. in integr. Imol. *in cap. fin. de prnscript.* Angel. *in leg.*
hæredem, ff. de calum. Ias. qui dicit hoc singulare *in cons.*
118. *in fin. lib.* 4. Bald. *in tractat. de præscript. part.* 4. *prin-*
cip. quæst. 29. *per tot. vbi num.* 7. eam magis communem
opinionem esse asserit Petr. Barbosa *in leg.* 3. *C. de prn-*
script. 30. *vel* 40. *annor. ex numer.* 306. vbi latè Marescott.
variar. resolut. lib. 1. *cap.* 16. *per tot.* Valencue *consil.* 33.
numer. 243. Curt. sen. *cons.* 58. *numer.* 1. Anecharan. *in cons.*
170. *num.* 8. Mandel. *cons.* 634. *num.* 2. Ruin. *consil.* 140.
numer. 17. *lib.* 2. Francisc. Viu. *in Syl. comm. opin. c.* 690. *in-*
cip. Restitutio in integrum ex ignorantia probabili numer. 1.
Dec. *cons.* 564. *num.* 19. Mauric. Rolan. *in tract. de restit.*
in integr. ca. 59. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit.*
de restit. in integr. resol. 1. *circa med.* vbi testatur hanc
esse omnium communem sententiam, &c. Petrus An-
tonius à Petra *in tract. de fideic. q.* 14. *num.* 259. Cagool. *in*
l. qui in alterius num. 6. *ff. de reg. iur.* vbi de communi, &
etiam subiungit, eandem communem opinionem proce-
dere pariter in præscriptione † centum annorum, imò, 22
& non desunt Doctores, qui scribunt, id procedere etiam
in pręscriptionibus, cuius initij memoria non extet, in-
ter quos adest Hieronym. Grat. *in cons.* 143. *num.* 2. *lib.* 2.
vbi alios refert, & testatur de veriori, & magis commu-
ni opinione.
Insuper hanc opinionem in terminis nostris nempe
in præscriptione 30. vel 40. annorum esse † apertè æquis- 23
simam simul, & iustissimam, ac communem omnium
Doctorum opinionem affirmat Burtat. *& cons.* 160. *num.*
61. qui abundè alios allegat, & aliam cohortem adducit
Horat. Mandos. *in addit. ad cons. Romnn.* 123. *in littera*
N. vbi etiam asserit de communi, &c. adde Francisc.
Becc. *cons.* 12. *nu.* 64. vbi de communi opinione, & quod
transeat sine dubitatione, &c. Roland. *cons.* 68. *numer.* 10.
vers. verum his non obstantibus, volum. 3. vbi post Paul. de
Eleazar. Zenzen. Io. Andr. Cardin. Socin. Ant. de Butr.
Bertrand. Ioan. Maur. Rebuff. Plot. Alciat. Lofred. Ho-
stien. Paris. Cassan. Innocent. Boer. Nait. Mantua, &
alios, testatur hanc esse receptam omnium Doctorum
sententiam, adde Honded. *cons.* 83. *n numer.* 18. *lib.* 1. vbi
de vera, & communi opinione, Surd. *cons.* 420. *num.* 7.
qui non solùm de communi, sed de magis communi, &
veriori opinione testatur, & recentiùs Gratian. *discept.*
forens. cap. 118. *n num.* 5. qui post Ceuall. asserit hanc opi-
nionem esse plenissimam æquitate. Et si turbam innu-

meram

meram Doctorum istam sententiam sequentium desideras videre, ea est adducta ab Odd. *in tractat. de restitut. in integr. quæst. 90. part. 2. articul. 4. sub numer. 16. vers. Sed contrarium tenent, & articul. 5. nu. 18. vers. in contrarium est alia communis, &c.* & à Tiraquell. *in tractat. de retract. lignag. §. 25. glos. 4. num. 37.* addo Henric. Rosental. *de feud. part. 1. cap. 9. membr. 2. conclus. 93. num. 18. in littera T.* vbi affluenter plures DD. allegat, & inter alios Iaqui testatur de communi, & alij de magis communi opinione.

Nec quilibet titubare debet, ex eo, quia præscriptio ista 30. vel 40. annorum currit etiam contra ignorantem, ex iuribus supra à me allegatis, vnde, qui præscripsit tali
24 tempore aduersus † omnes plenissima monitione securus est, vt inquit Imperator *in l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* quoniam id non negatur. Cùm incongruum non sit, vt currat præscriptio, & nihilominus detur talis
25 restitutio, † quia si non curreret, non esset opus restitutione in integrum.

Vel dicere possumus, quod ista præscriptio benè cur-
26 rit contra ignorantes, † quando causatur ignorantia ex culpa, aut negligentia, secus verò, si ex iusta, & probabili causa, vt post Roman. *consil. 9.* aduertit Ioan. Thom. Minad. *cons. 10. numer. 36.* quo casu præscriptio non currit, *l. 1. C. de annal. præscript. leg. contra maiores, C. de transact. leg. fin. in fin. C. qui bon. ced. poss. glos. notab. in leg. sed et si ff. de bon. possess. cont. tab.* quam ad hoc notat Aret. *in fortioribus terminis in leg. ventre colum. 4. ff. de acquirend. hæred.* & faciunt notata per Canonistas *in cap. fin. de elect. & in cap. transmissa, de præscript.*

Sed ad omne peius currit prædicta præscriptio etiam contra iustè ignorantem, & præscribens erit securus, sed intelligi debemus inspecto communi, & ordinario iure,
27 non autem extraordinario, quale est remedium † restitutionis in integrum, *leg. in causæ la 2. in princip. ff. de minor.* quia de hoc iure extraordinario lex generaliter loquens non censetur cogitare, *leg. nam ad ea ff. de legib.* aduertitque Rota *coram bon. mem. Reuerendiss. Ortembergo decis. 112. numer. 12.* infra *in hac 3. part. recent.* prout fortiùs dicimus de statuto omnem, & quamcumque exceptionem per verba quantumuis vniuersalia tollente, quod non præsumatur velle tollere exceptionem, seu beneficium restitutionis in integrum, est communis, & verior opinio, prout latè affirmarunt Francisc. Becc. *cons. 12. num. 69. cum plurib. seqq.* Sfortia Odd. *in tractat. de restitut. in integrum part. 1. quæst. 42. numer. 26.* & post eum innumeros adducens Carol. de Grass. *de exception. except. m. 34. per tot.* Sicque hoc ca-
28 su præscribens erit securus, † nisi contra eundem ex iusta causa fuerit impetrata restitutio in integrum, & hæc opinio placuit Crauett. *in consil. 201. n. 35. & de antiq. tempor. part. 4. vers. materia, num. 58. & seqq.* Thob. Non. *in cons. 87.* & latiùs Roland. *d. cons. 68. nu. 33. volum. 3.*

Ad hoc enim facit illud simile, de re iudicata, con-
29 tra quam ad eam infringendam † non admittuntur iura de nouo reperta, *leg. sub specie, C. de re iud. l. Imperatores, C. eod. cap. inter monasterium ext. eodem*, quia hoc procedit directè, & ipso iure, secus per viam restitutionis in integrum, stante ignorantia, Odd. *de restitut. in integr. quæst. 73. art. 3. vers. sed in contrarium*, vbi plures de communi, & quod opinio sit comprobatissima, pluribus allatis testatur Fontanell. *decis. Cathalon. 176. num. 11.* sic etiam tenet Rota, vt videre est in causa *Narnien. bonorum 4. May 1618. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Accedit pariter in casu nostro, quod semper in dubio
30 facienda † est interpretatio, vt sit locus restitutioni in integrum contra præscriptionem, quia talis restitutio nititur æquitate, *l. denique, & l. nec vtilem, ff. ex qui-*
31 *bus caus. maior. &c.* & præscriptio repugnat † æquitati naturali, Glos. *in l. 1.* quam ibi valde notat Angel. *ff. de negot. gest.* & quod materia ista præscriptionis sit iniqua,
32 impia, & † odiosissima pluribus relatis fuit ratiocinatum à Rot. *in causa Spoletana Saluiani 7. Iunij 1638. vers. quantum fieri potest refrenanda &c. coram clar. me. Merlino*, & dicam infra *ad dec. 20. à n. 20.* & in puncto videatur Petr. *de fideicomm. q. 13. nu. 261.* vbi ait hanc affirmatiuam opinionem, vt ignoranti aduersus præscriptionem 30. vel
40. annorum concedatur restitutio in integrum magis † 33
adhærere æquitati, & sic conscientiæ, & ea opinio, quæ fauet conscientiæ amplectenda est, & post Afflict. subdit, quod † conscientia didicit contemnere malè di- 34
cta.

Vnde quando in dubio versamur, abneganda nullatenus venit restitutio in integrum aduersus præscriptionem,
† ita concluserunt Roland. *consil. 68. numer. 19. & in fin.* 35
lib. 3. Crauett. *consil. 201. numer. 37.* Eugen. *consil. 95. numer. 35.* Aldou. *consil. 21. num. 26.* & ita voluerunt Cuall. *commun. contra commun. opin. 836. num. 7. vers. in dubio Iudex concedat restitutionem*, Tiraquell. *de retract. §. 35. glos. 2. num. 2.* Cald. *in l. si curatorem*, glos. *implorare num. 6. C. de restitut. in integr.* & perbellè pariter in puncto ratiocinatur Vrsill. ad Afflict. *decis. 37. num. 2.* vbi sic
præcisè ait, † quod omnibus Christi fidelibus, quibus 36
est spes salutis æternæ, quibus, & Ecclesia quotidie concinnit, & admonet, ne propter temporalia amittant æ-
terna, cùm prætereat † figura huius Mundi, iuxta di- 37
ctum Apostoli, cùm in Cælo sint præmia, & coronæ, iuxta illud Diui Chrysostomi, quo *in can. quid autem turbamur, de pœnit. dist. 4. &c.* semper placuit, & placet dari restitutionem in integrum in nostris terminis, ex
capite scilicet ignorantiæ, & quando † veritas claruerit 38
quod res mea sit, aduersus præscriptionem etiam centum annorum cum sit scriptum, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Add. & Crauett. *de antiq. tempor. part. 4. quæst. 23. num. 48.* vbi in puncto nostri articu-
li, miseros † litigantes vocat, qui incidunt in manus 39
Doctorum, qui leges circumferunt ambobus (vt aiunt) manibus & contra eosdem DD. excandescit, quia in hoc casu variando oculum nequaquam habuerunt ad rationem, sed potius ad æs, amoremq; scelerati habendi, &c. & in puncto etiam videatur Fontanell. *decis. Cathalon. 154. num. 18.* vbi post admonitos DD. Aduocatos, vt cu-
rent † insinuare partibus, ad reddendum quod alienum 40
est, non obstante præscriptione subiungit, quod Aduocati tenentur consulere secundum forum interiùs, & con-
scientiam, † non secundum forum exteriùs, & in fine 41
num 20. sic clamat, Res magna est hæc ad hodierna tempora Res magna, infernus erit aliter operantibus, quia non est vana fabula, &c. ibique etiam asserit, post Iacob. Benn. *in tractat. de priuileg. Iurisconsult. part. 3. priuileg. 71. num. 32.* quod Aduocati veritatem scienter impugnantes, contra SPIRITVM SANCTVM peccare dicuntur.

Vlterius ponderandum est, opinionem hanc affirmatiuam esse fauorabiliorem, vt patet ex supradictis,
† & in dubio fauorabiliorem, benigniorem, & æquio- 42
rem interpretationem sequi, non minus iustius, quàm tutius dicit text. *in leg. proximè, ff. de his q. in testamen. delen. & in leg. ea, quæ partes, §. in re dubia, ff. de regul. iur.* & in puncto consultus respondit Natta *in consil. 162. num. 39.* Atque Rota ex inueterato stylo in
conflictu opinionum, † æquiorem solita est amplecti, & 43
de hoc stylo mentio habetur *in causa Romana alimentorum 30. Ianuarij 1637. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano est dec. 193. nu. 47. tom. 3. à me select. aliàs p. 7. rec.* vbi etiam *num. 46.* dicitur, quod in iudicando potiùs est tenenda æquior opinio, quàm communior, cum ibi alleg.

Doleo tamen Antonium Thesaurum virum alioquin
† eminentis scientiæ, vt apparet ex eius scriptis, hanc 44
tàm sacrosanctam opinionem lacerasse, & quantum in eo fuit pessumdedit, vt apparet ex eius *decis. 134. à num. 5.* vbi plura adducit ad colorandam eius opinionem, quæ tamen omnia facili negotio funditùs euerti possent, prout strenuè iam se gessit Alex. Trentacinq. *variar. resolut. vol. 1. lib. 2. tit. de restitut. in integr. resolut. 2. à num. 2.* & quasi totum fundamentum Thesaur. vt apparet num. 11. con-
sistit in eo, † quia ista præscriptio 30. vel 40. currit 45
etiam contra ignorantes & sic non audiatur ignorans petendo restitutionem in integrum, quod motiuum, quàm sit fragile, & debile, iam demonstraui supra *à n. 24.* Aliud verò fundamentum, in quo non parum insistunt sectatores partis aduersæ est, quia si restitutio in integrum
daretur ex capite † ignorantiæ aduersus præscriptionem 46
30. vel 40. annorum semper rerum dominia erunt incerta, & in suspenso manebunt contra dispositionem text. *in leg. bono publico, ff. de vsucap.* cum similibus regulis genera-

neralibus. Quia respondetur quod imò semper dominia
47 rerum † erunt certa, nam semel Dominus semper est Do-
minus, nisi ex facto suo desinat esse talis, *leg. ei, qui soluen-
do in fin. ff. de hered. instit.* & is Dominus, contra quem
præscribitur, non dicitur amittere dominium, lex enim
48 semper † est certa eorum, quæ sunt in rerum natura,
leg. cum ad præsens, & l. seqq. ff. si cert. petat. & ita in
puncto reijcit hanc obiectionem Petr. *de fideic. q. 14. nu-
mer. 275.*

Libenter, si non me reperirem in his angustis cancellis
breuium Annotationum conficerem cathalogum Docto-
rum cum eorum rationibus, & fundamentis in hac cele-
bri controuersia pro, & contra. ex quo quilibet vellet,
nollet inolitis dentibus in necessitate esset asserere hanc
affirmatiuam opinionem esse veriorem, & communio-
rem.

49 Scimus etiam in diuersis Orbis † Tribunalibus pro hac
opinione fuisse iudicatum, & præsertim in Sacro Con-
silio Neapolitano, & præter decisionem Afflicti addu-
ctam hic in decisione, addo *decis.* 329. penes eundem
50 Afflict. vbi in fine rotundis literis † dicitur, ibi, *Tan-
dem post longam examinationem per plures dies fuit per
omnes Dominos Consiliarios votatum, quod ex capite
iusta ignorantiæ restituatur ignorans de suo iure ignorato
aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum.*

51 Ita pariter † fuit pronunciatum in Rota Bononien. te-
ste Petro Benintend. *decis. 69. sub num. 1.* vbi de communi
opinione affirmatur, *& decis. 71. num. 1.* in qua testatur
de magis communi.

52 Rota Ianuen. prædictæ opinioni etiam adhæret, vt in *de-
cis. 203. nu. 6.* vbi testificatur hanc esse ferè omnium com-
munem sententiam.

53 Sic etiam fuit † iudicatum in Rota Lucens. vbi habetur
penes Ioseph. Ludouis. *decis. 48. num. 23. & decis. 52. num.
46.* in qua fidem facit hanc esse communem, & receptam
omnium opinionem.

54 In eadem Rota Lucen. ita aliàs pariter fuit tentum penes
Hieronym. Magon. *decis. 31. nu. 1.* & melius *decis. 77. nu-
mer. 13.* Vbi irridetur Soccin. dum *in cons. 46. lib. 1.* co-
55 natur blandiri, & insinuari Iudicibus vt † contrariam
sententiam amplectantur, ac subdit ibi Magon. quod id
non potuit persuadere Iudicibus Rotæ Lucen. vt neglecta
hac communiori opinioni, quasi nodum in scirpo quæ-
rentes, secundum contrariam opinionem minus receptam
iudicarent.

56 In foro Fiuizanen. talis sententia est quoque recepta,
id attestante Caualcan. Borgn. *decision. 15. numer. 21.
versic. restitutio in integrum propter ignorantiam, &c.
lib. 2.*

57 In Rota Auenionen. sic etiam fuit pronunciatum,
vt videre est apud Hieronym. à Laurent. *decis. 97. nu-
mer. 2.*

58 In Regio Senatu Cathaloniæ pariter prædicta opinio
firmiter tenetur, prout scribit Io. Petr. Fontanell. *decision.
154. sub num. 4.* ibi, *Verum certissimum est, & indubita-
tum, quod in omni specie præscriptionis, siue longi 10. &
20. annorum, siue longissimi etiam temporis 30. & 40. an-
norum, ex capite iusta ignorantia datur restitutio in inte-
grum, &c.*

59 In Senatu Pedemontano idem fuit decisum, teste Octa-
uiano Cacheran. ab Osasch. *decis. 69. num. 16.* vbi de magis
communi opinione affirmatur.

60 In Senatu Gratianopolitano sic fuit sancitum, hoc affir-
mante Guidopap. *dec. 24. n. 2.*

61 In Parlamento Delphinali idem fuit resolutum penes
Francis. Marcum *decis. 312. num. 2. par. 3. vers. quia etiam
datur restitutio ex capite ignorantiæ, &c.* & ibi Adden-
tes.

62 In Senatu Burdegal. sic pariter habetur decisum
teste Nicolao Boer. *decision. 36. numer. 6.* vbi fidem
etiam facit, hanc esse veram, & communem opinio-
nem.

62 In Audientia Baren. ita quoque adest determinatum,
hoc attestante Francisco Viuio *decis. 263. num. 9. lib. 3.* vbi
etiam de crebriori omnium iure scribentium sententia
protestatur.

64 In Camera Imperiali eodem modo fuit responsum apud
Gail. *obseruat. Imperials 19. lib. 2. num. 18.* & plura cu-
mulat.

Et tandem ponendo falcem ad radicem, sic in vertice
Tribunalium Vrbis, & Orbis † nempe in Rota Roma- 65
na, vbi veritas gloriosè triumphat fuit sæpius, perpetua-
que constantia talis restitutio in integrum ex capite pro-
babilis ignorantiæ indulta, vt videre est apud Peregrin.
decision. 34. in vna Bononien. Hæreditatis lib. 2. & apud
Chisan. *decis. 153.* & apud Caputaquen. *decision. 207.
in fin. part. 3.* & penes Fab. *decis. 39. num. 1. lib. 2. part. 3.
diuersor.* vbi de communi sententia affirmatur, & ita fuit
resolutum *in causa Romana Redditionis Rationis 15. Mar-
tij 1599. coram bon. mem. Orano*, impressa est post Pacif.
de Salutan. *decis. 257. num. 1.* vbi testatur de veriori opi-
nione, & adducitur præsens hæc decisio " *coram bon. me-
mor. Vicecomite*, & idem firmatum fuit *in causa Roma-
na legati 23. Iunij 1599. coram bon. memor. Litta, &
in causa Romana Saluiani interdicti 28. Ianuarij 1602.
coram bon. memor. Iuste*, impressa post Pacif. de Sal-
uian. *decision. 255. numer. 1.* vbi Rota affirmat de rece-
ptissima opinione, &c. *& in Reatina depositi 25. Maij
1601. coram bon. memor. Penia, est decisio 733. num. 9.
inter eius à me imprimend. vers. illi tamen competebat resti-
tutio in integrum*, idemque pariter fuit dictum *coram bo-
na memor. Cardinali Sacrate, decis. 621. num. 3. part. 1.
recent. coram bon. mem. Card. Marquemont. in Mediolan.
de Brioschis 1. Martij 1606. est decis. 64. num. 4. part. 2. re-
cent. & coram bon. mem. Cardin. Sacrate in causa Rauen-
naten. Saluiani 3. Maij 1614. est infra in hac par. dec. 573.
sub nu. 1. & coram eodem in Romana supplementi legitimæ
4. Decembr. 1613. coram bo. mem. Vbaldo*, in causa Roma-
na Saluiani 22. *Maij 1616. erat decis. 315. num. 6. part. 4.
rec.* & habetur post Cenc. *de censibus dec. 303.* & post Pa-
cis. de Saluian. *dec. 300. & coram bo. me. Buratt. in causa
Maceraten. Saluiani 21. Febr. 1620. est inter eius impres-
sas dec. 457. num. 2.* vbi alias decisiones habes, & addo *de-
cis. in causa Calaguritana de Alberite 20. Iunij 1610. co-
ram bo. me. Ortembergo, & in causa Bononien. Cumuli Mi-
sericordiæ 20. Octob. 1621. coram bon. mem. Coccino, vers.
competit restitutio in integrum propter ignorantiam, &c. nec-
non in causa Venusina legati 28. Iunij 1622. coram eodem
Coccino, vers. Cuilibet competit restitutio in integrum
ex capite iusta ignorantia, &c. & in causa Bononien.
legati 17. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Ghislerio, vers.
datur restitutio non obstante quadragenaria, &c. & in causa
Romana Pecuniaria, seu sequestri 16. Iunij 1632. coram bo.
me. Pirouano, vers. probata iusta causa verisimilis ignoran-
tia, & ibi*, inter alias decisiones canonizatur præsens hæc
decisio " *bo. me. Vicecomitis, &c. in causa Ariminen. domus* "
*23. Iunij 1631. coram R. P. D. meo Dunozette Decano, est de-
cis. 59. tom. 2. à me select. aliàs part. 6. rec. n. 9.* & recentius
fuit responsum in *causa Auximana fideicommissi 22.
Martij 1638. coram eodem Reuerendiss. Decano, §. vltim.
vers. adhuc daretur restitutio in integrum ex capite pro-
babilis ignorantia, &c. & in causa Spoletana Saluiani 3.
Iunij 1639. coram clar. mem. Merlino, §. tertio quate-
nus, vers. subueniendum præsidio restitutionis in integrum ex
capite ignorantia, &c. & in causa Rauennaten. Census
27. Iunij 1639. coram eodem Reuerendiss. Decano, §. ad
hæc vers. daretur et restitutio in integrum ex capite pro-
babilis ignorantia, &c.* ibiq; etiam aliæ adducuntur deci-
siones, atque deinde ita etiam fuit dictum in *eadem cau-
sa Rauennaten. Census 26. Aprilis 1641. coram R. P. D.
meo Bichio §. Et ex parte venditoris, versic. quatenus opus
sit restitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ*, vbi
etiam inter alias decisiones expenditur præsens hæc deci-
sio " *part. 3. recent.* idem fuit etiam firmatum *in causa* "
*Bonon. fideicommissi 22. Iunij 1639. coram eodem, §. Et
ex his tollitur, versic. præscriptio non suffragatur, quia
aduersus eam ex capite probabilis ignorantiæ competit resti-
tutio, &c.* & plura ibi allegantur, & potissimum ista
præsens decisio * *3. par 3. recen.* videatur etiam *in causa* *
*Romana census 25. Iunij 1640. coram eodem R. P. D. Bic-
chio, §. Tertio in omnem euentum.* Vbi ampliatur
prædicta multo † magis procedere in locis pijs, qui-
bus & competit restitutio in integrum aduersus præ-
scriptionem completam ob negligentiam Administrato-
rum, Odd. *de restitut. in integrum, quæst. 4. articul.
6. sub num. 45. versic. in contrarium videtur, & n. 46.*
Cabed. *decis. 51. num. 8. part. 1.* & Mastrill. *decis. 110.
num. 15. addo decis. 774. num. 6. coram bon. mem.
Buratto*, in qua affirmatur de communi, & ma-
gis communi opinione. Generaliter verò in terminis lon-
gissi-

gissimi temporis, vt detur restitutio in integrum ex capite *ignorantiæ*, nuper respondit Rota *in causa Montis Falisci supplementi legitimæ* 18. *Iunij* 1642. *coram eodem Reuerendiss. P. Dom. Bichio*, §. *Aut tertio prætenditur*, *versic. ignorantia sufficeret ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus præscriptionem etiam tricennariam*, *&c.* ibique pariter expenditur præsens hæc decisio * 3. *part.* 3. *recentior.* idem quoque fuit resolutum *in causa Romana dotis* 20. *Aprilis* 1643. *coram Reu. P. D. meo Carillo*, §. *Non obstat*, *quod ab anno* 1604. *versic. quatenus decurrisset*, *daretur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ*, *&c.*

Verum enim verò ad hoc vt supradicta communis sententia procedat, & sic detur restitutio in integrum aduersus præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum
67 ex capite ignorantiæ, † necessarium est, vt talis ignorantia sit iusta, rationabilis, & inuincibilis, cùm quælibet non sufficiat, nam opus est, vt penitusque sit sine macula, & ex omni parte excusabilis, vt scribunt Bald. *in cap. licet*, *de supplend. negligent. Prælat.* Felin. *in cap. vigilanti in* 3. *limitat. de præscrip.* Ludouic. Roman. *consil.* 127. *colum. fin. & cons.* 140. *in fin.* Aretin. *consil.* 15. *in fin.* Dec. *consil.* 166. *circa finem*, *& cons.* 267. *in fin.* Roland. *consil.* 59. *num.* 21. *volum.* 4. Bellon. *consil.* 46. *num.* 16. Cephal. *consil.* 314. *num.* 29. *& seqq.* Gozad. *consil.* 8. *versic.* 6. *& consil.* 68. *post num.* 14. Surd. *consil.* 489. *n.* 37. *lib.* 4. Honded. *cons.* 80. *num.* 62. *lib.* 2. *& consil.* 83. *n.* 68. *&* 69. *lib.* 1. Bursatt. *cons.* 260. *nu.* 71. *lib.* 2. Seraphin. *in tractat. de priuileg. iurament. priuil.* 8. *numer.* 7. Cost. *in tractat. de fact. scient. & ignorant. inspect.* 85. *num.* 1. Et addo dictum Aristotel. *eth. lib.* 3. *cap.* 5. Rectè Legumlatores, ignorantes ex propria negligentia, non secus ac si scientes eadem pœna afficere.

Quamuis enim ignorantia de iure præsumatur in dubio, *leg. verius ff. de probat. cap. præsumitur de regul. iur. in* 6. & ideo non videtur necessaria aliqua vel tam exacta probatio, quia id fatetur, sed non procedit, quando igno-
68 rantia † est fundamentum intentionis agentis, prout est casus noster, quia ea tunc vndequaque plenè iustificanda venit, Felin. *in dict. cap. vigilanti*, *num.* 1. *versic. qui allegaret de præscript.* & dixit Rota *coram bon. memor. Cardin. Caualer. decis.* 151. *nu.* 2. quæ decisio impressa etiam adest in 2. *part. recent.* 342. *num.* 2. Itaque licèt ex frequentiori Doctorum calculo ignorantia iuramento probari possit, text. *est in cap. vt circa in fin.* & ibi glos. *in verb. per proprium de elect. in* 6. Tamen ista recepta conclusio inter alios casus eneruatur in terminis nostris, quando actor fundat eius intentionem in ignorantia, prout probat Hieronym. Magon. *in addition. ad decis.* Lucen. 77. *in littera D. versic. satis erit non ignorantiam probare iuramento*, *&c.*

In tantum quod in præsenti casu alleganti talem ignorantiam vanum erit, si intendat eam iustificare ex generali aliqua præsumptione, cùm in his terminis quælibet
69 † etiam remota coniectura potens sit reijcere petitionem restitutionis in integrum, Alb. *cons.* 18. *in princ.* Pinell. *in auth. nisi triennale num.* 6. *C. de bon. mater.* Cephal. *cons.* 215. *n.* 8. *lib.* 1. Surd. *consil.* 489. *num.* 37. & ita sensit Rota Bononien. secundum Beniniend. *decis.* 69. *nu.* 2. *&* 3. Rota Lucens. teste Francisc. Merlin. *decis.* 70. *sub nu.* 49. Rota Marchiæ penes Gratian. *decis.* 4. *num.* 41. Senatus Mantuan. apud Surd. *decis.* 4. *num.* 7. *vers. ignorantia debet esse iusta*, *& probabilis*, *non autem crassa*, *& supina*, *& in qua potuerit interuenire aliqua negligentia*, *&c.* & Regia Curia Siciliæ secundum Giurb. *decis.* 187. *num.* 19. *versic. Ignorantia debet esse iusta*, *& legitima*, sic etiam pluries censuit Rota Romana, & præsertim coram fel. rec. Clemente VIII. *in causa Florentina Iurispatronatus* 14. *Maij* 1576. *& decis.* 387. *part.* 1. *diuers.* vbi dicitur quod hoc casu ex omni parte debet esse excusabilis ignorantia, quæ non est, quando ex coniecturis arguitur scientia, etiam
70 etiam si sint remotæ, vel quando ignorans † tenebatur inuestigare.

Adde *decision. coram bon. mem. Blanchetto in causa Romana fideicommissi* 28. *Februarij* 1575. *coram bon. memor. Oriolen. in Romana deuolutionis tenimenti* 27. *Iunij* 1576. *& coram bon. me. Iusto in Romana Saluiani interdicti* 28. *Ianuarij* 1602. *decisio* 255. *à num.* 2. post Pacif. de Saluian.
71 vbi affirmatur, quod ignorantia non dicitur excusabilis, † quando quis habuit notitiam in genere, vel tenebatur inuestigare, idemque fuit tentum *coram eodem in eadem causa sub die* 18. *Martij* 1602. vbi etiam dicitur quemlibet debere scire, inquirere, † & inuestigare iura sua, *l.* 72
qui cum alio, *& ibi DD. ff. de regul. iur. glos. in cap. innotuit, in verb. ignorantia*, *ext. de elect.* & deinde resolutum fuit *in causa Lucana Bonorum* 29. *Nouemb.* 1604. *coram bo. me. Card. Sacrato*, *est decis.* 87. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* nouissimeq. ita respondit Rota *in causa Romana Diuisionis* 20. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. meo Bichio* §. *vltim.*
ibi, ad hunc effectum oportet ignorantiam † esse ex om- 73
ni parte excusabilem, eamque excludi ex coniecturis scientiæ etiam remotis, & rursùs *coram eodem in eadem causa sub die* 15. *Iunij* 1640. §. *Tandem non obstat allegata ignorantia*, *versic. ignorantia sit ex omni parte excusabilis*, *&c. & coram R. P. D. meo Roias in causa Bononien. fideicommissi* 22. *Iunij* 1639. §. *Quinta eliciebatur*, *vers. ignorantia non verisimilis*, *atque coram R. P. D. Cerro in dicta Romana Diuisionis* 10. *Iunij* 1641. §. *Præsertim quia*, *vers. sufficit scientia ex coniecturis elicita*, *& coram eodem R. P. D. Bichio in Bononien. fideicommissi* 16. *Martij* 1640. vbi dicitur, quod beneficio restitutionis in integrum non † gauderis, aduersus præscriptionem 30. vel 74
40. annorum, qui scit, vel eius ignorantia non est vndequaque probabilis.

Imò, quodque plus est in istis terminis restitutio in integrum denegatur etiam ex scientia † tutoris, *l.* 3. *ff.* 75
de leg. 3. *l. si tutores*, *ff. de administrat. tutel.* Natta *cosil.* 492. *num.* 6. vbi etiam dicitur hoc casu agendum esse contra tutorem, & secundum dictam opinionem, vt non audiatur quis in terminis ex scientia tutoris, nuper respondit Rota *in causa Bononien. Prædij* 27. *Ianuarij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *Ex capite ignorantiæ restitutio concedi non debet*, *quando constat eorum tutorem habuisse notitiam*, *&c.*

Quando igitur ignorantia nullo velamine offuscari potest, tunc sine dubio dicta restitutio denegari † non po- 76
test, ex superiùs allegatis, veluti si simus in hærede, in cuius potestate non fuerunt scripturæ, vel quid simile exemplicauit Rota *coram bon. me. Orano in dicta Romana redditionis rationis* 15. *Martij* 1599. *vers. quæ ignorantia vllo modo non potest calumniari*, *tum † quia sumus in hære-* 77
de, *&c. idemque fuit tentum coram bon. me. Pirouano in causa Romana Dotis* 14. *Decembris* 1635. §. *Inter cæteras*, *vers. Imputari non potest aliqua negligentia*, *&c. coram bo. memor. Card. Caualer. decision.* 189. *numer.* 5. & recentiùs *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo in causa Romana*, *seu Florentina restitutionis in integrum* 10. *Maij* 1641. §. *Quod autem adfuerit iusta ignorantia*, *&c. cum decisionibus ibi allegatis*, & adde *decis. in Reatina Depositi* 25. *Maij* 1601. *coram bon. mem. Penia*, *est decis.* 733. *num.* 9. *inter eius à me imprimen. versic. Hæredi † competit re-* 78
stitutio in integrum ex capite ignorantiæ, & ibi alia habes.

Videatur pariter *in causa Romana pecuniaria* 27. *Iunij* 1633. *coram bon. memor. Pirouano*, *est decisio* 360. *num.* 1. *tom.* 2. *à me select. aliàs par.* 6. *recent.* vbi *num.* 9. etiam dicitur, hanc restitutionem in integrum dari pariter ratione Iuris † dubij, & intricati, cùm illud soleat æquipa-
rari errori, & ignorantiæ facti, Dyn. *consil.* 5. *numer.* 9. 79
versic. præterea, Rota *in Perusina laudi* 3. *Nouemb.* 1632. *coram bon. mem. Coccin. cum ibi allegatis*, exempla verò probabilis, & legitimæ ignorantiæ ponit Pinell. *in auth. nisi triennale num.* 60. *C. de bon. mater.* Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 16. *numer.* 2. *& cum ibi allegatis*, & adde Laderch. Immol. *cons.* 73. *num.* 1. vbi asserit, ex eo præsumi testamenti ignorantiam, si semper fuerit penes Notarium, & numquam fuit † extracta copia, &c. 80
quam conclusionem tamquam notabilem ponit Io. Petr. Fontanell. *in decis. Senatus Cathaloniæ* 153. *num.* 16. *vers. vnum notabile dicit*, *&c.* huicq. opinioni assentit Rota, vt videre est *in causa Romana de Marescottis* 20. *Martij* 1615. *coram bon. me. Card. Sacrato*, *est decisio* 662. *correcto ibi tamen mendoso numero decisionum*, *part.* 2. *recent. n.* 5. vbi asseritur scientiam explicitam qualitatum testamenti non præsumi, quando † in vita eius, qui debuit scire, 81
testamentum numquam fuit leuatum de manu Notarij rogati de eo.

Et insuper respondetur ad illam tacitam obiectionem, quæ fieri posset in hac materia, scilicet cùm † testamen- 82
tum sit apud acta, facili negotio illud legi, & videri

poterit

83 potuerit cum scientia eorum quæ sunt in actis † facilè præ-
sumatur, Put. *decis.* 100. *num.* 4. *lib.* 2. cum alijs allegatis
à Rota *in causa Romana Alimentorum* 5. *Maij* 1642. *coram*
R. P. D. meo Bichio, acta enim faciunt rem notoriam vul-
gat. iur. quia hoc nullatenus verificatur in his terminis,
84 nam Notarij rogati de testamentis † in eorum leuatione
captant emolumenta, ideò non solent esse faciles ad illa
ostendenda.

Illud tandem subiungam in hac conclusione, declaran-
do id, quod superiùs dixi, nempè alleganti ignorantiam,
si in ea consistat fundamentum intentionis suæ, in neces-
85 sitate esse, † illam plenis, & non præsumptiuis probatio-
nibus iustificare, quia id intelligendum venit, si afferre-
tur vna tantum præsumptio, vel coniectura, vel plures,
86 sed debiles, & imperfectæ, † secùs verò si plures concur-
rerent efficaces, & perfectæ, nam tunc probatio non di-
citur præsumptiua, sed vera, & concludens, vt distin-
guendo dixit Rota *in causa Ciuitatis Castelli Bonorum* 18.
Martij 1611. *coram bon. mem. Card. Marquemont. est decis.*
336. *la prima, sub num.* 4. *part.* 1. *recent.* & ibi allegatur
decis. in causa Oscen. Archidiaconatus coram bon me. Card.
Lancellott. & adde quod est *sub die* 10. *Iunij* 1602.

Nec incogniti iuris esset, velle asserere ea cumulatis
87 præsumptionibus, & coniecturis † simul iunctis oriri ple-
nissimam probationem, & omnibus numeris absolutam,
Bald. *consil.* 3. *num.* 3. *lib.* 3. & abundè probabo in annota-
tione ad decisionem in *causa Taruisina feudi* 18. *Aprilis*
1625. *coram bo. me. Remboldo, erit in* 4. *tom. decis. Rota Ro-*
mana à me select. ad num. 21.

Loquendo verò in terminis nostris prædicta conclusio,
88 multò magis sibi vindicat † locum, quando tractatur de
probatione ignorantiæ. Nam ignorantia est actus priua-
tiuus habens negatiuam annexam, vnde in hoc casu, di-
recta probatio, si non impossibilis, iuuatureat. *in l. actor,*
89 *Cod. de probat.* † difficillima saltem erit, ex pluribus rela-
tis a Francisco Viu. *decis. Baren.* 305. *num.* 21. *lib.* 2. Osasch.
decis. Pedemont. 101. *num.* 24. cum alijs Doctoribus allega-
tis per Costam *in tractat. de iur. & fact. ignor. inspect.* 84.
num. 1.

90 Quare Iudex mordicus † insistere nequit in istis casibus,
requirendo liquidissimam aliquam probationem, quia
ipse non debet euidentiam rei expectare in materia diffi-
cilis probationis, sed sat est humana certitudo, vt inquit
Sotus *de Iust. & Iur. lib.* 3. *quæst.* 4. *art.* 3. *vers. supersunt au-*
tem, &c.

B *IDest sub die* 15. *Nouembris* 1579. *coram bo. me. Io. Baptista*
de Rubeis olim Rota Decano.

91 CElebris, & æquissima † est ista opinio, communi-
C que applasu recepta reperitur, & à qua non sine
labe calumniæ, & doli recedere quis nequit, ac præter
Doctores adductos hic in decisione, addo Bald. asseren-
tem eam opinionem esse menti tenendam in *l. falsam*
num. 3. *ad med. vers. sed restitutio in integrum, Cod. si ex*
fals. instr. cuius Bald. sententia in *d. l.* est à toto Mundo
92 secuta. Et quòd ipse † in hoc mirabiliter sit locutus, affir-
mat Senatus Burdegal. penes Boer. *decis.* 39. *num.* 4. *vers.*
Baldi fuit mirabilis doctrina, atque idem testatur Sena-
tus Pedemont. apud Thesaor. *decis.* 133. *num.* 4. *vers. Igno-*
rans etiamsi staret per centum annos, nihilominus datur ei
restitutio in integrum per mirabile dictum Baldi, &c. insu-
per quod Bald. ibi, in hac materia egregiè se habuerit;
iam dixit Alex. *in consil.* 71. *num.* 7. *vers. ita egregiè Bald.*
&c. lib. 1. Et quod hanc Bald. conclusionem totus Mun-
dus receperit, scribit Odd. *de restitut. part.* 2. *quæst.* 90. *art.*
6. *num.* 27. *vers. quam totus Mundus recipit.*

Quanti etiam sit æstimanda prædicta conclusio benè
aduertit Hippolyt. de Marsil. *in Singul.* 472. *per tot.* vbi
93 post allegatos quamplures Doctores sic enixè rogat. Tene
menti, quia istud dictum non parui momenti est, sed ma-
ximæ importantiæ, &c. idem etiam admonuit, & ro-
gauit Gerard. de Petra Sancta *Singul.* 18. *num.* 27. ibi,
94 hoc vnum perpetuò diligentissimè cordi teneatis, quod
restitutionis in integrum petendæ tempus non currit
ignoranti, &c. idemque voluit Ias. *in auth. quas actio-*
nes, vers. vnum tamen tene perpetuo cordi, Cod. de iur.
emphyt.

Ratio autem quare dictum quadriennium nullatenus
currit à principio, sed tantùm à die scientiæ, est quia
95 † si contrarium admitteremus, postea oporteret dare
restitutionem, ad restitutionem obtinendam, quod non
est dicendum, cùm sit contra text. *in l. interdum, ff.*
de minor. & l. primam, Cod. si separat. restitut. petat.
& hanc rationem amplectitur Rota, vt infra dicam.

Nec in nihilo dubitandum est de veritate huius opi-
nionis, licèt vt mos est, multi aduersentur, ridicu-
lum namque est velle tollere firmissima fundamenta
† per absurda, & inconuenientia, vt faciunt plures in 96
hoc puncto, quorum nomina modestiæ causa non refe-
ro, satque erit asserere supradictam opinionem † esse 70
veriorem, & communiorem, vt plures Doctores affir-
mant, & potissimum Io. Dilectus *in tractat. de artic.*
testand. titul. 11. *cautel.* 1. *num.* 4. Borgn. *in tract. de tutor.*
& curat. num. 73. Villalob. *de commun. opin. in verb. Ab-*
sens num. 5. Dec. *cons.* 36. *col. fin.* Socin. iun. *cons.* 128.
num. 166. *& seqq. lib.* 1. vbi dicitur, ita communiter te-
neri in Scholis, atque in Palatijs, † & quod ab hac opi- 97
nione non est in consulendo, nec in iudicando receden-
dum, &c. Curt. iun. *consil.* 110. *num.* 14. & Simon. de
Præt. *consil.* 75. *in fin.* cum alijs ad nauseam vsque relatis à
Tiraquell. *de retract. lignager. glos.* 4. §. 35. *à num.* 44 qui-
bus addo Lancell. Gall. *cons.* 47. *num.* 45. Mori. *in empor.*
iur. titul. de restitut. in integr. in præmiss. num. 15. Costa
in tract. de ignor. iur. & fact. centur. 1. *distinct.* 96. *num.* 13.
Vrsil. ad Afflict. *decis.* 37. *sub num.* 2. vbi commonefacit
Doctores, ne in hoc articulo † contrarium consulant aui- 98
ditate pecuniæ, & pulchrè pariter Ioseph. Ludouic. *de-*
cis. Lucens. 52. *num.* 13. vbi seuerè inuehit contra quos-
dam Doctores, & præsertim Consulentes, qui in isto
† puncto contrarium consulere non erubuerunt, tam- 99
quam abstracti lucro, auaritiaque, & subdit quod eis
magis amica fuit pecunia, quàm Socrates, & Plato,
† imò quàm ipsa veritas, &c. Memoratam opinionem 100
etiam tenuit Audientia Baren. apud Franciscum Viu. *decis.*
437. *num.* 13. *vers. secus vero si insciens, ignoransque lib.* 3.
Regium Tribunal Siciliæ, vt scribit Giurb. *decis.* 88. *sub*
num. 7. *vers. quod vtile est à principio, & ideò non currit igno-*
ranti, &c.

Eòque libentiùs supradicta conclusio amplectenda est,
quia in ea etiam resedit † Rota, vt constat hic, & eam 101
pro magis communi canonizauit *coram bon. me. Accoram-*
bon. in vna Bononien. de Papazonibus 11. *Februarij* 1547.
est decisio 39. *num.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *diuers.* Solitum enim
est supremorum Tribunalium nullatenus attendere in
casu ignorantiæ † lapsum dicti quadriennij, *vt amplè te-* 102
statur Rota in causa Romana fideicommissi de Caetanis
7. *Iunij* 1634. *coram Coccino, est decisio* 284. *num.* 55.
tom. 2. *à me select. alias part.* 6. *recent.* vbi etiam plures
Decisiones congeruntur ad corroborandum hunc esse
stylum Curiæ.

Insuper dum hic in decisione dicitur dari restitutionem
in integrum, etiamsi ignorans † staret per centum annos, 103
amplia hoc esse verum pariter si staret per mille annos,
quia nihilominus ignorantibus conceditur talis restitutio,
ita Io. Ferraren. *in tractat. de appellat. lib.* 4. *cap.* 8 *num.* 510.
Crott. *in consil.* 332. *num.* 39. *lib.* 3. cum alijs relatis à Petra
in tract. de fideicom. quæst. 14. *num.* 277. *vers. cum tempus*
sit vtile a principio, non currit etiamsi per mille annos
staret, &c.

Nec releuat illa indubitata conclusio, vt quæcumque
actio siue sit realis, † siue personalis, siue mixta, siue 104
etiam officium Iudicis præscribatur spatio 30. vel 40. an-
norum, & hoc tam de iure Canonico, quàm de iure Ci-
uili, vt probatur *in cap. ad aures, & in cap. illud, & in*
cap. quia iudicante, de præscript. & in can. placuit, & in
can. post quintos 16. *quæst.* 3. *& in l. sicut, & in l. omnes,*
Cod. de præscript. 30. *vel* 40. *ann. & in auth. quas actio-*
nes, Cod. de sacrosanct. Eccles. & habetur solemnis de-
cisio *coram bon. me. Card. Seraph. decis.* 1360. *à num* 3. *&*
fuit dictum coram bo. me. Card. Sacrato decis. 120. *num.* 1.
infra in hac part. & deinde in *causa Ariminen. Domus* 11.
Decemb. 1620. *coram bo. me. Remboldo, & in causa Recana-*
ten. Saluiani 27. *Iunij* 1630. *coram bon. mem. Pirouano*, cum
alijs pluribus.

Quia pro responsione solum dico, id verissimum esse,
quando tempus currit, sed in casu nostro tempus num-
quam cœpit currere ex defectu scientiæ, quare nemo, qui
sani sit capitis, affirmabit in hoc casu posse assignari ter-
minum præscriptioni. † Nam vbi non datur ortus, ibi 105
impossibile est vt assignetur occasus, *l.* 1. §. *sed si quis. ff. de*
suis, & legit. hered. l. Titio, 96. *ff. de condit. & demonstr.*

Osasch.

Osasch. *decis. Pedemont.* 115. *num.* 16. vbi ait, quod tunc actio omnis, & omne ius spatio 30. annorum præscribitur; quando sumus in actione iam nata efficaciter, & in iure formato, aliàs secus dicendum vefur.

106 Deficientia namque † supponit aliquid per existens, quod iam incœperit, *l. non videtur* 84. *l. qui potest* 135. *& l. non potest videri desiisse* 209. *ff. de regul. iur.* Legumlatores enim noluor admittere hoc portentosum monstrum, vt dicator defecisse id, quod numquam apparuit, congruitque illud Adagium, quod mille viri vnum pauperem eius diuitijs spoliare nequeunt. Hinc vulgatum dictum Iuuenal. satir. 10.

Cantabit vacuus coram Latrone viator.

Sicuti etiam dicimus de non valentibus agere ob defectum conditionis, vt numquam contra eos currat præscriptio, etiamsi alius contra eosdem præscripsisset, si enim numquam orta fuit actio, sine dubio impossibile erit, vt ea remaneat sublata, cum tolli non possit id, quod quis non habuit, aliàs contraria opinio veneno esset infecta, eamque defendentes à manifesta iniquitate, & dolo saluari non possent. Ex supradicta intellige etiamsi actio iam nata sit, sed non potest intentari, Glos. *in l. 1. §. fin. prope fin. Cod. de annal. præscript.* si enim non potest intentari, meritò contra eam non curtit præscriptio. Sed ad nos.

Tunc ergo tempus quadriennij ad petendam restitutionem in integrum incipiet suum cursum, & dictum tem-
107 pus mutata natura de vtili fiet continuum, † quando scilicet fuerunt repertæ scripturæ antea prorsus ignoratæ, vel quid simile, &c. ex quibus ignorans excitari potest ad inuestigandum, vel inquirendum de rebus, vel iuribus sibi competentibus, ita Abb. *in cap. 1. num.* 12. & ibi Felin. *num. 9. de præscript.* & notabiliter Bald. *in d. l. falsam, num. 3. Cod. si ex fals. instr.* Socin. sen. *consil.* 266. *num. 22. lib. 1.* Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 20. *art. 5. num. 19. part. 1.* Thesaur. *decis.* 133. *num.* 4. vbi refert secundum hanc opinionem fuisse iudicatum per illum Senatum.

108 Sine quoque scrupulo asseri potest opinionem † istam esse communem, atque ab omnibus Doctoribus indifferenter receptam, & ideò nefas erit ab ea recedere, & sic sæpiùs respondit Rota, & præsertim *coram bon. mem. Orano in causa Calaguritana Beneficij de Negara 12. Februarij 1590. & coram eodem in eadem causa sub die 7. Maij eiusdem anni, & recentius coram Pirouano in Romana pecuniaria 27. Iunij 1633. est decisio 360. num. 3. tom. 2. a me select. aliàs part. 6. recent.* vbi adducitur ratio,
109 quia si contrarium diceretur postea oporteret † dare restitutionem ad restitutionem obtinendam contra mentem legum, quas supra allegaui *num.* 95. & deinde idem etiam sensit *coram Coccino in dicta causa Romana Fideicommissi de Caietanis, est decisio 284. num. 56. & 57. part. 6. recent.*

110 Porrò in terminis, quod cùm dictum † tempus quadriennij sit vtile, vt ideò nec currat contra legitimè impeditùm, censuit *Rota in causa Bononien. Fideicommissi de Pulzonis 15. Iunij 1635. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Ghisilerio*, & allegatur *text. in l. fin. Cod. de tempor. petit. restitut. in integr. & in l. interdum, ff. de minor.*

111 Et tandem supradicta opinio procedit † siue simus in Ecclesia, siue in qualibet alia priuata persona, vt de communi testatur Rota *coram Fabio in illa Bononien. de Papazonibus, est decisio 39. num. 1. lib. 2. part. 3. diuers.*
112 vbi etiam damnatur Dec. *in consil.* 29. † quia contrarium sentit. Reperio etiam eumdem Decium in hoc esse acriter reprehensum à Hieronym. Grato *in consil.* 143. *sub num. 2. lib. 1.* vt reijcit eum tamquam contra mentem, & rationem Doctorum loquentem, & quod vix habeat auctoritatem pro se, quodque rationes ab eo adductæ omnes tendant ad vnum, & sint fragiles, & facilè tollantur,

Paulus Rubeus.

R. P. D. PAMPHILIO.

Mediolanen. Legati.

Mercurij 30. Octobris 1585.

ARGVMENTVM.

Agi quando possit via executiua, an verò ordinaria.

SVMMARIVM.

Agi regulariter non potest executiuè, sed tantùm ordinariè, num. 1.

Legatum peti potest via executiua, num. 2. declara vt n. 5.

Agens via ordinaria non potest redire ad viam executiuam, num. 3.

Appellari potest de iure Canonico à quocumque grauamine etiam in possessorio, & in casibus, in quibus alias de iure ciuili non appellatur, n. 4.

Sententia quæ ob lapsum fatalium fecit transitum in iudicatum, exequi potest absque alio, n. 6.

Fatalia non currunt Mediolani, pendente causa in Senatu, num. 6.

DECISIO IV.

FVit per Dominos resolutum in casu de quo agitur, ordinariè, non autem executiuè esse procedendum, ex regula, *l. minor 25. annorum, cui fideic.* cum ibi not. per Bar. & alios, *ff. de minor.* Ang. ibi sequuntur Paul. de Castr. & Alex. *in l. ait Prætor, § si videtur, ff. de re iud.* latè Boer. *dec. 295. n. 5.* 1

Et quamuis Angelus *in §. illud n. 57. in auth. de hæred. & falcid.* illam limitetur in legato pio, quo voluit posse executiuè procedi, ac Angel. sequuntur lat. *in l. fin. n. 6. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* Soc. *cons.* 103. *in princ. lib.* 3. Dec. *in l. in testamentis, n. 6. de reg. iur.* Natt. *cons.* 206 *num. 4. lib. 1.* cum alijs allegatis per Modern. *de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 3. num.* 1489. vbi testantur hanc esse communem opinionem. 2

Hanc tamen limitationem dixerunt Domini non procedere in hoc casu, tum quia in partibus fuit cœptum agi via ordinaria, & lata sententia diffinitiua, inde non potest modò redire ad viam executiuam, cui ordinariè agendo censetur renunciasse, *cap. vt qui duas, de elect. n.* 6. viam enim quam elegit, sequi poterat, *l. si mulier, §. fin ff. quod met. caus. auth. qui semel, C. quomodo, & quando iud.* Dec. *cons* 46. *col.* 1. Avin. *cons. 74. n.* 8. benè Moder. *de oblig. c.* ... *in forma Cameræ, part. 34. n. 3.* & in proprijs terminis Guil. de Bened. *in c. Raynutius, in vers. & absque liberis il 2. in t. t. de legat. & fideicom. n. 197. extra de testam* Boer. *d. decis. 295. n. 12.* 3

Tum etiam attenta dispositione iuris Canonici, quod in hoc casu est inspiciendum, secundùm quæ datur appellatio à quocumque grauamine, etiam in possessorio, & in casibus, in quibus aliàs de iure ciuili non appellatur, *Clem. 1. in fin. de sequestr. poss. & fruct. c. cum ad sedem*, vbi latè Abb. *de restit. spol.* Curt. iun. *cons.* 168. *n.* 39. Afflict. *decis. 269. n. 2.* Conat. *pract. qu. cap. 23. num.* 8. & in remedio executorio, quod datur in vltimis voluntatibus, ex *l. fin C. de edict. diu. Adrian. tollen.* fuit resolutum 7. Iunij proximè præteriti, in vna Spoletana bonorum coram R. P. D. Blanchetto. 4

Et tantò magis, quia opinio Angeli maximam patitur difficultatem, vt apparet ex not. ab Alexandr. *in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, sub n. 6. vers. 4. limita, ff. solut. matr.* Dec. & alijs addit. *in l. fin. n.* 16. & Iauard. *n.* 136. *C. de edict. diu. Adrian. tollen.* Ripa *in d. l. ait Prætor, §. si iudex, num* 6. qui tenet contrariam opinionem, quam etiam latè comprobant Moder. *de adipisc. possess. remed. 3. n.* 692. 5

Quòd sententia in partibus lata ob lapsum fatalium fecerit transitum in iudicatum, *l. fin. C. de temp. appell.* & sic saltem ex hoc capite sit locus executioni, *l. 4. fine executione, ff. de re iudic.* non placuit Dominis stante stylo ciuitatis Mediolanen. quòd pendente causa in Senatu fatalia non currant, quia non repugnat iuri communi, *cap. ex insinuatione*, ibi, *à proceribus dirimi, extra de appell. & cap. ex ratione*, vbi Dec. *num. 6. eod. tit.* postquam verò fuit auocata, & introducta in Rota, semper fuerunt prorogata fatalia. 6

R.P.D.

R. P. D. O R A N O.

Interamneñ. de Paradisis.

Veneris 21. Nouembris 1586.

A R G V M E N T V M.

Legitimatio est valida, licèt non fuerit facta mentio de spurietate, quando ex verbis generalibus potest colligi, quòd legitimans de spurietate intellexit.

S V M M A R I V M.

Legitimatio dicitur valida vbi legitimè constat de ea, ac de facultate legitimantis, n.1.

Collegium Archiustarum Roman. curia habet facultatem legitimandi spurios, etiam ex quacumque illicita coniunctione natos, n.1.

Legitimatio vt valeat non expressa spurietate, satis est quòd legitimans qualitatem spurietatis intellexerit, num.2. *Vbi maximè si legitimans non se restrinxit ad vnum effectum ex pluribus expressum, sed de omnibus cogitauit in genere*, & n.3. *Vbi declaratur quando legitimans dicatur cogitasse de omnibus defectibus in genere.*

Verba vniuersalia omnia etiam vltra expressa comprehendunt, num.3.

Clausula non obstantibus, *operatur quòd de subreptione opponi non possit*, n.3.

Subreptio quæ non retraxisset, concedentem non vitiat, num.4.

D E C I S I O V.

1 COnclusum fuit pro validitate legitimationis Iudithæ quæ fundata est in instrumento publico, & priuilegijs Collegij Archiustarum legitimantis, Soc.iun. *cons.93. num.15. in fin. vol.3.* Gozad.*cons.48.num.1.* Rol.a Vall.*cons.96.n.16.lib.3.* de cuius amplissimis facultatibus legitimandi spurios, etiam ex quacumque illicita coniunctione natos, non potest dubitari.

2 Non obstat, quòd in illius impetratione non sit expressum ipsam natam fuisse ex coniugato, quia licèt non fuerit expositum, minus etiam fuit expressum quòd esset ex soluto genita, & satis est quòd legitimans intellexerit qualitatem spurietatis, vt ex instrumento apparet, in quo legitur matura deliberatione ad huiusmodi legitimationem processisse, Ruin. *cons.104. n.7.lib.3.* Rol. *cons.12. num.43.lib.4.* Quod eo magis sustinebant Domini, ex quo legitimans non se restrinxit ad vnum effectum, ex pluribus expressum, sed de omni effectu in genere cogitauit, Castr. *cons.30.n.1.* Ruin.*lib.1.* Felin. *in c.postulasti, vol.2. vers. declara prædicta primò, de præscr.* Ruin.*cons.73.n.10.lib.3.* Bero. 172. *n.18. vol.2.*

3 Quod enim legitimans omnem defectum in genere complexus sit, ac super omnibus legitimare voluerit, manifestè colligitur, tum ex verbis d.instrumenti, ibi, *prædictumque defectum, nec non omnem inhabilitatem, & genitura maculam tollere*, quæ verba tanquam vniuersalia omnes defectus vltra expressos comprehendunt, Ruin. *d.cons.73.n.12. 15.& 18. lib.3.* Rol.a Vall. *cons.12.n.48.lib.4.* tum etiam ex alijs, ibi, *plenariè reintegramus, & omnem genitura maculam penitus & omnino abolemus*, ad trad. per Gozad.*cons.6.n.45. & 62. & cons.86.num.16.* Paris.*cons.15.num.65.lib.2.* ac denique ex clausula, *non obstantibus quibuscunque*, ex qua constat de mente volentis legitimare, non obstante quocunque defectu spurietatis, adeò quòd non possit de subreptione opponi, Bald. *in l.eam quam, n.36 C. de fideic.* Alex. *cons.60. in fin.lib.2.* Paris.*cons.15.n.67.cum seq.* cum alijs hic per informantes adductis.

4 Quibus accedit, quòd Collegium propter expressionem illius qualitatis non exhibuisset se difficiliorem ad illam concedendam, cùm ita passim concedat, vt ex eius attestatione apparet. Nam in eo casu taciturnitas subreptionem non inducit, Præpos. *in c.oblata, col.fin.de app.* Fel. *in c.postulasti, de rescript.* Bell.*decis.598.* Curt iun.*cons.32.num.11. vol.1.* Paris.*cons.15.num.57.lib.2.* Rol.*cons.96 num.40.lib.3.* & ita decisum.

R. P. D. O R A N O.

Romana Tutelæ de Fabijs.

Veneris 29. Ianuary 1588.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio Vrbis statutaria semel interrupta potest iterum inchoari, & perfici ex cursu aliorum 16.annorum, nisi interruptio fuerit facta per contestationem litis, quia tunc semel interrupta censetur perpetuata actio.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio Vrbis statutaria semel interrupta potest iterum inchoari, & perfici ex cursu aliorum sexdecim annorum, nisi interruptio fuerit facta per contestationem litis, quia tunc semel interrupta censetur perpetuata actio, per tot.*

3 *Statutum recipit interpretationem passiuam à iure communi.*

Argumentum ab æquiparatis, seu subrogatis valet etiam in statutis, declara, vt num.5.

5 *Casus omissus à statuto non dicitur, quem legis interpellatio disponit, in fine.*

6 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*

7 *Præscriptio Vrbis statutaria an requirat bonam fidem, in fin.*

D E C I S I O VI.

DVbitaui, an in casu, de quo agitur, locus esset præscriptioni statutariæ stante lapsu, nedum sexdecim annorum, prout statutum requirit, sed etiam à die interruptionis viginti quatuor, in quo maior vrget ratio, vt per Card.*cons.91. num.4.* Alex. *cons.155. num.5. lib.7.* Domini concorditer affirmatiuam partem sunt amplexi, moti, quòd hic agatur de sola interruptione præscriptionis; cuius quidem natura est, vt statim post eam noua tanti temporis præscriptio incipiat, quanti erat prima. Vnde cùm statutum disponat de negligentibus petere debitum per 16. annos, intelligitur non solum de prima negligentia, sed etiam secunda, nam facta interruptione præscriptionis absque contestatione, nulla censeri potest inducta perpetuatio actionis, & consequenter sit locus nouæ præscriptioni statutariæ, A ad tradita per Bart. *in l. ex hoc edicto num.* 5. vbi Castren. *num.4.* Alex. *num.13.* Ias. *num.* 3. Socin. *num. 21. ff. de eo per quem factum fuerit, & in l. cum notissimi, vers. statuto hic cauetur, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, Salic. *in l. fin. post med. vers. quæro ab ex. Cod. eo.* Angel. *in l. sicut, num.13. vers. Nota hanc doctrinam*, & Imol. *in l. 5. si rem, num.12. ff. pro empt.* Alex. post Bart. Bald. Salic.& Ang. *in l. seruum, §. sequitur, num.100. de verb. oblig.* Barbat. *cons.9. num.15.lib.3.* Aret. *cons.30. num.10.in fine*, Corn. *cons.180. in fine, lib.3.* 1 A

Statutum enim considerauit negligentiam 16. annorum, & voluit quod per illud tempus negligens vlteriùs non audiatur, B Imol. *cons. 2. si rem. num.2. ff. de vsu cap. pro empt.* Itaque quandocumque occurrit hæc negligentia 16. annorum, quibus nihil fuit petitum, siue sit prima, siue secunda, siue etiam vlterior, semper durat ratio finalis statuti, quod semper loquitur, *vulg. l. Adriani, Cod. de seru.* Ita quòd eius dispositio, quæ semper viget, non possit in primo actu consumi, Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, limit.9. de verb.sign.* præsertim cùm concurrat eadem ratio negligentiæ, seu quis ab initio non petat per 16. annos, seu post primam petitionem negligat per 16. annos. Quia imò tantò maior considerari possit, quantò hæc reiterata petitio, cùm 16. annorum maiorem inducit præsumptionem solutionis. 2 B

Accedit, quod statutum recipit passiuam interpretationem à iure communi, *l.1.§. ex falcidia, ad l. falcid.* etiamsi sit odiosum, & materiam correctoriam contineat, Bart. *in l. 1. ff. de legit. tut.* Dec. *cons. 16. num.3.* Quo fit vt statutum huiusmodi debeat recipere hu- 3

huiusmodi interpretationem à iure communi, & quando scilicet agitur de sola interruptione præscriptionis, incipiat currere alia noua præscriptio eiusdem temporis, quanti erat prima, ad Bart. Alexan. & ius *in l. 2. ff. de eo, per quem factum erit*, siquidem valet argumentum ab æquiparatis, seu subrogatis, vt statutum procedens in vno, habeat locum in alio, ex quo subrogatur, capiens naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum, ff. si quis cautio, l. hæc adiectio*, ibi Bart. *ff. si quis test. lib. esse iuss. fuerit*, Aret. *cons. 162. num. 9.* Cùm igitur præscriptio statutaria fuerit subrogata in locum præscriptionis triginta annorum, & illius naturam, & effectum sortiri debeat, Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 8a.* & in terminis huius statuti Paleot. *decis. 151.* Capitaq. *decis. 39. lib. 1.* consequens est, quod quemadmodum præscriptio 30. annorum interrupta citra contestationem litis, incipit de nouo ad tantum tempus, quantum erat prima.

Nec præmissis refranguntur in contrarium pro parte D. de Fabijs adducta. Et primò, quòd cùm fuerit semel interrupta præscriptio, cessare debeat statutum, & recurrendum sit ad dispositionem iuris communis, Bald. *in l. sicut num. 5. & 13.* & ibi Angel. *Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* Alex. *in l. fin. num. 11. ff. de eo per quem factum erit*, Ias. *ad §. pœnales num. 115. instit. de actionibus, & in l. nam postea, §. si is, qui temporali num. 30. de iureiuran.* Corn. post Socin. *cons. 180. num. 5. lib. 3. cum alijs hic allegatis.* Nam præterquam quòd hæc opinio non transit sine difficultate, ad trad. per Bald. *in cap. cum non liceat in fin. de rescript.* Alex. *cons. 227. num. 4. & cons. 249. num. 6. lib. 6.* Nihilominus non procedit in hoc casu; cùm enim fuerit resolutum in hac causa nullam interuenisse litis contestationem, diuersa est ratio, vt ex iam dictis apparet, quæstionis, de qua prædicti Doctores allegati loquuntur. An interrupta præscriptione statutaria per litis contestationem, actio perpetuetur ad 40. annos ab hic, de qua agitur. An interrupta præscriptione statuti eo casu, quo actio non perpetuatur, noua præscriptio statutaria incipiat, vel potiùs præscriptio iuris communis requiratur.

5 Nec dicatur, quòd statutum æqualiter admittat interruptionem per litis contestationem, & interpellationem extraiudicialem; & propterea quemadmodum litis contestatio perpetuat actionem ad 40. annos, ita etiam perpetuare debet extraiudicialis interpellatio, quia æquiparatio facta fuit à statuto ad effectum interruptionis tantùm, non autem perpetuationis, & argumentum ab æquiparatis non habet locum, nisi in casu æquiparato, Bart. *in cap final. num. 58. de consuetud.* Paris. *quæst. 49. num. 88. lib. 3.* Cassad. *decis. 6. de irrepar.* aliàs idem dicendum esset de simplici citatione, quæ licèt interrumpat, non tamen perpetuat, Alex. *dicta l. fin. num. 11. ff. de eo, per quem factum erit.* Nec obstat, quòd statutum ita demum

C inducat præscriptionem, nisi sit interrupta, C & sic sub conditione, adeò quòd data interruptione nihil disponit, & tanquam casus omissus remanet in dispositione iuris communis, *l. commodissime, de liber. & posthum. cum simil.* nam hoc intelligitur durantibus prædictis 16. annis, præscriptio enim 16. annorum ita demum currit, nisi eis durantibus doceatur de interpellatione, adeò quòd non tantùm in primis annis 16. sed etiam in alijs sequentibus habeat locum, quia, vt dictum fuit, statutum semper loquitur, & huiusmodi limitatio fuit apposita ad ostendendum modos interruptionis, & ad tollendum difficultatem, quæ suboriri poterat super eo, an sufficeret extraiudicialis interpellatio. Hinc fit vt non dicatur casus omissus, nam omissum non dicitur, quod legis interpellatio disponit, *§. 1. Instit. de leg. patr. tut.* Paris. *cons. 88. num. 6. lib. 3.* legis autem dispositio interpretatur, quod statutum loquens de actu intelligatur non solum de primo, sed etiam de vlteriore.

6 Hinc etiam tollitur doctrina Cuman. *in l. 2. §. si rem num. 4 ff. de vsucap. pro empt.* dum distinguit, an statutum simpliciter inducat præscriptionem, vel dicat, quod nisi facta interruptio præscribatur, quoniam hæc distinctio est verbalis; nam conditio illa nisi fuerit interrupta, de iure inest, & propterea expressa nihil debet operari, *l. 3. ff. de leg. 1.* & statutum Vrbis non fundatur in sola præscriptione, & negligentia, sed in præscriptione solutionis, Cuman. *cons. 91. num. 3. & 4.* Quo fit, vt minus sit odiosum præscriptione iuris communis, cùm admittat probationem in contrarium. *Similiter statutum Vrbis 101. lib. 1.* inducit simpliciter præsumptionem absque aliqua limitatione. Quando igitur secundum statutum, quod est 18. lib. 4. extendit primum, quod loquitur in actionibus personalibus, vt procedat, & iam vbi adest hypotheca, debet intelligi secundùm primum, quod scilicet finita præscriptione, alia de nouo incipiat, ne in vno casu, vbi non adest hypotheca, vno modo interpretetur, & vbi adest, alio diuerso.

Tollitur etiam ex præmissis doctrina Angel. *in d. l. 2. §. si rem, propè fin.* vbi voluit semel interruptam statutariam præscriptionem exclusa vlteriori remanere in dispositione iuris communis; nam aut intelligendum est, quando statutum nedum interrumpit, sed etiam perpetuat: aut sanè singularis est, nec admittenda, cùm contraria sit communis, vt ex Bar. & alijs supra allegatis apparet: aut saltem minus attendenda, cum contraria alteri in *l. sicut, num. 13. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* vt per Imol. *d. l. 2. §. si rem, & in l. si seruum, §. sequitur, num. 7 de verb. oblig.* Nec replicatur decisio facta in causa bonorum de 7

Porcarijs, D quoniam loquitur de interruptione facta iudicialiter per litis contestationem, vt ex verbis decisionis patet. Minus vltimò prædictis repugnat doctrina Ripæ *in l. nemo potest, num. 118. de leg. 1.* Nam aut procedit in interpellatione per litis contestationem, ex quo loquitur de interpellatione iudiciali: aut non respondet huic themati; cùm velit interpellationem constituere debitorem in mala fide, E & consequenter operari; quod numquam in perpetuum, nec de iure, nec de statutario possit præscribi, sequitur Ioan. de Annibal. *in l. naturaliter, num. 285. ff. de vsucap* cum alijs allegatis; nam statutum non inducit præscriptionem rei, sed actionis tantùm, acquirendo debitori exceptionem, Castren. *in l. 1. circa fin. Cod. de seru. fugit.* & procedit præsumendo solutionem, & auferendo fidem scripturis: quo casu non est necessaria bona fides, Barbat. *cons. 36. num. 5. & seq. lib. 4.* propterea hic cessat mala fides: nam, vt fuit alias in hac causa dictum, D. Rocchus post interpellationem dedit librum computorum D. Lelio, qui cum per 24. annos soluerit, verisimiliter agnouit bonam fidem D. Rocchi, & de sufficienti ratione reddita fidem habuit. Ex quibus, & alijs hic per informantes deductis fuit resolutum præscriptioni statutariæ locum esse, & sententiam ad fauorem Illustr. D. de Cincijs alias latam confirmandam.

D

E

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem VI.

1 *Præscriptio Vrbis statutaria an semel interrupta per interpellationem iudicialem iterum reuiuiscat.*
Vel sit recurrendum ad præscriptionem iuris communis, Rota in hoc variauit.

3 *Præscriptio Vrbis statutaria quando est interrupta iudicialiter, tunc ea amplius reuiuiscere nequit, sed recurrendum est ad ius commune.*

4 *Præscriptio Vrbis statutaria si interrumpatur extraiudicialiter, tunc ea denuo reuiuiscere potest, & n. 5.*
Et cum fœdere huius distinctionis conciliantur multæ decisiones, sine qua de concordia desperari poterat, num. 2.

6 *Lis, quando est terminata, & mandatum est relaxatum, tunc super ommissione executionis mandati, potest inchoari noua præscriptio statutaria Vrb.*

7 *Mandatum si quis obtinuerit ad consequendum suum creditum, non potest dici quod fuerit negligens, & sic cessat præscriptio.*

8 *Sed hoc intellige, si illud executum fuerit, aliàs maior negligentia in eo potest considerari, & super tali ommissione noua præscriptio statutaria potest inchoari.*

9 *Creditor si post mandati relaxationem neglexerit per 16. annos illud exequi, renouata dicitur præsumptio solutionis, de qua in statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. & num. 11.*

10 *Statutum Vrbis de præscriptione cùm sit fundatum in præsumptione solutionis, hæc præsumptio non tollitur per relaxationem mandati, sed potiùs augetur.*

12 *Præ-*

12 *Præscriptio est pœna negligentiæ.*

13 *Crediti præscriptio tota fundata est in negligentia creditoris differentis exactionem, & num. 14.*

15 *Statutum Vrbis de præscriptione considerat negligentiam creditoris in non exigendo, & quatenus id non fuisset in eo expressum.*

16 *Id subintelligebatur, cum huiusmodi statuta circa præscriptionem creditorum, sunt subrogata loco præscriptionis iuris communis 30. vel 40. annorum.*

Quæ tota fundata est in negligentia creditorum.

17 *Subrogatorum idem est iudicium.*

18 *Creditor si per 16. annos distulit petere suum creditum, à Statuto Vrb. lib. 1. cap. 158. præcluditur via eius amplius illud petendi, destruendo eidem fundamentum d. crediti.*

19 *Statuti casus, vt casus legis potest allegari.*

Iudex fatuus est, si dubitet, dum habet casum statuti, num. 19.

20 *Præscriptio creditori suffocat obligationem sui crediti, & sic non auditur petendo illius solutionem.*

21 *Titulus ex præscriptione acquisitus à debitore habet implicitam probationem solutionis.*

22 *Filius agens ad dotem maternam, si per 16. annos fuerit negligens ad illam exigendam, contra eumdem intrat præsumptio solutionis vigore statut. Vrb. de præscriptione.*

23 *Statutum Vrbis de præscriptione ad hoc, vt euitetur, non ita facile admittuntur excusationes.*

24 *Creditor, qui est absens ab Vrbe, si per procuratorem non curauerit interrumpere præscriptionem sui crediti, sibi imputet.*

25 *Procuratoris vsus est necessarius his, qui rebus suis præesse non possunt, vel nolunt.*

26 *Negotia Reipublicæ non impediunt, vt quis etiam negotia propria aliquando possit cogitare.*

Et ea saltem tractare, quæ per procuratorem expediri possunt.

Qui sibi nequam, cui bonus? num. 26.

27 *Absentibus dum iura indulgent restitutionem in integrum aduersus præscriptionem, qualiter intelligenda veniant.*

28 *Absens, quando teneatur mittere procuratorem, remissiue.*

29 *Impedito non competit aliqua restitutio, quando potuit impedimentum remouere.*

30 *Impedimentum, quod potest remoueri, non præstat aliquam excusationem.*

31 *Absens voluntarius aduersus præscriptionem nulla gaudet restitutione in integrum, & n. 33.*

32 *Absentia ex causa militiæ, si non est pro suo Principe, sed pro alieno, non excusationem præstat ad restitutionem in integrum obtinendam, cum sit voluntaria.*

34 *Creditor non excusatur à petitione sui crediti intra tempus à statuto præfixum ex causa paupertatis.*

35 *Præscriptio Vrbis statutaria, vt interrumpatur non est necesse interpellatio iudicialis.*

36 *Paupertas iuuanda, & excusanda est.*

Afflictio maior non est addenda afflicto, n. 36.

37 *Pauperum dies omnes sunt mali.*

Pauperes omnibus sunt odiosi, etiam ipsis fratribus, & amicis, num. 37.

Paupertas ob hoc vnum amanda est, quia ostendit à quo quis ametur, num. 37.

38 *Pauperes omnes ludibrio sunt.*

Paupertas infælix nihil habet durius in se, quàm quod homines facit ridiculos, num. 38.

Opes nullis dantur, nisi diuitibus, num. 38.

Pauper vbique iacet, num. 38.

39 *Paupertas excusat ab appellando, & à prosequendo appellationem.*

Et hoc est verum non obstante ratione de modica impensa, num. 41. Et sic diuersa Orbis suprema Tribunalia senserunt, num. 42.

40 *Bald. liberauit quemdam pauperem à furcis, quia cum appellasset, non poterat tunc oppressus paupertate prosequi appellationem.*

Pauperes litigantes nisi facilè excusarentur à lapsu temporis, cum ex defectu pecuniæ non ita exactè possint litem prosequi, perderent eam.

Et sic illud parum, quod eis supererat, amitterent, quod esset eos necare, sub num. 42.

Nudus, & inermis, quis contendere nequit, n. 42.

43 *Pecunia est neruus belli.*

Aurum hominibus est desideratissimum, & illud omnia corrigit.

Aurum bella gerit, mucronibus imperat, euertit Vrbes, & mœnia diruit, sub num. 43.

Virtus est potens, sed aurum est potentius, & alia vt ibi, sub num. 43.

Aurum est neruosius infinitis sermonibus hominum, nam eo loquente omnia obmutescunt, & ratio ipsa redditur inanis, num. 43.

Oppugnari id quod nec posset per Hectoreæ militiæ fulgura, auro mediante expugnatur, n. 43.

Philippus Macedonum Rex putauit nullam Arcem tam munitam esse, quin capi posset, modo Asino pateret accessus onusto auro, num. 43. in fin.

44 *Pauper attentans, vel spolians, ne ob impotentiam soluendi purgationem attentatorum, vel spolij, pereat eius ius, quid de æquitate seruetur, & insuper qualiter in his casibus soleat rescribere Signatura.*

45 *Paupertas, cum non sit de genere malorum, non debet præstare impedimentum, vt agi non possit, adeo vt per eam pereat ius pauperis.*

Pauperes, Rota ex stylo consueuit audire in causa nullitatum, & restitutionum in integrum aduersus rem iudicatam, absque refectione expensarum, & fructuum, illos reseruando in fine litis, n. 45. & qualiter hoc casu probetur paupertas.

Paupertas, ad hoc vt relaxetur iuris rigor, probari potest etiam per probationes informes, n. 45.

Paupertas attentata qualitate personarum probari etiam potest per iuramentum, num. 45.

46 *Interpellatio extraiudicialis non requirit aliquam expensam.*

47 *Negligentia non debet suffragari negligenti, cum hoc sit contra omnes iuris regulas.*

contra Negligentem omnia iura clamant, num. 47.

48 *Negligenti non est ignoscendum.*

Iura naturaliter abhorrent negligentes, n. 48.

Iactura illa est turpissima, quæ fit per negligentiam, num. 48.

49 *Negligentia in proprijs negotijs, non est tolleranda, imo, nec vllo modo præsumenda.*

50 *Dormientibus iura opem non ferunt.*

Delicatorum votis Iura non fauent, num. 50.

51 *Creditor etiam si sit forensis, ligatur statuto inducente præscriptionem debiti si intra certum quid tempus non petatur, & num. 52. vbi de statut. Vrb. lib. 1. cap. 158.*

53 *Contractus si sit celebratus in aliquo loco, & solutio alibi destinetur, tunc quale statutum veniat attendendum an loci celebrati contractus, vel solutionis, & num. 55.*

Statutum loci solutionis attenditur in his, quæ oriuntur post contractum extra eius tamen naturam, num. 53.

56 *Bon. ad statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. glos. 19. num. 137. refellitur.*

57 *Caputaq. decis. 207. part. 3. vel est corrupta, vel non est admittenda, & valde de eius fide dubitatur.*

Et Rota pluries ab ea recessit.

58 *Forensis si alibi instrumenta, seu chirographa crediti confecerit, si illius executionem petat in Vrbe, an ei obstet statutum Vrbis de præscriptione, dato, quod sint transacti 16. anni.*

59 *Ignoranti restitutio in integrum non solet regulariter denegari.*

in Forense præsumitur probabilis ignorantia statutorum loci, num. 59.

60 *Ignoranti, vt concedatur restitutio in integrum, debet probare ignorantiam omni ex parte excusabilem.*

61 *Statuta, quæ restringunt præscriptionem iuris communis 30. vel 40. annorum ad breuius tempus, adsunt ferè per totam Italiam.*

62 *Crediti præsumpta solutio vigore statut. Vrb. lib. 1. cap.*

cap. 158. vt tollatur sufficit aliqua præponderans præsumptio.

63 *Creditum ne petatur post 16. annos prohibet statutum Vrb. lib. 1, cap. 158. eo quia præsumitur illud solutum.*

64 *Quære si tollatur ista præsumptio statutum ampliùs non intrabit.*

65 *Statutum Vrb. de præscriptione, cessat quando allegatur certus modus solutionis, & ille nullatenus verificatur.*

66 *Quia tunc cessat præsumptio resultans ex tempore.*

67 *Statutum Vrbis de præscriptione debiti, non suffocat actionem, sed solùm inducit præsumptam solutionem.*

68 *Solutionis præsumptio penitùs cessat in eo, qui nunquam creditum extitisse contemnit.*

69 *Solutio præsupponit, debitum eiusque agnitionem inducit.*

Debitor si à principio neget debitum, non potest iuuari beneficio statut. Vrb. de præscriptione, & quare, adducitur ratio, num. 69.

70 *Debitor conuentus ad soluendum, potest negare debitum, & allegare solutionem, quamuis istæ exceptiones sint contrariæ.*

71 *Debitor conuentus si neget debitum, & alleget solutionem, donec ista secunda exceptio probet, contra eum vrget præsumptio prima, & sic non potest intrare statut. Vrb. de præscript. cred. & num. 72.*

72 *Solutionis præsumptio, si elidatur à statuto inducente talem præsumptionem, ex eodem statuto non potest probari talis solutio, sed aliunde.*

73 *Debitor conuentus ad soluendum post 16. annos, si excipiat se nihil habere agere cum creditore.*

Ex hoc necessario sequitur, quod non soluit, quia soluere, est aliquid agere.

74 *Et perinde est ac si dixisset, numquam fuisse obligatum soluere. Vnde cessat statutum Vrb. de præscriptione.*

Statutum Vrbis de præscriptione de necessitate supponit debitum, quo negato, actum est de statuto, num. 34.

75 *Præscriptionis materia est odiosissima, iniquissima, & contra iustitiam, & æquitatem.*

76 *Statutum Vrbis de præscriptione post 16. annos aufert fidem libris, scripturis, &c. & per consequens quis amplius non poterit docere de suo credito, ac suis iuribus.*

Sed declara, vt hic.

77 *in Statuto se fundans, debet probare omnes eius qualitates in casu, de quo agitur, interuenire.*

78 *Debitum negans non prohibetur opponere præscriptionem, declara vt n. 80.*

81 *Debitor si neget se esse debitorem, & super debito litiget, atque condemnatus sit ad soluendum, tunc non admittitur ad beneficium cessionis.*

82 *Quia à principio negauit medium, per quod ad dictum beneficium peruenitur.*

Vnde meritò potest in carcerem detrudi, ibique detineri, si non sit soluendo num. 82.

83 *Atque hoc procedit, etiamsi debitor non negaret expressè, sed tacitè, vt quia nec negat, nec fatetur.*

84 *ad Cessionis beneficium, vt quis admittatur, debet expressè fateri debitum, & n. 85.*

86 *ad Cessionis beneficium debitor negando debitum, & litigando non admittitur, quando non habet iustam causam litigandi, alias secus, n. 87.*

88 *Cap. Odoardus, de solut. est ad instar beneficij cessionis bonorum laicis concedi soliti.*

89 *Clericus si habeat iustam causam litigandi, & denegandi debitum, tunc si condemnatus existat non priuatur beneficio cap. Odoardus de solut.*

Secus vero stante iniusta causa.

90 *Creditor si petat à debitore centum, & creditum est solum in quinquaginta, tunc debitori licitum est debitum in totum negare.*

Et quid si sit condemnatus ad soluendum d. quinquaginta, an admittatur ad beneficium cessionis si non sit soluendo, num. 92.

91 *Positio si in parte est vera, & in parte falsa, licitum est eam totam impunè negare.*

93 *Statutum Vrbis de præscriptione, vt intret, opus est, vt tempus 16. annorum labatur vsque ad vltimam horam, & momentum, & n. 93. & 95.*

96 *Statutum Vrbis de præscriptione non habet locum contra fideiussores, vel eius hæredes.*

97 *Statutum Vrbis de præscriptione an tollatur ex sola præsumptione compensationis.*

98 *Statutum Vrbis de præscriptione cessat, quando debitor intra tempus 16. annorum agnouit debitum.*

Statutum Vrbis de præscriptione sine dubio cessat per solutionem partis debiti, vel fructuum.

99 *In præscriptionibus statutarijs, quod non attendatur bona, vel mala fides, est opinio quorumdam DD. quæ non est tuta, nec iuridica, quamuis aliqui dicant esse veram sicuti Euangelium.*

Cum contraria sit verior, & magis communis, & saluti animæ magis amica.

Et hanc opinionem tenet Rota, num. 102.

103 *Præscriptio nulla est, quæ cum mala fide currere possit, quidquid sit de Iure Ciuili, cum de Iure Canonico ea opinio sit perpetuo vera.*

104 *Ius Canonicum etiam in Terris Imperij seruandum est, quando agitur de peccato.*

Leges Cæsareæ loquentes de præscriptione hodie sunt correctæ à Iure Canonico, num. 104.

L. omnes, & l. sicut, C. de præscript. sunt correctæ, quoad malam fidem, num. 104.

106 *Cap. vltim. de præscript. vtitur vniuersali negatiua, quæ omnes alios modos excludit.*

107 *Negatiua vniuersalis tamquam inexorabilis omnia mordicè negat, & vti surda neminem intelligere vult.*

108 *in Præscriptionibus etiam immemorabilibus requiritur bona fides.*

Salicet. Dec. Boer. &c. male sentiunt, dum volunt, quod in præscriptionibus immemorabilibus non requiratur bona fides, num. 108.

Quia contraria opinio est receptior, & magis substentabilis, num. 109. & eam constanter tenet Rota, vt num. 111.

110 *Malæ fidei natura est maculare omnem præscriptionem, & tamquam fulgur quidquid inuenit in oppositum ducit.*

112 *Præscriptio cum mala fide non intrat etiamsi esset mille annorum.*

113 *Statuta Vrbis de præscriptionibus, requirunt bonam fidem, licèt in eis nulla mentio fiat de dicta bona fide, & ista est communis opinio.*

114 *Castren. doctrina in l. sequitur, §. si viam, ff. vsucap. reijcitur, & exploditur.*

115 *Bona fides in terminis statuti Vrb. de præscriptione lib. 1. cap. 158. præsumitur, cum illud consistat in præsumptione solutionis.*

116 *Quæ præsumptio valens est in dubio amouere malam fidem in debitore.*

117 *Quare creditor, qui post sexdecim petere neglexit suum creditum, concludenter probare debet malam fidem debitoris.*

118 *in Debitore non soluente, quia non est requisitus, non præsumendum venit, vt habeat mentem corruptam.*

119 *Debitor anteaquam sit in mora soluendi, non potest dici, nolle soluere, & sic esse in mala fide.*

Sicuti est ille, qui non vult soluere, cum præsumatur ad soluendum paratus, data requisitione creditoris, num. 119.

120 *Debitor ad soluendum, si non sit interpellatus, non per eum, sed per creditorem videtur stetisse, quin non soluerit.*

121 *Petitio, quando non processit, non potest dici secutam esse petitionis negationem.*

Non entis nulla sunt qualitates, num. 121.

122 *Petitio vbi nulla est, ibi nulla mora intelligi potest.*

123 *Debitor non morosus si non soluat, iustè rem debitam retinet.*

124 *Debitor, creditore tacente, nec iure ciuili, nec iure Canonico, nec in foro conscientiæ, tenetur offerre debitum.*

125 *De-*

125 *Debitor non morosus si non soluat, & pereat species debita, ipse non tenetur.*

Debitor non morosus non soluens, non tenetur ad interesse etiam damni, num. 129.

126 *Creditor quando est negligens in petendo suum creditum, ex hac negligentia si aliquid aduersi ei contingat.*

Cum se iugulet proprio gladio, id sibi imputet, n. 126.

127 *Creditor, qui diu fuit negligens in petendo suum creditum, dum debitor est idoneus, & soluendo, non potest eo decocto molestare tertios possessores bonorum.*

128 *Creditor, quando est administrator bonorum debitoris, si sit negligens in sibi soluendo, prout de iure debetur, debitore postea effecto non soluendo, molestare nequit fideiussores.*

129 *Tutor, seu alius administrator si tempore debito non exegerint credita, itaque postea debitores efficiantur non soluendo, ipsi tenentur de non exactis, & de neglectis.*

130 *Debitor retinendo debitum ei non petitum à creditore sicuti non peccat, sic nec peccat vtendo beneficio præscriptionis, sibi à lege, vel à statuto indulto.*

131 *Debitor non soluendo, dum creditor ab eo non petit creditum, non est in mala fide.*

Eo quia potuit cogitare creditorem voluisse donare, vel relaxare ei debitum, num. 131.

Creditores non solent diu differre crediti solutionem, & regulariter in hoc anxie inuigilant, num. 131.

132 *Causa quælibet, etiam colorata valens est tollere in præscribente malam fidem.*

133 *Debitor tunc non tenetur offerre debitum creditori, si dies solutioni non sit appositus, aliàs secus.*

Dies interpellat pro homine, & certus non est amplius certiorandus, num. 132.

134 *Mala fides infringit quamlibet præscriptionem.*

135 *in Debitore præscribente debitum, tunc multo magis intrat præsumpta bona fides, quando creditor potuit sibi ipsi satisfacere, veluti si erat administrator bonorum debitoris, & n. 136.*

137 *Debitor, quando fuit administrator bonorum sui creditoris, si non curauit sibi ipsi satisfacere, prout tenebatur, dicitur fuisse in culpa.*

138 *Administrator si erat creditori Domini, præsumitur de bonis administratis sibi satisfecisse, & maxime si in hoc aliàs erat solicitus, & n. 139.*

A N N O T A T I O

Ad decisionem VI.

1 A ROta in hac opinione variauit, † stante scilicet inter-
pellatione iudiciali, vtrum præscriptio hæc statuta-
tia semel interrupta possit reuiuiscere ad instar primæ præ-
scriptionis statutariæ, vel sit potius necessaria præscriptio
iuris communis, hoc est 30. vel 40. annorum, vt videre
est in *causa Romana Saluiani Interdicti* 11. *Maij* 1590. *co-
ram bo. me. Card. Seraph. est inter eius impress. decis.* 920.
num. 4. vbi notatur ista variatio, & iterum in *eadem cau-
sa coram eodem sub die* 8. *Iunij eiusdem anni, est decisio*
926. *num.* 1. & ibi præseos hæc decisio * bon. mem. Ora-
ni allegatur, & videatur etiam in *causa Romana pretij
Viridarij* 26. *Nouembris* 1618. *coram bon. mem. Card. Sa-
crato, in Romana pecuniaria* 20. *Nouembris* 1619. *coram
eodem, in alia Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1613. *coram bo.
me. Buratto, est decis.* 8. *inter eius impress. num.* 2. *& in d. Ro-
mana pretij Viridarij* 11. *Martij coram bon. mem. Francisco
Vbaldo*, vbi etiam expressè asseritur, Rotam in hoc arti-
culo variasse.

Nec talis varietas sumenda est, quia in aliquibus deci-
sionibus habemus, quod interrupta præscriptione statuta-
2 ria, † postea illa possit reuiuiscere, in alijs verò, quod non
amplius statutariæ sit locus, sed recurrendum sit ad ius
commune, quia mediante distinctione, quæ desumitur hic
ex decisione, conciliatio potest fieri sic:

Aut præscriptio statutaria interrumpitur extraiudi-
cialiter, scilicet sine litis contestatione, & tunc de-
3 nuò † reuiuiscere potest eadem præscriptio statutaria, ex
iuribus hic allegatis, & addo Bou. *ad hoc statut. Vrb.
lib.* 1. *cap.* 158. *glos.* 21. *num.* 5. Marescot. pariter in
terminis huius statuti *cap.* 67. *num.* 10. *lib.* 2.

Et in hoc casu possunt intelligi decisiones, quæ volunt,
vt reuiuiscat præscriptio statutaria.

Aut verò d. præscriptio statutaria † per interpellationem 4
cum litis contestatione fuit interrupta, & tunc ea amplius
reuiuiscere nequit, sed tantùm locus erit præscriptioni 30.
vel 40. annorum, vt dicitur hic *n.* 4. & antea fuit animad-
uersum *in Romana bonorum de Porcaris* 14. *Ianuarij* 1575.
coram bo. me. Reuerendiss. Oriolen. est decisio 86. *sub num.* 1.
*vers. dixerunt illam esse interruptam ex eisdem actis, & se-
mel interrupta non intrat amplius præscriptio statutaria, &
part.* 1. *diuers.* & in istis † terminis loquuntur decisiones, 5
quæ volunt, vt semel interrupta præscriptione statutaria
amplius non reuiuiscat, &c. & in hac materia videatur de-
cisio in *causa Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1624. *coram clar.
me. Reuerendiss. Merlino*, cuius capita non refero, quia illa
iam fuerunt celata à D. Ferentillo *in annotat. ad d. decis.* 8.
coram Buratt. in litera A. a num. 10. eamque Merlini decis.
per extensum posuit Fenzon. *ad statut. Vrb. decis.* 152. &
in ea pluries canonizatur præsens hæc decisio, * de qua
agimus.

Quando tamen lis est † terminata, & mandatum est re- 6
laxatum, tunc super omissione executionis mandati, noua
præscriptio statutaria potest inchoari, nec obstat ratio,
quod creditor obtinendo mandatum non fuerit negligens
† in exigendo, & sic cesset statuti dispositio fundata super 7
negligentia, quia si benè animaduertatur, magis aggra-
uatur negligentia, nam pro credito consequendo eo casu
nihil superest, nisi vt dictum mandatum exequatur, & ta-
men creditor neglexit † vlteriorem diligentiam, quare su- 8
per hac omissione, noua præscriptio statutaria potest in-
choari; & hanc opinionem retinet Rota, vt habetur in
causa Romana pecuniaria 5. *Maij* 1631. *coram bo. me. Piro-
nano, est decisio* 346. *num.* 9. *part.* 6 *recent. aliàs tom.* 2. *à
me select. & idem antea fuit resolutum coram bo. mem Card.
Sacrato in d. causa Romana pecuniaria* 20. *Nouemb.* 1609.
vbi dicitur, si post relaxationem mandati cucurrerint sex-
decim anni, videtur renouata præsumptio † solutionis, de 9
quo in d. statuto Vrb. *lib.* 1. *cap.* 158. & Rota ibi ad hoc
adducit præsentem hanc Orani * decisionem. Et subditur, *
cùm præsens statutum fundetur in præsumptione solutio-
nis, † ideò hæc præsumptio non tollitur, sed potiùs augetur 10
per relaxationem mandati. Ac in terminis, quando quis
obtinuit mandatum, & per 16. annus distulit illius expe-
ditionem, tunc † intret d. statutaria Vrbis præscriptio, 11
*fuit resolutum coram Pironano in causa Romana de Boncom-
pagnis* 27. *Martij* 1634. §. *Attamen quia mandati expedi-
tionem distulit vsque ad annum* 1633. *quo temporis spatio in-
trat statutaria Vrbis præscriptio, &c.*

PRæscriptio enim est pœna † negligentiæ, Bald. *in* 12
auth. nisi triennale num. 1. *Cod. de bon. matern.* quod
dictum secuta est Rota *in causa Romana Saluiani* 10. B
Nouembris 1630. *coram Merlino*, vbi dicitur, præscri-
ptionem crediti totam esse fundatam in negligentia † cre- 13
ditoris differentis exactionem, &c. & benè id etiam
fuit animaduersum in *causa Spoletana Saluiati* 3. *Iunij*
1639. *coram eodem*, §. *secundo quidquid sit, vers. præ-
scriptio enim tota fundata est in negligentia creditoris
differentis exactionem, &c. cum alijs copiosè relatis in
causa Ciuitatis Castelli Saluiani* 18. *Februarij* 1641. *co-
ram Reuerendiss. Padre Domin. meo Roias*, §. *Eo quia*,
*vers. In creditorum negligentia præscriptio est fundata,
& sine ea præscriptio non habet locum, &c.* & adde
decisionem in causa Rauennaten. Census 26. *Aprilis* 1641.
coram Reuerendiss. Padre Domin. meo Bichio, §. *ex parte
creditoris, vers. in negligentia solum fundatur præscriptio,
&c.* & in puncto præscriptionis statutariæ † fuit di- 14
ctum in *causa Ianuen. Pecuniaria* 30. *Octobris* 1581. *co-
ram bon. memor. Card. Lancellot. sen. & in Sabinen.
pecuniaria* 2. *Iunij* 1608. *coram bon. mem. Card. Sacrato*,
*vers. Præscriptio statutaria sexdecim annorum fundata
est in negligentia petere debentis, &c. & in causa Ro-
mana pretij Viridarij* 11. *Martij* 1624. *coram bon.
mem. Vbaldo*, §. *Nec dicitur, vers. ex negligentia
creditoris in non petendo suum creditum in tempore à
statuto præfixo, &c. & in causa Romana Palatij* 29.
Nouembris 1624. *coram bo. mem. Remboldo*, §. *Quidquid
enim sit, vers. statutum fundatur in negligentia creditoris
petentis creditum, & in causa Romana fructuum De-
tis* 10. *Iunij* 1626. *coram bon. mem. Remboldo*, §. *Vnde tùm*

per sexdecim annos negligens fuerit in petendo suum credi-
tum, & in causa Romana dotis 14. Decembris 1635. coram
Pirouano, §. Nam etsi., vers. statutum ex lapsu 16. anno-
rum præsumit solutionem debiti in odium negligentium illud
petere, &c.

Etenim in hoc amplius non est insistendum, quia d. Sta-
tutum Vrbis *lib. 1. cap. 158.* id rectè considerat, ibi, *si cre-*
15 *ditor fuerit negligens in petendo, &c.* & quatenus † etiam
id non haberet expressum, nihilominùs subintelligeba-
tur, quia cùm ista præscriptio statutaria sit subrogata in
locum præscriptionis iuris communis 30. vel 40. anno-
rum, & aduertitur hic in *decis. sub num. 3. & fuit etiam*
consideratum in causa Romana Canonum 15. Aprilis 1622.
coram bon. mem. Vbald. vers. cum ista præscriptio statutaria
16 *sit subrogata, &c.* & generaliter † de talibus præscriptio-
nibus scribit Bart. *in l. sequitur, §. viam, ff. de vsucap.* Alex.
Ias. Rip. & alij *in l. nemo potest, ff. de legat. 1.* Corn. *cons. 277.*
lib. 4. Paris. *cons. 66. num. 92. lib. 3.* & sic cùm illa sit intro-
ducta in odium creditoris negligentis vti iure suo, vt dixi
in præcedenti annotatione, *num. 8.*

17 Ita & hanc statutariam sexdecim † annorum præscri-
ptionem esse inductam in odium creditoris iudicandum
est, cùm subrogatorum idem sit iudicium, *l. si enim, §. in-*
iuriarum, ff. si quis caut. §. Fuerat. Instit. de action. cum
alijs in puncto copiosè relatis à Tiraquell. *de retract. ligna-*
ger, §. 1. glos. 10. num. 82. vers. præscriptio inducta à statuto
sapit eandem naturam, &c.

Quare constito, quod lapsi sint sexdecim anni, intra
cuius temporis interuallum, creditor oscitanter tractando
18 iura propria, non curauit petere † suum creditum, & quod
talis præscriptio non fuit interrupta, tunc sine dubio con-
tra eundem intrat præscriptio ex dicto statuto, nam casus
19 statuti tamquam casus legis † allegari potest, *l. Ancilla, C.*
de furt. cum alijs relatis per Osasch. *decis. Pedemont. 28.*
num. 13. Fatuus enim est Iudex, qui dubitat si casum in
statuto expressum legat, Corn. *consil. 318. num. 1. lib. 1.* Bero.
consil. 7. n. 1. vol. 3. Nam inanis est omnis altercatio, vbi
clarè militat statuti dispositio, Socin. iun. *cons. 10. n. 10. &*
consil. 12. num. 2. lib. 1. Roland. *consil. 72. num. 6 & 7. lib. 3.*
Cephal. *cons. 138. num. 20. volum. 1.* Cattar. *decis. 13.*
num. 4.

Et in indiuidualibus terminis huius statuti Vrb. aduer-
tit Rota *in dicta causa Romana pecuniaria 5. Maij 1631.*
coram Pirouano, est decis. 346. num. 1. vers. clara sunt
verba statuti, &c. part. 6. recent. Vnde talis præscriptio
20 † eidem creditori suffocauit obligationem sui crediti; &
sic non auditur, petendo illius solutionem. Nec esset no-
uum asserere, quod titulus ex præscriptione acquisitus à
21 debitore, habeat † implicitam probationem solutionis,
qui enim præscribit censetur soluisse, ad text. *in l. pupillus*
in fin. ff. de administrat. tutor. Ias. *in l. si vnus, §. pactum*
num. 38. de pact. & affirmauit Rota *in causa Recanaten.*
Saluiani 21. Iunij 1630. coram eodem Pirouano, §. Iudex
enim processit, vers. titulum ex præscriptione habere, &c.
& in casu huius statuti Vrb. fuit dictum in *causa Romana*
pecuniaria, seu sequestri 16. Ianuarij 1632. coram eodem,
§. Et tamen de primo requisito, vers. remanet exceptio præ-
scriptionis statuti Vrbis destruens fundamentum crediti,
&c. & in causa Romana de Boncompagnis 27. Martij
1634. coram eodem Pirouano, §. Nam etsi, vers. attenta
præsumpta solutione per statutum inducta, denegatur man-
dati petiti expeditio, &c. ibique filius agebat pro con-
22 secutione dotis maternæ, † & respondetur statuto, dum
excepit dotes, & damnatur Bou. super d. statuto Vrbis
Glos. 3. *num. 23. 24. & 27.* dum contrarium sentit. Adde
etiam alteram decisionem coram eodem Pirouano in
causa *Romana Computorum 20. Aprilis 1637. §. Non obstat,*
vers. semper obstat exceptio statutaria præscriptionis post la-
psum 16. annorum, &c.

23 Aduertendum † est etiam ad hoc vt euitetur prædicta
dispositio statuti Vrb. de præscriptione, non ita facilè ad-
mittuntur excusationes. Vnde nec absentia prodest.
24 † Creditor enim sibi imputet, si non miserit procurato-
rem ad interrumpendam præscriptionem, vt asserunt Bart.
in l. 1. ff. de diuers. temp. præscript. & Abb. *in cap. quere-*
lam num. 7. de procurat. nam vt inquit text. *in l. 1. §. vltim.*
25 *ff. de procurat.* vsus procuratoris † necessarius est, vt hi,
qui rebus suis præesse nolunt, vel non possunt, saltem
per alios possint agere, vel conuenire, quem textum in
his terminis ad elidendam excusationem absentiæ deducit
Decian. *in consil. 121. num. 24. vers. cum potuerit mittere*
procuratorem lib. 3. & pulchrè ratiocinatur Anton. Faber.
in l. & qui data, 5. ff. ex quibus caus. maior. &c. vbi in
fine ait: Quod negotia Reipublicæ † non impediunt, ne 26
quis etiam de suis cogitare aliquando possit, eaque saltem
tractare, quæ per procuratorem tractari possunt, &c. Qui
enim sibi nequam, cui bonus?

Et notandum est, quod in illis casibus, in quibus iura
indulgent absenti † restitutionem in integrum aduersus 27
præscriptionem, id intelligendum venit, quatenus absens
non valuerit mittere procuratorem ad interrumpendam
talem præscriptionem, aliàs quando potuit, non adiu-
uatur, & ei restitutio in integrum denegatur, vt latè per
Felin. *in cap. ex transmissa, de præscript.* vbi testatur de
communi Innocent. *in cap. cupientes, §. quod si de elect.*
Bart. *in l. secunda, §. & quod diximus, ff. si quis caut* Alex.
cons. 49. lib. 2. Dec. *in cap. ex ratione num. 29. de appellat.*
Afflict. *de iure prothomis. §. 2. num. 31.* Paris. *consil. 34.*
num. 19. lib. 1. Anchar. *in cap. querelam num. 8. de procurat.*
& in cap. dilecti num. 16. de dol. & contumac. & in termi-
nis huius statuti Vrbis de præscript. sentit Ioan. Bapt. Pou.
in tractat. de statutar. Vrb. præscript. in verb. contra omnes
creditores, glos. 21. num. 22. Et in hac materia, quando
quis est absens, † an teneatur mittere, vel relinquere 28
procuratorem, & vtrum ex capite absentiæ restitutio in
integrum concedatur, sed quia plura sunt capita absen-
tiæ, ideò diffusè videatur penes Odd. *de restitut. in*
integr. part. 1. quæst. 5. articul. 6. à num. 26. & quæst. 30.
per tot.

Ad propositum etiam nostrum facit illa regula, quod
impedito non competit aliqua † restitutio in integrum, 29
quando potuit impedimentum remouere, vt tradit Bart.
in l. sed si per prætorem, §. 1. vers. sed nec ad eos, ff. ex
quibus caus. maior, &c. & in l. quibus diebus, per illum text.
in princ. ff. de condit. & demonstr. Balb. *in tract. de præscript.*
prim. part. 6. part. princip. num. 23. Imol. *in clem. 2. de ætat.*
& qualit.

Quoniam impedimentum, † quod potuit remoueri 30
non præstat aliquam excusationem, *l. qui potest, ff. de reg.*
iur. glos. in cap. quia diuersitatem in verb. suspensionis, & ibi
Abb. *ad fin. de concess. præb.* cum alijs adductis coram Card.
Mantic. *decis. 92. num. 2. & facit decisio in causa Romana*
damnorum, & interesse 28. Ianuarij 1589. coram bon. mem.
Penia, est decis. 33. inter eius à me imprimen. num. 4. vers. ad-
hibita diligentia.

Quando verò sumus in absenti voluntario, tunc ipse
perperam penitùs agit, si intendat proponere † talem 31
excusationem aduersùs cursum præscriptionis; cùm clari
iuris sit eum aduersus præscriptionem nulla gaudere re-
stitutione in integrum, text. est *in l. non verè, ff. ex*
quibus causa maior. &c. & in l. sed si per Prætorem, §. fin.
& in l. non enim, ff. eodem glos. in l. fin. & ibi Bart. & alij,
ff. de restitut. in integr. Alberic. *in d. l. non vere, post princ.*
ff. ex quibus caus. maior. Doctores ferè omnes *in l. fin.* & ibi
Bart. per illum text. *C. de testam. milit.* Paul. de Castro *in*
l. 1. num. 5. Cod. eodem, Paris. *cons. 99. num. 10. lib. 4.* dixit-
que Rota *in causa Romana diuisionis 15 Iunij 1640. coram*
R.P.D. meo Bicho, §. Tandem non obstat allegata ignoran-
tia, vers. Absentia voluntaria causam restitutionis non præ-
bet, &c. ibi enim denegata fuit restitutio † in integrum 32
militi absenti aduersùs præscriptionem, eo quia absentia
ex causa militiæ non fuit pro suo Principe, sed pro alieno,
& sic absentia fuit ex causa voluntaria. Circa verò priui-
legia Militum nostri temporis alibi multa afferam, & in
ipsis terminis non excusandi ex absentia voluntaria credi-
torem † aduersus præscriptionem statutariam Vrbis, ani- 33
maduertit Rota *in causa Romana Mercedis 30. Maij 1578.*
coram bon. mem. Bubalo.

In qua decisione pariter asseritur, quod nec ad euitan-
dam hanc statuti Vrbis præscriptionem, † admittitur 34
exceptio paupertatis, cùm ea interrumpatur (quidquid sit
in alijs præscriptionibus) per solam interpellationem
extraiudicialem, † vt clarè cantat dictum statutum, & 35
appositè differit Bou. ad hoc statutum Vrb. Glos. 16. *n. 6. &*
glos. 21. n. 1. & 16. & ratiocinata est Rota in *causa Roma-*
na Dotis 23. Iunij 1600. coram bo. me. Iuste, & in causa Ro-
mana prati Veridarij 12. Martij 1624. coram bo. me. Vbaldo,
§. Non obstat, quod citationes, vers. cum ad effectum inter-
ruptionis præscriptionis statutaria dicitur sufficere interpel-
latio extraiudicialis, &c.

Nec

Nec quidquam facit iuuandam, & excusandam esse
36 paupertatem, † ne afflictio maior addatur afflicto, *l. Diuus, ff. de offic. præsid. cap. ex parte, ext. de cleric. ægrot.* nam
37 dies † pauperum omnes mali sunt, vt inquit Sapiens in
Prouerb. *cap.* 15. & pauperes omnibus sunt odiosi etiam
ipsis fratribus, Atque amici eius procul ab eis recedunt,
prout ait idem *in cap.* 14. *&* 19. Hinc Senec. eleganter *epist.*
20. testatum reliquit, ibi, *Ob hoc vnum amanda est paupertas, quod à quibus ameris ostendit.* Nam vt admonuit Eurip. in Medea, *Pauperem fugit, quilibet procul amicus, &c.*
38 Insuper, quid miserabilius? pauperes † omnibus ludibrio
sunt, Vnde Iuuenal. *satir.* 10. cecinit, & refert Cassador.
decis. 6. num. 3. de appellat.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit.

Quare Martial. *lib.* 5. rescribendo Æmiliano eius amico,
qui optabat è limitibus paupertatis aliquando exire, sic
eum consolatur.

Semper eris pauper, si pauper es Æmiliane;
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

Congruunt etiam carmina Ouid. 1. *Fast.*

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, Pauper vbique iacet.

39 Vnde Iura, & Doctores misericordia † moti, & quasi
de eorum regulis obliti, multa conniuentibus oculis ad eos
subleuandos concedunt, hac igitur de causa pauperes libenter excusare solemus ab appellando, & à prosequendo
appellationem, vt in rem iudicatam non incidant, & sic
ne præcludatur eisdem via ad ostendendum eorum bonum
ius, atque ita pereat, *l. si procuratore, §. si ignorantes,* &
ibi glos. *in verb. non permisit, & in verb. inopia, ff. mandat. & in l. inuitus,* & ibi glos. *ff. de procurat. cap. non iniuste,* & ibi Canonistæ *eodem titul.* Bald. *in l. acceptam quæst. 23. Cod. de vsur. & in l. 2. §. si quis, ante fin. ff. si quis caut.* Vbi ait, se aliàs liberasse quemdam pauperem
40 † à furcis, qui cùm appellasset, non poterat tunc oppressus paupertate prosequi appellationem, & adde Matth.
Matthesil. *singul. 198. & vltim.* & ibi Addentes Carpan.
ad statutum Mediolan. c. 31. num. 64. Odd. *de restitut. in integr. quæst. 11. à num. 50.* ex Bald. *consil. 449. vol. 5.* Vestr. *in*
41 *prax. lib. 7. cap. vltim. num. 20.* dicens hoc esse † verum non
obstante ratione de modica impensa, Guidopap. *in tract. de appellat. quæst. 15. num. 21.* Scaccia *in eodem tractat. qu. 12. num. 163. & quæst. 15. art. 3. num. 45.* P. Bredecoltus *in simili tract. de appellationibus part. 2. titul. 7. rub. an paupertas impediat prosequutionem, &c.*
42 Atque ita iudicauit † Rota Marchiæ penes Gratianum
decis. 34. num. 1. & seq. Audientia Bareñ, secundum Francisc. Viuium *decis. 268. num. 5. lib. 2.* Senatus Pedemontanùs apud Antonin. Thesaur. *decis. 10. num. 5.* Regius Senatus Cathaloniæ, vt refert Io. Petr. Fontanell. *decis. 106. num. 14.* Senatus Burdegal. *decis. 247. num. 10.* apud Boer.
Senatus Sabaudiæ teste Fabr. *lib. 7. titul. 27. definit. 15.* Parlamentum Grationopolitanum penes Guidopap. *decis. 213. num. 3.* Regium Concistorium Siciliæ, vt scribit Giurb. *decis. 18. num. 3.* Camera Imperialis, teste Andr. Gaill. *obseruat. 142. num. 3. lib. 1.* & pulchrè renuit Rota Romana penes Cassador. *decis. 6. num. 3. de appellat.* eam adducendo
rationem, quia nisi pauperes tali casu facilè excusarentur,
forsitan quidquid ei parum superest in lite consisten. perderent, quod esset eos necare, contra text. *in l. necare, ff. de alim. & liber. agnosc.* Et postea nudi, & inermes non
possent ampliùs contemnere, *cap. frequens de restitut. in integr. in 6.* ibique allegatur illud non minus antiquum,
43 quàm verum adagium, quod † pecunia est neruus belli,
quale prouerbium, vt animaduerto, desumptum est ex
duobus versibus, *Tzerz. in 8. Chiliad, ita à Lacisio traductio.*

Aurum enim desideratissimum est hominibus,
Aurum omnia corrigit, Aurum neruus belli.

Perbellè etiam circa hanc materiam cecinit Balbus Poeta, sic

Aurum bella gerit, mucronibus imperat Aurum,
Aurum ventosis vela dat æquoribus.
Euertitque Vrbes, & Moenia diruit Aurum,
Delet, & extructis oppida celsa rogis.

Et de auri potentia perbellè pariter locutus est antiquus
ille Munost. tali scilicet modo.

Est potens virtus, sed Aurum longè ea est potentius.
Omnibus Dijs, hominibusque massa Auri est formosior.
Omnia Auro vltro patescunt, ipsaque inferorum fores.
Vincit Aurum, regnat Aurum, Aurum vniuersis imperat.

Aurum etiam est neruosius infinitis sermonibus hominum, nam eo loquente omnia obmutescunt, & quæuis
ratio irrita, inanisque redditur; sed quid plura? id quod
nec per Hectoreæ militiæ fulgura oppugnari posset, auro
mediante expugnatur, nam vt refert Cicer. *lib. 2. Offic.*
Philippus Macedonum Rex putauit nullam Arcem tam
munitam esse, quin capi posset, modò Asino pateret accessus onusto auro.

Sed relicto hoc aureo discursu, ne paupertatis materiam
deseram, quæ ei esset opposita insuper notandum venit,
quod propter eamdem causam, vt ob impotentiam soluendi pauperes non cogantur deserere litem, & sic perire
eorum † ius, cùm & paupertas dicatur quædam species 44
defensionis per notat. *in l. Titius, ff. de procurat.* Philipp.
Franc. *in cap. irreprehensibilis, num 16 de appellat.* Vnde de
æquitate receptum est, quod pauper attentans, vel spolians, non debet cogi ad restituendos fructus, & reficiendas expensas, ante quam non audiatur in negotio principali, ne alioquin ob impossibilitatem huiusmodi purgationis spolij, vel attentatorum cogatur litem deserere; &
sic in terminis spolij respondit Rota *in causa Elnen. Præceptoriæ 5. Iunij 1609. coram bon. me. Reuerendiss. Manzanedo, & in causa Cesenaten. de Aldinis 9. Decemb. 1609. coram bon. mem. Coccino, est decisio 496. num. 3. inter eius impress.* & vt dicit Marcscott. *var. resolut. lib. 1. cap. 86. num. 33.* Signatura stante paupertate solet rescribere, &
dimissa possessione tantùm, procedatur in causa, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis, idem etiam facit
bon. mem. Beltram. *in annotat. ad fel. rec. Greg. XV. decis. 361. num. 5. in fin.*

Atque in terminis purgationis attentatorum nuper admisit Rota *in causa Romana bonorum de Cæsareis 11. Decembris 1642. coram R. P. D. meo Carrillo, §. Ea motis ratione, vers. de æquitate autem pauper attentans non debet cogi ad restituendos fructus, & expensas, &c.* vbi etiam
dicitur, quod † paupertas, quæ non est de genere malo- 45
rum, non debet præstare impedimentum, vt agi non
possit, adeò vt ob eam pereat ius pauperis, &c. Vnde
propter eamdem rationem Rota ex stylo consueuit audire
pauperes in causa nullitatum, & restitutionis in integrum
aduersùs rem iudicatam absque refectione expensarum,
& fructuum, illos reseruando in fine litis, sine vlla cautione, de quo stylo mentio habetur *in causa Lucana bonorum 4. Maij 1618. coram bon. me. Buratto, est decis. 320. n. 3. inter eius impressas,* & videantur ibi in annot. Dominus
Ferentillus *in litera Cod.* & facit pariter *d. decis. Romana fideicommissi de Cæsareis coram R. P. D. meo Carrillo,* vbi
etiam dicitur, quod paupertas ad effectum, vt solutio fructuum, & expensarum reseruetur in fine litis, & sic ad relaxandum iuris rigorem, sat est vt doceatur per probationes etiam informes, *vt fuit dictum in causa Leodien. Attentatorum 16. Decembris 1566. coram Aldobrandino,* vbi
quod attenta qualitate personarum paupertas potest probari per iuramentum, Lancellott. *de attent. part. 3. cap. 31, num. 156. & 157.* Et hæc sufficiant circa excusationem
pauperum, ne ex defectu paupertatis cogantur deserere,
& simul id causam præbere, vt eorum ius pereat. Plura
verò, si quis desideraret circa commoda, & incommoda
paupertatis videat Bart. *in l. illicitas, §. fin. num. 2. ff. de offic. præsid.* & Ioann. de Plat. *in l. fin. num. 2. Cod. de his, qui num. liber. vel paupert. excusat.* & latissimè ibi Lucas de
Penn. *per totum,* vbi 44. commoda, & 17. incommoda
paupertatis enumerat, à quibus tamen, vt dicebat Cyn. liberet nos Deus, &c.

Redeundo ergo vnde digressi sumus, scilicet, quod paupertas non suffragatur, ne labatur cursus præscriptionis
statuti Vrb. *lib. 1 cap. 158.* aduertendum est, supradicta
omnia cessare in casu isto, quia cùm ad effectum interpellationis extraiudicialis, quæ sufficit, vt dixi, ad hanc
statutariam Vrbis præscriptionem interrumpendam; & sic
nulla † penitus expensa requiritur; quare æquum minimè 46
est, vt talis negligentia ei suffragetur, cum hoc sit contra
omnes † Iuris regulas, vt inquit Glos. *in §. penult. in verb.* 47
non obdormitat. auth. deposit. cum alijs allegatis *in causa*

Romana Curæ 14. Ianuarij 1619. coram bo. me. Seleucien.
48 Negligenti enim nullatenus est † ignoscendum, secun-
dum glos. marginalem in l. pupillus, ff. quæ in fraud. credit.
Iura enim naturaliter abhorrent negligentes, can. nuncia-
tum 74. distinct. l. non enim negligentibus, ff. ex quibus caus.
maior, &c. ac secundum Senecam, turpissima est illa iactu-
ra, quæ per negligentiam fit. Et maximè dicendum id est in
49 casu, in quo versamur † nempe in proprio negotio, & tra-
ctatur de amittendo proprium, in quibus terminis nec tol-
lerabilis est negligentia, imò nec vllo modo præsumenda
venit ad text. in cap. ad audientiam, de præscript. & in cap.
deputati de appellat. & in l. regula, §. 1. ff. de fact. & iur. ignor.
Crauett. cons. 978. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præ-
sumpt. 77. num. 3. Surd. cons. 245. num. 16. cum alijs allega-
tis coram clar. me. Merlino in causa Bononien. Transactio-
nis 25. Februarij 1639. §. Quoniam ex lectura, vers. negligen-
tia in proprijs negotijs nequaquam præsumenda, &c. & satis
50 vulgatum est, † dormientibus iura opem non ferre, &
congruit dictum glos. in l. vt pomum, ff. de seruit. in verb. non
potest, quod delicatorum votis iura non fauent, &c. sed
progrediendo quoad alias excusationes.
Insuper aduerte, quod creditor non excusatur aduersus
d. statutum Vrbis de præscriptione etiamsi esset forensis,
51 quoniam talis excusatio † in nihilo eum iuuabit, vt possit
se tueri, ne eius creditum præscriptum remaneat, cùm
clari iuris sit, statuta disponentia circa materiam præscri-
ptionis ligare etiam forenses ista enim fuit doctrina Bart. in
l. cunctos populos num. 19. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.
quem ibi secutus fuit Salicet. num. 6. Ias. num. 20. in prim.
lectura, & in secunda num. 66. Fulgos. num. 18. & 19. vers.
admonet, Anchar. in cap. Canonum statuta quæst. 12. vers.
item, & quantum ad præscriptionem, de Constit. Caccialup.
in dicta l. cunctos populos num. 121. & ibi Purpurat. num. 154.
& etiam testatur de communi Corn. consil. 205. num. 9. lib.
3. Barbat. consil. 15. num. 33. lib. 2. Ruin. consil. 117 num. 72.
lib. 5. Angel. in l. si fundus num. 3. ff. de euict. Marsil. in l. fin.
num. 25. & 29. vers. modo redeundo, ff. de iurisdict. omn.
Iud. vbi dicit, quod cum Bart. transeunt omnes Do-
ctores.
52 Necnon ad rem huius statuti † Vrbis relictis pluribus
decisionibus antiquis, quas breuitatis causa non refero
(& nonnullas ex eis adduxit D. Theodosius Rubeus pater
meus in suis Singularibus Rotæ Romanæ part 6. circa statu-
torum interpretationem ad statuta Vrb. d. cap. 158. lib. 1.
præsertim num. 13.) nuper sic fuit responsum in causa Ma-
ceraten. Census 1. Februar. 1638. coram Eminentiss D. Card.
Hieronym. Verospio, §. Opponebatur, vers. quod statutum
tenuit Rota locum habere in forensibus Romæ degentibus, &c.
cum ibi adductis, & addo decis. in causa Romana Pecunia-
ria 16. Ianuarii 1632. coram bon. mem. Pirouano, §. Et ta-
men de primo, vers. statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. compre-
hendit etiam forenses, &c.
Illud tamen in hoc casu non est omittendum, quod si
quis in Vrbe contractum celebret, & solutio alibi destine-
53 tur, † tunc non statutum Vrbis, sed potiùs statutum loci,
vbi fuit destinata solutio venit attendendum, nam in ijs,
quæ oriuntur post contractum extra eius naturam propter
moram, vel negligentiam, attenditur statutum loci solu-
tionis, Bart. in dicta l. cunctos populos num. 16. C. de summ.
Trinit. & fid. Cathol. Anchar. in cap. canonum statuta
quæst. 12. vers. quantum præscriptionem, de Constitut. Cac-
cialup. in d. l. cunctos populos num. 131. & 161. Purpur. num.
154. & 161. qui testatur de communi Riminald. sen. cons.
533. num. 10. Rota in Interamnen. Affictus 13. Maij 1596.
coram bon. me. Litta.
54 In terminis verò statutariæ † præscriptionis, censuit
Ruin. consil. 117. num. 12. lib. 5. & scribit Card. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 3. cap. 13. num. 51. Corn. consil. 205.
num. 9. lib. 3. & sic iudicauit Senatus Mantuanus apud
Surd. decis. 158. num. 18. vers. Adde, quod statutum præ-
dictum.
55 Atque in puncto huius nostræ † statutariæ Vrbis præ-
scriptionis iam olim respondit Rota in causa Romana
Mercedis 17. Martij 1578. coram bon. mem. Bubalo, & in
causa Ianuen. seu Romana pecuniaria 20. Iunij 1580. coram
bon. mem. Card. Lancellot. sen. quæ decisio impressa est penes
Marches. de Commiss. tom. 2. fol. 150. quæ tamen, ibi, (vt
animaduerto) integra non est, si tamen integram desi-
deras est in 4. part. diuers. decis. 764. Ita etiam recentiùs
fuit conclusum in causa Rauennaten. Census 27. Iunij 1639.
coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano, §. Minus
obstat præscriptio statutaria, vers. non statutum Vrbis, sed
loci destinatæ solutionis, &c. & rursus coram eodem in ea-
dem causa die Sabbati 26. Nouembris eiusdem anni, §. Nec
etiam vers. Statutum eiusdem loci destinatæ solutionis, non
autem statutum Vrbis, ac denuò coram Reu. Patri Domino
meo Bichio in eadem causa Rauennat. Census 26. Apr. 1641.
§. Secundo non intrat præscriptio Statuti Vrbis, vers. atten-
ditur statutum loci solutionis, &c. Et sic non est curandum
quidquid teneat Bon. † super hoc statuto Vrb. de præscript. 56
glos. 19. num. 137.
Nec quis moueri debet ex quadam decisione in causa
Camerinensi de anno 1553. quæ est apud Caputaquen. decis.
† 207. part. 3. quia Rota in dicta decis. 764. sub num. 3. part. 57
4. diuers. valdè dubitauit de fide illius, ex quo Domini non
inuenerunt eam decisionem in eorum libris, & ideò fuit
dictum illam vel esse corruptam, vel non esse admitten-
dam, quia est contra doctrinam Bart. à tot DD. vti commu-
nem, amplexam, & approbatam, & de tali reuocatione
meminit etiam D. Theodosius Rubeus pater meus in tom.
1. Singul. Rot. Rom. ad d. decis. Caputaq. fol. 272. cap. 2. adde
etiam decisionem in causa Sulmonen. Pecuniaria 10. Iunij
1624. coram bo. me. Reuerendiss. Archiepiscopo Dunozetto,
vbi pariter attestatur Rotam à tali decisione Caputaquen.
recessisse.
In qua Sulmonen. fuit resolutum, quod præscriptio hæc
statutaria Vrbis 16. annorum sibi vindicat locum etiam
inter forenses, & vbi instrumenta, seu chirographa crediti
† fuerunt alibi confecta, dummodo tamen in Vrbe peti-
tio fiat. Nec enim forensis ad hunc effectum poterit præ-
tendere aliquam restitutionem in integrum ex capite pro-
babilis ignorantiæ tanquam forensis, quæ † restitutio ex 59
d. capite licèt numquam soleat denegari, vt satis abun-
dè demonstraui supra in annotat. ad decis. 3. in litera A.
atque in terminis de forense ob ignorantiam statutorum,
notatur in l. iubemus, Cod. de testament. in l. fin. ff. de
decret. ab Ordinar. facend. & in materia huius Statu-
ti Vrbis est magistralis decisio in Romana redditionis ratio-
nis 15. Martij 1599. coram bon. mem. Orano, sed quia igno-
rantia ad hunc effectum debet esse ex omni parte vincibi-
lis, † ac sine ruga, vt dixi in prædicta annotat. à num. 67. 60
quæ res videtur cessare in casu isto, quia ferè per totam
Italiam adsunt statuta † similia, quæ præscriptionem 30.
vel 40. annorum iuris communis redigunt ad breuiores
terminos, Barbat. cons. 16. num. 16. & 17. lib. 2. Odd. de
restit. in integr. quæst. 8. art. 12. num. 98.
A Rigorosa enim dispositione huius † Statuti Vrbis 62
de præscriptione sæpè receditur, ex præsumptione C
aliqua contraria præponderante, prout multoties rescripsit
Rota, & potissimum coram bon. mem. Card. Seraph. de-
cis. 692. num. 4. & decis. 696. num. 3. & coram bon. mem. De
Rubeis in causa Romana pecuniaria 30. Octobris, & 20.
Nouembris 1581. §. Quod autem in casu isto maior adsit ve-
risimilitudo, & per consequens magis præponderans præsum-
ptio, ac coram bon. mem. Vbaldo in causa Romana discus-
sionis de Ferratinis 29. Aprilis 1622. & coram eodem in
causa Romana pretij viridarij 11. Martij 1624. §. Nec di-
catur illud, vers. statutum non procedit, quando contraria
aliqua præsumptio præponderat, necnon coram bo. me. Piro-
uano in Romana Pecuniaria 8. Nouemb. 1624. & coram bo.
me. Coccino in Romana Palatij 30. Aprilis, & 17. Decembr.
1627. & coram clar. me. Merlino in Romana Pecuniaria 10.
Iunij 1624. coram eod. Pirouano in Romana dotis 14. De-
cembris 1635. §. Quia etsi statutum, vers. etenim admittit
præsumptionem contrariam præponderantem, &c. & recen-
tiùs in d. causa Rauennaten. Census 26. Aprilis 1641. coram
R. P. D. meo Bichio, §. Quare cùm allegauerit, vers. & ad
excludendam præscriptionem statutariam Vrbis sufficit con-
traria aliqua præsumptio, &c.
Indubitatum enim est dictum statutum Vrbis prohibe-
re creditum peri posse post † sexdecim annos, & hoc ea 62
de causa, quia præsumit illud iam fuisse solutum, ideò si
de medio tollatur talis præsumptio, sine dubio cessare
† debet talis præscriptio, cùm deficiat ratio, & mens 64
statuti, ita Roman. cons. 102. Cuman. cons. 91. num. 3. Paul.
de Castr. cons. 162. num. 1. lib. 1. Grat. cons. 41. num. 28. lib. 1.
Felin. in cap. vltim. num. 11. ext. de præscript. Zuccar. decis.
Lucen. 52. num. 8. vbi loquitur in terminis statuti Lucen.
præsumentis debiti solutionem factam fuisse intra de-
cem annos, quod talis præsumptio de medio tollatur
quan-

quando instrumentum debiti reperitur penes creditorem; quia solutio si facta fuisset apud eum non esset, vel reperiretur cancellatum, iuxta notata *in l. labeo, ff. de pact.* & in terminis statuti nostri, quod talis præsumptio solutionis elidatur, si contrarium appareat, censuit Rota *in d. Ianhen. seu Romana pecuniaria* 20. *Iunij* 1580. *coram Card. Lancell. in fin. vers. quia hoc statutum inducit præsumptionem solutionis, nisi contrarium probetur, &c. & decis.*764. *part.*4. *diuers. & in causa Romana rescissionis Laudi de Sacchettis* 21. *Iunij* 1591. *coram bo. me. Card. Mantic. est inter eius impress. decis.*151. *num.*6. *&* 7.

Prædictum statutum etiam cessare videmus, si allegetur
65 certus modus solutionis, † quia si ille non verificetur, prout est allegatus, tunc debitor non potest iuuari præsumptione alterius modi solutionis, vel præscriptione, vt in his terminis præscriptionis consuluit Paris. *cons.*27. *num.*119. *& cons.*114. *num.*11. *lib.*1. Castr. *cons.*423. *num.*2. *vers. quia loquuntur lib.*2. Aym. *cons.* 290. *sub num.*6. *vers. quia*
66 *talis*, vbi dicit rationem, quia † tunc cessat præsumptio resultans ex tempore, Honded. *cons.*82. *num.*49. *lib.*1. *cum alijs infinitis*.

In hac quoque materia singulariter notandum est, nul-
67 latenus d. Statutum Vrbis de præscriptione † perimere, vel suffocare actionem, vt clarum est, & dicitur hic in decisione circa finem, sed solùm, vt superiùs dixi, inducere præsumptam solutionem ex cursu temporis, quo stante, talis præsumptio penitùs excluditur in eo, qui numquam debi-
68 tum † extitisse contendit, cùm solutio supponat debitum, eiusque agnitionem inducat, Bart. *in l. cum fidem n.*1. *vers. & ideò puto*, & ibi etiam Bald. *C. de non numerat. pecun.* Speculat. *de emphyt. §. Nunc aliqua n.*53. Natta *consil.*77. *n.*7. Rota *coram bo. me. Reuerendiss. Manzanedo decis.*511. *n.*1. *in fin. part.*2. *recent.*

69 Ideò eo ipso, quod debitor à principio non † allegat solutionem, sed negat debitum, prorsus cessat d. Statutum, cùm talis negatio toto Cælo differat à solutione, text. *est expressus in l. assecuratio* 10. *C. de non numer. pecun.* & notat Io. Fabr. *instit. de literar. oblig. quæst.*8. Rimin. iun. *cons.* 272. *num.*16. *vers. secundo mouetur*, ac in puncto statuti Vrbis perpendit Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano in d. Rauennaten. Census* 26. *Nouemb.* 1639. *§. Nec dicatur quod hodie, vers. statutum Vrbis suffragari non potest, & coram R. P. D. meo Bicho in eadem causa sub die* 26. *Aprilis* 1641. *§. Quare cum Rauennæ, vers. non allegauit solutionem, sed negauit, &c.*

70 Nec obstat, vt ibi dicitur, quod reus † possit vtramque exceptionem opponere, quamuis inter se contrarias, scilicet negando debitum, & allegando solutionem, Bart. *in l. nemo* 22. *ff. de except.* Dec. *in cap. Pastoralis num.*58. *eod. tit.*

Quia respondetur, donec debitor secundam exceptio-
71 nem probet, viget contra † eumdem præsumptio oriens ex allegatione primæ exceptionis scilicet negationis debiti, si illam non probauerit, Salicet. *in l. etiam vers. secundo quæro, C. de execut.* Felin. *in cap. venerabilis num.*13. *ext. de*
72 *exception.* vnde si elidatur præsumptio solutionis † ex lapsu 16. annorum, aliunde est petenda probatio dictæ solutionis, cuius probandi onus incumbit excipienti, Dec. *in d. cap. pastoralis num.*55. Aym. *cons.*105. *num.*9. & addo aliam magistralem decisionem in hac materia *in d. causa Romana Pecuniaria* 20. *Octobris* 1581. *coram bon. mem. de Rubeis*, vbi debitor conuentus ad soluendum post tempus à statuto
73 præfixum, excepit † se nihil habere agere cum aduersario, ex qua responsione, si benè animaduertatur, necessarium sequitur argumentum quod non soluit, quia soluere est
74 aliquid agere, & † perinde est, ac si dixisset, numquam fuisse obligatum soluere, quare statuti dispositio penitus cessare debet, cùm simus extra mentem statuentium, nam in eo statuto de necessitate præsupponitur debitum, & sic nullo modo illud potest extendi, maximè cùm ma-
75 teria ista præscriptionis sit † odiosissima, iniquissima, & contra iustitiam, & æquitatem, vt infra dixi *in annot. ad decis.*20. *n.*12.

Nec quidquam releuat, cùm hoc statutum auferat fidem
76 libris, scripturis, &c. ac per consequens quis † post sexdecim annos non poterit docere, seu iustificare suum creditum, vt aduertit Rota *coram bo. mem. Buratt. decis.*98. *n.*3. *& ibi D. Ferentill. in litt. B.* & adde *decis. in Romana Pecuniaria* 5. *Maij* 1631. *coram bon. mem. Pirouano est decis.*345. *num.*3. *vers. cum tollat fidem quibuscumque scripturis, ex quibus creditum probari possit, part.*6. *recent.* tamen motiuum procederet, si intraret præsumptio solutionis, cùm statutum debeat intelligi in ista parte retentis † eisdem terminis, 77
satisque perspicuum est statutum nullatenus opitulari illis, qui omnes eius qualitates non iustificant, quoniam fundans se in statuto qualificato, vt eo iuuetur, debet probare
† interuentum dictarum qualitatum, Cassador. *decis.*10. *de* 78
rescript. cum alijs à Rota in causa Ferrarien. manutentionis 21. *Iunij* 1641. *coram bon. mem. Pirouano, §. alleganti statutum qualificatum incumbit onus probandi, & in causa Senogallien. supplementi legitimæ* 10. *Iunij eiusdem anni coram clar. mem. Merlino, §. Inniti non possunt d. statuto, nisi iustificatis requisitis, &c.*

Postremò respondetur ad illam oppositionem, de qua supra, scilicet, quod negans debitum non prohibeatur opponere exceptionem præscriptionis, & hoc ad notat. per Glos. *in l. non vtique, ff. de except. cum alijs supra allegatis*, quia licèt hoc sit verum, tamen nullatenus facit ad propositum, non enim negatur, quin reus possit allegare hanc solutionem, sed dicitur, quod non sufficit allegatio huius solutionis, † & si ipse intendat eam iustificare ex hac præsumpta 79
solutione statuti, respõdetur reum in vanum laborare, quia talis probatio habet in ventre defensionem, seu exceptionem, cùm admittat præsumptionem præponderantem non solutionis, quæ in hoc casu est, quia ipse debitoriam excepit, † se nihil habere agere cum aduersario, vt supra di- 80
ctum est, & sic negauit qualitates dicti statuti vnde non mirum, si ei statutum opem non ferat.

Adduco ad hoc illud simile de debitore, qui conuentus ad soluendum, si neget † se esse debitorem, & super debi- 81
to litiget, atque condemnatus sit ad soluendum, vt tunc non admittatur ad cessionis beneficium, quia à principio negauit medium, per quod † ad d. beneficium peruenitur, 82
quale est debitum; vnde meritò potest in carcerem detrudi, ibique detineri, si non sit soluendo, *l. qui cessit*, vbi Glos. Bart. Zasius, & Salicet. *ff. qui ced. poss.* Bald. *cons.*285. *n.*7. *vol.* 1. facit text. *in cap. Odoardus*, ibi, fatentur debitum, *ext. de solut.* Angel. Aret. *in §. fuerat, n.*5. *vers. quæro, quid si à principio negauit, &c.* & ibi Ias. *num.*16. *vers. septimo, suprascripta regula, instit. de action.* Neuizan. *cons.*59. *n.*8. Brun. à Sol. *quæst.*9. *num.*27. *& seq.* Brun. *de cession. bonor. quæst.*2. *per tot.* Henrich. Boich. *in cap. Odoardus num.*5. *de solut.* Carpan. *super statut. Mediolan. cap.*408. *nu.*89. *lib.*1. Maynard. *decis.*17. *per tot. lib.*4. Afflict. *decis.*296. *sub num.*1. *vers. negauit se esse debitorem*, & ideò non potest cedere bonis, Caroc. *in tractat. de excess. part.*2. *quæst.*69. *per totam*, vbi dicit hoc procedere etiamsi debitor non † negaret expresè, sed 83
tacitè, vt quia nec negat, nec fatetur, idem etiam tenet Carol. de Graff. *in tractat. de except. cap.*17. *num.*16. & plura deducit Hippolit. *in rubr. de fideiuss. num.*322. sentire etiam videtur Rot. *coram Fabio in Romana translationis pensionis* 26. *Octob.* est apud Put. *decis.*312. *lib.*3. *vers. debebat expresè fateri debitum sicuti dicimus † de eo, qui vult admitti ad be-* 84
neficium cessionis.

Supradictæ tamen conclusioni, quia plures Doctores recalcitrant, asserendo † contrariam opinionem esse verio- 85
rem, magisque æquam, vt pluribus relatis testatur Ægid. Boss. *in prax. crimin. tit. de carcerat. fideiuss. num.*26. & de sententia magis communiter approbata asserit Laurent. Kirchou. *de comm. opin. centur.*2. *conclus.*20. *sub num.*1.

Ideò fœdere distinctionis potest concludi concordia inter prædictos Doctores, scilicet † aut debitor iustam non 86
habebat causam denegandi debitum, & litigauit, tunc enim penitus indignus est beneficio cessionis, atque in hoc casu procedit prima opinio.

Aut verò iustam habebat causam denegandi debitum, & litigauit, ac tunc † quamuis sit condemnatus, non est 87
excludendus à beneficio cessionis, & hoc casu procedit secunda opinio; Quæ distinctio est valdè iuridica, & probabilis, vt post Salicet. & Bart. asserit Herman. Meyre *in tract. de pignor. & hypoth. & priuil. credit. tit. de his, qui bon. ced. poss.* 20. *sub num.*52. *vers. nisi debitor habeat iustam causam litigandi, &c.* Huic distinctioni se subscripsit Rota *coram Tholomeo decis.*841. *num.*1. *part.*3. *diuers.* vbi in terminis beneficij *cap. Odoardus de solut.* quod respectu clericorum est
† ac instar beneficij cessionis bonorum laicis concedi solitum, dicitur, *sub dict. num.* 1. ibi, *aut condemnatus habuit iustam causam litigandi, & tunc non est indignus de beneficijs, aut non † habuit, & est indignus, &c.* faciteque *decis.*118. *penes Mohed. aliàs* 2. *de solut.* & quod opi- 88 89

opinio ista transeat absque difficultate propter auctorita-
tem dictarum decisionum Rotæ Romanæ, admonet
Aloys. Ricc. *in prax. decis. 286. num. 1. part. 1.*
Quid autem sit statuendum, quando creditor petit à de-
90 bitore centum, & creditum est solum in † quinquaginta,
cùm tunc debitori licitum sit creditum in totum negare,
vt dicit Glos. *in cap. præsentium in verb. singillatim de test. in
6.* Barbos. *in l. eum qui temerè num. 141. ff. de iud.* sicuti dici-
91 mos etiam positionem in parte falsam, & in † parte ve-
ram, potest respondens impunè totam negare, Speculat. *in
tit. de position. §. 7. vers. vndecimo est considerandum, glos. in
cap. 1. in verb. rationabilib. de confess. in 6.* Bald. Iacob. Butr.
Castr. Angel. Aret. Salicet. Alex. Lanfranc. Alber. Pract. Pa-
pien. Dec. Crut. Alciat. & Bertan. quos cumulat Gabr. *de
expens. conclus. 2. in princ.* & post eum Surd. *decis. 68. nu. 3.*
vbi de communi, & veriori. Quid autem sit dicendum, si
92 prædictus debitor fuerit condemnatus ad † soluendum
partem debiti petiti, an audiatur, si velit cedere bonis, sed
ne longior sim videatur Zuccar. *decis. Lucen. 31.* Et rede-
undo ad statutum prædictum de præscriptione.
Pro fine illud tantùm subdam ad hoc vt dicta statutaria
præscriptio sibi vsurpet locum, necesse esse, totum tempus
93 sexdecim annorum vsque ad † vltimam diem, & horam
esse lapsum, cùm in hac odiosa materia præscriptionis ces-
set illa vulgaris regula, scilicet actum de proximo com-
94 plendum haberi pro completo, ac plura dixi infra in anno-
tat. *ad decis. 20. num. 12.* & in puncto huius statuti fuit re-
solutum *in causa Romana fructuum dotis 10. Iunij 1626. co-
ram bon. mem. Remboldo, §. Non sunt lapsi sexdecim
anni, &c.* & melius fuit dictum *in causa Romana pretij
viridarij 19. Iunij 1623. coram bon. mem. Francisco Vbaldo,*
& iterum *in eadem causa sub die 10. Iunij 1624. coram eo-
95 dem,* vbi deficiebant † tantum tres menses ad implendum
cursum sexdecim annorum, ibique Rota respondit sat esse
si deficeret vna dies, ad hoc vt cessaret talis præscriptio.
Et etiam in fine *d. decis.* additur præsens hoc statutum Vr-
96 bis non intrare † seu non currere talem statutariam præ-
scriptionem contra fideiussores, vel eius hæredes, Bou.
super isto statut. glos. 19. nu. 239. Achil. *decis. 1. de præscript.*
& fuit responsum *in causa Romana Pecuniaria 22. Iunij
1615. coram bon. memor. Dunozett.* & adde *decisionem in
causa Romana Saluiani interdicti 22. Martij 1599. coram
bon. mem. Pena, est decis. 601. num. 10.* inter eius à me im-
primen. & deinde idem fuit resolutum *in causa Firmana
Pecuniaria 10. Decembris 1618. coram bon. mem. Remboldo,*
quæ conclusio, qualiter intelligenda veniat, adest decisio
*in causa Romana Pecuniaria 5. Maij 1631. coram bo. me. Pi-
rouano, est decis. 345. part. 6. recent. per tot.*
An autem rigor huius statuti Vrbis de præscriptione
euitetur ex sola præsumptione compensationis, si intra
97 tempus sexdecim annorum debitor † efficiatur creditor
primi creditoris, an ipso iure ad euitandum cursum præ-
scriptionis, præsumatur facta compensatio, ne hic abu-
tar lectorum humanitate, ideò alibi in hoc puncto, cùm
plura notanda veniant, ideò latè rationibus, & auctori-
tatibus cumulatis, dicam, *in tom. 4. decisionum Rotæ Ro-
manæ à me selecţ. in causa Romana cambij 27. Martij 1620.
coram bon. mem. Card. Sacrato in Annot.*
Restat, vt hic afferam dictum statutum Vrbis circa præ-
scriptionem cessare, ex recognitione debiti facta intra tem-
98 pus 16. annorum à debitore, cùm ea recognitio † inter-
rumpat cursum præscriptioni, *l. cum acutissimi 7. §. imo,
vers. & si quis debitorum,* vbi Bald. *in princ. de præscript.
triginta ann.* idem Bald. *in leg. 1. col. 6. circa med. ibique ad-
dent. in verb. interrupit, Cod. de furt. & seru. fugit.* Alexand.
cons. 81. col. penult. ad med. vers. secundo respondeo, num. 14.
vbi Natta *in addition. in verb. interrupta præscriptio lib. 6.*
idem Natta *consil. 402. n. 64.* vbi allegat Aretin. *in l. si credi-
tori col. 2. penult. de legat. & probat.* Math. Coler. *in repetit.
cap. illud n. 18. & 19. de præscript.* ac in terminis præscriptio-
nis statuti Vrbis *lib. 1. cap. 158.* loquitur Stephan. Grattian.
discept. forens. cap. 994. num. 10. & adde id faciliùs procede-
re, quando adest solutio partis debiti, vel fructuum, quia
tunc sine dubio prosternitur præscriptio, vt per Foller. *in
prax. censual. verb. huiusmodi num. 93. fol. 181.* Natt. *d. cons.
402. sub num. 64.* responditque Rota *in causa Romana dotis,
& legati 13. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Reuerendiss. Pa-
triarcha Manzanedo,* & recentiùs *in causa Ciuitatis Ca-
stelli Saluiani 18. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Roias
§. Nec ex eo, quod dictus Floridus, vers. per solutionem
partis fructuum interrupta fuit talis præscriptio, &c.*
Est sub die 14. Ianuarij 1575. coram bon. mem. Reueren- D
*diss. Robusterio Episcopo Oriolen. & impressam habes in 1.
part. diuers. decis. 86.*
VTrum autem in terminis præsentis statuti Vrbis circa E
præscriptionem, &c. sit necessaria bona fides, necne,
non parum anceps est, sed sine scrupulo affirmandum † ve- 99
nit esse necessariam, aliàs de validitate similium statuto-
rum valdè quidem esset dubitandum; & quamuis plures
Doctores scientia, auctoritateque summi teneant, & affir-
ment similia statuta, tanquam fundata in præsumptione
† solutionis procedere, & sustineri, etiam stante mala 100
fide debitoris, inter quos adest Glos. Bart. Bald. Angel. Ca-
stren. Iason. Cuman. Guidopap. Aretin. Corn. Felin. Rip. &
Barbat. quos refert Bou. *super hoc statut Vrb. lib. 1. cap. 158.
glos. 1. n. 12. & 18.* vbi dicit hanc esse veriorem opinionem,
subdens non considerari in istis terminis bona, vel mala
fides, & addo Bertaz. *cons. ciuil. 118. n. 29.* vbi post Castren.
in l. hæc autem iura in princ. ff. de seruitut. vrb. præd. ait hanc
opinionem † esse veram sicut Euangelium. 101
Tamen salua eorum pace, falluntur, quidem egregiè,
nam contraria opinio est verior, & magis communis, &
quod † plus est saluti animarum magis amica, prout per- 102
pendit, & resoluit Senatus Mantuanus penes Surd. *decis.
158. sub n. 5. vers. Alia tamen opinio fuit verior, &c.* & hanc
sententiam in istis terminis esse necessariam bonam fidem
tenet Rota, vt infra probabo; sic etiam consulti responde-
runt Paris. *cons. 20. n. 28. & cons. 87. num. 12. & 13. vol. 1.* Si-
mon. de Pret. *cons. 3. n. 31.* Nott. *cons. 84. n. 8.* Bursatt. *cons.
217. n. 1.* vbi de cõmuni opinione restatur Abb. *cons. 77. col.
4. lib. 2* Corn. *cons. 277. vers. his minime vol. 4.* Alexand. *cons.
99. n. 8. lib. 4.* Riminal. Iun. *cons. 37. n. 68. lib. 1.* Cephal. *cons.
316. num. 6.* Rolan. à Vall. *cons. 6. num. 41. & seq. vol. 3.* idem
etiam senserunt Balb. *in tractat. de præscript. in quæst. 14. 2.
part. 3. part. princ.* Ioan. Baptist. Villalob. *de comm. opin. in
verb. præscript.* Cyriac. *controuers. 321. n. 50. lib. 2.* Stephan.
Grattian. *controuers. forens. cap. 994. num. 4. & seq.*
Et pro confutatione contrariæ opinionis, adduco illud
satis allegatum, & omnibus obuium, quod nulla reperi-
tur præscriptio, quæ cum malâ fide † currere possit, quid- 103
quid sit de iure Cæsareo, tamen hoc est perpetuum de iure
Pontificio, quod in hac materia concernente peccatum,
vbi etiam † in terris Imperij seruandum venit, iuxta do- 104
ctrinam Bart. *in l. priuilegia, Cod. de sacrosanct. Eccles.*
& habetur *in cap. Ecclesia S. Mariæ extra. de constitut.*
Vnde hodie omnes leges ciuiles loquentes de præscriptio-
ne, sunt correctæ per Ius Canonicum, Alexand. *consil.
51. num. 6. lib. 5.* cum alijs allegatis à Cephal. *consil. 102.
num. 19. & 20.* & testatur de communi, & sic *leg. omnes,
& leg. sicut, Cod. de præscript. 30. ann.* sunt correctæ quoad
malam fidem.
Quod enim de iure canonico in omni præscriptione
abesse debeat mala fides, sic clarè cantat text. *in cap. pos-
sessor 2. de regul. iur. in 6.* ibi, possessor malæ † fidei vllo 105
vnquam tempore non præscribit, & hoc etiam constat ex
Canone Lateranensi sub Innocentio III. edito, & regi-
stratum habetur *in cap. quoniam 20. & vltim. de præscript.*
ibi, nulla † valeat absque bona fide præscriptio, &c. cum 106
enim isti text. vtantur vniuersali negatiua, certè imagi-
nabiles omnes modos præscriptionis amplectuntur, nam
vniuersalis negatiua omnes alios modos excludit, & tan-
quam † inexorabilis omnia mordicè negat, & vti 107
surda neminem audit, facit text. *in l. fin. ff. de liber.
& posthum.*
Etenim nec ipsa potentissima præscriptio immemora-
bilis, quæ potest, † quantum ipsemet Cæsar cum cau- 108
sa, & dicitur patrona omnium rerum, non est immu-
nis ab isto requisito, quidquid, sed inane dixerunt Salicet.
in leg. 2. num. 8. C. de seruit. & aqua, Decius *consil. 496. n. 5.
& cons. 638. & in leg. traditionibus num. 2. Cod. de pact.* Boer.
decis. 39. num. 7. quia contraria opinio est receptior, & ma-
gis substentabilis, quæ optimè † & communi consensu 109
colligitur ex text. *in d. cap. quoniam,* & de hoc communi in-
tellectu testatur Molin. *de primogenitur. Hispan. lib. 3. cap. 6.
num. 67. vers. præscriptio, etiam immemorabilis sine bona fide
proculdubio non procedit.*
Ea enim est natura malæ fidei † maculare omnem 110
præscriptionem, & tanquam fulgur quidquid inuenit,
omne in oppositum ducit, & hoc ea de causa, vt piè, &
sanctè homines in hoc sæculo viuant, & in terminis istis
immi-

111 immemorabilis præscriptionis † hanc opinionem etiam
retinuit Rota, & potissimum habetur in causa Burgen.
emolumentorum sigilli 6. Februarij 1589. coram bon. memor.
Penia, est decis. 9. inter eius à me imprimend. num. 38. vers.
etiam immemorabilis, nullaque currit præscriptio sine bona
fide, &c. & recentius fuit dictum in causa Cracouien. iuris
legendi 30. Maij 1629. coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo,
est decisio 265. num. 17. par. 5. recent. aliàs tom. 5. à me
select.

112 Nec aliquid referret, † etiamsi præscriptio esset mille,
vel plus annorum, vt inquit Butr. in cap. peruenit, de cen-
sib. Paris. consil. 27. num. 119. lib. 1. & dixit Rota in causa
Colonien. bonorum 26. Ianuarij 1637. coram Eminentissimo
Domino Cardinali Panzirolo.

At in nostris terminis, quòd in præscriptionibus statu-
113 tarijs † requiratur bona fides, quamuis in statutis nulla
mentio fiat de dicta bona fide, constanter tenet Rota,
& præsertim in causa Recanaten. Pecuniaria 27. Iunij 1576.
coram bon. memor. Robusterie, & in causa Auximana tutelæ
23. Ianuarij 1585. coram bon. mem. Gypsio, vbi de commu-
ni opinione testatur, & in fine subdit plures fuisse
iudicatum contra Castrens. in l. sequitur, §. si viam, ff. si v-
114 sucap. dum ibi contrarium † sentit, licèt eius doctrinam
communem dicat Gabr. de præscript. conclus. 4. num. 4. & se-
cundùm supradictam opinionem ita pariter anteà respon-
dit Rota coram bon mem. Card. Seraph. in altera Auxima-
na dotis 22. Iunij 1583. est decisio 614. num. 4. inter eius im-
press. & in puncto præsentis statuti Vrbis, fuit resolutum
in causa Romana Canonum 15. Aprilis 1622. coram bon.
mem. Francisce Vbalde, §. Quod verò pertinet, vers. & hoc
statutum Vrbis, nec etiam procedit cum mala fide, &c. in
Romana Palatii 31. Ianuarii 1624. coram bon. mem. Rem-
boldo, §. Nec obstat allegata præscriptio statutaria, versic.
fuerunt in mala fide, &c. & in causa Romana pecuniaria
10. Iunij 1624. coram clar. mem. Merlino.

Attamen illud verum est, quòd in casu huius statuti
115 debitor releuatur ab onerosa † prouincia probandi se non
fuisse in mala fide, quia tota vis præsentis statuti consistit
in præsumptione solutionis, quæ quidem præsumptio va-
116 lens est, † vt in dubio remoueatur mala fides in debito-
re, prout considerauit Rota in causa Romana pecuniaria
20. Nouembris 1609. coram bon. mem. Card. Sacrato, vers.
stante huiusmodi præsumptione solutionis, cessat mala fides
117 solutionis. Quare creditor, † qui post sexdecim annos
petere neglexit suum creditum, concludenter probare
debet malam fidem debitoris, vt asserit Rota in d. Romana
pecuniaria 10. Iunii 1624. coram Merlino.

118 Nam in debitore præsumenda non est † mens corrupta,
anteaquam enim ipse non est in mora soluendi, non po-
test dici nolle soluere, & sic, quod habeat malam fidem,
119 ideòque dicto tempore præscribit, nam tunc ipse † non
est in mala fide, prout est ille, qui non vult soluere,
imò præsumitur, quod sit ad soluendum paratus, si fuerit
requisitus, Corn. cons. 277. sub num. 3. vers. in casu itaque
in quo debitor non est interpellatus, &c. lib. 4. & pulchrè Ce-
phal. cons. 240. num. 18. & considerauit Rota in causa Bono-
nien. fructuum de Gozadinis 17. Februarii 1620. coram bon.
mem. Remboldo, vbi dicitur, quod si debitor ad soluen-
120 dum non fuerit † interpellatus, non per eum, sed per cre-
ditorem videtur stetisse, quin non soluerit.

Si enim non præcessit petitio, non potest dici, quod se-
121 cuta fuerit petitionis † negatio, cùm non entis nullæ sint
qualitates, l. eius, qui in prouincia, in fin. ff. si cert. pet. l. si ser-
uum §. si modus, ff. de action. empt. vbi autem nulla est petitio,
122 ibi, † nulla mora intelligi potest, leg. ff. de reg. iur. leg. pupil-
lus, vers. nulla enim intelligitur mora, ff. de verbor. obli-
gat. & ratiocinata est Rota in causa Auenionen. vsusfru-
ctus 13. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio, §. Hinc pa-
tet non subsistere, vers. vbi autem nulla est petitio, ibi nulla
123 mora, &c. Constat enim, quod † debitor non moro-
sus, si non soluat (quando tamen creditor scit suum
creditum) iustè rem debitam retinere posse, quia nec iu-
124 re ciuili, nec iure canonico, nec in foro conscientiæ † te-
netur debitor, creditore tacente, soluere debitum, ex re-
latis à Cuman. in cons. 68. sub n. 6. vers. debitor non morosus
non soluens, &c.

125 Vnde nec tenetur de † interitu speciei, leg. quod te, ff.
si cert. petat. leg. si ex legati, ff. de verbor. obligat. nec ad inte-
resse etiam damni, vt notatur in l. 1. C. de summ. Tri-
nitat. & probatur ex l. fideiussor obligare, §. fin. ff.
de fideiuss. & ex l. si genum, ff. de pecun. leg.

Quando enim † creditor est negligens in petendo cre- 126
ditum, si aliquid aduersi ei contingat, cùm se iugulet
proprio gladio, id sibi imputet. Hinc etiam receptum in
iure est in casu, quo creditor fuit negligens in petendo
suum creditum, dum debitor erat idoneus, & soluendo,
non potest † eo decocto molestare tertios possessores, vt 127
tradunt Marsil. singul. 360. num. 5. Marcabrunus cons. 82.
num. 3. cum seq. Foller. in tractat. de censib. in verb. huius-
modi census, vers. putarem tamen, &c. Amadeus de
Pont. in tractat. Laudem. 43. colum. penult. in verb. quibus
etiam casibus, & probauit Rota Bononien. apud Barz.
decis. 72. per tot. & Rot. Luc. teste Octauian. Zuccar. decis.
66. num. 29.

Videamus quoque, quando creditor est administrator
bonorum debitoris, si sibi non soluat, prout † de iure 128
tenetur, & infra dicam, cùm ipse sit in culpa, & adsit ne-
gligentia, non potest deinde debitore effecto non soluen-
do agere contra fideiussores, vt fuit consideratum in
causa Eugubina dotis 9. Maii 1642. coram R. P. D. meo
Rotas §. Et demum, versic. creditorum negligentia, & culpa
non debet præiudicare fideiussoribus &c.

Sicuti etiam dicimus de tutoribus, seu alijs administra-
toribus, qui si tempore debito non exegerint † credita, 129
itaque postea debitores efficiantur non soluendo, ipsi ad-
ministratores teneantur de neglectis, & non exactis, vt la-
tè probat Borgnin. Caualcan. decis. 39. num. 24. & 33. & seq.
par. 1. & præter ibi relatos adde Hector. Felic. allegat. 150.
num. 20. part. 1.

Sed loquendo ad propositum nostrum, si debitor reti-
nendo debitum, sibi a creditore non petitum non peccat,
vt dixi, sic nec peccat vtendo beneficio † præsumptionis si- 130
bi à lege, vel statuto indulto, ipse enim non est in culpa,
& præscribendo non est in mala fide, eo quia potuit † co- 131
gitare, creditorem voluisse donare, vel relaxare, dum
animaduertit, quod creditor non facit illud, quod tam
anxiè fieri solet per creditores, & sic ea causa imaginata
sufficit, vt excludatur mala fides, cum in præscriptione
quælibet causa etiam † colorata valens est tollere malam 132
malam fidem, vt dixit Rota in causa Romana vineæ
Maii 1626. coram clar. me. Merlino est decis. 11. num. 10.
tom. 1. à me select. aliàs part. 5. recent. & recentius fuit ani-
maduersum in causa Romana diuisionis 15. Iunii 1640.
coram Reuer. P. D. meo Bichio, §. Nec desunt alia requisi-
ta, vers. qualibet causa etiam colorata excludit malam
fidem, &c.

Intellige tamen supradicta procedere, quando dies so-
lutioni debiti non est appositus, secus verò si † dies obli- 133
gationi, seu solutioni debiti repertatur expressus, tunc
enim adueniente dicto tempore, cùm ab eodem, sit debi-
tor interpellatus, ideò non requiritur alia interpellatio cre-
ditoris, certus enim non est amplius certificandus, & sic
non soluendo dicitur esse in mora, ac etiam in mala fide,
quæ valens est infringere, & † in oppositum ducere 134
quamlibet præscriptionem ex dictis supra num. 103. &
prædictæ distinctioni dotem non incongruam assignabo
in annotat. ad dict. decis. in causa Romana Canonum 15.
Aprilis 1622. coram Vbald. erit in 4. tom. decis. Rot. Rom.
à me select.

Hic verò pro fine ampliari potest, quod dixi de præsum-
ptione bonæ fidei in debitore non moroso præscribente,
vt multo magis ea præsumptio † intret, quando creditor 135
potuit sibi satisfacere, veluti, quia creditor erat admini-
strator rerum debitoris, quia tunc absque scrupulo intrat
præsumptio satisfactionis, iuxta text. in leg. debitor. ff. de
negot. gest. & in leg. si damnum, §. peculium, ff. de pecul. Ex
hoc enim non parum roboratur bona fides † debitoris, 136
qui se fundat in præscriptione, vt aduertit Abb. in cons. 48.
num. 3. volum. 1. & in puncto huius statuti Vrbis de præ-
scriptione debiti, ratiocinata est Rota in causa Sulmonen.
Pecuniaria 10. Iunii 1624. coram bon. me. Reuer. Archiepis-
copo Dunozetto.

Nam & veritas est hoc casu, ipsum creditorem si sibi
non soluerit, fuisse † in culpa, quia cùm esset administra- 137
tor, sibi imputet, dum tamdiu non curauit vt satisfacere-
tur de suo credito, sicuti tenebatur iuxta text. in leg. quo-
ties, ff. de administrat. tutel. & in dict. leg. debitor, ff. de
negot. gest. Barz. decis. Bononien. 72. num. 21. & 22. Bald.
cons. 86. circa finem, vers. hic autem lib. 2. Grat. disceptat.
129. num. 22. aduertitque Rota in dict. causa Eugubina do-
tis

tis 9. Maij 1642. coram R. P. D. meo Royas, §. Et demum, vers. benè intrare præsumptionem satisfactionis de credito, quia de iure tenebatur sibi soluere, cùm esset administrator, &c. cum alijs allegatis in causa Fanen. Pradij 17. Martij 1642. coram R.P.D. meo Cerro, & in Recanaten. Manutentionis 2. Iunij eiusdem anni coram eodem.

Iuris enim præsumptio stat, quod administrator de suo credito dum administrationem gessit voluerit sibi sa-
138 tisfacere, & satisfecerit, *l. sed etsi damnum, §. prætereà id etiam, vers. nam vt eleganter*, vbi notat Angel. *ff. de pecul.* Afflict. *decis. 13. num. 16. & 18.* Rot. *decis. 451. num. 3. coram bon. mem. Card. Verospio par. 1. recent. & decis. 171. nu. 1. & 453. num. 3. coram bon. mem. Card. Caual.* Quæ præsumptio faciliùs intrat, quando sumus in persona diligenti, & soli-
139 citè † curanti exigere iura sua, ex allegatis *in Romana Administrationis 2. Aprilis 1590. coram bon. mem. Penia, est decis. 78. num. 3. inter eius à me imprimend.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. PAMPHILIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Placentina Euictionis.

Luna 16, Ianuarii 1589.

ARGVMENTVM.

Euictione sequuta, quòd tempus debeat considerari quando agitur ad duplum, & quando agitur ad valorem rei venditæ, & quando agitur ad interesse extrinsecum.

SVMMARIVM.

Euictione sequuta si agatur ad duplum actione ex stipulatu, attenditur tempus venditionis, non autem tempus euictionis, num. 1.

Euictio tunc dicitur sequuta, quando res fuit purè, & simpliciter euicta, num. 1.

Euictione sequuta venditor potest condemnari ad valorem rei vendita de tempore euictionis, siue agatur de euictione actione ex empto, siue actione ex stipulatu pro damnis, & interesse in specie promissis, num. 1.

Clausula in fine posita ad omnia refertur, num. 2.

Euictione sequuta interesse extrinsecum non potest peti actione ex stipulatu vltra duplum, quando venditor vitium rei ignorauit, num. 3. Vbi quod id non procedit quando damna, & interesse sunt in specie promissa, & num. 4. vbi quod regula habet locum solum in casu, in quo res creuit in tali summa, quæ fuit à partibus penitus incogitata.

Melioramenta necessaria non possunt dici partibus incogitata, secus voluptaria, num. 4.

Euictione sequuta emptor appellare tenetur, num. 5.

Fructus etiam bona fide percepti compensantur cum melioramentis, num. 6.

Interesse quanti plurimi crescit vsque ad effectualem satisfactionem, num. 7.

DECISIO VII.

1 DOmini omisso tempore factæ diuisionis de anno 1547. quòd tantùm attenditur, quando agitur actione ex stipulatu ad duplum, *l. bonitatis*, vbi Salicet. *de euiction.* qui non est casus noster, distinxerunt duo tempora, alterum quando prædium fuit euictum, quod dixerunt esse de anno 1585. quando per Reuer. Patrem Dominum meum Seraphinum fuit plenariè executioni mandata sententia per Vicarium Papiensem contra Dominos de Puteobonellis lata, non autem de anno 1580. quo fuit relaxata possessio Illustriss. D. Cardinali Albano, data cautione de restituendo in euentum succumbentię, quia attenditur tempus puræ, & simplicis euictionis, *l. si seruus, & leg. habere licere, cum ibi not. ff. de euict.*

2 Et quoad huiusmodi tempus Domini sine difficultate resoluerunt Pretiosam potuisse condemnari ad valorem tenutæ de tempore euictionis, quod semper attenditur, siue agatur de euictione actione ex empto, *l. euicta re, de euict.* Bart. *in l. Titius cum decederet num. 4. ff. de action. empt.* Salycet. *in dict. l. bonitatis*, siue agatur actione ex stipulatu pro damnis, & interesse in speciem promissia, vt fuit resolutum in causa Romana Casalis Palazetti de mense Ianuarij anni præteriti coram R.P.D. Oriolensi, prout agunt Domini de Puteobonellis, qui nedum nituntur actione de euictione debita ex natura contractus diuisionis, sed etiam speciali pacto, & promissione damnorum, & interesse, vt patet ex illa clausula posita in fine diuisionis, quam non est dubium ad omnia referri, cùm sit in fine posita, *vulg. l. talis scriptura, ff. de leg. 1.* & sit concepta per verba vniuersalia, videlicet, *& hæc omnia, &c. l. Iulianus, de leg. 1. cum vulg.*

Neque obstare, quòd huiusmodi interesse cùm sit extrinsecum, proueniens ratione melioramentorum, non possit exigi vltra duplum à d. Pretiosa, quæ ignorauit vitium rei, iuxta text. *in l. Titius cum decederet, circ. fin. vers. de sumpt. cum l. seqq. de action. empt.* Bart. *in l. 1. sub num. 19. C. de sent. quæ pro eo quod interest*, cum alijs allegatis, quia non procedit, vbi damna, & interesse sunt in specie promissa, quo casu exigitur etiam vltra duplum, vt tradit *gloss. 5. in dict. l. 1. in verb. dupli*, quam sequuntur ibi Doctores communiter, Bart. *num. 27.* cum alijs, de quibus ibi per Rebuff. *num. 407.* & Cagn. *num. 108.* qui testatur de communi, & tenuit Rota *in d. causa Romana Casalis Palazetti.* 3

Præsertim in hoc casu, vbi ex natura contractus conductionis rei ecclesiasticæ melioramenta fieri debebant, maximè cùm de tempore alienationis prędium esset incultum, & in tali statu, vt melioramenta essent omninò necessaria, & à partibus cogitata, non autem voluptaria, & inescogitata, vt loquitur text. *in d. l. Titius*, qui procedit in casu speciali, quando facto emptoris res creuit in tali summa, quæ à partibus fuit penitus incogitata, & declarant ibi Doctores, *& in d. l. 1.* & fuit dictum in dicta causa Romana Casalis. 4

Quod dicitur pro rata melioramentorum in tenuta factorum, ob quæ creuit valor illius, Pretiosam non potuisse condemnari, ex quo culpa Dominorum de Puteobonellis, qui sententiam acceptarunt, non fuerunt recuperata ab Illustriss. Domino Cardinali Albano, Angel. *in l. Herennius, §. Caia, in fin. de euict.* tollitur ex facto, quia nulla potest culpa imputari Dominis de Puteobonellis, quos apud Dominos notissimum est adhibuisse exactissimam diligentiam in deducendo iura sibi competentia tam ratione melioramentorum, quàm omni alia de causa aduersus Illustriss. Dominum Cardinalem. 5

Et eò magis, quia in omnem euentum fuissent compensata cum fructibus consumptis etiam bona fide, qui licèt peti non potuissent, propter bonam fidem Dominorum de Puteobonellis, compensantur tamen cum melioramentis, *l. sumptus, & l. emptor, cum ibi not. ff. de rei vend.* Neguf. *de pign. 4. membr. 5. par. princip. num. 12.* Couarru. *variarum resolut. lib. 2. cap. 3. num. 3. vers. quo fit, & cap. 8. num. 4. vers. quia igitur*, Put. *decis. 176. in vna Romana duorum Gallorum lib. 3.* & dato particulari dubio fuit resolutum in causa principali contra Dominos de Puteobonellis die 28. Maij 1586. coram R.P.D. meo Blanchetto. 6

Alterum verò tempus considerabant Domini ab euictione vsque ad ipsam illam effectualem solemnitatem, in quo licèt Domini non dubitent, quòd stante promissione damnorum, & interesse, Pretiosa ad illam, & pro hoc tempore teneatur: tamen quia aliqui ex Dominis putabant huiusmodi interesse satis esse iustificatum, ex eo quod cùm res creuerit vsque ad satisfactionem, satis appareat, tanti interesse si res non fuisset euicta, quanti valet vsque ad effectualem euictionem, vt tradunt Doctores *in l. vinum*, vbi Castr. *num. 11.* Paul. de Mont. Pic. qui testatur de communi *num. 22. ff. si cert. pet.* Paris. *consil. 87. num. 20. lib. 4.* Aliqui verò putabant huiusmodi damna, & interesse posteà passa aliundè esse iustificanda, iuxta requisita per Castren. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* poterit tamen si opus erit, hoc particulariter videri. 7

R. P. D. MANTICA,

posteà S. R. E. Cardinale.

Romana Domus in Burgo.

Veneris 21. Aprilis 1589.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis censetur probata ex solutionibus factis in causam emphyteusis, spatio longissi-

mi

mi temporis, accedentibus præsertim adminiculis, de quibus in hac decisione.

S V M M A R I V M.

Emphyteusis probatur ex solutionibus factis in causam emphyteusis, num. 1. & 2. in fine.
Emphyteusis contractus requirit scripturam de iure, secus de consuetudine, num. 2. Vbi tamen quod sufficit per scripturam apparere solutiones factas ex causa emphyteusis.
Emphytensis censetur probata ex solutione in causam emphyteusis lapsu longissimi temporis, concurrentibus adminiculis, de quibus num. 3.
Assertio eorum, qui possunt disponere, habet vim noua dispositionis, num. 3. vers. secundum.
Confessionis nulla maior probatio, diciturque maior quolibet publico instrumento, n. 3. in fin.

D E C I S I O VIII.

1 FVit conclusum ex solutionibus longissimo tempore factis, tanquam ab emphyteuta, legitimè constare de concessione in emphyteusim; quia talis præsumitur concessio, qualis apparet solutio, Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 169. vers. 142.* Bald. *in l. cum de in rem verso, in secunda lect. in fine. ff. de vsur. & in l. si certis annis, numero 8. in fine, & 9. C. de pact.* quod dicit notandum esse pro iis, qui perdiderunt instrumenta emphyteotica, & sequitur Dec. *in cons. 146. sub num. 2.* Grat. *cons. 76. num. 25. lib. 1.*

2 Neque obstat, quòd emphyteusis debeat probari per scripturam, quæ est de substantia contractus. *l. 1. & ibi gl. in ver. Alienationis, C. de iure emphyt.* Alex. *cons. 50. num. 3. & 4. lib. 5.* qui dicit hanc esse communem opinionem. Quia respondetur primò, quod licèt de iure scriptura sit necessaria, tamen dubium est, an ex consuetudine requiratur, quia plerique attestantur, eam non esse necessariam, Bart. *in l. 1. num. 6. in fin. C. de iur. emphyt.* Roman. *cons. 103 num. 5. in fin.* Corn. *cons. 187. num. 9. lib. 1.* Soc. sen. *cons. 1 0. num. 24. lib. 4.* Paris. *cons. 77. num. 16 lib. 3.* Rolan. *cons. 87. num. 10. lib. 1.* Secundò respondetur, quòd licèt scriptura sit necessaria, tamen satis est, quòd per scripturam appareant solutiones: quia quando consequens probatur per eandem scripturam, *l. quicunque, C. de apoch. lib. 10.* Et ita in terminis consuluit Bald. *in cons. 116 num. 2. lib. 1.* qui etiam subiungit præsumptionem *d. l. cum de in rem verso, ff. de vsur.* haberi pro scriptura, & ita tenet etiam Ctau. *in tract. de antiq. temp. part. 3. n. 40.* Et sicuti emphyteusis præsumitur in præiudicium soluentis, ut is, cui soluit, intelligatur esse dominus directus; ita etiam præsumitur ad commodum ipsius soluentis, vt intelligitur ei acquisitum dominium utile, Bal. *in cons. 24. num. 1. lib. 4.* Salic. *in d. l. cum de in rem verso, num. 12. vers. quære 6. ff. de vsur.*

3 Quod Domini censuerunt in casu proposito multo facilius esse recipiendum, quia cum lapsu longissimi temporis plura concurrunt adminicula, ita ut plenè res sit indubitata. Primum est, quia extat instrumentum affrancationis, in quo fit mentio de hujusmodi concessione facta in emphyteusim cum ratificatione, quod inter contrahentes plenam facit fidem, & probationem, *l. optimam, C. de contr. & com. stipulat.* Secundum extat supplicatio si in euidentem porrecta summo Pontifici, & obtenta ab administratoribus hospitalis, in qua etiam narratur ista concessio in emphyteusim. Et quidem assertio eorum, qui possunt disponere, habet vim nouæ dispositionis, Dec. *cons. 63. sub n. 4. vers. Nec obstare, & num. 6. vers. Nec obstat.* Tertium concurrit confessio ipsius hospitalis facta in positionibus, in quibus ponitur etiam hujusmodi concessio in emphyteusim, & nulla est maior probatio, quàm partis aduersæ confessio, *l. generaliter. C. de reb. cred. l. vlt. C. de fideicom. l. 1. C. de confess.* Alex. *cons. 34. num. 3. lib. 3. & cons. 127. num. 2. lib. 4.* Soc. iun. *cons. 5. num. 4. & 5. lib. 3.* Vnde etiam confessio dicitur esse maior quolibet publico instrumento, & quibuscunque testium depositionibus, Bald. *cons. 192. num. 8. vers. Veruntamen. lib. 2.* & quidem ita habet vim scripturæ, ut in casibus, & in quibus requiritur scriptura, sufficiat prolatio per confessionem. *l. cum te, & ibi not.* Dec. *num. 7. cum seqq. C. de transact.* & sequitur Crauett. *in cons. 61. n. 3.*

Neque obstat, quòd huiusmodi concessio non videatur esse solemnis, neque cesserit in vtilitatem Ecclesiæ, quia Domini dixerunt non esse præsentis stipulationis, sed in alia disputatione videndum esse. 4

R. P. D. C O M I T V L O.

Romana pecuniaria 1950. ducat.

Veneris 15. Maij 1589.

A R G V M E N T V M.

Cessio facta ex causa præsumitur simulata, si de veritate causæ aliter non constet, quàm per confessionem cedentis, & plura alia de simulatione cessionis, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Cessio facta ex causa præsumitur simulata, si de veritate causa aliter non constet, quam per confessionem cedentis.*
2 *Liber mercatorum non facit fidem contra tertium.*
Cessio est nulla, quando non constat de debito cesso, ibid. in fin. & num. 5. Vbi quod isto casu debitum cessum debet esse indubitatum.
3 *Instrumentum publicum inducit manifestam probationem.*
Confessio relatiua non probat contra confitentem, nisi constet de relate, ibid.
Liber mercatoris non probat numerationem pecuniarum factam alicui præsenti, si aliunde constat illum, cui dicitur numeratam pecuniam, eo tempore fuisse absentem, num. 3. ad fin.
5 *Simulationis exceptio non tollitur per iuramentum.*
Mercator præsertim decoctioni proximus non præsumitur gratis mutuare pecuniæ quantitatem, ibid. in fin.

D E C I S I O IX.

FVit concorditer resolutum cessionem per D. Macasassum factam Octauio contra Balduinum esse simulatam, & nullam, A, vt ex ea agi non possit. Nam cessio facta ex causa, nisi de veritate causæ aliter non constet, quàm per confessionem cedentis, præsumitur simulata, *l. per diuers.* vbi Bart. *num. 11. & leg. ab Anastasio, vers. re ipsa persolut. C. mand.* Salyc. *l. 2. col. vlt. C. ne lic. potent.* Soccin. *consil. 18. num. 10. lib. 1.* Rom. *consil. 86. num. 9.* Soccin. ion. *de com. consil. 97. nu. 70. lib. 2.* Add. *ad dec. 1. de alien. iud. mut. cau. fact. in novis*, Put. *decis. 22. lib. 3.* Peregr. *decis. 41. lib. 2.* cum aliis cumulatis per Gabr. *de action. conclus. 5. num. 21. de act.* Sed Macasassus cessit 1950. ducat. vt dixit, mutuatos Balduino die 12. Augusti anno 1586. & restitui promissos in diuersis terminis, per totidem ducat. quos confessus fuit realiter recepisse ab Octauio, ex causa præfatæ cessionis, per medium banchi D. Bernardi Olgiati: neque aliter de hac numeratione constat, ergo cessio simulata. 1 A

Nec enim probat numerationem adnotatio extracta ex manuali banchi D. Bernardi, in qua Macasassus sub die 9. Septembris eiusdem anni creatur debitor 1950. ducat. pro totidem pro ipso mutuatis Balduino; tum quia alia est persona D. Bernardi creditoris, alia Octauij cessionarij, vt non possit intelligi per viam liberationis breui manu facta solutio ab Octauio Macasasso, *ad l. singularia, si cert. pet.* Tum quia libri mercatorum non faciunt fidem contra tertium, B Caputaq. *dec. 155. par. 2.* & multò minus adnotationes ex manuali, Rota Ianuen. *decis. 2. num. 23.* Est etiam nulla huiusmodi cessio, quia cùm debeat constare de debito quod ceditur, iuxta decis. Peregr. 50. *lib. 2.* cum allegatis per informationes, de hoc debito Balduini cesso hactenus non constat. 2 B

Nec dicatur mutuum probari per publicum instrumentum confessionis sub die 12. Augusti, quod inducit probationem manifestam, *leg. cum precibus, C. de probat.* Bald. *cons. 215. num. 3. lib. 2.* Ruin. *cons. 12. 87. num. 1. lib. 4.* Crauetta *consil. 35. in fin.* quia cùm talis confessio sit relatiua ad banchum de Olgiatis, non probat nisi receptio pecuniæ verificetur ex bancho, ad text. *in auth. si quis in aliquo, C. de eden.* Bald. *in leg. 1. C. de fid. instrum.* Atque si attenditur annotatio banchi sub die 9. Septembris, ex ea quatenus vera sit detegitur simulatio, confessio enim præcessit numeratio- 3

tio-

tiooem per 27. dies, quod est argumentum simulationis, Bald. *in leg. ab Anastasio, num. 5.* Roman. *cons. 445. num. 2.* quatenus verò falsa arguatur, ex eo quod adscribitur Balduino factam fuisse numerationem Neapoli die 9. Septembris, quo die Balduinum ex graui morbo decubuisse Viterbij attestantur Medici, & multi ciues Viterbienses,
C corruit fides adnotationis, C Bald. *in leg. scriptura num. 5. C. de fid. instrum.* Socin. *cons. 277. col. pen. vers. 1. quia concordia, lib. 2.* Tiraq. *in prefat. l. si vnquam nu. 48. C. de reuocand. donat.* & debitum confessum euanescit, *l. Clemen. §. fin. de hered. inst.* Crauett. *cons. 230. num. 2.*

4 Neque multum coadiuuatur fides adnotationis, expresso ordine sub die 12. Augusti dato ipsi bancho per Macafassum, vt solueretur dicta quantitas Balduino, qui ordo postea repertus fuit in filcia, quia si Balduinus pecunias recepisset, adscripsisset etiam quietantiam, iuxta stylum. Præterea cùm hæ scripturæ proueniant à personis, de quorum interesse agitur, & ipse Octauius dicat habere curam, & generalem administrationem in bancho, tenuem contra tertium producunt auctoritatem, ad not. per Bart. *in l. deferre, num. 2. de iur. fisci, vt in l. repetita, de fid. instr. & in l. Seia,* vbi Castr. *in princ. ad Velleian.*

5 Cùm igitur debitum cessum ita se habeat, constat illud non esse indubitatom, quale requiritur, vt excludat præsumptionem simolationis, ex traditis per Cuman. *cons. 292. in fin. lib. 2.* Crescent. *decis. 207.* & fuit dictum *in causa Æsina bonorum 8. Iunij 1584. coram R.P.D. Gypsio.*

Nec iuramentum adiectum impedit, quominus contractus arguatur simulatus, D Soccin. *consil. 264. num. 11.*
D *lib 2.* Causa autem simulationis in confessione Balduini illa considerabatur per nonnullos ex Dominis, vt opinio de statu firmiure Macafassi, qui ad decoctionem inclina-
E bat, apparenti E hoc credito aliquo modo sustentaretur. Quod enim absque vlla spe lucri mercator proximus decoctionm tantam pecuniæ quantitatem eo modo mutuauerit, Inuerisimile visum fuit arg. à solitis, iuxta *l. certi condictio, §. si nummus, ff. si cert. pet. leg. quod si nolit, § qui assidua, de edil. edict.* & ita conclusum cessionem, de qua agitur omnino inutilem esse Dom. Octauio, ad augendu... contra D. Balduinum. Placuit tamen ad probandum absentiam à Ciuitate Neapoli die 9. Septembris anni 1586. ipsius Balduini testes aliquos formiter examinari.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS
ad Decisionem IX.

1 *Contractus quando est simulatus, de mente contrahentium est nihil velle agere.*

Simulatio vera est, quando sic agitur inter partes, vt contractus ipse sit nullus, vt puta si fiat ad aliquid reparandum, ibid.

2 *Contractus simulatus dicitur pictus, & fictus.*

Contractus simulatus est coloratus, & extrinsecus apparens, & intrinsecus vacuus.

3 *Contractus simulatus caret substantia, & spiritu, & est corpus sine anima, & vmbra sine effectu.*

4 *Simulatus quando est contractus, dicitur habere superficiem veri, sed non medullam, cùm consensus sit remotus ab actu.*

Contractum simulatum qui facit, videtur nugari, ibidem.

in Obligationibus si deficiat consensus, actum est, ibidem.

5 *Contractus simulati sunt nulli, imo ipso iure nulli.*

6 *Contractus simulatus est adeo ipso iure nullus, vt actio etiam mero iure non competat.*

7 *Simulationis exceptio est adeo malignantis natura, vt in oppositum ducat vires obligationis Cameralis.*

Et hanc opinionem seruat Rota, quando scilicet talis exceptio est plene probata, num. 9.

8 *Simulationis exceptio si non admittatur contra obligationem Cameralem, potest appellari.*

Quod procedit, etiamsi tali exceptioni fuerit renunciatum, ibid.

10 *Simulationis exceptio admittitur in iudicio summarissimo possessorio.*

11 *Simulationis exceptio impedit obligationem Cameralem, non solum quando probatur per testes, vel ex inspectione instrumenti.*

12 *Sed etiamsi ex legitimis coniecturis iuris, vel hominis concludenter iustificetur.*

13 *Simulatio ideo impedit obligationem Cameralem, quia si contractus est simulatus, simulate etiam censetur apposita talis obligatio.*

Actus primus, quando est simulatus, cæteri etiam præsumuntur tales.

14 *Instrumentum simulatum non dicitur instrumentum.*

15 *de Instrumenti simulatione eo ipso, quod constat, dicitur etiam constare instrumentum non esse instrumentum, quamuis habeat figuram instrumenti.*

Simulatio pessumdat instrumentum, auferendo ab eo propriam naturam, ibid.

16 *Simulate quando quis contrahit, cum intendat nihil agere, ideo non est quid exequendum.*

17 *Actus non debent trahi vltra intentionem agentis.*

18 *Effectus regulatur, & restringitur ad limites suæ causæ, à qua emanauit.*

19 *Libri Mercatorum, quod probent contra tertium hoc nullo iure cauetur.*

20 *Libri Mercatorum non probant in praiudicium tertij.*

21 *Falsitas causæ, si adsit in termino relato, videtur etiam inesse in termino referenti.*

22 *ex Relato si constet de errore referentis, illud est attendendum.*

23 *Relatio nihil operatur, nisi iustificetur id, ad quod fit relatio.*

24 *Mercator si se referat ad quadernum capsæ, debet illud exhibere, & non auditur, si asserat illud non reperire.*

25 *Mercatores tenentur custodire scripturas, & illas non exhibentes parum eis prodest, si allegent amissionem.*

Referens probat sine relato, quando continet certam, & perfectam orationem, sub num. 25.

26 *Iuramentum non habet tales vires, vt validare possit contractum simulatum.*

27 *Iuramentum non potest facere subsistere id, quod in rei veritate non est.*

Iuramentum non potest operari, vt verum sit id, quod est falsum, ibid.

28 *Deus ipse facere nequit, vt quod est falsum sit verum, & e contra, ac in hoc concordant tam Philosophi, quàm Theologi, & num. 29.*

30 *Factum, quod sit impossibile, vt possit reputari pro non facto, & verum pro non vero, id est intelligendum rei veritate inspecta, sed non per viam fictionis.*

31 *Fictio non habet locum, super impossibili.*

32 *Lex non potest fingere id, quod est impossibile in suo genere, nempè vt filius sit maior ætate, quàm pater, vel vt furiosus consentiat, &c.*

33 *Fictio habet locum in eo, quod est impossibile in aliquo casu particulari, sed non in genere.*

34 *Mortuus, quod viuat fingi potest, & licèt id sit impossibile, tamen id est possibile in genere, nempe quod homo viuat.*

35 *Contractus simulatus non firmatur per iuramentum, & sic tenet vniuersa cohors Doctorum, & huic opinioni adhæret etiam Rota.*

36 *Iudex laicus potest iuramentum reijcere, quando est appositum in contractu simulato.*

Iuramentum appositum super contractu simulato non indiget rescissione, ibid.

37 *Iuramentum siue sit assertorium, siue promissorium, non validat contractum simulatum.*

38 *Iuramentum non excludit simulationem, nec confirmat actum simulatum.*

Etiamsi vltra iuramentum promissorium, reperiatur additum assertorium, quod omnia, & singula sunt vera, & quando id habeat locum, ibid.

in Heredes non transit reatus periurij, ibid.

39 *Iurans omnia, & singula esse vera, &c. excipiendo de simulatione tunc auditur, quando ipse tractat de damno vitando, & ille contra quem allegatur de lucro captando.*

40 *Simulatio non obstante iuramento assertorio potest allegari per iurantem contra illum, qui fuit particeps simulationis.*

41 *Contractus, quando redditur nullus ratione contractus cul-*

culpa, tunc contrahens potest allegare nullitatem eius.

42 *Fraudibus, & simulationibus solent esse plena, gesta ab eo, qui proximus est decoctioni.*

43 *Census impositio facta ab eo, qui proximus est decoctioni, super eius bonis, præsumitur facta in fraudem creditorum.*

44 *de Debitoribus decoctioni proximis mittentibus litteras cambij.*

45 *Solutio facta verò creditori, licèt posteriori, si bona fide sit consumpta, non potest per anteriorem creditorem auocari.*

46 *Et hoc ne ciuile commercium interrumpatur, vel impediatur, cùm aliàs totus mundus esset in litibus.*

47 *Sed prædicta conclusio non procedit, quando sumus in casu decoctionis, quia tunc talis auocatio fieri permittitur.*

48 *Solutio facta creditori posteriori, tunc potest auocari per anteriorem, quando vel non adest bona fides in posteriori creditore.*
Vel anterior fuit circumuentus.

49 *Solutio facta creditori posteriori à debitore decocto, præsumitur facta in fraudem creditoris anterioris.*

50 *Falliti à communiter accidentibus sunt fraudatores.*
Commune, quod est omnibus, præsumitur omnibus inesse, ibid.

51 *ex Personis facta, & dicta pensamus.*

52 *Iurisconsulti veteres aliquando etiam inculpatæ vitæ homines inuehebantur.*

53 *à Fallitis, Romani nullam penitus excusationem recipiebant, quantumuis iustissimam, itaque non distinguebant eos, qui libidine, aut alea decoxerunt ab illis, qui incendio, aut latrocinio, seu alio tristiori casu, aliena cum suis perdiderunt, num. 54.*

55 *Et tali mouebantur ratione, sanctiùs putando à paucis etiam iustam excusationem non accipere, quàm ab omnibus aliquam tentari.*

56 *Confessio facta à debitore decocto non præiudicat creditoribus, cùm præsumatur simulata, & fraudulenta.*

57 *Falliti sunt faciles ad mentiendum.*

58 *Fallitorum confessio præsumitur collusiua.*

59 *Fallitus aliquis est, ergo fraudator reputatur, est bona consequentia.*

60 *Falliti indigni sunt fide.*

61 *apud Persas duo fuerunt peccata, primum debere, alterum mentiri, cùm ista cohærent, quòd quis debitis sit onustus, & quod quoque mentiatur.*

62 *Falliti, & malæ fidei debitores æquiparantur Chamaleonti, & quare, num. 63.*

64 *Mercatores quidam callidi, & astuti dum sentiunt se deficere, quid ex malitia scelestissima soleant facere ad defraudandum anteriores, & posteriores creditores.*

65 *Impius æs alienum conflat, & non dissoluit.*

66 *Creditores dum dant pecunias debitoribus callidis, & astutis, vtantur quantumuis cautelis, & clausulis, id omne frustratorium erit, & num. 67. adducuntur versus Horatij.*

68 *Debitores quidam de argento dant somnium, & creditori nihil aliud dicunt mox, cras redi, secundum Terentium.*

69 *Pius Papa V. inter alias sanctiones, quibus Rempublicam Christianam armauit, & simul decorauit, illa contra fallitos, vt vltimo supplicio puniantur, magna redolet pietate, & iustitia.*

70 *Falliti sunt grassatores, & latrones æris, & sanguinis alieni, ideò in eos tanquam in latrones semota misericordia irruendum est, & num. 74.*

71 *Fures nulla alia de causa vltimo supplicio damnantur, nisi vt vnicuique sua absque periculo liceat possidere.*

72 *Falliti in nihilo differunt à furibus.*
Latrones cum periculo vitæ furantur, fallitis verò id licet impunè.

73 *Falliti tanquam genus hominum humano generi infestum, è cœtu eorum segregandi sunt.*

74 *Iniuria duobus modis fit aut vi, aut fraude, vtrumque debet esse ab homine alienissimum, sed fraus est odio digna maiori.*

76 *Tutores illi, qui captant, & venantur tutelas, vt hydropicos faciant sua marsupia, horribiliores sunt ipso maledicto Sathana.*

77 *pro Decoctione fraudolenta licet de iure communi non adsit pœna corporalis, nihilominus hodie est pœna vltimi supplicij stante Constitutione Pij V. contra decoctores.*

78 *Fallitis leg. 12. tabul. constituta erat pœna, vt ad laniandum creditoribus infeliciter traderentur.*

79 *Falliti tribus, vel secundùm alios quindecim plumbatis verberabantur.*

80 *Gloss. in l. quilibet, Cod. de decur. lib. 10. irridetur, dum verba textus, plumbatarum ictibus, explicando, asserit, quod decoctores, & alij, de quibus loquitur text. sint condemnandi ad plumbum.*

81 *Accursius non est nouum, vt in interpretatione verborum nugetur.*

82 *Verbum, Lucubra, dum gloss. exponit pro nocturna vigilia, asserendo quod ideò Luna habet radios lugubres, exploditur, cùm iocetur.*
Verbum, Lucubratio, venit à lucubro, quod est ad lucernam vigilo, vel aliquid compono, num. 82.

83 *Plumbatarum supplicium, est quasi flagellum ex funiculis compositum, in quibus summitatibus glandes plumbeæ erant impactæ.*

84 *Plumbatarum supplicium licet non esset ad inferendam mortem, tamen multi in hoc supplicio vitam ipsam terminarunt, quod & accidit multis SS. Martyribus.*

85 *Fallitis, seu nebulonibus illis substantiam alienam deglutientibus, & posteà proteruiam facientibus diuersæ pœnæ, & quidem grauissimæ à varijs populis impositæ fuerunt.*

86 *Pœnæ statuta contra decoctores si viridica essent, clausa esset ianua tot improbis fallitis.*

88 *Contra quos exclamat Bald. in consil. 249. lib. 1. ibi, more antiquissima legis deberent tradi creditoribus laniandi.*

88 *Fallitorum pœna hodie cùm saltem sit incarcerationis, ideò illi audaciùs agunt, confiduntque cum suis creditoribus pacisci posse.*

89 *Fallitis, quare quotidie fiat via tam ampla, & spatiosa, atque in dies increbescat numerus eorum.*

90 *Maleficia vlciscendi seueritas, & acerbitas, benè, cauteque viuendi disciplina est.*

91 *Pœna vnius, multorum est metus.*

92 *Noxij, quoties vltimo supplicio damnantur, celeberrima eliguntur via, secundum Quintilianum.*

92 *Pœna omnis non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum.*
Punitio paucorum terret, & emendat omnes.
Leges transgredi ex causa licitum est.

94 *Crudelitas, & seueritas, leges etiam transgrediendo, necessaria est in aliquibus criminibus propter eorum atrocitatem, ac immanitatem.*

95 *Pœna augeri potest, vt multis grassantibus detur exemplum.*

96 *ex Delinquendi frequentia quis vsque ad mortem potest condemnari, vbi etiam pro illis delictis pœna mortis, nullatenus veniret infligenda.*

97 *Roman. opinio non est recepta.*

98 *Iudices non debent esse clementiores ipsa lege.*

99 *Principes sint cauti circa admissionem fallitorum ad cessionem bonorum absque aliqua pœna.*
Fallitos multos videmus post cessionem bonorum, non sine grauissima creditorum iactura, non solùm secretò, sed & apertè grassari, num. 99.

100 *Princeps ex bono communi potest pœnam remittere delinquenti, tamen si id faceret sine rationabili causa, peccaret mortaliter.*
Delicta, si impunita remanerent, id esset in magnum nocumentum Reipublicæ, num. 100.

101 *Falliti, vt publicè puniantur, Reipublicæ valdè interest.*

102 *Odiosum, vel rigorosum non potest videri id, quod ob publicam vtilitatem constituitur.*

103 *Ex publicæ vtilitatis causa receditur à regulis iuris communis, multaque permittuntur, quæ aliàs tolerari non possent.*

104 *Mala futura debent caueri, & non iniquis consuetudinibus foueri.*

105 *con-*

105 *contra Malos non est vtendum malua, vel emplastro, sed gladio.*

Gaudia publica, & lætitia communes per malefactores conturbantur, ibid.

106 *Iustitia si fiat de criminosis, sanctissimum officium est.*

Victima pinguior Deo mactari non potest, quam homo sceleratus, ibid.

Decoctores quidam fraudolenti, cum fuerint condemnati ad triremes, nisi intra certum tempus suis creditoribus satisfacerent, ante d. tempus integre omnibus satisfecerunt, ad triremes euitandas.

109 *Falliti, vt plurimum pecunias suis manibus fisas pro se retinent, vnde pauperes creditores aliud forsitan præter dictum creditum non habentes, & sub proditoria fide decepti, amarè plorant, & clamare non cessant.*

110 *Quare cum suum consequi non valeant, multoties miserè mendicare coguntur, & sæpius in obscenum, & perniciem vnà cum eorum familijs vadunt.*

111 *Pecuniæ amissio est altera mors.*

112 *Pecunia est secundus sanguis, & hoc maximè procedit hodie.*

Pecunia mortalium est anima, ibid.

113 *Temporalia qui aufert, vitam aufert.*

114 *Mori melius est, quam indigere, cum vita indigentis semper in cogitatione victus sit.*

115 *Egestate sordescentibus mors est solatium, & vita supplicium.*

116 *Decoctorum instrumenta, venditiones, alijque contractus per decoctores celebrati paulo ante, & vel post decoctionem, quod præsumantur simulati, & in fraudem creditorum initi, diuersa statuta sanxerunt, prout est Vrb. Bononien. Genuen. &c. num. 116. 117. & 118.*

119 *Venditor licèt habeat fidem de pretio, & vendit ei, qui paulo post decoxit, potest rem suam vindicare, & omnibus creditoribus est præferendus, & quare, num. 120. & 121.*

122 *Mediolani adest statutum Mercatorum contra fallitos, disponens, vt nullus possit eos receptare, etiamsi sit pater, mater, frater, soror, vel quilibet alius sub certa pœna.*

123 *Florentiæ viget statutum, vt denegetur audientia fallito, & non potest audiri, nec in causa tactus, seu captura, nisi soluat, amplia num. 124.*

125 *in Regno Castellæ falliti habentur pro latronibus publicis, & eiectis. à pace, & tregua.*

126 *in Cathalonia falliti habentur pro infamibus, & furibus publicis, & tanquam talibus porta dignitatum clausa sunt.*

127 *contra Fallitos in multis Ciuitatibus adsunt statuta, seu consuetudines, vt ignominiosè ad cessionem bonorum admittantur, vt est Mediolani, in Sabaudia, & refertur tenor decreti, num. 128.*

129 *Idem etiam seruatur Lugduni, & in diuersis alijs locis.*

Mulieres non tenentur ignominiosè cedere bonis.

130 *Cedens bonis simpliciter, si deueniat ad pinguiorem fortunam, tenetur creditoribus satisfacere, secus si ignominiosè facta sit cessio.*

131 *per Cessionem bonorum obligatio non extinguitur ipso iure, sed suspensa manet sub vmbra diuersa fortuna, donec superueniat noua lux prospera fortuna.*

132 *Debitor quando peruenit ad necessitatem, & concordat cum creditore, an si peruenerit ad pinguiorem fortunam, vtrum integrum in foro conscientiæ soluere teneatur, & quid si concordauerit, antequam ad necessitatem peruenerit, & 133.*

134 *Debitor liberatur in totum, & nihil creditoribus soluere tenetur, etiamsi peruenerit ad pinguiorem fortunam, si ignominiosè cesserit bonis.*

135 *Debitoris cessio ignominiosa, cum sit pœna, est loco solutionis debiti pecuniarij, & defenditur ab obtrectis, n. 136. & 137.*

138 *Iudices aduertant, ne sint faciles ad admittendum debitores ad solutionem illam, qui non habet in ære luat in corpore, cum ea nihil proficiat creditoribus.*

139 *Nam, & aliquando ipsi debitores inopia propria confidentia freti, quasi impunitatis illecebra, vel ad bonorum decoctionem, vel ad audacius delinquendum inuitantur.*

140 *Iudex an dicatur satisfecisse illi iuris regulæ, qui non habet in ære, luat in corpore, si condemnet debitorem ad certum tempus ieiunandum.*

141 *à Decoctoribus gesta, quod præsumantur plena fraudibus, & simulationibus, id intelligendum venit in dubio, secus vero si de veritate constet in contrarium.*

142 *Decoctio, quando venit ex aliquo sinistro accidenti, veluti, quia casu naufragij bona perierunt, vel igne consumpta sunt, &c. nec adest dolus, vel fraus, aut culpa debitoris.*

Tunc si mitius cum eo non ageretur, inhumanum quidem esset, num. 144. & vide num. 145. & 146.

143 *Bona, seu diuitiæ aliquando impetu fortunæ acquiruntur, & amittuntur.*

Irus est subito, qui modo Crassus erat.

147 *Misericordiam, qui non facit, Christum negare dicitur.*

148 *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui misericordiam non fecit.*

149 *Sacrificijs, & holocaustis omnibus, misericordia melior est.*

150 *Per misericordiam tantum Saluatorem nostrum imitamur.*

Misericordia impetrat nobis subsidia præsentis vitæ, & æterna, num. 150.

151 *Misericordia si debetur etiam hosti capto, quid erit dicendum de misero debitore telis calamitosis fortunæ durè vexato?*

152 *Debitores infelices sunt.*

153 *Regula Christianæ pietatis, quæ sit.*

154 *Decoctores iura habent in tam miserabili statu, vt ipsis mortuis æquiparent.*

155 *Fallitus æquiparatur fonti aquis exsiccato.*

156 *Felix, qui nihil debet.*

157 *contra Debitores omnia iura insurgunt, & sunt tanquam signum ad sagittam positi, & alia vide circa eorum miseriam, num. 158.*

159 *Decocti digito monstrantur, etiam ab illis, qui dum tempus non erat nubilum, salutabantur.*

160 *Cæsaris Augusti factum refertur, cur iusserit pro eius persona emi culcitram cubicularem (vulgo matarazzo) cuiusdam Equitis mortui, qui magno ære alieno premebatur.*

161 *Agens in omnibus cautè, in nihilo damnificatus erit.*

162 *Quæsitis modicè vtendum est, quando sumptus abundat.*

163 *Paupertate si quis grauetur, non admiretur, quando plus expendit, quam rerum summa rependit.*

164 *in Otio vt viuatur fieri non potest, nisi facultates suppetunt, secundum Aristotelem.*

165 *Debitor habere debet in promptu, quæ in certum diem ei data sunt, & quando est pulsatus sine querela reddere.*

Debitoris pessimi est, creditori, quando suum petit, facere conuicium, num. 165.

166 *Reddo, quod debes, verba sunt æquitate plena.*

167 *Debitor stultus est, qui gaudens pecunias accipit, & tempus, quo reddere debet non attendit.*

168 *Debitor dum vadit cum aduersario ad Magistratum, quid curare debet.*

169 *Debita, qui soluit, bona eius non diminuit, sed potius amplificat.*

ANNOTATIO
ad Decisionem IX.

CONtractus quando est simulatus, scilicet si agatur 1
inter partes, vt contractus ipse sit nullus, veluti, A
si fiat ad aliquid reparandum, &c. & tunc cùm de mente
contrahentium sit nihil agere velle, iuxt. text. *in l. imagina-*
ria, ff. de regul. iur. & in l. nulla, ff. de contrahen. empt. & in l.
simulllate, ff. de ritu nupt. & in l. emptor. ff. de aq. pluu. arcen.
proptereà vocatur fictus, & pictus, *l. ab Anastasio, Cod. de* 2
mand. vbi Bald. *in 4. notab.* ait quod dictus contractus di-
citur depictus, & coloratus, extrinsecus, apparens, & in-
trinsecus vacuus. Caret enim substantia, † & spiritu, 3
estque corpus sine anima, & vmbra sine effectu, Parif.

cons.

cons.54.num.26.& 27.lib.1. Soccin.cons.65.num.14.lib.1.&
consil.264. num.4. lib.2. Iaf.cons.170. num.3.lib.2. Vincent.
Annibal.in addit.ad consil. Mandell.9. num.1. litter. A. Io.
Francisc.à Ponte cons.2. num.3. Tiraquell. in tractat.de re-
tract.lignag.§.1.gloss.2.num.14. & idem Bald.in l.cum qui,C.
de distract.pign. & in l.1. Cod. quod plus val.quod ag. inquit
4 simulationem nuncupari imaginem, † quæ habet super-
ficiem veri, sed non medullam, quia consensus est remo-
tus ab actu, & post Bald. ait Natt. cons. 77. num. 2. incip.
Valde latatus sum, par. 1. Nam & tunc partes videntur
nugari. Deficiente enim consensu in obligationibus pe-
nitus pariter deficiunt vires ipsarum, leg. consensus, ff. de
action. & obligat. l.emptione, vbi Bald.num.1. Cod.plus val.
quod ag. & in l.1.num.8.Cod.de oper.libert. & in l.fin.nu. 21.
Cod.de non numerat. pecun. Bartholom. Cepolla in tract. de
simulat.contractus in 7.præsumpt. cum alijs vulgat.
5 Vnde non mirum, si tales contractus † simulati tan-
quam consensu carentes sint nulli, vt dicitur hic, imò &
ipso iure nullitatis vitio subiacent, leg. nulla, ff. de contra-
hend.empt. & in dict.leg. emptor, & ibi gloss.in verb.simula-
ta, ff. de aqu. pluu.arcen. & declarat Bart. in leg.post contra-
ctum sub num.4.ff.de donat.& in cons.65.num.2.versic.certio
modo, Iaf.in leg. cùm ea num.8. C.de transact. Soccin.consil.
264.num.4. lib.2. Alexand.consil.142.num.9 lib.5. Hunded.
cons.46.num.7.& 10. lib.1. Seraph.de Seraph. in tractat. de
priuileg.59. num.11. Crot. cons.51. num.5 lib.1. Marsil.cons.
125. num.7. Hippolyt.Riminal. cons.260.num.17.lib.3. Pa-
ris.cons.55.nu.20.vol.1. Rota decis.1.num.4.de donat.in non.
& fuit dictum coram bon.mem.Card.Sacrato in causa Ro-
mana donationis 14. Februarij 1620. §.1. vers. sequitur con-
tractum esse ipso iure nullum, & facit decisio in causa Seno-
gallien. Societatis 22. Iunij 1639.coram R.P.D. meo Royas,
§. Nullitas mandati relaxati, vers. oritur simulatio, & red-
ditur inefficax, &c.
6 Adeò enim contractus † simulati sunt ipso iure nulli, vt
actio etiam mero iure non competat pro eis, vt post Iaf.
in leg.cùm ea, Cod. de transact. respondit Francisc. Becc.in
cons.52. sub num. 35. versic. & adeo contractus simulatus est
ipso iure nullus, vt nec actio competat mero iure lib. 1.
Quare videmus exceptionem simulationis (quando
tamen est concludenter probata) tam malignantis natu-
7 ræ esse, † vt infringat, & prosternat vires alias potentis-
simas obligationis cameralis, Galles. de obligat.cameral. q.
18.num.5.& seqq. & ibi Zacch.in addit. num. 2. Farinac.de
simulat.quæst.162.num.63.& sequentib. Turrectem.cons.91.
num.29.lib.1. Ruginell.de appellat.§.2.cap.3.verb.Camera-
lis obligatio num. 139. vbi etiam dicitur, quod si tali casu
8 reijciatur præiudicata † exceptio, datur appellatio, & iterùm
ampliat dictam conclusionem procedere, etiamsi huic ex-
ceptioni fuisset renunciatum, adde Farinac.in tractat.de si-
mulat.quæst. 162. num.63. Rota pariter residet in ea opinio-
9 ne, vt exceptio simulationis † concludenter probata im-
pediat obligationis cameralis exequutionem, vt videre
est apud Cassador. decis.10. num.2.de rescript. & apud Cæ-
sar.de Grass.decis.16. num. 10. de probat. & fuit dictum co-
ram bon. mem. Gyptio in causa Recanaten. transactionis
29. Nouembris 1592. & coram bona memoria Orano in Ro-
mana de Gabriellis 19.Iunij 1595. est decisio 116.num.3.post
Galles.de obligat.cameral. & coram Reuerendissimo Domino
meo Dunozetto Decano in causa Romana pecuniaria 5. Maii
1627.& coram bona memoria Buccabella in Anconitana do-
tis 23. Ianuarij 1634. est in 2. tom.à me select. seu par.6. rec.
dec.259.num.8.
Quod enim hoc certum, indubitatumque sit fuit re-
solutum coram clar.mem. Reuerendissimo Merlino in Roma-
na pratensi cambij 27. Aprilis 1640. §. Et mota sunt, vers.&
simulationem retardare exequutionem obligationis camera-
lis certum est, &c. vbi aliæ decisiones etiam modernæ al-
legantur, quibus adde decisionem coram Eminentissimo
Domino Cardinali Panzirolo in causa Romana domus ad
Transtyberim 18. Iunij 1638. §. At demum non obstat quod
instrumentum sit obligatione camerali vallatum, &c. & co-
ram eodem in eadem causa 29. Nouembris 1638. & coram
Reuer. Dom. meo Peutingero in causa Firmana prædij 20. Iu-
nij 1639. §. Nec iuuaret Antonium, vers. simulatio notoria
retardaret obligationem cameralem, &c. Et additur etiam,
10 quod ista exceptio simulationis † admittitur pariter in
iudicio summarijssimo manutentionis, & circa hanc ma-
teriam multa alibi dicam.
Aduerte insuper prædictam conclusionem procedere,
non solùm quando † simulatio per testes, vel ex inspectio- 11
ne instrumenti est patens, sed etiamsi ex legitimis conie-
cturis, & præsumptionibus † iuris, aut hominis conclu- 12
denter iustificetur, Soccin.iun.cons.27.num.30.lib.4. & res-
pondit Rota coram bon.mem. Reuerendissimo Oriolen.in Al-
banen.prætensa donationis 28. Aprilis 1572.est decis. 25. pe-
nes Galles. de obligat.Cameral.num.2.vers.simulatio saltem
præsumptiue ex actis probata, &c. & meliùs pluribus relatis
fuit animaduersum coram eodem Merlino in causa Roma-
na Pecuniaria 9. Iunij 1636.est decis.594. num.2.tom.1. à me
select.seu par.5.recent.in residuo.
Ratio enim quare simulatio impediat obligationem
Cameralem ea potissima est, quia † quando contractus 13
est simulatus, talis obligatio etiam simulatè censetur ap-
posita, vt per Bart.in l.si absentis, Cod.si cert.pet. vbi allegat
text. in leg.fin.C.de constit.pecun.
Sicuti etiam dicimus, quando primus actus est simu-
latus, tunc omnes alij, qui ab eo dependent, tanquam
producti à radice infecti, eodem morbo simulationis cen-
sentur laborare, ad text.in l.in principalibus, ff.de reg.iur.&
in terminis probationis simulationis sæpiùs censuit Rota,
& præsertim in causa Romana, seu Farfen. hæreditatis 28.
Ianuarij 1636. coram bon.mem.Buccabella, & in causa An-
conitana prædij 16. Iunij 1636. coram eodem, sunt decisiones
89.num.15.& 153.num.13 tom.2. à me select.alias par.7 re-
cent. & deindè fuit resolutum in Firmana prædij 24. Maii
1640. coram R.P.D. meo Peutingero, § Demum parum fuis-
set, vers. qui actus tanquam accessorii ad simulatam subha-
stationem ab ea regulantur, &c. in Maceraten. census 15.
Februarij 1641.coram R.P.D meo Royas, § Nec coniectura
prædicta, vers.eo modo, quo redditur simulata apocha, ita
quoque alii actus,&c.in Rossanen. Decimarum 28. Iunii 1641.
coram Reu. P.D.meo Bichio, §. Probata autem ex prædictis,
versic. quæ omnia fuerunt consecutiue facta ad instrumentum
simulatum, &c. in Romana fructuum dotis 29. Aprilis 1641.
coram Eminentissimo Domino Cardin Panzirolo, §. Nec ad-
uersarij, vers retinent qualitatem eiusdem simulationis, &c.
& in eadem causa sub die 23. Iunii 1642. coram eodem R. P.
D Bichio, §. Maxime vero, versic.simulatio influit in actus
subsequentes gestos consecutiue, &c.
In terminis verò obligationum videatur Seraph. de pri-
uileg.iuram.priuileg 77. sub num. 12. qui loquitur in termi-
nis quarentigiæ. Nam † & clarum est, quod instrumen- 14
tum simulatum non dicitur instrumentum, Bald.in l.1. C.
plus val.quod ag. Seraph.in tract de priuileg. iuram. priuileg.
59.num.13 eò enim ipso, quod constat de simulatione con-
tractus, constat instrumentum non esse instrumentum,
quamuis † habeat figuram instrumenti, l.imaginaria, ff.de 15
reg.iur. Matth.Brun.cons.68.num.4. Roland cons.47.num.3.
& cons.76. num 5 vol.4. Asinius in tractat.de exequut c 13.
num. 2. vbi multos alios allegat. Simulatio enim pessum-
dat instrumentis, naturam eorum ad nihilum reducen-
do, cùm de instrumento faciat non instrumentum. Vnde
quando lex, vel statutum mentionem facit de instrumen-
tis, nullatenus intelligere vult de instrumentis simulatis,
cùm vt dixi, non sint instrumenta, vt post Bald. Dec.
Calcan.Seraph. Tiraquell. Asin. & alios asserit Carol. de
Grassis in tract.de except.cap.12. à num.5.
Vltra quod, quando quis simulatè contrahit, cùm
eius mens sit nihil velle agere, vt suprà dixi, † ab eo 16
non potest dici aliquid esse exequendum, vt ratiocina-
tur Galef. de obligat.cameral quæst 18. num.5. cum ibi re la-
tis. Absurdum enim esset, vt actus † traheretur vltra 17
intentionem agentis, contra text. in leg non omnes, ff. si
cert.petat. cum relatis per Hieronym. Mang. decis. Lucen. 5.
num.27. & decis.28.num. 28. & per Rotam coram Merlino
in Maceraten.redditionis rationis 27. Ianuarii 1642. Et ef-
fectus regulatur, & restringitur † ad limites causæ, à 18
qua emanauit, leg.cancellauerat, ff.de his, quæ in testament.
delen. leg cùm tale, §.falsum,ff.de condit & demonstrat.cum
alijs adductis coram Reuerendiss Cornaro in causa Reatina
census 27. Februarij 1642. §. Comprobantur supradicta, &c.
NVllo enim iure hoc cauetur, imò † iura ipsa in hoc 19
conclamitant, vt habemus in rubro, & toto nigro B
tituli, C. res inter alios acta alijs non noceat. Et hoc ex-
posuit ratio naturalis, & latè probat Tiraquell. in tra-
ctat. Res inter alias acta, alijs non præiudicare. Et in
specie, quod libri Mercatorum nostri temporis nullam
probationem † faciant contra tertium, est opinio Do- 20
ctorum omnium communis, communior, & ineuinabi-
lis,

lis, & contraria sententia reputatur valdè suspecta. Atque ista est obseruantia Rotæ, teste Dom. Theodosio Rubeo patre meo *in suis singularib. Rota Romana part. 2. circa styl. & obseruat. Rota, in verb. Liber, §. 6. incip. Rota sæpè iudicauit, &c.*

Et circa conclusionem istam plura dixi *in annotat. ad decisionem in causa Romana Redditionis rationis 14. Decembris 1618. coram bon. mem. Card. Sacrato, erit in 4. tom. Decis. Rota Romana à me select.* Vbi etiam ponam limitationem ad prædictam opinionem, quando scilicet concurrant plura adminicula, quæ vrgeant animum iudicantis ad credendum dictis libris, & ponam ista adminicula, item quando etiam ad fauorem ipsorummet Mercatorum probent eorum libri, & quid stante statuto, prout est ferè in tota Italia, vel consuetudine, quod videmus iam apud omnes inoleuisse, vbi circa hanc materiam plura non ingrata afferam.

21 C FAllitas namque causæ in termino † relato videtur in-
esse in termino referenti, Bald. *in l. si quis fundum 37. ff. de contrahend. empt.* Bart. *in leg. demonstratio 17. num. 10. ff. de condit. & demonstr.* & nuper respondit Rota *in causa Firmana prædij 14. Maij 1640. coram R. P. D. meo Peutingero, §. Prout cessat assertio etiam nullitas, &c.* vbi ad hoc
¶ præsens hæc decisio * adducitur. Vnde si ex relato constaret de errore referentis illud esset attendendum, non
22 autem referens dispositio erroneè concepta, & ita sensit Senatus Mantuanus penes Surdum *decis. 291. num. 16.* resoluitque Rota *decis. 127. num. 10. par. 1. & decis. 158. nu. 4. part. 2. recent.* & fuit dictum *in causa Camerinen. Saluiani, 20. Iunij 1636. coram claræ memoriæ Merlino, est decisio 160. num. 12. par. 6. recent. aliàs tom. 3. à me select.*

23 Hinc dicimus etiam relationem nihil penitùs † operari,
nisi prius iustificetur id, ad quod fit relatio, Caputaqu. *decis. 155. num. 3. par. 2.* cum similibus, & in terminis nostris referentis se ad libros banchi, dixit Rota *in causa Romana census 5. Maii 1640. coram eodem Merlino, §. Nec obstat, quod census, &c.* Vbi dicitur, si Mercator remittat se
24 ad quadernum capiæ, nisi † illud exhibeat, nihil facit,
nec auditur si asserat illud non reperiri, cùm mercatores
25 teneantur scripturas custodire, † & illas non exhibentes
clauditur eis audientia, Bart. *in l. si quis ex argentariis, §. an nec hæres, ff. de eden.* Rota *decis. 581. num. 3. infra par. 4. recent.* Et circa hanc materiam, quando tenetur quis ad custodiam scripturarum, librorum, &c. si asserat illos perdidisse, ei nullatenus credatur, sed benè præsumatur illos supprimere, & occultare velle, ne veritas eius, quod quæritur, eruatur, &c. dicam *in annotat. ad decis. in Romana Caræ 14. Ianuarii 1619. coram bonæ memoriæ Reuerendiss. Dunozetto, erit in 4. tom.*

Quod enim dictum est supra, nihil probare, nisi constito de relato, &c. id referens intellige non procedere, quando referens continet certam, & perfectam orationem, & determinatam confessionem, de quo quæritur, quia tunc probat etiam sine relato, vt latè contra Dec. tradit Cagnol. *in auth. si quis in aliquo num. 74. C. de edend.* & eleganter consuluit Surd. *cons. 540. num. 5.* Rota coram Cardin. Seraph. *decis. 1083. num. 3. & coram Reuerendissimo Domino meo Dunozetto in causa Romana dotis 2. Martii 1635. est decisio 24. num. 10. tom. 3. à me select. aliàs part. 7. recent. & nuper coram R. P. D. meo Cerro in causa Romana Locorum Montium 11. Maii 1643. §. Secundo non obstat, vers. cum enim referens continet certam orationem, &c.*

D IVramentum namque non habet tales vires, vt validare possit contractum simulatum, cùm indubitatum
26 sit † iuramentum non posse facere subsistere id, quod in
rei veritate non est, nec operari, vt verum sit, quod fal-
27 sum iam est, quæ opinio immunis est † ab omni contro-
uersia, text. *est in l. in libello, §. facto in princ. ff. de captiu. & in l. si quis ita, ff. de euict. & in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possess. & in l. verum est, ff. de regul. iur. & in auth. de æqual. dot. §. 1. vers. quæ igitur.*

Quinimò nec Omnipotens ipse Deus potest ea, quæ
28 implicant † contradictionem, veluti, vt verum non sit
verum, & quod factum non sit factum, quod est impossibile, text. *est in can. si Paulus 32. quæst. 5.* ibi, *Audenter dicam, cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam, &c.* & videatur ibi gloss. *in verb. suscitare*, vbi hanc conclusionem declarat, & hoc latè tradit, confirmatque Magister Sententiarum *lib. 1. distinct. 42.* & cæteri post eum, & habetur *in compend. Theologiæ lib. 1. cap. 27.* & ex nostris tradunt Bald. *in l. eam quam sub num. 34. vers. circa quintum, Cod. de fideicomm.* vbi refert alios Theologos id asserentes, *& in l. ex his verbis, in fin. num. 4. Cod. de legat.* Bart. *in leg. non dubium, col. 4. C. de legib.* Corn. *cons. 147. sub num. 8. lib. 2.* Soccin. *cons. 102. num. 1. & 2. vol. 1.* Seraphin. *in tractat. de priuileg. iuramen. priuileg. 40. num. 17.* & Magdalen. *in tractat. de numer. test. par. 1. cap. 6. sub num. 5. vers. &
ipse Deus Omnipotens, &c.* qui † Doctores omnes vno ore 29
affirmant in hac opinione concordare & Philosophos, & Theologos.

Quod autem dictum est, factum reputari pro non
facto, & † verum pro non vero, impossibile esse, hoc 30
intelligendum venit, veritate inspecta, sed non per viam
fictionis, & licèt fictio, nec habeat locum super impossi- 31
bili, *l. qui ad certum, ff. locat. & l. certè in princip. ff. de precar.*
nam verum est, quod lex non potest fingere id, quod † est 32
impossibile in suo genere, nempè vt filius sit maior ætate,
quam pater, item vt furiosus consentiat, &c. Sed benè fi-
ctio habet † locum in eo, quod est impossibile in aliquo 33
casu particulari, & satis reputatur, quod possibile sit in suo genere.

Vnde fingitur quandoque, quod † ille, qui mortuus 34
est viuat, vt *in l. fin. ff. de vacat. mun. in princ. & in l. bello admissi, ff. de excusat. tutor.* & licèt impossibile sit, vt mortuus
viuat, † satis est, quod possibile sit in genere, quod homo 35
similis viueret; sed quia hic sum extra propositam materiam, ideò alibi, & aptiùs plura afferam in hoc puncto.

Redeundo ergo vnde digressus sum, nempè quod iuramentum non possit firmare, & conualidare contractum simulatum, ista opinio est adeò indubitata, & absque pugna, vt sic teneat vniuersa cohors Doctorum, & præsertim Gloss. *in l. emptione, Cod. plus val. quod ag.* Bart. *in l. 1.* & ibi Bald. *Cod. de oper. liber.* Soccin. *cons. 66. num. 11. lib. 1.* Paris. *cons. 54. num. 41. & seqq. lib. 1.* Gozzad. *cons. 3. num. 29.* Crauett. *cons. 81. num. 1.* Ruin. *cons. 150. num. 4. lib. 1. & cons. 167. num. 28. lib. 2.* Decian. *consil. 81. num. 59. lib. 4. & cons. 6.
num. 30. lib. 5.* vbi hoc ampliat, vt etiam iudex † laicus pos- 36
sit hoc casu tale iuramentum reijcere, & plura allegat, &c. Surd. *cons. 489. num. 24. lib. 4.* Menoch. *cons. 39. num. 74. lib. 1. idem lib. 3. præsumpt. cap. 129. num. 8.* Curt. iun. *cons. 53. nu. 7.* Cardin. Mantic. *de tacit. & amb. lib. 13. tit. 35. num. 16. & lib. 21. tit. 8. num. 54. & seqq. vbi de veriori, &c.* Gabr. *de donat. conclus. 3. num. 8. & 9.* Bald. *in l. rogasti, §. si tibi col. fin. ff. si cert. petat.* vt asserit, quod quando iuramentum apponitur super contractu simulato non indiget rescissionem, Paul. de Castr. *in l. si quis pro eo, col. 5. ff. de fideiuss.* Angel. Aretin. *institut. de except. in princip.* Vital. *in tract. claus. tit. an iuramentum validet contractum simulatum, nu. 3.* Malnas. *cons. 98. num. 5.* Ambros. de Vignac. *in repetit. cap. salubriter num. 119. de vsur.* Milan. *decis. 5. num. 46. lib. 2.* Grammat. *dec. 76. num. 19.* Pancirol. *cons. 149. num. 15.* Seraph. *de priuileg. iurament. priuileg. 59. num. 12.* cum alijs infinitis, quos ad nauseam vsque adducere possem, & latè videatur Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. de simulat. resolut. 1. à num. 6.* & Carol. de Grass. *in tract. de except. cap. 12. num. 33.*

Et in hac opinione etiam residet Rota, vt per Mohedan. *dec. 4. in fin. de empt. & vend.* & fuit resolutum *coram Eminentissimo Domino Card. Panzirolo in causa Auenionen. si-
mulationis 26. Ianuarii 1635.* vbi quod hoc procedit, † si- 37
ue iuramentum sit assertorium, siue promissorium, &c. *est decisio 11. num. 20. in 3. tom. à me select. aliàs par. 7. recent.* & recentiùs *coram eodem Card. Panzirolo in Romana domus ad Transtyberim 18. Iunii 1638. §. Minus releuat, quod Octauius*, ibique dicitur, quod iuramentum non excludit
simulationem, nec confirmat actum † simulatum, & am- 38
pliatur hoc procedere, etiamsi vltra iuramentum promissorium, reperiatur additum assertorium, quod omnia, & singula sunt vera, quando sumus in hæredibus, quia tale iuramentum non nocet, si obijciatur hæredibus iurantis, cum in eos non transeat reatus periurij, *cap. veritatis ext. de iureiur.* Ruin *cons. 107. num. 18. lib. 1.* Corn. *cons. 158. in fin. vol. 4.* Surd. *cons. 165. num. 3. & 8.* cum alijs adductis per Gabr. *in commun. conclus. tit. de iureiur. conclus. 1. num. 18.* & per Seraph. *in tractat. de priuileg. iurament. priuileg. 59. n. 29.* & quoties simulatio contractus, in quo illud appositum est, allegatur per viam exceptionis, seu replicationis, vt latissimè responderunt Paris. *consil. 54. num. 84. & seqq. lib. 1.* & Purpur. *cons. 478. num. 14. in fin.*

Atque id intellige, quando ille qui iurauit, excipiendo
de simulatione tractat † de damno vitando, ille verò con- 39
tra

eſa quem allegatur, tractat de lucro captando, ita ſenſit
Bart. *in l. iuriſiurandi*, §. *procurator*, *num.6. ff. de iureiur.*
vbi Alexand. *num.8.& 9.* Aretin. *conſ.65. col. fin. verſ. cir-*
ca tertium, Socio.ſen. *conſ.264. num.8. lib.2.* vbi dicit hanc
eſſe communem opinionem Honded. *conſ.46. num.31.*
lib.1. Nenizan. *conſ.23.n.5.* Bertaz.*conſ.535.n.5.lib.2.in cri-*
min. Turrett. *conſ.1. num.25. lib.1.*
Amplia etiam ſupradictam concluſionem procedere, vt
40 non obſtante † iuramento aſſertorio poſſit allegari ſimu-
latio per iuratorem contra illum, qui particeps fuit ſimula-
tionis, & fraudis, Bart. *in l. poſt contractum*, *num.6. ff. de*
donat. Alex. *conſ.59. num.12. vol.1.* Dec. *conſ.14. num.7. &*
conſ.659. num.3. Honded. *conſ.46. num.35. lib.1.* Seraph.*de*
priuileg. iuram. priuileg.59. in fin. Tiraquell. *in tract. de re-*
tract. lignag.§.1. gloſ.2. num.17. Aretin. *conſ.65. num.5. in*
tertio dubio, Surd. *conſ.165. num.6. lib.2.* Alba. *conſ.9.num.*
10, Carol.de Graſſ. *in tractat. de except. cap.12. num.45.*
Franciſc. Becc. *conſ.52. num.108.* & inquit Bald. *in l.acce-*
41 *ptam num.33. Cod. de vſur.* quod vbi contractus † reddi-
tur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc contrahens poteſt
allegare eius nullitatem, quam ſententiam ſecuta eſt Se-
natus Pedemontanus, teſte Oſaſch.*deciſ.180. num.3.* Rota
Auenionen. apud Hieron. à Laurent. *deciſ.67.num.7.* & fa-
cit deciſio *in cauſa Romana Domus 29. Nouembris* 1628.
coram Eminentiſſ. D.Card. Panzirolo, §. *Ad primum enim*,
verſ. cùm contractus ſit ſimulatus reſpectu partium poteſt ab
eiſdem opponi, *& dari de nullitate &c.*
GEſta enim ab eo, qui proximus eſt decoctioni plena
42 ſolent eſſe † fraudibus, & ſimulationibus, vt no-
E tum eſt, & eſt text. *in l.1. & 2. & in l. ſi quis cum haberet*,
ff. quæ in fraud.cred. & in l.1. ff. de iur. fiſc. lib.10. & dixit
Bart. *in l. poſt contractum ſub num.2. ff. de donat.* Bald.*conſ.*
382. *num.18. vol.2.* Rota Ianuen. *deciſ.17. num.18. & de-*
ciſ.184. num.10. & benè animaduertit Rota *coram bon.me.*
*Card. Pamphil. in Bononien.Pecuniaria 5. Decemb.*1603.&
latè fuit dictum *in cauſa Bononien.bonorum de Zanaleis 12.*
Decembris 1614. *coram bon.me.Vbald.* vbi latè diſcutitur,
43 † quod impoſitio cenſus facta à debitore decocto ſuper
eius bonis ante, vel poſt decoctionem, præſumitur in
fraudem creditorum facta, &c. *& coram bon. mem. Mot-*
manno in cauſa Romana literarum Cambij 1. *Febr.* 1630.
eſt deciſ.345. num.10. tom.2. à me ſelect. alias part.5. re-
44 *cent.* vbi † de Mercatoribus decoctioni proximis mitten-
tibus literas Cambij, &c. & faniunt *deciſiones in cauſa*
Imolen. Saluiani 9.Iunij 1636. *coram Eminentiſſ. D.Card.*
Macchianello, *& in eadem cauſa ſub die 27. Febr.* 1637.
coram Reuerendiſſ. P. D. meo Ghiſilerio, §. *Minus eſt com-*
putanda, vbi habetur, quamuis verum eſſe, quod ſolutio
45 facta verò † creditori licèt poſteriori, ſi bona fide ſit con-
ſumpta, non poſſit per anteriorem creditorem auocari,
l. naue, & ibi Caſtr. *ff. locat.* Iacob. de Aren. *in l. pupillus*,
46 *ff. quæ in fraud. cred.* & hoc ne ciuile † commercium in-
terrumpatur, vel impediatur, Afflict. *deciſ.190.* & Ca-
47 pic. *deciſ.78.* nam alias totus Mundus verſaret † in liti-
bus, tamen iſta regula nullatenus procedit in caſu deco-
ctionis, quia tunc talis auocatio permittitur, Cephal. *conſ.*
86.*num.8. & 12.* Vrſil.ad Afflict. *d.deciſ.190.* & dixit Rota
coram Card.Seraph. *deciſ.1074.num.4. & antea fuit reſo-*
lutum coram bo.mem. Penia in cauſa Romana pecuniaria
29.*Nouemb.*1593. *& deciſ.262. inter eius à me imprimen.*
num.2. vbi dicitur ſupradictam regulam non procedere
48 quando, vel non adeſt bona fides † in poſteriori credito-
re, vel anterior fuit circumuentus, & id apparebat in
49 eo caſu, quia ſolutio fuit facta † à decocto, & ſic intrabat
præſumptio pro fraude, quæ ſemper ſtat contra decocto-
rem, nam vt inquit Bald. *in conſ.400.lib.5.* à communiter
accidentibus falliti ſunt fraudatores, & præſumitur omni-
50 bus ineſſe, quod omnibus eſt commune.
51 Quoniam ex perſonis facta, dictaque † penſamus, *l.fin.*
ff.de act.& oblig. & Bald. *in d.conſ.400.* imitatus eſt veteres
52 Iuriſconſultos, qui inculpatæ vitæ homines † aliquando
inuehebantur, *vt in l. quanta*, *ff. ad Public.& in l.3. §.mi-*
ratur.ff. naut.cau.ſtab.
Antiquitùs enim (& hoc adduco, ne dura videatur opi-
nio Bald.) apud illos noſtros Romanos nulla penitùs excu-
53 ſatio, † quamuis iuſtiſſima, à decoctoribus recipieba-
tur, & ne de hoc miremur, elegantem rationem addu-
cit moralis, & magnus ille Iuriſconſultus Seneca *in lib.7.*
de benefic.cap.26. vbi ita ait. Quid tu tam impudentes iu-
54 dicas † maiores noſtros fuiſſe, vt non intelligerent ini-
quiſſimum eſſe eodem loco haberi, eum, qui pecuniam à
creditore acceperat, libidine, aut alea conſumpſit, & eum,
qui incendio, aut latrocinio, aut alio caſu triſtiore, aliena
cum ſuis perdidit? Nullam excuſationem receperunt, vt
homines ſcirent fidem vtique præſtandam. † Satius enim 55
erat à paucis etiam iuſtam excuſationem non accipi, quàm
ab omnibus aliquam tentari, &c. Aliud tamen nos docet
pietas Chriſtiana, vt infra dicam *num* 142.
Sed redeundo ad terminos confeſſionis factæ à decocto,
vel de proximè decocturo, † vt ea non præiudicet credito- 56
tibus, cùm præſumatur fraudulenta, & ſimulata dixit
Cyn. *in l. vbi adhuc quæſt.12.num.16 ff. de iur.dot.* cum alijs
allegatis à Rota coram bo.me. Buratt. *deciſ.9 num.1.* & ibi
D. Ferentillus *in litt. A.* dat concordantes.
Et facit ad hoc text. *in l. omnes*, §. *Lucius*, *ff. quæ in fraud.*
credit. Eorumque facilitatem in † mentiendo obſeruauit 57
Rota Genuen. *deciſ.2. num.34. verſ. falliti ſunt faciles ad*
mentiendum, & Bardellon. *conſ.53. num.3.* & Manent.
conſ.67. num.9.& 10. vbi † quod confeſſio fallitorum col- 58
luſiua præſumitur, Caccialup. *in tract. de debitoribus fu-*
gitiuis quæſt.1. num.13. Ruin. *conſil.90. num.13. lib.1.* Al-
beric. de Roſate *in l. ſtipulati*, §. *ſine autem*, *ff. de non.oper.*
nunc. Senatus Burdegal. penes Boer. *deciſ.215. num.6.* ibi,
iſti falliti ſunt faciles ad mentiendum, & ſubditur bonam
eſſe conſequentiam, † fallitus eſt, ergo fraudator, & alia 59
vt ibi, & vt ait Menoch. *conſ.410. num.20.* nemo eſt, qui
non exiſtimet ſilluos † indignos eſſe fide. Congruit, & 60
expendo hic illud Herod. *lib.1.* & Plutarc. *in commentar. de*
euitand. vſur. ibi ſcribunt, apud Perſas duo fuiſſe pecca-
ta. Primum † debere, alterum mentiri. Iudicabant enim 61
iſta cohærere, quod qui ſunt debitis onuſti, ſæpiùs quo-
que mentiri coguntur.
Quo etiam Theodoricum Oſtrogotum reſpexiſſe veri-
ſimile eſt, dum Frontoſum quemdam (de quo hic agimus)
decoctorem, & malæ fidei debitorem † Chamaleonti com- 62
parat, inquiens, Meritò Chamaleonti beſtiæ conferen-
dus, quæ paruorum ſerpentum forma conſimilis, aureo
tantum capite, & reliquis membris ſubalbentis Praſini co-
lore diſtinguitur. Hæc quoties humanos † aſpectus in- 63
currerit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia ti-
miditate confuſa colores ſuos multifaria qualitate mutat,
vt modò Veneta, modò Blattea, modò Praſina, modò
poſſit Cyanea reperiri, refert Marq. Freherus *de fama pu-*
blica lib.2. cap.13. num.15. & ex noſtris adducit Hering. *de*
fideiuſſ. cap.15. num.8. videatur etiam Franc. *eod. tract. de*
Fideiuſſ. cap.3. num.8.
Quidam ergo Mercatores callidi, & aſtuti, ex mali-
tia ſceleſtiſſima, † dum ſentiunt ſe deficere, vt plenis mar- 64
ſupijs decoquant, ſolent rationes tam in libris, quam
alibi exiſtentes intricare, adulterare, confundere, mer-
ces, & bona obligare, alia, & alia debita congerere,
emendo ſcilicet merces, eaſque minori pretio reuendunt,
& gratioſè, doloſèque promittunt ſoluere, quod facere
nullo modo exiſtimant; & quid non cogitant, & quid non
peragunt, vt creditores fallant? multa quidem referre
poſſem, ſed ea modeſtiæ ergo non refero. Et meritò con-
tra iſtos clamat Regius Vates, in Pſalm.37. ibi, *Impius ac*
alienum † conſtat, & non diſſoluit, *&c.* 65
Creditores etiam in mutuando eis pecunias, vtantur,
quorum velint, cautelis, & clauſulis, quia omne † fru- 66
ſtratorium erit. Hoc enim genus debitorum, qui tot fidei
vinculis aſtringi non poſſunt, quin limam aliquam repe-
riant, per quam elabantur, ab Horatio Poeta non in-
concinnè comparantur Protheo *Satyr.4. lib.1.* dum
inquit,

. . . . *Centum adde Catenas;* 67
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Protheus
Cum rapies in iura malis ridendum alienis
Fiet aper, *modo auis*, *modo ſaxum*, *& cùm volet*
arbor.

Ad hos debitores etiam oculum habuit ſenex ille Teren-
tianus, dum in Adelph. *act.2.ſcen.1.* eos aptè depinxit.
. . . *De argento † ſomnium*, *mox, cras redi.* 68
Condignè equidem Pius Papa V. cuius memoria in be-
nedictione eſt, inter alias ſanctiones, quibus Rempubli-
cam Chriſtianam † armauit, & ſimul decorauit, vt ho- 69
mines benè, beatèque in hoc ſæculo degerent, illa non
parui ponderis fuit, magnaque redolet pietate, & iuſtitia,
vt contra prædictos decoctores, tamquam (vt ita dicā) graſ-
ſatores, ſeu latrones æris, & ſanguinis alieni rapaces, † ſicu- 70
ti

ti in fures ipsos, semota misericordia irrueretur, eademque pœna, & supplicio plecterentur, vt clarè cantat eius Constitutio, *quæ in nouo Bullar. est Constitut. 112. incip. Postquam eousque humana, &c.*

Nam optimè ratiocinatur ibi Sanctissimus ille Pontifex in §. 3. ibi, *Nos præmissa conniuentibus oculis pertransire*
71 *nequeuntes, & attentè considerantes nulla alia de causa † in fures vltimi supplicij pœnam esse impositam, nisi vt talia perpetrandi hominibus via interclusa, liberum esset vnicuique sua absque periculo possidere, & vti, hos autem do-*
72 *losos decoctores † adeò furibus, & latronibus similes esse, vt ab illis in nihilo differant, nisi vt quod eis, nisi cum periculo vitæ suæ periculo agitur, hoc decoctoribus impunè liceat, volentesque propterea, vt par imò grauiùs delictum, parem etiam sortiatur pœnam, iurisque rigorem in hos grauiorem reddere, ac genus hoc hominem tamquam*
73 *generi humano infestum, † è cæterorum cœtu segregandorum merito esse iudicantes &c.* deinde subdit. *Vltimi sup-*
47 *plicij, & ea quæ fures ipsi de iure, vel consuetudine, † aut particulari, aut municipali statuto plecti solent, puniri debeant*; & in fine iubet d. Constitutionem inuiolabiliter obseruari, &c.

Et quod prædicti decoctores sint peiores ipsis furibus, non est dubium, nam teste Marc. Tullio duobus modis
75 fit † iniuria, aut vi, aut fraude, vtrumque quidem debet esse ab homine alienissimum, sed fraus est odio digna maiori, &c. & in puncto hoc plura cumulabo in annotatione ad decisionem in causa *Romana Tutelæ 24. Maij 1619. coram Card. Sacrato, erit in 4. tom. decis. à me select.*
76 vbi † pluribus comprobabo, tutores illos, qui tutelas captant, & venantur, vt hydropicos faciant suos marsupios horribiliores esse ipso maledicto Sathana, &c.

Et de prædicta fel. rec. Pij V. Constitutione, & pœna meminit Rot. *coram bon. mem. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo in causa Anconitana pecuniaria 7. Iunij 1609.* vbi dicitur, licèt de iure communi pro fraudulenta deco-
77 ctione non sit imposita † pœna corporalis, vt notat Strach. *in tract. de decoctor. part. 3. n. 3.* nihilominùs per d. Constitutionem Pij V. pœna vltimi supplicij imponitur, &c.

Olim pariter seuerissima pœna in istos pessimos, & in-
78 famissimos decoctores lege 12. tabularum constituta † erat, scilicet vt ad laniandum dentibus creditorum infeliciter traderentur, vt notant Glos. & DD. *in l. 1. C. qui bon ced. poss.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 90. n. 14. & 15.* Et omni priuilegio priuabantur, Ias. *in §. vltim. instit. de act.* Paris. *cons. 94. num. 11. lib. 1.* aliàs etiam tribus, vel secundum
79 alios, quindecim † plumbatis huiusmodi fraudatores verberabantur, *l. quilibet 40. Cod. de decur. lib. 10.* & inquit Strach. *de decoct. part. 3. n. 4.*

Et nemini placet id, quod asserit Glos. *in d. l. quilibet. in verb. plumbatarum*, vbi illud verbum *plumbatarum*, ait
80 significare † plumbum, vnde decoctores sunt condemnandi ad metallum. Ego certè credo, glosam more solito iocare, si textus dicit, *plumbatarum ictibus*, quomodo poterit saluare illud verbum, *ictibus*. Et non est nouum
81 † in interpretatione verborum, Accurs. nonnumquam iocasse, nam in §. 1. *Auth. ut Iudic. sine quoque suffrag. in*
82 *verb. Lucubratione*, vbi illud verbum † *Lucubra*, exponit, pro *nocturna vigilia*, & subdit, ideò dici, quod Luna haber radios lugubres, nam vt ibi dicit Apostilla. Nugatur vt solet Accurs. Nam illud verbum *Lucubratio*, venit à *Lucubro*, quod est ad lucernam vigilo, vel aliquid compono, alia similia non refero, ne prolixus videar.

Et in terminis nostris, dic supplicium hoc plumbatarum,
83 erat quasi flagellum ex funiculis, † in quibus summitatibus glandes plumbeæ erant impactæ, his terga, ac collum damnati hominis verberabantur. Et licèt huiusmodi plumbatarum verbera non essent ad inferendam mortem,
84 tamen multi in hoc supplicio † vitam terminarunt, prout fortunatè accidit multis Sanctis Martiribus, vt testis est S. Ambros. *in epist. 17. lib. 2.* ibi, *Aliquos Christianorum, aut gladio, aut fustibus, aut plumbis necatos, &c.* Et alia circa prædictum supplicium ponit Card. Baron. *in Annotat. ad Martirolog. Romanum die 6. Iunij in litera D.*

Exempla diuersarum pœnarum, & quidem grauissimarum à diuersis populis statutarum contra istos nebulones
85 † substantiam alienam deglutientes, & postea proteruiam facientes, plures ex nostris referunt, & præsertim videatur Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 1. sub num. 1.* Menoch. *de arbitr. d. lib. 1. cap. 90. à num. 14.* Gomes. *de potest. in se ipsam lib. 2. cap. 14. n. 18. vsque ad num. 25.* Hering. *d. tract. de fideiuss. cap. 5. à num. 118.* & recentiùs Steph. Grat. *discept. forens. cap. 380. n. 14.* adde Cuiac. *lib. 3. cap. 29.* & multa cumulant Ioann. Martien. *in lib. 5. recollect. tit. 19. per tot.* & Io. Martinez de Olano *in antinomia in littera M. ex n. 41.* Mandos. *in praxi tit. de ingratitud. cap. 108. vers. Rursus ingrati mercatores, &c.* & Coler. *de process. executiu. part. 1. tit. 6. num. 142.* Prosper. Farin. *in tract. de delictis, & pœn. quæst. 26. à num. 25. & seq.* & ex historicis percurratur Fulgos. *lib. 6. cap. 3.* Aul. Gell. *lib. 20. not. antiq. cap. 1.* Bruc. *lib. 1. histor. Florentin.* Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 14.* Alexius Guaguinus *in descript. Mescou.* Cel. Rhodigin. *lib. 12. lect. antiq. cap. 20.*

Certè quidem si aliquarum supradictarum pœnarum obseruantia adhuc † viridica esset, dubio procul clausa 86
esset ianua tot improbissimis decoctoribus, vt exclamat Bald. *in cons. 249. lib. 1. & cons. 400. num. 3. lib. 5.* ibi, *more antiquissimæ legis deberent tradi † creditoribus laniandi, &c.* 87

Verum cùm hodie saltem pœna incarcerationis sit, ideò sine freno † pœnæ audacius agunt, confiduntque cum 88
suis creditoribus pacisci posse *secundum l. vltim. C. qui bon. ced. poss.* prout in specie conqueritur Herman. Meyr. *in tract. de pignor. & hypothec. titul. 20. num. 77. vers. verum cum hodie, &c.*

Quare cesset admiratio † si tam ampla, & spatiosa sit 89
facta via decoctoribus, & quotidie videamus increbescere eorum numerum, & certè salus esset mercaturæ, si contra istos seuerissimè animaduerteretur; *Seueritas, & acerbitas plerumque † vlciscendi maleficia, benè, & cautè vi-* 90
uendi disciplina est, & vulgò dicimus: *Pœna † vnius, mul-* 91
torum est metus. Vnde Quintilian. *in Declamatione 184.* orando sic inquit. *Quoties noxios † crucifigimus, cele-* 92
berrimæ eliguntur viæ, & deinde subdit: *Omnis pœna, non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum*, Iust. Lips. testatum etiam relinquit, quod † *paucorum punitio* 93
terret, & emendat omnes.

Incognitique iuris non est, ex causa licitum esse, transgredi leges, vt voluit Innocent. *in c. 1. de Constitut.* nam in aliquibus criminibus propter sui atrocitatem, † & immanitatem, necessaria etiam videtur crudelitas, & seueritas, leges etiam transgrediendo, facit text. *in §. sed si credas in fine Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. & in l. sacculari, §. sunt quædam, ff. de extraord. crim. & in l. aut facta §. nonnumquam euenit. ff. de pœn.* Cabal. *resol. crimin. 97. num. 9. cent. 1.* & animaduertit Reg. Senatus Cathaloniæ apud Fontanell. *decis. 120. num. 13.* & magis in terminis nostris Bald. *l. & si seuerior*, & ibi Salicet. *C. de infam.* vbi in specie dicunt vna cum glos. pœnam augeri posse, vt † multis grassantibus sit exemplum, & ideò benè dixit Bart. *in l. 1. C. de supra exact. lib. 10.* quod ex frequentia delinquendi, quis vsque ad mortem condemnari potest, vbi etiam aliàs † pro illis delictis pœna mortis nullatenus veniret infligenda, & probat etiam text. & ibi Bart. *in l. omnes, Cod. de delator. lib. 10.* & licèt Ludou. Romanus solus dixerit eo casu consulendum esse † prius superiorem, eius tamen opinio non tenetur, prout refert Ias. *in l. 1. C. de precib. Imper. offerend.* & testatur Thom. Grammat. *in cons. 17. num. 16. vers. Romani opinio non tenetur*, & in terminis istis ratiocinatur Strach. *de decoctor. part. 3. num. 8.*

Vnde hic arguendo à fortiori, nempe si supradicta vera sunt, quando à lege in illis casibus imposita est mitior pœna, vt ex frequentia delictorum, spretis iuribus, possit alterari, quid ergo erit dicendum, vbi lex statuit condignam pœnam ad deterrendos alios, & nullatenus obseruatur. Iudices enim non debent esse † demen- 98
tiores ipsa lege, *§. oportet, Auth. de Iudic. l. fin. Cod. ne mancip. Christ.* Bald. *in l. cum fratrem, Cod. de his quibus vt indig.* & aduertit Rota *in Vrbeuetana restitutionis Dotis 14. Decembris 1640. coram clar. memor. Merlino, vers. Nec debent Iudices esse clementiores ipsa lege, &c.* Et in puncto videatur Thesaur. *decis. Pedemont. 27. num. 4.* vbi enixè rogat Principes, † vt sint 99
cauti, ad admittendos debitores ad cessionem bonorum absque aliqua pœna; quia æquitatis benignitas in damnum alterius non debet extendi, & postea dolenter subdit. Videmus enim multos post hanc cessionem non sine grauissima creditorum iactura non solùm secretò, sed & apertè opulenter grassari, &c.

Quamuis enim Princeps ex bono communi possit † pœnam remittere delinquenti, tamen si id faceret sine 100
ratio-

rationabili causa, peccaret mortaliter, cùm esset in magnum nocumentum Reipublicæ, cuius interest delicta non remanere impunita, videatur Molfesius *in Somma tom.1. tractat.9. cap.9. num.10.* Ledesma *in somma tom.2. tractat.8. cap.22. difficolt.5. conclus.6.* Arragonius *in 2.2. quæst.67. art.4.* Azorius *tom.3. lib.13. cap.13. quæst.3.* & nuper R. D. meus Antoninus Diana (vir ingenij, & diligentiæ laude non fraudandus) *resolut. moral. part.7. tract.6. resolut.1.*

Et addo in terminis nostris elegantem textum *in l. bona fides 31. ff. deposit.* ex quo probatur Reipublicæ valdè in-
101 teresse, vt fraudulenti decoctores † publicè puniantur.
Nec potest videri odiosum, aut rigorosum id, quod ob pu-
102 blicam vtilitatem constituitur, facit † *l. si quis, §. verum, ff. ad Sillan.* Bart. *in l. quemadmodum num.4. Cod. de agric. & censit. lib.11.* Ias. *in l. cætera, §. si quis, num.2. ff. de le-*
103 *gat.2.* Et ex causa publicæ vtilitatis receditur à † regulis iuris communis, multaque permittuntur, quæ aliàs essent prohibita, *l. ita vulneratus, §. multa, ff. ad leg. Aquil.*

Vulgatumque est, quod futura mala debent caueri, non
104 iniquis † consuetudinibus foueri, Innocent. *in cap. inquisitioni, de sentent. excommun.* Zas. *in consil.5. num.67. lib.1.* & congruit dictum Bald. *in cap. olim. col. penult. ext. de re-*
105 *script.* scilicet: *Contra malos non esse vtendum † malua, vel emplastro, sed gladio.* Vnde habemus in *l. nemo 3. C. de Episcop. aud.* quod per malefactores turbantur publica gaudia, & lætitia communis, & ibi Paul. de Castr. inquit,
106 *Sanctissimum esse officium, † si fiat iustitia de criminosis.* Nam secundum Senecam, *non potest pinguior victima Deo mactari, quàm homo sceleratus.*

Pulchrè videatur in terminis penes bon. me. Reuerendiss. Marchesan. *in tract. de Commiss. cap.1. circa commiss.*
107 *cess. bon. §.1. num.107. part.3. fol.203.* vbi refert † dum ipse erat Gubernator Imolæ, &c. condemnauit quosdam fraudulentos decoctores ad triremes per 10. annos nisi intra 20. dies suis creditoribus integrè satisfacerent; nam, vt ipse præcisè ait, *in fine num.107.* Hem mirabilis medela, anteaquam terminus 20. dierum laberetur, omnibus
108 creditoribus † integrè (vt ipse optimè se informauit, & videre voluit) satisfecerunt, ad triremes euitandas, & & idem *eadem part.3. fol.274. num.60.* pariter exclamat, quod si pœnæ statutæ contra improbos decoctores seruarentur, non essent nostris calamitosis temporibus prædicti tam faciles ad decipiendum creditores, Nam vt plu-
109 rimum pecunias alienas in suis † manibus sisas pro se retinent, vnde pauperes pupilli, viduæ, orphani, & alij miserabiles creditores sub proditoria fide decepti, & forsitan nihil aliod præter dictum creditum (vt sæpissimè accidit) habentes, suas ab eis dissipatas substantias, vel apud eosdem retentas, amarè plorant, maximisque lachrymabilibus vocibus post eos clamare non cessant.
110 Quare, cùm † suum consequi non valeant, miserè mendicare coguntur, ac multoties in obscenum, & perniciem vnà cum eorum familijs vadunt. Nam vera est illa
111 conclusio, *pecuniæ † amissionem esse alteram mortem:* Hostien. *in summa de procurat. §. in quare, vers. & quod*
112 *dixi, cum pecunia sit secondos † sanguis,* Ias. *in l. nec quidquam, §. vbi decretum, num.2. ff. de offic. proconsul.* Gerard. à Petr. Sanct. *singul.73. num.5.* Afflict. *decis. 24. num.4.* & hoc maximè procedit hodie, vt inquit Menoch. *de arbitr. Iud. lib.2. cas.110. num.6.* & adde dictum Hesiodi, *pecuniam mortalium animam esse.*
113 Vnde, & qui aufert † temporalia, aufert vitam, *arg. can. si quis obiecerit, 1. quæst.3.* multaque priuilegia pecuniarum scribit Maphe. Vegius *in sua disputatione inter solem, aurum, & terram,* vbi abundè videre licèt. Postremò dicitur in Ecclesiastic. *cap.40. in fin. Melius est mori,*
114 *quam indigere, nam vita † indigentis semper est in cogitatione victus:* &c. & id aduertit pariter text. *in l. quis-*
115 *quis, 5. §. filij vero, C. ad leg. Iul. maiest.* ibi, *vt his † perpetua egestate sordentibus sit, & mors solatium, & vita supplicium.*

Sed ad nos, & quia vt superiùs diximus, & habetur in in decisione gesta ab eo, qui est proximus decoctioni, plena sunt fraudibus, falsitatibus, & simulationibus.

Meritò ergo in diuersis Ciuitatibus adsunt statuta, vt
116 decoctorum instrumenta, venditiones, † alij contractus decoctionem per annum ante celebrati præsumantur simulati, & in fraudem creditorum iniri, & sic nulli, pro-

ut est statutum Bononiens. de quo meminit Rota *in causa Bononien Dotis 20. Ianuarij 1605. coram bon. mem. Pena, est decisio 928. inter eios a me imprimend. num.10. vers. statutum Bononien, contra decoctores, &c. & in altera Bononien. bonorum 14. Iunij 1600. coram bon. mem. Card. Sacrato, est decisio 157. num.1. part.5. diuers. aliàs post 2. tom consil. Farinac.*

Genuæ etiam adest statutum contra † decoctores *in* 117
lib.4. cap.7. titol. de decoctor quod vt animaduertit Stracc. *de Commerc. §.2. glos.5. num.445.* disponit, omnes dispositiones factas per debitorem ad fauorem alicuius, seu aliquorum ex suis creditoribus intra quindecim dies immediatè antecedentes diem rupturæ haberi, ac censeri pro non factis.

In Vrbe etiam habemus † non dissimile Statutum *lib.1.* 118
cap.114. ibi, *ante vel post decoctionem, &c.*

Et hic aduerte, quando aliquid est venditum ei, qui
paulò post decoxit, licèt venditor habuerit † fidem de 119
pretio, nihilominùs poterit rem suam vindicare, & per consequens omnibus alijs creditoribus præferri debet, nec releuat, quod hoc casu sit habita fides de pretio,
vt dixi, quia dominium rei venditæ † non fuit transla- 120
tum in emptorem dolosum, eo quia dolus causam habendæ fidei dedit; & sic fides tali casu habetur pro non habita, & res non tradita, sed fraudulenter ablata censetur per text. *singolarem in l. si quasi, ff. de pignor. act.*
Quare venditor in concursu creditorum † præferendus 121
est, & rem vt suam, vbicumque existentem vindicari poterit, non obstante traditione, quæ sententia continua memoria est retinenda. Et hoc incidenter dictum sit, & latissimè de hac materia alibi tractabo.

Nec inconueniens erit hic nonnulla alia statuta condita in odium eorundem fallitorum in medium afferre.

Mediolani enim adest † statutum Mercatorum contra 122
fallitos disponens, vt nullus possit eos receptare, etiamsi Pater, Mater, Frater, aut quicumque alius sit, sub certa pœna, vt meminit Bald. *in cons.250. incip. In quæstione D. Milani num 7. lib 1.*

Florentiæ viget Statutum, vt denegetur audientia
† fallito, seu cessanti, teste Aretin. *in cons.84. num.4.* 123
& ideò cùm ista exceptio impediat litis ingressum, Bald. *in l. postquam lite, Cod. de pact.* Bart. *in l. omnes, Cod. de fund. patrimon. lib.11.* non potest audiri fallitus, nec etiam in causa tactus, vel capturæ, nisi soluat; Et vigore legis de annô 1498. latæ denegatur hæc audientia
etiam parte † non opponente, quo casu processus est ipso 124
iure nullus, Alex. Ias. & Rip. *in l.1. §. soblata, ff. ad Trebell.*

In Regno Castellæ falliti habentur pro † Latronibus pu- 125
blicis, & eiectis à pace, & tregua, vt tradit Alphons. de Azeb. *in l.3. titol.2. de la liber. de lar Igles. num.7. tom.1. & in l.1. titul.19. de les cambiad. num.2. tom.3.*

In Cathalonia pariter prædicti (vt habetur inter † eius 126
Constitutiones sub titulo de abaturs) habentur pro infamibus, & pro latronibus publicis, & tamquam infamibus portæ dignitatum clausæ sunt, &c. videatur Fontanell. *decis. Cathal. 231. n.3. & 232. num.5.*

Nota etiam in multis locis adesse statuta, seu consuetu-
dines, vt ignominiosè debitores † obærati admittantur ad 127
cessionem bonorum, vt est Mediolani, prout meminit Bald. *cons.301. num.2. lib.5.* & Addentes ad Roman. *singol. 19. in fin.* & videatur Thesaur. *decis. Pedemont.37.* vbi in fine ponit per extensum formulam, & decretum Amodei Ducis Sabaudiæ, &c. super dicta ignominiosa cessione, ibi,
Debitor ante forum Auditorij super † lapide stare iubemus 128
aliquo temporis internallo, & demum vsque camiseam suis exutus vestibus (tamen sibi restituendis) palam stare, & de posterioribus super ipse lapide bina vice percutiendo alta voce clamare, Cedo bonis, &c.

Idem etiam de consuetudine † seruatur Lugduni, & in 129
alijs diuersis locis, teste Guidopap. *decis.343.* ibique Addentes, & in fine asseritur mulieres non teneri ea consuetudine cedendo bonis.

An autem supradicta, vel similis ignominiosa cessio liberet debitorem à solutione, si deuenerit ad pinguiorem
fortunam, † in hoc casu quando cessio est facta simplici- 130
ter, certum est teneri debitorem, text. *est in l. qui bonis, ff. qua bon. ced. poss. & in cap. Odoardos, de solut.* quoniam primæua obligatio non fuit extincta ipso iure,

sed suspensa, & quasi sub vmbra aduersæ fortunæ donec
131 superueniat † lux prosperæ fortunæ, & ita semper for-
tunatus erit, faciendo restitutionem eius, quod debet, vt
inquit Ceuall. *commun. contra commun. opin.729. in fin.*
132 Quid autem † sit dicendum, quando debitor peruenit ad
necessitatem, & concordat cum creditore, an si perue-
nerit ad pinguiorem fortunam, vtrum integrum in foro
conscientiæ soluere teneatur, & quid si concordauerit
133 † antequam peruenerit ad necessitatem, & de hac quæ-
stione mentionem facit Rota *in causa Romana, seu Ame-
rina aperitionis oris 27 Iulij 1635. coram bon. mem. Cocci-
no in fin.* & ibi ad hoc allegatur Petr. Nauarr. *de restitut. tom.
2. lib.4 cap.4.n.17.* & addo Ludouic. Lopez. *in instruct. con-
scient. part. 1. cap. 109. in fin.* Boet. *decis. 215. num. 8.*

Quando tamen, vt dixi, sumus in ignominiosa cessio-
134 ne, tunc plures Doctores tenent, debitores † liberari in
totum, & nihil suis creditoribus soluere teneantur, etiamsi
deuenerint ad pinguiorem fortunam, quia dicta ignomi-
135 nia, (quæ pœna temporalis est) loco solutionis debiti † pe-
cuniarij est, in qua sententia residet, Glos. communiter
recepta, & secuta *in cap. sicut dignum, §. eos insuper in
verb. restituere, vers. nisi pro eo, iam substinuisset pœnas
corporales, &c. ext. de homicid. volunt.* & ibi allegatur
text. *in can. si res, 13. quæst. 6.* etiam ita sentit Bald. *in l. fin.
ff. de in ius vocand.* vbi ad id allegat textum, quem ad hoc
dicit meliorem, qui sit in Mundo *in l. sed si vnus, §. Sed
si ante, ff. de iniur.* sic etiam voluerunt Paul. de Castro,
Ang. Aret. Ias. *n. 19.* Dec. *n. 26. in l. si quis id quod, ff. de iurisd.
omn. iud.* Roman. *in singul. 24. incip. Quod non valens sol-
uere,* vbi addit aliam glosam præter supradictam *in cap. pec-
catum de reg. iur. in 6.* dixitque Cepoll. *in suo tract. Cautel.
cautel. 3. incip. Nota cautelam pulchram, & vtilem, etc.* Bellus
in tractat. de re militar. part. 9. tit. de Saluis conductis, n. 47.
qui dicit ita se aliàs legisse, & si tunc locum memoriæ ex-
cedisse profiteatur, &c. huicque opinioni etiam se subscri-
pserunt Muscatell. *de appar. part. 3. glos. detinebitur n. 87. 88.
& seq.* Brun. à Sole *quæst. 7. num. 10. & 11. & quæst. 9. num. 38.*
Cancer. *in 2. resolut. quæst. 8. de cession. bonor. n. 23.* Costa *de
remed. subsid. rem. 27. n. 3.* Ceuall. *commun. contra commun.
d. opin. 729. num. 12.*

Nec obtenebratur prædicta conclusio ex dictis à Couar.
lib. 2. var. resol. cap. 1. n. 6. quia vt aduertit Menoch. *de arbit.
136 Iud. lib. 2. centur. 2. cas. 183. n. 23.* procedit eius † considera-
tio, quando cessio est facta simpliciter, iuxta communem
Iuris dispositionem, & non quando ignominiosè fit iuxta
locorum consuetudinem, nam tunc illa cessio ignominiosa
est pœna, quæ solutionis loco subrogatur, *ex l. vltima, C.
137 de in ius vocand.* qua † de re tollitur ciuilis, & naturalis
obligatio, & in hoc casu procedit Glos. *in l. vbicumque, ff. de
fideiuss. &c. & in d. cap. sicut dignam, §. eos extr. de homicid.*
quod enim è prædicta opinione non sit discedendum, mo-
net Alex. Trentacinq. *var. resol. vol. 1. lib. 3. tit. de solut. re-
sol. 27. n. 8. in fin.* Et sic iudicauit Senatus Grationopolita-
nus penes Guidop. *decis. 343. num. 1. vers. nisi vituperosa fie-
ret cessio, vt quia remotis familiaribus, &c.* Ita pariter sen-
sit Concistorium Regni Siciliæ, secundum Giurb. *decis. 41.
n. 21. vers. quod verum intellige, nisi cessio ignominiosè fieret,
quia tunc cedens bonis liberatur in totum, vt nihil suis credi-
toribus soluere teneatur, &c.*

138 Aduertant tamen Iudices † non esse faciles ad admit-
tendum decoctores ad hanc insolitam solutionem, quæ
creditoribus nihil est profutura, & ne ipsi debitores inopiæ
propriæ confidentia freti, quasi impunitatis illecebra, vel ad
139 bonorum decoctionem, † vel ad audacius delinquendum
inuitentur, iuxta *l. 1. §. generaliter, ff. de pœn.* & pulchrè vi-
deatur Æn. Robert. *rer. iudicat. cap. 15. titul. qui non habet in
ære, luat in corpore,* vbi refert in *Arrest. du Mardy matin,
14. de January 1586. au roolle d'Amiens plaidant M. A.
140 Arnault.* fuisse quandam sententiam † reuocatam, quia
condemnabat debitorem ad certum tempus ieiunandum,
eò quia non habebat in ære, & sic lueret in corpore, ibi-
que habes rationes reuocationis.

Et hæc sufficiant, quoad statuta, seu consuetudines con-
tra decoctores, plura quidem alia statuta, &c. diuersarum
Ciuitatum in hac materia referre possem, sed quia hoc
esset potius longum quàm necessarium, ideò illud quod di-
ximus supra gesta ab eo, qui est proximus decoctioni, præ-
sumantur fraudulenta, nec non simulata, intellige id
141 † non procedere, quando de veritate in contrarium doce-
tur, quia tunc non habent locum supradicta, ita Rota *de-
cis. 460. num. 2. vers. nisi aliunde constet de veritate part. 2.
recent.* & in terminis Statuti Bononien. de quo supra, *fuit
dictum in d. Bononien. dotis 20. Ianuarij 1605. coram Penia,
n. 11. vers. Quia statutum admittit probationem in contra-
rium;* & allegatur decisio *in causa Bononien. bonorum de
Ocellis 27. Iunij 1597. coram bon. me. Orano, & idem fuit re-
sponsum coram Cardin. Sacrato in d. decis. 157. sub n. 1. vers.
licet statutum præsumat tales alienationes fraudulentas, &c.
post 2. tom. consil. Farinac.*

Tandem, quando decoctio accidit ex aliquo sinistro
euentu puta casu naufragij, † bona periere, seu igne con- 142
sumpta sunt, vel alio simili duro accidenti, dummodo nec
adsit, nec præsumi possit debitoris dolus, fraus, siue culpa.
Non enim esset nouum afferere, † vt aliquando diuitiæ, seu 143
bona acquirantur, & amittantur impetu fortunæ, *l. is qui, §.
1. ff. de acquir. rer. domin. cum simil.* Vnde illud vulgatum.

Irus est subito, qui modo Crassus erat.

Tunc enim si mitiùs, & misericorditer non ageretur
cum d. debitore † inhumanum quidem esset, *facit text.* 144
in l. furti, §. pactum, ibi, *nec erit venia vlla ratio, quod
est inhumanum, &c. ff. de his, qui not. infam.* & ibi glos. *in
verb. inhumanum,* plura adducit, & præsertim illud, quod
nos Christiani pluries auribus Diuinis † inculcamus, hoc 145
est, *Dimitte nobis, debita nostra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris, &c.*

Pariter facit textus Sacri Euangelij apud Matth. *cap. 18.*
Ibi, *Serue nequam † nonne omne debitum dimisi tibi, quo-* 146
*niam rogasti me, nonne oportuit & te misereri conserui tui,
sicut & ego tui misertus sum? &c.* optimè quidem asse-
ritur, quod qui misericordiam non facit, † Christum ne- 147
gare dicitur, text. *est in can. omnis 7. quæst. 1.* ibi, *ipsum
Christum negant, qui est misericordia, &c. Iudicium certe
sine misericordia † fiet, ei, qui non fecit misericordiam,* Deu- 148
teron. *cap. 19. can. iustit. 24. quæst. 9.*

Omnibusque holocaustis, vel sacrificijs, † misericordia 149
melior est, *can. ponderet, 50. distinct.* Matth. 12. & Luc. 6.
per eam enim tantùm Saluatorem † nostrum imitamur, 150
dixit text. *in l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.* & insuper
ea vitæ æternæ, & præsentis impetrat subsidia, vt testatur
Paul. Apostol. ad Timoth. *cap. 3.* & ex nostris refert Corn.
in consil. 296. n. 2. lib. 4. vbi alia.

Si ergo etiam hosti capto † misericordia debetur iuxt. 151
text. *in can. noli 23. quæst. 1.* quid igitur erit dicendum de
misero debitore telis calamitosis fortunæ dirè vexato? Vn-
de non sine causa Iustinianus Imperat. *in Nouell. 4.* tales
† debitores infelices vocat. Et facit illud Exodi *cap. 22.* ibi, 152
Non vrgebis pauperem debitorem, &c. pariter congruit re-
gula † Christianæ pietatis, quam ex nostris tradit Hostien. 153
in proœm. suæ summæ, §. Vnde habuit num. 21.

*Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli,
Sic potes in terris viuere iure poli.*

Videmus etiam Iura adeò in miserabili statu habere de-
coctos, vt ipsis mortuis † æquiparent, Seraph. *decis. 794.* 154
*num. 17. vers. habebatur, ac si in humanis esse desijsset, &c.
& decis. 226. num. 11. part. 4. diuers. cum alijs nuper allegatis
in causa Romana domorum 23. Iunij 1642. coram Reueren-
diss. P. D. Patauino, §. super addita morte ciuili per decoctio-
nem, &c.* Decoctus † etiam æquiparatur fonti aquis ex- 155
siccato, *de quo in l. Athilicinus, ff. de seruit. rustic. præd.*

Meritò ergo Græci valdè extollunt, & celebrant senten-
tiam illam,

Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων.

idest, *Felix † qui nihil debet:* & optimè hoc norunt illi, 157
de quibus loquimur, idest ære alieno obærati, contra quos
omnia iura insurgunt, & tamquam signum ad sagittas
positi sunt, quid enim calamitosiùs, quàm toties erube-
scere, toties præficare faciem, toties Iudicis familiam fugi-
tare, † latitare, mentiri, dissimulare terminos, & supra 158
terminos accipere, dum vident creditores subtergere cir-
ca columnas, vel stationibus, vel circulis hominum occul-
tandi causa se immiscere, nunc supplicium agere, palam
appellari, citari, numquam sui iuris esse, digito monstrari
ab ipsis amicis, & ab illis, qui dum tempus non erat
† nubilum, salutabantur, prout accidit Crasso dicto 159
Diuite, vt refert Valer. Max. *lib. 6. de variet. casuum
cap. 3.*

Equidem tam amarum statum debitorum meditatus
fuit, & in mentē venit Cæsari Augusto, nā Equite Romano
vita functo, qui tantum habebat æris alieni, vt summa du-
centies H.S. excederet, quæ tamen dum viueret celauerat,
illius-

160 illiusque † rebus venditioni subiectis Augustus iussit pro
eius persona emi culcitram illius cubicularem (vulgò ma-
tarazzo) & cùm eius Ministri de nouitate rei non parum
admirarentur. Respondisse, fertur Imperator, haben-
da est ad somnum mihi conciliandum illa culcitra, in qua
ille Eques tantò ære alieno obstrictus, somnum capere
potuit, vt refert Macrob. *lib. 2. Satur. cap. 4.* Erasf. *in Apo-
phth. lib. 4. in August. num. 31.*

Quilibet ergo cautus sit, ne in supra relatas calamitates,
& miserias eorum, qui ære alieno oberati sunt, misera-
161 biliter incidant, nam agens † in omnibus cautè, in nihilo
damnificari potest, sic attestante Imperatore *in §. Si vero
non fueris, auth. de hered. & falcid.* atque meminit Rota *in
Viterbien. Castrorum 11. Martij 1626. coram bo. me. Coccino,*
sumatur etiam optimum monitum Catonis Vticensis, qui
lib. 4. documentorum prudenter dixit.

Vtere quæsitis modicè, cum sumptus abundat;
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.

162 Quando † enim expensæ excedunt annuos redditus,
consumitur paruo tempore, quod magno labore acquisi-
tum est, nam qui plus quam satis expendere volet, is pau-
lò post minus, quam erit habebit. Non incongruè qui-
dem inquit facetus Poeta,

163 *Qui plus expendit, † quam rerum summa rependit,*
Non admiretur, si paupertate grauetur.

164 Vlterius teste Aristotel. *lib. 2. de Rep. cap. 4.* Vt in otio † vi-
uatur, fieri non potest, nisi facultates suppetant. In casu
verò, quo debita contrahuntur, egregiè admonet Senec.
in lib. de consolation. ad Martiam cap. 10. dicendo *Nos*
165 *oportet in promptu habere, quæ † in certum diem nobis data
sunt, & pulsatos sine querela reddere, cùm pessimi debito-
ris sit, creditori facere conuicium, &c.* Hinc illud vulga-
166 tum æquitate plenum: *Redde, † quod debes,* & vt admo-
net S. Gregorius Papa *in lib. moral. Stultus est debitor, qui*
167 *† gaudens pecunias accipit, & tempus, quod reddere debet
non attendit.* Sed vt finem reperiam concludam vnà cum
monito S. Ambrosij lib. de Tobia lib. 8. dicentis, *Dum va-
168 dis cum aduersario tuo ad Magistratum, † da operam libe-
rari ab illo, ne forte producat te ad Iudicem, & Iudex tra-
dat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Audiant
etiam debitores admonitionem Martialis alloquendo cum
Sexto eius amico valdè tamen duro ad soluendum.

Et Iudex petit, & petit Patronus.
Soluas, censeo, Sexte, creditori.

169 si benè etiam animaduertatur ille, qui † debita soluit, eius
bona nullatenus diminuit, sed potiùs amplificat.

Paulus Rubeus.

R. P. D. P L A T T O.

posteà S. R. E. Cardinali.

Placentina Euictionis.

Veneris 8. Maij 1589.

A R G V M E N T V M.

Emphyteotica re euicta, agitur de euictione contra concedentem emphyteusim, & eius hæredem.

S V M M A R I V M.

1 *Abbas euictare per ipsum alienata, tenetur emptori de euictione.*

2 *Euictionis actio datur etiam ad damna, & interesse, præterquam in emptore malæ fidei, qui solum pretium repetit, declara vt num. 3.*

4 *Euictionis actio datur etiam contra hæredes venditoris. Vbi etiam quod datur contra hæredes Prælati malè alienantis res Ecclesiasticas.*

D E C I S I O X.

1 CVm rescissio concessionis in emphyteusim factæ per Abbatem Pallauicinum Puteobonellis processerit ex ipsius Abbatis facto, eò quod falsò asseruit in precibus PP. pro illius confirmatione porrectis, se aliter modum non habere debitis, alijsque suæ Abbatiæ necessitatibus satisfaciendi, resoluerunt Domini eisdem Puteobonellis competijsse contra Abbatem actionem de euictione, iuxta text. *in cap. Volaterana,* in illis verbis, *sit emptoribus ad eum recursus,* vbi Gemin. *num. 1. col. 1. circa med. vers. nota quod Prælatus 12. quæst. 2. & in §. si quis igitur,* ibi, *proprijs eorum substantijs ex contractu habeant actionem, in auth. de non alienand.* vbi Gloss. *in verb. contractu,* & Glos. *in cap. si quis presbyterorum, in verb. alienata,* vbi Abb. *in fin.* Imol. *num. 25.* Bero. *num. 46. de rebus Eccles. non alien.* Laurent. de Rodulph. *in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. num. 180.* & de concessione in emphyteusim, quod teneatur concedens de euictione, tradit Rebuff. *de rebus Eccles. non alienand. num. 116.*

Et in hac actione veniunt etiam damna, & interesse, 2
Innoc. *in d. cap. si quis,* ibi, *peto mihi pretium cum interesse,*
Bero. *sub n. 49.* Card. *in Clem. 1. quæst. 25. eod. tit.* Cald. *in
rubr. de reb. Eccles. non alien. n. 29.* Speciale enim est in em-
ptore malæ fidei, vt solum pretium repetat, A Felin. *in cap.* A
cum causam, n. 26. de re ind. at quia Puteobonelli conducto-
res, prout fuit resolutum, in bona fide extiterunt, neque
etiam poterant ipsi diuinare, quod Abbas alias haberet pe-
cunias, ex quibus debitis Ecclesiæ, alijsque necessitatibus
satisfacere posset, & propterea non posset aliquo modo Ab-
bas replicare contra eos, quòd fuerint participes, quare
cessant illæ omnes difficultates, quas ad hoc propositum
excitant Doctores contra malæ fidei emptorem, vt per
Innoc. & alios *in d. cap. si quis,* & latè per Rodoan. *in
tract. de reb. Eccles. non alien. fol. 470. num. 19.* Cessan-
te igitur mala fide, & dolo emptoris, debet locus esse
regulæ, vt quando euictio venit ex ipso contractu, iuxta
text. *in d. §. si quis agitur,* se etiam extendat ad damna,
& interesse debita ex natura ipsius actionis de euictio-
ne, B *l. venditor, de euict. l. si eum, §. fin. l. euicta la 2.* B
*l. bonitatis, eodem titul. l. quæro, l. Lucius, §. fin. ff. de
action. empt.* Alexan. *cons. 63. num. 5. lib. 6.* Aretin. *cons. 105.
num. 2.* Curt iun. *cons. 177. num. 5.* Fab. de Monte *de empt.
quæst. 6. num. 56.*

Quod in casu isto videtur sine difficultate procedere, 3
cùm Abbas non solùm nomine Abbatis, sed etiam pro-
prio locauerit cum obligatione refectionis damnorum, &
interesse pro obseruatione omnium, & singulorum in
instrumento concessionis in emphyteusim contentorum,
quo casu etiam malæ fidei emptor agit de euictione, Abb.
in cap. si quis, in fine, vbi Imol. *num. 26.* idem Abbas *in cap.
ad audientiam, num. 5. eod. tit.*

Cùm autem actiones regulariter transeant ad hæredes, 4
& contra hæredes, C *l. 1. vt act. ab hered. & contra ha-* C
red. l. successor, Cod. de solut. & in specie de actione de
euictione tradit textus *in l. si testatus, l. si controuersia,
l. cum successores, C. de euict.* dixerunt Domini licere Pu-
teobonellis, mortuo Abbate Pallauicino locatore exer-
cere huiusmodi actionem contra eius hæredes, saltem
quatenus ex dicti Abbatis hæreditate facti sunt locuple-
tiores; nam quòd & hæredes Prælati malè alienantis te-
neantur, disponit textus in *l. iubemus, §. œconomus, C. de sa-
crof. Eccles.* vbi Bald. *in §. sanè, num. 5.* fortiùs dicens hæ-
redem huiusmodi de iure Canonico teneri ex delicto,
sicut ex contractu, vel quasi, & Bald. sequitur Rodoan.
fol. 470. num. 22. & licèt textus *in d. §. œconomus,* loqua-
tur fauore Ecclesiæ, non emptoris: tamen satis est con-
stare ex eo actionem huiusmodi contra hæredem exerceri
posse, quod si Ecclesiæ conceditur, quæ potiùs ex deli-
cto, quàm ex contractu habet obligatum alienantem,
multò magis concedendum est emptori, seu conductori
bonorum Ecclesiasticorum, eo casu quo contra Prælatum
habet actionem de euictione, quæ potius ex contractu,
quàm ex delicto nascitur.

Quòd maximè in casu nostro locum habere debet, prout 5
dictum est etiam nomine suo, Prælatus alienauit cum promissione damnorum, hæc est propria ipsius Abbatis obligatio, quæ ad hæredes quoque transire debet, *d. l. 1. Cod. vt act. ab hered.* cum alijs allegatis. Quòd si obligatio bonorum propriorum ipsius Abbatis, quæ legitur in instrumento conuentionis, ad hunc casum extenderetur, vt aliqui sentiebant, res careret omni difficultate: sed quia hoc non firmarunt Domini, circumscripta pro nunc, ac bonorum propriorum speciali, & expressa obligatione; ex alijs supra deductis concluserunt, tam ipsum Abbatem, quàm eius hæredes à Puteobonellis posse de euictione conueniri, saltem in quantum ex hæreditate Abbatis facti sunt locupletiores.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem X.

1 Emptor, quando sciuit rem emptam esse alienam, vel alteri obligatam, & acquieuit,

2 Tunc nec agit de euictione, nec ad pretij restitutionem.

3 Et ista est vera, & communis opinio, & in ea residet Rota Romana, & alia Tribunalia.

4 Emptoris scientia circa emptionem rei aliena, ad hoc vt non possit agere ad pretij recuperationem sufficit, vt sit in genere.

5 Emptor scienter emens rem alienam, vel alteri obligatam, ideò non agit nec de euictione, nec ad pretij recuperationem, quia præsumitur pretium donare venditori,

6 Et hac ratione potest venditor conuenire emptorem ad solutionem pretij conuenti non soluti, licet res sit iam euicta.

7 Venditor debet clarè certiorare emptorem de qualitate rei vendita.

8 Venditor cùm teneatur narrare emptori qualitates rei vendita, non sufficit, si dicat, vendo ius quod habeo,

Sed debet asserere, res est subiecta tali, ac tali oneri.

9 Venditor dicitur dolosè versari, si non exprimat conditionem, & qualitatem rei vendita emptori,

Et ideo etiam potest condemnari ad interesse.

10 Venditor, si sciat vitium rei, & taceat, præsumitur animo circumueniendi venditorem id facere.

Certiorare quando quis commodè potest aliquem, & non facit, dicitur improbus, & fraudulentus.

11 Venditor tenetur certiorare emptorem de seruitute rei vendita, quia potest esse, quod eam non emat, vel si emat, minori tamen pretio.

12 Emptori ea omnia notificanda sunt, quæ possent eum retrahere à tali emptione.

13 Emptor, si aliquid emat ex eo, quia vendens asseruit illud esse suum,

Tunc licèt res sit propriè vendentis, non tamen libera, adhuc potest emptor non stare emptioni, & pretium repetere.

14 Venditor debet certiorare emptorem de sententia lata contra rem vendendam, aliàs emptor potest solutum repetere.

15 Venditor non sub inuolucro verborum, & in genere, vel obscurè, sed nominatim, & in specie certiorem emptorem ignarum de qualitatibus, & oneribus rei venditæ reddere debet.

16 Venditori sat non erit, si bonas tantum qualitates rei vendendæ emptori narrauerit.

Venenum nemini præbetur, nisi melle, aut zuccaro circumuolutum, sub num. 16.

17 Vitia non decipiunt, nisi sub specie, vmbraque virtutum.

Vitium triste est habitu, & vultu seuerum, n. 17.

18 Venditor potest dicere, se fuisse deceptum ex eo, quia onera, malaque qualitates rei non fuerint ei narrata à venditore.

19 Emptor debet esse curiosus in perscrutandis qualitatibus rei emendæ, aliàs id sibi imputare debet.

Damnum si ex propria negligentia quis sentiat, id sibi imputet, num. 19.

20 Dubius & ignorans æquiparantur, sed hoc non procedit, quando quis contrahit cum alio, quia tunc tenetur inuestigare illius conditionem.

21 Emptor non excusatur, si non fecerit diligentias, ad hoc vt sciret qualitates rei emendæ.

22 Venditoris dolus ex eo, quia tacuit onera rei venditæ, & negligentia emptoris circa inuestigationem rei emptæ, quando simul concurrunt, tunc dolus venditoris longè præponderat negligentiæ emptoris.

23 Culpa non habetur in consideratione, quando concurrit alterius dolus.

24 Contractuum potissima substantia, & forma est consensus, etiam attento iure naturali.

25 Venditor tacendo malas qualitates rei vendendæ, facit deficere in emptore consensum, quia ipse aliàs non contraheret.

Ignorantia excludit consensum.

26 Ignorans non præstat consensum.

27 Ignorans reputatur absens, stultus, impotens, &c.

28 Ignorantia est tolerabilis ad euitandum damnum, & vt quis possit repetere solutum, licet secus esset, si ageretur de lucro.

29 Maioribus errantibus succurrere non est inconueniens.

30 aduersus Hereditatis aditionem etiam maior restituitur in integrum, si in ea latens æs alienum reperiatur.

32 Venditoris promissione stante de tradenda re libera potest agi ad damna, & interesse, licèt sola possessio sit euicta.

33 Possessio sola licèt sit euicta, non tamen potest dici rem libere fuisse traditam.

34 in Obligationibus omnibus venit promissio damnorum, & interesse, licèt id non sit expressum.

35 Obligatio Cameralis continet etiam stipulationem pro damnis, & interesse.

36 in Heredes transeunt omnia iura, & actiones actiuè, & passiuè.

Et hoc quamuis nulla sit mentio hæredum, nec aliquo modo cogitatum, num. 36.

37 Executiuè si agi poterat contra defunctum, sic etiam agitari potest contra eius hæredem.

38 Pactum omne, & stipulatio de sui natura transit ad hæredes,

Et prædicta conclusio procedit etiam si pacta, & stipulationes fiant cum dictione taxatiua, ipsorum contrahentium, num. 38.

39 Hæres reputatur vna, & eadem persona cum defuncto in iure creato, & formato actiuè, & passiuè.

40 Actiones etiam personales transeunt in hæredes, quæ & hæreditariæ dicuntur.

41 Hæres censetur nominatus nominato Titio, etiamsi adsit dictio taxatiua, tantum.

42 Contractus licèt sit personale, & adsit dictio, tantùm, nihilominus ex verisimili mente contrahentium est transiturium ad hæredes.

Debitor licèt sibi cauerit posse soluere debitum in tot bonis eius arbitrio, licet ista potestas videatur personalis, & ideò cum eius persona extincta remanere deberet,

Tamen si non caueatur, vt non debeat transire ad hæredes, ideo non est facienda talis restrictio, num. 42.

43 Hæredum mentio facere in contractibus est res superflua.

44 Hæredes in omnibus, & quibuscumque stipulationibus semper subintelliguntur, nisi ex verbis, vel ratione subiectæ materiæ reperiantur exclusi.

45 Hæredum mentio si fiat in contractibus, non importat nisi expressionem eius, quod tacitè inest.

46 Hæredum expressio facta in contractibus quasi deseruit de vento.

47 de Euictione, si quis tenetur, non solum ipse, sed etiam eius hæres, siue hæres hæredis tali oneri astrictus est.

48 Prælatus malè alienans bona Ecclesiæ non solum ipse tenetur de euictione, & ad damna, & interesse de proprio, sed etiam eius hæredes.

49 Statutum Mediolani cap. 152. lib. 1. denegat hæredibus beneficium inuentarij.

50 Hæredes ex dolo defuncti non tenetur nisi in quantum ad eum peruenerit.

51 Actio ex contractu etiam doloso transit ad hæredes.

52 Hæres tenetur insolidum, etiam vltra vires hæreditarias, si non confecerit inuentarium.

53 Prælatus successor potest agere contra Prælatum prædecessorem pro pretio rei Ecclesiæ malè alienatæ.

ANNOTATIO ad Decisionem X.

QVando verò emptor sciuit rem † emptam esse alie- 1
nam, vel alteri obligatam, & acquieuit, tunc re A
euicta non solum agere nequit de euictione, † sed quod
peius est, nec ad pretij restitutionem, text. *est in l. si fun-* 2
dum sciens, vbi Glos. *in verb. si sciens*, ibi, *pretium quod*
sol-

soluisti petere non potes, *Cod. de euict. & in l. si fratres*, *C. comm. vtriusque iud.* & benè Castren. *in l. emptorem*, *§. qui autem num. 3. ff. de action. empt.* Bald. *in l. non dubitatur n. 2. C. de euict.* Imol. *in l. si vir. num. 9. vers. si adsciuit*, *ff. de vsufruct.* Gozad. *cons. 24. num. 7. vers. quarto est text* Pancirol. *cons. 112. num. 25.* Natt. *cons. 181. num. 8.* Couarr. *var. resolut. lib. 3. cap. 17. sub num. 2. vers. ad eam quæstionem*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 12. glos. 1. num. 1.* Cauallin. *de euict. §. 3. num. 166. & §. 4. num. 50.* Mangil. *eodem tract. quæst. 151. num. 4. & seq. & quæst. 162. num. 23.* Fachin. *controuers. iur. lib. 2. cap. 40. in princ.* qui testatur de vera, & communi sententia.

3 Et ita in diuersis † Tribunalibus fuit iudicatum, & præsertim in Rota Genuen. *decis. 190. num. 16. vers. nec officit, & num. 17.* & in Rota Florentina penes Magon. *decis. 51. num. 6.* & in Senatu Aragon. apud Sess. *decis. 14. num. 2.* Et in hac opinione etiam residet Tribunalium caput, vt videre est *coram bon. mem. Card. Sacrato in Esina Granorum 11. Martij 1616. est decisio 753. infra in hac part. n. 2. & coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano in causa Romana officij 31. Ianuarij 1628. est decis. 140. num. 5. vers. ex hac inquam scientia rei alienæ non intrat euictio, nec aliqua pretij restitutio, &c. tom. 1. à me select. aliàs part. 5. recent.* & recentiùs, atque luculentiùs *coram Reu. P. D. meo Cerro in causa Romana Cambiorum 26. Martij 1640. §. Nec vrget replicatio*, *vers. quia probata scientia in emptore, & illius acquiescientia, &c. & coram eodem in eadem causa sub die 18. Iunij eiusdem anni*, *§. Concurrente præsertim præcedenti scientia, &c.* & denuò *coram eodem pariter in eadem causa sub die 3. Iunij 1641. §. sed ad primam limitationem*, *vers. venditor emptori scienti rem esse aliorum, &c.* quæ decisiones doctæ sunt, & elegantes, & Rota in eis testata est de veriori, & communiori opinione, additurque quod

4 Nec scientia emptoris ad istum effectum requiritur † esse specificam, & indiuiduam, sed sufficit id sciuisse in genere, vt in terminis de re vendita, quæ alteri erat obligata, post Bald. *in d. l. fundum in princip. C. de euict.* quem sequitur Gomes. *variar. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 8. & 42. vers. secundo extende, &c.* tradit Gratian. *discept. forens. cap. 864. num. 4.* Mangil. *de euict. quæst. 151. num. 18. & seq.* & dixit Rota *coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 78. n. 4. part. 2. recent. & inter eius impress. est decis. 90.*

Et ratio cur in hoc casu emptor non potest agere, nec
5 † de euictione, nec ad pretij restitutionem (relicto, quod nolenti non fit iniuria) est quia ipse emens rem alienam, vel alteri obligatam absque vlla protestatione, aut declaratione censetur pretium venditori donare voluisse pro vt argumento, *l. cuius per errorem*, *ff. de regul. iur.* tradunt Cyn. *in d. l. si fundum sciens in princip. Cod. de euict.* ibique Salicet. *in fin.* Gomes. *variar. resolut. d. cap. 2. num. 42. post princip. vers. cuius ratio esse potest, &c.* qua ratione venditor potest emptorem scientem, cui dictam rem tradidit;
6 ad solutionem † pretij non soluti conuenire, Petr. de Bellapertic. *in d. l. si fundum sciens in fin.* & ibi Cyn. *vers. pone, quod*, Alberic. & Salicet. *num. 2.* Gomes. *vbi proximè, vers. quod extende*, & facit Odd. *consil. 41. num. 113.* & fuit ponderatum *coram R. P. D. meo Cerro in dicta Romana Cambiorum 18. Iunij 1640. §. 2. vers. qua ratione venditor potest emptorem, &c. & in eadem causa 3. Iunij 1641. vers. sed ad primam limitationem, &c.* in quibus decisionibus magistrali modo conquassantur plures exceptiones acriter oppositæ ad prosternendam supradictam opinionem, vt videre poteris.

Verum tamen id quod est dictum sufficere in emptore
7 scientiam in genere de qualitate † rei emptæ, ad hoc vt non possit agere nec de euictione, nec ad pretij restitutionem, id non est intelligendum, si venditor obscurè qualitates rei venditæ narrauerit, sed de eis clarè debet certiorare emptorem, iuxta *l. tenetur*, *§. fin. & l. quæro*, *ff. de act. empt. l. vnic. C. de commod. & pericul. rei, vend. l. qui libertatis 69. §. sed si quis*, *ff. de euict. l. hoc enim*, *ff. hæred. vel act. vend.* Alex. *cons. 14. num. 8. & 9. lib. 5.* vbi
8 inquit non sufficere, quod venditor dicat, † vendo ius, quod habeo, nisi etiam dicat, quod est subiecta tali, ac tali oneri, & id repetit Surd. *decis. 265. num. 8.* & latè Becc. *in cons. 106. n. 12. lib. 1.*

Nam, & venditor dicitur dolosè versari, si non expri-
9 mat conditionem, & qualitatem † rei venditæ, & ideò etiam potest condemnari ad interesse, *l. vina*, *§. plane*, *ff. de pericul. & commod. rei vend.* vbi glos. Alberic. Folgos. & Salicet. *l. quæro*, *ff. de act. empt. l. Iulianus*, *§. qui pecus, & §. quæ autem diximus in fin. ff. eod. titul. l. qui libertatis*, *§. Sed si quis*, *ff. de euict.* Bald. *cons. 413. vers. vel dic. vol. 5. & in l. 2. Cod. de commod. & peric. rei vend.* cum alijs allegatis à Surd. *cons. 13. num. 33. lib. 1.* & est text. *in l. quæritur*, *§. si venditor*, ibique Bart. & Fulgos. dicentes, quod
si venditor † sciat vitium rei, & taceat, præsumitur ani- 10
mo circumueniendi emptorem id facere, *ff. de edilit. edict.* & Castren. *in cons. 338. lib. 1.* dixit, quod qui commodè alium certiorare potest, & non facit improbus est, & fraudulentus, & Dec. *in cons. 483. num. 16.* inquit, quod venditor, qui sciebat seruitutem deberi in re vendita, de-
buit certiorem facere emptorem, † qui si hoc sciuisset, non 11
emisset, vel minori pretio. Et vt dixit Rota *coram bon. me. Pirouano in causa Romana officij Notariatus 5. Mart. 1627.*
emptori ea omnia notificanda esse, quæ † possent eum re- 12
trahere à tali emptione, & *coram eodem in causa Asculana Fideicommissi 11. Martij 1615.* fuit resolutum, si emptor aliquid emat ex eo, quia vendens asserunt illud esse suum, tunc licèt res sit propriè vendentis, non ta-
men libera, adhuc posset emptor † non stare emptioni, 13
& pretium repetere, Rota *decis. 318. num. 2. part. 1. recent.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 175. num. 23.* & idem fuit firmatum *in dicta Romana officij Notariatus, quæ est decisio 476. num. 4. tom. 1. à me select. aliàs part. 5. recent. in residuo*, & recentiùs *in causa Romana Situs 15. Decembris 1642. coram R. P. D. meo Roias.* Vbi, quia venditor non certiorauit emptorem de sententia lata, &
in iudicatum † transacta contra rem venditam condem- 14
natus fuit ad restitutionem pretij succedentis loco interesse, cum alijs vt ibi.

Quando igitur quis aliquid vendit, debet (vt dixi) non sub inuolucro verborum, vel obscurè, aut confusè, sed nominatim, & in specie certiorare emptorem ignatum de
qualitatibus, † & oneribus rei venditæ, alioquin verò 15
res censetur vendita vti libera, vt constat ex pluribus congestis à Card. Mant. *de tacit. & ambig. lib. 4. titul. 9. num. 19.* & nouissimè respondit Rota *in Romana Domus*, *seu fideicommissi de Anguillaria 28. Ianuarij 1641. coram R. P. D. Bichio, §. secundo, quod Flaminius, vers. venditor non sub inuolucro verborum, & in genere, &c.*

Itaque sat non erit venditori, si bonas tantum qualita-
tes rei vendendæ narrauerit emptori, † imitando pessi- 16
mos illos homines, qui dum alicui venenum præbent, mele, aut zuccaro illud circumuoluunt, & vt dicit S. Am-
brosius *in lib. de Virginitat. Vitia non decipiunt nisi † sub* 17
specie, vmbraque virtutum, &c. Hinc etiam cecinit Iuuenal. *Satyr. 6.*

Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra
Cum sit triste habitu, vultuque & veste seuerum.

In terminis enim, quod emptor potest asserere, se fuisse
deceptum ex eo, quia † malas qualitates, seu vitia, & 18
onera rei emptæ non fuerint ei à venditore narrata, videatur text. *in l. qui libertatem*, *§. sed & si quis*, *ff. de euict.* cum alijs relatis per Ciriac. *controuers. 62. num. 15.* & nuper aduertit Rota *in causa Romana Casalis Aguzzani 16. Decembris 1641. coram Reu. Pat. Dom. meo Roias*, *§. Vltimo dictum fuit*, *vers. tamen certiorari debuisset, ne alioquin remaneret deceptus, &c.*

Nec supradicta optimè vallata opinio expugnari potest ex alia non parum firma iuris conclusione, scilicet empto-
rem curiosum esse oportere in perscrutanda † qualitate, 19
necnon circumstantijs rei emendæ, aliàs si in hoc negligens erit, id sibi imputare debet, & canere illud vulgarum:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Bald. *in cap. 1. §. personam vero*, *titul. per quos fiat. inuestit.* vbi eum sequitur Aluarot. *num. 3.* Præposit. *num. 1. vers. quæro hic dicuntur*, & Afflict. *num. 15. in l. quamdiu, num. 7. Cod. qui admitt. &c.* vbi post Bald. in his terminis li-
mitat illam iuris regulam, scilicet † quod dubius, & 20
ignorans æquiparentur, *de qua in l. fin. Cod. de condit. indebit. & in l. 1. §. sin autem dubius*, *C. de furt.* Tiraquell. *in præfat. l. si vnquam num. 99. Cod. de reuoc. donat.* vt scilicet non intret, quando quis contrahit cum alio, vt est casus noster, quia tunc tenetur inuestigare, per text. *in l. qui cum in alio*, *ff. de regul. iur.* & hoc præcipuè, si de facili potuerit certificari, vt inquit idem Bald. *in l. manifestissimi num. 8. C. de fur.* vbi vult quod hoc casu etiam

tia, ff. de acqu.possess. nu. 4. & sequitur Alexan.*ibi d.num.*6. post Aretin.*num.*7. licèt Bart.non dixerit, hoc benè probatur per *l.fœmine*, §.*illud*, *Cod.de secund.nupt.* vbi Bald.*in fin.* notat dominium absolutè dictum plenam esse proprietatem cum alienandi potentia, & dixit se de hoc fuisse interrogatum à Papa, quod scribit etiam Dec.*cons.*468.*num.* 10. *& cons.* 498. *num.* 9. & inquilinus non habet ius hoc perfectè disponendi, nec plenam in re proprietatem: ergo multò faciliùs potest expelli, *auth. multò magis*, *C. de sacrosanct. Eccles.* Quin etiam Bulla vult dominum, à vicino volente ædificare, posse compelli ad vendendum, etsi res ipsa erat subiecta fideicommisso, & expressè prohibita alienari, vt in §. 14. *&* 15 Ergo multò magis si res ipsa fuerit locata, etiam cum speciali hypotheca, quia si vicinus vult ædificare, nulla habenda est ratio inquilini, vt dicitur in Bulla *in* §.9.

3 Nec ad rem pertinet, quòd in contractu locationis pactum sit conuentum de non alienando, quia hoc sanè intelligitur de alienatione voluntaria, non necessaria, *l.diuus*, *in princip.ff.de pet.hæred.l.alienationes*, *ff.de famil. hercisc.l.peto*, §.*pretium*, *de leg.*2. *l.pater filium*, *in princ. de leg.*3. & copiosè Tiraquell.*de retract.lignag.* §.1.*gloss.*14. *n.* 11. Nam res prohibita alienari etiam in testamento vigore Bullæ tetrahi potest; ergo multò magis si res sit prohibita alienari per contractum, quia potentior est prohibitio facta in vltima voluntate, quàm inter viuos, *l. filiusfamilias*, §. *diui*, *ff. de leg.* 1. Gloss.*in l.cum pater*, §. *liberis*, *in verb.ne id alterarent.de legat.*2. *iuncta l.nemo*, *ff. de pact. & l. si quæsita*, §.*ea lege*, *de verbor.obligat. & ibid.* DD.omnes tradunt, *& in l.ea lege*, *C.de cond.ob caus.& in d.*§.*diui.*

Et hoc quidem alia ratione confirmatur. Nam si statutum prohibet alienationem, non intelligitur de alienatione necessaria, Roman.*consil.*101.Dec.*consil.*300.*num.*9. Gozad.*cons.*103.*num.*21.Crauett.*consil.*215.*num.*3.*&* 4.Ergo nec pactum debet intelligi, quia potentiùs est statutum, quàm pactum priuatorum, *l.non impossibile*, & ibi Gloss.& Doct. *Cod.de pact.* Bart.*in l.alia*, §.*eleganter*, *ff.solut. matr.* Cald.*cons.*3.*sub tit.de pact.* Opizon.*in l.filiusfamilias*, § 1. *num.*35. *vers.& ista communis*, *& num.*43. *ad fin.cum seqq. de leg.*1. & Crot. *ibid.num.* 76. Tiraqu.*de iur. primog. qu.* 6. *num.* 1.

4 Accedit etiam, quòd cùm Bulla sit edita propter ornatum Vrbis, qui publicam respicit vtilitatem, *leg. vlt. ff. ne quid in loc.publ. l.*11. *Cod. de ædif.priuat.* ius publicum lædi non potest pactis priuatorum, *l.ius publicum*, *ff.de pact. c.si diligenti*, *de for. compet.* constat etiam Bullam esse fauorabilem, & in dubio eam interpretationem esse capiendam, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videtur, vt est expressum *in* § 2.

Seu quamuis D. Rutilius potuisset inquilinum expellere, tamen placuit dominis particulariter esse excutiendum, an ipse sit excusandus.

R. P. D. PAMPHILIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana deuolutionis domorum.

Luna 26. *Martii* 1590.

ARGVMENTVM.

Concessio, seu renouatio rei Ecclesiæ in emphyteosim dicitur vtilis, quando stante lite super caducitate incursa emphyteota auxit canonem, & adiecit pactum, quod finita emphyteosim, etiam melioramenta deuoluerentur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super confirmatione alienationis rei Ecclesiæ affert præsumptionem, quod alienatio sit vtilis, donec de ea contrarium doceatur. Vbi maximè stante obseruantia* 30. *annorum, quæ facit præsumi, quod interuenerint solemnia, & executor se extraiudicialiter informauerit de euidenti vtilitate, & multò magis si non exhibeantur acta facta coram executore.*

2 *Melioramenta finita emphyteosi non deuoluuntur ad dominum, sed remanent apud hæredes emphyteotæ, & num.* 3.

4 *Locatio, & non emphyteosis dicitur, vbi soluitur pensio proportionata ad fructus, cùm pro emphyteosi quid minimum soluatur.*

5 *Enunciatiua tutoris, seu curatoris non benè informati, non præiudicant pupillo.*

*Enunciatiuæ non probant, vbi de enunciato principaliter dubitari contingit, num.*5.

6 *Læsio debet considerari, habito respectu ad tempus contractus.*

*Læsio in transactione debet considerari, habito respectu ad dubium litis euentum, num.*6.

7 *Restitutio in integrum competit minori aduersus incursam caducitatem. Vbi maximè si non possit se reualere contra tutorem, vel curatorem.*

8 *Generatio in concessionibus factis ad certam generationem, incipit à filiis inuestiti.*

DECISIO XII.

Domini steterunt in resolutis coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, scilicet non probari non euidentem vtilitatem Ecclesiæ, quam agentes pro ea tenentur concludenter probare, cùm Marius habeat fundatam intentionem in sententia bon. mem. D. Pyrrhizari, super confirmatione ipsius transactionis, quę inducit præsumptionem vtilitatis, quamdiù contrarium non probetur, Bald. *in cap.*1.*sub num.*7. *de his qui feud. dar.poss.* Abb. *consil.*41. *sub num.*2. *lib.*1. Alexand.*consil.*29.*sub num.* 6. *in fin. lib.*1. Ias.*cons.*54.*num.*3. *lib.* 1. Dec.*cons.*142.*sub num.* 1. Paris.*cons.*24.*num.* 50.*lib.*4. 1

Præsertim stante obseruantia, & lapsu 30. annorum, quæ faciunt, vt præsumantur omnia solemniter gesta, A Gloss.*in cap.peruenit*, vbi Imol.*de empt. & vend.* & sic quod executori extraiudiciali plenè, & sufficienter constiterit de euidenti vtilitate Ecclesiæ, *d. cons.* Abb. 41. quod sequitur Capyc.*decis.*16. *num.*4. Dec. *cons.* 341. *num.*12. & in pluribus causis sequuta fuit Rota, tantò magis cùm non adhibeantur integra gesta coram ipso, Corn.*cons.*210.*circa fin. vol.* 4. Aym. *cons.* 112. *num.* 6. & decisum fuit aliàs in hac causa sub die 20.Maij, ann.1588.

Accedit etiam, quòd euidens vtilitas Ecclesiæ satis colligitur ex augmento canonis ad duas libras ceræ albæ, & præstatione calicis cum patena, & ex eo, quod in fine nouæ concessionis Ecclesiæ lucrabatur omnia melioramenta ascendentia ad summam 1000. ducatorum, cùm Catherina in ipsa transactione recognoscat ab Ecclesia huiusmodi domum vnà cum melioramentis: quæ tamen in casu lineæ finitæ debentur hæredibus ipsius, nec in Ecclesiam transire poterant, nisi in euentum non solutionis, & contrauentionis pactorum, Bald.*l.senatus*, §.*Marcellus*, *ff.de leg.*1. Dec.*cons.*518.*sub num.*1.Bero.*quæst.*19.*sub num.* 3. Clar. qui testatur de communi *in* §. *emphyteusis qu.* 45.& fuit consideratum *sub die* 21.*Maii* 1578.*in causa Bononien.de Pipinis coram D.de Grassis*. B 2

Nec placuit Dominis, quod satis dicatur læsio Ecclesiæ probata ex eo, quod pro scutis 33. cum duabus libris ceræ albæ sint ad tertiam generationem concessæ tres domus, quæ Ecclesiæ erant cum melioramentis deuolutæ, & poterant de eo tempore locari scuta 100. & dicunt testes pro Ecclesia examinati, quia vltra quod testes non videntur benè percutere tempus renouationis, vt animaduertunt informantes pro Mario, fuit dictum, quod licèt tunc temporis adesset lis super deuolutione domorum cum melioramentis, quæ prætendebantur à Rectore, de ea tamen non constabat, imò potiùs contrarium arguebatur ex eo, quod de iure melioramenta pertinent ad hæredes conductoris, Bart. *in l.si colonus*, *ff.locat.* Ias.*in l.*2.*sub n.* 28. *Cod.de iur.emphyt.* 3

Nec poterat Ecclesia illa † lucrari vigore primæ concessionis, quæ & in instrumento de anno 1571. nominatur locatio, & talis etiam censenda est, attenta quantitate pensionis proportionata ad fructus domus, quæ non conuenit emphyteusi, pro qua soluitur quid minimum, vt tradunt Domini communiter *in cap.potuit*, *de locat.* Bart.*in l.*1.*sub n.*4. & Ias.*num.*5. *C.de iur.emphyt.* Aret.*cons.*55.*sub num.*4. *& in fin.* Clar.*in* §.*emphyteusis q.* 1. & fuit resolutum *coram R.P.D.meo Seraphino* 16. *Nouembris* 1575. *in causa Romana Casalium de Maximis*. C 4

Neque obstant enunciatiuæ, quæ hodie ad ostendendum primam concessionem fuisse emphyteuticam, deducuntur ex instrumento curatoriæ, ex ipsa transactione, & 5

cx

ex processu super expeditione beneplaciti Apostolici, quia istæ sunt enunciatiuæ curatoris non benè informati, quæ non præiudicant pupillo, *l. certum*, §. *sed & an ipsos*, *ff. de confess.* & maximè cùm principaliter dubitetur super enũciatis, Gloss. *in l. optimam, Cod. de contrah. & commu stipulat.* Bald. *in l. adprobationem, C. locati*, Anton. de Butr. *in cap. illud in 4. not. de præsumpt.* Alex. *cons.* 136. *num.* 11. *lib.* 1. Felin. *in cap. per tuas, sub n.* 12. *vers. secundo restringitur, de probat.*

6 Vltra quòd causantur, & habent originem ab ipsa transactione, & tenduot ad illam coloraodam, vnde ex ipsis noo potest inferri ad illius rescissionem, quia in transactione facta læsio consideratur de tempore transactionis, ad *l. si voluntate, Cod. de rescind. vend. in fin.* Aym. *consil.* 151. *num.* 1. & habito respectu ad dubium litis euentum, D Abb. *cons.* 64. *num.* 3. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 220. *sub n.* 2. Aym. *cons.* 151. *num.* 27. Gabr. qui alios cumulat, *conclus.* 1. *de empt. & vendit. sub num.* 68 quo inspecto excluditur omnis læsio, quia circumscriptis his, quæ ex ipsa transactione colliguntur, & quietantijs posteà subsequutis, super quibus agentes pro Ecclesia hodie se fundant, quæ tunc temporis oon aderant, clarum est quod Ecclesia litigando non fuisset consequuta per sententiam ea, quæ habuit vigore transactionis.

7 Idque magis, † quia cùm ex instrumento curæ appareat de minoritate Catherinæ, non poterat contra eaon ferri sententia super caducitate, aduersus quam ei competebat restitutio, Speculat. *in tit. de loc.* §. *nunc aliqua num* 24. Ias. post Gloss. *in l.* 2. *sub num.* 49. *Cod. de iur. emphyt.* Fulgos. qui loquitur in emphyteusi Ecclesiastica, *cons.* 7. Grammat. *decis.* 5. Rom. *cons.* 110. *num* 7. *lib.* 1. præsertim cùm non appareat, quod ipsa haberet tutorem, vel curatorem, qui eum soluendo, iuxta congesta per Modern. Vrbin. *in tract. de priuat. emphyt ob non sol. can. ampl.* 9. *num.* 11. *versic. adeò autem.*

8 Ex quibus † tollitur etiam alia læsio, quæ prætenditur respectu extensionis ad aliud genus, quia hæc extensio fuit facta ad euitandum molestias, & lites, ex causa concordiæ, ex qua Ecclesia magnum commodum fuit consequuta, stante argumento canonis ad duas libras ceræ, præstatione calicis, & patenæ, & ex deuolutione melioramentorum ascendentium ad summam mille ducatorum tam in euentum non solutionis canonis, & inobseruationis aliorum Capitulorum, quàm etiam lineæ finitæ, cum vt dixi, Catherina in transactione recognooerit ab Ecclesia domos cum melioramentis. Vltra quòd per agentes pro Ecclesia, qui tenentur ostendere læsionem, non probatur huiusmodi quartam generationem non fuisse comprehensam in prima locatione, in qua potest caueri quod prima generatio inciperet à filijs ipsius Ioan. Theutonici conductoris, vt aliàs decisum fuit *in causa sob die* 27. *Februarij* 1581. *coram Illustriss. D. Card. Lancellotto.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS Ad Decisionem XII.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiæ ex cursu 30. annorum, cum obseruantia præsumitur solemnis, & vtilis.*
2 *Alienatio bonorum Ecclesiæ ex obseruantia, & lapsu 30. annorum, includit in se beneplacitum Apostolicum, cum qualitate validitatis, & vtilitatis.*
3 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ ex lapsu 30. annorum cum obseruantia, si præsumatur validitas, inde non potest oriri alia præsumptio, scilicet vtilitas.*
4 *Præsumptionum cumulatio non datur.*
5 *Præsumptio vna etiam oritur ex alia, quoties venit in consequentiam.*
6 *Bona Ecclesiæ si quis possidet spatio 30. annorum vnà cum obseruantia, est tutus, & releuatur ab onere probandi dicta bona fuisse ritè, & rectè alienata.*
7 *Et Ecclesiæ asserenti contrarium, incumbit onus id probandi plene, & concludenter.*
8 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ tempus 30. annorum ad præsumendam eius validitatem, & vtilitatem requiritur, vt vsque ad extremum momentum sit completum.*
9 *in Præscriptionibus computatur tempus de momento ad momentum.*
10 *Præscriptionis tota vis consistit in vltimo momento temporis.*
11 *Prælatus, quando non ritè alienauit bona Ecclesiæ, tunc obseruantia, & tempus non incipit currere, nisi post eius mortem.*
12 *Quia si ipse fuit in culpa in alienationem, ita de eodem potest suspicari, vt potius suum contractum, quàm suam Ecclesiam voluerit defendere.*
13 *Et labi tempus permiserit, iacturamque bonorum Christi socorditer sustinuerit.*
14 *Omnes, quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi, secundùm Apostolum.*
15 *Prælati vitæ tempus non rectè alienantis bona Ecclesiæ non attenditur, ad effectum præsumendi validitatem alienationis, & fingitur toto illo tempore vacare Ecclesiam.*
Prælatus dum malè alienat bona Ecclesiæ, in hoc non dicitur illius Prælatus, num. 15.
16 *Obseruantia validitatis alienationis bonorum Ecclesiæ desumi debet ex vita illius Prælati, qui cœpit lædi ex alienatione non rite facta per prædecessorem.*
17 *Et prædicta opinio indistinctè recepta est reiecta distinctione circa tempus obseruantiæ, & præscriptionis.*
Marescott. Beltram. Marchesan. Ciarl. & Seraph. decis. 1027. *declarantur num.* 17.
18 *Prælati contractus de bonis Ecclesiæ cum consanguineis iura habent pro suspectis.*
Et in istis contractibus intrat suspicio fraudis, & doli.
19 *in Consanguineos Prælati iura aperte resistunt, ne fiat alienatio bonorum Ecclesiæ, vt expressè cantat authen. quibuscumque, C. de sacrosan. Eccl.*
Qui text. (vt ibi admonet gloss.) in his terminis est bene notandus.
20 *Et semper allegatur contra Prælatos, qui concedunt suis consanguineis bona Ecclesiæ.*
21 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta à Rectore in eius consanguineos, iuribus non benè olet.*
22 *Episcopi cœci sunt erga nepotes.*
23 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, tunc nequaquam ex cursu 30. annorum præsumitur pro vtilitate, & validitate, si notoriè constet de nullitate tituli.*
24 *Quia tunc cessat præsumptio validus ex cursu temporis resultans.*
25 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quando perperam est facta, tunc in ea non potest aliqua præscriptio considerari, quæ alienationem tueatur.*
Cum Constitutiones loquentes circa modum alienandi bona Ecclesiæ, habeant decretum irritans.
26 *Decretum irritans infringit quemcumque titulum.*
27 *Bona fides requiritur, quando tractatur de præsumptione validitatis alienationis bonorum Ecclesiæ.*
in Mala fide dicitur esse ille, qui non obseruat solemnitates requisitas à lege in aliquo contractu, num. 28.
28 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ mala fides arguitur ex inobseruantia Constitutionum Apostolicarum in hac materia editarum.*
29 *Et nisi illa in totum obseruentur, corruit penitus alienatio, cùm hoc casu vtile per inutile vitietur, & hanc opinionem seruat Rota.*
30 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ ex cursu temporis, & obseruantia hodie cessat præsumptio beneplaciti Apostolici, & validitatis, &c. stante Bulla S. D. N. Vrbani VIII. super hac materia edita, & quid disponat, num.* 31. *&* 32.
33 *Et in ea præseruatur tantùm centenaria, & immemorabilis præscriptio in casibus tamen permissis, & cum debitis requisitis.*
34 *Melioramenta debentur emphyteutæ, seu eius hæredi finita emphyteusi.*
35 *Melioramenta ea non deducit emphyteuta, quæ tenebatur conficere.*
Vt est deductio riuorum, maceries, lucus plantatus, vinea insita, &c. num. 35.
Emphyteuta recipit rem in emphyteusim ad meliorandum, num. 35.
36 *Emphyteuta ea melioramenta deducit, quæ non veniunt ex natura contractus emphyteutici, vt est domus, mola frumentaria, &c.*
37 *Melioramentorum appellatione non veniunt ea, quæ fiunt causa conseruationis.*
38 *inter Melioramenta si Peritus ponat subrogationes nouorum germinum in locum antiquarum, vel demortuarum plantarum, item foueas, stercorationes,*

lis, & contraria sententia reputatur valdè suspecta. At-
que ista est obseruantia Rotæ, teste Dom. Theodosio Ro-
beo patre meo *in suis singularib. Rota Romana part. 2. circa
styl. & obseruat. Rota, in verb. Liber, §. 6.* incip. *Rota sæpe iu-
dicauit, &c.*

Et circa conclusionem istam plura dixi *in annotat. ad de-
cisionem in causa Romana Redditionis rationis 14. Decem-
bris 1618. coram bon. mem. Card. Sacrato, erit in 4. tom. De-
cis. Rotæ Romanæ à me select.* Vbi etiam ponam limitatio-
nem ad prædictam opinionem, quando scilicet concur-
rant plura adminicula, quæ vrgeant animum iudicantis
ad credendum dictis libris, & ponam ista adminicula,
item quando etiam ad fauorem ipsorummet Mercatorum
probent eorum libri, & quid stante statuto, prout est fe-
rè in tota Italia, vel consuetudine, quod videmus iam
apud omnes inoleuisse, vbi circa hanc materiam plura
non ingrata afferam.

21 FAlsitas namque causæ in termino † relato videtur in-
C esse in termino referenti, Bald. *in l. si quis fundum 37.
ff. de contrahend. empt.* Bart. *in leg. demonstratio 17. num. 10.
ff. de condit. & demonstr.* & nuper respondit Rota *in causa
Firmana prædij 14. Maij 1640. coram R. P. D. meo Peutin-
gero, §. Prout cessat assertio etiam nullitas, &c.* vbi ad hoc
¶ præsens hæc decisio * adducitur. Vnde si ex relato con-
staret de errore referentis illud esset atteodeodum, non
22 autem referens dispositio erroneè concepta, & ita sensit
Senatus Mantuanus penes Surdum *decis. 291. num. 16.* re-
soluitque Rota *decis. 127. num. 10. par. 1. & decis. 158. nu. 4.
part. 2. recent.* & fuit dictum *in causa Camerinen. Saluiani,
20. Iunij 1636. coram claræ memoriæ Merlino, est decisio 160.
num. 12. par. 6. recent. aliàs tom. 3. à me select.*

23 Hinc dicimus etiam relationem nihil penitùs † operari,
nisi prius iustificetur id, ad quod fit relatio, Caputaqu.
decis. 155. num. 3. par. 2. cum similibus, & in terminis no-
stris referentis se ad libros banchi, dixit Rota *in causa Ro-
mana census 5. Maii 1640. coram eodem Merlino, §. Nec ob-
stat, quod census, &c.* Vbi dicitur, si Mercator remittat se
24 ad quadernum capsæ, nisi † illud exhibeat, nihil facit,
nec auditur si asserat illud non reperiri, cùm mercatores
25 teneantur scripturas custodire, † & illas non exhibentes
clauditur eis audientia, Bart. *in l. si quis ex argentariis, §.
an nec hæres, ff. de eden.* Rota *decis. 581. num. 3. infra par. 4.
recent.* Et circa hanc materiam, quando tenetur quis ad
custodiam scriptorarum, librorum, &c. si asserat illos
perdidisse, ei nullatenus credatur, sed benè præsumatur
illos supprimere, & occultare velle, ne veritas eius, quod
quæritur, eruatur, &c. dicam *in annotat. ad decis. in Ro-
mana Curæ 14. Ianuarii 1619. coram bonæ memoriæ Reue-
rendiss. Dunozetto, erit in 4. tom.*

Quod enim dictum est supra, nihil probare, nisi consti-
to de relato, &c. id referens intellige non procedere,
quando referens continet certam, & perfectam oratio-
nem, & determinatam confessionem, de quo quæritur,
quia tunc probat etiam sine relato, vt latè contra Dec.
tradit Cagnol. *in auth. si quis in aliquo num. 74. C. de edend.*
& eleganter consuluit Surd. *cons. 540. num. 5.* Rota coram
Cardin. Seraph. *decis. 1083. num. 3. & coram Reuerendissimo
Domino meo Dunozetto in causa Romana dotis 2. Martii
1635. est decisio 24. num. 10. tom. 3. à me select. aliàs part. 7.
recent. & nuper coram R. P. D. meo Cerro in causa Romana
Locorum Montium 11. Maii 1643. §. Secundo non obstat,
vers. cùm enim referens continet certam orationem, &c.*

D IVramentum namque non habet tales vires, vt valida-
re possit contractum simulatum, cùm indubitatum
26 sit † iuramentum non posse facere subsistere id, quod in
rei veritate non est, nec operari, vt verum sit, quod fal-
27 sum iam est, quæ opinio immunis est † ab omni contro-
uersia, text. *est in l. in libello, §. facto in princ. ff. de captiu. &
in l. si quis ita, ff. de euict. & in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possess.
& in l. verum est, ff. de regul. iur. & in auth. de æqual. dot. §. 1.
vers. quia igitur.*

Quinimò nec Omnipotens ipse Deus potest ea, quæ
28 implicant † contradictionem, veluti, vt verum non sit
verum, & quod factum non sit factum, quod est impos-
sibile, text. *est in can. si Paulus 32. quæst. 5.* ibi, *Audenter di-
cam, cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest
post ruinam, &c.* & videatur ibi gloss. *in verb. suscitare*,
vbi hanc conclusionem declarat, & hoc latè tradit, con-
firmatque Magister Sententiarum *lib. 1. distinct. 42.* & cęte-
ri post eum, & habetur *in compend. Theologiæ lib. 1. cap. 27.*
& ex nostris tradunt Bald. *in l. eam quam sub num. 34. vers.
circa quintum, Cod. de fideicomm.* vbi refert alios Theologos
id asserentes, *& in l. ex his verbis, in fin. num. 4. Cod. de legat.*
Bart. *in leg. non dubium, col. 4. C. de legib.* Corn. *cons. 147. sub
num. 8. lib. 2.* Soccin. *cons. 102. num. 1. & 2. vol. 1.* Seraphin. *in
tractat. de priuileg. iuramen. priuileg. 40. num. 17.* & Magda-
len. *in tractat. de numer. test. par. 1. cap. 6. sub num. 5. vers. &
ipse Deus Omnipotens, &c.* qui † Doctores omnes vno ore 29
affirmant in hac opinione concordare & Philosophos, &
Theologos.

Quod autem dictum est, factum reputari pro non
facto, & † verum pro non vero, impossibile esse, hoc 30
intelligendum venit, veritate inspecta, sed non per viam
fictionis, & licèt fictio, nec habeat locum super impossi- 31
bili, *l. qui ad certum, ff. locat. & l. certè in princip. ff. de precar.*
nam verum est, quod lex non potest fingere id, quod † est 32
impossibile in suo genere, nempè vt filius sit maior ætate,
quàm pater, item vt furiosus consentiat, &c. Sed benè fi-
ctio habet † locum in eo, quod est impossibile in aliquo 33
casu particulari, & satis reputatur, quod possibile sit in
suo genere.

Vnde fingitur quandoque, quod † ille, qui mortuus 34
est viuat, vt *in l. fin. ff. de vacat. mun. in princ. & in l. bello ad-
missi, ff. de excusat. tutor.* & licèt impossibile sit, vt mortuus
viuat, † satis est, quod possibile sit in genere, quod homo 35
similis viueret; sed quia hic sum extra propositam mate-
riam, ideò alibi, & aptiùs plura afferam in hoc puncto.

Redeundo ergo vnde digressus sum, nempè quod iura-
mentum non possit firmare, & conualidare contractum
simulatum, ista opinio est adeò indubitata, & absque
pugna, vt sic teneat vniuersa cohors Doctorum, & præ-
sertim Gloss. *in l. emptione, Cod. plus val. quod ag.* Bart. *in l. 1.*
& ibi Bald. *Cod. de oper. liber.* Soccin. *cons. 66. num. 11. lib. 1.*
Paris. *cons. 54. num. 41. & seqq. lib. 1.* Gozzad. *cons. 3. num. 29.*
Cranert. *cons. 81. num. 1.* Ruin. *cons. 150. num. 4. lib. 1. & cons.
167. num. 28. lib. 2.* Decian. *consil. 81. num. 59. lib. 4. & cons. 6.
num. 30. lib. 5.* vbi hoc ampliat, vt etiam iudex † laicus pos- 36
sit hoc casu tale iuramentum reijcere, & plura allegat, &c.
Surd. *cons. 489. num. 24. lib. 4.* Menoch. *cons. 39. num. 74. lib. 1.
idem lib. 3. præsumpt. cap. 129. num. 8.* Curt. iun. *cons. 53. nu. 7.*
Cardin. Mantic. *de tacit. & amb. lib. 13. tit. 35. num. 16. & lib.
21. tit. 8. num. 54. & seqq. vbi de veriori, &c.* Gabr. *de donat.
conclus. 3. num. 8. & 9.* Bald. *in l. rogasti, §. si tibi col. fin. ff. si
cert. petat.* vt asserit, quod quando iuramentum apponitur
super contractu simulato non indiget rescissionem, Paul.
de Castr. *in l. si quis pro eo, col. 5. ff. de fideiuss.* Angel. Aretin.
institut. de except. in princip. Vital. *in tract. claus. tit. an iura-
mentum validet contractum simulatum, nu. 3.* Maluas. *cons.
98. num. 5.* Ambros. de Vignac. *in repetit. cap. salubriter num.
119. de vsur.* Milan. *decis. 5. num. 46. lib. 2.* Grammat. *dec. 76.
num. 19.* Pancirol. *cons. 149. num. 15.* Seraph. *de priuileg. iura-
ment. priuileg. 59. num. 12.* cum alijs infinitis, quos ad nau-
seam vsque adducere possem, & latè videatur Alex. Tren-
tacinq. *variar. resolut. lib. 1. de simulat. resolut. 1. à num. 6.* &
Carol. de Grass. *in tract. de except. cap. 12. num. 33.*

Et in hac opinione etiam residet Rota, vt per Mohedan.
dec. 4. in fin. de empt. & vend. & fuit resolutum *coram Emi-
nentissimo Domino Card. Panzirolo in causa Auenionen. si-
mulationis 26. Ianuarii 1635.* vbi quod hoc procedit, † si- 37
ue iuramentum sit assertorium, siue promissorium, &c. *est
decisio 11. num. 20. in 3. tom. à me select. aliàs par. 7. recent.* &
recentiùs *coram eodem Card. Panzirolo in Romana domus
ad Transtyberim 18. Iunii 1638. §. Minus releuat, quod O-
ctauius*, ibique dicitur, quod iuramentum non excludit
simulationem, nec confirmat actum † simulatum, & am- 38
pliatur hoc procedere, etiamsi vltra iuramentum promis-
sorium, reperiatur additum assertorium, quod omnia, &
singula sunt vera, quando sumus in hæredibus, quia tale
iuramentum non nocet, si obijciatur hęredibus iurantis,
cum in eos non transeat reatus periurij, *cap. veritatis ext.
de iureiur.* Ruin *cons. 107. num. 18. lib. 1.* Corn. *cons. 158. in
fin. vol. 4.* Surd. *cons. 165. num. 3. & 8.* cum alijs adductis per
Gabr. *in commun. conclus. tit. de iureiur. conclus. 1. num. 18.* &
per Seraph. *in tractat. de priuileg. iurament. priuileg. 59. n. 29.*
& quoties simulatio contractus, in quo illud appositum
est, allegatur per viam exceptionis, seu replicationis, vt la-
tissimè responderunt Paris. *consil. 54. num. 84. & seqq. lib. 1.* &
Purpur. *cons. 478. num. 14. in fin.*

Atque id intellige, quando ille qui iurauit, excipiendo
de simulatione tractat † de damno vitando, ille verò con- 39
tra

ita quem allegatur, tractat de lucro captando, ita sensit
Bart. *in l. iurisiurandi*, *§. procurator*, *num.6. ff. de iureiur.*
vbi Alexand. *num.8.& 9.* Aretin. *cons.65. col. fin. vers. cir-
ca tertium*, Socin.sen. *cons.264. num.8. lib.2.* vbi dicit hanc
esse communem opinionem Honded. *cons. 46. num.31.
lib.1.* Nettizan. *cons.23.n.5.* Bertaz.*cons.535.n.5.lib.2.in cri-
min.* Turrett. *cons.1. num.25. lib.1.*

Amplia etiam supradictam conclusionem procedere, vt
40 non obstante † iuramento assertorio possit allegari simu-
latio per iurantem contra illum, qui particeps fuit simula-
tionis, & fraudis, Bart. *in l. post contractum*, *num.6. ff. de
donat.* Alex. *cons.59. num.12. vol.1.* Dec. *cons.14. num.7. &
cons.659. num.3.* Honded. *cons.46. num.35. lib.1.* Seraph. *de
privileg. iuram. privileg.59. in fin.* Tiraquell. *in tract. de re-
tract. lignag.§.1. glos.2. num.17.* Aretin. *cons.65. num.5. in
tertio dubio*, Surd. *cons.165. num.6. lib.2.* Alba. *cons.9. num.
10.* Carol.de Graff. *in tractat. de except. cap.12. num.45.*
Francisc. Becc. *cons.52. num.108.* & inquit Bald. *in l.acce-
41 ptam num.33. Cod. de vsur.* quod vbi contractus † reddi-
tur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc contrahens potest
allegare eius nullitatem, quam sententiam secuta est Se-
natus Pedemontanus, teste Osasch.*decis.180. num.3.* Rota
Auenionen. apud Hieron. à Laurent. *decis.67.num.7.* & fa-
cit decisio *in causa Romana Domus 29. Nouembris* 1628.
coram Eminentiss. D.Card. Panzirolo, *§. Ad primum enim,
vers. cùm contractus sit simulatus respectu partium potest ab
eisdem opponi, & dari de nullitate &c.*

GEsta enim ab eo, qui proximus est decoctioni plena
42 solent esse † fraudibus, & simulationibus, vt no-
E tum est, & est text. *in l.1. & 2. & in l. si quis cum haberet*,
ff. quæ in fraud.cred. & in l.1. ff. de iur. fisc. lib.10. & dixit
Bart. *in l. post contractum sub num.2. ff. de donat.* Bald.*cons.
382. num.18. vol.2.* Rota Ianuen. *decis.17. num.18. & de-
cis.184. num.10.* & benè animaduertit Rota *coram bon.me.
Card. Pamphil. in Bononien.Pecuniaria 5. Decemb.*1603.&
latè fuit dictum *in causa Bononien.bonorum de Zanaleis* 12.
Decembris 1614. *coram bon.me.Vbald.* vbi latè discutitur,
43 † quod impositio census facta à debitore decocto super
eius bonis ante, vel post decoctionem, præsumitur in
fraudem creditorum facta, &c. *& coram bon. mem. Mot-
manno in causa Romana literarum Cambii* 1. *Febr.* 1630.
*est decis. 345. num.10. tom.1. à me select. aliàs part.5. re-
44 cent.* vbi † de Mercatoribus decoctioni proximis mitten-
tibus literas Cambij, &c. & saniunt *decisiones in causa
Imolen. Saluiani 9. Iunij* 1636. *coram Eminentiss. D.Card.
Macchiauello, & in eadem causa sub die* 27. *Febr.* 1637.
coram Reuerendiss. P. D. meo Ghisilerio, *§. Minus est com-
putanda*, vbi habetur, quamuis verum esse, quod solutio
45 facta verò † creditori licèt posteriori, si bona fide sit con-
sumpta, non possit per anteriorem creditorem auocari,
l. naue, & ibi Castr. *ff. locat.* Iacob. de Aren. *in l. pupillus*,
46 *ff. quæ in fraud. cred.* & hoc ne ciuile † commercium in-
terrumpatur, vel impediatur, Affict. *decis.190.* & Ca-
47 pic. *decis.78.* nam alias totus Mundus versaret † in liti-
bus, tamen ista regula nullatenus procedit in casu deco-
ctionis, quia tunc talis auocatio permittitur, Cephal. *cons.
86.num.8. & 12.* Vrsil.ad Affict. *d.decis.190.* & dixit Rota
coram Card.Seraph. *decis.1074.num.4. & antea fuit reso-
lutum coram bo.mem. Penia in causa Romana pecuniaria
29.Nouemb.*1593. *& decis.262. inter eius à me imprimen.
num.2.* vbi dicitur supradictam regulam non procedere
48 quando, vel non adest bona fides † in posteriori credito-
re, vel anterior fuit circumuentus, & id apparebat in
49 eo casu, quia solutio fuit facta † à decocto, & sic intrabat
præsumptio pro fraude, quæ semper stat contra decocto-
rem, nam vt inquit Bald. *in cons.400.lib.5.* à communiter
accidentibus falliti sunt fraudatores, & præsumitur omni-
50 bus inesse, quod omnibus est commune.
51 Quoniam ex personis facta, dictaque † pensamus, *l.fin.
ff.de act.& oblig.* & Bald. *in d.cons.400.* imitatus est veteres
52 Iurisconsultos, qui inculpatæ vitæ homines † aliquando
inuehebantur, *vt in l. quanta, ff. ad Public.& in l.3. §.mi-
ratur.ff. naut.cau.stab.*

Antiquitùs enim (& hoc adduco, ne dura videatur opi-
nio Bald.) apud illos nostros Romanos nulla penitùs excu-
53 satio, † quamuis iustissima, à decoctoribus recipieba-
tur, & ne de hoc miremur, elegantem rationem addu-
cit moralis, & magnus ille Iurisconsultus Seneca *in lib.7.
de benefic.cap.26.* vbi ita ait. Quid tu tam impudentes iu-
54 dicas † maiores nostros fuisse, vt non intelligerent ini-
quissimum esse eodem loco haberi, eum, qui pecuniam à
creditore acceperat, libidine, aut alea consumpsit, & eum,
qui incendio, aut latrocinio, aut alio casu tristiore, aliena
cum suis perdidit: Nullam excusationem receperunt, vt
homines scirent fidem vtique præstandam. † Satius enim
erat à paucis etiam iustam excusationem non accipi, quàm
ab omnibus aliquam tentari, &c. Aliud tamen nos docet
pietas Christiana, vt infra dicam *num* 142.

Sed redeundo ad terminos confessionis factæ à decocto,
vel de proximè decocturo, † vt ea non præiudicet credito- 56
ribus, cùm præsumatur fraudulenta, & simulata dixit
Cyn. *in l. vbi adhuc quæst.12 num.16 ff. de iur.dot.* cum alijs
allegatis à Rota coram bo.me. Buratt. *decis.9 num.1.* & ibi
D. Ferentillus *in litt. A.* dat concordantes.

Et facit ad hoc text. *in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud.
credit.* Eorumque facilitatem in † mentiendo obseruauit 57
Rota Genuen. *decis.2. num.34. vers. falliti sunt faciles ad
mentiendum*, & Bardellon. *cons.53. num.3.* & Maneur.
cons.67. num.9.& 10. vbi † quod confessio fallitorum col- 58
lusiua præsumitur, Caccialup. *in tract. de debitoribus fu-
gitiuis quæst.1. num.13.* Ruin. *consil.90. num.13. lib.1.* Al-
beric. de Rosate *in l. stipulati*, *§. sine autem, ff. de nou.oper.
nunc.* Senatus Burdegal. penes Boer. *decis.215. num.6.* ibi,
isti falliti sunt faciles ad mentiendum, & subditur bonam
esse consequentiam, † fallitus est, ergo fraudator, & alia 59
vt ibi, & vt ait Menoch. *cons.410. num.20.* nemo est, qui
non existimet fallitos † indignos esse fide. Congruit, & 60
expendo hic illud Herod. *lib.1.* & Plutarc. *in commentar.de
euitand. vsur.* ibi scribunt, apud Persas duo fuisse pecca-
ta. Primum † debere, alterum mentiri. Iudicabant enim 61
ista cohærere, quod qui sunt debitis onusti, sæpiùs quo-
que mentiri coguntur.

Quo etiam Theodoricum Ostrogotum respexisse veri-
simile est, dum Frontosum quemdam (de quo hic agimus)
decoctorem,& malæ fidei debitorem † Chamaleonti com- 62
parat, inquiens, Meritò Chamaleonti bestiæ conferen-
dus, quæ paruorum serpentum forma consimilis, aureo
tantum capite,& reliquis membris subalbentis Prasini co-
lore distinguitur. Hæc quoties humanos † aspectus in- 63
currerit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia ti-
miditate confusa colores suos multifaria qualitate mutat,
vt modò Veneta, modò Blattea, modò Prasina, modò
possit Cyanea reperiri, refert Marq. Freherus *de fama pu-
blica lib.2. cap.13. num.15.* & ex nostris adducit Hering. *de
fideiuss. cap.15. num.8.* videatur etiam Franc. *eod. tract. de
Fideiuss. cap.3. num.8.*

Quidam ergo Mercatores callidi, & astuti, ex mali-
tia scelestissima, † dum sentiunt se deficere, vt plenis mar- 64
supijs decoquant, solent rationes tam in libris, quam
alibi existentes intricare, adulterare, confundere, mer-
ces, & bona obligare, alia, & alia debita congerere,
emendo scilicet merces, easque minori pretio reuendunt,
& gratiosè, dolosèque promittunt soluere, quod facere
nullo modo existimant; & quid non cogitant, & quid non
peragunt, vt creditores fallant? multa quidem referre
possem, sed ea modestiæ ergo non refero. Et meritò con-
tra istos clamat Regius Vates, in Psalm.37. ibi, *Impius æs
alienum † constat, & non dissoluit, &c.* 65

Creditores etiam in mutuando eis pecunias, vtantur,
quantum velint, cautelis, & clausulis, quia omne † fru- 66
stratorium erit. Hoc enim genus debitorum, qui tot fidei
vinculis astringi non possunt, quin limam aliquam repe-
riant, per quam elabantur, ab Horatio Poeta non in-
concinnè comparantur Protheo *Satyr.4. lib.1.* dum
inquit,

. . . . *Centum adde Catenas;* 67
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Protheus
Cum rapies in iura malis ridendum alienis
*Fiet aper, modo auis, modo saxum, & cùm volet
arbor.*

Ad hos debitores etiam oculum habuit senex ille Teren-
tianus, dum in Adelph. *act.2.scen.1.* eos aptè depinxit.
. . . *De argento † somnium, mox, cras redi.* 68

Condignè equidem Pius Papa V. cuius memoria in be-
nedictione est, inter alias sanctiones, quibus Rempubli-
cam Christianam † armauit, & simul decorauit, vt ho- 69
mines benè, beatèque in hoc sæculo degerent, illa non
parui ponderis fuit, magnaque redolet pietate, & iustitia,
vt contra prædictos decoctores, tamquam (vt ita dicã) gras-
satores, seu latrones æris, & sanguinis alieni rapaces, † ficu- 70

ti in fures ipsos, semota misericordia irrueretur, eadem-
que pœna, & supplicio plecterentur, vt clarè cantat eius
Constitutio, *quæ in nouo Bullar. est Constitut. 112. incip. Post-
quam eousque humana, &c.*

Nam optimè ratiocinatur ibi Sanctissimus ille Pontifex
in §. 3. ibi, *Nos præmissa conniuentibus oculis pertransire
71 nequeuntes, & attente considerantes nulla alia de causa † in
fures vltimi supplicij pœnam esse impositam, nisi vt talia
perpetrandi hominibus via intercIusa, liberum esset vnicui-
que sua absque periculo possidere, & vti, hos autem do-
72 losos decoctores † adeò furibus, & latronibus similes esse,
vt ab illis in nihilo differant, nisi vt quod eis, nisi cum
periculo vitæ suæ periculo agitur, hoc decoctoribus impunè
liceat, volentesque propterea, vt par imò grauius deli-
ctum, parem etiam sortiatur pœnam, iurisque rigorem in
hos grauiorem reddere, ac genus hoc hominem tanquam
73 generi humano infestum, † e cæterorum cœtu segregando-
rum merito esse iudicantes &c.* deinde subdit. *Vltimi sup-
47 plicij, & ea quæ fures ipsi de iure, vel consuetudine, † aut
particulari, aut municipali statuto plecti solent, puniri de-
beant*; & in fine iubet d. Constitutionem inuiolabiliter ob-
seruari, &c.

Et quod prædicti decoctores sint peiores ipsis furibus,
non est dubium, nam teste Marc. Tullio duobus modis
75 fit † iniuria, aut vi, aut fraude, vtrumque quidem de-
bet esse ab homine alienissimum, sed fraus est odio digna
maiori, &c. & in puncto hoc plura cumulabo in anno-
tatione ad decisionem in causa *Romana Tutelæ 24. Maij
1619. coram Card. Sacrato, erit in 4. tom. decis. à me select.*
76 vbi † pluribus comprobabo, tutores illos, qui tutelas ca-
ptant, & venantur, vt hydropicos faciant suos marsupios
horribiliores esse ipso maledicto Sathana, &c.

Et de prædicta fel. rec. Pij V. Constitutione, & pœna
meminit Rot. *coram bon. mem. Reuerendiss. Patriarcha
Manzanedo in causa Anconitana pecuniaria 7. Iunij 1609.*
vbi dicitur, licèt de iure communi pro fraudulenta deco-
77 ctione non sit imposita † pœna corporalis, vt notat Strach.
in tract. de decoctor. part. 3. n. 3. nihilominùs per d. Consti-
tutionem Pij V. pœna vltimi supplicij imponitur, &c.

Olim pariter seuerissima pœna in istos pessimos, & in-
78 famissimos decoctores lege 12. tabularum constituta † erat,
scilicet vt ad laniandum dentibus creditorum infeliciter
traderentur, vt notant Glos. & DD. *in l. 1. C. qui bon ced.
poss.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 90. n. 14. & 15.* Et omni
priuilegio priuabantur, Ias. *in §. vltim. instit. de act.* Paris.
cons. 94. num. 11. lib. 1. alias etiam tribus, vel secundum
79 alios, quindecim † plumbatis huiusmodi fraudatores ver-
berabantur, *l. quilibet 40. Cod. de decur. lib. 10.* & inquit
Strach. *de decoct. part. 3. n. 4.*

Et nemini placet id, quod asserit Glos. *in d. l. quilibet. in
verb. plumbatarum*, vbi illud verbum *plumbatarum*, ait
80 significare † plumbum, vnde decoctores sunt condem-
nandi ad metallum. Ego certè credo, glosam more soli-
to iocare, si textus dicit, *plumbatarum ictibus*, quomodo
poterit saluare illud verbum, *ictibus*. Et non est nouum
81 † in interpretatione verborum, Accurs. nonnumquam
iocasse, nam in §. 1. *Auth. ut Iudic. sine quoque suffrag. in
82 verb. Lucubratione*, vbi illud verbum † *Lucubra*, exponit,
pro *nocturna vigilia*, & subdit, ideò dici, quod Luna habet
radios lugubres, nam vt ibi dicit Apostilla. Nugatur vt
solet Accurs. Nam illud verbum *Lucubratio*, venit a *Lucu-
bro*, quod est ad lucernam vigilo, vel aliquid compono, alia
similia non refero, ne prolixus videar.

Et in terminis nostris, dic supplicium hoc plumbatarum,
83 erat quasi flagellum ex funiculis, † in quibus summitati-
bus glandes plumbeæ erant impactæ, his terga, ac collum
damnati hominis verberabantur. Et licèt huiusmodi
plumbatarum verbera non essent ad inferendam mortem,
84 tamen multi in hoc supplicio † vitam terminarunt, prout
fortunatè accidit multis sanctis Martiribus, vt testis est S.
Ambros. *in epist. 17. lib. 2.* ibi, *Aliquos Christianorum, aut
gladio, aut fustibus, aut plumbis necatos, &c.* Et alia circa
prædictum supplicium ponit Card. Baron. *in Annotat. ad
Martirolog. Romanum die 6. Iunij in litera D.*

Exempla diuersarum pœnarum, & quidem grauissima-
rum à diuersis populis statutarum contra istos nebulones
85 † substantiam alienam deglutientes, & postea proteruiam
facientes, plures ex nostris referunt, & præsertim videa-
tur Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 1. sub num. 1.* Menoch.
de arbitr. d. lib. 1. cap. 90. à num. 14. Gomes. *de potest. in se
ipsam lib. 2. cap. 14. n. 18. vsque ad num. 25.* Hering. *d. tract.
de fideiuss. cap. 5. à num. 118.* & recentiùs Steph. Grat. *di-
scept. forens. cap. 380. n. 14.* adde Cuiac. *lib. 3. cap. 29.* & mul-
ta cumulant Ioann. Mattien. *in lib. 5. recollect. tit. 19. per tot.*
& Io. Martinez de Olano *in antinomia in littera M. ex n.
41.* Mandos. *in praxi tit. de ingratitud. cap. 108. vers. Rur-
sus ingrati mercatores, &c.* & Coler. *de process. executiu.
part. 1. tit. 6. num. 142.* Prosper. Farin. *in tract. de delictis, &
pœn. quæst. 26. à num. 25. & seq.* & ex historicis percurratur
Fulgos. *lib. 6. cap. 3.* Aul. Gell. *lib. 20. noct. antiq. cap. 1.* Bruc.
lib. 1. histor. Florentin. Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 14.* Alexius
Guaguinus *in descript. Moscou.* Cel. Rhodigin. *lib. 12. lect.
antiq. cap. 20.*

Certè quidem si aliquarum supradictarum pœnarum
obseruantia adhuc † viridica esset, dubio procul clausa 86
esset ianua tot improbissimis decoctoribus, vt exclamat
Bald. *in cons. 249. lib. 1. & cons. 400. num. 3. lib. 5.* ibi, *more
antiquissimæ legis deberent tradi † creditoribus laniandi, &c.* 87

Verum cùm hodie saltem pœna incarcerationis sit, ideò
sine freno † pœnæ audacius agunt, confiduntque cum 88
suis creditoribus pacisci posse *secundum l. vltim. C. qui bon.
ced. poss.* prout in specie conqueritur Herman. Meyr. *in
tract. de pignor. & hypothec. titul. 20. num. 77. vers. verum
cum hodie, &c.*

Quare cesset admiratio † si tam ampla, & spatiosa sit 89
facta via decoctoribus, & quotidie videamus increbesce-
re eorum numerum, & certè salus esset mercaturæ, si con-
tra istos seuerissimè animaduerteretur; *Seueritas, & acer-
bitas plerumque † vlciscendi maleficia, benè, & cautè vi-* 90
uendi disciplina est, & vulgò dicimus: *Pœna † vnius, mul-* 91
torum est metus. Vnde Quintilian. *in Declamatione 184.*
orando sic inquit. *Quoties noxios † crucifigimus, cele-* 92
berrimæ eliguntur viæ, & deinde subdit: *Omnis pœna,
non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum*, Iust.
Lips. testatum etiam relinquit, quod † *paucorum punitio* 93
terret, & emendat omnes.

Incognitique iuris non est, ex causa licitum esse, trans-
gredi leges, vt voluit Innocent. *in c. 1. de Constitut.* nam in
aliquibus criminibus propter sui atrocitatem, † & imma- 94
nitatem, necessaria etiam videtur crudelitas, & seueritas,
leges etiam transgrediendo, facit text. *in §. sed si credas in
fine Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. & in l. sacculari, §.
sunt quædam, ff. de extraord. crim. & in l. aut facta §. non-
numquam euenit. ff. de pœn.* Cabal. *resol. crimin. 97. num. 9.
cent. 1.* & animaduertit Reg. Senatus Cathaloniæ apud
Fontanell. *decis. 120. num. 13.* & magis in terminis nostris
Bald. *l. & si seuerior*, & ibi Salicet. *C. de infam.* vbi in specie
dicunt vna cum glos. pœnam augeri posse, vt † multis graf- 95
santibus sit exemplum, & ideò benè dixit Bart. *in l. 1. C.
de supra exact. lib. 10.* quod ex frequentia delinquendi, quis
vsque ad mortem condemnari potest, vbi etiam aliàs † pro 96
illis delictis pœna mortis nullatenus veniret infligenda, &
probat etiam text. & ibi Bart. *in l. omnes, Cod. de delator.
lib. 10.* & licèt Ludou. Romanus solus dixerit eo casu con-
sulendum esse † prius superiorem, eius tamen opinio non 97
tenetur, prout refert Ias. *in l. 1. C. de præcib. Imper. offerend.*
& restatur Thom. Grammat. *in cons. 17. num. 16. vers. Ro-
mani opinio non tenetur*, & in terminis illis ratiocinatur
Strach. *de decoctor. part. 3. num. 8.*

Vnde hic arguendo à fortiori, nempe si supradicta
vera sunt, quando à lege in illis casibus imposita est mi-
tior pœna, vt ex frequentia delictorum, spretis iuribus,
possit alterari, quid ergo erit dicendum, vbi lex statuit
condignam pœnam ad deterrendos alios, & nullatenus
obseruatur. Iudices enim non debent esse † demen- 98
tiores ipsa lege, *§. oportet, Auth. de Iudic. l. fin. Cod. de
mancip. Christ.* Bald. *in l. cum fratrem, Cod. de his
quibus vt indig.* & aduertit Rota *in Vrbeuetana resti-
tutionis Dotis 14. Decembris 1640. coram clar. memor.
Merlino, vers. Nec debent Iudices esse elementiores
ipsa lege, &c.* Et in puncto videatur Thesaur. *decis. Pe-
demont. 27. num. 4.* vbi enixè rogat Principes, † vt sint 99
cauti, ad admittendos debitores ad cessionem bonorum
absque aliqua pœna; quia æquitatis benignitas in dam-
num alterius non debet extendi, & postea dolenter sub-
dit. Videmus enim multos post hanc cessionem non sine
grauissima creditorum iactura non solùm secretò, sed &
apertè opulenter grassari, &c.

Quamuis enim Princeps ex bono communi possit
† pœnam remittere delinquenti, tamen si id faceret sine 100
ratio-

rationabili causa, peccaret mortaliter, cùm esset in magnum nocumentum Reipublicæ, cuius interest delicta non remanere impunita, videatur Molfesius *in Summa tom.1. tractat.9. cap.9. num.10.* Ledesma *in summa tom.2. tractat.8. cap.22. difficult.5. conclus.6.* Arragonius *in 2.2. quæst.67. art.4.* Azorius *tom.3. lib.13. cap.13. quæst.3.* & nuper R. D. meus Antoninus Diana (vir ingenij, & diligentiæ laude non fraudandus) *resolut. moral. part.7. tract. 6. resolut.1.*

Et addo in terminis nostris elegantem textum *in l. bona fides 31. ff. deposit.* ex quo probatur Reipublicæ valdè in-
101 teresse, vt fraudulenti decoctores † publicè puniantur.
Nec potest videri odiosum, aut rigorosum id, quod ob pu-
102 blicam vtilitatem constituitur, facit † *l. si quis, §. vtrum, ff. ad Sillan.* Bart. *in l. quemadmodum num.4. Cod. de agric. & censit. lib.11.* Ias. *in l. cætera, §. si quis, num.2. ff. de le-*
103 *gat.2.* Et ex causa publicæ vtilitatis receditur à † regulis iuris communis, multaque permittuntur, quæ aliàs essent prohibita, *l. ita vulneratus, §. multa, ff. ad leg. Aquil.*

Vulgatumque est, quod futura mala debent caueri, non
104 iniquis † consuetudinibus foueri, Innocent. *in cap. inquisitioni, de sentent. excommun.* Zas. *in consil.5. num.67. lib.1.* & congruit dictum Bald. *in cap. olim. col. penult. ext. de re-*
105 *script.* scilicet: *Contra malos non esse vtendum † malua, vel emplastro, sed gladio.* Vnde habemus in *l. nemo 3. C. de Episcop. aud.* quod per malefactores turbantur publica gaudia, & lætitia communis, & ibi Paul. de Castr. inquit,
106 *Sanctissimum esse officium, † si fiat iustitia de criminosis.* Nam secundum Senecam, *non potest pinguior victima Deo mactari, quàm homo sceleratus.*

Pulchrè videatur in terminis penes bon. me. Reuerendiss. Marchesan. *in tract. de Commiss. cap.1. circa commiss.*
107 *cess. bon. §.1. num.107. part.3. fol.203.* vbi refert † dum ipse erat Gubernator Imolæ, &c. condemnauit quosdam fraudulentos decoctores ad triremes per 10. annos nisi intra 20. dies suis creditoribus integrè satisfacerent; nam, vt ipse præcisè ait, *in fine num.107.* Hem mirabilis medela, anteaquam terminus 20. dierum laberetur, omnibus
108 creditoribus † integrè (vt ipse optimè se informauit, & videre voluit) satisfecerunt, ad triremes euitandas, & & idem *eadem part.3. fol.274. num.60.* pariter exclamat, quod si pœnæ statutæ contra improbos decoctores seruarentur, non essent nostris calamitosis temporibus prædicti tam faciles ad decipiendum creditores, Nam vt plu-
109 rimum pecunias alienas in suis † manibus fisas pro se retinent, vnde pauperes pupilli, viduæ, orphani, & alij miserabiles creditores sub proditoria fide decepti, & forsitan nihil aliud præter dictum creditum (vt sæpissimè accidit) habentes, suas ab eis dissipatas substantias, vel apud eosdem retentas, amarè plorant, maximisque lachrymabilibus vocibus post eos clamare non cessant.
110 Quare, cùm † suum consequi non valeant, miserè mendicare coguntur, ac multoties in obscœnum, & perniciem vnà cum eorum familijs vadunt. Nam vera est illa
111 conclusio, *pecuniæ † amissionem esse alteram mortem:* Hostien. *in summa de procurat. §. in qua re, vers. & quod*
112 *dixi, cùm pecunia sit secundus † sanguis*, Ias. *in l. nec quidquam, §. vbi decretum, num.2. ff. de offic. proconsul.* Gerard. à Petr. Sanct. *singul.73. num.5.* Afflict. *decis. 24. num.4.* & hoc maximè procedit hodie, vt inquit Menoch. *de arbitr. Iud. lib.2. cas.110. num.6.* & adde dictum Hesiodi, *pecuniam mortalium animam esse.*
113 Vnde, & qui aufert † temporalia, aufert vitam, *arg. can. si quis obiecerit, 1. quæst.3.* multaque priuilegia pecuniatum scribit Maphe. Vegius *in sua disputatione inter solem, aurum, & terram,* vbi abundè videre licet. Postremò dicitur in Ecclesiastic. *cap.40. in fin. Melius est mori,*
114 *quàm indigere, nam vita † indigentis semper est in cogitatione victus:* &c. & id aduertit pariter text. *in l. quis-*
115 *quis, 5. §. filij vero, C. ad leg. Iul. maiest.* ibi, *vt his † perpetua egestate sordentibus sit, & mors solatium, & vita supplicium.*

Sed ad nos, & quia vt superiùs diximus, & habetur in in decisione gesta ab eo, qui est proximus decoctioni, plena sunt fraudibus, falsitatibus, & simulationibus.

Meritò ergo in diuersis Ciuitatibus adsunt statuta, vt
116 decoctorum instrumenta, venditiones, † alij contractus decoctionem per annum ante celebrati præsumantur simulati, & in fraudem creditorum initi, & sic nulli, pro-
ut est statutum Bononiens. de quo meminit Rota in *causa Bononien. Dotis 20. Ianuarij 1605. coram bon. mem. Pena, est decisio 928. inter eius à me imprimend. num.10. vers. statutum Bononien. contra decoctores, &c. & in altera Bononien. bonorum 14. Iunij 1600. coram bon. mem. Card. Sacrato, est decisio 157. num.1. part.5. diuers. aliàs post 2. tom. consil. Farinac.*

Genuæ etiam adest statutum contra † decoctores *in* 117
lib.4. cap.7. titul. de decoctor. quod vt animaduertit Stracc. *de Commerc. §.2. glos.5. num.445.* disponit, omnes dispositiones factas per debitorem ad fauorem alicuius, seu aliquorum ex suis creditoribus intra quindecim dies immediatè antecedentes diem rupturæ haberi, ac censeri pro non factis.

In Vrbe etiam habemus † non dissimile Statutum *lib.1.* 118
cap.114. ibi, *ante vel post decoctionem, &c.*

Et hic aduerte, quando aliquid est venditum ei, qui paulò post decoxit, licèt venditor habuerit † fidem de 119
pretio, nihilominùs poterit rem suam vindicare, & per consequens omnibus alijs creditoribus præferri debet, nec releuat, quod hoc casu sit habita fides de pretio, vt dixi, quia dominium rei venditæ † non fuit transla- 120
tum in emptorem dolosum, eo quia dolus causam habendæ fidei dedit; & sic fides tali casu habetur pro non habita, & res non tradita, sed fraudulenter ablata censetur per text. *singularem in l. si quasi, ff. de pignor. act.*
Quare venditor in concursu creditorum † præferendus 121
est, & rem vt suam, vbicumque existentem vindicari poterit, non obstante traditione, quæ sententia continua memoria est retinenda. Et hoc incidenter dictum sit, & latissimè de hac materia alibi tractabo.

Nec inconueniens erit hic nonnulla alia statuta condita in odium eorundem fallitorum in medium afferre.

Mediolani enim adest † statutum Mercatorum contra 122
fallitos disponens, vt nullus possit eos receptare, etiamsi Pater, Mater, Frater, aut quicumque alius sit, sub certa pœna, vt meminit Bald. *in cons.250. incip. In quæstione D. Milani num.7. lib.1.*

Florentiæ viget Statutum, vt denegetur audientia † fallito, seu cessanti, teste Aretin. *in cons.84. num.4.* 123
& ideò cùm ista exceptio impediat litis ingressum, Bald. *in l. postquam lite, Cod. de pact.* Bart. *in l. omnes, Cod. de fund. patrimon. lib. 11.* non potest audiri fallitus, nec etiam in causa tactus, vel capturæ, nisi soluat; Et vigore legis de annô 1498. latæ denegatur hæc audientia etiam parte † non opponente, quo casu processus est ipso 124
iure nullus, Alex. Ias. & Rip. *in l.1. §. sublata, ff. ad Trebell.*

In Regno Castellæ falliti habentur pro † Latronibus pu- 125
blicis, & eiectis à pace, & tregua, vt tradit Alphons. de Azeb. *in l.3. titul.2. de la liber. de las Igles. num.7. tom.1. & in l.1. titul.19. de los cambiad. num.2. tom.3.*

In Cathalonia pariter prædicti (vt habetur inter † eius 126
Constitutiones sub titulo de abatuts) habentur pro infamibus, & pro latronibus publicis, & tamquam infamibus portæ dignitatum clausæ sunt, &c. videatur Fontanell. *decis. Cathal. 231. n.3. & 232. num.5.*

Nota etiam in multis locis adesse statuta, seu consuetudines, vt ignominiosè debitores † obærati admittantur ad 127
cessionem bonorum, vt est Mediolani, prout meminit Bald. *cons.301. num.2. lib.5.* & Addentes ad Roman. *singul. 19. in fin.* & videatur Thesaur. *decis. Pedemont.37.* vbi in fine ponit per extensum formulam, & decretum Amodei Ducis Sabaudiæ, &c. super dicta ignominiosa cessione, ibi, *Debitor ante forum Auditorij super † lapide stare iubemus* 128
aliquo temporis interuallo, & demum vsque camiseam suis exutus vestibus (tamen sibi restituendis) palam stare, & de posterioribus super ipso lapide bina vice percutiendo alta voce clamare, Cedo bonis, &c.

Idem etiam de consuetudine † seruatur Lugduni, & in 129
alijs diuersis locis, teste Guidopap. *decis.343.* ibique Addentes, & in fine asseritur mulieres non teneri ea consuetudine cedendo bonis.

An autem supradicta, vel similis ignominiosa cessio liberet debitorem à solutione, si deuenerit ad pinguiorem fortunam, † in hoc casu quando cessio est facta simplici- 130
ter, certum est teneri debitorem, text. *est in l. qui bonis, ff. quæ bon. ced. poss. & in cap. Odoardus, de solut.* quoniam primæua obligatio non fuit extincta ipso iure,

sed suspensa, & quasi sub vmbra aduersæ fortunæ donec
131 superueniat † lux prosperæ fortunæ, & ita semper for-
tunatus erit, faciendo restitutionem eius, quod debet, vt
inquit Ceuall. *commun. contra commun. opin.729. in fin.*
132 Quid autem † sit dicendum, quando debitor peruenit ad
necessitatem, & concordat cum creditore, an si perue-
nerit ad pinguiorem fortunam, vtrum integrum in foro
conscientiæ soluere teneatur, & quid si concordauerit
133 † antequam peruenerit ad necessitatem, & de hac quæ-
stione mentionem facit Rota *in causa Romana, seu Ame-
rina aperitionis oris 27 Iulij 1635. coram bon. mem. Cocci-
no in fin.* & ibi ad hoc allegatur Petr. Nauarr. *de restitut. tom.
2. lib.4 cap.4.n.17.* & addo Ludouic. Lopez. *in instruct. con-
scient. part.1. cap.109. in fin.* Boet. *decis.215. num.8.*

Quando tamen, vt dixi, sumus in ignominiosa cessio-
134 ne, tunc plures Doctores tenent, debitores † liberari in
totum, & nihil suis creditoribus soluere teneantur, etiamsi
deuenerint ad pinguiorem fortunam, quia dicta ignomi-
135 nia, (quæ pœna temporalis est) loco solutionis debiti † pe-
cuniarij est, in qua sententia residet, Glos. communiter
recepta, & secuta *in cap. sicut dignum, §. eos insuper in
verb. restituere, vers. nisi pro eo, iam substinuisset pœnas
corporales, &c. ext. de homicid. volunt.* & ibi allegatur
text. *in can. si res, 13. quæst.6.* etiam ita sentit Bald. *in l. fin.
ff. de in ius vocand.* vbi ad id allegat textum, quem ad hoc
dicit meliorem, qui sit in Mundo *in l. sed si vnus, §. Sed
si ante, ff. de iniur.* sic etiam voluerunt Paul. de Castro,
Ang. Aret. Ias. *n.19.* Dec. *n.26. in l. si quis id quod, ff. de iurisd.
omn. iud.* Roman. *in singul.24. incip. Quod non valens sol-
uere*, vbi addit aliam glosam præter supradictam *in cap. pec-
catum de reg. iur. in 6.* dixitque Cepoll. *in suo tract. Cautel.
cautel.3. incip. Nota cautelam pulchram, & vtilem, etc.* Bellus
in tractat. de re militar. part.9. tit. de Saluis conductis, n.47.
qui dicit ita se aliàs legisse, & si tunc locum memoriæ ex-
cedisse profiteatur, &c. huicque opinioni etiam se subscri-
pserunt Muscatell. *de appar. part.3. glos. detinebitur n.87.88.
& seq.* Brun. à Sole *quæst.7. num.10. & 11. & quæst.9. num.38.*
Cancer. *in 2. resolut. quæst.8. de cession. bonor. n.23.* Costa *de
remed. subsid. rem.27. n.3.* Ceuall. *commun. contra commun.
d. opin.729. num.12.*

Nec obtenebratur prædicta conclusio ex dictis à Couar.
lib.2. var. resol. cap.1. n.6. quia vt aduertit Menoch. *de arbit.
136 Iud. lib.2. centur.2. cas.183. n.23.* procedit eius † considera-
tio, quando cessio est facta simpliciter, iuxta communem
Iuris dispositionem, & non quando ignominiosè fit iuxta
locorum consuetudinem, nam tunc illa cessio ignominiosa
est pœna, quæ solutionis loco subrogatur, *ex l. vltima, C.
137 de in ius vocand.* qua † de re tollitur ciuilis, & naturalis
obligatio, & in hoc casu procedit Glos. *in l. vbicumque, ff. de
fideiuss. &c. & in d. cap. sicut dignam, §. eos extr. de homicid.*
quod enim è prædicta opinione non sit discedendum, mo-
net Alex. Trentacinq. *var. resol. vol.1. lib.3. tit. de solut. re-
sol.27. n.8. in fin.* Et sic iudicauit Senatus Grationopollita-
nus penes Guidop. *decis.243. num.1. vers. nisi vituperosa fie-
ret cessio, vt quia remotis familiaribus, &c.* Ita pariter sen-
sit Concistorium Regni Siciliæ, secundum Giurb. *decis.41.
n.21. vers. quod verum intellige, nisi cessio ignominiosè fieret,
quia tunc cedens bonis liberatur in totum, vt nihil suis credi-
toribus soluere teneatur, &c.*

138 Aduertant tamen Iudices † non esse faciles ad admit-
tendum decoctores ad hanc insolitam solutionem, quæ
creditoribus nihil est profutura, & ne ipsi debitores inopiæ
propriæ confidentia freti, quasi impunitatis illecebra, vel ad
139 bonorum decoctionem, † vel ad audaciùs delinquendum
inuitentur, iuxta *l.1. §. generaliter, ff. de pæn.* & pulchrè vi-
deatur Æn. Robert. *rer. iudicat. cap.15. titul. qui non habet in
ære, luat in corpore*, vbi refert in *Arrest. du Mardy matin.
14. de Ianuary* 1586. *au roolle d'Amiens plaidant M. A.
140 Arnault.* fuisse quandam sententiam † reuocatam, quia
condemnabat debitorem ad certum tempus ieiunandum,
eò quia non habebat in ære, & sic lueret in corpore, ibi-
que habes rationes reuocationis.

Et hæc sufficiant, quoad statuta, seu consuetudines con-
tra decoctores, plura quidem alia statuta, &c. diuersarum
Ciuitatum in hac materia referre possem, sed quia hoc
esset potiùs longum quàm necessarium, ideò illud quod di-
ximus supra gesta ab eo, qui est proximus decoctioni, præ-
sumantur fraudulenta, nec non simulata, intellige id
141 † non procedere, quando de veritate in contrarium doce-
tur, quia tunc non habent locum supradicta, ita Rota *de-
cis.460. num.2. vers. nisi aliunde constet de veritate part.2.
recent.* & in terminis Statuti Bononien. de quo supra, *fuit
dictum in d. Bononien. dotis 20. Ianuarij* 1605. *coram Penia,
n.11. vers. Quia statutum admittit probationem in contra-
rium*; & allegatur decisio *in causa Bononien. bonorum de
Ocellis 27. Iunij 1597. coram bon. me. Orano, & idem fuit re-
sponsum coram Cardin. Sacrato in d. decis.157. sub n.1. vers.
licèt statutum præsumat tales alienationes fraudulentas, &c.
post 2. tom. consil. Farinac.*

Tandem, quando decoctio accidit ex aliquo sinistro
euentu puta casu naufragij, † bona periere, seu igne con- 142
sumpta sunt, vel alio simili duro accidenti, dummodo nec
adsit, nec præsumi possit debitoris dolus, fraus, siue culpa.
Non enim esset nouum asserere, † vt aliquando diuitiæ, seu 143
bona acquirantur, & amittantur impetu fortunæ, *l. is qui, §.
1. ff. de acquir. rer. domin. cum simil.* Vnde illud vulgatum.

Irus est subito, qui modo Crassus erat.

Tunc enim si mitius, & misericorditer non ageretur
cum d. debitore † inhumanum quidem esset, *facit text.* 144
in l. furti, §. pactum, ibi, *nec erit veniæ vlla ratio*, *quod
est inhumanum, &c. ff. de his, qui not. infam.* & ibi glos. *in
verb. inhumanum*, plura adducit, & præsertim illud, quod
nos Christiani pluries auribus Diuinis † inculcamus, hoc 145
est, *Dimitte nobis, debita nostra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris, &c.*

Pariter facit textus Sacri Euangelij apud Matth. *cap.18.*
Ibi, *Serue nequam † nonne omne debitum dimisi tibi, quo-* 146
*niam rogasti me, nonne oportuit & te misereri conserui tui,
sicut & ego tui misertus sum? &c.* optimè quidem asse-
ritur, quod qui misericordiam non facit, † Christum ne- 147
gare dicitur, text. *est in can. omnis 7. quæst.1.* ibi, *ipsum
Christum negant, qui est misericordia, &c. Iudicium certè
sine misericordia † fiet, ei, qui non fecit misericordiam*, Deu- 148
teron. *cap.19. can. instit.24. quæst.9.*

Omnibusque holocaustis, vel sacrificijs, † misericordia 149
melior est, *can. ponderet, 50. distinct.* Matth. 12. & Luc.6.
per eam enim tantùm Saluatorem † nostrum imitamur, 150
dixit text. *in l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.* & insuper
ea vitæ æternæ, & præsentis impetrat subsidia, vt testatur
Paul. Apostol. ad Timoth. *cap.3.* & ex nostris refert Corn.
in consil.296. n.2. lib.4. vbi alia.

Si ergo etiam hosti capto † misericordia debetur iuxt. 151
text. *in can. noli 23. quæst.1.* quid igitur erit dicendum de
misero debitore telis calamitosis fortunæ dirè vexato? Vn-
de non sine causa Iustinianus Imperat. *in Nouell. 4.* tales
† debitores infelices vocat. Et facit illud Exodi *cap.22.* ibi, 152
Non vrgebis pauperem debitorem, &c. pariter congruit re-
gula † Christianæ pietatis, quam ex nostris tradit Hostien. 153
in proœm. sua summa, §. Vnde habuit num.21.

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli,
Sic potes in terris viuere iure poli.

Videmus etiam Iura adeò in miserabili statu habere de-
coctos, vt ipsis mortuis † æquiparent, Seraph. *decis.794.* 154
*num.17. vers. habebatur, ac si in humanis esse desijsset, &c.
& decis.226. num.11. part.4. diuers. cum alijs nuper allegatis
in causa Romana domorum 23. Iunij 1642. coram Reueren-
diss. P. D. Patauino, §. super addita morte ciuili per decoctio-
nem, &c.* Decoctus † etiam æquiparatur fonti aquis ex- 155
siccato, *de quo in l. Arbitrimur, ff. de seruit. rustic. præd.*

Meritò ergo Græci valdè extollunt, & celebrant senten-
tiam illam,

Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων.

idest, *Felix † qui nihil debet*: & optimè hoc norunt illi, 157
de quibus loquimur, idest ære alieno obærati, contra quos
omnia iura insurgunt, & tamquam signum ad sagittas
positi sunt, quid enim calamitosiùs, quàm toties erube-
scere, toties præficare faciem, toties Iudicis familiam fugi-
tare, † latitare, mentiri, dissimulare terminos, & supra 158
terminos accipere, dum vident creditores subtergere cir-
ca columnas, vel stationibus, vel circulis hominum occul-
tandi causa se immiscere, nunc supplicium agere, palam
appellari, citari, numquam sui iuris esse, digito monstrari
ab ipsis amicis, & ab illis, qui dum tempus non erat
† nubilum, salutabantur, prout accidit Crasso dicto 159
Diuite, vt refert Valer. Max. *lib.6. de variet. casuum
cap.3.*

Equidem tam amarum statum debitorum meditatus
fuit, & in mentè venit Cæsari Augusto, nã Equite Romano
vita functo, qui tantum habebat æris alieni, vt summa du-
centies H.S. excederet, quæ tamen dum viueret celauerat,
illus-

160 illiusque † rebus venditioni subiectis Augustus iussit pro
eius persona emi culcitram illius cubicularem (vulgò ma-
tarazzo) & cùm eius Ministri de nouitate rei non parum
admirarentur. Respondisse, fertur Imperator, haben-
da est ad somnum mihi conciliandum illa culcitta, in qua
ille Eques tantò ære alieno obstrictus, somnum capere
potuit, vt refert Macrob. *lib. 2. Satur. cap. 4.* Eras. *in Apo-
phth. lib. 4. in August. num. 31.*

Quilibet ergo cautus sit, ne in supra relatas calamitates,
& miserias eorum, qui ære alieno oberati sunt, misera-
161 biliter incidant, nam agens † in omnibus cautè, in nihilo
damnificari potest, sic attestante Imperatore *in §. Si vero
non fuerit, auth. de hered. & falcid.* atque meminit Rota *in
Viterbien. Castrorum* 11. *Martij* 1626. *coram bo. me. Coccino*,
sumatur etiam optimum monitum Catonis Vticensis, qui
lib. 4. documentorum prudenter dixit.

Vtere quæsitis modicè, cum sumptus abundat;
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.

162 Quando † enim expensæ excedunt annuos redditus,
consumitur paruo tempore, quod magno labore acquisi-
tum est, nam qui plus quam satis expendere volet, is pau-
lò post minus, quam erit habebit. Non incongruè qui-
dem inquit facetus Poeta,
163 *Qui plus expendit, † quam rerum summa rependit,*
Non admiretur, si paupertate grauetur.
164 Vlterius teste Aristotel. *lib. 2. de Rep. cap. 4.* Vt in otio † vi-
uatur, fieri non potest, nisi facultates suppetant. In casu
verò, quo debita contrahuntur, egregiè admonet Senec.
in lib. de consolation. ad Martiam cap. 10. dicendo *Nos*
165 *oportet in promptu habere, quæ † in certum diem nobis data
sunt, & pulsatos sine querela reddere, cùm pessimi debito-
ris sit, creditori facere conuicium, &c.* Hinc illud vulga-
166 tum æquitate plenum: *Redde, † quod debes,* & vt admo-
net S. Gregorius Papa *in lib. moral. Stultus est debitor, qui*
167 *† gaudens pecunias accipit, & tempus, quod reddere debet
non attendit.* Sed vt finem reperiam concludam vnà cum
monito S. Ambrosij lib. de Tobia lib. 8. dicentis, *Dum va-*
168 *dis cum aduersario tuo ad Magistratum, † da operam libe-
rari ab illo, ne fortè producat te ad Iudicem, & Iudex tra-
dat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Audiant
etiam debitores admonitionem Martialis alloquendo cum
Sexto eius amico valdè tamen duro ad soluendum.

Et Iudex petit, & petit Patronus.
Soluas, censeo, Sexte, creditori.

169 si benè etiam animaduertatur ille, qui † debita soluit, eius
bona nullatenus diminuit, sed potiùs amplificat.

Paulus Rubeus.

R. P. D. PLATTO.

postea S. R. E. Cardinali.

Placentina Euictionis.

Veneris 8. Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Emphyteotica re euicta, agitur de euictione contra concedentem emphyteusim, & eius hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Abbas euictare per ipsum alienata, tenetur emptori de euictione.*

2 *Euictionis actio datur etiam ad damna, & interesse, præterquam in emptore malæ fidei, qui solum pretium repetit, declara vt num. 3.*

4 *Euictionis actio datur etiam contra hæredes venditoris. Vbi etiam quod datur contra hæredes Prælati malè alienantis res Ecclesiasticas.*

DECISIO X.

1 CVm rescissio concessionis in emphyteusim factæ per
Abbatem Pallauicinum Puteobonellis processerit
ex ipsius Abbatis facto, eò quod falsò asseruit in precibus
PP. pro illius confirmatione porrectis, se aliter modum
non habere debitis, alijsque suæ Abbatiæ necessitatibus
satisfaciendi, resoluerunt Domini eisdem Puteobonel-
lis competijsse contra Abbatem actionem de euictione,
iuxta text. *in cap. Volaterana*, in illis verbis, *sit empto-
ribus ad eum recursus*, vbi Gemin. *num. 1. col. 1. cir-
ca med. vers. nota quod Prælatus* 12. *quæst. 2. & in §. si quis
igitur*, ibi, *proprijs eorum substantijs ex contractu ha-
beant actionem, in auth. de non alienand.* vbi Gloss. *in
verb. contractu*, & Glos. *in cap. si quis presbyterorum,
in verb. alienata*, vbi Abb. *in fin.* Imol. *num.* 25. Bero.
num. 46. de rebus Eccles. non alien. Laurent. de Rodulph.
in cap. sine exceptione 12. *quæst. 2. num.* 180. & de conces-
sione in emphyteusim, quod teneatur concedens de
euictione, tradit Rebuff. *de rebus Eccles. non alienand.
num.* 116.

Et in hac actione veniunt etiam damna, & interesse, 2
Innoc. *in d. cap. si quis*, ibi, *peto mihi pretium cum interesse*,
Bero. *sub n. 49.* Card. *in Clem. 1. quæst. 25. eod. tit.* Cald. *in
rubr. de reb. Eccles. non alien. n. 29.* Speciale enim est in em-
ptore malæ fidei, vt solum pretium repetat, A Felin. *in cap.* A
cum causam, n. 26. de re iud. at quia Puteobonelli conducto-
res, prout fuit resolutum, in bona fide extiterunt, neque
etiam poterant ipsi diuinare, quod Abbas alias haberet pe-
cunias, ex quibus debitis Ecclesiæ, alijsque necessitatibus
satisfacere posset, & propterea non posset aliquo modo Ab-
bas replicare contra eos, quòd fuerint participes, quare
cessant illæ omnes difficultates, quas ad hoc propositum
excitant Doctores contra malæ fidei emptorem, vt per
Innoc. & alios *in d. cap. si quis*, & latè per Rodoan. *in
tract. de reb. Eccles. non alien. fol. 470. num. 19.* Cessan-
te igitur mala fide, & dolo emptoris, debet locus esse
regulæ, vt quando euictio venit ex ipso contractu, iuxta
text. *in d. §. si quis agitur*, se etiam extendat ad damna,
& interesse debita ex natura ipsius actionis de euictio-
ne, B *l. venditor, de euict. l. si eum, §. fin. l. euicta la 2.* B
*l. bonitatis, eodem titul. l. quæro, l. Lucius, §. fin. ff. de
action. empt.* Alexan. *cons. 63. num. 5. lib. 6.* Aretin. *cons. 105.
num. 2.* Curt. iun. *cons. 177. num. 5.* Fab. de Monte *de empt.
quæst. 6. num. 56.*

Quod in casu isto videtur sine difficultate procedere, 3
cùm Abbas non solùm nomine Abbatis, sed etiam pro-
prio locauerit cum obligatione refectionis damnorum, &
interesse pro obseruatione omnium, & singulorum in
instrumento concessionis in emphyteusim contentorum,
quo casu etiam malæ fidei emptor agit de euictione, Abb.
in cap. si quis, in fine, vbi Imol. *num. 26.* idem Abbas *in cap.
ad audientiam, num. 5. eod. tit.*

Cùm autem actiones regulariter transeant ad hæredes, 4
& contra hæredes, C *l. 1. vt act. ab hered. & contra he-* C
red. l. successor, Cod. de solut. & in specie de actione de
euictione tradit textus *in l. si testatus, l. si controuersia,
l. cum successores, C. de euict.* dixerunt Domini licere Pu-
teobonellis, mortuo Abbate Pallauicino locatore exer-
cere huiusmodi actionem contra eius hæredes, saltem
quatenus ex dicti Abbatis hæreditate facti sunt locuple-
tiores; nam quòd & hæredes Prælati malè alienantis te-
neantur, disponit textus in *l. iubemus, §. œconomus, C. de sa-
crosf. Eccles.* vbi Bald. *in §. sane, num. 5.* fortiùs dicens hæ-
redem huiusmodi de iure Canonico teneri ex delicto,
sicut ex contractu, vel quasi, & Bald. sequitur Rodoan.
fol. 470. num. 22. & licèt textus *in d. §. œconomus*, loqua-
tur fauore Ecclesiæ, non emptoris: tamen satis est con-
stare ex eo actionem huiusmodi contra hæredem exerceri
posse, quod si Ecclesiæ conceditur, quæ potiùs ex deli-
cto, quàm ex contractu habet obligatum alienantem,
multò magis concedendum est emptori, seu conductori
bonorum Ecclesiasticorum, eo casu quo contra Prælatum
habet actionem de euictione, quæ potius ex contractu,
quàm ex delicto nascitur.

Quòd maximè in casu nostro locum habere debet, prout 5
dictum est etiam nomine suo, Prælatus alienauit cum pro-
missione damnorum, hæc est propria ipsius Abbatis obli-
gatio, quæ ad hæredes quoque transire debet, *d. l. 1. Cod. vt
act. ab hered.* cum alijs allegatis. Quòd si obligatio bono-
rum propriorum ipsius Abbatis, quæ legitur in instrumen-
to conuentionis, ad hunc casum extenderetur, vt aliqui
sentiebant, res careret omni difficultate: sed quia hoc non
firmarunt Domini, circumscripta pro nunc, ac bonorum
propriorum speciali, & expressa obligatione; ex alijs supra
deductis concluserunt, tam ipsum Abbatem, quàm eius
hæredes à Puteobonellis posse de euictione conueniri, sal-
tem in quantum ex hæreditate Abbatis facti sunt locuple-
tiores.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem X.

1 *Emptor, quando sciuit rem emptam esse alienam, vel alteri obligatam, & acquieuit,*
2 *Tunc nec agit de euictione, nec ad pretij restitutionem.*
3 *Et ista est vera, & communis opinio, & in ea resider Rota Romana, & alia Tribunalia.*
4 *Emptoris scientia circa emptionem rei aliena, ad hoc vt non possit agere ad pretij recuperationem sufficit, vt sit in genere.*
5 *Emptor scienter emens rem alienam, vel alteri obligatam, ideò non agit nec de euictione, nec ad pretij recuperationem, quia præsumitur pretium donare venditori,*
6 *Et hac ratione potest venditor conuenire emptorem ad solutionem pretij conuenti non soluti, licèt res sit iam euicta.*
7 *Venditor debet clarè certiorare emptorem de qualitate rei vendita.*
8 *Venditor cùm teneatur narrare emptori qualitates rei vendita, non sufficit, si dicat, vendo ius quod habeo,*
Sed debet asserere, res est subiecta tali, ac tali oneri.
9 *Venditor dicitur dolosè versari, si non exprimat conditionem, & qualitatem rei vendita emptori,*
Et ideo etiam potest condemnari ad interesse.
10 *Venditor, si sciat vitium rei, & taceat, præsumitur animo circumueniendi venditorem id facere.*
Certiorare quando quis commodè potest aliquem, & non facit, dicitur improbus, & fraudulentus.
11 *Venditor tenetur certiorare emptorem de seruitute rei vendita, quia potest esse, quod eam non emat, vel si emat, minori tamen pretio.*
12 *Emptori ea omnia notificanda sunt, qua possent eum retrahere à tali emptione.*
13 *Emptor, si aliquid emat ex eo, quia vendens asseruit illud esse suum,*
Tunc licèt res sit propriè vendentis, non tamen libera, adhuc potest emptor non stare emptioni, & pretium repetere.
14 *Venditor debet certiorare emptorem de sententia lata contra rem vendendam, aliàs emptor potest solutum repetere.*
15 *Venditor non sub inuolucro verborum, & in genere, vel obscurè, sed nominatim, & in specie certiorem emptorem ignarum de qualitatibus, & oneribus rei vendita reddere debet.*
16 *Venditori sat non erit, si bonas tantum qualitates rei vendenda emptori narrauerit.*
Venenum nemini prabetur, nisi melle, aut zuccaro circumuolutum, sub num. 16.
17 *Vitia non decipiunt, nisi sub specie, vmbraque virtutum.*
Vitium triste est habitu, & vultu seuerum, n. 17.
18 *Venditor potest dicere, se fuisse deceptum ex eo, quia onera, malaque qualitates rei non fuerint ei narrata à venditore.*
19 *Emptor debet esse curiosus in perscrutandis qualitatibus rei emenda, aliàs id sibi imputare debet.*
Damnum si ex propria negligentia quis sentiat, id sibi imputet, num. 19.
20 *Dubius & ignorans æquiparantur, sed hoc non procedit, quando quis contrahit cum alio, quia tunc tenetur inuestigare illius conditionem.*
21 *Emptor non excusatur, si non fecerit diligentias, ad hoc vt sciret qualitates rei emenda.*
22 *Venditoris dolus ex eo, quia tacuit onera rei vendita, & negligentia emptoris circa inuestigationem rei empta, quando simul concurrunt, tunc dolus venditoris longe præponderat negligentia emptoris.*
23 *Culpa non habetur in consideratione, quando concurrit alterius dolus.*
24 *Contractuum potissima substantia, & forma est consensus, etiam attento iure naturali.*
25 *Venditor tacendo malas qualitates rei vendenda, facit deficere in emptore consensum, quia ipse aliàs non contraheret.*
Ignorantia excludit consensum.
26 *Ignorans non præstat consensum.*
27 *Ignorans reputatur absens, stultus, impotens, &c.*
28 *Ignorantia est tolerabilis ad euitandum damnum, & vt quis possit repetere solutum, licet secus esset, si ageretur de lucro.*
29 *Maioribus errantibus succurrere non est inconueniens.*
30 *aduersus Hereditatis aditionem etiam maior restituitur in integrum, si in ea latens æs alienum reperiatur.*
32 *Venditoris promissione stante de tradenda re libera potest agi ad damna, & interesse, licèt sola possessio sit euicta.*
33 *Possessio sola licèt sit euicta, non tamen potest dici rem liberè fuisse traditam.*
34 *in Obligationibus omnibus venit promissio damnorum, & interesse, licet id non sit expressum.*
35 *Obligatio Cameralis continet etiam stipulationem pro damnis, & interesse.*
36 *in Heredes transeunt omnia iura, & actiones actiuè, & passiuè.*
Et hoc quamuis nulla sit mentio heredum, nec aliquo modo cogitatum, num. 36.
37 *Executiuè si agi poterat contra defunctum, sic etiam agitari potest contra eius heredem.*
38 *Pactum omne, & stipulatio de sui natura transit ad heredes,*
Et prædicta conclusio procedit etiam si pacta, & stipulationes fiant cum dictione taxatiua, ipsorum contrahentium, num. 38.
39 *Heres reputatur vna, & eadem persona cum defuncto in iure creato, & formato actiuè, & passiuè.*
40 *Actiones etiam personales transeunt in heredes, quæ & hereditaria dicuntur.*
41 *Heres censetur nominatus nominato Titio, etiamsi adsit dictio taxatiua, tantùm.*
42 *Contractus licèt sit personale, & adsit dictio,* tantùm, *nihilominus ex verisimili mente contrahentium est transitorium ad heredes.*
Debitor licet sibi cauerit posse soluere debitum in tot bonis eius arbitrio, licet ista potestas videatur personalis, & ideò cum eius persona extincta remanere deberet,
Tamen si non caueatur, vt non debeat transire ad heredes, ideo non est facienda talis restrictio, num. 42.
43 *Heredum mentio facere in contractibus est res superflua.*
44 *Heredes in omnibus, & quibuscumque stipulationibus semper subintelliguntur, nisi ex verbis, vel ratione subiecta materia reperiantur exclusi.*
45 *Heredum mentio si fiat in contractibus, non importat nisi expressionem eius, quod tacitè inest.*
46 *Heredum expressio facta in contractibus quasi deseruit de vento.*
47 *de Euictione, si quis tenetur, non solum ipse, sed etiam eius heres, imo heres heredis tali oneri astrictus est.*
48 *Prælatus malè alienans bona Ecclesia non solum ipse tenetur de euictione, & ad damna, & interesse de proprio, sed etiam eius heredes.*
49 *Statutum Mediolani cap. 152. lib. 1. denegat heredibus beneficium inuentarij.*
50 *Heredes ex dolo defuncti non tenetur nisi in quantum ad eum peruenerit.*
51 *Actio ex contractu etiam doloso transit ad heredes.*
52 *Heres tenetur insolidum, etiam vltra vires hereditarias, si non confecerit inuentarium.*
53 *Prælatus successor potest agere contra Prælatum prædecessorem pro pretio rei Ecclesia malè alienata.*

ANNOTATIO ad Decisionem X.

QVando verò emptor sciuit rem † emptam esse alienam, vel alteri obligatam, & acquieuit, tunc re euicta non solum agere nequit de euictione, † sed quod peius est, nec ad pretij restitutionem, text. *est in l. si fundum sciens*, vbi Glos. *in verb. si sciens*, ibi, *pretium quod sol-* 1 A 2

soluisti petere non potes, Cod. de euict. & in l. si fratres, C.
comm. vtriusque iud. & benè Castren. in l. emptorem, §. qui
autem num.3. ff. de action. empt. Bald. in l. non dubitatur n.2.
C. de euict. Imol. in l. si vir. num.9. vers. si adscinit, ff. de
vsufruct. Gozad. cons.24. num.7. vers. quarto est text Pan-
cirol. cons.112. num.25. Natt. cons. 181. num.8. Couarr.
var. resolut. lib.3. cap.17. sub num.2. vers. ad eam quæstio-
nem, Tiraquell. de retract. lignag. §.12. glos. 1. num.1. Ca-
uallin. de euict. §.3. num.166. & §.4. num.50. Mangil. eodem
tract. quæst.151. num.4. & seq. & quæst.162. num.23. Fachin.
controuers. iur. lib.2. cap.40. in princ. qui testatur de vera, &
communi sententia.

3 Et ita in diuersis † Tribunalibus fuit iudicatum, & præ-
sertim in Rota Genuen. decis.190. num.16. vers. nec officit,
& num.17. & in Rota Florentina penes Magon. decis.51.
num.6. & in Senatu Aragon. apud Sess. decis.14. num.2.
Et in hac opinione etiam residet Tribunalium caput, vt
videre est coram bon. mem. Card. Sacrato in Esina Grano-
rum 11. Martij 1616. est decisio 753. infra in hac part. n.2.
& coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano in causa Romana
officij 31. Ianuarij 1628. est decis. 140. num.5. vers. ex
hac inquam scientia res aliena non intrat euictio, nec ali-
qua pretij restitutio, &c. tom.1. à me select. aliàs part.5.
recent. & recentiùs, atque luculentiùs coram Reu. P. D.
meo Cerro in causa Romana Cambiorum 26. Martij 1640.
§. Nec vrget replicatio, vers. quia probata scientia in em-
ptore, & illius acquiescientia, &c. & coram eodem in ea-
dem causa sub die 18. Iunij eiusdem anni, §. Concurrente
præsertim præcedenti scientia, &c. & denuò coram eodem
pariter in eadem causa sub die 3. Iunij 1641. §. sed ad pri-
mam limitationem, vers. venditor emptori sciens rem esse
aliorum, &c. quæ decisiones doctæ sunt, & elegantes,
& Rota in eis testata est de veriori, & communiori opi-
nione, additurque quod

4 Nec scientia emptoris ad istum effectum requiritur †
esse specificam, & indiuiduam, sed sufficit id sciuisse in
genere, vt in terminis de re vendita, quæ alteri erat obli-
gata, post Bald. in d. l. fundum in princip. C. de euict. quem
sequitur Gomes. variar. resolut. tom.2. cap.2. num.8. & 42.
vers. secundo extende, &c. tradit Gratian. discept. forens.
cap.864. num.4. Mangil. de euict. quæst.151. num.18. & seq.
& dixit Rota coram fel. rec. Gregor. XV. decis.78. n.4. part.2.
recent. & inter eius impress. est decis.90.

Et ratio cur in hoc casu emptor non potest agere, nec
5 † de euictione, nec ad pretij restitutionem (relicto, quod
volenti non fit iniuria) est quia ipse emens rem alienam,
vel alteri obligatam absque vlla protestatione, aut decla-
ratione censetur pretium venditori donare voluisse pro
vt argumento, l. cuius per errorem, ff. de regul. iur. tradunt
Cyn. in d. l. si fundum sciens in princip. Cod. de euict. ibique
Salicet. in fin. Gomes. variar. resolut. d. cap.2. num.42. post
princip. vers. cuius ratio esse potest, &c. qua ratione vendi-
tor potest emptorem scientem, cui dictam rem tradidit;
6 ad solutionem † pretij non soluti conuenire, Petr. de
Bellapertic. in d. l. si fundum sciens in fin. & ibi Cyn. vers.
pone, quod, Alberic. & Salicet. num.2. Gomes. vbi proxi-
me, vers. quod extende, & facit Odd. consil.41. num.103.
& fuit ponderatum coram R. P. D. meo Cerro in dicta Ro-
mana Cambiorum 18. Iunij 1640. §. 2. vers. qua ratione ven-
ditor potest emptorem, &c. & in eadem causa 3. Iunij 1641.
vers. sed ad primam limitationem, &c. in quibus decisio-
nibus magistrali modo conquassantur plures exceptiones
acriter oppositæ ad prosternendam supradictam opinio-
nem, vt videre poteris.

Verum tamen id quod est dictum sufficere in emptore
7 scientiam in genere de qualitate † rei emptæ, ad hoc vt
non possit agere nec de euictione, nec ad pretij restitu-
tionem, id non est intelligendum, si venditor obscurè
qualitates rei venditæ narrauerit, sed de eis clarè debet
certiorare emptorem, iuxta l. tenetur, §. fin. & l. quæro,
ff. de act. empt. l. vnic. C. de commod. & pericul. rei, vend.
l. qui libertatis 69. §. sed si quis, ff. de euict. l. hoc enim, ff.
hæred. vel act. vend. Alex. cons.14. num. 8. & 9. lib.5. vbi
8 inquit non sufficere, quod venditor dicat, † vendo ius,
quod habeo, nisi etiam dicat, quod est subiecta tali, ac
tali oneri, & id repetit Surd. decis.265. num.8. & latè Becc.
in cons.106. n.12. lib.1.

Nam, & venditor dicitur dolosè versari, si non expri-
9 mat conditionem, & qualitatem † rei venditæ, & ideò
etiam potest condemnari ad interesse, l. vina, §. planè, ff.
de pericul. & commod. rei vend. vbi glos. Alberic. Fulgos.
& Salicet. l. quæro, ff. de act. empt. l. Iulianus, §. qui pecus,
& §. quæ autem diximus in fin. ff. eod. titul. l. qui libertatis,
§. Sed si quis, ff. de euict. Bald. cons.413. vers. vel dic. vol.
5. & in l.2. Cod. de commod. & peric. rei vend. cum alijs
allegatis à Surd. cons.13. num.33. lib.1. & est text. in l. quæ-
ritur, §. si venditor, ibique Bart. & Fulgos. dicentes, quod
si venditor † sciat vitium rei, & taceat, præsumitur ani- 10
mo circumueniendi emptorem id facere, ff. de edilit. edict.
& Castren. in cons.338. lib.1. dixit, quod qui commodè
alium certiorare potest, & non facit improbus est, &
fraudulentus, & Dec. in cons.483. num.16. inquit, quod
venditor, qui sciebat seruitutem deberi in re vendita, de-
buit certiorem facere emptorem, † qui si hoc sciuisset, non 11
emisset, vel minori pretio. Et vt dixit Rota coram bon. me.
Pirouano in causa Romana officij Notariatus 5. Mart. 1627.
emptori ea omnia notificanda esse, quæ † possent eum re- 12
trahere à tali emptione, & coram eodem in causa Ascu-
lana Fideicommissi 11. Martij 1615. fuit resolutum, si
emptor aliquid emat ex eo, quia vendens asserunt illud
esse suum, tunc licèt res sit propriè vendentis, non ta-
men libera, adhuc posset emptor † non stare emptioni, 13
& pretium repetere, Rota decis.318. num.2. part.1. recent.
Stephan. Gratian. discept. forens. cap.175. num.23. & idem
fuit firmatum in dicta Romana officij Notariatus, quæ est
decisio 476. num.4. tom.1. à me select. aliàs part. 5. recent.
in residuo, & recentius in causa Romana Situs 15. De-
cembris 1642. coram R. P. D. meo Roias. Vbi, quia
venditor non certiorauit emptorem de sententia lata, &
in iudicatum † transacta contra rem venditam condem- 14
natus fuit ad restitutionem pretij succedentis loco inte-
resse, cum alijs vt ibi.

Quando igitur quis aliquid vendit, debet (vt dixi) non
sub inuolucro verborum, vel obscurè, aut confusè, sed
nominatim, & in specie certiorare emptorem ignarum de
qualitatibus, † & oneribus rei venditæ, alioquin verò 15
res censetur vendita vti libera, vt constat ex pluribus con-
gestis à Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.4. titul.9. num.19.
& nouissimè respondit Rota in Romana Domus, seu fidei-
commissi de Anguillaria 28. Ianuarij 1641. coram R. P. D. Bi-
chio, §. secundo, quod Flaminius, vers. venditor non sub in-
uolucro verborum, & in genere, &c.

Itaque sat non erit venditori, si bonas tantum qualita-
tes rei vendendæ narrauerit emptori, † imitando pessi- 16
mos illos homines, qui dum alicui venenum præbent,
mele, aut zuccaro illud circumuoluunt, & vt dicit S. Am-
brosius in lib. de Virginitat. Vitia non decipiunt nisi † sub 17
specie, vmbraque virtutum, &c. Hinc etiam cecinit Iu-
uenal. Satyr.6.

Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra
Cum sit triste habitu, vultuque & veste seuerum.

In terminis enim, quod emptor potest asserere, se fuisse
deceptum ex eo, quia † malas qualitates, seu vitia, & 18
onera rei emptæ non fuerint et à venditore narrata, videa-
tur reat. in l. qui libertatem, §. sed & si quis, ff. de euict.
cum alijs relatis per Ciriac. controuers.62. num 15. & nuper
aduertit Rota in causa Romana Casalis Aguzzani 16. De-
cembris 1641. coram Reu. Pat. Dom. meo Roias, §. Vltimo
dictum fuit, vers. tamen certiorari debuisset, ne alioquin re-
maneret deceptus, &c.

Nec supradicta optimè vallata opinio expugnari potest
ex alia non parum firma iuris conclusione, scilicet empto-
rem curiosum esse oportere in perscrutanda † qualitate, 19
necnon circumstantijs rei emendæ, aliàs si in hoc negli-
gens erit, id sibi imputare debet, & canere illud vul-
garum:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Bald. in cap.1. §. personam vero, titul. per quos fiat. inuestit.
vbi eum sequitur Aluarot. num.3. Præposit. num.1. vers.
quæro hic dicuntur, & Afflict. num.15. in l. quamdiu, num.
7. Cod. qui admitt. &c. vbi post Bald. in his terminis li-
mitat illam iuris regulam, scilicet † quod dubius, & 20
ignorans æquiparentur, de qua in l. fin. Cod. de condit. in-
debit. & in l.1. §. sin autem dubius, C. de furt. Tiraquell.
in præfat. l. si vnquam num.99. Cod. de reuoc. donat. vt sci-
licet non intret, quando quis contrahit cum alio, vt est
casus noster, quia tunc tenetur inuestigare, per text. in
l. qui cum in alio, ff. de regul. iur. & hoc præcipuè, si
de facili potuerit certificari, vt inquit idem Bald. in l.
manifestissimi num.8. C. de fur. vbi vult quod hoc casu etiam

æquiparetur scienti, sequitur Ias. *in d. l. quamdiu*, *num.7.*
in 1. limitat. Crauett. *consil.222. num.8.* vbi ait, quod non
21 excusatur emptor, si non † fecerit diligentias, vt sciret,
idem voluerunt Paris. & Roman. ad Bart. *in d. l. manife-*
stissimi, §. 1. Natt. *consil.267. num. 2. vers. quia conditionem*
eius tenetur inuestigare, & si non inuestigat, sibi imputet, &c.
cum alijs, vt ibi.

Ad hanc enim oppositionem non difficulter responde-
tur, vltrò admittendo emptorem debere esse cautum in
inquirendis qualitatibus rei emendæ, &c. Sed illud est ani-
22 maduertendum in præsenti casu concurrere † culpam
emptoris in non faciendo debitas diligentias, & dolus
venditoris in tacendo ea, quæ possent retrahere empto-
rem à tali contractu, vel à non tam magno pretio emen-
do, & satis vulgati iuris est, quando simul concurrit cul-
pa, & dolus, tunc culpa non habetur in consideratio-
23 ne, cùm dolus longè plus præponderet † culpæ, iuxta
text. *in l. item si obstetrix*, §. *fin. & ibi not. ff. ad l. Aquil.*
& in l. putator, *& in l. qui foueas*, §. *hoc autem*, *ff eodem*,
atque in puncto concursus culpæ emptoris non perquiren-
24 tis qualitates rei emptæ, & dolus venditoris tacentis † con-
ditiones eiusdem rei, vt tunc tantum dolus attendatur,
consultus respondit Alexand. *in consil. 14. num. 5. vers.*
nec dicatur, quod emptor fuerit in culpa, si non inuestiga-
uit, &c. & num.10. in vltim. verbis, ibi, *quia vendi-*
tor tacendo fuit in dolo, *quia dolus præponderat culpæ*
emptoris, *&c. lib.5.* & notanter id etiam aduertit Natt.
in addit. ibi ad Alex. *in verb. Aduersario in litera F.*
Hanc etiam opinionem magnificauit Senatus Mantuanus,
vt refert Surd. *decis.265. num.17. vers. Dolus à venditore*
commissus in tacendo, præponderat culpæ ab emptore commissa
in inuestigando, *&c.*

25 Vlteriùs, si benè † aduertatur prædictus contractus,
viribus omnibus caret, quia peccat in eo, quod est po-
tissima substantia, & forma contractuum etiam attento
iure naturali, scilicet in consensu, sine quo insanabilis
redditur quælibet obligatio, *l. consensus*, *ff. de actionibus*,
26 *& obligat. cum simil.* venditor † ergo tacendo qualitates,
quæ retrahere possent emptorem ab emendo, ista igno-
rantia in eo excludit consensum, cùm clarum sit, consen-
sum nullum præstare ignorantem, *l. ad probationem 23.* &
ibi glos.3. *C. de locat.* nam ignorans, absens, stultus, impo-
27 tens reputatur, vnde † in eo cadere non valet consensus,
l. annus, *ff. de calumn. l. argentum*, *ff. commod.* cum alijs
à me adductis supra in annot. *ad decis.3. à num.10.* & in
terminis optimè ratiocinatur Lauat. *consil.15. à num. 30.*
& præsertim 35.

Et quamuis iterum replicari posset, quod emptor aliun-
de debebat inquirere qualitates rei emendæ, cum alijs vt
28 supra, tamen respondetur, dato in emptore † ignorantia
qualitatum rei emptæ, ea est tolerabilis, ad euitandum
damnum, & vt possit etiam solutum repetere, licèt no-
ceat in lucro captando, text. *est in l. sed etsi me præsente*,
vbi glos. *in verb. potero*, *ff. de condition. indebit.* Bart. *in*
l. non fatetur, *ff. de condition. indebit. & in l. cum de inde-*
bito, *num.5. ff. de probat.* & de communi scribentium
sententia testantur Gayl. *obseruat. Imperial. lib.2. obseruat.*
48. num.20. Menoch. *lib.6. de præsumpt. cap.23. num.37.*
vers. si tamen, Mascard. *de probation. conclus. 879. incip.*
Ignorantia, *num.46. vers. tertio intelligas*, & in nostris
ferè terminis adstipulatur D. Regens Capyc. Galeott. *con-*
trouers. illustr. cap.32. num.25. lib.2. & generaliter etiam
addi potest Alex. *in l. peregre*, *ff. de acquir. possess.* Ias. *in l.*
si res obligatas, *num.35. & 36. ff. de legat. 1.* per text. *in d.*
l. sed etsi me præsente, *ff. de condit. indeb.* glos. *in l. cum*
is in princip. ff. eodem, *& in l. si quis delegauerit*, *ff. de*
nouat.

29 Tandem non esset nouum asserere, † errantibus, etiam
maioribus succurrendum esse, vt latè fuit discussum *in*
causa Romana, *seu Florentina restitutionis in integrum 10.*
Maij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, vbi
maior fuit restitutus in integrum aduersus aditionem hæ-
30 reditatis, † quam postea debitis inuolutam inuenit. &
alia vt ibi.

31 B TExt. est etiam *in l. cum successores*, ibi, *quanti tua in-*
teresst rem euictam non esse, *teneri*, *non quantum pre-*
tij nomine dedisti, *publicè notum est*, *C. de euict.* & ibi Glos.
in verb. non quantum, *idest*, *non solum ad pretium*, *sed*
etiam ad interesse, Surd. *consil.13. num.17. part.1.* Mynf.
singul. obseruat. centur.1. obseruat.54. num.1. & dixit Rota

coram bo. me. Card. Sacrato in Romana Casalis 22. Ianuarij
1609. est supra decis.170. n.1. part.1. recentior. & coram fel.
rec. Greg. XV. decis.88. num.7. & coram bo. me. Reuerendiss.
Pirouano in Ferrarien. Decimarum 25. Maij 1616. est infra
decis.181. n.1. part.4. recent. & videatur in hac eadem cau-
sa sub die 16. Ianuarij 1589. coram eodem bo. me. Card. Pam-
phil. est decisio 378. part.4. diuers. & recentiùs fuit dictum
coram bo. me. Coccino in causa Bononien. census 10. Ianuarij
1639. & coram eodem in eadem causa sub die 29. Martij
eiusdem anni, & coram R. P. D. meo Ghisilerio in Bononien.
Prædij 27. Iun. 1639. §. *Cum autem per commissionem*, *& in*
eadem causa coram eodem sub die 13. Februarij 1640.

Supradicta & amplia, vt stante promissione de tradenda
re liberè, † possit agi ad damna, & interesse etiam si sola 32
possessio euicta sit, Bald. & Salicet. *in l. 1. Cod. de peric. &*
commod. rei vend. & notat Bart. *in l. ratio*, *ff. de act. empt.*
Riminal. sen. *cons.490. num.3. lib.3.* Ias. *in l. venditores in*
fin. ff. de verb. obligat. Cephal. *cons.168. num.22.* vbi dici-
tur in hoc esse text. *in d. l. ratio*, *ff. de act. empt.* & respon-
dit Rota *coram bon. mem. Card. Seraph. decis.671. num.3.*
& coram bo. me. Cardin. Blanchetto in Neapolitana Pecu-
niaria 4. Nouembris 1579. est impress. post Pacif. de Salu.
interdict. decis.220. num.3. & recentius coram clar. me. Re-
uerendiss. Merlino in Romana Saluiani 20. Nouembr. 1630.
est decisio 407. num.9. tom.1. in me select. alias part.5. recent.
quia † vbi est euicta possessio dici non potest rem liberè 33
fuisse traditam, Bart. *in l. Aristo*, §. *Labeo col.1. vers. cer-*
tio, *de donat.* Ias. *in l. Iulianus*, §. *qui fundum num.6. ff. de*
verb. obligat. Alex. *cons.63. num.11. lib.6.* Dec. *cons.102.*
circa finem.

Et generaliter illud verum est in omnibus obligationi-
bus, † venire omnia damna, & interesse, etiam quod 34
id non sit expressum, *l. stipulationes non diuiduntur*, vbi
Doctores, *ff. de verb. obligat. l. si quis ab alio in fin.* vbi Alex.
Iason. & alij, *ff. de re iudic.* Alex. *cons.2. n.18. vol.6.* Ias. *in*
l. quoties n.34. ff. de rei vind. Dec. *cons.502. num.8.* Fabian. *in*
tract. de empt. in 5. qu. princ. vers. quarto quæritur, Surd. *cons.*
330. num.5. vol.3. & dixit Rota *coram bon. me. Remboldo in*
causa Romana multiplici 8. Iunij 1626. §. *Secundo tenetur ad*
dicta damna, *& interesse, etiam si non sit expressum*, *&c.*
Et amplia prædictam conclusionem multò magis † proce- 35
dere, si in contractu adsit obligatio Cameralis, quæ de
eius natura continet stipulationem pro damnis, & inte-
resse, Zacch. ad Galles. *de obligat. Cameral. quæst.5. num.33.*
& dixit Rota post eundem Zacch. *decis.140. num.1.* & no-
uissimè *in causa Sancti Seuerini Dotis, seu Saluiani 4. Maij*
1640. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto, §. *Hy-*
poteca vero, *vers. ac etiam stipulationem pro damnis*, *&*
interesse, *&c.*

C CONclusio namque ista, quod omnia iura, & actio- C
nes actiuè, & passiuè † transeunt in hæredes, est
adeò indubitata, vt procedat etiam si nulla de eis sit facta 36
mentio, nec alio modo cogitatum, cùm de sui natura
omne pactum, & stipulatio transeat ad hæredes, *l. si pa-*
ctum, & ibi Glos. *ff. de probat. l. veteris*, *in princ. ff. de con-*
trah. & committ. stipulat. l. viam veritatis, *C. locat. l. cum*
hæredes, *ff. de acquir. possess. l.2.* vbi Glos. *C. de pact. int. vend.*
& empt. Bald. *in l. 1. num.3 C. quor. legat. & in consil.112. vo-*
lum.2. Surd. *cons.540. num.31. & 32.* cum alijs adductis per
Menoch. *præsumpt.47. num.1. & 2. lib.3.* & latiùs per Ti-
raquell. *de retract. convention.* §. *1. glos.6. sub num.1. & seq.*
& sæpissimè censuit Rota, & præsertim *coram bon. mem.*
Vbaldo in Romana Domus de Nocchiellis 27. Maij 1622.
cum ibi allegatis, *& coram bon. me. Card. Caualer. decis.536.*
num.3. & seq. cum alijs pluribus, & nuper fuit dictum
coram bo. me. Reuerendiss. Pirouano in causa Romana Dotis
10. Ianuarij 1639. §. *Sed quia vti hæredi*, *vers. pactorum na-*
tura est, *vt transeant ad hæredes paciscentis*, *etiam si de*
hæredibus non sit facta mentio, *&c. & coram R. P. D. meo*
Cerro in causa Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. §. *Cessat*
enim difficultas. Vbi † etiam dicitur, quod eadem via 37
executiua, qua agi poterat contra defunctum, agi etiam
potest contra eius hæredem, cum ibi allegatis.

Supradictaque opinio pariter procedit, etiamsi pacta,
contractus, promissiones, &c. fiant cum † dictione 38
taxatiua ipsorum contrahentium, *l. necessarias*, § *de ven-*
dendo, *ff. de pignor. act.* Bart. *in l. stipulatio*, *ff. de verb. oblig.*
Ias. *in l.2.* §. *Item si in facto*, *ff. eodem*, Dec. *in l. hæredem*,
ff. de regul. iur. & responderunt Menoch. *consil.90. num.*
103. Surd. *consil.133. sub num.15.* admisitque Rota *coram*
Re-

Reuerendiss. Vrgellen. in Florentina Affrancationis 28. Nouembris 1633. in fin.

39 Suprarelatæ enim conclusionis ratio † euidens est, quia
hæres reputatur vna, eademque persona, & non distincta
à defuncto in iure creato, & formato actiuè, & passiuè, *l.
si ego, §. partus, ff. de public. action. l. hæres, ff. de vsucap. §. 1.
auth. de iuram. à maior. præstan. cum simil.* nam & actiones
40 † etiam personales in hæredes transeunt, quæ dicuntur
hæreditariæ, vt *tot. tit. C. de hæred. action.* & fusè per Fran-
cisc. Aretin. *cons. 123. num. 4.*

Vnde non mirum, si nominato Titio censeatur etiam
nominatus eius hæres, & hoc est indubitatum, licèt adest-
41 set dictio taxatiua, † *tantum*, Bald. *in l. fin. circa fin. Cod. de
act. empt. allegat. l. stipulatio ista, ff. de verbor. obligat.* sequi-
tur Alexan. *cons. 18. col. fin. lib. 5.* Dec. *cons. 281. num. 5.* Ias. *in
l. 2. §. item si in facto, ff. de verbor. oblig.* & dicitur in infra
alleganda Vrbeuetana solutionis, vel contractus, aut pa-
ctum esset personale, quia nihilominus ex verisimili men-
te contrahentium extenditur ad hæredes, vt latè per Car-
din. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 1. num. 33. & tit. 7.
num. 8.* dixitque Rota *in causa Vrbeuetana solutionis 4. Iu-
nii 1626. coram bon. mem. Remboldo*, vbi fuit decisum, in
casu quo debitor sibi cauerat, posse soluere etiam in tot
42 bonis suo arbitrio, licèt ista potestas † videatur persona-
lis, & ideò cum persona debitoris extincta remanere
deberet, *l. si tibi 17. §. si quis, & l. qui in futurum*, vbi Castr.
Ias. & alij, *ff. de pact.* cum alijs allegatis *in causa Romana
censuum 25. annuorum 30. Ianuarij 1617. coram bon. memor.
Cardin. Sacrato, & in causa Romana Vineæ 19. Nouembris
1629. coram R. P. D. meo Ghisilerio.* Nihilominus, quia
in illo casu expressè cautum non fuit, vt talis facultas non
transiret ad hæredes, ideò nullo modo erat facienda talis
restrictio.

43 Superfluum ergo † erit in contractibus mentionem
facere de hæredibus, vt aduertit Rota coram bon. mem.
Cardin. Seraphin. *decis. 559. num. 8. & nuper coram R. P. D.
meo Bichio in Romana dotis 28. Ianuarii 1641. §. Quæ confir-
mantur*, vbi dicitur, quod in omnibus stipulationibus,
44 semper subintelliguntur † hæredes, nisi ex verbis, vel ra-
tione subiectæ materiæ reperiantur exclusi, iuxta text. *in
l. necessarius, §. penult. ff. de pign. action. l. veteris, C. de com-
mitten. & contrahend. stipulat.* Et sic quando talis mentio
45 est facta, ea non importat, nisi expressionem eius, quod
tacitè inest, Anchar. *cons. 209. num. 7.* Castr. *consil. 338. n. 2.
lib. 2.* Rota coram bon. mem. Coccino *in Signina Castro-
rum 4. Februarij 1631. est decisio 12. num. 34. vers. expressio
hæredum non importat, nisi &c. tom. 2. à me select. alias p. 6.
recent.* Vnde potest asseri talem expressionem hæredum in
46 contractibus † non deseruire, nisi de vento, ad notata *in l.
aliquando, ff. de condit. & demonstrat. & in l. 3. ff. de fi-
deiuss.*

In terminis verò, quando quis tenetur de euictione,
47 quod non tantùm ipse, † sed etiam eius hæres hæredis te-
neatur, fuit, pluribus relatis, resolutum *in causa Fauenti-
na fideicommissi 14. Februarij 1633. coram Reuerendissimo
P. D. meo Dunozetto Decano.*

Atque in puncto, quòd non solùm Prælatus malè alie-
nans bona Ecclesiastica tenetur de euictione de proprio,
48 † & ad damna, & interesse, ex allegatis hic *in decisione,
& in altera Firmana bonorum 16. Ianuarii 1585. coram
bon. mem. Lita.* Verùm etiam contra hæredes alienatoris
49 agi † possit, eosque conuenire de euictione, & damna,
& interesse, optimè fuit animaduersum *in causa Pisanen-
sis liquidationis fructuum 15. Octobris 1571. coram bon. me-
mor. Oradino Decano, est decisio 14. num. 6. vers. potest repe-
tere ab hæredibus, &c. par. 1. diuers. & in hac causa Placenti-
na euictionis sub die 2. Aprilis 1590. coram eodem bon. mem.
Card. Platto.* Vbi etiam hæredes se excusabant non te-
neri, nisi in quantum ad eos, de bonis alienantis per-
uenerint. Sed nihilominus fuerunt condemnati in soli-
dum, & in totum non obstante dicta obiectione, tum
50 quia non apparebat † inuentarium factum fuisse; tum
quia Statutum Mediolani, cui subiacebat pars, prohibet
huiusmodi beneficium inuentarij, *cap. 152. lib. 1.*

Nec etiam valuit illa obiectio, quod ex dolo defuncti,
51 non tenetur hæres, † nisi in quantum ad eum peruenerit,
iuxta *l. fin. Cod. ex dol. defunct. &c.* quia in his terminis non
agitur de actione ex delicto, sed de actione ex contractu,
52 † licèt doloso, quæ transit in hæredem, *l. ex contractib. ff.
de action. & obligat. l. ex depositi, ff. eod.* & ibi Gloss. *l. si ho-
minem, §. datum, ff. de possess. l. adeò, §. in contractib.* vbi Ca-
gnol. *ff. de reg. iur. gloss. in l. hæredem, §. actio. ff. de dol.* Alber.
in l. hæredibus num. 1. ff. eodem, vbi de Parochiano, & ibi be-
nè Henric. Boich. *num. 8. & 9.* ait de iure Canonico absque
difficultate hæredem teneri insolidum, & vltra vires hære-
ditarias, si inuentarium non confecerit. Et hic pro fine
addo, quod etiam Prælatus successor † potest agere contra 53
hæredes prædecessoris pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, vt
pluribus Doctoribus, & Decisionibus cumulatis probat
Ioan. Aloys. Ricc. *in prax. decis. 17. num. 5.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. MANTICA,

posteà S. R. E. Cardinale.

Romana retractus Domus.

Die 15. Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Retrahens domum vigore Bullæ Gregorij XIII. non tenetur stare locationi, potestque ad sui libitum inquilinum expellere absque vlla refectione damnorum, & interesse. Et de prohibitione alienationis facta per statutum, per pactum, vel in testamento, quòd non extendatur ad alienationem necessariam.

SVMMARIVM.

Singularis successor non tenetur stare colono, & ideò potest inquilinum expellere, num. 1.

Inquilinus iure specialis hypotheca potest retinere domum, donec sibi soluantur damna, & interesse, num. 1.

Retrahens domum vigore Bullæ Gregorij XIII. potest expellere conductorem, & inquilinum, nec illi tenetur ad aliqua damna, & interesse, num. 1. & 2.

Dominium est ius perfectè disponendi de re corporali, n. 2.

Dominium absolute dictum aliud non est, quàm plena proprietas cum alienandi potentia, num. 2.

Pactum de non alienando intelligitur de alienatione voluntaria, & non de necessaria, num. 2.

Prohibitio alienandi facta in vltima voluntate est potentior, quam facta inter viuos, & non extenditur ad alienationem necessariam, num. 3.

Statutum prohibens alienationem, non extenditur ad alienationem necessariam, num. 3.

Statutum potentius est, quàm priuatorum, num. 3.

Ius publicum lædi non potest pactis priuatorum, num. 4.

DECISIO IX.

QVæsitum fuit, an D. Rutilius potuerit expellere in- 1
quilinum? & Domini censuerunt vigore Bullæ Gre-
gorianæ potuisse. Nam cùm domum emisset tanquam
singularis successor, non tenetur stare colono, & ideò po-
tuit inquilinum expellere, *l. qui fundum, & l. si merces, §. 1.
ff. locati, l. emptorem, & ibi gloss.*

Nec ad rem pertinet, quòd inquilinus iure specialis hy-
pothecæ potuerit domum retinere, donec sibi soluantur
damna, & interesse, Bart. *in l. 1. §. quod autem num. 5. de su-
perf.* Soccin. sen. *cons. 17. num. 13. lib. 3.* Crauett. *consil. 485.
num. 5.* quia hoc locum habet de iure communi, sed cùm
D. Rutilius domum retraxerit vigore Bullæ, quæ vicino
volenti ædificare tribuit ius prælationis, non tenebatur ad
damna, & interesse, quia nec venditor in hoc casu tene-
tur de euictione, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9.
num. 34.*

Nec obstat, quòd D. Iustinus, qui non emit domum
vicino inuito vigore Bullæ, sed à D. Margarita, quæ
spontè vendidit, non potuerit inquilinum expellere, quia
D. Rutilius, qui vigore Bullæ à D. Iustino domum retraxit,
vtique potuit hoc facere, quia vicinus potuit etiam in
venditione spontè facta, vt in § 8. & 14.

Præterea Bulla vult dominum inuitum posse expelli; 2
ergo multò magis inquilinum, quia dominus in re ple-
nam habet potestatem, *§. vult, in fin. Instit. de vsufruct.*
Nam dominium est ius perfectè disponendi de re corpora-
li, nisi quis lege sit prohibitus, Bart. *in l. si quis, §. differen-
tia,*

tia, ff. de acqu.possess. nu. 4. & sequitur Alexan. *ibi d.num.6.* post Aretin. *num.7.* licèt Bart. non dixerit, hoc benè probatur per *l.fœminæ, §.illud, Cod.de secund.nupt.* vbi Bald. *in fin.* notat dominium absolutè dictum plenam esse proprietatem cum alienandi potentia, & dixit se de hoc fuisse interrogatum à Papa, quod scribit etiam Dec. *cons.468.num.* 10. *& cons.* 498. *num.* 9. & inquilinus non habet ius hoc perfectè disponendi, nec plenam in re proprietatem: ergo multò faciliùs potest expelli, *auth. multò magis, C. de sacrosanct. Eccles.* Quin etiam Bulla vult dominum, à vicino volente ædificare, posse compelli ad vendendum, etsi res ipsa erat subiecta fideicommisso, & expressè prohibita alienari, vt in §. 14. *&* 15 Ergo multò magis si res ipsa fuerit locata, etiam cum speciali hypotheca, quia si vicinus vult ædificare, nulla habenda est ratio inquilini, vt dicitur in Bulla *in §.9.*

3 Nec ad rem pertinet, quòd in contractu locationis pactum sit conuentum de non alienando, quia hoc sanè intelligitur de alienatione voluntaria, non necessaria, *l.diuus, in princip. ff. de pet.hered. l.alienationes, ff.de famil. hercisc. l.peto, §.pretium, de leg.2. l.pater filium, in princ. de leg.2.* & copiosè Tiraquell. *de retract.lignag. §.1.gloss.14. n.* 11. Nam res prohibita alienari etiam in testamento vigore Bullæ tetrahi potest; ergo multò magis si res sit prohibita alienari per contractum, quia potentior est prohibitio facta in vltima voluntate, quàm inter viuos, *l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg.* 1. Gloss. *in l.cum pater, §. liberis, in verb.ne id alterarent.de legat.2. iuncta l.nemo, ff. de pact. & l.si quæsita, §.ea lege, de verbor.obligat. & ibid.* DD. omnes tradunt, *& in l.ea lege, C.de cond.ob caus. & in d.§.diui.*

Et hoc quidem alia ratione confirmatur. Nam si statutum prohibet alienationem, non intelligitur de alienatione necessaria, Roman. *consil.* 101. Dec. *consil.* 310. *num.9.* Gozad. *cons.103.num.21.* Crauett. *consil.215.num.3. & 4.* Ergo nec pactum debet intelligi, quia potentiùs est statutum, quàm pactum priuatorum, *l.non impossibile,* & ibi Gloss. & Doct. *Cod.de pact.* Bart. *in l.alia, §.eleganter, ff.solut. matr.* Cald. *cons.3. sub tit.de pact.* Opizon. *in l.filiusfamilias, § 1. num.35. vers.& ista communis, & num.43. ad fin.cum seqq. de leg.1.* & Crot. *ibid.num.* 76. Tiraqu. *de iur. primog. qu.6. num.1.*

4 Accedit etiam, quòd cùm Bulla sit edita propter ornatum Vrbis, qui publicam respicit vtilitatem, *leg. vlt. ff. ne quid in loc.publ. l.11. Cod. de ædif.priuat.* ius publicum lædi non potest pactis priuatorum, *l.ius publicum, ff.de pact. c.si diligenti, de for. compet.* constat etiam Bullam esse fauorabilem, & in dubio eam interpretationem esse capiendam, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videtur, vt est expressum *in § 2.*

Seu quamuis D. Rutilius potuisset inquilinum expellere, tamen placuit dominis particulariter esse excutiendum, an ipse sit excusandus.

R. P. D. PAMPHILIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana deuolutionis domorum.

Lunæ 26. Martii 1590.

ARGVMENTVM.

Concessio, seu renouatio rei Ecclesiæ in emphyteosim dicitur vtilis, quando stante lite super caducitate incursa emphyteota auxit canonem, & adiecit pactum, quod finita emphyteosim, etiam melioramenta deuoluerentur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super confirmatione alienationis rei Ecclesiæ affert præsumptionem, quod alienatio sit vtilis, donec de ea contrarium doceatur. Vbi maximè stante obseruantia 30. annorum, quæ facit præsumi, quod interuenerint solemnia, & executor se extraiudicialiter informauerit de euidenti vtilitate, & multo magis si non exhibeantur acta facta coram executore.*

2 *Melioramenta finita emphyteosi non deuoluuntur ad dominum, sed remanent apud heredes emphyteotæ, & num. 3.*

4 *Locatio, & non emphyteosis dicitur, vbi soluitur pensio proportionata ad fructus, cùm pro emphyteosi quid minimum soluatur.*

5 *Enunciatiuæ tutoris, seu curatoris non benè informati, non præiudicant pupillo.*

Enunciatiuæ non probant, vbi de enunciato principaliter dubitari contingit, num.5.

6 *Læsio debet considerari, habito respectu ad tempus contractus.*

Læsio in transactione debet considerari, habito respectu ad dubium litis euentum, num. 6.

7 *Restitutio in integrum competit minori aduersus incursam caducitatem. Vbi maximè si non possit se reualere contra tutorem, vel curatorem.*

8 *Generatio in concessionibus factis ad certam generationem, incipit à filijs inuestiti.*

DECISIO XII.

DOmini steterunt in resolutis coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, scilicet non probari non euidentem vtilitatem Ecclesiæ, quam agentes pro ea tenentur concludenter probare, cùm Marius habeat fundatam intentionem in sententia bon. mem. D. Pyrrhizari, super confirmatione ipsius transactionis, quę inducit pręsumptionem vtilitatis, quamdiu contrarium non probetur, Bald. *in cap.1. sub num.7. de his qui feud. dar. poss.* Abb. *consil.41. sub num.2. lib.1.* Alexand. *consil.29. sub num.6. in fin. lib.1.* Ias. *cons.54.num.3. lib.1.* Dec. *cons.142. sub num.1.* Paris. *cons.24.num.50.lib.4.* 1

Præsertim stante obseruantia, & lapsu 30. annorum, quæ faciunt, vt præsumantur omnia solemniter gesta, A Gloss. *in cap.peruenit,* vbi Imol. *de empt. & vend.* & sic quod executori extraiudiciali plenè, & sufficienter constiterit de euidenti vtilitate Ecclesiæ, *d. cons.* Abb. 41. quod sequitur Capyc. *decis.16. num.4.* Dec. *cons.341. num.12.* & in pluribus causis sequuta fuit Rota, tantò magis cùm non adhibeantur integra gesta coram ipso, Corn. *cons.210. circa fin. vol.4.* Aym. *cons.112. num.6.* & decisum fuit aliàs in hac causa sub die 20. Maij, ann. 1588. A

Accedit etiam, quòd euidens vtilitas Ecclesiæ satis colligitur ex augmento canonis ad duas libras ceræ albæ, & prestatione calicis cum patena, & ex eo, quod in fine nouæ concessionis Ecclesiæ lucrabatur omnia melioramenta ascendentia ad summam 1000. ducatorum, cùm Catherina in ipsa transactione recognoscat ab Ecclesia huiusmodi domum vnà cum melioramentis: quæ tamen in casu lineæ finitæ debentur hæredibus ipsius, nec in Ecclesiam transire poterant, nisi in euentum non solutionis, & contrauentionis pactorum, Bald. *l.senatus, §.Marcellus, ff.de leg.1.* Dec. *cons.518. sub num.1.* Bero. *quæst.19. sub num.3.* Clar. qui testatur de communi *in §. emphyteusis qu.* 45. & fuit consideratum *sub die* 21. *Maii* 1578. *in causa Bononien. de Pipinis coram D.de Graffis.* B 2

Nec placuit Dominis, quod satis dicatur læsio Ecclesiæ probata ex eo, quod pro scutis 33. cum duabus libris ceræ albæ sint ad tertiam generationem concessæ tres domus, quæ Ecclesiæ erant cum melioramentis deuolutæ, & poterant de eo tempore locari scuta 100. & dicunt testes pro Ecclesia examinati, quia vltra quod testes non videntur benè percutere tempus renouationis, vt animaduertunt informantes pro Mario, fuit dictum, quod licèt tunc temporis adesset lis super deuolutione domorum cum melioramentis, quæ prætendebantur à Rectore, de ea tamen non constabat, imò potiùs contrarium arguebatur ex eo, quod de iure melioramenta pertinent ad hæredes conductoris, Bart. *in l.si colonus, ff.locat.* Ias. *in l.2. sub n. 28. Cod.de iur.emphyt.* 3

Nec poterat Ecclesia illa † lucrari vigore primæ concessionis, quæ & in instrumento de anno 1571. nominatur locatio, & talis etiam censenda est, attenta quantitate pensionis proportionata ad fructus domus, quæ non conuenit emphyteusi, pro qua soluitur quid minimum, vt tradunt Domini communiter *in cap.potuit, de locat.* Bart. *in l.1. sub n.4.* & Ias. *num.5. C.de iur.emphyt.* Aret. *cons.55. sub num.4. & in fin.* Clar. *in §.emphyteusis q. 1.* & fuit resolutum *coram R.P.D. meo Seraphino 16. Nouembris 1575. in causa Romana Casalium de Maximis.* C 4

Neque obstant enunciatiuæ, quæ hodie ad ostendendum primam concessionem fuisse emphyteuticam, deducuntur ex instrumento curatoriæ, ex ipsa transactione, & 5

ex

ex processu super expeditione beneplaciti Apostolici, quia istæ sunt enunciatiuæ curatoris non benè informati, quæ non præiudicant pupillo, *l. certum*, *§. sed & an ipsos*, *ff. de confess.* & maximè cùm principaliter dubitetur super enũciatis, Gloss. *in l. optimam, Cod. de contrah. & commit. stipulat.* Bald. *in l. ad probationem, C. locati*, Anton. de Butr. *in cap. illud in 4. not. de præsumpt.* Alex. *cons.* 136. *num.* 11. *lib.* 1. Felin. *in cap. per tuas, sub n.* 12. *vers. secundo restringitur, de probat.*

6 Vltra quòd causantur, & habent originem ab ipsa transactione, & tendunt ad illam colorandam, vnde ex ipsis non potest inferri ad illius rescissionem, quia in transactione facta læsio consideratur de tempore transactionis, ad *l. si voluntate, Cod. de rescind. vend. in fin.* Aym. *consil.* 151. *num.* 1. & habito respectu ad dubium litis euentum, D. Abb. *cons.* 64. *num.* 7. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 220. *sub n.* 2. Aym. *cons.* 151. *num.* 27. Gabr. qui alios cumulat, *conclus.* 1. *de empt. & vendit. sub num.* 68 quo inspecto excluditur omnis læsio, quia circumscriptis his, quæ ex ipsa transactione colliguntur, & quietantijs posteà subsequutis, super quibus agentes pro Ecclesia hodie se fundant, quæ tunc temporis non aderant, clarum est quod Ecclesia litigando non fuisset consequuta per sententiam ea, quæ habuit vigore transactionis.

7 Idque magis, † quia cùm ex instrumento curæ appareat de minoritate Catherinæ, non poterat contra eam ferri sententia super caducitate, aduersus quam et competebat restitutio, Speculat. *in tit. de loc. §. nunc aliqua num* 24. Ial. post Gloss. *in l.* 2. *sub num.* 49. *Cod. de iur. emphyt.* Fulgos. qui loquitur in emphyteusi Ecclesiastica, *cons.* 7. Grammat. *decis.* 5. Rom. *cons.* 110. *num* 7. *lib.* 1. præsertim cum non appareat, quod ipsa haberet tutorem, vel curatorem, qui esset soluendo, iuxta congesta per Modern. Vrbin. *in tract. de priuat. emphyt ob non sol. can. ampl.* 9. *num.* 11. *versic. adeo autem.*

8 Ex quibus † tollitur etiam alia læsio, quæ prætenditur respectu extensionis ad aliud genus, quia hæc extensio fuit facta ad euitandum molestias, & lites, ex causa concordiæ, ex qua Ecclesia magnum commodum fuit consequuta, stante argumento canonis ad duas libras ceræ, præstatione calicis, & patenę, & ex deuolutione melioramentorum ascendentium ad summam mille ducatorum tam in euentum non solutionis canonis, & inobseruationis aliorum Capitulorum, quàm etiam lineæ finitæ, cum vt dixi, Catherina in transactione recognouerit ab Ecclesia domos cum melioramentis. Vltra quòd per agentes pro Ecclesia, qui tenentur ostendere læsionem, non probatur huiusmodi quartam generationem non fuisse comprehensam in prima locatione, in qua potest caueri quod prima generatio inciperet à filijs ipsius Ioan. Theutonici conductoris, vt aliàs decisum fuit *in causa sub die* 27. *Februarij* 1581. *coram Illustriss. D. Card. Lancellotto.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS
Ad Decisionem XII.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiæ ex cursu* 30. *annorum, cum obseruantia præsumitur solemnis, & vtilis.*
2 *Alienatio bonorum Ecclesiæ ex obseruantia, & lapsu* 30. *annorum, includit in se beneplacitum Apostolicum, cum qualitate validitatis, & vtilitatis.*
3 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ ex lapsu* 30. *annorum cum obseruantia, si præsumatur validitas, inde non potest oriri alia præsumptio, scilicet vtilitas.*
4 *Præsumptionum cumulatio non datur.*
5 *Præsumptio vna etiam oritur ex alia, quoties venit in consequentiam.*
6 *Bona Ecclesiæ si quis possidet spatio* 30. *annorum vnà cum obseruantia, est tutus, & releuatur ab onere probandi dicta bona fuisse ritè, & rectè alienata.*
7 *Et Ecclesiæ asserenti contrarium, incumbit onus id probandi plenè, & concludenter.*
8 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ tempus* 30. *annorum ad præsumendam eius validitatem, & vtilitatem requiritur, vt vsque ad extremum momentum sit completum.*
9 *in Præscriptionibus computatur tempus de momento ad momentum.*
10 *Præscriptionis tota vis consistit in vltimo momento temporis.*
11 *Prælatus, quando non ritè alienauit bona Ecclesiæ, tunc obseruantia, & tempus non incipit currere, nisi post eius mortem.*
12 *Quia si ipse fuit in culpa in alienationem, ita de eodem potest suspicari, vt potius suum contractum, quàm suam Ecclesiam voluerit defendere.*
13 *Et labi tempus permiserit, iacturamque bonorum Christi socordiùs sustinuerit.*
14 *Omnes, quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi, secundùm Apostolum.*
15 *Prælati vita tempus non rectè alienantis bona Ecclesiæ non attenditur, ad effectum præsumendi validitatem alienationis, & fingitur toto illo tempore vacare Ecclesiam.*
Prælatus dum malè alienat bona Ecclesiæ, in hoc non dicitur illius Prælatus, num. 15.
16 *Obseruantia validitatis alienationis bonorum Ecclesiæ desumi debet ex vita illius Prælati, qui cœpit lædi ex alienatione non ritè facta per prædecessorem.*
17 *Et prædicta opinio indistinctè recepta est reiecta distinctione circa tempus obseruantiæ, & præscriptionis.*
Marescott. Beltram. Marchesan. Ciarl. & Seraph. decis. 1027. *declarantur num.* 17.
18 *Prælati contractus de bonis Ecclesiæ cum consanguineis iura habent pro suspectis.*
Et in istis contractibus intrat suspicio fraudis, & doli.
19 *in Consanguineos Prælati iura apertè resistunt, ne fiat alienatio bonorum Ecclesiæ, vt expressè cantat authen. quibuscumque, C. de sacrosan. Eccl.*
Qui text. (vt ibi admonet gloss.) in his terminis est benè notandus.
20 *Et semper allegatur contra Prælatos, qui concedunt suis consanguineis bona Ecclesiæ.*
21 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta à Rectore in eius consanguineos, iuribus non benè olet.*
22 *Episcopi cæci sunt erga nepotes.*
23 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, tunc nequaquam ex cursu* 30. *annorum præsumitur pro vtilitate, & validitate, si notoriè constet de nullitate tituli.*
24 *Quia tunc cessat præsumptio validis ex cursu temporis resultans.*
25 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quando perperam est facta, tunc in ea non potest aliqua præscriptio considerari, quæ alienationem tueatur.*
Cum Constitutiones loquentes circa modum alienandi bona Ecclesiæ, habeant decretum irritans.
26 *Decretum irritans infringit quemcumque titulum.*
27 *Bona fides requiritur, quando tractatur de præsumptione validitatis alienationis bonorum Ecclesiæ.*
in Mala fide dicitur esse ille, qui non obseruat solemnitates requisitas à lege in aliquo contractu, num. 28.
28 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ mala fides arguitur ex inobseruantia Constitutionum Apostolicarum in hac materia editarum.*
29 *Et nisi illæ in totum obseruentur, corruit penitus alienatio, cum hoc casu vtile per inutile vitietur, & hanc opinionem seruat Rota.*
30 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ ex cursu temporis, & obseruantia hodie cessat præsumptio beneplaciti Apostolici, & validitatis, &c. stante Bulla S. D. N. Vrbani VIII. super hac materia edita, & quid disponat, num.* 31. *&* 32.
33 *Et in ea præseruatur tantùm centenaria, & immemorabilis præscriptio in casibus tamen permissis, & cum debitis requisitis.*
34 *Melioramenta debentur emphyteutæ, seu eius hæredi finita emphyteusi.*
35 *Melioramenta ea non deducit emphyteuta, quæ tenebatur conficere.*
Vt est deductio riuorum, maceries, lucus plantatus, vinea insita, &c. num. 35.
Emphyteuta recipit rem in emphyteusim ad meliorandum, num. 35.
36 *Emphyteuta ea melioramenta deducit, quæ non veniunt ex natura contractus emphyteutici, vt est domus, mola frumentaria, &c.*
37 *Melioramentorum appellatione non veniunt ea, quæ fiunt causa conseruationis.*
38 *inter Melioramenta si Peritus ponat subrogationes nouorum germinum in locum antiquarum, vel demortuarum plantarum, item foueas, stercorationes,*

nes, &c. inanè, & irrationabiliter æstimat.

39 *Arborum plantationes regulariter non computantur inter melioramenta.*

40 *Arbores tunc computantur inter melioramenta, quando sunt permansura vltra tempus possessionis eas ponentis,*

Quia tunc habetur ratio aut perpetuitatis, aut vtilitatis, quam sunt allaturæ, aut relictura post possessionem meliorantis:

41 *Arborum æstimatio fieri debet secundum tempus restitutionis rei, & non secundum tempus expensarum factarum.*

42 *Vnde si sit expensum centum, & nunc cùm res rediit ad ad dominum, illa impensa est parum duratura, in tantum non remaneat vtilitas ex ea vltra decem, id potest repeti.*

43 *Vineam si quis accipiat ad certum tempus, & ponit ibi palos, si annales sunt impensam non repetit.*

44 *Si autem duraturos vltra tempus, quo fuit accepta vinea, & qualiter tunc possit repeti impensa, declaratur.*

45 *Melioramenta facta in emphyteusi non sunt detrahenda, quando adest pactum, vt illa debeant remanere domino directo.*

46 *Quia tunc pars pretii reputatur.*

47 *Etsi emphyteuta moriatur, antequam satisfecerit operariis, qui dicta melioramenta perfecerunt, tunc solutio est facienda ab heredibus emphyteuta.*

48 *inter Locatorem, & conductorem si adsit pactum, vt locator acquirat melioramenta, vt eo inuetur locator, quid probare teneatur.*

49 *Melioramenta omnia indistinctè acquirit dominus directus, si ex culpa emphyteuta fiat deuolutio.*

50 *Et ratio est, qui si emphyteuta amittit principale, amittit etiam accessorium.*

51 *Atque ista est communis opinio, quamuis non desint contradictores, & ea procedit siue simus in emphyteusi Ecclesia, siue priuati.*

Melioramenta facta bona fide, & citra malignitatem, postquam quis culpa propria cecidit ab emphyteusi, ea nequaquam amittit, num. 49.

Gloss. & Salyc. in l. colonus, ff. locat. reiiciuntur, n. 52.

52 *Circa Melioramenta idem seruandum est in emphyteusi Ecclesia, quam priuati.*

53 *Emphyteuta si ædificauerit domum, molendinum, palatium, aut quid simile cum magna impensa, an ea amittat, si incidat in commissum culpa propria.*

54 *Æquitas renouandi agnatis emphyteusis, an cesset si deuolutio fiat ex culpa emphyteuta.*

55 *Contractus quod sit emphyteuticus, cognoscitur ex modicitate pretii,*

Et ista coniectura in hac materia est caterarum coniecturarum illustrissima, imò Regina.

56 *Necnon iste est verus modus cognoscendi emphyteusim à locatione.*

57 *Emphyteuticum esse contractum arguitur ex pacto, vt in casu moræ in soluenda præstatione possit concedens redire ad bona concessa vti propria.*

59 *Contractus non dicitur emphyteuticus, licèt pensio sit magna, quando de mente contrahentium.*

60 *Transactio, quando est rescindenda, oculus haberi debet ad dubium litis euentum.*

Litis dubium euentum æstimare non solùm difficile est, sed quod peius est, impossibile reputatur, ibid.

61 *Litem, qui alicui infert, iudicio fortunæ se committit.*

62 *Sententia Iudicis casui fortuito æquiparatur.*

63 *Lites habent sua sydera.*

64 *in Litibus sæpe plus expenditur, quàm non valet res, super qua litigatur.*

65 *Litigantes grauantur magnis dispendiis.*

in Horridis bellis sicuti res agitur, ita & in litibus, numer. 65.

Litis finis est sicuti finis belli, nempè pax, & tranquillitas, ibid.

Bellum non est in armis maximè, sed in expensis, & sumptibus, per quos efficacia arma, & vtilia fiunt, ibid.

66 *Felix dici potest, cuius dies sine lite sunt.*

67 *Litigantes expectando, desiderando, & formidando diu, noctuque acerrimè cruciantur, & anguntur.*

Litigantes manent in perpetua tortura, ibid.

68 *Contritio magna est in litigantibus quousque lis finiatur.*

69 *Lis disrumpit charitatis mutua vincula.*

70 *A litibus omnino abstinendum est, etiamsi nobis id non liceat, cùm de iure suo aliquid cedere non solùm liberale est, sed aliquando etiam fructuosum.*

De iure suo melius est aliquid tradere cum pace, quàm totum consequi litigando, ibid.

71 *Pax certa tutior est, quàm sperata victoria.*

Sine lite melius est abire, quàm cùm iurgio residere.

72 *Sapientis non est certare velle, & periculo velle se committere.*

Vincere non est in nostra potestate, ibid.

Certamen omne anceps est, ibid.

Pugna omnis facilè sumitur, caterùm ægerrimè relinquitur, nec in potestate incipientis est illius principium, & finis, ibid.

73 *Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, & consortium charitatis.*

74 *Pax est illa, quæ bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, &c.*

75 *Pax cunctis est placida, & qui eam possidet, teneat, qui perdidit, repetat, & qui non inuenit, exquirat.*

76 *Pacis testimonium, qui noluerit obseruare, ad hæreditatem Domini non poterit peruenire.*

77 *Pax est bonum tale, vt in rebus creatis, nil gratiosius soleat audiri, nil delectabilius concupisci, & nil vtilius possideri.*

Spiritus humanus numquam viuificat membra, nisi fuerint in pace vnita, sic Spiritus Sanctus numquam viuificat Ecclesia membra, nisi fuerint in pace vnita, sub num. 78.

79 *Paci humana Christus inquantum studuerit, quantum id fuerit ei cordi.*

80 *Pax plenum virtutis opus, & summa laborum.*

Pax exacti belli, & periculi pretium est, ibid.

Deo nihil placidum est sine pace, nec munus ad aram, ibid.

in Bello nulla salus est, ideò communiter petitur pax, sub num. 80.

81 *in Litium vasto, & tenebroso gurgite, qui nauigant, si se cum aduersario concordabunt, quàm immensum bonum acquirant, secundum S. Augustinum, numer. 82.*

83 *Vitam quietissimam homines agerent in terra, si hæc duo verba, meum, & tuum, a natura rerum omnium tollerentur.*

84 *Meum, & tuum, vbi adest, ibi manet omne litium genus, & contentionis occasio.*

Meum, & tuum, vbi non adest, ibi tranquilla, & secura versatur pax, & concordia, ibid.

ANNOTATIO
ad Decisionem XII.

IN alienationibus enim bonorum Ecclesiæ † stante obseruantia, & cursu 30. annorum non tantum præsumitur interuenisse solemnitates necessariæ, sed etiam vtilitas alienationis in fauorem Ecclesiæ, vt notatur *in cap. ea noscitur ext. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. &c.* & dixit Gloss. *in cap. peruenit*, vbi Ioann. de Imol. *num. 11. & 12. de empt. & vendit.* Felin. *in cap. illud num. 6. de test.* Alexand. *consil. 7. num. 8. lib. 4.* Hieronym. Gabr. *consil. 88. num. 14. lib. 1. & consil 82. num. 30. lib. 2.* Quarant. *in summ. Bullar. in verb. alienatio sub nu. 46. vers. & huius articuli*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 12. num. 76.* Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. n. 179. vers. & in quam*, Barbos. *de offic. Episc. par. 3. alleg. 95. num. 72. & 73.* Gratian. *discept. forens. cap. 867. n. 50. & cap. 893. n. 17.* Marescott. *variar. resolut. lib. 2. cap. 13. nu. 9.* Homobon. *in tract. de examin. Eccl. par. 2. tract. 9. cap. 22. qu. 66. suppl. 2. vers. excipitur, &c.* Giouagn. *consil. 27. n. 42. lib. 2.* Francisc. Viu. *decis. 534. num. 34. & 35.* itaque sine labe facultatis de hac opinione non est dubitandum, cùm ea sit verior, & magis communis, & sic pluries dixit Rota, & præsertim coram bon. mem. Cardin. Seraphin. *decis. 1125. num. 2.* 1 A

num.2. & decis.1174. num.3. & coram bon. mem. Cardin.
Mantic.decis.101.num.2. & coram bon.mem. Reuerendissimo
Penia in Pampilonen. sepultura 17. Februarij 1592. est decis.
153. num. 3. inter eius a me imprimen. & coram bon. memor.
Cardin.Pamphil. Sen. in causa Mediolanen. rescissionis per-
mutationis 10. Ianuarii 1597. apud Marches. de Commiss.
par.1. fol.113. num. 3. & coram fel. record.Gregor. XV. dec.
52. num. 3. & 343. vbi Beltram. in littera A. num. 4. alias
decisiones adducit. Et abundè si plures alias desideras, ha-
bes apud D. Theodosium Rubeum patrem meum in suis
singularibus tom. 2. in tractat.alienationis bonorum Ecclesiæ
a num. 110. & addo decisionem in causa Rauennaten. lega-
ti pij 29. Ianuarij 1590. coram bon. mem. Comitulo, vbi
plura etiam allegantur, atque recentius ita pariter fuit
dictum coram bon. mem. Cardin. Verospio Sen. in vna Pla-
centina bonorum 24. Aprilis 1617. idemque fuit responsum
coram R.P.D.meo Ghisilerio in causa Romana Laudemij 10.
Februarij 1631. & cor.clar.mem.Reuerendissimo Merlino in
causa Messanen. seu nullius feudi 15. Februarij 1636. est de-
cis.94.num.9. tom.3. à me select. alias par.7.recent. & dein-
dè ita etiam fuit resolutum coram bon.mem. Reuerendissimo
Pirouano in causa Tarraconen. Primitiarum 27. Aprilis
1637. & in eadem causa coram R. P. D. meo Carillo sub die
2. Decembris eiusdem anni, sunt decisiones 212. num. 10. &
254. num. 26. eadem par. 7. in quibus decisionibus firma-
tur, quod alienatio rei Ecclesiæ ex obseruantia, & lapsu
2 30. annorum includit † in se Beneplacitum Apostolicum,
cum qualitate validitatis, & vtilitatis, idem etiam fuit
dictum coram Reuerendissimo P. Domino meo Royas in cau-
sa Mutinen.bonorum 28. Iunij 1638.§.minus obstat, vers.præ-
sumitur obtentum fuisse beneplacitum, & alia solemnia in-
teruenisse, &c. & iterum coram eodem sub die 14. Ianuarij
1639.§. nec obstat, vers. præsumitur solemnis, & vtilis, &
denuò coram R.P.D.meo Ghisilerio in eadem causa 23. Iunij
1642.§. Nec præsumptum ex prætenso lapsu, &c. & nuper
coram R.P.D.meo Bichio in causa Cathacen. Ecclesia 10. Iu-
nij 1643.§. Hinc sub die, vers. stante beneplacito, & dispensa-
tione Apostolica, quæ ex longissimi temporis cursu cum obser-
uantia præsumitur, &c.

Nec ruit prædicta conclusio ex eo, quia si ex lapsu di-
3 cti temporis † præsumatur solemnitas interuenisse, ex
illa præsumptione non potest oriri alia præsumptio eviden-
tis, scilicet vtilitatis in fauorem Ecclesiæ, cùm præsum-
4 ptionum † cumulatio non detur, ad text. in leg.1. Cod.de
pr mis. dot. ibique communiter DD. etiamsi ille emana-
rent ex diuerso fonte, vt latè per Tiraquell. de iur.constitut.
2.par.ampliat. 26 nu.8. 11. & 12. iunctis his, quæ idem Ti-
raq. tradit de retract.lignag.§. 2.gloss. vnic.n.78. & 88.

Quia respondetur absoluti iuris esse, quod vna præ-
5 sumptio ex alia etiam oritur, quoties † venit in conse-
quentiam alterius, iuxta doctrinam Bart. communiter
amplexam in l. si is qui pro tempore num.71. de vsucap. & in
l. si sub conditione num. 3. ff.de solut. Bald. in l.1.in fin. Cod.
quando liceat ab emphyt.disced. cum alijs adductis à Rota
coram R. P. Domino meo Cerro in Romana Saluiani de Ca-
salibus 21. Iunij 1641. & in puncto ad effectum substinen-
di alienationem bonorum Ecclesiæ, animaduertit Rota
coram Cardin. Mantic. decis. 101. sub num.3. & recentiùs,
& meliùs coram R.P.D. meo Carillo in causa Elboren. Iuris
conferendi 4. Iulij 1640. §. Quia responderunt regulam præ-
dictam fallere quotiescumque vna præsumptio venit in conse-
quentiam alterius, &c. & coram Eminentiss. D.Card. Pan-
zirolo in eadem causa sub die 13. Nouembr. 1641.§ Nec re-
leuat, si dicatur, quod vna præsumptio ex altera oriri non pos-
sit, &c. Videri etiam potest alia distinctio in hac materia
aliàs facta per Rotam coram bon. mem. Cardin. Seraphin.
decis.1042. sub num.4. & decis.1459. num. 1. cum seqq.

Quare indubitanter concludi non est dubitandum,
6 quin stante dicta obseruantia, † & lapsu temporis, reti-
nentes bona Ecclesiæ, plenissima gaudere immunitatem,
necnon releuari ab onere probandi validitatem, & vtili-
tatem contractus, & ipsi Ecclesiæ contrarium asserenti
7 incumbere, certum est, onus † iustificandi damnum, &
nullitatem alienationis, & quidem plenè, & concluden-
ter, vt scripsit Bald. in cap.1. sub n.7. de his, qui feud.dar.poss.
Abb.cons.41. sub nu.2.part.1. cum alijs allegatis à Rota co-
ram Merlino in d. Messanen. seu nullius feud. num.10.

Est tamen aduertendum, quod dictum tempus 30. an-
norum requisitum ad præsumendam validitatem, & v-
8 tilitatem † alienationis bonorum Ecclesiæ, necessariò re-
quiritur completum esse vsque ad extremam horam, imò
vsque ad vltimum momentum, quod regulare est in om-
nibus præscriptionibus, cùm computetur in eis tempus
† de momento ad momentum, vt benè per Alciat in leg. 9
annculus, ff.de verb.signif. Cuiac. in l.3.§. minorem, ff.de mi-
nor. vnde & dicimus, quod tota vis præscriptionis perfici-
tur † in vltimo momento temporis, Ias. in l.3.§. Labeo n.15. 10
ff. de acquir. possess. & in puncto ita respondit Rota in plu-
ribus relatis coram R.P.D. meo Ghisilerio in d.causa Muti-
nen. bonorum 23. Iunij 1642. §. Non præsumptum, vers. vsque
ad extremam horam, & momentum, &c. Itaque præscriptio
de proximo complenda non habetur pro completa, vt di-
cam infra ad dec. 20. sub num.28.

Illud etiam non est omittendum in casu, quo Præla-
tus † malè alienauit bona Ecclesiæ, tunc dictum tem- 11
pus, & obseruantia nullatenus incipit currere in vita Præ-
lati alienantis, sed post eius obitum tantùm, text. est in
can. si sacerdotes, & in can post quingentos, 16.quæst. 3. gloss.
fin. in cap.1. de restitut. in integr. & tradunt Innocent. in cap.
cum ex litteris num.1. & ibid. Abb. num. 10. de restitut. in in-
tegr. Bald. in l. 1. Cod.de bon.mater. col. 1. circa princip. vers.
in text. ibi nullam præscriptionem, &c. Ioan. Fab. in l fin. Cod.
in quib. caus. in integr. restit. non sit necess. in fin. Archidiac. in
can. quingentes, 16.quæst. 3. Bertaz.cons.ciuil. 36. num.39. &
53. Odd. in tractat.de restitut. in integr. par.1. quæst 19.ar.9.
num. 77. Quaranta in Summar. Bullar. in verb. alienatio
sub num. 46. Barbos. de offic. Episcop. part. 2. allegat. 95. n.
72. Alexand. Stat. in repetition. extrauagant. Paul. II. de
rebus Eccles. non alienand. sub num. 56. post Ioan. Andr.
in cap. 1. num. 3. & Anton. de Butr. num. 6. eodem tit. in 6.
Rebuff. in compend. alienat. rei Eccles. num. 38. Redoan. in
tractat. de alienat. rer. Eccles. quæst. 19. num. 3. Mascard. de
probat. conclus. 225. num. 12. Molina de iustitia, & iur. disp.7.
Ricc. in prax. decis. 32. num. 2. & ita refert decisum Guido-
pap. decis. 150. num. 1. necnon decis. ibid. num. 2. latèque
Caualcan. Borg. decis. 45. num. 57. part. 1. & decis. 29. num.
26. par. 2. Ratio autem huius conclusionis in promptu est,
nam quemadmodum Prælatus † malè alienans bona Ec- 12
clesiæ fuit in culpa, ita etiam de eodem suspicari licet, vt
potius suum contractum, & proprium interesse, quàm
suam Ecclesiam tueri voluerit, & labi tempus permise-
rit, † iacturamque bonorum Christi socorditer sustinue- 13
rit, quam rationem adduxit Rota coram clar. mem. Mer-
lino in d. Messanen seu nullius feudi 15. Februarij 1636. num.
13. & ad hoc addo illud verissimum dictum Paul. Apostol.
ad Philippen. cap. 2. circa medium, ibi, Omnes † enim quæ sua 14
sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi.

Quamobrem cùm contractus non sumpserit vigorem à
principio, ideòque subducitur tempus, quo Prælatus ma-
lè alienans superuixit, per text. in dict. can. sacerdotem qu. 3.
Rector enim, seu Prælatus, malè † alienando rem Eccle- 15
siæ non videtur esse Rector, vel Prælatus Ecclesiæ, quoad
illam rem, vnde dicitur vacare Ecclesia toto tempore
vitæ illius Rectoris, seu Prælati, Bald. in d. leg. fin. circa
princ. Cod. de bon. mater. Intrigliol. de feud. quæst. 7. num. 38.
vbi recenset casus, in quibus dormit præscriptio, Amad. de
Pont. tit qui feud. dar. poss. num. 253. Bolognin. cons. 34. n. 16.
Ioan. Baptista de S. Blasio in rubr. Decretal. num. 200. Io. Ba-
ptista Costa in tractat. de facti scientia, & ignorant. distinct.
78. centur. 1. num. 3. & seqq. id pariter fuit animaduersum
in dict.° Messanen. seu nullius feudi coram Merlino, & po-
steà coram bon. mem. Pirouano in causa Mutinen. bonorum
22. Iunii 1639. §. Quia ad hunc effectum, & coram Eminen-
tissimo, & Reuerendissimo D. Cardin. Verospio Iun. in eadem
causa sub die 3. Iunii 1641. §. Tertia coniectura, versic. cùm
non potuisset eo viuente incipere aliqua præscriptio, &c. & co-
ram Reuerendissimo P. D. meo Royas in d. Mutinen. bonorum
14. Ianuarii 1639. §. Non obstat quod ex cursu, &c. vbi dici-
tur, quod Prælatus alienans numquam contradixisset, &
tempus obseruantiæ sumi † debet ex vita illius Prælati, qui 16
cœpit lædi ex alienatione facta per Prædecessorem, & co-
ram R. P. D. meo Ghisilerio in ead. causa 23. Ianuarii 1642.
§. Nec facit quod ad effectum, vbi reijcitur illa quorun-
dam distinctio, vt Prælati alienantis † vitæ tempus sit de- 17
trahendum ad effectum præscriptionis, non autem obser-
uantiæ ad effectum præsumendi beneplacitum Apostoli-
cum cum ibi allegatis, & latè fuit comprobatum coram
Merlino dict. decis. 94. num. 13. 14. 15. 16. & 17. par. 7. re-
cent.

Igitur non est curandum, quidquid dixerint Marescott.
va-

variar.resolut.cap.13.num.17.lib.2. Beltram. in annotat. ad
Gregor.XV.decis.354.num.19. & Marches.ibi allegat.par.2.
fol.169. num. 3. & adde Ioan.Bapt.Ciarl. controuers.forens.
cap.39.num.30. quia ea opinio, quod vita alienantis non
deducatur ad effectum præsumendi beneplacitum Aposto-
licum, &c. est per Rotam refutata, vt dictum est, vel illi
DD. intelligendi veniunt, prout etiam interpretanda est
decis.1027.num.13. coram bon mem.Cardin. Seraph. quan-
do alienatio apparet facta bona fide, vt erat in casu decis.
Seraph. Vbi alienatio fuit facta per ipsummet Papam, se-
cus verò si appareat suspecta de fraude, &c.

Quare supra allegata conclusio faciliùs, & absque
scrupulo admittere non est dubitandum, quando aliena-
tio est facta in consanguineum; nam in iure tritum est,
18 quod semper † contractus Prælati, Rectoris, &c. de
bonis Ecclesiæ cum eorum consanguineis sint suspecti, &
ex illis insurgat suspicio fraudis, & doli, teste Gregor.VII.
in cap.peruenit, 1. quæst. 3, ibique Gloss. in verb. grauius, &
in his terminis loquuntur supracitatæ decisiones, ac ad-
uertit Abb. in cons.41.num.1. vers.Secundus defectus par. 1.
Barbat. cons.17.num.4.lib.4. Rot.apud Cæsar. de Grass. de-
cis.4.num.1. de rebus Eccles.non alien. & decis.181.num.5.
& decis.720. num.1. par.1. ac decis.65. num.18.par.2.diuer-
sor. cum alijs infinitis, quæ ad hunc propositum allegari
possent.

Iura enim expresse resistunt, vt alienatio bonorum
19 Ecclesiæ † per Prælatos fiat in sanguine coniunctos, text.
est in auth. quibuscumque, C.de sacrosanct. Eccles. vbi gloss.
ait, dictam auth. planam esse, & admonet, quod sit be-
20 nè notanda, † quia semper allegatur contra Prælatos,
qui concedunt suis consanguineis res Ecclesiæ, adde
etiam in §. hoc verò, auth. de alien. emphyt. qui textus in
istis terminis adducuntur à Rota coram R.P.D. meo Royas
in d.Mutinen.bonorum 28.Iunii 1638. §.Nec obstat,quod di-
ci possit, vers. quæ concessio fuit male facta, cùm fuerit inita
contra expressam dispositionem text. in auth. quibuscumque,
21 &c. veritas enim est, quòd alienatio bonorum † Ecclesiæ
facta à Rectore in eius consanguineos iuribus non benè
olet, vt apertè ratiocinata est Rota in causa Nucerina præ-
dij 7 Februarii 1620. coram bon. mem. Card. Sacrato, cum
ibi allegatis, quæ decisio erit in 4. tom. decisionum Rot. Ro-
man. à me select. vbi in annotat. expendam rationes, pro-
pter quas iuribus adeò exosi sunt contractus Prælatorum
de bonis Ecclesiæ cum eorum consanguineis, & præser-
tim videatur Gloss singularis in d can.peruenit, 1.quæst. 3.in
22 verb.grauius, ibi, Cæti † sunt Episcopi erga nepotes, &c. &
multo magis Papa.

Quoad obseruantiam verò est etiam animaduerten-
23 dum, quod eo casu † nulla potest considerari, quæ suf-
fragetur ad effectum, vt præsumatur validitas, & vtilitas
alienationis bonorum Ecclesiæ, si ex inspectione con-
cessionum, & ex iuribus in actis exhibitis euidenter ap-
24 pareat de nullitate tituli, † quia tunc cessat præsumptus
validus ex cursu temporis resultans, Castren.cons.81.nu.3.
lib.2. Crauett.consil.174.num.44 & de antiqu.tempor par.3.
§.vidimus ingenere num.23.versic.preterea,& part.4 §. Ab-
solutis num.6. Paris.cons.27. num.119. lib.1. Rota in Noua-
rien.decimarum 14. Octobris 1592. coram Orano, & in Lu-
cana Bonorum 26. Martij 1610.coram Eminentissimo, &
Reuerendiss. D.Cardin.Pamphil. Iun. & coram Card.Sera-
phin.decis.1235. num.4. & coram clar.mem. Merlino in Ge-
runden. Scribaniæ 26.Februarij 1638. & coram R.P.D. meo
Royas in causa Forosempronien. bonorum 4.Martii 1641. §.
Nec dictæ concessiones possunt, &c. versic.cessat huiusmodi
præsumptio, stante defectu causæ, & vtilitatis, & nuper
fuit optimè ponderatum coram eodem Merlino in Noua-
rien. bonorum 13. Ianuarii 1642. §. Obseruantia autem nul-
la potest considerari, quæ suffragetur, &c. vbi etiam
25 dicitur, quod minus in hoc casu præscriptio aliqua con-
siderari potest, quæ alienationes sic factas tueatur, cùm
tam in cap.2.§. contractus, vers. & quicquid,de reb. Eccl.non
alien. quàm in Constit.Paulin.de reb. Eccles. non alien. adsit
26 decretum irritans, quod radicitùs inficit, † & infringit
quemcumque titulum, necnon possessionem, Rota in re-
cent.decis.41.num.9. in fin.& decis.617.num.7.par.1.recent.
& decis.142.num.2.par.2. & decis.362.num.3. & decis. 564.
num.1.infra in hac par.3. cum allatis in Maioricen. Indulto-
rum 11. Aprilis 1639.& 27. Iunii eiusdem anni coram bon.
mem. Merlino, & in eadem causa 16. Nouembris 1640. co-
ram R.P.D.Pentingero.

In terminis verò, quod stante decreto irritanti inanis,
& frustratoria reddatur quælibet obseruantia in contra-
rium, dixit Franc. in cap.cùm de beneficio, de præbend. in 6.
Lotter. de re benefic.lib.1.quæst.34.num. 5. Crescent.decis.4.
in fin.de priuileg.& fuit resolutum in Vlixbonen.iuris confe-
rendi habitum 11. Decembris 1637.coram R.P.D. meo Ro-
yas, vbi etiam habetur, quod censetur sublata obser-
uantia non solùm præterita, sed quoque futura, &c. &
in Fanen Commendæ 27. Iunii 1639. coram eodem R.P.
Domino Royas, necnon in eadem causa 25. Iunii 1640.co-
ram eodem Merlino, & in Vicen. Cameraria 27. Iunii pa-
riter 1640. coram eodem, & in causa Montis alti Primi-
ceriatus 8. Iunii 1643.coram R.P.D.meo Leone Verospio, §.
Hæc enim obseruantia.

Et in puncto, quando bona Ecclesiæ sunt malè alie-
nata, spreta qualibet obseruantia, & possessione absque
eo, quod possessor possit vti aliquo remedio possessorio,
nec summarijssimo manutentionis, in quo nulla exce-
ptio admittitur, possit Ecclesia liberè agere, aut contra
emptorem talium bonorum, vel contra possessorem, ad
ea restituenda, aduertit Redoan. de rebus Eccles.non alien.
quæst.76.cap.2.num.37 dixitque Rot.in Romana, seu Ter-
racin.afflictus 27. Ianuarij 1627. coram Pirouano.

Insuper etiam † in his terminis omninò bona fides 27
requiritur, vt scribunt Bart. & alij in leg Celsus, ff. de
vsucap. Castrens.consil. 429. num. 1. vers. his igitur lib. 1.
Paris.consil.27.num. 118. & seqq. lib. 1. Honded. cons. 82.
num.39. lib.1. Molin.de iustit. & iur.disputat. 63. Rota de-
cis.164. num.3. par. 2. recent. & in d.causa Messanen.feudi
15. Februarii 1636.coram Merlino, est decis.94. num.33.&
34. part. 6. recent. & in eadem causa Nouarsen. bonorum co-
ram eodem, §. Et mala fides etiam patens est, vbi fuit dedu-
cta mala fides ex non obseruatione Constitutionum Apo-
stol. circa alienationem bonorum † Ecclesiæ. Quia illæ 28
nisi in totum obseruentur, cùm sint indiuiduæ, corruit
in totum alienatio, licèt in aliquo tantùm fuit contra-
uentum, & sic vtile per inutile vitiatur, vt ad rem tradit
Bald. in cap.cùm adeò num.4. de rescript. † & hanc opinio- 29
nem seruat Rota, vt pluribus relatis fuit dictum in cau-
sa Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coram bon. mem.
Pena, est decisio 320. num.7. inter eius à me imprimend. v-
bi plura ad satietatem habentur, & recentius fuit reso-
lutum in causa Gerunden. Scribaniæ 21. Maii 1638. co-
ram eodem Merlino, §. Nec dicatur, vers. in totum corruit
inuestitura, & vtile per inutile vitiatur, &c. & in causa
Perusina oblationum 27. Ianuarii 1640. coram eodem, §. Et
quamuis inter se, vers. in totum corruit, &c. vbi etiam te-
statur Rotam hanc opinionem semper secutam esse. Idem
etiam fuit resolutum in causa Nouarien. bonorum 13. Ia-
nuarii 1642. coram eodem Merlino, §. Quæ discrepantia,
vers. iuxta opinionem, quam in hac materia seruat Rota,
vt vtile per inutile vitietur, &c. & in causa Romana do-
morum 23. Iunii 1642. coram Reuerendissimo P.D.meo Cor-
nelio Episcopo Patauino, §.Corruit etiam alienatio, vers. &
non sufficit formam in parte esse adimpletam, &c. quæ deci-
sio fuit deindè confirmata coram Reu.P. D. meo Peutingero
29. Maii 1643. §. Merito enim, vers.quæ forma erat præci-
sè obseruanda, &c. adde etiam decisionem in causa Foro-
sempronien.emphyteusis 7. Maii 1638 coram bon.mem.Coc-
cino circa finem, vers.cùm materia sit indiuidua, &c.

Tandem, quod est dictum supra in alienationibus bo-
norum Ecclesiæ, ex lapsu 30. annorum iuncta obser-
uantia † præsumi interuenisse, & beneplacitum Aposto- 30
licum, & vtilitatem à iure exigitam, limita id ampliùs
hodie non vigere, cùm superuenerit Constitutio San-
ctiss. D. N. Vrbani Papæ Octaui edita die 5. Iunii de an-
no 1641. incip. Romanus Pontifex in sacra Beati Petri
Sede, &c. vbi inter alia, Omnia quocumque, & qua-
liacumque Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis quomo-
documque præiudicialia per quoscumque sufficienti, & le- 31
gitima facultate Apostolica † non munitos, facta, ge-
sta, cum omnibus, & singulis inde secutis, & quocum-
que tempore etiam longissimo executioni demandatis, ac
obseruatis, declarantur ipso iure nulla, & inualida, nul-
liusque roboris, vel momenti, nullumque præiudicium
intulisse Ecclesiis, &c. nihilusque inde aliquam approba-
tionem, vel præsumptionem Beneplaciti Apostolici, ne-
que aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut
† præscriptionem ex eis vmquam posse resultare, vel in- 32
duci in præiudicium iurium Sedis Apostolicæ, & inferio-
rum

rum Ecclesiarum personarum Ecclesiasticarum, & aliàs prout latissimè in d. Constitut.

Et tantùm in fine præseruatur centenaria, & imme-
33 morabilis præscriptio † concurrentibus tamen de iure requisitis, & in casibus, in quibus per Sacros Canones, seu Concilia Vniuersalia, vel Constitutiones Apostolicas illis non derogatur.

BDEcisio ista inter eius impress. est 136. aliàs 5. de rebus Eccles. non alienan. idem fuit responsum coram bon. mem. Brauo in causa Romana deuolutionis domus de Campo Sancto 22. Nouembris 1581. est decisio 208. num. 1. par. 2. diuers. & coram bon. mem. Card. Seraph. decis. 1416. num. 16. v-
34 bi † resolutum meliorameuta, seu eorum æstimationem deberi emphyteutæ, siue eius hæredibus finita emphyteusi. Aduerte tamen in iure receptum esse, vt ea melioramenta, quæ ex natura contractus emphyteuta tenetur
35 conficere, † quia ad meliorandum rem in emphyteusim datur, sua non efficit, vt est deductio riuorum, macerties, lucus plantatus, vinea insita, &c. Cætera verò, quæ non veniunt ex natura contractus sua efficit, & ad
36 † hæredes transmittit; scilicet domum erectam, molas frumentarias, aliaque id generis pretiosa, quidquid tamen fit si emphyteusis reuertatur ad dominum ex culpa emphyteutæ, vt infra dicam.

Et sic nota inter melioramenta non venire ea, quæ conseruationis causa fiunt, & alia omnia, quæ spectant ad
37 refectionem † ret, ad quæ tenetur emphyteuta cùm ipse habeat vtile dominium, & non dominus directus, Bartholom. Cepol. de seruit. Vrban præd. cap. 59. num. 18. 9. 10. & respondit Rota in causa Lucana Molendini 14. Nouembris 1605. coram Penia, est decis. 957. num. 3. versic. emphyteuta habentes vtile dominium tenentur ad refectionem, &c. inter eius imprimend. & addo Pereg. cons. 76. num. 12. lib. 4. Rota coram bon. mem. Cardin. Seraph. dec. 413. n. 4. & recentiùs fuit dictum coram Eminentissimo Dom. Card. Machiauello in causa Imolen. Salniani 18. Aprilis 1636. §. E contra autem, vbi tanquam inanis, & irrationabilis
38 fuit reiecta quædam relatio periti, † eo quia inter melioramenta posuit subrogationes ouorum germinum in locum antiquarum, vel demortuarum plantarum, item foueas, stercorationes, &c.

39 Insuper aduerte in quantum † ad plantationes arborum, licèt regulariter loquendo non computentur inter melioramenta, Cæsar. de Grass. decis. 5. de rebus Eccles. non alienan. Rot. decis. 312. num. 6. par. 2. diuers. & fuit dictum in causa Anconitana census 17. Maij 1632. coram Durano,
40 est decis. 338. inter eius impress. Hæc tamen conclusio limitatur, nisi arbores sint permansuræ, vltra tempus possessionis Rei conuenti, quia tunc habetur ratio, aut perpetuitatis, aut vtilitatis, quam sunt allaturæ, & relictuæ post possessionem dicti Rei, qui meliorationes, & plantationes prædictas fecit Castrens. consil. 270. num. 3. ad medium lib. 2. Alciat. in l. impensa 29. num. 1. & 2. cum seqq. ff. de verbor. signific. Menoch. de recuperand. remed. 15. num. 5. Roland. cons. 28. num. 26. & seqq. Castell. de vsufr. cap. 56 num. 12. & censuit Rota in causa Perusina fideicommissi de Gratianis 14. Iunij 1634. coram bon. mem. Coccino, §. Tertio considerabant, vers. si perpetuo sint permansura, vel vltra tempus possessionis, &c.

41 Æstimatio tamen dictarum arborum fieri † debet secundùm tempus restitutionis rei, & non profectò secundùm tempus expensarum factarum, vt est text. in l. domus, ff. de legat. 1. quam ibi ad hoc faciunt singulariter Iacob. de Aren. Bart. Bald. Angel. Alber. de Rosat. Alexan. vnde si fuerit expensum centum, & nunc eum res repe-
42 titur à Domino, illa † impensa parum est duratura, in tantùm quod non remanet vtilitas ex ea, vltra decem possunt repeti, & ita intelligunt d. l. domus, Iacob. de Aren. & Bart. atque hoc est notandum, secundùm Paul. de Castr. ibi, pro illis, qui recipiunt vineam ad certum tempus, & ponunt ibi palos, nam si annales sunt, non repe-
43 tunt expensam. Si autem duraturos, † per decennium, & locatio durat ad quinquennium repetunt pro dimidia, quia pro dimidia temporis impensa seruiuit tibi, & pro altera seruiet domino, cui restituit, ideò ab eo repetit,
44 sin autem ad perpetuam rei vtilitatem, & tunc habetur consideratio ad id, quod valet res de præsenti, scilicet tempore restitutionis, vt dictum est, de qua materia plenè tractat Alexan. in l. diuortio. §. impendia, ff. solut. matr. & in d. leg. domus, supradictamque opinionem tenuit Senatus Burdegal. apud Boer. decis. 44. à num. 13. quam sententiam deindè amplexa est Rota Perusina penes Ioseph. Ludouic. decis. 24. num. 11. & seqq. vbi plura circa hanc materiam meliorament orum.

Sed cessat omnis distinctio, si adsit pactum in concessione rei, vt melioramenta debeant remanere penes dominum † directum, tunc enim ex eis, quantumuis pre- 45
tiosis aliquid prætendere vanum erit, nam tale pactum pars pretij reputatur, l. 2. §. melior, ff. de in diem adiect. leg. fundi partem, ff. de contrahen. empt. l. Dominus horreorum, §. 1. vers. cum id non conuenisset, ff. locat. Bart. Iaf. & Rip. in l. 1. §. si heres, ff. ad Trebell. & latè fuit deductum in causa Tusculana melioramentorum 6. Aprilis 1615. coram bon. mem. Sacrato, vbi asseritur, quod stante tali pacto, si domus aliqua in re concessa sit constructa, & ille, † qui 46
eam perfecit morte præuentus non potuit satisfacere operarijs, qui illam ædificarunt, tunc talis solutio spectat ad hæredes conductoris, & non ad Dominum, &c.

Verùm tamen est ad hoc, vt Dominus directus, vel locator, &c. possit vti, & iuuari dicto pacto, necesse est † docere, quod adimpleuerit contractum ex parte sua, l. 47
Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. & in terminis locationis est textus in leg quære, §. inter locatorem, ff. locat. Surd. consil. 400. num. 6. & seqq. lib. 3. Becc. consil. 45. num. 6. Honded. cons. 86. num. 16. lib. 1 cum alijs allegatis per Rot. in causa Romana Euacuationis domus 26. Ianuarii 1615. coram bon. mem. Francisco Vbaldo, & in causa Romana meliorament orum 21. Aprilis 1625. coram eodem, §. 1. vers. vt locator possit vti, & iuuari dicto pacto, necesse est docere adimpleuisse, &c. Vbi etiam ponitur in quo consistat adimplementum contractus locationis.

In casu pariter, quo deuolutio fit ex culpa emphyteutæ, puta † ob non solutionem canonis, vel similia, & 48
tunc etiam reiecta distinctione dominus directus acquirit omnia melioramenta, vt dicitur hic in decisione, admonetque Bald. in cap. 1. §. si vassallus, & ibi Iacob. de Aluar. in tit hic finitur lex. deinde inc. p. reg. consuetud. Imol. in l. si Seruius, §. Marcellus, ff. de legat. 1. Paul. de Castr. consil. 237. num. 4. lib. 1. Gozad. consil. 26. num 9. Cæphal. consil. 25 num. 19. August. Bero. in cap 1. de restit. in integr. num. 27. & ita in praxi receptum esse testatur Goy. decis. 269. & decis. 438 Pinell. in leg. 2. part. 2. cap. 3. num. 7. Cod. de rescind. vendit. Iul. Clar. recept. sent. in §. emphyteusis quæst. 45. num. 1. vers. propter culpam suam cadit ab emphyteusi, &c. & consuluit Gabr. in consil. 80. num. 36. versic. si culpa vassalli deuoluatur vnà cum ipsa re deueluuntur melioramenta, &c. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib 22. tit. 29. n. 9. Ioan. Garz. in tractat. de expens. & meliorat. cap. 6 & 15. vbi excipit melioramenta facta bona fide, & citra malignitatis † vestigium per emphyteutam post commis- 49
sum, vt ea nequaquam amittat, & quoad facta anteà sine dubio acquiri illa domino directo, est conclusio vnanimiter à DD. recepta, & sic decisum habetur Vincent. de Franch. decis. Neapolitan. 482. num 9. vers. ob censum non solutos emphyteota perdit rem, & meliorationes, &c & voluit Rota Perusina apud Ioseph. Ludouic. decis. 17. n. 33. vers. secus quando per censum non solutum, aduertitque Surd. dec. Mantuan. 78. sub nu. 3. vers. quando culpa, &c. huicque opinioni pariter assenserunt alia suprema Tribunalia Orbis, veluti Senatus Sabaudiæ, vt videre apud Fabr. in suo Cod. lib 4. tit. 42. defini. 24. iterùm Sacrum Concilium Neapolitan. penes D. Capyc. Latr. dec 120. num. 1. vers. si incidit in commissum, amittit omnia melioramenta, &c. Senatus Gratianopolitanus teste Guidopap. decis. 438. num. 1. vers. non tenetur Dominus talem impensam reficere emphyteote, si cadat in commissum, Camera Imperialis, vt scribit Andr. Gail. pract. obser. lib. 2. obseruat. 121. num. 15. vers. si emphyteuta ob culpam emphyteusim amittat nihil repetit, &c. & tandem eum hac celebri conclusione transit etiam Rota Romana, vt coram bon. mem. Cardin. Seraphin. decis. 1416. num. 1. vers. finita emphyteusi absque vlla culpa emphyteuta, &c. & clariùs, ac recentiùs coram R. P. Domino meo Carillo in causa Romana domus 10. Maii 1638 §. Vnde non valet consequentia, vers. quando deuolutio fit culpa emphyteuta, Dominus directus acquirit etiam omnia emolumenta, &c. Atque eam adduco rationem, quia † si 50
emphyteuta amittit principale, amittit etiam accessorium, vt per l. 2. C. de iur. emphyt.

Et quamuis non desint contradictores in hoc articolo, ista tamen est communis opinio, † quæ etiam indistin- 51
ctè

etè procedit, siue simus in emphyteusi Ecclesiæ, siue
priuati, vt reprobata Gloss. & Salyc. *in l. colonus, ff. lo-
cat.* volunt ibi Bart. & Paul. de Castr. nam circa meliora-
52 menta † idem in emphyteusi Ecclesiæ, quod in priuati
seruandum est, vt ait Bald. *in l. Senatus, §. Marcellus, ff.
de legat. 1.* & ibi Aretin. *col. 3. vers. ex his, quæ supra dixi*,
Aug. Bero. latè *in cap. potuit num. 148. ff. de locat.* Vincent.
de Franch. *decis. 191. num. 7.* cum alijs allegatis per Valasc.
de iur. emphyt. quæst. 25. sub num. 3. An autem quando em-
53 phyteuta ædificauit domum, molendinum, † vel palatium,
aut quid simile cum magna impensa, vtrùm dicatur ta-
lia melioramenta amittere, si culpa propria cadat ab em-
phyteusi, dubia est quæstio, & DD. in ea variarunt;
negatiua tamen opinio est receptior, videatur Pinell. *in
l. 2. C. de rei vindic. par. 2. cap. 3. num. 9.* & ne ibi longior sim
aliundè in hoc plura afferam, cùm quæstio prolixa sit.

Verùm verò æquitas renouandi emphyteusim agnatis
54 † cesset, si deuolutio fiat, vt dictum est, ex culpa em-
phyteutæ, & breuiter afferi potest, tunc non intrare
talem æquitatem, & ita tenet Felin. *in cons. 25. num.* 23.
quem seqoitur Surd. *in cons. 106. num. 35.* & sentit Rota,
vt apud Verall. *decis. 304. part. 1.* & melius probata tamen
culpa emphyteutæ ab aduersario, fuit dictum *in causa Bo-
nonien. Bonorum emphyteuticorum 19. Iunis 1605. coram bon.
mem. Reuerendissimo Penia.*

C INter eius impressas est decisio 272. num. 2. ista namque
coniectura in hac materia, quod ex modicitate pen-
sionis arguatur contractum esse emphyteuticum, est cæ-
55 terarum coniecturarum Illustrissima, imò Regina, Bar-
bat. *consil. 14. num. 35. & seqq. lib. 2.* vbi quod ita pluries
56 consuluit, & vidit iudicate, atque de communi opinione
testatur Natta *cons. 49. post num. 7. par. 1.* Cagnol. *in leg. 2. nu.
202. Cod. de rescind. vendit.* Speculat. *tit. de emphyt. §. Nunc
aliqua num. 2. vers. secundo quæritur*, Ruin. *cons. 161. num. 2.
lib. 1.* Ioan. Andr. in Addit. ad Speculat. *de empt. & vendit.
§. nunc videndum, & de locat. §. 6. vers. quarto*, & hunc esse
57 verum modum cognoscendi locationem † ab emphyteu-
si, tradit Corn. *consil. 285. num. 9. lib. 3.* Bero. *cons. 131.
num. 7. lib. 1.* & sæpè arbitrata est Rota, & potissimum
*in decis. 563. num. 2. par. 1. diuers. & in causa Romana em-
phyteusis 19. Febraarij 1607. coram bon. mem. Card. Lancell.
Iun.* & nuper *coram Rev. P. D. meo Cerre in causa Leodien.
Modiorum spelta 1. Martij 1641. §. si enim dubitatur em-
phyteuticus, vers. tum modicitas præstationis, &c.* vbi etiam
addiut, id multò magis procedere, si adsit pactum, quod
58 † in casu moræ in soluenda præstatione possit concedens
redire, & manus apponere ad bona concessa, vel propria,
ex quo etiam contractum iudicandum esse emphyteuti-
cum firmant Dec. *cons. 138. num. 7. vers. secundo principali-
ter*, Brunor. à Sole *quæst. legal. 5. num. 15.* Roderic. *de ann.
redd. lib. 2. quæst. 22. num. 11.*

Supradicta tamen conclusio, vt contractus iudicetur
emphyteuticus stante modicitate pensionis, id est di-
cendum, quando sumus in dubio, quia si constet de
tenore inuestituræ, & de pactis emphyteuticis veluti,
quando est reseruatum ius laudemij, prælationis, & simi-
lia; tunc enim semper emphyteuticus reputatur contra-
ctus, quamuis pensio sit magna, nulla namque lex repe-
ritur, quæ modicam pensionem requirat pro essentia em-
phyteusis, atque sine lege nos non possumus pro substan-
stantia contractus aliquid ponere, *vulgatis iuribus*, & in
puncto aduertit Valasc. *de iure emphyteot. quæst. 1. sub nu. 8.*
& ad hoc allegat Laurent. Siluan. *in consil. 57.* incip. *Ori-
tur difficultas num. 1.* & Franc. Zoan. *lib. 1. rer. quotidian.
cap. 19. num. 8.* addo etiam Rolan. *consil. 97. num. 25. vol. 1.*
Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 8. sub num. 19.*
Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 18. par. 1. num. 2.* & op-
timè Natt. *consil. 49. à num. 13.* & sic sensit Senatus Man-
tuanus, vt refert Surd. *decis. 198. num. 20. vers. ob magnitu-
dinem pensionis contractus non desinit esse emphyteuticus*,
&c.

59 TRansactio, quando rescindenda venit, † in conside-
D ratione haberi debet dubius litis euentus, quæ res
† non solùm est difficilis, sed quod peius est, reputatur
60 impossibilis, & animaduertit Rot *in causa Melitana hæ-
reditatis 11. Martij 1633. coram Eminentiss. D. Cardin.
Verospio, §. 1. vers. impossibilis esset probatio læsionis transa-
ctionis propter dubium litis euentum, &c.* nam qui litem
61 alicui infert, iudicio † fortunæ se committit, text. est *in
l. seruus 13. ff. de stat. homin.* cùm & casui fortuito æquipa-
tur sententia iudicis, vt inquit Bart. *in leg. si per imprudcn-
tiam, ff. de euict.* & in † his terminis, vt euitetur rescissio 62
transactionis, ratiocinata est Rota *coram bon. mem. Cardin.
Sacrato in Romana aperitionis oris, est decisio 461. n. 7. vers.
& casus fortuitus par. 2. recent.* verèque potest † affirmari 63
lites habere sua sydera, &c. at aliquando plus (ne dicam
sæpissimè) expenditur in lite, quàm † non valet ipsa res, 64
quæ litigatur, text. est aureus, & apertus *in can. illud etiam,
2. quæst. 6.* ibi, *magnis fatigantur dispendiis, vt forsitan to-
tius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret.* 65
Quemadmodum enim in horridis bellis, sic etiam in li-
tibus suo modo res tota agitur, & sicut bellorum finis est
pax, sic scopus litium est ipsa ciuium tranquillitas, & lo-
quendo de expensis, Bellum (vt ait Thucyd. lib. 1.) est non
in armis, sed in expensis, & sumptibus, per quos efficacia
arma, & vtilia fiunt; sed de his satis.

Certè quidem ille felix potest dici, † *Cuius dies sine li-* 66
tes sunt, nam litigantes expectando, desiderando, &
formidando diu, noctuque acerrimè cruciantur, & an-
guntur, manendo semper, vt ita dicam, in perpetua tor-
tura, facit Gloss. *in §. iudicent, in verb. contritione, auth. de
indic.* ibi, † *magna est contritio eorum, qui litigant quousque* 67
lis finiatur, & congruit illud Virg. Carmen. 6. *Æneidos.*

Dum consulta petis, nostroque in limine pendes.

Plura verò abundè circa horrorem execrandarum li- 68
tium iam cumulaui in 3. tom. Decisionum Rotæ Roma-
næ in epistola ad iuris vtriusque Doctores à num. 209. Qui-
libet igitur, qui litem mouere intendit, & charitatis mu- 69
tuæ vincula disrumpere vult, prout lites facere solent,
vt clarum est, & aduertit Pius II. litium acerrimos hostis,
hoc referente Platin. *in eius vita*. Consideret aureum
monitum Marc. Tull. Cic. *lib. 2 Offic.* vbi inquit, omni-
bus modis à litibus abstinendum esse, & quamuis id in
totum nobis non liceat, † cùm sit non modo liberale 70
paulum nonnunquam de suo decedere, sed interdum
etiam fructuosum, &c. Necnon meliùs est de iure suo ali-
quid tradere cum pace, quàm totum consequi litigando,
facit etiam illud vulgatum, & verissimum dictum, quod
tutior est certa pax, quam sperata victoria, iuxt. text. *in* 71
l. fin. Cod. de commun. epistol.

Insuper meliùs est sine lite abire, quàm cum iurgio re-
sidere, & secundùm Lact. *lib. 6. Sapientis non est velle
certare*, † *& periculo velle se exponere, quoniam & vincere* 72
non est in nostra potestate, & anceps est omne certamen.
Nam & vt admonet Salust. *de bell. Iugurt.* ibi, *scitote om-
nem pugnam sumi facilè, cæterum ægerrimè desinere, nec in
eiusdem potestate initium, & finem esse, &c.*

Si supradicta ergo vera, & verissima sunt, quis festi-
nanter non intrabit tutissimam arcem Pacis, & quis affa-
scinatus non erit ab eius pulchritudine, fulgoreque? *Pax
namque* (vt perbellè inquit S. Augustinus) *est serenitas
mentis, Tranquillitas † animi, Simplicitas cordis, Vin-* 73
*culum amoris, Consortium charitatis; illa est, quæ bella
compescit, iras comprimit, superbos calcat, † humiles amat,* 74
*discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, ne-
scit extelli, nescit inflari, hanc qui acceperit teneat, † qui* 75
*perdiderit repetat, qui amiserit exquirat, quoniam qui in ea
non erit inuentus, à Patre abdicatur, à Filio exhæredatur
nihilominus, à Spiritu sancto alienus efficitur, nec ad hæ-
reditatem Domini poterit † venire, qui testimonium pacis* 76
noluerit obseruare, &c.

Idem etiam S. Augustinus in lib. de Ciuit. Dei, vt al-
liceret omnes ad pacem, talia verba fatur, *Tale bonum
est bonum pacis, vt in rebus creatis, nil gratiosius solet au-
diri, nil delectabilius concupisci, † & nil vtilius possi-* 77
*deri, spiritus enim humanus nunquam viuificat membra,
nisi fuerint vnita, sic Spiritus Sanctus nunquam † viui-* 78
ficat Ecclesiæ membra, nisi fuerint in pace vnita, &c.

Imò in tantum humanæ pacis (vt ratiocinatur S. Hi-
lar. *super Matth.*) Christus † studuit concordiæ, vt vni- 79
tatis meritò, omnia, quæ à Deo precanda sunt, impetran-
da esse confirmet, & vbi duo, vel tres pari spiritu, & vo-
luntate collecti sunt, ibi, *se medium eorum pollicetur futu-
rum, &c.* congruit etiam ad summum decorem Pacis id,
quod de ea mirificè cecinit Io. Bapt. Mantuan. scilicet

Pax plenum † virtutis opus, pax summa laborum, 80
Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli.
Nil placidum est sine pace Deo, nec munus ad aram.

Egregiè etiam dixit Virgil. *lib. 1. Æneid.*

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Et

Et hæc pauca sufficiant, quoad præclaram, & tam à Deo dilectam virtutem pacis, & quoad illos, qui
81 litem mouere intendunt. Qui verò in † procelloso, & periculoso litium vasto gurgite contrarijs ventis, & turbinibus excitato, se iam reperirent, attendant curiosè ad id, quod eis alloquendo asserit Sanct. Au-
82 gustinus *in lib. de verb. Dom.* ibi, *Concorda † cum aduersario tuo, nescis quando vita finiatur, quando vita finita fuerit, Iudex restat, & minister, & car-*
1 *cer: At si seruaueris aduersario tuo bonam voluntatem, & cum eo consenseris pro Iudice inuenies patrem, pro ministro seuo, Angelum tollentem te in sinu Abrahæ, pro carcere Paradisum, &c.* Atque hic necesse est exclamare vnà cum Lucretio Poeta:

O stultas hominum mentes, ò pectora cæca.

Tempus enim in omne veritate abundabit sententia illius magni Philosophi Senecæ, qui *in lib. de moribus* oculum dando ad tot lites, iurgiaque, sic locutus est ibi. *Quie-*
83 *tissimam † vitam homines agerent in terra, si hæc duo verba à natura rerum omnium tollerentur: Meum, & Tuum, &c.* Hinc etiam dicitur, vbi meum, & tuum, illic
84 omne litium genus, † & contentionis occasio. Vbi autem hæc non sunt, ibi secura versatur pax, & concordia.

Paulus Rubeus.

R. P. D. BVBALO.

Romana Palatij, seu census.

Luna 7. Maij 1590.

ARGVMENTVM.

Obligatus ad factum alienum quando excusetur ab adimplemento, & quando liberetur soluendo interesse.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factum alienum excusatur, si omnem adhibuit diligentiam. Vbi quod tunc sufficit adimplementum per æquipollens.*

Obligatus facere aliquem consentire, dicitur adimplesse obligationem per æquipollens, si doceat illum nullum ius habere super re, super qua debet adhibere consensum, num. 1.

2 *Papa testatorum voluntates commutare potest.*

3 *Obligatus ad factum liberatur soluendo interesse, etiam stante iuramento, quando non est possibile.*

Obligatus ad factum alienum stante iuramento, non potest adimplere per æquipollens, n. 3.

4 *Obligatus ad factum alienum non excusatur ab adimplemento, si ipse agit, secus quando per viam exceptionis vult euitare pœnam.*

DECISIO XIII.

Illustrissimus & Reuerendiss. D. Cardinalis Deza de anno 1568. emit palatium nouum, situm in regione campi Martij, à D. Ioan. de Lilio, pro pretio scut. 16000. ad cuius prætij computum dedit insolutum eidem D. Ioanni censum annuum scut. 700. pro scut. 10000. residuum verò scut. 6000. conuenerunt vt darentur ad censum eidem Illustr. D. Cardinali super ipso Palatio vendito, prout in continenti coram eisdem Notario & testibus fuit census creatus pro d. sc. 6000. cum pacto expresso, quòd vtrique censui essent perpetuò obligati ad fauorem Illustr. emptoris pro omni & quacumque euictione, promisitque insuper D. Ioan. facere consentire omnem personam, &c. & in specie D. Annibalem Lilium pro omni eius interesse; ita tamen quòd faciendo omnem diligentiam, & promittendo factum alienum, se excusare non possit, etiam ex causa possibilitatis. Cùm autem D. Ioan. prętenderet exigere fructu d. annui census ab Illustr. Cardinali, egit coram A. C. vigore obligationis in forma Cameræ, & quoniam Illustriss. D. excipiebat se non teneri ad solutionem census, ex quo D. Ioannes non adimpleuerat pro parte sua, nec fecerat consentire D. Annibalem, ideo datum fuit dubium, an Ioannes de Lilio adimpleuerit, & an ipsi Ioanni agenti obstet exceptio non adimplementi, in casu & ad effectum de quo agitur.

Quod dubium de ordine Sanctissimi fuit, me propo- 1
nente, in Rota disputatum, & Domini vnanimiter concluserunt, D. Ioan. de Lilio satis adimpleuisse pro parte sua, & ei non obstare exceptionem non adimplementi, ad effectum vt exigere possit fructus census sibi debitos, cùm omnem diligentiam adhibuerit, vt D. Annibal consensum præstaret venditioni, & ille semper recusauit, iuxta *decis.* Afflict. 295. *num.* 3. Ruin. *cons.* 62. *in fin. lib.* 4. & hoc casu intrat adimplementum per æquipollens, de quo dicebant Domini sufficienter constare, quoniam ipse dominus in primis ad excludendum interesse domini Annibalis, si quod prætendere poterat super d. palatio, obtinuit laudum à bo. me. Illustr. D. Cardinali Farnesio, cum voto Illustriss. Cardinalis Aldobrandini, & meo, in quo laudo est canonizata donatio facta de isto palatio per bo. me. D. Thomam Episcopum Placentinum in fauorem D. Ioannis, & hoc laudum firmatum fuit adhibita causæ cognitione à Sanctissimo D. N. ad relationem Illustr. D. Cardinalis Lancellotti, qui fuit optimè informatus ab vtraque parte de huiusmodi negotio, qua donatione stante neque est dubium quòd nullum ius competit D. Annibali hæredi D. Episcopi super palatio, & consequenter sublatum est omne interesse ex d. laudo.

Secundò quatenus aliquod ius competere posset D. An- 2
nibali, adhuc remanet pretium palatij in manibus Illustriss. D. emptoris, quod pretium fuit subrogatum à Sanctiss. D. nostro, à quo fuit confirmata d. venditio, & commutata voluntas testatoris, ita vt census empti ex prætio palatij censeantur subrogati, & suppositi oneri fideicommissi, quatenus aliquod fideicommissum adesset. De potestate autem Papæ non est disputandum, quin possit voluntatem testantis commutare, & quatenus hæc commutatio sit in forma commissoria; cùm tamen fuerit lata sententia pro executione breuis, non videbatur Dominis quomodo hæc sententia reuocari possit, cùm in omnibus sit conformis breui, & breue sit satis iustificatum.

Tertiò considerabant Domini, quòd dato etiam quòd 3
D. Ioannes non adimpleuerit præcisè faciendo consentire D. Annibalem, nihilominus non tenebatur, nisi ad damna & interesse, vt apparet ex verbis d. instrumenti, quo casu soluendo interesse liberatur, vt per Dec. *cons.* 2. n. 8. Paris. *cons.* 110. *sub num.* 24. *per totum lib.* 1. Hîc autem nullum interesse considerari potest pro parte Illustriss. D. emptoris, quia sublato iure D. Annibalis, Illustriss. D. emptor est tutus ab omni molestia, quæ possit ei inferri per D. Annibalem, seu eius successores.

Nec dicatur, quòd stante iuramento non potest obligatio ad factum adimpleri per æquipollens, gloss. *in l. si pecuniam, in pr. ff. de cond. caus. dat. princ. §. num. 6. de pact. in 6.* quia hoc procedit, quando factum est possibile, aliàs liberatur, præstando interesse, vt ibi per Couar. post Aym. *cons.* 12. *n.* 1. Gabr. *de iureiur. concl.* 8. *in fin.*

Sublato igitur iure D. Annibalis, eius consensus non est ampliùs requirendus, & consequenter cessat interesse Illustr. D. emptoris, quod erat fundatum super interesse D. Annibalis ratione fideicommissi appositi in testamento D. Episcopi Placentini, & ex his resultat resolutio secundæ partis dubij, quòd D. Ioanni non obstet exceptio non adimplementi, stante breui, & confirmatione laudi, quæ omnia æquipollent consensui præstando per D. Annibalem.

Non obstat, quòd qui promisit factum alienum, non- 4
excusatur ab adimplemento, quoniam id verum est, si ipse agit; secus quando per viam exceptionis vult euitare pœnam, vt per Rol. *cons.* 69. *numer.* 12. *lib* 4. qui alios citat, quia vt suprà dictum fuit, satis dicitur adimplementum pro parte D. Ioann. & tunc obstaret exceptio non adimplementi, quando aliqua molestia inferretur Illustr. D. emptori super dicto palatio, & quando ipse eum non defenderet.

Non obstat, quòd cùm in instrumento venditionis adsit pactum, quod in omnes & singulos casus, & euen-

euentus contrauentionis liceat Illustriss. D. emptori agere ad restitutionem prætij, multo magis damus retentionem, quia nulla adest conuentio, per quam liceat Cardinali agere ad restitutionem prætij: nam illud pactum intelligitur in casu euictionis, quia dicit quòd D. Ioannes voluit teneri de euictione & defensione vniuersali & particulari in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, videlicet ad restitutionem prætij & dupli illius loco pœnæ, iuxta consuetudinem Vrbis, quæ verba satis innuunt, quod partes intelligebant contrauentionem respectu euictionis & defensionis.

Postremò non obstat, quòd huiusmodi rescripta concessa à Sanctissimo D. nostro possint processu temporis reduci ad terminos iuris, quia cùm sint iuri consentanea, non videtur de hoc dubitandum, præsertim stante laudo, in quo excluditur D. Annibalis, & stante quòd alienatio fuit facta ex causa satis legitima, quia D. Ioann. ferè nullus fructus percipiebat ex d. palatio imperfecto, quia propter d. tenuitatem suarum facultatum non poterat fabricam d. palatij perficere: ex quibus causis Papa motus fuit ad confirmandam d. alienationem, & ad commutandam voluntatem testatoris, subrogando pretium loco ipsius palatij venditi.

Paulus Rubeus.

R. P. D. P L A T T O.

postea S. R. E. Cardinali.

Nullius bonorum.

Veneris 5. Februarij 1591.

A R G V M E N T V M.

Coloniæ perpetuæ ius quando inducatur ex vniformi, & diuturna præstatione.

S V M M A R I V M.

1 *Coloniæ perpetuum ius an inducatur ex diuturna vniformi præstatione. Vbi remissiuè.*
Tituli præsumptio cessat, vbi constat de alio titulo, ibid.
Colonia perpetua non inducitur ex vniformi præstatione, quando constat de initio, quia non præsumitur mutata causa possidendi, ibid.
2 *Ecclesia S. Pauli de Vrbe gaudet priuilegio centenariæ præscript.*
Syndici factum non nocet Monasterio, ibid.
Consensus Monachorum quando non est præstitus capitulariter, non suffragatur, ibid.
Immemorabilis non potest allegari, vbi docetur de initio, ibid.
3 *Pars vna aliam declarat.*

D E C I S I O XIV.

PRætendebant Communitas, & homines Castri Liprignani ipsis competere ius perpetuæ Coloniæ super terris, & tenutis existentibus in territorijs castrorum Vaccariæ, & Scurani, & Castiglionis nullius diœcesis ad Vener. Monast. S. Pauli extra mœnia Vrbis spectantibus, terrasque, ac tenutas prædictas colere, serere, & cultiuare posse, etiam inuitis Dominis Abbate, & Monachis dicti Monasterij, ex eo quod per longissimum tempus ita illas possiderint, vniformem solutionem præstiterint, quodque illas, seu illarum partem Liprignanenses vendiderint, in dotem dederint, & aliàs ad eorum libitum de eis disposuerint, accedente consensu Abbatis, Cellerarij, & aliorum ministrorum pro tempore eiusdem monasterij, & mediante solutione laudemij, cuius contrarium Abbas, & Monachi prædicti asserebant: vnde inter dictas partes super prædictis fuit factum compromissum, primò in bo. me. D. Montem de Valentibus, & post illius obitum in R. D. Lucium Saxum pro parte Liprignanensium, & in Dominum Matthæum Massam, per Dominos Abbatem, & Monachos in arbitros, arbitratores, amicabiles compositores, & iudices compromissarios electos, & coram dictis iudicibus nonnulli testes examinati, & quamplures probationes factæ fuerunt, & orta difficultate inter DD. Saxum, & Massam super dicta Colonia perpetua, præsuppositis duobus libris Catastri Monachorum, quibusdam instrumentis consensuum Bulla felic. memor. Eugenij Papæ Quarti, & testibus prædictis, dederunt dubium, an homines Castri Liprignani sint emphyteutæ censuarij, vel coloni perpetui ipsorum Monasterij, & Monachorum in terris, & tenutis prædictis, ad effectum, vt non possint expelli, dubiumque prædictum per me de ambarum partium consensu nominatum in Rota proponendum dederunt.

Quo proposito die Veneris 15. Februarij vnanimiter resolutum fuit, non probari ius dictæ coloniæ perpetuæ, 1
& moti fuerunt Domini, quia in d. Bulla Eugenij facta de anno 1445. 12. Kalen. Ianuarij cuius copia data fuit, dicitur terras, ac tenutas superius expressas esse, spectasseque, ac pertinuisse ad dictum Monasterium, & quod homines Castri-noui prætendebant acquisiuisse ius laborandi contra voluntatem Monasterij, ex quo longissimum tempus laborassent, & annuam responsionem fecissent, & allegabant præscriptionem tanti temporis, quòd memoria hominum in contrarium non existebat, & Papa subiungit in dicta Bulla, quod certa portio assignabatur ad colendum Liprignanensibus, & alia illis de Castronouo. Propterea ille Pontifex partibus auditis declarauit terras, & tenutas prædictas ad dictum Monasterium spectare, & de illis tanquam de re dicti Monasterij Abbatem liberè disponere, nec homines Castrinoui, aut alios quoscunque quouis quæsito colore huiusmodi terras, aut partem earum, seu aliàs, quæ prędicti Monasterij in futurum esse contigerit, sine prædictorum Abbatis, & Monasterij licentia coluisse, aut colere posse, & mandauit ita id perpetuò, & perpetuis futuris temporibus obseruari, & ab omnibus iudicari debere cum decreto irritanti, & clausula sublata; vnde cùm constet de dominio Monasterij, quod etiam non negant Liprignanenses, & si dici posset quod illorum possessio non potest causare contra supradictum Monasterium super huiusmodi bonis præscriptionem perpetuæ coloniæ; nam omissa illa quæstione, quod huiusmodi ius perpetuæ coloniæ non inducatur ex diuturna vniformi præstatione, de qua per Doct. *in l. male agitur*, & per Crauet. *de antiquit. temp. part.* 4. §. *materia, num.* 110. *& cons.* 107. *nu.* 4. & testatur Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis.* 363. *num.* 15. relecta opinione Baldi, & Ang. *in d. l. male agitur, C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *ann.* circa quam multi voluerunt dominum rei ad laborandum titulo locationis concessæ sibi non præiudicare ex receptione vniformis pręstationis per diuturnum tempus, cùm sit actus voluntarius, contra quam iudicatum fuisse in magna Curia Vicariæ firmat idem Vrsill. *in loco supra citato.* Quod maximè volunt procedere, cùm constet de initio tituli, scilicet locationis, vt hic ex dicta Bulla Eugenij mandantis ista bona locari, & assignari Liprignanensibus ad laborandum, & colendum, & quod contra voluntatem Abbatis nemo posset laborare; cùm enim tunc appareat quod à principio non fuerunt data ad coloniam perpetuam, sed ad simplicem locationem, cessat, vt inquiunt Doct. omnis præsumptio alterius tituli. A Ruin. *cons.* 63. *num.* 21. *lib.* 1. & alij citati per Menoch. A
de præs. lib. 3. *præs.* 108. *n.* 10. sed potius præsumendum esset huiusmodi terras fuisse reconductas de laborerio ad laborerium, Ruin. *cons.* 85. *& cons.* 151. *num.* 20. *&* 22. *& cons.* 116. *n.* 5. *lib.* 1. Anchar. *quæst. famil.* 24. *n.* 11. Crauet. *loco supra citato*, Socin. iun. *cons.* 63. *num.* 20. *vol.* 2. Rimin. sen. *cons.* 110. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 1. Bero. *quæst.* 14. *nu.* 1. *in fin.* & quando constat de initio (prout hic) quod non inducatur colonia perpetua, quia non præsumitur mutata causa possidendi, B videtur tenuisse Rot. *in caus. Reg. & est dec. diu.* 315. *lib.* 1. B

Omissa inquam, hac difficultate, pro resolutione pręsentis dubij sufficere visum est Dominis, quod ex deductis non probetur sufficiens possessio ad inducendam coloniam perpetuam, siue inspiciantur testes, siue instrumenta communitatis: nam testes Liprignanensium non probant centenariam, quæ requiritur contra Ecclesiam sancti Pauli ex priuilegio fel. mem. Honorij, & prædicti Eugenij, imò dicti testes non percutiunt tempus nisi 28. aut 30. annorum, & hoc etiam non satis benè; instrumenta verò consensuum *num.* 140. non solùm non excedunt centum annos, quinimò sunt recentia, exceptis duobus, scilicet annorum 1469. & 1493. quæ non loquuntur nec comprehendunt bona, de quibus agitur; sed tantum 2

tu terras existentes in territorijs Liprignani, & Ciuiticulç, quæ sunt distincta, & separata à tenutis, & territorij dd. castrorum Vaccaritiæ, & Scurani, & Castiglionis, vt colligitur ex Bulla prædicti Eugenij, in illius principio, vbi cùm Monasterium S. Pauli extra muros, &c. habeat in territorio Romano nonnulla territoria diuersorum castrorum dirutorum, videlicet Castiglionis, Vaccaritiæ, Ariani, &c. & etiam probant testes Monasterij, scilicet primus, & secundus, iuxta 32. interrogatorium, & super 5. articulo: cæteri autem consensus per communitatem citati, & quorum copia data fuit, non obstant, quia ferè omnes sunt præstiti à personis laicis, de quorum facultate non constat, & non comprehendunt bona, de quibus agitur, sed tantum illa existentia in territorijs Liprignani, & Ciuiticulæ, quæ non sunt in lite: & licet adsint aliqui consensus Abbatum, & Cellerariorum, illi tamen non præiudicant Monasterio, C cùm sint recentes, non excedentes centum annos, prout requiritur contra dictam Ecclesiam, ex dispositione dicti priuilegij Honorij, & Eugenij dictum est, vltra quod non est expeditum quod factum Syndici noceat Monasterio, Ruin. *cons.156. num.16. lib. 1.* & quia etiam non sunt præstiti capitulariter, & debitis solemnitatibus, vt in fortioribus terminis fuit resolutum *coram me in vna Cortonen. bonorum die* 25. *Martij* 1588. nec Liprignanenses possunt allegare, & prætendere immemorabilem, quoniam constat de initio D in d. Bulla Eugenij, vt fuit dictum, Ruin. *cons.63. n.21.* & Menoch. *vbi sup.*

Preterea magis clarum redditur ius Monasterij ex concessione prati vocati *del fiore*, facta per Monasterium massarijs, & officialibus castri Liprignani, præsentibus & acceptantibus ad beneplacitum Abbatum pro tempore, quod pratum est in teouris controuersis, & sic cessat ius perpetuæ coloniæ, cùm tamen si tale ius competeret istis Liprignanensibus, etiam dictum pratum esset huiusmodi oneri subiectum, & ex vna parte alia declaratur, *l. qui filiabus, ff. de legat. 1.* & quamuis ex prædictis dici posset non applicari decisionem factam in illa Clusina coram R.P.D. Manrica, nihilominus Domini dixerunt illam non obstare, quia in casu decisionis Clusinæ non constabat de initio, prout probatur in præsenti causa ex dicta Bulla Eugenij, & etiam respectu Scurani, ex instrumento emptionis factæ per Monasterium à q. Cardin. Columna, & quia etiam habitatores Clusij fundos steriles, syluosos, & paludosos sua cultura fertiles reddiderunt, cuius contrarium probatur in huiusmodi causa, quia iam de anno prædicto 1445. bona, de quibus agitur, erant fructuosa, vt colligitur ex dicta Bulla Eugenij, nec obstant catastra, & enunciatio in eis facta, quia loquuntur de bonis existentibus in alieno territorio, & præcipuè Liprignani, non autem de his controuersis. Similiter non obstat Bero. ex aduerso citatus, *cons. 313. lib. 1.* quia ibi non negabatur concessio perpetua, sed dubium erat, an bona essent concessa ad censum, vel in emphyteusim, & dicit in dubio præsumi ad censum, & ex his, & alijs latè deductis per informantes pro Monasterio, fuit concorditer resolutum non constare de colonia perpetua, & tolluntur omnia in contrarium adducta pro parte communitatis.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS
ad Decisionem XIV.

1 *Ius Coloniæ, an præscribi possit, ita vt locator non possit expellere conductorem, nec immutare veterem consuetudinem.*
2 *Quæstio ista difficilis est, in tantum quod DD. variè sunt locuti, & aliqui sibimetipsis contradixerunt.*
3 *Locatio quando est facta ad modicum tempus, veluti anno, vel biennio, si inquilinus stetit postea in possessione spatio 30. annorum soluendo vniformem pensionem, inde non potest expelli, & num.8. & an sit verum, num.6.*
4 *Liberalitas, quandoque damnosa est.*
5 *Coloniæ ius est præscriptibile.*
6 *Coloniæ ius non potest præscribi, quando constat de prima causa, & primordio tituli, quamuis breuis, ac simplicis locationis.*
Quia tunc ex prima locatione, præsumitur toto tempore facta solutio, etiamsi esset mille annorum, & sic tenuerunt plura Tribunalia, num.9.
Locatio singulo anno præsumitur tacitè renouata, quando constat de prima locatione, n.6.
7 *Coloniæ ius, quod possit præscribi, constito de titulo locationis quamuis breuis, desperari potest.*
8 *Præsumptio omnis est vana constito de veritate cui omnino cedendum venit.*
10 *Coloniæ ius constito de initio locationis, tunc multò minus potest præscribi, quando sumus in bonis Ecclesiasticis.*
Bona Ecclesiastica in perpetuum non possunt alienari sine solemnitatibus, & causa, ibid.
Expressè, quod fieri nequit, multo minus tacitè, ibidem.
11 *Lex Veneta disponens recognoscentes aliquid ab Ecclesia per spatium 40. annorum sub vniformi præstatione, debere inuestiri ab eadem Ecclesia sub forma supradicta, est funditus ex defectu iurisdictionis nulla, & execranda.*
12 *Lex lata à laicis, quoad Ecclesiastica iuribus omnibus conclamantibus non tenet, nec Ecclesiasticos in aliquo ligat.*
13 *Iurisdictiones duæ sunt, diuina scilicet, & humana.*
14 *Clerici ex iure diuino ante omnem constitutionem exempti sunt à iurisdictione sæculari.*
13 *Ecclesiastici adeo exempti sunt à iurisdictione laicorum, vt super hoc aliqua consuetudo quamuis vetustissima contraria viribus semper careat.*
16 *Laicus semper est incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ, nec potest illam ciuiliter possidere, & per consequens vnquam vllo tempore præscribere.*
17 *Anglicana prætensa consuetudo, cuius vigore Rex intendebat præscripsisse iurisdictionem in Clericos, fuit per Rotam conuicta, & damnata.*
18 *Papa generaliter saltem disponendo non potest clericos laicorum iurisdictioni subiacere.*
19 *Consuetudo immemorabilis non habet vim priuilegij, quando adest incapacitas in possidente.*
20 *Immorabilis, & quauis vetustissima possessio non est simpliciter verum, vt obtineat vim priuilegij, & producat meliorem titulum de mundo,*
Sed solum hoc intelligitur, quando est congrua, possibilis, & proportionabilis persona præscribentis.
21 *Bulla Pontificia, qua reuocantur omnes consuetudines, seu abusus, quoad libertatem Ecclesiasticam, &c. quot annis in die Cœnæ Domini publicè, & solemni ritu publicatur, & fulminatur,*
Atque per dictam publicationem quis nesciat, quatenus in hac materia essent concessa priuilegia, penitus cassantur, reuocantur, & de facto tolluntur.
22 *Publicationis vsus quotannis Bullæ in Cœna Domini antiquissimus est.*
Clemens V. creatus fuit Pontifex de anno 1305.
Clem. 1. de indic. facit mentionem solemni publicatione Bullæ in Cœna Domini num. 22.
23 *Laicis de rebus Ecclesiæ, ac de personis Ecclesiasticis nulla prorsus disponendi facultas attributa est.*
24 *Principes Ecclesiastici vigili oculo attendant non se immiscere in rebus, quæ ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos pertinent, aliàs Omnipotentem Deum offendunt.*
25 *Rex Ozia, quia voluit se immiscere in rebus, quæ ad Ecclesiasticos pertinebant, percussus fuit à Deo abominabili morbo lepræ.*
26 *Rex Ozia post spretam monitionem Azariæ Pontificis, vt se non immisceret in rebus, quæ ad officium Sacerdotis spectabant,*
Statim percussus fuit lepra, & fuit leprosus vsq; ad diem mortis suæ, & habitauit separatè plenus lepra.
27 *Principibus secularibus nonnullis refricari posset in faciem id, quod S. Martinus Turonensis Maximo Imperatori dixit.*
Scilicet, nouum esse, & inauditum nefas, vt causam Ecclesiæ Iudex seculi iudicaret.
28 *Magnates laici omnes dedignari non deberent sequi exemplum pij illius Theodosii Iunioris Imperatoris, qui in epistola ad Synodum Ephesinum sic egregiè, & notanter rescripsit,*

Illicitum est, illum, qui non sit ex ordine Sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis immiscere tractatibus.

29 *Colonia perpetua in bonis Ecclesiasticis induci nequit, etiamsi adesset pactum expressum, vt finita locatione ea deberet denuo fieri.*

30 *Pactum de renouanda locatione est intelligendum de vnica immediata, non autem de successiua renouatione in perpetuum.*

31 *Pactum de renouanda locatione factum à Rectore Ecclesiæ non ligat successores.*

32 *Pactum de renouanda locatione posita in concessione bonorum Ecclesiasticorum non tenet, cum contra illud reclamet ius canonicum, & ciuile.*

33 *Pacta, quæ contra leges fiunt, non sunt obligatoria.*

ex Pacto facto contra leges nec naturalis obligatio nascitur, n.33.

per Legem ea, quæ non permittuntur, nec per pactum admitti debent, n.33.

34 *Locatio, seu emphyteusis redderetur perpetua, si admitteretur validitas pacti renouationis.*

Ecclesia priuaretur spe nunquam recuperandi bona propria, si substineret pactum renouationis locationis, vel emphyteusis, quando est finita, numer. 34.

35 *Præscriptio in rebus præiudicialibus Ecclesiæ hodie non intrat, præter centenariam, & immemorabilem.*

36 *ex Titulo præambulo, quis censetur continuasse possessionem suam, nisi contrarium doceatur.*

37 *Possessio præsumitur mutata ex superuenientia noui tituli.*

Quæ præsumptio intrat, quando hoc est vtile possessori, alias contrarium est præsumendum.

38 *Abbas, Cellerarius, vel alij Ministri ex eorum facto non possunt præiudicare Monasterio,*

Et hoc siue ignoranter id faciant, siue scienter.

39 *Monachorum consensus, quando agitur de præiudicando Monasterio, est præstandus congregatim, & non vti singuli.*

de Monasterij præiudicio, quando tractatur, tunc requiritur consensus totius Capituli, vel maioris partis, n. 39.

40 *Conuentus totus repræsentatur per maiorem partem eiusdem Conuentus, sub n.23.*

41 *Alienatio bonorum Monasterij facta ab Abbate cum Monacho non tenet,*

42 *Nam monendi erant alij Monachi, & expectandi, & in alium diem protrahenda alienatio.*

43 *Ne mendicata aliorum Monachorum absentia esset causa, vt negotium minus rectè expediretur.*

44 *Oculi plus vident, quam oculus.*

Iudicium est integrum, quod plurimorum sententijs firmatur, n.44.

45 *Veritas perfectissima per ampliores homines reuelatur.*

46 *Alienatio bonorum Ecclesiæ quando fit, non sunt necessario vocandi absentes à Conuentu, vel Capitulo,*

47 *Eo quia scriptum in iure non reperitur, quod debeant absentes vocari, nisi in tribus casibus.*

48 *Absens à Conuentu, vel Capitulo tunc in alienatione bonorum Ecclesiæ non sunt vocandi, quando ex tribus partibus saltem sunt præsentes duæ.*

Secus vero si adsit tantum vnus Canonicus, vel vnus Monachus, ibidem.

49 *Conuentus, vel Capitulum non repræsentatur per vnicum Monachum, vel Canonicum.*

Conuentus iste terminus non verificatur in vno, numer.49.

50 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, cum iura requirant consensum Conuentus, ille non potest suppleri per vnicum tantum Monachum.*

51 *Immemorabilis semper silet, quando constat de initio.*

52 *Constitutiones Pontificiæ statim incipiunt ligare,*

Quod non sic est in Constitutionibus Principum sæcularium.

53 *Principes sæculares habent potestatem à populo, & ab homine, & ideo eorum leges opus est, vt ex earum vsu à populo approbentur.*

54 *Leges tunc confirmantur, cum moribus vtentium comprobantur.*

55 *Romanus Pontifex immediatè, & solum à Deo habet auctoritatem absque vlla dependentia à consensu subditorum,*

56 *Et ideo statim eius leges incipiunt ligare, cum nullus requiratur consensus populi.*

57 *contra Constitutiones Pontificias quare sit vanum dare de centenaria, vel immemorabili.*

58 *Immemorabilis penitus tollitur, quando allegatur contraria memoria.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM XIV.

IVs coloniæ an, & qualiter possit præscribi, ita vt locator non possit † expellere conductorem, nec ei mole- A
stiam inferre, nec immutare veterem consuetudinem, 1
quæstio est non solum notabilis, sed etiam ardua, & difficilis, vnde scribentes in hoc puncto vario modo loquuti sunt.

Aliter enim sensit Bald. *in l. male agitur, C. de præscrip.*
30. annorum. Alio † modo locuti sunt Salicet. *ibidem*, 2
& in l. 2. C. de iur. emphyt. & Alex. *in l. qui aliena in princip. ff. de acquir. possess. & in consil. 71. col. 3. in fin. lib. 1.* Rursus aliter locutus est Angel. *in d. l. qui in aliena.* Taceo nonnullos, qui in hoc articulo, nescio quo spiritu ducti, variarunt, & sibimet ipsis contradixerunt.

Et quamuis multi Doctores, in ea resideant opinione, quod locatione, & conductione facta ad modicum
tempus, veluti anno, vel † biennio, si inquilinus, 3
vel colonus steterit postea per tempus 30. vel 40. annorum in possessione soluendo vniformiter eandem mercedem annuatim, dicatur præscripta perpetua colonia, vt expelli non valeat à Domino, sic comprobarunt Bart. Bald. & alij *in l. cum notissimi, & in l. omnes C. de prascrip. 30. vel 40. annorum, & in l. 2. C. de iur. deliberand. & in l. male agitur, C. de præscrip. 30. vel 40. ann.* & eandem sententiam tenuit Alexan. *in addit. ad* Bart. *in l. item quæritur, §. qui impleto, §. nota etiam, ff. locat.* Balb. *de præscript. 4. part. princip. qu. 2. in princip.* Ioann. de Aimic. *cons. 150. nu. 20.* Gozad. *cons. 9. num. 7.* Vasquez. *quæstion. illustr. c. 62. in princip.* cum alijs allegatis per Caroc. *de locat. & conduct. par. 5. tit. de præscript. num. 6.* ex quibus nonnulli testantur de communi, & alij de magis communi.

Vnde num. 8. quasi facetè loquendo, asserit, vide igi-
tur candide Lector, quod liberalis † quandoque est dam- 4
nosa, nam si locator ea vrbanitate tacitè retirmet bona locata per 30. annos sibi præiudicat in actione personali.

Verumtamen quidquid de supradicta opinione sit, contraria conclusio est communior, receptior, verior, & ma-
gis iuridica, scilicet, quod ius perpetuæ coloniæ, † 5
quamuis sit præscriptibile, quando scilicet à principio non constat quem possedisse vigore locationis imò nulla alia cum solutione certæ, & vniformis pensionis, vt patet ex pluribus relatis per Merzar. *in cons. 15. num. 1.* qui etiam dicit ab hac sententia in iudicando non esse recedendum, prædictamq; opinionem pluribus pariter relatis secuta est Rota *coram bo. me. Card. Mantic. dec. 17. num. 2.* idem etiam tenuit Senatus Lusitanus apud Gamm. *decis. 244. num. 50. vers. cum non constet a principio possedisse vigore locationis, &c.*

Non tamen intrat ista opinio, quando constat de prima causa, & primordio tituli, quamuis breuis, ac simplicis locationis, quia tunc ea prima locatione toto tempo-
re præsumitur facta solutio, † etiamsi esset mille anno- 6
rum, nam locatio singulo anno præsumitur tacitè renouata, iuxta *l. item quæritur, §. qui completo, & l. qui ad certum, ff. locat. cum simil.*

Itaque constito de initio locationis, siue ea sit facta ad modicum tempus, siue ad longum (quo vltimo casu
nemo est, qui contradicat) non obstante † quolibet vetu- 7
stissimo tempore semper desperari poterit de inducenda tali præscriptione, quia constito de initio locationis, vana redditur omnis præsumptio, cum veritati manifestæ omnino cedendum veniat, *l. Imperatores 4. ff. de probat.*

cum

cum alijs per glos. adductis *in l. quadam mulier, ff. de rei vindic.*

Atque de prædicta quæstione videtur textus in terminis, qui decidit hanc controuersiam in *l. cum satis, §. cum autem, C. de agric. & censit. lib. 11.* cum declaratione Addit. ad Bart. *ibi num. 14. & 15.* legitur enim in effectu in d. text. quod colonus, qui stetit per 30. annos tamquam colonus, inde non potest recedere, & Dominus possessionis non potest ei molestiam
8 inferre, † aut veterem consuetudinem immutare,
qui textus licèt primo aspectu contrariam sententiam fouere videatur, tamen si rectè intueatur, aliud erit dicendum, & subtiliter ad hunc propositum eum explicat, & clarè declarat Ruin. *in cons. 151. incip. Vise prolixo, sub num. 19. vers. Nec obstat text. in l. satis, &c. lib. 4.*

Indistinctè etiam à pluribus Doctoribus opinio hæc fuit insignificata scilicet nulla adhibita distinctione, an
9 pro paruo, † vel pro longo tempore fuerit facta loca-
tio, tunc numquam locum esse præscriptioni coloniæ plures indubitanter affirmarunt, & præsertim magistraliter per Io. Petr. Anchar. *in suis quæstionibus Iuris lib. 1. quæst. 24. num. 11. vers. vbi præcessit instrumentum, semper præsumitur tacita recondactio, &c.* & latè per Franc. Monald. *inter consil. diuers. tom. 2. consil. 2. num. 28. vers. quando constat de primordio tituli breuis, ac simplicis locationis tacite renouabilis, &c.* sic pariter fuit conclusum in diuersis Orbis Tribunalibus, vt in Foro Finizaten. apud Borgn. Caualcan. *decis. 44. num. 79. & seq. & decis. 45. à num. 86. lib. 1.* & melius in Rota Perusina penes Ioseph. Ludouic. *decis. 106. num. 12. vers. etiamsi per centum annos, & num. 12. & 13. par. 2.* sic etiam fuit iudicatum in Rota Florentina teste Hieronymo Mangonio *decis. 2. sub num. 4. vers. quia constando de prima causa, & primordio tituli breuis locationis temporalis tacitè renouabilis, &c.* & in Senatu Tholosano apud Maynardum *decis. 47. sub num. 2. vers. at si de origine appareat, &c. & in Rota Romana, vt habetur hic in decisione sub num. 1. vers. cùm constet de initio tituli, scilicet locationis, &c.*

Quæ conclusio manet in portu, quando, vt est casus noster, sumus in bonis Ecclesiasticis, † quia aliàs de facili d. bona alienarentur in perpetuum, sine solemnitatibus, & causis, & sic solo cursu temporis, quod non est dicendum propter resistentiam iuris, Riminald. iun. *consil. 257. num. 42. & seq. lib. 3.* Bald. *consil. 116. vol. 1.* Marian. Anguissol. *consil. 71. num. 20. vol. 1.* Iacob. Menoch. *cons. 291. numer. 11. & 35. lib. 3.* concludens legem Venetam in hoc non obesse, *& num. 20. & seq.* asserit,

Quod lex illa Veneta loquens quoad bona Ecclesiastica frustratoria est, dum inquit, *Item, quod illi, qui recognouerint aliquid † ab Ecclesia per spatium 40. annorum, sub vniformi pensione, debeant inuestiri ab ipsis Ecclesiis sub forma supradicta prout ius disponit &c.* Nam hæc lex tamquam lata à laicis, quoad bona Ecclesiæ, funditus, iuribus omnibus conclamantibus non tenet, nec † Ecclesiasticos prorsus in aliquo ligat, text. est *in can. bene quidem 97. distinct. & in cap. quæ in Ecclesiarum 8. de constitut. & in cap. Ecclesia S. Mariæ. 10. eodem titul. & in cap. at si clerici, & in cap. Clerici, & in cap. qualiter, de iudic. & in cap. 2. de for. competent. & in cap. non minus, & in cap. aduersus de immunitat. & in cap. quoniam de censib. in 6. & in cap. fin. de immun. Eccles. in 6. extrauag. 1. eodem titul.* cum multis Doctoribus allegatis à Rota *in causa Hydruntina pecuniaria 26. Iunij 1641. coram clar. mem. Merlino,* & recentiùs in *causa Rhegien. seu Salernitana Bonorum 19. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Carrillo, §. Nec relevat,* & alibi sæpè sæpiùs.

Nec id egrè ferre debet, quilibet etiam Magnus Princeps secularis. Nam duæ † sunt iurisdictiones diuina, & humana. Clerici enim, vt inquit Innocent. *in cap. 2. de maiorit. & obedient.* ex iure diuino sunt exempti à iurisdictione † seculari, seu humana, per text. *in can. Clericum il 2. & in can. de persona 11. quæst. 1.* cum alijs adductis per Roland. *cons. 4. numer. 7. vers. Deus omnipotens voluit, &c. lib. 1.*

Idque procedit in tantum, vt non valeat aliqua consuetudo quantumuis inueterata, quod Imperator,
Reges, alijque Principes seculares † habeant iurisdictio- 15
nem in Clericos, quia Laicus est prorsus incapax Iurisdictionis Ecclesiasticæ, nec potest illam ciuiliter possi-
dere, ac per † consequens vmquam vllo tempore præ- 16
scribere, *cap. causam vbi omnes, de præscript.* Ioan. Andr. *in cap. 2.* & ibi vno ore Scribentes, *de præbend. in 6.* Abb. *in cap. quanto de consuetud.* Dec. *in cap. decernimus n. 38. de Iudic.*

Optima etiam videatur decisio Rotæ *in antiq. 840 incip. Vtrum valeat consuetudo, aliàs decisio 10. de consuetud.*
in antiq. vbi conuincitur, † & damnatur prætensa con- 17
suetudo Anglicana, quod Rex habeat iurisdictionem in Clericos, &c. & allegando, & sequendo prædictam Rotæ decisionem benè pariter ratiocinatur Senatus Mantuanus penes Surd. *decis. 129. n. 3.* vbi insuper post Felin.
& Card. asserit, quod Papa † vniuersaliter saltem dispo- 18
nendo, non posse clericos laicorum iurisdictioni subiacere, &c.

Et sic, vt dixi, vana erit hoc casu quælibet prætensa consuetudo, aut præscriptio quantumuis immemorabi-
lis, quæ non habet vim priuilegij quando † adest inca- 19
pacitas in possidente, vt in terminis benè probat Ioann. Beltran. *in propugnacul. Ecclesiasticæ libertatis, & Pontificiæ potestatis, §. 7. prim. assert. num. 3.* Atque vt dixit Rota *in causa Corduben. Decimarum de Lucena 7. Februarij 1639. coram eodem Merlino,* non est simpliciter verum, quod immemorabilis, & quæuis antiquissima
† possessio obtineat vim priuilegij, & producat melio- 20
rem titulum de mundo, sed solùm hoc intelligitur, quando est congrua, possibilis, & proportionabilis personæ volentis præscribere, altàs, &c. & ibi aliæ decisiones allegantur.

Quæ consuetudo in his terminis certè nec posset induci, cùm palam sit, & quotannis videamus in die
Cœnæ Domini, † Pontificiam Bullam publico, & so- 21
lemni ritu publicari, & fulminari, vbi inter alia reuocantur tales consuetudines, & immo quatenus olim in hac materia essent concessa priuilegia, quis nesciat per huiusmodi publicationem penitus reuocari, cassari, & de facto tolli? & sic, vti dictum est, quot annis præscinditur cursus omnibus prædictis contrarijs consuetudinibus potestati Ecclesiasticæ nocuis.

Vsus verò † publicationis quot annis dictæ Bullæ 22
antiquissimus est, nam vt obseruauit Sayr. *in tract. de censur. lib. 3. cap. 1. num. 10.* de dicta Bulla mentionem facit Clemens V. creatus Pontifex de anno 1305. *in clem. 1. de iudic.* in illis verbis, *etiam extra dies solemnes in quibus Romani Pontifices processus consueuerunt facere generales,* & ibi glos. *in verb. Generales,* & videatur Marius Alter. *in explicat. dictæ Bullæ, can. 19. cap. 2. col. 3.* Duaten. *lib. 2. can. 19. quæst. 8. num. 21.* Bonac. *de censur. disputat. 1. quæst. 1. punct. 1. proposit. 2.* atque ex nostris Felin. *in cap. cum non liceat, n. 2. vers. quinto considera, & de præscript.* & recenter Nouar. *decis. 166. num. 4.*

Et hæc pauca hic sufficiant, circa prædictam materiam,
quod Laicis de rebus Ecclesiæ, nec de personis † Eccle- 23
siasticis nulla prorsus disponendi facultas attributa sit, *can. illud autem, & can. bene quidem 96. distinct.* alibi tamen in hoc plura plena manu adducam, & subiungam tantùm vna cum Oldrad. *in consil. 83. sub num. 5.*
Quod vigili oculo caueant Principes sæculares, † ne 24
in rebus, quæ ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos pertinent, se immisceant, aliàs ipsi Omnipotenti Deo iniuriam inferre videntur, & aduertant ne ab eodem
flagellentur, sicuti euenit illi Regi † Oziæ, qui abo- 25
minabili morbo lepræ legitur fuisse percussus, quia in rebus spectantibus ad sacerdotes ingerere se voluit, vt rotundis literis habetur in Paralipomen. *cap. 26. lib. 2.* & translatitiè posuit Gratian. *in can. sed notandum 2. quæst. 7.*

Vbi asseritur, postquam Rex Ozias, monitus ab Azaria Pontifice, vt desisteret velles à rebus, quæ
non ad eum, sed ad officium Sacerdotum † specta- 26
bant, illico spreta dicta monitione, ait textus, *Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus, & sic fuit Ozias Rex leprosus vsque ad diem* mor-

mortis sua, & habitauit in domo separata plenus lepra, &c.

Equidem multis Principibus secularibus refricari pos-
27 set id, quod Sanctus Martinus † Episcopus Turonensis Maximo Imperatori in faciem dixit, scilicet, *nouum esse, & inauditum nefas, vt causam Ecclesiæ Iudex seculi iudicaret, &c.* vt refert Fulgent. *lib.2. sacra histor.*

28 Omnes enim Magnates Laici † sumere exemplum dedignari non deberent à Pio illo Theodosio iuniori Imperatore, qui in Epistola ad Synodum Ephesinum, sic egregiè inquit, *Illicitum est, illum, qui non sit ex Ordine Sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus.*

Redeundo igitur unde digressi sumus, scilicet, quod in bonis Ecclesiæ, constito de primordio tituli, veluti locationis, emphyteusis, &c. postea per quàm longissimum tempus non possit in eis acquiri ius perpetuæ coloniæ,
29 &c. intellige † id procedere etiamsi adesset pactum expressum, vt finita locatione, ea deberet denuò fieri, & renouari.

Quia vel dictum pactum est intelligendum de vnica
30 immediata, non autem † de successiua renouatione in perpetuum, Alex. *consil.16. num.9. vol.4.* Felin. *in cap.2. num.5. vers. statutam de treg. & pac.* Tiraquell. *in l. bones, §. hoc sermone, num.121. ff. de verb. signif.* & in propriis terminis firmauit Rota *in causa Cesenaten. Bonorum. 9. Decembris 1588. coram bon. mem. Bubalo, §. Quod vero attinet, & nuper ita responsum fuit in causa Forosempronien. Bonorum 4. Martij 1641. coram R.P.D. meo Roias, §. Nec obstat, quod in omnibus, vers. intelligenda est de vnica immediata, &c.*

Vel tale pactum non ligat successores, quia non
31 inducit obligationem realem, † sed tantummodo personalem ad factum, scilicet vt fiat renouatio, Angel. *consil.184. num.3. vers. illa verba, & consil.351. num.3.* Alex. *consil.165. num.7. lib.2.* Soccin. iun. *consil.9. n.17. vers. respondetur quod nullum, numer.3.* Gabr. *consil.88. num.2. & 3. lib.1.* Caldas *de iur. emphyt. quæst.9. n.5. lib.1.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.23. numer.1.* Ruin. *consil.167. numer.13. lib.1.* dixitque Rota *in causa Ariminen. Bonorum.23. Ianuarij 1610. coram bon. mem. Card. Marquemont. est decisio 215. num.2. par.1. recent. & coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 567. num.2. quæ replicata est in 2. par. recent. decis.369. num.1. part.2. recent. & coram eodem Gregor. decis.348. num.3.* & recenter sensit *in causa Forosempronien. & Eugubina, seu Nullius Emphyteusis 16. Iunij 1636. coram bon. mem. Coccino, §. Aut denique mihi, num.100. vers. nullum competit ius in re, sed sola actio personalis ad factum, &c. quæ decisio fuit postea confirmata coram eodem 7. Maij 1638. & deinde ita etiam admissum in dicta Forosemproniea. bonorum 4. Martij 1641. coram R.P.D. meo Roias, §. Secundo tale pactum renouandi non inducit obligationem realem, sed tantam personalem, &c.*

Vel tandem prædictum pactum renouandi est nullum,
32 & de iure, † cùm contra illud reclamet tam ius Cæsareum, quàm Pontificium, vt in §. *quod autem, & §. neque illud, Auth. de non alien. & in cap. nulli 5. C. de reb. Eccles. non alien. extrauag. ambitiosè eodem titul. & facit decisio in causa Perusina oblationum 27. Ianuarij 1640. coram Merlino.*

33 Notique iuris est, † pacta, quæ contra leges fiunt, non esse obligatoria, *l. pacta, C. de pact.* Adeò quod nec naturalis obligatio nascatur, *l. cum lex, ff. de fideiuss.* ac proinde, quæ per legem non permittuntur, neque per pactum admitti debent, *l. iurisgentium, §. prætor ait, ff. de pact. l. quod cum vna via, ff. de regul. iur.*

Aliàs enim si contrarium diceremus, per modum in-
34 directum locatio, siue Emphyteusis perpetua † redderetur, & Ecclesia priuaretur spe vllo vmquam tempore bona propria recuperandi, nam iura id abhorrent, & in his terminis aduerterunt Alex. *consil.165. num.1. lib.2.* Riminald. sen. *consil.64. num.22. lib.1.* Couarr. *variar. resolut. lib.2. cap.16. num.4. vers. contrarium,* Ias. *in l. manumissiones num.7. ff. de iustit. & iur.* Caldas *de renouat. Emphyteut. lib.1. quæst.12. num.15.* Gamma *decis. 326. num.6.* Rota *in causa Rauennaten. bonorum 20. Nouembris 1587. coram bon. mem. Card. Mantic. est decis.10. num.14. inter eius impress. & recenter in dicta Forosempronien. Bonorum 4. Martij 1641. coram R.P.D. meo Roias, vers. cum per modum indirectum emphyteusis perpetua redderetur, &c.* & ibi aliæ decisiones adducuntur.

Quæ conclusiones eò magis hodie admittendæ veniunt, stante Bulla Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. edita de anno 1641. 5. Iunij vbi præseruantur † Iura Sedis 35
Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibus.

Et sic in casu nostro in bonis Ecclesiasticis numquam erit locus iuri perpetuæ coloniæ, cùm per dictam Bullam, clausa, & optimè sigillata sit ianua quibuscumque præscriptionibus in rebus pertinentibus ad quascumque Ecclesias, præter centenariam, & immemorabilem.

NAm ex titulo præambulo quis præsumitur semper
continuasse † suam possessionem, quando, pro- 36
ut in casu nostro, non docetur de alio titulo, Aym. B
consil.10. num.9. & consil.118. num.2. Alciat. *de præsumpt. regal.2.* Cæsar. de Grass. *decis.5. num.5. de caus. possess. & propriet.* & fuit dictum coram Reuerendiss. Oriolen. *in causa Bononien. Iurispatronatus 29. Martij 1574. & coram Reuerendissimo Coccino in Tarraconen. Præpositurarum 4. Iulij 1603. est inter eius impress. decisio 128. numer.8. & coram bon. mem. Vbaldo in Mutinen. Canonicatus 13. Iunij 1614. & Eminentiss. D. Card. Panzirolo in Comen. Archipresbyteratus 6. Iunij 1633. est decisio 221. num.12. tom.2. à me select. aliàs par.6. recent.* & recentiùs fuit firmatum *coram R.P.D. meo Carrillo in causa Rossanen. emptionis 27. Iunij 1640. & coram eodem in causa Vercellen. vnionis 27. Iunij 1640. §. Nec subsistit. vers. tamquam tituli præambuli, dum præcipuè de alio non docetur.*

Insuper illa regula vulgata, quod præsumitur possessionis † causa mutata ex superuenientia noui tituli, tantùm procedit, quando est vtilis possessori, vt si primus titulus fuerit inualidus, alias cessat talis præsumptio, *l. si quis ante, §. si quis conduxerit,* vbi notant Doctores *ff. de acquir. possess.* Menoch. *consil.381. num.34.* Beltram. *in annotat. ad fa. mem. Gregor. XV. decis.546. num.25. vers. non procedit,* & dixit Rota *coram bon. mem. Buratt. decis.127. num.23.* & apud Put. *decis.441. lib.1.* & recentiùs firmauit *coram clar. me. Merlino in causa Romana de Luraghis 26. Aprilis 1638. §. Quoniam respondebatur, vers. quando mutatio est vtilis possessori, &c.* & alibi in hac materia longior ero.

ABbas, Cellerarius, † vel alij Ministri ex eo- 38
rum facto non possunt in aliquo præiudicare C
iuribus Monasterij, & hoc siue ignoranter, siue scienter, Vital. *in clem.1. num.53. de offic. Vicar.* Calder. *consil.5. num.1. de Confess.* Calder. *consil.338. num.3. lib.1.* Rota *coram bon. mem. Card. Seraph. decis.1278. num.3. & coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio iun. decis.480. num.4. par.1. recent.* & recentiùs *coram Reuerendiss. Pirouano in causa S. Angeli Lambardorum Iurisdictionis 6. Martij 1637. est decisio 203. num.10. tom.3. à me select. alias par.7. recent.* & deinde *coram R.P.D. meo Carrillo in Brixien. seu nullius Iurisdictionis 19. Nouembris 1638. §. Nec obstat. vers. vel denique vti prouenientes ab ipsis Abbatibus, &c. & coram R.P.D. meo Cerro in causa Cracouien. Decimarum 21. Maij 1640. §. Primo ex defectu potestatis illius, &c.* vbi aliæ decisiones citantur, & addo decisionem *coram eodem R.P.D. Carrillo in Rossanen. Decimarum 22. Iunij 1640. §. quinimo etiamsi, vers. Abbas, & Commendatarius non potuisset Monasterio præiudicare, &c. & coram R.P.D. meo Roias in Licien. Quarta 27. Iunij 1642. §. In omnem euentum Fratres non potuerunt præiudicare Monasterio, &c.* & in terminis Cellerarij Monasterij, iam olim fuit dictum *coram bon. mem. Card. Millino in Tiburtina Locationis 5. Decembris 1597. & nuper coram Reuerendiss. Merlino in causa Perusina oblationum 27. Ianuarij 1640. vers. Affictus fuerunt soluti Cellerario Monasterij, &c.*

Vnde

Vnde quando tractatur de præiudicando Monaste-
rio, veluti de alienatione bonorum, prout est casus no-
39 ster, hic in decisione, nam tunc Monachi non vti † sin-
guli debent consensum præstare, sed congregatim exigi-
tur consensus totius Conuentus, vel saltem maioris par-
40 tis, per quam maiorem partem repræsentatur † ipse Con-
uentus, can. sine exceptione, ibi, Et cum totius Cleri tra-
ctatu, & consensu 12. quæst. 2. cap. 1. & ibi glos. in verb.
defensore in fine, & cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.
Clem. 1. eodem titul. cap. 1. de his quæ fiunt à Prælatis sine
consens. Capit. Angel. consil. 133. n. 3. Roman. consil. 36.
numer. 2. Anchar. consil. 57. num. 2. & consil. 30. numer.
3. Becc. consil. 183. num. 19. Honded. consil. 55. à num.
25. & seqq. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. titul. 7.
num. 5. Rota coram Card. Caualer. decis. 439. numer. 3.
& coram Cantucc. decis. 22. n. 4. & seqq. part. 2. diuers.
& coram ...... decision. 118. n. 3. part. 1. diuers. & nuper
fuit dictum coram Merlino in causa Nouarien Bonorum 13.
Ianuarij 1642. §. Imò in contractu alienationis, &c. Vbi
41 fuit † annullata alienatio bonorum Monasterij, quia
fuit facta ab Abbate, cum vno tantùm Monacho, nam
42 † monendi erant, & expectandi alij Monachi, atque
in alium diem protrahenda absolutio contractus, ne
mendicata aliorum Monachorum absentia esset causa,
43 vt negotium † minus rectè expediretur, Innoc. in cap.
2. vbi Additio in littera B. de nou. oper. nunc. Bald. cons.
475. num. 11. lib. 1. & in cap. cum omnes, num. 15. versic.
ego idem puto, ext. de Constitut. & ibidem Ant. de Butr.
num. 14. in fin. & num. 15. Felin. numer. 22. vers. secunda
opinio, Dec. in secunda lectura nu 15. Ioan. Bapt. Ferrett.
num. 50. & seqq. vers. & ista secunda. Add. ad Zabarellam
col. 5. littera A. Abbas in cap. cùm vniuersas, numer.
8. versic. sed occurreret de elect. & in cap 1. numer. 15.
de his quæ fiunt à maior. part. Capit. & in cap. 2. vbi Ad-
ditio in littera A. de nou. oper. nunc. Ias. in l. placet in pri-
ma lectura, num. 12. vers. ad prædicta, C. de sacrosanct.
Eccles. & secunda lectura num. 13. vers. & dicit ibi Bald.
& ibi Additio in littera A. Soccin. sen. consil. 15. num. 7.
lib. 1. Barbat. cons. 1. num. 20. lib. 1. & consil. 18. num. 23.
lib. 2. Crot. consil. 71. numer. 48. Gig. consil. 56. numer. 1.
44 Plus enim vident † oculi, quam oculus, & integrum
est iudicium, quod plurimorum sententijs confirma-
tur, can. extra conscientiam, distinct. 64. cap. pru-
dentiam, §. 1. versic. illa quippe, de offic. & potest. Iud.
45 Et per ampliores † homines perfectissima veritas re-
uelatur, l. quæstionum fin. §. sed sine, C. de fidei-
comm.

Interest enim vniculque plures habere consultores, &
plurium virorum iudicio vti, can. de quibus 20. dist. cap.
prudentiam, de offic. deleg. can. extra conscientiam 64. dist.
& propterea sequitur, quod dum causa commissa fuit
duobus coniunctim, sententia vnius est nulla, c. vno de-
legator. ext. de offic. delegat. c. cum ab vno, de re iudic. in
6. l. pedius, §. in seruum. l. item si vnus, §. item si plures,
ff. de arbitr. l. duo ex tribus, ff. de re iudic. Abb. in c. cau-
sam matrimonij n. 3. & ibi Bald n. 1. Dec. n. 3. ext. de offic.
deleg. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. n 182. Specular.
in tit. de sent. §. sequitur videre §. sed etsi iudices, Paul. de
Castr. in cons. 103. part. 1. dixitq; Rota in causa Nucerina
Paganor. 28. Iunij 1628. coram bo. me. Card. Virili. Sed
redeundo vnde digressi sumus, quamuis enim non desint,
46 † qui existimauerint in distrahendis rebus Ecclesiæ, vo-
candos non esse necessariò absentes à Capitulo, vel Con-
47 uentu, eo quia scriptum in iure non reperitur, quod †
debeant absentes vocari, nisi in tribus casibus, de qui-
bus glos. in cap. præsentium in verb. ipsorum. de testib. in 6.
quam sententiam secuti sunt Bart. in Auth. hoc ius porre-
ctum, n. 10. C. de sacrosanct. Eccles. Abb. sibi parum con-
stans in cap. cum omnes num. 7. in fin. de Constitut. & ibi-
dem Dec. sibi pariter contrarius in prima lectur. numer.
43. & 44. Imol. numer. 8. Bero. numer. 81. vers. item
in alienatione, Castr. consil. 4. numer. 1. & 2. lib. 1. cum
alijs.

Attamen eorum opinio procedere posset, quando ex
48 tribus partibus, præsentes † saltem sunt duæ partes Ca-
nonicorum, vel Monachorum, in quibus tunc consti-
tuitur Capitulum, vel Conuentus, & non si præsens tan-
49 tùm reperiatur vnus † Monachus, (vt accidit in casu
dictæ decis. Nouarien. Bonorum coram Merlino) nam
per vnum Canonicum, vel Monachum, non repræ-
sentatur † Conuentus, cùm iste terminus, Conuentus, 50
non verificetur in vno, l. Neratius, ff. de verbor. signif.
glos. in cap. 1. in verb. congregatione 10. quæst. 1. & in cap.
1. in verb. duo, de elect. & in cap. nobis in verb. conuen-
tuali, vbi etiam Anchar. numer. 17. Ioan. de Anan. nu-
mer. 24. de surrepat. Abb. consil. 25. numer. 2. lib. 2. Ro-
man. consil. 136. numer. 6. & dixit Rota coram bon. me-
mor. Cardin. Caualer. decision. 594. numer. 3. & decision.
648. num. 6. & coram bon. mem. Burat. decision. 795. nu-
mer 1.

Vnde consensus Conuentus exigitus à Iure in aliena-
tione bonorum † Ecclesiæ, non potest suppleri per vnum 51
tantùm Monachum, prout declarat glos. in auth. ius por-
rectum in verb. maiori C. de sacrosanct. Eccles. quam ibi
sequuntur Castr. num. 3. vers. item noto, Salicet. col. 2.
vers. oppono, quod maior pars, Abb. in cap. cum vniuer-
sas numer. 9. versic. tamen ad hoc, de elect. & in cap. 1.
numer. 16. versic. dicit clarius, de his quæ fiunt à maior.
part. Capit. Redoan. de rebus Eccles. non alien. quæst.
25. numer. 55. & 56. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 4.
titul. 7. num. 10. vbi dictam glosam dicit notabilem, &
à Doctoribus approbatam, & fuit late firmatum in dicta
causa Nouarien. Bonorum 13. Ianuarij 1642. coram Mer-
lino.

IMmemorabilis semper silet, † quando constat de ini- 52
tio, veluti si adsit (prout in casu præsentis decisionis)
Constitutio † aliqua Pontificia certum quid statuens, 53
vel prohibens, quia cùm statim incipiat ligare quod
non sic est in Constitutionibus Principum secolarium,
† nam isti potestatem habent a Populo, & ab homine, 54
& ideo eorum leges egent, vt ex earum vsu à populo
approbentur, l. 2. in fin. ff. de Senator. &c. nam & dici-
mus leges tunc firmari, cùm † moribus vtentium com- 55
probantur, Rota coram bon. memor. Card. Mantic. de-
cis. 781. num. 11. part. 4. diuers. est inter eius impress. de-
cision. 17. num. 6. quod tamen secùs est in Romano Pon-
tifice, † qui immediatè & solum à Deo habet auctorita- 56
tem absque vlla dependentia à consensu subditorum, &
de hac materia alibi plura dicam, cùm non sit hic locus,
Quare vt dictum est, stante † Pontificia Constitutione, 57
cum statim incipiat ligare, & sic vanum semper erit da-
te contra eam nec de centenaria, & nec de immemora-
bili, vt considerauit Rota coram Pirouano in causa Ra-
tisbonen. Canonicatus 23. Iunij 1617. & melius coram
Merlino in Maioricen. Indultorum 11. Aprilis 1639. §.
Nec applicari visa est immemorabilis, &c. quæ decisio fuit
confirmata coram eodem 27. Iunij eiusdem anni, quas de-
cisiones deinde Rota sæpius secuta est, & præsertim co-
ram Reu. P. D. meo Rojas in Fanen. Commendæ 27. Iunij
1639. & coram Reu. P. D. meo Carillo, in Rossanen. Deci-
marum 24. Ianuarij 1642. §. Primo quia posito, versic.
hinc resultat initium quod immemorabilem excludit,
&c.

Et generaliter expeditum est, quod quoties allegatur
principium temporis, hoc nihil aliud est, quàm alle-
gare contrariam † memoriam, & sic in totum tollere, 58
ac destruere immemorabilem, vt probat text. in l. 2 §. idem
labeo ait, ibi, Sed sufficere si quis sciat factum esse, ff.
de aqu. pluu. arcen. glos. in l. hoc iure §. ductus, in verb.
memoriam, ff. de aqu. quotid. & æstiu. Aymon consil.
434. num. 29. Couarr. in regul. possessor. part. 3. numer. 21.
in fin. de regul. iur. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 61.
& seqq. P. Molina Iesuita de Iustit. & Iur. tract. 6. di-
sput. 76. num. 1. Velaquez consil. 93. num. 7. Auendan. ad
l. 41. Tauri num. 16. Bellam. decis. 64. in fin. & fuit di-
ctum coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 467. numer. 7. &
coram bon. memor. Burat. decis. 831. numer. 6. & decision.
285. num. 4. part. 2. recent. & coram bon. mem. Pirouano
in causa Ferrarien. Bonorum 14. Nouembris 1622. versic.
immemorabilis confunditur, quando constat de initio, &c.
& coram bon. mem. Coccino in causa Corduben. Decimarum
de Lucena 15. Iunij 1635. iterumque coram eodem Piro-
uano in causa Pacen. Decimarum 21. Maij 1636. sunt
decisiones 56. num. 20. & 136. numer. 6. tom. 3. a me se-
lect. aliàs part. 7. recent. & recentius coram Reuerend. P.
D. meo Rojas in Forosempronien. Bonorum 4. Martij
1641. §. Nec in præsenti, versic. allegare principium tem-
poris est allegare contrariam memoriam, &c. & inter
alias decisiones, præsentem hanc * Rota refert,
& sequitur. ita etiam deinde fuit tentum in

causa Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis 10. Iunij 1642. coram Reu. P. D. meo Ghisilerio, §. Non obstat. vers. quia constat initio, ex quo destruitur immemorabilis, & in causa Bononien. Marcelli 15. Decembris 1642. coram Reuerendiss. P. D. meo Peutingero, §. Aichanc etiam, vers. & sic cum constabat de initio immemorabilis cessabat, &c. & in causa Barchinonen. Parrochialis, seu Vicariae 10. Iunij 1643. coram Reuerend. P. D. meo Carrillo, §. cum allegata praescriptio, versic. ad excludendum enim praescriptionem immemorabilem, &c.

Paulus Rubeus.

R. P. D. GIPTIO.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Veneris 26. Aprilis 1591.

ARGVMENTVM.

De Canonico in sacris non constituto, qui à Capitulo facultatem habet conferendi Canonicatum, multa notabilia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia conferre non est ordinis, sed iurisdictionis, & ideò beneficia conferre possunt etiam hi qui nullum habent ordinem.*

2 *Beneficia conferendi facultas est voluntariae iurisdictionis, & ideo exerceri potest etiam extra territorium, & Capitulum.*

2 *Conferendi beneficia habens facultatem à Capitulo, dicitur illa conferre, tanquam executor Capituli, num. 2.*

3 *Beneficia conferre nomine Capituli aliud est, quàm capitulariter nominare, & conferre.*

Canonicus in sacris constitutus non consequitur fructus suae praebendae, & est capax eorum actuum, qui non capitulariter, sed à singulis extra Capitulum expediuntur, num. 3. Declara, ut num. 4.

DECISIO XV.

1 QVamuis collatio beneficiorum Basilicae Sancti Petri de Vrbe, ex concessione foelicis recordationis Nicolai V. Asculani, ac aliorum Pontificum pertineat ad Illustrissimum D. Archipresbyterum, & Capitulum dictae Ecclesiae; nihilominus à multis annis vltra, obseruata, &c. reperitur, quod huiusmodi collatio beneficiatuum vacantium in vna hebdomada spectat ad Archipresbyterum; altera verò hebdomada ad Canonicum hebdomadarium per turnum, iuxta cuiuslibet praerogatiuam: verum quia in praecedenti turno duobus Canonicis in sacris non constitutis, de mandato Reuerendiss. Vicarij dictae Basilicae hebdomada assignata non fuit, sed nouus turnus inchoatus, quocirca succedente vacatione beneficiatus, de quo agitur, in hebdomada Reuerendiss. Archiepiscopi Melphiensi orta fuit dubitatio, an assignatio hebdomodatum per Magistrum cerimoniarum, prout praetenditur facta, de iure subsisteret, ita vt dicendum sit, dictum beneficiatum vacasse in hebdomada praedicti Episcopi Melphiensis. Et Domini dicta die, me de partium consensu extra Rotam causam proponente, tùm propter angustias temporis, tum etiam propter molem scripturarum, omissis nonnullis difficultatibus ab informantibus excitatis, de quibus, si opus erit, particulariter agetur, firmarunt regulam, quod Canonicus in sacris non constitutus ad effectum conferendi, suam hebdomadam habere debet. Potissima ratio DD fuit: Quia conferre beneficia non est Ordinis, sed iurisdictionis,
A quo fit, vt etiam hi qui nullum Ordinem habent, conferre quandoque possint, A Abb. *in cap. cùm dilectus, numer. 20. de consuetud. per text. in cap. dilecti, de maioric. & obed. cap. dilecta, de excessib. Praelat.* Rota *decision. 11. de prabend. in antiq.* Bisig. 3. *eodem tit.* &

in istis terminis consuluit Rebuff. *vt ipse meminit in tract. nomination. quaest. 8. numer. 3. versic. vade consulos.*

Nec videtur inconueniens; cùm facultas conferendi 2
beneficia sit voluntariae iurisdictionis, B Vnde quem- B
admodum exerceri potest extra territorium, Gem. *in cap. fin. num. 8. post princ. de offic. Vicar.* Ioan. de Selua, *de benef. quaest. 18. part. 2. numer.* 12. pari ratione fatendum est, extra Capitulum, & fieri posse, praesertim quia licuit Capitulo, hanc conferendi facultatem delegare, & concedere etiam illis Canonicis, qui non sunt in sacris, quo casu praedicti Canonici tanquam exequutores Capituli conferre cen-
sentur, C *cap. si qui, de prabend. in 6.* si quidem C
is dicitur facere, qui alteri faciendum mandat, *l. pater, in fin. ff. de manu vindict.* vt demonstrat Corra. *de benefic. rubr. de nominat. 12. numer. 26.*

Ex his tolluntur deducta *in cap. mandatum, de pre-* 3
bend. in 6. Rot. *decis. 4. de constitut. in antiq. & 49. de concess. prabend.* Nam aliud est conferre nomine Capituli, aliud capitulariter ad nominationem, siue collationem deuenire, per ea, quae notat Ioan. Monach. *in cap. cum omnes, sub num. 34. in fin. de constitut.* & sufficit Canonico, quod possit exercere hoc ius extra Capitulum, licet coram notario, & cum sigillo Capituli aptiùs expediatur. Et suadetur; quia collatio beneficiorum est in fructibus, *c. cum olim. vbi not. de maior. & obed.* Cassad. *decis. 3. num. 6. de petit.* idcircò sicut Canonicus, qui non
est in sacris, consequitur fructus suae praebendae, & est C
capax eorum actuum, qui non capitulariter, C sed à singulis extra Capitulum expediuntur, Glos. *in clem. vt ij qui in vers. capitulo*, vbi Scribentes, *de aetat. & qualit.* Ita etiam habere debet ius conferendi, *arg. legis, illud ad l. Aquil. cum vulg.*

Non obstat *d. Clem. vt hi*, quia procedit in illis rebus, 4
quae per vocem, & suffragia in Capitulo geruntur, D D
non autem nominatione, seu collatione, cùm haec inter se differant, *c. cum in illis de praben. in 6.* vt dicit Rebuff. *vbi proxime*, & cùm Clem. sit poenalis, debet restringi, & non ampliari, *ad l. interpretatione de poen. cum concordan.* Nec etiam obstat Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 4.* quia nil addit, sed solum innouat dispositionem *d. Clem. vt hi qui.* Etsi adesset aliqua dubitatio, quae tamen non adest, ex obseruantia subsequuta bene tolleretur, cui non obstat dispositio dict. Clem. dum annullat contrarias consuetudines; quia est intelligenda respectu vocis, & actuum, qui dumtaxat in Capitulo expediuntur, &c.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem XV.

1 *Beneficij collatio potest fieri per quaecunque verba, cum in hoc non sit praescripta aliqua verborum formula.*

2 *Beneficiorum collatio est voluntariae iurisdictionis.*

3 *Legatus potest conferre beneficia suae Prouinciae vnicuique, etiam existenti extra Prouinciam.*

Et hoc quia talis collatio est voluntariae iurisdictionis.

4 *Ordinarius in Curia an possit conferre beneficia.*

Iurisdictionem ordinariam nemo praesente Papa potest exercere.

5 *Ordinarij per absentiam non amittunt ius conferendi beneficia sibi competens in mensibus Ordinarijs.*

Ordinarij etiam extra Dioecesim existentes possunt per se, vel per alium conferre beneficia, numer. 5.

6 *Absentia non impedit Ordinarium, quominus beneficia conferre possit.*

7 *Beneficij collatio est actus voluntariae iurisdictionis, quem Episcopi extra territorium possunt exercere.*

8 *Vicarius Episcopi si habeat potestatem conferendi beneficia, potest ea conferre etiam extra Dioecesim.*

9 *Beneficij collatio facta ab excommunicato nondum tali declarato valet, & tenet, & n. 12.*

Et

Et hoc, quia beneficia conferre est iurisdictionis.

11 *Excommunicatus non priuatur exercitio Ordinis, vel officij, donec fuerit declaratus talis, sed solum à communione sacramentorum.*

Excommunicatus nondum declaratus talis, validè exercet ea, quæ sunt iurisdictionis, numer. 11.

13 *Beneficij collatio facta à suspenso nondum etiam tali declarato, non valet.*

14 *Suspensus etiam occultus non potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis.*

15 *Ordinarius est suspensus eo ipso, quod resignationem beneficij admittit, & ex post illud confert consanguineis resignantis.*

Sitientibus sat est fontem monstrare, num. 15.

16 *Imperator, siue aliquis Rex, &c. quando confert beneficium in vim Priuilegij Apostolici non dicitur ipse Imperator, seu Rex conferre.*

Sed ipse Papa confert ministerio tamen talis personæ.

17 *Et ideo talis collatio non reputatur Imperialis, vel Regia, sed merè, & absolutè Apostolica.*

18 *Actum quando quis gerit non nomine proprio, sed alterius, tunc eius persona nullatenus attenditur, sed ordinantis.*

19 *Actus attribuitur ordinanti, non autem exequenti.*

20 *Persona repræsentata attenditur, non autem eius, qui actum gerit.*

Persona cuius contemplatione actus geritur, solum attenditur, n. 20.

21 *Minister nudus in negotio, quod gerit, consideratur sicut res inanimata.*

22 *Actus Capitulares omnes illi sunt, qui Canonicis vocem non habentibus in Capitulo conueniri possunt.*

23 *Episcopum associare, Ecclesiam defendere, delegationes suscipere, fructus percipere, non sunt actus capitulares.*

24 *Optare, & ratione hebdomadæ conferre, vel nominare, non sunt actus capitulares.*

Canonicatus possessionis traditio non est actus capitularis, num. 24.

25 *Sessio non est actus capitularis, nec capitulariter dicitur fieri, cum ab ea non excludantur Canonici, qui non habent vocem in Capitulo.*

26 *Capitularis non dicitur ille actus, in quo non est necesse, vt interueniat maior pars Canonicorum.*

Neque ad illum actum Canonici capitulariter congregantur.

27 *Neque in eo tractatur de pertinentibus ad Iura Capituli, quæ tria sunt necessaria, vt actus dicatur capitularis.*

28 *Actus illi dicuntur capitulares, qui concernunt gubernium, & administrationem Ecclesiæ, & requirunt vota eorum, qui sunt de Capitulo.*

29 *Canonicus in sacris non constitutus conferendo beneficium ratione suæ hebdomadæ, non facit actum capitularem.*

Quia si esset capitularis, dict. Canonicus non posset illum exercere, quia non habet vocem in Capitulo.

30 *Actus plures, qui non sunt capitulares hic referuntur, cùm vocentur potius chorales, quàm capitulares, & num. 31.*

32 *Capitularis, si dicatur ille actus, qui celebratur, vbi fit Capitulum, hoc asserere vanum est.*

33 *Actus aliquis, si verò sit capitularis, non tamen desinit esse talis, licèt ex aliquo accidenti, non fiat in loco solito Capituli.*

Locus omnis, vbi Capitulum congregatur, dicitur Capitularis, dummodo sit honestus, numer. 33.

34 *Locus certus non est de essentia Capituli.*

35 *Canonici in sacris non constituti non habent vocem in Capitulo, & ista Constitutio Concil. Vienen. fuit innouata, & ampliata à Concil. Trident.*

36 *Beneficiatus, vt præcedat Canonicum in sacris non constitutum, statuto induci potest.*

37 *Et hoc in odium Canonicorum ordines sacros suscipere negligentium, & sic inuitentur ad illos suscipiendos.*

38 *Intellige tamen hoc fieri ratione Ordinis, non autem dignitatis, nam cùm postea Canonicus initiatur sacris Ordinibus ascendit ad suum locum.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM XV.

NOn solùm enim beneficij collatio potest fieri per
quemcumque, sed etiam per quæcumque verba
facta valet, & tenet, cùm in hoc non sit præscripta ali-
qua formula † verborum, sed quomodolibet potest indif- 1
ferenter explicari dicta collatio, Io. de Sylu. *in tract. de
benefic. part. 3. quæst. 10. numer. 11.* Lambert. *de Iurepatr.
lib. 2. par. 3. quæst. 11. art. 1. num. 6. in fin.* & nuper aduertit
Rota *coram clar. me. Reuerendiss. Merlino in causa Par-
men. Beneficij 31. Ianuarij 1642. §. Non obstat, vers. in quo
non exigitur, nec præscripta est aliqua verborum formula,
&c.*

Quod enim collatio beneficiorum sit voluntariæ iuri-
sdictionis, † text. est *in cap. transmissam, & in cap. nulli,* 2
de elect. & vtrobique Doctores, glos. *in cap. nouit in verb.
terminos*, & ibi Abb. *ibi num. 3. de offic. Leg.* Lap. *alle-
gat. 89. numer. 12.* Probus *in cap. cum illis num. 11. de præ-
bend. in 6.* Nil. *in repertor. verb. Beneficium n. 4.* latè Sely.
de benef. q. 40. n. 1. & seq. Couar. *lib. 3. variar. cap. 20. n.
8. & 9.*

Hinc videmus, quod Legatus potest conferre † bene- 3
ficia suæ prouinciæ vnicuique, etiam existenti extra pro-
uinciam, ex quo collatio est voluntariæ iurisdictionis,
Calderin. *cons. 3. num 3. qui fil. sint legit.* & dixit Rota *co-
ram bon. memor. Reuerendiss. Coccino in Vercellen. Archi-
diaconatus 21. Aprilis 1608. est decisio 405. nu. 4.* vbi cor-
rige allegationem, cùm sit defectuosa, dum ibi dicitur,
(Oldrad. *consil. 3. num. 3.* qui expresse loquitur de legato,
qui fil. sint legit.) nam dicere debet: Oldrad. *consil. 73 in
princip. vers. hinc videmus.* Calderin. *cons. 3. num. 3. &c.*
facit etiam alia decisio *coram eodem in eadem causa sub die
6. Iunij 1606. est decis. 349. num. 5.* An autem † Ordina- 4
rius in Curia possit conferre beneficia, quia præsente
Papa nullus potest iurisdictionem ordinariam exercere,
videatur Gomez. *super regul. de non ind. &c. quæst. 3. vers.
sed maius dubium*, Æneas de Falcon. *de reseruat. quæst.
4. princ. quæst. 10.* Paul. *in practic. Cancell. quæst. 82.* Pa-
tun. *de potestat. Capitul. sed. vacant quæst. 1. part. 2. col. 3.
num. 6. vers. Quinimmo*, Steph. Gratian. *discept. forens.
cap. 127. n. 4.*

Hinc est pariter Ordinarios per absentiam non amitte-
re Ius conferendi beneficia sibi competens † in mensibus 5
Ordinarijs, cùm etiam extrà Diœcesim existentes benefi-
cia vacantia per se, vel per alium conferre possint, *cap.
statutum*, vbi glos. *in verb. in remotis*, & ibi Geminian.
super dicta glos. num. 11. circa finem, de præbend. in 6.
Doctores *in cap. post electionem*, vbi Io. Andr. *num. 2.* &
Anchar. *eodem num 2. de præbend.* Abb. *in cap. nouit, num.
9. vers. demum quæret. ext. de offic. deleg.* Absentia enim
(cessante in alternatiua) non impedit Ordinarium, † 6
quominus conferre possit, Innocen. *in cap. quia diuersi-
tatem numer. 5. de concess. præbend.* Alphonsus Sotus anti-
quus glossator *super regul. Cancell. 15. versic. venio nunc
ad quartum*, Sarnensis *in regul. de non ind. sext. form.
supplicat. q. 3. n. 2.* dixitque Rota *in causa Egitanien. Ca-
nonicatus 5. Decemb. 1605. cor. bo. me. Penia, est decisio
962. nu. 2. inter eius nunc imprimend.* Et ibi ea redditur ra-
tio, de qua supra, † quia collatio est actus voluntariæ 7
iurisdictionis, quam Episcopi extra territorium exerce-
se possunt, *l. ff. de off. Proconf. l. emancipari*, & ibi no-
tat. Bart. *in princip. ff. de adopt.*

Et quod dictum est de Episcopo, idem intellige verum
pariter in eius Vicario habente † potestatem conferendi 8
beneficia, vt possit ea conferre etiam extra Diœcesim,
vt iam olim fuit decisum in Rota *dec. 5. per. tot. de off. Vi-
car. in antiquior.* quam decisionem amplexus est Senatus
Burdegal. penes Boer. *decis. 30. nu. 6. vers. sed contrarium
tenet Dominus de Rota, &c.* & idem sentit Lambert. *de
Iurepatr. in art. 6. 2. part. princ. secund. part. lib. fol. 281.*
Couar. *lib. 3. cap. 20.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 62.
num. 3.*

Vide-

9 Videmus pariter, † quod collatio beneficij facta ab ex-
communicato valet, & tenet, si adhuc declaratus non
sit excommunicatus, & hoc eadem ratione, quia bene-
10 ficia conferre est actus iurisdictionis, † & excommuni-
catus non priuatur exercitio Ordinis, & officij, donec
11 fuerit declaratus, sed tantum à communione † Sacra-
mentorum, vnde ea quæ sunt iurisdictionis validè exer-
cet, facit *l. Barbarius*, & ibi Doctores, *C. de offic. præ-
tor. can. nonne 8. quæst. 4. cap. ad probandum*, & ibi Abb.
nomer. 3. & 14. in fin. & seqq. Felin. *num. 3. & 6. de re iu-
dic.* vbi dicit ita fuisse iudicatum in Rota tempore suo.
Innoc. *in cap. veritatis num. 1. vers. quod intelligendum vi-
detur*, & ibi Bellam. *num. 22.* Abb. *num. 43.* & cæteri DD.
de dol. & contum. Franc. Marc. *decis. Delphinal. 967. n. 5.
& 13.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 41. num. 4.* & latè
probat bo. me. Martin. Bonacina *in suo tract. de censur. di-
sput. 2. quæst. 2. punct. 5. in 2. proposit. num. 6. & per tot.* &
dixit Rota *coram bon. me. Gyps. in causa Burgen. Canoni-
catus 27. Iunij 1586. in fin. versic. placebat Dominos de oc-
culto excommunicato cuius gesta ratione publici officij tenent,*
12 *&c.* & in puncto ad effectum validitatis collationis † fa-
ctæ ab excommunicato nondum tali declarato, decisum
fuit *coram bon. me. Card. Pamphil. in causa Iacen. Archi-
diaconatus 23. Iulij 1601. est decisio 168. part. 5. diuers.
aliàs post 2. tom. consil. Farinac. & coram bon. mem. Card.
Lancellotto in causa Placentina Beneficij 1. Iulij 1611. &
coram bo. me. Francisco Vbaldo in eadem causa sub die 20.
Nouembris 1613. est decisio 534. & seqq. vbi plura part. 1.
recent. deinde id fuit confirmatum coram eodem in eadem
causa sub die 21. Maij 1614. est decisio 602. eadem part. 1.*
Congruit etiam, id quod è contra cautum reperimus,
13 nempe, beneficij collationem esse † nullam, & inuali-
dam si sit facta à collatore suspenso, licet occulto, & non
declarato tali, & ratio est, quia suspensus etiam occul-
14 tos censetur prohibitus † ab exercitio iurisdictionis, Na-
uar. *in manual. cap. 27. sub num. 151. & cons. 4 sub num. 3.
de cler. excomm.* & consequenter collationis beneficiorum,
cùm (vt sæpiùs dictum est) actus sit iurisdictionis, *& ita
in terminis* inualidandi collationem beneficij factam ab
Episcopo non declarato suspenso, qui inciderat in Con-
stitutionem fanct. mem. Pij V. *in nouo Bullar. Con-
15 stit. 18. §. 5. & 6.* in † qua disponitur Episcopum es-
se suspensum eo ipso, quod admittit resignationem be-
neficij, & ex post illud confert consanguineis resignan-
tis, &c. *fuit resolutum coram bon. mem. Gyps. in causa
Assisien. Canonicatus 25. Iunij 1599.* quæ decisio ab eo-
dem non habetur extensa, (quia fuit morte præuen-
tus) sed à R. P. D. Litta, impressaq; habetur *in 2. par. re-
cent. decision. 17.* & ibi vide, sitienti enim sat est mon-
strare fontem.

In quibus verò casibus Episcopi incurrant in suspensio-
nem, ponit Ioan. Aloys. Ricc. *in prax. fur. Ecclesiastic.
dec. 470. per tot.* vbi vndecim ponit casus, & addi potest
supra relatus.

C

ITaque quando Imperator, † siue aliquis Rex, aut
16 alius Laicus confert aliquod beneficium in vim priui-
legij Apostolici, tunc non dicitur ipse Imperator, seu
ipse Rex, &c. conferre, sed confert ipse Papa median-
te ministerio talis personæ, & ideò collatio non reputa-
17 tur Imperialis, aut alterius † Principis, sed merè, &
absolutè Apostolica, ad *l. etsi Prætor. ff. de off. eius, cui est
mand. iurisd. l. solet. ff. de iurisd. omn. iud.* Rota *de-
cision. 15. num. 2. vers. quia Imperator, &c. de prabend.
in antiq.*

Et in iure satis tritum est, quando quis actum gerit
18 non nomine † proprio, sed tamquam minister alterius,
tunc nullatenus eius persona, sed ordinantis attenditur,
19 eique dictus actus, & non exequenti † attribuitur, *l. si
hæres ex testamento, ff. de act. empt. l. item eorum, §. si
decuriones, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l. vnum, §.
1. ff. de legat. 2. l. denique, §. final.* vbi Bald. *C. si
aduers. rem iudic.* vbi quod attenditur persona represen-
20 tata, † non autem eius, qui actum gerit, *& in l. seruo
legata, §. si testator, ff. de legat. 1. l. fideicommissum, §.
interdum, ff. de legat. 3.* vbi quod attenditur solum perso-
na contemplatione cuius agatur, cum alijs relatis à Rota
*coram R. P. D. meo Ghisilerio in causa Ariminen. Molendi-
ni 7. Maij 1638. § Nec de veritate vers. quia tamquam nu-
dus eorum minister interuenit, &c. & recentius coram R.
P. D. meo Carillo in Rossanen. Decimarum 22. Iunij 1640.
§. Prout nec etiam releuare, &c. vers. ea præcipuè ratione
quoniam actus attribuitur ordinanti, &c.*

Vnde dici potest nudum ministrum † in negotio, 21
quod gerit nomine alterius esse tamquam merum instru-
mentum, & sic consideratur tamquam res inanima-
ta, vt habetur *in can. homicidas, & in can. si ho-
micidas 22. quæst. 2.* meminitque Rota *in causa Roma-
na societatis Officij 16. Aprilis 1612. coram bon. memor.
Card. Sacrato.*

D

QVare per regula tradi solet. Actus Capitulares †
esse omnes illos, qui Canonicis vocem non ha- 22
bentibus in Capitulo, quia in sacris non sunt constituti
conuenire possunt, & plures ponuntur per gloss. *in dict.
clem. vt ij de atat. & qualit.* Nempe Episcopum associare,
† Ecclesiam defendere, delegationes suscipere, fructus 23
percipere, & ibidem Abb. Cardinal. & Anchar. alios ca-
sus referunt prout optare, & ratione hebdomadæ conferre,
vel nominare (prout est casus noster) quæ ratione † Cano- 24
nicæ eisdem debentur, non tamen vti Capitulares vocem
habentes, exercere debent, dum vt dixi, in sacris non sunt
constituti, Cassador. *decis. 8. de caus. possess. & propriet.
in princ.* vbi exemplificat in traditione possessionis Cano-
nicatus, Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 37.* & dixit
Rota *coram Reuerendiss. Vrgellen. in causa Leodien. Bene-
ficij quæ est decisio 368. num. 2. inter eius impress.* & nuper
fuit dictum *in causa Valentina Præeminentiarum 19. No-
uembris 1640. coram bon. mem. Coccino, in §. secundo con-
siderabant, &c.*

Vbi dicitur, quod sessio non est actus Capitularis,
aut † Capitulariter fieri dici non potest, quia ab ea exclu- 25
di non possunt Canonici, qui non habent ordinem sa-
crum, & tamen ab actibus Capitularibus excluduntur,
d. Clem. vt ij, de atat. & qualit. Et subditur, illum non
esse actum Capitularem, in quo non est † necesse, vt in- 26
terueniat maior pars Canonicorum, neque ad illum
actum Canonici Capitulariter congregantur, neque in eo
tractatur de respicientibus ad Iura Capituli, quæ omnia
† requiruntur ad hoc, vt actus dicatur capitularis, vel 27
capitulariter fieri, vt bene inquit ad propositum Federi-
cus de Sen. *consil. 141. versic. ideo permissorum sumen*,
gloss. & DD. *in d. Clem. vt ij, de atat. & qualit.* Quæ deci-
sio *Valentina Præeminentiarum fuit deinde confirmata in
eadem causa coram bon. me. Reuerendiss. Pirouano, sub die
21. Martij 1641.* vbi asseritur, illos non posse dici actus
Capitulares, qui concernunt † gubernium, & admini- 28
strationem Ecclesiæ, & vota eorum, qui sunt de Capi-
tulo in confirmatione prædictorum. Actus vero non Capi-
tulares sunt ij, qui vt Canonicis vocem non habentibus in
Capitulo conuenire possunt, & in specie exemplificatur,
prout est casus noster, † quando Canonicus in sacris non 29
constitutus ratione hebdomadæ confert, vel nominat.
Et abundè plures actus ibi referuntur, qui nullo modo
dicuntur Capitulares, veluti incedere ad recipiendum
Candelas † in die Purificationis, Cinerem in diem 30
Cinerum, Palmas in die Palmarum, Thurificatio, De-
latio, Salutatio Canonici Præsidentis, & aliorum Ca-
nonicorum in Choro existentium, Associare D. Episco-
pum, & facere cum eo circulum ad Introitum Missæ,
Kyrie, Gloriæ, Credo, &c. Ingredi Chorum per por-
tam principalem præsente D. Episcopo, ac ab ipso saluta-
ri, ac benedictionem accipere, &c. & alij plures actus,
qui ibi habentur, quos breuitatis ergo non refero.
Nam isti dicuntur actus Chorales, † & nequaquam 31
Capitulares, Prædictaque decisio Pirouani fuit dein-
de magnificata *coram eodem in eadem causa sub die 7.
Iunij 1641.* vbi etiam dd. actus replicantur, & recentiùs
ità etiam sensit Rota *in altera Valentina Iuris seden-
di 20. Iunij 1643. coram Reuerendiss. P. D. meo Leone
Verospio*, vbi referuntur, & sequuntur supradictæ de-
cisiones *in dicta causa Valentina Præeminentiarum*, &
deciditur ibi, quod stallum in Choro non est actus Capitu-
laris.

Et nota vanum esse, si asseratur illum dici actum capi-
tularem, qui in loco vbi celebratur † Capitulum fit, quia 32
aliud est dicere, aliquid fieri in Capitulo, & aliud fie-
ri capitulariter, & ita reijciendo hanc verbalem præten-
sionem, respondit Rota *coram bon. mem. Card. Seraph.
decis. 1297. num. 3. & coram Reu. P. D. Ghisilerio in Ar-
gentin. coadiutoria 2. Maij 1631. est decisio 36. n. 9. tom.
2. à me select. aliàs part. 6. recent. & recentius fuit dictum*

coram

coram Coccino in d. Valentina Praeminentiarum 19. Nouembris 1640. §. Nec releuat, quod ex eo, quia dd. actus fiunt in loco, vbi aliquando Capitulum celebratur, &c.

33 Sicuti etiam è contra dicimus, si aliquis † actus verè sit Capitularis, non tamen desinit esse talis, si ex aliqua causa non fiat in loco solito Capituli, quia locus omnis, vbi Capitulum congregatur, dicitur Capitularis, dummodo sit honestus, *c. quod sicut*, vbi Abb. *n.2. & cap. cum terra, de elect.* & ibi glos. *in verb. in quo*, notat, certum lo-
34 cum non esse † de substantia Capituli, aduertitque Rota *in d. dec. 36. n.6. part.6. recent.*

D C Onstitutio ista Concilij Viennensis fuit innouata,
35 & ampliata † à Concil. Trident. *sess. 22. de reform. cap.4.* & docent Azor. *institut. moral. part.2. lib.3. cap. 11. num.20.* latè Monet. *de distribut. quotid. par.2. cap. 20. numer.3. & seqq.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. cap.19. §. 3. num.1.* Piasec. *in prax. Episcopal. par. 2. cap. 3. numer.7.* Paul. Laym. *canon. quaest. de Praelat. Ecclesiasticor. elect. quaest. 181. respons. 3. & quaest. 28. respons. 2.* Fr. Emanuel *quaest. Regul. tom.2. quaest. 51. ar. 5.* Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo qu. 24.* & dixit Rota *coram eodem Gyps. in hac eadem causa 13. Martij 1594. est decisio 600. num. 2. par.4. diuers.* & videatur apud Garz. *de benefic. par. 3. cap. 4. num.24.* vbi ponit decretum in hac materia Eminentiss. DD. Card. super Congreg. Concil. *& numer. 30.* limitat hanc conclusionem in terminis nostris, & ad hoc adducit
* præsentem hanc decisionem * *26. Aprilis 1591. &c.* Fa-
36 cit etiam quod dicimus statuto posse induci, † vt Beneficiatus procedat Canonicorum ordines sacros susci-
37 pere negligentium, vt hac ratione inuitentur ad † illos suscipiendos, vt censuit Rota *coram Eminentiss. D. Cardin. Pamphil. in caus. Hispalen. Praeminentiar. 4. Iunij 1612. & decisio 416. num 7. part. 1. recent. & coram bon. me. Coccino, in altera Hispalen. Praeminentiarum 4. Iulij 1625. est decisio 459. num. 10. tom. 1. à me select. alias part. 5. recent.* vbi etiam dicitur hoc fieri ratione Ordinis non
38 autem † dignitatis, nam cùm postea Canonicus initiatur sacris Ordinibus ascendit supra omnes Portionarios.

Paulus Rabens.

R. P. D. PAMPHILIO.

postea S. R. E. Cardinali.

Imolen. Bonorum.

Veneris 13. Nouembris 1592.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica transit etiam ad heredes extraneos, quando fuit concessa cum clausula, *ad habendum*, & quid, si post hanc clausulam adest prohibitio alienationis, & an prohibitus alienare censeatur etiam prohibitus relinquere in testamento.

SVMMARIVM.

1 *Remedium* l. final. C. de edict. D. Adr. toll. *datur etiam in bonis emphyteuticis à testatore possessis tempore mortis.*

2 *Possessorum ex* l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. *impeditur per exceptionem dominij in continenti probata.*

Emphyteusis Ecclesiastica est transitoria ad extraneos heredes, quando in inuestitura adest clausula ad habendum, *vel ad faciendum quicquid placuerit, num.2.*

3 *Emphyteusis Ecclesiastica an, & quando sit transitoria ad extraneos heredes, per subsequentem prohibitionem alienationis, positam post clausulam, ad* habendum, *& num.6.*

4 *Prohibitus alienare, non censetur prohibitus in testamento relinquere, etiam quod prohibitio sit facta verbis pregnantibus, & vniuersalibus, & n.6. vbi de eadem materia, & n.7.*

5 *Verba interpretanda semper sunt, ne dispositio remaneat elusoria, & frustratoria, etiam in materia odiosa.*

7 *Prohibitum quoad certas personas expressas, censetur permissum, quoad alias personas non expressas.*

DECISIO XVI.

P Roposui de nouo causam super resolutis. Et quan- 1
tum ad bona, in inuestitura facta q. Ioanni Maluetio 1576. Domini pro maiori parte recesserunt, & tenuerunt, in illis licèt emphyteuticis, dandam esse hæredibus immissionem, *ex remed. l. final. C. de edict. D. Adr. toll.* iuxt. text. *in cap. 1. §. inter filium, vers. defuncto, si de feud. fuerit contr. inter dom. & agnat. cum alijs allegatis.*

Nec posse Reuerendiss. Episcopum hanc immissio- 2
nem impedire, quasi incontinenti A doceat de iure A
suæ Ecclesiæ, ad not. per Zucard. *in l. fin. num.486.* & alios quos congerunt, & Modern. *in 4. remed. adipisc. num. 381.* quia licèt ex deductis in decisionibus, videretur Dominis, sufficienter probari dominium Ecclesiæ Imolæ, & obitum Ioannis sine filijs, & descendentibus, tamen ex hoc non sequi, quod bona fuerint ad Ecclesiam deuoluta, propter clausulam *Ad habendum, &c.* Et quicquid prædicto Ioanni, & eius filijs, & hæredibus, & descendentibus deinceps placuerit, faciendi, quæ verba æquipollent clausulæ, *& quibus dederit*, & faciunt emphyteusim, etiam Ecclesiasticam, transi-
toriam ad quoscumque hæredes etiam extraneos, B B
Doct. *in cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud.* Paris. *consil. 81. in fin. lib.* Curt. iun. *cons. 4. num. 1.* Clar. *in §. Emphyteusis, quaest. 28. ad fin.* cum alijs allegatis, & fuit resolutum *in causa Romana domus Sancti Eustachij, de mense Februarij 1581. coram Illustriss. Cardinali Lancellotto.*

Neque virtutem huius clausulæ tolli ex subsequenti 3
prohibitione alienationis, C iuuata consilium Bald. C
465. *num. 5. lib. 5.* Dec. ibi *sub num. 3.* cum alijs allegatis in decisione, quia quicquid dicendum sit, vbi subsequens prohibitio alienationis vix est absoluta, & indefinita, in quibus terminis loquuntur Doctores in contrarium allegati, tamen quando prout in hoc casu, est po-
sita ad limitandam præcedentem facultatem alienandi, D D
vt scilicet inter viuos fiat cum expressa licentia Domini, si velit emere, præferatur pro solidis quinque minus; Per viam verò vltimæ voluntatis, dummodo non ad fauorem loci pij, vel pro anima, excepto Episcopatu, potuit concludi; in casibus non exceptis remanere illesam facultatem disponendi de re emphyteutica, quæ excludat ex vulgata regula, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, *l. nam quod liquide, §. fin. de penult. leg. l. quaesitum, §. de fund. instr.*

Et per consequens, Ioannem potuisse de istis bonis disponere per viam institutionis hæreditatis, quæ sub generali prohibitione alienationis, siue sit indeterminatè facta, siue limitatiuè ad certas personas, dummodò illæ non instituantur, non comprehensa, Bart. *in l. pero, §. patre, num. 2. de leg. 2. & in l. si ita quis, §. ea lege, numer. 1.* vbi post alios Ias. *num. 41. de verb. oblig.* Ang. *cons. 57. num. 5.* Alex. *in cons. 155. num. 3. lib. 2.* Socin. iun. *cons. 97. num. 55. lib. 2.* Couar. *in c. Raynaldus, in princ. sub num. 4. de testibus*, Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. numer. 4.* latè Gabr. *concl. 10. de fideicomm.* Etiam si prohibitio verbis vniuersalibus, & prægnantibus facta sit, iuxta opin. Angel. *d. cons. 57. num. 5.* Alex. *d. cons. 155.* Ias. *cons. 96. col. antepen. vers. istam decisionem lib. 4.* Ruin. *cons. 59. n. 16. lib. 2.* Corn. *in mem. in verb. alienatio prohibita.* E Quæ opinio licèt simplici- E
ter sumpta, possit habere difficultatem ex not. per Alciat. *in l. si filius familias, §. diui, sub num. 41.* & ibi Rip. *sub num. 99. de leg. 1.* Cephal. *cons. 153. vol. 2.* cum alijs, per Gabr. *d. concl. 10. num. 61.*

In casu tamen, de quo agitur, est seruandum, prop- 5
ter præcedentem amplam facultatem alienandi, F tam F
in

in contractu, quàm in testamento, quia ne remaneat frustratoria, & elusoria contra regulam *c. si Papa de priuil. in 6. l. si quando in princ. ff. de leg.* Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt. 9. quæst.* quæ procedit etiam in materia odiosa, & stricta, Cald. *cons. 6. in fin. qui filij sint legit.* dicendum est, sequentem prohibitionem comprehendere omnem alienationem, propter causam institutionis hæredis, vt in his terminis declarat Boss. *in tit. de publicat. bon. num. 6. circa fin.*

6 Præsertim quia ista subsequens prohibitio alienationis, sine expressa licentia Domini, est facta ad effectum, vt ipse si velit, possit emere, & pro se acquirere; & quibusuis alijs, pro solidis quinque minus, præferatur. Quod suadetur ex eo, quod ipso nolente emere, datur libera facultas Ioanni Emphyteutæ vendendi quibuscumque emere volentibus, exceptis personis à iure prohibitis. Qui effectus prælationis verificantur tantum in alienatione inter viuos, propter factam mentionem prætij; Io. Andr. in addit. ad Spec. *in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum d. 2. num. 2. vers. sed pone*, cum alijs per Fab. *de emp. & vendit. part. 1. q. 2. n. 3.* Nec proportionatur institutioni hæredis, in qua non intrat ratio prælationis, ad not. per Socin. iun. *cons. 97. num. 60. lib. 2.* Nec requiritur aliqua licentia Domini directi, Paris. *cons. 85. in fin. lib. 4.* Et vulgaris est regula, quod verba quantumuis generalia, semper restringuntur à ratione, & causa, propter quam sunt prolata, Bald. & Salicer. *in l. final. C. ad Maced. in cons. 3. num. 2. & cons. 336. num. 6.*

7 Confirmantur prædicta ex eo quod in prædicta prohibitione dicitur, huiusmodi bona non posse relinqui loco
G pio, G vel pro anima, excepto Episcopatu; quod in necessarium antecedens præsupponit facultatem disponendi de re emphyteutica per viam vltimæ voluntatis, & institutionis hæredis in alias personas, præter expressè prohibitas, *l. cum prator. ff. de iud. l. etiam quod liquidè, §. final. de pen. leg.* Ruin. *cons. 95. num. 10. lib. 2.* & faciunt notata per Bart. *in d. l. pete, §. fratre, & in d. l. si & aquis, §. ea lege*, cum alijs suprà citatis. Vltra quòd superflua omninò esset ista particularis prohibitio relinquendi loco pio, vel pro anima, si sub verbis generalibus comprehensa esset hæredis institutio, Alex. *cons. 155. num. 4. lib. 2.*

Et ita Domini pro maiori parte resoluerunt, quantum ad bona, de quibus agitur, in inuestitura anni 1576. nisi ex alijs inuestituris antiquis factis antecessoribus q. Ioannis, in quibus non est posita illa clausula, *& quicquid placuerit, &c.* quas R. D. Episcopus prætendit esse attendendas, dum aliud dicendum sit; quod prædicti Domini reseruarunt particulariter videndum. Quantum verò ad alia bona, de quibus in inuestitura anni 1577. dantur diuersa instrumenta, & iustificandum est, quomodo se habeat. Quo verò ad alias, de quibus inuestitura anni 1584. non adest facultas disponendi de re Emphyteotica, prout placuerit, & ideò de istis aliàs agetur.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem XVI.

1 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. cessat per exceptiones incontinenti probatas.*

2 *Testamento, quando lex resistit, tunc non intrat remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

3 *Testator si perperam testatus est, veluti quia testamentum condere non poterat, tunc vanum est petere immissionem vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

4 *Equites Hierosolymitani sunt veri Religiosi, & dicuntur Clerici Regulares sub Religione S. Augustini,*

5 *Et tribus votis sunt astricti, scilicet, castitatis, paupertatis, & obedientiæ.*

6 *Atque horarum Canonicarum loco, orationem Dominicalem recitare tenentur aliquoties per diem.*

7 *Equites Hierosolymitani tam de iure communi, quàm ex eorum Constitutionibus carent actiua testamenti factione.*

8 *Religio Hierosolymitana succedit in omnibus hæreditatibus Equitum.*

9 *Equites Hierosolymitani habita licentia à Magno Magistro condendi testamentum, tunc illud viribus subsistit.*

10 *Equites Hierosolymitani, si condant testamentum sine dispensatione, hæredi non potest dari immissio, & n. 11.*

12 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. quando impeditur ex incapacitate personæ testantis, talis incapacitas incontinenti debet probari.*

Pupillus, furiosus, mentecaptus, freneticus, hæreticus, vsurarius manifestus, &c. non possunt condere testamentum, n. 12.

13 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. &c. cessat ex incapacitate personæ hæredis instituti.*

14 *Hæreticus non potest institui hæres.*

Filius spurius perperam à patre instituitur hæres.

Spurietas reddit filium prorsus inhabilem ad succedendum patri tam ex testamento, quàm ab intestato, numer. 14. Itaque nec in ono potest honorari.

15 *Filio spurio denegatur immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen. etiam si pater eum legitimum nominasset.*

Et quid stante in promptu legitimatione.

16 *Hæredi incapaci bonorum negatur immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. etiamsi hoc vitium non sit visibile.*

Petendi causam is non videtur habere, qui id quod petit, retinere nequit, n. 16.

Retinere aliquid, si quis non possit, respectu effectus perinde est, ac si nihil ei deberetur, n. 16.

17 *Actus frustratorios iura non intendunt admittere.*

18 *Hæredi scripto vt detur immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. ex eius incapacitate, quid requiratur, & n. 20.*

19 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. est possessorium quasi recuperandæ possessionis, ex quo quasi spoliata hæreditas fuerit, restituitur in personam hæredis.*

21 *Iura mirum in modum fauent testamentarijs dispositionibus, vt quanta cuius execucentioni mittantur, & num. 22.*

23 *de Hæreditate mortuorum tamdiu contenditur, quamdiu testamentum profertur in publicum, & eo aperto omnes acquiescunt.*

24 *Testamentorum verba, quod sint adeò potentis naturæ, mirandum est, cum sint verba mortui sine sensu iacentes in monumento.*

25 *Clausula ad habendum, vis, & energia eneruatur, & prosternitur ex prohibitione alienationis, ita vt tunc quasi de vento deseruiat.*

26 *Alienationis prohibitio plus influit in emphyteusin, & magis est attendenda, quàm clausula, ad habendum.*

27 *Verborum inuolucrum, quod in clausula, ad habendum includitur, multoties a partibus non percipitur, & multo minus vis, & efficacia dictorum verborum.*

Et ideo per ea non censetur recessum à præcisis verbis contrahentium, n. 27.

28 *in Inuestituris potius insistendum est principali, & expressæ dispositioni partium, quàm illationi, quæ ex clausula, ad habendum inferri posset.*

29 *Clausula, ad habendum, restringenda est ad naturam contractus.*

Contrahentes semper censentur disponere secundum naturam contractus, & dispositionem iuris communis, sub n. 29.

30 *Clausula, ad habendum, semper intelligenda erit retento superiori themate.*

Et ne per eam censeatur recessum a principali dispositione.

31 *de Voluntate partium, quando constat, non est curandum de aduersatione, quæ oritur ex verbis clausularum generalium,*

Cum illæ censeantur apposita a Notarijs ex imperitia, vel quodam solito, aut ex eorum capite.

Notariorum imperitia destruit Mundum, numer. 31.

32 *in Inuestituris, quando adest prohibitio alienationis,*

nis, & est apposita clausula, ad habendum, cùm ista sint due contraria, nempe quod non possit alienare, & quod possit alienare.

Ideo ad euitandam hanc contraristatem, elidatur vis d. clausula, ad habendum.

33 *Qua conclusio tamen non procedit, quando prohibitio alienationis est conditionalis, quia purificata conditione, suo effectus operatur dicta clausula, ad habendum.*

34 *Alienationis prohibitio, quando est realis, apta est comprehendere omne genus alienationis.*

35 *Verbum, alienatio, capit tam actus inter viuos, quàm in vltima voluntate.*

36 *Et quid si dictum verbum reperiatur adiectum verbis denotantibus actus inter viuos.*

37 *Alienatio quando est permissa per verba prohibitiua, tunc strictè est interpretanda.*

38 *Et si est restringenda ad casus expressos.*

39 *Alienatio quando est concessa per verba permissiua, tunc non difficulter amittitur extensio.*

40 *Testandi facultas facilius permittitur, quàm dispositio per contractus inter viuos.*

Actus vltima voluntatis est fauorabilior, quàm dispositio inter viuos, num. 40.

41 *Alienatio quando est permissa, censetur permissa tam ea, qua fit inter viuos, quàm ea, qua fit in vltima voluntate.*

42 *Alienatione prohibita an contra eandem prohibitionem factam censeatur etiam prohibita heredis institutio, dubium est.*

43 *Alienatio quoties est concessa, sub ea facultate continetur quicumque modus, quo eadem alienatio fiot.*

44 *Et sic etiam heredis institutio, & super hac sententia nullus adest contradictor.*

sub Alienandi licentia pro certo pretio venit etiam donatio, & datio insolutum, quamuis in licentia adsit mentio pretij, sub num. 44.

45 *cum Prohibitione testatoris, quando concurrit prohibitio legis, tunc talis prohibitio fortificatur, & augetur, & num. 46.*

46 *Prohibitio legis, & testatoris, vt aliquid non alienetur, quando simul concurrit, operatur, vt non valeat alienatio, etiam in casu permisse.*

47 *Prohibitio alienationis duplex, legis scilicet, & hominis reddit alienationem ipso iure nullam.*

49 *Alienatio emphyteusis facta ad fauorem Ecclesia, vel loci pij non tenet.*

50 *Emphyteusis non potest in praeiudicium Domini directi transire in Ecclesiam,*

Tum propter difficultatem illam conueniendi.

51 *Tum quia priuaretur spe reuersionis, & laudemiorum.*

Ecclesia dicitur manus mortua, & numquam moritur, nec deficere potest, num. 50.

Ecclesia intra annum tenetur vendere bona emphyteutica in eam translata, num. 51.

Et hoc vt illa subijciat communi hominum commercio, & id ex generali consuetudine, num. 54.

52 *Emphyteusis si vendita sit Ciuitati, potest compelli Ciuitas ad eam ponendam extra eius manus.*

53 *Lex non parum abhorret, quod vtile dominium numquam possit consolidare cum directo.*

Lex odio habet, quod vsusfructus numquam possit reuerti ad proprietatem, num. 53.

55 *Ecclesia cogi potest ad vendendum bona emphyteutica ex vi directiua, non autem ex vi coactiua.*

56 *Ecclesia, quia plerumque non solet annuere iusta petitioni, vendendi bona emphyteutica, qua in eam transiuerunt, quia vult ea apud se retinere.*

57 *Ideo inoleuit praxis, vt habito respectu ad damna nec non interesse, quæ Dominus directus sentit.*

58 *Ecclesia tenetur ad solutionem quindennij, hoc est singulis quindecim annis ad solutionem laudemij.*

Ad Quindennij solutionem tenetur Ecclesia, si recuset vendere bona emphyteutica, & hoc ne contra æquitatem iura dominicalia extinguantur.

ANNOTATIO AD DECISIONEM XVI.

a EXceptio enim † incontinenti probata impedit im- 1
missionem ex remedio huius legis *fin. C. de edict. D.* A
Adr. toll. & præter hic adductos addo Becc. *cons. 89. n. 18.*
cum seq. lib. 1. Parif. *cons. 53. n. 120. lib. 3.* Pur. *decis. 122.*
num. 3. & decis. 308. n. 7. lib. 1. in correctis, & fuit dictum
coram bon. mem. Card. Seraph. decis. 83. n. 4. & decis. 757.
num. 1. & coram Eminentiss. D. Card. Pamph. in Ferrarien.
fideicommissi de Tassonis 27. Februarij 1617. & coram bon.
mem. Merlino in Bononien. fideicommissi 2. Iunij 1628. &
coram bon. mem. Coccino in altera Bononien. fideicommissi
de Manzolis 15. Martij 1630. & iterum 26. Ianuarij
1632. coram eodem prima est decisio 360. num. 1. par. 5.
recent. altera vero 88. numer. 3. par. 6. & in causa Reatina successionis 21. Maij 1642. coram R. P. D. meo Pentingero.

Item etiam impeditur immissio † hæredi vigore *d. l. fin.* 2
C. de edict. Diu. Adr. toll. quando testamento, & illius dispositioni lex resistit, Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 74.*
R. P. D. Cæsar Argel. pariter *de adipisc. quæst. 3. art. 13.*
num. 337. & fuit dictum *coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano in causa Bononien. fideicommissi de Maluetijs 11.*
Decembris 1624. & in alia Bononien. bonorum 16. Martij
1626. coram eodem Pirouano. Veluti si testator † inhabi- 3
lis erat ad testandum, & sic carebat actiua testamenti factione, quo casu perperam petitur immissio vigore *d. leg.*
fin. Angel. *cons. 35. num. 2.* Marc. *de successión. §. 4. quæst. 16.*
art. 2. n. 6. & firmauit Rota *coram Reuerendiss. P. D. meo*
Dunozetto Decano in causa Perusina hæreditatis 13. Nouembris 1637. §. nam licet regulariter heredi scripto, vers.
ex inhabilitate personæ testatoris, &c. quæ decisio loquitur in terminis testamenti facti ab Æquite Hierosolymitano, † nam notorium est istos Æquites esse veros Reli- 4
giosos, cùm dicantur Clerici regulares sub Religione
S. Augustini, tribusque votis sunt † astricti, nempe ca- 5
stitatis, paupertatis, & obedientiæ, Nauar. *cons. 12. n. 1.*
lib. 3. de regul. Mohed. *decis. 10. num. 2. de caus. possess. &*
propriet. & fuit dictum *coram fel. mem. Greg. XV. decis. 87.*
num. 2. & ibi Beltram. *in Annotat. num. 13. & decis. 109.*
num. 1.

Atque horarum † canonicarum loco, orationem Do- 6
minicalem aliquoties per diem recitare tenentur, vt testatur Volaterranus *in sua Anthropologia*, & ex nostris asserit Gerard. Maynard. *decis. Senatus Tholos. 17. n. 1. lib. 1.*
Insuper, quod dicti † milites sint verè Ecclesiastici, & 7
Religiosi, affirmant Papon. *en son recueil tilar des cheualiers de Hierusalem 10. lib. 1.* Octauian. Cacheran.
decis. Pedemontan. 27. numer. 28. vbi prolixè admodum.

Et proinde tàm ex dispositione iuris communis text. est
in cap. 2. de test. im. in cap. fin. de success. ab intestat. can.
quia ingredientibus 10. quæst. fin. auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. cap. porrectum cap. ex parte de regular. Sot.
de iustit. & iur. lib. 10. quæst. 5. art. 7. Aluar. *de consectur.*
ment. testat. lib. 2. cap. fin. num. Didac. *in specul. testament.*
par. 6. num. 11. quàm ex Constitutionibus eorum Religio-
nis, vt habetur in nouis statutis *cap. 33.* carent † actiua 8
testamenti factione, Roderic. *de Regul. tom. 3. q. 69. art. 7.*
vers. ad Constitutionem, Molin. *de iustit. & iure tom. 1. disput. 141. n. 8.* Nauarr. *in prax. de elect. for. sect. 2. quæst. 69.*
sub num. 8. Sanchez. *in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 36.*
& sæpius aduertit Rota, *vt coram Pirouano in d. Bononien.*
fideicommissi de Maluetijs 11. Decembris 1624. quam
secuta est in alia *Bononien. bonorum 16. Martij 1626. coram eodem, & in dict. Perusina hæreditatis 13. Nouembris 1637. coram Reuerendiss. Decano*, & deinde in *Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo*
Cerro, §. Quod autem attinet, vers. Miles Hierosolymitanus vti verus Religiosus prohibetur testari, &c. & in
causa *Romana Diuisionis 10. Iunij 1641. coram R. P. D.*
Cerro, §. † Quæ succedit in omnibus hæreditatibus mili- 9
tum, &c.

Quare, si prædicti Equites condant testamentum, (cir-
cumscripta tamen dispensatione, seu licentia de testando
habita à Magno Magistro, quæ ex hoc capite † tollit 10
dictam inhabilitatem, vt animaduertit Sanchez *in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 8. numer. 36.* R. P. Sperell. *decis. for.*
Eccle-

Ecclesiast.21. num.14. Gratian. discept. forens. c.880. n.34.
35. & 45. & admisit Rota in Neapolitana domus 14. Mar-
tij 1625. coram bon. mem. Pirouano, & recentiùs alijs rela-
tis in dict. Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. coram
R. P. D. meo Cerro, §. Quod autem, vers. stante licentia
Magni Magistri licitum fuit testari, &c.) itaque si sim-
11 pliciter prædicti Equites, vt dixi absque licentia † con-
dant testamentum, actum frustratorium faciunt, &
hæredi scripto meritò denegatur immissio vigore d. l.
fin.
Idemque intellige de omnibus alijs, qui actiuam testa-
menti factionem non habent, vt est pupillus, furiosus,
mentecaptus, freneticus, hæreticus, vsurarius manife-
stus, & alij, dummodo de huiusmodi inhabilitate incon-
12 tinenti † constare possit, quia tunc testamentum execu-
tionem paratam non habebit, Menoch. cons.180. num.23.
lib.2. idem Menoch. de adipiscend. possess. remed.4. n.7.
Angel. cons.135. in fin. Carol. de Grass. in tractat. de except.
in prælud. num.46.
Impeditur pariter dicta immissio ex remedio d. leg. fin.
13 C. de edict. D. Adr. tollend. data incapacitate † personæ
hæredis instituti, veluti si sit hæreticus, nam non solum,
vt dixi, hæreticus testamentum facere nequit, cap. excom-
municamus, §. credentes, de hæretic. leg. Manichæos, auth.
credentes, C. eodem tit. verum etiam nec hæres instituti
potest, l. hi qui sanctam, C. de apostat. d. auth. creden-
tes, C. de hæretic. cap. si quis Episcopus, ext. eodem tit. &
tenet Paulus Grillandus de hæretic. quæst.9. n.2. Simancas
de instit. Catholic. cap.45. n.16. Ioannes Nicolaus de hære-
tic. notab.14. in fin. Villadieg. de hæretic. quæst.25. Brunus
de hæretic. lib.5. cap.11. Carrer. eod. tract. de hæretic. §. nunc
de pœnis num.11. Didac. Spin. in specul. testam. part.12.
num.45. Aluarado in tract. de coniect. ment. testatoris lib.2.
cap.1. num.21.
Impeditur pariter d. immissio si hæres institutus à testa-
14 tore esset eius filius spurius, nam spurietas † reddit filium
prorsus inhabilem ad succedendum patri tam ex testa-
mento, quàm ab intestato, auth. ex complexu, C. de ince-
stuos. nupt. cum simil. & in terminis quod eis denegetur
remedium, d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. benè
probarunt Gozad. cons.21. n.26. vers. duodecimo infertur,
&c. Becc. cons.206. n.2. Manent. cons.138. n.69. Mart. de
success. part.1. quæst.4. art.2. n.8. Lup. de illegitim. Comm.1.
§.1. num.155.
Circumscripta enim pietate canonica, quoad legatum
alimentorum, de quo in cap. cum haberet in fin. vbi gloss.
Abb. Card. & alij de eo, q. dux. in vxor. quem poll. per
adul. Abb. in cap. canta, n.13. qui fil. sint legitim. Surd. de
aliment. tit.1. quæst.10. num.5. Bertazz. cons.532. num.9.
lib.2. Caball. cas.154. n.15. par.1. Bart. in l. fin. n.7. ff. de his,
quib. vt indig. Ias. cons.26. n.13. lib.1. Alex. cons.74. n.4.
lib.2. Dec. cons.576. num.1. & cons.311. num.3. Crauett.
cons.199. n.1. Calcan. cons.62. n.16. Anton Cord. in l. si
quis, §. idem rescripsit n.9. ff. de lib. agnosc. Gabr. lib.6. com.
opin. tit. de aliment. concl.1. verissimum est de iure ciuili,
filios spurios, scilicet natos ex soluta, & vxorato esse
adeo abhominabiles, vt neque in ouo possint à patre hono-
rari, & præter supradictos textus notauit Cyn. in l. 1. C. de
adult. Salicet. in l. vnic. n.1. vers. & ideo nati, C. de concubin.
Alex. cons.60. num.16. lib.2. Dec. cons.305. num.5. ad fin.
Peregrin. de iur. fisc. lib 3. tit.18. n.33. vers. verum non aliàs,
vbi de communi testatur, & per conformes inquit obti-
nuisse sententias, Couarr. epitom. par.2. cap.8. §.5. n.16.
in fin. Surd. cons.456. num.14. & 48. num.12. cum ibi re-
latis, & adde Petr. de fideicomm. quæst.11. numer.230.
vers. sed quo, Valasc. cons.39. numer.9. Menoch. cons.60.
num.15. & 30. latè Rimin. iun. cons.293. num.7. & per tot.
& cons.561. num.15. & cons.532. num.15. & seq. Peregr.
cons.22. num.4. in fin. lib.3. & ita refert decisum per Sena-
tum Gratianopolitanum Guidopap. decis.280. numer.2.
& per Senatum Pedemontanum Osasc. decisione 119.
num.19. dixitque Rota in causa Romana dotis 14. Mar-
tij 1635. coram clar. mem. Merlino, facitque decisio in
causa Bononien. alimentorum 28. Martij 1598. coram
bon. memor. Penia, ost decisio 281. inter eius à me impri-
mend. numer.3. vers. ius ciuile castitati prouidendo, &c.
teste enim Bald. in cons.456. numer.10. lib.5. Ius anti-
quum tali modo castitatem coluit, vt pietatem om-
nem à se abiecerit, etiam contra naturalem om-
nium animantium instinctum; videatur etiam Ro-

ta Bononien. cons. vnic. numer.2. post decis. Barz. &
Peregr. de iure fisc. lib.3. tit.18. numer. 33. & sic
quoad leges spurij nulla sunt digni clementia, Corn.
cons.217. numer.4. lib.3. sed ad terminos nostros rede-
undo.
Immo filio spurio † denegatur talis immissio, vigore 15
d. l. fin. etiamsi pater eum legitimum nominasset, vt plu-
ribus relatis docent Baldassar Thomasius tract.2. cap.22.
num.477. Menoch. de adipiscend. possess. remed.4. n.758.
& alij adducti per R. P. D. Cæsarem Argel. de acquir.
possess. quæst.3. art.4. n.540 & seq. quamuis dubitet, quan-
do in promptu constet de legitimatione, & post eum idem
etiam refert D. Hector Capyc. Latro decis. Neapolitan.
nouiss.16. num.14.
Quod enim (relictis alijs casibus) ex incapacitate
personæ hæredis institutæ, iura denegent remedium
d. l. fin. non est dubitandum, quamuis virium hoc
† non sit visibile. Quoniam non videtur habere cau- 16
sam petendi, qui id quod petit, retinere nequit, nam
respectu effectus perinde est, ac si nihil sibi deberetur,
l. a. §. circa primam, ff. de except. dol. Celsus Bargalius
in tractat. de dol. lib.6. regul.16. Iura † enim actus fru- 17
stratorios admittere non intendunt, supradictamque
opinionem tenet Rota, vt videre est coram Reuerendiss.
P. D. meo Decano in dict. causa Perusina hæredita-
tis 13. Nouembris 1637. §. Nam licet regulariter hære-
di scripto, vers. ex incapacitate personæ hæredis instituti,
cessat remedium d. l. fin. &c. & ibi aliæ decisiones alle-
gantur.
Illud etiam est generaliter notandum, quod in supra-
dictis, & in omnibus † alijs casibus, in quibus hæredi 18
scripto denegatur remedium d. leg. fin. quod est possesso-
rium, quasi recuperandæ possessionis, † ex quo quasi 19
spoliata hæreditas fuerit; quæ in personam hæredis resti-
tuenda venit, vt Bald. aduertit in cons.126. præmissis ver-
bis, vol.3. Osasc. decis. Pedemont.26. n.15. Afflict. decis.
Neapolitan.159. in fin. Rota in causa Bononien. de Malue-
tijs 27. Martij 1624. coram bon. mem. Pirouano. Ideo ne-
cesse est, vt oppositio omnino sit irrefragabilis, notoria,
palpabilis, euidens, nec alicui scrupulo subiecta, † & sic 20
talis, vt fori disceptatione non egeat, vt colligitur ex d. l.
fin. & exornant Peregr. de fideicomm. artic.48. num.29.
Bertazz. cons. ciuil.55. num.28. Eugen. cons.26. numer.99.
lib.2. Dec. cons.84. num.1. Thomar. decis.68. n.58. atque
sæpius aduertit Rota, vt in causa Romana domorum 25.
Iunij 1627. coram Eminentiss. Dom. Card. Vbaldo, vbi
aliæ decisiones allegantur, & recentiùs fuit dictum in
Tiburtina hæreditatis, 16. Maij 1639. coram R. P. D. meo
Carillo, & in Viterbien. hæreditatis 28. Martij 1642. co-
ram eod. §. demum, cum agitur, vers. sufficit, dumtaxat,
vt exceptio requirat altiorem indaginem, vt non impediatur
immissio hæredi scripto, &c. & in causa Reatina succes-
sionis 15. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Peutingero,
§. cum turbida exceptio immissionem hæredi non retarda-
ret, &c.
Ratio verò illa etiam expendi potest, quia iura in hoc
Iudicio possessorio mirum † in modum fauent testamen- 21
tarijs dispositionibus, vt videre est ex l. vel negare, ff. quem-
admodum testam. aper. & ex l. fin. in fin. C. comm. delegat.
& erga eas valde propensa se ostendunt, vt aduertit Rota
in causa Meleaitana bonorum 4. Maij 1643. coram eodem
R. P. D. Carillo, cum ibi allegatis, & hoc, vt quantociùs
† executioni mittantur. 22
Quare S. Augustinus ad hoc oculum habendo, & in-
super considerando magnam vim, & potentiam verbo-
rum testamentorum, cùm sint verba hominis mortui, ad-
mirabundus ait in 2. expositione Psalm.21. ibi, Tamdiu
contenditur de hæreditate mortuorum, quamdiu testamen-
tum profertur † in publicum, & cùm illud fuerit prolatum, 23
tacent omnes, vt tabulæ aperiantur, & recitentur, Iudex
intentus audit, Aduocati silent, præcones silentium fa-
ciunt, vt legantur verba mortui non sentientis in monumen-
to: † ille sine sensu iacet in monumento, & adeo valent ver- 24
ba ipsius, &c.
Plura circa hanc conclusionem congessi infra in annotat. B
ad decis.26. in littera B.
ENergia enim, & efficacia huius † clausulæ, ad ha- 25
bendum, &c. eneruatur, & prosternitur ex prohi- C
bitione alienationis, itant tunc quasi seruiat de vento,
Dec. consil.171. num.3. vers. quarto, & vltimo, Curt. iun.
cons.

conf.130. num.6. vers. praeterea, & n.7. Corbul. *in tractat. ex quibus causis emphyt. priuetur iure suo, tit. de priuat. ob alien. irreq. Domino limit.2. num.4. & limit.ne.3. num.2.* & hanc opinionem passim Rota sequitur, vt in *Romana domus 9. Martij 1609. coram bon. mem. Reuerendiss. Manzanedo, & in altera; Romana domus, seu hospitij 7. Iunij 1592. coram bon. mem. Cardinali Bianchetto,* cum alijs copiosè relatis *coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino in causa Farsen. praetensi Saluiani 34. Iunij 1627. est decisio 86. numer.18. tom.1. a me select.* aliàs *part.5. rec.* & deinde ita pariter fuit responsum *coram clar. mem. Reuerendiss. Merlino in causa Forosempronien. emphyteusis 28. Nouembris* 1631. vbi inter alias decisiones praesens haec
* decisio * *Imolen. coram bon. mem. Card. Pamphil.* adducitur, &c. & idem habetur resolutum coram eodem in *Mediolanen. bonorum* 30. *Maij* 1633. vbi etiam canoni-
* zatur ista decisio, * de qua hic etiam dicitur, quod plus
26 est † attendenda, & magis influit in emphyteusim prohibitio alienationis, quàm dicta clausula ad habendum, quae vt plurimum ex stylo Notariorum apponitur (vt infra dicam) sunt *decis.74. num.15. & 211. num.8. tom.2. a me select. aliàs p.6. recent.* & idem postea fuit tentum *coram Coccino in causa Sarsinaten. emphyteusis 20. Decembris* 1638. §. *Quarta coniectura, vers. vt in fortioribus de simili prohibitione adiecta clausulis, & quibus dederit, &c.*

27 Itaque, & per illud † inuolucrum verborum, quae in dicta clasula *ad habendum*, includuntur, & quae multoties à partibus non percipiuntur, & multo minus eorum vis, non censetur recessum à praecisis verbis contrahentium, cùm indubitatum sit potius insistendum esse
28 principali, & expressae dispositioni † partium, quàm illationi, quae ex dicta clausula ad habendum inferri posset ex traditis per Salicet. *in leg. fin. §. si quidem C. de pact. dotal.* Rip. *in l. si Roma, §. si duo fratres num.45. ff. de verbor. oblig.* Dec. *cons.500. sub num.8. vers. & quia clausula ad haben.* Becc. *cons.88. num.14. lib.1. Menoch. cons. 115. num.44.* D. Hector. Capyc. Latro. *in nouiss. decis. Neapolit. dec.23. n.16.* Mastril. *dec. Siciliae 190. n.24. sess. dec. Aragon. dec.1. n.4.* Osasch. *dec. Pedemont.164. n.12. Rota coram bon. mem. Card. Seraph. dec.1290. n.12.* quae est etiam *decis.183. num.8. par.4. diuers. & coram Card. Sacrato, decis 294. num.7. part.2. recent. & coram bon. mem. Francisco Vbaldo in causa Fulginaten. emphyteusis 20. Iunij* 1622. vbi habetur, quòd clausula ad habendum restrin-
29 genda est ad † naturam contractus, cùm semper contrahentes censeantur disponere secundum illius naturam, & dispositionem iuris communis, iuxta notata in *l. si duo, ff. de acquir. hered. & in l. heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell.* & alia circa clausulam de habendum, videatur in his terminis, *coram Merlino in d. Forosempronien. emphyteusis est decisio 74. num.9. par.6. recent. & coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto Decano in causa Romana domus 28. Nouembris 1638. §. Nec obstat clausula ad habendum, quando ex verbis dispositiuis, alijsq. coniecturis colligitur contraria mens disponentis, &c. & coram eodem Merlino in Romana dotis, & Antephati 10. Ianuarij 1639. §. Ad clausulam ad habendum respondebant, &c. & coram R. P. Domino meo Cerro in Bononien. bonorum 17. Iunij 1641. §. Idque non obstante, & coram eodem in eadem causa die 21. Februarij 1642. §. Pro responsione tamen aduertebant Domini clausulam.*

Quare dicta clausula, ad habendum, intelligenda
30 † erit retento superiori themate, & ne per eam recedatur à dispositis in principali dispositione, Rub. Alexand. *consil. 110. num.5.* Osasch. *decis.164. num.12. & 15.* cum alijs nuper allegatis, Rota *coram eodem Merlino in causa Maceraten. Pecuniaria 12. May 1642. §. Minus suffragatur clausula ad habendum, vers. intelligitur retento superiori themate, &c.*

Quotiescunque ergo de voluntate contrahentium ap-
31 paret tunc aduersario, † quae oritur ex verbis clausularum generalium est parui facienda, sicque spernenda venit, cùm eo casu talia verba generalia censeantur apposita oscitanter à Notarijs ex imperitia, vel quodam solito, aut ex eorum capite, nam vt plures DD. fatentur (quos alibi congeram) imperitia Notariorum destruit mundum, suntque causa infinitarum litium, & in terminis nostris ratiocinantur Odd. Stoti. *cons. 49. numer.16. & 17.* Riminald. iun. *cons.834. numer.17. in fin. lib.7.* Mazar. *cons.39. numer.5.* Simon. de Pret. *de interpr. vltim. vol. lib.3. solut. vltim. numer.21.* & saepè aduertit Rota, *& praesertim coram Merlino in dict. Romana dotis, & Antephati 16. Ianuarij 1639. in fin.*

NAm quando prohibitio alienationis non est absoluta, sed restricta in aliquo casu, prout loquitur hic D
decisio, tunc cessat contrarietas, † & repugnantia, quod 32
possit innestitus disponere, & non possit disponere, ob quam euitandam solet elidi virtus clausulae, *ad habendum*, quia dispositio in casu nostro solùm prohibetur in personas prohibitas, & sine consensu Domini, conceditur autem cum Domini consensu, & sic vis dictae clausulae
† consistit in suo robore, & efficacia, vt dixit Rota 33
coram bon. mem. Card. Sacrato decis.287. sub n.1. part.1. recent. & coram eodem decis.294. num.5. & 6. par.2. recent. & melius *coram bon. mem. Merlino in causa Casenaten. emphyteusis 14. Decembris 1635. §. & quamuis adsit, vers. prohibitio alienationis non est absoluta, &c.* & inter alias de-
cisiones adducitur praesens * *Imolen. bonorum*, & nuper *
fuit ponderatum in *causa Romana dotis 20. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Carillo, §. Vlterius prohibitio huiusmodi, &c.* E

Limitatur haec conclusio nisi prohibitio alienationis sit
realis, quia † tunc apta est comprehendere omne genus 34
alienationis, & distractionis tàm inter viuos, quam in vltima voluntate, vt dixi infra in *hac eadem causa, est decisio 26. in littera* D. F

IMo, & tantùm concessa facultate alienandi, bo-
na, hoc verbum, † *alienandi*, ex sui amplitudine 35
non restringitur ad actus inter viuos, & id absque vlla tituli lucratiui, vel onerosi differentia, Decian. *cons.27. num.20. vers. tertia est conclusio, lib.3.* Surd. *cons.20. lib.1.* Intrigliol. *de substitut. cent.3. quaest.73. num.16.* sed capit etiam alienationem, quae fit legando, & testando per actum vltimae voluntatis, *leg. si quis prioris, §. certum*, vbi Alber. *num.1. C. de secund. nupt.* Dec. *cons.660. num.9. in fin. & num.10.* Surd. *cons.10. numer.10. & 13.* Menoch. *cons.1130. num.19. vers. & verè*, cum alijs relatis per Fusar. *de substit. quaest.550. num.12.* addo Ioan. Dechher, *dissertat. iur. lib.2. dissert.1. num.7.* Olasc. *decis. Pedemont.85. num.3.* Paris. *cons.25. num.23. lib.2.* Ruin. *consil.15. numer.3. & cons.76. numer.11. & 12. lib.2.* Peregr. *cons.53. n.13. lib.1.* Curt. sen. *consil.64. n.66.* Bald. & alij *in cap.1. de feud. non hab. propr. nat.* Peregrin. *in tractat. de fideicommiss. art.52. n.56.* D. Regens Fab. Capyc. Galeott. *controuers. illustrier. cap.11. num.35. vers. censetur concessa nedum omnis alienationis species inter viuos, sed etiam per vltimam voluntatem legando, vel haeredem instituendo &c. lib.1.* dixitque Rota *coram R. P. D. meo Cerro in causa Recanaten. bonorum 9. Aprilis 1641. §. Quo vero ad vltimam, vers. ponderando verbum illud alienandi, &c.*

Et praedicta opinio procedit, etiamsi verbum alienandi
adijciatur † verbo *vendere*, alijsque verbis denotantibus 36
actus inter viuos, quasi tunc restringatur ad illorum terminos, & comprehendat tantummodo actus similes expressis, non autem per viam institutionis testamentariae, vt ex Alex. *cons. 55. num.1. cum seq. lib.2.* Gratian. *discep. forens. cap.594. n.7.* fuit dictum *coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto in Perusina fideicommissi de Cincijs 19. Ianuarij 1635. est decisio 8. num.3. & 4. tom.3. a me select. aliàs part.7. recent.*

Quia praedicta conclusio procedit quando de alienatio-
ne † habetur sermo per verba prohibitiua, quae cùm sui 37
natura sit odiosa, & strictiùs interpretetur, quàm concessio, Surd. *decis.279. num.10. vers. accedit etiam*, ideo
non extenditur ad dispositionem testamentariam, † sed 38
restringitur ad actus inter viuos similiter expressos, in qua facti specie loquuntur DD. *& decis. supra congest.* & optimè aduertit Rota *in d. Recanaten. bonorum in §. conclusio enim posset, &c.*

Quod secus est, † quando de alienatione fit mentio 39
permissiuè, prout est casus noster, quia cùm faciliùs permittatur facultas testandi, quàm disponendi per contra-
ctus inter vivos, & fauorabilior † sit actus vltimae vo- 40
luntatis, vt aduertit Gabr. *cons.132. quaest.1. numer.2. lib.1.* Menoch. *consil.210. num.4. & 15. & de praesumpt. lib.4.*

*lib.4. præsump.*189.*num.*51. Surd. *cons.*10. *num.*16. Barz. *decis. Bononien.*121.*num.*4. Vnde permissa alienatione
41 non solum censetur permissa alienatio inter viuos † per contractus, sed etiam ea, quæ fit per vltimam voluntatem, vt tradunt Bart. *in l.si ita quis §.ea lege num.*7. vbi Imol. *num.*1. Ias. *num.*41.*ff.de verb. oblig.* Surd. *d.cons.*10. *& cons.*71. *vtrobique num.*12. *& cons.*313.*num.*4.*& decis.*124.*n.*16. *&* 279.*num.*10. *vers. accedit etiam*, Menoch. *de præsumpt. d.lib.*4. *præsumpt.*189. *num.*50. eamdemque conclusionem latè tuentur Honded. *cons.*33.*num.*44.*lib.*1. Decian. *cons.*78.*num.*21.*&* 48.*lib.*3. Riminal. iun. *cons.*9. *num.*103. Peregr. *cons.*53.*n.*13.*&* 14.*lib.*1. Fusar. *cons.*8. *num.*11. Osasch. *decis. Pedemont. decis.*85. *n.*3. dixitque Rota *coram R.P.D. meo Cerro in d. Recanaten. bonorum* 9. *Aprilis* 1641.

Addo etiam decisionem In *causa Bononien. domus de Maluasia* 25. *Iunij* 1632. *coram Eminentiss. D.Card. Verospio Iun.§.Nec dubitarunt Domini, &c.* vbi dicitur, quod
42 licet dubitatio esse possit an prohibita alienatione, † contra eamdem prohibitionem factam, censeatur etiam probibita hæredis institutio, vt videre est ex Bart. *in l.pete* 71. *§. fratre, ff. de legat.*2. *& in d. l.si ita quis, §. ea lege, num.*6. vbi materiam in plores casus distinguit. Non tamen eadem dubitatio, vel distinctio, est in casu
43 contrario, & vbicumque ipsa alienatio † concessa, & permissa est, cùm sub ea facultate contineatur quicumque modus, quo eadem alienatio fiat secundum glos. *in l.si quis prioris, §. certum in verb.constituen. C. de secund. nupt.* Bart. *in d.l.peto, §. fratre num.*2. & Peregr. *de fideicomm. art.*40. *num.*57. Dec. *cons.*386. *num.*10. Ruin. *cons.*112. *n.*10. *lib.*6. Decian. *cons.*27. *num.*9.*&* 15.*lib.*3. & sic venit etiam hæredis institutio, quæ dum fit in vltima voluntate, fauorabilior reputatur quacumque alia
44 alienatione, † quæ fiat inter viuos, vt considerauit idem Bart. *in d. l.peto, & in auth.res quæ, C. commun. delegat.* & de communi testatur Honded. *d. cons.*33.*num.*48. *lib.*1. Decian. *dict. cons.*78.*n.*19.*&* 20.*lib.*3. vbi etiam dicit nullum adesse contradictorem.

Videatur etiam in *causa Romana fideicommissi de Donatis* 28. *Iunij* 1634. *coram Eminentiss. D.Card. Panzirolo*, vbi dicitur, quod sub licentia vendendi pro certo pretio, cùm materia ista alienationis sit valde fauorabilis, ideo sub dicta licentia venit etiam donatio, & datio in solutum, quamuis sit facta mentio de pretio, & ibi plura allegantur.

Ampliari potest supra relata conclusio, vt multò faciliùs procedat, ac fortiùs vsurpet sibi locum, si sit concessa facultas alienandi, & disponendi, nam hæres disponendo per viam vltimæ voluntatis videtur alienasse, & disposuisse, casus est in *leg. si quis prioris §. certum, & §. illud C. de secund. nupt.* & est regula communiter sequuta per Bart. & Doct. *in l. si quis ita, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l.pete, §.fratre, ff. de leg.*2. cum alijs copiosè relatis per Peregr. *de fideicomm. art.*40. *n.*57.

Tollitur enim omnis amaritudo in istis terminis, quia hoc verbum *disponere*, suapte natura propriè pertinet ad vltimam voluntatem, Alberic. *in suo Dictionar. in verb. disponere*, glos. & Alexand. *numer.*16. *in rubr. ff. solut. matr. per text. in §. disponere, auth. de nupt.* Quare in dubium referri debet ad actum vltimæ voluntatis, *§. exheredatos auth. de hered. & falcid.* vt post omnes Doct. *in dict. solut. matr.* magistraliter tradit Afflict. *decis.*370. *num.*12. Alberic. Ias. Boer. Ruin. Natta, Paris. & Niconit. quos citat Surd. *decis.*272. *num.*12. *&* 13. & sic etiam post Thesaur. D. de Franch. Ioseph. Sess. & Caualcan. affirmant Castillus *lib.*4. *quotidian. controuers. cap.*53. *post num.*31. *vers. sic & è conuerso*, & Mulin. *de ritu nupt. lib.*3. *cap.*18. *num.*17. Rauden. *in analogis lib.*1. *cap.*19. *post num.*15. vbi quod verbum *dispositio*, secundùm famosius significatum vltimam denotat voluntatem, *& num.*16. quod sit æquiuocum, si quidem comprehendit etiam actum inter viuos, & conueniat omni materiæ, vt ex Rip. Alex. Nat. & Rolan. probat Surd. *decis.* 279. *num.*6. & bene congruunt decisiones in *causa Beneuentana donationis, seu Territorij* 2. *Maij* 1586. *&* 18. *Iunij eiusdem anni coram bon. mem. Gypsio, sunt decis.*878. *&* 879. *part.*4. *diuers.* & adde Fontanell. *in tract. de pact. nuptial. tom.*2. *claus.*5. *glos.*10. *p.*1. *num.*71. vbi etiam allegat Surdum, & Nattam in pluribus consilijs, & decis. Senatus Cathaloniæ de anno 1600. vbi quod reseruata potestate disponendi comprehendatur, & facultas donandi præsertim si nulla diuersitatis ratio possit assignari.

Aduerte tamen licet hoc verbum *disponere* propriè importet alienationem quæ fit per vltimam voluntatem, ex supra relatis, tamen quando datur alicui facultas disponendi eo viuente, tunc ea facultas intelligenda est per actus inter viuos, & nequaquam potest extendi (spreta natura d. verbi disponendi) ad actus vltimæ voluntatis text. *est in l. pater filium* 36. *§. fundum Titianum, ff. de legat.*3. vbi glos. Goffred. *n.*1. *&* 2. Alex. *num.*1. cum alijs pleno calamo relatis à Rota *in causa Fauentina Legatorum* 29. *Februarij* 1636. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, est decis.*104. *n.*1. *tom.*2. *à me select. aliàs part.*7. *rec.* quæ confirmata deinde fuit *coram eod.*23. *Ianuarij* 1637. *& decis.*190. *ead. par.*7.

Et ampliatur id procedere, etiamsi facultas dicat, vt quis possit disponere in vita, & facere quidquid sibi placuerit facere, vt inquit Cagnol. *in l.fin. n.*246. *post med. C. de pact.* videatur etiam Alb. *cons.*559. vbi dictum erat, posset pro suo arbitrio voluntatis disponere de bonis, Crauett. *cons.*426. *in princip. iuncto num.*4. *& seq.* vbi testator dixerat, quod vxor posset liberè disponere, prout sibi placuerit quoad vixerit, Giouagn. *cons.*38. *n.*18. *in fin. lib.*1. vbi dictum erat, posset in vita liberè facere velle suum in totum, vel in parte, Berzaza. *cons.*113.*n.*4. *ad med.* vbi reseruata erat facultas disponendi dum vixerit suo arbitrio, &c.

CVm hac enim prohibitione concurrit etiam altera iuris prohibitio, & sic eò validior redditur, nam G
vbi prohibitio hominis additur † prohibitioni legali, for- 45
tificatur, & augetur, Nat. *cons.*481. *n.*16. Grat. *cons.*21. *num.*3. *& seqq.* Card. Mant. *de tacit. lib.*22. *tit.*21. *n.*12.*& lib.*23. *tit.*26. *num.*5. *&* 6. & dixit Rota *coram Greg. XV. decis.*529. *n.*13. *& in causa Romana Vinea* 29. *Maij* 1634. *coram R. P. D. meo Ghisilerio, §. Non obstat, quod Episcopus, vers. prohibitio hominis addita prohibitioni legis fortificatur, &c.*

Videmus enim, quando concurrit † prohibitio alie- 46
nationis testatoris, & legis, nedum impeditur translatio dominij, verum insuper censetur alienatio prohibita etiam in casu aliàs permisso, & specialiter non prohibito, Guald. *de art. testandi, tit. de var. testam. præcept. cautel.*8. Rolan. à Valle *cons.*481. *num.*17. *lib.*2. Morocins *cons.*45. *num.*22. Rota Florent. apud Hironym. Magon. *decis.*50. *num.*4. *& decis.*149. *num.*20. vbi † quod prohi- 47
bitio duplex legis, & hominis reddit alienationem ipso iure nullam.

In casu enim nostro præter prohibitionem testatoris, adest etiam prohibitio iuris, dum resistit ne alie-
natio emphyteusis fiat ad † fauorem loci pij, vel Ec- 48
clesiæ, vt tenuit glos. *in cap. potuit, in verb. prohibentur*, & ibi Butr. *col.*4. Imol. *num.*11. & Abb. *num.*10. *de locat.* & glos. *in l. fin. in verb. vetari*, vbi Salicet. *num.*14. & Ias. *num.*90. *& seq. & num.*97. *C. de iure emphyt.* Butr. *in consil.*23. *incip. in facto num.*3. Speculator communiter secutus *in tit. de locat.§. nunc aliqua num.*142. vbi pluribus rationibus comprobat emphyteu-
sim † non posse in præiudicium domini in Ecclesiam 49
alienari, tum maximè propter difficultatem illam
conueniendi, tum quia si deueniret † ad manum 50
mortuam, prout est Ecclesia, quæ est perpetua, & numquam moritur, & nec deficere potest, *cap. si gratiosè ext. de rescript. in* 6. Rota *decis.*5. *numer.*6. *coram bon. mem. Andrea*, cessaret spes reuersionis,
† & laudemiorum & latè fuit deductum in *causa* 51
Mediolanen. bonorum 5. *Iulij* 1634. *coram Merlino Decano.*

Supradictam opinionem Speculatoris secutus est pariter Ias. *in l. fin. num.*40. *& seq. C. de iur. emph.* vbi inquit, quod Ecclesia tenetur vendere intra annum, allegat text. *in can. longinquitatis* 12. *q.*2. in terminis verò venditionis rei emphyteuticæ factæ Ciuitati, vt possit
† compelli, Ciuitas ad eam ponendam extra eius ma- 52
nus, *fuit decisum* in Senatu Neapolitano teste Vincent. de Franch. *decis.*659. *num.*2. & dicitur ita fuisse resolutum ex traditis à Speculat. *in dict. tit. de locat.* in terminis verò alienationis emphyteusis in locum pium; dixit Rota *in causa Mediolanen. Sedi minis* 9. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Lex

53 Lex enim † non parum abhorret, quod vtile dominium nunquam possit cum directo consolidari, sicuti quod vsusfructus nunquam possit reuerti ad proprietatem, *leg. antiquitas, ff. de vsu, & vsufruct. & habitat. l. 3. §. ne tamen, ff. de vsufruct.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 22. cap. 19. num. 14.* & aduertit Rota *in causa Forosempronien. seu Eugubina bonorum emphyteuticorum 16. Iunij 1636. coram bo. me. Coccino, §. aut denique, & iterum in eadem causa sub die 7. Maij 1638. coram eodem.* Et recentiùs *in altera Forosempronien. bonorum 4. Martij 1641. coram R. P. D. meo Royas, §. Quinto pactum, vers. priuarentur spe vllo vnquam tempore bona propria recuperandi.*

54 Igitur nota si bona † emphyteutica aliquo modo in Ecclesia transeant, ipsa ex generali, & vbique recepta consuetudine cogi potest, vt intra annum dicta bona vendat alteri, & sic ea subijciat communi hominum commercio, vt animaduerterunt Io. Andr. *in cap. potuit num. 9. de locat.* & ibi Io. de Imol. *col. 17. super glos. in verb. prohibetur*, Alex. *cons. 120. n. 4. vol. 1.* Speculator *in tit. de locat. §. nunc vero quæst. 117.* Franc. *d. decis. 659. n. 2.* & hoc ex vi

55 † directiua, non autem ex vi coactiua, vt fuit dictum coram Coccino *in Ferrarien. bonorum 9. Decemb. 1611.* cum alijs ibi allatis.

56 Sed quia plerumque † Ecclesiæ tam iustæ petitioni annuere non solet, eo quia dicta bona emphyteutica vult

57 apud se retinere, ideò inoleuit † praxis, vt habito respectu ad damna, & interesse, quæ dominus directus sentit, & ne eius iura dominicalia extinguantur, Ecclesia, tamquam publici boni amantissima, & quæ æquitatem prædicat, teneatur ad solutionem Quindennij, hoc

58 est singulis quindecim annis † ad solutionem Laudemij, Ricc. *in prax. rer. quotidian. par. 1. resolut. 123.* Et ne hic longior sim, latè hanc opinionem comprobaui in *annot. ad decisionem in causa Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1619. coram bo. me. Remboldo, erit in 4. tom. decis. Rota Romanæ à me select.* vbi decisiones plures adduxi.

Paulus Rubeus.

R. P. D. PAMPHILIO.

Toletana Decimarum de Capilla.

Veneris 19. Februarij 1593.

ARGVMENTVM.

Tertius veniens ad causam quando impediat exequutionem, & quando dicatur venire tanquam in prima, vel in statu, & terminis, & quid iuris sit, quando venit ad causam restitutionis in integrum post rem iudicatam, & quando sententia lata contra possessorem Maioricatus, præiudicet successori.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* parito iudicato, *importat quòd priùs, & ante omnia fiat integralis solutio.*

2 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse, impedit exequutionem rei iudicatæ, & est audiendus super iuribus suis.*

Tertius veniens ad causam pro suo interesse, non autem ad alterius defensionem, impedit exequutionem, nedum veniendo ad causam in statu, & terminis, sed etiam principaliter communicando causam, prout in prima.

Sententia lata contra possessorem maioricatus, vt præiudicet successori, debet successor citari saltem per proclama, n. 3.

4 *Successor maioricatus potest appellare à sententia lata contra prædecessorem*

Sententia lata contra possessorem maioricatus non afficit successorem, quando possessor fuit negligens in defensione causæ, n. 4.

5 *Tertius veniens ad causam restitutionis in integrum post latas tres sententias, videtur facere sententias suas.*

Tertius veniens ad causam restitutionis in integrum post rem iudicatam, censetur admissus in statu, & terminis, & aliter admitti non potest, n. 5.

Declara vt procedat quando tertius venit ad causam adhærendo condemnato, & ad illius defensionem; secus quando venit principaliter pro suo interesse, deducendo ius suum, quod non habet connexionem cum iure litigantis, n. 5.

Tertius quando venit ad causam prout in prima, potest appellare etiam post tres sententias, n. 5.

Tertius tunc dicitur venire ad causam prout in prima, quando venit tanquam tertius pro suo interesse, & appellat à sententias, quatenus sibi præiudicent, n. 5.

Clausula quam, & quas, *operatur, vt procedi possit prout in prima, n. 5.*

6 *Tertius veniens ad causam, non potest reuocare exequutionem factam, nisi priùs obtineat.*

DECISIO XVII.

POst latas tres sententias contra Ducem seniorem de Besar super iure decimandi ad fauorem Archiepiscopi Toletani, fuerat commissa causa restitutionis in integrum cum clausula *sine præiudicio legitimæ exequutionis*, & modernus Dux prætendens decimas istas ad se, vti primogenitum de domo, spectare ratione maioricatus; tanquam tertius, & pro suo interesse, mediante persona Procuratoris ad hoc specialiter constituti, opposuit se, & venit ad causam appellando à sententijs latis, quatenus sibi aliquod præiudicium inferre possent, & nonnullos alios actus fecit, quousque prædicta commissio restitutionis in integrum fuit ad instantiam Archiepiscopi confirmata, vt staret cum clausula *parito iudicato*. A quo tempore citra, Procurator moderni Ducis nihil ampliùs egit in causa, sed obtinuit nouam commissionem, prout in prima, super instantia, & validitate sententiarum cum clausula *quam, & quas*, & sine præiudicio trium conformium, & quia pro parte Archiepiscopi habitus fuerat recursus ad signaturam gratiæ, vt apponeretur huic vltimæ commissioni clausula *parito iudicato*, & pro parte Ducis prætendebatur, esse etiam delendam huiusmodi clausulam, *sine præiudicio trium conformium*, cùm sententiæ ipsum non afficiant, & tanquam tertius possit impedire illarum exequutionem; S. D. N. mandauit, quòd in Rota discuteretur, quomodo esset in hac causa procedendum. Et ideò dubitaui, an modernus Dux possit impedire exequutionem trium conformium, vel potiùs debeat procedi cum clausula *parito iudicato*.

Et DD. cùm præsupposito, quòd Dux modernus veniat ex propria persona tanquam primogenitus de domo, & successor in maioricatu, vigore inuestiturarum antiquarum, non autem tanquam hæres Ducis senioris; dixerunt, ipsum posse impedire exequutionem, & per consequens non esse apponendam clausulam *parito iudicato*, quæ importat quòd priùs, & antè omnia fiat integralis exequutio, vt not. *c. fin. de rest. spol.* Staffil. *de lit. iust. §. dicend. n. 42.* 1

Communis est enim DD. conclusio, quòd tertius veniens pro suo interesse impedit exequutionem rei iudicatæ, & est audiendus super iuribus suis, Innoc. *in c. veniens 2. sub num. 3.* quem ibi omnes sequuntur *de testib.* Rot. *decis. 2. de re iud. in antiq.* etiamsi tractetur de exequutione trium sententiarum conformium, Card. *in Clem. vt calumnijs q. 4.* & ibi Vital. *num. 89. & seq. de re iud.* Rot. *decis. 13. eod. tit. in antiq. & decis. 14. de probat. in nouis*, Alex. *cons. 83. num. 12. lib. 3.* Gabr. *concl. 1. de re iud. num. 19.* & fuit resolutum in causa Burgens. Vnionis de Elines coram D. meo Orano 26. Nouembris 1588. 2

Et iste tertius impedit exequutionem, nedum veniendo ad causam in statu, & terminis in quibus causa reperitur, sed etiam generaliter committendo causam, prout in prima, vbi venit particulariter pro suo interesse, non autem ad alterius defensionem, Io. Andr. *in c. 24. num. 2. vers. ille autem prouisus*, & ibi Gemin. *sub num. 9. vt lit. pend. in 6.* Couar. *pract. quæst. cap. 13. in princ.* & tenuit Rota in causa Cordubens. statutorum 24. Februarij 1590. coram D. Seraphino. 3

Maximè quòd sententiæ non loquuntur de moderno Duce, nec ipsum afficiunt, cùm non fuerit citatus saltem per proclama, prout requiritur, ad effectum vt sententia lata con- 4

contra possessorem maioricatus præiudicet successoribus, iuxta opinionem, quam sequitur Rota, vt per *decis.3. de re iud.* Put. *decis.91. lib.3.* Et in istis terminis resolutum fuit in causa Hispalensi decimatum de Villalua, die 15. Iunij 1582. coram bon. me. Lauretano. Et in omnem euentum, moderno Duci tanquam successori licita fuit appellatio, vt per Alex. *in l. famil. §. diui. num.9. in fin. de leg.1.* cum alijs allegatis per Pineil. *in l.1. in 3. part. sub num. 50. in 3. limit. C. de bon. mat.* Præterea cùm possit considerari aliqua negligentia Ducis senioris qui succubuit ex eo, quòd examinauit testes rusticos, & vassallos, omittendo examinare alios testes integros, quos modernus Dux examinare intendit. Quo casu sententias non afficere successores in maioricatu, indistinctè trad. Doctores alleg. per Pinell. *sub d. num.56. in 4. limit.* & Molin. *de primog. Hisp. lib.4. cap.8. num.7.* & sentit Rota *in d. Hispalen. decimar. de Villalua*.

5 Nec obstare, quòd modernus Dux veniens ad causam restitutionis in integrum post latas tres sententias, videatur fecisse sententias suas, Put. *decis.71. lib.3.* cùm censeatur admissus in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, & aliter admitti non potuerit, *cap.2. §. fin. vt lit. pend. in 6.* Felin. *in cap. cum super num.5. de re iud.* Couar. *pract. quæst. cap.13. in princ.* Quia illud procedit quando tertius venit ad causam adhærendo condemnato, & ad illius defensionem; secus verò quando venit pro suo interesse deducendo particulariter ius suum, quod non habeat connexionem cum iure litigantis, vt post Io. Andr. Gemin. & alios *in d. c.2.* resoluerunt Domini in prædicta causa Cordubens. statutorum, maximè quod ex paritate Procuratoris constat, ipsum non fuisse admissum in statu, & terminis, in quibus causa reperiebatur, sed venisse pro suo interesse tanquam tertium, & appellasse à sententijs quatenus ex eis sibi fieret aliquod præiudicium, qui est modus proprius quando tertius venit prout in prima, cùm certi iuris sit, tertium posse appellare etiam post tres sententias, Abb. post alios *in d. cap. cum super n.16.* Dec. *in c. sua nobis num.10. de appellat.* Couar. *pract. quæst. cap.15. num.8.* & tantò magis quòd in commissione restitutionis in integrum adest clausula *quam, & quas*, &c. cuius vigore potest procedi prout in prima.

6 Nec etiam obstare, quòd pro parte Archiepiscopi prætendatur, Ducem modernum non possidere, vel saltem dici intrusum stante possessione, vigore sententiarum capta per Archiepiscopum viuente Duce seniore, quia hæc possessio Archiepiscopi controuertitur. Et ideò Domini dixerunt, quòd aut est facta exequutio, aut tradita possessio Archiepiscopo, & non est opus clausula *parito*, sed modernus Dux audietur manente exequutione, cùm nullibi reperiatur, quod tertius possit reuocare exequutionem factam; nisi priùs in causa obtineat, & si interim Archiepiscopus prætendat se turbari in sua possessione, agat interdicto retinendæ, & petat mandatum de manutenendo. Aut non est facta exequutio, & intrant supradictam, quòd modernus Dux impediet exequutionem.

R. P. D. MILLINO,

Postea S. R. E. Cardinali,

Romana Cambiorum,

Veneris 26. Martij 1593.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sumæ argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Socij habent mandatum ad faciendum ea quæ sunt vtilia societati, & non ea quæ non sunt vtilia.*

2 *Mandatum Procuratoris restrictum ad vnam causam, non potest extendi ad aliam.*

3 *Dictio* prout, *apposita in mandato, restringitur ad tenorem relati.*

4 *Mandatum procuratoris constituti à muliere numquid requirat solemnitates statutarias, & num.5. vbi præsertim, quid si mulier tutrix testamentaria procuratorem constituit.*

DECISIO XVIII.

DVbitaui, an Io. Maria, & Vincentius habentes facultatem, prout in instrumentis mandatorum, potuerint soluere, vel ordinare Dominis de Bandinis, vt soluerent debita extra causam census, omisso debito ex causa census. Et domini distinxerunt dubium propositum in tres difficultates. Prima fuit; an potuerint soluere de iure communi circumscriptis mandatis? Secunda, an vigore mandati Io. Mariæ? Tertia, an vigore mandati Vincentij? Circa primam Domini resoluerunt, Io. Mariam, & Vincentium non potuisse soluere, neque ordinare Dominis Bandinis, quòd in damnum societatis soluerent debita leuiora, omisso grauiori; quia socij habent solùm mandatum ad faciendum ea quæ sunt vtilia societati, Glos. *in l. nemo ex socius, ff. pro soc. & in l. de pupill. §. Si plurium, ff. de non. oper. nunc.* Roman. *cons.298. num.1.* Aym. *cons.128. n.1. & cons.762. n.28.* Tanto magis cùm in isto casu præcederet conuentio, quòd istæ pecuniæ conuerterentur in causam census, ideò non potuerunt aliqui ex socijs in notabile damnum societatis ob cambia, & recambia illas conuertere in alium vsum, & ordinare, quòd soluerentur extra causam census. 1

Quantum verò ad secundam, Domini censuerunt, Io. Mariam non habuisse sufficiens mandatum ordinandi Domini de Bandinis, vt soluerent debita extra causam census. Primò, quia mandatum est restrictum ad statum, & ciuitatem Camerini, vbi fuit deputatus thesaurarius, & ideò non potuit in vrbe, vbi residebant alij socij ordinare Bandinis, quòd pecunias soluerent extra causam census, Anchar. *cons.232. n.3. & 4.* Secundò, quia in mandato Io. Maria ex pecunijs Camerini promisit soluere Camerini, & in suo statu pecunias in tabula Cameræ Apostolicæ descriptas, & reliquas transmittere ad vrbem, consignare in Banco DD. de Bandinis, prout in instrumento cum Bandinis celebrato continetur; vnde cùm illa dictio *prout*, restringat mandatum ad tenorem instrumenti celebrati cum Bandinis, ad quod habet relationem *l. edita*, & ibi Bart. *num.28.* & Dec. *num.85. C. edendo*, & instrumentum celebratum cum Bandinis contineat, quòd reliquæ pecuniæ debeant transmitti ad Bancum DD. de Bandinis pro soluendo debito ex causa census, non potuit Io. Maria vigore d. mandati, soluere, nec ordinare Bandinis, vt ex pecunijs transmissis soluerent debitum extra causam census omisso debito census, Gugl. Mainer. *in l. si duabus num.20. ff. de reg. iur.* 2

Nec obstat, quòd destinatio fuit facta ad fauorem DD. de Bandinis, vt ipsi essent magis cauti, quia non solum respicit fauorem DD. de Bandinis, sed etiam commodum thesaurariorum; quoniam pro censu soluendo Bandini poterant accipere pecunias ad cambia, & recambia, vt in instrumento fuit contentum, sed pro soluendis alijs debitis extra causam census, ipsi non poterant accipere pecunias ad cambia, vt fuit resolutum, & ideò multum intererat thesaurariorum, quòd ex pecunijs transmissis, in primis solueretur debitum census. Et consequenter cùm destinatio concerneret etiam fauorem thesaurariorum, non potuit Io. Mariam ordinare, quòd pecuniæ soluerentur in aliam causam, neque Bandini debebant sequi in hoc eius ordines, cùm non haberent sufficientem facultatem, Anchar. *cons.232. n.5.* Nec etiam obstat, quòd non omnes pecuniæ erant destinatæ ad solutionem census, sed quæ tempore solutionis census fuissent repertæ in Banco, vt colligitur ex illis verbis, *tunc extantibus*, vt fuit resolutum coram bo. me. Bubalo, quæ si pecuniæ transmissæ ad bancum, in primis erant destinatæ pro solutione census à Bandinis, non debuerunt conuerti in aliam causam, alioquin huiusmodi destinatio redderetur inutilis, si Bandini poterant sibi ex illis pecunijs transmissis satisfacere pro debitis solutis extra causam census, si non extabant in Banco, hoc euenit facto ipsorum, quia non debebant soluere in aliam causam. 3

Quantum autem ad tertiam difficultatem aliqui ex Dominis dubitabant, an mandatum Vincentij esset sufficiens. Quia eis videbatur restrictum ad ciuitatem Came- 4

me-

merini, quia debet intelligi secundùm naturam, & qualitatem negotij, & conuentiones initas, sed cæteri Domini contrarium existimabant, quoniam datum est Vincentio plenissimum, & liberum mandatum, & plenissima, & libera administratio; ideò non dubitabant, Vincentium potuisse ordinare Bandinis, vt soluerent extra causam census. Sed placuit Dominis, caput nullitatis mandati ex defectu solemnitatum statuti, quod locum habet vbicumque directè, vel indirectè remittitur aliquod ius, Cresc. *dec.* 190. Cott. 211.

4 Non obstat quòd cùm D. Virginia esset tutrix testamentaria, & fuerit ei solemniter per iudicem decreta tutela, potuit non adhibita solemnitate statuti, constituere procuratorem ad faciendum contractum super rebus minorum, Feder. de Sen. *cons.* 210. cum alijs allegatis: quia Domini distinguebant duos casus. Primus est, quando procurator fuit constitutus cum decreto iudicis ad faciendum certum actum; in quibus terminis loquuntur Feder. & alij hic citati, & Domini admittebant, absque aliqua solemnitate posse illum actum facere. Secundus verò casus est, quando fuit constitutus procurator cum decreto non ad faciendum certum actum, sed generaliter, vt in casu isto, & in hoc casu in actibus requiruntur solemnitates, Ias. *in l.* 1. *§. item acquirimus num.* 15. *&* 18. *ff. de acquiren. possess.* Tiraq. *de leg. connub. glos.* 5. *num.* 198. Lamberteng. *de contract. glos.* 20. *num.* 4.

R. P. D. GIPTIO.

Lauretana prædij, seu pecuniaria.

5. Aprilis 1594.

ARGVMENTVM.

Adimplere debet venditor ex parte sua antequam agat ad pretium, & obligatus dare fideiussores, non liberatur dando pignus, nisi per pignus pinguius creditori consulatur.

SVMMARIVM.

1 *Exequutiuè agi non potest vigore obligationis Cameralis, nisi prius extensa obligatione Camerali.*
2 *Venditor non potest agere ad pretium contra emptorem, nisi prius doceat de adimplemento ex parte sua.*
3 *Exceptio quæ venit ex natura contractus admittitur in quolibet iudicio.*
3 *Obligatus dare fideiussores liberatur dando pignus, quando succurritur pinguius creditori per pignus.*
4 *Emptor potest retinere pretium, vbi rei emptæ imminet euictio.*

DECISIO XIX.

1 IN emptione prædij, de quo agitur, inter cætera conuentum fuerat, quòd venditor teneretur dare defensores idoneos, & facultates, vt verbis contrahentium vtar, necnon prædium liberare ab omni censu, & onere, quæ super eo extarent, & donec defensores dati fuissent, emptor non possit cogi ad aliquam pretij solutionem. Adueniente postea termino tertiæ pagæ, emptor, facto deposito, interpellauit venditorem ad recipiendum depositum, & implendum respectiuè pro eius parte in contractu d. venditionis promissa, sed ipse exequutiuè procedendo vigore obligationis Cameralis obtinuit per decretum A. C. pecunias depositas inuestiri in tot censibus, qui starent loco euictionis possessionis venditæ. Quapropter, causa mihi per appellationem commissa, dubitaui: An decretum A. C. esset confirmandum, vel reuocandum, & d. die vtraque parte informante reuocandum esse, conclusum fuit ex duabus rationibus, quarum prima in eo residet, quod exequutiuè procedi non poterat nisi extensa priùs obligatione Camerali, cùm antea iudex de sua iurisdictione certus non sit, Rom. *cons.* 153. *num.* 6. *vers. quo ad tertium*, Rot. *decis.* 6. *de off. deleg. in nou.* Cresc. *dec.* 197. *alias* 73. *de concess. preb.* Modern. *ad form. oblig. camer. de proc. ipso num.* 4. Ioan. Baul *decis.* 8. & decisum fuit coram D. Oriolano in vna Aquilana releuationis indemnitatis 7. Septembris 1576. & alia Roman. palatij, campi Floræ 16. Decembris 1588. coram R. P. D. Pegna.

Altera ratio respicit iniustitiam decreti, quoniam non poterat emptor à venditore conueniri nisi prius docto de adimplemento pro eius parte iuxta terminos, *l. Iulianus*, *§. offerri de act. empt. l. cum proponas*, *l.* 2. *C. de trans.* siquidem in omni iudicio semper admittitur illa exceptio quæ venit ex natura actus, & vbi petitio, & exceptio oriuntur ex eodem contractu, Bald. *in auth. præsenti*, *C. de fideiuss.* Felin. *in cap. ex part.* 2. *in* 10. *lim.* & ibi Dec. *num.* 57. *de offic. sua. deleg.* Nec releuat quod pecuniæ depositæ inuestiri deberent modo, & forma vt supra dictum fuit, quia per huiusmodi inuestimentum non ita redderetur tutus, & securus emptor, sicut per dationem fideiussorum, & defensorum, qui nedum pro sorte principali, sed etiam pro damnis, & interesse promittere deberent, & in euentum molestiarum eundem venditorem liberare tenerentur. 2

Propterea non applicatur quod dicit Bart. pòst glos. *in l.* 1. *in verb. dotis*, *ff. qui satisd. cog. n.* 2. videlicet quòd obligatus dare fideiussores liberatur dando pignora, *ad l. plus cautionis*, vbi Scrib. *de regul. iur.* quia id procedit quando melius, & pinguius succurritur creditori per pignora, quàm per fideiussores, vt declarat Ias. *in d. l.* 1. *num.* 12. 3

Non obstat, quòd fuerant dati fideiussores, & illorum approbatores, quia approbatio non est nisi quatenus fideiussores idonei non essent, idcircò hoc casu esset necessaria discussio, ad quam emptor non tenetur. His accedit, quòd emptor molestatur ab aliquibus creditoribus hypothecarijs dict. venditoris, ideò cùm de præsenti immineret euictio, potest ipse tum de iure communi retinere pretium, *l. si post perfectam de euict.* tum etiam vigore pacti, *ad l. iurisgentium*, *§. prætor ait*, *de pact.* cum concord. 4

R. P. D. GIPTIO.

Hispalen. Voti.

Sabbati 26. Nouembris 1594.

ARGVMENTVM.

Consuetudo quid sit, & quid præscriptio, in quibus vna ab altera differat, & quando etiam consuetudo introducta dicatur, seu potiùs præscriptio; est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, & non præscriptio, & è contra, quando magis inducta censetur, & sic in quo differat præscriptio à consuetudine.*
2 *Consuetudo omnibus nocere, & prodesse potest, quando respicit personas incertas, & indeterminatas.*
Præscriptum tantum censetur, quantum possessum.
3 *Consuetudo de bono, & æquo seruanda est, ea scilicet, quæ de rebus disponendis tractat, non autem de acquirenda, quia tunc dicitur præscriptio, & non consuetudo.*
Canonistæ quandoque abutuntur verborum, & vocabulorum proprietate, non sic Iurisconsulti, ibid. vers. secundo suadetur.
Consuetudo dicitur illa, quando Capitulum inducit vsum aliquem inter suos Canonicos, ibid. vers. tertio.
Consuetudo attenditur, & non præscriptio in materia suspicionis, & recusationis, ibid. in fine.
4 *Capitulum censeri debet persona particularis, & vti talis eis acquiritur, vbi declaratur hæc conclusio.*
5 *Legem condere, vel statuere qui non potest, nec etiam potest consuetudinem inducere, declara, vt n.* 6.
Capitulum potest consuetudinem introducere concurrente scientia, & longa patientia Episcopi, ibid. in fine.
7 *Consuetudo induci potest etiam contra ius. Vbi quod multo magis potest induci contra communem opinionem.*

Canonicus quod in aliquibus casibus ex causa rationabili vocem in Capitulo non habeat, statuere potest consuetudo, ibid.

Votandi ius dicitur in fructu Canonicatus, ibidem.

DECISIO XX.

1 CVm informantes pro Capitulo allegarent consuetudinem excludendi à iure votandi in electionibus, & omnibus alijs actibus Capitularibus non solum familiares, officiales, seruitores, salariatos, & domesticos Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis de Castro Ecclesiæ Hispalens. Archiepiscopi possidentes dignitates, Canonicatus, & portiones in dicta Ecclesia, sed etiam omnes alios de huiusmodi dignitatibus, & beneficijs ab eodem insimul cum Capitulo prouisos, siue de negotijs particularibus Archiepiscopi, aut prænominatorum agatur, siue de prouisionibus communibus, vel de alijs rebus dignitatem Archiepiscopalem concernentibus, quia eùm exclusio prætenditur in præsupposito casu, præscriptionem, & non consuetudinem locum habere. Ad tollendam hanc difficultatem, quæsiui an versemur in casu consuetudinis, vel præscriptionis, & dubio pluries proposito, maior pars Dominorum hodie 26. Nouembris tenuit, nos versari in consuetudine, non autem in præscriptione. Potissima ratio fuit, quia vbicumque non tractatur de auferendo certis personis in perpetuum, & alijs applicando, sed acquirendo omnibus, non vt singulis, sed in vniuersum, & contra omnes præsentes, vel futuros, quibus tale ius est propositum. Vnde cùm illud cansei,
A tunc resultat consuetudo, & non præscriptio A, Abbas *in fin. num. 20. de consuetud.* per text. *in l. venditor, §. si constat, ff. commun. præd.* Aretin. *cons. 23. num. 11. vers. sed dub. fuit*, Dec. *cons. 154. num. 5. vers. sed in consuetudine*, Ruin. *consil. 115. num. 3. in fin. & num. seq. lib. 4.* Bald. *in tract. de præscript. in prima part. quæst. vltim. num. 3.* latè Aym. *de antiq. tempor. par. 4. num. 16. in 10. differentia.*

2 Stante igitur, quòd Capitulum vti vniuersitas prætendat, inductam extare consuetudinem excludendi prædictos à iure votandi familiaritate durante, & non vltra. Itaque cessante, ipsi non prohiberentur suffragia in Capitulo ferre, sicut versa vice, qui hodie liberam vocem habent, si familiaritatem contraherent, voto priuarentur, non videtur dubitandum, esse consuetudinem, quare omnibus nocere, & prodesse potest, cùm sint personæ incertæ, & indeterminatæ, Anton. Butr. *in cap. fin. num. 45. de consuetud.* Corn. *cons. 268. num. 17. lib. 4.* Non autem est præscriptio, quia mediante ius irreuocabile præscribens, vt dicunt scribentes superius citati, minusque futuris familiaribus obesse potest, sed tantùm illis, qui passi fuerunt ius suum præscribi, iuxta text. *in l. alienationis verbum, de verbor. signific.* Alexand. *in rubr. Cod. quæ sit longa consuetudo num. 48.* siquidem tantum censetur præscriptum, quantum possessum B, Roman. *cons. 368. num. 8.* Ias. *in leg. 3. in princip. num. 35. & seq. de acquir. possess.*

3 Et hoc primo suaderi videtur, quoniam (vt inquit
B Bald. *in cap. vltim. num. 16. de consuetud.* Consuetudo est de bono, & æquo seruanda, & de rebus disponendis, non autem de acquirendis: ideò cùm prætensio Capituli ad hoc tantum respiciat negotium, poterit materia esse consuetudinis, & non præscriptionis. Secundò suaderut ex eo quod iurisconsultus, qui non abutitur vocabulis, quemadmodum faciunt Canonistæ, vt animaduertit Aret. *dict. cons. 23. num. 11. post med. in l. illud notandum, iuncto princip. l. seq. cuiusque vniuers. num.* in simili casu hanc consuetudinem, & non præscriptionem appellat, & hoc faciunt ibi Doctores per Bart. & Bald. *in princ.* Tertiò ex text. *in c. cum in Ecclesia de præb. in 6.* vbi vult, esse consuetudinem, quando Capitulum inducit vsum inter suos Canonicos, non inuocandi in absentia eos, qui ad certos casus sunt vocandi, licèt absentes. Quartò quia in materia suspicionis, & recusationis, non attenditur præscriptio, sed vsus populi, & loci consuetudo, Abbas *in cap. postremo num. 4. & de appellat. in cap. nonnulli, §. sunt & alij num. 10. vers. ego credo de rescript.*

Nec ad rem facit, quòd Capitulum ad hunc effectum 4
censeri debeat persona particularis, & vti talis ei acquiritur, *l. Lucius Collegio de leg. 3. l. Ciuitas, C. de offic. Rect. Prou.* Nati. *cons. 142. num. 45. lib. 1.* cùm vicem vnius teneat, *cap. cum dilect. de consuetud.* Io. Andr. & Abb. *in dict. cap. fin.* quos refert, & sequitur Put. *decis. 283. lib. 2.* Et resolutum fuit in *vna Melitens. præcedentia 12. Iunij 1599. coram D. meu Decanu.* C Vnde fit, vt hæc propriè C
consuetudo appellari nequeat, Roch. de Curt. *in cap. fin. num. 379.* Rolan. *cons. 5. num. 75. lib. 1.* Quoniam hoc non procedit in casu isto, vbi inter ipsas personas capitulares de aliquo obseruando in proprium agitur, & non vt Capitulo tanquam priuato, & singulari personæ acquiratur, quandoquidem per huiusmodi amissionem voti, nec Capitulo, nec Canonicis ius aliquod considerabile acquisitum videatur; nam in negotijs suffragio expediendis semper maior pars Capitularium desideretur, & incertum est, pro qua parte familiares essent daturi votum: quocirca adaptatur materia consuetudinis, & non præscriptionis, Roch. *vbi supra in glos. fin. in 5. part. num. 3. in fin.* Rebuff. *super consuetud. Galliæ in præfat. tit. de consuetud. num. 23.* vbi ponit exemplum Dec. *in cap. cum omnes de consuet.* Et ab hac opinione non dissenit Rota *in illa Caietana præcedentia*, cuius copia Dominis data fuit.

Nec dicatur, Capitulum quod non potest legem con- 5
dere, vel statuere, D non potest etiam consuetudinem D
introducere, quæ est altera lex, *cap. consuetudo distinct. 1.* Bald. post glos. *in l. 2. in 1. & 3. apposit. C. quæ sit longa consuetudo, & in l. de quibus, ff. de legib.* Alex. *cons. 173. num. 13. lib. 3.* cum alijs citatis, quoniam de iure Canonico hoc locum sibi non vendicat, vt mox dicetur, minusque vbi tractatur de acquirendo in publico, cùm ius tam agentis, quàm patientis sit commune, & adsit incertitudo vtriusque, & simus inter subditos, & concurrit consensus tacitus eius, qui potest legem condere in illa materia, præsertim ex iusta, & rationabili causa, tunc tenet consuetudo hoc modo inducta, Ant. de Butr. *in dict. cap. fin. n. 49. vers. aduertendum, & vers. quandoque ex parte, cui quæritur, de consuet.* & voluerunt Domini in *d. decis. Caiet.* paulò post *vers. nec obstat.*

Præterea illa Doctorum opinio, quòd qui non potest 6
legem condere, vel statuere, non potest etiam consuetudinem inducere, procedit in priuato, & in eo qui nullam prorsus habet potestatem statuendi, Bart. *in l. 1. num. 7. ff. de legibus*, sed Capitulum in concernendo rem, & personas Capitularium, potest etiam sine auctoritate Episcopi statuere, glos. & Doct. *in cap. 2. in verb. statutum de verb. signific. in 6. & in cap. cum omnes*, vbi Felin. *num. 9. vers. vbi autem, & num. 10. vers. 4. est aduertendum*, Ferret. E
cons. 286. num. 1. & 2. Et communem dicunt Moder. per informantes citati meritò. Quin imò concurrente scientia, & longa patientia Episcopi, ex quibus colligitur eius consensus, Aret. *dict. cons. 23. num. 12. vers. vel quod si*, Corn. *cons. 155. n. 4. lib. 4.* potest Capitulum statuere circa ea, quæ etiam tangunt statutum Ecclesiæ suæ, Calderin. *cons. 3. circa med. de consuetud.*

Non obstat, quod hæc consuetudo sit contra ius, ideò 7
præscriptio esse debeat, quia de hoc agetur quando discutietur, an adsit sufficiens consuetudo, præter id, quod induci potest consuetudo contra ius, *l. de quibus in fine, de legib. §. naturalia instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* & probatur *in d. l. venditor, § si constat, ff. com. præd.* & ab eo, qui facultatem statuendi non habet, inter personas Ecclesiasticas, dummodò sit præscripta, Abb. *in rubr. de constit. n. 1. in fin. & in c. fin. num. 8. eod. tit.* Fel. *sect. 3. num. 9.* His accedit, quod hæc consuetudo non est contra ius, F F
cùm non detur lex quæ ei resistat, etiam si esset contra communem opinionem, Purp. *decis. 241. in fin. lib. 2.* Ius enim non resistit, quod Canonicus in aliquibus casibus ex causa rationabili vocem in Capitulo non habeat, per ea quæ scribit Couar. *var. resol. lib. 1. c. 17. n. 7. vers. qua ratione.* Et sic tollitur quod aliàs dicebatur, Canonicos, & beneficiatos habere intentionem de iure fundatam eo ipso quod sunt Canonici; cùm ius votandi sit in fructu, glos. & Doct. *in cap. venissent*, vbi Abb. *num. 21. cum seq. de rest. in integr.* quia dicta consuetudo dicitur potiùs præter ius, quàm contra ius.

Non

Non obstat præiudicium incidens, & secundarium, quod non attenditur, & extra dubium, de quo agitur. Ex his tollontur omnia ex aduerso deducta, quibus sigillatim, & benè respondent Informantes pro Capitulo.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS

ad Decisionem XX.

1 *Inter consuetudinem, & præscriptionem, quæ sit summa differentiæ.*

2 *Consuetudo non nocet, nec prodest alicui in particulari, sed omnibus indifferenter,*

Vnde non est certus, qui præscribit, & nec contra quem præscribitur.

3 *Præscriptio ei vtilitatem acquirit, qui præscribit, & contra quendam priuatum instituitur, & contra eius priuatum interesse.*

4 *Consuetudo, & non præscriptio dicitur, quando est reciproca inter plures.*

5 *Inter Capitulum, & Episcopum non cadit reciprocatio, quia vnum est caput, & alij membra.*

6 *Capitulum, quando intendit aliquid inducere contra Episcopum, non dicitur consuetudo, sed præscriptio.*

7 *Episcopi solius vox tanta est, quanta totius Capituli.*

8 *Decisio in causa Hispalen. voti, quæ est præsens declaratur, & num. 12.*

9 *Præscriptiones restringuntur ad actus, quos exercentur.*

10 *Præscriptio proprios facti terminos non excedit.*

11 *Præscriptum tantum, quantum possessum, & ista regula memoria continua commendanda est secundum Bart.*

12 *Præscriptio, strictè interpretationis quasi freno, inter expressorum metas coercenda est.*

13 *Præscriptio improbum lucrum reputatur.*

14 *Præscriptionis exceptionem, qui obijcit, iniquissimo vtitur priuilegio, & rigorosam allegat exceptionem.*

15 *Tempore, qui se defendit, circumuentione vtitur.*

16 *In præscriptionis materia non defertur iuramentum suppletorium.*

17 *Causa aliqua, si sit commissa, vt secundùm æquitatem iudicetur, hoc casu Iudex non debet ferre sententiam pro vtente præsidio præscriptionis.*

18 *Præscriptio est contra naturalem æquitatem, qua cauetur, ne quis locupletetur cum aliena iactura.*

19 *Præscriptio in quantum fieri potest, refrenanda, & euitanda est.*

Adden. ad Balb. in tract. de præscript. p. 1. 4. part. princip. q. 2. in littera A. confutatur.

20 *Hypotheca an possit præscribi spatio 10. annorum, licèt vtraque pars non fuerit præsens in eodem loco.*

21 *Præscriptio cùm sit materia præiudicialis, & odiosa, ideò debet labi vsque ad extremum momentum.*

22 *Temporis computatio fit de momento ad momentum in materia odiosa.*

23 *Præscriptionis tota vis consistit in vltimo momento.*

24 *Præscriptio de proximo complenda non habetur pro completa.*

26 *Butr. doctrina in cap. fin. num. 39. de consuetud. est pulchra, sed nulla ratione probabilis,*

27 *Et Rota sæpius eam contempsit.*

28 *Consuetudo, vt validè inducta dicatur, requiritur ex parte inducentis eadem potestas legis condendæ.*

29 *Mulieres, cum leges condere non possint, ita nec consuetudinem inducere valent,*

30 *Et ista opinio menti retinenda est, secundùm Roman.*

31 *Mulieres etiamsi millies contraherent cum personis prohibitis, nequaquam possent derogare statuto de solemnitatibus in eorum contractibus.*

32 *Consuetudo est tacita lex.*

Tacitum actum non potest inducere ille, qui eum expressè facere nequit.

33 *Consuetudo, vt validè inducta dicatur, requiritur vt maior pars populi ea vsa sit, & ista est communior opinio.*

34 *Verumtamen in illa maiori non habenda ratio de illis, qui consuetudinem non possunt inducere.*

Infantes, furiosi, mulieres, &c. nequeunt inducere consuetudinem, ibid.

35 *Capitulum, quando possit condere statuta super hoc, est glos. valdè notabilis in cap. 2. in verb. statutum, vers. cæterum de verb. signif. in 6.*

36 *Capitula Ecclesiarum, super his, quæ tangunt sua negocia particularia, possunt statuere sine Episcopo.*

37 *Puta, quod certis modis distributiones quotidianæ distribuantur, vel certo modo ad Capitulum vocentur, vel his similia.*

38 *Capitulum potest ex se absque Episcopo statuere, id quod iure communi cautum est;*

Itaut ex eodem statuto restituenda sit dispositio iuris communis, quæ à contraria consuetudine fuit abrogata.

39 *Doctorum verior conclusio vbi se fundat in lege, aut Canone, tunc illa non dicitur opinio, sed ius.*

40 *Prouisus de beneficio dum non est expectanda confirmatio ab Ordinario, potest capere possessionem eiusdem beneficij absque licentia d. Ordinarij,*

41 *Et quid si Ordinarius contra id statuat, an sit contra ius, licet super hoc non adsit nec lex, nec Canon.*

42 *Decisio Doctoris etiam sine lege loquentis si non habeat contradictorem, non dicitur opinio, sed ius.*

43 *Doctoris decisio etiam sine lege loquentis habetur pro lege, donec alius allegetur, qui contradicat.*

44 *Opinionibus prudentum, & expertorum virorum, non minus standum est, quam demonstrationibus ipsis.*

45 *A verbis Doctorum non licet arguere sicuti fit à verbis legis,*

Sed solùm attenditur id, quod claris verbis dicunt.

46 *Argumentum à contrario consensu non valet à dictis Doctorum.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM XX.

SVmma namque † differentiæ inter consuetudinem, & præscriptionem ea videtor esse, quia consuetudo nec prodest, nec nocet alicui in particulari, sed omnibus indifferenter, & sic vti vniuersis, & nec certus est, qui præscribat, & nec contra quem præscribitur, & ista vocatur consuetudo, de qua hic in decisione. 1 A 2

Præscriptio verò ei † vtilitatem, & Ius priuatum acquirit, qui præscribit, & contra quendam priuatum instituitur, & contra eius priuatum interesse, & ista est communis opinio, quam tenent Canonistæ, *in cap. fin. de consuetud.* vbi Anchar. *quæst. 9. num. 11.* Anton. de Butr. *num. 39. vers. vnde cum tangatur præiudicium*, Abb. *num. 20. vers. si Episcopus acquirit vt solus possit corrigere*, Io. de Imol. *num. 29. vers. primo quia per præscriptionem*, Felin. *in cap. quæ statuimus num. 20. limit. 1. de maiorit. & obed.* Aretio. *consil. 23. num. 11. vers. sed dubium facit*, Dec. *cons. 134. num 11. versic. non obstat*, Roland. *cons. 5. num. 76. lib. 1.* Ruin. *cons. 41. num. 46. lib. 1*, Corn. *cons. 268. num. 16. lib. 4.* Balb. *de præscript. quæst. 10. num. 3.* Couarr. *in regul. possessor. part. 2. §. 3. num. 2.* & latè Aym. *de antiquit. tempor. part. 4. num. 11.* & Matienz *in l. 1. tit. 7. lib. 5. recop. glos. 6.* Molin. *de primogen. cap. 6. num. 9.* Gutier. *canon. qq. lib. 2. cap. 21. num. 68. & 69.* Petr. Rauennaten. *de consuetud. sess. 3. num. 6. & seq.* Guidopap. *in repet. rubr. titul. de consuetud. num. 2.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 561. num. 24. & seq.* Put. *decis. 284. & decis. 387. lib. 2. & decis. 251. lib. 3. in correctis*, & fuit dictum coram bon. mem. Card. Pamphilio Senior. *in vna Toletana Redecimarum de Madrid 21. Maij 1586. & coram bo. mem. Coccino in Corduben. Redecimarum 14 Martij 1608. est decis. 400. inter eius impress.* & ibi inter alias decisiones adducitur præsens hæc decisio * coram Gypsio, & adde *decis. coram bon. me. Reuerendiss. Manzanedo in vna Burgen. distributionum 22. Martij 1613. & coram Eminentiss. Domin. Cardin. Vbaldo in causa Cracouien. iuris legendi 30. Martij 1629. est decisio 265. num. 24. & 25. tom. 1. à me select. alias part. 5. recent.* & coram Eminentiss. D. Card. 3

Verospio *in causa Gerunden. iurisdictionis 24. Maij 1632. est decisio 351. num.9. & 10. tom.2. à me select. aliàs p.6. recent.* & latè idem etiam fuit dictum coram bon.mem. Reuerendiss. Penia *in causa Placentina voti 26. Aprilis 1599. est decis.603. num.5. & seqq. inter eius imprimen. vbi etiam num.* 17. declaratur præsens hæc decisio * Hispalen. voti.

Et dicitur ideò fuisse hic resolutum adesse consuetu-
4 dinem, † & non præscriptionem, quia consuetudo erat reciproca inter ipsos Canonicos, quæ tamen reci-
5 procatio, cùm non possit cadere † inter Capitulum, & Episcopum, quorum vnum est caput, & alij membra corporis Ecclesiæ, *cap. nouit. de his quæ fiunt à Prælat.* &
6 ideò quando Capitulum intendit aliquid inducere † contra Episcopum, non dicitur consuetudo, sed præscriptio, prout erat in casu dictæ decisionis, vbi Capitulum prætendebat induxisse, Episcopum solùm habere vnicam vocem in his, quæ simul ad Capitulum, & Episcopum
7 spectant, † cùm aliàs in hac materia de iure communi tanta sit vox Episcopi solius, quanta totius Capituli, ex communi Canonistarum opinione, de qua *in cap. postulasti de concess. prebend.* vbi Hostien. *num. 2. vers. hoc est de iure communi, &c.* cum ibi latè relatis, quod etiam antea latè fuit firmatum coram eodem Penia *in eadem causa sub die 6. Nouembris 1600. est decis.679. num.* 5. quod & deinde fuit roboratum in eadem pariter causa *coram eodem sub die 17. Decembris 1604. est decisio 923. num.2. & 3.* Videatur etiam in supradicta *Burgen. distributionum 22. Martij 1613. coram Manzanedo, est in-*
8 *fra decis.479. num.*10. vbi † pariter adducitur, & declaratur præsens hæc decisio * Hispalen. voti coram Gypsio. Plures tamen differentias inter præscriptionem, & consuetudinem, si quis desideraret, videndus est Alberic. *in Dictionar. iur. in verb. Consuetudo*, & plura congerit D. Regens Capyc. Galeott. *controuers.2. lib.2. à num.76.*

B NAm præscriptiones restringuntur ad actus per quos
9 exercentur, & proprios facti † terminos non excedunt, secundùm Bald. *in leg. final. num.8. vers. vnum aliud, C. commun. vtriusque iud.* & ibi Ias. *num.*37. per textum *in leg. 1. §. Iulianus ait, ff. de itin. actuq. priuat.* ex quo est etiam desumpta ista vulgaris regula,
10 de qua hic in decisione, nempè † tantùm præscriptum, quantum possessum, dum dicitur *in dict. §. Iulianus*, ibi, *quoad vsque ingressus est, eo vsque ei interdictum*
11 *competere*, quam regulam esse † continua memoria commendandam enixè rogat Bart. *in dicta leg. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat.* cum alijs adductis à Rota *in causa Placentina Decimarum Veneris 11. Ianuarij 1630. coram claræ memoriæ Merlino est decisio 333. num.16. part.5. recent.* & melius *coram Eminentiss. Dom. Cardin. Verospio in dicta causa Cracouien. iuris legendi 30. Martij 1629. est decisio 365. num. 27. eadem part.5.*

12 Et sic præscriptio † stricto interpretationis quasi fræno inter expressorum metas coercenda est, cùm materia hæc sit odiosissima, & iniqua appellatur, *in authen. vt Eccles. Roman. centen. præscript. gaud. collat. 2. tit.4. §. habeat itaque*, ibi, nec improba temporis allegatione sese tueatur tempus pro puritate prætendens, &c. Vn-
13 de præscriptio † improbum lucrum reputatur. Cuman. *cons.159. in dubium ad finem*, Curt. iun. *cons.60. Casus in fin.* Crauett. *de antiquit. tempor. part.4. quæst.23. num.61.* Mut. *decis. Siciliæ 31. num.8.* Fontanel. *decis. Cathacen. 82. n.1.* & qui obijcit exceptionem præscriptionis
14 iniquissimo vtitur priuilegio, & † rigorosam allegat exceptionem, glos. *in leg.1. ff. de neg. gest.* Bald. *in leg. ancillæ num.11. C. de furt.* Angel. *in l. qui æquitate in fin. ff. de dol. mal. & in leg.1. ff. de negot. gest.* Becc. *cons.12. num.60.* Decian. *respons.108. num.27. lib.3.* Sapienter ergo dixit Iser. *in cap. sancimus quo tempore miles, &c. in vsib. feud.* &
15 ibi Afflict. *num.7.* Quod † qui se defendit tempore circumuentione vtitur, quare etiam in præscriptione non
16 defertur iuramentum in litem in vim † probationis suppletorium, Vrsil. ad Afflict. *decis.12. num.3.* cum ibi allegatis.

Et aduerte si alicui est commissa causa, vt secundùm
17 † æquitatem iudicet, non debebit talis iudex ferre sententiam pro vtente præsidio vsucapionis, aut præscriptionis, & hoc eo quia est contra naturalem æquitatem, qua † cautum est, ne quis locupletetur, cum aliena iactu- 18
ra, *vulgat. iur.* & ita multum singulariter animaduertit Angel. *in leg.1. ff. de negot. gestor. & in leg. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap.* quem refert, & sequitur Ias. *in leg. is, qui pro tempore ante fin. ff. de vsucap.* & quod prædicta sententia menti tenenda sit admonet Hippol. de Marsil. *singul. 370. incip. vsucapio num. 4. vers. Et teneas menti.*

Ideò semper verum erit asserere, vt dicitur hic in decisione tantum præscriptum, quantum possessum, &c. & sic præscriptio absque vlla spe in nihilo est extendenda, sed quantum fieri potest † refrenanda, & euitanda ve-
nir, ex traditis per Angel. *in leg. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum*, Dec. *cons.86. sub num.5. vers. sed ta-* 19
men his non obstantibus, Anton. Monach. *decis. Florent. 7. num.4.* confert Decian. *dict. respons. 108. num. 28.* Cassan. *ad Consuet. Burgun. titul. des Forestes rubric. 13. glos.8. num.9. & seqq.* Cyriac. *controuers. forens. 321. num.80. & sequent. part.2.* Rota *decis. 304. num.2. in fin. part.1. recent. & coram bonæ memoriæ Buratto decis.457. in fin. & coram clar. memor. Reuerend. Merlino in causa Spoletana Saluiani 3. Iunij 1639. §. Cæterum contra, versic. & cum materia præscriptionis sit odiosa, &c.* vbi etiam refutatur Add. ad Balb. *de præscript. part.1. 4. part. princip. quæst.2. in littera A.* vbi nulla ratione subsistente
sensit hypothecam præscribi † posse spatio 10. annorum 20
licet vtraque pars non fuerit præsens in eodem loco, &c. & coram Reuerend. Patre Dom. meo Royas *in causa Ciuitatis Castelli Saluiani 18. Februarij 1641. in fin.* vbi dicitur præscriptionis materiam esse satis odiosam, & semper quantum fieri potest euitandam, & refrenandam.

Insuper etiam cùm ista materia sit satis præiudicialis,
& odiosa, ideò necesse est ad eius perfectionem, † vt vs- 21
que ad vltimam horam, imò vsque ad vltimum momentum expectetur, prout dicimus de qualibet materia
odiosa, in qua temporis computatio etiam † de mo- 22
mento ad momentum admittitur, vt benè per Alciat. *in leg. anniculus, ff. de verbor. significat.* Cuiac. *in leg. 3. §. minorem, ff. de minor. & in leg. qua ætate, ff. qui testam.*
facere possunt, & in puncto, quod tota † vis præscri- 23
ptionis perficiatur, & stat in vltimo momento, & dixit Ias. *in leg.3. §. habeo num.15. ff. de acquir. possess.* Rebuff. *in tractat. de pacif. possess. num.320.* & sæpè censuit Rota, & potissimum coram bon. mem. Card. Marquemontio *in causa Lucana Bonorum 18. Martij 1611. est decis. 304. num.2. part.1. recent. & coram bon. mem. Pirouano in causa Volterrana Prioratus 27. Iunij 1634. §. vltim. vers. est necessarium vsque ad vltimum momentum, cùm agatur de præscriptione, &c. & coram Merlino in causa Messanen. seu nullius Feudi 15. Februarij 1636. & melius coram R. P. D. meo Ghisilerio in celebri illa causa Comen. iuris conferendi 8. Iunij 1637. sunt decisiones 94. sub num. 14. & 226. num.48. tom.3. à me select. aliàs part.7. recent. & nouissimè coram eodem Reuerend. Patre Dom. meo Ghisilerio in causa Mutinen. Bonorum 23. Iunij 1642. §. Non præsumptum ex prætenso lapsu, vers. necessario requiruntur completi, vsque ad extremam horam, & momentum, &c.*

Meritò ergo dicitur, quod præscriptio de proximo com- 24
plenda non habetur pro completa, Ias. *in dict. leg.3. §. Labeo num.17. ff. de acquiren. possess.* Balb. *de præscript. 3. par. 6. par. princip. quæst. 1. num. 11.* Rota *in causa Romana pretij viridarij 11. Martij 1624. coram bon. mem. Vbaldo §. 1. vers. & sufficit superesse vna dies, vt præscriptio de proximo complenda non habeatur pro completa, &c. & in dict. Comen. Iuris conferendi 8. Iunij 1637. coram R. P. D. Ghisil. num.49.*

IDest *coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino*, & C
hic in altera impressione erratum erat in anno, cùm loco 1579. positus esset 1599. est *decisio 410. num. 3. inter eius impress.* adde Abb. *in cap. Cum Ecclesia Vulterrana num. 6. de elect.* Aym. *de antiquitat. tempor. part. 4. different. 7. num.21.* Probus ad Monach. *in cap. cum illis numer. 1. & 17. de præbend. in 6.* Aretin. *cons.23.* Rocch. *in cap. fin. sect. 5. num.3. de consuetud.* Balb. *de præscript. part.1. quæst. vltim. num.3. cum sequent.* & dixit Rota *coram Penia in dicta Placentina Voti 26. Aprilis 1599. est decis. 603. num.8. in imprimen.*

versic.

versic. nam Collegium, & Vniuersitas vicem vnius habet, &c. & *coram bon. mem. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo infra in hac parte decis.* 479. *sub num.* 4. ibi, *Capitulum vicem vnius sustinet, &c. videatur etiam coram bona memor. Cardinali Pamphilio Sen. in causa Toletana Redecimarum* 21. *Maij* 1586. vbi dicitur, si quis in-
25 tendat † acquirere ius contra Vniuersitatem, in hac materia illa habetur loco priuati, & sic non potest prætendere consuetudinem, sed benè præscriptionem inducere.

26 Nec aliquis moueri debet ex † dictis per Butr. *in cap. fin. num.* 39. *vers. stat ergo conclusio de consuetud.* cuius doctrinam esse pulchram, sed nullibi probari, ibidem scripsit Roch. *in eodem cap. fin. art.* 5. *num.* 3. *versic. considera*
27 *tamen*, eamque doctrinam † contempsit Rota *coram bona memoria Cardinali Pamphilio in Toletana Redecimarum* 22. *Martij* 1613. & *iterum coram Manzanedo in dict. decis.* 469. *sub num.* 7.

DEtenim vt validè consuetudo inducta dicatur præter alia hoc maximè necessarium ex parte inducentis
28 (quia id non † secus est ac legem condere est iurisdictionis vulg. iur.) exigitur eadem potestas legis condendæ, Bart. *consil.* 136. *num.* 2. & 3. Butr. *in cap. vltim. num.* 39. *de consuetud.* latè deducit Aym. *de antiq. tempor. part.* 4. *sect.* 1. *num.* 13. & *nu.* 14. Molin. *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. Balb. *de præscript. part.* 5. *quæst.* 10. *num.* 7. Curt. Iun. *consil.* 171. *num.* 12. *lib.* 2. glos. quam omnes sequuntur *in leg.* 1. *ff. de iurisdict. omn. iud.* Balb. *in leg. si quis iniquum* §. 1. *ff. quod quisque iur.* & *in leg.* 1. *ff. de iurisdict. omn. ind.* & *in leg. decernimus colum.* 2. *C. de sacrosanct. Eccles.* & *in leg. nulli, C. de sentent.* Tiraquell. *in tractat. primogenit. quæst.* 16. *num.* 2. & de communi testatur Alexand. *in dict. leg.* 1. *ff. quod quisque iur.* & post eum Francisc. Viui. *in Sylu. comm. opin. cap.* 160. *num.* 3. & in nostris terminis fuit dictum *coram bon. mem. Penia in dict. Placentina voti* 26. *Aprilis* 1599. *num.* 9. & *coram Manzanedo decis.* 479. *sub num.* 3. *infra in hac parte cum alijs ibi relatis.*

29 Quare, vt dictum est, cùm potestas † legis condendi necessaria sit in volentibus inducere consuetudinem, ideo dicendum venit, quod mulieres quia nequeunt leges condere, *leg. fœminæ, ff. de regul. iur.* ita per eas nulla-
30 tenus † potest induci consuetudo, vt aduertit Bart. *in leg.* 1. *ff. de legib.* quam opinionem extollit Abb. *in cap. quanto vltim. sub num.* 8. *vers.* & *est vnum mirabile, &c. de consuetud.* & quod ea menti sit tenenda admonet Ludouic. Roman. *in singular.* 43. *num.* 2. ibi, Tene menti, quod mulieres non possunt inducere consuetudi-
31 nem, & ideo † si milles contraherent cum personis prohibitis non derogant statuto, &c. sic etiam tenet Luc. de Penn. *in l. nominationum sub num.* 8. *C. de decur. lib.* 10. Ioann. de Plat. *in leg. patrimonium, C. de muner. patrim. lib.* 10. Angel. Aretin. *in* §. *ex non scripto colum. vltim. versic. quæro an fœmina, &c. instit. de iur. natur. gent.* & *ciuil.* Curt. Sen. *in leg. si quis maior colum.* 2. *num.* 8. *C. de transact.* & ante omnes dixit Cin. *in l.* 2. *colum.* 11. *vers. item dicunt Doctores, &c. C. quæ sit long. consuetud. per text. in d. l.* 1. *ff. de legib. vbi hoc idem dicit, &c.* & ita consuluerunt Abb. *in consil.* 3. *num.* 1. *part.* 2. & Socin. *in consil.* 7. *num.* 8. *volum.* 1. & recentius meminit Illephons. Perez *in tract. de Anniuers.* & *Capellan. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 22. *vers. mulieres nequeunt inducere consuetudinem,*
32 *&c.* Et facit quia consuetudo est tacita † lex, iuxt. text. *in l. ex non scripto, ff. de iur. natur. gent.* & *ciuil.* sic tacitus actus non potest induci ab eo, qui expressum actum facere nequit, *leg. quoad certum ff. locat.*

Itaque animaduertendum venit, cùm inter alia ne-
33 cessaria ad inducendam † validam consuetudinem requiratur, quod maior populi pars, vsa sit tali consuetudine, & ista est vera, & communis sententia, pro vt vnanimi consensu asserunt Doctores *in rub. extr. de consuetud.* Felin. *in cap.* 1. *ext. de tregu.* & *pac.* & hanc esse communem opinionem firmat Syluestr. Aldobrand. *in d.* §. *ex non scripto num.* 11. *Instit. de iur. natural. gent.* & *ciuil.*

Ergo si quæreretur, nunquid in illa maiori parte populi, omnium de populo habenda esset ratio, ex su-
34 pradictis facilis est responsio, † quod non, sed illorum tantum qui possunt leges condere, exclusis illis, qui non habent talem facultatem, quales sunt mulieres, vt dictum est, minores quindecim annis, infantes, furiosi, & ita tenet Bart. *in leg.* 2. *C. quæ sit longa consuetudo*, Anton. de Butr. Abb. & Curt. *in cap. fin. de consuetud.* & ista est communis opinio, prout firmat Aldobr. *in d.* §. *ex non scripto.*

E

ET in hac materia ad istam glosam † tanquam nota- 35
bilem esse recurrendum monet Imol. *in cap. cum omnes num.* 1. *de constitut.* & ibi Bero. *num.* 36. & dixit Rota *coram bon. memor. Corduba in causa Ilerden. statuti* 3. *Decembris* 1593. & vide quæ ibi notauit D. Theodosius Rubeus pater meus *in* 1. *tom. singular. Rot. Romanæ ad d. decis. coram Corduba fol.* 303. *col.* 2. alias decisiones etiam in his terminis adducit D. Ferentill. *in annot. ad bon. mem. Buratt. decis.* 768. *in littera A. num.* 11. quibus addo *decis. coram bon. mem. Penia in causa Bobien. iuris optandi* 3. *Iulij* 1589. *est decisio* 35. *num.* 13. *inter eius à me imprim.* vbi dicitur Capitula † Ecclesiarum super his, quæ tan- 36
gunt sua negotia particularia, puta quod certis modis quotidianæ obuentiones distribuantur, vel quod certo modo ad Capitulum † vocentur, vel his similia statuta 37
condere possunt, &c. & videatur etiam *coram bon. mem. Card. Sacrato decisio* 606. *num.* 1. *infra part.* 4. *recent.* & *coram Eminentiss. D. Card. Verospio in causa Gerunden. iurisdictionis* 24. *Nouemb.* 1632. & recentius *coram Eminentiss. Card. Panzirolo in causa Cæsaraugustana distributionum* 3. *Decemb.* 1640. §. *Tum quia Capitulum potest statuere super his, quæ ipsius interesse concernunt, &c.* & *coram eodem in eadem causa sub die* 21. *Iunij* 1641. §. *Capitulum potest statuta condere super his quæ concernunt proprium interesse, &c.*

Et quod Capitulum possit ex se per nouam constitutionem † statuere id, quod iure communi cautum 38
est, ita vt ex eadem constitutione restituenda sit dispositio iuris communis, quæ ab alia consuetudine fuit abrogata; fuit dictum *coram Eminentissimo Domino Cardinali Verospio Iuniore in causa Gerunden. iurisdictionis* 16. *Martij* 1635. *confirmata coram bonæ memoriæ Merlino sub die* 3. *Decembris eiusdem anni, sunt decisiones* 32. *num.* 11. & 76. *num.* 1. & 19. *tom.* 3. *à me select. alias part.* 7. *recentior.* videatur etiam *coram eodem Eminentissimo Domino Verospio in Barchinonen. statuti* 3. *Martij* 1636. *est decis.* 107. *à num.* 2 *in eadem part.*

F

ATque fuit dictum *coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio in causa Seguntina Præsidentiæ* 22. *Iunij* 1604. & *coram bonæ memoriæ Cardinali Marquemontio in Comen. habitus* 4. *Martij* 1611. *est decisio* 297. *numer.* 1. *part.* 1. *recentior.* & *coram bona memoria Penia, in causa Farfen. Villæ Caprolæ* 4. *Februarii* 1593. *inter eius imprimen. est decisio* 220. *numer.* 7. *versic. quod expressè iuri repugnet, non autem Doctorum placitis, &c.* & recentius *coram bona memoria Reuerendissimo Pirouano in causa Gerunden. plumborum* 26. *Februarii* 1638. §. *Neque dicatur versic. Sed requiri expressam legis dispositionem in contrarium, &c.* Vbi etiam limitatur ista conclusio, vt non procedat, quando verior † Doctorum opinio 39
declarando, aut interpretando se fundat in lege, aut canone, tunc enim illud dicitur ius, non autem opinio, prout accidit in casu dictæ decisionis. Nam vt ibi habetur cum regulare sit, prouisos de beneficijs, dum non est expectanda confirmatio ab Ordinario, posse capere possessionem eiusdem beneficij propria auctoritate absque noua Ordinarij licentia, Ripa *in cap. cum M. Ferrarien. num.* 186. *de constitut.* & *in cap. sæpe num.* 69. *de restitut. spoliat.* Rebuff. *in prax. de miss. in possess. num.* 5. & *de pacif. possess. num.* 290. & *num.* 294. cum alijs allegatis per Garz. *de benefic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. vbi etiam nonnullas decisiones adducit. Si igitur contra id fiat constitutio per Ordinarium, vt † nemo ex prouisis ab inferiori- 40
bus collatoribus audeat capere possessionem beneficiorum sub pœnis, &c. talis constitutio dicitur contra ius, & hoc quamuis super dicta conclusione nulla lex, vel canon habeatur, tamen quia † Doctores 41
supra citati firmant eam sententiam super *cap. transmissum,* & *cap. nihil de election.* & *cap. auaritiæ eodem titulo in* 6. Ideo fuit dictum allegatam constitutionem esse contra ius, & non contra opinionem Doctorum.

Facit etiam in simili id, quod dicimus, decisionem Do-

42 Doctoris etiam sine lege † loquentis non esse opinio-
nem, sed casum legis, si non habeat contradictorem,
Ias. *in leg. penult. num. 21. C. de pact.* Bart. *consil.* 36. *incip.*
Ad propositum num. 42. *lib.* 2. Becc. *consil.* 35. *num.* 18. *&*
consil. 68. *num.* 9. *lib.* 1. Surdus *consil.* 313. *num.* 43. *lib.* 3.
Idem *decis.* 229 *num.* 36. & dixit Rota *in causa Nouarien.*
decimarum 17. *Decembris* 1627. *coram bona memoria Pi-*
rovano, est decisio 122. *num.* 16. *tom.* 1. *à me select. aliàs*
part. 5. *recent. & in causa Viterbien. Castrorum* 23. *Maij*
1635. *coram bono memoria Coccino*, §. *Quantum vero at-*
43 *tinet*. Vbi habetur, Doctorum decisionem † etiam
sine lege, dici casum legis donec alius allegetur, qui con-
tradicat.

Hinc congruit id, quod scribit Aristoteles *lib. 6. Ethic.*
nempe vt non minus inhærendum sit prudentum, &
44 † expertorum virorum opinionibus, atque sententijs,
quàm demonstrationibus ipsis.

Aduertendum est tamen in casibus, in quibus Docto-
45 rum decisio habetur pro lege, † non licere ab eorum
verbis arguere, sicuti fit à verbis legis, vt asserunt Scri-
bentes *in cap. 2. de rescrip. & in cap. 1. de constitut.* sed so-
lùm attenditur, id quod claris verbis dicunt, & hoc es-
se generaliter verum, ita vt à dictis Doctorum non va-
46 leat † argumentum à contrario sensu, asseruit Alex. *in*
leg. 1. num. 28. in fin. ff. de offic. eius, &c. quem refert, &
sequitur Euerard. *in suis loc. legal. loco 4. circa fine*, Osa-
sch. *decis. Pedemont.* 57. *num.* 30. Surdus *cons.* 400. *nu.* 22.
lib. 3. & respondet Rota *in causa Lucana Dimisionis* 15. *De-*
cembris 1636. *coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo, est*
decis. 600. *num.* 32. *tom.* 1. *à me select. aliàs part.* 5. *recent.*
in nonster impress.

Paulus Rubeus.

R. P. D. BLANCHETTO.

postea S. R. E. Cardinali.

Firmana Altaris.

Luna 5. Decembris 1594.

ARGVMENTVM.

Deuolutio collationis beneficij Iurispatronatus, vt habeat locum, quæ requirantur, & quando beneficium dicitur Sacerdotale.

S V M M A R I V M.

1 *Deuolutio collationis vt habeat locum, debet probari scientia, & negligentia collatoris.*
Tempus datum patronis ad iterum præsentandum, quando præsentatus non vult prosequi ius suum, currit à die, quo primum præsentatum pœnituit prosequi ius suum, & patroni sciuerunt, num. 1.

2 *Beneficium non dicitur sacerdotale, quando onus celebrandi Missas in fundatione non iniungitur Rectori specialiter, sed contentatur, quod possit per alium celebrare.*

3 *Constitutio Pij V. circa illegitimos non habet locum in hæreditate delata ante const.*

4 *Testis de auditu non probat.*

DECISIO XXI.

1 Domini dixerunt, gratiam Domini Ricciardini non esse iustificatam. Cùm enim fundetur in deuolutione ob negligentiam patronorum in præsentando intra tempus sibi à iure præfixum, debet probare sufficienter scientiam ipsorum. A Rebuff. *de deuolut. num.* 12. deinde quod Episcopus neglexerit post ipsum dicti temporis conferre, *iuxt. c. de concess. preb. Clem. vlt. de supplend. neglig. Prælat.* Horum autem neutrum probatur. Lepidus enim Carus decessit extra locum beneficij, & habitationis istarum mulierum, ita vt ignorantia potiùs quàm scientia præsumatur. Præterea cùm vna pars patronorum prius præsentasset, & præsentatus acceptasset præsentationem, non currit tempus, nisi à die quo ipsum pœnituit prosequi ius suum, & patroni sciuerunt.

Non obstat, quod ipsa præsentatio sit conformis fundationi, quia testator non mandat simpliciter præsentari presbyterum, sed addit, *siue Rectorem*, & causa celebrandi Missas non iniungitur sibi specialiter, sed contentatur, quod possit per alium celebrare, ex quo vt in pluribus causis fuit resolutum in Rota, beneficium non dicitur sacerdotale. B 2

Non obstat, quod istæ mulieres sint incapaces iurispatronatus propter defectum natalium, quia tamen ad illas erat delata hæreditas ante Constitutionem Pij V. 3

Non est iustificata gratia circa valorem expressum, 4
nam primus testis iuxta 16. dicit, nescire quantitatem reddituum, & postea deponit de simplici auditu. Secundus, iuxta idem interrogatorium est etiam de auditu, & per consequens nihil probant.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem XXI.

1 *à Beneficiorum collatione, vt quis cadat, requiritur scientia indubitabilis.*

2 *Et talis debet esse, vt nullo pacto, aut defendi, aut tergiuersari possit. & desperato quolibet colore ad eam tegendam.*

3 *Causa qualibet, siue credulitas excusat à deuolutione.*

4 *Collationis beneficij ius, vt quis amittat ob lapsum temporis, non sufficit fuisse probatam vacationem beneficij, & fuisse transactum tempus,*
Sed etiam concludenter probanda est scientia in collatore vacationis beneficij.

5 *Cùm ante talem scientiam non potest imputari aliqua negligentia.*

6 *Negligentia in aliquid faciendo non potest considerari, nisi probata scientia eius, qui id peragere debet, & quidem per eam allegantem.*

7 *Beneficia vacantia sunt conferenda à collatoribus intra sex menses non à die vacationis, sed à die notitia vacationis.*

8 *Ordinarijs tempus sex mensium datum ad conferendum Parochiales Ecclesias ad eorum collationem spectantes, licet Bulla Pij V. numeret tempus à die vacationis,*
Id tamen est intelligendum à die vacationis notæ,
Et dictum tempus debet computari à die vacationis, non à die adeptæ possessionis Episcopatus,

9 *Et idem est intelligendum de quatuor mensibus concessis Ordinarijs ad collationem faciendam de beneficijs curatis aliàs Sedi Apostolicæ reseruatis.*

10 *Tempus, quando alicui datur ad aliquid peragendum, tunc ignoranti illud non currit,*

11 *Et hoc est perpetuum, & generale in omnibus, quæ sensu geruntur.*

12 *Decretum statuens tempus ad aliquid perficiendum, si fiat à Iudice parte absente, quando currat tempus.*

13 *Terminum si statutum disponat, quod à die decreti sine aliqua intimatione currat,*
Intelligendum venit dummodo habeatur scientia d. decreti, aliàs nimis exorbitaret à regulis communibus, num. 13.

14 *Vnde data ignorantia d. decreti, intrare non potest prædicti statuti dispositio.*

15 *Vassallus si scienter neget feudum, illud perdit, secus vero si ignoranter, & tamen regula est, quod negans feudum, illud amittit.*

16 *Patronis laicis quadrimestre concessum ad præsentandum non currit nisi à die scientia vera, non autem præsumpta, & interpretatiua vacationis beneficij.*

17 *Ita vt hoc casu non sufficit probare scientiam per famam.*

18 *Decis. 1. de iurepatr. in antiq. dum asserit patrono currere tempus ad præsentandum à die vacationis, & non à die scientia, refutatur.*

19 *Patronus, pro impossibili reputandum est, quod habuerit scientiam vacationis beneficij, & negligere voluisse ius proprium.*

20 *Ignorantia in dubio semper præsumitur.*

21 *Ignorantia vacationis beneficij de iure præsumitur.*

22 *Iusta-*

22 *Iuspatronatus laicorum, si impetretur per deuolationem ad Sedem Apostolicam ob non factam præsentationem intra tempus à iure statutum, quid hoc casu sit probandum.*

23 *Terminus aliquis quod fuerit decursus non potest dici, nisi assignetur initium d. cursus, & num. 24.*

25 *Scientia tunc præsumitur, quando ignorantia non est verisimilis.*

26 *Iurispatronatus fundator, quando non iniunxit qualitatem sacerdotalem ipsi actas electionis, sed illius prosequutioni, & aptitudini præsentati.*

27 *Et tunc non requiritur, vt præsentandus sit actu Sacerdos, quia vel tractu temporis fiet, aut onus implebit per alium.*

28 *Missas celebrandi onus potius videtur inhærere Sacello, & Beneficio, quando fundator iuspatronatus non requisiuit qualitatem sacerdotalem actu in præsentato.*

29 *Iurispatronatus fundator, si non requisiuerit industriam personæ in celebrando Missas, poterit Capellanus adimplere illud onus per alium.*

30 *Iuspatronatus possidens, si ex lege fundationis non teneatur per se ipsum celebrare Missas, illud non causat incompatibilitatem ad assequendum aliud,*

31 *Et ista est verior opinio, & tenenda, eamque sæpius secuta est Eminentiss. Congreg. DD. Cardd. Interpr. super Conc. Trid. & Rota Romana.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM XXI.

1 AN Am ad effectum, vt intret deuolutio, & quis ca-
dat à iure suæ collationis requiritur scientia indu-
bitabilis, *cap. quia diuersitatem de conceß. præbend. cap.
licet d. suppl end. negligentia Prælat.* facit etiam text. *in
cap. concertationi, vers. scientia,* & ibi Gemintan. *nu.* 15.
2 *de appellat. in 6.* & dicta scientia debet esse † talis, & adeò
notoria, & clara, vt nullo pacto negari, aut defendi,
aut tergiuersari possit, & impossibile sit ad reperiendum
3 aliquem colorem ad eam tegendam, cùm † quælibet cau-
sa, siue credulitas excuset à deuolutione, glos. *in cap
quamsi, in verb. abstulerit, de elect. in 6.* vbi hoc benè
notat Archidiacon. & hoc casu sequitur Castren. *in l. fin.
C. de dol.* Rot. *coram fel. rec. Gregor. XV. decis.* 369. *n.* 6. *&
coram bon. mem. Buratto decis.* 624. *num.* 7. *& seq.* & re-
centius *coram clar. mem. Reuerendiss. Merlino in causa
Parmen. Beneficij* 31. *Ianuarij* 1642. *§. Præterea in fundatione, vers. cùm qualibet causa, seu credulitas.* Et Rota
quid admittat ad effectum excusandi caducitatem plura
dicam alibi.

Et prosequendo loqui in terminis beneficialibus, ad
hoc vt quis dicatur amisisse ius collationis ob lapsum
4 temporis, non sufficit † fuisse probatam vacationem be-
neficij, & fuisse transactum tempus præfixum ad con-
ferendum, sed necessariò notitia vacationis in collatore
concludenter est probanda, cùm ante scientiam vacatio-
5 nis † non potest cuique negligentia imputari, & præter
iura supra allegata, idem latè censuerunt glos. & Docto-
res *in cap* 2. *de conceß. præbend.* & ea negligentia nullo
6 modo potest argui, nisi probata † dicta scientia vacatio-
nis, cuius probatio spectat eam allegant, Bart. *in l. genero num.* 4. *ff. de his qui notantur infamia, &* voluit Rota
coram bon. mem. Orano in causa Calcaten. dimidiæ portionis 17. *Decembris* 1582. *vers. cuius probatio, &c.* & sic
7 tempus † sex mensium datum ad conferendum non à die
vacationis est numerandum, vt per Azor. *instit. moral.
part.* 2. *lib.* 6 *cap.* 25. *q.* 10.

Atque sæpiùs idem dixit Rota, & præsertim *coram
bon. mem. Orano in d. Calcaten. dimidiæ portionis* 17. *Decemb.* 1582. *& coram bon. mem. Bubalo in causa Salamantina portionis* 23. *Iunij* 1586. *& coram bon. mem. Card.
Mantic. decis.* 260. *coram bonæ memoriæ Cardin. Marquemont. in causa Vercellen. Capella* 28. *Iunij* 1606. *est decisio* 186. *sub num.* 1. ibi, *tempus sex mensium non currit,
nisi a die scientiæ vacationis, &c. part.* 2. *recent.*

Quare *coram bon. mem. Card. Seraph. decis.* 702. fuit
8 tentum, tempus sex mensium datum Ordinarijs † ad
conferendum Parochiales Ecclesias ad eorum collatio-
nem spectantes post *Bullam Pij V.* quæ dicit, *à die vacationis*, intelligi debet à die vacationis notæ, *& fuit etiam
resolutum coram bon. mem. Cardin. Pamphil. in causa Placentina Parochialis* 20. *Decem.* 1585. *§. Nam quod spatium,
vers. à die notitiæ, &c.* vbi etiam dicitur dictum tempus
currere incipere à die vacationis, non autem à die adeptæ
possessionis Episcopatus, &c. Idem etiam fuit responsum
de quatuor mensibus † concessis Ordinarijs ad collatio- 9
nem faciendam de beneficijs curam animarum habenti-
bus, alias Sedi Apostolicæ reseruatis, vt cursum inci-
piant à die scientiæ, prout fuit dictum *coram eodem Seraph. decis.* 380.

Nam & peritum est, quando alicui datur tempus ad
aliquid peragendum, puta prout est in casu nostro, † tunc 10
opus est, vt præcedat notitia, cùm sine illa negligentia
dari non possit, Bart. *in l. genero num.* 6. *ff. de his, qui not.
infam.* Abb. *in cap. nos quidem,* & ibi Conar. *de testam.*
& sic tempus ignoranti non currit, vt voluit Innoc. *in
cap. ne pro defectu colum.* 2. *de elect.* Federic. de Senis *consil.* 129. Alber. *in l.* 2. *C. de libe. caus.* Bald. *in rubric. de
elect. vers. sed numquid istud tempus,* per text. *in cap. fin.
eodem titul. de elect.* vbi asserit † perpetuum, & generale 11
esse in omnibus, quæ sensu geruntur, per *l.* 1. *§. biduum
ff. quando appell. sit, & l. præses C. de appellat.* & in termi-
nis de eo, cui per decretum Iudicis fuit assignatum tem-
pus † ad certum quid perficiendum, vt non currat tem- 12
pus, quando decretum fuit factum absente parte, nisi
postquam ad eius notitiam peruenerit tale decretum; fuit
dictum *coram bon. me. Motmanno in causa Fauentina Bonorum* 15. *Iunij* 1637. *& videatur in causa Romana vineæ*
29. *Maij* 1634. *coram R. P. D. meo Ghisilerio §. Hinc fit,
vers. quia tempus non currit, nisi a die scientiæ, &c* & ibi,
allegatur decisio 211. *part.* 1. *diuers. & decisio* 593. *nu.* 4. *p.* 2.
recent.

Imo, quod plus est, si in aliquo loco vigeret statutum
disponens terminum currere à die decreti † sine aliqua 13
intimatione, quod intelligendum veniat dummodo ha-
beatur scientia dicti decreti, alias nimis exorbitaret à re-
gulis iuris communis, dixit Ludouic. Roman. *in consil.*
328. *sub num.* 11. Vnde data ignorantia dicti decreti, in-
trare non videtur prædicta statuti † dispositio, vt benè 14
deducitur ex text. *in §. si vassallus feudum, in fine, si de
feud. erit controuers. inter Dom. & vassall.* vbi si vassallus
scienter neget feudum, amittit illud, secus si ignoranter,
& tamen regula † est, quod negans feudum, illud perdit, 15
atque in terminis supradicti statuti volentis currere ter-
minum à die decreti sine aliqua intimatione, respondit
Rota *in causa Leodien. Durinij de Stercordia die* 3. *Iulij*
1623. *coram bon. mem. Coccino §. secundò nullitas etiam
videtur clara, vers. nihil facit statutum Leodien. nouiter
deductum, &c.*

Idemque in puncto, quod patronis laicis quadrime-
stre concessum ad præsentandum † non currat nisi à die 16
scientiæ veræ, non autem præsumptæ, & interpretati-
uæ vacationis beneficij, dixi Lap. *allegat.* 78. *num.* 12.
Gabr. *consil.* 188. *num* 9. *lib.* 2. & latè fuit ponderatum *coram bon. mem. Litta in causa Firmana Altaris* 1. *Iulij*
1598. *& coram bon. mem. Reuerendiss. Penia in eadem causa sub* 12. *Maij* 1606. *cum alijs relatis coram bon. memor.
Buratto in causa Praten. Beneficij* 24. *Februarij* 1620. *est
decisio inter eius impress.* 459. *à num.* 5. *& num.* 7. dicitur
allegatis, & subiungitur, non sufficere † hoc casu proba- 17
re scientiam per famam.

Hanc opinionem sequitur Rota, cum ibi, *Nec titubare quis debet, ex eo quia in decisione* 38. *alias* 1. *de iurepatron. in antiq.* firmetur, quod patrono currit tempus ad
præsentandum à † die vacationis, & non à die scientiæ, 18
atque eandem opinionem tenet, & probare conatur
Lambert. 2. *part.* 2. *lib. art.* 8. 1. *quæst. princ.* Quia dicta
decisio fuit reuocata, & acriter impugnata à Rota, vt
videre est penes Capuaquen. *decis.* 148. *num.* 3. *part.* 2.
vbi etiam dicitur, quod iura adducta in *dicta decis.* 1. *de
iurepat.* probant contrarium, & addo *decisionem in causa Legionen. Parochialis* 7. *Octobris* 1577 *coram bon. mem.
Card. Blanchetto*, quæ est valde magistralis in hac mate-
ria, eaquè habetur in *prim. part. diuers. decis.* 421. *num.* 1.
& 2. vbi etiam respondetur dictæ decisioni 1. *de iurepatr.
in antiq.* quæ prædictæ conclusioni contrariatur, & idem
fuit decisum infra *decis.* 377. *num.* 3. *& in causa Burgi
S. Sepulchri Beneficij* 25. *Maij* 1626. *coram clar. memor.
Merlino.*

Et si benè animaduertimus, pro † impossibili repu- 19
tan-

tandum est, patronos habuisse scientiam vacationis beneficij, & negligere voluisse ius proprium, argument. *l. cum de indebito, ff. de probat.* accedit etiam indubitata
20 † illa iuris conclusio, ignorantiam in dubio semper præsumi, *l. verius; ff. de probat. & cap. præsumitur ff. de regul. iur. in 6.* & in puncto, quod præsumatur ignorantia
21 † vacationis beneficij ratiocinata est Rot. *cor. b. m. Orano in causa Signina Iurispatronatus* 12. *Iunij* 1596.

Itaque si quis afferat patronum non præsentasse intra tempus quadrimestre sibi à iure indultum, sicque cecidisse a iure suo, & ob id tale beneficium impetrauerit,
22 tunc vt illud obtineat, debet plenè † probare, quod dictus patronus habuerit veram scientiam vacationis, cùm id sit fundamentum suæ intentionis, & gratia in hoc consistat, aliàs non probata dicta scientia, non potest assi-
23 gnari terminus † à quo cursus dicti quadrimestri inceperit, Garz. *de benefic. cap. 3. num. 37. & seq.* Cassador. *decis. 5. num. 3. de præbend.* Mohed. *decis. 17. eodem titulo, bon. mem. Card. Mantic. decis. 260. num. 1.* & optimè fuit animaduersum in causa *Forolivien. Iurispatronatus* 5. *Iunij* 1637. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, est decisio* 221. *num.* 10. *tom.* 3. *à me select. alias part. 7. recentior.*
24 supradicta † etiam fuerunt comprobata in *dicta Signina Iurispatronatus* 12. *Iunij* 1596. *coram Orano.*
25 Fallit tamen prædicta conclusio, quando † ignorantia non esset verisimilis ad notata per Rotam *decis. 481. num. 3. part. 1. divers.* vbi allegantur Roman. *consil.* 481. Grat. *consil. 42. num. 26. lib. 1.* Acchill. *decis. vnic. de supplenda negligentia Præl.* & alij, & deinde ita pariter fuit tentum in *causa Lucana Iurispatronatus* 22. *Iunij* 1611. *coram bo. mem. Card. Marquemontio.*

26 QVando enim qualitas sacerdotalis, † & onus cele-
B brandi non adiungitur ipsi actui electionis, sed illius prosequutioni, & aptitudini præsentati, tunc non requiritur, quod præsentatus sit actu Sacerdos, quia
27 vel in prosequutione, † & tactu temporis fiet sacerdos, & onus implebit per se, vel per alium, & videtur quod in hoc casu talis celebratio potius inhæreat Sacello, &
28 Beneficio scilicet, † vt ibi celebretur, non autem personæ præsentatæ, & satis tunc esset satisfactum voluntati fundatoris, dum à quocumque ibi Missa celebretur, Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 10. in primo casu de elect. & ibid.* Dec. *num. 7. & consil. 129. ad fin. vers. allegata in contrarium,* Rip. *optimè in d. l. ex facto num. 31. ff. de vulg.* Paris. *consil. 50. num. 17. lib. 4.* Rocch. de Curt. *de Iurepatronat. verb. Honorificum q. 4. num. 21. vers. si autem,* & dixit Rota *in Romana Capellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram bon. mem. Card. Pamphilio, est apud Marches. de Commiss. part. 1. fol. 140. in Monopolitana Hebdomadæ 14. Decembr. 1612. coram bon. memor. Reuerendiss. Manzanedo, & in causa Papien. Capellaniæ 3. Aprilis 1623. coram clar. mem. Merlino, erit in 4. tom. decis. Rot. Rom. à me select.* vbi latè distinctiones nonnullas in hac materia tradam: Idemque etiam fuit resolutum in *Bononien. Iurispatronatus 9. Decembris 1630. coram Reuerendo Patri Domino meo Ghisilerio, & antea in Placentina Beneficij 13. Iunij 1613. coram bon. memor. Pirouano,* & recentiùs fuit ponderatum in *causa Maceraten. Beneficij 1. Aprilis 1639. coram eodem Merlino, & in Regien. Beneficij 9. Decembris eiusdem anni 1639. coram Reuerendiss. P. Dom. meo Bichio,* vbi dicitur, quod in
29 casu quo non est † electa per fundatorem beneficij industria personæ in celebrando Missas huic muneri potest
30 Capellanus per alium satisfacere; & sic, qui illud † possidet, non tenetur ad residentiam, quæ causet incompatibilitatem, & ad hoc adducitur Lap. *allegat 35. nu. 3. & allegat. 117. sub num. 2. versic. nec obstat,* Fel. *in cap. cum omnes num. 32. circa fin. versic. & hoc procedit de constitut.* Cardin. *in cap. fin. num. 36. de Cleric. non resident. & in cap. de multa num. 3. in fin. vers. quinto quæro, de præbend. & cons. 3. num. 6.* Anchar. *consil. 17. sub num. 3.* Hojeda *de incompatibilitate benefic. part. 2. cap. 1. num. 2.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 133. num. 16. idem decis. Marcb. 155. num. 3. & seq.* Gonzal. *super regul. 8. glos. 5. n. 74. & seqq.* vbi, quod hæc opinio est verior, Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 27. num. 12.* Campanil. *in diuers. Iur. Canon. rub. 7. cap. 16. num. 13.* vbi, quod hæc opinio om-
31 nino † est sequenda, quàm amplexa semper fuit Sacra Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium Concil. Trident. Interpret. in pluribus declarationibus, quorum aliquas refert Garz. *de benefic. part. 7. cap. 1. n. 49. 85. 87. & 93.* & eandem secuta est Rota *in d. Romana Capellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram Card. Pamphil. & in decis. 86. num. 3. coram bon. mem. Cardin. Mantic. & in decis. 366. num. 2. & decis. 719. nu. 2. part. 2. recent. decis. 155. num. 2. part. 4. decis. 108. nu. 5. coram fel. rec. Gregor. XV. & in decis. 92. num. 2. coram bon. mem. Buratto, & in Aquilana Canonicatus 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Roias, vbi supradicta Regien. Benoficij coram R. P. D. Bichio tanquam optima canonizatur.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. PENIA.

Calaguritana iuris sepeliendi.

Luna 17. Aprilis 1595.

ARGVMENTVM.

Ius sepeliendi habens in sepulchro potest prohibere, ne alius in illo sepulchro sepeliatur, & in hac materia nonnulla notanda.

SVMMARIVM.

Sepulchrum est quid religiosum extra hominum commercium, & ab aliquo acquiri, & possideri non potest, num. 2.

Ius sepulchrorum, siue sepeliendi acquisibile est, & propterea qui ius sepeliendi habet, potest prohibere, ne alij sepeliantur in sepulchro, in quo tale ius habet, num. 2.

Sepulchra alia sunt familiaria, & alia hæreditaria, num. 3.

Attentata non sunt reuocanda, quando ex eorum reuocatione oriretur scandalum, prout est quando ex sepulchro exhumaretur cadauer. Declara vt num. 4.

DECISIO XXII.

MArtinus de Acha anno 1504. testamento consti- 1
tuit ne in Capella sanctæ Annæ, quam in Ecclesia Beatæ Mariæ Oppidi de Liqueito construxerat, sepulturam in ea pro se, & Maria Ortiz sua vxore delegerat, quisquam sepeliretur præter se, & suum hæredem, & vxorem, cui in eodem testamento concessit, vt suo arbitratu hæredes sibi constitueret, vnde Maria Ortiz anno 1511. vigore concessionis in testamento Martini sibi factæ, tam in bonis Martini, quàm suis hæredes, instituit Martinum de Acha iuniorem Martini senioris consobrinum, & Mariam Perez consobrinam testatricis, adiecta conditione, vt matrimonio copulati succederent in dicta Capella, & bonis testantium, & domo de Guiellestigni. Quibus conditionibus adimpletis, Martinus iunior de anno 1521. ex tribus liberis, quos ex prædicto matrimonio susceperat, Martinum Martinez, & Mariam hæredes institutos inuicem substituit, & in Maioratu fundato, in quo & domus, & Capella continebantur, præterita Anna Perez, tertia filia minore iterum legem fixit, ne alius, quàm successor in eo sepeliri in Capella posset: tum defuncto Martino Martinez in pupillari ætate, Maria eius soror vigore reciprocæ substitutionis, & in hæreditate paterna, & signanter in Capella successit. Initis deinceps quibusdam transactionibus, & facta diuisione bonorum; tandem Mariana de Artieda filia Mariæ Iniqueæ in domo de Guillestigni, ac consequenter in dicta Capella, quæ matri obtingerant successit. In qua vigore Maioricatus nemo alius quàm possessor dictæ domus sepeliri poterat. Cæterùm quia Maria Perez Annæ filia prætenderat, eius matrem, quæ extra dictam Capellam fuerat sepulta, ad eandem Capellam fuisse transferendam, & Ordinarius Calaguritanus anno 1584. corpus Annæ in sepultura dictæ Capellæ sine præiudicio tamen iurium deponendum censuerat, & ab eo decreto D. Mariana appellauerat. Dubitaui, an Mariana esset manutenenda in possessione dictæ Capellæ, & iuris sepeliendi in ea priuatiuè quoad Annam, & alios, & depositum foret reuocandum.

Domi-

2 Domini verò Marianam priuatiuè quoad alios manutenendam pronunciarunt. Depositum autem non esse amouendum censuerunt. Quamuis enim sepulchrum sit quid Religiosum, & quia in nullius bonis est, extra hominum commercium esse dicatur, & ob id nec acquiri ab aliquo, nec possideri possit, *l.quamquam, ff. de aq.plu. arcen.l.si sepulchrum, C.de religios.& sumpt. funer.* Ius tamen, & vsus sepulchrorum, siue sepeliendi, acquisibilis est, ita vt qui acquisiuit in eo sepeliri possit, ac cæteros ne ibi sepeliantur prohibere, *l.2. §.vsumfructum, l.familiaria, & l. sequen. ff. de religios. & sumpt.funer.l.ius sepulchri, C.eod. tit.* Hostien. Io.Andr. Ant.de Butr. ibi Abb.*num.5.*& communiter Canonistæ *in c.abolenda de sepult.* Et fuit decisum in vna Burgen.sanctæ Dorotheæ, die 13. Februarij 1579. coram sanctissimo Domino nostro Clementi VIII. tunc Rotæ Auditore, & in alia Pampilonen. sepulturæ die 4. Maij 1584.

3 Hoc autem ex discrimine sepulchrorum clariùs deducebatur. Cùm enim quædam sint familiaria, quędam verò hæreditaria; in illis solis de familia, quæ sepulchrum construxerat, sepeliri possunt, *dict.l. familiaria, ff. de Religios. & sumpt. funer.* In his autem sibi hæredes, & successores ius sepeliendi priuatiuè quoad alios acquirunt, *dict. l. ius sepulchri, C.de religios.* Molin. *lib.1. de Hispanor. primogen. cap.24. num.4.* & latè Ioan. Bapt. Asin. *in dict.l. familiaria, ff. de religios. & sumpt. funer.* Vnde cùm in proposito themate lis esset de sepulchro hæreditario, in quo ex dispositione Martini senioris, non alij, quàm ipse, & eius vxor, & ex institutione Martini iunioris non nisi hæres, & successor in domo de Guillestigni sepeliri poterant, in eaque domo Mariana successerit, iure inferebatur, eam fuisse manutenendam priuatiuè quoad alios, etiam de eadem agnatione, aut cognatione qui in dicta domo non succederent.

4 Cæterùm quamuis lite pendente cadauer fuisset in Capellam illatum, quia maiores nostri ita olim censuerant, remoueri depositum non placuit, Rot. *decis.8. vel lit.penaen. in antiquis*, quam reperiuit Bisignetus *decis. 5. de appell.* Gram.*decis.82.incip.incidit sermo num.3.*Franc. *in cap.dilecti 3.num.5.vers. secundo limita. de appell.* & alij quos refert Lancell.*tract. de attent. part.2. cap.4. limit. 13.* Præsertim cùm Ordinarius Calaguritanus sine præiudicio iurium, ad Capellam pronunciauerit transferendum, neque reuocatio attentati simpliciter, & absolutè, ac in perpetuum censeatur prohibita, sed donec constiterit sine scandalo, in pristinum locum restitui posse, Rot. *decis.1. num.2. de caus possess. & propr. in antiq.* Lancellott. *practata limit.13. n.9.*

R. P. D. PEGNA DECANO.

Dertusen. Archipresbyteratus.

Veneris 21. Aprilis 1595.

ARGVMENTVM.

Rectori habenti curam animarum datur coadiutor, si fuerit illiteratus, & ignarus; sed quando iste Rector dicatur illiteratus, hæc decisio quæ in materia exemplaris est, & singularis benè docet.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor datur Rectori curam animarum habenti, si fuerit persona illiterata arbitrio Episcopi, & per tot.*
2 *Doctor præsumitur literatus, & non ignarus, in fine.*
3 *Rectores habentes curam animarum, non est necesse, quod sint eminentes, & excellentes literati, si idonei in literis fuerint, & non rudes, nec ignari.*
5 *Infantes quando possint à nutrice baptizari.*
6 *Sacerdos cuius culpa sanctissima Eucharistia in terram cecidit, quomodo puniatur.*
6 *Heresis non datur sine pertinacia.*
7 *Hereticalem propositionem dicens sine malitia, & ob linguæ lapsum, aut non faciliter puniendus, aut leuiter, & extra ordinem.*
8 *Testibus dicentibus Sacerdotem inhabilem ad Sacramenta ministranda minus creditur, quàm dicentibus eum habilem.*

DECISIO XXIII.

Archipresbyteratum Oppidi de Motella Diœcesis Dertusen. curam animarum habentem administrauit D.Ioannes Andreas Sacræ Theologiæ Doctor, qui de illo fuerat à Sede Apostolica prouisus ab anno 1583.vsque ad annum 1593.quo tempore fiscalis Curiæ Episcopalis lite instituta contra ipsum tanquam illiteratum, insipientem, & ad curam animarum ineptum, & circa administrationem Sacramentorum multifariam delinquentem, die 3.Martij 1593. vicarium illi dandum, & adiutorem per Episcopum nominandum cum assignatione quartæ partis fructuum, & omnium emolumentorum pedis Altaris pronunciauit. 1

Sed cùm Archipresbyter appellatione interposita, ad Sedem Apostolicam recurrisset, causa commissa in Rota, dubitaui, an prædicta sententia fuisset iusta, vel iniusta. Et cùm die tertia Martij proximè præteriti Domini considerassent, iustitiam, vel iniustitiam sententiæ, ex peritia, vel imperitia Archipresbyteri potissimum fuisse detegendam, iusserunt, vt ego de ipso in literis, Sacramentorumque administratione periculum facerem, vt causa iterùm proposita legitimè diffiniretur. Tribus itaque colloquijs, seu priuatis disputationibus, die prima, 8. & 15. Aprilis cum ipso habitis, quibus quæsiui ab illo multarum, obscurarumque difficultatum ad Sacramenta Ecclesiæ in primis pertinentium solutiones, quamquam deprehenderim illum non admodum solertem, aut perspicacem, perspexi tamen satis idoneum, & competentem eius peritiam, tum in alijs, quæ ad Sacramenta Ecclesiæ spectant, tum in alijs, quæ ad Theologię facultatem referuntur. Licèt enim interrogatus paululum cunctaretur, respondebat tamen deindè ex sententia Theologorum, ita vt propositæ difficultates diluerentur. Vnde, causa iuxta præceptum Dominorum iterùm proposita, sententiam Ordinarij reuocandam censuerunt, quia propter imperitiam, & illiteraturam, non erat locus assignationi coadiutoris, ex forma Concilij Tridentini *sess.21.c.6.*

Licèt enim in hoc plurimum esset iudicio Ordinarij tribuendum, cui ex munere incumbit explorare peritiam Rectorum curam animarum exercentium, quæ præter honestatem morum in ipsis requiritur sufficiens ad rectè obeundum tantùm munus, quod iura vocant artem artium. Concilium Lateranense sub Innocentio III. *cap. 27. c. cum sit, de ætate, & qualit.* In hoc casu aliud fuisse constituendum suadebat; examen iussu Rotæ factum, per quod constabat de peritia, & literatura huius Archipresbyteri. Ita vt non foret locus dispositioni Concilij, *dict. cap.6. in 1. parte*, quatenus disponit, posse Episcopos illiteratis, & imperitis Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, Coadiutores, vel Vicarios pro tempore deputare. Accedebat etiam eiusdem Episcopi iudicium, qui dum esset alterius Episcopi sui antecessoris Vicarius Generalis anno 1578. eidem Doctori Andreę licentiam concesserat, vt in tota Diœcesi Dertusensi, verbum Dei prædicare, confessiones fidelium audire, & Missas celebrare posset. Doctoratus etiam gradus in Academia præsertim Valentina anno 1580.susceptus, nedum excludebat imperitiæ suspicionem, sed ad litteraturam præsumendam magnum præstabat argumentum, tum in ea Vniuersitate, tùm in omnibus scientijs graduandi, tum præcipuè in Sacra Theologia non nisi acri præcedente integri diei examinatione soleant doctorari, & exploratum sit, doctiorem aliquem esse præsumendum ob rigorem examinis, Cassan. *in Catal. glor. mundi part. 10. consider.32. vers. sed nunc in quantum.* 2

Denique testes, qui pro ipso inducti fuerant testificabantur ipsum habilem, & idoneum etiam ad curam animarum regendam. Ex quibus omnibus iuncto præser- 3

tim

tim examine de ipso habito in Rota, non modò excludebatur imperitiæ præsumptio, verùm peritia, & literatura concludebatur. Præsertim cùm iura ad hæc ministeria exercenda non requirant eminentes, & excellentes literatos (licèt tales forent adhibendi, si haberi possent) sed idoneos præficiendos iubeant, & rudes, & ignaros repellant, *cap. cùm sit de ætat. & qualit. cap. inter cætera de offic. ordin.* Et eò faciliùs hanc sententiam Domini amplectendam censuerunt, quia non solùm ex testibus Archipresbyteri, sed etiam ex testibus Fiscalis apparebat, il-
3 lum esse bonæ famæ, & vitæ, & honestæ conuersationis; non scandalosum, neque rixosum, quam vitæ honestatem tanti fecit Concilium Tridentinum *sess.21. cap. 6.* vt illiteratos, & imperitos non amouendos, sed eis coadiutores dandos, aut pro tempore Vicarios deputandos constituerit.

4 Quantum ad alterum sententiæ caput de delictis per Archipresbyterum in administratione Sacramentorum commissis spectabat, fuit dictum, quædam non probari fuisse delicta, alia suas pœnas habere in iure diffinitas, nonnulla, vel iam fuisse punita, vel leuiori pœna plectenda. Nam quòd mulierem quaudam morbo decumbentem absoluerit ante confessionem, & reprehensum dixerit, se benè fecisse non probabatur, imò intellectis circumstantijs rei gestæ constabat, illum rectè fecisse. Cùm enim Archipresbyter rogasset mulierem an confiteri vellet, & illa indicasset velle, tunc egressis è cubiculo decumbentis, qui in eo erant, Archipresbyter auditis peccatis, absoluit, in quo nullum erat delictum. Minus videbatur probatum, quòd propter illius negligentiam multi obierint sine Sacramentis: licèt enim quidam testes id asserere viderentur. Cæteri tamen tam pro parte Archipresbyteri, quàm etiam pro parte fiscalis examinati referebant, quòd si hoc contigisset, id potiùs accidisset culpa rusticorum viuentium extra oppidum in prædijs rusticis (quas Masadas Valentini appellant) ex eo quòd ipsum non vocarunt, sicut fieri solet, quàm quòd ipse vocatus non accesserit, & propterea aliqui eius culpa, & negligentia non susceptis Sacramentis obierint.

5 De infante domi ab obstetrice baptizato, & deinde iterùm ab Archipresbytero baptizato non negabatur factum, sed facti veritas delictum penitus excludebat. Cùm enim obstetrix dubitasset, an aqua tetigisset infantem, baptizare nondum ex vtero egressurum tentauerat, tunc Archipresbyter sub conditione, vt iura Canonica præcipiunt, eundem infantem baptizauit, *cap. de quibus de baptism. & eius effect.* S. Thom. *part.3. q.66. art.9.* Rem verò sic fuisse gestam, parentes eiusdem infantis confitebantur. Quòd nimis festinanter pœnitentium confessiones audiret, adeò vt vnius horæ spatio tres, vel quatuor pœnitentes absoluerit de illis, qui semel in anno soliti fuerant confiteri, vt multi testes fiscalis deponebant, non tam arguebat Archipresbyteri negligentiam, quàm eorumdem pœnitentium factum, qui cùm plura non confiterentur, non videbantur amplius detinendi. Cùm non sit præterea impossibile quosdam, quia boni Christiani sunt, & Deum timentes parua habere peccata, quæ confiteantur, iam multi testes honesti, & fide digni, qui eidem Archipresbytero fuerant sua peccata confessa, testificabantur, illum benè egisse, & eo modo vsum fuisse, qui in audiendis confessionibus à peritis, & prudentibus Confessarijs obseruari solet.

6 Factum sibi oppositum de Hostia consecrata, quam aliquot testes dicebant culpa illius cecidisse in terram, & irreuerenter ab eo è terra acceptam, vt rursus reconderetur; non negabatur, sed respondebatur primum id vigilanti etiam Rectori quandoque posse contingere: Rursus ei culpæ pœnitentiam esse in iure diffinitam, *cap. qui benè de consecrat. distinct.2.* Nec propterea dari locum priuationi beneficij, aut assignationi coadiutoris. Similiter non diffitebatur Archipresbyter se anno 1585. inter concionandum dixisse pœnas purgatorij esse perpetuas, sed cùm paulò post legitimè admonitus etiam in Ecclesia, & in pulpito correxerit se, & re cum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis communicata, ab illis fuerit liberè di-
7 missus, & deinceps per diœcesim verbum Dei prædicauerit, & sæpè visitatus fuerit toleratus, durum videbatur nunc vetera vulnera, quæ iam cutem obduxerant refricare, præsertim cùm de nulla hominis pertinacia constaret, sine qua cum errore in intellectu nemo malè de fide sentire verè iudicari potest, *cap. dixit Apostolus 24. quæst. 3.* S. Thomas 2. 2. *quæst.11. art.2.* Alphonsus Castreus *lib. 1. cap.7. de iusta hæreticorum punit.* Director. Inquis. *part.2. quæst.32.* Præsertim cùm qui per linguæ lubricum (vt dici solet) aut indeliberatum linguæ lapsum sine malitia hæreses, aut falsas in fide propositiones proferunt, nec Hæretici sint, nec puniendi videantur, cùm linguæ lapsus non sit facilè ad pœnam trahendus, *l. famosi, ff. ad l. Iuliam Maiest. l.1. C. si quis imperat. maledict. cap. quod autem 22. quæst.2.* Zanchin. *tractat. de hæretic. cap. 7. num.9.* Ad summum verò qui per lapsum linguæ delinquit, leuiter, & extra ordinem puniendus est, Gundisaluus *tract. de hæretic. quæst.1. num.7.* Albertin. *tract. de agnoscend. assertion. cathol. & hæret. quæst.3. n.3.* Franc. Squillacensis *tract. de fid. Cathol. cap.29. num.3.* Director. Inquis. *part.3. comment.17. tit. de form. exam. testium, §. seu animo indeliberato.*

Quòd fontem aquæ benedictæ immundum tenuerit, 7
& sacrarium dereliquerit apertum, & Ecclesiam sine custode; defectus sunt in visitatione corrigendi, Concil. Trid. *sess.7. de reformat. cap.8. & sess.21. cap.8. & sess.24. cap.3.* Eosque Episcopos antecessores in visitatione, quam singulis annis facere tenentur, emendasse iam præsumebatur, & Archipresbyterum correxisse. Quòd Muzetam deferret more Prælatorum, non est delictum, sed delatio habitus sibi competentis, cùm Doctores Theologiæ, & Rectores Parochialium in Regno Valentino de more intra Ecclesiam talem habitum deferre consueuerint. Testes Fiscalis deponentes Archipresbyterum hunc inhabilem ad Sacramenta ministranda elidebantur per alios testes Archipresbyteri, testificantes eum habilem, & idoneum ad regendum curam animarum. Vnde cùm neque imperitia, aut inhabilitas, neque vitæ turpitudo probaretur, quæ vel ad coadiutorem deputandum, vel ad priuandum à Concilio requiruntur, *d. sess.21. cap.6.* Conclusum fuit, sententiam Vicarij Dertusensis tanquam iniustam fuisse reuocandam.

R. P. D. PEGNA.

Romana Bonorum de Ceulis.

Veneris 28. Aprilis 1595.

ARGVMENTVM.

Simulatio sine causa non præsumitur, & qualis esse debeat ista causa simulationis, præsertim in donatione, cuius simulatio arguitur ex pluribus præsumptionibus, de quibus in hac decisione.

SVMMARIVM.

2 *Simulatio non præsumitur, nisi constet de causa simulandi.*
3 *Simulationis causa an iusta sit, metu Officialis terribilis, & num.9.*
4 *Simulatio præsumitur in donatione facta filijs.*
5 *Simulatio donationis omnium bonorum, & maioris partis eorum præsumitur.*
6 *Donationis simulatio præsumitur ex clausulis insolitis. Vbi de clausula quòd donatio non possit reuocari per vitium ingratitudinis, nec per superuenientiam filiorum, & de promissione euictionis.*
6 *Donationis simulatio præsumitur, quando donans remansit in possessione omnium bonorum, & quid isto casu operetur clausula constituti, & num.7.*
7 *Simulatio eo magis præsumitur, quando fuit renunciatum exceptioni simulationis.*
8 *Obseruantia subsequuta declarat animum donantis.*
9 *Simulationis causa qualis esse debeat.*

DE-

DECISIO XXIV.

1 In propositione huius causæ, quæ agebatur inter D. Tiberium Ceulum, & D. Claniem Ceulum illius ex fratre nepotem, vtraque pars fatebatur Hieronymum q. Ceulum, qui tempore fel. recordationis Pauli IV. ab vrbe Roma recesserat, & Parmam se contulerat, duplicem fecisse donationem, vnam die 19. Ianuarij anni 1558. ad fauorem Fabij eius filij de omnibus bonis existentibus in Ciuitate, & territorio Pisano, cum pacto, quod renunciaret quibuscumque iuribus sibi competentibus super omnibus alijs bonis paternis, & maternis. Alteram die 4. Aprilis eiusdem anni ad fauorem aliorum filiorum, nempe Antonij, Francisci Murij, Iulij Cæsaris, & Tiberij, Raynerio alio filio Protonotario excepto, de bonis consistentibus in vrbe Roma, & eius districtu, addito vicissim pacto, quod donatarij renunciarent quibusuis iuribus ipsis competentibus super bonis Fabio donatis. Sed quoniam post multas disputationes, Agentes pro D. Tiberio prætendebant impugnare hanc secundam donationem tanquam simulatè factam. Proposito dubio, Domini pro maiori parte donationem fuisse simulatam censuerunt.

2 Quia verò regula erat contra Dominum Tiberium allegantem simulationem, quæ non præsumitur, nisi constiterit de causa simulandi, Bald. *cons. 389. num. 1. vers. in contrarium lib. 4.* Crauett. *cons. 145. num. 2.* Neque enim sufficit proponere simulationem, nisi causa etiam simulandi doceatur, *l. patronus, ff. de probat.* Anchar. *cons. 226. num. 2.* Bart. *cons. 65. incip. factum tale num. 4.* Idem *in l. post contractum num. 3. vers. secunda præsumptio, ff. de donat.* Alexand. *cons. 111. incip. Viso superiori themate num. 1. lib. 3. & cons. 28. incip. in Causa, & lite num. 12. lib. 5.* Rota *decis. 1. num. 2. de donat. in nou.* Et fuit aliàs sæpè ita decisum, & præsertim in vna Romana donationis de Grandis die 27. Aprilis anni 1592. coram mem. Doctores enim asserentes coniecturis probari simulationem, causam simulandi non excludunt.

3 In hac facti specie, qui tenebant, donationem fuisse simulatam, causam simulandi constituebant in eo, quòd tempore Pauli IV. quidam Bartholomæus Beneuentus Minister acer, & formidabilis petierat à Hieronymo Ceulo, vt mutuaret Cameræ Apostolicæ magnam pecuniarum summam, quam cùm mutuo dare recusasset, Beneuentus ira concepta occasionem nocendi Ceulo perquirebat. Hinc Hieronymus clandestinè fugiens, & Parmam se conferens, vt deponebat quartũ testis fugæ socius, super 3. & 4. articulis, donationem fecit, quam idem testis iuxta 19. & 21. & super 8. & 9. articulis testificabatur fuisse factam simulatè, & confidentialiter ad fugiendum impetum Beneuenti. Huic accedebat testimonium Raynerij Ceuli die 19. Maij 1588. scribentis ad Hieronymum patrem Parmæ commorantem, & illum hortantis, vt quamprimum transmitteret ad vrbem requisita, quæ omiserat pro facienda donatione, quam maturare oportebat, quia *importa*, inquit, *assai, assicurarsi piu presto si puo*. Idem colligebatur ex literis eiusdem Raynerij sub die 30. eiusdem mensis Maij, & ex alijs Syluestri Gottardi Institoris.

4 Ad hunc modum simulandi causa constituta, multiplices coniecturæ cumulabantur. Primò enim erat facta fauore filiorum, de quibus pater multùm poterat confidere, *l. Theopompus, ff. de dot. prælegat.* Nam propter hanc coniecturam aliquando donationem putari simulatam censuit Bald. *cons. 70. incip. Apparet quædam num. 1. lib. 1.* Cuman. *cons. 155. num. 4.* Soccin. sen. *cons. 264. n. 2. vers. tertio arguitur lib. 2.* Dec. *cons. 659. num. 2.* Afflict. *decis. 370. num. 14.* Crauett. *cons. 82. num. 5.* Gozad. *cons. 1. num. 24.* Natt. *cons. 443. num. 1.* licèt Bart. *in l. post contractum num. 3. vers. 2. præsumptio, ff. de donationibus*, addat oportere quòd causa præcedat, quia aliàs sola proximitas non sufficeret.

5 Tum præterea, quia erat omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum in Vrbe, & eius districtu existentium, vnde nedum simulatio, sed fraus quoque argui solet, *l. omnis, §. Lucius, ff. de his qui in fraud. credit.* Bart. *in dict. l. post contractum num. 2. vers. & prima est præsumptio*, & ibidem communiter Doctores, Bald. *dict. cons. 70. lib. 1.* Alexand. *cons. 86. num. 3. lib. 7.* Afflict. *decis. 370. num. 13.* Soccin. *cons. 108. num. 3. lib. 1.* Nedum enim ex donatione omnium bonorum, sed ex maiori tantùm illorum parte donata argui simulationem voluerunt Dec. *dict. cons. 659. num. 3.* Paris. *cons. 53. num. 17. lib. 1.* Nam cum Hieronymus paulò antea bona Pisis existentia Fabio donasset, & per secundam donationem cætera Romæ consistentia à se abdicasset, nec constaret eo tempore sibi alia bona alibi reseruasse, quibus viuere potuisset, non videbatur vera hæc donatio, cùm non esset verisimile omnibus se bonis priuari voluisse. Vnde locus videbatur vulgati dicto inuerisimile imaginem falsitatis præseferre, Bald. *in l. 1. C. de seruis fugit.*

Rursus quædam clausula insolitæ in donatione insertæ, quòd scilicet non possit reuocari per vitium ingratitudinis, nec per superuenientiam filiorum; promissio etiam de euictione, quæ in donationibus non consueuit apponi, simulationem arguere videbantur, Anchar. *cons. 257. in fin.* Paris. *cons. 55. num. 51. lib. 1.* Natt. *cons. 198. num. 13. & 15.* Ponderabatur quoque ad effectum simulationis factum Hieronymi donantis, qui post donationem remansit vsque ad obitum in possessione bonorum donatorum, non reseruato sibi vsufructu, Bald. *in l. illud num. 16. C. de sacros. Eccles.* Bart. *in dict. l. post contractum, ff. de donat.* Paris. *cons. 54. num. 71. lib. 1.* Cepol. *de simulat. contract. præsumpt. 24. num. 26.* Bald. *d. cons. 70. num. 70. num. 3. 4. & 5. lib. 1.* Dec. *d. cons. 659. num. 3. vers. 3. præsumptio.* Ad responsionem verò datam ad hanc simulationem tollendam propter clausulam constituti, quæ tunc excludit simulationem, quando donans constituit se velle nomine donatariorum possidere, dicebatur, constitutum quidem tunc excludere simulationem, quando non constaret de causa simulandi. Nam quando de causa constat, donatione corruente constitutum, & cætera accessoria corruant, est necesse, cùm omnia præsumantur simulata, Ægid. *decis. 715. num. 7.* Bald. *in dict. l. illud num. 16. C. de sacros. Eccles.* 6

Renunciatio facta per donantem beneficio simulationis, & circumuentionis, simulationem etiam augebant, Bald. *in l. 3. C. plus valere quod agitur*, Barbat. *cons. 51. lib. 1.* Rolan. *cons. 40. num. 39. lib. 2.* Natt. *cons. 198. num. 15.* Ex epistola Raynerij vnius ex filijs donatoris, cui nihil pater in hac donatione concesserat, aliqui ex Dominis deducebant simulationem, cùm non esset verisimile, illum tam cupidè, & anxiè procuraturum fuisse donationem, ex qua nullum erat commodum percepturus, quinimò sensurus damnum, nisi sensisset, illam fictè, simulatè, & confidentialiter fieri. Supradictis accedebat, quia donatio non videbatur sortita effectus, cùm Hieronymus semper remansetit in possessione bonorum, & arbitrio suo de illis disposuerit, Bart. *in dict. l. post contractum num. 4. ff. de donat.* vbi tamen distinguit inter alienationem veram, & factam in fraudem, simulatam, & imaginariam, Paris. *cons. 54. num. 71. lib. 1.* Crauett. *cons. 156. num. 10.* 7

Ex ista enim obseruantia subsequuta intelligebatur quid à principio donans agere voluerit, & qualis fuerit eius animus, Paul. de Castr. *cons. 314. incip. super eo quod quæritur*, Crauet. *cons. 211. num. 8.* obseruantia enim multum potest ad simulationem arguendam, Bald. & Salyc. *in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi.* Et denique ipsi donatarij, neque in vita donantis, neque post eius obitum donatione fuerant vsi. Nam cùm Mutius, & Iulius Cæsar duo ex donatarijs contra D. Tiberium vniuersalem hæredem institutum pro paternis bonis, & legitima consequenda litigassent, nullum vnquam in donatione fundamentum fecisse dicebantur. Et ex his potissimum conclusum pro maiori parte pro simulatione donationis. 8

Cæterùm, quia Domini, qui tenebant pro non simulatione multùm dubitabant de causa simulandi, quia per illam non videbatur consultum Hieronymo donanti, nec filijs donatarijs, cùm tam ante donationem, quàm post donationem potuisset Beneuentus immittere manum in ea bona, quæ Hieronymus secum Parmam non detulerat: tum quoniam, licèt fuerit motus ex illa causa, siue vera fuerit, siue imaginaria, potuerat tamen verè dona- 9

re-

ze. Ideò super his, quibus non videbatur sufficienter responsum, particulariter audiendum censebant D. Cloricem, præsertim cùm Beneuenti illius terribilitas, qui alioquin vir iustus, & probus fuisse dicebatur, non probaretur talis ac tanta, vt sub bono Principe potuisset quasi quandam speciem tyrannidis exercere, nec coniecturæ adeò vrgerent, quin commodam reciperent interpretationem, qualem aliæ similes; nec minus potentes receperant in illa Romana donationis de Grandis, die 27. Aprilis 1592. & in alia Camerinens. bonorum, 15. Februarij 1593. coram me, per quam fuerat recessum ab alia decisione facta in eadem causa, die 2. Nouembris 1590. Vbi grauissimæ coniecturæ, & supradictis etiam similes suadebant simulationem, dicebatur etiam particulariter videndum, an Dominus Tiberius simulationem potuisset opponere.

R. P. D. PAMPHILIO,

Postea S.R.E. Cardinali.

Romana censuum scutorum 20.

16. Octobris 1595.

ARGVMENTVM.

Legatum alicui relictum cum onere aliquid faciendi, id quod onere præstito superest, spectat ad legatarium, & non ad hæredem, & isto casu quando in testem dicatur quis relictus legatarius, & quando nudus exequutor, vel minister.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alicui relictum soluendum est hæredibus legatarij, non autem hæredi testatoris.*
2 *Legatarius dicitur ille, qui tatis in testamento nominatur.*
Relinquo *verbum in testamento adiectum, certæ rei legatum importat, n. 2.*
Legatum est donatio à defuncto relicta, & ab hærede præstanda, num. 2. in fine.
3 *Legatarius reputatur is, cui relinquitur census ad effectum implendi onera iniuncta.*
4 *Testator in legato præsumitur legatarium prædilexisse, ac voluisse illum potius habere commodum, quàm hæredem.*
5 *Legatum relictum alicui ad effectum præstandi, & soluendi aliqua onera, facit illum reputare legatarium, & non nudum exequutorem, vel ministrum.*
6 *Legatario vbi data est potestas à testatore capiendi legatum propria auctoritate, ex hoc solo in legatarium rei legatæ transfertur dominium.*
7 *Testator, quod non dixit, noluisse præsumitur, & num. 10.*
8 *Testamenti verba clara attendenda sunt, & ab illis non recedendum.*

DECISIO XXV.

1 ILlustris Domina Victoria Sulphia, Marchionissa Guardiæ, condito testamento hæredes instituit hospitales Sancti Spiritus in Saxia, & Sancti Iacobi Incurabilium de Vrbe, in codicillis, quas postea fecit, mandauit, quod ex omnibus suis censibus, qui tempore mortis reperirentur, supportentur certa onera, ad quem effectum illos reliquit R. P. D. Antonio Gallo, à quo postea in a ijs codicillis dictum legatum ademit, & transtulit in personam Reuerendiss. Domini Scipionis de Sulphia, eius nepotis, inter quem dum viueret, & postea Dominum Horatium eius hæredem ex vna, & præfata hospitalia hæredes Marchionissæ ex alia, orta fuit differentia super quantitate, quæ ex dictis censibus superest, solutis oneribus, quam vnusquisque ad se spectare contendit. Et causa in Rota commissa, illaque sub die 16. Octobris 1595. per me proposita, Domini resoluerunt, census præfatos in eo, quod excedunt onera in codicillis apposita, non spectare ad hæredes Marchionissæ, sed ad dictum Horatium hæredem Scipionis Archiepiscopi, cui in dictis codicillis fuerunt exprese relicti, *l. si quis Titio*, cum ibi not. *ff. de leg. 2.* Gloss. *in l. Lucius*, *§. 1. in verb. non posse*, *ff. ad Trebell.* quicquid aliàs dicendum esset, si fuisset deputatus nudus minister, vel exequutor, *l. Lucius*, *§. à te peto*, & ibi Castr. *de legat. 2.* A A

Constat enim in præsenti casu Antonium fuisse legatarium, quia in pluribus partibus huius codicilli ita nominantur ab ipsa testatrice, *ad l. ille, aut ille*, *§. cum in verbis de legat. 3. l. alij*, *ff. de vsufruct. legat.* vltra quod postea ipsamet testatrix subdit, quod ad effectum, vt impleantur onera per ipsam inducta à legatario, quem nominat, & esse vult, præfatum Antonium, ei relinquit omnes census, qui tempore mortis reperirentur, vtendo verbo *relinquo*, quod adiectum certæ rei importat legatum, B *l. his verbis*, vbi glos. Bart. & alij, *ff. de hæredib. instit. l. cogi*, *§. generaliter*, *ff. ad Trebell.* & ista non conueniunt nudo ministro, vel exequutori, cùm legatum sit donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præstanda, *l. legatum est*, *ff. de legat. 2. §. 1. instit. eodem tit. cum vulgar.* 2 B

Præsertim cùm verba dispositiua legati non sint directa ad personas eorum, C quibus onera relicta per Marchionissam solui debent, sed sunt directa in ipsum Antonium, cui relinquuntur census, vt posset implere onera iniuncta; quo casu reputatur verus legatarius, iuxta distinctionem Bart. *in l. pecunia num. 1. vers. sed dices*, *ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. si quis Titio sub num. 1. vers. Tu tamen dicas clarius de legat. 2.* quem sequuntur ibi Castr. Imol. & alij, Bero. *quæst. 86. num. 2.* Dominus meus Mantica *lib. 8. de coniect. vlt. volunt. tit. 4. n. 13.* 3 C

Et tantò magis considerata qualitate onerum, quæ consistunt in præstando quolibet anno in perpetuum certam quantitatem ceræ, & aliarum rerum fratribus Ecclesiæ de Ara cœli, tam in festo Ascensionis Domini nostri, cum obligatione, quod fratres eadem die teneantur celebrare officium solemne in sua Capella existente in Ecclesia dictorum fratrum, quàm etiam infra octauam omnium Sanctorum pro eleemosyna, & in conficiendo quædam ornamenta valoris scutorum centum auri pro seruitio dictæ Capellæ, & in præstatione vestium lugubrium familiæ dictæ testatricis post eius obitum, & in supplendo ex prædictis censibus pro alimentis, relictis quibusdam suis mulieribus, casu quo pensiones apothecarum ad hunc effectum assignatæ non sufficiant, & in dando victum, & vestitum Confessori ipsius testatricis, & in præstatione vnius Calicis, valoris centum scutorum Ecclesiæ Lauretanæ. Quæ onera æquè commodè impleri poterant per hæredem etiam secundùm mentem testatricis, imò multò faciliùs, cùm sint instituti hæredes hospitalia, quæ sunt loca pia, perpetua, & versemur in oneribus successiuis, & perpetuis. Quo casu dicitur verus legatarius, cùm testator videatur eum prædilexisse, & voluisse, illum potius habere commodum, quàm hæredem, *l. si quis eum*, *ff. de condit. & demonstr.* & tradit Cuman. *in cons. 108. num. 2.* & sequitur Curt. iun. *in cons. 305. num. 23.* licèt in casu suo contrarium concludat, ex quo agebatur de onere educationis filiæ, quod ex intentione testatoris non poterat ita benè impleri per hæredem vniuersalem, qui erat consanguineus testatoris, sicut per propriam matrem ipsius filiæ; quo casu dicitur nudus minister, & exequutor; etiam quod verba dispositiua sint in ipsum collata, cùm non propter commodum legatarij reliquisse dicatur, sed vt melius sortitur effectum voluntas sua, quæ non ita benè per hæredem adimpleri poterat, vel si poterat, id non credebat, vel confidebat, vt tradunt Cuman. & Curt. *vbi supra.* 4

Accedit etiam, quod versamur in oneribus successionis, quæ non statim post obitum testatricis soluenda sunt in totum, sed certis diebus anni, & sub certis terminis, quod Domini considerant ad effectum, vt ille qui tenetur ad ea præstanda, censeatur legatarius, non autem nudus exequutor, vel minister, propter commodum, quod saltem in potentia habiturus est illo medio tempore, quousque onera soluantur, D vt trad. Bart. Castr. & Imol. *in d. l. si quis Titio.* 5 D

Conuenit etiam, quod ex amplissima facultate data An-

Antonio capiendi possessionem istorum censuum propria auctoritate tam adita, quàm non adita hæreditate absque licentia, & interuentu hæredum, vel alicuius iudicis, & prout poterat ipsa testatrix, satis videtur constare de eius mente, quæ, vt inquit Imol. *in dict. l. si quis Titio num.2.* potissimum attendendum est, quod voluerit transferre dominium in Antonium legatarium, ad not. *in l. non est dubium, C. de leg.* maximè cùm subdat, *ita quod hæredes non possint quouis prætextu dictum Antonium molestare, tam occasione supradictorum censuum, quàm alterius cuiusuis summæ pecuniarum testatricis, quas constaret vnquam peruenire ad manus Antonij, quem omni meliori modo liberat, & absoluit in omnibus, & per omnia*, quod manifestè arguit mentem testatricis fuisse, legare dictos census Antonio cum oneribus expressis, itaut commodo illius cederet, quod solutis oneribus superesset, & non commodo hæredum ipsius testatricis.

7 Confirmatur etiam ista voluntas ex eo, quod nihil disposuit de quantitate istorum censuum in eo, quod excedit onera imposita, quæ tamen est valdè notabilis, & quòd in euentum mortis Antonij non substituit aliquem in dicto legato, sed eo omisso subrogauit tantùm suos exequutores pro illius executione, mandando, quod redditus prædictorum censuum pro concurrenti quantitate dictorum onerum remaneant ad dubium effectum obligatis, quod arguit, voluisse illos in residuo transire ad ipsius legatarij hæredes, E ex vulg. regul. *l. cum prætor, ff. de iud.* maximè cùm id etiam statuat in euentum redemptionis censuum, vel alicuius ex eis, quo casu vult, quod ab Antonio, & post eum ab exequutoribus inuestiantur pecuniæ in alijs censibus, seu locis montium non vacabilibus pro concurrenti quantitate supradictorum onerum.

8 Non obstant coniecturæ in contrarium allegatæ, quia multæ potiùs fauent intentioni dicti Horatij, vt patet ex supradictis, aliæ verò visæ sunt dominis ad modum leues, vt in concursu supradictorum, quæ magis vrgerent, recedendum non sit à verbis claris testamenti, & illorum proprietate, *l. non aliter in princip. de leg.3. l. si alij, ff. de vsufruct. legat. l. si is, qui du.... in princip.* & ibi Bart. *ff. de reb. dubijs*, cum alijs per Mantic. *lib.3. de coniectur. vlt. volunt. tit.7. num.6.*

9 Nam quæ ducitur ex qualitate personæ ipsius Antonij, & quantitate legati, tollitur ex maxima erga ipsum dilectione, & voluntate Marchionissæ, quæ tunc temporis valdè de eo confidebat, & multum amabat, ita vt ipsi donauerit magnam pecuniarum quantitatem, & præferendo illum proprijs nepotibus, æqualem fecerit Illustrissimo Domino Cardinali Sanctæ Seuerinæ in substitutione Castri Sancti Angeli, licèt postea ab hac voluntate, & confidentia discesserit, reuocando omnia legata, fideicommissa, substitutiones, & quascumque dispositiones factas in eius fauorem, & subrogando Scipionem eius nepotem in locum illius in omnibus, & per omnia, & ex hac causa visum fuit Dominis, non esse multum credendum eius depositioni factæ post ademptionem legati, maximè cùm sit vnicus, & deponat de intentione Marchionissæ ante codicillos, quam tempore codicillorum, quibus ipse non interfuit, potuit mutasse, prout mutauit stantibus supradictis.

10 Non obstat, quod dicitur, testatricem vsam fuisse eadem forma legandi in alijs codicillis circa bona mobilia, quorum respectu Antonius est merus exequutor, quia hoc potiùs fauet intentioni Horatij, cùm Marchionissa tunc declarauerit, quod de illis agendum esset, vt scilicet aliqua pro vsu mulierum acciperentur, & reliqua consignarentur hospitali conualescentium, quod cùm in censibus non fecerit, dicitur noluisse, *ad l. vnic. C. de caduc. tollen. cum vulg.* Aliæ coniecturæ ponderatæ pro informante tolluntur ex supradictis.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem XXV.

1 *Executori testamentario quando aliquod ius relictum est cum emolumento, expirato tali officio, expirat etiam ius, & emolumentum.*

2 *Executori testamentario, si aliquid relictum est, censetur intuitu officij relictum.*

3 *Executori testamentario legatum factum an relictum sit intuitu officij, vel non, inspici debet an prius testator apposuit nomen officij, vel personæ.*

4 *Testator, si aliquid relinquat executori testamentario, nominando prius personam propriam, quid inde sequatur.*

5 *Testator, si constituerit dos executores testamentarios, & vni aliquid reliquerit, censetur contemplata persona vt talis, & non vt executor.*

6 *Rex ad quem plures Oratores fuerunt missi, si vni tantùm donauerit, non censetur motus contemplatione officij Oratoris ad ei donandum, sed particulari affectione erga personam.*

7 *Principes aliquid donando Ambasciatoribus, an id ipsis acquiratur, vel Principibus, à quibus sunt missi.*

8 *Testator, quando constituit plures executores assignando eis certum quid, an si vnus renuat acceptare officium, eius portio accrescat alijs.*

9 *Executores testamentarios si testator plures constituat, & vnus recuset onus, officium accrescit.*

10 *Ita vt nec Episcopus potest se ingerere, quatenus vellet alium subrogare.*

inter Executores testamentarios intrat ius accrescendi, quando aliquis renunciat, num.10.

11 *inter Executores testamentarios sicuti quando aliquis renunciat, inter eos datur ius accrescendi, quoad officium,*

Ita inconueniens non est, vt eisdem emolumentum eius, qui recusauit onus, alijs accrescat.

12 *Labore diminuto sicuti diminuitur portio, ita & aucto labore, augeri debet præmium, & n.13.*

14 *Legatum factum pluribus tutoribus à testatore dato, quod aliquis renunciet tutelam, eius portio accrescit ad fauorem aliorum,*

15 *Distributiones quotidianæ absentium accrescunt præsentibus,*

Eo quia subeunt maiorem laborem propter illorum absentiam.

16 *Verbum* relinquo, *quando est adiectum alicui iuri vniuersali de communi sit directum, & importat etiam institutionem,*

17 *Intellige verum, si sic constet de mente testatoris.*

18 *Verbum*, relinquo, *adiectum vniuersitati bonorum, importat institutionem etiam in casibus, in quibus est necessaria institutio.*

19 *Verbum*, relinquo, *de iure 12. Tabularum importabat institutionem.*

20 *Testamentum, ne subijciat vitio nullitatis, capienda est interpretatio.*

21 *Legitima an filijs relinquenda titulo institutionis necne, de Iure Canonico est indefinitum.*

22 *Verbum*, relinquo, *si sit relatum ad filium, cui certa res relicta est, importat institutionem, attenta æquitate Canonica.*

23 *Testamentum vt fauore filiorum valeat, sufficit apparere de institutione etiam per indicia.*

24 *Romana iurisprudentia nunquam tam superstitiosa fuit, vt amarè cortici verborum insistere voluerit, ad annullandam suprema mortuorum elogia.*

25 *Legatarius ille dicitur, in quem verba, & commodum rei legatæ dispositiuè sunt directa.*

26 *Verba directa important translationem iurium, & actionum.*

27 *Iurium, & actionum translatio nullo modo potest conuenire nudo ministro.*

28 *Hæres an sit nudus minister, vel verè hæres, videndum est, in quem sunt directa verba institutionis.*

29 *Hæres censetur verè hæres, & non nudus minister, si ei fuerit prohibita detractio Trebellianica.*

Trebellianica conuenit tantùm hæredi directo, & grauato.

30 *in Herede fiduciario superuacua est prohibitio Trebellianica.*

31 *Trebellianicam hæres fiduciarius de iure detrahere non potest, cùm ei id sit probibitum.*

32 *Hæres fiduciarius tenetur restituere totam hæreditatem, & fructus non retenta quarta.*

33 *Hæres censetur vniuersaliter institutus ex prohibitione Trebellianica, grauatus tamen restituere per fideicommissum.*

24

34 *Verba, & commodum rei legatæ si sint directa in legatarium, non nudus minister, sed verè legatarius dicitur.*

35 *Legatarius non potest dici nudus minister, sed verè legatarius, si saltem habeat commoditatem rei legatæ, medij temporis,*

Cum id sit pretio æstimabile.

36 *Heres, aut legatarius si sit fiduciarius, vel nudus minister, nihil emolumenti consequitur ex hæreditate, vel consequi potest.*

37 *Testator si fidei alicuius commiserit aliquid facere, & eius occasione decem aureos ex hæreditate perciperet, dato, quod minus erogauerit, reliquum non ipsi debetur, sed redit ad heredem institutum.*

38 *Testator si reliquerit commoditatem rei legatæ medij temporis legatario, ex hoc cessat præsumptio fiduciæ, & nudi ministerij.*

39 *Legati natura est, vt sit perpetuum, & transmissibile ad heredes.*

40 *Legatario si sit relictum ius, seu facultas nominandi, id etiam est transmissibile ad haedes, declara.*

41 *Nominandi facultas, si sit alicui relicta, censetur personalis, & non transit ad heredes.*

42 *Testator si alicui reliquerit facultatem nominandi heredem, vel legatarium, illa cum persona expirat.*

43 *Eligendi ius, si quis alicui confidat, non censetur confidisse de eius hærede.*

44 *Nominatio rei incertæ, certificanda tamen eius arbitrio, cui tale facultas relicta est, si dicta nominatio fiat per alium, perperam agitur.*

45 *Puellarum maritandarum, si alicui sit relicta nominatio, an possit per aliam personam fieri talis nominatio.*

46 *Nominandi facultas est personalissima, ita vt personam non egrediatur.*

Nominandi ius, quando competit legatario nomine ipsius testatoris, & tunc tale ius non est transitorium ad heredes, n.46.

47 *Nominandi ius, si competat legatario nomine proprio, veluti quia illud acquisiuit titulo legati, & tunc est transmissibile ad heredem.*

48 *Nominandi ius dicitur legatario competere nomine Testatoris, si ipse testator eligat mediante persona legatarij, puta si dixisset, & n.49. & 50.*

51 *Eligo in Capellanum eum, quem legatarius nominauerit, & tunc non est transmissibile.*

52 *Nominatio dicitur competere legatario nomine proprio, si testator ei simpliciter demandauerit aliquod ius nominandi, & tunc transmittitur ad heredes.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM XXV.

ADuerte, quod à resolutione ista, de qua in decisione, recessit Rota *in eadem causa coram san. mem. Gregorij XV. sub die 24. Februarij 1612. est decisio 544. inter eius impress.* quæ decisio fuit deinde comprobata pariter in eadem *causa coram bon. memor. Reuer. Coccino 5. Martij 1617.* quæ impressa est apud Stephanum Gratianum *discept. forens. cap. 563. à num. 52.* in quibus decisionibus, fuit dictum nullatenus legatarium, de quo hic, esse verè legatarium, sed benè merum executorem, & nudum ministrum, & ideò quod superest voluntate testatoris adimpleta, non spectat ad ipsum, sed ad hæredes institutos, cùm nudus minister nihil consequi possit, vt dicam infra, & rationes propter quas Rota recessit hic à decisis, latè videri possunt in dd. decisionibus,

1 NAm quando aliquid relictum † est nudo ministro, seu exequutori testamentario, vt certum quid faciat, seu adimpleat, & ei est assignatum emolumentum, tunc enim, quia intuitu dicti officij executoris censetur in dubio illud relictum, text. *est in l. Nesennius, ff. de excusat. tut. & in l. post legatum, §. amittere, ff. quib. vt indig. &c.* Ideò prout expirat ipsum officium executoris eius morte, ex glos. *in cap. vltimo in verb. mortuo ext. de testam. cum simil.* sic pariter expirat præstatio dicti emolu-

2 menti, quare eius † hæres in vanum illud prætendit, quia debetur hæredi instituto à testatore, qui tale emolumentum reliquit, vel eius hæredibus, *l. heredi, §. & ibi gloss. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* Bald. *in l. 1. C. de cadue. toll.*

Quæ conclusio equidem intelligenda venit, si constet à testatore solùm officium executoris fuisse contemplatum, veluti quia priùs apposuit nomen officij, &

† deinde personæ. Ideò secus si appareat de mente eiusdem, quod oculum habuit ad illius personam, & non tantùm ad officium, hoc est, si priùs apposuerit nomen personæ, postea verò nomen officij, quo casu, ipsa persona censetur contemplata, nomen verò officij præsumitur appositum demonstratiuè, iuxta text. *in cap. quoniam*, Abbas *de offic. deleg.* & etiam est text. *in l. cum ita datur, ff. de condit. & demonstr. & in l. si communis seruus 37. ff. de stipulat. seruor.* Anton. de Butr. *in dicto cap. quoniam*, Abbas *num. 21. de offic. deleg.* Hentich. Boich. *ibid. col. 3. vers. ego non credo*, Ias. *in l. more num. 65. ff. de iurisdict. omn. Iud.* Menoch. *de arbitr. Iud. quæst. 68. num. 16.* Gonzal. *super regul. 8. Cancellar. glos. 12. num. 72. & seqq.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. titul. 17. num. 3.* & dixit Rota coram bon. mem. Buratt. *decis. 12. num. 10.* vbi quod ad summum officium est causa

† inductiua, nomen verò exequutoris stare ampliatiuè, 4 persona verò exequutoris fuisse principaliter considerata, & facit Bart. *in l. pecunia num. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. & decisio in causa Romana emolumentorum; seu dismembrationis officij 5. Iulij 1627. coram bo. me. Card. Virili est decis. 101. tom. 1. à me select. alias par. 5. recent.*

Vbi dicitur, quod gratia censetur personalis, & non realis, ita vt minimè extinguatur cum re, seu officio, quando est facta per verba geminata personalia, vt habetur in *c. quoniam*, Abbas *de offic. deleg.* Ias. *in l. more n. 65. ff. de iurisdict. omn. Iud.* Alex. *cons. 86. num. 1. lib. 1.* Natta *cons. 163. n. 7.* Et hoc quantumuis sit expressum nomen officij, quia ex hoc non excluditur personalitas, Canonistæ *in d. c. quoniam*, Abbas *de offic.* & ibi Abb. *n. 8.* Dec. *n. 49.* Bero. *n. 93.*

Et in his terminis quando testator aliquid reliquit executori testamentario si priùs nominauerit personam, & deinde officium, vt tunc censeatur considerata persona, & non officium fuit consideratum coram R. P. D. meo Royas *in causa Romana Iuris nominandi 10. Februarij 1640. §. Quia dicebant Domini, &c.* & additur, quod in casu dictæ decisionis cessabat omnis scrupulus, quia te-

statror duos constituit † exequutores, & vni tantum 5 legatum assignauit (idest ius nominandi ad iuspatronatus reliquit,) ex quo sequitur fuisse contemplatam talem personam vti talem, non vti exequutorem, vt benè ait in proposito Bald. *cons. 194. sub num. 2. infra medium, vers. quia fuit motus lib. 2.* vbi si Rex ad quem plures Oratores fuerunt missi, vni † tantum donauerit, non censetur Rex motus contemplatione officij Oratoris ad ei donandum, sed particulari affectione erga personam Oratoris, & ita etiam inquit Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 27. n. 5. lib. 3.* & in hac quæstione, quando Principes aliquid donant Ambasciatoribus an id ipsis acquiratur, vel Principibus, à 7 quibus sunt missi, *videatur in causa Romana iocalium 11. Decemb. 1641. coram clar. mem. Reu. Merlino, §. Alij verò Doctores loquuntur de muneribus, &c*

Vtiliter tamen in terminis nostris quæro, in casu, quo † testator executoribus testamentarijs pro labo- 8 re exequendi reliquit puta, mille, an si vnus nolit onus tale acceptare, vel mortuus sit, vtrùm illa pars caduca reuertatur ad hæredem, vel accrescat alijs coexecutoribus, & licèt in hoc articulo multa dici possent, veritas tamen est, quod † sicuti deficiente aliquo 9 ex dictis executoribus testamentarijs officium accrescit alijs, (nisi testator aliud dixerit) & ad eos deuoluitur iurisdictio, atque ista videtur magis vera, & communis opinio, quæ colligitur ex text. *in cap. Religiosus 2. §. sanè*, vbi Anchar. *in 3. notab. num. 3. ad med.* & Ioan. Andr. *num. 4.* & ibi Franc. *num. 2. & 3.* & Gemin. *num. 19. de testam. in 6.* Bald. *cons. 287. n. 4. lib. 4. per l. mulcta testamento 6. ff. de condit. & demonstr.* Paul. de Castr. *in auth. hoc amplius num. 6. C. de fideicommiss.* Iacob. de Arena *in l. nulli col. penul. num. 27.* & ibi Salicet. *num. 15. C. de Episcop. & Cleric.* Speculat. *de instrum. edit. §. nunc verò aliqua num. 47. post med. vers. vel distingue, & num. 52.* & ibi

ibi addent. in verb. sequent. Federic. cons.67. ad med. Cal-
der. cons.45. n.1. de testam. Angel. in l. Imperatores, §. ma-
gistratus ante fin. ff. de appellat. Ias. in l. vnic. in fin. num.45.
C. quand. non petent. part. & in l. re coniunctis, col. penult. in
fin. num.245. ff. de legat.3. Riminald. sen. cons.129. num.8.
& 9. lib.1. & de veriori, & magis communi opinione te-
statur Gratian. discept. forens. cap.522. num. 9. tom.3. &
cap.812. n.1. & 2. tom.5. & adde Bellacomb. tom.2. commun.
opin. lib.6. tit.21. n.5. Perez ad tit. u. lib.5. Ordinam. Tiraq.
de retract. lignager. §. 24. glos. vnic. n.10.
10 Itaut nec Episcopus, nec † Iudex, quamdiu superest ali-
quis de executoribus testamentarijs, qui velit exequi, non
poterit alios subrogare, cùm inter executores circa eorum
officium competat ius accrescendi, Io. Andr. in cap. vlt. &
ibi Gemin. num.77. & melius Franc. num.4. ext. de testam.
& ita resoluit Senatus Aragoniæ, sic referente Ioseph. Sess.
decis.51. tom.1. & in hac opinione resider Rota, vt videre
est in causa Romana nominationis puellarum 19. Ianua-
rij 1628. coram bon. mem. Pirouano, & iterum in eadem
causa die 24. Nouembris 1628. coram eodem, sunt decisio-
nes 131. num.4. & 213. n.11. p.5. recent. aliàs tom.1. à me
select.
11 Quare, vt dixi, sicuti accrescit † officium, nec non iu-
risdictio, ita & emolumentum eisdem accrescere non est
inconueniens reputandum, & ad hoc benè expedi potest
textus in l. vnica, §. vbi autem legatarij, ibi, cùm autem
quidam voluerint, & quidam non volentibus, solummodo id
totum accedere, &c. C. de caduc. toll. Et ratio illa, etiam
12 suffragatur, quia sicuti diminuto labore diminuitur por-
tio, l. scio amico fidelissimo, ff. de ann. leg. l. Plautius ff. de
condit. & demonstr. cap. quanto, de censib. ita è contra au-
cto labore alijs executoribus propter defectum vnius, qui
13 simul cum alijs debebat laborare, † æquum est etiam vt
salarium augeatur, iuxt. auth. vt iudices sine quoquo suffrag.
§. illud, & faciunt quæ affert Roman. in cons.26. num.u.
& ibi Mandos. Felin. in cap. cum olim num.1. de re iud. &
in puncto ita fuit iudicatum in Regno Lusitaniæ penes
Valasc. decis.46. in fin. & ibi additur illud simile de lega-
14 to † facto pluribus tutoribus, dato vt aliquis nolit subire
onus tutelæ, quod intret ius accrescendi ad fauorem alio-
rum, &c.
Et addo aliud simile, de Canonicis interessentibus Di-
uinis, vt eis accrescant distributiones absentium, glos. in
clem. vt ij qui, §. illi verò, in verb. pars dimidia, de ætat.
& qualit. & in clement. u. in verb. suspensus de vit. & ho-
nest. cleric. Felin. in cap. Apostolica n.2. de except. Bellon.
Iun. de iur. accrescend. cap.6. quæst.47. per tot. Garz. de be-
nefic. par.3. cap.2. num.443. & seq. & de communi testa-
tur Couarr. variar. resolut. lib.3. cap.13. num.7. Card. in
dict. Clement. vt ij qui, quæst.21. & 22. & ibi Bonifac. Vi-
tal. num. 14. Anton. Raguc. in tract. de voce canonic. in
Capitul. quæsit. vltim. num.5. dixitque Rota coram bona
memoria Card. Mantic. decis. u26. num.1. & coram bon.
15 mem. Coccino, decis.500. num.2. ratioque est † quia sub-
euor maiorem laborem propter illorum absentiam, vt no-
tat Barbos. in tractat. de Canonic. & dignitat. cap.22. n.18.
in fin. post Bartholom. à S. Faust. de Hor. Canonic. lib.3.
quæst.88. & aduertit nuper Rota in causa Cæsaraugustana
distributionum 27. Iunij 1642. coram Reuerend. Patre Do-
mino meo Bichio, §. Eoque minus, vers. ob quem laborem,
quasi loco maioris mercedis, &c.
B ET huic verbo, relinquo, quando est adiectum aliquod
ius vniuersale, † de communi sit directum, & im-
16 portat † etiam institutionem, Burr. in c. Raynutius, num.6.
de testam. Alex. cons.168. num.7. lib.5. Ruin. cons.14. n.15.
lib.2. Surd. cons.258. num.13. Angel. cons.31. Card. Mant.
de tacit. & ambig. conuent. lib.2. tit.6. num.37. Rot. decis.
160. num.2. coram Tholomeo lib.3. par.3. diuers. Idem enim
17 est dicere relinquo bona mea, æque † ac hæredem insti-
tuo, cùm bona importent hæreditatem, leg. nam quod,
§. fin. cum l. seq. ff. ad Trebell. Bart. in l. quintus, ff. de
aur. & arg. legat. & melius probatur in l. Pamphilio,
§. propositum, & ibi Bart. ff. de legat. 3. Cephal. cons.
436. num. 6. lib.3. Guliel. de Benedict. in repetit. cap.
Raynutius num.56. & 57. ext. de testam. & quando con-
18 stat de mente † testatoris, non videtur curandum de qua-
litate verborum, l. quoniam indignum, Cod. de testam.
l. 3. C. de liber. præter. & in puncto huius verbi, relinquo,
quod importet institutionem ratiocinantur Rota Lucen.
apud Ludouic. decis.53. num.4. D. Galeot. controuer. 31.
num.6. lib.2.
Quæ conclusio procedit, etiamsi adesset necessitas in-
stituendi, prout habet pater instituendi proprium filium
in legitima, quasi constet de tacita voluntate testatoris
† vsurpaodi dictum verbum relinquo, sicuti antiquo 19
iure 12. tabularum significabat etiam institutionem, vt
habetur in leg. verbis legis, ff. de verb. signif. & hæc con-
iectura sumenda est, † ad effectum, ne testamentum sub- 20
iaceat vitio nullitatis, vt in his terminis considerarunt
Roman. cons.179. num.8. Alexand. cons.17. num.20. lib.3.
Cagnol. in auth. ex causa num.64. Cod. de liber. præter.
vers. quid si filia, Bald. in l. quoties, num.10. Cod. de he-
red. instit. Abb. in dict. cap. Raynutius num.3. de testam.
Couarr. super eod. cap. §. 1. num. 6. Crass. in §. institutio,
quæst.14. num.8. & fuit dictum in causa Romana heredi-
tatis de Marescottis 13. Iunij 1611. coram bon. memoriæ
Cardin. Lancellott. Iun. est decisio 337. num.2. part.1.
recent. & in causa Casenaten. laudi 20. Decembris 1632.
coram Eminentiss. Dom. Cardin. Verospio, §. etenim ea
sola exceptio, &c. vbi etiam additur prædictam opinio-
nem, quod verbum, relinquo, importet institutionem,
in hoc casu, eo libentius amplecti debere, quia † at- 21
tenta æquitate iuris Canonici, non est per eam diffini-
tum, quomodo filiis relinquatur legitima, vt in expo-
sitione d. cap. Raynutius notant communiter Doctores,
& præcipuè Host. in verb. relinquens num.6. Guliel. de Be-
nedictis in eod. verb. il primo num.7. & 8. & in verb. reli-
quit, num.3. Butr. num. 26. Cassan. ad consuetud. Bur-
gund. in tit. de success. rub.7. §. 3. in glos. suam veram le-
gitimam, vers. quarto fallit. Alex. cons. 17. num.20. lib. 3.
vbi inquit, verbum, relinquo, si sit relatum ad filium,
† vel ad filiam, cui certa res, vel quantitas relinqui- 22
tur, trahi ad institutionem attenta æquitate Canoni-
ca, per text. in dict. cap. Rainutius, non violando li-
teram.
Supradicta tamen crederem sine scrupulo posse ad-
mitti, quando fauorabile esset filijs, vt testamentum
paternum † substineretur, quo casu sufficiunt pro eius 23
validitate quæcunque verba, & indicia, l. final. C. fa-
mil. ercis. quem textum ponderat Facchin. controuers. iur.
lib.4. cap.4. vers. cæterùm contrariam sententiam tom.2.
imò, & quod in his terminis verba sint improprianda, &
supplenda, latè fuit ponderatum in causa Romana fideicom-
missi de Zuccaris 26. Aprilis 1638. coram R. P. D. meo
Dunozetto Decano.
Atque generaliter loquendo, † Romana iurisprudentia 24
numquam tamquam superstitiosa fuit, ut mordicè cortici
verborum insistere voluerit ad annullanda mortuorum su-
prema elogia, & quatenus id adfuisset, id omne antiqua-
tum habetur per Constantinum Magnum in l. quoniam 15.
vers. indignum est ob inanem obseruationem, &c. C. de testam.
NAm ille dicitur verus legatarius, † in quem ver- 25
ba, & commodum rei legatæ dispositiuè, & non C
executiuè solùm sunt directa, & prolata, Bald. in l. qui-
dam testamento, §. si scriptus num.2. ff. de legat.1. Cuman.
cons.108. num.13. Bart. in leg. pecuniæ 8. num.1. ff. de cib. &
aliment. legat. post glos. in l. si quis Titio, ff. de legat.2. Card.
Mantic. de tacit. & ambig. vlt. volunt. lib.8. tit.4. num.13.
Cuman. cons.108. testator num.2. Simon. de Præt. de inter-
pret. vlt. volunt. lib.5. dubitat.u. n.43. Gratian. discept. fo-
rens.41. cap.446. n.4 Beltram. in annot. ad decis. Greg. XV.
544. in fine, nam dicta verba directa important translatio-
nem † in legatarium, iurium & actionum rei legatæ, quæ 26
vtique competunt vero legatario, seu hæredi, leg. cum he-
redes, ff. de hered. institut. Bald. in l. quoties in princ. C. de
hæred. instit. quæ translatio nullo modo † posset conueni- 27
re nudo ministro, præterquam in relictis ad pias causas,
l. nulli C. de Episc. & Cleric. Alexan. cons.170. n.2. lib.2.
& in terminis hanc differentiam inter vtrumque assignat
Speculat. de instr. edit. §. nunc vero aliqua num.16. vers.
& scias, Simon. de Præt. d. dub. u. num.50. Bart. in leg. si
quis Titio, n.3. ff. de legat. & in terminis ad cognoscen-
dum an hæres † sit nudus minister, vel verè hæres, ita vt ei 28
relicta transeant ad hæredes, vel non, appositè fuit consi-
deratum coram Reuerendissimo Patre Domino Bichio in
causa Bonon. iurispatronatus 4. Iulij 1640. §. Præterea vers.
verba institutionis dispositiuè non executiuè solum in ipsam
collata, &c. In qua decisiones fuit etiam † dictum hære- 29

dem ibi institutum esse verè hæredem, & non nudum mi-
nistrum, seu fiduciarium hæredem, tum quia verba fue-
30 runt directa in personam, tum verum etiam † quia fuit
prohibita detractio Trebellianicæ, quæ sanè conuenit hę-
redi directo, & grauato.
31 Superuacua verò esset in hærede fiduciario, qui † ex
dispositione iuris Trebellianicam detrahere prohibetur,
Hodiern. *in l. hac edictali, quæst. 28. num. 28. Cod. de secund. nupt.* Alex. *in l. Seius col. 3. sub num. 2. ff. ad Trebell.* Riminal.
iun. *consil. 379. num. 90.* Gabr. *cons. 128. num. 1. lib. 1.* Gratian.
discept. forens. cap. 650. num. 3. Rota *decis. 557. num. 3. in fin.
part. 1. recent. coram bon. mem. Cardin. Caualer. est inter eius
impress. decis. 284. num. 3.* & adde *aliam decisionem coram eo-*
32 *dem 381. num. 1.* vbi dicitur, quod hæres fiduciarius † te-
netur restituere totam hæreditatem, & fructus non re-
tenta quarta, cum ibi alleg. & magis in specie ex prohibi-
33 tione Trebellianicæ significari hæredem † esse vniuersa-
lem, grauatum tamen restituere per fideicommissum,
tradit Menoch. *præsumpt. 141. sub num. 49. vers. & demum*,
& in puncto de legatario, quod nullatenus censeatur nu-
34 dus † minister, sed verè legatarius, si verba, & com-
modum rei legatæ in eius personam fuerunt directa, ad-
uertit Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit.
14. num. 18. & lib. 8. tit. 6. num. 23.* Seraph. *dec. 1149. nu. 10.*
& arbitrata est Rota *coram Reuerendiss. P. Domino meo
Royas in causa Romana iuris nominandi 10. Februarij* 1640.
§. *Nec facit, quod Marinus, vers. cùm in eum*, & verba, &
commodum legati sint directa, qui enim est nudus mini-
ster, nullum potest consequi emolumentum ex hæredita-
te, vt dicam infra.

35 D LEgatarius non potest dici nudus † minister, sed ve-
rè legatarius, si saltem habeat commoditatem rei
legatæ medij temporis, quæ æstimabilis est, Bart. *in l. cùm
filiofamilias num. 29. vers. remanebit ergo, ff. de legat. 1.*
quem sequitur ibidem Ias. *num. 158. versic. sicut etiam*, Ri-
pa *sub num. 70.* ibi, *Salua commoditate*, Surd. *decis. 224. n. 5.*
Ciriac. *controuers. forens. 550. num. 55. in fine*, cùm aliàs id
repugnaret qualitati fiduciariæ, seu nudi ministerij, quia
36 nudus minister dicitur, qui nihil emolumenti † ex hæ-
reditate consequitur, aut consequi potest, text. est *in leg.
Lucius Titius, §. à te peto, ff. de legat. 2.* inquit enim text.
A te peto Tite, fideique tuæ committo vti curam condendi
37 † *corporis mei suscipias, & pro hoc decem aureos è medio
præcipito*. Quæro an si Titius minus, quàm decem au-
reos erogauerit, reliqua summa hæredibus proficiat.
Respondi secundùm ea, quę præponerentur hæredum
commodum proficere, &c. dixit Gloss. *in leg. pecuniæ, ff.
de aliment. & cib. legat.* Roman. *consil. 227. columm. pe-
nult. versic. sit itaque*, Capr. *de execut. vltim. voluntat.
membr. 4. num. 6.* Ciriac. *controuers. forens. 51. num. 46.
& controuers. 94. num. 11.* & aduertit Rota coram bonæ
memoriæ Coccino *decis. 425. num. 9. par. 4. recent.* & co-
ram bonæ memoriæ Cardin. Caualerio *decis. 284. num. 3.
& 381. num. 1. & coram Eminentissimo Domino Card. Ve-
rospio iun. in Romana legati 17. Martii 1634. §. Nec visum
fuit obstare, vers. nihil ex dicto legato consequi deberet, tan-
quam nudus minister, &c. & coram R. P. D. meo Ghisilerio in
causa Gerunden. Sacristiæ 3. Iunij 1639. §. Minus obstat,
versic. non possunt prætendere lucrifecisse fructus, nam aliàs
non executores, sed legatarii dicerentur, &c.* & in pun-
cto ratione dictæ commoditatis medij temporis cessare
38 † in dubio præsumptionem fiduciæ, & nudi ministerij,
fuit resolutum in Rota *coram bon. mem. Martino Andrea
in causa Romana census 3. Iunii 1619.* & refert Beltram.
*in annotat. ad fel. record. Gregor. XV. decis. 544. nu. 42.
vers. fuit autem*, & nuper etiam in puncto fuit benè a-
nimaduersum *coram R. P. D. meo Bichio in d. causa Bo-
nonien. iurispatronatus 4. Iulii 1640. §. Imò è conuerso per-
cepit, vers. habuit commoditatem medii temporis, &c.*

29 B NAm & hæc est natura legati, † (nisi aliud per testa-
torem disponatur,) vt sit perpetuum, & transmis-
sibile ad hæredes, *leg. cùm hi, §. si vni, ff. de transact.
l. 4. ff. de aliment. & cib. legat. l. donationes, §. species*,
& ibi Bart. *ff. de donat.* idem Bart. *in l. libertis, col. 1. ff.
de aliment. & cib. legat.* Alexan. *cons. 184. lib. 2.* cum
alijs allegatis per Cæphal. *cons. 168. num. 4. par. 1.* adde Car-
din. Mantic. *de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 29.* Gratian. *discept.
forens. cap. 937. num. 2. & 20.*
40 Dictaque conclusio procedit, † etiamsi aliquod ius,
seu facultas eligendi, & nominandi sit legata, Bart. *in
l. si sic legatum, §. si quis ita num. 1. ff. de legat. 1.* cum
alijs allegatis à Rota *in Vrbeuetana solutionis 4 Maii
1626. coram bonæ memoriæ Remboldo*, & quamuis non
negetur facultatem nominandi alicui legatam non transi-
re † ad eius hæredem, cùm ea dicatur personalis, & 41
proptereà non transeat ad hæredes, prout dicimus de
facultate concessa per testatorem alicui nominandi hære-
dem, vel legatarium, illam cum persona † expirare, vt 42
firmat text. *in l. vnum ex familia, §. rogo, & l. si quis Titio,
§. fin. ff. de leg. 2. l. fin. §. sed si quis, C. commun. de leg.* Surd.
cons. 29. num. 7. Fusar. *de subst. quæst. 505. num. 3.*
Et hoc ex illa ratione; nam qui ius eligendi alicui con-
fidit † non censetur confidisse de eius hærede, per text. 43
in leg. si quis arbitratu, vbi notant scribentes, *de verbor.
signific.* Pecch. *de testament. coniug. cap. 14. num. 2. & seqq.*
facit etiam text. *in leg. penultim. §. 1. ff. de diuers. & tempor.
præscript. & in cap. 15. cui de legat. in 6.* & notat Cyn. *in
leg. 1. ff. de offic. procurat.* Cæs. Bart. *in leg. si procuratorem,
§. 1. ff. mandat.* Castrens. *consil. 177. num. 1. versic. tum quia
lib. 2. & consil. 221. num. 4. versic. super tertio respondetur,
eodem lib. 2.* & dixit Rota *in causa Romana vineæ 19. No-
uembris 1629. coram Reuerendissimo P. Domino meo Ghisi-
lerio*, vbi dicitur, si alicui est commissa executio, † seu 44
nominatio rei incertæ, certificanda tamen eius arbitrio,
cùm censeatur electa industria personæ, perperam agitur,
si talis nominatio fiat per alium, & adducitur exemplum
de eo, † cui relicta est facultas nominandi puellas mari- 45
tandas incertas, vt talis nominatio non possit fieri per
alium, cùm censeatur electa industria personæ, & sic
suum, & non alienum iudicium sequi debeat.
Nam firma est conclusio facultatem nominandi esse per-
sonalissimam, ita vt † personam non egrediatur, cen- 46
suit Rota *coram Reuerendissimo P. Domino meo Dunozet-
to Decano in causa Regien. pensionis 5. Maij* 1631. *est deci-
sio 38. per totam tom. 2. à me select. alias par. 6. recent.*
Quia non est recedendum à persona, cuius † industria, 47
& fides fuit electa, & approbata, adeout iudicium vnius
non poterit esse iudicium alterius, Abb. *consil. 70. nu. 4.
lib. 1.* per text. *in l. si non sortem, §. libertas, ff. de con-
dict. indebit. & in leg. inter artifices, ff. de solut. & in l. in
compromiss. ff. de arbitr.* Bologn. *consil. 6. colum. 5.* Iason.
*in leg. si quis arbitratu, num. 7. ff. de verborum obligatio-
ne*, Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 68. num. 26. vsque ad
33.* vbi ampliat hanc conclusionem, & post eum Steph.
Gratian. *disceptat. forens. cap. 522. numer. 28. & 29.
tom. 3.*
Tamen in hac materia, ne longior sim, est distin-
guendum, nam aut tale † ius nominandi, seu eligendi 48
competit legatario nomine ipsius testatoris, & tunc ta-
le ius non est transitorium ad hæredes, aut verò tale
ius competit legatario nomine proprio, quia illud ac-
quisiuit titulo † legati, & hoc casu transit in hæredes 49
dicti legatarij, quæ distinctio est Cyn. relata per Bart. *in
leg. illud num. 1. ff. de option. leg.* Molin. *de primogen. His-
pan. lib. 2. cap. 5. num. 62.* Nell. *in tract. de transmiss. cas.
37. num. 2. & 18.*
Ad cognoscendum autem, an ius nominandi, seu eli-
gendi legatario † competat nomine suo, vel alieno, bo- 50
num erit recurrere ad Theoricam Bart. *in l. 2. §. data, ff.
de opt. leg.* vbi competere dicitur nominationem nomine
alieno, si ipse testator elegisset mediante persona legata-
rij, puta si dixisset, eligo eum in Capellanum, † quem 51
legatarius nominauerit, quo casu d. legatarius nomina-
ret nomine alieno, & diceretur nudus minister, & sic
tale ius non transiret in eius hæredem.
Si verò simpliciter fuerit † demandata nominatio, 52
tunc competit nomine proprio, & transmittitur ad hæ-
redes nominantis, & ita etiam docet Bero. *consil. 23. num.
21. lib. 2.* Crott. *consil. 11. num. 52.* Surd. *consil. 264. num. 12.*
supradictas distinctiones secuta est etiam Rota *coram R.
P. D. meo Royas in Romana iuris nominandi 10. Februarij*
1640.

Paulus Rubeus.

R. P. D.

P.D. PAMPHILIO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Imoleñ. Bonorum.

Veneris 8. Martij 1596.

ARGVMENTVM.

Emphytheusis quando dicatur transitoria ad extraneos hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Remedium* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. *habet locum etiam in bonis emphyteuticis à testatore tempore mortis possessis.*
2 *Emphytheusis esset transitoria etiam ad hæredes extraneos, quando in illius inuestitura adest clausula,* ad habendum, *&* quicquid placuerit, *&* quibus dederit.
3 *Emphyteusis antiqua inuestitura tanquam originalis attendenda est ad regulandas posteriores inuestituras.*
5 *Obseruantia subsequuta multum operatur in inuestituris emphyteusis.*
6 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
Emphyteusis concessa cum potestate alienandi dicitur transitoria ad hæredes, ibid.
7 *Immissio in possessionem* l. fin. C.de edict. Diu. Adrian. toll. *non impeditur ex dubietate oriente ex replicatione rei conuentæ.*

DECISIO XXVI.

1 DOmini recesserunt ab vltimo resolutis, & firmarunt decisionem factam sub die 30. Nouembris 1592. ad fauorem hæredum q. Ioannis Maluetii, qui habent intentionem fundatam, vt eis debeatur immissio ex *l. final. Cod. de edict. Diu. Adr. toll.* etiam in bonis emphyteuticis,
A A *c. 1. §. inter filiam, vers. defuncto si feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* cum alijs per Modern. *in 4. remed. adipisc. num. 375. cum alijs allegatis.*

2 Præsertim stante clausula *ad habendum*, & *quicquid placuerit, &c.* posita in inuestituris factis Ioanni eorum authori, quæ æquipollet clausulæ, *& quibus dedit*, & facit emphyteusim Ecclesiasticam transitoriam ad quoscumque hæredes, etiam extraneos,
B B vt trad. Doct. *in cap. 1. de feud. non haben. prop. nat. feud.* Paris. *consil. 81. in fin. lib. 4.* Curt. Iun. *cons. 4. sub num. 1.* Clar. §. *Emphyteusis quæst. 28. in fin.* Et fuit resolutum in *causa Romana domus Sancti Eustachii de anno 1581. coram Illustriss. Blanchetto*, & fuit etiam dictum in hac eadem causa de anno 1592. præsertim cùm sit posita ampliatiuè, & sic non possit restringi ad terminos stipulationis anteà factæ inter filios, & descendentes, prout loquuntur Bald. & alij allegati *in decis. Pedem. 164. num. 5.*

3 Non obstat, quod sub die 21. Maij 1593. dictum fuerit inuestituras istas esse regulandas, secundùm antiquas de eisdem bonis factas auctoribus prædicti Ioannis, in quibus non adest ista clausula, maximè cùm sint factæ à Procuratore Episcopi habente mandatum limitatum ad faciendas concessiones sub eisdem pactis, & conuentionibus, & iuxta formam præcedentium inuestiturarum, quæ non porrigebantur ad extraneos, quia imò constabat, bona ista fuisse transitoria ad hæredes extraneos, etiam attendendo inuestituras antiquas; cùm ex illa de anno 1594. Communitati, & hominibus terræ Consilius, quæ loquitur de bonis omnibus existentibus in territorio Consilius, & consequenter comprehendit etiam ista, de quibus agitur; constat longè ante inuestituras factas auctoribus Ioannis de Maluetijs, bona ista fuisse concessa cum amplissima facultate alienandi in personas extraneas, & ista inuestitura tamquam originalis, & antiquior est attendenda ad regulandas posteriores inuestitu-
C ras. C Paul. de Castr. *consil. 142. videtur dicendum 1. fin. lib. 1.* Abb. Brun. *consil. 11. col. 2. circa med.* Dec. *in consil. 263. vol. 3.* cum aliis in decisione vltima allegatis, & fuit resolutum in *causa Mantuana feudorum de anno 1593. coram Sanctissimo.*

4 Præsertim quòd istę inuestituræ particularibus personis posteà factæ de bonis existentibus in territorio Consilius, & sic comprehensis in generali inuestitura facta communitati videntur in exequutione illius generalis inuestituræ, & iuxta pactum in ea appositum, quòd quatenus fieret alienatio, vel mutaretur persona, caperetur noua inuestitura, ex quo tollitur, quod dicebatur, non constare, authores Ioannis habuisse causam ab ista inuestitura, cùm sit facta de bonis sub ea comprehensis.

Non obstat, quòd in inuestitura facta Communitati 5
expresè excludantur ciues Bononien. & Ferrarienses. Quia hæredes nituntur inuestituris factis Ioanni Maluetio ciui Bononiens. & istam solùm allegant ad ostendendum ista bona, etiam inspectis inuestituris antiquis, fuisse transitoria ad hæredes extraneos, & consequenter esse attendendam inuestituram Ioannis positam à Procuratore Episcopi, qui stante antiquissima inuestitura, cum facultate alienandi, non dicitur excessisse fines suæ potestatis, vltra quod ex pluribus concessionibus posteà factis ad fauorem Bononiensium, & Ferrariensium, constat prohibitionem istam non habuisse effectum, saltem postquam Episcopus Imolensis desijt esse dominus temporalis terræ Consilius, sed per concessiones supradictas fuisse habilitatos, Rip. *in resp. 2. cap. 2. sub num. 13. vers. cum ergo institut. de legib. & long. consuetud. lib. 1.* Plott. *cons. 108. sub num. 18. inter consil. crimin. lib. 1. secundum paru. impress.*

Et cessat omnis † difficultas, quia in omnibus inuesti- 6
turis tam Authorum Ioannis, quàm etiam ipsius Ioannis, adest alia clausula, ibi, *pacto adiecto*, quæ limitat facultatem alienandi in casibus non exceptis, *leg. cùm prætor. ff. de iudic. leg. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. leg. l. quæsitum, §. denique, ff. de fid. instrument.* Et sic quod per viam dispositionis inter viuos, alienatio fiat cum expressa licentia domini, qui si velit emere, præferatur pro solidis quinque minus, & in euentum, quòd nolit, emere volentibus, exceptis personis expresè prohibitis, Clar. *quæst. 28. circa fin. vers. sed quæro,* Menoch. *cons. 111. num. 65. in fin. lib. 2.*

Per viam verò vltimæ † voluntatis, dummodò non 7
ad fauorem loci pij, vel pro anima. Et consequenter etiam attentis inuestituris authorum Ioannis, bona ista fuerunt transitoria ad hæredes extraneos, & potuit vigore supradictarum clausularum Ioannes de eis disponere ad fauorem hæredum, etiam per viam vniuersalis institutionis, D quæ sub generali prohibitione alienationis si- D
ue indeterminatè facta, siue limitatiuè ad certas personas, dummodò istæ non instituantur, non censetur comprehensa, Bart. *in l. peto, §. final. num. 2. ff. de legat. 2. & in leg. si ita quis, §. ea lege sub num. 7.* & ibi Ias. *num. 41. ff. de verbor. oblig.* cum aliis allegat. *in decis. facta sub die 13. Nouembris 1592.*

Non obstat, quòd aliàs dictum fuerit, constare de † do- 8
minio Ecclesiæ, quod non sufficit ad impediendam immissionem, non obstante clausula *ad habendum*, quæ requirit altiorem indaginem, quia ex prædictis constat, exceptionem hæredum esse claram, & quod dubietas, si aliqua adest, oritur ex replicatione Episcopi, quod non debet impedire immissionem per ea, quę aliàs deducta fuerunt sub die 30. Maij 1580. *in caus. Rom. de Petruschis cor. D. Orano.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS
Ad Decisionem XXVI.

1 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. datur etiam pro bonis emphyteoticis, & feudalibus.*
2 *Sed hoc non procedit, quando alius habet similem inuestituram, & in possessione est.*
3 *Testamenti dispositio in tantum ordine iudiciario spreto mittitur in executionem, quatenus non compareat legitimus contradictor.*
Alias eo comparente ambulandum est per longam viam ordinariam, num. 3. & 4.
4 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem vigore l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. est ille, qui habet titulum, & possessionem.*
5 *Nam si haberet titulum tantum, vel possessionem tantum, non diceretur legitimus contradictor.*
6 *Contradictor an dicatur legitimus ad impediendam immissionem hæredi, si habeat titulum tantum, vel possessionem tantum.*

7 *Emphyteusis Ecclesiastica tunc non est transitoria ad heredes extraneos, quando ipsa non vult, vt transeat.*
8 *Emphyteusis Ecclesiastica si semel transiuerit ad extraneos, semper retinet eamdem qualitatem.*
9 *Et hoc casu non est necesse probare consuetudinem Ecclesia de tempore celebrati contractus, quod emphyteusis sit transitoria ad extraneos.*
10 *Sicuti tenetur probare, qui fundaret se in tali consuetudine.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica, si concedatur cum clausula,* ad habendum, *vel cum clausula,* & quibus dederit, &c. *posita tamen in parte dispositiua, tunc est transitoria ad quoscumque heredes, & num. 12. & 13.*
14 *Et ista est communis omnium opinio.*
15 *Emphyteusis Ecclesiastica si sit concessa in perpetuum, illud verbum* perpetuum, *operatur, vt sit transitoria etiam ad extraneos.*
16 *Emphyteusis Ecclesiastica si sit concessa cum clausula,* & quibus dederit, *est transitoria ad extraneos, siue sint heredes vniuersales, siue singulares successores.*
17 *Emphyteusis Ecclesiastica tunc est transitoria ad extraneos vigore clausula,* & quibus dederit, *& similibus quando est facta cum debitis requisitis.*
18 *Et sic quod in beneplacito Apostolico adsit d. clausula,* & quibus dederit, *vel aliud aequipollens.*
19 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa alicui pro se, & suis heredibus, & successoribus quibuscumque, est transitoria etiam ad extraneos, cum ista clausula aequiparetur clausula,* & quibus dederit.
20 *Et ista est verior opinio, & communior.*
21 *Quidquid sit, quando est facta mentio filiorum, vel adsunt coniectura in contrarium.*
22 *Inuestitura prima est attendenda.*
23 *Ab inuestitura prima, vt censeatur recessum, debet id clarè constare.*
24 *Vel ex verbis vltima concessionis id inferri debet.*
25 *Inuestitura noua semper censetur concessa, cum pactis, conditionibus, & modis in prima contentis, etiam si id expressè non dicatur.*
In renouatione emphyteusis, vel feudi post lineam finitam, censetur repetita prima inuestitura, n. 25.
26 *In Inuestituris nouis, si aliquid omittatur, id suppleri debet ex inuestituris antiquis.*
Cùm in dubio numquam censeatur ab illis recessum.
27 *Emphyteotica concessiones censentur facta iuxta tenorem prima concessionis antiqua.*
28 *Inuestitura prima tanquam radix influit in sequentes, nec sinit, vt à pactis primo conuentis censeatur recessum.*
Emphyteusis concessio facta à laico pro recipiente, suisque heredibus, & successoribus, tunc in ea veniunt etiam extranei.
29 *Et de hoc nulla est controuersia inter Doctores.*
30 *Emphyteusis laicalis, quando transit in personam priuilegiatam, veluti in Ecclesiam, tunc illa est transitoria ad extraneos.*
Si inuestitura fuerit concessa à laico pro heredibus, & successoribus.
31 *Emphyteusis Ecclesia si sit concessa alicui pro se, suisque heredibus, & successoribus, sub hac concessione non veniunt extranei.*
32 *Emphyteusis natura non mutatur ex mutatione persona in qua transfertur dominium directum.*
33 *Floriani de S. Petro opinio reijcitur.*
35 *Caducitatis simplex remissio non inducit nouam concessionem emphyteusis, sed antiquam conseruat in sua primaua natura, & forma.*
36 *Caducitatis remissio quando importet nouam concessionem.*
37 *Caducitatis remissio, vt dicatur noua inuestitura an requiratur, vt dominus directus post deuolutionem accipiat realem possessionem rei, & illam sibi incorporauerit.*
38 *Afflict. cum loquatur contra communem, & receptam sententiam, reijcitur.*
39 *Emphyteusis seu feudi iterata concessio dicitur noua inuestitura, & non vetus, quando noua pacta, nouaque forma fuerit constituta.*
40 *Alienationis prohibitio, quando est realis, tunc comprehendit omne genus alienationis tam inter viuos, quàm in vltima voluntate.*
41 *Alienationis prohibitio non solum est realis, quando est directa in rem, sed etiam si sit perpetua.*
Quia tunc etiam est censenda realis.
42 *Alienare prohibitus si alienet, substinetur tantum alienatio eius vita durante, & post redit ad vocatum.*
43 *Fideicommissum reale inducit grauamen reale, & est omnium prohibitionum fortior.*
Fideicommissum reale afficit omnes personas, & quoscumque possessores, nu. 43.
44 *Et hoc procedit etiamsi res per mille manus perueniret.*
Ita vt non tantum nominati censentur grauati restituere, sed in infinitum etiam eorum heredes, & possessores dictorum bonorum.
45 *Res transit cum suo onere.*
46 *Res affecta onere reali transit etiam ad Ecclesiam cum suo onere.*
Fideicommissum reale transit ad Ecclesiam cum suo onere restitutionis, nu. 46.
47 *Ecclesia quidquid apprehendit tanquam manus mortua strictissimè retinet.*
Sed ista regula non procedit quando res transit ad eam cum onere reali restituendi.
48 *Fideicommissum operatur grauamen reale, ita, & taliter vt quilibet possessor teneatur per fideicommissum alteri restituere.*
49 *Prohibitio realis tunc est censenda realis, quando fuit vestita aliqua causa.*
50 *Secùs vero si stet simpliciter, cùm tunc nihil operetur etiam si prohibitio sit facta in perpetuum.*

ANNOTATIO
ad Decisionem XXVI.

ADdo Francisc. de Caldas *in tract. de emphyteus. lib. 2.* 1
titul. de nominat. emphyteut. quaest. 8. num. 33. vbi A
alios adducit, & idem in Rota *etiam fuit resolutum in causa Fulginaten. Emphyteusis 20. Iunij 1622. coram bon. me. Francisco Vbaldo, §. 1. vers. pro bonis emphyteuticis, & fendalibus datur remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. &c.* Vbi insuper additur, id non habere locum, quando
alius habet similem inuestituram anteriorem † de ea re, 2
& sit in possessione, cùm dicatur legitimus contradictor ad impediendam talem immissionem.

Nam testamentum in tantum † habet executionem 3
paratam, atque ordine iudiciario spreto voluntas testatoris, exequitur in quantum non compareat legitimus contradictor, quia eo comparente euacuatur eius vis executiua; itaque tunc hæres non immittetur in possessionem bonorum, sed vt eam assequatur, ambulare tenetur per satis longam viam ordinariam, facit text. *in d. l. fin. §. sin autem legitimus, C. de edict. D. Adrian.* & sic ibi tenent Bart. Bald. Petr. Cyn. Angel. Fulgos. Paul. de Castr. Ias. Alex. Zuccard. Innocent. *in cap. 1. de libell. oblation.* Specul. *in titul. de libell. concep. §. nunc dicendum,* Paris. in addit. ad Bart. *in dicta l. fin. ad num. 14. in littera A.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. nu. 565.* Bald. *in cons. 93. incip. Licet filia, lib. 3.* Francisc. Minald. *cons. 75. nu. 1. lib. 1.*

Et ita sensit Rota Perusina † apud Ioseph. Ludouicum 4
decis. 19. num. 6. ibi, *tunc demum testamentum habet paratam executionem, quando nullus adest contradictor, &c.* sic etiam resoluit Senatus Pedemontanus penes Anton. Thesaurum *decis. 26. num. 29. vers. nisi compareat legitimus contradictor, &c.* & respondit Rota Romana *in decis. 270. num. 2. coram bon. mem. Cardin. Marquement. part. 1. recent. & decis. 513. num. 12. coram Eminentiss. D. Cardin. Pamphil. ead. part. 1. & fuit dictum in Romana Vinea 29. May 1589. coram bon. me. Comitulo, & in dicta Fulginaten. Emphyteusis 20. Iunij 1622. coram Vbaldo, §. 1. vers. cùm habeat similem titulum, & sit in possessione, est legitimus contradictor, &c.*

Quis autem in his terminis dicatur legitimus contra-
dictor satis notum est, & dixi supra, † nempe quando 5
comparens habet titulum, & possessionem, vt per Bart. *in d. l. fin. num. 22. vers. aut possidet,* Alber. *num. 15.* Corn. *num. 43.* communem testatur Dec. *num. 48. C. de edict. D. Adrian. toll.* & alios congerit Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 634.* & addo Surd. *cons. 263. num. 4. lib. 2.*
Hip-

Hippolit. Riminald. consil.816.num.74. lib.7. Francisc. Mi-
nald. d. cons.75. num.1. lib.1. Ioann. Francisc. à Ponte con-
sil.22. num.9. Petrus Federic. in tract. de Mandat. sine clau-
sul. lib.2. cap.68. num.3. Gabr. consil.46. num.5. lib.1. Fran-
cisc. Becc. consil.3. num.9. & latissimè R. P. D. Cæsar. Ar-
gel. in tract. de Legitim. contradict. quæst. 6. articul. 1.
2. & seq.

Quare, si contradictor haberet titulum tantùm, vel
6 † possessionem tantùm, tunc non diceretur legitimus con-
tradictor, vt post Bart. in d. l. fin. Bottam consil.93. num.5.
Osasc. decis. Pedemont. 26. num.22. & Rotam Genuensem
decis.104. num.14. dixit Carol. de Graff. in tract. de except.
in prælud. sub num.42. in fin. vers. secus si haberet titulum,
vel possessionem tantum, &c. atque aduertit Rota in cau-
sa Romana Saluiani 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Peu-
tingero, §. Nec aliquid facit, vers. quia cùm pars minimè
possideat, & vers. Imo quamuis etiam possideret, &c.

Sed ne in hac materia longior sim, plura aptiùs dicam
in annotatione ad decisionem in causa Bononien. de Mal-
uetijs 27. Martij 1624. coram bon. mem. Pirouano in litera
A. erit in 4. tom. decis. Rot. Roman. à me select. Et vide
quæ dixi supra ad decis.16. in littera A.

B TVnc enim emphyteusis Ecclesiastica non est transito-
ria ad hæredes extraneos, quando Ecclesia † non
7 vult vt transeat, & ideò si emphyteusis semel transiuerit
ad hæredes extraneos semper eandem retinet qualitatem,
Ruin. consil.168. num.33. & 34. lib.1. & sequitur Caldas
de iur. emphyteotic. lib.2. quæst.23. in fin. & dixit Rota in
causa Cremonen. Bonorum 5. Iunij 1624. coram bon. mem.
8 Vbaldo, vbi dicitur, si emphyteusis † Ecclesiastica se-
mel sit facta cessibilis ad hæredes extraneos, semper du-
rat talis, &c. & addo Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.
lib.22. titul. 19. num. 32. vbi inquit hoc esse notatu di-
gnum, quia in casibus, in quibus emphyteusis Eccle-
siastica ad hæredes extraneos non transit, sanè intelligi-
tur, nisi in Ecclesia voluerit eam transire, & subdit quod
9 in hoc † casu non est necesse probare consuetudinem
Ecclesiæ de tempore celebrati contractus, quod emphy-
10 teusis sit transitoria ad hæredes † extraneos, sicuti te-
netur probare, quando quis consuetudine nititur, &
post Mantic. ita etiam sensit Rota coram bon. mem. Re-
uerendissimo Coccino in causa Bononien. bonorum 24.
Maij 1630. est decis.281. à num.11. tom.1. à me select. alias
part.5. recent.

Quare si in concessione emphyteusis Ecclesiasticæ ap-
ponatur clausula, ad habendum, &c. vel clausula, &
11 quibus dederit, † & quidem in parte dispositiua, & sic
in visceribus instrumenti pro vt erat in casu nostro, tunc
enim sine difficultate iuxta veriorem opinionem (non
12 obstante natura emphyteusis Ecclesiasticæ, quæ † non est
transitoria etiam ad hæredes extraneos) ea est transito-
ria etiam ad hæredes extraneos, vt præter hic in decisio-
ne adducta, & plura alia per D. Theodosium Rubeum
Patrem meum in 4. part. suorum singularium Rota Roma-
na circa clausulas la 2. clausula 140. num.1. fol.310. col.2.
13 idem etiam deinde constanter † in alijs causis tenuit Ro-
ta, & præsertim coram bon. mem. Cardin. Caualer. de-
cis.219. à num.11. & coram eodem decis.293. num.2. vbi
* aliæ decisiones allegantur, & præsertim ista decisio * Imo-
len. bonorum, & coram bon. mem. Buratto in causa Far-
fen. bonorum 19. Decembris 1614. est decisio 642. num.4.
part.1. recent. inter suas impress. est decisio 87. num.3. vbi
14 pariter plura adducuntur, & testatur, quod ista † est
communis omnium opinio, & ad hoc adducitur præ-
* præsens decisio * Imolen. bonorum, idem etiam fuit deci-
sum coram bon. mem. Cardinali Sacrato; decisio 438.
num. 2. part.1. recent. & coram eodem decis. 294. num.3.
& 7. part. 2. recent. & coram bon. mem. Pirouano, decis.
265. num.4. part.4. recent. vbi etiam expeditur præsens
* hæc decisio * Imolen. & coram eodem Sacrato in causa
Bononien. de Lutio 1. Martij 1619. §. Hoc tamen, vers.
adest clausula ad habendum, & quidquid placuerit, &c.
& ibi inter alias decisiones allegatur præsens hæc de-
* cisio * Imolen. bonorum, &c. ita pariter fuit tentum coram
bon. mem. Francisco Vbaldo in causa Fulginaten. emphy-
teusis 20. Iunij 1622. vers. clausula, ad habendum, solet
operari, vt res sit transitoria ad hæredes extraneos,
&c. & coram eodem Vbaldo in dicta causa Cremonen. Bo-
norum 5. Iunij 1624. §. Iustitia verò, vel iniustitia, vers.
& cum clausula, & quibus dederit, quæ operatur vt
emphyteusis Ecclesiastica, &c. & ibi affirmatur Rotam
sæpiùs hanc opinionem secutam esse, & signanter in
causa Mediolanen. bonorum 16. Februarij 1601. coram bo.
mem. Card. Lancellotto, iun. & in Papien. bonorum 10.
Maij 1602. coram bon. mem. Card. Pamphil. sen. &
deinde recentiùs fuit dictum coram clar. mem. Reue-
rendissimo Merlino in Forosempronien. emphyteusis 28.
Nouembris 1631. & coram eodem in Mediolanen. bono-
rum 30. Maij 1632. sunt decisiones 74. num.7. & 211.
num. 7. tom. 2. à me select. aliàs part.6. recent. & coram
Eminentissimo Dom. Card. Verospio in Romana Domus
23. Iunii 1636. est decisio 163. sub num.37. vers. cùm ea
sit natura clausulæ, & quibus dederit, &c. tom.3. alias
part. 7. recent. & coram Reuerendissimo P. Dom. meo Ghi-
silerio in causa Bononien. Fideicommissi de Nascentorus 23.
Martis 1640. §. His tamen non obstantibus, vers. operari
vt emphyteusis Ecclesiastica, &c. & ibi præsens hæc de-
cisio * canonizatur, & coram eodem Merlino in causa *
Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 15. Aprilis 1641.
§. Quod autem esset hæreditaria, &c.

Quæ decisio loquitur in terminis clausulæ, & quibus
dederit, & quando inuestitura bonorum Ecclesiæ facta
in perpetuum, quia illud † verbum, perpetuum, facit 15
emphyteusim transitoriam ad extraneos, Curt. iun. cons.
4. num.23. vers. ex cuius dictis, Paris.84. num.3. volum.4.
Rota coram bon mem. Seraph. decis.868. num.3. & coram
bon. mem. Cardinali Lancellotto in Romana Domus S. Eu-
stachii 17. Februarii 1581. ista decisio etiam hic in deci-
sione allegatur, & est sæpè adducta in hac materia, eam-
que impressam, si desideras, est apud Giouagn. cons.44.
num 68. & seq. lib.2. & idem fuit dictum coram Bubalo
in Mediolanen. bonorum de Busaloria 7. Iunii 1585. & co-
ram Orano in Bononien. emphyteusis 16. Iunis 1586. &
coram Card. Sacrato in Nonantulana bonorum, quæ est
decisio 294. num. 4. part. 2. recent. & supradicta decisio
coram Merlino in causa Mediolanen. emphyteusis fuit de-
inde late à Rota canonizata coram eodem in eadem causa
sub die 17. Iunii 1641. & quæ decisiones postea in altera
instantia fuerunt confirmatæ coram Reuer. P. D. meo Peu-
tingero sub diebus 4. Aprilis 1642. & 27. Iunii eiusdem
anni, & demum in tertia instantia magnificatæ coram
Reuerendissimo Patri Domino meo Carrillo sub die 5.
Decembris 1642. videatur etiam in causa Nouarien. bo-
norum 13. Ianuarii 1642. coram eodem Merlino, §. Pec-
cat demum illa inuestitura, vbi dicitur, quod si inuesti-
tura bonorum Ecclesiasticorum sit concepta, cum clau-
sula, & quibus dederit, per eam datur aditus extra-
neis ad dicta bona, † siue sint hæredes vniuersales, 16
siue singulares successores, &c. cum multis ibi allega-
tis, & in terminis clausulæ, ad habendum, nouissi-
mè fuit ponderatum in causa Ciuitatis Castelli emphyteu-
sis 23. Februarii 1643. coram R. P. D. meo Meltio, §. Quia
cum inuestitura, vers. considerata etiam clausula ad haben-
dum, &c.

Intelligenda tamen est supra relata opinio, vt pro-
cedat, † si talis concessio sit facta com debitis requi- 17
sitis, de quibus in can. sine exceptione 12. quæst. 2. &
in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. & in Clem. 1. eo-
dem titul. & in Constitut. Paul. II. de rebus Eccles. non
alien. & sic inter alia, vt in Beneplacito Apostolico ob-
tento super tali alienatione bonorum Ecclesiæ, adsint
dicta verba, & quibus dederit, cùm ad hunc † effe- 18
ctum verba dicti Beneplaciti veniant attendenda, Bart.
in l. etiam num. 1. ff. solut. matrim. & dixit Rota co-
ram Cardinal. Seraphin. decis. 868. num. 1. & fuit di-
ctum coram Reuerend. P. D. meo Ghisilerio in causa Mu-
tinen. bonorum 27. Iunii 1642. §. Præterea cum concessiones,
vers. non fuit narratum in Beneplacito Apostolico, quod
alienatio, &c. & adde decisionem coram bon. mem. Vbal-
do in Cremonen. Bonorum 5. Iunis 1624. §. Nec obstare,
vers. in Beneplacito Apostolico non adsunt verba, & qui-
bus dederis, &c.

In qua tamen decisione fuit dictum id non vrgere,
quia in illo Beneplacito aderant verba, † pro se, & suis 19
hæredibus, & successoribus quibuscumque, nam ista
clausula cùm æquiparetur clausulæ, & quibus dederit,
&c. Rip. in l. quæsitum, §. si quis, num.5. ff. de priuileg.
credit. cum aliis nuper allegatis in causa Romana Dotis 20.
Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Carrillo, operatur, quod
emphyteusis Ecclesiastica sit trãsitoria etiam ad extraneos,

Roland.consil.96.num.28.lib.1. Clar.in §. emphyteusis quæst.
28.num.28. Felin.in cap. quia num.11. versic.fallit, de iudic.
Rip.in leg.ex facto, §.si quis ita nu.15.ff.ad Trebell.& quod
ista sit communis opinio profitetur, Couarr. variar. reso-
lut.lib.2.cap.17.num.5.versic.quarta conclusio, & quod hæc
sit magis communis apertè testatur Gabr. consil.76.nu. 12.
lib. 2. & de communi, & magis communi affirmat Card.
Mantic.de tacit.lib.22.cap.19. num.22.& sæpè censuit Ro-
ta, vt apud Cardin. Seraph. decis. 188. num.7. & dec. 713.
num.2. & coram bon.mem.Cardin.Pamphil.sen.in dicta Pa-
pien.bonorum 10. Maij 1602. & in terminis feudalibus fuit
dictum coram bo.mem.Pirouano in causa Bononien.de Mal-
uetijs 11. Decembris 1624. §. Quia pro secunda responsione,
&c. vbi dicitur concessionem factam sub illis verbis, tibi,
tuisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, secun-
20 dum veriorem † opinionem, comprehendere extraneos
quoscumque.

Nec contradicunt decisiones in causa Sarsinaten. Feu-
di 20. Decembris 1638. & 1. Iulii 1639. coram bon. mem.
Coccino, quando scilicet non est facta mentio filiorum,
21 † vel non adsunt coniecturæ pro exclusione extraneo-
rum, & insuper ibi affirmatur dictam sententiam, de
qua supra, prætendi communiorem, & aliqua subdam
in d.Cremonen. bonorum 5. Iunii 1624. coram bon. mem. V-
baldo, erit in 4. tom. à me select.

22 IN Iure vulgatissima † est ista conclusio, primam
C inuestituram esse attendendam, Bald. in cap. 1. sub n.
22. de eo, qui sibi, vel hæred. suis, Dec. consil 184. num. 3.
ante fin. primo, quod prima, Aldobrand. in consil. 15. nu. 13.
& seqq. lib. 1. Surd.consil.5.num.62. & consil. 105.num.26.&
31. Bald in l.1.num.39 Cod quand.non petent par.5. nec pre-
sumitur eam fuisse alteratam, Menoch. de præsumpt.lib. 3.
præsumpt.92.num.2. & 4. Rota decis.555.num.11.in fin. p.2.
recent.

Imò ad effectum, vt censeatur recessum ab antiqua
inuestitura requiritur, vt vel de hoc clarè, & euiden-
24 ter constet, † vel ex verbis vltimæ concessionis id infe-
ratur, Castr. consil.142.num.2. versic.non autem lib.2. Dec.
consil.390.num.3. & dicto consil.184.ante num.4. Curt. iun.
cons.108.num.18.in tractat.de feud.par.2.principal. quæst. 2.
Natt.cons.505 num.17.& cons.506. n.40. Cæphal. cons.307.
num.72. Menoch. cons.1.num.124. & consil.378.num.55.&
de præsumpt.lib.3.præsumpt.92. num.2. & 4. Corbul. de iure
emphyteut.titul. de priuat.ob lin finit.num.28. & 29. Rosen-
tal.de feud.cap.6.conclus.69. num.4 Scrader. de feud. par. 5.
cap.2.num.31. & 34. & seqq. Surd.cons.5.num.64. & 65. &
sæpius respondit Rota, & præsertim coram bon.mem.Card.
Pamphil.sen. in hac eadem causa sub die 21. Maii 1593. &
coram eodem in causa Bononien. Bonorum emphyteoticorum
18. Aprilis 1596. vbi dicitur, quod noua inuestitura sem-
25 per censetur † concessa cum pactis, modis, & conditioni-
bus in prima contentis, etiamsi id expressè non dicatur,
&c. & coram bon.mem. Pirouano in causa Clusina Postæ 23.
Maii 1614. est in recent. decisio 555.in fin.part. 2. & coram
bon.mem. Remboldo in causa Comaclen. seu Ferrarien. Præ-
posituræ, & Beneficii 15. Decembris 1625.

Vbi habetur, quod in renouationibus emphyteusis,
vel feudi post lineam finitam censentur omnia repetita,
quæ continentur in prima concessione, & est text. in
cap.1.de vassall.decrept.ætat. Bart.in l.si mihi, & Titio 110.
in princip.num.7. ff.de verbor.obligat. Ias.num.12.col.fin.ante
fin. vers. Tertio quærit Bart. & vers. debuit allegari, &c.
vbi dicit, quod cum Bart. transeunt alij DD. Alexan. nu.
17. & latè Scraderius de feud. quæst. 1. par. 2. sect. 6. num.
26. & seqq. videatur etiam coram clar. mem. Merlino in
causa Paduana Feudi 24. Ianuarii 1625. vbi dicitur, si
26 aliqua qualitas † omittatur in nouis inuestituris, id sup-
pleri debet ex antiquis, cùm in dubio numquam censea-
tur ab eis recessum, &c. & fuit dictum coram eodem in
Assisien. emphyteusis 18. Martii 1630. quæ duæ decisiones
sunt 455. num.6. & 7. & 513. num.24.tom.1.par.2.a me se-
lect. alias par.5. recent.

Et recentiùs fuit animaduersum coram bon. mem. Cocci-
no in causa Sarsinaten. Feudi 28. Decembris 1638. longè
post §. Primo enim, vers. vulgatissima est in iure conclusio,
& fuit ponderatum coram eodem Merlino in causa Medio-
lanen. emphyteusis, seu Bonorum 15. Aprilis 1641. & 17.
Iunii eiusdem anni, vbi quod subsequentes concessiones
27 † emphyteoticæ censentur factæ iuxta tenorem primæ in-
uestituræ antiquæ, quę tanquam radix influit in sequen-
tes, nec finit, vt à pactis primò conuentis credatur re-
cessum, † & ibi inter alia iura canonizatur præsens hæc 27
decisio * 26. num. 3. par. 3. recent. & in dicta Mediolanen. *
fuit decisum, quod si emphyteusis concessio fuerit facta
à Laico de bonis laicalibus ad fauorem alicuius, pro eius
hæredibus, & successoribus, tunc etiam extranei in-
cluduntur in dicta concessione, Clar. in §. emphyteusis
quæst. 28. num. 6. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib.
22. titul. 9. num. 2. vbi † quod in hoc nulla est controuer- 29
sia inter Doctores, &c.

Si deindè veniat, seu transeat dominium directum di-
ctæ emphyteusis in personam, seu locum priuilegiatum, 30
vt est Ecclesia, nihilominus sub dicta stipulatione ve-
niunt extranei, quamuis sub dd. verbis, pro hæredibus,
& successoribus, &c. quando † concessio fuisset facta 31
ab Ecclesia non venirent extranei, sed tantùm hæredes
sanguinis, Bald. in l.1.num.1. ff. si ager.vectigal.vel emphyt.
petat. & in l.etiam filius num. 1. §. sol.matr.

Et ratio est, quia in hoc casu veniunt extranei, quam-
uis simus in Ecclesia, quoniam attenditur origo conces-
sionis, quæ est laicalis, non enim natura mutatur † em- 32
phyteusis ex mutatione personæ, in quam transfertur
dominium directum, Anchar.cons.165. num.2. vbi allegat
text. in l.fiscus, de iure fisc. & in l.Æmilius, ff. de minor. &
quamquam Florian. de Sancto Petro ab hac opinione
† dissentiat, opinionem tamen Ancharani secuta est Ro- 33
ta coram bon.mem.Card.Caualer.in Romana Domus Sancti
Nicolai 23. Iunii 1614. est inter eius impress. decis. 316.
num. 5.

Et amplia supradicta procedere, † etiamsi emphyteu- 34
ta inciderit in caducitatem, & per Ecclesiam simpliciter
dicta caducitas fuerit remissa, cùm apertum sit, † sim- 35
plicem remissionem caducitatis non inducere nouam
concessionem emphyteusis, sed antiquam conseruare
in sua primæua natura, & forma, Gloss. in tit. 55. de pro-
hib. feud. alienat. per Federic. incip. Imperialem, §. insuper,
in verb. priuetur, vers. quod si, Bart.in l.quod dicitur num.9.
vers.pone ergo, ff. de impens. in reb. dotal. facit Schrader.de
feud.part.2.cap.3.num. 48. Caldas de renouat.emphyt. lib. 1.
quæst.4.num.4. & 14. Rota coram bon.mem.Card. Seraph.
decis.1496. num.2.

Tunc verò † remissio caducitatis importaret nouam 36
concessionem, quando emphyteuta esset priuatus em-
phyteusi ipso iure, vel per sententiam, & dominus di-
rectus deindè concessisset ei nouam inuestituram cum re-
missione pœnæ iam incursæ, quod procedit, etiamsi di-
ctus Dominus post deuolutionem ipso iure, &c. incur-
sam non † acceperit realem emphyteusis, vel feudi pos- 37
sessionem, nec ipsam sibi incorporauerit, vt tenet Isern. in
cap.1.sub vers. Dic ergo, ibi, sin autem perdatur de Vassall.
decrep. ætat. vbi Addeo in littera V. Aluarot. num. 2. vers.
vbi etiam dicit, Præposit. num. 3. vers.distingue, qui idem
repetit in præludi.feud. num. 41. Bald. in cap. Imperialem, §.
insuper num.8. vers. sed tu dic, de prohib.feud.alien. per Fe-
deric. Angel. in l.quod dicitur num.2.versic.hoc placet si vas-
sallus, ff. de impens. in rebus dotal. fact. Salicet. in l. pecu-
lium, §. si ære num. 3. versic. Orator attende, ff. de pecul.
Alexand. consil.34. num.6. lib. 1. Ias. in epitom. feud.part. 3.
num.2. versic. vel ipso iure, Clar. in §.feudum quæst. 8. nu.6.
post med. vers. secus autem, qui testatur de communi om-
nium scribentium, Aym. de antiqu. tempor. part. 5. §.
iam videmus num. 22. Scrader. de feud. par. 2. cap. 3. num.
43. & seqq. Rosentall. eodem tractat. cap. 2. conclus. 18.
num. 2. & sub littera B. vbi dicit Afflict. contrarium ten-
tientem † loqui contra communem, & receptam senten- 38
tiam, Io. Anton. Cornet. in extrauag. Volentes, §. sed oc-
currit non inutilis quæstio à num. 9. & in hac opinione resi-
det Rota, vt supradictis relatis fuit dictum coram Eminen-
tissimo D. Cardin. Panzirolo in causa Portuen. stagni 10. Iu-
nii 1641. §. Nec refragatur, vers. Etenim quamuis dominus
directus post deuolutionem.

Addo etiam, quod iterata concessio feudi, emphyteu-
sis, &c. dicitur noua inuestitura, & † non vetus quan- 39
do fuerunt adiecta noua pacta, nouaque formula consti-
tuta, vt fuit dictum in causa Taruisina feudi 18. Aprilis
1625. coram bon. mem. Remboldo, erit in 4. tom. decisionum
Rotæ Romanæ à me select. vbi in annotation. plura cumu-
labo.

DImita hanc conclusionem non procedere, quando prohibitio alienationis † est realis, quia tunc apta
40 est comprehendere omne genus alienationis tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, iuxta dispositionem text. *in leg. Pater. 36. §. quindecim, ff. de legat.* 3. Bart. *in l. peto 71. §. fratre, num. 2. ante fin. vers. venio ad quartam, & num. seq. ff. de legat.* 2. Rip. *in l. filius familias* 118. *§. Diui, num. 66. ff. de legat.* 1. Curt. iunior. *consil. 225. num. 25. & 26. & consil. 263. num. 35. & 36.* Iacob. Butrig. *in l. voluntas, C. de fideicommiss.* quem refert Ambros. de Opizo *in l. filius familias, §. Diui, sub num. 115. ff. de leg.* Castren. *in l. voluntas, in fin. C. de fideicommiss.* & dixit Rota *coram Eminentissimo Domino Cardinali Vbalde in Spoletana Fideicommissi 27. Nouembris 1628. est decisio 216. num. 15. tom. 1. à me select. aliàs par. 5. recent.* & meliùs, & recentiùs fuit resolutum *coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo in causa Romana Fideicommissi de Alicornis 16. Maij 1639. §. Quia cum prohibitio, vers. apta est comprehendere omne genus alienationis, &c.* vbi etiam dicitur, prohibitionem
41 alienationis non solum esse realem, quando † est directa ad bona, sed etiam si sit perpetua, quia tunc etiam est censenda realis, Soccin. sen. *in l. qui Roma, §. cohaeredes, num. 18. vers. & hanc conclusionem, ff. de verbor. obligat.* Paris. *consil. 27. num. 24. lib. 2.* Roland. *cons. 23. num. 17. lib 4.* Gabr. *de fideicommiss. concl. 9. num. 12.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 13.* cum alijs allegatis à Rota *in causa Romana fideicommissi 29. Maij 1628. coram Eminentiss. D. Card. Verosp. iun. & in causa Bononien. fideicommissi de Rubeis 4. Martij 1641. coram eodem Eminentiss. Panzirolo.*

Et quatenus hæres, vel fideicommissarius alienet bona restituenda (quidquid esset dicendum si fideicommis-
42 sum esset factum in contractibus) substinetur † quidem alienatio illius vita durante tantum, *l. vltim. §. sin autem, Cod. commun. de legat.* & ibi Castren. *num. 7.* Ias. *etiam num. 7.* Ripa *in l. filius familias, §. Diui, num. 47.* & ibi Crot. *num. 36. ff. de legat. 1.* sed eo mortuo, bona deuoluuntur ad vocatum, Natta *consil. 110. num. 11. ad fin. & seq.* Peregrin. *consil. 38. num. 8. & consil. 113. num. 4. & seq. lib. 3.* Odd. *consil. 48. num. 6. vsque ad 9. & num. 23. & 24.* Bellon. iun. *consil. 1. num. 92. post med. vers. 4. & vlt.* Fusar. *de substitut. q. 380. num. 1. & seq.*

43 Quoniam fideicommissum † reale, inducit grauamen reale, & est omnium prohibitionum fortior, nullamque patitur exceptionem, & afficit omnes personas, & quoscumque possessores, Bald. *in l. precibus num. 49.* & ibi Salicet. *Cod. de impub. & alijs substit.* Paris. *consil. 18. num. 50. & consil. 90. num. 43. lib. 3.* & hoc procedit etiam-
44 si res per mille † manus peruenerit, ita vt non tantum nominati censentur grauati onere fideicommissi, sed etiam in infinitum eorum hæredes ab intestato venientes, & quilibet, vt dixi, possessor illo onere restituendi
45 astrictus est, semper † enim res cum sua causa transit, *l. alienatio, ff. de contrahend. empt. l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. hered.* & dicit Ruin. *consil. 111. Viso pro-*
46 *lixo num. 12. lib. 5.* quod res affecta † onere reali transit etiam ad Ecclesiam cum suo onere, *clem. 1. de Censib. l. via constituti, §. quicumque, ff. de seruit. vrb. prad. l. 1. §. fin. & l. seq. ff. si seruit. vendic. l. fiscus, ff. de iur. fisc.* & animaduertit Rota *in causa Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coram bon. me. Penia, est decisio 869. inter eius à me imprimend. n. 19. vers. & hoc casu res sic onerata ad quemcumque perueniat, &c.* & recentiùs fuit dictum in celebri illa *Albengabellæ, seu onerum 28. Iunij 1630. coram clar. me. Merlino, est decis. 339. à num. 51. tom. 2. à me select. aliàs part. 6. recent.* atque in terminis bonorum, in quibus adest fideicommissum reale, consultus respondit Francisc. Becc. *consil. 24. sub num. 28.* Itaque hoc casu non intret regula
47 illa, quod † Ecclesia quidquid apprehendit tamquam manus mortua strictissimè retinet, vt ratiocinata est Rota *in causa Bononien. Fideicommissi de Blanchettis 26. Ianuarij 1632. coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio iun.*

Generaliter etiam videatur Surd. *consil. 315. num. 20.* Mandell. *consil. 93. num. 2. & consil. 97. num. 2.* Tiber. Decian. *consil. 54. num. 26. & consil. 102. num. 3. lib. 2.* Octauian. Zuccard. *decis. Lucen. 76. num. 145.* & pluries fuit dictum in Rota, & præsertim *causa Florentina fideicommissi 3. Decembris 1607. coram bon. mem. Reuerendissimo Manzanedo, & in causa Leodien. fideicommissi 1. Decembris 1608. coram bon. mem. Cardin. Caualer. est decisio 231. sub num. 1. par. 2 recent. & inter eius impress. est decis. 34. numer. 2.* & nuper fuit resolutum *in causa Spoletana fideicommissi 10. Iunii 1639. coram Reu. P. Domino meo Royas*, vbi dicitur, quod fideicommissum reale, operatur grauamen reale, & dicitur afficere † omnes personas, & quoscumque successores, ita & taliter, vt teneantur per fideicommissum alteri restituere. 48

Quod enim dictum est prohibitionem realem censendam esse perpetuam, † id subsistit, quando prohibitio 49
est vestita aliqua causa, secus verò si simpliciter maneat, quia tunc non est considerabilis, ex cumulatis per Fusar. *de substitut. quæst. 685. num. 10.* & per Odd. *de fideicommiss. quæst. 2. artic. 4. num. 25.* vbi quod hæc conclusio procedit, etiamsi prohibitio sit † facta in perpetuum, & ita pa- 50
riter censuit Rota *in causa Tiburtina fideicommissi 27. Iunij 1640. coram eodem Eminentissimo Domino Cardin. Panzirolo, §. Nec releuat, quod prohibitio vti realis, vers. quod cum prohibitio non sit vestita aliqua causa, &c.* & alia multa circa hanc satis ventilatam materiam afferam in annotation. *ad decis. in causa Ariminen. fideicommissi 18. Maij 1618. coram bon. mem. Rembaldo, erit in 4. tom.* vbi discutitur, quod prohibitio alienationis non est apta per se inducere nouum fideicommissum, nec ampliare iam factum vltra personas expressas, dum non stat principaliter, sed accessoriè, quod intellige etiamsi sit vestita aliqua causa, &c.

Paulus Rubeus.

R. P. D. O R A N O.

Corduben. Iurisdictionis.

Veneris 7. Februarii 1597.

A R G V M E N T V M.

Portionarij non possunt eligi Coniudices secundùm dispositionem Conc. Triden. *sess. 25. c. 6. de reformatione.* Vide aliam *Cordubensis Iurisdictionis 17. Maii 1597. coram eodem Orano, & Calciacen. Coniudicum 24. Aprilis 1606. coram Reuerendissimo Attrebaten.*

S V M M A R I V M.

1 *Portionarii, quibus assignatur locus inter personas capitulares, & in defectum Canonicorum, datur illis præsidendi locus in Capitulo, dicuntur esse de Capitulo.*
Qualitas actuum factorum in Capitulo declarat quo iure quis intersit Capitulo, num. 1. in fine.
2 *Copula, Et, ponitur inter diuersa.*
Possessio essendi de Capitulo probatur ex exercitio actuum solis Capitularibus petentibus.
3 *Consuetudo potest facere Prælatum non Canonicum de Capitulo.*
4 *Canonici non constituti in sacris non habent vocem in Capitulo, & nihilominus sunt verè Canonici.*
Feudum in aliquo alteratum, in reliquis remanet feudum cum sua natura, num. 4. in fine.

D E C I S I O XXVII.

DVplex ratio concurrit in præsenti dubio, quam Domini mori censuerunt, recedendum esse à resolutis, & concludendum, Portionarios Ecclesiæ Corduben. esse de Capitulo. Harum prima fundata fuit in statutis Ecclesiæ Corduben. & inter cætera in statuto edito super præsidentia Capituli, quo nedum Portionarijs assignatur locus inter personas Capitulares, sed quod amplius est, in defectum Canonicorum datur illis præsidendi locus in Capitulo. Ita quod penes eos, & dimidios Portionarios etiam remaneat ius totius Capituli, quod nihil aliud innuit, quàm quod sunt de Capitulo, præsertim ad effectum de quo agitur, vt scilicet corrigantur cum adiunctis iuxta formam Concilij. Ad quem effectum cum scripturis, quarum summarium datum fuit pro par- 1

te Decani, patet tantante, quàm post Concilium in eorum punitione cum adiunctis fuisse processum, & Portionarios tanquam personas capitulares fuisse assumptos pro adiunctis, qui non secus, atque vigore statutorum allegatorum, quàm etiam in vim Concilii Tridentini eligi debent, qui sint de Capitulo; A qualitas enim
A actuum factorum in Capitulo declarat, quo iure intersint Capitulo, Anchar. *cons.* 422. *num.* 2.

2 Quare, cùm ab anno 1559 vsque annum 1595. exhibeantur per Capitulum actus, in quibus Portionarij promiscuè in correctione Capitularium adiuncti fuerunt cum Canonicis, subintrat secunda Dominorum consideratio, sumens fundamentum ex concordia inita de anno 1519. in qua narratur præsentio Portionariorum facientium Capitulum cumulatiuè cum Canonicis. Et sic non solùm interessendi in Capitulo vti extranei habentes ius, vt eis, sed vti personæ Capitulares constituens Capitulum: quo euidentiùs ostenditur ex eo, quod quando Pius Papa Quartus canonizando per sententiam concordiam, mandauit eam obseruari. Nam proculdubio intellexit Portionarios, & ius essendi de Capitulo habere & vocem. Nam copula eius est naturæ, vt inter diuersa ponatur, Dec. *consil.* 22. *num.* 4. Paris. *consil.* 36. *num.* 14. *lib.* 1. Et ex interessentia in Collegio cum cæteris Collegialibus probatur, ipsos esse de eodem Collegio, si cum ea, vt hic interueniat exercitium actuum solis Capitularibus competentium, quia ex illis probatur possessio essendi de Capitulo, Bart. *in l.* 1. *§. hoc interdicto, num.* 1. *ff. de itiner. actuque priu.* vbi dicit, quòd si commune ciuitatis pateretur, aliquem interesse consilio, ex tali interessentia non consequeretur possessionem illius iuris, sed si pateretur interessentem esse de prioribus, vel proponere in consilio tanquam Consiliarium, tunc ex v-
B nico actu acquireret possessionem essendi de consilio, B sequitur Barbat. *consil.* 69. *col.* 2. *in princip. lib.* 3. Ruin. *consil.* 106. *num.* 6. *lib.* 5.

3 Proindè cùm ex diuturna obseruantia continuata etiam post Concilium per 30. annos, appareat Portionarios habitos, & reputatos Capitulares, & tanquam tales videntibus, & patientibus Episcopis in adiunctos cum Canonicis fuisse iuxta dispositionem Concilij assumptos, & ex quamplures instrumentis constet, eosdem vnà cum Canonicis simul congregatos nuncupari Capitulum, & ita per consuetudinem etiam introductum fuisse, vt in Ecclesia Corduben. hoc Collectorum nomen pariformiter Canonicos, & Portionarios comprehenderet, pari ratione dicendum videtur, eos esse de Capitulo, cùm dubium non sit, quin consuetudo possit facere Prælatum non Canonicum de Capitulo, Gemin. *in cap. fin. num.* 5. *de prebend. lib.* 6. Abb.
C *in cap. scriptum num.* 4. *de elect. in cap. cum olim num.* 8. & ibi Felin. *num.* 4. *de re iudic.* C

4 Quibus accedit, quòd in proœmio † reformationis statutorum, Episcopus mandauit Capitulo, quod eligerent vnam, aut duas personas sui Capituli, quæ interuenirent reformationi. Vnde cùm Capitulum elegerit vnum Canonicum, & Portionarium, cum quibus Episcopus processit ad reformationem statutorum, ex obseruantia subsequuta, optimè declaratur consuetudo ista respiciens naturalem intellectum secundùm factum, & non secundùm ius, Aym. *consil.* 118. *num.* 26. Neque præmissis aduersari potest, quod Portionarij in concordia remittunt vocem in electione, siue admissione Prælati, & alijs casibus, de quibus in concordia, quia per hoc desinit esse de Collegio, Alexan. *cons.* 158. *num.* 19. *in fin. cum seqq. lib.* 2. Nam in simili videmus, quod Canonici non constituti in sacris, qui non habent vocem in Capitulo,
D *Clement. vt si, de ætat. & qualit.* D nihilominus sunt verè Canonici, etiam faciunt adducta exempla per informantes, *de feud. & legit.* cùm illud etiam si in aliquo sit alteratum, remanet in reliquis feudum cum sua natura, Brun. *conf.* 18. *num.* 9. & restitutus natalibus dicatur legitimatus, licèt eidem sit limitata successio, Achill. *decis.* 9. *sub tit. qui sint legitimi.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS
Ad Decisionem XXVII.

1 *Episcopus, quando procedit contra aliquem de Capitulo, tenetur sibi eligere in Coniudices duos de eodem Capitulo.*
2 *Episcopus nullus, causam cognoscere debet absque præsentia Clericorum suorum.*
3 *Episcopus, quando procedit in causis grauibus, est necessarium iudicium Capituli, & num.* 9.
4 *Cap.* 1. *de excess. Prælat. est etiam seruandum, quando agitur de re graui, & seuera pœna imponenda.*
5 *Episcopus in delictis grauibus potest procedere sine consensu Capituli, requisito prius eius consilio, contra n.* 6. *distingue vt num.* 7. *&* 8.
10 *Dignitatum prouisio Ecclesiæ Cathedralis, prout est Archidiaconatus, dicitur de arduis.*
Et ideo Episcopus non potest eas conferre absque Capitulo.
11 *Episcopus potest beneficia inferiora conferre absque Capitulo.*
Episcopus explicat minora absque Capitulo ex suo [illegible] cio generali, quod secus est in maioribus, & grauibus, num. 11.
12 *Maiora, grauia, & ardua, eadem sunt.*
Negotia ardua quæ sint, relinquitur arbitrio iudicis.
13 *Episcopus, quando procedit vti Delegatus Sedis Apostolicæ, & in visitatione ab eius gestis non datur appellatio;*
Sed hoc procedat in ijs tantùm, quæ concernunt morum correctionem, & sapiunt paternam obiurgationem.
Secus verò in alijs, quæ respiciunt rigorosam punitionem, & priuationem.
Episcopus in visitatione, si procedat ad rigorosam punitionem, & priuationem, potest ab eius decreto appellari ad Sedem Apostolicam, & interim gesta ab eo erunt attentata, num. 13.
14 *Episcopus procedens contra capitulares, cùm secundum Concil. Triden. eligere debeat duos ex Capitulo.*
Vnde alios, quam Canonicos eligere non valet, cum illi solùm dicantur de Capitulo.
15 *Canonici soli cum Prælato faciunt Capitulo.*
16 *Et hanc opinionem tenet Romana Curia, & Rota.*
17 *Beneficiati non sunt de Capitulo.*
18 *Beneficiati, seu Portionarij non possunt eligi in Coniudices ab Ordinario, quando procedit contra Capitulares.*
19 *Beneficiati, & alij ministri Canonicis inferiores sunt introducti in Ecclesia ad seruiendum, & non ad faciendum consortium cum Canonicis.*
20 *Et prædicti iurant obedientiam, & reuerentiam, nedum Episcopo, sed etiam Ecclesiæ.*
Ecclesiæ appellatione venit etiam Capitulum, num. 20.
21 *Beneficiati cùm sint serui Ecclesiæ, penes ipsos potius obsequendi necessitas, quam imperandi auctoritas manet.*
Beneficiati inseruire debent Capitulo, sicuti ipsi Episcopo, num. 21.
22 *Beneficiati si prætenderent sibi præstari seruitium à Canonicis, hoc esset indecorum, & inhonestum.*
23 *Maior, quod minori præferatur, id omnia iura clamant.*
Maior minori deseruire non debet.
24 *in Ecclesia Dei reuerentia gradatim sunt exhibenda.*
25 *Ordo Ecclesiasticus absit, quod confundatur, cùm illud diuinitus sit delineatus iuxta ordinem cœlestis Hierarchiæ.*
Beneficiati in vanum putant eos esse thurificandos ab Archipresbytero, qui thurificauit Episcopum.
26 *Beneficiati non possunt prætendere pro Tribunali assidere cum Episcopo, & Coniudices agere in iudicando Canonicos sibi Superiores.*
27 *Canonici propriè sunt membra Episcopi.*
28 *in Iudicandi officio non solùm exigitur simpliciter intellectus, & capacitas, sed Maiestas quædam, & decus circa personam Iudicis.*
Iudex ita ius reddere debet, vt auctoritatem dignitatis suæ ingenio suo augeat, num. 28.
29 *Iniuria, quæ fit Iudicis, dicitur magna, & atrox.*
30 *Refertur casus de quodam rustico, qui spernendo Iudicis præceptum, in spretum fecit ei, vt dicitur, ficas, &c. & eius pœna, num.* 32.
31 *Iudici contumeliam faciens nutu, flagris rumpendus est, vel saltem flagellis cedendus.*

33 *Can-*

33 *Causa non possunt delegari Beneficiatis, & maximè, vt fiant iudices Canonicorum.*

34 *Ordo Ecclesiasticus perturbaretur, si distinctio Ordinum non seruaretur.*

35 *Beneficiati non debent esse melioris conditionis, quàm Canonici.*

36 *Beneficiati si iudicarent Canonicos, hoc nihil aliud esset, nisi turbare Ordinem Ecclesiasticum.*

Asinus etiam auribus intumescit, dum videt se apprehendi à pari, sub num. 36.

37 *Beneficiati, de consuetudine, vel statuto Ecclesiæ, possunt effici de Capitulo.*

38 *Beneficiati, vel alij Clerici, quando de iure speciali sunt de Capitulo, possunt eligi ab Ordinario in Conindices, etsi procedat contra Capitulares.*

39 *Ciuilitas vera licèt acquiratur solùm ex natiuitate in tali loco, nihilominùs ciuis ex iure speciali dicitur verè ciuis.*

Naturaliter aliquid inesse, vel per priuilegium paria sunt, num. 39.

40 *Cum in eis verificentur verba Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de reform.* ibi, *eligat duos ex Capitulo.*

41 *Verba legis vbi verificantur, ibi etiam debet militare eiusdem legis dispositio.*

Ratio eadem vbi interuenit, ibi idem ius statuendum est,

Et tunc dicitur adesse eadem lex, seu ius non extensiuè, sed comprehensiuè.

42 *Beneficiati quando sunt de Capitulo, an possint eligi in Conindices ab Ordinario procedente contra Capitulares, in Rota non parua fuit controuersia,*

Sed tandem pro affirmatiua fuit resolutum.

43 *Fictio habetur pro veritate in his, quæ dependent à voluntate Principis.*

44 *Beneficiati, qui de iure speciali sunt de Capitulo, si ab Ordinario eligantur in Conindices ad procedendum contra Canonicos inquisitos,*

Tunc dd. Beneficiati eorum personam particularem non repræsentant, sed benè ipsum Capitulum à quo procedit talis potestas, & sic cessat omnis inconuenientia.

45 *Capituli potestas non radicatur in aliqua persona particulari, sed in ipso Capitulo, quod dicitur Prælatus singulorum subalternatè ad prælationem Episcopi, num. 46.*

47 *Capituli potestas defluit in vnum, vel plures ex capitularibus pro diuersitate munerum.*

48 *in Canonico, qui præsidet in Capitulo non potest considerari aliqua indecentia, si exerceat iurisdictionem suam in Dignitates, & quare vide n. 50.*

Dignitates ex generali consuetudine omnium Ecclesiarum præferuntur Canonicis, num. 48.

49 *Dignitates dum exeunt à Choro, non tenentur petere licentiam Canonico punctatore, cum esset inferiori obtemperare, quod non est dicendum.*

51 *Beneficiati tunc possunt eligi in Conindices ab Ordinario in causis Canonicorum quando sunt de Capitulo de iure speciali, secus verò si tantum habeant vocem in Capitulo.*

52 *Beneficiati, quod habeant vocem in Capitulo, & ideò sint de Capitulo, non est bona consequentia.*

53 *Beneficiati, vt dicantur de Capitulo, non sufficit, vt in aliquibus, vel in omnibus actis habeant vocem in Capitulo.*

54 *Beneficiatorum qualitas non mutatur ex eo, quia habeant vocem in Capitulo.*

57 *Possessio si est de iure familiaritatis, per vnicum actum vera possessio non acquiritur, & quando secus.*

ANNOTATIO
ad Decisionem XXVII.

A Concil. enim Trident. *sess. 25. cap. 6. de reform* statuit,
vt quando fit processus per Episcopum contra
1 † aliquem de Capitulo, in eo saltem adhibeantur duo de
eodem Capitulo, quæ dispositio noua non est, nam etiam
in Concilio Carthaginensi IV. *cap. 23.* dispositum fuerat,
2 vt Episcopus nullus causam audiat † absque præsentia
clericorum suorum, alioquin irrita sit sententia, nisi præsentia clericorum confirmetur, sunt verba Concilij relata in *can. Episcop. 15. quæst. 7.* quod optimè aduertit Rot. *coram bon. mem. Card. Mantica decis. 202. n. 9.*

Indeque receptum, vt in causis grauibus, † in quibus 3
proceditur ad suspensionis sententiam sit necessarium Capituli iudicium, *cap. 1. de excess. Præl.* idest consensus, vt explicat Felin. post alios *in cap. irrefragabilis sub n. 3. vers. sed dic. quod imo, de effic. ordin. glos. in can. Episcopus sine cons. 24. dist. & in cap. cum nos, de his quæ fiunt à Prælat. & in cap. si quid verum, glos. vlt. 86. dist.* Innocent. *in cap. graue, vers. idem secus, de præben.* Io. Andr. *in cap. nouit. de his quæ fiunt à Prælat.* Barbat. *in tractat. de Episcop. in 4. part. lib. 3. 7. quæst.* Fel. *in cap. irrefragabili col. penult. de effic. ordin.* dixitque Rot. *in causa Barbastren. iurisdictionis 7. Iunij* 1585. *coram bon. mem. Card. Pamphil. §. vbi sumus in arduis, in quibus etiam debet interuenire consensus Capituli, &c. vers. in corrigendis excessibus, &c. & in causa Meten. administrationis Episcopatus 27. Nouembris 1617. coram bon. mem. Remboldo, §. Præterea, vers. nec ipse Episcopus potest expedire negocia ardua sine consensu Capituli, &c.* & videatur
Fr. Emanuel *quæst. regul. tom. 2. quæst. 21. art. 7.* vbi dicit *d.*
cap. 1. de excess. Præl. esse † etiam seruandum, quando agi- 4
tur de re graui, & seuera pœna imponenda, & facit *totus titulus, & præsertim cap. nouit. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* & in terminis suspensionis perpetuæ, vel diuturnæ post Innoc. Abb. & Felin. probat Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 2. cap. 152. n. 5.*

Et quamuis contrarium sentire videantur Hostien. Zabarell. Anton. de Butr. Dominic. à S. Gemin. Archidiac. Alexand. Dec. Anchar. Henric. & alij relati per Anton. Gabriel. *in comm. conclus. titul. de malefic. conclus. 26. n. 1.*
Qui Doctores † tenent quod Episcopus in delictis punien- 5
dis possit procedere absque consensu Capituli, requisito tantùm eius consilio.

Ad concordiam tamen possunt reduci Doctores isti, cum relatis supra pro contraria opinione, scilicet aut proceditur
in delictis leuibus, † & tunc sat est petere consilium, & 6
non expectare consensum, & in hoc casu intrat opinio Doctorum proximè relatorum.

Aut verò agitur de delictis grauioribus, & tunc requi-
ritur nedum consilium, sed etiam consensus † Capituli, 7
& in his terminis procedit sententia aliorum Doctorum, qui videbantur contrarij, quæ distinctio colligitur ex deductis per Abb. *in cap. nouit n. 6.* & ibi etiam Imol. *col. pen. vers. secundo limitat. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Cap.* & idem sentire videntur Oldrad. *cons. 251. circa finem, vers. secundo impugnatur*, Barbat. *cons. 40. col. 4. vers. idem ad litteram vol. 4.*

Quod enim ista distinctio communiter † recepta sit, 8
affirmat Gabr. *de malefic. d. conclus. 26. num. 3. in fin.* Adduci etiam potest Abb. *in cap. 1. num. 2. de excess. Prælat.* vbi
vult quod in arduis † non possit Episcopus procedere sine 9
consensu Capituli, & optimè aduertit Rota *in d. Meten. administrationis Episcopatus 27. Nouembris 1617. coram Remboldo.* Vbi dicitur sine dubio esse, quod prouisio Dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, qualis est Archidiacona-
tus, (vt erat casus illius decisionis) sit de arduis; † Quia 10
Episcopus non potest de iure has dignitates absque Capitulo conferre, cùm tamen possit beneficia inferiora pro-
uidere, & quidem ea † ratione, quia Episcopus explicat 11
ista minora ex suo officio generali, quod secus est in maioribus, & grauioribus, vt benè explicat Abb. *in cap. cum Ecclesia, num. 8. post med. vers. idem, quod supra pute de elect.*

Maiora autem, grauia, & † ardua eadem sunt, sic 12
Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 215. num. 3.* vbi etiam ait post Io. And. Felin. Dec. Barba. Imol. Io. Lopez, Afflict. Marsil. & alios, quod est relinquendum iudicis arbitrio quænam ardua negocia sint.

Congruit etiam in simili id, quod dicimus pariter de Episcopo, qui quando procedit vti delegatus Sedis Apo-
stolicæ, & in visitatione, quo casu † non datur appellatio 13
saltem ad effectum suspensiuum, ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 10.* quia dispositio dicti Sacri Concilij procedit in ijs tantum, quæ concernunt morum correctionem, & sapiunt paternam obiurgationem.

Secus verò in alijs, quæ concernunt rigorosam punitionem, & priuationem, quia tunc ab eius sententia, seu decreto reclamari potest, & appellari ad Sedem Apostolicam, *ad not. in cap. cum dilecta de rescript. & in cap. cum*

olim

32 cum in aureis 25. † erga fiscum, & ad petendam veniam
Iudici iniuriato, &c. redeundo ergo vnde digressi sumus;
ideò cùm dictam maiestatem, & decorem iura requirant
in Iudice hac de causa in indiuidualibus terminis habemus
textum, vt etiam in *cap. statutum* 11. & ibi glos. *in verb.*
Canonicis de rescript. in 6. per quem prohibetur attenta
33 ea ratione causas delegari † Portionarijs, seu Beneficiatis,
maximè vt fiant Iudices ipsorum Canonicorum, alias
34 enim videretur perturbari Ordo † Ecclesiasticus, si distin-
ctio ordinum non seruaretur contra text. *in can. vlt. vbi*
glos. in verb. & potiores 89. distinct. atque hoc optimè fuit
consideratum in *causa Vercellen. Vnitatis Capituli 18.*
Aprilis 1614. coram bon. mem. Reuerendiss. Archiepiscopo
Dunozetto, §. si enim in Ecclesia Triumphanti, &c. & in
causa Romana præcedentiæ 18. Maij 1620. coram bon. mem.
Sacrato, §. 1. vers. de iure debetur precedentia ei, qui est
maior.
35 Et in his terminis ne Portionarij, seu Beneficiati † sint
melioris conditionis, quàm Canonici, fuit dictum *coram*
fel. rec. Clem. VIII. in causa Salamantina optionis 18. Maij
1576. *est decis. 411. num. 9. part. 1. diuers.* & in puncto si
Portionarij, seu Beneficiati iudicarent Canonicos, ratio-
cinatom habetur coram bon. mem. Card. Sacrato infra *de-*
cis. 112. num. 13. vers. Pur hoc enim Ordo Ecclesiasticus tur-
36 *bari videtur.* Et à fortiori facit illa regula † vulgaris, quod
par in parem non habet imperium, *cap. innotuit de elect.*
l. nam Magistratus, ff. de arbitr. & vt inquit *glos. in l. 1. §.*
veteres in verb. per vnum, ff. de acquir. possess. & in l. heres,
in verb. partem, ff. de acquir. hered. etiam asinus auribus
intumescit dum videt, se apprehendi à part. Quid ergo
erit dicendum, si prout est casus, inferior superiorem
vellet iudicare, hoc benè patet ex se.

Verumtamen supradictam tam solidam conclusionem,
limita non procedere (& iste est terminus in quo versa-
37 mur) quando ex consuetudine, vel statuto † Ecclesiæ
possent iidem Portionarij, seu Beneficiati effici de Capi-
tulo, iuxta doctrinam Compostellan. *in d. cap. 1. vers. &*
hoc est verum, ponens exemplum in Ecclesijs Legionen. &
Oueten. &c. *de elect.* Gemin. *in cap. vlt. num. 5. vers. aut qua-*
rimus, & ibi Franc. *num. 6. de præb. in 6.* Abb. *in cap. scri-*
ptum num. 4. de elect. & in cap. olim num. 8. vbi etiam Fel. *n. 4.*
de sent. & re iud. Rot. *coram Reuerendiss. Laurctano decis.*
713. *num. 5 pars. 1. diuers.*

Vbicumque ergo Portionarij, seu Beneficiari sunt de
38 Capitulo de iure speciali. non dicuntur fictè, † & inter-
pretatiuè de Capitulo, sed verè, ac propriè capitulares,
facit text. *in l. de quibus cum seq. ff. de legib.* sicuti in simili
dicimus, quod licèt vera ciuilitas acquiratur ex ipsamet
39 natiuitate in tali loco, nihilominus etiam ciuis † ex iure
speciali, puta ex priuilegio, &c. non fictè, & impropriè
dicitur ciuis, sed verè, & propriè dicitur talis, quia paria
sunt aliquid inesse naturaliter, vel per priuilegium, *l. cum*
ex oratione, ff. de excus. tut. Bald. *cons. 461. incip. Ioannis*
num. 8. lib. 1. vt abundanter dicam in *annotation. ad decis.*
in causa Rauennaten. Emphyteusis 6. Februarij 1618. cor. bo.
mem. Reuerendiss. Archiepiscopo Dunozetto, erit in 4. tomo
decisionum Rotæ Roman. à me select.

Vnde loquendo in terminis nostris, cùm, vt dictum est,
40 si Beneficiati sint de Capitulo, † de iure speciali, verè, ac
propriè dicantur Capitulares, & cùm in eis verificantur
verba dicti decreti Concil. Trident. *sess. 6. cap. 4. de reform.*
ibi, *eligat ex Capitulo duos, &c.* ideò militare etiam de-
bet eiusdem decreti dispositio, *l. 4. §. toties, ff. de damn. in-*
fect. cum simil. & satis vulgatum est, quod vbi interuenit
41 † eadem ratio, ibi, *idem ius statuendum est*, & tunc dici-
tur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè,
l. his solis, ibi, *satis cautè putamus, C. de reuocand. donat.*
l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. cum alijs allegatis in causa
Terulen. Canonicatus 2. Martij 1637. coram R. P. D. meo
Carrillo, §. siquidem negari non potest, vers. vbi eadem est
ratio.
42 Et in proprijs terminis ita sæpiùs respondit Rota, † vt
hic, *& in eadem causa 23. Maij 1595. coram eodem Ora-*
no, est decis. 29. infra in hac eadem part. 3. & in causa Ca-
duen. portionis 2. Februarij 1582. coram bo. me. Laurotano, &
in causa Calaguritana iurisdictionis 25. Maij 1598. coram
bon. me. Corduba, & deinde ita etiam ex mente Sacræ Con-
gregationis Eminentiss. DD. Card. Concil. Tridentin. In-
terpret. amplè fuit resolutum in causa *Calciaten. Condiu-*
iudicum 25. Februarij 1611. coram bon. mem. Reuerendiss. Or-
tembergo, & 1. Iunij 1615. coram bo. me. Martino Andrea;
sunt decis. 296. num. 5. part. 1. recent. & decis. 708. num. 1.
part. 2. recent. & in hac materia, vt animaduerto in dicta
causa Calciaten. inter Dominos non parua fuit controuer-
sia, adeò vt prius pro maiori parte *sub die 24. Aprilis 1606.*
coram eodem Ortembergo, quæ est infra decis. 1 ta. contra
Beneficiatos, seu portionarios fuit resolutum, & antea
causa ter proposita, semper vota æqualiter fuerunt secta,
& rationes videantur late *in d. decis. 1 ta.*

Supradictaque opinio, multò magis intrat in casu præ-
sentis decisionis, cum dicta concordia, seu statutum dis-
ponens, vt Portionarij, seu Beneficiati intelligantur esse
de Capitulo, fuit à Papa approbatum, nam fictio habetur
† pro veritate in materia, quæ subiacet potestati Principis, 43
vt bene per Bart. *l. si ijs, qui pro tempore num. 2. ff. de vsucap.*
Alex. *cons. 12. num. 10. lib. 1.* Paul. de Castro *cons. 180. num.*
5. part. 1. Dec. *cons. 365. num. 5.* Laderch. *cons. 23. num. 10. &*
seqq. Surd. *cons. 571. sub num. 45. & sub vers. Quod si hæc*,
Giouagn. *respons. 21. num. 4. lib. 5.* Peregr. *cons. 7. num. 26.*
lib. 2. & animaduertit Rota *in causa Bononien. Aggregatio-*
nis ad Collegium 13. Nouemb. 1641. coram clar. me. Reueren-
diss. Murlino, §. Verum etiam capiendo terminum, vers.
fictio habetur pro veritate, &c.

Nec aliquid vrgere debet, indecorum videri Portiona-
rios assidere pro Tribunali cum Episcopo, & conidicare
Canonicos, cum alijs à me supra adductis *num. 28.* quia
non longè petenda est ratio, & sic citò respondetur quod
in hoc casu dd. Portionarij non repræsentant eorum per-
sonam particularem, † sed bene ipsum Capitulum, à quo 44
procedit illa potestas, cùm ea non radicetur in † persona 45
aliqua singulari, sed in ipso Capitulo, quod dicitur Præ-
latus singulorum, † subalternatè ad prælationem Episco- 46
pi, vt docet Innocent. *in cap. cum non ignores, num. 2. de*
præbend. quare ex Capitulo diffluit potestas in vnum, vel
plures pro diuersitate † munerum. 47

Et sic cessat penitus omnis considerata indecentia, pro-
ut in simili dicimus de Canonico, qui præsidet in Capitu-
lo, in quo non potest considerari † aliqua indecentia, 48
etiamsi exerceat potestatem suam in Dignitates, quamuis,
vt generali consuetudine receptum est in omnibus Eccle-
sijs, Canonicis præferuntur, vt docet Michael. Ferr. *in*
tract. de præcedent. quæst. 5. num. 17. & quæst. 41. num. 2. vbi
etiam post DD. ibi relatos docet, si dd. Dignitates exeant
à Choro, † non tenentur petere licentiam Canonico pun- 49
ctatori, cum esset inferiori obtemperare, aliàs ordo Eccle-
siasticæ Hierarchiæ peruerteretur, vt admonet Cæsar. *de*
Eccles. Hierarch. quæst. 2. proœm. §. 2. num. 13.

Nihilominus si dictus Canonicus præsidens, in eas, vt
dixi, exerceat iurisdictionem, nullum absurdum sequitur,
cùm illa potestas Canonici non originetur † in ipso, sed 50
in Capitulo per quod deputatur, vt fuit resolutum in
causa Seguntina Præsidentiæ 21. Februarij 1614. coram bon.
me. Reuerendiss. Dunozetto, & facit decisio in causa Mu-
cinen. Præcedentiæ 25. Iunij 1638. coram Murlino, §. Non
obstat, quod aliqui, vers. cum non sit incongruum, vt in ali-
quo particulari actu, & loco, &c.

Illud tantum, ne longior sim, in hac materia subdam,
supradicta procedere quando † Beneficiati, seu Portiona- 51
rij sunt de iure speciali de Capitulo, non autem id habere
locum, si tantum habeant vocem in Capitulo, quia non
est bona consequentia: Beneficiatus habet vocem † in Ca- 52
pitulo, ergo est de Capitulo, vt inquit Gemin. *in cap. fin.*
sub num. 5. in fin. vers. in dubio, de præbend. in 6. Rota *in*
causa Calaguritana fructuum 1. Iunij 1583. coram bo. me. Bu-
balo, §. 1. vers. quia non sequitur habere vocem, ergo sunt de
Capitulo, &c. & ita etiam declarauit Congregatio Emi-
nentiss. DD. Cardinalium Sacr. Concil. Trident. Interpre-
tum, *in causa Abulen. iurisdictionis*, quam declarationem
secuta est Rota in eadem causa *Abulen. 17. Aprilis 1589. co-*
ram bo. me. Card. Pamph. sen. & in Hispalen. Præeminen-
tiarum 4. Iunij 1612. & 17. Iunij 1613. coram Eminentiss.
D. Card. Pamphil. iun. sunt decisiones 416. num. 6. & 506.
sub num. 4. part. 1. recent. & in causa Calciaten. Conindicum
1. Iunij 1615. coram bo. me. Martino Andrea, est decis. 708.
num. 6. part. 2. recent. & inter ois impress. est decis. 35. n. 8.
vbi dicitur, quod † ad effectum essendi de Capitulo, non 53
sufficit Portionarios in quibusdam, vel in omnibus acti-
bus habuisse votum in Capitulo, &c. & deinde ita etiam
fuit tentum *coram bon. me. Coccino in Hispalen. Præeminen-*
tiarum 4 Iulij 1625. est decis. 459. num. 8. tom. 1. à me select.

aliàs

aliàs part. 5. recent. & ibi ratio redditur, quia ista qualitas
54 † habendi vocem in Capitulo, & similia, &c. non mutant eorum speciem, iuxta notata *in l. proponebatur, ff. de iudic. & in l. cum quæritur, ff. de except. rei iud.* Ergo si non sunt de Capitulo, non possunt eligi in iudices.

56 ET hanc Bart. opinionem secuta, & † declarata etiam
B fuit Rota in his ferè terminis *coram bon. me. Coccino in causa Gerunden. iuris interessendi in Capitulo 11. Decembris 1609. est inter impress. decis. 497. num. 2.* Bart. enim loquitur ad effectum cognoscendi an possessio sit iure familiaritatis, quia si est iure familiaritatis per vnicum actum non acquiritur possessio, secus autem si quis fieret de
57 † Prioribus, vel proponeretur tamquam consiliarius, quia tunc per vnicum actum acquiritur possessio, cùm non esset iure familiaritatis; reliqua vide ibi.

C Abb. *in cap. inter vniuersas, notab. 1. & in cap. additis num. 3. de elect.* Felin. *in proœm. Decretal. in verb. Gregorius, num. 16. vers. hæc fallentia,* Rip. *in cap. eam te, n. 14. de rescript.* & dixit Rota *coram bo. me. Iusto in Calaguritana Iurisdictionis 10. Decembris 1599.* & vniuersaliter de omnibus Dignitatibus censuit Rota *coram bo. me. Martino Andrea decis. 35. sub num. 4.* vbi ad hoc allegatur præsens
* hæc decisio coram Orano, * *sub die 27. Februarij 1595.* licèt in nomine causæ sit erratum.

D Dixi supra ad decisionem 15. in vlt. annotat.

Paulus Rubeus.

R. P. D. GYPSIO.

Hispaleñ. voti,

Luna 28. Aprilis 1597.

ARGVMENTVM.

Consuetudo quænam dicatur irrationabilis, & an valeat consuetudo contra ius, & quid præsertim de consuetudine prohibente Canonicos familiares Episcopi dare votum in Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo an sit irrationabilis, & an quadragenaria præscriptione induci possit, iudicis arbitrio relinquitur.*
Consuetudo irrationabilis non dicitur, nisi fuerit contra leges, & constitutiones Ecclesiasticas: aut nutritiua peccati contra bonum publicum, aut bonos mores, num. 1.
2 *Consuetudo numquid dicatur contra ius; ex eo quod prohibet id, quod lex permittit.*
Canonici habent de iure communi facultatem dandi votum in Capitulo, num. 2.
Consuetudo prohibens Canonicis dare votum in Capitulo, an sit rationabilis, num. 2.

DECISIO XXVIII.

1 STantibus resolutionibus in hac causa factis, & alijs hinc inde deductis, dubitaui: An consuetudo Capituli excludendi à voto familiares Archiepiscopi, & alios Capitulares, de quibus aliàs specificata mentio habita fuit, esset irrationabilis ad effectum, vt præscriptione quadragenaria induci possit. Et non esse conclusum fuit, quoniam licèt in hac materia certa regula non possit tradi, sed hoc totum arbitrio iudicis relinquatur, Glos. *in cap. 1. in verbo rationalis de constit. in 6.* quàm multi sequuntur,
A quos referunt Moder. *de arbitr. iud. cas. 82.* A, nihilominus quando consuetudo non derogat iuri naturali, siue diuino, non est contra dicta sanctorum Patrum, aut contra leges, & constitutiones Ecclesiasticas, non est nutritiua peccati, & sic non resistit fini iuris Canonici, & æterno, non est contra bonum publicum, aut bonos mores, tunc dici nequit, esse irrationalem, aut præscriptibilem, vt benè colligitur ex tradit. à D. Thom. *part. 2. quæst. 96. art. 4. cap. fin.* & ibi Abb. & alij post Anton. de Butr. *num. 14. de consuetud.* Sed quia ex allegatis pro Illustrissimo Archiepiscopo non apparet, hanc Capituli consuetudinem comprehendi sub prædictis, aut alijs similibus casibus, meritò dicendum est, non esse irrationabilem.

Nec ad rem pertinet, quod hæc † consuetudo videtur 2
contra ius, ex eo quod prohibet id, quod lex permittit, *ad l. contra legem, de legib.* Abb. *in cap. fin. num. 2.* Cassad. *decis. 3. num. 5. de reseruat.* B si quidem derogat iuri compe- B
tenti Canonicis dandi votum in Capitulo ex dispositione iuris communis, *cap. in genere de elect. cap. relatum, cap. dilect. cap. pro illorum, de præben.* & consequenter glos. *in d. cap. fin. in verb. rationabilis de consuet.* Dec. *in cap. 1. num. 1. de probat.* quoniam respondetur, id posse forsan procedere, si in totum auferretur Canonicis familiaribus ius votandi, secùs verò si in parte, & ad certum tempus, Oldrad. *cons. n. 20. cum alijs citatis,* & fit ex probabili causa, vel saltim suspicione à iure non improbata. Ex his igitur conclusum fuit, prædictam consuetudinem non esse irrationabilem, & valere.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS ad Decisionem XXVIII.

1 *Consuetudo an sit rationabilis nec ne, relinquitur arbitrio Iudicis, & ista fuit doctrina Io. Andr. ab omnibus approbata.*
2 *Et ista opinio est communis, communior, verior, & receptior, atque ita practicatur.*
3 *Consuetudo, quando est notoriè irrationabilis, tunc non est opus arbitrio Iudicis, sed quando est dubium.*
4 *Iudex attentè perpendere debet, informare animum suum, quando arbitratur verum consuetudo sit rationabilis, an finis consuetudinis sit bonus, nec ne.*
5 *Et sic non attenditur tantum principium.*
Omnia mala exempla, à bonis initijs orta sunt, num. 5.
6 *Consuetudo dicitur irrationabilis si iura illam improbent.*
7 *Consuetudo extra rationem dicitur inducta, quæ legum præceptis, aut prohibitionibus refragatur.*
8 *Et hoc maxime, quando non cessat ratio canonis prohibentis.*
9 *Consuetudo rationabilis dicitur illa, quam iura non improbant.*
Irrationabilis verò, quæ à iure improbatur.
10 *Consuetudo dicitur irrationabilis, quando aliquid fit contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, & libertatis.*
Consuetudinis forma medullaris est, vt rationabilis sit.
11 *Consuetudo est vsus rationabilis, competenti tempore firmatus, nullo actu contrario interruptus.*
13 *Consuetudo illa dicitur rationabilis, quæ peccatum nec continet, nec nutrit.*
12 *Consuetudo rationabilis tres comites habere debet, vt Religioni conueniat, congruat disciplinæ, & saluti prospiciat.*
14 *Consuetudo irrationabilis illa est, quæ peccatum nutrit,*
Vt si inhonesta, vel turpis sit.
Consuetudo dicitur irrationabilis, si sit scandalosa, vel aliquem indebitè grauet, vel si bono communi, aut libertati Ecclesiasticæ aduersetur, n. 14.
15 *Iudex tamquam minister Dei in omnibus suis actionibus veritatem sedulo inquirere debet.*
16 *Iudex oportet, vt cuncta rimetur, & ordine rerum plena inquisitione discutere.*
Et hoc quo vsque ad ros veritatem perueniat.
17 *Iudex in omni negotio considerare debet, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum vtilitatem.*
18 *Iudices animaduertere debent, quid faciunt, non enim hominis exercent iudicium, sed Domini.*
19 *Timor Domini debet esse cum Iudicibus, & cum diligentia cuncta agere.*
20 *Iudex potest dare aquam calidam ei, qui dicitur comedisse ficus, & postea facere, vt euomat ad eruendam veritatem.*
21 *Iudex absit, quod vincatur à tortura laboris, in studendo, in perscrutando scripturas, in audiendo partes, &c.*

22 *In-*

22 *Index ad nihil aliud inuentus est, nisi vt ipse veritatem inquirat.*

23 *Præses Druidum, qui Pontifices, & Iudices erant Gallorum, appensam collo veritatis effigiem deferebat.*

Et idem etiam obseruabatur apud Hebræos ab eorum Sacerdotibus.

24 *Iudex fixis oculis intueri debet, vt tantùm veritatem inueniat.*

25 *Iudex informare debet animi sui motum ex varijs, & diuersis coram eo productis.*

26 *de Iudicibus illis stomachantur Doctores, qui sunt primæ impressionis.*

Iudicis, qui toti tument opinione sui, abominandi sunt, num.26.

Iudices primi motus dummodo obstinatè tueantur eorum primæuam opinionem, non curant vt veritas ipsa banniatur, num.26.

27 *Iudices primæ impressionis tamquam excæcati à proprijs chimeris non mirum, si veritatem cernere non valeant.*

Veritas est ipsa basis, & fundamentum iustitiæ, num.27.

Veritate nulla virtus præclarior.

28 *Veritatem qui contendit, Deum prodere dicitur tamquam alter Iudas.*

Veritatem diligit Deus præsertim in Iudicibus, quia iustitia non ambulat sine veritate, n.27.

29 *in Iudice maximum est vitium, vt prima animi impressione moueatur, & quod primo combiberit, tenaciter retineat, & in melius mutare non valeat.*

30 *in Iudices si eligantur viri illi, qui sunt primæ impressionis, iustitia committitur sorti, fortunæque.*

Tunc enim non ratione, aut lege agitur, sed solum primi animi imaginatiua facultate.

31 *Iudex postquam sedulo veritatem inuenerit, diligenter eam custodire tenetur, & qualiter tunc se gerere debeat.*

32 *Iudex, semoto timore, cupiditate, odio, & amore, omnino curare debet, ne veritas suffocata remaneat.*

33 *Iudices miserandi sunt, in quorum cerebro, aliorum dispersa, & diuagantia iurgia coguntur congerere, atque enodare.*

Iudices patiuntur pœnas alienorum deliramentorum, num.33.

34 *Iudices si in omni negotio curiosè inquirere debent veritatem.*

Id multo magis locum habebit, quando arbitratur, an aliqua consuetudo sit rationabilis, nec ne, num.34.

35 *Iudex, quando arbitratur an consuetudo sit rationabilis, non debet in genere, & in confuso id considerare;*

Sed intus in specie, & intus omnia penetrare tenetur, num.35. & 43.

36 *in Genere multa sunt æqua, quæ sic primo intuitu apparent, sed si ex altius, & in specie, & in certis casibus, & circumstantijs, & locis perpendantur, satis sunt euidenter iniqua.*

37 *Æquitas præfertur rigori.*

38 *Ius summum, summa iniuria est.*

Ius summum, antiqui summam putabant crucem.

39 *Æquitas ex mirabile quoddam temperamentum, quod ex perfecta ratione omnia moderatur.*

40 *Rota in iudicando potius sequi solita est æquiorem opinionem, quàm communiorem contrariam.*

41 *Rigor, quando est in specie, & æquitas in genere, tunc rigor vincit æquitatem, tamquam res in sua specie considerata.*

42 *Probatio in genere est frustratoria, nisi deducatur ad speciem.*

43 *Consuetudo, quando est irrationabilis, Papa licèt id sciat, non videtur eam approbare.*

44 *per Patientiam multa tolerantur, quæ si deducta essent in iudicio exigente iustitia non possent tolerari.*

Tolerantia sola supposita scientia non inducit sufficienter consensum, num.44.

Papæ tolerantia non dicitur approbatiua animo inducendi, vel confirmandi prauam consuetudinem, sed vt scandalum euitetur.

45 *Tacens in prohibitis videtur dissimulare pro meliori, non autem consentire.*

Silentium cùm nihil sit, non potest aliquid operari.

46 *Consuetudo turpis non est approbanda.*

Consuetudo alienum rapiendi sine solutione à mammona est.

47 *Consuetudo peccati nutritiua tamquam peruersa, & impia vitari debet.*

48 *Inebriare se an sit licitum stante tali consuetudine.*

Inebriare se, quod sit licitum, stante consuetudine, est opinio communiter damnata.

49 *Inebriare se quis potest tripliciter, & quando sit peccatum mortale, & quando non, n.50.51.& 52.*

53 *Inebrietatum distinctiones traditæ à S. Thom. 2.2. quæst.150. art.2. sunt valde conformes dispositioni iuris.*

54 *Inebriare se scienter quis potest absque peccato, ex consilio Medicorum ad recuperandam sanitatem.*

55 *à Morbo periculoso (vt refert Soccin.) quis fuit liberatus mediante frequenti ebriatione.*

56 *Angeli opinio, quod non liceat se inebriare ad recuperandam sanitatem, est damnata.*

57 *Rationis vsum velle amittere ad tempus, vt postea melius, & diuturnius quis possit recuperari, licitum est.*

58 *Ebrietas inter grauissima delicta regulariter connumerari solet.*

59 *Vxor potest recedere à marito, si solitus sit se inebriare, cum periculo vitæ dictæ vxoris.*

60 *Mala omnia vexana à vino promanarunt.*

61 *Vinum, & mulier apostatare faciunt sapientes.*

Ebrietas, si non fuisset, seruitus vtique non esset, n.61.

Holofernes à Iudith non fuisset interfectus, si non fuisset ebrius, num.61.

62 *Inebriare se semel in mense, an expediat.*

63 *Assensus in ebrietate semel in mense est erroneus.*

Vinum est vnum ex magis conuenientibus calori naturali, num.63.

64 *Vinum respectu caloris naturali est in gradu, in quo est oleum ad lumen.*

65 *Oleum superfluum sicut extinguit lumen, sic multum vinum calorem ipsum naturalem obruit.*

66 *Vinum est vnum ex magis nocentibus calori animali, & sensibili, & organis eius.*

67 *Aqua, secundum Galenum, est multum vtilior vino, eis scilicet, qui naturaliter habent debiles neruos.*

68 *Aquæ solius potu quosdam diutius traxisse vitam, Medici testantur obseruatum.*

69 *Aqua appellatione alimentorum venit.*

70 *Nationes multæ vinus abhorrent.*

Abusus, quoad potus, & haustus æquales, quibus plenis ampullis strenui bibones se obligant, vbique taxatur.

71 *Et dictæ leges tamquam insanæ reprobantur.*

72 *Consuetudo praua immoderatè bibendi in parte Septentrionali viuentibus per leges Imperij in Comitijs Augustanis sæpè fuit reprobata.*

73 *Lex noua vsu non recepta viribus caret, & dissuetudine tollitur.*

74 *Leges per contrarium vsum quasi remanent abrogatæ, & sublatæ.*

Leges moribus coalescunt, num.74.

75 *Contractus celebrati ab ebrijs an valeant. Et quid sit dicendum, si simus in illis regionibus, quibus non se inebriare inciuile est.*

76 *Optandum collum Gruis.*

Offilius quidam Parasita adeò solemnis bibo fuit, qui dum vixit aut bibebat, aut mingebat, n.76.

77 *Modernus quidam Momus, quia obloquitur in sobrios Itales, & Hispanos pro Gallis, & Germanis, confutatur.*

78 *Asinus ebrioso melius est.*

Bestiæ omnes dum bibunt, aut comedunt, vltra quam satis est, non sumunt, etiamsi mille homines cogerent, num.78.

79 *Inebriare se est sensuum facultatem amittere, exire de potestate rationis, iudicij, & mentis.*

Et ex homine fieri, vel pecus, vel saxum.

80 *Vi-*

80 *Vinum dum habetur in scypho, illud quis habet in sua potestate, dum est in corpore, contrarium accidit.*

81 *Ebrietas est cacodæmon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, illecebrosa honestas, & pudoris submersio.*

82 *Ebrietas est ignominiosus languor, mentis sana deliratio, turbatio capitis, submersio sensus, naufragium sanitatis, & procella lingua.*

83 *Ebrietas à Poetis viuis coloribus fuit depicta, scilicet in forma mulieris faciem transformatam habentis cum capite scimia, pectus vero, & brachia leonina, reliquam partem corporis porcinam finxerunt.*

84 *Vide eius declarationem.*

85 *Ebrietas, tamquam dolosus luctator, captat pedes, proijciendo in terram ebrium etiam in locum minus honestum ad dormiendum tanquam porcum.*

86 *Ebrietatis cruenta bestia incognita esse debet cuilibet Christi fideli.*

87 *Ebrietatem, si quis sectetur, in diuersas animi ægritudines incidit, & num. 88.*

88 *Ebrius se ipsum non agnoscit, nec suos de familia, nec in quo loco sit.*

89 *Iuuenes quidam facti ebrij, & putantes se in Mari nauigare, & à ventorum rabie demergi.*

Vt se saluarent, putarunt bene esse ut Nauis exoneraretur; quare confestim omnem domi supellectilem in viam publicam deiecerunt.

Sed mox pacata vini tempestate, cognouerunt se in saluo esse, vacua tamen domo.

90 *Vinum igni æqualem habet vim.*

Vinum immoderatè sumptum conturbat hominem, vt Aquilo, vel Auster Libycum Mare, n. 90.

Ebrius est tamquam Nauis in medio Maris absque gubernio, num. 90.

91 *Ebrij mortifera loquuntur, iracundiam non temperant, furiunt, minantur, volunt omnes vulnerare, occidere, &c.*

92 *Ebrij secreta proferunt, vnde prouerbium, In vino veritas.*

93 *Secretum nullum adest, vbi regnat ebrietas.*

94 *Secretarum rerum veritatem quis noscere vult, à quo id petere possit.*

95 *Cordis fenestras non finit esse clausas ebrietas, cùm in corde ebrij lingua sit.*

Torturæ species est ebrietas, num. 94.

96 *Ebrietas omni via vitanda venit, nam quæ sobriè cauemus, per ebrietatem ignoranter committimus.*

Mortuus neque mala, nec bona potest operari; ebrius verò nihil boni potest operari, malum tamen potest, num. 97.

97 *Ebrij vno die bibunt multorum dierum labores, &c. & irridentur à S. Ambros.*

98 *Senes non solum sunt bis pueri, sed etiam ebrij, secundum Platonem.*

99 *Ebrij à iure sæpe æquiparantur furiosis, absentibus, infantibus, dormientibus, ac mortuis.*

100 *Ebrij vitam edormire dicuntur.*

101 *Ebrij Solem Occidentem raro vident; rarius tamen Orientem, secundum M. Tull.*

Alexander Magnus, quando erat ebrius, dues dies integros solitus erat dormire, num. 101.

102 *in Sene claudicat ingenium, delirat mens, & lingua, atque omnia in eo deficiunt, & vno tempore desunt, & id fortius adaptatur ebrijs.*

103 *Ebrius, si delictum aliquod perpetrat, cùm in eo, nullum vitæ gerendæ consilium sit, ideò clementius est cum eo agendum.*

104 *Ebrius recto sensu, & sic consensu caret.*

105 *Vassallus si sit ebrius, & Dominum grauiter læserit, vel offenderit, non est feudo priuandus.*

106 *Donatarius, qui per ebrietatem manus violentas infert in donatarium, re donata non venit priuandus.*

107 *Pacem, si aliqui simul inierint, & pactum fecerint de se amplius non offendendo, non dicitur rupta pax, vel pactum, si vnus alterum per ebrietatem percusserit.*

108 *Homicidium commissum ab ebrio, non est pœna ordinaria mulctandum, sed mitiori.*

109 *Loth excusatur ab incestu ob inopinatam inebrietatem.*

110 *Delictum commissum ob inebrietatem est excusandum, quamuis in loco vigeat statutum, vt delinquentes nullam prorsus consequantur misericordiam.*

111 *Quod procedit etiamsi quis sit factus ebrius culpa propria.*

112 *Occidens aliquem decapitari non potest, si fingat se ebrium esse, sed cautela ista, licet ab aliquibus sit tradita, tamen non est ita facilis, & quare, num. 113.*

114 *Probationes, quando militat præsumptio iuris in contrarium, debent esse valdè concludentes, & sic non sufficiunt possibiles.*

116 *Imperatori, si quis temulentus maledixerit, non est aliqua pœna subiugandus.*

117 *Pyrrhus Epirotarum Rex longè ante obseruauit Constitutionem Romanam, de non durè puniendo, eum, qui per ebrietatem maledixerit Imperatori.*

118 *Ebrij quidam, cùm pessime locuti essent de Pyrrho Epirotarum Rege, & cùm super hoc interrogati essent ab eodem Rege, an id dixissent, videatur vnius eorum animosa, & generosa responsio.*

119 *Delicta commissa in ebrietate, quando sint punienda, & quando non, traditur distinctio.*

120 *Delictum committens per ebrietatem, in quam incidit non ex culpa propria, sed sociorum, vel in totum est excusandus, vel mitiori pœna mulctandus, num. 121. & 122.*

123 *Veniam esse dandam ebrijs, quando dictum hoc Aristotel. procedat.*

124 *Homicidium commissum ab ebrio, quando in totum veniat absoluendus, refertur casus, n. 125.*

Ebrius, vt excusetur à delicto commisso, opus est, vt penitus fuerit ebrius.

126 *Ebriositas est, quando quis ex habitu sciens, prudensque inebriatur.*

127 *Et hoc casu si committat delictum, non est misericordia dignus.*

128 *Opera, quando datur rei illicita, licèt aliquid præter intentionem accidat, nihilominus id est punibile.*

129 *Rationis vsu amisso per ebrietatem, satis notum est, quod in quodlibet facinus præcipitanter prolabitur.*

Culpa non diminuit delictum, sed augumentat, numer. 129.

130 *Pitacci Mitelemen. vnius ex septem Sapientibus Græciæ, lex contra ebrios. Qua lex à multis extollitur.*

131 *in Hominum potestate est, se non inebriare.*

132 *Carolus V. Imperator ad similitudinem legis Pitacci contra ebrios, iussit in Hispania, vt pœna, quoad delicta ebriorum non minueretur.*

Sed quod punirentur de ebrietate, & de delicto.

133 *Pitacei lex contra ebrios perquam esset necessaria, & vt in viridi obseruantia esset in Septentrione viuentibus.*

Vbi sæpè per ebrietatem, cædes, & pessima quæque flagitia perpetrantur.

134 *Supplicia debent exacerbari, ob frequentiam delictorum.*

135 *de Delictis ebriosorum, qui plura scripserunt.*

136 *Maior ebriosè consentiens, alicui actui læsiuo, est restituendus in integrum.*

137 *Ebrijs tamquam furiosis conceditur restitutio in integrum.*

Peccata in ebrietate commissa, an quis teneatur confiteri, remissiuè, num. 137.

138 *Contractus, & promissiones ebriorum, nullius sunt roboris.*

139 *Ebrius licet per se contrahere nequeat, potest tamen per procuratorem, cui dum sobrius erat dedit mandatum.*

140 *Testamentum conditum ab ebrio non sustinetur.*

141 *Matrimonium contractum ab ebrio, cùm careat debita deliberatione, non tenet.*

142 *Contractus gestus ab ebrio an ipso iure sit nullus, vel potius veniat rescindendus.*

143 *Refertur casus, de quodam clerico, qui ad conuiuium inuitatus, & per versutiam inebriatus, cùm in vino fuerit posita aqua incannellata,*

Vnde

Vnde sic inebriatus vnicum, quod possidebat beneficium ad fauorem conuinantium renunciauit,

144 *Ebrij multi inciderunt in varios laqueos æris, & honoris.*

145 *ad Inebriandum aliquem per versutiam solet dari vinum album pro aqua, & hac versutia glos. attribuit Hispanis.*

146 *Conuiuia aliquando fiunt ad malum, &c.*

147 *Irregularitatis maculam an incurrant ebrij, si aliquem mutilent, vel occidant, vide num. 148. 149. 150. 151. & 152.*

Ebrietas sæpè sæpius accidit in conuiuijs, n. 147.

Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, secundum Salomonem, n. 147.

Licurgus conuiuiorum apparatus, & lautiores mensas sanctionibus inhibuit, n. 147.

Tiberius Claudius Rom. Imp. legibus latis substulit delicias, quæ fuerunt introducta temporibus C. Caligula, num. 147.

Caupona, in quibus solitum est compotari, fuerunt à Romanis prohibita, & euersa, num. 147. & ibi vide alia.

153 *Ebrius ebrietate durante caret vsu rationis, ideò vt excusetur ab irregularitate, dicendum est idem, quod de furioso.*

Ebrietas comes est furoris, num. 153.

154 *Ebrius non incurrit in irregularitatem, aliquem vulnerando, etiamsi furor ei acciderit ex culpa propria.*

Furiosus excusatur ab irregularitate, etiamsi in furorem inciderit culpa propria, num. 154.

155 *Furiosus, & ebrius quamuis vterque eorum sit sua culpa priuatus vsu rationis, non possunt committere nouam culpam, sed solum id erit quid accessorium.*

156 *Ebrius mutilando, vel occidendo aliquem, quando incurrat in irregularitatem, traditur distinctio, & num. 157. vbi citantur multi DD. super hac materia.*

158 *Ebrius an quis verè sit, ex quibus cognoscatur.*

159 *Ebrietatis probatio potest fieri per indicia, & argumenta.*

160 *Testes non probant, quem fuisse ebrium, nisi etiam non interrogati afferant rationes ad hoc concludentes, & sufficientes.*

161 *Testes non probant, quem fuisse ebrium, si simpliciter dicant, quod ille bibebat.*

162 *Ebrius an quis sit factus ex culpa sua, nec ne, ex quibus arguatur.*

163 *Et in hoc valdè ponderatur illa qualitas, an ille sit solitus se inebriare.*

164 *Testes ebrij an ad testificandum admittantur, vel repellantur, & vtrum probent, necne.*

165 *Ebrietas, vt adimat fidem testibus, debet necessario probari, quod illi essent ebrij de tempore examinis.*

166 *Octauiano Augusto, quando delatum erat, quod in Vrbe aderant plures, qui de eius persona obloquebantur, aliud responsum non dabat:*

167 *Nisi, quod oportebat in libera Ciuitate liberas esse linguas.*

168 *Cæsar omnium memoriam habebat præter iniuriarum reminisci.*

Refertur casus de quodam ebrio, qui casu ingressus scholam Senocratis, & quid secutum fuerit, numer. 168.

169 *Ebrietatem, qui sectantur, sentiunt imbecillitatem, & debilitatem membrorum, quia vinum sic sumptum interiora consumit.*

Venus, vt eneruat vires, sic copia vini, num. 169.

170 *Vini abundantia in corpore humano molestias ingerit, infirmitatesque generat.*

Vinum immoderatè sumptum putrescere facit corpus humanum, illudque macerat ægritudine diurna.

171 *Bibones non possunt indicari sani, nec viuere possunt diu.*

172 *Bibones in paralysim, & aliorum pessimorum morborum genera erumpunt.*

Ciborum temperantia salutem, abundantia verò contrarium parit, sub num. 172.

173 *Brachmani puram, & simplicem vitam ducunt, nihilque plus appetunt, quam natura ratio flagitat;*

Ideòque apud eos nec morborum genera, nec medicina vsus adest.

Sobrietas ipsa est medicina, n. 173.

Holerum, pomorum, & leguminum, facilior est apparatus, & arte, impendijsque cocorum non indiget, & reliqua, vt ibid. num. 173.

174 *Vinum immoderatum aliquando est causa suffocationis, & subitaneæ mortis, & quare, n. 175.*

175 *ad Bibendum, qui sunt potentes, & fortes ad miscendam ebrietatem, væ illis, secundum Isaiam.*

176 *Ecclesia vix orat, pro illis, qui in ebrietate perempti sunt.*

Ebriosi Regnum Dei non possidebunt secundum Apost.

177 *Vinum antiqui sub nomine veneni vocabant.*

178 *Moniales cauere debent à vino, sicut ab ipso veneno, secundum S. Hieron.*

179 *Clerici non possunt cogere alios confratres ad bibendum æquales haustus, id vetante Concil. Lateranense, & num. 180.*

181 *Regibus non dandum vinum, secundum Salamonem.*

Athenienses si animaduertebant eorum Principem ebrium esse, morte illum mulctabant, n. 181.

182 *Ebrietas si ab omnibus fugienda est, id præsertim conuenit viris Ecclesiasticis.*

183 *inter Clericorum ornamenta collocatur pulcherrima illa sobrietatis virtus.*

184 *Clericis ignominiosum est effluere epulis, inter quas difficulter potest seruari pudicitia.*

185 *S. Augustinus in patria sua petitus ad conuiuium nunquam ire voluit.*

186 *Clerici esse debent contenti moderatis epulis, ad hoc vt laicorum incontinentiam, & immoderationem arguere possint, & 187.*

188 *Orator ardeat, si velit iudicem incendere.*

189 *Aduocatus debet esse prius accensus, si in animo habeat mouere, & accendere ipsum iudicem.*

190 *Clerici si vitam sobriam, & Euangelicam non ducant, qua fronte poterint incendere laicos ad eam ducendam.*

191 *Bona præcipere, & talia non agere, iniquum est.*

192 *Vita exemplaris est quoddam perpetuum genus prædicandi, secundum Concil. Trident.*

193 *Homines magis credunt oculis, quàm auribus.*

194 *Ebrietas in laico crimen est, in clerico tamen sacrilegium erit, & super hoc inuigilarunt, & diuersas pœnas imposuerunt clericis diuersa Sacra Concilia, n. 195.*

196 *Clericus non abstinens se à crapula, & ab ebrietate, suspendendus est ab officio, & beneficio.*

197 *Miles armata militia deletur ex albo militum propter ebrietatem.*

198 *Militibus cælestis militia, magis conuenit sobrietas, & abstinentia, quam militibus humana militia.*

199 *Inebriari solitus non potest insigniri sacris ordinibus.*

200 *Sacerdos, qui per ebrietatem sacrosanctam Eucharistiam euomit, qualiter puniatur.*

201 *Ebrietas licèt diaboli sit, vinum tamen Dei est.*

202 *Vinum donauit nobis Deus ad lætitiam cordis.*

Vinum cum gaudio bibendum est, secundum Salamonem, sub num. 202.

Vinum lætificat cor hominis, sub num. 202.

Vinum reiuuenescere facit senectutem, n. 203.

203 *Vinum moderatè sumptum reddit hominem benigniorem, & fideliorem, animam dilatat, spiritus excitat, & intellectum clarificat.*

204 *Persiani, & Elni soliti erant vinum bibere, quando disserere volebant de re summi ponderis,*

Vel quando graue aliquod consilium reddebant.

205 *Vinum moderatè sumptum dulciter delet memoriam angustiarum, dolorum, solicitudinum, &c. claudendo ianuam mærori, atque tristitiæ.*

206 *Vinum moderatè sumptum, mirabilia operatur, secundum grauissimos Auctores.*

207 *Vinum confert nutritioni, resistit putredini, adiuuat concoctionem, digestionem, & generationem sanguinis, & alia plura, vt hic.*

208 *Vinum, antiqui theriacam magnam nuncuparunt.*

209 *Vinum calefacit corpora frigida, & infrigidat calida, sicca humectat, & humida extenuat.*

210 *Vinum, secundum Galenum, naturalem humorem recreat,*

creat, calorem fouet, vtrumque contemperat.

211 Vinum bibere non licèt vllo pacto, quia illud de Satana, & terra geminauit, sed hæc opinio Seueri tamquam hæreticalis est reiecta,

Et contra hanc hæresim plures pugnarunt.

212 Hæresis, quod non liceat vinum bibere, non solum nocet animæ, sed etiam corpori.

213 Sanitas est animi, & corporis vinum moderatè potatum.

214 Bibendum est, quantum natura exigit, si quis vult viuere sanus.

Vini boni qualitates quinque sunt, num. 214.

215 Vinum vetus est melius, quàm nouum.

Vino veteri, qui vtuntur, sapientes reputantur, num. 215.

216 Vinum eò antiquius, eò pretiosius.

217 Horatius Flaccus inuitando ad cenam Mecenatem, vt libentius accederet, asserit se habere vinum vetus Albani supra nonum annum.

218 ex Vino veteri, illud est optimum, quod in dolij medietate consistit.

219 in Dolio pars vini suprema aeris vicinitate corrumpitur, pars inferior admixtione fecis deterior efficitur.

220 Tutor familiæ pupilli non debet dare vinum vetus, & qualiter ista opinio Bart. sit intelligenda.

221 Vinum nouum incipi debet potari in primo die mensis Nouembris,

Et in hoc fuit interrogatus Baldus à Duce Mediolani.

225 in Refectione quoties sit bibendum.

226 in Refectione primum poculum spectat ad sitim, secundum ad hilaritatem, tertium ad iucunditatem, quartum ad insaniam, &c.

227 in Refectione quoties sit bibendum, in hoc non potest assignari certa regula, cùm id sit reducendum ad qualitatem complexionum, & temporis.

228 in Esu, & potu obseruandum est illud, quod cauetur, quando cythara temperatur, nam si corda in ea minus tenditur, non sonat, si amplius, raucè sonat.

229 Bibendum est, non quantum gula exigit, sed quantum natura imbecillitas postulat, & hoc secundum S. Augustinum.

230 Consuetudinis rationabilis exempla in quibus textibus habeantur.

231 Consuetudo irrationabilis illa potest dici, si super ea lex fieri nonpossett, & quatenus adesset, delenda veniret.

232 Consuetudinis rationabilis casus, in quibus textibus adducantur.

233 Consuetudo rationabilis illa potest asseri, si de ea re, de qua est consuetudo, iusta esset lex denuò edita priori mutata, si qua adesset;

Vel minime mutata, quando nulla existebat.

234 Lex, & consuetudo pari passu ambulant.

235 Consuetudinis finis debet esse sicut finis legis.

236 Legis finis præcipuus est, humanas actiones quantum in se est ad æternam fœlicitatem deducere.

237 Legislator (secundum Platonem) eum sequi debet ordinem, vt semper humana ad diuina referantur.

238 Legum omnium inanis est censura, nisi diuinæ legis imaginem gerat.

239 Consuetudo si esset nutritiua peccati, degeneraret à sui natura sequendi legem.

240 Et sic tunc non consuetudo, sed corruptela vocanda venit.

241 Consuetudines malæ tamquam carnes putridæ resecandæ veniunt.

242 Abusus, seu corruptela tractu temporis, quantumuis immemorabilis non firmatur.

Si malè sit vsus, numquam præscribitur abusus, num. 242.

243 Abusus quantò magis sunt longæui, tantò studiosius, & radicitus veniunt extirpandi.

Peccata tantò sunt grauiora, quantò diutius infœlicem animam detinent alligatam, n. 243.

244 Consuetudo, quando est irrationabilis, quantò est diuturnior, eò minus valida censenda est.

245 Temporis diuturnitas peccatum non minuit, sed augumentat.

246 Tempus immemorabile obtinet vim tituli legis, & priuilegij.

247 Consuetudo immemorabilis mala quod accipiat vim à tempore, id semper falsum erit.

248 Consuetudo mala est ad instar falsæ monetæ, quæ eius improbitatem, & falsam ligam tractu temporis potius prodit, quàm occultet.

249 Abusus aliquis statim, quod pullulat, intempestiuè ei occurri debet.

250 Abusus, nisi statim comprimatur in priuilegiorum ius ab improbis assumitur, & pro lege obseruatur.

251 Consuetudo mala ne radices producat, ad id celerrimè debent superiores animaduertere.

252 Consuetudo mala, quando diu inualuit, quodammodo conuertitur in naturam.

253 Consuetudo vincit ingenium, & artem.

254 Consuetudo est domina omnium rerum, & sic mala Mundi Tiranna efficietur, nisi statim opprimatur.

255 Arrius in Alexandria fuit vna scintilla, sed quia statim oppressa non fuit, per totum Mundum eius flamma populata est.

256 Hostis dum est paruus, occidendus est.

de Fumo ad flammam deuenitur, num. 256.

257 Malum capit vires eundo.

258 Corruptela aliqua, quando extirpanda est, quid sit seruandum.

259 Archiepiscopus habet iurisdictionem in Diœcesi Suffraganeorum suorum, si tractetur vt extirpetur aliquis generalis abusus totius prouinciæ, & vide num. 260.

261 Consuetudines, & statuta ex varietate temporum, & locorum contra ius commune inducuntur.

Et ex tempore ipsæ quoque consuetudines, & statuta variantur, num. 261.

262 Loci, & temporis conuenientia sunt duæ circumstantiæ, quæ in omni virtutis actione inspici solent.

263 Leges veteres possunt iustissimè abrogari, licèt etiam iustissimè conditæ sint, si postea successu temporis videatur id expedire.

264 Legum mutabilitas non solum permissa est, sed etiam est admodum vtilis, & sæpè necessaria.

Et hoc non solum in Lege humana, Canonica, & Ciuili, sed etiam Diuina.

265 Deus ipse, ex ijs, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo.

266 Statutum, vel consuetudo simul stare potest, quod disponat contra ius commune, & nihilominus sit rationabilis, & honesta.

267 Et id multo magis procedit, si consuetudo sit contra apices iuris.

268 Ius nullum positiuum est, quod consuetudine mutari non possit.

269 Consuetudo habet auctoritatem absque alia approbatione legis.

Ex illa approbatione de qua in l. omnes, ff. de iustit. & iur.

270 Atque hoc seruat consuetudo generalis totius Mundi.

271 Consuetudinem aliquam, quando lex reprobat, censetur non solùm voluisse infringere consuetudinem præteritam, sed etiam futuram, & num. 274. & 275.

272 Itaque noua non possit induci, ex quo semel est reprobata, cùm lex sensim eam iudicat iniquam.

Lex semper loquitur, num. 272.

273 Lex capit etiam res postea factas, quod procedit quamuis in lege adsit dictio hactenus.

274 Lex Florentina mandans, quod omnes Ciuitates subiectæ soluant certum quid, habet locum in Ciuitate Pisarum, licèt effecta sit subiecta post Legem.

276 Mortalitati fluxæ, & leges, & mores accommodari debent.

277 Consuetudo reprobata à Iure propter nouas causas occurrentes potest denuò induci, licèt antea iustissimè fuerit reprobata, amplia num. 278. & 279.

ANNO-

ANNOTATIO AD DECISIONEM XXVIII.

A ET præter adducta à Menoch. hic in citato loco adde,
quod ista fuit opinio Io. Andr. *in cap. canonum n.26.*
vers. Bonus Iudex acutissimi ingenij æstimabit qualis sit
1 *rationabilis consuetudo, &c. ext. de elect.* quæ † doctri-
na ibi communiter † à scribentibus, & alibi ab omnibus
est approbata, vt deducit Io. Nicol. *in Florib. Iurispat.*
lib.1.n.15. & Francisc. Viu. *in Syl. comm. opin. c.157.n.3.*
Spin. *in specul. testam. p.14. rub. tit. de testam. cleric. n.18.*
Sayr. *in Claui Regia lib.3.c.11.n.6.vers. sicut.* Mich. Graff.
tom.1. commun. opin. lib.1. tit.17. n.375. Michael. Ferr. *in*
2 *tract. de præcedent. q.28.n.12.* & quod ista sit † commu-
nis, communior, verior, & receptior opinio, atque ita
practicetur, testatur Ceuall. *comm. contra commun. q.369.*
vers. sed contrariam opinionem, &c.
3 Quæ opinio procedit tamen, quando sumus † in du-
bio an consuetudo sit rationabilis nec ne, quia si clarè con-
stat eam esse irrationabilem, tunc non est opus arbitrio
Iudicis, ita sentit Gomes. *in repetit. c.1.n.223. & 226. de*
constit. cum ibi allegatis, & adde Hoted. *de incompatib. be-*
neficior. par.1. c.11. n.7. & 8. sed loquendo quando sumus
4 in dubio, tunc iudex attentè † perpendere, & pensare de-
bet, & informare animum suum non tantum quoad prin-
5 cipium, sed † etiam animaduertere vtrum finis talis con-
suetudinis sit bonus, nec ne, & facit id quod inquit Cæsar
apud Salustium, *omnia mala exempla à bonis initijs orta esse.*
Item perpendere debet, an ea sit aliqua iusta ratione in-
6 ducta, & vtrum † ius approbet similem consuetudinem,
vel reprobet, cùm irrationabilis dicatur illa consuetudo si
iura illam improbent, nam extra rationem inducta con-
7 suetudo dicitur, quæ canonum præceptis, † aut prohibi-
tionibus refragatur, *arg. c. cum Ecclesia Sutrina, de caus.*
possess. & propriet. & cap. Abbate de verb. signif. & c. dilecti,
de consuetud. & c. cum causa de re iud. & dixit Rota *coram*
bon. mem. Reuerendiss. Penia in causa Burgen. Emolumen-
torum sigilli 6. Februarij 1589. est decis. 9. inter eius à me im-
primen. n.22. vers. iniqua, & irrationabilis, &c. atque
multa fuerunt deducta in *causa Valentina Emolumentor.*
16. Octobris 1585. coram bon. mem. Cantuccio.
Supradictaque multò magis sibi vsurpant locum quando
8 † non cessat ratio canonis prohibentis, vt docet S. Thom. 1.
2. q.97. art.3. ad 2. & ex nostris, ait Præposit. *in can. con-*
suetudinis 11. dist. & videatur pariter *in causa Cracouien.*
iuris legendi 30. May 1629. coram Eminentiss. D. Card.
Vbal. quæ est decis. 265. n.22. & 23. tom.1. à me select. aliàs par.
9 *5. rec.* in qua habetur consuetudinem rationabilem † esse,
quam iura non improbant. Irrationabilis verò, quæ à Iure
10 improbatur, & generaliter quando aliquid fit contra † ner-
uum Ecclesiasticæ disciplinæ, & libertatis, & adde, for-
mam medullarem consuetudinis esse, vt sit rationabilis,
can. erit autem 3. dist. Vnde dicimus, consuetudinem esse
11 vsum rationabilem, † competenti tempore firmatum,
nullo actu contrario interruptum, &c.
Iudex etiam animaduertere debet bonam, & rationa-
bilem consuetudinem, tres comites habere debere, scili-
12 cet † vt religioni conueniat, congruat disciplinæ, & sa-
luti prospiciat, vt egregiè loquitur text. *in can. consuetudo*
dist.1. & inquit Rebell. *in tract. de oblig. iustit. par.1. lib.1.*
q.5. n.4. illam esse rationabilem consuetudinem quam Ec-
clesia approbat, vel saltem, quæ peccatum nec continet,
13 nec nutrit, sicuti irrationabilis dicitur † illa consuetudo,
quæ peccatum nutrit, vt si inhonesta, & turpis sit, vel si
14 sit scandalosa, vel cùm aliquem indebitè † grauet, vel si
bono communi, aut libertati Ecclesiasticæ aduersetur, &
non sufficit ad tollendam irrationabilitatem consuetudini,
vt aliqua, quæ posteà accidere possunt, sit dubium, an pos-
sint esse, vel non esse, vt notanter dixit *in causa Visen. re-*
creationis 3. Martij 1625. coram bon. mem. Pirouano.
Illud etiam non omittã quamquam verissimum sit, quod
Iudex tamquam Minister Dei in omnibus suis iudicijs, &
15 actionibus sedulo, † & curiosè veritatem inquirere, &
venari teneatur, iuxta tex. *in can. iudicantem 30. q.5.* ibi,
16 Iudicantem oportet cuncta rimari, † & ordine rerum,
plena inquisitione discutere, quo vsque ad rei veritatem
perueniatur, &c. Nam debet Iudex in omni negotio consi-
17 derare, quid liceat secundum † æquitatem, quid deceat se-
cundum honestatẽ, & quid expediat secundum vtilitatem,
vt inquit text. *in cap. magna 7. ext. de vot. & vot. redempt.*

Vnde Iudicibus scriptum est in Paralipomen. *lib.2. cap.*
19. ibi, *Videte † quid faciatis, non enim hominis exerce-* 18
tis iudicium, sed Domini, & quodcumque iudicaueritis in
vos redundabit, sit timor Domini vobiscum, † & cum di- 19
ligentia cuncta facite, &c. congruitque text. *in l. rem non*
nouam, vers. Dei præsentia consecrati, &c. C. de iudic.
glos. in l. si, apud quem 2. in verb. exhiberi, vers. & nota
hic, quod Iudex laborat pro veritate inuenienda, &c. C. de
edend. & in l. verbum 17. in verb. Sycophanta, C. ex quib.
caus. infam. irrog. Vbi inquit, quod Iudex potest dare aquam
calidam, † illi, qui dicitur comedisse ficus, & postea 20
facere, vt euomat, ad eruendam veritatem.
Absit enim, & tempus in omne falsum sit, si assereretur
Iudices victos esse à tortura laboris, in studendo, † in per- 21
scrutando scripturas, in voluendo processus, in audiendo
partes, in perquirendo vbique, magnaque circumspectio-
ne (veluti peritus, & curiosus venator) veritatem. Nam
iudex ad † nihil aliud inuentus est, nisi, vt ipse veritatem 22
inueniat, vt post Paul. de Castr. & Ant. Nicel. aduertit Sacr.
Consil. Neapolitanum penes Grammat. *decis. 34. n.2. vers.*
Iudex ad nihil aliud inuentus est, &c.
Quare, & † olim Præses Druidum, qui Pontifices, & 23
Iudices erant Gallorum, appensam collo veritatis effigiem
deferebat, teste Bodino *lib.6. republic. cap. vlt.* & apud He-
bræos ab eorum Sacerdotibus etiam obseruabatur, vt ha-
betur in Exod. *c.28.*
Itaque Iudices † fixis oculis, hoc vnum agendo, om- 24
nem mouere debent lapidem, & etiam atomos omnes fa-
cti (vt dicunt DD.) considerare vt veritatem assequan-
tur, & hac de causa Iura imperant eis, vt non ad vnam
speciem probationis applicent mentem suam, sed ex va-
rijs, & diuersis coram eo † productis, & discussis, veluti 25
argumentis, testimonijs, adminiculis, præsumptionibus,
& ex alijs, quæ secundum subiectam materiam aptiora esse
compererint, confirmabunt animi eorum motum, text. est
in c. in præsentia de renunc. & in cap. præterea, de testib. &
in l.3. §. eiusdem, & in l. carmen, §.1. ff. eodem, glos. fin. in
l. instrumenta. 5. C. de probat.
Meritò igitur Doctores contra Iudices illos, summope-
re, vt † dicam, stomachantur, qui sunt primæ impressio- 26
nis, ac toti tument opinione sui contra text. *in c. ne inni-*
taris prudentiæ tuæ, extra. de Constitut. parum curãdo dum-
modo obstinato animo eius primæuam opinionem tuean-
tur, vt veritas ipsa bannitatur, & non mirum, quia excæ-
cati à proprijs † chimeris cernere non valent, quod veri-
tas, vt exclamat Bald. *in cons. 343. col. penult. lib.1.* est ipsa 27
basis, & fundamentum Iustitiæ, & nulla virtute præcla-
rior.
Insuper, qui veritatem † contendit tamquam alter Iu- 28
das, ipsum Deum prodere dicitur, qui est via, veritas,
& vita, vt notanter aduertit tex. *in can. abijt Iudas 11. q.3.*
Veritatemque diligit Deus præsertim in ore Iudicum, quia
iustitia non ambulat sine veritate. Vnde Regius Propheta
Dauid: *Iustitia, & veritas obuiauerunt sibi. Veritas de ter-*
ra orta est, & iustitia de Cælo prospexit, & ex nostris id
optimè aduertit Anton. Thesaur. *in præfat. decis. Senat.*
Pedemontani n.28. videatur etiam Dec. *in l.2. C. de edend.*
& plura ponit Petr. August. Morl. *in proœm. empor. Iuris,*
Ioseph. Ludou. *decis. Lucens. 44. n.49. vers. quanto magis*
hodiernis temporibus, P. Gregor. *syntag. art. mirab. c.8.*
Aul. Gell. *noct. attic. lib.1. cap.3.* sed ad nos.
Reperiuntur enim, vt dicebam, nonnulli Iudices (quod
dolenter assero) & refert etiam Iul. Cæsar. Ruginell. *pract.*
quæst. c.48. n.14. & vtinam hæc esset vana Poetarum fabu-
la, &c. Qui Iudices ex plaga incurabili, cùm vix, vel facti
propositionem aliquam audiunt, vel merita causæ attin-
gunt, animi sui primo motu ducti certam sententiam, vel
veriùs opinationem, quamuis minus probabilem, nec ve-
ram, nec iuri conformem amplectũtur, illique adeò tenaci-
ter inhęrent, vt nullo modo ab ea retrahi possint, quasi eam
in ære, vel in marmore insculpserint, † & vt quæ semel im- 29
buta recens testa, diu, immo semper seruat odorem, ita, &
ipsi eandem, quam primo animi motu, semel combiberunt,
mordicè etiam in posterum tuentur, & perpetuò retinent,
& in melius mutare sententiam non valent. Sed relictis hu-
iusmodi farinę hominibus, † qui si eliguntur in Iudices, vt ita 30
dicam, iustitia sorti, fortunæque committitur, tunc enim
non ratione, aut lege res agitur, sed solùm primi animi ima-
ginatiua facultate &c. concludendo ergo id, quod dicebam
de necessario labore in Iudice, quoad venandã veritatem.

Aduertendum venit, quod postquam Iudex curiosè
veritatem inuenerit, diligenter eam custodire tenetur,
31 atque † tunc ita se gerere, vt nemo maiorem eius desi-
deraturus sit diligentiam, ad hoc vt illa (semoto timore,
cupiditate, odio, & amore) suum omninò vindicet lo-
32 cum, & sic venis, atque remis curate, ne † veritas,
quod absit, suffocata remaneant, ita Marin. Anguis. post
Innocent. & Bald. ab eo citatos, consil. 52. sub n. 74. Hie-
ron. Giach. in consil. sindicat. positum post 5. lib. recept.
sentent. clar. n. 274. vers. Iudex veritatem adiuuare tene-
tur quibuscumque modis.

O miserandi Iudices, in quorum cerebro aliorum di-
33 spersa, † & diuagantia iurgia, atque stultitias coguntur
congerere, discutere, enodare, & (vt dicitur) pati
pœnas alienorum deliramentorum, arg. can. iudicantem
30. quæst. 5. & l. iudices, C. de iudic. & de hac materia hic
hactenus, plura tamen, & pulchra circa Iudices, & præ-
sertim non benè fungentes officio proprio dicam in anno-
tat. ad decisionem in causa Leodien. Dominij 11. Martij
1622. coram bon. mem. Remboldo, erit in 4. tom. decisionum
Rotæ Romanæ à me selectarum.

Et loquendo in terminis nostris, si vt dixi, sedulò Iu-
34 dices † in omni iudicio veritatem rimari debeant, id
præsertim habebit locum in casu isto, nempe si arbitran-
dum veniat, an consuetudo sit rationabilis, vel irratio-
nabilis, & hoc propter mala infinita, quæ sequi possent,
si admitteretur aliqua corruptela, vt infra dicam, Ita-
que Iudex maturo consilio, graui iudicio, summaque
prudentia quid statuat in hac materia à Iure remissa, sub-
35 tiliter † animaduertere debet, vnde sat non erit, si in
genere, & in confuso consideret, an consuetudo quæ
prætenditur induci sit bona, nec ne, sed intus vigili oculo
omnia penetrare tenetur.

Nam quidem multa sunt æqua in genere, quæ ita pri-
36 mo † intuitu apparent, sed si ea altius, & in specie, &
in certis casibus, & circumstantijs, & locis perpendun-
tur, satis sunt euidenter iniqua. Hinc etiam dicimus, licet
37 † æquitas præferatur rigori, l. placuit, C. de iudic. l. cum
res, C. si res alieno pignor. sit dat. l. 3. C. de donat. quæ sub
mod. l. 1. §. si ergo, ff. de petit. hered. l. si duobus, ff. de constit.
pecun. l. bona, ff. deposit. l. si ego, §. 1. ff. de iur. dot. l. si cre-
ditor. §. 1. ff. ad Vell. l. si dies, §. si quis, ff. de arb. l. Gaius, ff.
solut. matr. l. si mater, ff. de except. rei iudic. l. eos, §. 1. ff.
de fideiuss. & l. in summa, §. item ex varijs, ff. de aqu. & pluu.
38 arc. quia summum ius † summa iniuria est, secundum
Marc. Tull. lib. 1. offic. & Columell. lib. 1. Rei rustic. cap. 7.
inquit, quo sommum ius, antiqui summam putabant cru-
39 cem, &c. Nam æquitas est admirabile † quodam tempe-
ramentum, quod ex perfecta ratione omnia moderatur,
l. Diuus, ff. de restitut. in integr. l. si seruo fideicommissaria,
ff. de hered. instituend. Et meritò Rota Romana in iudi-
40 cando potius sequi solita est † æquiorem opinionem,
quàm communiorem contrariam, & signanter fuit pon-
deratum in causa Romana alimentorum 30. Ianuarij 1637.
coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano, est decis.
193. n. 46. & 47. tom. 3. à me select. aliàs par. 7. recent. cum
ibi allegatis.

Tamen ista opinio, quod æquitas præfertur rigori, non
41 procedit, quando rigor † est in specie, & æquitas est in
genere, cap. 1. de rescript. l. placuit, C. de iudic. l. si ser-
uum, §. sequitur, ff. de verb. obligat. quia tunc rigor vin-
cit æquitatem, tamquam res in sua specie non generali-
ter considerata, Abb. in cap. vlt. n. 9. de translat. &c. &
notat Dyn. in regul. iur. prior. de regul. iur. Bald. consil. 253.
num. 3. vers. rigor in specie vincit æquitatem in genere, vt
specialitatis &c. lib. 5. Prob. ad Monach. in cap. 1. in fin.
de rer. permut. Natta consil. 49. sub n. 34. & consil. 194. sub
num. 14. appositèque ratiocinata est Camera Apostol. in
celebri causa Romana affrancationis 12. Decembris 1642.
coram Reuerendiss. P. D. meo Bonuisio Decano, §. At-
tamen contrarium dicendum, vers. adeo vt rigor in specie
scriptus, præferatur æquitati in genere scriptæ, &c. &
facit decisio in causa Vrbeuetana Rescissionis contractus 24.
Ianuarij 1633. coram clar. me. Merlino, sicuti etiam di-
42 cimus, † quod probatio in genere est frustratoria nisi
deducatur ad speciem, vt ait Oldrad. consil. 237. n. 3. Brun.
consil. 66. n. 4. Crauett. consil. 96. n. 4. Menoch. consil. 54.
num. 37. lib. 4.

Quare in casu nostro (relictis pluribus similibus,
quæ adducere possem) bonus Iudex acutissimi in-
genij, prout in hac materia eum nominat Io. Andr. in
dicto cap. canonum, num. 26. de elect. non oscitanter, &
sic superficialiter, ac generaliter, sed indiuiduo, & in
specie † ipsamque medullam penetrare tenetur, quando 43
arbitratur consuetudinem esse rationabilem, & præter
monita in hac materia adducta à Doctoribus, de qui-
bus supra, etiam videatur Guidopap. in repetitione cap.
cum tanto num. 2. & ibi Addentes in littera A. extra. de
consuetud. & idem in cap. ex parte, num. 2. eodem titul.
de consuetud. & Croc. in cap. quia in omnibus, numer. 1.
ext. de vsur. Curt. in dicto cap. cum tanto sect. 2. n. 20. de
consuetud. & Ioannes Ferrat. in vsib. feud. part. 1. nu-
mer. 18. & Redoan. in tract. de spol. Ecclesiast. quæst. 4.
numer. 3. Rocch. de Curt. in tractat. de statut. sect. 4. num.
45. Benedictus Capra conclus. 11. num. 6. Alphons. Hored.
in tract. de incompatibilit. benefic. part. 2. cap. 11. à num. 7.
vbi latè Moner. in tract. de distribut. quotid. part. 2. quæst.
12. num. 8. Troylus Maluecccius in tractat. de sortib. in 2.
part. de Ludo Taxillor. n. 20. & seqq. vbi dicit, quando
consuetudo irrationabilis, † est nutritiua peccati, Papa 44
licet id sciat, non videtur approbare eam, addo text.
præclarum in cap. cum iam dudum 18. de praben. vbi Inno-
centius III. in fine sic alloquitur. Cum multa per patien-
tiam tolerentur, quæ si deducta fuerint in iudicium exi-
gente iustitia non debeant tolerari, &c. glos. in §. leges in
verb. abrogata, distinct. 4. Suarez de legib. lib. 4. cap. 13.
num. 12. vbi docuit, tolerantiam sola supposita scien-
tia non inducere sufficienter consensum, Surd. con-
sil. 301. nu. 17. qui asseruit tolerantiam Papæ non esse ap-
probatiuam animo inducendi, vel confirmandi prauam
consuetudinem, sed potius, vt scandalum euitetur, &
Bald. in l. 1. in 2. lectur. nu. 5. C. de emancip. liber. dixit in
prohibitis, qui tacet † videtur dissimulare pro meliori, 45
non autem consentire, per l. qui vas, §. vetare, ff. de furt.
neque silentium, cùm nihil sit, potest aliquid operari,
&c. Sed ad nos.

Atque ex consulentibus videatur Raphael Fulgos. con-
sil. 155. Præpos. numer. 2. Federic. de Sen. consil. 17. nu-
mer. 15. versic. non obstat, Calderin. consil. 42. in princ.
aliàs 4. de consuetud. & consil. 386. alias primo de regular.
Bald. consil. 349. si hoc quæritur in fin. num. 3. lib. 4. Aym.
consil. 90. num. 3. Ruin. consil. 156. num. 8. circa med. lib.
4. Menoch. consil. 52. num. 170. & latissimè tractat idem
Aym. consil. 972. à num. 33. cum seqq. & ad Afflict. decision.
Neapolitan. 61. sub num. 4. ibi, consuetudo turpis † non est 46
approbanda, & decis. 321. sub numer. 16. vbi dicitur quod
consuetudo alienum rapiendi sine solutione, à mammo-
na est, &c. Franc. Marc. decision. Parlam. Delphinal.
1256. numer. 3. versic. cum talis consuetudo sit rationabi-
lis, &c. lib. 1. Ioseph. Ludouic. decision. Perus. 62. num.
38. versic. consuetudo non probatur, & quatenus probare-
tur, quia esset irrationabilis, & nutriret peccatum, cor-
rueret, &c. part. 2. Franciscus Viu. decis. Audientiæ Ba-
ren. 66. num. 6. lib. 1. vbi habetur quod consuetudo pecca-
ti nutritiua, corruptela dicitur, & nomen consuetudi-
nis † non meretur, & ideo tamquam peruersa, detesta- 47
bilis, & impia, & sacris canonibus inimica nullo mo-
do est attendenda, & num. 7. damnat consuetudinem
ebriolorum, & refert id, quod satis religiosè, & latè
de tali consuetudine Sanctus Augustinus serm. 231. de
tempore, scripsit, vbi reprobat opinionem eorum, qui
putant † stante consuetudine licitum esse se inebriare, 48
&c. & in hac materia addo ex nostris gloss. in can. sane
15. quæst. 1. in verb. damnantur, vbi redarguit eos,
qui sunt faciles ad inebriandum se, & quare sit ab-
stinendum à consuetudine se inebriandi ratione ponit
textus cum gloss. in can. sexto, distinct. 35. & infra
dicam.

Nec incongruum puto præter relata à Viuio, hic asse-
rere, tripliciter posse euenire, vt quis se † inebriet, prout 49
asserit S. Thom. 2. 2. quæst. 150. art. 2. vbi quærit an ebrie-
tas sit peccatum mortale.

Primo enim modo † potest contingere ebrietas, si 50
bibens nesciat potum esse immoderatum, & inebria-
re potentem, & tunc ebrietas potest esse sine peccato.

Secundo modo, quando † quis percipit vinum immo- 51
deratum, & tamen non existimat posse inebriare, & sic
potest esse cum peccato veniali.

Ter-

52 Tertio modo, quando aliquis benè aduertit potum
esse immoderatum, & inebriantem, & tunc magis
vult ebrietatem incurrere quàm à potu abstinere, &
talis propriè dicitur ebrios, & sic ebrietas potest
esse cum peccato mortali, quia homo volens, &
sciens vult se priuare vso rationis, &c. Quæ di-
53 stinctiones S. Thomæ sunt † valde conformes dispositi-
tioni Iuris communis, & id post Marc. Blanch. *in
prax. criminal. cap.84. in verb. Ebrietas, &c.* ad-
uertit Io. Petr. Anchar. *in suis quæstion. Iur. q.13.
num.5. vers. quæ distinctiones sunt conformes Iuri, &c.
lib.2.*

Et super prædictis tribus casibus plura adducunt Ioan-
nes à Capistrano *in specul. Conscient. part.1. à num.202.
& 204. cum seq.* Hieron. de Zaner. *de for. Conscient.
& content. cap.1. num.160.* Cardin. Hostiens. *in summa
Iuris Canonic. titul. de tempor. ordinand. &c. sub num.
17.* Abb. *antiq. in cap. à crapula, num.3. de cohabitat.
cleric.* Idem Ioann. à Capistran. *in dicto cap. à crapula
sub num.7.* Abb. Panormit. *in cap.1. de reliq. & venerat.
Sanctor.* Syluest. *in summa par.1. in verb. Ebrietas*, &
latè Tabien. *pariter in summa in eod. verb. Ebrietas*,
Petrus Canisius *in summ. par.3. de peccat. capit. tit. de
gul. in lit. B. num.2.* vbi etiam inquit quod omnes ebriosi
tales sunt, quales palodes esse videntur, quid enim in
paludibus nascitur non ignoratur, nascuntur ibi serpen-
tes, sanguisugæ, ranæ, & diuersa genera vermium,
quæ magis horrorem possunt generare, quam aliquid
quod ad victum proficiat, exhibere, & vide ibi, vbi
hæc similitudo benè adaptatur ebrijs, &c. adde Alexan.
Angl. *in eius summ. seu de destructorio vitiorum par.2.
cap.6.* Bartholom. Taeg. *in tract. de criminib. par.6.
numer.45. & seq.* Azor. *institut. moral. lib.7. cap.22.*
R. P. Ioannes Hogo Societ. Iesu. *de Sacrament. in ge-
nere sect.5. & 6.* R. P. Antoninus Diana Ord. Theatin.
tom.6. Resolut. Moral. in miscellan. resolut.52. R. P.
Vincentius Candidus Ord. Prædic. *de Illustriorib. disqui-
sit. moral. tom.1. disquisit.22. artic.27. dubitat.1. 2. 3.
4. & 5.*

Limita vltimum caput distinctionis, vt non habeat
54 locum, quando quis scienter † se inebriaret ex consilio
Medicorum ad recuperandam sanitatem, & sic tenent plu-
res, & præsertim Marian. Socin. *in repetit. cap. si consti-
terit num.20. de accusat.* ibique fidem facit, se Florentiæ
vidisse Magistrum Vgonem Bentium eius cognatum, Me-
55 dicorum, & Philosophorum Principem, † quemdam
liberasse à periculoso morbo mediante frequenti ebrieta-
te, &c. Materiamque hanc ex Theologis optimè tractat
Cardin. Toletus *in tract. de Instruct. Sacerdot. lib.8.
titul. de ebrietate quale sit peccatum, cap.61.* vbi cir-
56 ca medium quærit, an liceat ob sanitatem † se ine-
briari, & non probata sententia Angel. *in summa in verb.
Ebrietas*, tenentis hoc non licere, sed esse peccatum
mortale.

Magnificat contrariam opinionem, & sic vnà cum
Siluest. *in verb. Ebrietas*, & cum Card. Caiet. *super 2. 2.
quæst.150. artic.2.* S. Thom. tenet licere id sine peccato,
57 eamque ratione † expendit, quia licitum est ad tempus
velle amittere vsum rationis, vt postea melius, & diu-
turniùs possit recuperari, & ad hoc ponit duas conditio-
nes, quas ibi vide, & non refero, ne longior sim, &
addo Azor. *institut. moral. d. lib.7. cap.22. §. Dubiæ quæ-
stionis, &c.*

Generaliter tamen loquendo ebrietas inter grauissima
58 delicta enumerari † satis notum est, prout multorum
auctoritatibus ex nostris scripserunt Card. Turrecremat.
in can. sexte, & in can. fin.35. distinct. Aldret. *de Religiosa
disciplina tuend. lib.2. cap.15. num.39. cum seq.* Bernard.
Diaz. *in prax. criminal. canonic. cap.71. num.1.* Iacob.
Menoch. *de arbitrar. Iud. lib.2. centur.4. cap.40. cas.404.
num.1.* Farinac. *in fragm. criminal. par.1. litera C. n.253.*
Barbosa *in tract. de offic. & potestat. Episcop. part.1. tit.2.
glos.10. n.5.* Io. San. *in consuetud. Turon. titul. de droict.
de faultraige, & peage*, Petr. Bollo. *in œconom. canon.3.
class. cap.5. §.2. vers. alius, &c.*

59 Sicque iusta causa † recedendi à marito erit in vxore,
si ille sæpè inebrietur cum periculo vitæ dictæ vxoris, Hen-
riquez *lib.11. de matrim. cap.10. num.7.* Sanchez *lib.10. de
matrim. disp.18. n.8.*

Quot, & quanta mala ex ebrietate, & crapula pro-
manauerint, plura enumerantur per Tiraquel. *ad l. con-
nubiales leg.9. à num.203.* & multò plura tradita à Pe-
tro Placa *in tract. de epitom. delictor. cap.30.* Luc. de
Pen. *in rub. Cod. de legat. &c. num.13. lib.10. & in l.1.
num.7. C. de erogan. milit. ann. lib.12.* Rutger. Ruland.
in tract. de Commiss. par.1. lib.1. cap.23. Ioannes Stobeus
sermon.18. Philo Hebræus *de plantation. vinea Noe*, Cle-
mens Alexandrinus *lib.2. Pædag. cap. 2. per tot.* vbi abundè
scripsit contra ebrietatem, allatis Salamonis, & Poeta-
rum testimonijs Ioannes Boccac. *de casib. vir. illustr. lib.7.
cap.7.* Isidor. Pelusiot. *lib.1. epist.203.* vbi commemora-
tis Noe, Loth, & Herodis ebrietatibus † subdit omnia 60
mala vexana à vino promanare.

Facit equidem dictum Ecclesiast. *cap.19.* relatum à Pa-
lat. Rub. *in repetit. rub. ff. de donat. inter vir. & vx. §.28.
num.26. Quod vinum † & mulier faciunt apostatare sa- 61
pientes, &c.* Immo ebrietas si non fuisset, seruitus vti-
que non esset, vt benè probat Guil. Duran. *in tract. de
mod. general. Concil. celebr. rub.37. num.4.* Ioan. Hugo *de
officio quatuor prælat. num.3.* & videatur Marc. de Mantu.
*singul.483. incip. Ebrietas quantum mali afferat, & quan-
tum detestabilis sit, &c.* vbi inter alia asserit de Holofer-
ne, quia à Iudith interfectus non fuisset, nisi se inebriaf-
set, &c.

Illudque tamen in hac materia subdam, quia tracta-
tur de consuetudine an expediat semel in mense † se ine- 62
briare, vt aliqui putant, & sic an bona sit ista consue-
tudo (& omisso, quidquid senserit Seneca *in lib. de tran-
quillit. vitæ in fin.*) ad hoc dubium egregiè respondet Com-
mentator *super Cantic. Auicenna*, quod assensus † in 63
ebrietate semel in mense est erroneus. Quoniam licet
vinum, secundum Galenum, sit vnum ex magis conue-
nientibus calori † naturali, & sit respectu eius in gradu, 64
in quo est oleum ad lumen, Tamen sicut multum, & su-
perfluum oleum extinguit lumen, † sic multum vinum 65
calorem ipsum naturalem obruit, & perbellè docuit Ari-
stotel. *in lib. Problemat. sect.30. vers. calor etenim natura-
lis à calore vini extinguitur, &c.*

Et ideò licet vinum sit vnum ex magis conuenientibus
calori naturali, † nihilominus est ex magis nocentibus 66
calori animali, & sensibili, & organis eius, & cerebro,
neruisque. Et propter hoc, vt dicit idem Galenus, aqua
† est multo vtilior vino, eis scilicet qui naturaliter ha- 67
bent debiles neruos. Vnde quosdam solius aquæ † potu 68
diutius traxisse vitam testantur Medici obseruatum,
& non esset res noua asserere, quod aqua venit etiam
† appellatione alimentorum, *l.1. ff. de alim. & cib. legat.* 69
Scimus etiam, multas nationes à vino esse valde alienas,
testibus Arist. *in probl. sect.30. & lib.1. œconom. cap.5.*
& Platone *in extremis de Portione sermon.* vt inter alia
valde laudant Carthaginensium legem de abstinentia
vini.

Et equidem non iniuria vbique taxatur abusus, quoad
potus, & haustus æquales, † quibus plenis ampullis, 70
strenui potatores, & combibones se obligant, quo spectat
illud Horatij *lib.2. serm. sat.6.*

. . . . . . Pro vt cuique libido est
Siccat inæquales calices, conuiua, solutus
Legibus insanis . . . .

Quæ Leges meritò † tamquam insanæ vociferantur, 71
& ex nostris aduertit eruditus vir Andreas Gaill. *in obser-
nationib. Imperialibus lib.2. obseruat.110. sub n.34.* vbi
post relatos supradictos Horatij versus, deplorat prauam
consuetudinem circa hanc materiam illarum Regionum,
& subiungit licet illa immoderata bibendi consuetudo
fuerit reprobata † Lege Imperij in *Comitijs Augu- 72
stanis anno 1500. 1530. & 1548. sub titul. de Compo-
tationib.*

Sed quemadmodum lex noua † vsu non recepta viri- 73
bus caret, & dissuetudine tollitur, test. est *in l. de qui-
bus, ff. de legib. & in §. quoniam, §. fin. Auth. quib. mod.
natural. efficiant. sui*, & est glos. solemnis *in cap.1. in verb.
frangere de treg. & pac.* cùm leges moribus coalescant ex
relatis à Rota *in causa Gerunden. Iurisdictionis 3. Decem-
bris 1635. coram Merlino.*

Ita Leges † illæ Imperij contrario vsu quasi abrogatæ, 74
& sublatæ fuerunt, idque pessimo exemplo, & quadam
turpitudinis infamia.

Videatur etiam Marius Salomonius *in repetit. l.
lex est 1. num.20. ff. de legib.* vbi quærit † an va- 75

leant contractus celebrati ab ebrijs, & ibi in fine air,
Quid sit dicendum si simus in illis regionibus, vbi longis
commesationibus, & compotationibus non interesse,
& non inebriari inciuile est, solumque ad hoc respondit
76 eum sententia Polixeni, *optandum † collum Gruis*, &c.
& hic addo illud, quod ferunt historiæ de quoddam
solemni parasyto Offilio nuncupato, in cuius sepul-
chro tale meruit habere Epitaphium, quod nostris tem-
poribus hic in Vrbe extra portam Capenam, bodie
S. Sebastiani repertum fuit, in quo Epitaphio, vt refert
Saba, talia verba celata erant, *O la viandante? qui è se-
polto Offilio bubalo, bibulo, il quale mentre visse, è be-
nè, ò erinè, và in mal'hora*. Sed de his hactenus, &
quamquam exempla plura in materia hac congesserim,
tamen ne Lectorum benignitate abutar, ea de causa non
refero. In terminis verò de quibus supra videatur
Matth. Coler. *in tract. de process. executiu. par. 1. titul. 8. n. 88.
& seq.* adducitque illud Horatij *in epistol. 2. ad Loll. lib. 1.
epistolar.*

Sirenum voces, & Circa pocula noruns
Viuunt, vt canis immundus, vel amica luto sus.

77 Reprehensione quippe † non parua dignus est verna-
culus quidam modernus, dum *in eius 2. par. Delli ragua-
gli di Parnaso cap. 28.* malè, licet quasi iocosè, sed nescio
quo intuitu obloquitur in sobrios Italos, & Hispanos,
pro Gallis, & Germanis, at ad eum confundendum so-
lum adducam præclarum dictum S. Ioannis Chrysostom.
hom. 58. in Matth. ibi,

78 *Quanto melior asinus † ebrioso est, quanto canis præ-
stantior, omnes bestia cum bibunt, aut comedunt, vl-
tra quàm satis est non sumunt, etiamsi mille homines
cogerent.*

Nec minus scitè Ioannes Ludouicus Viues scripsit,
& ex nostris refert Henrig. *in tractat. fideiussor. cap. 7.
sub n. 124.*

79 Inebriari esse sensuum † facultatem amittere, exire de
potestate rationis, iudicij, & mentis. Planè ex homine
fieri vel pecus, vel saxum, loqui, & nescire quid loqua-
ris, ea dicere propter quæ te, & tuos in graue discrimen
adducas, plus esse mentis in sele, aut eane, quàm in tali
80 homine, † dum vinum habes in scipho, illud habes in
tua potestate, dum in corpore, te esse in illius, dum bibis
te tractare vinum pro tuo libito, postquam biberis, illud
se tractare pro suo, &c.

Insuper, quid est ebrietas (vt ex nostris inquit Alberic.
81 *in sup Dictionario Iuris, in verbo Ebrietas*) nam † Ca-
codemon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria,
illecebrosa honestas, & pudoris submersio? Et adde, igno-
miniosus languor, mentis sanæ debilitatio, turbatio ca-
82 pitis, † submersio sensus, naufragium sanitatis, & pro-
cella linguæ.

Pulcherrimè equidem, atque viuis coloribus ebrietas
83 delineata fuit à Poetis, scilicet † in forma mulieris faciem
transformatam habentis, cum capite Scimiæ, pectus verò,
& brachia leonina, reliquamque partem corporis porci-
nam finxerunt.

Denotare in animum habendo, quod ebrietas in sui
principium ebrium transformat in vultu, sicut notum est,
84 & deinde tamquam † simia, facit actus ridiculos, pro vt
est mos huius animalis, dum imitatur id, quod videt fa-
cere. Postea verò calefaciente vino, altaria fumando,
ebrius ad instar Leonis concitat, & prouocat rixas, furo-
res, & iracundias. Et tandem ebrietas gloriosè trium-
85 phando † de ebrio, veluti dolosus Luctator captat pedes
proiecendo eum inuerecundè in locum etiam inhonestum
ad dormiendum tamquam porcum.

Faxit Deus, vt hæc abominabilis, cruentaque bestia
86 incognita sit † cuilibet Christi fideli, pro vt pariter ex
nostris precatur Bartholom. Cepoll. *in repetition. Rubric.
de edilit. edict. sub n. 37. vers. hanc belluam vtinam nullus
nouerit Christianus, &c.*

Et veritas est, quæ offuscari nequit, si quis moderatè
87 non bibat, & ebrietatem † sectetur, in varias, diuersas-
que ægritudines animi incidit, interdum enim propter
nefariam ebrietatem homo amittit vsum rationis (vt tri-
tissimum est) quare seipsum non agnoscit, nec suos de
88 † domo, aut familia sua; necnon in quo loco se reperia-
tur aduertit, & rectè hic arridet

Pulchrum illud, atque ridiculosum exemplum ebrie-
89 tatis, scilicet quamdam † domum vulgo denomina-
tam esse triremem, eò quia in ea Iuuenes quidam
facti ebrij, putantes se in triremi nauigare, & à ven-
torum rabie in diuersis locis transportari, & iam
iam ab horrida, & voraci tempestate demergi, qua-
re vt mos est, deliberarunt, postquam alia spes eua-
dendi mortem non aderat, nisi nauem exonerare, ideò
confestim omnem domi supellectilem è fenestris in viam
publicam abiecerunt, sed mox digesto vino, & sic pacata
tempestate cognouerunt se in saluo esse, vacua tamen
domo,

Vnde congruit id, quod iam olim scriptum reliquit
Erathostenes antiquus Philosophus, nempè:

Vinum † igni æqualem habet vim, vbi hominem 90
Subierit, quem conturbat, vt Libycum Mare
Aquilo, vel Auster.

Et Pisanellus *in tract. de natura ciborum, & potus, titul.
de effectib. vini immoderatè sumpt.* dixit, quod vir quando
est ebrius, ad instar nauis esse in medio Maris ventibus
agitatæ absque gubernio.

Ebrij etiam ineptè, incompositè, & balbutiendo extra
propositum atque mortifera loquuntur, sæpè blasphe-
mant, proferunt verba turpia, † & inhonesta, citò iras- 91
cuntur, iracundiam non temperant, furiunt, minantur,
raucè loquuntur, volunt omnes perire, omnes vulnerare,
omnes occidere, & fortè id facerent, nisi prohiberen-
tur.

Ebrij secreta proferunt, † hinc penes Græcos vulga- 92
tum erat illud prouerbium, *In vino veritas*, & apud Sa-
lomonem Prouerb. 31. scriptum reperimus, † *Nullum se-* 93
cretum esse, vbi regnat ebrietas, nam, & ebrietas spe-
cies torturæ est, secundum Ouidium *lib. 1. epistol. ad Gell.*

Commissum teges, & vino tortus, & ira.

& melius quidam facetus Poeta dixit,

Si secretorum † seriem vis noscere rerum, 94
Ebrius, incipiens, puer, dicent tibi verum.

& secundum Theogenem. *Quisquis bibendo modum su-
perauerit, is non amplius sua lingua compos est, neque
mentis. Nam ebrietas non sinit esse clausas † cordis fe-* 95
nestras, cum in corde ebrij lingua sit, &c. Multaque
fiunt, & dicuntur, quæ circumscripta ebrietate, vllo
modo nec faceret quis, nec diceret: Quare prudenter
admonet nos text. *in can. sane diximus 15. quæst. 1. vt
omni † via euitetur ebrietas, quoniam per eam crimina* 96
*euitare non possumus, nam quæ sobrij cauemus, per ebrie-
tatem ignorantes committimus*; & ibi etiam subdi-
tur; *quod ebrij nesciunt quid loquantur, iacent sepulti,
&c.*

Optimè etiam ebrij descripti fuerunt à S. Ambros. *in
libro de Elia, & Ieiun. cap. 12. Vno die* (inquit) *bibunt
multorum dierum labores, de † ebrietate ad arma consur-* 97
*gunt, calicibus tela succedunt, pro vino sanguis effundi-
tur, & ipsum sanguinem vina fuderunt*; & deinde
eosdem irridendo sic ait: *Quam fortes homines sibi vi-
dentur in vino, quàm sapientes, quàm diserti, quàm etiam
pulchri, & decori, cum stare non possint, pallor, & san-
guis per ora eorum effunditur, lingua balbutit, mens titu-
bat*, vide S. Ioan. Chrysost. *homil. 29. in Genes. cap. 9.* vbi
multa contra ebrios, & inter alia inquit, quod mortuus
neque mala, nec bona potest operari, ebrius verò nihil
boni potest operari, ad malum tamen faciendum non om-
nino impotens est.

Notatu dignum est pariter dictum illud Platonis *in lib.
1. de legib* dum inquit: † *Non solum senem bis puerum* 98
fieri, verum etiam ebrium: & refert ex nostris Borcolt. *in
tract. de pact. cap. 3. n. 14.* Andreas Cludius *de sequestrat.
cap. 7. n. 18.* & pulchrè deducit Nicolaus Reusnerius *con-
sultat. lib. 1. consult. 1. n. 56. cum seqq.*

In iure etiam sæpe sæpius videmus æquiparatos ebrios
† ipsis furiosis, absentibus, dementibus, † infantibus, 99
ignorantibus, dormientibus, ac mortuis, text. est *in
can. venter 35. distinct. atque in can. sane 15. quæst. 1.* Et
ebrij † vitam edormire dicunt, text. est elegans *in cap.* 100
à crapula, de vit. & honest. Cleric. Vnde † Solem, vt 101
scribit Cicero, raro Occidentem, rariùs Orientem
videur, & legitur de Alexandro Magno, qui dum
ebrius erat, aliquando per duos dies integros dormie-
bat.

Aptissimè quoque de ebrietate dici potest, quod
de senio scribit Lucretius *lib. 2. de natura re-
rum.*

Clau-

Claudicat † ingenium, delirat, linguaque, mensque.
Omnia deficiunt, atque vno tempore desunt.

Quare, quando vir in alienationis ebrietate nutat, &
in piscina vini quasi natat, cùm tunc nullum conseosum,
103 nullumque vitæ gerendæ consilium possideat, † & sic
quidquid dicit, & facit, ignoret, vnde si aliquod deli-
ctum committat, clementius est enim eo agendum. Ca-
104 ret enim † ebrius recto sensu, & sic consensu, de quo S.
Tho. 2. 2. q. 150.

Ideo quando vassallus est ita ebrius, vt ignoret, quid
105 agat, & Dominum Feudi † grauiter læserit, vel offen-
derit, non est feudo priuandus, arg. l. omne delictum 6.
§. per vinum, ff. de re militar. cum alijs in puncto relatis per
Schrader. in tract. de feud. part. 9. cap. 4. sub num. 97. vers.
Idem est si vassallus ita ebrius, &c.

106 Donatarius pariter, † qui per ebrietatem manus vio-
lentas donatori infert, re donata non venit priuandus,
vt concludunt Doctores, & præsertim Francisc. Rip. in
repetit. leg. fin. num. 72. C. de reuocand. donat.

107 Pacem, si aliqui simul inierint, † & pactum fecerint
de se non offendendo, si quis ex ebrietate alterum percus-
serit, non dicitur pacem fregisse, vt aduertit Bart. in l.
aut facta, §. causa in fin. ff. de pœn. Bal. in l. 1. col. penult.
vers. extra queritur C. vnde vi. & in l. data opera, col. 2.
vers. ebrietas, C. qui accusar. non poss.

108 Homicidium etiam commissum ab ebrio, † non est pœ-
na ordinaria puniendum, sed alia mitiori, per text. in d. l.
omne delictum, §. vinum, ibi, per vinum, vel lasciuiam
lapsus capitalis pœna remittenda est, &c. & in can. ine-
109 briauerunt Loth 15. quæst. 1. vbi excusatur Loth † ab
incesto ob inopinatam ebrietatem, & in terminis de
homicidio afferunt Scribentes, & præsertim Bart. in
l. respiciendum, §. delinquunt, num. 3. ff. de pœn. & per
istum text. sic concludit Bald. in l. data opera, C. qui ac-
cusar. non poss. & ista est communis conclusio, id atte-
stantibus Salicet. in l. 1. in fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar.
& Florian. in l. sed & si quacumque, §. iniuriam n. 5. ff. ad
leg. Aquil. cum alijs allatis per Iacob. Nouell. in tract. De-
fension. omn. reor. tit. quib. ex caus. excusat. homicid. n. 44.
Roman. in l. 1. n. 9. ff. de verb. obligat. Io. de Anan. in cap.
de infamibus n. 2. ext. de his, qui fil. occid. Dec. in cap. 1. in
fin. de testib. Io. de Villelema in repetit. l. diuus n. 86. ff. ad
leg. Cornel. de sicar. Abb. & Butr. in cap. 2. de maledict.
vbi etiam afferunt id procedere, quamuis statuto cauea-
110 tur, quod delinquentes † nullam prorsus consequantur
misericordiam, quia adhuc ob ebrietatem mitior pœna
imponenda est, Tiraquell. in tract. de pœn. leg. caus. 6.
n. 2. Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 1. cent. 14. cas. 326. n. 5.

111 Quæ conclusio † procedit, licet quis factus sit ebrius
culpa sua, pro vt de communi opinione scribit Laurent.
Kirchou. de commun. opinion. centur. 2. conclus. 84. in verb.
Ebrietas, &c. & videatur Enchiridion in suis cautel.
crimin. in titul. ad l. Cornel. de sicar. cautel. 2. vbi num. 2.
112 ait, quod interficiens aliquem, decapitari † non potest,
si se ebrium fingat. Quæ tamen cautela non ita de facili
procedit, vt fingitur, quia asserenti se ebrium aliquod de-
lictum perpetrasse non statur eius assertioni, nam ebrietas
numquam in dubio præsumitur, ideoque qui ebrietatem
113 † allegat, eam concludenter probare grauatur, Bald. in
cap. à crapula, post princip. ext. de vit. & honest. Cleric.
Francisc. Rip. in repetit. l. fin. n. 80. C. de reuocand. donat.
& sic cùm contra probantes militet præsumptio iuris, ra-
114 tiones adducendæ † debent esse valde concludentes, &
sic non sufficiunt possibiles, vt infra dicam.

115 Sed redeundo ad excusandum verè † ebrios, vt non
puniantur pœna ordinaria, & præter adducta, addo
textum notabilem in l. si quis modestia, C. si quis Impe-
rat. maledix. ibi, si quis temulentus Imperatori maledi-
116 xerit, † eum nolumus pœna subiugari, neque durum ali-
quid, vel asperum volumus sustinere, &c.

Cuius Romanæ Constitutionis obseruantiam Pyrrhus
117 Epirotarum † Rex, multò antea professus est, qui teste
Plutarcho in eius vita, non longe post princip. vers.
Certos iuuenes, &c. Cùm dictus Rex audiuisset à qui-
busdam iuuenibus inter bibendum conuitijs, maledi-
ctisque se oneratum, iussit eos omnes coram se adduci,
118 quod vbi factum est, eorum primum interrogauit, an
ea de se dixissent, cui iuuenis intrepidè respondit, Sanè
hæc Rex diximus, dixissemosque multa plura, si plus
vini habuissemus, imò verò nisi gladium defecisset, oc-
cidissemus te, &c. qua subita responsione, & vrbana
crapulæ excusatione, fractus Pyrrhi animus, iram in
risum conuertendo liberauit eos, &c. & ex nostris etiam
id refert Tiraquell. in tract. de pœn. temperand. caus. 6.
num. 5.

In supradicta tamen materia, vt ebrius excusetur
à pœna delicti clarè, vt procedam, & simul breuiter
optimum erit distinguere inter ebrietatem, & ebriosita-
tem.

Ebrietas † quippe è casu quodam, & ignoratione 119
accidit, & sic sine ebrij culpa, puta si socij, ipso inscio,
sal in vinum coniecissent, quia tunc homicidium ab eo
commissum, vel aliud enorme delictum, cùm ipse non
sit in dolo, nec in culpa venit, † vel in totum excusan- 120
dus, vel saltem mitiori pœna mulctandus, vt commu-
niter concludunt Doctores in cap. 2. de malefic. & faciunt
text. supra relati, & docet Iacob. Nouell. ad defensam,
titul. homicid. quib. caus. à pœn. mort. excusetur n. 44. & de
communi opinione testatur Clar. recept. sentent. lib. 5.
quæst 60. sub num. 9. ibique insuper † asserit, se vidisse 121
plerosque imputatos pro varijs delictis, neminem tamen
potuisse prætextu ebrietatis impunitum euasisse.

Mihi tamen placet opinio, vt per oculatum Iudicem
verè, & realiter cognito, quem fuisse penitus ebrium,
& insuper quod ipse nullam dederit operam, vt inebria-
retur, sed deceptus fuit à socijs, tunc enim † quodcum- 122
que delictum perpetrauerit, plenariè veniret absoluen-
dus, & in istis terminis intelligi potest Aristot. in 2. Ethic.
dum dixit, Ebrijs veniam † dandam esse &c. & Ferd. 123
Vasq. de controuers. illustr. lib. 1. cap. 19. num. 24. inquit,
ebrietatem † inculpatam, inculpatum facere, quidquid 124
inde sequitur, adde Francisc. Long. in tract. de casib. re-
seruat. par. 2. cas. 3. num. 5. in fin. vers. ipsum esse à dolo, &
à culpa prorsus excusandum, &c. & ex nostris Sebastian.
Medic. de casibus fortuit. quæst. 17. num. 6. Card. Turre-
cretn. in can. sane n. 1. 15. quæst. 1. vers. Qui in ebrietate
delinquit, veniam ipsius delicti meretur, &c.

Et in contingentia casus consulatur Io. Petr. Anchar.
in suis quæst. Iuris lib. 2. quæst. 13. vbi accidit; † Stichum 125
ebrium factum fuisse, quia socij sal in vinum eo ignoran-
te, imposuerunt, & sic ebrius gladium arripuit, mo-
lieremque læthaliter vulnerauit, quæ tandem mortua est,
& ibi Anchar. relatis pluribus opinionibus in fine putat,
talem interfectorem in nullam pœnam incidisse, cùm
non dederit operam, vt inebriaretur, sed deceptus fuit
à suis socijs, &c. Notandum est etiam hoc casu, insuper
requiri, vt delinquens, penitus sit ebrius, & sic non in-
telligat quid agat, aliàs non ea iuuatur, vt docuit Bald.
in cap. 1. de testibus, vbi dicit considerandum esse genus
ebrietatis. Vnde versus:

Aut nulla ebrietas, aut tanta tibi sit,
Vt curas subleuet, si qua est inter vtrque nocet.

Ebriositas verò est, quando † quis ex habitu, & con- 126
suetudine sciens, prudensque inebriatur, nam eo casu si
homicidium, aut aliud malum committat, pœna ordinaria
plecti debet, & maxime si ille ebrios † consueuerit esse 127
rixosus, & excitare rixas, sciatque se ebrium tali vitio
laborare, vt latè declarant Blanc. in tract. crimin. §. ebrius,
per tot. Bald. in l. 1. n. 40. C. vnde vi, Angel. in tract. ma-
lefic. in verb. scienter n. 17. & ibi Addent.

Nam culpa præcessit casum, & data † fuit opera rei 128
illicitæ, satisque omnibus notum est, quod amisso per
ebrietatem vsu rationis in quodlibet facinus præcipitanter
prolabitur. Vnde in his terminis excusatio † ebrietatis 129
culpam non diminuit, sed augumentat, & facit text.
in l. quoniam, ibi, causam malorum præbuit, C. ad l.
Iul. de vi public. & in l. qui occidit, §. hac quoque, ff. ad l.
Aquil. & in l. si seruus seruum, §. si fornicarius, & si ex
plaustro, ff. eodem, & in cap. vnic. de commodat. & in cap. 2.
de deposit.

Perbellè hic pertinet lex Pitacci Mitelemen. vnius ex
septem Sapientibus † Græciæ, in qua sanciuit, vt de- 130
linquentes per ebrietatem magis punirentur, idest pœnæ
duplicatione, quo formidine supplicij promptiùs à vino
abstinerentur homines, cùm in eorum potestate sit ebrios
non esse. † Quam Pitacci legem tamquam iustam, & 131
rationabilem multi ex nostris extollunt, & præsertim
Bacca in tract. de inope debitor. cap. 9. num 13. Petr. Ce-
ned. in collectan. ad Ius Canonicum in can. sane di-
ximus 15. quæst. 1. num. 1. in fin. Bald. in l. 1. C. vnde vi,

Simon. Schard, *in Lexicon, iuris in littera E. vers.*
Ebrij.

132 Cujus legis similitudine Imper. Carolus V. † suis edi-
ctis iussit, pœnam ebrijs non esse minuendam, sed quod
punirentur de ebrietate, & de delicto, & hoc fuit in
Hispania, prout refert Iodoch. *in practic. criminal. cap.*
84. num. 20. & Baiard. in addit. ad Clar. *quæst. 60. num. 42.*
vers. Carolus V. &c.

133 Equidem supradicta lex Pitacci, quæ † propriè ascri-
bitur Aristoteli *lib. 2. cap. 10. de reb. public.* per quam esset
necessaria, & vt in viridi obseruantia permaneret in Se-
ptentrione viuentibus, vbi sæpè per ebrietatem, cædes,
134 & pessima † quæque flagitia perpetrantur, & maxima
ratione reciperetur, etenim quibus in Regionibus certo
aliquo vitiorum genere frequentius delinquitur, exacer-
bati supplicia debent, & pœnæ, vt minuantur delicta, Bart.
in l. etsi Seuerior, & ibi Salicet. *C. de infam.* Grammat.
vot. 17. n. 15. & 16. vt optimè in puncto ratiocinantur Se-
natus Lituanicus penes Petr. Royz. *decis. 4. n. 343. vers.*
Qua certè lex, &c.

135 Generaliter tamen de delictis † ebriosorum, si quis
plura desideraret, abundè scripserunt Decian. *in tract. cri-*
min. lib. 6. cap. 5. n. 8. & lib. 7. cap. 49. n. 11. Carer. *in prax.*
criminal. titul. de homicid. §. circa n. 22. Farinac. pariter *in*
prax. criminal. part. 1. quæst. 20. n. 51. & part. 3. quæst. 93.
per tot. Mascard. *de probat. conclus. 579. præsertim n. 3. &*
conclus. 1358. n. 9. Menoch. *de arbitrar. Iudic. lib. 2. cas. 328.*
num. 1. 2. 5. & 6. Gomez. *variar. resol. tom. 3. cap. 1. n. 73.*
Couar. *in clem. 1. in initio 3. part. n. 3. de homicid.* Ficard.
consil. 58. præsertim *n. 4 lib. 2.* Andr. Gaill. *obseruat. Imperia-*
lium lib. 2 d. obseruat. 110. n. 24. Mauritius *in tract. de resti-*
tution. in integ. par. 1. quæst. 11. artic. 1. sub n. 2. vbi etiam as-
136 serit ex sententiis Senatus Dolani † maiorem ebriosè con-
sentientem restitutum fuisse in Integrum.

137 Et quod ebriosis † tamquam furiosis concedatur resti-
tutio in integrum tradit Sfort. Odd. *de restitut. in integr.*
part. 1. quæst. 11. sub n. 2. An autem quis teneatur confiteri
peccata in ebrietate commissa videatur R. P. meus Vincen-
tius Candidus Ord. Prædic. (qui vitæ probitatem simul
cum doctrina iunctam habet) *in suis disquisition. moral.*
disquisit. 22. artic. 27. dubit. 5. Sed ad nos.

138 Neque tenere † contractus, & promissiones ebrio-
rum satis notum est, glos. *in can. vnusquisque, in verb. quod*
ebrius 22. quæst. 4. Bald. & Ales. *in l. dolum, C. de dol.*
mal. Cassan. *in consuetud. Burgun. Rub. 1. §. 6. titul. De*
iustices, & droicts de icelles num. 57. R. P. Ioannes del
Hugo *in tract. de iustit. & iur. tom. 1. sess. 2. titul. de donat.*
& promission. vbi insuper subdit, quod licet ebrius per se
139 † contrahere nequat, potest tamen per procuratorem, cui
dum sobrius erat dedit mandatum, & allegat Vasquez
disput. 5. cap. 3.

140 Testamentum pariter conditum † ab ebrio nec valet,
Bald. *in cap. trapala in princip. de vit. & honest. cleric.* Bar-
thol. Traeg. *de crim. par. 6. n. 49.*

Ebrius etiam contrahendo matrimonium, aut sponsa-
141 lia † nihil facit, quia consensu libero, & debita delibera-
tione caret, sic Henric. *in cap. dilectus num. 4. de sponsal.*
S. Antonin. *in summ. 3. part. tom. 1. cap. 19. ante §. 1.* Co-
uarr. *in part. decret. par. 2. cap. 2. num. 9.* Gregor. Lopez
lib. 6. t. 2. par. 2. vrb. Et qua fuere &c.

Quæ opinio à nemine negatur teste P. Sanchez *de ma-*
trim. lib. 1. disput. 8. num. 19. & præter ibi allegatos Do-
ctores addo Dec. *in consil. 112.* vbi late Sebastian. Medic.
in tract. Mors omnia soluit, par. 1. n. 118. Claud. Cantiunc.
consil. 34. per tot. Steph. Caeta *in repetit. can. ad limina 30.*
quæst. 1. §. 4. n. 62. Veracruz *specul. coniug. par. 1. artic. 41.*
vers. quarta conclusio.

142 Vtrum autem contractus gestus † ab ebrio, sit ipso
iure nullus, vel potius veniat rescindendus tractat Fran-
ciscus Viu. *decis. Audient. Baren. 105. num. 2. lib. 1.* vbi
ponit casum secutum in persona cuiusdam Clerici, qui
ad conuiuium inuitatus, per versutiam fuit inebriatus
143 † cùm in vino fuerit posita aqua incannellata, vnde
sic inebriatus, vnicum beneficium Ecclesiasticum
quod possidebat ad fauorem conuiuantium renunciauit.
144 Et subdit ibi Viuius se multos alios † inspexisse,
sic inebriatos, in varios laqueos incidisse æris, & ho-
noris.

Atque in istis casibus est elegans glos. *in l. dolum in*
145 *verb. conuenit, C. de dol.* vbi loquitur † contra præ-
bentes vinum album pro aqua, miscentes vino rubeo,
quam versutiam glos. tribuit Hispanis, & refert Neuiz. *in*
Syl. Nupt. lib. 4. sub num. 60. ibi, conuiuia aliquando
fiunt ad malum, vt illi Hispani dantes vinum album
ad limphandum nigrum, vt bibens fideiuberet pro eis,
& videatur Oldrad. *consil. 84. circa fin. vers.* narrat Io.
quod Hispani volentes habere copiam librorum inuita-
uerunt eum ad conuiuium, & dederunt vinum rubeum
mixtum cum albo, vt inebriatus commodaret eis libros
&c.

Ebrietas quippe sæpe accidit in conuiuijs, vt legitur de
infinitis, & præsertim de Nabale Camelione *lib. 1. Reg.*
cap. 25. Et ideo ex sententia Regis Salomonis, *melius est*
ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii &c. Hinc
Licurgus conuiuiorum apparatus, & mensas lautiores,
veluti cupiditatum inuitamenta sanctionibus inhibuit, vt
refert Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 3. cap. 11.*

Legimus etiam Romanis, qui creatis Ædilibus volue-
runt, vt popinæ, & † ganeatæ opsonia tollerentur. 146
Et Tiberius Claudius Imper. nimias delicias quæ fuerant
C. Caligulæ temporibus substulit, latis legibus, Ipse
etiam sentiens ex conuiuijs, & comporationibus sæpe
sæpius oriri ebrietatem, ideo cauponas, in quibus com-
potari solitum erat, euertit, vetuitque ne caro cocta,
aut aqua calida vsquam venderetur, auctor est Riphil.
in eius vita. Idem quoque præsentiens Nero dum mu-
nere ædilitio fungeretur, ne quid cocti in propinis
veniret, præter legumina, & olera indixisse fertur ab
Alex. ab Alex. *lib. 4. c. 3.* & ex nostris refert Mascard.
de probat. concl. 578. num. 7. Sed relictis hic conuiuijs
tamquam prohibitis, pergam aliqua afferere quoad de-
licta ebriorum.

Et sic an in Irregularitatis maculam incurrant ebrij,
si aliquem mutilent, vel occidant, † quæstio est non 147
parum controuersa inter Doctores, & licet partem
affirmatiuam aliqui substineant, & præsertim Card.
Zabarell. & Imol. *in Clem. si furiosus, de homicid. vo-*
lunt. Tabien. *in summa in verb. Ebrietas, §. 8. num. 9.*
& in verb. Irregularitas 1. num. 5. Siluest. *pariter in*
summa in verb. Homicid. 3. q. 4. num. 5. Villadieg. *in tra-*
ctatu de Irregular lib. 5. c. 48. num. 11. vers. in ebrio, qui ea
mouentur ratione, quoniam ebrietas non † est expressa 148
in d. Clem. si furiosus, pro vt expressum est de furioso,
infante, & dormiente.

Verum contrariam sententiam, nempe quod hoc casu
non sit locus irregularitati, plures † alij Doctores melius, 149
& fortius tenent, & potissimum Bonifac. Vitalin. *in d.*
Clem. si furiosus, de homicid. sub n. 25. ibi, *qui ex nimia*
ebrietate quasi dormiens † cum gladio hinc inde percuteret, 150
& homines interficeret esset excusatus, & non incurreret ir-
regularitatem.

Et refert pridie dum hæc scriberet, quidam ex Cubicu-
larijs Domini sui Cardinalis Neapolitani, qui ita ebrius
fuerat ex commixtione vinorum antiquorum, & nouo- 151
rum, quæ ad summum potauerat, vt iret quasi furibun-
dus discurrens in crepusculo per domum eum ense euagi-
nato fulminando suos ictus contra parietes, & contra
quos reperiebat, itaque omnes à facie sua fugiebant,
licet ad solum terrorem verbalem quem dictus Vitalin. ei
intulit statim quieuerit, & in lectum intrauit, vbi sic
crapulatus vsque in crastinum remansit liberatus, subdit-
que idem auctor, quod tunc iussit eum compeditari, vt
deinceps non sic se inebriaret.

Supradictamque opinionem, vt eo casu clausa † sit 152
ianua irregularitati defendunt etiam Couarr. *in d. Clem.*
si furiosus par. 3. num 4. vers. & ego censeo hunc non
esse irregularem, Nauarr. *in manual. cap. 27. sub num.*
230. vbi inquit contrariam opinionem numquam
ei placuisse, & adde Soar. *de Censur. disput. 46. sect. 1.*
numer. 12. vers. nam communis, Sayr. *in simili tract.*
lib. 6 cap. 17. num. 34. vers. secunda opinio, Auila *in*
eodem tract. par. 7. rubr. de homicid. direct. volunt. sect. 1.
dub. 15. vers. secunda conclusio, Azor. *instit. moral. par. 1.*
lib 7. cap. 33. quæst. 7. Farinac. *in prax. criminal. par. 3.*
quæst. 93. num. 9.

Qui Doctores vnanimi consensu ea mouentur ra-
tione, quia ebrius ebrietate † durante caret vsu ra- 153
tionis, ideoque in eo subest eadem causa excusandi
ab irregularitate, quæ inest in furioso, cum ebrietas
sit comes furoris, text. *est in can. venter 35. distinct.*

naque

itaque cùm hic militet eadem ratio, idem etiam ius sta-
tui debet, vulg. tur.

Quæ opinio procedit etiamsi quis culpa propria
154 immoderatè bibendo se inebriauerit †, pro vt dici-
mus de furioso, vt excusetur ab irregularitate, si furor
quoque ei acciderit ea sua culpa, vt communiter dicunt
Scribentes in *d. Clem. si furiosus*, & præsertim Cardin.
quæst.6.

Ad quam opinionem comprobandam adduco senten-
tiam Beati Bonauenturæ *in senteat. dist.22. art.1. quæst.3.*
155 vbi ait: Nec furiosum, nec † ebrium, quamuis vter-
que eorum sit sua culpa vsu rationis priuatus, posse com-
mittere nouam culpam, sed omne malum, quod duran-
te furore, vel ebrietate factum fuerit, esse circunstan-
tiam, quæ aggrauat furoris, vel ebrietatis delictum,
quem locum in terminis excusandi ebrium ab irregulari-
tate, adducit Alphons. de Castr. *de potestat. leg. pæn. quæst.*
14. & alij plures.

Possent tamen optime saluari Doctores de quibus su-
pra num.147. asserentes ebrios irregularitatem contra-
156 here, † si aliquem mutilent, vel occidant, scilicet esse
intelligendos, quando quis se ebriaret data opera, &
maximè quando sciebat se consueuisse in ebrietate arma
sumere, & homines percutere, atque offendere, ete-
nim tunc ebrius per dictam potationem immoderatam
operam dat rei illicitæ, atque ad occasionem (vt supra
dixi) & sic talis mutilando, aut occidendo efficitur
irregularis, ita egregiè distinguendo tradidit Marian.
Socin. *in cap. ad audientiam, sub num.55. vers. Vnde*
distinguo, §. de homicid. & Couarr. *in d. Clem. si fu-*
riosus eod. titul. sub num.4. vers. Posset quidem vera cen-
seri, &c.

157 Plura alia in hac materia † memoriæ tradiderunt (præ-
ter adductos Doctores) Sebastian. Medic. *in summ. pec-*
cat. part.1. tit.1. quæst.13. & seq. & titul.7. quæst.16. Bona-
cos. *de commun. crimin. in verb. Ebrietas*, Pedraza *in 6.*
præcept. Decalog. in fin. vers. de la Embriaguez, Anton. *de*
Iure script. lib.1. cap.63. Pined. *de Monarch. Ecclesiast.*
lib.2. cap.3. §.4. & in vita S. Ioann. Baptistæ lib.3. art.2.
cap.1. Sayr. *in clau. Reg. lib.1. cap.9. num.4.* Paul. Comi-
tul. *respons. moral. lib.5. quæst.5. num.9.* R. P. Francisc.
Pegn. *olim Rotæ Romanæ Decan. in 3. part. Director. In-*
quisit. schol.17. vers. de eo vere, qui &c. Less. *de Iustit.*
lib.4. cap.3. dub.3. num.5. & seq.

158 Qualiter autem cognoscatur an quis † sit ebrius, vi-
deatur Io. Mar. Monticell. *in repertor. de testib. in verb.*
Ebrietas, & melius Luc. de Pen. *in l. repetita 1. num.7.*
C. de erogat. milit. ann. vbi ad hoc ponit plurima signa.
Et veritas est velle hoc docere arduum, & perdifficile
reputatur, teste Bald. *in cap. à crapula num.1. de vit. &*
honest. cleric. & Innocent. *in cap. causam num.5. de testib.*
159 Ideo sat erit † si talis probatio fiat per indicia, præsum-
ptiones, & argumenta, vt latè prosequitur Mascard. *de*
probat. in verb. Ebrietas conclus.578.

Illudque aduerte testes non probare, quem esse
160 ebrium, nisi etiam non interrogati, † applicent rationes
ad hoc concludentes, nec non sufficientes, vt inquit
Speculat. *in titul. de testib. §.7. numer.27.* Capyc. *decis.*
Neapolitan.159. sub num.36. vers. quia volo probare ali-
quem esse ebrium, aduertitque Rota *in causa Colonien.*
Canonicatus 27. Ianuarij 1627. coram Eminentiss. D. Card.
161 *Vbald.* vbi asseritur, testes † non probare, quem esse
ebrium, si simpliciter dicant, quod ille bibebat.

162 Insuper ex quibus coniecturis arguatur † quem esse
ebrium culpa sua, aut citra culpam suam, scripsit Marius
Salomon. *in repetit. in d. l. lex 1. num.1. ff. de leg.* vbi
163 † multum ponderatur illa qualitas, an quis sit solitus se
inebriari, nec ne.

164 Testes ebrij an ad testificandum admittantur, vel re-
pellantur, & verum probent, nec nè, latè tractat Fa-
rinac. *in tract. de testib. quæst.56. à num.434.* & addo *de-*
cisiones in causa Hispalen. Primitiarum 31. May 1617. co-
ram Eminentiss. D. Cardin. Pamphil. & in causa Elnen.
Canonicatus 6. Iunij 1631. coram R. P. D. meo Ghislerio,
in quibus fuit resolutum, vt ebrietas adimat fidem testi-
165 bus, necessariò † debet probari, quod de tempore exa-
minis essent ebrij &c.

Et hæc dicta sufficiant circa varia vitia; delicta, con-
tractus &c. ebriosorum, restat illud solum, vt ali-
qua subiungam circa multas indispositiones, quas
soler afferre corpori humano vinum immoderatè sum-
ptum, & deindè nonnulla adducam circa magnam
vtilitatem, quæ oriri solet, si illud moderatè suma-
tur.

Nec me latet, aliquem dicturum fore, quia tractatur
de hac materia ebriositatis, ideo me quasi cerebrum ami-
sisse, faciendo tam longam digressionem in tali puncto,
tamen in hoc ex causa ista non desisto ab inceptis, nec in
aliquo turbor, nec moueor, cùm Momis enim, & detra-
ctoribus veluti scorpijs, venenatæ linguæ arcuato vulnere
contra me surgentibus, nihil mihi est negotij, quia sperno
me sperni.

Quis est enim, qui dedignari debeat sequi exemplum
† Magni illius Monarchæ Vrbis, & Orbis, nempe 166
Octauiani Augusti, cui, quando delatum erat, adesse
plures in Ciuitate, qui de eius persona pessimè oblo-
quebantur, forti, infractoque animo aliud responsum
non erat solitus dare talibus delatoribus;

Nisi: quod oportebat † in libera Ciuitate, liberas esse 167
linguas, vt post Historic. ex nostris referunt Benedict. *in*
cap. Raynutius, in verb. duas habens filias num.89. ext. de
testam. & Bartholom. Cassan. *in Catalog. Glor. Mundi*
post 5. considerat.6. circa med. vers. Pariter Octauianus
detrahentibus ei. Vbi etiam refert de Cæsare, † quod 168
omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum
reminisci, &c. O vir in hoc exemplarissimus, quamuis
gentilis ante Euangelium.

Vtinam enim dum hanc prouinciam sumpsi tam acri-
ter exprobandi pessimum vitium ebrietatis, si quis
(quod non credo) ebrietatis valde deditus esset, forti-
retur mihi sicuti accidit Senocrati Philosopho, sed iam
sentio auribus meis susurare antiquum illud vulgatum;
quod:

Condire scitè non omnibus datum est.

Narrat enim Diogen. Laetz. *in vita d. Senocratis Philo-*
sophi, & discipuli Platonis, quemdam iuuenem Athe-
niensem Polemum nuncupatum, qui valde solitus erat se
inebriari, & cùm semel dum temulentus erat, & ambu-
lando in via, nesciensque quo iret, casu cùm ianua loci
vbi legebat d. Senocrates esset aperta, ibi intrauit, &
tunc Senocrates talia, ac tanta perorare cœpit contra vi-
tium ebrietatis, & de laudibus vitæ moralis, vt tunc Po-
lemus longum vale dixit ebrietati, & insuper sic in poste-
rum vixit, vt summa virtutis integritate spectabilis fuerit,
& inter Philosophos fama gloria valde claruerit.

Sed de his hactenus, nam vbi deficiunt vires est ta-
men laudanda voluntas, & aggrediendo propositam ma-
teriam, aduertendum est, eos, qui immoderatè biben-
do sectantur ebrietatem, † sentiunt imbecillitatem, & 169
debilitatem membrorum, quia vinum sic sumptum inte-
riora consumit; hinc cecinit Virgil. Poetarum gloriosus
Coripheus *in suis Epigram.*

Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi.

Nam abundantia vini † molestias ingerit, infirmita- 170
tes generat, & computrescere facit corpus humanum,
illudque macerat ægritudine diurna, & ex sententia Ga-
leni viri doctissimi interpretis Hipocratis, dicti bibones
† non possunt iudicari sani, nec viuere possunt diu. Idem 171
pariter asserit Aristot. *in problemat. sect.30. vers. hi tamen*
parum suæ valetudinis consulunt &c.

Asserit etiam Hypocrates *in aphorismis*, & post eum
ex nostris refert Hollien. *in summa in titul. de temp. ordi-*
nand. sub num.17. in fin. tales in paralysim, † & pessi- 172
morum morborum genera erumpere, nisi citò quæ im-
pleuerint ablatione sanguinis minuantur, & optimè id
discutitur in *can. nihil enim, & in can. ne tales vers. Hip-*
pocrates in aphorismis docet, &c. distinct.5. de consecrat.
vbi etiam asseritur, quod ciborum temperantia salutem,
abundantia verò contrarium parit, &c. Hinc vt apud
Alexandrum in quadam epistola Didymus scribit, & ex
nostris refert Cagnol. *in tract. de vita, & regim. Princip.*
quod Brachmani, puram, & simplicem vitam ducunt,
nullius rei capiuntur illecebris, nihilque plus appetunt,
quam naturæ ratio flagitat, nullaque præterea apud eos
morborum genera, nullus medicinæ vsus adest, quia so-
brietas ipsa est medicina &c.

Vnde text. *in can. ne tales, distinct.4. de consecrat.* in-
uitando nos ad sobrietatem perbellè asserit, ibi, Ho-
lerum, pomorum, † ac leguminum, & facilior est 173
apparatus, & arte, impendijsque coquorum non indi-

get, & sine cura substenerit corpus humanum, moderate-
que sumptus, quia nec auidè deuoratur, nam irritamenta
gulæ non habet, leuiorique digestione concoquitur,
&c.

Sed redeundo ad atra mala, quæ oriuntur ex vino
immoderatè sumpto, dic quod & peius est nonnum-
quam vinum immoderatè sumptum causa est suffocatio-
374 nis, (quod Deus auertat) † & subitaneæ mortis, quia
ventriculis cerebri, & omnes venas replet, vnde nul-
lum spatium, vel locus restat, per quem calor natura-
lis dilatetur, sicuti videmus, vt supra dixi, in lucerna,
375 quæ si † funditus oleo impleatur, lumen ipsum suffocat.
Itaque non sine causa apud Isaiam *cap.5.* dicitur, *Væ, qui
potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscen-
dam ebrietatem, &c.*

176 Et Sancta Mater Ecclesia vix orat † pro peremptis
in ebrietate, dicente Apostolo: *Ebriosi Regnum Dei
non possidebunt, &c.* atque in hoc est text. expressus
in cap. Audiuimus, de venerat. Sanctor. ibi, *Cum vix
pro talibus in ebrietatibus peremptis Ecclesia permittat
orare, &c.* & videatur Iacob Zocch. *in tract. de Ie-
iun. num.*36. & Pauin. *in tractat. de visitat. par.2. quæst.*10.
*num.*102.

Quot enim malorum sit causa ebrietas, verbis con-
sequi facilè nequit, ad quæ oculum habendo antiqui,
177 † vinum sub nomine veneni appellarunt, vt asserit
Isidor, & post eum refert Luc. de Pen. *in l. medios,
C. de suscept. & præposit. lib.*10. *n.*7. *vers. vinum veteres
venenum appellabant.*

Et conducit text. *in can. vinolentum* 35. *distinct.* vbi S.
178 Hieronymus admonet † Moniales, vt caueant ab vsu
vini, tamquam ab ipso veneno, ibi, *Sponsa Christi vi-
num fugiat, vt venenum, &c.* idem etiam commonefacit
Io. à Capistrano *in repetit. cap. à crapula sub num.*4. ibi,
*Moniales debent fugere vinum tamquam venenum, &c. de
vit. & honest. cleric.*

Videatur pariter Ioannes Molanus *in tract. de Cano-
nicis lib.*2. *titul.*18. vbi postquam affirmauit vinum
179 esse venenum, insurgit contra † illos de Clero, qui
cogunt alios Confratres ad æquales haustos bibendum,
contra decretum Concilij Lateranensis edit. sub Inno-
cent.III. Patrum 1215. cap.15. ibi; *Vnde illud absur-
dum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdam
180 partibus ad potus † æquales suo modo se obligant, potato-
res, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat,
& calices fœcundiores exhaurit, si quis autem & quæ se-
quuntur, &c.*

Ruminandum venit etiam cur à Sapientissimo Re-
181 ge Prouerb. cap.31. dictum sit, † *Noli Regibus, ò La-
muel, noli Regibus dare vinum, &c.* & apud Athe-
nienses ex Solonis instituto, si Principem ebrium
esse animaduertebant, morte mulctabant, vt auctor
est Cel. Rhod. *lib.*28. *cap.*21. atque Laertius *in vita So-
lonis.*

Veritas tamen est, loquendo, quoad Ecclesiasticos, si
182 omnibus Christi fidelibus † ebrietas procul fugienda est,
viris tamen Ecclesiasticis summopere abominabilis esse
debet. Nam inter Clericorum ornamenta collocatur
183 pulcherrima illa † sobrietatis virtus, & quare vide
S. Thom. 2. 2. *quæst.*189. *artic.*4. cùm ignominiosum
184 sit Clericis † effluere epulis, inter quas difficulter
potest seruari pudicitia, text. est elegans, & expressus
in can. Ecclesiæ principes 35. *distinct.* Hinc S. Augusti-
185 nus (vt refert in eius vita Possid.) in patria † sua
penitus ad conuiuium numquam ire voluit, oportet igi-
186 tur moderatis epulis contentos † esse Sacerdotes, vt ad-
monet eos Eutych. Papa *in cap. fin. Concil. Carthaginen.*
187 & hoc etiam ea de causa, vt Laicorum † incontinen-
tiam, & immoderationem valeant arguere, Guill. Du-
rant. *de mod. generat. Conc. celebr. rub.*36 *per tot.*

Egregiè quidem fuit dictum illud Tubæ Romani Elo-
188 quij, scilicet: *Ardeat Orator,* † *si Iudicem velit incen-
dere, &c.* quasi dicere vellet; si Aduocatus in animo
habeat accendere, & mouere Iudicem, oportet vt ipse
189 † prius sit iam accensus, alias intentum suum frustra-
torium erit. Vnde ad propositum nostrum, si Eccle-
190 siasticus aliquis vitam sobriam, & Euangelicam † non
duceret, qua fronte poterit inuitari, & incedere lai-
cos ad eam peragendam, cùm (vt inquit Cassiodo-
191 rus) iniquum est bona præcipere, † & talia non agere.

Hinc Sacrosanctum Concil. Tridentinum *sess.*25. *cap.*1.
de reformat. zelanter rogat Episcopos, aliosque Eccle-
siasticos, † ut vitam exemplarem ducant, rationem 192
illam pulchram expendendo, ibi, *factis etiam ipsis, ac
vita actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam præ-
dicandi genus, &c.* Nam secundum Senecam *epist.* 6. *ho-
mines † magis oculis credunt, quam auribus,* Sed ad 193
nos, si ebrietas in Laico crimen est, in Clerico ta-
men erit sacrilegium, † quia alter animam suam 194
necat, alter spiritum sanctitatis extinguit, secundum
Petr. Rauen. *in quodam serm.* Et quod ebrietas sit maius
peccatum in Clerico, quam in Laico, arguendo pro, &
contra, concludit Card. Turrecrem. *in can. ante omnia
distinct.*35. *num.*3.

Quare à iure seuerè inhibitum est Clericis in ebrie-
tatis vitium prorsus incidere, & in hoc habetur *canon.
Apostolic.*42. quod allegatur à Gratian. *in can. Episco-
pus* 45. *distinct.* & hinc sedulo † inuigilarunt, diuer- 195
sasque pœnas inobedientibus imposuerunt plura sacra
Concilia, & ideo videatur *Concil. IV. Generale Constan-
tinopolit. cap.*50. *Concil. Agatense can.*41. *Concil. Turo-
nense I. cap.*2. *Concilium Veneticum sub Leone I. vel
Hilario. Concilium Foroiuliense cap.*3. *Concil. Turonense
III. cap.*48. *Concilium Cabilonense II. cap.*10. *Conci-
lium Moguntinense I. can.*46. *Concil. Aquisgranense II.
cap.*6. *Concilium Oxoniense in Anglia cap* 26. *Concilium
Coloniense III. par.*2. *cap.*24. *Concilium Treuerense I.
cap.*1. *& Concilium Lateranense generale sub Innocen-
tio III. cap.*15. & si singula verba horum Concilio-
rum in hac materia haberi desiderantur, ea ponun-
tur à Petro Crespet. *in eius summa Cathol. Fid. in verb.
Ebrietas.*

Qualiter autem puniatur Clericus non abstinens se à
† crapula, & ebrietate, text. *est in cap. à crapula de vit.* 196
& honest. cleric. vbi statuitur, talem clericum esse suspen-
dendum ab officio, & beneficio, & quemadmodum
† miles armatæ militiæ deletur ex albo militum propter 197
ebrietatem, *l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re mili-
tar.* ita dici potest de milite cœlestis militiæ, cui magis
† conuenit sobrietas, & abstinentia, videatur Pla. *in* 198
*epitom. delict. cap.*30. *n.*4. Camill. Borell. *in summa omn.
decis. titul.*11. *à num.*27 Farinac. *fragment. criminal.
par.*1. *litera C. num.*246. Didac. Canter. *quæst. criminal.
cap.*4. *de homicid. num.*6.

Eaque de causa sancitum reperimus, † consuetum 199
inebriari minimè posse sacris ordinibus insigniri, vt pro-
bant text. *in can. Episcopus, aut presbyter* 35. *distinct.*
Rebuff. *in prax. beneficial par.*2. *titul. de Cleric. ad sacros
Ordines male prom. glos.*4. *n.*8. Salzed. *in addit. ad prax.
Bernard. cap.*80. *litera A, vers. vnde,* Cened. *ad Decret.
collectan.*33. *n.*4. Farinacc. *d. litera C. num.*252. Barbos.
*in collectan. iuris Canonic. ad cap. à crapula n.*2. *de vit. &
honest. cleric.*

Quomodo verò puniatur Episcopus, vel Clericus,
† qui ob ebrietatem Sacrosanctam Eucharistiam euomit, 200
statuit text. *in can. si quis per ebrietatem, de consecrat.
distinct.*2. & declarat Menoch. *de arbitrar. Iud. lib.*2. *cen-
tur.*5. *cas.*405. *per tot.*

Restat modo aliqua, vt promisi, adducere circa
effectus, & maximas vtilitates, quæ ex vino mode-
ratè sumpto, vberrimè hauriuntur; etenim licet † ebrie- 201
tas Diaboli sit, vinum verò Dei est, vt inquit S. Io.
Chrysostom. *in Homil. ad Antiochenos,* & ex nostris
refert Hieronym. Gig. *in tract. de crimin. læs. maiest. quæst.*
50. *num.*9.

Nam vinum donauit nobis Deus ad † lætitiam cor- 202
dis, & ideò Sapiens *in Ecclesiast. cap.*11. adhortatur, vt
cum gaudio bibamus vinum, & Regius Prophet. *in
Psalm.*103. testificatur, vinum lætificare cor hominis,
&c. quod & refert glos. *in l. si vinum, in verb. ad
degustationem vers. quia vinum lætificat cor hominis, &c.
ff. de pericul. & commod. rei vendit.* egregiè etiam
Plato restatum reliquit *in* 2. *lib. de Legibus,* quod
à Deo vinum contributum fuit hominibus quasi opti-
mum præsidium conseruandi senectutem, quod eam
reiuuenescere facit, & abolere valens est mæsti-
tiam.

Igitur vinum moderatè sumptum, (& prius loquen-
do de commodis, quæ affert animo) reddit hominem
benigniorem, & fideliorem, animam dilatat, spiri-

tus

203 tus excitat, † intellectum clarificat. Vnde scribit Ruffus, Persianos, & Elnos solitos fuisse vinum bibere,
204 quando disputare, vel disserere † intendebant, de re summi ponderis, vel quando aliquod graue consilium reddebant;

Item vinum sumptum, vt dixi, solicitudinum, angu-
205 stiarum, laborum, dolorumque dulciter † memoriam delet, claudendo ianuam mœrori, atque tristitiæ, eamque aperiendo lætitiæ, nec non iucunditati. Vnde Tibull. Poeta *lib. 1. eleg. 7.* ita cecinit.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Mouit & ad certos nescia membra modos,
Bacchus, & agricolæ magno confecto labore
Pectora tristitiæ dissoluenda dedit,
Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert,
Crura, licet dura compede pulsa sonent.

Et Horatius Poeta lib. 1. de art. amand. ita etiam scriptum reliquit.

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos
Cura fugit . . . .

Et paulò post subiungit.

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.

Perbellè pariter asseruit Socrates, quod vinum animos irrigans tristitias, & dolores, quemadmodum Mandragoras sopit, & hilaritatem sicuti oleum, flammam excitat, plantarum quoque exemplo, quæ, temperato imbre, & leni aura perflatæ rectè augescunt, & florent, adque frugem perueniunt.

Vinum insuper testimonio grauissimorum Phisicorum
206 infra citand. vitia ipsa, † quod mirabile est dictu, transmutat in virtutes, commutando hominum impietatem in pietatem, auaritiam in liberalitatem, superbiam in humilitatem, negligentiam in solicitudinem, taciturnitatem in facundiam, ineptiam in astutiam, & tandem conducit mentem humanam à potentia ad ipsum actum, testeque Plutarcho, vinum charitatis fœcundissimum esse, metum abijcere, hilaritatem afferre, &c.

Vtilitates verò, quæ affert corpori humano vinum moderatè sumptum quidem non paruæ considerationis sunt. Quoniam (vt affirmat communis Schola DD. Physicorum) confert nutritionis, resistit putredini,
207 † adiuuat concoctionem, digestionem, & generationem sanguinis, incidit flemmas, calorem naturalem confortat, & illum per totum corpus extendit, cholericos humores temperat, excitat appetitum, restaurat conualescentes, impinguescit extenuatos, prouocat sudorem, & vrinam, aperitque viam superfluitatibus, & tandem sanitatem amplè custodit.

Quare Antiqui meditando tàm egregias, optimasque vtilitates, & commoda, quę operatur in corpore huma-
208 no vinum moderatè sumptum, iure optimo † illud nuncupatunt Theriacam Magnam, quia habet naturam prę-
209 seruatiuam naturæ proficuam, nam vinum † calefacit corpora frigida, & infrigidat calida, sicca humectat, & humida extenuat.

210 Atque, vt Galenus ait, vinum † naturalem humorem recreat, calorem fouet, vtrumque contemperat.

Nec in totum inconueniens putarem, si hic subnecterem, reiectam esse tamquam hæreticalem opinionem illam Seueri, à quo, & hæretici Seueriani ignominiosum initium traxerunt, qui Seuerus docuit, non licere vllo
211 pacto † bibere vinum, eò, quia fabulosa quadam vanitate (vt S. Augustinus ait) dicebat de Satana, & terra geminasse vitem, contra quam hæresim plures Doctores Catholici pugnant, & præsertim Sebastian. Medic. *in summa omnium Hæresum in prima part. in verb. Vinum, & vini vsus, quando incœperit*, Albar. Pelag. *lib. 1. de planctu Ecclesiæ cap. 36. col. 5.* & ex nostris de prædicta hæresi mentionem facit Petr. Cened. *in collectan. Iuris Canonici collect. 33. sub n. 4. vers. aduersus Seuerum hæreticum, dicente, non licere bibere vinum &c.* & addo Alphons. de Castr. Minorit. *in tract. contra omnes hæreses, in verb. Vinum*, vbi circa medium loquendo in terminis nostris sic præcisè differit.

Et certè (vt candidè loquar) hæc hæresis non
212 solum † nocet animæ, sicuti & quælibet alia, sed etiam nocet corpori, quia etsi vinum immoderatè sumptum multùm noceat, moderatè tamen potatum plurimas corpori præstat vtilitates, & alia ibi adducit &c.

Optimèque arridet dictum Sapientis in Ecclesiast. *cap.*
31. Quod est sanitas animæ, † & corporis vinum moderatè 213
potatum, & rursus, *Sanitas est animæ, & corpori sobrius potus*, & hinc etiam Cato inter alia eius aurea documenta illud relinquit,

Hoc bibe, quo possis, si tu vinis viuere sanus.

Idest bibe, † quantum natura tua exigit. Si verò plu- 214
ra, præter supra relata in hac materia haberi desiderantur, consulendus est Plin. *histor. natur. lib. 23. cap. 1.* Io. Baptista Confalonier. *in Libello de natura vini*, Albertan. *in lib. vlt. de temperantia*, Andreas Bacc. *lib. 2. Histor. vini*, Baldassar Pisanel. *in tract. de natura ciborum, & potus, titul. de vino, & suarum legum, & effectuum*, Io. Flauius *in tractat. de vino, & aceto, eorumq; effect.* Castor Durandus *in Thesauro sanitatis titulo de vino moderatè sumpto*, & ex nostris nonnulla adducunt Neuiz. *in Sylu. Nuptial. lib. 4. numer.* 60. Ioan. Guttier. *canonic. quæst. cap.* 4. Barbos. *de offic. & auctorit. Episcop. titul. 2. glos.* 11. Prosper Rendell. *in tract. de vinea, vino, & vindemia titul. de commerc. vini*, & omnium melius Petrus Lenaudet. *in tract. de priuileg. Doctorum lib. 1. qu. 62. à numer.* 100. Vbi etiam quæritur, quæ, & quot sint qualitates boni vini. Vnde versus Scholæ Salernitanæ adducitur, scilicet,

Si bona vina cupis, hæc quinque probantur in illis
Fortia, Formosa, Fragantia, Frigida, Frisca.

Et addo, quod vinum † vetus melius est quàm nouum, 215
l. cum quid, ff. si cert. petat. & ibi Alciat. *num.* 8. vbi plura de vino veteri, & videatur Plin. *histor. natural. lib. 14. ca. 4. & 6.*

Itaque Plautius in prœm. Cassinę dixit.

Qui vtantur vino veteri, Sapientes puto.

Et S. Hieronym. *in præfat. super Pentatea.* eleganter in-
quit, *Vinum † eò antiquius, eò pretiosius, &c.* Quare 216
Horatius Flaccus Poeta celeberrimus, inuitando ad secum
cœnandum Equitem Mecenatem, † vt eò libentius acce- 217
deret, asserit se habere vinum vetus Albani supra nonum annum.

Et mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus.

Ex vino enim veteri, † illud est optimum, quod in dolij 218
medietate consistit, nam vt inquit Machrob. Saturnal. *lib. 7. ca.* 12. pars vini suprema aeris vicinitate corrumpitur,
pars inferior, admistione fecis, † deterior est, & sic potest 219
declarari dictum Bart. *in d. l. cum quid, ff. si cert. pet.* vbi
ait, quod tutor non debet † dare familiæ pupilli vinum 220
vetus, quia Bart. loquitur (vt eum intelligit Thom. Act. *in tract. de Ludo Schacor. q. 1. n. 24.*) de illo vino veteri, quod in dolij medietate consistit.

Quando autem vinum † nouum incipi debeat potari, 221
& dic in primo die Mensis Nouembris, text. est *in l. iubemus, vers. à Nouembri mense, &c. C. de erogand. milit. ann. lib.* 12. ibiq; Bart. & hoc tamquam singulare dictum notat Ludouic. Romanus *singul.* 380. *incip. Scires en mihi probare per legem, quando vinum nouum sit potandum, &c.*

Vbi etiam *numer.* 2. testatur, quod super hoc fuit in-
terrogatus Bald. † à Duce Mediolanensi (qui Bald di- 222
cebatur omnia iura scire) an sciret quò tempore sit
potandum vinum nouum, ipse bene reperit † supra- 223
dictum textum, & subdit Romanus, quod Bald. id reperit, quia studebat, sed tu, qui non vis studere, non reperies.

Quoties enim in † refectione sit bibendum, de hoc 225
etiam adest textus expressus *in can. quando 44. distinct. in fine*, ibi, *vltra tertiam vicem poculum non contingant*, & notatur *in cap. interfecisti 2. de homicid.* ibiq; glos. *in verb. Temperatè.*

Vnde arridet dictum illud Apulei *lib. 4. floridor.* & ex nostris refert Lucas de Penn. *in l. temperent 4. sub numer. 2. C. de vestib. olobor. lib. 9.* scilicet, quod Primum
† poculum ad sitim pertinet, Secundum ad hilarita- 226
tem, Tertium ad voluptatem, Quartum ad insaniam &c.

Sed veritas est, quod in hac materia non ita fa-
cilè potest dari certa regula, † cùm id sit reducen- 227
dum, ad qualitatem complexionum, & temporum.

Illud-

Illudque addam; & deferuiet pro fine huius longi di-
uerticuli, adducendo paternum illud monitum S. Gre-
gorij Papæ, qui, inquit, in esu, & potu, ita esse ca-
228 uendum, sicuti † quando cythara temperatur, nam
in lib.20. Moralium cap.31. sic ait. Pensandum est, quod
corda in cythara, si minus tenditur non sonat, si amplius,
raucè sonat, &c. Et S. Augustinus in lib. de salutarib. do-
229 cum. cap. 37. ita perbellè ait, Bibamus † ergo non quan-
tum gula exigit, sed quantùm natura imbecillitas postu-
lat.

Sed vt longo iure postliminij redeam ad propositam
materiam, scilicet circa consuetudinem irrationabilem,
& rationabilem, de qua supra numer.46. si plura exem-
230 pla irrationabilis † consuetudinis haberi desiderantur,
examinentur text. in cap.2. de probat. & in cap. ad no-
stram eodem tit. & in cap. cum decore, de vit. & honest.
Cleric. & in cap. exstirpanda, & in cap. fin. de praben.
& in cap. constitutus, de fideiuss. & in cap. aqua de con-
secrat. Eccles. vel Altar. & in cap. quante de consuet. &
in cap.1. de cler. non resid. in 6. & in cap.1. de cler. agrot.
in 6. & in cap. 1. de consuetud. in 6. & in cap. 1. de Cappell.
Monach. in 6. & in cap. quamquam, & in cap. fin. de cen-
sib. in 6. & in c.1. de bigam. in 6. & c.1. de inior. & damn.
dat. in 6. & in c.1. de prab. in 6. & in cap. si Episcopus, de
pœnit. & remiss. in 6. & in cap. cum non deceat, de elect. in
6. & in clem. statutum, de elect. Et de iure ciuili in l. 1. in
princ. ff. de vsur. & in l. eos C. eodem, & in auth. habita,
C. ne fil. pro patr. & in auth. nauigia, C. de furt. & in auth.
omnes peregrini, C. comm. success. & in auth. cassa, C. de
sacrosanct. Eccles.

231 Et generaliter potest dici, † illam esse consuetudinem
irrationabilem, quando super ea, lex fieri non posset,
vel si adesset tanquam iniusta delenda veniret, quia
degneraret ab eius natura, sicuti è contra, & dicam in-
fra.

232 Exempla verò rationabilis consuetudinis, † si quis ha-
bere etiam vellet, perquirantur text. in cap. certificari,
de sepultur. & in cap. super eo, de cognat. spiritual. & in
cap. cum omnes, de constit. & in cap. primo, de Cler. agrot.
& in cap. ex parte, de concess. prebend. & in can. de trina,
de consecrat. dist. 4. & in can. primo 16. distinct. & in can.
vtinam 76. distinct. & in can. pudenda 24. distinct. Atque
de Iure Ciuili text. est etiam in l. item eorum in princip. ff.
quod vniusque vniuers. nom. & in l. si fine, §. Lucius, ff. de
administ. tutor. l.3. §. non tantum, ff. quod vi, aut clam,
& in l. non tantum, ff. de decur. & in l. semper, §. Legem,
ff. de iur. immun. & in l. fin. C. de testam. & in l. missi opi-
natores, C. de exact. tribut. lib. 10. & in l. prima C. de pe-
tit. bon. subl. eodem lib. 10. & in l. si fundus, ff. de euict.
& in l. cum delationis §. asinam, ff. de fund. instruct. & in
l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. & in l. vel vniuerso-
rum, ff. de pign. act. & in l. excepta C. locat. & in l. si Pu-
blicanus in fin. ff. de public. & in l. parabolani, ff. de Epi-
scop. & Cler. & in l. 1. §. 1. ff. de vent. inspiciend. & in §.
Pauonum, instit. de rer. diuis.

Et generaliter potest asseri, quod consuetudo tunc po-
233 test dici rationabilis, & rationi congruens quando † de
ea re, de qua est consuetudo, iusta esset lex denuò edita
priori motata, si qua esset, vel minimè mutata, quan-
do nulla existebat, vt tradit Syluest. in summa in verb.
Consuetudo, quæst. 1. Sot. de Iustit. quæst. 3. artic. 5. vers.
quam vero longum, &c. & aduertit Senatus Pedemontanus
penes Thesaur. decis. 225. num. 13. vers. Vnde si hoc lege
decerni posset, non video quare, idemque consuetudini non
sit tribuendum, &c.

234 Et non incogniti iuris est, † legem, & consuetudi-
nem pari passu ambulare, vt sunt plures textus, & præser-
tim in l. 2. ibi, secundum leges, moresque locorum insi-
nuentur, ff. quemadmod. testam. aperiant. & in l. fin. ibi,
quibus hoc facere, vel ex legibus, vel ex longa consuetu-
dine permissum est, C. de emancip. liber. & in auth. sube-
mus in fin. ibi, legibus, & moribus consonantem, C. de iud.
& in cap. cum venissent, ibi, secundum ius, & bonam ter-
ræ consuetudinem ext. de eo, qui mittit in possess. & facit
etiam l. 1. C. de seruit. & aqu. & l. circa, C. locat. & l. an in
totum, vbi glos. allegat. concord. C. de ædific. priuat. & can.
in his distinct. 11. & latè tradunt Canonistæ in cap. Clerici,
vbi Abb. in 3. notabil. de iudic. & declarat Bald. in l. 2. sub n.
4. C. quæ sit longa consuet. & dixit Rot. cor. b. me. Remboldo
in causa Tiburtina iuris Molendi 4. Iulij 1614.

Ergo si pari passu ambulant, finis consuetudinis † de- 235
bet esse sicuti finis legis, cuius præcipuus, & particularis
est, humanas actiones quantùm in se est ad æternam † fœ- 236
licitatem, & salutem dirigere, vt docet S. Thom. in 2.
part. quæst. 90. artic. 2. & ex eo probat Suarez in tract. de
legib. lib. 1. cap. 7. n. 5. & ex nostris refert Fortunat. Garz.
in tract. de vlt. fin. Iur. Canonic. numer. 3. & ratiocinatur
Rota coram Eminentiss. D. Card. Verospio in causa Barchi-
nonen. Statuti 3. Martij 1636. est decisio 107. num. 16. vers.
præcipuum, & particularem finem legis, &c. tom. 3. à me
select. alias part. 7. recent. & addo id, quod præclarè dixit
Plato lib. 1. de Legibus, ibi, Oportet † vt Legumlator eum 237
sequatur ordinem, vt semper humana ad diuina referantur.
Et S. Augustinus in lib. 2. de Ciuitate Dei, ait, † omnium 238
legum inanem esse censuram, nisi diuinæ legis imaginem ge-
rat.

Quare si consuetudo esset nutritiua peccati, quia de-
generaret à sui natura sequendi legem, ideò † tunc non 239
consuetudo, sed benè corruptela nuncupari posset, iuxta
text. in cap. cum venerabilis 7. de consuetud. & in cap. quia
in omnibus, de vsur. & in Clem. ex graui 1. eod. titul. &
can. mala autem consuetudo 8. distinct. text. est etiam in auth.
vt null. Iud. §. 1. & in cap. 1. in fin. de alien. feud. & cap. 1.
de cogn. feud. & dixit Rota coram bo. me. Remboldo in cau-
sa Brixien. Thurificationis 16. Martij 1626. §. Nec obstat
asserta consuetudo, quia potius abusus, & corruptela, &c.
& coram clar. mem. Reuerendiss. Merlino in causa Romana
vsurarum 13. Iunij 1629. vbi, quod abusus, & corrupte-
la, † & non consuetudo dicitur illa, quæ est nutritiua 240
peccati, &c. & recentiùs in causa Fanen. Commenda 6.
Februarij 1640. coram Reuerend. P. D. meo Dunozetto De-
cano, §. Non obstant testes, vers. ista est corruptela, &
ideo non attendenda, &c. & congruè addo glos. in cap. ad
hæc in verb. celeri, ext. de rescript. vbi inquit quod malæ
consuetudines † sicuti putridæ carnes resecandæ sunt. 241

Et aduerte, talem consuetudinem, seu abusum, & cor-
ruptelam tractu † temporis quantumuis immemorabilis 242
minimè firmari, vt constat ex relatis in causa Forosem-
pronien. bonorum 4. Martij 1641. coram Reuerendiss. P.
D. meo Rotas, §. Consuetudo si quæ adesset immemora-
bilis, tamquam legibus contraria, & illicita non potest
obstare &c. & facit illud vulgatum dictum: Si male sit
vsus, numquam præscribit abusus, imò quantò ma-
gis est longæua, tantò studiosiùs, & radicitus extir-
panda, & damnanda venit, cùm tanto † sint grauio- 243
ra peccata, quantò diutiùs infelicem animam detinent
alligatam, vt in his terminis traditur in cap. cum tanto,
vltim. de consuetud. & in cap. cum in Ecclesiis de vsur. &
in cap. cum habere de eo, qui dux. in matr. quam poll.
&c. & in cau. flagitia 32. quæst. 7. & aduertit Rota co-
ram Eminentiss. D. Card. Vbald. in dict. causa Craco-
uien. Iuris legendi decis. 265. numer. 20. vers. cum tantò
sint grauiora peccata &c. part. 5. recent. & coram bon. me-
mor. Buccabella in causa Aesina bonorum 13. Martij 1637.
§. Quod visum fuit procedere, &c. vbi dicitur in casu,
quo consuetudo est illicita, † & irrationabilis etiam- 244
si sit immemorabilis non attenditur, immò quanto
magis est diuturna, eò minus valida censenda est,
iuxta text. in dict. cap. fin. de consuetud. & ibi Roch.
conclus. 5. limit. 5. versic. consideratur, Ruin. consil.
155. numer. 48. & consil. 156. sub numer. 81. post med.
vers. & hoc etiam procedit, lib. 4. Paris. cons. 27. numer.
49. & seqq. lib. 1.

Diuturnitas enim temporis † peccatum non minuit, 245
sed augumentat, cap. non satis, de vsur. Et licet anti-
quum tempus, cuius initij memoria † non extat, tituli 246
legis, & priuilegij vim obtineat, l. hoc iure §. ductus
aqua, ff. de aqu. quotidian. & æstiu. l. 1. in fin. ff. de aq.
pluu. arcen. l. fin. C. vectigalia nou. institui non poss. cap.
super quibusdam, §. præterea, ext. de verb. signif. can. con-
tra morem 100. distinct. can. mos antiquus 65. distinct. ta-
men semper vanum † erit, velle asserere à temporis vetu- 247
state consuetudinem malam robur accipere posse, quia id
falsum est, & clamat text. in §. 1. Auth. vt nulli iud. & in
cap. fin. de consuetud. in 6. cum alijs adductis à Signorol.
cons. 50. num. 9. & à Ruin. cons. 155. n. 12. lib. 4. & a Paris.
cons. 27. n. 52. lib. 1.

Et optimè potest asseri malam consuetudinem esse † 248
ad instar falsæ monetæ, quæ impuritatem, & improbam
ligam tractu temporis potius prodit, quam tegat,
&oc-

& occultet. Benè tamen semper erit, statim quod pul-
249 lulat aliqua † corruptela, seu abusus intempestinè, ei oc-
currere, quia aliquando nisi statim comprimatur in priuile-
250 giorum ius ab improbis assumitur, † & pro lege obserua-
tur, & postea incipiunt præuaricationes, &c.

251 Et ideò † ad officium Superioris spectat celerrimè ob-
252 uiare ne mala consuetudo radices producat, † quia post-
quam diu inualuit, quodammodo conuertitur in naturam,
253 cùm consuetudo sit † altera natura, & consuetudo vincit
ingenium, & artem, vt dixit Iacob. de S. Georg. *in l. de qui-
bus in fin. ff. de leg.* & sicuti inquit Aul. Gell. *noct. attic. lib.*
254 *2. cap. 12.* Consuetudo est Domina † omnium rerum.
Quare si sit mala, Mundi Tiranna efficietur nisi illico op-
primatur, atque super hoc valde exclamat text. *in can. re-*
255 *secande 24. q. 3.* ibi, Arrius in Alexandria vna † scintilla
fuit, sed quoniam non statim oppressus est, per totum Mun-
dum eius flamma populata est, &c. Et benè dicebat B. Hie-
ron. atq; ex nostris refert Bellam. *in cons. 40. sub n. 24.* ibi,
256 Hostis † dum est paruus, † interfice eum, &c. & facit illud
adagium. De fumo, ad flammam, & verissimum est illud a-
257 liud. Malum † capit vires eundo. Contra consuetudinem
enim certare est bellum tale, vt raro de ea triumphetur.

Quando igitur ageretur de laborioso opere extirpandi,
ac euellendi antiquam aliquam prauam consuetudinem,
258 seu † corruptelam, seruari debet modus, *de quo in can.
commessationes 44. distinct.* ibi, Itaque priùs monebuntur
spirituales, & aut spiritualibus proximi, quorum autho-
ritate, & lenissimis quidem, & instantissimis admonitio-
nibus cætera multitudo frangatur, &c.

259 Et iste casus, † in quo Archiepiscopus habet iurisdictio-
nem in Diœcesi suffraganeorum suorum, scilicet ad extir-
pandam malam consuetudinem, quę est generalis in pro-
uincia sua, text. notabilis est *in cap. ex frequentib. ext.* ibi,
Vnde cùm tu frater Archiepiscope ex officio tibi commisso
tanquam iniquam consuetudinem de prouincia tua velis
(sicut debes) radicitùs extirpare, ideo, &c. *ext. institut. & in
c. in tantum*, ibi, prauam illam consuetudinem de tua pro-
uincia studeas abolere, &c. *ext. de simon.* & vt prædicta
opinio habeat locum quid requiratur, doceat Ostien. *in c.
1. de supplend. neglig. Prelat. in 6. & in c. ad exstirpandas,
§. fin. de fil. presbyt.* & ibi Butr. & Abb. & est casus in quo
260 † inter Laicos Episcopus habet iurisdictionem, scilicet, vt
à prauis consuetudinibus cohibeantur, vt inquit Abb. per
text. *in cap. ad apostolicam de simon.*

Et non esset nouum asserere, quod ex varietate tempo-
261 rum, & locorum, † consuetudines, nec non statuta contra
ius commune induceantur, & ex tempore ipsæ quoq; con-
suetudines, & statuta varientur, quia lex debet esse loco,
temporiq; conueniens, *can erit autem 4. distinct. can. fin.
dist. 14. can. sciendum, & duob. seq. dist. 29. cap. non debet,*
vbi Abb. *nu. 2. de consang. & affin. can. quia sancta §. ve-
rum*, & ibi gl. 63. *dist.* & docuit Aristot. *lib. 2. politic. c. 6.* &
notat Bald. *per illum text. in l. vnica n. 8. C. de caduc. toll.*
August. Morl. *in empor. iur. par. 1. tit. 1. de Legib. sub n. 55.*
vbi inquit, quod conuenientia loci, & temporis sunt duæ
262 † circumstantiæ, quæ in omni virtutis actione inspici so-
lent, &c. & in terminis nostris optim. text. *est in cap. alma
mater in princip. de sentent. excomm. lib. 6.* vbi expressè pro-
263 batur posse iustissimè mutari, & abrogari veteres leges, †
quæ etiam iustissimè conditę sint, si postea successu tempo-
rum visum fuit subditorum vtilitati id expedire, vbi Co-
uar. *in 2. part. in prin. n. 2.* post grauissimos Authores per
ipsum relatos, probat, hanc legum mutabilitatem non so-
264 lum † permissam esse, sed admodum vtilem, & frequenter
necessariam fore, non solùm in lege humana, canonica, &
ciuili, sed etiam Diuina, vt est text. *clarus in c. non debet,
in princ. ext. de consang. & affinit.* ibi, quoniam ipse Deus
265 ex ijs, † quæ in veteri testameto statuerat, nonnulla muta-
uit in nouo, & ideò Couar. *vbi sup. in vers. ad primum igi-
tur vsq; ad fin.* respondet ijs, quæ in contrarium adducta
fuerunt, quibus & adde Felin. *in c. si quando, ante fin. de re-
scrip.* & latè tuetur Sot. *in tract. de iust. & iur. lib. 1. q. 7. art.
1. per tot.* Atq; in hac materia congruit illud Claudiani.

. . . . . *Priscamq; resumunt*
Caniciem leges, emendanturq; vetusta,
Succeduntque noua . . . . . .

Etenim simul stare potest consuetudinem, vel statutum
266 † disponere contra ius commune, & nihilominus nihil
continere irrationabilè, vel inhonestum, sed rationabile, &
honestum esse, vt animaduerterunt Card. Zabar. *in c. vlt.
§. fin. n. 18. vers. alleganti ergo, &c. de consuet.* Marius Sa-
lon. *ad Leges Tauri in relect. ad leg. 1. n. 331. & 332.* & di-
xit Rota *in Amerina successionis 19. Ian. 1594. cor. b. me. R.
Penia, est dec. 269. inter eius à me imprimen. n. 20. vers. cum
stent ista simul, quod statutum sit contra ius commune, &c.*

Et prędicta opinio multò magis † procedit, quando con- 267
suetudo esset contra apices iuris, vt aduertit Bald. *in cap.
vnic. de alien. feud.* & Gulielm. à Monser. *in tract. de suc-
cess. Reg. par. 1. dub. 1. n. 8.* Et adde nullum esse ius mere po-
sitiuum, quod † consuetudine mutari non possit, Bald. *in c.* 268
*vnic. §. pratera Ducatus, n. 3. de prohib. feud. alien. per Fe-
der.* Abb. *cons. 7. col. 4. ad fin. vol. 2.* Aym. *cons. 238. n. 7.*

Nam consuetudo † habet authoritatem absq; alia specia- 269
li approbatione legis, ex illa generali approbatione, de qua
in l. omnes, vbi Bart. *n. 4. ff. de iust. & iur. & in l. de quibus,
de legib.* & in terminis Bart. *in l. 1. n. 22. in fin. & seqq. C.
de summ. Trin. & fid. Cath.* & Bald. *in l. si non speciali sub
nu. 5.* vbi in proposito dicit, quod † generalis consuetudo 270
totius Mundi hoc seruat, *C. de testam.*

Videmus etiam, quando † Lex resistit, & reprobat ali- 271
quam consuetudinem, tunc intelligitur non tantum vo-
luisse infringere, ac tollere consuetudinem præteritam, sed
etiam talis reprobatio extenditur ad futuras consuetudi-
nes, ita vt noua non poterit induci, ex quo semel est repro-
bata, † & ideò sensim eam iudicat iniquam. Quia lex sem- 272
per loquitur, *l. Arriani, C. de heretic.* vnde capit res posteà
factas, Franch. *in c. vnic. n. 1.* & ibi Germin. *n. 8. de excess.
Prelat. in 6.* vbi etiam in fortioribus tradit, † quod licèt ille 273
text. loquatur de Monasterijs hactenus ædificatis, tamen
est intelligendus de Monasterijs post ædificandis, quia cùm
lex semper loquatur, dictio *hactenus* est intelligenda, vt
operetur semper, quando casus venerit, Castr. *cons. 235.
sub n. 1. post med. vers. restat respondere lib. 1.* vbi quod lex
Florentina mandans quod omnes Ciuitates subiectæ sol-
uant † certum quid, habet locum in Ciuitate Pisarum ef- 274
fecta subiecta post Legem, quia Lex semper loquitur, & op-
timè aduertit Rota *in causa Comen. Cappellaniæ 7. Febr.
1620. coram bo. me. Remboldo.*

Et in terminis nostris, quod lex reprobans consuetudi-
nem, etiam futuram damnet, hæc opinio fuit de mente Io.
Andr. *in c. certificari, de sepult.* & ibi ad hoc Ant. de Butr.
notat verba Io. And. ibid. & ita tenet Cyn. *in l. 2. in 5. qu.
prin. C. quæ sit long. consuet.* & allegat text. *in l. dudum, ff.
de contrahend. empt.* & ista est communis opinio, de qua
post Cyn. Bar. & alios attestatur Alex. *in l. si mihi, & tibi
§. in legatis sub n. 7. & Ias. in 1. lect. n. 21. & in 2. lect. n. 14.
ff. de legat. 1.* & idem Alex. *in l. si non speciali sub nu. 2.* vbi
etiam de communi attestatur *C. de testam.* & sic tenent
Canonistæ, & præsertim Fel. & Dec. *in c. 2. n. 2. & 18. de
probat.* vbi ambo pariter asserunt hanc esse communem o-
pinionem, & de veriori, & communiori affirmat Steph.
Grat. *decis. March. 16. nu. 9.* & sic consulti responderunt
Alex. *in cons. 193. sub n. 8. lib. 2.* & ibi Adden. *in liter. AA.
& in cons. 196. n. 13. eod. lib. 2.* Hieron. Schurff. *in cons. 92.
cent. 2. & in cons. 75. & 78. cent. 3.* cum alijs copiosè rela-
tis per Tiraq. *in tract. de retractu in præfat. n. 16.* Et hanc
opinionem tenet Rota, *vt videre est in causa Burgen. emolu-
mentorum sigilli 6. Febr. 1589. coram b. m. Penia, est dec. 9.
inter eius imprimen. n. 24. vers. non solum præterita, sed fu-
tura quoque consuetudo censetur damnata, &c.* & recentiùs
*in causa Cracouien. iuris legendi 21. Maij 1627. coram bo.
me. Coccino.*

Tamen quamuis, vt dixi, lex semel reprobando consue-
tudinem, semper censeatur eam reprobare, † nihilominus, 275
quia apud nos nihil stabile, & firmum reperitur, *auth. de
non alien. §. vt autem, & l. eum debere, ff. de seruit. rustic.
præd.* nam fluxæ † mortalitati, & leges, & mores accomo- 276
dandę veniunt. Ideò propter nouas causas occurrentes post
legem consuetudinis reprobatoriam, vel etiam † ex anti- 277
qua causa, tunc vigente, sed per legem veterem non consi-
derata, potest induci consuetudo bona, iusta, & rationabi-
lis, atq; lex, quæ prohibuit talem consuetudinem, licèt an-
tea iusta, postea erit iniusta, vt declarant Abb. *in c. fin. n. 24.
de consuet.* & idem Abb. *in c. 2. n. 8. de probat.* & ibi quoq;
Fel. *sub num. 11.* & idem Abb. *ante num. 12.* cum alijs addu-
ctis per Cou. *var. resol. lib. 3. c. 13. sub n. 4.* vbi testatur de
communi, & adde glos. & DD. *in clem. statutum de elect.*
Ias. *in l. de quib. n. 55. ff. de legib.* Sarmient. *lib. 3. select. c.
14. n. 9.* Interrogatique responderunt Anchar. *cons. 218. n.
2.* Auendanus *respons. 16. n. 3.* Curt. iun. *cons. 173. n. 7.*

Imò,

Imò, & quod plùs est, si lex expressis verbis futuris con-
278 suetudinibus resisteret, † & vellet, vt nullo modo subsistentiam haberent, nihilominus ex noua, & iusta causa consuetudo potest induci contra ipsam legem expresse derogantè, & ista est communis opinio, de qua post Abb. Anton. Domin. Dec. & alios, testatur Francisc. Viu. *in Sylu. commun. opin. opin. 161. n. 1. vers. consuetudo ex noua causa potest induci contra legem derogantem etiam expressè, &c.*

279 Et tandem notandum est, quando consuetudo † est inducta contra aliquod ius merè positiuum, ea præsumitur rationabilis, & ex iusta causa inducta, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, vt notabiliter ait Bald. *in l. de quibus parum n. 33. ff. de legib.* etiamsi esset contra ius commune, secundum opin. Ant. de Butr. quam probat Aret. *in c. 2. de probat.* vbi etiam attestatur Dec. *sub n. 8.* & sequitur Alex. *in cons. 123. sub n. 2. lib. 5.* & quidquid tamen sit quando consuetudo esset reprobata à iure, ibi vide.

Paulus Rubeus.

R. P. D. O R A N O.

Corduben. Iurisdictionis.

Die 17. Maij 1597.

A R G V M E N T V M.

Portionarij non possunt eligi in coniudices secundum dispositionem *Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de reformatione.*

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, vel consuetudo Ecclesiæ quando disponit, quod talis intelligatur esse de Capitulo, tunc non ambigitur, quin ille sit capitularis, secus si tantum dicat, quod talis habeat vocem in Capitulo.*
Genitiuus denotat nedum dominium, & proprietatem, sed etiam personalitatem, n. 1.
2 *Priuilegia recipiunt interpretationem à consuetudine, & iure particulari, potius quàm à iure communi.*
Capituli appellatio numquid intelligatur de iure communi, an verò de iure speciali, n. 2.
3 *Portionarij de iure communi non dicuntur de Capitulo.*

D E C I S I O XXIX.

1 DOmini tenuerunt, standum esse in vltimò resolutis,
* * nam vt tradit Gemin. *in cap. fin. col. 2. propè fin. vers. aut quærimus de præb. lib. 6.* quando statutum, vel consuetudo Ecclesiæ disponit, quod talis intelligatur esse de Capitulo, tunc non ambigitur quin ille sit capitularis, prout etiam non esse de Capitulo, si tantùm dicat, quod talis habeat vocem in Capitulo. Et ad propositum facere visa fuit reformatio statutorum Ecclesiæ: in qua Portionarij dicuntur personæ sui Capituli, quoniam ex hoc apparet, quod sint capitulares. Genitiuus enim de propria eius significatione denotat nedum dominium, & proprietatem Capituli, *l. 2. §. in locum, ff. de relig. & sumpt. funer.* Alex. *rubr. sub 2. n. ff. de iurisd. omn. iudic.* Ias. *in rubr. de non. oper. nunciat. sub n. 4.* sed etiam personalitatem eiusdem Capituli, *cap. si gratiosè*, & ibi post gloss. *in verbo sua*, Io. Andr. *n. 5.* Gemin. *n. 12.* Franch. *n. 7. de rescript. lib. 6.* Ideoque nihil interesse dicebant ad effectum essendi de Capitulo, an hoc ex iuris communis ordine, statuto, vel consuetudine introductum fuerit.

2 Quinimò quando agitur de interpretatione legis vniuersalis, loquentes de Capitulis Ecclesiarum, intelligendum venit, prout vnaquaque Ecclesia accipitur. Lex enim, priuilegia, & similia, potiùs recipiunt interpretationem à consuetudine, & iure particulari, quàm à iure communi, *c. quod dilecto, de consang. & affinit.* Alex. *cons. 9. n. 2. lib. 5.* Ex quibus sequitur, nihil ad propositum facere quod deducitur in contrarium ex eodem Gemin. *in c. fin. n. 6. de præbend. lib. 6.* vbi voluit, quod si Papa rescribat Capitulo de spectantibus ad Capitulum, intelligi debere, prout Capitulum sumitur de iure speciali; quia hæc eius consideratio habet peculiarem suam rationem, cùm enim præsupponat Papam scripsisse pro collatione beneficij ad prouisionem Capituli spectante, & sic in casu odioso, & præiudiciali collatoribus; non mirum si intra fines Capituli communiter, & de iure communi per Canonicos repræsentari solet. Et hoc referatur iuxta *c. quamuis, il 2. de rescript. lib. 6.* Felin. *in c. causam quæ nu. 7. de rescript.* ne aliàs ignoranter, & sic ex defectu intentionis particulari Ecclesiæ consuetudo voluisset præiudicare.

Neque tamen ex eo descendendo ad quæstionem præ- 3
sentem, inferri potest, quod Concilium quando statuit modum seruandum in correctione Capituli, restrinxerit se ad Capitulum, prout de iure communi sumitur. Non autem intelligendum sit de illo quod particulari consuetudine Ecclesiæ fuit introductum. Maximè cùm illud Capitulum ex dignitatibus, Canonicis, & Portionatijs integris, & dimidijs; compositum sit proprium, & à Pio IV. per confirmationem concordiæ constitutum, vt benè hic per informantes. Diuisiones autem allegatæ in causa Alben. iurisdictionis, non percutiunt præsentem casum continentem statutum concordatum, & confirmatum authoritate Apostolica, per quod Portionatij Ecclesiæ Corduben. effecti sunt de Capitulo, etsi ex iuris communis dispositione sint exclusi, *in c. scriptum, n. 4. in fin. de elect. & in c. cum olim n. 8.* & ibi Felin. *n. 4. de re iudic.* Quare præmissis sublatis, cessare etiam visum fuit quod prætendebatur, iura ad comprobationem præmissorum adducta non esse in forma probanti.

* *Idest sub die 7. Februarij 1597. est supra in hac part. decis. 27. vbi alias decisiones adduxi.*

R. P. D. P A M P H I L I O S E N.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. vsusfructus.

Luna 16. Iunij 1597.

A R G V M E N T V M.

Vsufructu omnium bonorum alicui legato, altero verò vniuersali hærede instituto in proprietate, hęres prædictus non conuenit in vsufructu cum dicto legatario.

S V M M A R I V M.

1 *Vsufructu omnium bonorum alicui relicto, heres vniuersaliter institutus, non concurrit in vsufructu cum ipso vsufructuario.*
2 *Proprietatis mentio vbi fit ad differentiam vsusfructus, intelligitur de nuda proprietate, perinde ac si dictum fuisset, deducto vsufructu.*
Testatoris mens præcipuè attenditur in materia relicti vsusfructus, altero vniuersali herede instituto.
3 *Institutus in vsufructu censetur à testatore prædilectus in eo, altero heredi vniuersali instituto.*
4 *Fundi legatum non verificatur sine vsufructu, & ideò fundo vni legato, & alteri legato vsufructu eiusdem fundi, ambo legatarij concurrunt in illius fundi vsufructu.*
Heres potest quis institui in proprietate etiam sine vsufructu.
5 *Heres institutus in omnibus bonis, censetur etiam institutus in vsufructu.*
6 *Clausula,* omni meliori modo &c. *importat idem quod pleno iure, & ideò institutus in bonis pleno iure, censetur institutus non solùm in proprietate, sed etiam in vsufructu.*
7 *Vna & eadem res non potest diuerso iure censeri. Declara, quando est diuersa ratio.*

D E C I S I O XXX.

VIncentius de Signis in suo testamento in omnibus 1
suis bonis hæredes vsufructuarios esse voluit Iuditham suam vxorem, & Laudoniciam sororem, quas in prædicto vsufructu in casu obitus alterius earum ad inuicem substituit, & vsufructu durante, & eo extincto hæredem proprietarium in omnibus bonis prædictis instituit Canalium, & post eum filios, & descendentes omni me-

lioti

libri modo, &c. mortuo testatore orta fuit controuersia inter prædictas mulieres vsufructuarias, & hæredem proprietarium super concursu in vsufructu, illaque hodie in Rota proposita, Domini vnanimiter resoluerunt hæredem non venire in vsufructu cum prædictis mulieribus in casu, de quo agitur. Cùm enim testator apertis verbis vsumfructum à proprietate separauerit, postquam mulieres prædictas hæredes vsufructuarias, Canalium verò hæredem proprietarium fecerit, cessat concursus in vsufructu inter vsufructuarium, & hæredem vniuersalem, qui non datur, vbi alicui relinquitur vsusfructus omnium bonorum, altero verò hærede vniuersali instituto, *Instit. de vsufruct. in princ. l. vxoris meæ, ff. de vsufruct. legat.* Castr. *cons.* 218. *num.* 2. *lib.* 1. Socin. *cons.* 1. *num.* 14. *cum seq. lib.* 4. Ruin. *cons.* 190. *num.* 11. *lib.* 2. Gozzad. *cons.* 47. *numer.* 12. Paris. *cons.* 94. *num.* 33. qui testatur de communi, *& cons.* 97. *num.* 19. *lib.* 2. Alexand. *cons.* 25. *n.* 15. *lib.* 2. Natt. *cons.* 297. *num.* 2. Pic. *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num.* 30. *ff. de leg.* 1. Gabriel. *cons.* 102. *num.* 3. & Illustriss. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 9. *tit.* 6. *num* 19. cum alijs allegat.

2 Quod maximè procedit in casu de quo agitur, vbi testator relinquendo mulieres vsufructuarias, & Canalium hæredem proprietatem, cùm mentio proprietatis facta ad differentiam vsusfructus intelligatur de nuda proprietate, perinde ac si dictum fuisset, deducto vsufructu, *instit. de vsufruct. in prin. l. si tibi vsusfructus, ff. quom. amitt.* Castr. *in l. proprietatis, n.* 2. *C. de prob.* latè Accorambon. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 23. *ff. de acquir. poss.* Et in istis terminis tradit Albert. *in l. si proprietas, ff. de vsufruct. accres.* Bald. *in l. cum quæstio, sub numer.* 1. *cum seq. com. de leg.* Et fatetur Rim. sen. *cons.* 411. *num.* 5. *lib.* 3. allegatus pro contraria parte, quod non fuisset ex mente testatoris, quæ in hac materia potissimum inspicitur, Paris. *d. cons.* 94. *num.* 45. *& cons.* 97. *num.* 21. satis colligitur ex eo quod dictæ mulieres æquis portionibus in vsufructu hæredes institutas ad inuicem instituit, ita vt si vna ex eis moreretur, altera in prædicto vsufructu succederet, eique alterius prædefunctę pars accresceret; quod ostendit voluisse eas habere integrum vsumfructum absque aliqua communicatione cum hærede proprietario, cuius mentionem fecit in substitutione, prout fecisset, si voluisset, quod ei accresceret etiam pars vsusfructus, *ad l.* 1. *§. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.*

3 Ex qua etiam substitutione colligitur, mulieres in hoc vsufructu fuisse etiam in hac institutione prædilectas, *l. qui filiabus, in princ. ff. de legat.* 1. Bart. *in l. fin. ff. ad Trebell.* Cuius contrarium sequeretur ex concursu hæredis, ex quo vnaquæque ipsarum licet magis dilecta, minus tamen separatim ex concursu hæredis in vsufructu, quam solus proprietarius, qui licèt minus dilectus consequeretur integram medietatem vsusfructus, quod esset absurdum, Bart. *in l. Gallus, §. etsi parente, ff. de liber. & posthum.* præsertim attenta quantitate ipsius vsusfructus, cuius quarta pars non sufficit pro alimentis, quæ si vxor integra habuisset, instituto hærede filio, multo magis habere debet, instituto hærede extraneo, à quo debebatur integer vsusfructus, vt trad. Doctor. *in dicto §. Titia cum nuberet*, vbi Pic. *nu.* 30. testatur de communi, cum alijs allegatis per informantes.

4 Non obstat text. *in l. si alij, ff. de vsufructu leg.* quia loquitur in legatis particularibus, in quibus cùm nomen *fundus*, non possit verificari siue vsufructu, *l. Mæuius, §. fundi, ff. de leg.* 1. non mirum si posteà legando alteri vsumfructum eiusdem fundi, detur concursus, quia eadem res duobus relinquitur, *l. si pluribus, ff. de leg.* 1. Quę ratio cessat, vbi relicto alicui vsufructu omnium bonorum, alter hæres vniuersalis instituitur; cùm hæreditas consistat in iure non abstracto à proprietate, & vsufructu, Castr. *dicto cons.* 218. Ruin. *dicto cons.* 190. *num.* 11. *dicto cons.* 102. *n.* 5. cum alijs allegatis. Et tanto magis in isto casu, vbi est facta separatio vsusfructus, à proprietate, ex quo vsusfructus vni, alteri proprietas bonorum relicta est, quo casu cessat concursus, cùm Canalio non bona, sed nuda illorum proprietas, vti quid separatum ab vsufructu relicta sit. *Instit. de vsufruct. in princip.* quicquid dicendum sit, quando est facta mentio proprietatis implicitè, seu concretiuè sub nomine fundi, *cum dicta l. si alij, in l. Sempronius, §. fin. ff. de vsufruct. leg. & in l. si proprietas, ff. de vsufruct. accresc.* vt declarat Bald. *in d. l. cum quando sub n.* 1. *& seq.* & Alberic. *in d. l. si proprietas, cum alijs supra citatis.*

5 Et ex his colligitur responsio ad allegata in contrarium. Nam quod dicitur, propter repetitionem prædictorum bonorum sub institutione hæredis comprehendi etiam vsumfructum, & sic esse locum concursui, ex Rim. sen. *cons.* 411. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 40. *lib.* 2. *& cons.* 165. *volum.* 3. non procedit in hoc casu, vbi Canalius non fuit institutus in omnibus bonis, & sic in corporibus hæreditarijs cum plena proprietate, quæ comprehendat vsumfructum, sed fuit hæres proprietarius, & sic institutus in sola proprietate absque vsufructu, cùm de ea fiat mentio ad differentiam vsusfructus, qui antea ab ea fuerat expressè separatus, *dicta l. proprietas; cum alijs suprà allegatis.* Et in hoc casu cessat concursus, vt fatetur ipsemet Rim. *dicto cons.* 5. & est intelligendum, Ruin. *dict. cons.* 190. qui mouetur ex eo, quod sub institutione hęredis in omnibus bonis contineatur etiam vsusfructus, quod dici non potest in hoc casu, vbi Canalius non fuit simpliciter institutus hæres in omnibus bonis, sed fuit tantum institutus hæres proprietarius, & sic absque vsufructu. Vltra quod de hac materia valdè dubitat Mant. *d. tit.* 6. *num.* 20. ex eo, quod ista multiplicatio verborum non necessaria, & ex stylo Notariorum apposita, non debet mutare substantiam rei, vt à communi recedatur.

6 Non obstat, quod per clausulam *omni meliori modo, &c.* quæ idem importat, quod *pleno iure*, Rim. *dicto cons.* 190. *num.* 19. *lib.* 2. institutio intelligatur facta non solùm in proprietate, sed etiam in vsufructu, & sit locus concursui, Alex. *cons.* 56. *num.* 2. *lib.* 3. Mantic. *dict. tit.* 6. *num.* 19. quia clausula *omni meliori modo, &c.* non auget, nec ampliat institutionem Canalij, sed tantùm confirmat in illis terminis, prout est facta de hærede proprietario, cùm non operetur vltra modum expressum, vbi stat sine præcedente copula, Feliu. *in cap. cum super, col. penult. de offic. delegat.* Cassad. *decis.* 2. *num.* 18. *de appellat.* Paris. *cons.* 12. *num.* 69. *lib.* 1. Paleott. *decis.* 114. Achill. *decis. vnic. de verb. signif.* Verall. *dec.* 124. *part.* 2. *&* 233. *lib.* 1. *in manuscrip. cum vulg.*

7 Non obstat, quod Canalius fuerit institutus in proprietate, durante, & extincto vsufructu, & ideò ex regula vniformis determinationis debeat habere proprietatem cum vsufructu, eo durante sicut eo extincto, quia adest diuersa ratio inter dictos casus, *l. miles, §. pro parte, ff. de leg.* 2. Vltra quod illa verba, *durante vsufructu*, sunt posita ad alium effectum, nempè ad ostendendum, mulieres non fuisse hæredes proprietarias in vita cum onere restituendi post obitum, quod causaret diuersos effectus, iuxta notat. per Bald. *in l. id quod pauperibus num.* 14. *C. de vsufructu*, & Clar. scilicet, *in l. extraneum, q. vlt. C. de hæred. instit.* cum ijs quæ aliàs latissimè deducta fuerunt in causa *Perusina de Alphanis* 13. *Februarij* 1597. *coram Orano.*

R. P. D. LANCELLOTTO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana depositi de Varesijs.

Veneris 30. *Octobris* 1598.

ARGVMENTVM.

Mulier soluto matrimonio potest hypothecariè agere pro dotis restitutione contra eum, in cuius manibus depositæ fuerunt pecuniæ dotales, etiam absq; aliqua cessione iurium facienda per hæredes mariti, cùm ipsi competant vtiles actione, & potest etiam agere contra quoscumque debitores mariti.

SVMMARIVM.

1 *Mulier soluto matrimonio potest hypothecariè experiri pro consecutione dotis apud tertium deposita.*

2 *Mulieri soluto matrimonio pro restitutione dotis competunt vtiles actiones etiam sine cessione aduersus hæredes mariti, & potest agere contra debitores mariti etiam non facta discussione bonorum illius, n.* 3.

Depo-

Depositi dominium remanet penes deponentem, non autem penes depositarium, n.2.

3 *Obligatio personalis non extenditur vltra personas expressas.*

4 *Dotalis res non dicitur ea, cuius dominium fuit translatum in maritum.*

5 *Retentio datur creditori anteriori.*

Depositarius si non adimpleantur conditiones depositi, non liberatur.

DECISIO XXXI.

DOminus Iacobus Catalanus nuptui tradidit D. Felicem Catalanam eius filiam D. Lucio de Florauantibus cum dote scutorum 5000. & quia hæc dos erat inuestienda per d. Franciscum Lucij patrem, idem Franciscus constituit filium procuratorem ad exigendum à dicto Iacobo scuta tria milia ad computum dictæ dotis, ad effectum, vt dictæ pecuniæ dotales deponerentur penes dictum Hieronymum Varesium pro extinctione trium annorum censuum super casale ipsius Francisci, aliàs impositorum, & vt ijs extinctis vnus census in locum extinctorum ad fauorem ipsius, si filius constitueretur, in cuius constitutione specialis mentio fieri deberet pro fundo dotali ipsius Felicis, & pro exactione dotis, cuius mandati vigore Lucius à dicto Iacobo pecunias exegit, easque penes Hieronymum Varesium deposuit, ad effectum prædictum; & D. Hieronymus se obligauit dicto Lucio pecunias prædictas ad dictum effectum restituere, & quod in earum restitutione se obligauerit. Soluto demum per Lucij mortem matrimonio, factoque loco restitutionis d. dotis, egit d. Felix contra dictos hæredes D. Hieronymi Varesij consequutione trium milium scutorum prædictorum depositorum.

1 Et quia dicti hæredes opposuerunt se non teneri ad dictam restitutionem, fuit dubitatum, an d. Felix contra dictos hæredes Hieronymi possit agere, & obtinere in casu, de quo agitur, super quo Rota consulta affirmatiuè respondit; quia cùm pro restitutione huius dotis sint obligata omnia bona prædictorum Francisci, & Lucij de Florauantibus, quemadmodum contra eos d. Felix posset agere hypothecariè pro integra consequutione suæ dotis in omnibus bonis dd. de Florauantibus, eodem modo potest eadem actione experiri pro consequutione huiusmodi dotis depositæ apud dictos de Varesijs.

2 Nam ex stipulatione pro restitutione dotis dantur ex æquitate Felici vtiles actiones, etiam sine cessione aduersùs hæredes mariti, *in l. vnica, §. videamus, C. de rei vxor. act. & l.2. versic. quod si in patris, l. casus, &* ibi not. *ff. solut. matrim. l. si genero, C. de iur. dot.* Guid. Papa *quæst.* 425. Ias. *§. fuerat, numer.* 24. *Inst. de action.* Aym. *consil.* 24. *num.* 30. Bald. Nouell. *de dot. priuileg.* 23. *&* 24. & eodem modo pro consequutione harum pecuniarum depositarum, vti dotalium, quamuis dicti Varesij cum ea non contraxerint iuxta dispositionem text. *in l. si res tuas, C. ad exhibend.* & vti contra debitores dict. mariti, iuxta dicta per Paris. *cons.* 107. *numer.* 87. *& seqq. lib.* 4. Suarez *in l. post rem iudicatam, quæst.* 2. *num.* 2. Vinc. de Franc. *decis.* 33. *num.* 5. etiam non facta discussione patris in eo quod harum pecuniarum dominium, & possessio remanerer penes deponentem, ne in depositarium transierunt, *l. licet, §. rei, ff. deposit.* Corn. *cons.* 39. *num.* 2. *lib.* 1.

3 Non obstat, quod obligatio Hieronymi sit restricta ad personam Lucij, & ideò tanquam personalis non possit extendi vltra personas expressas, *l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig.* nec hodie competere D. Felici, quæ non est hæres stipulantis, quia hoc procedit quoad directas actiones, sed quoad vtiles, extantibus adhuc pecunijs, secus est, *d. l. si res tuas, cum alijs.*

4 Neque obstat, quod harum pecuniarum dominium primò fuerat translatum in maritum ex solutione facta per Iacobum, & sic non possit dici dotalis, *l. si res in dotem, de iur. dot. & l. plerumque eod. tit.* Paris. *cons.* 55. *num.* 4. *lib.* 1. cùm in ipsum Hieronymum Varesium fuerunt assignatæ, & Alex. *in l. cum quid, num.* 11. *ff. si cert. petat.* Rim. *in cons.* 60. *num.* 17. *lib.* 1. cum alijs allegatis, & propterea non competere dict. Felici actionem super tali deposito, non fuit responsum, quod cùm solutio & depositum huiusmodi fuerit in continenti factum de pecunijs dotalibus ad effectum illos tres census extinguendi, & de eis nouum creandi pro fundo dotali, omnia videntur fuisse correspectiua, & censeri inesse vsque ab initio, neque ex eo quod tantumdem teneantur priuilegijs depositi non attententur.

Demùm non obstat, quod dicti Varesij creditores domini de Florauantibus, & ex hac summa iam scuta 1000. fuerunt deposita in extinctionem census ex dictis tribus censibus: reliqua verò fuerint computata dictis de Florauantibus, & propterea detur eis retentio vti prioribus creditoribus, *l. creditor, qui pot. in pig. hab.* & cùm semel sint liberati à Lucio, alteri non erant obligati restituere, *l. filia*, vbi Castr. *ff. de solut.* cum alijs adductis per informantes, quia cùm Varesius non simpliciter constituat se debitorem Lucij, sed cum illis conditionibus extinguendi tres census, & restituendi dictam summam, nisi ad hunc effectum cum interuentu Iacobi, nisi doceat prædicta adimpleuisse, remanet semper obligatus. Hæc enim videtur fuisse principalis intentio, & causa deponendi, vt crearetur census pro fundo dotali ipsius d. Felicis, & propterea iste, vti finis est principaliter inspiciendus, & sic neque tenet liberatio, & excomputatio eidem D. Varesio facta in præiudicium mulieris, sine cuius consensu non poterat depositum ad certum effectum constitutum in aliam causam commutari, sed prędictę conditiones ante omnia impleri debent, aliàs non liberaretur, *l. innote, l. si actore, C. de solut. l.* 1. *§. eleganter, ff. depositis*, cum alijs latè congestis in causa *Romana de Theodoris* 25. *Octobris, &* 10. *Nouembris* 1593. *coram Illustriss. Card. Blanchetto*, & consequenter non prodest extinctio vnius ex dictis tribus censibus, cùm per consumptionem prędictam non sit extinctum depositum; *ad tradit. in l. si procurator, ff. cond. caus.* & fuit dictum in dictis euictionibus coram Illustriss. Bianchetto, cùm non fuerit nouus creatus census ad fauorem dictæ Felicis, nec seruatæ aliæ præcisæ conditiones iuxta formam instrumenti. 5

R. P. D. LITTA.

Romana census.

Luna 28. Iunij 1599.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis vbi fuit vulnerata per sententiam, non potest amplius agi executiue.*

2 *Hæres non potest agere vt hæres, nisi docto quòd sit hæres.*

Sententia lata non citato habente interesse, qui protestatus fuit, nihil fieri nisi ipso in quolibet actu citato, nulla est, num.2.

3 *Attentatum dicitur, quod fuit factum lite pendente.*

DECISIO XXXII.

DOmini, informantibus solùm hæredibus q. Equitis de Perbenedictis, tenuerunt pro nullitate exequutionis, de qua in dubio, & quamuis plures nullitates adducerentur per informantes, attamen infrascriptas tantùm tanquàm magis claras delegerunt Domini pro fundamento decisionis. Prima est, quia fuit factum exequutiuè, cùm tamen non posset, stante quòd per sententiam Bracelli fuerat declaratus census nullus, & ita per consequens fuerat vulnerata ipsa obligatio Cameralis, cuius vigore agebatur, vt tenuit Rota in vna Romana census 27. Iunij 1580. cor. bo. me. Cantuccio, in firmana Pensionis 14. Decembris 1592. coram R. P. D. meo Millino, & in alijs pluribus causis. 1

Secunda est, quia cùm mandatum fuisset relaxatum ad fauorem Isabellæ, ea mortua, non potuit exequi ad instantiam Lapani hæredis prætensi, nisi priùs eo verificato, quòd esset eius filius & hæres, *l. non ignoratur*, vbi Bart. *C. qui accusare non po.* Idem Bart. *in l. falsus tutor, ff. quod falso tut.* cum alijs per Menoch. *de adipiscend. poss. remed.* 3. *num.* 164. Maximè stante quòd Iulia vera hæres 2

dictæ

dictæ Isabellæ fuerat admissa ad causa, & vti talis prætendebat, testamentum prædictum dictæ Isabellæ, in quo Lapanus erat institutus hæres fuisse reuocatum per secundum, in quo ipsa hæres instituta erat, & propterea protestata fuerat, nihil fieri in dicto iudicio ad instantiam Lapani, nisi ipsa citata, & tamen ex reuolutione processus constat, quòd dicta exequutio, subhastatio, & deliberatio fuit facta ipsa Iulia non citata, *ad decis.* Put. 292. *lib.* 2. & Afflict. 358.

3 Tertia est, quia fuit facta pendente lite inter prædictas partes, quo fit, vt non tantùm nulla iudicari debeat: sed etiam attentata, *c. non solum de appellat.* cum alijs hic alleg. per informantes.

R. P. D. L I T T A.

Amerina Legati.

Lunæ 5. Iunij 1599.

A R G V M E N T V M.

De restitutione in integrum aduersùs non aditam hæreditatem, & infra quadriennium non petita, præsertim per Procuratorem non habentem speciale mandatum, plura notanda, de quibus in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum aduersus non aditam hæreditatem concedenda est.*

2 *Restitutio in integrum non petita à die scientiæ infra quadriennium, etiam in fauorem Ecclesiæ concedi non debet.*

3 *Restitutio in integrm tacitè censetur petita per clausulam*, super omnibus, & singulis ius, & iustitiam ministrari.

Restitutio in integrum peti non potest à Procuratore non habente speciale mandatum, numer. 3. in fine.

D E C I S I O XXXIII.

1 PLuries proposita hac causa super difficultate per me excitata in extensione decisionis factæ sub die 10. Nouembris 1597. Domini non fuerunt concordes, sed restrinxerunt difficultatem ipsam ad caput restitutionis in integrum, qua tandem proposita, Domini resoluerunt, Ascanio hæredi Victoriæ auiæ paternæ præteritæ in testamento Portiæ neptis suę competisse quidem restitutionem in integrum, aduersùs illud quod Victoria omiserit adire hæreditatem illius sibi delatam ab intestato, ex capite ignorantiæ dictæ præteritionis, nec non morte illius impedita, ad text. *in l. Panthonius, ff. de acquir. hæred.* cum alijs relatis per Gomes. *variar. resol. c. 9. num. 56.*

2 Sed ea non minime iuuari posse, cùm illam Ascanius ipse non petierit in tempore debito, hoc est, infra quadriennium, quo sciuit Portiam decessisse instituto hærede marito, & præterita Victoria auia, cui ipse successit, *in l. superuacuum, C. de tempor. in integr. restit.* Ias. *cons.* 10. *num.* 63. *lib.* 2. Rot. *dec. de restit. in integr. in nou.* Achil. *decis.* 6. *eod. tit.* Et quod elapso solo quadriennio, & non 15. annis, & vltra, prout hoc in casu, sequitur à die scientiæ, non sit amplius locus restitutioni in integrum, etiam in fauorem Ecclesiæ, cuius aliàs competijsset, tenuit Rota *in vna Florentina bonorum 17. Nouembris 1595. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in vna Perusina redintegrationis 29. Aprilis 1596. coram Reuerendiss. P. D. Penia.*

3 Et ad illud, quod virtualiter videatur petita per procuratorem Ascanij mediante clausula illa in fine libelli apposita, *& petijt super omnibus, & singulis ius & iustitiam ministrari*, cuius natura est comprehendere sub se omne remedium competens iuribus hic allegatis per informantes pro Ascanio, quibus addi potest Ias. *in* §. *omnium, n.* 149. *Instit. de act.* fuit responsum, quod Ascanij procurator in dicto iudicio dixit testamentum nullum iure directo, & non per viam restitutionis in integrum, nec ipsa restitutio in integrum in consequentiam dicti iudicij veniebat, sed principaliter debebat intentari, pro qua etiam obtinenda, requirebatur speciale mandatum, Cassad. *decis. in fin. de procur.* Couar. *var. res. lib.* 1. *cap.* 6. quod cùm factum non fuerit, nec fieri potuerit vigore generalis mandati, ideo, &c.

R. P. D. L I T T A.

Romana de Ropolis.

Lunæ 5. Iunij 1599.

A R G V M E N T V M.

Agitur de iustificatione quarumdam partitarum, examinantur deducta pro iustificatione.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio præualet alijs probationibus.*

Heres non potest impugnare confessionem defuncti, numer. 1.

3 *Iactare suum nemo præsumitur.*

Identitas duabus demonstrationibus probatur, n. 3.

4 *Tutor potest agnoscendo bonam fidem soluere debitum pupilli.*

D E C I S I O XXXIV.

PRætendente Ioanne Maria Ropolo duas partitas, 1
de quibus in dubio extractas ex libro tutorum, non iustificari, quarum prima est ducatorum 200. auri de Camera, constituens summam scutorum monetæ Vrbis 237. & 18. Secunda verò est ducatorum Regni 265. & 16. constituens summam scutorum monetæ Vrbis 248. 72. Domini tenuerunt, ambas partitas satis superque iustificari; Nam in instrumento Ioannis Vincentij Ropoli legitur, quod ipse erat debitor mercatorum Neapolis suorum correspondalium longè maioris; quo fit, vt respectu debiti ipsius testatoris dictæ partitæ satis videantur iustificari ex propria confessione testatoris, qua nulla maior probatio dari potest, *l. cum te, C. de transact. l. generaliter, C. de non num. pecun.* Bald. *cons.* 192. *num.* 8. & Aym. *cons.* 61. *num.* 3. & hanc confessionem impugnare minimè potest Io. Maria, cùm sit hæres illius, Vulgat. *l. cum à matre, ff. de rei vendicat.*

Et quod in specie esset debitor Cimini, & Cosnedi, ad 2
quorum commodum persoluta fuerat dicta partita, deducitur, quia debitum in genere confessatum per testatorem, est longè maioris summæ. Secundò, quia testator viuens acceptauit literas cambij primæ partitæ, & in dicto suo testamento vnum ex tutoribus constitutis rogauit, vt illas solueret. Tertiò, quia in confesso est apud partes dictas Ciminum, & Cosnedum fuisse correspondales ipsius testatoris facto, quia ex computis per dictos Ciminum, & Cosnedum ipsi Vincentio, & post eius obitum, tutoribus ipsis transmissis, quam ex partitis diuersarum mercium, & crediti remanentis prædictorum adnotatis per ipsmmet testatorem in quodam suo libellulo apparet, creditum prædictorum verum ascendere ad quantitatem contentam in dictis duabus partitis, vltra quod verisimile non est, quod vbi præfatus Ciminus, & Cosnedus verè creditores non fuissent tantæ summæ pecuniarum voluissent literas cambij, quarum vigore editæ fuerunt dictæ partitæ transmittere, hic soluendas ad ipsorum commodum, & incommodum dicti Vincentij, & hęredis illius, ad text. *in l. merito, ff. de probat.* nec verisimile, quod vbi Vincentius tantę summę verus debitor non fuisset, voluerint tutores dictis literis complementum hoc pro suo suum iactando, ad text. *in l. cum de indebito, ff. de probat.*

Nec verum est, quod pro parte Ioannis Mariæ Ropoli 3
prætendatur primam partitam non correspondere debito literarum cambij enunciato in testamento Vincentij, si quidem quia summa correspondet cum ducatis 200. auri de Camera constituant eamdem summam, & illud etiam correspondeat, quod debebat solui per literas cambij ipsi testatori directas per Dominos Ciminum, & Cosnedum. Vndè meritò istæ duæ demonstrationes sufficere debent pro ostendenda identitate, ad not. per Bart. *in l. demonstratio falsa, num.* 14. *ff. de condit. & demonstrat.*

cum

cum alijs per Socin. *cons. 28. num. 6. vers. non obstat, lib. 3.* vltra quod cùm dictas litteras non soluerit testator ipse morte interceptus, sed illas relinquerit soluendas per tutores in testamento filio suo infanti datos, plusquam verisimilis redditur solutio, & identitas dictæ partitæ.

4 Et ad deducta per informantes pro eodem Ioanne Maria circa secundam partitam, quod scilicet litteræ cambij quarum occasione edita fuit dicta partita, fuerunt acceptatæ per ipsos tutores, & non per Vincentium, qui tunc temporis mortuus erat, fuit responsum, quod cùm dictæ literę cambij concernerent debitum ipsius Vincentij testatoris, & consequenter hæredis illius, potuerunt tutores agnoscere bonam fidem, soluendo pupilli debitum, ad text. *in l. quoties, §. sicut in fin. ff. de administr. tut.* nec debitum ipsius testatoris stantibus supradictis potest aliquo modo tergiuersari. Ideo, &c.

Et certè cùm fumus aliquis in contrarium non detur, & probitas vitæ, ac summa integritas ipsius Francisci Rotæ sit Dominis nota, nec ex libro tutelari appareat maiorem summam mercatoribus Neapolitanis per tutores ipsos fuisse persolutas, quam testator in suo testamento fassus est debere, consequens est dicere, iustificationem prædictarum partitarum, non ex vno, sed ex pluribus deductam, non posse absque suspicione calumniæ impugnari; maximè cùm vsque in hodiernum diem Ioannes Maria non fuerit ab aliquo prætenso dictis Ioannis Vincentij authoris sui Neapolitano creditore occasione prædicta molestatus, & sic occasione debiti confessati per ipsummet testatorem in suo testamento, quod modo impugnati potest, vulg. iuribus.

R. P. D. L I T T A.

Romana liquidationis dotis.

Veneris 26. Nouembris 1599.

A R G V M E N T V M.

Colligitur ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum euidentem facit probationem.*
Solutio censetur facta in causam præcedentis obligationis, n. 1.
Identitas rei probatur ex duabus demonstrationibus, num. 1.
2 *Hæres per aditionem hæreditatis contrahit cum creditoribus hæreditarijs.*

D E C I S I O XXXV.

IOannes Dominicus Bonasonus de anno 1571. promisit tradere nuptui Sebastiano de Remedijs Olympiam filiam suam cum dote scutorum 600. & Sebastianus versa vice promisit dictam dotem augere per summam scutorum 200. factaque fuerunt alia pacta inter prædictos. Verùm matrimonio adhuc non sequuto decessit Ioannes Domincus, quapropter Sebastianus recusabat Dominam Olympiam ducere in vxorem. Hinc vt effectuaretur prędictum matrimonium, Elisabetha soror dicti Ioannis Dominici promisit dicto Sebastiano dare in dotem dictæ Olympiæ de suo scuta 400. soluenda partim in vita, & partim post obitum ipsius Elisabethæ, quam dotem Sebastianus acceptauit sine præiudicio dotis scutorum 600. aliàs promissa per Ioannem Dominicum patrem d. Olympię, & ita matrimonium cum dicta Olympia consummauit. Habebat iste Sebastianus de dicto tempore duas filias naturales, Bernardinam scilicet, & Isabellam, quibus assignauit super omnibus suis bonis scuta 200. pro qualibet filia pro eis maritandis, seu in aliquo Monasterio collocandis ad earumdem filiarum libitum; & tempore quo nuptui traditæ fuerint, vel in Monasterio collocatæ liberæ, &c. cum pacto quod in euentum, in quem aliqua ipsarum decesserit, altera viuens succedat. His stantibus decessit Bernardina innupta, & Sebastianus pater illius, relictis post se Liuia filia sua legitima, & naturali, suscepta ex dicta Olympia: & cùm Olympia, tam nomine suo, quàm nomine Liuiæ filiæ suę occupasset omnia bona dicti Sebastiani, prætendens inter cætera, illa non sufficere pro satisfactione suæ dotis, & lucri dotalis, & Isabella prętendat consequi super dictis bonis scuta 200. sibi assignata in dotem per Sebastianum, nec non & alia scuta 200. assignata per eumdem Bernardinæ sorori suæ, cui ipsa fuit substituta, & neget dotem Olympiæ solutam Sebastiano, esse tantæ summæ, prout ex aduerso prætenditur. Hinc meritò emanauit dubium, ad quam summam probetur ascendere dotem Olympiæ solutam Sebastiano.

Et Domini vtraque parte informante resoluerunt eam probari ascendere ad summam scutorum 400. tantùm, cùm ex instrumento rogato sub die 3. Februarij 1575. tum denique instrumento recepto sub die 26. Februarij 1597. 1
Quę instrumenta euidentem dictę tantùm solutionis probationem constituunt, ad text. *in cap. cum olim de verb. significat. in cap. licet causam*, vbi Doctor. hoc notant. *ff. de probat. & in l. fin.* vbi gloss. 1. *C. de reb. cred.* Nec eam maioris summæ censeri debere dixerunt Domini, ex partitis, quibus nititur Olympia extractis, vt prætenditur ex quodam libro dicti quondam Sebastiani, siquidem quia negari non potest, quin quatuor illæ partitæ situatæ in summario Isabellæ sub num. 5. constituente summam scutorum 253. sint comprehensæ in instrumento illo recepto sub die 26. Februarij 1597. quod conuincitur, tum ex eo, quòd solutio earum cantat de tempore, quo viuebat Elisabetha. Item ab ea, & Mariotio marito illius, quo fit, vt facta omnino intelligi debeat in causam pręcedentis suę obligationis, secundum Bart. *in l. triticum, ff. de verbor. obligat.* quem sequitur Surd. *decis. 30. num. 10.* maximè cùm tunc temporis nulla subesset obligatio prædictorum, quàm illa de qua loquitur illud instrumentum. Tum etiam ex eo, quod omnes illæ quatuor partitæ simul calculatæ constituunt eamdem summam, quæ continetur in dicto instrumento, sit etiam expressa quitantia de apparamentis in dicto instrumento, & vltima partita loquitur de apparamentis, & in dicto instrumento fit etiam expressa quitantia de apparamentis. Vnde si duæ demonstrationes sufficiunt ad probandam identitatem rei secundùm Bartol. *in l. demonstratio falsa, num. 14. & seqq. de condit. & demonstrat.* cuius opinionem sequitur Alexand. *consil. 133. numer. quinto, lib. 1. consil. 38. numer. secundo, lib. quinto*, Ruin. *consil. 115. numer. 11. lib. 5.* Socin. sen. *consil. 89. num. 1. lib. 1.* & approbauit Rota *in illa Ciuitatis Castelli bonorum 27. Martij 1596. coram Reuerend. P. D. Pamphilio*, & in alijs pluribus causis. A fortiori concludendum est ex supradictis pluribus demonstrationibus satis superque constare, rem ita se habere, prout dictum est.

Non obat, quod instrumentum loquatur de pecunia numerata, quia talis expressio sæpè fit pro maiori cautela illius, qui aliter, & alio tempore aliquid soluit, & numeratio in actu stipulationis fit non realiter, sed per apparentiam, & vt dicitur *per mestra*.

Quo vero ad alias partitas er Ioannem Dominicum solutas à mense Decembris 1575. citra, & sic per obitum Elisabethæ, cuius hæres ipsa fuit, dixerunt Domini, illas censeri debere comprehensas in illo secundo instrumẽto quitantiæ de recepto sub die 26. Februarij 1579. Tum quia Ioannes Dominicus statim adita hæreditate Elisabethæ fuit effectus debitor residui dictæ dotis scutorum 400. per Elisabetham promissæ ad text. *in §. post mortem Instit. de inutil. stipulat. in l. 1. & per totum tit. ff. vt act. ad hered. & contra hæred.* Vnde meritò dictæ solutiones intelligi debent factæ in dictam causam, vti factæ de bonis defunctæ debitricis, & quæ effici non potuerunt bona ipsius hæredis, nisi postquam ipse defuncti debita persoluerit, ad text. *in leg. subsignatum, ff. de verbor. significat.* maximè quia verisimile non est, quod cum Ioannes Dominicus dictas pecunias soluisset in causam propriæ obligationis, non procurasset habere quitantiam, prout fecit, dum residuum dictæ dotis soluit, vti hæres Elisabethæ, ad text. *in leg. cum de indebito, ff. de probat.* 2

Nec refert quod summa dictarum partitarum simul coaceruata non correspondeat summæ de qua in dicto instrumento, sed minor sit, quia non repugnat, quod minor summa comprehendatur in maiore, cùm residuum illius debiti cum fructibus fuerit solutum realiter in actu ipsius stipulationis, non mirum si in dicto instrumento apponantur illa verba *in pecunia numerata*, quæ etiam vt dictum est, solent quandoque apponi *facta*, & vt dicitur

vna

vna mestra, pro maiori cautione debitoris, qui iam realiter soluit ferè totum, quod debet in fide creditoris, ne alio tempore cogatur ipse realiter docere de solutione prædicta.

R. P. D. IVSTO.

Romana Spolij.

Lunæ 21. Februarij 1600.

ARGVMENTVM.

Spoliatus à iudice nulliter procedente restituendus est, & exequutio debiti excessiua in parte, quamuis minima, in totum reuocatur.

SVMMARIVM.

Iudex nulliter procedens, dicitur agere vt priuatus, & non vt Iudex, n. 1. in fine, & num. 2.

Iudex nulliter procedendo dicitur spoliare, & spoliatus à Iudice restituendus est, num. 2.

Decretum, seu exequutio facta in maiori summa, ea qua debetur, est nulla, etiam quod excessus sit in minimo, num. 3. & 4.

DECISIO XXXVI.

1 DEcretum exequutionis A. C. in fauorem D. Tiberij Ceuli contra Acalicinum fuit nullum tanquam factum vltra debitum, & consequenter ex falsa causa secundùm doctr. Bart. *in l. Fulcinius, §. Prætor ait, ff. quibus ex cauf. in possess. eatur*, cum allegat. per Ruin. *cons. 160. n. 26. col. 2.* Quod procedit etiam si sit interpositum, partim pro vera, partim pro falsa causa, quia est indiuiduum, Bart. Castr. & alij, *in l. si non sortem, § si censum, C. de cond. indeb.* & hanc sententiam passim sequuta est Rota, vt dicitur in decis. bon. mem. Bubali Salamantis pensionis 9. Maij 1583. in qua aliæ decisiones allegantur, & vltimo loco resolutum fuit, coram bon. mem. Orano in causa Assisien. subhastationis 15. Nouembris 1596. ex quibus patet, in consequentiam, nullam esse exequutionem, ac deinde subhastationem, & deliberationem, tanquam venientes à radice infecta, quoniam omnia processerunt de facto, & non de iure, cùm Iudex nulliter procedens dicatur agere vt priuatus, non vt Iudex, Card. *in Clem. §. fin. in fin. de celebrat. miss.* cum adduct. per Aym. *cons. 352. num. 3. vers. & in isto casu.*

2 Et ex his concluserunt Domini intrare spolium ad effectum, vt Maluicinus restituatur ad suam pristinam possessionem, quia Iudex non ritè, & rectè procedendo, spoliat *c. conquerentem, de restit. spoliat.* Oldrad. *cons. 227.* & hoc influit in quemcumque accipientem possessionem prætextu decreti nulli, quia Iudicis authoritas non eximit ab incursu pœnarum ciuilium, Bart. *cons. 91. n. 4.* Anchat. *cons. 133. & cons. 170. num. 5.* Socin. *cons. 135. num. 19 lib. 2.* Felin. *in c. cum causa, num. 3. de off. deleg.* & est materia text. *in l. meminerint*, & ibi Doctor. *C. vnde vi*, imò d. Dominus Tiberius tenetur ad restitutionem, si in deliberatione interposita est persona Rubertini, quæ eadem reputatur, *l. libertus, ff. si quid in fraud. patr.* vel restituere tenetur ipse Rubertinus tertius possessor, Fulgos. *cons. 136. n. 1. & 172. num. 2. & 190. in fine.*

3 Nec obstat, quòd excessus videatur esse in parua summa. Cùm enim prætenderentur scuta 2132. fuit obtentum decretum cum inde secutis pro D. 2236. quoniam omissis pro nunc, quæ deducuntur per Maluicinum contra prætensum creditum, respondebatur decretum annullari, etiam si concedatur in minimo, Ias. *in d. l. in sortem, §. si centum num. 2.* & fuit dictum in allegat. decis. Assisiens. Et non est, quia non solùm consideratur excessus; sed damnum quod prouenit debitori ex nulla, & iniusta deliberatione, vel adiudicatione.

3 Et in hoc casu tantò magis moti fuerunt Domini, quia fuerunt etiam capta mobilia, & residuum pretij deliberationis vltra prætensam quantitatem, D. Tiberius propria authoritate recepit de manu Cursoris, præsupponens aliam crediti causam. Ex quo patet, semper de facto processisse, non de iure. Quidquid autem sequutum fuerit ex decreto nulliter interposito ex facto, contra Maluici-

num est nullum, tanquam facta vltra debitum exactione debiti, Alex. *in l. à Diuo Pio, §. in venditione num. 5. & 161.* Ias. *num. 12. ff. de re iud.* Et ita fuit decisum.

R. P. D. MILLINO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pecudum.

Mercurij 24. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Hypotheca cadit super grege, qui retinetur ad vsum Regis, seu Præcodij, non autem, vt minutatim pecora vendantur.

SVMMARIVM.

Hypotheca generalis comprehendit etiam merces venales; licèt aliquibus ex eis venditis in eis extinguatur hypotheca, & remaneat in mercibus subrogatis, num. 1. Limita, vt non procedat in mercibus alienatis ante motum Iudicium, vel antequam sit orta hypothecaria, quia tunc merces transeunt absque vlla obligatione in emptorem, num. 2. Vbi quòd id procedit quando alienantur res particulares tabernæ, & alia illorum loco subrogantur: secus quando alienatur tota taberna, vel eius pars. Ita quòd penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale, quia tunc manente eodem corpore, durat eadem hypotheca. Et num. 3. traditur differentia inter apothecam, seu merces; & tabernam.

DECISIO XXXVII.

DVbium fuit restrictum in præsenti disputatione ad caput hypothecæ, an scilicet istis creditoribus competeret hypotheca, ita vt non potuerint contra D. Christophorum agere Saluiano. Et Domini recedendo à decisione aliàs facta coram bon. me. Gyptio sub die 24. Aprilis anni 1598. resoluerunt, eis competere hypothecam; prout etiam aliàs fuerat decisum, 26. Iunij anni 1596. coram eodem, & consequenter potuisse agere Saluiano. Ratio potissima resolutionis fuit, quia creditores habent hypothecata omnia bona debitoris, & sub hypotheca ista generali veniunt merces venales, licèt aliquibus venditis in eis extinguatur hypotheca, & remaneat in mercibus subrogatis, Cyn. *in l. vbi adhuc num. 19.* Bald. *n. 180. & 19. & num. 38. & 109.* Salyc. *num. 12. C. de iur. dot.* Bart. *in l. 51. constante n. 73. ff. sol. matr.* Ias. *in l. qui Romæ, §. Callimachus de pign.* Calcan. *cons. 25. num. 16.* Paris. *cons. 64. num. 4. lib. 4.* Pinel. *in rubr. C. de bon. mat. p. 3. nu. 46. in fin.* Couar. *var. resol. lib. 2. c. 5. num. 2.* Put. *decis. 297. lib. 2.* & in grege est text. *in l. in grege, ff. de pign.* Et licèt Iacob. de Aren. *in l. generali, §. vxor, ff. de vsu leg.* Bald. *in l. certi iuris in 6. & 9. C. locat.* Rom. *in l. constante, num. 33. vers. hic autem quæritur, ff. sol. matr.* & Albet. *in cons. 718.* tenuerunt contrariam opinionem, quòd in mercibus venalibus non cadat hypotheca, tamen opinio affirmatiua est non solùm receptior, sed verior: & Rota sæpiùs complexa fuit, & in grege non habere difficultatem.

Non obstat limitatio quæ huic regulæ affertur, vt non procedat in mercibus alienatis antequam sit motum iudicium, vel orta actio hypothecaria, cùm hoc casu merces alienatæ transeant absque vlla obligatione in emptorem, Iacob. de Aren. *in d. l. vbi adhuc num. 2.* & ibi Bald. *num. 28. C. de iur. dot. & in l. cum tabernam, ff. de pignor. cum alijs alleg.* quia isti Doctores mouentur ex dispositione *leg. cum tabernam ff. de pignor.* Et sic limitatio est intelligenda iuxta terminos illius textus, qui procedit, quando alienantur res particulares tabernæ, & aliæ, quæ succedunt, loco alienatarum subrogantur, vt tradunt ibi Bald. *num. 1.* & Angel. *in fin. princ.* & ideò non habet locum, quando alienatur tota apotheca, vel eius pars, ita quòd penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale; quia tunc manente eodem corpore, durat eadem hypotheca, Bald. *in d. l. vbi adhuc, n. 19.* Bald. Nouell. *in d. l. si constante n. 7.* Rip. *in l. 1. nu. 9. ff. de pignor.* Et ratio diuersitatis inter istos duos casus est clara, quia merces tabernæ sunt destinatæ ad continuam venditionem, & ne commercium impediatur, censentur obligatæ secundum suam destinationem, & sic cum ista qualitate; quatenus non repetiantur alienatæ, præsertim 2

M cùm

cùm per nouas merces subrogatas, super quibus manet hypotheca prouideatur indemnitati creditorum. Quæ ratio cessat in taberna, quæ non retinetur venalis in totum, nec in aliqua parte; ita vt desinat esse corpus vniuersale, & censetur hypotheca simpliciter; & transit in emptorem cum sua hypotheca *d. leg. cum tabernam*.

Considerabant etiam Domini, quòd in grege non militat eadem ratio quæ viget in apotheca, & mercibus venalibus. Licèt enim grex æquiparetur tabernæ quoad hoc, vt dicatur ius vniuersale, tamen æquiparatio non procedit ad istum effectum, vt per venditionem extinguatur hypotheca, quia grex non exponitur, nec retinetur venalis quoad singulas oues minutatim, sed retinetur tanquam corpus multiplici fructu, qui ex eo percipitur in lacte, lana, & fœtibus, qui sunt venales, & transeunt in emptorem liberè sine hypotheca; & consequenter, cùm grex sui natura non retineatur venalis, non cadit sub hypotheca cum illa qualitate, quatenus non sit alienatus ad instar mercium venalium, sed cadit sub hypotheca purè & simpliciter, & transit in emptorem cum sua hypotheca, siue totus, siue pars sit alienata, Bart. *in d. l. cum tabernam*, *in fine princ.* Ias. *in d. §. Callimachus*, *num.* 5. cum alijs alleg. Et ideò cùm istæ oues non fuerint nominatim venditæ, ita vt desierunt esse corpus vniuersale pro consequendis illarum fructibus, hypotheca fuit extincta.

Non obstat, quòd fuit facta venditio ad numerum, & non totius gregis, quia numeratio fuit facta ad effectum sciendi quantitatem, & constituendum pretium eorum scutorum 50. pro quolibet centenario, & non ad effectum excludendi venditionem gregis, vti corporis, tantò magis cùm venditio sit facta cum alijs rebus ad vsum præcodij, & comprehenduntur omnes oues quas Scoli habebant in communi, pro indiuiso cum Parisio.

Non obstat, quòd Christophorus emptor posteà eas non retinuit ad vsum gregis, & præcodij, quia vltra quòd hoc non probatur, sufficit ad istum effectum, quòd alienatio fuit facta vti de grege, & transierit cum hypotheca in emptorem, cùm non sit in eius potestate, in præiudicium hypothecæ illam distrahere.

Non obstat, quòd Scoli erant mercatores, qui retinebant oues ad vsum emendi, & vendendi, & non ad vsum præcodij, quia neque hoc probatur, & ad istum effectum esset probandum, quòd eas retinerent ad vsum vendendi, non autem ad præcodium, & vt grex, sed solùm ad vsum vendendi minutatim.

R. P. D. I V S T O.

Tridentina Census.

Veneris 26. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

Censum vendens, & non adimplens promissa, tenetur ad damna, & interesse, & eorum loco ad restitutionem sortis principalis, & fructuum, & quando nulla, & inualida existente obligatione principalis, sit etiam nulla obligatio fideiussoris.

S V M M A R I V M.

Promissa non adimplens interpellatus tenetur ad interesse, num. 1.

Censum vendens, & non obseruans promissa, interpellatus tenetur ad restitutionem sortis principalis, & fructuum decursorum, n. 1.

Fideiussoria obligatio nulla, & inualida remanet, nulla existente principali obligatione, quod an verum sit, & quando, n. 2. & seq.

Fideiussoria obligatio tunc demum non valet, nulla existente principali obligatione, quando nullitas est propter defectum formæ, secus si nullitas consistat in materia, vel ab extra, n. 3.

Appellationis causa impedit effectum sententia, n. 4.

D E C I S I O XXXVIII.

DVbitaui, an mandatum executiuum relaxatum ab A. C. esset consequendum, & fuit affirmatiuè resolutum, quia Gentilonus iudicialiter interpellatus ea non impleuit, ad quæ iuxta formam suæ obligationis tenebatur, & idcircò fuit commissa stipulatio ad interesse, *l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus, ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio, ff. de re iudic.* Bart. *in l. si indebitum, ff. rem ratam haber.* & loco damnorum, & interesse benè relaxatum est mandatum executiuum tam pro sorte principali, quàm pro fructibus census, Bald. *in l. 4. n. 7. C. de action. empt.* Rum. *cons. 141. n. 9. lib. 1.* Rota coram R. P. D. meo Decano in Romana dotis 11. Februar. 1583. iuncta alia in Romana de Alexijs prima Iunij 1587. & sæpè in alijs causis. 1

Non obstat, quòd Franciscus obtinuerit sententiam super nullitate census, vnde annullata obligatione principali, remanet nulla obligatio accessoria Gentiloni fideiussoris, Bart. *in l. cum lex, ff. de fideiuss.* præsertim respectu fructuum, qui ex contractu census nullo modo debentur: quoniam responsum fuit, nihilominus remanere obligationem Gentiloni tanquam principalis, & principaliter obligari, Mohed. *decis. 2. de fideiuss.* & fuit latè deductum coram bo. mem. Orano in Romana census de Prouanis 8. Aprilis 1593. & in alia Romana fideiussionis coram eod. 7. Iunij anni præteriti. 2

Et Rota intelligit doct. Bart. quòd annullato contractu principali, annullatur obligatio fideiussoris, quando nullitas est propter defectum formæ, quæ facit contractum ab initio non valere, quia tunc non habet, vbi consistat obligatio accessoria vt in dicta decisione de Alexijs. Quapropter cùm in hoc censu interuenerint solemnitates, & fuerint causæ sufficienter enunciatæ, vel saltem nihil prohibuerint ab initio censum imponi super re aliena, Nauar. *de censib. num.* 131. quia res aliena vendi potest, *l. rem alienam, ff. de contrahen. empt. l. cum res, C. de probat.* Afflict. *decis.* 40. sibi imputet fideiussor, qui non conuertit pretium in vtilitatem Francisci pupilli, nec fecit eum postquam maior effectus est, consentire. Ex quibus vel resultat nullitas in materia, vel ab extra ex defectu tutoris, & Gentiloni procuratoris. 3

Quod nec etiam firmiter tenendum, dum pendet causa appellationis super nullitate census, quæ impedit effectum sententiæ, *l. 1. in fin. ff. ad Sen. Consult. Turpill.* Præterquam quòd ex nullitate census sit locus obligationi Gentiloni, qui quocumque casu nullitatis census adueniente teneri voluit, & in his casibus deberi census propter obligationem ad damna, & interesse, quæ tergiuersari non possunt, *tenuit Rota in d. decis. de Alexijs*. Ex quibus tolluntur omnia, quæ in contrarium adducuntur, nisi obstet nullitas ex defectu iuramenti de calumnia, quæ opponitur. 4

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Assisien. Canonicatus.

Lunæ 14. Iunij 1600.

A R G V M E N T V M.

De quasi possessione conferendi beneficia, quomodo acquiratur, & quomodo etiam probetur; non contemnenda decisio.

S V M M A R I V M.

1 *Quasi possessio conferendi beneficia sufficit, quando agitur inter prouisos, quis eorum debeat præferri, secus si agatur inter Episcopum, & Capitulum, & num. 2.*

2 *Quasi possessio conferendi beneficia acquiritur ex vnico collationis actu.*

3 *Quasi possessio conferendi beneficia probatur per testes super eadem collatione deponentes, secus si deponerent super iure, videlicet, dicendo ad quem pertinet collatio.*

4 *Quasi possessio conferendi beneficia probatur ex prouisionibus factis per aliquem beneficiatis.*

3 Ver-

5 *Verba, ad Episcopum spectare, important ad ipsum solum Episcopum.*

Vniuersale verbum comprehendit omnem speciem sub vniuersalitate comprehensam, num. 5.

6 *Quasi possessio conferendi beneficia acquiritur ex sola scientia, & patientia illius, de cuius interesse agitur.*

7 *Attentare non dicitur qui suam possessionem continuat.*

8 *Quasi possessio conferendi beneficia non acquiritur per collationem sine effectuatione.*

9 *Quasi possessio conferendi beneficia probata per collationem vnius beneficij extenditur ad alia beneficia eiusdem speciei.*

10 *Causa actus magis attenditur, quàm ipse actus, in fin.*

DECISIO XXXIX.

1 FVit per Dominos vnanimiter conclusum; intrare alternatiuam in Canonicatu, de quo controuertitur, quia non hic agitur inter Episcopum, & Capitulum super iure conferendi, sed inter ipsos prouisos; quo casu attenditur sola quasi possessio collatoris, iuxta doctrina Calder. *consil.23. de præbend.* quam Rota sequitur *decis.49. de rescript.in antiquis*, Puteus *decis.206. lib.1.* Mohedan. *decis. 8. de priuil.* Thom.de Than. *decis.3.* & vltimo coram *R. P. D. meo Pamphilio in causa Vmentina Beneficij sancti Martini, Veneris 19. Nouembris 1599.*

2 Vnde superfluum visum fuit, ingredi quæstionem: an probaretur præscriptio quadragenaria, & numquid talis probatio esset necessaria vel ne, cum similibus; quia in proposito casu sufficit quasi possessio, *iuribus supra allegatis*, & illa vnico actu acquiritur, *cap.cum Ecclesia Sutrina*, vbi Glos. *in verb. trium*, Abb. *num.22.* Rip. qui de communi *num.91. de causis possess. & propr.* Alexand. *cons. 74. num.16. lib.4.* Decius *cons.134. num.1.* Et fuit resolutum in vna *Hispalensi iuris votandi 6. Februarij 1576. cor. Cantuccio.*

3 Dictam verò quasi possessionem Episcopi liberè conferendi in suis mensibus benè probant testes pro parte Mariani examinati; explicitè deponentes Episcopos pro tempore absque vlla participatione Capituli contulisse Canonicatus Ecclesiæ Assisiensis, & tales prouisiones fuisse effectum sortitas. Nec est verum, quod isti testes deponant de ijs, quæ sunt iuris, quia id verum esset, si deponerent, collationem pertinere ad Episcopum, secùs quando deponunt de quasi possessione conferendi, quæ benè potest probari per testes, *cap. cum Ecclesia Sutrina*, vbi Rip. *num.76. de caus. poss. & propr.*

4 Secundò probatur dicta quasi possessio ex pluribus collationibus factis per solos Episcopos pro tempore existentes, quarum copia datur in summario Mariani, & benè probant assequutin Canonicatuum vigore dictarum collationum, tum ex aliquibus prouisionibus factis per obitum eorumdem, *ad consil.229.* Oldrad. *num.2.* Et fuit dictum in illa *Cæsaraugustana Capellania 4. Maij 1573. coram R. P. D. Seraphino*, tum ex instrumentis possessionis captæ illarum vigore.

5 Non obstant, quæ in contrarium adducuntur. Et primò, quòd Episcopus conferendo conseruauerit simultaneam cum Capitulo; nam, vt explicitè deponunt testes, pro parte Mariani examinati, Capitulum non prætendebat simultaneam, sed præuentionem in conferendo. Vnde cessat obiectum, cessat etiam difficultas, quia in aliquibus collationibus, quæ dantur, dicitur collationem ad Episcopum spectare, quod significat ad ipsum solum, glos. *in cap. cum illis, §. si verò in verb. cum alio in fin. de præb. in 6.* facit text. *in cap. nouit. ibi, cuius cognitio ad ipsum spectat, de iudic.* In aliquibus autem alijs collationibus adest clausula, *omnimodam*, quæ significat plenariè, & est verbum vniuersale, & aptum comprehendere omnem speciem prouisionis, glos. *in clem. 1. in verb. omnimodam, de for. compet.* Gemin. *cons.15. num.3.* Soc. *cons.43. num.12. lib.4.* quarum tenorem non negauit Capitulum, cùm illarum vigore tradiderit possessionem, *adnot. in l. non est ferendus, ff. de transact.*

6 Quare cùm nedum scientia, & patientia, quæ sola sufficeret ad admittendam quasi possessionem, Bald. *in l.2. n.48. C. de seruit. & aq.* Dec. *cons.126. in fin.* sed etiam factum proprium interuenerit, meritò Capitulum nullam amplius potest prætendere quasi possessionem, Soc. *in l. rem, quæ nobis n.8. vers. infertur, ff. de acquir. poss.* Decius *in cons. 302.* Paris. *cons.1. nu.164. part.1.* Cassad. *decis.4. de rest. spol. num.6.* Ex quo colligitur, & aliud obiectum, quod fuerit requisita prohibitio, cùm simus in statu negatiuo, quia propterea excluduntur alij modi acquirendi talem quasi possessionem, prout isti sunt, & alij fuerunt alias considerati in *causa Hostiens. littoris Maris, 10. Decemb. 1574. cor. Rubeo.*

Non obstat lis mota per Capitulum de an. 1571. Primò, 7
quia lis non erat super collatione canonicatuum, sed super reputatione canonicorum ad effectum administrationis fabricæ. Et in omnem euentum Episcopus erat prior in quasi possessione conferendi. Vnde continuando non potest dici, quòd acceptauerit, glos. *magna in cap. non solum post med. vers. dicit etiam de appell. in 6.* Felin. *in cap. dilecti, num.17. de maior. & obed.* Paris. *in cons. vlt. lib.4. n.14.* Caputaq. *decis.51. num.2. part.1.*

Nec refragatur particularis quasi possessio canonicatus, 8
de quo agitur, acquisita per Capitulum ex collatione facta vsque de anno 1528. Hieronymo Scalono, & quòd canonicus non mutauit statum, ex quo de eo semper fuit postea per Sedem Apostolicam facta prouisio. Primò, quia non constat de illius effectuatione, stante quòd Scalonus obtinuit alios titulos, & quatenus constaret de adeptione possessionis, non satis probatur cuius tituli vigore possideret. Vnde talis collatio, sine effectuatione non probat quasi possessionem, Cald. *cons.12. de iure patr.* Innoc. *in cap.2. num.1.* & ibi Abb. *in fin. de restit. in integr.* Dec. *cons. 125. in princ. 129. num.3.* Put. *decis.136. num.3. lib.3.* Caputaq. *decis.132. & 338 part.2.*

Præterea considerabant Domini, quod Capitulum non 9
habebat nec particularem intentionem, nec causam super dicto canonicatu. Quare cùm causa esset vniuersalis, Episcopus acquirendo quasi possessionem in cæteris, adeptus & illam fuit, quoad hunc canonicatum sub eadem specie contentum, Soc. *cons.3. n.4. lib.1.* Crauet. *in cons.55. n.1. vers. sed respondeo*, & fuit dictum *in vna Hispalen. iuris votandi 6. Februarij 1576. coram Cantuccio.* Simile videmus in quasi possessione iuris conferendi, quæ extenditur ad beneficia nouiter erecta, vt fuit resolutum coram *Cantuccio in eadem Hispalen. iuris votandi.* Attenditur enim magis causa actus, quàm ipse actus, Bald. *in l.1. num.24. vers. tu dic. de emancipat. lib.* Crauet. *in cons.75. num.15.*

Ex quibus tollitur, & aliud, quod dicebatur ex possessio- 10
ne vnius actus non inferri ad possessionem alterius, in cuius possessione alter extitit. Tum quia non benè constat de quasi possessione Capituli in conferendo hoc canonicatu, tum etiam quia quatenus de illa constaret, procederet conclusio, si Capitulum prætendisset quasi possessionem particularem. Verùm cùm niteretur vniuersali; sicut vnico actu acquiritur quasi possessio vniuersalis iuribus supra allegatis, pari ratione ex vnico actu contrario quasi possessio in omnibus debet admitti, *arg. l. nihil tam naturale, cum ibi not. de reg. iur.*

Quo verò ad alias collationes factas per Capitulum aliæ 11
caruerunt effectu, aliæ non sunt veræ collationes; & quod tollit omnem scrupulum, collationes Episcopi sunt posteriores, quod sufficit ad effectum, de quo agitur, in quo vltimus tantùm status attenditur, iuribus supra allegatis.

R. P. D. SACRATO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Romana domus de Cuppis.

Veneris 10. Nouembris 1600.

ARGVMENTVM.

De alienatione bonorum minoris, quòd non valeat etiam ex titulo venditionis ad vitam ementis, seu locationis ad longum tempus, nisi iuris interueniant solemnitates, & quæ; est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Prohibitus alienare non censetur prohibitus alienare commoditatem vtilis dominij ad longum tempus, num.1. contra num.4. Vbi quod nec etiam prohibitus alienare potest locare ad longum tempus.

Legitimus administrator à testatore deputatus potest sine alia solemnitate ad longum tempus alienare commoditatem, & vtile dominium rerum hæreditariarum, num.2. Declara, vt num.5.

Socius potest alienare rem communem, n.2. vers. Tertiò dicebatur, Declara, vt n.6.

Minorum bonorum alienatio fieri potest ex iusta causa, & pro soluendo ære alieno, n.2. vers. Quartò, quod hæc Declara, vt num.3. & n.7. Vbi quod non sufficit existentia æris alieni, nisi adsit necessitas illud soluendi, & quòd non adsint bona minus damnosa.

Minorum bonorum alienatio valet sine solemnitatibus à iure requisitis, quando ipsi minori est vtilis, num.2. vers. Quintò, quòd in omnem euentum. Contra, num. 8. & 9.

Minorum bona alienari non possunt, causa non subsistente, nempe ob æs alienum, quod vendatur res minus damnosa, & cum alijs solemnitatibus iuris, n.3.

Contractus qualis sit, à contrahentium denominatione cognoscitur, n.4.

Venditio facta ad vitam ementis, adhuc venditio est, & facta à minore sine iuris solemnitatibus non valet, n.4. ante finem.

Minorum bonorum alienatio sine iudicis decreto facta non valet, n.7.

DECISIO XL.

1 SEptimius de Cuppis ex testamento quondam Cardinalis de Trano administrator bonorum Francisci, & aliorum sibi ex quondam Io. Dominico fratre nepotum, vendidit Illustriss. Cardinali de Cæsio illius vita durante, quandam domum sitam in platea Agonis inter duo palatia eorumdem de Cuppis sibi cum dictis nepotibus ex testamento d. q. Cardinalis de Trano communem occasione satisfaciendi sibi ipsi, & D. Abbati Octauio fratri pro dote materna, in qua ipse Septimius, & Abb. excluso Io. Dominico patre minorum fuerant hæredes instituti; pro cuius dotis restitutione d. D. Cardinalis de Trano fideicommittens, seipsum, ac omnia sua bona obligauerat. Quæ alienatio, cùm pro parte dictorum nepotum prætenderetur esse nulla, fuit per me vtraque parte informante propositum dubium, an dicta alienatio sit legitimè facta in casu, de quo agitur. Pro parte Septimij dicebatur, quòd hæc est alienatio commoditatis, seu vtilis dominij ad longum tempus, quæ non est prohibita illi, qui aliàs alienare prohibetur, quia censetur alienatio, *glos. fin. in l. Codicillis, §. instituto, ff. de legat.2.* quam sequitur Connan. *lib.7. cap.12. fol.533.* vt per Pinell. *in leg.1. part.3. num.66. C. de bon. mat.* Tiraquell. *de retract. lign. §.1. glos.14. num.89.* & in specie, quòd in alienatione ad vitam non requirantur solemnitates, allegabatur Feder. de Sen. *cons.52.*

2 Secundò, dicebatur quòd hæc alienatio absque alia solemnitate potuit fieri à dicto Septimio, tamquam ab habente legitimam administrationem ab ipsomet testatore ex doct. Alex. *cons.218. num.1. lib.6.* Roland *cons.99. num.39. lib.1.* Paris. *cons.85. num.50. part.3.* cum alijs congestis per Tiraq. *de leg. connub. glos.8. num.184.*

Tertiò dicebatur, quòd Septimius vti socius ex testamento d. q. Cardinalis de Trano habebat facultatem alienandi rem communem, *l. idemque erit, §. fin.* & ibi glos. *in verb. nec vendere, iuncta l. seq. ff. pro soc.*

Quartò, quòd hæc venditio debebat sustineri cùm fuerit facta ex iusta causa, nempe pro soluendo ære alieno ipsorum pupillorum, *l. ob æs,* & ibi glos. *in verb. alieno tantum, C. de præd. minor.* Quintò, quòd in omnem euentum contractus debebat sustineri ex capite vtilitatis, cùm hic contractus in specie fuerit vtilis, glos. *in l. cum ij, §. eam narrationem, ff. de transact.* cuius opinionem dicit esse veram Dec. *in c. quæ Ecclesiar. n.28 de constit.* Roman. *cons. 316. in 2. dubio, num.4.* Ruin. *cons.161. sub num.3. vers. & adhuc confirmatur, lib.3.* Vtilitas autem deducebatur ex eo, quòd pretium illius domus fuerat plusquam commune ratiocinando iuxta terminos, *l. hereditatum comparationi, ff. ad leg. Falcid.*

3 Quibus non obstantibus Domini negatiuam sententiam amplexi fuerunt, moti ex eo, quòd bona minorum alienari non possunt sine subsistentia causæ, vt puta ob æs alienum, *l. ob æs, Cod. de præd. minor. l. magis puto, §. non passim, ff. de rebus eorum.* Illius vrgentia, *l. tutor vrgentibus creditoribus, ff. de minor, d. §. non passim, vers. si modò vigeat,* tutoris authoritate, *l. obligari, ff. de auct. tut. l. neque, & l. cum qui, Cod. de auctor. præstand.* Modò nempe quòd vendatur res minus damnosa minoribus, *§. non passim, vers. sed si sit.* Horum omnium discussione, *l. minorum,* secundùm lecturam glos. *ibid.* quam approbant Bart. & Bald. *in princ. Cod. de præd. minor.* Et postea Iudicis decreto, *l. lex quæ tutores, C. de administr. tut. l.1.* & ibi glos. *in verb. alienum, ff. de reb. eorum.* Necnon & alijs iuris solemnitatibus, quibus deficientibus contractus est nullus, Castr. *cons.105. in princ. lib.2.* Rolan. *cons.33. num.1. lib.1. & cons.7. num.20. lib.3.* Rom. *cons.321. num.1.* Corn. *cons. 109. num.2. lib.3.* Dec. *cons.556. à num.3. vsque ad 7.* Aret. *in §. nunc admonendi, num.4. Instit. quib. alien. licet, vel non,* Afflict. *decis.249.*

4 Non obstat, quòd hæc sit quædam alienatio ad longum tempus, quæ non cadit sub generali prohibitione alienationis, *glos. fin. in l. codicillis, §. instituto, ff. de leg.2.* cum alijs allegatis: quia opinio *d. glos.* communiter reprobatur per Bart. & DD. ibidem, & glos. *in Clem.1. verb. locationis, de rebus Eccles. non alien.* quam communiter approbari dicit Imol. *d. §. instituto, n.6.* Abb. *cons.91. num.3.* Boer. *decis. 234 n.5.* Abb. *num.13.* Butr. *num.8.* Bero. *num.31. circa fin. in c. nulli, de reb. Eccl. non alien.* Dec. *cons.142. n.3.* Clar. qui de communi, *lib.6. recept. sent. §. fin. q.82. in quinto statuto, vers. sed numquid,* Mohed. *decis.2. num.2. de locat.* Felin. *in c. quæ in Eccles. num.87. vers. vbi autem de constit.* & consequenter in illa requiruntur solemnitates, Card. *in Clem.1. in princ. de reb. Eccl. non alien.* latè Gemin. *cons.48. per tot. & præsertim n.6. vers. non obstat.* Vasq. *de success. creat. §.10. num.78. vers. vnde tutor,* vbi de communi testatur, *tit. de test.* post Alex. *cons.117. ante num.2. vol.1.* Facit text. cum glos. *fin. in d. Clement.1. de reb. Eccles. non alien.* benè Boer. *decis.234. num.3. & 4.* Couarr. post multos relatos *cap.16. num.1. lib.5. var. resol.* qui de communi. Arius Pinell. qui pariter de communi *in l.1. part.3. num.64.* & meliùs *n.66. de bon. mat.* Quæ si habent locum in locatione ad longum tempus, multò magis procedere debent in venditione ad vitam, quæ & appellatur perpetua, *l.1.* & ibi glos. & DD. *ff. pro soc.* Alex. *cons.119. in fin. lib.3.* Fel. *cap. ne Dei, in fin. de Simon.* & videtur magis communis ex enumeratis per Gabr. *conclus.2. de locat. num.1.* Et est vera venditio, cùm talis per contrahentes fuerit denominata, Bart. *in l. cotem, §. qui maximos, sub num.11. vers. dico quod, ff. de pub.* Natt. *cons.49. num.4.* Tiraq. *de retract. lignag. §.30. glos.1. num.7.* Nec illa qualitas quòd finiatur vita ementis, tollit substantialia venditionis, *ad l. fin. C. de leg.* vbi glos. *in verb. contractus.* Vnde sine dubio in illa debent interuenire solemnitates, sicut tradit in specie Couar. qui de communi, *var. resol. lib.5. c.16. num.5.* Ex quibus patet, quòd doctrina Feder. de Sen. *alleg. cons.52.* non est tuta, vt ipse fatetur *in fin. d. cons.* Vbi dicit, casum esse dubitabilem, & se ita tenuisse concurrentibus alijs circumstantijs; & præcipuè facit cùm in modicitate rei, vt videre est *in d. cons.* quod hic non applicatur; & *in cons.143.* recedit ab illa opinione, Tiraq. alleg. in loco loquitur in retractu, & sic in diuersis terminis. Vltrà quòd non figit pedes, sed *sub num.8.* reliquit cogitandum.

5 Non obstat, quòd Septimius habeat administrationem ex voluntate testatoris, quia hoc procedit, quando tractatur de alienatione dependenti ex solo defuncti facto, & quando constat de expressa ipsius defuncti voluntate; quia tunc administrator non facit ex persona propria, sed tanquam merus executor voluntatis testatoris, Roland. *cons.99. num.39.* Et in ijs terminis loquuntur Alex. Paris. & alij ex aduerso allegat. aliàs censetur testata se confirmasse cum dispositione iuris, nempe quòd alienet seruatis seruandis, Rol. *d. cons.99. num.47. lib.1.* Aldobr. *cons. 35. num.3.*

6 Nec facit, quòd Septimius saltem vti socius potuerit alienare hanc domum: nam vltra quòd Domini nõ admittebant ita indistinctè dictam conclusionem in casu de quo agitur; respondebant, quòd ad summum talis facultas

con-

concessa socio, nil aliud potest supplere, quam defectum causæ, non autem defectum formæ, cùm non minùs in ijs contractibus, quàm in alijs concurrat suspicio læsionis minoris, propter quam leges, vltra subsistentiam causæ requirunt interuentum tutoris, decretum iudicis, & alias iuris solemnitates, prout colligitur ex supra allegatis Doctoribus.

7 Non obstat, quòd ista bona fuerint alienata ob æs alienum. Primò de d. ære alieno non satis constat, cùm isti minores prætendant, aliunde fuisse satisfactum doti dictæ q. Lucretiæ, vt benè deducitur per informantes pro illis. Secundò, quia non sufficit existentia æris alieni, nisi creditor petat, & instet, *d. l. tutor, vrgentibus creditoribus, ff. de minor. d. §. ob as, vers. dummodo vrgeat creditor*, & ibi Bart. Nec sufficere videbatur, quòd aliàs D. Abbas fr. Septimij obtinuerit decretum per A. C. contra bona hæreditaria, quia A.C. post comparitionem minorum illos repoluit. Quo fit, vt cessante necessitate alienandi, debuisset cessare ipsa alienatio, Tiraq. *tract. cessante causa, vers. necessitatis causa cessante*. Tertiò, quia dato quòd adesset æs alienum, & instarent creditores, nihilominus non potuerunt bona minorum propria authoritate alienare, sed requirebatur, quòd præcederet dictæ causæ cognitio, nempe an minores haberent bona mobilia, vel nomina debitorum, *ad text. in l. 1. §. quod si fortè, ff. de reb. cor.* & per illum textum Corn. *cons. 92. col. 2. num. 5. vol. 4.* Vel si aderat res minus damnosa quæ vendi posset, *d. §. non passim, & §. in primis*, Corn. *cons. 109. num. 2. in fin. vol. 3.* Afflict. *decis. 249. num. 1. vers. 4.* Et super omnibus interuenire iudicis decretum, Specul. *tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum restat, vers. hac quoque*, Dec. *cons. 403. n. 19. cum seqq.* Paris. *cons. 98. n. 5. & 15. cum seqq. & 99. n. 7. col. 1.* latè Rol. *cons. 33. n. 5. & 6. vol. 1*, quæ solemnitates eò magis videbantur necessariæ, quia Septimius erat ipsemet creditor, cui facienda erat solutio: & quia eadem domus fuit paulò post per Illustriss. Cardinal. Cæsium, cessa D. Flaminiæ vxori D. Septimij, ex doctr. Bald. *cons. 347. num. 1. lib. 4.* Alex. *in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 2. ff. ad Trebell.* præsertim Ias. *in l. singularia, n. 18. ff. si cert. pet.*

8 Postremò, nec ex capite vtilitatis visa fuit posse sustineri talis venditio. Primò, quia illa negatur in facto, & de illa debet euidenter constare, Anchar. *Clem. part. 4. not. de reb. Eccles. non alienan.* Secundò, quia potiùs constat de contrario, quia fuit alienata domus inter duo palatia, quæ solebat modò pro parte, modò in totum locari cum dictis Palatijs, atque ita in illorum locatione facere meliorem conditionem istorum minorum; non enim solo pretio consistit vtilitas alienationis, sed & in alijs circumstantijs, vt benè per Corn. *cons. 109. num. 3. vers. & vlterius vol. 3.*

9 Et cessat difficultas, quia in alienatione minorum non sufficit vtilitas, nisi etiam concurrant solemnitates, Doctores *in l. cùm sit, §. eam transactionem*, præsertim Castr. *num. 2. ff. de transact.* Bero. *cons. 32. num. 2. & cons. 88. num. 25. lib. 1.* & de communi testatur Ias. *in l. contra iuris, in fin. ff. de pact.* Brun. *tract. de form. tit. de potent. & effect. in 3. membr. ampliatione 9.* Rol. *in cons. 99. num. 38. part. 1.* Put. *decis. 2. in princ. lib. 1.*

R. P. D. COCCINO.

Romana Legati della Porta.

Die 2. Decembris 1601.

ARGVMENTVM.

Legatum omnium, & singulorum bonorum mobilium, an & quando extendatur ad bona futura, & extantia tempore obitus testatoris. An verò solùm ad extantia tempore testamenti, & est magistralis decisio, ad quam semper recurras in contingenti casu.

SVMMARIVM.

Legatum omnium, & singulorum suorum mobilium, intelligitur de mobilibus repertis tempore testamenti, & non tempore obitus, quia sic testator vsus fuerat verbis significantibus tempus præsens, n. 9. declara, vt nu. 7. & seqq.

Testis de facto proprio deponens plusquam semplenè probat, num. 2.

Testator præsumitur, quòd magis voluerit diligere filios, quàm vxorem, n. 3.

Testator quod non dixit, nolle præsumitur, & quod à testatore dictum non fuit, remanet in dispositione iuris communis, n. 4.

Argumentum à verisimili est optimum in dispositionibus testamentarijs, n. 5.

Legatum melioramentorum factorum in vinea, non extenditur ad melioramenta futura, num. 6. declara, vt num. 19.

Testamenti vna pars aliam declarat, n. 6. in fine.

Verba subiunctiui modi, siue sint præsentis temporis, siue præteriti imperfecti, semper comprehendunt tempus futurum, n. 7.

Verba testatoris, vbi sonant in futurum, comprehendunt etiam acquisita post testamentum, non obstante pronomine possessiuo, n. 7. in fine.

Legatum bonorum mobilium extenditur etiam ad bona mobilia existentia tempore testamenti, & sic ad futurum tempus, quando sic coniectura suadent, num. 8. & num. 13.

Testatoris mens potiùs attendenda est, quàm verba, num. 8. in fine.

Legatum factum coniuncta persona extenditur etiam ad tempus futurum, & non ad tempus testamenti solùm, n. 9. & 10. Vbi ampliatur hæc conclusio etiam in legato facto personæ beneuolæ.

Legatum relictum per verba geminata, & prægnantia, numquid comprehendat futura, n. 11.

Legatum omnium & singulorum bonorum mobilium extenditur etiam ad bona futura, quando legatario concessa est facultas capiendi legatum propria authoritate, num. 12.

Testes in dubio non præsumuntur singulares, n. 14.

Testes singulares, licèt non probent, faciunt tamen magnum adminiculum, n. 14.

Testis inimicus non repellitur ex leui inimicitia, n. 15.

Coniecturæ potiores, & fortiores præferuntur minus fortibus, n. 16.

Hæres, an & quando dicatur instituens etiam in legatis in testamento factis, num. 18.

DECISIO XLI.

DVbitatì, an legatum mobilium relictum per Equitem *della Porta* Elisabethæ vxori, esset intelligen- 1
dum de extantibus tempore testamenti solùm, an verò etiam tempore obitus. Et pro parte fratrum *della Porta*, quos dictus Eques in euentum, quòd decederet sine liberis, prout decessit, hæredes instituerat, prætendebatur esse intelligendum de extantibus solùm tempore testamenti, quia testator vsus fuerat verbis tempus præsens significantibus, relinquendo omnia, & singula sua bona mobilia, quo casu attenditur tempus testamenti, iuxta text. expressum *in l. si ita, ff. de aur. & argent. leg. l. si ita scripsisset, ff. de leg. 2. l. Iulianus, §. iuri, de legat. 3. l. Aurelius, §. 1. de liber. leg.* & in terminis consuluit Corn. *cons. 14. n. 5. lib. 1.* Capt. *cons. 45. nu. 5.* cum alijs per Menoch. *præsumpt. 127. num. 6. & seq. lib. 4.*

Secundò dicebatur, quòd si res esset dubia, clara, & 2
patens redderetur ex depositione Notarij, qui de testamento fuit rogatus, dicit enim se interrogasse testatorem, quænam bona vellet vxori legare, ipsumque respondisse ea, quæ tempore testamenti extabant, qui testis, cùm de facto proprio deponat, plusquam semiplenè probat, Aym. *cons. 178. num. 7.* quem Rota fuit sequuta coram Illustriss. Blanchetto in causa Romana deuolutionis vineæ, prima Iunij 1573. & coram me in causa Viterbiensi fideiussionis 29. Ianuarij præteriti, & aliàs sæpè.

Tertiò aduertebatur, quòd testator instituerat filios na- 3
scituros. Vnde non est verisimile, eum voluisse, quòd tempore obitus, filij omninò sine mobilibus remanerent, præsumitur enim patrem magis consulere voluisse filijs, quàm alijs, *l. Sempronius Proculo, ff. de legat. 2. cùm auus, ff. de condit. & demonstr. l. cùm acutissimi, C. de fideicom.*

Quartò his addebatur, quòd quando testator voluit 4
comprehendere futura bona, vtique dixit, vt ibi *in bonis*

comprehendere futura bona, vtique dixit, vt ibi *in bonis præsentibus, & futuris*. Vnde si mobilia etiam futura vxori voluisset legare, facilè sibi fuisset id dicere, *l. vnica*, §. *sin autem ad deficientis*, *C. de caduc. tollend. cap. inter corporalia, de translatio. Prælat.* & ideò cùm dictum non fuerit, censetur relictum in dispositione iuris communis, *l. extraneus*, *ff. de cond. caus. dat. l. commodissimum*, *ff. de liber. & posthum.* ideòque intrat dispositio dictæ *l. si ita*, cum allegatis.

5 Quintò magna vis fiebat in eo, quòd testator postquàm legauit dicta mobilia vxori in alijs bonis præsentibus, & futuris, mobilibus, & stabilibus instituit fratres. Ex quo elarè colligitur, quòd non legauit vxori mobilia futura. Si enim hoc intentionis suæ fuisset, non est verisimile, quòd instituisset fratres in mobilibus futuris. Quod argumentum est optimum in dispositionibus testamentarijs, *l. si Titia*, *cùm testamento*, §. *qui in vita*, *vers. non est enim verisimile*, *de legat.* 2.

6 Sextò adminiculatur prædictis, quia testator legauit vxori melioramenta facta in vinea, ergo non futura, quia verbum *facta*, denotat tempus præteritum. Ex quo facilè colligere potest, qualis fuerit intentio testatoris, etiam in legato mobilium, vna pars testamenti aliam declarat, *l. qui filias*, *de legat. in princ. de legat.* 2. Dec. *cons.* 593. *n.* 2. Et vlteriùs prætendebatur, voluntatem testatoris inde magis declarati, quia post testamentum testator adnotauit omnia mobilia per eum empta in quodam suo libello, quòd euidenter indicat eum annotasse dicta bona, vt distingueretur à relictis vxori.

7 His autem non obstantibus, causa bis proposita, ac maturè discussa Domini tenuerunt, & steterunt in decisis, coram me 3. Martij huius anni, videlicet censeri Elisabethæ legata bona extantia tempore obitus testatoris, & non solùm tempore conditi testamenti. Verba enim ipsius legati non repugnant, sunt enim concepta per verba subiunctiui modi, ibi, *di quacunque sorte si siano, è si trouino*, quæ siue sint præsentis temporis, siue præteriti imperfecti, semper comprehendunt tempus futurum, *l. si ita quis*, §. *Seia*, *ff. de verb. oblig.* Bart. *in l.* 1. *num.* 11. *vers. in contrarium*, *ff. de iure codic.* Bald. *in l. final. num.* 21. *C. de codicill.* Surd. *cons.* 362. *num.* 27. *lib.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 46. *num.* 29. Et vbi verba sonant in futurum, non obstante pronomine possessiuo, quòd comprehendantur acquisita etiam post testamentum, tradit Socin. iun. *cons.* 98. *n.* 29. *lib.* 1.

8 Eòque magis hæc opinio Dominis placuit, quia tales in hoc casu adsunt coniecturæ, vt etiam sit recedendum à regula text. *dicta l. si ita*, *ff. de auro & argent. legat.* cum allegatis, prout aliàs in eisdem fuit recessum coram Sanctissimo in causa Spoletana legati 2. Februarij 1587. & in simili causa Romana coram Bubalo 10. Decembris eiusdem anni, & in alia Romana legati Metalliarum 28. Aprilis 1589. coram R. P. D. Peña, iuxta doctrinam Crauett. *in l.* 1. *num.* 29. *vers.* 30. *limitatur de leg.* 1. Calder. *cons.* 1. *num.* 3. *vers. nec obstat*, *de constit.* Socin. iun. *cons.* 98. *n.* 26. *lib.* 1. Roland. qui alios cumulat, *cons.* 39. *num* 20. *lib.* 4. Gabr. *cons.* 120. *num.* 8. *in fin. vol.* 1. Illustriss. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 23. Et meritò quidem, cùm mens potiùs, quàm verba sit attendenda, *l. in conditionibus*, *ff. de condit. & demonstr.* cum vulgar. Et est de mente legis in dicta *l. si ita*, ibi, *si aliud comprehensum non esset*.

9 Primò enim considerabant Domini, huiusmodi legatum fuisse factum personæ coniunctæ, videlicet vxori; quo casu attenditur tempus mortis, & non testamenti, Bart. *in dict. §. si ita legatum*, *vers. hæc verba*, *ff. de aur. & argent. legat.* & *in l. si cognatio*, *col.* 1. Socin. *in l.* 1. *in* 5. *notab. ff. de reb. dub.* Bero. *cons.* 44. *num.* 22. *lib.* 7. qui loquitur in his terminis, videlicet in legato facto vxori, Mich. Grass. qui de communi *in §. legum quæst.* 26. *num.* 2 quidquid dixerit Cagnol. *in l. fin. num.* 229. *& seq. C. de pactis*, quem sequitur Apostill. ad singul. Roman. 103.

10 Et hæc coniectura corroboratur ex dilectione, & beneuolentia, qua Eques vxorem suam prosequebatur; de qua deponunt duo testes, contra quos licèt aliqua opponantur de quibus infrà, satis tamen est, in puncto isto, quod dicta eorum veritate nitantur, cùm Eques in testamento semper vxorem dilectissimam appellet. Ex quo etiam cessant depositiones aliorum testium, qui deponunt de odio Equitis contra vxorem. Et hæc dilectio inseruit etiam pro coniectura, quòd testator legauerit futura, Bart. *in l. si cognatis*, *ff. de reb. dub.* Gabr. *cons.* 170. *num.* 10. *lib.* 1. Et hanc coniecturam Rota fuit sequuta in decisionibus allegatis coram Sanctissimo Domino nostro, & coram Bubalo.

His accedit, quòd legatum fuit relictum per verba gemina prægnantia, & ampla, videlicèt dominium singulorum cuiuscumque generis. Et quamuis hæc coniectura inter Doct. sit controuersa, vt per Curt. iun. *cons.* 277. tamen in decisionibus allegatis fuit Rota sequuta, Crot. *cons.* 14. *num.* 34. *& seq.* vbi propter generalitatem verborum legatum comprehendit futura, Dec. *cons.* 69. *num.* 3. *circa fin. vers. confirm. hoc ex verbis Cephali*, *cons.* 763. *num.* 25. *lib.* 5. 11

Corroborantur prædicta, omissis alijs coniecturis ponderatis in alia decisione, quæ Dominis non displicuerunt; ex facultate concessa Elisabethæ capiendi legatum propria authoritate. Difficile enim fuisset hoc ad practicam reducet, si testator ad mobilia solùm tempore testamenti rationem habuisset. 12

Non obstant in contrarium adducta, & præcipuè text. *in d. l. si ita*, *ff. de aur. & argent. legat.* quia vt dictum est, verba testamenti non repugnant, & adsunt tales coniecturæ, vt ab eius dispositione sit recedendum. 13

Depositio Notarij videbatur suspecta, nec placuit Dominis, nam si testator dixisset, quòd legabat vxori mobilia extantia solùm tempore testamenti, multùm verisimile est, quòd Notarius expressisset. Vltra quòd hæc depositio redditur multum turbida ex depositionibus duorum testium, qui deponunt se à testatore audiuisse, quòd legauerat vxori mobilia extantia tempore obitus, qui licèt dicantur singulares, tamen tales in dubio non præsumuntur, sed contestes, Innoc. *in cap. qualiter, & quando*, 2. *de accusation.* Alex. *cons.* 185. *num.* 2. *lib.* 7. Et tenuit Rota coram bon. mem. Cardinali Lancellotto in causa Bisignanens. pensionis 17. Maij 1574. & in omnem euentum, quatenùs essent singulares, licèt non probarent, Cæsar. de Grass. *decis.* 97. *num.* 25. nihilominus negari non potest, quin facerent magnum adminiculum, Castr. *cons.* 281. *num.* 10. *lib.* 1. Aym. *de antiq. tempor. part.* 1. §. *sed enim*, *num.* 26. Gabr. *de testib. conclus.* 2. *num.* 76. & tenuit Rota in causa Bisignanens. & coram Cantuccio in causa Vrbeuetana legati 13. Octobris 1581. 14

Et licèt contra ipsos opponantur etiam inimicitia, & consanguinitas, tamen cùm vlteriùs inimicitia non fuerit capitalis, sed leuis; non debet iste testis repelli, vt de communi testatur Alberic. *in auth. si testis*, *Cod. de testibus*, Clar. *in praxi*, *in §. m. quæst.* 24. *vers. Item quæro*. Et vlteriùs consanguinitas non est in tali gradu, vt sit à testimonio repellendus. 15

Tertium, quòd dicebatur de institutione filij, & ideò non videri verisimile, quòd testator voluisset, filium omninò remanere sine mobilibus, non mouit dominos, nam hæc est vnica coniectura, quia potiores visæ sunt in contrarium allegatæ, ac proinde ab eis non esse recedendum, Cassad. *decis.* 1. *num.* 9. *de testibus*. 16

Quartum non applicatur. Regulare enim est, quòd in institutione hæredis fiat mentio bonorum futurorum. Vnde cùm hoc solitum sit in institutione, non potest inde declarati in alijs dubia testatoris voluntas. 17

Quintum de institutione facta in bonis præsentibus & futuris, non obstabat: nam omissa illa quæstione; an hæres dici possit in hoc casu institutus, etiam in legatis, quia negotium est valdè turbidum, quamuis enim hæres dicatur institutus in legatis, etiam quòd testator dixerit, exceptis legatis, *l. si ita quis hæres*, 74. vbi Bald. Cuman. 1. *notab* Angel. *num.* 3. Imol *num.* 1. *vers. extra glos. ff. de hered. instit.* Alex. *in l. vnam quod*, §. *non omnis*, *sub num.* 15. *ff. ad Trebell.* Ruin. *in l. qui quadraginta*, *num.* 2. *ff. eod. & cons.* 32. *sub num.* 8. *lib.* 2. & fuit resolutum coram R. P. D. meo Seraphino in causa Romana legatorum, 20. Februar. 1585. tamen hoc procedit ex eo, quia legatarius tenetur capere de manu hæredis; & si est locus detractioni falcidiæ, hæres illam detrahit, quod videtur cessare in hoc casu, in quo data fuit facultas capiendi legatum propria authoritate, & eo magis, quia institutio est magis per hæc verba, *in omnibus autem alijs bonis*, *&c.* quo casu non includuntur legata, Dec. *in cons.* 653. *sub num.* 4. *&* 7. Cephal. *cons.* 271. *num.* 7. *lib.* 2. & latiùs per alios, quos refert, vbi etiam testatur de communi, *cons.* 625. *num.* 23. *lib.* 5. tamen quia ex legato mobilium marmora excipiebantur, 18

quoad

quoad illa institutio in futuris poterat optimè verificari, & ideò huiusmodi cessabant.

19 Sextum oppositum non concludit, quoad aliam diuersam determinationem habentia, *ad l. doli causa, ff. de verb. oblig. cum vulgar.*

20 Vltimum tollitur, quia in illo libello Eques annotabat omnes expensas quotidianas suæ domus, & ideò in hoc aliquod fundamentum fieri non potest, ad textum *in l. in ambiguo, ff. de rebus dubiis*. Et ita fuit resolutum.

R. P. D. SACRATO.

Luneñ. Sarzaneñ. Capellæ.

Mercurij 5. Decembris 1601.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à duobus patronis vnam ex præsentationibus ad eius fauorem factis eligere debet, & per prosequutionem vnius, alteri renunciare censetur, nisi iustam habuerit ignorantiam, ad quem ius instituendi pertineret, & quando ex iusta ignorantia esse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à duobus per prosequutionem secundæ præsentationis censetur renunciasse primæ.*
Præsentatio facta coram non habente ius instituendi, non suffragatur præsentato, ibid.
2 *Meum quod est, amplius meum fieri non potest.*
Præsentatus à duobus patronis vnam præsentationem eligere debet, num. 2. & per tot. Vbi pluribus modis declaratur hæc conclusio.
Præsentatus à duobus non tenetur eligere vnam præsentationem, quando habet iustam ignorantiam, ad quem pertineat ius instituendi, n. 2. & per totam decisionem. Vbi etiam quando dicatur iusta ignorantia.
Iurispatronatus institutio de iure ad Episcopum pertinet, nisi ex consuetudine, aut alio capite ad alium inferiorem pertineat, n. 2. & 3.
Ignorantia facti non excusat, nisi quatenus fuerit causata à suo aduersario, n. 2. in fine.
Ignorantia iuris tertij excusat ignorantem, num. 3. Vbi præsertim quando est probabilis.
Alteri per alterum præiudicium causari non debet, n. 5. in fine.
Patroni quando inter eos oritur differentia super præsentatione alicuius, si infra quatuor menses non præsentauerunt, collatio est deuoluta ad Episcopum, declara vt num. 6. Vbi etiam de materia.

DECISIO XLII.

1 Sub die quarta Iulij præsentis anni fuit coram me resolutum, Andream Caleuum esse instituendum, non obstante præcipuo obiecto quod contra illum fiebat, quod ipse ex duabus præsentationibus de se factis neutram prosequi posset. Non primam factam coram Episcopo, quia per prosequutionem secundæ factæ coram Capitulo illi renunciatum erat iuxta dispositionem text. *in c. vt quis duas in fin. de elect. in 6.* cuius dispositio habet locum, & in præsentatione, Lambert. *de iurepatr. lib. 2. part. 2. qu. 5. art. 3. nu. 10.* Non secundam factam coram Capitulo, quia non probabat ius instituendi pertinere ad Capitulum, cùm aliàs præsentatio facta coram non habente ius instituendi non suffragetur, vt concludit Lambert. post alios, quos allegat, *tract. de iurepatr. lib. 2. part. 2. 4. qu. in princ.*

2 Non denique ambas simul, cùm ex prædictis, tum ex alio, nempe quia ius non potest competere ex ambabus, iuxta regulam: Quòd meum est, meum amplius fieri non potest. Vnde ne contingeret institutionem, quæ venit ad instar sententiæ fieri super incerto, erat necessarium vnam eligere, per d. text. *in c. vt quis duas,* & declarat Lap. *alleg. 8. n. 4. & 132. num. 2.* fundamentum autem propter quod tunc censuit Rota non esse locum dispositioni, *d. c. vt quis duas,* dum dicit per prosequutionem vnius, illam censeri electam, & ad alteram non dari regressum, fuit iuxta ignorantiam, quam habuit Caleuus, ad quem pertineret ius instituendi, præstante veniebat excusandus à mala electione, iuxta distinctionem glos. *in d. cap. vt quis duas, verb. eligere*. Verùm proposito per me iterùm eodem dubio, multa fuerunt opposita per Informantes pro Saluago contra dictum fundamentum, & in primis, quod gloss. loquitur de errore facti. Caleuus autem errauit in iure, omittendo præsentationem factam coram Capitulo, & hoc quia de iure communi institutio pertinet ad Episcopum, *c. omnes Basilicæ, 16. q. 7.* Vnde talis ignorantia iuris non debebat sibi suffragari, vt sunt iura vulgaria; & in terminis fuit allegatus Lambert. *de iurepat. art. 24. q. p. 2. lib. 2.* Secundò fuit dictum quòd & quatenus esset ignorantia facti, nihilominus non poterat suffragari Caleuuo, nisi quatenus fuisset causata à suo aduersario, vt innuit glos. per iura quæ allego nempe, *l. 1. §. quis autem, ff. quor. legat.* Tertiò, quòd est quatenus esset locus iustæ ignorantiæ, id erat intelligendum ad effectum, vt Caleuus posset supersedere in electione, vt loquitur gloss. non autem ad effectum vt si ille nimis properans elegisset, excusetur à mala electione, quibus non obstantibus, Rota stetit in decisis.

Ad primum obiectum fuit responsum, quòd licèt de iure communi institutio spectet ad Episcopum, *d. c. omnes Basilicæ,* nihilominus ius non resistit, quin ex consuetudine, aut alio capite possit pertinere ad inferiorem, Lambert. *lib. 2. p. 2. q. 4. ar. 4.* Vnde difficultas communis consistit in hoc. 3
An Caleuus habuerit iustam causam dubitandi, quod collatio spectaret ad Capitulum, quia si habuit iustam causam, siue illam appellemus ignorantiam facti, siue non faciendo, cùm habuerit ignorantiam iuris tertij venit Caleuus excusandus, vt de ignorantia iuris valdè dubij tradit Corn. *cons. 181. n. 17. vol. 3.* post alios quos allegat. Et in specie admittit Lambert. *d. art. 24. ex aduerso alleg. sub n. 2.* & clariùs *sub num. 4. in princip.* dum restringit dictum suum ad ignorantiam iuris crassam, & supinam; & sic nullo facti errore causatam. In proposito verò casu satis iustam errandi causam visus fuit habuisse Caleuus ex pluribus, nempe quod alij prætensi patroni præsentarant coram Capitulo, quòd Capitulum Saluago fecit collationem, quod idem Capitulum in eadem diœcesi habet collationem aliorum beneficiorum. Quæ omnia saltem simul vnita faciunt probabilem ignorantiam, quæ sufficit in materia excusationis, Abb. *in c. cum olim n. 18. versic. secus, de re iud.*

Ad secundum obiectum fuit responsum gloss. tantùm considerasse casus, nempe factum proprium, & factum alienum. Et licèt dum loquitur de facto alieno, allegauerit iura loquentia in ignorantia causata ex facto aduersarij, id fuisse per modum exempli non restrictionis. Et sufficere, quod eligenti non possit imputari, vt ipsamet gloss. declarat *in c. Abb. verb. dominus, vers. alij diuisit quod vbi actor. de re iud. in 6. vbi alleg. eand. l. 1. ff. quor. legat.* & sufficit ad effectum euitandi pœnam, *d. c. vt quis duas,* quòd ignorantia sit tolerabilis, vt per glos. *ibid.* & post eam Io. Andr. *verb. tolerabilis.* 4

Ad tertium obiectum fuit dictum, glossam, dum dicit, actorem non teneri eligere, non loqui ad effectum vt teneatur expectare, sed ad effectum, vt possit prosequi ambas simul, vt in *l. 1. ff. quor. legat.* quam allegat. Vnde multò magis colligi ex dictis eiusdem glos. quòd altera post alterá proponi possit, quia tali casu cessat incertitudo institutionis considerata per Lap. *alleg. 8. nu. 4. & 32. n. 2.* Et sic termini sunt minus fortes. Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod non constet de mandato illius, qui persecutus fuit præsentationem Andreæ coram Capitulo. Vnde nullum fuit sibi præiudicium causatum, iuxta regulam: *Non debet alteri per alteram, de reg. iur. cum vulg.* 5

Vltimò fuit dictum pro parte Saluagi, quod ex quo non fuerat diffinita controuersia super iurepatronatus intra quatuor menses, quod collatio erat deuoluta ad Episcopum ex dispositione *cap. quoniam, de iur. patr.* & consequenter cùm venerit casus deuolutionis sustinere collationem factam in Saluago, licèt in tempore dato ad præsentandum, ex doctr. Felin. *in c. cum Bertholdus num. 14. de re iud.* quem sequitur Roch. de Curt. *de iur. patron. verb. honorificum, n. 2.* Verùm cùm Dominis videbantur non applicari conclusiones; Nam quantum *ad cap. quoniam, de iur. patr.* cuius etiam dispositio recipit plures declarationes, vt fuit dictum in alijs causis, respondebant Domini, sicut & in alia decisione, quod nulla aderat lis coram Ordinario, & propterea potuit legitimè præsentatus quandocùque insti- 6

stirui, cùm in hoc nullum à iure sit præfinitum tempus, Rota *decis.4. de iur. patr. in nouis*. Quo verò ad doctr. Fel. *in d.cap. cum Bertholdus*, fuit dictum, illam non applicari, quia hic fuit facta præsentatio, & sic cessat negligentia patroni conualidans collationem Episcopi, vt considerat Felin. *d.cap.cum Bertholdus num.14.de re iud.*

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana census.

Lunæ 14. Ianuarij 1602.

ARGVMENTVM.

Census ex pacto illicito non redditur in totum illicitus, quando in instrumento adest clausula, Quòd pacta non apponenda habeantur pro non appositis; potestque census imponi super duabus rebus, & corporibus, non expressa summa imposita super quaque re; nec prohibetur vendens censum censuatam rem alienare, nec propterea alienando liberatur à censu.

SVMMARIVM.

Census non redditur vsurarius, & illicitus ex pacto iniusto apposito in instrumento, quando in eodem instrumento adest clausula, quòd pacta contra formam constitutionis Pij Quinti habeantur pro non appositis, *n.1.*

Census si fuerit impositus in diuersis rebus, non est necesse, quod in singulo corpore exprimatur, quæ summa imposita sit, num.2.

Prohibitum quod non reperitur, censetur permissum, numero 2.

Singularis numerus de sui natura est conuertibilis in pluralem, n.2. in fine.

Obligatio fideiussoris habet semper insertam conditionem, si causa subsistit, n.3.

Census venditor per alienationem numquid censeatur liberatus, num.3. in fine, & num.4. Vbi quod non, & num.5.

Census perempta re, in qua est impositus, non censetur peremptus, si remaneat res capax dicti census, n.4.

Societas officij inita super duobus officijs, non censetur finita per venditionem, seu vacationem vnius officij, si alterum quod restat, est capax societatis, n.4. in fine.

Census contractus parit duas actiones, personalem scilicet, ex stipulatu, & in rem scriptam, quæ ex ipso censu oritur. Realis sequitur possessorem rei, personalis autem sequitur contrahentem, num.5.

Frandibus occurrendum est, n.5. in fine.

DECISIO XLIII.

1 FVit dictum, teneri Ioannem Mariam ad fructus census decursos, & non solutos iuxta formam suæ obligationis, non obstantibus ex aduerso oppositis. Nam quòd primo loco opponebatur censum fuisse inualidum propter pactum in eo appositum, quòd venditor teneatur manu tenere emptorem in possessione exigendi etiam in casu inualiditatis census, aliàs ad duplum, tollitur ex protestatione, de qua in eodem instrumento, quòd si quid inueniatur appositum contra constitutiones summorum Pontificum habeatur pro non apposito, vt fuit in specie dictum in illa Beneuentana census 16. Decembris 1594. coram R.P.D. Pamphillo.

2 Alia inualiditas deducta ex eò, quòd census fuerit impositus super duabus rebus diuersis, nempè domo in vrbe, & fornace extra, non expresso, pro qua summa singula corpora grauarentur, iuxta distinct. quam tradit Modern. à Cingul. *tract.de cens.par.3.n.26.* non videtur habere iuris fomentum, quia hoc nullibi reperitur vetitum, ideò permissum, *l. necnon, §. quòd eis, ff. ex quibus caus. maior.l.1. §. adhiberi, de testib.* tradit in specie Nauar. *comment. de vsur.quæst.16. num.113.* Nec refragentur verba singularia Constitutionis Pij V. ponderata per d. Modern. ibi, *non nisi super re immobili, &c.* quia singularis numerus de sui natura est conuertibilis in pluralem, *l.in vsu*, vbi DD. *ff. de verb. signif.*

3 Non obstat præcipuum fundamentum quod fit super eò, quòd fornax propria subhastatione & deliberatione ad instantiam creditorum exierit de manibus venditoris census, ex quo duo inferuntur: alterum, quod tamquam re de medio sublata, cessauerit census pro portione, quæ erat super fornace, & consequenter obligatio fideiussoris, quæ habet semper insertam conditionem, si causa subsistit, Socin. *cons.32.n.19.& 20.lib.1.* Alterum, quòd etiamsi census super fornace subhastata adhuc extare diceretur, fuerit per illius alienationem liberatus venditor census, iuxta doctr. Nauarr. *comment.de vsur.quæst.26. num.116.* & consequenter & fideiussor, qui non potest in plus obligari, quàm principalis, *l.græco, §. illud, ff. de fideiussorib.*

4 Quoad primum fuit responsum, per alienationem fundi non cessare censum, sed in alium transire cum onere suo, vt notat in specie Couar. qui allegat concordantes *var. resol. lib.3. cap.7. num.6.* & consequenter non esse verum, quòd cessat causa obligationis fideiussoris. Secundò responderur, quòd etiamsi fornax perempta esset, nihilominus sufficit quòd remaneat domus, quæ sit capax pro sustentatione census. Et in hoc placuit simile de societate inita super duobus officijs, quæ sustinetur, si alterum ex officijs vacet, dummodo officium remanens sit capax societatis, vt fuit dictum in illa Romana societatis de Luchinijs 24. Ianuarij 1573. coram Illustriss. Blanchetto.

5 Quoad secundum negatur antecedens, quòd per alienationem rei censualis liberetur impositor census: nam ex dicta impositione duplex oritur actio, alia ex ipso stipulatu, quæ est personalis, altera ex ipso censu, quæ dicitur in rem scripta, Gabr. *cons.141. num.2. lib.2.* & consequenter, sicut illa realis sequitur possessorem rei, Crauett.*cons.57. num.1.* Couar. *d.lib.3.var.resol.cap.7. num.6.* ita ista personalis sequitur ipsum contrahentem, Specul. *rubr. de empht. num.18. vers. quia personalis*; notat in specie Rodoan. *tract. de rebus Eccles. non alien.* Rob. *de constit. census, num.68.* Gabr. *cons.47.n.13. in fin. lib.1.* Aliàs cùm ex constitutione Pij V. non possit venditor prohiberi, quin alienet rem censui subiectam, esset in potestate illius statim sequuta venditione census, alienare rem censui obligatam, & sic reddere elusorias omnes cautiones, sine quibus emptor census minimè contraxisset; quibus fraudibus est occurrendum, *l.1. in princ. ff. de dol.* Nec prædictis refragatur, quòd hic non pars, sed iudex vendiderit, quia factum iudicis hoc casu habetur pro facto partis, *l. si ob causam*, vbi Bald. *num.4. C.de euict.* Et ita ad consultationem Reuerendissimi A. C. me proponente respondit Rota.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Barchinonen. præcedentiæ.

Mercurij 23. Ianuarij 1602.

ARGVMENTVM.

Canonicus primò receptus præfertur secundò recepto. Canonicatu autem priuatus, si est restitutus, numquid recuperet primum locum in præiudicium eorum, qui medio tempore recepti sunt? Et quando beneficium dicatur affectum per appositionem manus Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus qui primo fuit receptus, præcedere debet eum, qui postea receptus fuit.*

2 *Canonicus priuatus, si postea restituatur, numquid recuperet primum locum in præiudicium Canonicorum medio tempore receptorum.*

Possessione sua non priuatur quis facto iudicis minus iuste procedentis.

3 *Beneficium an dicatur affectum, & quando per appositionem manus Papæ, & n.4.*

5 *Decretum irritans appositum in dispositione nulla, corruit tamquam accessorium, sicut corruit dispositio.*

DE-

DECISIO XLIV.

1 FVit conclusum, Franciscum Guaschi habere ius præcedendi Matthiæ, & alijs litis consortibus, quia D. Franciscus primò fuit in canonicum receptus, *l. 1. Cod. de consul. in 12. l. vnicuique, C. de prox. sacr. scrin. eod. lib. 1. & 2. C. de praefect. praet. eod. lib. cap. 1. de maior. & obed. l. 1. ff. de alb. scrib.*

2 Non obstat, quòd D. Franciscus per immissionem Honuphrij Coll. fuerit priuatus, & consequenter etiam si modò restituatur non debet recuperare primum locum in præiudicium Canonicorum medio tempore receptorum, Bart. *in l. 2. ff. de decur.* quia conclusio est vera in iure, sed non applicatur in facto, quia Franciscus per factum iudicis minus rectè procedentis non cecidit à sua possessione, Ang. & alij *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss.* Et consequenter cùm dicatur potius amotus, quàm priuatus, retinet primum locum, Accoromb. *decis. 51.*

3 Quòd autem iudex immittendo Honuphrium minus iustè processerit patet, quia processit in vim prouisionis Apostolicæ factæ dicto Honuphrio tamquam de affecto ob appositionem manus Papæ, & dicta affectio verè non aderat, quia licèt Papa non apposuerit manum, vniendo hunc canonicatum officio lecturæ. Attamen cùm id fecerit ad effectum vniendi, & vnio propter subreptionem fuerit nulla, Cassad. *decis. 1. de vnion.* cessat etiam reseruatio, quia appositio manus Papæ limitata ad certum effectum non operaretur minimè sequuto adimplemento, Geminian. *cons. 136. in fin.* Achill. *decis. 14. de restitut. spoliat.*

4 Non obstat, quòd prouisio Papæ causet affectionem; etiamsi prouisio sit nulla propter incapacitatem prouisi, Anchar. *cons. 58.* Simonet. *tract. de reseruat. quaest. 58.* quia appositio manus Papæ ad effectum prouidendi, non est restricta ad personam tantum prouisi, cùm negari non possit, quin Papa voluerit cum beneficio prouidere. Vnde nimirum, si deficiente vno remanet aliud, vt considerant Anchar. *d. cap. 58. num. 3. vers. item Papa,* & Simonet. *d. quaest. 58. num. 11. vers. vel negari non potest.* In casu verò proposito, Papa voluit mediante vnione prouidere tantum beneficio. Quòd si beneficium non indigebat tali prouisione, vt fuit decisum in hac causa, nulla remanet causa, propter quam Papa voluerit impedire prouisionem Ordinarij. Et ad hoc benè faciunt rationes illorum qui dicunt, appositionem manus Papæ non causare affectionem, quando est facta contemplatione certæ personæ, quæ non fuit reperta capax, de quibus per Simonett. *d. quaest. 58. num. 4.* & vltra ibi alleg. Prob. in addit. ad Io. Monach. *cap. tibi qui num. 20. vers. propterea quod, de rescript. in 6.*

5 Non obstat decretum irritans positum in vnione, quia sublata vnione propter subreptionem, corruit decretum tamquam accessorium, Prob. *loc. supra alleg. num. 21.* cum alijs per Gabr. *tit. de claus. conclus. 3. num. 82.* Cassad. *decis. 10. num. 4. supra reg. Cancell.*

R. P. D. SACRATO.

posteà S. R. E. Cardinali.

Sabineñ. Fideicommissi.

Lunæ 28. Ianuarij 1602.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum iniunctum constituto in sacris si sine filijs decesserit, nunquid valeat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, seu substitutio facta constituto in sacris, si sine filijs decesserit, non valet, vbi referuntur contrarium tenentes substitutio, seu fideicommissum factum Sacerdoti, si sine filijs decesserit, continet contrariam conditionem necessariam, sed ideo remanet purum, & num. 2.*

3 *Immissio vigore* leg. final. C. de edict. diu. Adr. toll. *datur etiam pro fideicommissis.*

DECISIO XLV.

QVidquid sit, quando substitutio fit constituto in sacris cum clausula, *Si sine filijs,* quo casu non valere fideicommissum, tamquam inuitans talem in sacris constitutum ad procreandum, & sic ad peccatum, dixerunt Bart. *in l. haereditas, num. 4. ff. ad Trebell.* cum alijs per Paris. *cons. 109. à num. 1. vsque ad 5. vol. 3.* Cuius tamen contrarium tenuerunt multi insignes Doctores, dicentes illam conditionem, *si sine filijs decesserit, restituat,* non continere contrariam. Quòd si cùm filijs decedat, non teneatur restituere, ex quo causaretur absurdus intellectus, nempe irritamentum ad peccatum, *ad l. cum patrem familias, C. de condit. insert.* Et consequenter cessare incitamentum ad peccatum. Ita Salic. *in l. generaliter in fin. C. de instit. & subst.* Bero. *cons. 73. num. 12. lib. 2.* cum alijs per Menoch. *de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 83. num. 55.* & latissimè per Simon. de Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib. 3. interpr. 3. dub. 2. solut. vlt. n. 25. cum plurib. seqq.* 1

Fuit dictum, cessare difficultatem in hoc casu, quo substitutio fuit facta Barnabæ sacerdoti, cum clausula, *si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit.* Cùm enim sit impossibile constituto in sacris habere filios legitimos, & naturales, contraria conditio de non habendis dicitur necessaria, iuxta Theodoricum Bald. *in l. non quidquid, ff. de iud.* Et consequenter fideicommissum in hoc remanet purum, *l. si pupillus, §. qui sub conditione,* vbi glos. & DD. *ff. de nouat.* & in istis terminis tenuit Rot. *in causa Iauuensis fideicommissi 21. Maij 1582. coram bon. mem. Rubeo,* Ruin. *cons. 144. num. 11. lib. 3.* Bertrand. *cons. 149. num. 2. part. 1. in impress. ann. 1534.* Et sequuti fuerunt recentiores absque difficultate, Illustriss. Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 9. in fin.* Gabr. *cons. 126. num. 2. lib. 2.* Menoch. *cons. 245.* cùm enim constitutus in sacris peccando minimè possit implere conditionem de habendis filijs legitimis, & naturalibus, cessat periculum irritationis ad peccandum, consideratum per Bart. & sequaces, vt benè animaduertit Bertrand. *vbi supra.* 2

Ex quibus cum præsupposito, quod constet de morte Barnabæ fuit conclusum, esse factum locum fideicommisso, & inde dandam esse immissionem, quæ competit etiam pro fideicommissis, vt per Bar. *in l. fin. num. 9. C. de edict. diu. Adr. toll.* cum alijs pro communi cumulatis per Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 181.* 3

R. P. D. IVSTO.

Interamneñ. dotium.

Lunæ 4. Februarij 1602.

ARGVMENTVM.

Pretium non tenetur soluere emptor, cui fuit vendita res, tamquam libera, quam constat esse fideicommisso subiectam: nec pro cautela temporis sufficit consensus vocatorum, quando fideicommissum est perpetuum, prout nec sufficit, quòd alienatio potuerit fieri ex causa dotis, nisi de hoc per sententiam à venditore obtentam prius constet.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur ad solutionem pretij, vbi venditor pro parte sua non impleuit, & n. 3. Vbi quod quælibet promissio emptoris intelligitur cum sua causa, quatenus venditor adimpleat.*

2 *Consensus vocatorum ad fideicommissum non sufficit pro securitate emptoris rei subiectæ fideicommisso, quando fideicommissum est perpetuum, cum possint semper alij nasci.*

Emptor non tenetur ad solutionem pretij, quando venditor promisit bona vendita esse libera, & constat de fideicommisso, etiamsi venditio posset sustineri ex causa dotis, quia emptor non tenetur suscipere litem contra fideicommissarios, super libertate bonorum, sed venditor tenetur reddere emptorem securum

curum faciendo separari per sententiam a fideicommisso dotes, vt nullum emptori periculum immineat, ibid.

Alienatio fideicommissi, vt sustineatur vigore auth. res quæ, C. commun. de legat. *cui incumbat onus probandi, adesse, vel non adesse bona libera, n.4. vbi remissiue.*

DECISIO XLVI.

1 NOn dubium est, quod promissio solutionis pretij fuit correspectiua ad venditionem, in qua venditor promisit, bona vendita esse libera ab omni obligatione, & non subiecta fideicommisso, vt benè deducunt informantes pro D. Io: Baptista. Vnde cùm non adimpleatur ex parte venditoris, quia constat de fideicommisso, vt decisum fuit in *hac causa coram R. P. D. meo Decano*, vlterius constat de molestijs illatis, emptor non tenetur ad solutionem pretij, Caputaq. *decis.212. lib.1. in manuscr. & decis. 127. part.3.* Put. *decis.357. lib.3.* Ang. *cons.94. num 8. cum alijs allegatis.*

2 Quinimò venditor non solùm non adimpleuit, sed nec etiam adimplere potest, quia non sufficit consensus illorum, qui vocantur ad fideicommissum, quoniam possunt alij nasci, qui interim non consentiunt, & eorum iura, qui vocantur ad fideicommissum, remanet illæsa, & bona non sunt libera, vt tenuit Rot. *cor. bo.me. Perugino in Romana domus de Alicornis, 2. Martij* 1598. *& cor. R.P.D. meo Mellino in Spoletana terrarum 21. Iunij* 1599. *& 15. Decembris eiusdem anni.*

3 Non obstat, quod fuerit facta promissio de soluendo puellis in causam dotis Notario stipulante pro puellis, quæ non tenentur implere, imò ex dispositione iuris, *in auth. res, quæ C. comm. de leg.* datur securitas, nam Domini dicebant, quod prædicta promissio, quicumque effectus ex ea oriretur, habet correspondentiam, & correspectiuitatem cum promissione venditoris, quod bona sint libera, & non subiecta fideicommisso. Vnde semper est cum sua causa quatenus bona libera traderentur, vt fuit resolutum in *causa Camerinen. pecuniaria coram eodem D. Mellino 17. Aprilis* 1599.

4 Non obstat, quòd venditio sustineatur vti facta in causam dotis, quia ad istum effectum, vt emptor non teneatur ad solutionem pretij, sufficit, quod constet de fideicommisso, & quod non constet, non adesse bona libera, quia emptor emit sub assertione venditoris, quod bona erant libera, aliàs non emptus, *l. si, qui heres, §.1. ff. except. rei iud c.* Et dictum fuit in *Romana census coram Reuerendiss. P. D. Seraphino 17. Martij, & 6. Aprilis* 1577. Et non tenetur suscipere litem contra fideicommissarium super libertate bonorum; sed ille qui petit pretium, & dicit, quòd non obstante fideicommisso alienatio sustinetur, debet reddere emptorem securum, faciendo separari per sententiam à fideicommisso dotes debitas, vt emptori nullum periculum immineat. Ex quibus cessat omnis disputatio, cui incumbat onus probandi adesse, vel non adesse alia bona, ad Curt. sen. *cons.127. num.17.* Dec. *cons.119. n.7.* Curt. iun. *in d. auth. res quæ*, cum alijs alleg per Modernos Patauinos, *de fideicomm. art.42. num.73.* Quæ etiam procedunt in fideicommissario non docente, extitisse bona libera, & non in emptore, maximè qui emit sub conditione, quòd bona libera sunt ab omni fideicommisso, vt ibidem per DD. Modernos *num.94. in fine.*

5 Neque prodest, quòd hodie molestiæ sint sublatæ, quia remanet fideicommissum. Ex quibus decisum fuit, sententiam Rotalem esse iustam, & confirmandam.

R. P. D. SACATO.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissi de Paonolinis.

Lunæ 4. Februarij 1602.

ARGVMENTVM.

Priuatio hæreditatis à testatore imposita in casu molestiarum, an dicatur pœna, vel conditio? & an propterea sit restringenda, vel extendenda? & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 Dictus, dicta, dictum, *dictio restringit dispositionem ad præcedentia, num.2. Vbi quod est demonstratiua ad oculos.*

2 *Verba testatoris vbi non verificantur, nec etiam locum habet testatoris dispositio.*

Repeti non potest, quod ab initio non fuit. Repetitio enim intelligitur sine alteratione, ibid.

3 *Relatio operatur tantum ad ea, quæ legi possunt, & oculis perspici in termino relato.*

4 *Prohibitio directa in personas, dicitur personalis.*

Extensio non fit ex identitate rationis, quando cum verborum proprietas non patitur, ibid.

Testator, quod voluerit extraneos accipere cognomen suæ familiæ, maxime attendendum est, ibidem ante fin.

Extensio difficilius admittitur, stante diuersitate rationis, etiamsi verba aliàs extensionem paterentur, ibid. in fine.

5 *Priuatio hæreditatis in casu molestiarum dicitur materia magis pœnalis, quàm conditionalis.*

Amissio lucri delati pœna est, ibid.

Pœna an sit, nec ne? requiritur præceptum antecedens, ibid. Et quomodo? & per quæ verba hoc præceptum inducatur? ibid.

Priuatio præsupponit habitum, ibid.

Pœna priuationis inducitur ex coniecturata testatoris voluntate, etiam sine præcepto, ibid.

6 *Extensio in pœnalibus non admittitur, etiam ex identitate rationis.*

Subrogatum habet easdem qualitates eius, in cuius locum subrogatur, nisi adsit diuersitas rationis, ibid.

Qualitas in præcedenti dispositione non censetur repetita in subsequenti, quando adest diuersa ratio, ibid.

Declarationis natura est, nihil de nouo disponere, ibid. in fine.

DECISIO XLVII.

QVondam Albertus Pannolinus hæredem sibi constituit primogenitum ex filijs filiorum Diamantis sororis suæ, & Ludouici Ratiæ illius viri, cui primogenito substituit alios, vt latius in dicto testamento, quibus omnibus deficientibus substituit filios masculos legitimos, & naturales Lelij Pannolini declarando vulgari sermone. 1
Che se d. M. Lelio, o suoi figliuoli, & descendenti, in qualsiuoglia modo, & per qualsiuoglia ragione, ò causa, molestassero detti miei heredi, venendo poi il caso, nel quale siano chiamati alla successione li figli di detto M. Lelio, essi non possano succedere, ma siano priui, come io li priuo d'ogni successione delli miei beni; nel qual caso immediate voglio che succedino detto M. Ludouico Ratta, & suoi figliuoli descendenti. Post paucos dies idem testator donauit inter viuos supradicto Ludouico omnia sua bona, reseruatis sibi tantum scutis 50. ad effectum testandi cum onere, & grauamine eidem Ludouico iniuncto, statim, & in continenti restituendi, & consignandi bona omnia comprehensa in donatione cum fructibus cumulatis, iuxta dispositionem, & ordinationem in dicto testamento primogenito legitimo, & naturali nascituro ex filijs prædicti Ludouici donatarij, & Diamantis suæ coniugis iam defunctæ, cui primogenito fecit plures gradus substitutionum, vt plenimùm se referendi ad dictum testamentum, cuius tenorem de verbo ad verbum voluit etiam registrari in calce eiusdem donationis. Post quæ ordinauit, vt deficiente in totum linea filiorum, & descendentium masculorum legitimorum, & naturalium ipsius Ludouici Rattæ succedat maior natu filiorum Lælij, modo, & ordine, de quibus in dicto testamento, & paulò infrà declarauit, se vocasse eosdem filios Lælij in casu deficientis lineæ Ludouici Ratiæ cum modis, oneribus, & conditionibus, de quibus supra. Finita linea Ludouici Ratiæ, & sic facto loco fideicommisso ad fauorem filiorum Lælij, fuit illis per hæredes vltimi grauati oppositum, quòd Lælius illorum pater occasione

sione cuiusdam litis molestauerat Ludouicum Rattam contra expressam prohibitionem d.q. Alberti fideicommittentis, & licet nihil fuerit firmatum super eo, an prætensæ molestationes essent de comprehensis in testamento q. Alberti. Placuit Dominis videre ante omnia, an prohibitio apposita in testamento esset repetita in donatione, in casu, & ad effectum, de quo agitur. Quod dubium per me pluries propositum, fuit tandem negatiuè resolutum.

2 Fundamentum decisionis fuit, quòd in testamento prohibentur tantùm molestari hæredes, vt patet ex illis verbis, ibi, *molestassero li detti miei heredi*, ponderando maximè dictionem illam *discors*, quæ restringit dispositionem ad hæredes, qui suprà fuerant expressi, Dec. *in cons.*465. *n.*8. Soc.iun.*cons.*22.*num.*30.*vol.*3. Paris.*cons.*86. *num.*36.*par.*2. Ruin. *cons.*181.*n.*2. *vers.cum ergo*, *vol.*2. Crauett.*cons.*98. *num.*8. & est demonstratiua ad oculos, *l.*1.*ff. de his quæ in testam.deleg. l.qui liberis*, §.*hæc verba*, vbi Bart.*num.*7.*ff. de vulg.& pupill.* & *cons.*7.*n.*1. Ruin.*cons.*29. *num.*4. & *seqq. vol.*2. Vnde cùm inter illos hæredes non reperiretur descriptus Ludouicus Ratta, meritò non poterit dici, quòd idem Ludouicus in testamento fuerit molestari prohibitus, Alex. *cons.*140.*num.*3. *vers.ita etiam*, *vol.*6. Ruin.*cons.*127. *n.*3. *vers.prætereà*; & *cons.*130.*num.*3. *vers.nec ob. vol.*2. Paris. *cons.*3. *num.*26.& *seqq.p.*2. Quod non fuit prohibitus molestari in testamento, minùs potest dici prohibitus in donatione, quia quod ab initio non est, repeti non potest, Ruin. *cons.*92.*num.*10.*vers.non obstat*, *quod conditio*, *vol.*2. Soccin.iun. *cons.*144. *n.*3. *vol.*3. Cephal. *cons.*433. *num.*58. Repetitio enim intelligitur sine alteratione, Bald.*cons.*212. *ea quæ num.*1.*vol.*5. Dec.*cons.*63.*num.*6. Paris.*cons.*7.*num.*5. *par.*3. Castr.Curt.iun. *cons.*92. *num.*10.*vers.qui imò*, & re in eodem statu permanente, Dec.*in l.actione*, *num.*8. *vers. eodem modo*, *Cod.de transact.* Cacher. *decis.Pedemont.*51. *in fine*.

3 Hinc cessat, quòd latè deducitur per informantes pro DD.de Ratta, nempe quòd in donatione pluries fuerit facta relatio ad testamentum, quia relatio operatur tantum ad ea, quæ legi possunt, & oculis perspici. Nec plus debet esse in termino referente, quàm in relato, Alex.*cons.*46.*n.*8. & *seqq.vol.*1. Bald.*cons.*212.*num.*1.*lib.*5. Ruin.*cons.*25.*n.*11. *lib.*1. Aliàs non esset referre, vel repetere, sed esset de nouo inducere, Ruin.*cons.*92. *n.*10. *vers.non obstat*, *quod conditio*, *lib.*2. Soc.iun.*cons.*144.*n.*13.*lib.*3. Et hinc etiam tollun- tur alia; quòd intentio donantis, vt ex proœmio colligitur, non fuerit, alterare in testamento, sed facere irreuocabile propter donationem, illud quo reuocabiliter disposuerat in testamento. Et quod ista donatio sit quædam subrogatio, quæ debet censeri facta cum qualitatibus illius, cuius loco subrogatur, cum multis similibus. Quia imò ex hoc confirmatur, quòd Ludouicus non fuerit prohibitus molestari, quia respectu illius non esset retinere primam, sed nouam inducere, non subrogare, sed alterare.

4 Non obstat, quòd prohibitio fuerit realis, vnde sequatur bona testatoris, quia imò fuit personalis, cùm sit directa in personas, ibi, *se detti miei heredi*, Bart. *in l.cunctos populos*, *num.*32.*C.de sanct.Trinit.* Ruin.*cons.*26.*n.*9.*col.fin. lib.*4. Tiraq. *de primog.q.*46. *num.*4. Et iste intellectus, quòd non sit repetita prohibitio non molestandi, confirmatur ponderando, vt vnus ex Dominis meis faciebat, verba donationis, quando vocantur filij Lælij Pannolini, quæ sunt, *deficiente in totum*, &c. *succedat maior natu filiorum Lælij*, modo, & ordine, de quibus in dicto testamento, & paulò infrà, ibi, *tunc succedant filij prædicti Lælij*, cum modis, oneribus, & conditionibus, de quibus suprà, quæ verba non important modum, onera, & conditiones ante acquisitionem, sed post; & consequenter non possunt referri ad prohibitionem molestiarum, quæ iuxta mentem testatoris debebant præcedere successionem, & acquisitionem, vt patet ex verbis testamenti. *Che se detto M. Lelio*, &c. *molestassero detti miei heredi*, *venendo poi il caso*, *nel quale sono chiamati*, *non possano altrimenti succedere*. Nec facit quòd eadem ratio prohibitionis sit in donatione quæ in testamento, & eadem ratio in Ludouico facto donatario, præfuit in hæredibus testamentarijs, nam præterquàm quòd hoc non sufficit ad inducendam aliquam dispositionem, ex quo non adsunt verba, quæ illam possint importare, Alex.*cons.*139. *n.*5.*vol.*6. Dec.*cons.*211.*n.*5. & *cons.*287. *num.*8. latè Crauet. *cons.*161.*n.*13.*cum seqq.* Videbatur Dominis adesse magnam diuersitatis rationem, quia in testamento in casu contrauentionis filiorum Lælij, hæreditas deferebatur ad filios Ludouici Rattæ; quibus erat iniunctum onus assumendi nomen testatoris, & erant ex sorore nepotes ipsius testatoris: post donationem autem, in qua mutatio ordine filij Ludouici vocantur priusquam filij Lælij, remanerent exclusi filij Lælij Pannolini propter extraneos, & eo ipso deficeret cognomen testatoris, quod ab illo magnifactum apparet; dum voluit filios Ludouici in casu quo succederent propter contrauentionem Lælij assumere dictum nomen familiæ. Paris.*consil.*19.*num.*33. *vsque ad* 27.*lib.*2. Cephal. *cons.*251. *à num.* 50. *vsque ad* 53. Grat. *cons.*5. *num* 86. & *seq. lib.*2. Bologn. *cons.*12.*num.*1.2.& 3. Molin.*de primog. Hispan.lib.*2. Thesaur.*dec.*200. *num.*10.*col.*14. quia diuersitatis ratione stante difficiliùs admittitur repetitio, & sic aliàs verba sufficerent, Bald. *in l.actionibus*, *in* 30.*not.ff.de his*, *qui not.infam.* Aret. *in cons.vlt.sub num.*6. *circa med. vers.quod autem ista responsio*, Paris.*in cons.*38.*num.*28. *circa med.vers.quin imò*, Socin. *lib.*2.

Videbatur etiam Dominis, materiam esse magis pœnalem, quàm conditionalem, cùm in casu molestiarum adimatur illud quod purè ab initio relictum fuit, *l.vxorem*, §.*hæres*, vbi Bart.*n.*2. Cuma. *num.*4.*de legat.*30. Bart.*in l.pater familias n.*2. vbi Ang.*num.*2.*vers.tu contra*, *ff.de hæred. instituend.* Et quod metus ammissionis lucri ex prima substitutione delati sit pœna, benè explicat Surd. *decis.*7.*n.*13. & *decis.*232.*n.*9.*in fin.vers.Item cadit pœna*, Gloss. *in c.de puell. verb.nullatenus* 36. *q.*2. Nec obstat, quod hic nullum adsit præceptum erga vocatum cum priuatione in casu non implementi, vt pro regula datur ad cognoscendum, an sit pœna. Aretin. *in l.Titia*, *sub num.*3. *col.*3. *vers.sed ista*, *ff.de verb.oblig.* Et est casus in *d.l.vxore*, §.*hæres*, *de legat.*3. quia etiamsi esset necessarium præceptum, dicitur quod illa conditio, *se detto M.Lelio*, *ò suoi figliuoli molestassero detti miei heredi*, importat præceptum erga Lælium, & filios de non molestando dictos hæredes, *l.cum ita legatum*, *ff.de condit.& demonstrat.* cum alijs per Surd. *decis.*292. *n.*8. & *n.*11. Et supradicta eò magis procedere videntur in hoc casu quo testator vsus fuit verbis denotantibus pœnam; & sunt illa verba, *siano priui*, *io li priuo*, per quæ verba necessariò infertur, quod testator non intellexit ab initio conditionalium relinquere, sed illud quod purè reliquerat ob contrauentionem adimere, quia illa priuatio præsupponit habitum à principio, *l.decem*, *de verb.oblig.* & in terminis Cephal.*in cons.*52.*n.*24. & *seq.* Et coniectutata voluntas testatoris sufficit ad inducendam pœnam etiam sine præcepto, Imol.*in l.*1.*num.*6. vbi dicit, hanc opinionem veriorem, & *in l.*3. *vers. aduertendum*, & ibi Socc. *vers.sed tu pro solutione*, *ff.de condit.& demonstr.* Soc.sen. *cons.*21. *n.*23.*in fin. cum duobus seqq. vol.*3. Cuman. *cons.*5. *n.*3.*vers.præcipue cum testator.* Eman.Acosta *l.cum tale*, §.*si quis arbitratu*, *num.*37.*ff.de condit.& demonst.* Surd. qui de communi, *decis.*232. *in fine*. 5

Ex hac conclusione quod versemur in pœnalibus plures resultant illationes, ex quibus cessare videtur omnis difficultas. Prima est, quod in materia pœnali nulla debeat haberi ratio identitatis rationis, Felin. *in c.causam quæ n.*27. *vers.& rescriptum*, *de rescriptis*, cum alijs per Paris.*cons.*98. *num.*38.*lib.*2. Item quod sic non applicetur materia subrogationis cum suis qualitatibus ex relatis per Gabr. *de reg. iur. concl.*2. *num.*59. Item quod ista qualitas de non molestando non sit repetita sub illis verbis, *succedat maior natu filiorum Lælij*, *modo & ordine*, *de quibus in dicto testamento*, cùm aliud sit modus, & ordo succedendi, aliud pœna, Bald. *in l.cum pater certam in l.*3. *not. ff.de legat.*20. Rom. *cons.*155.*num.*6. *vers.cæterùm*, Dec.*cons.*90.*num.*3.*vers.nec dici potest*, Rol.à Vall. *cons.*59.*num.*56.*tom.*3. Et licet paulò infrà addatur, *cum modis*, *oneribus*, & *conditionibus de quibus suprà*, non exinde sequitur, quòd iniungatur plus oneris quàm suprà continebatur, Bart.*in l.*1. §.*hoc edicto*, *de postul.* Dec. *cons.*227.*num.*3. Paris.*cons.*10.*num.*19.& 45. *num.*14. *lib.*2. Et eo minus cùm in hac vltima clausula testator loquutus fuerit per modum declarationis, cujus natura est, non disponere aliquid de nouo, vt benè animaduertit D.Pendasius per doctr. Bart.*in l.hæredes palam*, *n.*4. *ff. de testam.* Dec. *cons.*423. *num.*2. cum alijs per eum cumulatis. 6

R.P.D.

R. P. D. I V S T O.

Romana casalis Capricotta.

Veneris 8. Februarij 1602.

A R G V M E N T V M.

Fructus sequuntur Dominum, & veniunt sub hypotheca rei, & vt acquirantur per possessorem bonæ fidei, quæ requirantur. Et quando debeatur illorum æstimatio, & an veniant in actione Publiciana. Et an sufficiat sola possessio emptoris venditore sciente, vt habeat locum Publiciana.

S V M M A R I V M.

1 *Fructuum acquisitionis causa est dominium.*
Dominium probatur per instrumentum venditionis subsequuta pretij numeratione, & possessione, n. 1.
2 *Rei vendicatio non competit, nisi probato dominio.*
Hypothecare non potest debitor rem alienam.
3 *Actio Publiciana causatur ratione tituli, & traditionis, & vt illa habeat locum sufficit, quod emptor sit in possessione, venditore sciente.*
Fructus veniunt in actione Publiciana, n. 3.
Possessio probatur ex locatione iuncta solutione pensionum, num. 3.
4 *Fructus sunt hypothecati in ea causa, in qua res ipsa est hypothecata.*
5 *Hypotheca non comprehendit ea qua non sunt debitoris.*
Cautio de restituendo operatur, vt solutio habeatur pro non facta, num. 5.
6 *Fructus vt acquirantur per bona fidei possessorem, requiritur, quòd possessor eos seminauerit, collegerit, & consumpserit.*
Conductor non facit fructus suos ante solutum affictum num. 6.
Fructus vbi fuerint consumpti, debetur loco illorum æstimatio, num. 6.

D E C I S I O XLVIII.

1 POstquam fuit decisum in Rota, contractum emptionis & venditionis medietatis casalis Capicotta in Dominum Antonium Macharanum, & Ioannem Baptistam Luraghinum non fuisse simulatum, incepit idem D. Antonius prætendere contra creditores eiusdem Luraghij decocti, non solùm restitutionem dictæ medietatis Casalis, sed vnà cum ipsa fructus, vel affictus perceptos, sicut decursos à die dictæ decoctionis. Idcircò proposui dubium in Rota cum quibusdam præsuppositis, an debeantur, & Domini dixerunt, affirmatiuam sententiam esse veriorem moti fuerunt, quoniam sicut dicamus constare de dominio Domini Antonij, certum est, quòd dominium est causa acquisitionis fructuum, *l. Herennius, ff. de vsur. l. fructus, l. in fundo, l. ex diuerso, ff. de rei vend.* vnde quia per instrumentum venditionis cum pretij numeratione, possessione subsequuta probatur dominium, *l. proprietatis, & l. cum res, C. de probat.* videbatur constare de dominio Domini Antonij, in quo prædicta concurrunt.

2 Nec placebat Dominis, quòd apponebatur per Informantes pro creditoribus, scilicet Dominum Antonium agere non posse contra creditores rei vendicatione, non probato dominio sui authoris, *l. & qui fundum, §. hoc tamen, ff. de pignor.* gloss. *in dicta l. cùm res*, Bart. *in l. magnam, num. 5. C. de probat.* Boer. *decis. 42. num. 25.* & fuit dictum in Rota coram bon. mem. Vicecomite, posteà Archiepiscopo Mediolani, in Viterbien. Campi Mauri 16. Aprilis 1584. siquidem respondebatur, D. Antonium non restringere iura sua ad dictam actionem, vt dicemus infrà; præterquàm quòd visum fuit, hac exceptione creditores vti non posse; qui ex altera parte allegant hypothecam super eodem Casali, vigore obligationis Ioannis Baptistæ authoris Domini Antonij, quæ in re aliena consistere non potest, *l. 1. §. 1. ff. de pignor.* Neguz. *de pignor. in 3. membr. 2. part. num. 58.* cum alijs seqq. Vnde videntur eodem tempore, & ad eumdem effectum allegare contraria. Et hæc quoad dominium.

3 Siue dicamus, non bene constare dominio. Et tunc non desuit actio Publiciana, quæ causatur ratione tituli, & traditionis, *l. 1. ff. de public.* in qua sufficit, quòd emptor sit in possessione, venditore sciente, Natt. *cons. 292. num. 3.* Et tunc veniunt fructus in Publiciana, *l. cum qui, §. in Publiciana, ff. de public.* Natt. *alleg. num. 7.* nam de possessione Domini Antonij, sciente Ioanne Baptista, constat ex locatione inter ipsas, & solutione affictuum per biennium subsequuta, Bart. *in l. quadam mulier, num. 1. ff. de rei vendic.* Rota *decis. 1. de fid. instr. in antiq.* Nec deficiunt allegationes in iure, præsertim non deficit æquitas, *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet.* vel officium iudicis in hoc casu, in quo non vigore dominij, vel possessionis creditorum sunt percepti fructus, sed ex decreto iudicis prouisionalis, vt modò dicemus.

4 Non obstat, quòd fructus fuerint percepti à crebitoribus in extinctionem debiti; quòd licuit stante hypotheca, cùm fructus sint obligati in ea causa, in qua res est obligata, *l. 3. C. in quibus caus. pign. vel hypotheca tacitè contrah.* cum suis allegatis. Siquidem respondebatur, in hac causa verum esse in facto fructus non esse perceptos à creditoribus, tamquam ad se spectantes vigore hypothecæ, sed mediante decreto iudicis, qui post decoctionem Ioannis Baptistæ per modum prouisionis, & ne interim bona dilapidarentur, & sine præiudicio iurium quorumcumque, ac possessionis eorumdem bonorum, si qua ab aliqua persona legitimè capta fuisset, aduocauit ad se possessionem omnium & singulorum bonorum, & administratorem deputauit, qui integros fructus Casalis percepit. Vel de facto, quoad medietatem Casalis percipiendam, vel tacitè persequendam locationem Ioanni Baptistæ, vnde pecuniæ ex fructibus redactæ fuerunt in monte depositatæ, & cum decreto iudicis consignatæ creditoribus, cum obligationibus, & cautionibus de restituendo prioribus, & potioribus.

5 Quapropter cùm isti fructus oon fuerint in dominio debitoris, nec potuerunt venire sub hypotheca ipsius, Alber. Salicet. & alij *in d. l. 3. Cod. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Nec aliquo remedio vsi fuerint creditores, vt exempli gratia, Saluiano interdicto, vel alio, quo fructus legitimè percipere potuerint in solutionem debiti Ioannis Baptistæ, & consignatæ fuerint pecuniæ cum prouisione, siue cautione de restituendo; cuius effectus est, vt pecuniæ habeantur pro non solutæ, *l. procuratoris, §. fin. ff. de tribut. l. ex facto, in fin. ff. de pecul. castrens. cons. 286. in princ. part. 1.* nulla bona ratione videtur concludi posse fructuum, siue pecuniarum dominium in creditores ita esse translatum, vt non debeantur D. Antonio.

6 Non obstat, quòd ad hoc vt bonæ fidei emptor rei alicuius obligatæ faciat fructus suos, requiritur, quòd eos seminauerit, recollegerit, & consumpserit, secundùm dictum Ang. *in leg. 1. §. cum prædium, ante num. vers. & ... & num. 1. in fine*, vbi etiam Alberic. *in princip.* quæ non concurrunt in hac causa.

Quoniam responsum fuit, quòd Doctores allegati prædicta non considerant ad excludendum dominium debitoris, quod si habuisset, obligarentur fructus creditoribus, sicut ipsa res. Vnde aut volumus fructus etiam perceptos ab administratoribus ex decreto iudicis, veluti conductoribus repræsentantibus Luraghinum, & tunc semper vnum est, quòd non fecerunt fructus suos ante solutam pensionem affictuum, *l. si census, §. locati*, vbi Glos. *in verbo cogere, ff. de furt.* Bald. *in leg. 2. num. 2. Cod. de rerum permut.* Ruin. *cons. 216. num. 3. lib. 1.* Et saltem debentur affictus. Aut volumus, nullo alio titulo esse perceptos, quàm ex allegata prouisione iudicis: & tunc, quia iudex mandauit, sine alicuius præiudicio, etiam quoad possessionem percipi fructus, videntur nomine ipsius Domini Antonij, percepti, & consumpti: & pecunia extare, quia debetur loco æstimationis pro fructibus consumptis, Ias. post alios *in l. diuortio, §. ab donatione in fin. ff. solut. matrim.* Et ita decisum fuit pro D. Antonio.

R.P.D.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Foroliuiensis census.

Veneris 8. Martij 1602.

ARGVMENTVM.

Monetæ valor quando est mutatus, in qua moneta sit facienda solutio.

SVMMARIVM.

Moneta valor, quando mutatur, si bonitas intrinseca non est mutata, fieri debet solutio in moneta currente tempore solutionis, & non tempore contractus, n.1.

Alternatiua vbi est obligatio, debitoris est electio, numero 2.

Moneta argentea numquid possit solui pro moneta aurea, num.2.

Moneta quando est æstimata, & taxata, solutio ad illam taxationem fieri debet, n.4.

Moneta in contractu taxata & æstimata, numquid soluenda sit in eadem æstimatione & taxa, quando contrahentes posteà contrarium seruarunt, n.4.

DECISIO XLIX.

1 EQues Bernardinus de Foroliuio imposuit annuum censum scutorum octuaginta quinque auri super quodam eius prædio, & illum sic impositum vendidit D. Hieronymo de Tedeschis Canonico Narbonensi precio scutorum mille auri, cuius valorem in moneta Veneta ad rationem Bononeorum octuaginta quatuor pro scuto, & d. monetam ad rationem Bononeorum duodecim pro singulis patachis, iuxta quod in ciuitate Foroliuiens. tunc currebant patachæ recepit: dictum autem censum vt suprà assignatum, & venditum, soluere promisit d. Hieronymo emptori in tot scutis auri ad pondus pilæ, vel in moneta argentea currenti de semestri in semestre in fine cuiuslibet semestris proportionabiliter, & pro rata vltra scuta quadraginta duo cum dimidio in fine cuiuslibet semestris. Euenit, quòd valor scuti auri fuit immutatus, ita vt plus valeret tempore faciendarum solutionum, quàm valeret tempore contractus. Fuit coram me dubitatum, qui valor in proposito casu esset attendendus. Placuit Dominis, esse attendendum valorem aureorum de tempore solutionis; ex quo non est mutata bonitas intrinseca, iuxta distinct. Bart. *in l. Paulus n.6. ff. de solut.* & communem Doctorum opinionem, de qua per Aret. *cons.* 11. *n.*3. Grat. *cons.* 12. *num.* 44. *lib.* 1. Boer. *decis.* 326. *num.* 13. *vers. tertius verò, & quartus casus,* Socin. iun. *cons.* 44. *num.* 5. *lib.* 4. Beninten. *decis.* 39. Et tenuit Rota causa Cesenaten. pecuniaria 14. Martij 1597. coram R. P. D. Penia, & in pluribus alijs.

2 Non obstat, quòd fuerit alternatiuè promissum, vel aurum, vel argentum, ex quo infertur fuisse in potestate debitoris soluere argentum tanquam alterum ex alternatiuis, §. *si plures instit. de hæred. instit.* glos. & DD. *in c. inter cæteras, de rescript.* Et consequenter cum ab illo tempore citra, non fuerit mutatus valor argenti, Bononeos octuaginta quatuor constituere, modo scutum argenteum debitum, sicut constituebant de tempore contractus, quidquid circa valorem auri acciderit. Quia respondetur, censum fuisse constitutum in scutis aureis, & in eisdem venditum; & licèt fuerit data facultas soluendi argentum, hoc non tollit, quin scutum aureum sit tantùm in obligatione, & consequenter illius æstimatio, non autem moneta sit attendenda, vt post Bald. Socin. iun. *cons.* 44. *num.* 5. *vers.* 2. *quantum lib.* 4. Addebat vnus ex Dominis, in hoc casu argentum non posse vigore alternatiuæ dici æqualiter deductum in obligatione, cùm non contineat summam certam, vt declarat Bart. *in l. si stipulatus decem in mille, n.*2. *de solut.* & post illum Grat. *cons.* 13. *n.* 26. *lib.* 1.

3 Minùs subsistit in facto, quòd scutum aureum in hoc casu fuerit æstimatum ad Bononeos octuaginta quatuor, vnde illa tantùm sit attendenda, Bart. *in d. l. Paulus, in fin. ff. de solut.* quia licèt pretium census fuerit solutum ad dictam rationem, id fuit, quia de illo tempore illa summa Bononeorum correspondebat valor scutorum aureorum, sed modò quòd fuit mutatus valor, non rectè infertur de illo tempore ad illud, vulg. reg. *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* cum concordant.

4 Postremò, non obstant quæ dicuntur de obseruantia subsequuta, in soluendo dictos Bononeos octuaginta quatuor pro scuto, quia potuit esse ex eo, quòd dicta summa Bononeorum per dictum tempus fuerit correspondens valori currenti aureorum, & propterea cùm non appareat, ex qua causa ita fuerit seruatum, non possunt tales solutiones deseruire pro obseruantia interpretatiua instrumenti, Aret. *cons.* 115. *num.* 3. Et fuit dictum in causa Parmen. status 14. Martij 1580. coram Robusterio. Ex quibus fuit conclusum, sententiam A.C. ad fauorem Bernardini latam esse iniustam.

R. P. D. PAMPHILIO SENIORE,

postea S. R. E. Cardinali.

Papien. bonorum.

Veneris 10. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

De emphyteusi Ecclesiastica, quando ad extraneos hæredes transeat, & quando solemnis præsumatur ex obseruantia 30. aut 40. annorum.

SVMMARIVM.

Emphyteusis concessa pro se hæredibus, & successoribus in perpetuum, transit ad hæredes extraneos: præsertim si fuit dictum, hæredibus quibuscumque, vel quibus dederit, n.1.

Emphyteusis Ecclesiæ præsumitur concessa solemniter stante obseruantia 30. annorum, n.2. & 3. vbi de obseruantia 40. annorum.

Concessio emphyteusis in perpetuum potest dari pro minori Canone, seu pensione, quam si daretur ad tempus, n.2.

Noua inuestitura non censetur facta, quando adest clausula, non nouas inuestituras faciendi, sed veteres confirmandi. Et quid importet talis clausula, n.4.

DECISIO L.

1 DIxerunt Domini, reuocanda esse sententia latas ad fauorem Capituli, & Canonicorum S. Michaelis. Fundatur enim in deuolutione terrarum, ob finitam lineam Aloysij de Cruce, qui non adest, in bona de quibus agitur, sint transitoria ad hæredes extraneos, ex quo fuerunt concessa Catharinæ, & Arensio, de annis 1534. & 1537. & postea Aloysio de anno 1544. & 1584. pro ipsis ac eorum hæredibus, & successoribus in perpetuum, Socin. *cons.* 266. *sub n.* 57. *vers.* 2. *præmissa, lib.* 2. Curt. iun. *cons.* 4. *in fin.* & fuit resolutum in vna *Mediolanen. bonorum de Buffalora 2. Iunij 1575. coram bon. mem. Bubalo,* & sæpiùs in alijs causis. Præsertim stante clausula, *Et quibus dederunt &c.* qua in inuestituris factis Catharinæ, & in vltima anni 1584. quæ est facta Aloysio etiam pro hæredibus quibuscumque, Doct. *in cap.* 1. *de feud. non habendam naturam proprii feudi,* Aluar. *in cap. feud. sub num.* 2. *vers. ex qua,* Gloss. & ibi Præpos. *in fin.* Afflict. *col.* 1. *vers. & hoc verum est, si de feud. fuer. controuers.* Curt. iun. *d. cons.* 4. *n.* 1. cum allegatis in causa *Romana census S. Eustachij 17. Februar. 1582. coram bon. mem. Lancellotto.*

2 De validitate autem istarum concessionum non videbatur ambigendum; quia fuerunt obseruatæ ab anno 1534. citrà. Et sæpissimè decisum fuit, spatio 30. annorum cum obseruantia concessionis rerum Ecclesiasticarum præsumi solemnes, iuxta gloss. *in cap. peruenit,* vbi Imol. *num.* 10. *de empt. & vendit.* Felin. qui testatur de communi, *in c. Albericus, sub num.* 4. *de test.* Put. *decis.* 365. *num.* 3. *& 7. lib.* 2. & esse vtiles quousque de contrario non doceatur, Roland. *in cap.* 2. *in princ. num.* 7. *de his qui feud. dare poss.* Abb.

cons.

cons.141.num.2.lib.1. Alex.*cons.70.num.6.circa fin.* cum alijs allegatis coram me de anno præterito in vna Romana domus sanctæ Mariæ in via lata. Et tantò magis, quod de anno 1530. ista bona erant locata pro annuo affictu librarum 10. quo fit, vt subsequens concessio perpetua pro libris 15. dicatur omninò vtilis, cùm tamen Doct. admittant in locatione perpetua posse minui sextam partem, ratione onerum à quibus Dominus eximitur, *auth. perpetua,* & ibi Doct.*Cod.de sacrosanct.Eccles.* Anchar.*cons.122.n.1.* Ias.*cons.54.n.1.* & tenuit Rota in vna Romana domorum in Burgo 30. Martij 1590. coram Illustriss. Mantica.

3 Non obstat, quòd ab vltima inuestitura facta Aloysio, de anno 1584. non effluxerint 30. anni, quia in ea non fuit recessum ab alijs antiquis, quibus nititur Hieronym. Castr.*cons.72.num.2.lib.2.* Dec.*cons.193.num.4.* Vltrà quod de tempore vltimæ inuestituræ constat ex pluribus locationibus, cum obseruantia 40. annorum ista bona fuisse solita alienari, iuxta communem opinionem, de qua restatur Ias.*col.55.col.pen.lib.2.* seruat Rota, vt habetur in decis. Auersana tenimenti 24. Nouembris 1581.coram bonæ memoriæ Cantuccio, & consequenter in hac concessione non erat opus aliâ solemnitate, *cap.de feud.* vbi doctr.Bart. *in auth.qui rem num.7.* & ibi Dec.*num.1.in fin.* Cagnol.*num.56.Cod.de sacros.Eccles.* Dec.*cons.329.sub num.3.vers. accedit,* Curt.*in tract.de feud.2.par.quæst.1.in princip.* Mohed. *decis.249. aliàs 8.de locat.cum simil.*

4 Non obstat præcedens inuestitura facta de anno 1530. Catherinæ ad nouennium, quæ videtur attendenda iuxta cons. Castr.142.*circa fin. lib.2.* præsertim, quòd in alijs subsequentibus adest clausula, *Non nouas inuestituras faciendo, sed veteres confirmando,* qui respectu temporis fuit adiecta noua qualitas, Alex.*in l.si mihi, & Titio nu.17. ff.de verbor.oblig.* Ruin.*cons.160.num.16.lib.1.* & ab illa anni 1530. fuit expressè recessum quoad tempus, etiam de consensu eiusdem Catherinæ, quæ accepit nouas inuestituras in perpetuum, *c.1.§.penult.quib.mod.feud. amitt.* Bald. *in leg. fin. col.2. Cod. de suis & legit.* Brun. *cons.1.num.85. & cons.79.num.6.* Ceph. *cons.27.num.2.lib.1.* & clausula illa, *Non nouas, &c.* intelligitur præterquam in expressis, Curt.sen.*cons.48.num.9.* Pedem.*decis.23.num.46.* Dec.*cons.53.sub num.2. circa fin. vers. & quamuis, & col.fin. circa fin.* & facit, quòd in simili dicitur de clausula sine præiudicio, quòd intelligatur vltra expressa, Oldr. *cons.330.in fin.* Paris.*cons.70.num.12.lib.1.* Natt.*cons.403.n.7.* Sarnen. *de iur. quæsit.quæst.1.num.41.*

* *Supra in eadem causa adsunt duæ aliæ decisiones sub diebus 13. Nouembris 1592. & 8. Martij 1596. coram eodem bon.mem.Card.Pamphil.sen.sunt decisiones 16. & 26.*

R. P. D. PAMPHILIO,

posteà S. R. E. Cardinale.

Anconitana Bonorum de Rinaldinis.

Veneris 15. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Caducitatem non incurrit hæres per impositionem census super re prohibita alienari, quando pars illius rei erat libera ipsius hæredis. Et erat capax dicti census. Et quando super dicta re hæres potest detrahere melioramenta. Prout nec etiam incurrit caducitatem per alienationem rei prohibitæ alienari, quando ante declaratam caducitatem, alienationem reuocauit.

SVMMARIVM.

Census impositus super re, cuius pars est prohibita alienari ad euitandam caducitatem, censetur impositus super portione libera, num.1.

Obligatio generalis non extenditur ad bona prohibita alienari, num.1.

Alienatio facta ab hærede grauato cedit in portionem, quam grauatus detrahere potest, num.1.

Fideicommissum non comprehendit bona ab ipsomet testatore obligata, cùm prohibitio testatoris non tollat ius creditorum, num.2.

Melioramenta facta super re subiecta fideicommisso, veniente casu fideicommissi, detrahuntur, vti libera ab hærede grauato, num.3.

Caducitatis pœna non habet locum, nisi præuia illius declaratione, num.4.

Caducitas incursa per fideicommissarium ob alienationem rei prohibitæ per testatorem alienari, potest euitari reuocando alienationem ante declaratam caducitatem, num.4.

Redemptio rei prohibitæ alienari operatur, ac si ab initio alienatio nunquam facta fuisset, vbi pactum redimendi fuit deductum in contractum, num.5.

Caducitas excusatur data probabili ignorantia, num.6.

DECISIO LI.

FVit resolutum per impositionem census factam à D.Io. 1
nullam fuisse incursam caducitatem. Fuit enim impositus super prædia in contrada Montagnoli, quod licèt ab Andrea de anno 1498. fuit prohibitum alienari sub pœna caducitatis, eius tamen pars erat libera ab hoc onere, quia idem prædium fuerat de anno 1506.ab eodem testatore obligatum, ita ut efficeretur fundus dotalis pro restitutione dotis vxoris Angeli sui filij, cui à fratribus in diuisione post obitum testatoris pro dicta dote fuerat certa illius portio assignata, iuxta obligationem testatoris. Et cùm census fuerit simpliciter impositus super prędio, censetur ad euitandam caducitatem solùm impositus super portione libera, maximè quod est capax census modicæ quantitatis scutorum centum. Generalis enim obligatio non extenditur ad bona prohibita alienari, Bart.*in l.codicillis,§. institut.num.15.ff.de leg.2.* cum alijs per Gabr. *conclus.2. de re iudic.* Et alienatio facta ab hærede grauato cedit in portionem, quam grauatus detrahere potest, vt tradunt Doctores communiter *in l.Marcellus,§.res quæ, ff.ad Trebell.* Et in istis terminis census impositi super bonis fideicommissi, fuit resolutum coram bon. mem. Orano sub die 26. Febr. 1586. in causa Perusina fideicommissi de Americis.

Neque obstat, quòd prædium fuerit ab ipsomet D. Io. 2
& fratribus, vigore sententiæ Rotalis recuperatum, vti fideicommisso subiectum, quia sententia loquitur de bonis fideicommisso non subiectis. Quæ omnia erant ipsis relaxanda propter dotes quas Rota ad euitandum lites super æstimatione terrarum mandauerat solui ex proprijs pecunijs istorum fratrum, illis mulieribus, quæ iuxta formam testamenti de bonis liberis, deindè de proprijs ipsorum hæredum, & in subsidium de bonis fideicommissi dotari debebant. Et re vera de hoc prædio pro quantitate, quæ aliàs fuerat Angelo assignata pro dote suæ vxoris, in vim obligationis factæ à testatore, & sic pro soluendo eius ære alieno, non erat subiectum fideicommisso, quia non comprehendit bona ab ipsomet testatore obligata, Bald.*in l.fin. C.de aduers.vend.pignor. & in l.1.C.de vend.pign. non poss.* Socc.iun.*cons.28.n.3.lib.2.* Prohibitione enim testatoris ius creditoris impediri non potest, *d.l.1.C.de vend.pign.l.igitur peto,§.prædium,ff.de leg.2.* Bart.*l.pater filium,ff.de leg.3.* Tradunt Doct.communiter *in l.filiusfamilias, §. diui, de leg.1.*

Accedit etiam, quòd super hoc prædio post obitum testatoris fuerant facta diuersa melioramenta, quæ longè excedunt valorem census, & non comprehenduntur sub fideicommisso, sed in casum restitutionis, detrahuntur vt liberà ab hærede grauato, *l. domus, de leg.1.* Et consequenter impositio census, ne incurratur caducitas, saltem debet intelligi super istis melioramentis, quæ possunt alienari, & sufficiunt pro censu, vt aliàs in simili casu fuit decisum in causa Romana Casalis Marsiliani 19.Iunij 1507. coram D. meo Seraphino; præsertim quòd instrumentum census loquitur de vinea nuncupata in Cauaticio, quam testes dicunt fuisse plantatam post obitum testatoris. 3

Cessat propterea in hoc casu omnis difficultas, quia ante acceptatam caducitatem à Scipione, census fuit rescissus. Cùm enim pœna caducitatis non habeat locum nisi præuia illius declaratione per substitutum, Alex. *cons.106. num.4. lib.4.* potuit D. Io. liberando bona per cassationem census, vel rescissionem ex capite nullitatis, ex qua habetur idem effectus liberationis bonorum, euitare caducitatem nondum declaratam, iuxta cons.Bruti 34. *num.2. num.135.C.de iure emphyt.* Clar.*in §.emphyteusis quæst.13.* cum alijs in contrarium allegatis, saltem ex æquitate, quando alterius conditio deterior facta non fuit, Rota in pluribus causis sæpiùs sequuta fuit, cùm hoc casu non reperiatur offensa mens testatoris, Ang.*cons.169.num.169. de locat.* Socc.iun.*cons.28.num.1.lib.2.* & fuit resolutum coram D. meo Seraphino in causa Nemorensi Castri 10. Decembris 4

beis 1576. & in d. causa Romana Casalis Marsiliani 29. Iunij 1587. & 16. Maij 1588. coram Blanchetto in causa Romana de Theodozij 17. Aprilis 1592. vbi aderat arctior, & strictior prohibitio alienationis, & coram bon. mem. Orapo in d. Perusina.

5 Præsertim quòd impositio census fuit facta cum expresso pacto redimendi quandocumque, quod etiam intrat ex natura contractus, iuxta constitutionem fel. recor. Pij V. & hoc pactum expressum facit, vt redemptione quandocumque sequuta, non attendatur sequens acceptata reuolutio, sed habeatur perindè, ac si nunquam fuisset alienata, vel hypothecata, vt tradit Dec. *cons.* 88. *num.* 3. quem refert, & sequitur Cagnol. *in l.* 2. *num.* 174. *Cod. de pact. inter empt. & vendit.* & faciunt ea, quæ notat idem Dec. *in cons.* 239. *num.* 11. & Tiraqu. *de retract. convent.* §. 3. *num.* 10. Et ita distinguitur inter casum redemptionis ex causa merè voluntaria superueniente, & ex causa antecedente necessaria, ex qua præseruatur omne ius, quod partibus competit. Et hanc distinctionem tenuit Rota in d. causa Romana Casalis de anno 1588. & anteà in his terminis redemptionis census in illa Perusina fideicommissi de Americis.

6 In omnem euentum fuit dictum; saltem ab hac caducitate esse excusandum Ioannem, qui ex prædictis potuit probabiliter credere; licitam sibi fuisse huius census impositionem. Et cessat in ea dolus, & animus subuertendi fideicommissum, qui ad effectum pœnæ requiritur, vt fuit dictum in causa Perusina.

* *In eadem causa impressam habes aliam decisionem in 4. par. diuers. sub die 17. Maij 1602. coram eodem bon. mem. Cardin. Pamphil. est decisio 344.*

R. P. D. LITTA.

Romana domus ad Pasquinum.

Veneris 24. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Venditor vbi non vult tradere rem venditam, nec conficere instrumentum, nec pretium recipere potest ad id cogi. Et emptor deponendo pretium liberatur. Item venditor tenetur tradere rem liberam. Non tamen tenetur dare fideiussores de euictione, nisi immineat euictio. Et an requiratur citatio in declaratione arbitratoris. Et quando illius assertioni sit credendum. Et quando conditio dependens à voluntate Principis dicatur impossibilis. Et quomodo debeat impleri.

SVMMARIVM.

A.C. est legitimus Iudex obligationum Cameralium, n. 1.

Venditio pro pretio æstimando facta æstimatione, dicitur purificata, n. 2.

Venditore pretium rei venditæ recipere renuente, potest emptor implendo contractum ex parte sua, pretium parte citata deponere. Quod depositum vim veræ solutionis habet. Et si venditor nolit rem tradere, potest ad id cogi manu militari, num. 2.

Venditor si recuset conficere instrumentum venditionis, potest iudex mandare illud confici ex officio, n. 3.

Venditor tenetur rei venditæ possessionem liberam tradere, & tenetur emptorem aduersus quoscumque defendere, num. 4.

Obligatus defendere contra alios, consequens est, vt nec etiam ipse offendere teneatur, num. 4.

Actum suum nemo impugnare potest, n. 5.

Sententia non potest redargui de iniustitia, ex iuribus quæ coram iudice non fuerunt producta, num. 6.

Præsupposito cessante, cessat ipsa dispositio, n. 6.

Citatio est necessaria pro validitate pronunciationis, seu laudi arbitratoris, vbi est compromissum de re litigiosa, aliàs secus. Et omni casu sufficit citatio in discussione negotij, non in actu declarationis, num. 7.

Assertioni arbitratorum, quæ est verisimilis creditur, n. 7.

Arbitratores præsumuntur audiuisse partes extraiudicialiter super re per ipsos declaranda, num. 7.

Negligens in facto proprio nemo præsumitur, n. 7.

Citatio facta pro singulis diebus, & horis, vti vaga, & incerta non sustinetur, nisi pro duobus diebus immediatè sequentibus ipsam exequutionem, n. 8.

Euictionis fideiussor non debet præstari ex natura venditionis, n. 9.

Emptor quando in limine venditionis imminet euictio, maiori eget cautela, n. 9.

Conditio dependens à voluntate Principis, licèt reputetur quodammodo impossibilis, non est tamen verè impossibilis, & debet adimpleri faciendo honestam diligentiam, quæ in similibus fieri solet, n. 10.

Conditio quæ non versatur circa substantialia contractus, quando est impossibilis, non vitiat, sed vitiatur, n. 10.

Læsio debet probari ab eo, qui illam allegat, num. 11.

Læsio venditionem non annullat, sed restituto pretio illam rescindit, nisi emptor malit iustum pretium supplere, num. 11.

DECISIO LII.

VEndita domo olim habitationis Reuerendissimi Thesaurarij per D. Leonem Gallum D. Equiti Clementi pretio, pactis, & conditionibus per DD. Tiberium Ceuolum, & Alexandrum Cardellum declarandis, & prout latiùs constat apocha manu eiusdem subscripta, & obligatione Camerali vallata, ad quam dicti Domini Tiberius, & Alexander æstimarunt dictam domum esse valoris scutorum 8500. simul declarando pacta, & conditiones, quibus venditionem ipsam factam esse intelligebant, vt in dicta declaratione continetur, ad quam, &c. Cùmque Leo recusaret recipere pretium, & tradere domum, aliaque adimplere contenta respectiuè in apocha, & declaratione, fuit contra illum iudicialiter coram A.C. processum, & obtentum, præcedente tamen extensione dictæ obligationis Cameralis, & seruatis seruandis, deponi pretium in S. Monte Pietatis, & relaxari mandatum de immittendo D. Equite in possessionem domus, in quam facto dicto deposito, fuit realiter immissus. Et cùm pro parte eiusdem instaretur sibi confici instrumentum dictæ venditionis, hinc in contumaciam Leonis obligati idem A. C. mandauit dictum instrumentum confici, illudque ex officio confectum fuit successiuè, habita notitia per Equitem de prætensionibus prædictorum creditorum, quondam Vlyssis patris Leonis, super domo sibi vendita de sequestratione pretij, & de exequutione aliàs facta super dicta domo, fuit pro parte illius actum coram eodem A. C. contra Leonem, vt dictos creditores faceret consentire, doctoque de præmissis in contumaciam obtinuit, relaxari mandatum, nisi infra tres, cum intimatione, à quo decreto cùm pro parte Leonis fuerit appellatum, hinc commissa mihi causa appellationis, dubitaui iuxta stylum Tribunalis, an decretum A.C. sit confirmandum, vel infirmandum.

Quo præposito, vtraque parte informante, Domini vnanimiter affirmatiuam amplexi sunt. Quia cùm in apocha venditionis, cuius vigore actum fuit coram A.C. adsit obligatio Cameralis, quæ iuxta stylum fuit extensa, non potest propterea dubitari de iurisdictione illius, ad trad. per Galles. *de form. Cam. in* 1. *quæst. ad* 2. *part. num.* 3. *&* 5. Et cùm respectu omnium successiuè gestorum coram eodem fuerint seruata, de iure seruanda, meritò decreta eiusdem successiuè emanata de nullitate argui non possunt, imò nec de iniustitia. 1

Nam dicitur primo loco, in exequutionem dictæ venditionis, cuius conditio statim sequuta dicta declaratione DD. Tiberij, & Alexandri respectu pretij, & pactorum fuit purificata, ad trad. per Doctor. *in l. fin. C. de contrahen. empt. in* §. *pretium, instit. eod. & in l. si merces, ff. locat.* Gabr. *cons.* 64. *num.* 30. *lib.* 1. Paris. *cons.* 132. *num.* 7. *lib.* 4. Mandauit A. C. pretium ipsum deponi in sacro Monte Pietatis, & Equitem immitti in possessionem domus venditæ; iustè processit, siquidem quia venditore renuente pretium rei venditæ recipere potest de iure emptor implendo è latere suo, contractum facere de illo depositum parte citata, & iudice authore, quod quidem depositum vim veræ solutionis habet, Bart. *in leg. si soluturus, num.* 5. *ff. de solut.* Paul. *in leg. acceptam, num.* 12. *Cod. de vsuris*. Et fuit sæpè tentum, signanter in illa Romana vineæ 5. Ianuarij 1579. 2

coram

coram bon. mem. Robusto, & in illa Romana pecuniaria 24. Nouembris 1595. coram R. P. D. meo Mellino. Et hoc modo adimpleto contractu è latere suo potuit Eques venditorem compellere ad rem sibi venditam, seu possessionem illius tradendam, ad quam cùm esset in libera facultate venditoris præcisè cogi debuit, etiam manu militari secundùm distinctionem gloss. *in §. pretium, ibi in verb. tradatur, Instit. de empt. & vendit.* quam teste Angelo Aretino *ibid. sub num.* 8. sequitur Bald. *in l. stipulatorem non diuiduntur, vers. ad tertio venio, ff. de verb. oblig. & in l. 1. in vers. Item quæro, ff. de act. empt.* & alij scribentes relati per Plot. *in repet. l. si quando, num. 171. vnde vi,* qui de communi testatur.

3 Et dum secundo loco A.C. mandauit confici instrumentum de dicta venditione, quod ex officio confectum fuit, iustè egit, quia recusante Leone venditore iuxta suam obligationem illud conficere; potuit ac debuit iudex competens mandare tale instrumentum confici, ex latè deductis per Galles. *vbi suprà part. 3 tit. de præambul. ipsius processus, vers. potest hic, non inepte quæri, &c.*

4 Et dum tertiò loco idem A.C. constito sibi de prætensionibus creditorum quondam Vlyssis patris Leonis super prædicta domo, & de exequutione aliàs super ea facta, & de sequestro respectu pretij depositati, relaxauit mandatum contra eumdem Leonem venditorem ad effectum, vt faceret illos consentire dictæ venditioni, & remoueret quæcumque impedimenta, nisi infrà tres, cum intimatione, &c. secundùm iuris tramites iudicauit, cùm venditor de iure teneatur possessionem liberam rei venditæ præstare emptori, *l. cum venderes, ff. de contrahen. empt.* & facere vt emptor ipse sit potior in possessione illius, *l. emptorem, §. idem Horatius, ff. de act. empt.* Teneaturque nedum eum defendere aduersus quoscumque extraneos, *d. l. emptorem, §. qui autem,* vbi gloss. *in verb. per omnes,* sed multò magis aduersus seipsum, ad latè tradit per Tiraq. *de retr. lignag. §. 1. gloss. 9 n. 33.* quod probat text. *in l. frater à fratre, vers. porro, ff. de cond. indeb. in l. altius, ff. si seru. vindic. & in l. si negatiua, ff. mand.* Et ratio est manifesta, quia qui contra alios defendere tenetur, consequens est, vt ipse eumdem defendere non debeat. Ita Tiraq. *vbi suprà,* & Ias. *in d. l. frater à fratre num. 23.*

5 Nec obstare dixerunt Domini in contrarium deducta per informantes pro Leone. Non primum, quòd scilicet apocha non contineat venditionem domus, sed dumtaxat iurium competentium ipsi Leoni. Quia fuit responsum, quòd ex illius lectura contrarium expressè probatur, tum ex illis verbis, *volendo vendere la casa, che habitaua Monf. Tiberio,* tum ex subsequentibus, ibi, *quale casa con tutte le sue pertinenze, annesse, e connesse posta come di sopra dà, e vende per il piezzo.* Ex quibus nedum constat de explicita voluntate ipsius venditoris, sed etiam de deducta ad actum, quem modò impugnare non potest, *Pomponius scribit, ff. de neg. gest l. si vxor. §. fin. de adult. & reg. quod semel placuit, de reg. iur. in 6.*

6 Non secundùm, quòd non teneatur dicta alienatio vti facta ab eo, cui in testamento Patris prohibita fuit administratio vsque ad 25. suæ ætatis annum, quam ætatem non habere Leonem manifestum est. Quia fuit responsum dictum testamentum nunquam fuisse coram A. C. nec huc vsque in Rota productum, & propterea non posse illius sententiam ex hoc capite redargui de iniustitia, cùm secundùm allegata, & probata teneatur iudex pronunciare, & non alias, *l. licitas, §. veritas,* vbi Bart. & alij scrib. hoc communiter notant. *ff. de off. Præfect. seu Præsid.* benè Cassad. *decis. 12. num. 8. & seqq.* super regulas Cancell. Vltra quod ex contextu dicti testamenti extraiudicialiter exhibiti, apparet, quòd prohibitio prædicta procedit eo tantùm præsupposito, quòd Olympia mater ipsius Leonis, cui omnimoda administratio bonorum testatoris relicta fuit, vsque ad dictam ætatem permanserit vidua, quo nunc cessante præsupposito, & ipsa dispositio cessare debet, vulg. *l. mancipia, C. de seru. fug.* Maximè cùm nun superuiuant, nec Tiberius Cerasius, nec Paulus Caperchius, quibus administratio ipsa matre transeunte ad secundas nuptias relicta fuerat, neque extet persona aliqua vocata in casum contrauentionis, & possint vnusquisque his, quæ in sui fauorem inducta sunt, liberè renunciare iuribus vulg.

7 Non tertium, quòd nempè arbitratores deuenerint ad declarationem pretij, & conditionum absque citatione partis, quæ videtur necessaria pro validitate illius, secundùm Bald. *in c. 1. nu. 10. de inuest. marito fact.* Et notatur per scrib. *in l. si quis arbitrator, ff. de verb. oblig.* vbi Soccin. *n. 29.* Ias. *num. 11.* Ambros. de Opito. *num. 69.* & Petr. Pic. *num. 21.* Quia licèt ista conclusio apud Doctores sit moltùm controuersa, & Bald. *in l. fin. num. 19. vers. 2. casus, C. de contrah. empt. & cons. 64. lib. 3.* sic distinguat, quòd aut non est compromissum de re litigiosa, prout in casu nostro, & non exigitur requisitio alterius, ea ratione, quia huiusmodi arbitratores funguntur officio negotiorum gestoris, seu procuratoris, & nuncij, qui in explicandis negotijs sibi liberè commissis non egent presentia constituentium, vt est compromissum de re litigiosa, & controuersa, quę aliàs inter partes fuisset examinanda, & scrutinanda. Et hoc casu saltem in discussione negotij requiritur partium auditio, & sic citatio. Attamen scribentes in hoc conuenire videntur, quòd sufficiat citatio in discussione negotij, & non sit necessaria in actu declarationis, vt eleganter in terminis concludit Siluest. Aldobr. *cons. 59. num. 6.* & tenet Cresc. *dec. 2. de arbitr.* dum sequitur Socc. sententiam, quam communem appellat *in d. l. si quis arbitratu num. 29. vers. 4. & vlt. opinio fuit, ff. de verb. oblig.* quæ citatur in casu, de quo agitur, negari non potest, quin intercesserit, & domi dimissa copia exequuta fuerit iuxta stylum, & dispositionem Statuti Vrbis *cap. 1. lib. 1.* Vltrà quod ex assertione arbitratorum constat eos fuisse de hac re alloquutos ipsum Leonem, etiam licèt regulariter non sit credendum eorum assertioni, tamen illa multùm verisimilis visa fuit Dominis, cùm propter qualitatem arbitratorum, quorũ alter est eius consanguineus, tum quia non est credendum, quòd idem Leo fuerit negligens circa dictum negotium, ad text. *in c. nisi essent, de præben. & in c. ad audien. de præsumpt.* præsertim concurrente dicta citatione, præterquamquod in dubio præsumitur arbitratores super re extraiudicialiter discutientes, & terminantes partes ipsas ad saturitatem audiuisse, Gozad. *cons. 100. n. 18.* ibi, *vel non procedit in dubio, &c.*

Nec facit, quòd dicta citatio sit vaga, & incerta, vti facta pro singulis diebus, & horis, & consequenter non sustinetur, Mohed. *d. 4. num. 3. de test.* quia negari non potest, quin saltem sustineatur pro duobus diebus immediatè sequentibus, ipsam exequutionem, vt pluries fuit resolutum, & in specie in illa Regiensi bonorum, vltima Februarij 1576. coram Illustriss. Blanchetto, tunc Rotæ Auditore quod sufficere debet. 8

Non quartum, quòd arbitratores declarauerint, Leonem teneri præstare fideiussores de euictione, quæ præstatio fideiussorum non venit ex natura contractus venditionis. Quia fuit pro responsione dictum, quòd cùm fuerint remissa arbitrio electorum pacta, & conditiones apponendas potuerint etiam tale pactum apponere, vti solitum apponi in similibus venditionibus magni momenti, maximè quia imminebat euictio in limine contractus propter lites, & varias prætensiones creditorum patris ipsius Leonis, qui plurimo ære alieno grauatus decesserat: quo in casu emptor egebat maiori cautela, & non ordinaria, ad text. *in c. vbi periculum, de elect. in 6. cum simil.* 9

Et ad illud deductum per informantes pro Leone, circa obligationem impetrandi derogationem cum subrogatione pretij, loco rei venditæ, & cum derogatione regulæ de iure quæsito, &c. fuit vltra responsionem, de qua suprà, quæ similiter quadrat huic oppositioni dictum, quòd licèt huiusmodi conditio vti dependens à mera voluntate Principis, reputetur quodam modò impossibilis, tamen cùm non sit verè impossibilis, potuit apponi, & vti apposita ad honestum finem, meritò venit adimplenda per modum possibilem, faciendo honestam diligentiam pro adimplemento supplicando summo, & porrigendo communem in signatura, iuxta solitum similium negotiorum, vt sentiunt omnes *in l. seruo manumiss. ff. de condit. instit.* vbi Imol. idem notat *n. 11. in 4. & 5. limit.* Et fuit allegata in simili, per vnum ex Dominis decisio in vna Anconitana hæreditatis 9. Octobris 1579. quæ reperitur in manuscr. diuers. Vlteriùs dicebatur, quòd cùm talis conditio non versetur circa substantialia ipsius contractus, in omnem casum non vitiare, sed vitiari, *l. insulam, §. fin. ff. locat.* ita Ang. Aret. *in §. impossibilis n. 1. vers. aut versatur in contractu, Instit. de hæred. inst.* 10

Nec deducta circa modicitatem pretij declarati per arbitratores, & sic circa læsionem prætensam releuasse visa sunt, tum quia de ea adhuc non constat, & tamen concludenter probari debet ab eo, qui in ea se fundat, *l. circumscripta, Cod. solut. matr.* Gloss. *in l. iure succursum, ff. de iur. dot.* 11

rom

tum etiam quia propter læsionem non annullatur contractus, sed restitutio pretio rescinditur, nisi emptor malit iustum pretium supplere, vt probat expresse text. *in l.2.C. de rescind. vend.* Et quoniam alijs omnibus in contrarium adductis benè satisfaciebant informantes fun D. Equiti, & signanter in vltimo memoriali allegata valdè placuerunt Dominis, ideò nemine discrepante conclusum fuit, vt supra.

R. P. D. SACRATO,

Postea S.R.E. Cardinali.

Nucerina Bonorum.

Mercurij 29. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens à successione fœminas propter masculos, reputatur fauorabile, & non odiosum; defenditur hæc conclusio in hac decisione, relatis, & reprobatis aliorum opinionibus. Et hinc sumpta occasione Magistraliter declaratur; an, & quando statutum reputetur fauorabile, vel odiosum. In occurrenti casu recurre semper ad hanc decisionem.

SVMMARIVM.

Statutum excludens fœminas propter masculos, reputatur fauorabile secundum vnam opinionem, n.1. & num.7. vbi quòd Rota amplectitur hanc opinionem.

Statutum excludens fœminas propter masculos reputatur odiosum; secundum aliam opinionem, n.2.

Statutum excludens fœminas propter masculos quoad inclusionem, reputatur fauorabile, quoad exclusionem reputatur odiosum secundum aliam opinionem, n.3.

Statutum excludens fœminas propter masculos, reputatur fauorabile, nisi agatur de exclusione fœminarum, quibus de iure legitima debetur, secundum aliam opinionem, n.4. & 5. Vbi declaratur hæc opinio contra, n.10.

Statutum excludens fœminas propter masculos reputatur fauorabile, quando fauor agnationis est expressus, & scriptus in statuto, aliàs secus, secundum aliam opinionem, num.6. Declara n.12.

Statutum regulatur ab illius ratione expressa, non autem tacita, n.6. Vbi quid si statuti rationes fuerunt plures.

Statutum an sit fauorabile, vel odiosum, attenditur principalis intensio statuentium, n.7.

Fauorabilia censentur, quæ ab hominibus frequentius exercentur, n.7.

Statutum excludens fœminas propter masculos, sed mandans eas competenter dotari, censetur fauorabile, n.7.

Statutum exorbitans à iure communi; numquid censeatur fauorabile, vel odiosum, n.2. & n.8.

Statutum quoad vnum, & idem ius succedendi, fauorabile, & odiosum esse non potest, n.3. & n.9.

DECISIO LIII.

1 SVper hac quæstione, an statutum excludens fœminas propter masculos, sit fauorabile, vel odiosum, ex qua multi resultant effectus in iure, variæ fuerunt Doctor. opiniones. Prima fuit, quòd statutum esset absolutè fauorabile, ea ratione quòd sit conditum ad fauorem agnationis, quæ per diuitias maximè conseruatur, *l. quisquis, §. filij, C. ad leg. Iul. Maiest. in Clem. plerique*, ibi, *mendicitatis opprobrio, de elect.* Et ita conseruatio familiarum resultat in vtilitatem Reipublicæ, *l.1. §. penult. ff. de ventr. inspiciendo, facit l. super stat. C. de quæst.* propterea hanc esse communem Doctorum opinionem dixerunt Io. de Anania *cons.69. n.2.* Curt. sen. *cons.9 num.18.* Crauet. *cons.118. num.10.* Put. *decis.38. lib.3. num.4.* Mandos. *super regul. de annal. quæst.3. num.11.* Molin. *de primog. Hispan. lib.1. cap.18. num.4.* & magis communem Dec. *in l. vnica num.5. C. de in ius voc.* Curt. iun. *cons.50. n.1.* Et indistinctè, & simpliciter magis comm. Brun. *de statut. exclus. fœm. art.4. n.6.* Natt. *eodem tract. p. q. principali n.25.* Decian. *cons.17. num.26. lib.1.* Riminald. iunior. *cons.606. num.28.* Bursat. *cons.93. num.4.* Quibus in locis enumerantur Doctores pro hac parte, quam etiam tenuit Rota in causa Recanaten. hæred. 20. Iunij 1578. coram Rubeo.

Sententiam contrariam, quòd imò statutum hoc sit absolutè odiosum, & irrationabile, tanquam correctorium iuris communis, & contra rationem, *l. Maximum vitium, C. de lib. præt.* tenuerunt multi insignes Doctores, quos referunt, & hanc pariter communem testatur Dec. *cons.13. n.7.* Rub. Alex. *cons.71. n.10.* & post illum Rol. à Val. *cons.80. n.29.* Soc. iun. *cons.1. n.46.* Ias. *cons.163. n.5. in fine vol.2.* Grat. *cons.20. n.13.* Eamdem opinionem tenuit Rota in causa Spoletana bonorum 25. Ianuarij 1593. coram bo. me. Gypsio. 2

Tertia fuit opinio, distinguentium inter caput inclusiuum, & exclusiuum quasi quòd statutum, quoad primum caput fauorabile, quoad secundùm odiosum esset reputandum. Et hæc pariter habet suos testes de communi, nempè Dec. *cons.258. num.9.* Curt. iun. *cons.10. n.6.* Grat. *cons.43. n.2. lib.1.* Ias. *in l. qui excep. n.1. vers. ista est doctrina, ff. de condit. indeb.* 3

Quarta fuit opinio dicentium, statutum exclusiuum fœminarum esse fauorabile, nisi agatur de excludendis fœminis, quibus de iure legitima debetur, quasi in illo casu sit species exhæredationis per se ipsam maximè odiosa. Ita distinxit Bald. *in l.2. num.3. C. qui ad lib. peruen. non poss.* Alexand. *cons.16. in princip. vers. & pro ista parte, lib.1.* Corn. *cons.82. num.8. vol.4.* Socin. iun. *cons.1. num.46. volum.1.* Cephal. *cons.278. num.108.* Et hoc maximè procedere, si fœminæ descendentes à transuersalibus excludantur, Corn. *cons. 170. num.4. & in. volum.2. & cons. 97. num.4. & 5. volum.3.* & in hoc casu magis inualescere Doctorum auctoritates, quòd statutum sit odiosum dixit Rota coram Illustrissimo Blanchetto 21. Nouembris 1583. in causa Vrbeuetana Castrorum, & in causa Montisfalisci hæreditatis 19. Martij 1584. coram Cantuccio. 4

Quintò loco dixerunt aliqui etiam fœminas, quibus debetur legitimam purè fauorabilem excludi, quando non sit agnata, eo quòd sit reuersio ad antiquum ius commune, per quod cognati ab agnatis excludebantur. Ita Curt. iun. *cons.9. num.3.* vbi dicit, omnes hoc vno ore affirmare. 5

Sexto loco fuerunt qui facerent differentiam, an fauor agnationis esset scriptus, vel ne, in statuto, ex eo quòd à ratione statuti expressa, non autem tacita regulетur statutum, ex doctr. Bart. *in l. liberorum n.12 ff. de verb. signif.* Alex. *cons.55. n.8.* Franc. Aret. *cons.27. n.3. & 4.* Dec. *cons.13. n.7.* cum alijs per Gabr. *tit. de stat. concl.6. n.4.* vel quòd non vna, sed pluribus præsumantur statuentes moti rationibus, ex relatis per eundem Gabr. *d. cons.6. n.5.* Anchar. *q. 66. n.4.* Nec absimile est quod scribit Bald. *in l. intestato n. 2. in fin.* quem sequitur Brun. *de stat. excl. fœm. ar.4. n.3.* & Natt. *eod. tract. q.1. n.28.* nempè ponderanda esse verba statuti, ita vt si ex illis appareat, statuentes fuisse motos fauore agnationis, statutum fauorabile; si verò odio sexus fœminini, statutum odiosum sit reputandum. 6

Domini amplexi fuerunt primam opinionem, tamquam magis communem, & magis conformem regulis iuris duobus præcipuè fundamentis. Primum est, quòd ad cognoscendum, an dispositio sit fauorabilis, vel odiosa attenditur principalis intentio statuentium, Glos. *in c. sunt iuncti, verb. alius de elect. in 6.* Fel. *in c.1. n.14. vers. quoties enim de spons.* Bart. Bald. & communiter Doctores *in l. qui exceptionem, ff. de cond. indeb.* Cald. *cons.14. tit. de verb. signif.* Et in istis terminis fuit dictum in causa Taren. pensionis 24. Ianuarij 1578. coram Illustrissimo D.N. Cùm igitur huiusmodi statuta sint condita ad fauorem agnationis, vt supra dictum est, meritò fauorabilia veniunt existimanda. Secunda ratio fuit, quia huiusmodi statuta iam fuerunt per totam Italiam recepta, vt dicit Bart. *in l.1. §. qui habeat, ff. de bon. poss. cont. tab.* & quæ ab hominibus frequentiùs exercentur, fauorabilia à legibus reputantur, *l. iusto errore*, vbi propter assiduam, & quotidianam comparationem, *ff. de vsucap.* Tiraq. *de retract. conuent. §.1. glos.7. n. 8.* Et ista opinio eo faciliùs admissa fuit in proposito casu, quia statutum hoc mandat, fœminas competenter dotari, iuxta distinct. Imol. *in l. Titio centum, §. Titio genero num.11. vers. sed quando, ff. de cond. & demonstrat.* & tenuit Rota in causa Vrbeuetana Castrorum 13. No- 7

uembris 1585. coram Illustrissimo Blanchetto. Faciunt quæ latè examinat Brun. *tract. stat. exclus. fœm. art.* 1. *num.* 1. *cum pluribus seqq.* Item quia per hoc statutum non prohibetur quis testari in fœminas, sed masculi tantùm ad successionem vocantur ab intestato; quo casu videtur concurrere tacita voluntas defuncti, qui potuit prohibere, & non prohibuit, vt benè post Alex. ponderat Dec. *cons.* 466. *n.* 4. *& 5. in fine.*

8 Non obstat præcipuum fundamentum secundæ opinionis, quòd statutum sit odiosum tanquam exorbitans à iure communi, per *l. maximum vitium, C. de lib. pret.* Nam ex quo qualitas temporum, & locorum suasit, vt ferè vbique in statutis, & fideicommissis obseruaretur contrarium illius legis, modò videtur fauorabilior interpretatio, quæ huic communi intentioni respondet, vt benè explicat D. Aldobr. *cons.* 2. *n.* 145. per text. *in c. non debet de consang. & affinit.* Et faciunt supra tradita in secundo fundamento.

9 Tertia opinio tollitur, quia est contra regulam legis *cum qui ædes, ff. de vsucap.* quòd vnum, & idem statutum, quoad idem ius succedendi fauorabile, & odiosum sit reputandum, ita respondet Dec. *in l. vnic. n.* 5. *C. de in ius voc.* Vel fortè pro concordia est intelligenda dicta conclusio in casibus, in quibus fauor ab odio separari potest; aliàs tota dispositio fauorabilis sit iudicanda, vt declarat Molin. *de prim. Hisp. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 16. Quæ distinctio non potest applicari in hoc casu, quia exclusio fœminarum est mera inclusio agnatorum, & è contra inclusio agnatorum mera exclusio fœminarum.

10 Quarta opinio, quæ facit maximum fundamentum super odio, quod oritur ex ademptione legitimæ, pariter cessat, quia respondetur, quòd tale odium præponderatur, tam ex vtilitate publica, quæ oritur ex conseruatione familiarium, ex alleg. *l.* 1. §. *penult. ff. de vent. inspic.* quàm ex æquitate recompensatiua onerum, quæ sustinent masculi, plusquam fœminæ propter ipsam agnationem, de quibus per Natt. *tract. exclus. fœm. prima quæst.* 10. *num.* 20. Et istam esse causam honestam auferendi legitimam fœminis ex communi Doctorum opinione dixit Abb. *cons.* 75. *num.* 9. *vers. sed his non obstantibus part.* 1. quem refert, & sequitur Curt. iun. *cons.* 10. *num.* 8. Vltra quòd fœminæ non dicuntur hoc statuto priuari legitima, cùm illis præseruetur dos, vt respondit Rota in supra allegata Vrbeuetana Castrorum de anno 1585. Nec interest, an transuersales, vel descendentes excludant fœminas, quia in hoc casu non attenditur persona quæ excluditur, sed fauor agnationis oriens ex persona quæ includitur, vt dicit Bald. *in l. quod verò num.* 3. *ff. de leg.* & facit reg. *l. si quis nec causam,* & quòd ibi latè Ias. *ff. si cert. pet.*

11 Quinta opinio non obstat, quia licèt per illam firmetur, statutum esse fauorabile quando excluduntur cognatæ, etiam quibus debetur legitima, non tamen firmatur, quin alia ratione possit esse fauorabilis exclusio agnatorum.

12 Ad sextam opinionem, quòd non possit argui, nisi à fauore à statuto expresso, ex doctrina Bart. *in l. liberorum* respondetur, quòd ipsemet Bart. contrarium tenuit *in l. seruo legato, l. si testator de leg.* 1. vbi Ias. *num.* 3. dicit, illius doctrinam communiter approbari. Idem dicit Corn. *cons.* 90. *num.* 14. *volum.* 3. Soc. iun. *cons.* 150. *num.* 1. eandem opinionem tanquam vnicam, & finalem defendit Abb. *cons.* 75. *num.* 6. *p.* 1. Crauett. *cons.* 236. *num.* 10. Brun. *tract. de stat. exclus. fœm. art.* 3. *num.* 5. *vsque ad fin.* Et plurimos pro eadem opinione cumulat Mand. *in addit. ad cons. Roman.* 16. *num.* 5. Mouentur allegati Doctores eodem fundamento, quòd quando vnica ratio assignari potest, illa habetur pro expressa, gloss. & DD. *in l. quamuis, C. de fideicom.* Accedit, quòd Doctores allegati in contrarium loquuntur ad effectum extensiuum, hic autem agitur ad effectum comprehensiuum, qui faciliùs admittitur, Imol. *in l. dotalem, aliàs, si verò, §. de viro num.* 26. *& 27. ff solut. matr.* Nec doctrina Baldi *in l. intestato num.* 2. *de legit. tut.* potest applicari in hoc casu, vbi nulla adsunt verba, ex quibus appareat, statuentes fuisse motos odio sexus, & in dubio præsumuntur moti fauore agnatorum, vt dicunt omnes supra deducti. Ex quibus fuit conclusum, statutum de quo agitur, esse fauorabile, & propterea non esse recedendum ab aliàs decisis coram me in hac causa.

In eadem causa coram eodem bo. me. Card. Sacrato habetur altera decisio supra in prima parte sub die 4. Mart. 1602. est decisio 5.

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Veneris 14. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Procurator, Institor, seu Complementarius, quando dicatur obligasse seipsum. An verò solùm suum principalem, & rationem banchariam. Mirabilis est decisio,

SVMMARIVM.

Procurator, Institor, seu Banchi complementarius, non censetur seipsum obligasse in contractu, vltrò citròque non obligatorio, num. 1.

Procurator, Institor, seu Complementarius, an præsumatur propriam personam obligare, vel non, coniecturis probatur, n. 2. *Vbi etiam ponuntur coniecturæ, quibus Procurator seipsum obligasse non præsumatur.*

Procurator, Institor, seu Complementarius, numquid præsumatur seipsum obligasse, quando in specie obligauit sese, hæredes, bona, & socios, & rationem bancharium in solidum, & in forma Cameræ, n. 3. *&* 4.

DECISIO LIV.

Licèt sit controuersa illa iuris conclusio, an contrahens procuratorio, vel institorio nomine obliget seipsum, ita vt finito officio teneatur. Et super qua solent adhibere plures distinctiones; attamen in proposito casu Domini negatiuam sententiam amplexi fuerunt; ea ratione quòd non versamur in contractu vltrò, citròque obligatorio, & in quo aliquid Alexandro institori fuerit acquisitum. Vnde fit, quòd ipse finito officio minimè teneatur secundùm magis communem opinionem, de qua per Socin. *cons.* 154. *num.* 1. *lib.* 1. & per Gabr. *cons.* 71. *num.* 1. *vers. tertia, quæ distinguit, iuncto n.* 5. *vol.* 1. 1

Prædictis accesserunt coniecturæ ad fauorem Alexandri, quibus maximè in hac materia defertur, Alber. *in l. si pupilli, §.* 1. *n.* 6. *ff. de neg. gest.* Cyn. *in l. ei qui n.* 5. *C. quod cum eo.* Coniecturæ autem fuerunt, quòd post factam obligationem inter rationem banchariam, & Angelam fuit conuentum, quòd pecuniæ starent super bancho, donec ratio bancharia fuisset ab hac obligatione liberata. Item quia Angela volens pecunias suas remanere otiosas super bancho, narrans promissionem factam per Alexandrum nomine rationis banchariæ institit, & obtinuit coram A. C. dictam rationem liberari, & aliam fideiussionem illius loci subrogari, & tamen in dictis actibus nulla reperitur facta mentio fideiussionis Alexandri, signum euidens non fuisse cogitatum ab initio, quòd ipse teneretur. Subsequuta enim benè declarant id, quod ab initio gestum est, Crauet. post alios *cons.* 211. *in fine.* 2

Non obstat illa clausula ibi, *de quibus, &c. Ambo,* id est, Alex. & Scaninus confideiussor, *sese, hæredes, bona, &c. ac socios, & rationem bancharium prædictam in solidum, & respectiuè in forma cameræ obligarunt, &c.* Ex quo infertur, quòd ex quo Alexander obligauit propriam personam, & proprios hæredes, terminos institoris transgressus fuisse dicatur, vt ex latè relatis per Crauett. *cons.* 77. *n.* 3. Nam quantum ad obligationem personalem, respondebatur, quòd expressio institoris, & complementarij dationis banchariæ facta in præcedenti obligatione censebatur repetita, & in secunda, ex doctrina Bald. *in l. si procurator in fin. ff. de procurat.* Quo verò ad alia verba, *hæredes bona, &c.* fuit dictum, quòd erant intelligenda, congruè referendo singula singulis, hoc est, quòd Alexander socios, & rationem banchariam. Scaninus autem bona, & hæredes suos obligarent. 3

Non obstat, quòd illa verba, *Institor, & complementum habens,* in dubio censeatur apposita demonstratiuè, vel quod contrahens censeatur habuisse animum obligandi 4

di vtrumque, nempè procuratorem, & dominum, vt per Abb. & alios *in l. procurator qui pro euictione, ff. de procurat.* Et fuit latè deductum in causa Clusina grani, primò coram bon. memor. Robusterio, & rursus in eadem coram Illustrissimo Blanchetto. Nam quoad primum, sumus extra difficultatem, quòd illa verba stent demonstratiuè, cùm Alexander obligauerit rationem bancbariam, quod facere non poterat, nisi tanquam institor. Quo verò ad aliud, fuit dictum, quòd decisiones, & iura, per eas allegata, nempè *in dicta l. procuratores, qui pro euictione*, loquebantur in contractu vltrò citroque obligatorio, & etiam quod ibi nullæ aderant coniecturæ in contrarium. Ad illud, quòd postremò dicebatur, quòd ex quo Scaninus promiserat releuare Alexandrum præsentem, & rationem banchariam absentem, satis colligebatur, quòd Alexander proprio nomine erat obligatus; fuit replicatum, quòd releuatio Scanini, tanquam quid ab extra, non immutabat obligationem Alexandri; sed illum liberabat à sua obligatione eo modo, quo erat præstita, Dec. *cons. 2. in fin.* Ex quibus fuit conclusum sententiam A. C. ad fauorem Alexandri latam esse confirmandam.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana nullitatis obligationis.

Mercurij 20. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

De obligatione, & fideiussione strictè interpretanda: & quòd non nisi ad expressa trahatur. Et quòd deficiente causa, deficiat & ipsa obligatio. Necnon etiam de edicto in subhastatione, & licitatione pignorum plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Obligatio, seu promissio facta ex aliqua causa cessat, cessante causa obligationis, seu promissionis, n. 1.

Obligatio est stricti iuris, nec extenditur, nisi ad ea, quæ verbis expressa fuerunt, n. 1. in fine.

Subhastatio, & licitatio, quando fit proposito edicto ad instantiam creditoris, & oblatione sequuta, dicitur initus contractus emptionis, & venditionis inter creditorem, & oblatorem, non aliter, ac si creditor dixisset, Volo vendere, & oblator respondisset, Volo emere, num. 2.

Oblator in subhastatione pignoris non obligatur emere, nisi quatenus venditor ex parte sua obligetur vendere, numero 3.

Contractus claudicare non debet, & in eo semper seruanda est æqualitas, n. 3.

Subhastationis edictum, vt intra tantum tempus possit offerri, post illud tempus non obligat, num. 3. Vbi etiam an tempus in edicto præfixum possit prorogari.

Obligatio non inducitur ex verbis præsuppositiuis, sed requiruntur verba dispositiua, n. 4.

Promittens dotem non tenetur curare, vt sequatur matrimonium, sed ita demum tenetur, si illud sequatur, numero 4.

Clausula exequutiua, licèt fortiùs ligent promittentem, non tamen ampliant principalem obligationem, n. 5.

Fideiussor non potest teneri in plus quàm principalis, numero 5.

Obligatio relatiua non potest continere plus, quàm continetur in relato, n. 5.

Prout, *dictio est relatiua, & limitatiua, n. 5. in fine.*

Fideiussio est stricti iuris, & propterea non extenditur vltra formalitatem verborum, n. 6.

Dispositio non extenditur nisi ad expressa in materia stricti iuris, n. 6.

Obligatio respectu principalis potest vno iure censeri; respectu verò fideiussoris alio iure, n. 6. in fine.

Debitor licèt quis non sit, dando tamen pignora, facit se debitorem. Declaraui n. 7.

DECISIO LV.

1 CVm aliàs in hac causa fuisset resolutum, Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem Cusentinum principaliter, & in solidum obligatum cum DD. Æmilia, & Paulo Æmilio, erga creditores quondam Valerij Vrsini, non teneri ea ratione, quòd promissio D. Cardinalis continebat tantùm obligationem pretij: vnde erat, quòd si dicti Æmilia, & P. Æmilius non emerent, Cardinalis tamquam deficiente causa suæ obligationis non teneretur, *l. si pupillus* 2. vbi DD. *ff. de acquir. hered.* Anchar. *cons.* 330. *n.* 11. late relati per Tiraq. *in tr. cess. caus. p. 1. n. 224.* Placuit Illustrissimo Præfecto, & alijs Dominis Congregationis super ære alieno Baronum transmittere infra prædictum dubium R. P. D. meo Pamphilio, & mihi tamquam aliàs deputatis in hac causa. An obligatio DD. Æmiliæ, & P. Æmilij de Vrsinis facta sub die 3. Ianuarij contineat tantummodò promissionem solutionis pretij, an verò etiam promissionem de emendo; ita vt sit recedendum à decisis. Quo dubio per nos proposito in Rota, fuit vnanimiter conclusum, promissionem de emendo non contineri in dicta obligatione, & ideò non esse recedendum à decisis: fundamentum resolutionis fuit, quia neque in dicta obligatione Æmiliæ, & P. Æmilij, neque in folio Congregationis in ea inserto, talis promissio legitur. Vnde succedit in regula, *l. quidquid adstringendæ, & l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig.* quod ex quo palam verbis expressa non fuit, pro omissa habenda sit. Verba enim contractus sunt forma ipsius, ita vt subaudiri, vel detrahi possit, Bald. *in l. quoties num. 4. C. de suis, & legit.* Aldobr. *cons.* 27. *num.* 44

2 Non obstat, quòd pro parte Congregationis fuerint proposita edicta cum decreto, quòd bona erant deliberanda plus offerenti. Vnde sequitur quòd promissio pretij subsequuta habeat vim obligationis de emendo, perinde, ac si Congregatio dixisset; Volo vendere, & dicti Æmilia, & P. Æmilius respondissent, Volo emere, iuxta theoricam Bart. *in l. licitatiò n. 4. ff. de public. & in l. si tempora n. 3. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib.* 10. vbi etiam Ioan. de Plat. *num.* 2. quia nullibi colligitur, dictam obligationem fuisse factam in vim, & exequutionem edictorum. Non ex verbis, quia referuntur tantùm ad decretum Congregationis sub die 12. Decembris, & 2. Ianuarij, & de edictis nihil. Non ex tempore, quia fuit facta post 15. dies in edictis præfixis ad offerendum. Non ex forma obligationis, quia secundùm edicta erat danda cedula bancharia, & tamen in hac obligatione fuit datus particularis fideiussor. Non denique ex modo offerendi, quia in licitatione tenet obligatio inter vendentem, & ementem, non obstante medio interuallo inter interrogationem, & responsionem, contra *l. 1. ff. de verb. oblig.* quia ignoratur emptor, vt declarat Bart. *dict. l. licitatio num.* 4. At in hoc casu non modò ignorabatur emptor, sed imò ab ipsomet venditore forma offerendi proponebatur; quod est valdè alienum à licitatione, in quo toleratur stipulatio mediata interuallo temporis, propter ignorantiam habentium contrahere inter se, ex quibus patet, non fuisse processum per viam licitationis, sed per modum cuiusdam particularis tractatus, & concordiæ ad explorandum, An Æmilia, & P. Æmilius essent parati implere requisita in euentum, quòd sibi fieret venditio.

3 Confirmantur prædicta alia ratione, nempe quia ad effectum, vt ex oblatione pretij oriatur obligatio de emendo, est necessarium, quòd venditor obligetur ex parte sua, Bart. *d. l. licitatio n. 4. vers. sed si quis vellet,* Ang. *cons.* 324. *n.* 1. Gabr. *cons.* 180. *n.* 8. *vol.* 1. Et hoc est regulare in quolibet contractu, quòd non debeat claudicare, *l. Iulianus, §. si à pupillo,* vbi Gloss. & Bald. *C. de action. empt.* Et quòd in illis semper seruetur æqualitas, *l. fin. ff. de fruct. & litium expens.* Alex. *cons.* 23. *num.* 7. *lib.* 7. Verùm in casu, de quo agitur, nulla oriebatur obligatio de vendendo ex parte Congregationis, tum quia oblationes erant faciendæ intra quindecim dies. Vnde post illud tempus non obligabant Congregationem ad vendendum; ad not. *in l. si vnus, §. si cum reo,* magis in specie not. Ang. *cons.* 199. cum alijs ad propositum per Crauett. *cons.* 22. *num.* 19. *& seqq.* Tum multò magis, quia ex modo procedendi apparet, quòd Congregatio forsan in vim statum amplissimarum facultatum non intendebat per huiusmodi edicta

obligari plus offerenti, cùm non acceptauerit alias oblationes in tempore factas, & dicta edicta etiam pendente termino pluries vt facti contingentia requirebat, alterauit. Quibus non refragatur, quòd congregatio potuerit tempus præfixum in edictis prorogare, quia nec vllibi apparet, quòd id voluerit facere, nec quatenus voluisset, potuisset post lapsum terminum, Felin. *cap. de causis num.1. de offic. deleg.* benè Bald. *cons.243. num.1. lib.2.* Sicut & parum facit, quòd Congregatio ex mandatis sibi viuæ vocis oraculo datis, possit omittere formam Bullæ super dicta Congregatione, & solemnitates iuris, vt patet ex chirographo vltrò loco desuper expedito, quia ex hoc omninò potest inferri, quod fuerit celebratus contractus licitationis, itaut promissio pretij habeat promissionem de emendo.

4 Non obstat aliud fundamentum, quòd ista obligatio de soluendo pretio præsupponat emptionem faciendam, quia ex hoc non sequitur obligatio de emendo, quia ad inducendam obligationem non sufficiunt verba præsuppositiua, sed requiruntur dispositiua, Vuig. *l. ex facto, ff. de hered. institut.* Felin. *cap. sedes num.6. de rescript.* Rot. *decis.23. de procurat. in antiq.* Sic qui promisit dotem, quæ in necessarium antecedens præsupponit matrimonium, non tenetur curare, vt sequatur matrimonium, sed ita demum tenetur, si illud sequatur, *l. promittendo, ff. de iur. dot.* Et in hac facti specie benè probat doctrina Bart. *in l. fin. num.1. ff. de duobus reis*, quem alij sequuntur, vbi dicit, quòd si vnus emit, alius promisit pretium, quòd non sunt correi. Quæ doctrina non posset verificari, si promissio pretij induceret pernecesse promissionem de emendo, quia tunc sine dubio essent correi.

5 Non obstant clausulæ, *alia facere promisit pro inuiolabili obseruatione, & implemento omnium in præinserto folio contentorum*; quia istæ sunt clausulæ exequutiuæ, quæ non ampliant principalem obligationem, licèt fortiùs in ea ligent promittentem, Dec. *cons.2. num.10.* cum alijs per Paris. *cons.54. num.36. volum.1.* Ex quibus sequitur, quòd non sit recedendum à decisis, quia si ipsi principales non erant obligati ad emendum, multò minus Domini Cardinalis, qui neque ex natura contractus, potest teneri in plusquam principalis, *l. græce, §. illud*, vbi Bart. *ff. de fideiussor.* neque ex forma suæ obligationis, quæ est relatiua ad obligationem ipsorummet principalium. Vnde non potest continere plusquam terminus relatus. Alexand. *cons.46. num.6. volum.1.* Bald. *cons.212. num.1. volum.1.* cum alijs per Ruin. *cons.25. num.11. volum.1.* stante maximè illa clausula, *Prout*, continentur, quæ magis limitat Bart. *in extrauag. ad reprimendum verb. prout.* Dec. *cons.497. n.5.*

6 Addebant Domini, quòd etiam admissa conclusione, quòd promissio DD. Æmiliæ, & P. Æmilij tacitè contineret promissionem de emendo, nihilominus ad illam non extenderetur obligatio D. Cardinalis, & consequenter non est recedendum à decisis; cùm obligatio fideiussionis tanquam stricti iuris, *l. fideiussores, §. pro Aurelio, ff. de fideiuss. quæro*, vbi gloss. *ff. locat.* non extendatur vltra formalitatem verborum, Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de fideiuss. §.1. in vltim. addit. vers. item fideiussores*, Roman. *cons.207. num.7.* Natt. *cons.202. num.5.* Decian. *cons.32. num.18. vol.2.* Et hoc est regulare in materia stricti iuris, quòd dispositio non extendatur nisi ad expressa, Butr. *in cap. translato num.8.* vbi etiam Imol. *num.4.* Dec. *num 3. de constitut.* Nec refragatur *cons.* Crauett. 272. *num.5. vers. octauo posito*, quia loquitur in obligatione quæ pernecesse inerat obligationis fideiussoris. Quæ necessitas non potest considerari in hoc casu, quia non est incongruum in iure, quòd quis promittat emere, & soluere pretium, alius verò accedat expromissor pretij tantùm, vt per Bart. *in alleg. l. fin. num.1. de duobus reis*. Qua etiam ratione non est inconueniens, quòd eadem obligatio respectu principalis vno iure, respectu verò fideiussoris alio censeatur propter diuersitatem rationis relatis per Tiraquel. *de retract. lign. §.1. gloss. 1. num.23.*

7 Non obstat, quòd Dominus Cardinalis dederit mandatum resignanda loca Montium, quæ in effectu fuerunt resignata pro satisfaciendis creditoribus. Ex quo infertur, & quòd D. Cardinalis agnouerit suum debitum, & quod dandi quodammodo pignora, teneatur vti principalis, etiamsi alia obligatio esset nulla, *l. sed & si is, C. de preh. min.* Nam quantum ad primum argumentum fortè procederet, si Cardinalis postquam fuit datum de nullitate venditionis: nihilominus fecisset dictum mandatum, verùm cùm id fecerit ante, non potest ex hoc inferri, quòd senserit se obligatum in casu, quo emptio non sequeretur. Quo verò ad secundum, talis datio pignorum non potest plus operari, quàm quòd D. Cardinalis sit obligatus vti principalis, quod non negatur; sed dicitur talem obligationem non operari, vt ipse teneatur non sequuta venditione, tum quia nec ipsamet obligatio DD. Æmiliæ, & P. Æmilij continet promissionem de emendo ex supra deductis. Tum quia etiam si illud tacitè contineret, D. Cardinalis non est principaliter, & in solidum obligatus ad tacita, sed ad expressa tantùm, hoc est, ad solutionem pretij.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Lucana Bonorum.

Mercurij 6. Nouembris 1602.

ARGVMENTVM.

Necessarius successor an teneatur stare locationi, & quid si locatio sit iam finita.

SVMMARIVM.

Necessarius successor tenetur stare locationi facta per suum antecessorem, n.1.

Iudex nulliter, & iniuste procedens habetur pro priuato, n.1. in fine.

Successor necessarius non tenetur stare locationi; si locatio erat iam finita, n.2.

Damnorum, & interesse probatio difficilis est, n.2.

Appellatio datur à sententia liquidatoria damnorum, & interesse ratione excessus, n.2.

Damna, & interesse soluere sufficit, quando res, quæ est in obligatione, non potest haberi, n.3.

Locupletari cum aliena iactura nullus debet, num. 3. in fine.

DECISIO LVI.

PLacebant Dominis deducta pro parte Valentini, 1
nempè quòd Domini de Lilijs, quibus prædium à Valentino conductum fuit adiudicatum, tanquam necessarij successores tenerentur stare conductioni, Ias. *in l. diuortio num.25. ff. solut. matrim.* cum alijs per Surd. *decis.40. num.2. & 3.* Nec auctoritas iudicis, qui illos immisit in possessionem, videbatur suffragare ad effectum impediendi restitutionem. Tum quia nulliter processit, non citato colono, cuius principaliter intererat, ad not. *in l. de vnoquoque, ff. de re iud.* Tum quia iniustè, cùm Lilij tenerentur stare locationi ex supra deductis. Clarum autem est in iure, iudicem nulliter, & iniustè procedentem haberi loco priuati, Felin. *cap. cum Ecclesia Sancta Mariæ num.30. de constitut.* & latiùs *in cap. dilectus 1. num. 1. de rescript.*

Difficultas consistebant in eo, quòd à die euictionis vs- 2
que ad tempus præsentis disputationis lapsum erat tempus, pro quo erat facta locatio. Vnde illo elapso, non videbatur adesse aliquis status, ad quem conductor posset restitui, vt in istis terminis fuit dictum in causa Romana vineæ 7. Octobris 1587. coram Reuerendissimo Alexandrino. In contrarium dicebatur, quòd locatio erat denuò constituenda, vt conductor tantumdem temporis ad fruendum, rem locatam habeat, quantum sibi fuit per spolium ablatum, iuxta textum *l. si plures, §. deiectum, ff. de vi, & vi armat.* Paris. *cons.105. per totum lib.3.* alias si spoliatus teneretur liquidare sua damna, & interesse; nimis grauaretur. Tum quia ista probatio est difficilis, *l. fin. ff. de prat. stipul.* Bald. *in l. vnica num.47. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter profer.* Bart. *in l.2. num.23. C. de rescind. vendit.* tum quia admitteret viam exequutoriam, cùm à sententia liquidatoria sub prætextu excessus detur appellatio, Bart. *in l. ab exequutore num.13. ff. de appell.* Ias. *in l. properandum, §. sin autem alterutra, n.25. vers. sed numquid à taxatione, C. de iud.* Felin. *in c.*

quod

quod ad consultationem num. 23. *vers.*2. *limita. de sent. & re iud.*

3 Placuit tamen Dominis prior opinio, pro qua etiam facit text. *in l. si vsusfructus mihi in biennium*, *ff. de vsufr. legat.* & suffragatur illa communis conclusio, quòd quando res quæ est in obligatione non potest haberi, non est quærenda alia similis, sed sufficit debitori soluere damna, & interesse, *l. stipulationes non diuiduntur*, vbi DD.omnes, *ff. de verb.oblig.l. si fundum*, *eod. tit.* Considerabant etiam Domini, quòd redditus in singulis annis non solent esse æquales. Vnde si loco annorum lapsorum alij anni subrogarentur, sequeretur, quòd si anni essent steriliores primis, spoliator, si verò vberiores spoliatus locupletaretur cum alterius iactura, quorum vtrumque esset contra regulam, *l. planè, ff. de pet. hered.* Ex quibus fuit conclusum, non esse dandam restitutionem, nisi ad damna, & interesse.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Census de Mutinis,

Die 11. *Decembris* 1602.

ARGVMENTVM.

Fructus ab emptore census percepti, nulla existente emptione census ob non numeratam pecuniam, computandi sunt in sortem. est notabilis decisio.

SVMMARIVM.

*Fructus consumpti bona fide restituendi non sunt, præsertim post triennium, n.*1. *declara, vt n.*3.

Fructus indebitè percepti compensantur cum fructibus debitis secundùm æquitatem legis, curabit de actionibus empti, *n.*1. *declara, vt n.*3.

*Fructus percepti ab emptore census nulliter celebrati, quia scilicet pecunia non interuenit, restituendi sunt, n.*1. *& per tot. decisionem.*

*Dotis non solutæ, fructus debentur ex statuto Vrbis, n.*1. *in fine, declara vt n.*5.

*Fructus percepti in causam vsuræ numquam transeunt in dominium recipientis, n.*2.

*Damnum quod quis sua culpa patitur, sibi imputare debet, n.*4. *in fine.*

DECISIO LVII.

1 Cvm aliàs fuisset resolutum, censum, de quo agitur, esse nullum, ex eo quòd non interuenerit pecunia numerata, iuxta Const. Pij Papæ V. instabant nihilominus Domini de Nobilibus, fructus per eos, & D. Hieronymam eorum auctricem perceptos, non esse computandos in sortem. Et consequenter sententiam Rotalem ad fauorem Dominorum de Mutinis, in hoc esse reuocandam, fundamenta erant plura. Primò, quia isti fructus fuerunt percepti, & consumpti bona fide, vnde non veniunt restituendi, *l. bona fidei, ff. de acquir. rer. dom.* Secundò dicebatur, d. restitutioni obstare præscriptionem triennalem ex communi, de qua Bart. *cons.*81. *n.*13. *lib.*3. Tertiò, dicebatur, saltem habere locum æquitatem legis *curabit de act. empt.* cùm non sit conueniens, quod Domini de Mutinis tantò tempore habuerint in manibus rem, & pretium. Et ad hoc allegabatur in specie decisio Romana census 5. Maij 1597. coram Reuer. Paten. Quartò, quia in omnem euentum succedebat obligatio dominorum de Mutinis ad damna, & interesse, vt fuit dictum in causa Senogalliensi prædij 24. Octobris 1586. coram Bubalo. Postremò quòd etiamsi nullum ex prædictis sustineretur, nihilominus Domini de Nobilibus poterant retinere fructus perceptos, quia ex instrumento census apparet, quòd legatum, quod deseruiuit pro pretio census, fuit factum Hieronymæ pro augmento suæ dotis, & legitimæ. Et consequenter debentur fructus, tam ex statuto vrbis antiquo *cap.*20. *lib.*4. quàm ex æquitate, de qua per Alex. *cons.*147. *lib.*5. Et quia talis dos succedit loco legitimæ, Curt. Sen. *cons.*27. *in fine.*

2 Quibus non obstantibus Rot. censuit Dominos de Nobilibus teneri ad restitutionem pecuniarum perceptarum, ea ratione quòd Constit. Pij V. annullat huiusmodi contractus, & illos fœneratitios reddit. Vnde sequitur, quòd tanquam receptæ in causam vsuræ, nunquam transiuerint in dominium recipientis, ex communi Theologorum, & Canonistarum opinione, de qua post relatos, Couar. *var. res. lib.*3.*c.*3.*n.*6.*vers. Sed ad*, Soc. *de iust. & iur. lib* 6.*q.*1.*ar.*4.*col.*2. *cum pluribus seqq.* Et consequenter tanquam res alienæ veniant restituendæ, *c. si res alienas* 14.*q.*6. regula peccatum *de regul. iur. in* 6. & in specie est text. *in cap. Michael, cap. tua nos, cap. tuas de vsur.* Abb. *cons.*34. *num.*4. *lib.*1.

3 Hinc cessant, quæ ex aduerso dicebantur de perceptione cum bona fide, & præscriptione, quia cùm versemur in materia vsuraria, nec præscriptio, nec allegatio bonæ fidei aliquid operatur, Alex. *cons.*121. *n.*11. *cum plurib. seqq. lib.*4. Dec. *in l. petens, C. de pact.* Tiraq. *de retract. conuent.* §.1. *glos.*2.*n.*33. cum alijs per Gabr. *de præscript. conclus.*4. *n.*12. Nec applicatur quod tertio loco dicebatur de æquitate, *l. curabit de act. empt.* quia procedit vbi res, cuius pretium est retentum, est fructifera, & in istis terminis loquitur decisio Romana census coram Reuer. Paten. ibi enim scripturæ, ex quarum pretio fuit creatus census remanebant penes venditorem census. Vnde fuit dictum, quòd licèt census non sustineretur, tamen intrabat æquitas legis *curabit*, quia venditor habuerat in manibus originaria Notariatus fructifera, & illorum pretium. Et in hoc casu sublato censu, nihil remanet, quod possit parere fructus.

4 Tollitur pariter quartum fundamentum ex decisione Senogallien. coram Bubalo, quia illa decisio procedit in eo qui dedit suo creditori censum in solutum, promittens exigibilem, aliàs ad damna, & interesse. Cùm enim ibi creditor licitè possit percipere fructus, meritò si non percipit, dicitur damnificatus ex facto debitoris. Verùm in hoc casu nulli poterant de iure percipi fructus, per Dominos de Nobilibus, & consequenter non est quòd illorum loco possit succedere interesse. Accedat quòd ibi culpa erat ex parte debitoris, hic autem ex parte emptoris census, qui non persoluit in pecunia numerata. Vnde sibi imputari debet, si aliquod damnum fuit passus, iuxta *l. damna de reg. iur. in* 6.

5 Ad vltimum motiuum, quòd pecunia esset dotalis, fuit dictum, quòd ex quo D. Hieronyma multò ante fuerat nuptui tradita, tale legatum non poterat operari huiusmodi effectum, quia onera matrimonij propter quæ conceduntur fructus ex pecunia numerata, non fuerunt correspectiua ad istam dotem, sed ad illam, quæ in dicto actu matrimonij fuit promissa, vnde nulli possunt deberi fructus, Corn. *cons.*240. *lib.*3. Ruin. *cons.*48. *n.*4. *&* 5. *lib.*5. Vbi etiam respondet ad aliud motiuum, de legato loco legitimæ, quia dicit, non habere locum, vbi statutum excludit iam dotata. Ex quibus fuit conclusum sententiam Rotalem esse confirmandam.

R. P. D. PAMPHILIO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Interamnen. separationis Thori,

Mercurij 11. *Decembris* 1602.

ARGVMENTVM.

Thori separatio facienda est propter capitale odium inter coniuges. Odium autem capitale oritur ex accusatione, & querela in causa criminali, præsertim si nihil fuit probatum. Et quando culpa viri thorus separatur, restituenda est dos, & donatio propter nuptias.

SVMMARIVM.

*Inimicitia capitalis oritur ex accusatione criminali, & carceratione, n.*1. *Thori separatio conceditur, quando coniux iam accusauit de crimine capitali, & præsertim si nihil probauit, n.*1.

Separatio thori quando admittitur propter odium capitale,

tunc mulier non est viro relaxanda sub fragilitate cautionis, n.1.

Thori separationi vbi locus est propter mariti culpam, restitui debet dos, & donatio propter nuptias, n.2.

Actorum criminalium transportatio non est necessaria in causa ciuili, n.2. in fine.

Acta præsumuntur integrè transportata, n.2. in fine.

DECISIO LVIII.

PRo Antonia informante, nempè sententias super separatione thori ad eius fauorem latas, esse confirmandas. Constat enim ipsam ab eius marito odio capitali esse prosequutam, ex quo sæpius illam de arduis criminibus accusauit, ac carcerari fecit, etiam in officio Sanctissimæ Inquisitionis, *l. filio, §. Seia, ff. de alim. & cib. leg.* Bart. *in l.3. §. fin. sub n.3. eod. tit.* Abb. *in cap. cum oporteat n.4. de accusat.* Et hoc præbet iustam causam separationi thori, *§. mitiores, ff. Auth. de nupt.* Doct. *in c.1.* vbi Abb. *n.4.* Præposit. *num.2.* & Alex. de Neuo *n.4. de diuort.* præsertim, quòd nullam querelam verificauit, & quod etiam in hac causa adhærendo fisco coram D. Diaz dedit articulos continentes crimina, & adsunt etiam testes super mala tractatione, ita vt Antonia non sit amplius committenda fragilitati cautionis, quòd omninò debeat separari, *c. ex transmissa, vers. si autem capitali, & c. literas in fin. de rest. spol.* Abb. & alij supra citati *in c.1. de diuort.* Bald. *cons. 240. lib.3.* Aym. *cons. 31. n.4. & seq.* latè Syluester Aldobr. *cons. 71. n.15.*

2 Hinc sequitur maritum fuisse etiam rectè condemnatum ad restituendam dotem, quæ, vbi separatio fit culpa mariti, est vxori restituenda etiam cum augmento, seu lucro dotis, & donatione propter nuptias, *§. mitiores in fin. Auth. de nupt. c.3.* vbi Abb. *n.2. de donat. inter vir. & vxor.* Aym. *d. cons. 31. n.6.* Ioan. Gutierez *Canon. 99. num. 24.* Et fuit resolutum in causa Bisuntina augmenti dotis, & donationis propter nuptias 24. Maij 1599. coram Reuerendissimo D. Alexandrino. Nullitates aliàs contra istas sententias deductæ, sunt sublatæ per commissionem sanatoriam obtentam à Sanctissimo. Alia quæ nunc deducitur ex defectu transportationis actorum, non adest, quia acta criminalia non pertinent ad hanc causam, quæ ciuilis tantùm in Rota est commissa; ciuilia verò fuerunt transportata, & quamuis pro marito dicatur non esse integra, de hoc tamen non constat, & in dubio præsumuntur integra, Bart. Ias. & alij *in rubric. ff. de nou. oper. nunc.* & fuit sæpiùs decisum.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Bononiens. fideicommissi.

Veneris 24. Ianuarij 1603.

ARGVMENTVM.

Ex Summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Pœna priuationis ex testamento non habet locum, nisi adsit testatoris præceptum, n.1.

Priuatio dicitur pœna, n.2.

DECISIO LIX.

1 PLacuit Dominis vltima decisio in hac causa facta, & vltra primum fundamentum, quòd prohibitio de non molestando hæredes, non posset comprehendere Ludouicum, qui nunquam inter hæredes fuit descriptus. Quod quidem fundamentum nullam apud Dominos habuit difficultatem. Placuit etiam secundum quòd dispositio sit pœnalis, & consequenter procedant illationes, de quibus in decisione: non obstat difficultas rursus excitata per memorialia, quòd in hoc casu non adsit præceptum, & pœna non detur sine præcepto, ex Aret. *in l. Titia num. 3. vers. sed ita, ff. de verb. oblig.* nam inter responsiones datas in decisione, illa præcipuè videtur tollere omnem amaritudinem, quòd hoc colligatur ex voluntate testatoris, Imol. *in l.1. n.6. ff. de condit. Instit.* cum alijs allegatis, & per Gabr. *cons. 105. n.8. lib.1.*

Quod autem testator in hoc casu processerit per viam 2
pœnæ, patet ex illis verbis geminatis, *Mà siano priui, come io gli priuo, &c.* priuatio enim est pœna *§. cum igitur, vers. sin autem, Auth. de non eligendo sec. nub.* Socin. iun. *cons. 27. n.26. lib.4.* Bero. *cons. 15. n.6. lib.1.* Dec. *cons. 4. n.25. lib.2.* Et facit doctrina Bart. *in l. paterfamilias n.2. vers. Vnde propter,* secundùm antiquam impressionem, *ff. de hared. Instit.* vbi distinguit, an testator processerit per modum ademptionis, vel non dationis. Et ita DD. de Rota informare recusantibus fuit resolutum.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana tutelæ.

Veneris 21. Februarij 1603.

ARGVMENTVM.

De Iudice, & Magistratu, an & quando teneatur de mala electione tutoris: est singularis, & notabilis decisio.

SVMMARIVM.

Iudices, & Magistratus pro malè administrata tutela non possunt conueniri, nisi constet de eorum dolo, seu lata culpa, n.1. vbi præsertim, quid si iudex fuerit negligens in recipiendis solitis cautionibus, aut minus idoneis.

Dolus euidenter, & perspicuis coniecturis probari debet, n.1.

Lata culpa æquiparatur dolo, n.1.

Dolus in nemine præsumitur, maximè in supremis magistratibus, n.2.

Testibus contrarijs magis creditur deponentibus pro excusatione culpæ, & delicti, quàm alijs, n.2. in fine.

Iudex numquid possit statuere vt ex pluribus tutoribus vnus tantùm administret, n.3.

Iudex si mandat aliquem recipi in fideiussorem, qui reperiatur postea non idoneus, non tenetur, si tempore fideiussionis ille reputabatur idoneus, n.3.

Tutor datiuus dari non debet, vbi adest tutor legitimus, n.4.

Vbi tamen, quòd hoc est iudici arbitrarium, n.4.

DECISIO LX.

PRo malè administrata tutela non possunt conueniri 1
hæredes Magistratus, qui tutorem dedit, nisi constet de dolo, aut lata culpa Magistratus, *l. nec similiter, ff. de Magistr. conu. l.2. C. eod. tit.* hoc est, vel quòd Magistratus voluerit fraudare pupillum, iuxta not. *in l.1. §. dolum, ff. de dolo,* vel saltem fuerit ita negligens, vt solitas omiserit cautiones, aut illas euidenter minus idoneas admiserit, *l. quoad hæredem, ff. de Magistr. conuen.* Dolus autem debet euidenter probari, *l. & eleganter, §. fin. ff. de dol.* & perspicuis coniecturis, *l. dolum, C. eod. tit.* Idem est de lata culpa, quæ dolo æquiparatur, *l. quod Nerua, ff. deposit.* & aliud sine alio non solet venire, glos. *in l. si fideiussor, verb. dissolut. ff. mandat.* His stantibus fuit conclusum, non constare de culpa Pellicani olim Senatoris vrbis, quæ sufficiat ad effectum, vt illius hæredes teneantur.

Et quoad dolum, res videtur procedere de plano, quia 2
nullus testis deponit de aliqua re illum necessariò inferente. Nec dolus in aliquo præsumitur, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* & multò minus in supremis Magistratibus, de quibus iura valdè confidunt, Bald. *in l. tutores, ff. de confirm. tut.* Surd. *decis. 91. num. 3.* Minus probatur lata culpa, non ex persona tutoris dati, quia testes hinc indè examinati concordant, quòd ipse erat diligens, & versatus in negotijs. Et licèt testes pro parte Laurentij examinati conentur probare, quod d. tutor publicè habebatur pro decreto, tamen in contrarium sunt testes hæredum, quibus magis credendum videtur, tum quia plures numero, tum quia magis idonei, tum quia deponunt verisimiliora, quia aliàs assertamentum, Curiæ Capitolinæ illum

non

non approbasset. Tum denique quia veniunt pro excusatione culpæ, & delicti, latè congest. per Gabr. *tit. de test. conclus. 4.*

3 Non ex forma decreti potest considerari aliqua culpa, imò maxima diligentia, cùm Senator mandauerit dari solitas cautiones, & per tutorem reddi rationem duobus nobilibus Romanis in fine cuiuslibet biennij. Non obstat, quòd in eodem decreto Senator decreuerit, quòd omnis administratio esset penes Bertinum, cùm tamen adesset alius contutor, quia hoc fuit cum consensu illius. Vnde exoneratur Magistratus, *l. duo tutores, ff. de Magistr. conuenien.* Non etiam in eo quòd Senator mandauerit recipi quosdam in fideiussores qui postea reperti fuerunt non idonei, quia ex testibus pro parte hæredum examinatis apparet, quòd tempore donationis erant idonei, quod sufficit, quicquid postea euenerit, *l. 1. §. si Magistratus, ff. eod. tit. de Magistr. conuen.* Imò etiamsi secretò non fuissent idonei, sufficit quòd publicè pro talibus haberentur, quia non idoneitas ad hunc effectum debet esse euidens, *d. l. quod ad heredem, ff. de Magistr. conuen.* hoc est, plusquam ordinariè patens, vt declarat Rebuff. *in l. 177. vers. euidentiam tit. de verb. signif.*

4 Non denique probatur dolus, aut lata culpa, ex eo quòd tutorem habenti fuerit datus alius tutor, vel quia aderant tutores legitimi, vnde non erat locus datiuis cum similibus. Quia istæ iuris regulæ non procedunt absolutè, sed recipiunt limitationem in multis causibus iudicis arbitrarijs, vt *tot. tit. C. tut. vel curat. haben. tut. vel cur. dar. poss.* Et hanc materiam esse iudici arbitrariam, fuit aliàs deductum in causa Romana tutelæ de columna, coram Reuerendiss. Alexandro de anno... Vnde sequitur, quòd ex illarum omissione non inferatur, pernecesse ad dolum, aut latam culpam.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Triden. Parochialis,

Lunæ 28. Aprilis 1603,

ARGVMENTVM.

Hæc est notabilis, & exemplaris decisio exactissimè docens omnes qualitates, quibus in concursu beneficiorum, vnus Clericus alteri præferri debet: & in occurrenti casu recurrere semper ad eam.

SVMMARIVM.

Clericus in concursu beneficij ætate senior iuniori præfertur, n. 1. vbi idem de Doctore, quòd præfertur non doctori.

Clericus in concursu Presbyter præfertur simplici Clerico, num. 1. vbi idem de eo qui prius assequutus fuit ordines, & gradus.

Clericus in concursu habens maiorem experientiam, præfertur habenti minorem, n. 1. vbi etiam idem de oriundo ex loco vbi adest beneficium, quòd præferatur forensi.

Clericus in concursu nobilior præfertur minus nobili, n. 1. vbi etiam quòd in hac materia maximè attenduntur mores, prudentia, integritas, & doctrina.

Clericus in concursu beneficij Curati eligendus est, ex idoneis magis idoneus, n. 1. in fine, & n. 2. vbi quòd hoc relinquitur arbitrio Episcopi, quatenus rectè iudicauerit.

Electio facta ab Episcopo de magis idoneo, si fuerit manifestè irrationabilis, reuocanda est, n. 3.

Clericus in concursu non habens beneficium, præferendus est illud habenti, declara vt n. 4.

DECISIO LXI.

1 PRo maiori parte fuit conclusum, constare de irrationabilitate electionis prouisionis Tudensis, quia ex deductis pro parte Scobar apparet, ipsum Scobar habuisse plures qualitates in hac materia considerabiles, quàm Franciscus electus, nempè ætatem multò maturiorem, *cap. cùm in cunctis, vers. ætatis maturitas de elect.* Rolan. *cons. 47. num. 70. lib. 1.* Item plures gradus, cùm Scobar esset Doctor in vtroque iure, Franciscus verò Baccalaureus tantùm, Cassan. *Catal. glor. mund. 1. par. 10. consid. 33.* Item maiores ordines, quia Scobar erat Presbyter, Franciscus vero simplex Clericus, Dec. *cons. 542. num. 13.* Item Scobar prius assequutus fuit suos ordines, & gradus, Io. de Platea *in l. 2. num. 1. C. de princ. lib. 12.* Natt. *cons. 638. num. 18.* Item maiorem experientiam, quia Scobar fuit prouisor Episcopatus Tudensis, & curatus per multos annos, quæ experientia in hac arte artium est omnino attendenda, *cap. cum sit ars de ætat. & qualit.* Item Scobar erat naturalis loci, Franciscus verò alienigena, Dec. *cons. 542. num. 13.* Roch. de Curt. *tract. de iure patr. verb. honorificum num. 45. cum pluribus seqq.* Item Scobar habebat maiorem nobilitatem, Lambert. *de iurepatr. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 9.* Quo verò ad mores, prudentiam, & integritatem, testes pro Scobar multò maiora deponunt, quam testes pro Francisco. Vltra quòd, & in hoc adest approbatio examinatorum pro Scobar, qui nihil sciunt de Francisco. Et Concilium Trid. *sess. 24. c. 18.* multùm defert relationi examinatorum. Et in hac parte, vt patet, ibi, *renuncientur quicunque ab his idonei iudicati fuerint moribus, prudentia, &c.* Quoad doctrinam vltra præsumptionem quæ oritur ex multiplicatione, & anterioritate graduum, videntur etiam magis concludere examinatores pro Scobar, quia primus dicit lectionem Scobar sibi magis placuisse. Secundus non contradicit, sed ambos simpliciter approbat. Tertius dicit, Scobar sibi magis placuisse in lingua Latina, & claritate lecturæ. Ex quibus videbatur Scobar esse præferendus, nam quidquid sit in alijs beneficijs, certum est in Curatis ex idoneis, magis idoneum esse eligendum, prout per Sacr. Trid. Conc. *d. c. 18. sess. 24.* & constitutionem Pij PP. V. 15. Kal. Aprilis Pontificat. anno 2. fuit resolutum in causa Dechusensi Parochialis 18. Decemb. 1581. coram Gyptio.

Non obstat, quòd hoc an quis sit idoneus relinquatur iudicio Episcopi, quia hoc est quatenus Episcopus rectè iudicauerit, Abb. *in c. cùm autem n. 6. de iurep.* Alex. *cons. 33. n. 2. lib. 1.* & satis denotat Constit. Pij V. quæ aliàs frustrà admitteret appellationem ab electione Episcopi. 2

Non obstat, quòd multùm præsumatur pro iudicio ordinarij, ita vt irrationabilitas debeat esse manifesta, vt fuit dictum in causa Rauennaten. Parochialis coram Illustriss. Arrigonio, & in Pampilonens. Parochialis 12. Decembr. 1597. coram R. P. D. Litta, quia ex supra ponderatis videbatur, nos versari in casu manifestæ irrationabilitatis, ex quo vndique constat de qualitatibus vtriusque. Et eo magis dicebant aliqui ex Dominis se inclinare in hanc partem, quia ex testibus, quos pro nunc præsupponebant rectè examinatos, constabat Franciscum fuisse familiarem Episcopi Tudens. ex qua familiaritate dicebant; multùm tolli de præsumptione, quæ alias esset pro Episcopo, vt fuit consideratum in causa Rauennaten. Parochialis 2. Octobr. 1592. coram Illustr. Arrigonio, faciunt not. *in c. sunt nonnulli 1. q. 1.* 3

Non obstat quod Francisc. non haberet beneficium. Vnde ex hoc capite esset præferendus Doctori Scobar, qui beneficium habebat, Rebuff. *tract. de nominat. q. 21. n. 14.* & fuit aliàs decisum in Rota, quia id est intelligendum cæteris paribus, non autem quòd ista sola qualitas possit præponderare, tot alijs concurrentibus in Scobar, aliàs minus restringeretur dispositio Sacr. Concilij Trid. & frustrà admitteretur ad concursum, habens aliam parochialem, prout talem admittendum esse resoluit S. Congregatio super d. Concilio. 4

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali,

Bisuntina Pensionis,

Mercurij 18. Maij 1603.

ARGVMENTVM.

Procurator numquid admittatur ad respondendum positionibus sine speciali mandato, prout sine eo cogi non potest, & numquid possit

cogi ab subijciendum se examini contra suum principalem.

SVMMARIVM.

Positionibus respondere cogi non potest procurator non habens speciale mandatum, n. 1. & per tot.
Procurator non tenetur pandere secreta causæ, nec etiam se examini subijcere, n. 1. Quod an verum sit, num. 3. & 4. Vbi pro, & contra.
Procurator numquid admittatur ad respondendum positionibus sine speciali mandato.

DECISIO LXII.

1 FVit conclusum, Procuratorem Francisci non potuisse cogi ad respondendum positionibus, ex quo non habet ad id speciale mandatum ex Iacob. de Aren. *tract. de posit. n. 2.* Vbert. *eod. tract. n.* 20. Imol. *in l. penul. num. 16. vers. & sic, ff. de publ. iud.* Soc. sen. *cons. 55. num. 8. vol. 1.* Gig. *cons. 34. n. 12.* Pract. Papiens. *tit. de posit. verb. Simoninus Spelta*, Rebuff. *super constitut. summario 3. titul. de respons. per verb. cred. vel non num. 15.* cum alijs per Azzeued. *super constitut. Hispan. lib. 4. titul. 7. de iure calum. super l. 2. num. 16. cum pluribus seqq.* Et ad hoc facit, quòd Procurator non tenetur pandere secreta causæ, *l. 1. cum ibi not. ff. de prauaricat.* & ob eam causam, nec etiam potest subijci examini, decis. Fab. 135. *lib. 2. part. 3. diuersor. impress.* Verall. *decis. 420. incipient. licèt Innocentius lib. 2. in manuscript.* Vincent. & Franch. *decis. 222. num. 14.*

2 Quo verò ad textum *in cap. si post præstitum de confessis in 6.* Videtur benè decidere, quid resultet ex non responsione Procuratoris, sed quale mandatum requiratur, non ibi aperiri, & ideò esse intelligendum de mandato sufficienti, hoc est, speciali ex allegatis supra, in principio, & in terminis *d. cap. disput.* Azeued. *vbi supra*, & etiam animaduertit Apostil. ad Gemin. *in d. c. littera A.* Et licèt Bald. *in l. non solum in princ. ff. de procurat.* videatur sentire contrarium; tamen vel eius opinio non est tuta, vt patet ex prædictis, vel pro concordia dici potest, quod Bald. *in princ. d. legis*, loquatur de potestate Procuratoris in respondendo, non autem de coactione, quia aliàs repugnaret sibi ipsi, dum *sub num. 2.* notat, quòd ad respondendum positionibus, sequitur speciale mandatum ad sic respondendum, & secundùm hanc distinctionem Bald. facit pro hac parte Rota *decis. 25. de procur. in nou.* Cort. *decis.* 383. Afflict. *decis. 92.* Put. *decis. 294. lib. 2.* quæ tamen non est decisio, sed discursus, Card. *in c. insuper num. 3. de testib.* dum loquuntur de Procuratore compulso, vel compellendo ad respondendum positionibus, non declarant quale mandatum sit sufficiens, vt possit fieri dict. compulsio, & ideò debent intelligi, quando adest mandatum speciale, Guid. Pap. *decis. 45.* Put. 56. *lib. 3.* Vinc. de Franch. *decis. 222. vsque ad num. 14.* & communis opinio, de qua per Viuium *opin. 959. n. 17.* loquuntur de examine. non autem de responsione ad positiones. Quinimò dum omnes excepto Guid. Pap. loquantur de aduocato, qui non habet aliquod mandatum, non faciunt ad hanc rem, quia vbi non est mandatum, non cadit ista disputatio de respondendo positionibus, vt per omnes *in d. l. non solum, & in d. c. 7. de confess.* & clariùs *in c. fin. de iur. calum. eod. lib. 6.*

3 Maior erat difficultas inter Dominos, an iste Procurator, instante aduersario posset subijci examini. Et quidem circa ea, quæ sciuit, vel scire potuit tamquam Procurator, res videbatur clara per negatiua *ex dict. l. 1. de prauaricat.* & decisionibus Fab. Verall. & Vincent. de Franc. *supra allegatis in princ.* Sed quid circa ea, quæ sciuit tamquam extraneus, & tamquam quilibet de populo. Pro affirmatiua facit glos. *in l. fin. verb. præstiterunt, ff. de testib.* Butr. *in cap. cum à nobis num. 13. vers. dixi quæritur de testib.* & facit decis. Cort. 383. & Guid. Pap. 45. de quibus supra, & Paris. *cons. 70. num. 10. cum pluribus seqq. lib. 4.* Et quòd aliàs decisum fuit in causa Farfensi Grassi 22. Iunij 1587. coram Illustriss. Blanchetto. Et faciendo comparationem de Procuratore ad Aduocatum, vt facit Butr. *dict. cap. cum à nobis num. 13.* & Paris. *dict. cons. 70. num. 12.* erunt pro hac parte, decis. Put. 56. *lib. 3.* Franc. 222. & communis opinio Viu. 959. *num. 17.* de quibus supra dictum est.

In contrarium, quòd neque aduersario volente, 4
possit Procurator esse testis in causa, in qua habet mandatum, est glos. *in l. deferre, §. item decreuerunt, verb. interrogari, ff. de iur. fisc.* & ibi Bart. benè firmat in Procuratore ad iudicia, licèt secus dicat in procuratore ad negotia. Et eandem opinionem sequitur Put. *dict. decis. siue discursu 294. lib. 2.* & Verall. *dict. decis. 420. lib. 1. in manuscr.* & Card. *in dict. cap. insuper num. 3. de testib.* vbi allegat fortissimam rationem, nempè quòd Procurator non solùm repellitur propter suspicionem affectionis, sed etiam quia post litis contestationem effectus fuit Dominus, & ideò non potest produci in testem contra seipsum, quia sunt officia incompatibilia, & ibidem not. gloss. *in verb. admitti*, & est alia gloss. *in l. fin. verb. testis, C. de fideicomm.* Ex quibus patet, contrariam opinionem, quæ fundatur in cessatione suspicionis, nec esse admodum tutam, quia nihilominus remanet defectus in forma iudicij propter dictam incompatibilitatem officiorum. Item non esse bonam æquiparationem aduocati cum procuratore, quia Aduocatus non est Dominus litis, sicut est Procurator. Verùm quia ista erant extra dubium in quo non quæritur de responsione ad positiones, nihil fuit conclusum quoad examen, sed tantùm fuit tentùm, quòd iste Procurator non tenetur respondere positionibus.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Terracin. Castr. Maentiæ.

Veneris 23. Maij 1603.

ARGVMENTVM.

De conditione intrinseca adiecta in deposito quæ dicatur, & quando depositum vitiet. Cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

Conditio in deposito quæ dicatur extinseca, & quæ intrinseca, & quanam depositum vitiet, & quæ non, n. 1.
Cessionem facere tertius non tenetur, n. 1.
Cessio quando reseruatur in simplicem liberationem, n. 2.
Hæres facto inuentario non confundit actionem, n. 2.

DECISIO LXIII.

DVbitaui, an depositum suffragaretur DD. de Gaetanis, ita vt per illud fuerint liberati ab interusurijs 1
dotis maternæ. Et difficultas restringebatur ad illud, an conditio, de qua in cedula depositi, nempè quòd D. Vestilia in casu exbursationis pecuniarum teneretur facere cessionem iurium suorum ad fauorem Illustrissimi Cardinalis Aldobrandini, possit dici conditio intrinseca, vel potiùs extrinseca; cùm aliàs iure cantum sit, quod conditio extrinseca vitiet depositum, secus si intrinseca. Scribentes, Bald. præcipuè *num. 24. in l. acceptam, C. de vsur.* Rota *in causa Bononiens. damnorum coram Cantuccio relata inter diuers. impress. decis. 71. part.* Illa verò dicitur conditio extrinseca, ad quam quis de iure cogi non potest, sicut è conuerso dicitur intrinseca illa, ad quam quis cogi potest, Alexand. *cons. 78. num. 30. lib. 5.* Curt. sen. *cons. 35. num. 7.* cum alijs per Modern. *de pignor. 3. membr. 5. part. princip. num. 11. part. 1.* In casu proposito considerarunt Domini, quòd licèt Illustrissimus Cardinalis Aldobrandinus ex se ipso esset tertius, cui regulariter non cogitur quis facere cessionem, *l. nulla*, vbi Bald. *C. de solut.* Nihilominus ex quo Cardinalis non soluebat ex propria persona, sed tanquam mandatarius fratrum de Gaetanis, potuit desiderare cessionem iurium à Domina Vestilia, sicut potuisset desiderari ipsi mandantes, *l. emptor*, vbi hoc notat Bald. *in princ. C. de hered. vel act. vend.*

Nec videbatur dubitandum, quin mandantes possent 2
de-

desiderare hanc iurium cessionem à D. Vestilia, siue illos consideremus tamquam hæredes eorum patri iuri D. Vestiliæ, & obligatos ad restitutionem dotis, tunc enim ista cessio resoluitur in simplicem liberationem, Bald. *in l. 1. num.41. vers. 11. quæritur, &c. C. de act. & oblig.* siue multò magis, si illos consideremus tamquam fideicommissarios antiquorum de Gaetanis coacti per Bullam Baronum soluere dotem maternam de bonis fideicommisso subiectis, qui propterea potuerunt desiderare cessionem iurium à D. Vestilia ad effectum se reualendi contra hæreditatem proprij patris, & de bonis dictæ dotis. Nam etsi sint hæredes patris, vt supra dictum est, sunt tamen cum beneficio legis, & inuentarij, & propterea minimè prohibentur impetrare actiones contra dictam hæreditatem, cùm non sint confusæ actiones, stante dicto inuentario, *l. fin. §. in computatione*, cum ibi not. per Scriben. *C. de iur. deliberan.*

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Calaguritana de Branteuilla.

Lunæ 9. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

De attentatorum materia nonnulla notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Renunciatio iuris fieri non potest à procuratore non habente speciale mandatum, n. 1.
Attentata nullum tribuunt ius attentatis; imò faciunt amitti de iam quæsito, n. 1.
Attentata purganda sunt actualiter, & non verbaliter, num. 2.
Verba debent conuenire subiectæ materiæ, n. 2.

DECISIO LXIV.

1 FVit mihi per Breue Sanctissimi commissum, vt absoluerem Ioannem ab excommunicatione per eum incursa ob recursum ad iudices laicos, facta tamen per d. Ioannem prius renunciatione quibuscumque per eum coram iudicibus laicis attentatis. Procurator Ioannis specialiter constitutus ad petendam hanc absolutionem, cum facultate acceptandi pœnitentiam salutarem, promittendi portionem mandatis Rotalibus, necnon faciendi omnia alia circa præmissa necessaria, seu quomodolibet opportuna, & si alia essent, quæ requirerent speciale mandatum, renunciauit simpliciter coram me prædictis attentatis. Dubitaui an esset sufficienter paritum, pro negatiua; dicebatur, hunc Procuratorem non potuisse renunciare, quia super hoc non habet speciale mandatum, prout de iure requiritur, Anch. *qu. 33. per totam.* Verùm ista difficultas non placebat multùm Dominis, quia allegata videntur procedere in renunciatione alicuius iuris considerabilis, quod ius non potest considerari in attentante, qui non modò ex attentatis nullum acquirit ius, vt est text. *in l. censemus, C. de litig.* sed imò amittit de iam quæsito, vt patet ex cumulatis per Modern. *de attent. p. 3. c. 32. per totum.* Item quia hanc facultatem videntur comprehendere clausulæ amplissimæ, de quibus supra, cùm non sit maior expressis, Lap. *alleg. 7. n. 9.* Imò ex quo ista renunciatio est necessarium antecedens huius absolutionis, *reg. peccatum cum reg. seq. de reg. iur. in 6.* Facultas renunciandi censeretur data, etiamsi esset maior expressis, Bart. *in l. 2. n. 2. vers. & quod videntur, ff. de iur. omn. iud.* quem sequitur Felin. *in c. sedes num. 3. col. 3. vers. & circa reg. de rescript.*

2 Secundò opponebatur, quòd ista fuit renunciatio verbalis, quæ non sufficit in hac materia, in qua requiritur actualis, & integralis purgatio, Bald. *in c. conquerente n. 1. de restit. spol.* facit text. cum gloss. *in c. 1. de eo, qui mittitur in possessionem*, & per Modern. *de attent. cap. 29. num. 21. p. 3.* Vnde non est verisimile, Papam sensisse de verbali, sed de effectuali renunciatione, *l. 1. §. 2. ff. quod quisque iuris.* Et verba debent conuenire materiæ subiectæ, iuxta tex. *in l. si vno, §. sed si verbo, ff. locat.* & latius per Felin. *in c. sedes n. 1. de rescript.* Ex quibus concludebatur Petrum esse in primis restituendum in possessione, à qua in vim prouisionis regiæ fuerat per ordinarium eiectus. Et licèt (vltra alia multa quæ non faciebant ad propositum) replicaretur ex parte Ioannis, quòd ista purgatio attentatorum non erat in eius potestate, quia ipse non poterat facere nouam collationem Petro, nec illi restituere possessionem beneficij, quam apud se non habet. Vnde non poterat obligari ad impossibilia, *l. impossibilium, ff. de reg. iur.* Voluerunt tamen Domini, quòd Ioannes faceret id, quod in se erat, iuxta decis. Crescent. *1. de sequestr. possess.* hoc est, quòd specialiter, & indiuiduè renunciet omnibus, & singulis in vim regiarum prouisionum gestis, ita vt Petrus quoad omnes iuris effectus habeatur pro illo examinato, prouiso, ac possessore, qui erat ante prouisiones Regias, non obstante quacumque renunciatione tacita, vel expressa per ipsum in vim dictarum prouisionum facta, & propterea fuit conclusum, adhuc non esse sufficienter paritum.

An autem dictum examen, prouisio, ac possessio Petri fuerint attentata tamquam gesta appellatione pendente, vt prætendit Ioannes, postea videbitur, &c.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Tirasonens. Capellæ.

Lunæ 9. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Gratia in Beneficialibus, & præsertim impetratione Capellæ, ex quibus dicatur subreptitia. Et quando cesset subiectio; est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Gratia non dicitur subreptitia ex eo quòd non fuerit facta mentio oneris existentis in beneficio, n. 1.
Gratia non dicitur subreptitia ob taciturnitatem eorum, quæ Principem non reddidissent difficiliorem, n. 1.
Vbi ampliùs, quod pro sustinenda gratia, non præsumitur Princeps difficilius concessurus.
Gratiam fuisse subreptitiam ob taciturnitatem eorum, quæ si expressa fuissent reddidissent Papam difficiliorem, attenditur illius stylus, & cursus Cancellariæ, aut aliqua alia probabilis coniectura, n. 1.
Capellæ nomen præsupponit celebrationem Missarum, n. 1. in fine, & n. 2. & sic vbi propterea, quod requirit habentem ordines, & residentiam.
Capella, licèt requirat ordines, & residentiam, possunt tamen hæc per substitutum expediri, n. 2.
Gratia Capellæ non dicitur subreptitia ex eo quòd in ea non fuit expressus ordo sacerdotij necessarius, n. 2.
Residentia non requiritur in beneficijs simplicibus, numero 2.
Gratia non dicitur subreptitia per taciturnitatem qualitatum, quæ insunt de iure, & sunt Papæ benè nota, num. 2. in fine.

DECISIO LXV.

1 PRo Didaco solo informante fuit conclusum, gratiam eiusdem non fuisse subreptitiam, ex eo quòd ipse non expresserit Capellam habere annexum onus celebrandi Missas. Nam aut subreptio prætenditur ex eo, quòd non fuerit facta mentio oneris, & ad hoc respondetur, non reperiri cautum in iure, quòd huiusmodi onera exprimantur; vel rem per seipsam esse talem, qua narrata Princeps fuisset difficiliùs concessurus. Quibus cessantibus, cessat subreptio, Gemin. *in cap. Dudum num. 15.* vbi & alij *de præb. in 6.* Ægid. *decis. 4.* Cassad. *decis. 10. nu. 3. de præb.* latè Felin. *in cap. in nostra num. 9. de rescript.*

Quod

Quòd autem Princeps non fuisset, aut difficiliùs concessurus, & debemus dicere pro sustinenda gratia, *ex reg. l. quoties, ff. de reb. dub.* & per illum text. Gabr. *cons. 200. n. 13. lib. 1.* & facit, quia nec stylus Principis, nec cursus Cancellariæ, aut aliqua probabilis coniectura suadent contrarium, qui sunt modi cognoscendi, an obstet taciturnitas iuxta Theoricam Felin. *in c. super literis n. 8. vers. 1. regula de rescript.* Imò coniecturæ sunt, quod Papa nihilominus concessisset; tum quia ex eo quòd ipse sciuit, Capellam esse beneficium Ecclesiasticum, potuit cogitare illam habere aliquod onus spiritualitatis annexum, Bellam. *in c. nostra num. 10. vers. de tertio*, vbi etiam Felin. *num. 9. de rescript.* Tum quia hoc nomen Capellæ præsefert quodammodo hanc celebrationem Missarum, Castr. *cons. 359. num. 1. post med. vers. quia si dicat vol. 1.* Prob. ad Monach. *in c. ei cui n. 26. de preb. in 6.*

2 Aut verò prætenditur subreptio, quasi quòd Capella habeat annexum ordinem Sacerdotij, vel residentiam. Et primò hoc nullibi probatur, quia non tenet consequentia; Capella habet annexum onus celebrationis; ergo requirit ordines, vel residentiam, quia ista regulariter possunt expediri per substitutum, Lap. *alleg. 35.* quem Rota sequitur in vna Romana Capellæ 23. Ianuarij 1589. coram Orano. Præterea mentio ordinum annexorum non est necessaria, sed sufficit, quòd prouisus sit habilis actu, vel habitu ad illorum susceptionem, & per omnes *in c. si pro Clericis, & in c. ei cui de præb. in 6.* Et quatenus Capella requireret Sacerdotium actu iuxta distinctiones Abb. *in c. cum in cunctis, §. inferiora num. 10. de elect.* Hoc procedit ad effectum, vt prouisus actualiter sit Sacerdos, (& talis supponitur in facto esse Didacus) non autem ad effectum, vt teneatur exprimere illum ordinem, vt benè per Rebuff. *in repet. c. nulla col. 43. vers. 2. qualitas de concess. præb.* Quo verò ad residentiam cessante particulari institutione huius Capellæ, de qua non constat residentiam, non requiritur ex generali consuetudine in beneficijs simplicibus, vt not. *in c. gratia de rescript. in 6.* Dec. *in c. ad aures num. 22. in fine extra. eod. tit.* Vltra quod de illa residentia, quæ de iure communi inest omnibus beneficijs, non erat facienda mentio, quia qualitates, quæ insunt de iure, sunt D. Papæ benè notæ, vt latè per Felin. *in c. super literis n. 8. vers. 2. reg. de rescript.* & ponit in specie Rebuff. *loc. cit. col. 45. vers. nona est qualitas.*

R. P. D. PENIA,

Esina fideicommissi,

Veneris 16. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Fideicommisso per diuisionem non censetur à diuidentibus renunciatum, nisi probetur eos sciuisse fideicommissi tenorem per inspectionem verborum ipsius testamenti.

SVMMARIVM.

Fideicommisso purificando renunciatum non censetur per diuisionem bonorum fideicommisso subiectorum, n. 2.

Fideicommisso renunciatum non censetur per diuisionem, nisi probetur quòd diuidentes habuerunt scientiam per inspectionem verborum ipsius testamenti, n. 2.

Fideicommisso vt renunciatum non censeatur interpretatio facienda est, n. 3.

DECISIO LXVI.

1 FRanciscus de Georginis Esinus anno 1575. condito testamento hæredes sibi vniuersaliter instituit Ioan. Christophorum, & Ioannem suos filios masculos, quos inuicem substituit, si sine filijs decessetint. Isti paternam hæreditatem adeuntes, anno deinde 1577. bona hæreditaria inter se diuiserunt, cum promissione de nunquam contraueniendo sub vinculo iuramenti, & alijs clausulis. Cùm verò filijs Ioannis Christophori peterent immitti in possessione omnium bonorum, tam fideicommisso subiectorum à Francisco auo ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* quàm aliorum à Ioanne patruo possessorum, ex remedio quorum bonorum, & ipsis opponeretur renunciatio fideicommissi collecta ex prædicta diuisione, dato dubio super hoc articulo; Rota censuit, per diuisionem factam inter Ioan. Christophorum, & Ioannem filios Francisci non fuisse renunciatum fideicommisso.

2 Nam præterquam quòd regulariter non censetur renunciatum fideicommisso purificando, *l. cùm pater, §. hereditatem, ff. de leg. 3.* communiter Doctores *in l. qui Romæ, §. duo fratres*, vbi Bart. *in 1. quæst. num. 3. ff. de verb. oblig.* Verall. *decis. 20. incip. fideicommisso part. 2.* Gabriel. *de fideicommiss. conclus. 1. in princ.* In hoc casu non probabatur scientia fideicommissi inter diuidentes, in quibus, cùm respectu fideicommittentis essent sui hæredes; præsumitur ignorantia testamenti, cùm ab intestato succederent, & ideò per quascunque clausulas generales, amplissimas, fratres ob defectum voluntatis non censentur renunciasse fideicommisso; nisi probetur scientia, quòd diuiserint inspectis verbis testamenti, Bart. *in d. l. qui Romæ, §. duo fratres qu. 4. num. 17.* Ruin. *cons. 92. n. 24. vers. & primo lib. 3.* Gozad. *cons. 36. n. 17. vers. octauo, & cons. 45 n. 16. vers. circa secundum, & n. 19. in fine*, Gabr. *de fideicommiss. conclus. 1. n. 21. vers. & hoc limita*, Curt. sen. qui testatur de communi *cons. 69. n. 19. vers. tamen*, Peregr. *de fideicomm. art. 52. n. 27.* Dec. qui latè, & doctè ponderat omnia *cons. 52. à n. 5. vsque in fin.* Maluagia *cons. 81. à n. 22. vsque in finem*, & idem sentit aliàs Rota, Mohed. *decis. 15. incip. bonorum diuisio*. Vnde cùm in casu præsupposito non probetur scientia primorum diuidentium de illo tempore per diuisionem non censebatur renunciatum fideicommisso. Et cùm scientia primorum diuidentium esset probanda, non sufficiebat probare scientiam filiorum hæredum descendentium à primis diuidentibus.

3 Neque obstabant deducta per informantes pro hæredibus Lauræ, ex clausulis generalibus instrumenti diuisionis, quia etsi omissis alijs responsionibus datis per informantes pro hæredibus Ioan. Christophori fuit responsum, clausulas generales respicere contractum diuisionis, & illius validitatem, & vltra non operari, nisi tales essent, vt naturam contractus excedant. Vnde cùm in casu proposito omnes possent recipere interpretationem respicientem contractum diuisionis, non erant trahendæ ad renunciationem fideicommissi, cuius nulla fuerat facta mentio.

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali,

Romana vineæ,

Lunæ 3. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Venditor non tenetur præcisè rem tradere, si eam vel non habeat, vel habere non possit, nisi cum magno incommodo, & excessu pretij, sed solùm tenetur ad interesse.

SVMMARIVM.

Venditor tenetur rem venditam liberam præcisè tradere de iure communi, n. 1.

Venditor si rem venditam non habet, vel si habere potest, excessiuo tamen pretio, numquid teneatur illam præcisè tradere, n. 1. & per tot.

Æquiparatorum idem est iudicium, n. 2.

Læsio, seu excessus in pretio consideratur de iure communi in 6. parte, vel in dimidia, vel potiùs arbitrio iudicis, n. 2.

Venditor non tenetur rem venditam præcisè tradere, si eam non habet, vel si eam habere non potest, nisi cum magno incommodo, sed sufficit, quòd soluat interesse, n. 3.

Verba conuentionum intelligenda sunt cum moderamine, n. 3.

Obligatio in venditione quantum se extendat ex quantitate pretij argui potest, n. 3. in fine.

Iuramentum respicit easdem tacitas restrictiones, quas recipit negotium cui adhæret, n. 4.

Iu-

Iuramentum, & eius vires cessant, cessante consensu, numero 4.

DECISIO LXVII.

1 OCtauianus vendidit vineam Petro pro scutis 740. Ex quibus Petrus soluit 140. in pecunia numerata, & pro reliquis assumpsit in se onus cuiusdam census super eadem vinea aliàs impositi. Accidit, vt quidam creditor, qui habebat hypothecam anteriorem acquisitioni Octauiani, licèt posteriorem impositioni census, citatis successoribus Petri emptoris, ex Saluiano immitteretur in possessionem huius vineæ pro scutis 900. occasione sortis fructuum cuiusdam census. Successores Petri coram A. C. egerunt contra Octauianum, vt vineam liberam traderet, tam ex dispositione iuris communis, per *l. exempt. ff. de act. empt.* quàm ex particulari ipsius Octauiani promissione, iuramento, atque obligatione Camerali vallata, A. C. pronunciauit ad fauorem emptoris. Dubitaui, an sententia A. C. esset confirmanda. Negatiuè fuit resolutum. Ratio decisionis fuit, quia ista duo æquiparantur in iure, quòd quis non habeat, vel illam, non nisi pretio immodico habere possit, *l. si domus, §. in pecunia, ff. de leg. 1. l. qui concubinam, §. fin. eod. tit.* Et hanc æquiparationem faciunt in specie gloss. *in l. non dubium, §. sed sicut verb. non modico*, vbi benè Alberic. *num. 2. ff. de leg. 3.* gloss. *in l. non solum, Institut. de legat.*

2 Vnde sicut Octauianus si rem non haberet, vel habere non posset, sine dubio liberaretur præstando interesse, *l. qui restituere, ff. de re vend. l. 1. C. de act. empt.* ita est dicendum, non teneri hoc casu, ex quo illam non nisi excessiuo pretio habere potest, vt æquiparatorum idem sit iudicium, iuxta *l. 1.* vbi omnes scribentes *de legat. 1.* Nec potest dubitari, quin pretium sit excessiuum, habito respectu grauaminis census scutorum 600. siue excessum consideremus in sexta parte ex quo non habemus taxationem patrium, iuxta distinct. Bart. *in l. si societatem, §. arbitrorum num. 25. ff pro socio*, siue in dimidia, iuxta terminos, *l. 2. C. de rescin. vend.* quæ ex statuto vrbis *cap. 154. lib. 1.* est redacta ad tertiam, siue quòd aptiùs videretur, hoc iudicis arbitrio relinquatur, vt per Bart. *d. l. non dubium, §. sed si cui n. 2.*

3 Ex quibus cessat illud, quod dicebatur, Octauianum, quia soluendo dicta scuta 900. potest recuperare vineam, præcisè teneri ad traditionem rei, ex doctrinam Bart. *in l. stipulationes non diuiduntur n. 39. ff. de verb. oblig.* quia Bart. & concordantes sunt intelligendi de possibilitate congrua ex supra allegatis, Et facit quod post Bald. notat Alexand. *cons. 69. num. 1. vol. 4.* Vbi dicit quòd venditor ita demum tenetur tradere rem liberam, si id commodè, & de facili potest. Non obstat, quòd hìc adsit particularis conuentio de tradendo rem liberam, quia verba conuentionum sunt intelligenda cum moderamine, *l. si cui simplicius, ff. de seruit.* & secundùm naturam contractus, & discretionem, quam ratio naturalis dictat in cordibus nostris, vt dicit Bald. *cons. 343. num. 1. lib. 1.* Nunquam enim censetur cogitatum de excessu, vt per eundem Bald. *cons. 372. num. 1. lib. 1.* sequitur Crauet. *cons. 3. n. 19.* Nulla autem ratio dictat, quòd Octauianus ex receptione scutorum 140. extra naturam contractus, voluerit se obligare ad redimendam vineam pro scutis 900. Ex quantitate enim pretij solemus argumentari, quid, & quantum veniat in obligatione, glos. *in l. qui superficiem, verb. agendo, ff. de superficieb.*

4 Non obstat iuramentum, quia iuramentum recipit eas tacitas restrictiones, quas respicit negotium cui adhæret, *l. fin. C. de non numerat. pecun. l. fin. ff. qui satisd. cogant, cap. quemadmodum de iureiur.* Cùm enim in casu excessus cesset consensus obligantis ex prædictis, cessat etiam ius iuramenti, Bald. post Gloss. *in l. 3. n. 1. C. ne quis plus valere, quod agatur.* Non obstat decisio in causa Neapolitana pecuniarum 4. Nouembr. 1579. coram Illustrissimo Blanchetto, alia Interamnensis dotium coram Reuerendissimo Alexandrino, aut alia Romana de Alicornis coram bon. mem. Peregrino, quia in illis decisionibus non fuit tacta ista difficultas. An venditor teneatur in casu excessus.

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Bisuntina Pensionis.

4. *Iulij* 1603.

ARGVMENTVM.

Defenditur in hac decisione quædam pensionis reseruatio, aduersus quam opponebatur, eam factam post collationem beneficij liberam, & sine pensione, & quòd non expeditis literis fuit pensio exacta.

SVMMARIVM.

Pensio non potest reseruari in beneficio post beneficij collationem libere factam n. 1. Vbi tamen, quod dicens, beneficium fuisse priùs liberè collatum, probare debet, & num. 3. Vbi quod admittitur reseruatio pensionis infra biduum post collationem.

Verba præteriti temporis non excludunt actum ante incontinenti factum, n. 2.

Clausula derogatoria quandoque apponantur ad abundantiorem cautelam, n. 3. in fine.

Pensio exigi non potest non expeditis literis n. 4. Vbi tamen hoc declaratur non procedere, quando literæ peruenerunt ad plumbum ante exactionem pensionis.

Literæ plumbatæ habentur pro expeditis, siue processerint per viam Cancellariæ, siue per viam secretam, n. 5.

DECISIO LXVIII.

1 FVit tentum pro validitate pensionis, non obstantibus duobus exaduerso appositis. Et quoad primum, quod erat, non potuisse Ecclesiam grauari pensione postquam liberè fuerat prouisum D. Archiepiscopo Auorom. *decis. 9. incip. vacante Ecclesia Taruis. lib. 2.* & faciunt notata per Sarn. *super reg. de iur. quæsit. non toll. q. 15. in fine*; fuit responsum, D. Archiepiscopum non probare assumptum quod priùs fuerit sibi liberè facta collatio, cùm tamen ad hoc de iure teneatur, Gloss. *in Clem. vltim. verb. creatum*, & ibi plenè Card. *n. 7. de rescript.* Et consequenter esse locum præsumptioni, quòd omnia fuerint gesta in tempore, de qua latè per Felin. *c. Pastoralis n. 5. vers. ad identitatem de rescript.*

2 Non obstat, quòd in cedula consistoriali non fiat mentio de hac pensione, quia nulla adest necessitas ob quam in cedulis consistorialibus fiat mentio pensionum reseruatarum. Ex quo sequitur, quod ille non sit modus probandi negatiuam reseruationis pensionum in consistorio. Non etiam facit, quòd Papa in reseruatione huius pensionis, dicat se eadem die prouidisse D. Archiepiscopo de Ecclesia Bisuntina, quasi quòd per hoc appareat, prouisionem D. Archiepiscopi per temporis spatium præcessisse reseruationem pensionis; quia verba præteriti temporis non excludunt actum antè, incontinenti factum, Bart. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus n. 3. vers. item aduerte*, vbi etiam alij, & præcipuè Alex. *num. 14.* qui de communi, *ff. de verb. oblig.* alios citat Alex. *cons. 2. n. 19. lib. 4.* & est notoriùs Stylus Cancellariæ, quod forma *hodie prouidimus*, ponatur pro prouisionibus eodem instanti facit.

3 Addebat vnus ex Dominis, quòd etiamsi prouisio ab initio fuisset libera, non tamen exindè sequebatur, quin Papa voluerit reseruare pensionem declarando illam eadem die, cùm & hoc infra biduum fieri posse aliàs tenuerit Rota in causa Taruisina, de qua supra teste Put. *decis. 21. de fid. instr.* Non obstat, quòd Papa in reseruatione pensionis derogauerit Concilio Lateranensi, quæ derogatio aliàs fuisset superflua, si pensionis reseruatio, & prouisio fuissent eodem instanti factæ, quia hoc est argumentum probabile, non autem necessarium; cùm & aliquando huiusmodi derogationes ponantur ad abundantiorem cautelam.

4 Quoad secundam principalem difficultatem, quæ fiebat in eo quòd Franciscus exegisset pensionem literis non ex-

expeditis, ex quo pensio redditur nulla propter decretum irritans in reseruatione appositum, vt fuit dictum in causa Sabinen. pensionis coram Illustrissimo Mantica, & Veronen. pensionis coram D. meo Millino; hæc pariter nullitas non placuit dominis, quia apud partes erat in confesso, literas peruenisse ad plumbum, antequam Franciscus exegerit, quod sufficit, quia literæ plumbatæ dicuntur expeditæ, Gloss. *in reg. Cancell.* Cassad. *decis. 4. n. 3. super reg. Sarn. de non ind. q. t. vers. & tamen*, Mohed. *decis. 3. n. 1. de prob.* cum alijs per Mand. *in reg. 8. q. 3.* Non obstat, quòd allegatæ doctrinæ loquantur in terminis regulæ de non iudicando, quia sunt fundatæ in text. *cap. licèt ad regimen, de crimine falsi*, vbi ponitur regula generalis.

5 Postremò dicebatur, quòd literæ plumbatæ ita demum dicuntur expeditæ si processerint per viam ordinariam Cancellariæ; secus, si fit ut hoc casu per viam secretam, quia literæ, quæ expediuntur per viam secretam, & post plumbationem corriguntur, & lacerantur, vt deponunt testes per dominum Archiepiscopum examinati, quod non ita sæpè euenit in alijs literis. Sed ista distinctio nullo iure niti visa fuit; nam illud accidens, quod literæ plumbatæ aliquando corrigantur, vel lacerentur, non facit, quòd literæ minus dicantur expeditæ, quando non apparet, illas post plumbum fuisse alteratas. Nam & aliàs literæ postquam sunt registratæ, & partibus consignatæ remittuntur ad Cancellariam pro correctione, vt per Achil. *dec. 18. de prob.*

R. P. D. LVDOVISIO,

Postea fel. rec. Gregorio XV, Imolen. Molendini.

Luna 10. *Nouembris* 1603.

ARGVMENTVM.

Locatio an, & quando resoluatur propter non implementum, vel potiùs agendum sit ad interesse.

SVMMARIVM.

Locatio est contractus nominatus, n. 1.

Contractus nominati non resoluuntur propter non implementum, sed debet agi ad interesse, n. 1.

Fallit in locatione, n. 2. Vbi tamen potius contrarium firmatur, dic fallentiam procedere duobus concurrentibus, scilicet, quod conductor culpa locatoris non possit vti, & frui, & quod res sit integra, hoc est, ante exequutionem contractus, n. 2.

Fallit secundo, quando implementum respicit causam finalem contractus, n. 2.

DECISIO LXIX.

1 Sententia Gubernatoris Imolens. visa fuit Dominis iusta, & confirmanda. Benè enim pronunciauit, non esse locum resolutioni locationis, quia contractus cùm sit nominatus, Bart. *in l. merces, §. vis maior. per locat.* regula est receptissima, quòd in contractibus nominatis, qui suam exequutionem sunt sortiti, si vna pars deficit, non licèt alteri resilire, sed agere debet ad implementum, vel ad interesse, *l. in ciuile*, vbi Bald. *in princip. C. de rei vendit.* Bald. *in l. si pecuniam num. 7. & seq. ff. locat.* Alexand. *in l. cum proponas, l. 2. num. 4. vers. 3. fallit. C. de pact.* Ruin. *cons. 128. num. 9. lib 5.* Afflict. *decis. 180. num. 6.* Natt. *cons. 171. num. 1. & 2.* fuit dictum in Romana Casalis Aquæ frigidæ, 17. Iunij 1575. coram Cotta, & in Vrbeuetana Castrorum 29. Ianuarij 1534. coram Sanctissimo, & in terminis locationis traditæ, Bois. *de remiss. sub num. 49.* Rolan. *cons. 69. num. 31. lib. 4.* fuit latè deductum coram Bononiens. damnorum, & interesse coram Cantuccio, & in alia Imolens. locationis 8. Iunij 1592. coram Orano. Quod tantò magis procedit in casu isto, in quo adest expressa prouisio contrahentium, quando impedirentur conductores percipere fructus Molendini, quàm præstare sunt parati conductores, & facere remissionem iuxta pactum.

2 Non obstat Gabriel ex aduerso alleg. *cons. 75. lib. 1.* dum dicit, regulam quæ habet, agendum esse ad implementum, vel interesse, in casum inobseruantiæ, non habere locum in locatione, quia in contrarium sunt auctoritates, & decisiones Rotales, de quibus supra, vltra quòd Gabr. loquitur de duobus concurrentibus, quòd scilicet conductor culpa locationis non possit vti, & frui, & quòd res sit integra, hoc est, ante exequutionem contractus; quorum vtrumque cessat in casu isto, in quo locatio non solùm fuit exequutioni demandata, sed etiam casu contigit impedimentum conductori, Natt. *cons. 610.* non loquitur de aliqua rescissione, sed tantùm de remissione, Roland. & alij ex aduerso allegati loquuntur, quando implementum respicit causam finalem contractus, per cuius defectum etiam contractus nominatus rescinditur, *l. cum te*, vbi Bald. Salycet. & alij, *C. de pact. inter empt. & vendit.* Aym. *cons. 192. num. 22.*

3 Non est verum, quòd ex tacito partium consensu fuerit à locatione recessum, nec actus, qui ad id probandum deducuntur, concludunt. Nam electio peritorum pro æstimatione vtensilium, seu instrumentorum Molendini, deputatio depositarij frumenti, sunt prouisiones factæ à Iudice, cum clausula, citra præiudicium, quas index mandauit poni ad partes, nec aliquo modo inferunt resolutionem contractus. Non placuit etiam Dominis, allegata contrauentio circa incisionem arborum: nam quoad duas arbores siccas potuerunt locatores illas incidere, & sibi ex instrumento locationis reseruare, & quoad alias duas virides non potest considerari contrauentio propter licentiam habitam ab vno ex conductoribus, vel locatoribus, pro reparatione Molendini. Sententia etiam in alijs visa est iusta, quia mandat conductoribus refici, seu defalcari interesse qualchcriæ, & fieri remissionem ob cessationem aquæ, iuxta conuentionem inter ipsas partes factam. Et quia fides Vincentij non habet mensem, potuit iudex declarare, de quo mense intellexerit pro tollenda omni facultate, & ambiguitate.

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali. Romana pensionis domus.

Luna 24. *Nouembris* 1603.

ARGVMENTVM.

Conductor domus ex priuilegio Inquilinatus sibi competente ex decreto Camerali, non potest expelli de domo conducta, nisi Dominus illam velit pro vsu suo, vel retineat per annum dislocatam, etiam quòd promiserit, domum restituere finita locatione vacuam.

SVMMARIVM.

Iure suo vtens ad nihil tenetur, n. 1.

Conductor ex decreto Camerali non potest de domo conducta expelli, nisi locator eam pro vsu suo voluerit, vel illam per annum dislocatam tenuerit, n. 1.

Conductor promittens finita locatione restituere domum locatam vacuam, & expeditam, non per hoc dicitur renunciare decreto Camerali, & priuilegio inquilinatus, num. 2.

Iuramentum non extendit obligationem, licèt in ea fortius liget, n. 2.

Conductor perdit priuilegium inquilinatus ex decreto Camerali sibi competens, quando in solutione pensionis est morosus, vel malè versatur in re locata, n. 2.

Conductor domus potest retinere pensionem pro expensis factis in expurganda domo, n. 3.

Æquitas l. curabit, C. de act. empt. habet locum in omni contractu, n. 4. in fin.

DE-

DECISIO LXX.

1 FVit resolutum, Didacum non teneri pro anno, quo domus fuerit illocata, siquidem ipse habet fundatam intentionem in decreto Camerali quòd non poterat expelli, absque eo quòd Bartholomæus locator per seipsum inhabitare vellet, vel illa per annum illocatam haberet. Vnde quatenus ipse se opposuit, nec infra dictum annum locaretur, vsus fuit iure suo, & consequenter ad nihil tenetur, *l. Gracchus de adult.* Nec est habenda ratio præiudicij locatoris, cùm ex eius malo iure descendat, *l. si mulier in princip. ff. quod met. caus.* Natt. *cons.* 309. *num.* 4.

2 Non obstat, quòd Didacus medio Iuramento promiserit, finita locatione restituere domum vacuam, & expeditam, quia ex hoc non dicitur renunciasse decreto Camerali, vt latè in decisione Put. 116. *lib.* 1. quæ placuit Dominis; quicquid ex aduerso dicatur de iuramento, quia iuramentum non extendit obligationem, licèt in ea fortiùs liget, Ruin. *cons.* 134. *num.* 9. *lib.* 1. Gratian. *cons.* 139. *num.* 9. *lib.* 2. & fuit sæpè dictum. Minus facit, quòd Didacus malè vteretur domo, vel fuerit moratus in soluendo, quibus casibus omittitur priuilegium conductoris, vt not. *l. ede, C. locat.* quia neutrum subsistit in facto. Et quoad abusum domus res procedit de plano, quia nil releuans allegatur, nedum probatur, & tamen maius tractatus ad hunc effectum debet esse notabilis, vt per Bald. *in dict. l. ade num.* 23.

4 Quantum verò ad morositatem, non obstat quòd Didacus commentis temporibus non soluerit pensiones, quia est aduertendum, hoc processisse culpa locatoris, qui illas plures, & iudicialiter interpellatus negauit velle recipere, nisi integras, nec integras tenebatur Didacus offerre, quia licitè potuit retinere expensas factas in expurganda domo ab inundatione Tiberis, cùm aliter viui non posset, *l. ex conducto, ff. locat. l. si merces, §. eod.* latè Natt. *cons.* 449. *num.* 9. *cum pluribus seqq.* Et vltra dispositionem iuris, adsunt super hoc bannimentum Illustrissimi Camerarij, & duæ sententiæ ad fauorem Didaci conformes. Et licèt ipse Didacus postea soluerit Bartholomæo locatori eamdem portionem, quam ipse ab initio volebat retinere pro dictis expensis, non propterea dicitur succubuisse in sua prætensione, quia soluit, reseruatis sibi suis iuribus.

5 Aliqui etiam ex dominis elecerunt fundamentum in eo, quod Bartholomæus locator per annum, de cuius pensione agitur, retinuit penes se claues domus, & in dies ingrediebatur, & egrediebatur, & in illa induxit bonam quantitatem mercium, & aliarum rerum, prout ex fide testium fide dignorum, quæ datur. Vnde iniquum videtur, quòd ipse velit eodem tempore gauisus fuisse re, & pretio contra æquitatem, *l. curabit, C. de act. empt.* quæ habet locum in quolibet contractu, tam nominato, quàm innominato, Cæs. de Graff. *decis. vnic. num.* 8. *de vsur.*

R. P. D. LANCELLOTTO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Burgensis admissionis ad habitum.

Luna 26. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Nobilitas, & puritas sanguinis ex pluribus probatur, de quibus particulariter in summario.

SVMMARIVM.

Nobilitas, & puritas probatur per testes de publica voce, & fama, num. 1.

Sententia lata super statu personæ faciunt ius quoad omnes, num. 2.

Puritas sanguinis in partibus Hispaniæ probatur ex eo, quòd quis fuerit familiaris S. Officij, n. 3.

Nobilitas ascendentium in posteros descendit, n. 4.

Nobilitas, & puritas probatur ex gradibus, honoribus, & magistratibus, qui nisi puris dari consueuerunt, n. 4.

Testis qui vltrò se obtulit examini redditur suspectus, numero 5.

Testes deponentes de bona fama præualent deponentibus de mala, num. 5.

DECISIO LXXI.

DOmini concorditer censuerunt, constare de nobilitate, & puritate D. Francisci ex parte D. Mariæ de Torquemada eius auiæ paternæ. Id namque plenè, & concludenter probatur ex testibus *num.* 34. primo loco in ciuitate Burgensi origine D. Francisci examinatis. Item ex alijs 17. testibus secundæ probationis in eadem ciuitate Burgensi receptis, qui omnes vno ore deponunt, quòd D. Maria fuit nobilis Hijsdalgo, & quòd ista familia de Torquemada est valdè antiqua, & pura. Et distinguendo singulos gradus, concludunt nobilitatem, & puritatem: addendo; quòd numquam fuit aliquid auditum in contrarium. Et deponendo de publica voce, & fama, & communi reputatione, quæ probatio sufficiens est ad istum effectum, Bald. *in l. prouidendum, C. de postul.* Castren. *cons.* 54. *num.* 17. Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 5. *num.* 8. & fuit resolutum in causa Toletana portionis 27. Ianuarij 1595. coram Illustrissimo D. Cardinali Mantica, & in Oxomen. statuti 27. Iunij 1601. coram D. meo Penia, & in causa Legionen. Canonicatus 3. Iulij 1602. coram D. meo Coccino, & aliàs sæpè. 1

Sed hic, vltra tot testes plura concurrunt, & primò tres sententiæ cum exequutorialibus relaxatis die 15. Iulij 1559. à Cancellaria Regia Vallisoleti, in quibus in contradictorium contra fiscum Regium Petrus Ortega de Torquemada pronepos Garciæ, à quo Maria descendit, fuit declaratus nobilis Hidalgo notario, quæ sententiæ, tanquam latæ super statu, faciunt ius quoad omnes, iuxta notata in *l. ingenuum, ff. de his qui sunt sui.* 2

Secundò habemus, quòd Garzias de Paz filius Mariæ fuit familiaris Sancti Officij, quod ostendit puritatem. Et de hoc fuit habita ratio in dictis causis Toletana, Oxomensi, & Legionensi.

Tertiò concurrit nobilitas ascendentium Mariæ, quæ in posteros descendit, ex allegat. per Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 15. *num.* 1. Nam constat de testamento Garciæ Fernandez de Torquemada Gobernatoris Burgensis sub die 14. Februarij 1547. in quo instituit quatuor Maioricatus cum licentia Regis Domini Ioannis Secundi, & in eo dicit, quòd fuit filius Petri Fernandez de Torquemada Equitis oppidi de Torquemada, sicut etiam id constat ex testamento eiusdem Petri Fernandez, condito in dict. Oppido Era 1414. in qua instituit hæredes Aluarum Fernandez de Torquemada, & D. Garciam Fernandez de Torquemada eius filios, & ex Ioanna Fernandez de Touar, & recenset, quòd Rodericus Rodriguez de Torquemada, erat eius consobrinus, qui fuit Præfectus maior Castellæ, vulgò *Adelantado Maior*, & in eo dixit, se esse filium Lupi Alphonsi de Torquemada, quem Alphonsus Rex Castellæ Vndecimus huius nominis creauit Equitem in die suæ coronationis inter alios magnates, & nobiles Equites Hijosdalgo, vt legitur in Chronicis dicti Regis *cap.* 104. *&* 105. *& in* 19. *Capitulis libri del Bezerro*, illi de familia de Torquemada scribuntur inter Illustres Regni Castellæ. Constat etiam de testamentis aliorum descendentium eiusdem Garciæ, & ex alijs monumentis, & authenticis scripturis, quòd ascendentes dominæ Mariæ consequuti fuerunt gradus, honores, & magistratus, qui non consueuerunt dari nisi nobilibus, & puris, ex quibus nobilitas, & puritas probatur, Decian. *cons.* 66. *num.* 50. *lib.* 3. & habetur in eisdem decisionibus supra relatis. 3

Hinc patet, non esse veram depositionem cuiusdam Lupi Samaniegi incolæ Calciaten. deponentis de auditu à quodam de Salazar de Tataton, quòd quædam mulier de hac domo, quam duxerat in vxorem, non erat pura, & quòd quidam Ioannes de Salazar de hac familia non fuit assequutus certum officium Sanctissimæ Inquisitionis, necnon aliorum trium testium, dum de simplici auditu referunt, quòd illa non esset pura, absque expressione à quo audiuerint. Nam omisso, quòd ille Lupus spontè se obtulit examini, quod non paruam induit suspicionem, tollitur omnis scrupulus ex duodecim alijs testibus in loco de Tataton, & alijs conuicinis examinatis, deponentibus 4

de

de nobilitate, & puritate Ioannę, & eius descendentium de publica voce, & fama. Et isti testes debent præualere, nedum quia sunt plures numero, seniores, & digniores, sed etiam quia reddunt causam scientiæ, & concordant cum alijs testibus, de quibus supra, & etiam quia magis credendum est testibus deponentibus de bona, quam de mala fama, Corn. *cons. 76. col. fin. n. 10. vol. 4.* fuit dictum in allegatis decisionibus Toletan. Oxomen. & Legionen. coram D. meo Coccino.

6 Præterea dicti testes contrarium deponentes conuincuntur de mendacio, ex eo quòd Giorgius Lopez de Salazar descendens ab eadem Ioanna, obtinuit tres sententias, & literas exequutoriales relaxatas in consilio supremo Inquisitionis, in quibus fuit declaratus nobilis, & purus, & quidam eius aduersarius fuit priuatus officio familiaritatis per decennium, & bannitus a dicta patria, quia diffamauerat Dominum Georgium, quæ sententiæ probant nobilitatem, & puritatem D. Ioannæ. Et ideò testes prædicti in contrarium adducti, sibi parum constantes dixerunt, quòd postquam dictus Georgius obtinuit dictas sententias, & literas exequutoriales, dicta opinio vana cessauerat, & domus de Torquemada in dicta patria, & locis acquisiuerat bonum nomen. Hinc etiam patet, errasse quendam Ferdinandum del Purgar, qui scripsit in vulgari Sermone de quibusdam viris Illustribus Hispaniæ, & agens de Ioanne de Torquemada Cardinales Sancti Sixti paucis verbis, & nulla auctoritate munitus, intulit vulnus viro nobilissimo, & de sanguine purissimo: quem errorem propterea iustè, & copiosè confutauit frater Ferdinandus del Castillo in historia generali Sancti Dominici, & Ordinis Prædicatorum *lib. 2. cap. 42. §. 9. antes fue el Cardenal*, vbi etiam ex authenticis instrumentis, præsertim testamentorum patefecit veritatem. Et in specie, quòd D. Cardinalis fuit filius Aluari Fernandez de Torquemada Gubernatoris Vallis Oletani, & nepos Domini Petri Fernandez de Torquemada Equitis oppidi de Torquemada, vt legitur in testamento D. Aluari Fernandez, in quo instituit hæredes eundem Cardinalem, & Petrum Fernandez custodem Principis Henrici eius filios, & sic constat, Dominum Cardinalem descendere ab eisdem Lupo Alphonsi, & Petro à quibus descendunt D. Maria de Torquemada, & Ioanna quæ nupsit Equiti domus de Salazar de Tararun.

Quibus satis consonat attestatio D. Antonij de Toledo locumtenentis Prioris Castellæ in litteris missiuis directis Magno Magistro in quibus scripsit, quòd in quarto de Torquemada fuit recepta diligens informatio ab vltimis commissarijs deputatis pro extrahendis scripturis iustificationis, qui retulerunt, in nulla familia illius Regni reperiri maiorem nobilitatem, nec puritatem, quàm in ista de Torquemada, pro cuius nobilitate, & puritate omnes Domini tenuerunt ex supradictis.

R. P. D. LVDOVISIO,

Postea fel. rec. Gregorio XV.

Bononien. Census.

Veneris 20. Februarij 1604.

ARGVMENTVM.

Termini malè seruati in Rota sanantur per Innocentianam. Item census extinctio requirit retrouenditionem, quæ in continenti facta dicitur, licèt sit facta die sequenti.

SVMMARIVM.

Innocentiana sanat terminos nulliter, & malè tentos, & sufficit quod à die commissionis effluxerunt tot dies, quot requiruntur pro eorum sanatione, num. 1.

Census extinctio requirit actum priori similem, videlicet retrouenditionem, n. 2.

Actus præsumitur factus in exequutionem præcedentis tractatus, num. 2.

Voluntas eadem durare præsumitur, etiamsi longum temporis spatium interuenerit, num. 3.

Actus factus die sequenti in continenti factus dicitur, num. 3.
fructus veniunt sub nomine interesse, n. 3.

DECISIO LXXIII.

Domini vnanimiter censuerunt sententiam Auditoris Cameræ esse confirmandam, non obstantibus contra eam adductis, tam ex capite nullitatis, quàm ex capite iniustitiæ. Nullitas enim quæ deducitur ex eo, quòd sit lata pendente termino ad articulandum tollitur per Innocentianam, quæ sanat termino nulliter, & malè tentos. Et sufficit, quòd à die commissionis tot dies effluxerint, quot requiruntur pro eorum seruatione. Alia nullitas cui nititur Comes Ricciardus, vti condemnatus ad translationem, iuxta formam chirographariæ promissionis, quæ non ab ipso, sed à Marchione Hugone emanauit, non placuit, quia Marchio promisit pro dicto Comite, & eius ratificatio colligitur ex responsionibus eiusdem ad positiones Comitis Iacobi. 1

De iustitia etiam sententiæ liquet, quia extinctio census debebat fieri, cùm aliàs emptor non emisset prædium, & si nouus census erat creandus, debuit prius vetus extingui. Vnde cùm census fuisset extinctus, iusta fuit condemnatio ad translationem census; vel restitutionem librarum quatuor pretij dicti census. Non obstat attestatio Notarij super numeratione census, & numeratio ipsa, quia hoc fuit factum pro forma ipsius extinctionis census, quæ requirit actum priori similem, videlicet retrouenditionem, vt fuit dictum in Romana census apothecarum 28. Iunij 1574. coram Cardinali Lancelloto, & in Romana census 3. Iulij 1579. coram Bubalo, & sæpiùs in alijs. Et quòd non fuerit verè numerata pecunia adest confessio partis, quæ iuuatur ex promissione, & conuentione præcedente, in cuius exequutionem censetur sequuta extinctio, *l. 3. §. verum, ff. de manum. l. qui in aliena. ff. de acquir. hered.* Aym. *cons. 81. num. 9.* Alciat. *regul. 2. præsumpt. 33. & seqq.* cum alijs traditis in Romana pecuniaria de Bufalinis coram Robusterio 7. Nouembris 1572. præsertim vt in dicta decis. dicitur, stante breuitate temporis, & actuum vicinitate. 2

Non etiam verisimile, quòd cum partes egerint de translatione voluerint ab ipsa conuentione recedere, *l. eum qui, ff. de probat. l. cum hic status in princip. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Nec refert, quòd eadem die non fuerit facta apocha, & instrumentum, quia voluntas eadem durare præsumitur, & si longum interuallum intercesserit, *l. sancimus*, vbi Ias. *num. 6. C de testament.* Dec. *in l. pacta nouissima num. 10. C. de pact.* Paris. *cons. 67. num. 25. lib. 3.* Alciat. *vbi supra sub num. 1. vers. quod amplia.* Imò cùm instrumentum fuerit factum sequenti die, non ex interuallo, sed incontinenti factum dicitur, Gram. *decis. 76. num. 6. in fin.* facit in fortioribus terminis Aym. *cons. 156. n. 13.* Adminiculantur dicta testium, qui celebrationi instrumenti interuenerunt; iustè etiam fuerunt condemnati à die interpellationis ad damna, & interesse propter moram in non construendo nouum censum. Si mora non intercessisset, & census fuisset constitutus, & sub nomine interesse veniunt fructus, Bald. *in l. si quid pars num. 3. C. de seruit. & aq.* Natt. *consil. 536. num. 7.* 3

R. P. D. LVDOVISIO.

Deinde fel. rec. Gregorio XV.

Romana redditionis rationis administrationis.

Veneris 2. Aprilis 1604.

ARGVMENTVM.

Legatum factum vxori sub conditione viduitatis, non debetur, nisi præstita per vxorem cautione Mutiana. Et si conditio per vxorem non seruetur, resoluitur vsque ab initio, & vxor tenetur restituere omnes fructus. Et quæ liberatio veniat sub legato liberationis.

SVMMARIVM.

Administrator quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis, n. 1.

Con-

Conditio viduitatis seruandæ, debet adimpleri mediante cautione Mutiana, n.2.
Conditio viduitatis seruandæ, adiecta legato facto vxori per maritum, si per mulierem non seruetur, legatum resoluitur ab initio, & tenetur restituere omnes fructus perceptos, n.2. & n.3. Vbi maximè si non fuit apposita dictio, donec, *vel alia similis temporalitatem denotans.*
Defectus conditionis habet oculos retrò, & respicit tempus dispositionis, n.3.
Verba, restando vedoua, *important conditionem.*
Gerundium appositum verbo futuri temporis importat conditionem, n.4.
Amplia etiam si sit appositum verbo præsentis temporis, quando effectus non est de præsenti, n.4.
Liberatio legata sub conditione, deficiente conditione, perindè est, ac si non esset legata, n.5.
Conditio à testatore apposita quando non est impleta, vocatus sub ea priuatur omni emolumento, n.5.
Liberatio legata liberat ab exacta, & scrupulosa, non autem ab omnimoda redditione rationis, & reliquatus restitutione, & operatur quoad ea, ad quæ aliàs quis tenetur ratione negligentiæ, n.6.

DECISIO LXXIII.

1 IN causa Romana administrationis pendente coram Illustrissimo Cardinale Seraphino, tunc Rotæ auditore, Rota resoluit Faustinam teneri reddere rationem, & computa suæ administrationis. Quæ resolutio fuit per me de ordine Dominorum extensa. Fundamentum autem resolutionis fuit, quia cùm in confesso sit apud partes, Faustinam per plures annos administrasse hæreditatem Ioannis Baptistæ eius viri, regula est generalis, quemlibet administratorem teneri reddere rationem suæ administrationis, *l.2. ff. de neg. gest. l.1. §. officia*, vbi Iacob. de Aret. Bald. *ff. de tutel. & ratione distr.* Socin. *cons.73. n.1. & 2.* Aym. *cons.218. num.1. & seq.*

2 Nec potest se Faustina excusare à redditione rationis ex legato vsusfructus, & liberationis à redditione rationis, nam quoad vsumfructum illi fuit legatus sub conditione viduitatis seruandæ, quam tenebatur implere mediante cautione Mutiana, iuxta *auth. cui relictum, C. de ind. viduit. toll.* Quam viduitatem cùm non seruauerit, sed transierit ad secunda vota, legatum resoluitur vsque ab initio, & tenetur omnes fructus perceptos restituere, Ias. *in dicta auth. num.7.* Imol. *in l. Mutiana num.4.* vbi etiam Socin. *num.1. ff. de condit. & demonstr.* Ruin. *cons.170. num.7. & 11. lib.11.* cum alijs per Peregr. *de fideic. art.11. num.122.* Et fuit latè deductum in vna Rauennaten. hæreditatis 24. Nouembris 1582. coram Rubeo, & in vna Anconitana fideicommissi 3. Iunij 1598. coram Reuer. Patre Domino Lancellotto.

3 Non enim in casu ipso fuit apposita dictio, *donec*, vel alia similis temporalitatem denotans, sed testator processit per viam conditionis; quo casu res videtur extra difficultatem posita, Bald. *cons.267. sub num.4. vers. nam ab intestato lib.5.* Paul. de Castr. *in l. fin. §. sed quia in fin. C. de vendit. viduit. toll.* Natt. *cons.459. num.17.* defectus enim conditionis habet oculos retrò, & respicit tempus dispositionis, Signoroll. *cons.227. in quæst. nullitatis n.6.* Purpur. *cons.446. num.7. circa med.* & resoluit ab initio Menoch. *cons.134. n.31.*

4 Quod autem simus in conditione probant illa verba *restando pero vedoua, & seruando l'habito viduale*, vt tradit Ruin. *dict. cons.170. num.5. vers. præterea dicendo, & n. seq.* Sicut enim gerundium appositum verbo futuri temporis importat conditionem, *l. si tum ex parte*, vbi gloss. *in verb. adeundo*, & Bart. *in fin. ff. de acq. hered.* idem Bart. *in l.1. num.36. ff. de condit. & demonstr.* Dec. *cons.443. num.6.* ita etiam quando fuit adiectum verbo præsentis temporis, sed effectus non est de præsenti, prout in casu isto, in quo vidualis vitæ seruatio defertur post mortem testatoris. Ita Ruin. *loc. alleg.*

5 Ob id cessat etiam liberatio à redditione rationis, quæ fuit in eadem ratione posita cum ipso vsufructus, & sub eadem conditione viduitatis; qua deficiente perinde est, ac si liberatio non esset legata, *l. necessaria, §. quod si pendente, ff. de peric. & com. rei vend. l. pecuniam quam*, & ibi Alex. *num.4. ff. si cert. pet.* Paris. *cons.8. num.15. lib.3.* Aym. *cons.170. num.8.* Et quando conditio à testatore apposita non est impleta, vocatus sub ea priuatur omni emolumento, *l. si quis sepulchrum, §. prætor ait, vers. nisi aliquid, ff. de relig. & sumpt. fun. l. penul. in fin. C. de leg.* Paris. *d. cons.27.*

Dixerunt etiam Domini, quòd vbi liberationi legatæ esset locus, ea tamen liberare Faustinam ab exacta, & scrupulosa ratione, non ab omnimoda redditione rationis, & reliquatus restitutione, Soc. *cons.201. num.3. lib.2.* Dec. *cons.178. sub num.3. vers. modò considerandum*, Couar. *de comm. lib.1. var. resol. cap.14. num.3.* & non operaretur, nisi quoad ea, quæ aliàs Faustina teneretur ratione negligentiæ, & leuis culpæ, Gabr. qui alios allegat, *cons.62. n.1. vol.2.* 6

R. P. D. LANCELLOTTO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana fideiussionis.

Veneris 21. *Maij* 1604.

ARGVMENTVM.

Solutio facta à debitore in duriorem causam facta censetur, & quæ dicatur durior causa ad effectum, vt fideiussores sint liberati; est decisio singularis.

SVMMARIVM.

Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio fideiussorum accessoria n.1.
Solutio præsumitur facta in duriorem causam, eam scilicet, pro qua sunt dati fideiussores, n.1.
Debitoris bona si ad fiscum deuoluta fuerint, quando fideiussores censeantur liberati, n.2.
Solutio facta creditori ex pretio redacto ex pignore, censetur facta in causam pignoris, & non in aliam causam, pro qua dati sunt fideiussores, declara vt n.3. & 4.
Solutio debiti in quam causam facta fuerit, declarari potest à debitore soluente, n.4.
Solutio debiti facta à debitore ex vna tantùm causa, pro qua dedit fideiussorem, in parte debiti, in quem partem facta censeatur, & an in eam pro qua datus est fideiussor, & quid si debitor ex pluribus causis pro vna dederit fideiussorem, & pro alia non, n.4.
Solutio censetur potius facta in causa vsurarum, quàm pro sorte principali, n.5. Vbi declaratur hæc conclusio, & n.6. Vbi an isto casu sint liberati fideiussores.

DECISIO LXXIV.

CVm obligatio fideiussorum sit restricta ad scut.4000. tantùm, cùmque de bonis Pauli principalis debitoris fuerit satisfactum sac. Monti vltra dictam summam scutorum 4000. Domini dixerunt per huiusmodi solutionem fideiussores prædictos non remanere amplius obligatos, sed esse liberatos; cùm solutione eius quod debetur tollatur omnis obligatio accessoria fideiussorum, *l. non est ambiguum, C. de fideiuss. tut.* cum allegatis in causa Aquilana releuationis indemnitatis 28. Iunij 1577. coram bon. me. Ortolen. Et licèt Paulus adhuc remaneat debitor Montis, tamen solutiones factæ de suis bonis, cedere debent in causam duriorem, *l.1. & l.4. ff. de solut.* Et etiam dicitur durior, pro qua sunt dati fideiussores, Bart. *in l. cùm ex pluribus n.2. vers. item si debet, ff. de solut.* Et in simili casu tenuit Rota in allegata causa Aquilana coram Ortolen. 1

Non enim isti fideiussores se obligarunt pro reliquatu, aut simpliciter accesserunt promissioni Pauli, sed limitati pro scutis 4000. tantùm illum approbarunt. Itaut imputandum sit creditori, si fideiussores pro maiori summa elegerit, vel passus sit debitorem se ingerere vltra quàm dicta summa importaret. Et iste casus visus fuit DD. decidi per text. *in l. fraudem fisci, §. si principalis, ff. de iur. fisci*, vbi si principalis rei bona ad fiscum deuoluta sunt, fideiussores liberantur, nisi fortè in reliquum non solutæ quantitatis accesserint: quòd hic non contingit, cùm fideiussores limitatè accesserint, non autem in reliquum non exsolutæ quantitatis, neque in omnem causam; 2

in

In quibus terminis procedere possunt ea quæ in contrarium allegantur; quæ deducit Cujacius in suis recitationibus solemnibus, *ad d.§.principalis*.

3 Non obstat text. *in l.ob triginta, ff.de solut.* quia ibi obligatio erat distenta, cùm pro viginti essent dati fideiussores, & pro decem pignus, & ideò non mirum si pretium redactum ex pignore cadit solùm in causa pignoris, nec liberat fideiussores, hìc autem non adest aliqua distentio, cùm pro toto debito adsit hypotheca debitoris, & pro certa summa dati fideiussores. Et in vna eademque causa conuenit hypotheca generalis, debitoris, & fideiussio limitata. Vnde solutio debet cadere in eam causam in qua sunt dati fideiussores tanquam duriorem. Et præterea ille text. loquitur in pecunia exacta ex venditione pignoris, secus autem ex insoluta, vt dicunt ibi Bart. & Imol. Et hanc distinctionem facit text. *in l. Pul.2. ff. eod. tit.* dicens aliam esse causam debitoris soluentis, aliam creditoris pignus distrahentis; nam cùm debitor soluit pecuniam in potestate eius est, commemorare in quam causam soluerit, iuxta vulgata magis fauent creditori in pretio redacto ex pignore, quàm in pecunia soluta per debitorem: ex trad. per Imol. *in l.1.n.7.* & multò fortiùs, *ff.de solut.*

4 Distinctio verò gloss. *in d. l. triginta*, inter vnam causam & plures, communiter non tenetur, vt per Gabr. *cons.* 48. *lib.2. num.*2. & Bart. & Imol. cum ea non transeunt, neque videtur verùm, quòd Castr. eam sequatur exprefse cùm de ea nullam faciat mentionem. Imò glos. opponit *d. legib. l. loquentibus*, in materia fideiussionis, Castr. verò opponit *d.l. pupill.* quæ loquitur in pignore.

5 Neque etiam obstat alius text. *in l.fideiussores, §.pro Aurelio, ff. de fideiussorib.* quia procedit ex regula, quòd solutio censetur potiùs facta pro eo quod debetur loco vsurarum; quàm de eo quod debetur pro sorte, *l. in his*, §. *Imperator. ff. de solut. l.si vsuras, C. de vsur.* quod etiam procedit, quia obligatio pro sorte est durior odio ipsius debitoris, qui ex sua mora passus est, vsuras currere, vt per Bart. *in l.1. C. de vsur.* deducit Ruin. *cons.*136. *num.*14. *lib.*4. Et ideò cùm in casu illius legis fiscus haberet obligata bona debitoris pro toto debito, necnon pro vsuris, fideiussores verò accessérint simpliciter pro certa summa tantùm, neque sese obligassent in omnem conductionem, vt inquit text. decreuit Imperator, eos ad vsuras non teneri.

6 Quòd verò subditur id; quod ex bonis debitoris per fiscum captis fuisset redactum in vsuras cedere, procedit ex natura obligationis, ex qua priùs vsuræ sunt soluendæ, deinde sortes principalis. Et ideò per hanc solutionem, quæ in vsuras imputatur, non liberantur fideiussores, quia præcedere debet solutio vsurarum solutionem sortis: post solutionem verò vsurarum reliquum cedit in sortem: quod prodest fideiussoribus; nam pro currenti quantitate liberantur, & tantùm tenentur in id quod defecisset vsque ad concurrentem quantitatem pro qua fideiusserunt: non autem vltra eam. Neque contrarium volunt DD. allegati, Rayner. de Forli. Bart. Ang. Alberic. & Imol. *in d. C.de fideiussores, §.pro Aurelio*, nam licet dicant, bonis per fiscum occupatis non liberari fideiussores, loquuntur in casu illius legis, nempè vt non censeantur liberati, nisi priùs detractis vsuris. Nam si absolutè intelligeremus, non liberari pro concurrenti quantitate sortis debiti vsuris detractis, esset contra textus apertos, nempè *in d. l. in fraudem, §.si principalis, ff.de iure fisci, & l.2. C.de fideiuss. tut.& curat.* & alios similes, vt benè explicat Cuiac. *supra alleg. in d.l.in fraudem, §.si principalis.*

7 Nec facit ratio text. *in d. §. pro Aurelio*, quòd fiscus habeat bona debitoris hypothecata, & sic sibi priùs satisfacere possit; nam hoc non negatur, sed dicitur in casu isto fideiussionem esse limitandam, & stare conditionaliter, *l.decem, ff. de verb. oblig.* nec aliud continere quàm personæ approbatio non pro summa expressa; quo fit, vt si fiscus tot bona debitoris occupauerit, quæ ascendant ad summam expressam in obligatione fideiussorum, fideiussores sunt liberati. Non enim in reliquum non exsolutæ quantitatis accesserunt, vt dicitur in *allegato §. si principalis*; aliàs sequeretur absurdum, quòd semper censerentur obligati fideiussores in reliquum non exsolutæ quantitatis, quod est contra illum text. qui loquitur in terminis fisci.

R. P. D. LVDOVISIO,

Postea fel. rec. Gregorio XV.

Romana Nullitatis obligationis.

Mercurij 9. Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Habes ex summario.

SVMMARIVM.

Testis vnicus non probat cuiuscumque authoritatis sit, num.1.

Procurator repellitur à testificando, etiam deposito officio, num.1.

Conclusio, & non tractatus attenditur in contractibus, num.1.

DECISIO LXXV.

CVm fuisset resolutum 27. Martij præteriti, emptionem bonorum Q. Valerij Vrsini, quam fecit Dominus Paulus Æmilius, esse nullam; Fabritius Vrsinus, qui solus in aperto causam ex aduerso egit pro sustinenda dicta emptione, examinari fecit nonnullos testes, quorum depositionibus stantibus, dubitauit, an esset à decisis recedendum. Et sicut Fabritius persistit in solita contumacia in non informando, ita Domini sine aliqua difficultate perstiterunt in resolutis. Ex testibus enim qui dantur, primus tantùm visus fuit Dominis egere discussione, cùm alij duo nihil prorsus dicant, sed discussio fuit facilis. Et sufficeret dicere, quod est vnicus, vt non probet, *c.licet, c. veniens, & in c. iurisiurandi de test.* Quod si verum in teste quantumuis digno, & cuiuscumque auctoritatis, Abb. *in cap. cùm à nobis, vers. nota pulchrum text. eod. tit.* Blanch. *de compromiss. quæst.8. post num.35.* Couar. *pract. quæst. cap.33. sub num.3. vers.his accedit*; multò magis habebit locum in isto teste, qui, vt in sua depositione fatetur, fuit Procurator salariatus Domini Federici de Cæsis, vnus ex aduersarijs in hac causa, & propterea repellitur à testificando; etiam deposito officio, Rot. *dec.52. n.20. de appell. in nou.* Gabr. qui alios allegat *de test.concl.* 12.*n.*3. Cæl.de Grass. *decis.num.3. eod. tit.* Nihil etiam dicit, quòd releuet, deponit enim tantùm de ijs, quæ dicta sunt in tractatu venditionis Domino Paulo Æmilio faciendæ, & negat scire, quid postea conclusum, & actum sit. Et clari iuris est, in contractibus, & alijs negotijs non attendi quid tractatum sit, sed quid conclusum, *l.si voluntate*, vbi Bald. & Salyc. *in 1. not. C. de rescind. vend.* Alexand. *cons.*28. *num.3. lib.1.* Dec. *cons.*488. *num.*10. fuit dictum coram me in Bonon. pecuniaria 14. mensis præteriti. Parum enim refert, quòd fuerit tractatum de facienda venditione cum debitis solemnitatibus, si quando ad actum venditionis fuit deuentum, fuerunt omissæ. Imò magis arguit, & detegit inualiditatem, omissio solemnitatis, quæ non solùm ita disponente statuto, sed etiam ita volentibus partibus debuit adhiberi. 1

R. P. D. PENIA,

Romana alimentorum.

Mercurij 9. Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Filiatio est difficilis probationis. Probatur tamen coniecturis, nempè tractatu, nominatione, alimentis, & publica reputatione.

SVMMARIVM.

Filiationis probatio respectu patris dari non potest, n.1.

Filiatio probatur coniecturis, n.1.

Legitimitas filiationis, vel illegitimitas probatur coniecturis, num.1.

Filiatio probatur ex tractatu, ex nominatione, ex alimentis, & publica reputatione, n.2.

DECISIO LXXVI.

1 VNa tantùm parte informante, proposui dubium, an constaret, Ferdinandum, & Orinthiam fuisse filios bonæ memoriæ Lucæ de Maximis. Et licèt pro parte D. Pompeij Marchionis de Maximis peteretur dilatio, quia dictus Marchio prætendebat, reprobari testes, & sicut procurator erat infirmus. Nihilominus visum fuit Dominis, capere resolutionem pro filiatione, quia licèt certa probatio filiationis respectu patris dari non possit, *leg. Lucius, ff. de condit. & demonstrat.* Felin. *in rubr. de probat. num.* 3. *vers. sed aduerte*, & ibi Decius *n.* 14. & idem Dec. *in cap. in præsentia, num.* 77. *in fine, de probat.* & censuit Rota in vna Romana hæreditatis de Bordesia, die 10. Decembris 1576. coram S. D. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore, & in causa Bononien. de Gargantibus, die 14. Martij 1601. coram Reuerendo Patre Domino meo Mellino, & aliàs sæpè. Nihilominus tamen ad illam probandam recurritur ad coniecturas, *leg. filium cum definimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. si vicinis scientibus, C. de nuptijs.* Quod procedit etiam in probatione filiationis illegitimæ, Innoc. quem alij sequuntur; *in cap. Michael, num.* 1. *vers. sed tantum Canonis, de fil. præsbyt.* Bald. *in leg. vulg. num.* 1. *vers. sed spuria filiatio, ff. de stat. homin.* Paris. *cons.* 10. *num.* 35. *lib.* 2. Cardin. Paleott. *tract. de noth. & spur. cap.* 26. *num.* 2. *vers. colligimusque hoc apertè*, & tenuit Rota in prædictis decisionibus.

2 In casu proposito Rota censuit, sufficientes coniecturas fuisse probatas ad effectum solutionis alimentorum. Nam plures testes conformiter testificabantur, Ferdinandum, & Orinthiam à Luca de Maximis fuisse reputatos, tractatos, & nominatos filios susceptos ex Francisca Branda, addebantque actus positiuos dilationem arguentes, quales sunt alimenta præbere, & vestire filios, Dec. *consil.* 54. *num.* 1. *vers. Sed tantum prædictis, & seqq.* Dicebant quoque testes, eosdem Ferdinandum, & Orinthiam non solùm à Luca, sed ab alijs etiam fuisse tamquam filios Lucæ, tentos, nominatos, & reputatos, & Orinthiam in Monasterio tanquam Lucæ filiam fuisse tentam, & educatam. Ex istis enim actibus probari filiationem censent Doctores, & Rotæ decisiones allegatæ, & Alex. *consil.* 51. *num.* 2. *lib.* 1. Paris. *cons.* 13. *num.* 4. *lib.* 2. Couarr. *lib.* 4. *decretal. tit. de sponsal. & matrim. part.* 2. *c.* 8. §. 3. *num.* 6.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Luna 21. *Iunii* 1604.

ARGVMENTVM.

Fideiussor soluens non opponendo exceptionem, quam opponere debebat, vel si eam oppositam Iudex indebitè reiecerit, quando agere possit contra principalem, pro quo fideiussit, ad restitutionem solutæ pecuniæ. Breuis decisio, sed pulchra.

SVMMARIVM.

Pensio debetur tantùm ex fructibus beneficij recollectis, num. 1.

Fideiussor, qui fuit negligens in opponendo exceptionem, quam habebat, vel etiamsi eam oppositam, Iudex indebitè reiecerit, non potest agere contra principalem ad restitutionem eius quod soluit, num. 1. *Declara vt num.* 2.

Ignorantia facti alieni præsumitur, & excusat à negligentia, num. 1.

DECISIO LXXVII.

1 PRo exequutione mandati A. C. fuit conclusum, nam de validitate non dubitatur, & iustitia est clara, stante obligatione Camerali D. Episcopi cum clausulis amplissimis de releuando indemnem Robertum. Non obstat, quòd pensionarius decesserit ante fructus recollectos, & consequenter Robertus fideiussor non posset cogi ad soluendam pensionem hæredi, siue Cameræ loco spolij, cùm

pensio debeatur tantùm fructibus recollectis, vt fuit dictum in causa Farensi pensionis 29. Iunij 1573. coram S. D. N. tunc Rotæ Auditore. Ex quo infertur exactionem debere cedere ad incommodum ipsius fideiussoris, siue id euenerit, quia fuerit negligens in opponendo hanc exceptionem, siue illam opposuerit, & per iniustitiam iudicis non fuerit admissa, iuxta text. cum gloss. *in l. exceptione, ff. de fideiussoribus.* Quia ad hoc fuit multipliciter responsum. Primò, quòd ista exceptio fructuum non recollectorum, hoc est, quòd redditus Episcopatus, super quo constituta est pensio consistant in eo genere fructuum, qui post festum S. Ioannis Baptistæ non potuerint esse recollecti, est exceptio facti alieni, quod licuit Roberto ignorare, vt *l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. mand.* Gloss. *in l. si pro, & verbo appellatione, vers. sed ignorans, C. eod. tit.* Vnde cessat negligentia Roberti, & iniustitia Iudicis, cùm neuter illorum teneretur diuinare.

Secundò, respondetur conclusionem non procedere 2
stante denunciatione facta per Robertum ipsi R. Episc. principali ante condemnationem, *l. idem, § generaliter, ff. mand.* Facit *d. l. si procuratorem, § si ignorantes, in fin. ff mandati.* Et tertiò, conclusio, de qua suprà procedit in releuatione, quæ debetur fideiussori de iure communi; secus quando, vt in hoc casu est promissa cum verbis amplissimis, Socc. *cons.* 70. *num.* 1. *lib.* 3. Socc. sen. *cons.* 94. *num.* 15. *& seqq. lib.* 3. & fuit allegata decisio in causa Anconitana assecurationis 27. Iunij 1595. coram Giptio.

R. P. D. LVDOVISIO,

deinde fel. rec. Gregorio XV.

Romana nullitatis contractus.

Luna 21. *Iunii* 1604.

ARGVMENTVM.

De nullitate contractus filijfamilias iuxta formam statuti Vrbis plura notanda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Regulam habens pro se, dicitur habere fundatam intentionem, itaut in aduersarium transferat onus probandi exceptionem, num. 1.

Qualitates plures à statuto requisitæ comprobari debent, nec sufficit probare vnam sine altera, num. 1. *in fine.*

Habitare desiisse in ciuitate, non dicitur is, qui ab ea discessit animo redeundi, num. 2.

Filiusfamilias vt censeatur reputatus pro patrefamilias, quid probari debeat, num. 3.

DECISIO LXXVIII.

NOn est quæstio inter partes, an Petrus Vincentius 1
Lazzarinus sit de comprehensis in statuto Vrbis,
cap. 155. *lib.* 1. quo cauetur filiosfamilias Romanos ciues,
vel incolas ex nullo contractu posse se, aut sua bona quo-
quomodo obligare. Est enim, vt docuit, natus in vrbe, in
qua continuè habitauit, & vixit. Sed controuersia est, an
sit sub casu, & regula statuti, vel potiùs sub exceptione. Et
Domini vtraque parte informante resoluerunt, eum esse
sub regula, & obligationem suam non sustineri. Funda- 1
mentum resolutionis fuit, quia Petrus Vincentius, qui nititur regulæ, habet fundatam intentionem, itaut Ioanni Martino aduersario incumbat onus probandi, versari in casu exceptionis, Rom. *cons.* 124. *n.* 4. Alex. *cons.* 79. *num.* 5. *lib.* 7. Dec. *cons.* 142. *num.* 4. Quòd tamen nullo modo probat. Cùm enim exceptio allegata duo copulatiuè requirat, quòd filij habitent seorsum à patre, & quòd publicè habeantur pro patribusfam. & propterea vtrumque esset probandum, *l. si hæredes plures, ff. de cond. inst. l. si is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub.* neutrum tamen iustificanit.

Nam quoad primum, licèt Pater Vincentij discessis- 2
set ab Vrbe per duos menses ante contractum, & transtulisset se ad montem Millonis, id tamen fecit animo redeundi, vt sæpiùs aliàs, & ob id non dicitur desiisse habitare in Vrbe, Bart. *in l.* 4. *§. prætor. ff. de damn. infect.* Flor. *in l.* 1. *§. habitare, post med. vers. pro hoc facit, ff. de his, qui deiect. vel effud.* & Petrus Vincentius habitat in domo paterna, vtitur omnibus mobilibus, & vtensilibus patris, ab eo recipit alimenta, itaut nullo modo, etiam stante absentia

O possit

possèt dici ab eo seorsum habitare, Surd. *decis.* 35. *numer.* 16.

3 Minùs etiam verificatur alterum requisitum, videlicet publica reputatio pro tempore patrisfamilias, ad cuius iustificationem requiritur probatio plurium actuum, cum pluribus, & diuersis personis, qui cadere non possint in eo, qui non sit paterfamilias, *l.* 3. *in princip.* vbi Bart. *num* 3. *ff. ad Maced. l.* 2. *Cod. eodem*, latè Bald. *in l.* 1. *num.* 2. 2. *&* 6. *Cod. eodem*, & probatio publicæ reputationis fit per famam, quia fama est id, quod publicè dicitur, vt tradit Bald. *in d. l.* 1. *num.* 1. Dicitur enim quis se gerere pro patrefamilias, quando id omnibus notum est, aut certè magna ex parte, eis præsertim qui negotiationi addicti sunt, vt docet Ferron. *in consuet. Burdegalen. tit. de stat. & iur. person.* §. 1. *in fin.* Requirit etiam hæc publicatio vltra plures actus cursum longi temporis, Bald. *in l.* 2. *num.* 5. *Cod. si aduers. rem iud.* cum alijs adductis per informantes. Vnde cùm nulla ex parte iustificetur exceptio statuti, intrat regula pro nullitate obligationis. Et sic conclusum.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Calaguritana de Branteuilla.

Luna 2. *Iulij* 1604.

ARGVMENTVM.

De appellatione à grauamine interloquutorio, quando & quomodo licita sit. Decisio non iniucunda.

SVMMARIVM.

Attentata post appellationem censentur nulla, & reuocanda veniunt, num. 1.

Appellare quis potest, & quando à denegatione prorogationis termini dati pro subijciendo se examini, num. 1.

Appellare licet de iure Canonico à quocumque grauamine, concurrente rationabili causa, num. 1.

Appellare licet etiam de iure ciuili à grauamine interloquutorio, quod non potest per definitiuam sententiam reparari, num. 1. *in fine.*

Iudex non admittendo probationem de sui natura releuantem, dicitur grauare, & ab hoc grauamine licitum est appellare, num. 2.

Sententia interloquutoria dicitur habere vim diffinitiua, quando per illum terminatur negotium, de quo agitur, num. 3.

Appellare licitum est ab interloquutoria habente vim diffinitiua, absque eo, quod vlla causa exprimatur in appellatione, n. 3. *in fine.*

Appellatione prohibita ab aliqua constitutione, non inde censetur prohibita appellatio à pronunciatione iudicij super dicta constitutione, num. 4.

Appellare licitum est à sententia iudicis declaratoria super facto notorio, num. 4.

Appellatio numquam censetur prohibita, nisi expressè dicatur, num. 5.

DECISIO LXXIX.

1 EXamen, prouisio, & possessio, omnia hæc visa fuerunt nulla, quia attentata, *cap. ad audientiam*, ibi, *denuncies, non tenere de appellat. cap.* 2. ibi, *eo ipso irritum habeatur*, *vt lit. pend. in* 6. Attentata autem, quia post legitimam appellationem, *cap. Non solum, de appell. in* 6. Post legitimam verò appellationem ex duobus. Primò, quia licuit Ioanni per suum Procuratorem appellare à denegatione prorogationis termini pro subijciendo se examini, cùm expresserit causam rationabilem, propterquam non poterat in tempore sibi assignato comparere ad dictum examen; nempè quia fuit sibi prohibitus ingressus in Ciuitate Caluatensi propter suspectum pestis in loco de Angusiana, à quo ipse Ioannes veniebat, concurrente autem rationabili causa, de iure Canonico à quocumque grauamine datur appellatio, *cap. vt debitus de appell.* Cardin. *in Clem. vnica in* 1. *not. de dolo, & contumac.* Quinimo quia sublato examine, Ioannes propter constitutionem S. D. N. super collatione beneficiorum istius Diœces. remanebat inhabilis ad beneficium, de quo agitur, licuisset etiam de iure ciuili appellare, cùm grauamen esset tale, quod non poterat per diffinitiuam sententiam reparari, *l.* 2. vbi Bart. & alij, *ff. de appellat. recipiend. vel non.*

Non obstat, quòd Ioannes coram Iudice, à quo non iustificauerit ea, quæ allegauit de peste, & sua mora in loco de Angusiana, imò quòd nec adhuc de prædictis constet, nisi per simplicem fidem, quę de iure non facit fidem, quia ad hunc effectum sufficit oblatio, quam fecit Ioannes de illis probandis: eo enim ipso, quòd Iudex non admisit probationem de sui natura releuantem, apparet de grauamine, etiamsi nihil aliud iustificetur, *cap. interposita, de appellat.* Bart. *in l. eius, num.* 8. *vers. sed est recurrendum, ff. de appell. recipiend.* 2

Secundò, principaliter licuit Ioanni appellare à pronuntia, quam fecit Iudex, quòd solus Petrus erat admittendus, Ioannes verò, & alij cum eo oppositores pro illa vice habendos pro exclusis. Hæc enim pronunciatio habuit vim diffinitiuæ, cùm per illam terminaretur negotium concursus, *l.* 1. *de re iud.* Gloss. *in leg. qui restituere, verb. restituere, ff. de rei vendic.* & ideò tamquam à diffinitiua nulla fuit necessaria expressio causæ, vel aliæ solemnitates, de quibus *in dict. cap. vt debitus*. Ita DD. *in l. scio, ff. de appellat.* Cardin. *in dict. Clem. vnic. de dolo, & contumac.* 3

Non obstat, quòd ordinarius processerit tamquam deputatus exequutor constitutionis S. D. N. super collatione beneficiorum istius Diœces. Quam quidem constitutionem idem S. D. N. mandat firmiter, & inuiolabiliter obseruari, omni & quacumque appellatione, recursu, seu alio remedio ordinario, vel extraordinario semper semotis, quia Ioannes non appellat ab ipsa constitutione, sed à facto iudicis, in exequendo dictam constitutionem, quod potest, non obstante, quòd constitutio de sui natura sit inappellabilis, quia non impugnatur ipsa Constitutio, sed factum iudicis, qui potuit decipi, Cardin. *in Clem.* 1. §. *si quis autem quæst.* 11. *num.* 10. *de seqq. possess.* Achill. *decis.* 4. *num.* 7. *de sentent. excommun.* sicut in simili contingit in facto verè notorio, in quo licèt de iure non detur appellatio, *cap. cum sit Romana, de appell.* tamen à sententia iudicis declarantis, factum esse notorium benè datur appellatio, Abb. *cons.* 100. *num.* 3. *in fin par.* 1. Felin. *in cap. fin. num.* 43. *de rescript.* 4

Non obstat Constitutio Synodalis, per quam mandatur, quòd præsentato à maiori parte statim debeat fieri collatio, & tradi possessio, quia ista difficultas fuit sublata per decisiones factas in duabus causis Calaguritanis coram R. P. D. meo Decano, in quibus fuit dictum, per d. Constit. non tolli beneficium appellationis, cùm per illam hoc expressè minimè caueatur, per Gloss. *in l. qui restituere, verbo restituitur, in fin. ff. de rei vend.* faciunt notat. per Alex. *cons.* 113. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 5. 5

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana hæreditatis de Tronsarellis.

Luna 5. *Iulij* 1604.

ARGVMENTVM.

Legatum alimentorum factum à patre, imputatur filio in legitimam, itaut post illius acceptationem non possit ampliùs illam ex corporibus hæreditatis capere, quemadmodum æstimatur huiusmodi legatum.

SVMMARIVM.

In legitimam imputatur quidquid capit filius vi testamenti patris, quocumque titulo sit illi relictum, num. 1. *Vbi quod imputatur etiam legatum alimentorum.*

Legitima debetur in substantia, & corporibus hæreditatis, num. 2.

Dic verùm, vbi filius non acceptauit legatum paternum, quia post acceptationem videtur consensisse, vt legatum imputetur in legitimam, itaut non possit posteà illam ex alijs corporibus hæreditatis capere, num. 2.

Legatum alimentorum æstimatur iuxta formam, l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. num. 3.

DE-

DECISIO LXXX.

1 GAspar tenetur imputare in legitimam sibi debitam in bonis Fabij legatum alimentorum. In eam enim imputatur, quidquid capit filius ex testamento patris, quocumque titulo sit relictum, *l. omnimodo*, *& leg. scimus*, *Cod. de inoff. test.* Bart. *in l. quartam*, *num.* 10. vbi Dec. *num.* 169. *& seqq.* Rip. *num.* 140. *ff. ad leg. Falcid.* Capr. *cons.* 52. *num.* 8. Paris. *cons.* 1, *num.* 89. *lib.* 30. Curt. iun. *consil.* 180. *num.* 5. fuit dictum in Bononiensi fideicommissi vltima Maij 1600. coram Cardinali Seraphino. Et in terminis legati alimentorum tradit Gabr. *consil.* 109. *sub num.* 13. *lib.* 1. & latiùs Surd. *de alim. titul.* 9. *quæst.* 34.

2 Nec facit, quòd legitima debeatur in substantia, & corporibus hæreditarijs, *leg. scimus*, *§. repletionem*, *Cod. de inoffic. testam.* quia illud esset verum, si ipse legatum non acceptasset; eo enim dimisso potuisset consequi legitimam ex ipsis corporibus, secus autem post acceptationem, quia acceptando videtur consensisse oneri imputationis, quòd tacitè ex legis dispositione est ipsi legato iniunctum, & post acceptationem non licet variare, Pic. *in dicta l. in quartam*, *sub num.* 183. & ibi etiam Bering. *in cap.* 30. *num.* 67. Surd. latè *dicta quæst.* 34. *num.* 16. *& seqq.* Et fuit benè deductum in dicta Bononiensi fideicommissi.

3 Imputatio autem fit iuxta æstimationem faciendam secundùm formam, *leg. hæreditatum*, *ff. ad leg. Falcid.* vt in vsufructu dixit Rota in dicta Bononiensi fideicommissi, & in terminis alimentorum, Surd. *vbi suprà num.* 17. facit quod tradit Bald. *in leg. cum hi*, *§. nihil autem*, *in fin. ff. de transact.* quòd in relictis alimentorum respectu gabellæ fiat æstimatio, iuxta *d. l. hereditatem*.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Hortana domus.

Lunæ 25. *Octobris* 1604.

ARGVMENTVM.

Agitur de excludenda simulatione census, & an census possit constitui super re propria, & an simulationis exceptio impediat exequutionem obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

Alimenta, *& sumptus litis, vt aduersario sint subministranda, duo debent probari, videlicet paupertas, & præsumptio boni iuris*, *num.* 1.

Arbitrium intelligitur prout de iure, *num.* 2.

Clausula, subministratis alimentis, *si sit adiecta clausula* arbitrio, *arbitrium censetur datum respectu præstationis alimentorum, non autem respectu quantitatis, quia quando de quantitate nulla fit mentio, solet signatura adijcere verbum* taxandis, *num.* 2.

Clausula cum facultate subministrandi expensas, *non suspendit iurisdictionem, licet secus sit in clausula* subministratis expensis, *num.* 3.

Expensas aduersarius aduersario, regulariter non ministrat, *num.* 3.

DECISIO LXXXI.

1 PRætendens sibi subministrari sumptus litis ab aduersario, duo habet necesse probare, paupertatem, & præsumptionem boni iuris, Aretin. *in cap. si quis testium col.* 3. *in* 2. *&* 3. *conclusione*, *de test.* Alciat. *reg.* 3. *præsumpt.* 9. *num.* 8. *& seqq.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 6. *sub num.* 5. *& num. seqq.* Crescent. *decis.* 8. *de iud.* fuit dictum in vna Valentina emolumentorum 27. Nouembris 1579. coram Cardinali Seraphino, & quotidie seruat Rota. Præterea dixerunt Domini non teneri Pamphilum ministrare expensas Lauræ, quæ neutrum probauit.

2 Nec est verum, quòd signatura præcisè commiserit subministrationem, quia licèt rescripserit cum clausula *subministratis expensis*, tamen adiecit (*arbitrio Rota.*) Quòd arbitrium intelligitur, prout de iure, *leg. fin. §. sed & si*, vbi Bart. *num.* 16. *Cod. comm. de leg.* Peregrin. *decis.* 239. *lib.* 2. Cæsar. de Grass. *decis.* 7. *num.* 7. *de re iud.* fuit dictum coram Domino Decano in Vlisbonensi bonorum, 28. Ianuarij 1594. & in Brixiensi pensionis 15. Martij 1599. & in alijs pluribus. Non placuit intellectus partis aduersæ, arbitrium esse reseruandum respectu quantitatis expensarum, non respectu subministrationis, quia cùm de quantitate nulla fiat mentio, non potest ad illam referri arbitrium. Solet autem signatura quando id intendit adijcere verbum (*taxandus*) aut simile, vt aliàs dixit Rota coram Reuerendo Patre D. Lancellotto.

5 Nec facit, quod dicitur de clausula *cum facultate subministrandi expensas*, quia aliquando signatura vult suspendere iurisdictionem, vt non procedatur, nisi cum subministratione expensarum, & vtitur clausula *subministratis*, hæc enim est virtus dictæ clausulæ, vt fuit dictum coram Reuerendo Patre Domino Mellino in Recanatensi prædij 14. iunij præteriti, aliquando vult tantùm concedere iurisdictionem, & facultatem subministrandi, & apponi clausulam, *cum facultate*. Et eò minùs dicendum, quòd signatura voluerit simpliciter, & absolutè ministrari expensas, quia hoc saperet iniustitiam; nam regulariter aduersarius aduersario eas non ministrat, *l. Imperatores*, *ff. de tutel. & ration. distrah.* Ægid. *decis.* 88. *circa med.* Quod dicitur de consensu partium non probatur.

R. P. D. LVDOVISIO,

deinde fel. rec. Gregorio XV.

Turinens. Matrimonij,

Lunæ 25. *Octobris* 1604.

ARGVMENTVM.

Confessio dotis receptæ facta constante matrimonio per maritum præsumitur in fraudem, nisi aliunde adminiculetur, & plura adducuntur adminicula ad probandam fraudem.

SVMMARIVM.

Confessio receptionis dotis facta constante matrimonio non probat tamquam facta in fraudem, nisi aliunde coadiuuetur, *num.* 1.

Mulier censetur nubere secundo viro, cum eadem dote quam primo constituerat, *n.* 1.

Præsumptio est contra eum qui non vtitur probationibus, quas facile habere potest, *n.* 2.

Bona fides semper recognosci potest, *n.* 3.

Confessio non admittitur, quando est prohibita alienatio, nisi concurrentibus coniecturis, & verisimilitudine, *n.* 3.

Motus excluditur ex præsentia Episcopi, *n.* 4.

DECISIO LXXXII.

1 FVit concorditer per Dominos conclusum, non esse standum instrumento prætensæ receptionis dotis facto sub die 23. Decembris anni 1591. nisi Domina Susanna illud coadiuuet. Habet enim præsumptionem contra se, cùm factum sit constante matrimonio, quòd sit factum in fraudem donationis, seu animo donandi, *l.* 1. *&* 3. *§. sciendum*, *ff. de don. inter vir. & vxor. l. quod de suo*, *Cod. de dot. caut. non num.* Bart. & alij *in l. si diuort. ff. de verb. oblig.* Quæ suspicio non tollitur, sed magis augetur ex præcedenti promissione; quia in promissione dotis non fuit certa quantitas promissa, & non negatur receptio dotis, sed dicitur eam verisimiliter non ascendere ad summam scutorum sexdecim millium, vt confessus fuit maritus. Præsertim attenta dote priori marito tradita, quæ ad scuta tria millia non ascendebat, & tamen mulier censetur nubere secundo viro cum ea dote, quam primo constituerat, *l. si mulier*, *l. dote*, *& l. diuus*, *ff. de iur. dot. l. penult. §. vxor*, *ff. solut. matr.* Bart. *in disputatione*, *mulier habens amplum patrimonium in principio solutionis*, Paris. qui alios cumulat, *cons.* 34. *num.* 1. fuit dictum in vna Romana fideicommissi, seu supplementi legitimæ 16. Octobris 1581. coram Cantuccio.

2 Accedit quòd non est verisimilis exactio scutorum sexdecim millium intra quatuor menses qui intercesserunt inter instrumentum promissionis, & dictam confessionem, nullis etiam præcedentibus particularibus quitantijs, prout nec etiam visa fuit Dominis verisimilis ex qualitate

litate solutionis, quæ in iocalibus, & mobilibus, ac litteris cambijs poßet ad tantam summam ascendere. Accedit quòd facilè fuisset Dominæ Susannæ iustificare confessionem, in ea saltem parte, in qua dicit fuisse solutum in litteris cambij, ostendendo quittantias mariti, quæ duplicatæ secundùm notorium stylum relinquuntur in manibus mercatorum, vel partitas librorum. Et præsumptio est contra eum, qui non vtitur probationibus, quas facilè habere potest, ad trad. per Aym. *cons.* 134. *num.* 17. Tandem contra dictum instrumentum multùm vrgent confessiones dictæ Susannæ in duobus instrumentis.

3 Nec resultat, quòd obijcitur non fuisse seruatam formam constitutionis Ducalis, quia constitutio loquitur de alienatione, instrumenta enim continent recognitionem bonæ fidei, quæ semper recognosci potest, ad not. *in l. si fideiussor*, *§. quadam tamen, ff. mand.* Et licèt confessio non admittatur, quando est prohibita alienatio, Put. *dec.* 7. & 55. *lib.* 3. Cresc. *decis.* 199. tamen admittitur, quando concurrunt coniecturæ, & verisimilitudines, Ang *consil.* 341. *in* 1. *dub.* Dec. *cons.* 96. *sub num.* 3. *vers. non obstat, quod talis confessio*, Tiraquell. qui alios cumulat, *in l. si vmquam, in verb. donationis largitus num* 101. & *seqq. C. de reuoc. donat.* Aym. *cons.* 202. *num.* 48. Gabr. *cons.* 69. *ad fin. lib.* 5. Achill. *decis.* 1. *de confess.*

4 Quę de metu dicuntur, cessant saltem in ea confessione, quæ facta fuit coram Episcopo, cuius præsentia facit cessare suspicionem metus, Bart. *in l.* 2. *num.* 4. *Cod. de præd. decur. lib.* 10. *num.* 53. *lib.* 1. fuit dictum coram me in vna Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1603. Nec obstat, quòd dicitur esse falsam causam simulationis, quia si cognata Comitis Alexandri erat anterior dote Susannæ, confessio Comitis non releuabat: si erat posterior, fuisset superflua, quia creditum cognatæ poterat esse inter promissionem dotis, & tempus instrumenti confessionis, quo casu si confessio sustineretur, potuisset illum, seu eius bona secura reddere pro summa scutorum sexdecim millium. Ex quibus fuit conclusum, non esse standum instrumento, nisi Susanna illud coadiuuet.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana, seu Sabinens. census.

Lunæ 5. Nouembris 1604.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

Fideiussor si habet iura cassa à debitore, potest repetere solutum sua rata à confideiussoribus, num. 1.

Verba plura, si ab eodem verbo regantur, omnia dicuntur determinari ex adimplemento dicti verbi, n. 2.

DECISIO LXXXIII.

1 IMposuit Dominus Latinus Vrsinus super quibusdam suis tenutis in Castro Numenti plures census, ex quibus vnum vendidit Dominis Perratinis pro pretio scutorum trium millium, qui posteà peruenit ad Marcellum Petrignanum. Huic censui, prout alijs, promisit Latinus facere accedere communitatem Pontis Catini, silicis Nomenti, & quasdam alias, quæ cum licentia fel. rec. bonæ memoriæ Gregorij XIII. accesserunt, & Dominus Latinus promisit eos indemnes conseruare. Accessit etiam Dominus Henricus Vrsinus, qui conuentus a Petrignano soluit in pluribus vicibus scuta 731. pro fructibus obtinuit cessionem contra fideiussores, & dempta rata, quæ ad ipsum spectat, instant hæredes pro mandato contra Communitates supradictas, quæ ad solutionem non teneri nunc excipiunt; tum quia census sit extinctus, ex eo, quòd filij Latini vendiderunt dictum Castrum, & tenutas excellentissimo Marchioni Pereto, sanctissimo Domino Nostro venditionem confirmante, & liberante, penitùsque eximente bona vendita ab omnibus censibus, & hypothecis. Item quia licentia data à Gregorio XIII. ad obligandas Communitates, continebat expressam conditionem, quòd Communitates haberent specialem hypothecam tenutarum, super quibus census imponeretur, & assignationem sam fructuum, & prouentuum ipsarum, quàm Castrorum, & aliorum Latini bonorum, cum facultate percipiendi fructus pro sua releuatione. Vnde cùm istæ cautiones hodie illis non seruentur, nec seruari possint, stante venditione bonorum, vt suprà fuit tutæ exceptione, cùm non se obligarint, nec obligari potuerit alio modo. Quibus non obstantibus Domini resoluerunt, dandum esse mandatum heredibus Domini Henrici aduersus Communitates conuentas ad restitutionem pecuniæ per ipsum solutæ, Gloss. *in l. Modestinus, in verbo actionum*, vbi Bart. *nu.* 8. *in fine*, Paul. de Castr. *n.* 4. *in fin. ff. de solut.* Specul. *in tit. de cess. act. §.* 1. *num.* 28. Non obstat allegata extinctio, quia contra ipsum D. Henricum, quando conueniebatur pro solutione Petrignano, fuit in Rota coram me resolutum, censum non fuisse extinctum.

Non obstat, quòd fuerit data licentia sub ista conditione, quæ requirat perseuerantiam, & hodie defecerit, quia fuit dictum omnia esse posita in vna, eademque clausula, quæ tota regitur ab vnico verbo illo (*promittebat*) ex cuius determinatione tota completur oratio, ita vt sufficiat sola promissio indemnitatis in dictis cautelis, vt facta fuit, ad trad. per Ang. *cons.* 143. *ad fin.* & per Ruin. *cons.* 3. *sub n* 20. *lib.* 2. Suadetur ista interpretatio, quia si ista clausula reciperet hanc interpretationem suspensiuam, seu resolutiuam, quòd Communitates accedentes non tenerentur, nisi quatenus possint consequi releuationem, sic vt suprà expressam, gratia fuisset inutilis Latino, qui procuIdubio non inuenisset, qui census emerent cum ista conditionali accessione, quæ ex futuro euentu desineret. Hoc etiam eo magis dictum, quia Papa voluit fideiubentes teneri de euictione tenutarum, & de conseruando emptores censuum in possessione. Vnde si tenentur in casu, quo tenutæ euincerentur, consequens est, ipsum non intellexisse, quòd fideiussio staret solùm, si & quatenus tenutæ sub hypotheca remanerent. a

R. P. D. LVDOVISIO,

deinde fel. rec. Gregorio XV.

Camerinens. transactionis.

Veneris 19. Nouembris 1604.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

Beneplacitum Apostolicum reseruatum cum clausula, non aliàs, aliter, &c. *si non accedat, corruit alienatio, seu transactio rei Ecclesiæ, etiamsi non esset necessarium, num.* 1.

DECISIO LXXXIV.

PRoposui dubium sæpiùs discussum, nunquam tamen resolutum, an defectus beneplaciti Apostolici obstet transactioni. Quod tandem Domini affirmatiuè resoluerunt, quia si beneplacitum ex conuentione reseruatum, præsertim cum clausula, *nec aliàs, &c.* non accedat, transactio corruit, quamuis alioquin non esset necessarium, vt fuit dictum in Comensi locationis 10. Maij 1600. coram Cardinali Pamphilio, & in alijs sæpius. Nec obstat, quòd ex aduerso dicitur, reseruationem non esse simpliciter factam, nec totam transactionem respicere, sed solùm si, & quatenus ex pactis transactionis contraueniretur dispositioni testamenti, cui partes voluerunt adhærere, transire, donec, & quousque aliud non fuisset repertum, quia ista restitutio, & intellectus Dominis non placuit: dicebant enim illa verba (*non intendunt recedere à testamento, nisi prauia concessione*) non habere hanc vim restringendi, & limitandi impetrationem beneplaciti, quatenus transactio esset contraria testamento, sed importare, quòd nolunt recedere à testamento dando exequutionem contractui, itaut quandocumque intentaretur remedium, & via transactionis, semper obstaret exceptio non obtentæ confirmationis Apostolicæ, quæ ex ventre instrumenti oritur. Benè enim nouerant partes, quando transigebant, an transactio esset dispositioni testatoris contraria, necne. Et voluit Vannes esse securus de non contrauentione. Hoc suadent verba subsequentia, *& non aliàs prædicta, & infrà fienda intendant habere*

rata

rata, neque firma, donec, & quousque aliud testamentum fuerit repertum. Quæ clausulæ operantur, quòd non possit peti exequutio contractus, non obtento beneplacito, donec reperiretur aliud testamentum, & tantò magis voluerunt, sub clypeo beneplaciti se tutos reddere propter prohibitionem alienationis in transactione relatam. Vlteriùs quando intellectus partis aduersæ esset attendendus, & reseruatio beneplaciti esset limitata, & restricta ad casum, in quo recederetur à primo testamento, recessus videbatur Dominis clarus, dum *Antonius pro se, & Cesare fratre, & vtriusque filijs renunciat Vanni, & Rocho eius patri omne ius, omnemque actionem, quam & quod quomodocumque, & qualitercumque haberet, seu habere possit ex quauis causa, & occasione super bonis, & hæreditate dicti Domini Ludouici*. Nec facit, quòd dicitur renunciationem non comprehendere ius de futuro, sed illud tantùm, quòd de tempore transactionis competebat, quia illa verba (*habere possit*) sonant in futurum, Non obstat, quod si hoc est verum, & intelligatur de tali contrauentione testamenti, renunciatio hoc ius non comprehendat, cùm partes protestatæ sint, nolle recedere à testamento, quod reperitur, quia non simpliciter protestatæ sunt nolle recedere, sed cum limitatione, nisi præuia concessione Apostolica. Quæ verba habent implicitum sensum, vt accedente concessione non recusent, imò velint recedere. Et dum exaduerso dicitur, non fuisse necessarium beneplacitum, cùm sine eo potuissent partes renunciare iuri proprio, & sic fideicommisso, quatenus eorum fauorem concernit, fuit responsum voluisse firmiùs cauere, & non restringere impetrationem beneplaciti, ad casum necessitatis, vt suadet etiam clausula, *non aliàs, &c.* vt in præallegata Comensi locationis. Accedit, quòd renunciabant etiam nomine filiorum, quibus præiudicare non poterant. Vnde videbatur necessaria, vel saltem multùm opportuna confirmatio. Non releuat, quòd fuerit reseruatus consensus Papæ, sed etiam aliorum quorumcumque, quia fuit præseruatus consensus inferioris habentis facultatem confirmandi, quod non infert, necessariam non fuisse confirmationem Sedis Apostolicæ, vel vlteriùs.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana census.

Veneris 26. Nouembris 1604.

ARGVMENTVM.

Agitur de excludenda simulatione census, & an census possit constitui super re propria, & an simulationis exceptio impediat exequutionem obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

Instrumentum dicitur probatio probata, quæ nulla extrinseca eget probatione, num. 1.

Simulatio quemadmodum coniecturis probatur, ita coniecturis excluditur, num. 1.

Census simulatio excluditur, quando vere apparet de numeratione pecuniæ, num. 2.

DECISIO LXXXV.

1 POst multas positiones huius causæ, tandem Domini vnanimiter in eam iuerunt sententiam, hæredes Darij teneri ad solutionem census scutorum 600. die 9. Februarij 1587. ad fauorem quondam Domini Fabij Antonij senioris impositi. Adest enim instrumentum habens omnes solemnitates publicæ scripturæ, & interuenerunt omnia requisita in Constitutione census ex dispositione Bullę Pij V. Et licèt instrumentum ipsum sit ex se probatio probata, vt nulla extrinseca indigeat coadiuuatione, aut adminiculis, Bald. *in l. interest in vlt. not. C. de solut.* Dec. *cons.* 36. *n.* 2. Nihilominus pro eius veritate adducuntur ab informantibus pro Domino Fabio multæ, & vrgentes coniecturæ, & verisimilitudines ad magis excludendum allegatam exaduerso simulationem. Quę sicut coniecturis, & præsumptionibus probari potest longè magis excludi, vt benè per Cephal. *cons.* 327. *num.* 25. *& seqq.*

Inter quas coniecturas visa est potissima, & multùm considerabilis illa, quę desumitur ex partita banchi Domini Bernardi Olgiati, in qua apparet, pretium census, quod legitur in instrumento solutum a Domino Fabio, fuisse positum ad creditum Darij venditoris eademmet die constituti census, cum expressione, quòd sint eædemmet pecuniæ. Quam coniecturam aliàs magnifecit Rota ad istum effectum, in vna Bononiensi census 19. Octobris 1598. coram Domino Decano. Hinc etiam iustificatur narrata numeratio, quæ maximè excludit præsumptionem simulationis, Aym. *cons.* 145. *num.* 7. *circa med.* fuit dictum in Romana simulationis 14. Maij 1601. coram Reuerendo Patre Domino Iusto. Ponderarunt etiam Domini prouisionem cedulæ bancharìæ, promissionem dandi plures fideiussores, & interim donec accederent debere firmam manere obligationem Domini Olgiati, & plures alias cautelas, tam pro assecuratione solutionis fructuum, quàm pro firmitate, & validitate census. Ad quid enim perditio hæc in censu ficto, & simulato. 2

Vrgebant, & multæ alię coniecturæ enumeratæ ab informantibus pro Domino Fabio. Quæ autem è conuerso pro simulatione adducuntur, visæ fuerunt Dominis multùm leues, & exiguæ, cùm tamen requirantur efficaces, & dilucidæ, Caputaq. *decis.* 163 *par.* 3. illa enim perspicua, & in qua aduersarij faciunt magnum fundamentum deducta ex apocha, seu declaratione Domini Fabij senioris confecta die 12. Martij 1587. non placuit Dominis. Declaratio enim refertur ad retroscripta folia, seu ad sensum in retroscriptis folijs descriptum, & non apparet, quòd sit ille, de cuius excusatione hodie agitur. In ea enim non fit aliqua mentio temporis, Notarij, aut aliquarum qualitatum, ex quibus colligi possit, quòd de isto censu scutorum 600. vt suprà per Dominum Darium impositum loquatur, sed simpliciter se refert ad retroscripta folia, quæ si non exhibeantur, declaratio remanet in incerto, & nihil concludit, *Auth. si quis in aliquo, Cod. de eden.* & folia, quæ dantur incisa, & lacera (non sine scrupulo, & suspicione) non releuant, nisi duobus copulatiuè probaris, videlicet, quòd loquantur de hoc censu, & quòd sint illamet retroscripta, quæ vocat dicta apocha, & propterea non sufficeret probare, quòd folia concordent cum instrumento, de quo agitur. 3

Nec facit, quòd dicitur, non constare de pluralitate censuum, quia nec etiam constat de identitate, & tamen est probanda ab aduersarijs vti fundamentum suæ intentionis, Corn. *consil.* 144. *post num.* 11. *lib.* 4. Aym. *cons.* 198. *num.* 4. sed identitas non probatur, nec probari potest, cùm possibile sit declarationem, de qua in apocha, applicari censui isti; illa enim præsupponit, & loquitur de censu imposito à tertio cantante ad fauorem Fabij senioris, qui reuera spectat ad Darium, & de eius pecunijs fuerit emptus, quæ accommodari non possunt huic censui vendito à Dario Domino Fabio seniori; aliàs enim datur emptio rei propriæ, quæ est impossibilis, *l. cùm res, C. de contrah. empt. l. sua rei, ff. eod. tit. leg. neque pignus, ff. de reg. iur.* Et quod super re propria non possit ad suam vtilitatem censum imponere, fuit dictum in Romana nullitatis census 9. Decembris 1602. coram Reuerendo Patre Domino Lancellotto. In re enim propria non potest etiam cadere hypotheca, *l si rem alienam* 2. *ff. de pignor.* Et tamen in constitutione census, vltrà quòd de sui natura continet hypothecam, vt per Couarr. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 7. *post num.* 6. adest etiam ipsius Darij expressa. 4

Non obstat, quòd in instrumento appareat, Darium accepisse hanc summam ad censum, ad effectum se reualendi de fructibus societatis Officij per eum vti fideiussorem solutis, quia cùm reuera potuerit sic contrahi, & ad istum effectum cessat suspicio simulationis, Aym. *cons.* 319. *num.* 9. *in fin.* Et non potest dici in fraudem factam, quod licuit facere fraude cessante, *l. qui autem, in princ. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Zuccard. *in l.* 1. *nu.* 51. *in fin. C. qui admitt.* Iun. post Bald. quem citat *in auth. ex causa num.* 72. *C. de lib. præterit.* Imò ista præexistens causa, quę vera fuit, excludit suspicionem simulationis, vt fuit resolutum in vna Fauentina bonorum 2. Aprilis 1571. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto. 5

Non releuat, quòd dicatur Fabium seniorem numquam exegisse fructus istius census. Ista enim negatiua non probatur, & quitantiæ, si extant, erunt in manibus aduersariorum. Minùs etiam facit dictum Fabium 6

non curasse, quòd fideiussores accederent, vt fuerat promissum, quia non debuit de hoc esse sollicitus, cùm sua magis intersit, Dominum Olgiatum remanere obligatum, cuius obligatio expirabat, cùm primùm alij accessissent. Nec dixerunt Domini esse attendendam aliquam attestationem Domini Bernardi factam, vel faciendam, quia durat adhuc obligatio, & fideiussio ipsius, & propterea debitor est: & non est conueniens, quòd dicat testimonium in causa propria, ad sui fauorem, vt fuit resolutum in Foroliuiens. census 9. Februarij 1590. coram Orano.

7 Alia, quæ adducuntur, visa sunt satis leuia, & minùs digna, quæ allegentur contra instrumentum clarum. Et in omnem euentum tolluntur præsumptionibus, quæ pro instrumento sunt vrgentibus, Paul. de Castr. *consil.* 162. *num.* 1. *lib.* 1. Felin. *in cap. fin. num.* 7. *de præscript.* Tanto magis, quia agitur de exequutione obligationis Cameralis, quam non impedit exceptio simulationis, nisi sit concludenter probata, vt fuit resolutum in causa Romana census de columna coram Reuerendo Patre Domino Lancellotto.

R. P. D. L V D O V I S I O,

deinde sanct. mem. Gregorio XV.

Bononien. de Formagliaris.

Lunæ 29. Nouembris 1604.

A R G V M E N T V M.

Expensæ vtiles, & factæ pro conseruatione rerum hæreditariarum debent per fideicommissarium refici grauato, nec compensantur cum fructibus per grauatum perceptis.

S V M M A R I V M.

Expensa vtiles debent à fideicommissario refici grauato, num. 1.

Expensa facta in recolligendo testamento notarij, debet refici à fideicommissario grauato, num. 1. *Vbi etiam de expensa facta pro obtinenda inuestitura.*

Expensa debent refici ab illis, quibus restituitur res circa quam fuit vtiliter expensum, num. 1.

Expensa factæ pro conseruatione rerum hæreditariarum, debent refici grauato per fideicommissarium, nec compensantur cum fructibus à grauato perceptis, num. 2.

DECISIO LXXXVI.

1 DVbitaui, an sit habenda ratio ad fauorem Dominorum de Lilijs expensarum factarum à Lactantio pro impetratione Breuis facultatis constituendi molendinum, & pro sustinendis litibus contra Marsilium, & alios impedientes constructionem, necnon pro effossione nouorum canalium. Et Domini quoad expensas Breuis vnanimi consensu resoluerunt affirmatiuè, interpretationem, si non necessariam, saltem multùm vtilem ad tollenda plura impedimenta. Et propterea debere à fideicommissario refici grauato, seu iura habentibus ab ipso, *l. domos, ff. de leg.* 1. *l. mulier.* §. *sed cum distrahere, & l. vbi pure,* §. *fin.* Capra *consil.* 55. *num.* 8. Ruin. *cons.* 135. *num.* 13. *lib.* 3. Paris. *cons.* 55. *num.* 22. *lib.* 3. Aym. *cons.* 202. *post num.* 51. Facit quod de expensa facta in recolligendo instrumento testamenti à Notario, dicit Bald. *in l. fin.* §. *in computatione, in princip. per illum text. C. de iur. delib.* Et quòd de impensa pro obtinenda inuestitura, tradit Ruin. *consil.* 100. *in princip. & per tot. lib.* 4. Et est generalis regula, vt reficiantur expensæ ab illis, quibus restituitur res, circa quam fuit vtiliter expensum, Ioan. de Anan. *cons.* 32. *num.* 10. *vers. item aduertendum,* & ibi Bologn. *num.* 15. Alex. *consil.* 168. *num.* 8. *lib.* 2. Ruin. *dicto cons.* 100. *num.* 2.

2 Idem fuit resolutum de expensis factis in litigando pro conseruatione, & sustentatione molendini, has enim detrahit grauatus, Carapeg. inter cons. Grat. *cons.* 9. *num.* 17. *lib.* 2. qui dicit, ita Bald. consuluisse. Et est communis opinio, vt per Æmil. *consil.* 14. *num.* 4. *ad fin. & per tot.* Quod etiam tenuit Rota in vna Romana Viridarij 28. Maij 1590. coram Cardinali Seraphino. Nec sunt istæ expensæ factæ à Lactantio tam in obtinendo Breui, quàm in lite sustinenda compensandæ cum fructibus per eum perceptis; Gloss. *in leg. emptor, in verbo superfluum in fin. ff. de rei vendic.* Alexan. *cons.* 123. *in fin. lib.* 1. Ruin. *cons.* 38. *sub nu.* 25. *vers. non obstant lib.* 1. latè Rolan. *cons.* 28. *sub num.* 17. *lib.* 1. quoad effossionem canalium Domini voluerunt particulariter videre.

R. P. D. S A C R A T O,

deinde S. R. E. Cardinale.

Romana Aureorum.

Veneris 28. Ianuarij 1605.

A R G V M E N T V M.

Aurei nomine, qui veniat in legato.

S V M M A R I V M.

Aurei nomine venit moneta ex auri substantia confecta; num. 1.

Aureum Latinè prolatum non est idem, quod vulgariter dicitur scudo d'oro, *num.* 2.

Legatum, vt quid minus relictum censeatur ad hæredis fauorem interpretari debet. Declara, vt num. 3.

Vsus communis loquendi vulgari sermone receptus non attenditur in interpretatione verborum vulgari sermone prolatorum, num. 3.

DECISIO LXXXVII.

IVlius legauit sex mille aureos. Fuit coram me dubitatum, quid esset præstandum nomine aurei. Rota censuit, præstanda esse scuta auri in auro: nam Latinè loquendo idem est dicere aureum, & monetam ex substantia auri confectam, Gloss. *in l. fin. ff. de instr. voc.* vbi declarat, aureos esse illos solidos, quorum tot faciunt libram auri, Salyc. *in l. quicumque num.* 5. *Cod. de seru. fugit.* vbi dicit, quòd statutum imponens pœnam decem aureorum, intelligitur de moneta aurea, quæ cuditur in Ciuitate statuentium; aliàs de alia aurea currenti in Ciuitate, Connanus in suis Commentar. *lib.* 3. *cap.* 2. *de rerum permut. num.* 2. *ante fin.* vbi dicit, aureos non posse vendi ad numerum, sed benè ad pondus, quia erunt tanquam massa auri, & prædictum intellectum benè suadet natura dictionis, *quia*, aureum propriè dicitur, quod totum ex auro est confectum, Archidiac. *in cap. si Paulus* 32. *qu.* 5. 1

Non obstat igitur, quòd in vrbe, quando dicitur *scudo d'oro*, intelligatur de moneta argentea ad rationem Iuliorum vndecim pro scuto, quia testator non loquutus fuit *de scudi d'oro*, sed de aureis. Nec est verum, quòd idem sit dicere Latinè *aureum*, & vulgariter *scudo d'oro*, quia si ista verba *scudo d'oro*, in vulgari sermone non important monetam ex substantia auri confectam, prout verè non important, non possunt deseruire pro interpretatione dictionis Latinæ, quæ importat substantiam auri, vt suprà firmatum est. Et tantò magis debemus in hoc casu inhærere proprietati verborum, cùm sint prolata à persona Latinæ linguæ peritissima, per ea, quæ dicit Alex. *consil.* 9. *num.* 4. *lib.* 1. cum alijs per eum allegatis. 2

Hinc cessant, quæ dicuntur de facienda interpretatione ad fauorem hæredis. Et vt, quod minus est, veniat sub legato cum similibus, quia prædicta procedunt retenta specie rei legatæ: non autem quòd ex illis rationibus possit transire in aliam speciem, sicut eueniet in hoc casu, si pro aureis daretur argentum ad Iulios vndecim, quod est quid diuersum, vt suprà probatum est. Hinc etiam apparet non applicari conclusiones, quæ afferuntur circa communem vsum loquendi, quia non apparet de aliquo communi vsu loquendi circa dictionem aurei. Et ideò non benè infertur de communi vsu loquendi circa verba vulgaria ad interpretationem verborum Latinè prolatorum, Bald. *in l. leg.* 12. *tab. num.* 7. *C. de legit. hæred.* Dec. *in cons.* 366. *num.* 8. Alciat. *in l. liberorum num.* 25. *de verborum signific.* 3

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Mercedis.

Lunæ 14. Februarij 1605.

ARGVMENTVM.

Salarium non conuentum non debetur, nisi duobus concurrentibus. Primò. Quòd is, qui locat operas suas sit solitus habere salarium. Secundò. Quòd is, qui conducit, salarium dare consueuerit. Quando hæc vera sint, & quomodo hoc solitum probetur? Est decisio magistralis.

SVMMARIVM.

Salarium non conuentum non debetur, nisi concurrentibus duobus extremis. Primò. Quod qui suas operas locat, sit solitus habere salarium. Secundò. Quod qui conducit, consueuerit illud dare, num. 1. Vbi tamen quoad primum requisitum, declaratur hoc non procedere, quando is, qui inseruiuit, inseruire inceperit adolescens, & sic non amplius inseruiuit.

Salarium, quod debeatur, solito locare operas suas, probatur hoc solitum præsumptionibus, vt puta, paupertate, consuetudine loci, & alijs, de quibus num. 2.

Salarium famulo augetur de tempore in tempus, secundum quod in seruitio magis habilis quis euadat.

Famulus semel ad seruitium conductus sub vno salario, censetur reconductus cum eodem salario, si iterum ad seruitium recipiatur. Declara, vt num. 3.

Contractus habet conditionem rebus sic stantibus, num. 3.

Salarij taxatio est iudici arbitraria, num. 4. Vbi propterea fuit taxatum pro scutis tribus salarium famuli in seruitio fundati.

DECISIO LXXXVIII.

1 DVbitaui, an mandatum Gubernatoris esse exequutioni demandandum. Et resolutio pendebat à duobus. Primò. An salarium deberetur Martino. Secundò. Posito quòd sic, an deberetur pro quantitate ab eodem Gubernatore taxata. Quoad primum fuit affirmatiuè tantùm. Nam licet Rota soleat sequi illam opinionem, quòd salarium non conuentum minimè debeatur, nisi concurrentibus duobus extremis: nempè & quòd ille qui operas suas locat, sit solitus habere salarium, & ille qui conducit, consueuerit dare, Put. *decis.* 43. & 44. *lib.* 2. & 1. *lib.* 3. attamen in casu proposito censuerunt DD. Martinum non esse arctandum ad probationem primi extremi; cùm enim cœperit seruire Bernardino anno ætatis suæ decimoquinto, & sic propter ætatis imbecillitatem nulli potuerit ante illud tempus locare operas suas, cogere illum ad huiusmodi probationem, esset per indirectum auferre illi omne genus probationis. Et ideò dixerunt esse quærendum, an præsumptiones essent tales, ex quibus posset colligi, Martinum aliàs sine salario non fuisse seruitium præstiturum, & istæ satis visæ fuerunt vrgentes.

2 Et primò. Paupertas Martini, qui cùm non haberet aliundè vnde quæreret sibi necessaria vltra victum, non est verisimile, quòd pro solo victu voluerit inseruire; maximè per spatium 29. annorum, Bald. *cons.* 155. *num.* 2. *lib.* 5. Pet. de Vbald. *tract. de duob fratr. par.* 6. *num.* 2. Secunda coniectura fuit, quòd Bernardinus conuentus ad salarium, articulauit se soluisse Martino scuta 300. partim in pecunijs, partim in mercibus, qui modus soluendi non concordat cum prætensione, quòd Martinus seruiret sine salario. Nam vel Bernardinus non dedisset tantam summam, si intendisset, quòd Martinus seruiret pro solo victu, vel si intellexisset vltra victum dare vestitum, articulasset se per tempus controuersum tenuisse Martinum pastum, & indutum, absque eo, quòd reduceret computum ad pecuniam numeratam. Tertio loco respectu temporis, quo Bernardino inseruiuit Romæ, fuit considerata consuetudo vrbis constituendi salarium istis iuuenibus fundaiorum, de qua fuit cognitum in pluribus causis in Rota agitatis, & benè coadiuuant testes Martini, quæ consuetudo multum attenditur in hac materia, Bald. *d. cons.* 155. Vbald. *d. p.* 6. *num.* 26. Corn. *cons.* 116. *n.* 3. *lib.* 4. Et fuit ponderatum in decisione Firmana reductionis laudi 12. Februar. 1582. coram Illustrissimo Blanchetto. Fuit etiam habita ratio de eo quod dicunt testes Martini; nempe quòd Bernardinus requisitus de salario non negabat, sed dabat verba Martino.

Non obstat, quòd Martinus pro primis quinque annis 3 seruierit pro solo victu, & vestitu: vnde abinde citra censeatur reconductum cum eisdem conditionibus, *l. item quæritur*, §. *fin.* & ibi Scrib. *ff. loc.* quia conclusio non visa fuit applicari in hoc casu, in quo operæ istorum iuuenum propter experientiam artis nimium recipiunt augmentum; & ideò non benè potest inferri de tempore, quo incipiunt ediscere artem, ad tempus quo in illa periti euaserunt, quia contractus habuit tacitè incertam conditionem, donec res sic stant, vt latè per Corn. *cons.* 180. *num.* 3. *lib.* 2. & not. in specie Surd. *cons.* 125. & Fel. *c. cum olim, de re iud.*

Quoad secundum. Salarium taxatum à Gubernatore 4 ad rationem scutorum quinque singulo mense visum fuit excessiuum, & ideò in hac materia, quæ est Iudici arbitraria, Bart. *in l. Seio, in fin. ff. de ann. leg.* Domini consideratis considerandis, arbitrati sunt, quòd demptis primis quinque annis, dentur Martino ad rationem scutorum trium pro singulo mense, sicut in simili casu fuit aliàs conclusum coram R. P. D. Decano, nempe in Romana mercedis 23. Martij, & 12. Nouembris 1601.

R. P. D. PENIA.

Placentina Salarij.

Veneris 5. Iunij 1605.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex summario.

SVMMARIVM.

Actus plures vbi sint facti vnus contemplatione alterius, etiamsi sint facti diuerso tempore, dicuntur correspectiui, & vno sublato collitur alter, num. 1.

Procurator ad lites potest quandocumque reuocari, non obstante quacumque promissione, num. 2.

DECISIO LXXXIX.

CVm sæpè fuisset hæc causa proposita super dubio, an 1 Doctor Franciscus Caxa habeat causam excusationis, ad effectum consequendi distributiones quotidianas, & fructus Canonicatus, & præbendæ Theologalis. Et semel resolutum contra ipsum; quia tamen ego multum dubitaueram de prædicta decisione facta die 28. Maij anni præteriti, Rota ordinauit; quod discuteretur iterum decisio facta in hac causa die 7. Maij 1607. in qua vtraque parte informante fuerat decisum, Doctorem Caxam potuisse reuocari. Missa ergo causa in relationibus, vtraque parte informante, Rota in decisis persistendum censuit, ex rationibus tunc deductis, quibus dixerant Domini, non obstare deducta per Informantes pro Caxa, & in primis distinctionem de duplici actu; cùm Caxa, initio primo de contractu inter Caxam, & Capitulum, quo se mutuò obligauerant, Capitulum videlicet ad ipsum intra præscriptum tempus sex annorum non reuocandum, & Caxam de veniendo Romam pro negotijs Capitularibus agendis: secundò de mandato procuræ facto à Capitulo in persona Caxæ, vt primum reuocari non potuerit, secundum autem potuit reuocari; quia fuit responsum, quòd in vtroque actu, siue instrumento, nihil aliud continebatur, quàm contractus mandati, quod colligebatur ex resolutione facta per Capitulum de transmittendo Caxam ad Vrbem pro negotijs, & litibus Capituli tractandis, cum assignatione certi salarij, & ex mandato procuratorio dato pro exequutione illius resolutionis.

Vnde licèt duo actus gesti fuerint, cùm ad eundem 2 finem tenderent, & quasi pro vno actu à contrahentibus fuerint habiti, nō debebant diuerso iure censeri, vnus enim fuerit factus intuitu, & contemplatione alterius, & consequenter licèt diuerso tempore celebrati, reputabantur

correspectiui, Anchar. *cons.* 734. *incip. ex narratis num.* 3. *vers. Præterea aduertendum*, Crauett. *consil.* 153. *incip. Vltra iam scripta num* 8. *vers. idem si non incontinenti*. Licèt etiam maximè, quia cùm ad aliud referri non possent de illis tanquam de mandato procuratorio, & de ipsa procuratoris constitutione iudicandum erat, Corn. *cons.* 36. *incip. in hac constitutione num.* 14. *lib.* 2. Vnde sublato mandato per reuocationem, alter contractus qualiscumque fuerit, censebatur sublatus, *l. fin. C. de appell.* Crauett. *consil.* 179. *incip. in causa appellationis num.* 13.

2 Et hinc cessabat altera prætensio ex eo deducta, quia contractus initus cum Caxa fuerat simplex contractus locationis, & conductionis operarum, quia ex serie gestorum inter Capitulum, & Caxam patebat, principalem contractum fuisse mandati procuratoris ad negotia, & lites, cum assignatione certi salarij ad prędictos sex annos. Et ideò quidquid dicendum sit de Aduocati potestate, Vicario, & alijs similibus, in quibus locum habere possent, deducta pro Caxa in terminis locationis, & conductionis, in procuratore ad lites, & negotia; in quo requiritur specialis confidentia, & fides non suspecta, secus censebat Rota. Ideòque quandocumque posse reuocari, non obstante quacumque promissione, vt in prædicta decisione facta die 7. Maij 1607. fuerat ponderatum.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 27. Iunij 1605.

ARGVMENTVM.

De Iudice quando possit suam interloquutoriam reuocare, & quando etiam tacitè eam reuocasse censeatur.

SVMMARIVM.

Iudicis decretum, seu sententia censetur circumducta, si posteà idem Iudex admisit noua iura, num. 1. *& seq.*

Iudex potest admittere etiam post suum decretum noua iura, non reuocando expresse decretum factum, num. 2.

Iudex potest reuocare suam interloquutoriam sententiam, & etiam facere actum, per quem eadem interloquutoria censeatur reuocata, num. 2.

Solutionis exceptio potest opponi quandocumque etiam post sententiam, & rem iudicatam, num. 3.

Exequutio excessiua in parte debita summæ in totum corruit, num. 3. *in fine.*

Decretum iudicis sine citatione partis, & in die feriata, an valeat in exequutiuis, num. 4.

Mandatum, seu decretum iudicis factum sub conditione, vt intimetur, deficit deficiente conditione, num. 4. *in fine.*

DECISIO XC.

1 DOmini habuerunt pro indubitato, quòd rescriptum signaturæ, per quod mandatur procedi ad legitimam exequutionem debeat referri ad decreta A. C. non autem ad sententiam D. Orsini, nam sententia D. Orsini erat merè absolutoria, & ideò non egebat alia exequutione; Dixerunt tamen Domini, non adesse aliquod decretum Auditoris Cameræ, quod meretur exequutionem: nam quantum ad primum factum sub die 15. Decembris 1603. Illud fuit circumductum per admissionem iurium post illud factam, nempè die 20. eiusdem mensis, Felin. *in cap. quoniam num.* 18. *de probat.* Rota *decis.* 1. *de testib. in nou.* cum alijs per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 83.

2 Non obstat, quòd Iudex non possit admittere iura, nisi priùs expressè reuocet suum decretum, Ripa post Castr. *in l. quod iussit num.* 59. *vers.* 3. *contra Rotam, ff. de re iud.* Quia contrarium (nempè quòd non requiratur expressa reuocatio) tenent Rota, & alij suprà allegati, idque euidenti ratione, nam si Iudex expressè potest reuocare suam interloquutoriam, vt admittunt Castr. & Ripa in contrarium allegati, & est trita conclusio, *in c. cum cessante, vbi Abb. in* 2. *not. de appell.* nihil videtur interesse, quòd Iudex expressè reuocet, vel faciat actum, per quem in necessarium antecedens corruat illa interloquutoria.

Non obstat, quòd non versemur in conclusione in causa, in quibus terminis loquuntur doctrinę pro hac parte allegatæ, sed in ipsamet sententia; quia eadem est ratio in vtroque casu. Hic enim concurrunt illa duo, & quod decretum de sui natura sit reuocabile, & quòd Iudex fecerit actum incompatibilem cum priori decreto. Nec subsistit replicatio, quòd iura admissa non sint incompatibilia cum decreto relaxationis mandati, cùm in illis contineatur tantùm probatio solutionis, quæ probatio & post sententiam, & post rem iudicatam admittitur, Capell. Tholos. *decis.* 170. quia aliud est quærere, an probatio solutionis post sententiam sit admittenda, in quibus terminis loquitur alleg. decis. Tholos. aliud est quærere, si iudex admisit, an ex hoc resultet reuocatio decreti, si aliàs decretum sit de sui natura reuocabile, & vtrumque simul stare non possit. In hoc autem casu vtrumque simul stare non poterat, quia si probatur solutio, etiam minimæ partis, decretum quo tota summa erat nullum in totum, Put. *decis.* 333. *par.* 1. & fuit aliàs resolutum. Vnde impossibile videtur, quòd Iudex voluerit suum decretum relaxationis mandati saluum fore, & posteà cognoscere probationes concernentes validitatem, & iustitiam dicti decreti, quasi quòd vellet fabricare processum post sententiam. 3

4 Quantum verò ad secundum decretum factum die 39. eiusdem mensis, nec illud meretur exequutionem, cùm sit nullum, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iud. cum concord.* Nullitas insurgit ex duobus. Primò, quia sine citatione. Secundò, quia die feriata in honorem Dei. Non obstat, quòd ista non requirantur in exequutiuis, Capell. Tholos. *decis.* 158. Guidopap. *qu.* 215. Quia allegatæ doctrinæ procedunt in mera exequutione facienda vigore decreti, aliàs seruatis seruandis facti: hic autem sumus in nouo decreto, tum quia Iudex processit per viam noui decreti, vnde intrat regula: quod potui, nolui, &c. tum quia Iudex non poterat procedere, nisi per viam noui decreti, cum primum iam esset circumscriptum, vt suprà firmatum est. Nec tertium decretum factum 2. Ianuarij 1604. debet exequutioni demandari, quia fuit factum sub ea conditione, quòd fieret intimatio, quæ non reperitur facta. Cessante igitur implemento conditionis, cessat vis decreti, *l. Titius, §. Stichus, ff. de fideicommiss. libertat. cum concordan.*

5 Prædictis accedat, quòd etiamsi adesset aliquod decretum A. C. validum, Rota illud non exequeretur, nisi constito de bono iure, iuxta notorium stylum Auditorij. Et ideò super hoc bono iure esset in primis informandum.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinale.

Braccarens. beneficij de Pedronello.

Lunæ 27. Iunii 1605.

ARGVMENTVM.

De subrogatione gratiosa, nonnulla notanda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Possessio non probatur per instrumentum, alio existente in possessione, num. 1.

Immissio vigore subrogationis, non potest negari, verificatis tribus, nempe lite, clericatu subrogati, & obitu illius, in cuius possessionem quis subrogatur, num. 1.

Gratiosa subrogatio non impeditur ex eo quod dicatur, possessionem defuncti fuisse vitiosam, num. 2.

Subrogatio in possessionem defuncti censetur facta cum omnibus suis qualitatibus, num. 2.

DECISIO XCI.

1 DE lite non dubitabatur, stante commissione cum alijs subsequutis inter Simeonem, & Paulum. Clericatus Francisci pariter erat clarus, tum ex litteris ordinarij, tum ex testibus. Difficultas fuit restricta ad possessionem Simeonis, in cuius locum fuit gratiosè subrogatus

Fran-

Franciscus. De hac autem possessione Simeonis fuit aliàs decisum in hac causa, non constare, quia non probabatur, nisi per instrumentum captæ possessionis, quod, alio existente in possessione, non probabat possessionem, verùm ex testibus nouiter examinatis apparuit, Simeonem etiam percepisse fructus beneficij, de quo agitur, & consequenter verificatis tribus, nempe lite, Clericatu subrogati, & obitu in possessionem illius, in cuius locum fuit facta subrogatio, non visum fuit posse negari immissionem, vt fuit dictum in causa Miranden. Parochialis coram R.P.D. meo Decano, & alibi sæpè.

2 Non obstant plura quæ fuerunt adducta ad docendum possessionem Simeonis fuisse vitiosam, & attentatam, quia subrogatio debet sortiri suum effectum, antequam agatur de prædictis, vt fuit dictum in causa Legionensi præstimonij, 15. Decembris 1593. coram Illustrissimo Mantica; facit decisio 10. *in fin. vt lit. pend. in nouis*. Rationem considerabat vnus ex Dominis meis, nempe quia subrogatus repræsentat illum, in cuius locum est facta subrogatio, cum omnibus suis qualitatibus, *cap. Ecclesia, vt lit. pend.* Sarnen. *super regul. de non ind. quæst.* 7. Et possessio istius non dicitur noua, sed continuatio illiusmet, quam habebat defunctus, Tiraq. *tract. le mort saisit, part. 2. declar. 6. n.* 10. Et in terminis huius subrogationis est decisio Paleotti in causa Perusina Parochialis S. Crucis, 24. Decembris 1557. meritò, sicut si Simeon viueret, non esset bonum priuare illum in primis sua possessione, & postea cognoscere, an esset vitiosa, vel attentata; eadem ratione non videtur conueniens, ingredi cognitionem vitiorum possessionis Simeonis, antequam Franciscus in illius locum præcisè substituatur. Et ita fuit conclusum.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Bononien. de Carnalijs.

Luna 27. Iunij 1605.

ARGVMENTVM.

Plura adducuntur ad excusandam caducitatem, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Solutiones tres vltimas probando, præsumitur in præteritum soluisse, n. 1.
Confessio facit probationem probatam, n. 2.
Caducitas vt euitetur sufficit sola oblatio, n. 2.
Caducitas vt euitetur multa admittuntur, quæ aliàs non admitterentur, n. 2.
Confessio Prælati de recepto, cessante errore, vel fraude, nocet Ecclesiæ, num. 2. *Vbi maximè concurrentibus adminiculis, quorum aliqua ibi enumerantur.*
Confessio facta in instrumento nullo, nihilominus potest esse valida, n. 3.
Satisfactio verificatur non solùm in reali solutione, sed etiam in datione in solutum, & in alijs, n. 4.
Caducitas excusatur, vbi quis habuit iustam causam credendi, num. 4. *Vbi consideratur iusta causa credendi, iuxta casum decis.*
Caducitas excusatur, vbi defectus veræ solutionis est causatus ab errore, non autem à malitia non solutionis, vel minus soluentis, num. 5.

DECISIO XCII.

1 VAlerius Carnalius ad euitandam caducitatem, quam Collegium Montis Alti Bononiensis prætendebat aduersus quædam bona, quæ ille in emphyteusim à dicto Collegio obtinebat. Tuebatur si dispositione, *l. quicumque, C. de apoch. lib.* 10. & eorum, quæ ibi, *& in l.* 1. *Cod. de iur. emphyt.* communiter tradunt Doctores. Dicebatque se Collegio satisfecisse de Canonibus decursis per continuos tres vltimos annos, 1593. 1594. & 1595. atque ex ijs etiam de reliquis omnibus in præteritum satisfactum præsumi. Verùm quia ad probationem pagæ Paschatis anni 1593. vtebatur confessione, quam officiales dicti Collegij fecerant in quodam transactionis instrumento celebrato inter prædictos officiales, & Valerium die 18. Septembris eodem anno 1593. Quæ confessio continebat, fuisse Collegio satisfactum per Valerium de omnibus Canonibus vsque ad illam diem decursis; ideò fuit dubitatum, an dicta confessio obstaret Collegio; & Illustrissimo D. Cardinale Pamphilio tunc Rotæ Auditore, illud dubium proponente, nihil fuit resolutum, sed causa per me reassumpta, eodemque proposito dubio, vtraque parte informante, visum fuit Dominis, confessionem obstare Collegio.

Est enim regula, quòd confessio facit probationem probatam, *l. generaliter, C. de non num. pecun. cap. per tuas de probat.* Aym. *cons.* 61. *num.* 3. Hoc autem casu adest confessio instrumentalis, non præcipitanter, sed cum mutua deliberatione facta & iurata præuio contractu cum interuentu Viceprotectoris, Rectoris, duorum Consiliariorum, & œconomi, & Carnalij dant de ista confessione ad euitandam caducitatem. Ad quem effectum sufficit sola oblatio, vt tradunt Doctores *in l. 2. C. de iur. emphyt.* ibique Ias. *num.* 182. attestatur de communi, & alia quædam admittantur, quæ aliàs non admitterentur, vt fuit dictum coram Cantuccio in vna Racanatensi domus, 3. Aprilis, & 27. Maij 1576. Itaque non obstat, quòd confessio officialium non obstet Collegio, quia imò confessio Prælati de recepto, cessante fraude, vel errore, nocet Ecclesiæ, Felin. *in cap. fin. col. fin. de præscript.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 23. Maximè quando iuuatur adminiculis, Bal. & alij *in auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles.* vt hoc casu, vtilitate Ecclesiæ, & augmento Canonis, *ad Cons. Castren.* 34. melioramentis per Valerium prætensis, *ad decis. Guid. Pap.* 171. *num.* 3. & alijs quæ in facto possunt considerari. 2

Non obstat etiam, quòd interuenerint duo tantùm Consiliarij. Nam, quidquid sit de eo an abessent, & an transactio facta sit inualida per eorum absentiam, etiam hoc concesso, non ideò necessariò sequitur, confessionem esse inualidam, cùm in instrumento & contractu inualido confessio valida esse possit, Felin. *in c. Venerabilis, n. 26. limit. 2. de exceptionib.* Castren. *in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus, n. 4. de verb. oblig.* Ruin. *cons.* 53. *num.* 15. *vol.* 2. Alex. *cons.* 154. *n.* 7. *vol.* 7. 3

Minùs obstat, quod confessio non sit facta ab habente facultatem recipiendi pecuniam, attenta dispositione constitutionum Collegij. Confessio enim non est de solutione pecuniæ, sed de satisfactione, quæ verificatur non solùm in reali solutione, sed etiam in datione in solutum, & in alijs, *l. si rem*, §. *omnis de pign. act. l. 1. qui satisd. cog. l. satisfactio de solut.* Deinde ad effectum dubij sufficit, quòd Carnalius habuerit iustam causam credendi, quòd isti officiales haberent auctoritatem confitendi nomine Collegij, argumento *l. igitur*, §. *generaliter de lib. caus.* iusta autem causa facilè cuiuis probabitur. Considerantur tot tractatus, & præsentiam tot officialium: & quòd iste Valerius Collegij constitutiones, vt leges priuatas nescire potuit. Maximè cùm in processu sit productum aliud instrumentum transactionis à solo œconomo cum præsentia Viceprotectoris huius Collegij nomine celebratum; quòd effectum habuerat, neque contra istud fuerat vnquam oppositum. Et in fortioribus terminis sunt decisiones supradictæ in causa Rauennaten. vbi agebatur de partita creata à tertio, de cuius mandato non constabat, & de nota relatiua ad alias partitas libri de quibus etiam non constabat. Et tamen fuit admissa excusatio à caducitate. 4

Denique non obstat, quòd confessio dicatur fuisse erronea, quia error in facto non probatur, & vbi esset erronea, error qui induxit Collegium, & pro ipso interuenientes ad confitendum, potuit etiam probabiliter inducere Valerium ad credendum, quòd confessio esset non solùm valida, sed etiam vera, & aliàs daretur occasio decipiendi illos, qui cum Collegio tractarent. Et iste Valerius foret deceptus, quia si non fuisset ista confessio, vtique non consensisset augmento Canonis, & si non erat soluta illa *paga* Paschatis soluisset illam, prout soluit illam Natalis eiusdem anni, & aliàs annorum subsequentium. Defectus autem veræ solutionis causatus ab errore, non autem à malitia minùs soluentis, excusat à caducitate, Bald. *in l. 2. num. 9. vers. 11. ex natura, C. de hered. act.* Verall. *decis.* 180. *part.* 1. Et ita tenuit Rota coram Reu. P. D. meo Sacrato in Pisana caducitatis, 25. Iunij 1605. Vbi deducebatur error ad excusationem. 5

Ita-

Itaque ex supradictis fuit conclusum, confessionem obstare Collegio ad effectum de quo agitur.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Vineæ.

Veneris 1. Iunij 1605.

ARGVMENTVM.

Dominium ad effectum rei vendicationis debet plenè probari, & plures reijciuntur probationum modi.

SVMMARIVM.

Error non vitiat in nomine, quando constat de corpore. Probatio dubia non releuat, n.1.

Dominium vbi agitur ad effectum deuolutionis, debet plenè probari, n.2. Vbi quòd non sufficiunt enunciatiuæ.

Enunciatiuæ quæ non excedunt centum annos, non probant, num.2.

Enunciatiua non probat quando agitur principaliter de enunciato, num.2.

DECISIO XCIII.

REctor Ecclesiæ sancti Nicolai, vt doceret vineam Cataldi de qua agitur, eam esse quæ fuerat olim Marianæ, nitebatur instrumentis de nouo deductis, quæ sunt; testamento Gabrielis de Rubeis, anno 1517. & Franciscæ eius vxoris, de anno 1529. cum acceptationibus legatorum in huiusmodi testamentis relictorum. Ex quibus omnibus colligitur, quandam vineam quæ ibi demonstratur, peruenisse pro indiuiso ad Marianam, & eius sorores. Sed fuit responsum, vineam legatam fuisse petiarum 18. confinasse cum via quæ ducit ad Marinum, & respondisse hospitali sancti Ioannis Lateranensis; & Ecclesiæ S. Andreæ de Funarijs; vineam autem Cataldi esse petiarum solummodò septem, non confinare cum via quæ ducit ad Marinum, & non respondere hospitali sancti Ioannis Lateranensis, atque Ecclesiæ sancti Andreæ de Funarijs. Et quòd Rector sancti Nicolai docere conabatur, illam vineam 18. petiarum posteà in partes fuisse diuisam, è quibus partibus vna quæ erat de proprietate sancti Ioannis, peruenerit in Capellam sanctorum Philippi, & Iacobi in Ecclesia sanctæ Mariæ Transtyberinæ. Altera verò pars permanserit de proprietate Ecclesiæ sancti Nicolai, sitque illa, quam hodie Cataldus possidet. Quidquid sit de illa diuisione, certè demonstratio confinij quæ in prædictis iuribus de nouo productis habetur, non potest applicari vineæ Cataldi, quandoquidem ea non solùm non habet confinium cum via quæ ducit ad Marinum, sed ab ea multùm distat, cùm media inter vineam & viam, adsit alia vinea Monialium sanctæ Luciæ in silice, quæ dicitur esse petiarum 18.

1 Non conuenit etiam denominatio Ecclesiæ sub cuius proprietate sita erat illa vinea legata, & quòd dicebatur in dictis testamentis, Ecclesiam sancti Andreæ per errorem fuisse scriptam pro Ecclesia sancti Nicolai; idque ex eo probari, quòd in Catastro bonorum Ecclesiæ sancti Andreæ talis vinea descripta non sit; id non est sine difficultate, quia quæ tractantur *in l. si in nomine de verb. oblig. & in l. si in nomine, Cod. de testam.* habent locum quandò constat de corpore, quod hic dici non potest. Quin etiam in Catastro Ecclesiæ sancti Andreæ per illius Rectorem in forma probanti exhibito, quædam vinea descripta est, quæ facilè pro illa accipi posſit, de qua in supradictis testamentis fit mentio. Redditur itaque valdè dubia identitas vineæ, & per consequens, huiusmodi probatione non iuuatur causa Rectoris; *c. in præsentia, de probationibus.*

Accedit, quòd Rector impugnat eam tantùm decisionis partem, in qua fuit dictum vineam Cataldi non esse eam, quæ possessa fuerat à Mariana, quæ pars, non obstantibus iuribus prædictis productis de nouo, nunc vera permanet. Sed & quamuis haberetur, non tamen Rectori constaret sua intentio, quia cùm agat ad effectum deuolutionis, proprietatem, & directum dominium Ecclesiæ, plenè, & concludenter probare debet, vt sæpè alias in Rota, & in hac causa bis fuit dictum coram Illustrissimo Pamphilio. Rector autem de aliqua inuestitura, seu concessione Ecclesiæ non docet, & siue antehac, siue nuper per eum producta iura considerentur, continent solùm quasdam enunciatiuas, quæ non complent plenam illam, & concludentem probationem dominij, ad effectum de quo agitur necessariam, Bart. *in l. quidam in suo num.4. de condit. Inst.* Abb. *in c. cùm ad sedem num.20. de restit. spoliat.* Caputaq. *decis.280. part.1.* Fuit dictum in hac materia deuolutionis coram Reuerendissimo Rhodiensi, in quadam Romana domus 12. Maij 1592. præsertim, quia istæ enunciatiuæ antiquæ dici non possunt, cùm non excedant tempus centum annorum, Ias. qui de communi testatur, *cons.81. num.10. lib.1.* Tenuit Rota in quadam Romana domus sanctæ Agnetis, 2. Maij 1585. & 19. Iunij 1589. coram Orano. Et quia nunc de enunciato principaliter agitur, quo casu nihil concludunt enunciatiuæ, Butr. & alij *in c. illud de præsumpt.* Put. *decis.381. lib.1.* Itaque Dominorum vna fuit sententia, non esse recedendum à decisis.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Leodiens. Abbatissatus.

Lunæ 24. Octobris 1605.

ARGVMENTVM.

Reus de iure suo docere non tenetur. Quando hoc verum sit, hæc decisio docet.

SVMMARIVM.

Reus absoluendus est actore non probante; quia de iure suo docere non tenetur, num.1. Vbi declaratur, hoc non procedere, nisi consenserit super iure suo discuti.

Reus attentator tenetur docere de iure suo. Declara, vt num.2.

Electus ad dignitatem aliquam potest dare obiectus contra electionem factam eiusdem dignitatis in alia persona, num.3.

Ecclesiæ defensionem potest quilibet de populo suscipere, & pro ea comparere, n.4.

Attentata an sint reuocanda, necne, in primis, & ante omnia cognosci debet, num.4.

DECISIO XCIV.

PLuries feci verbum cum Dominis super dubio dando 1
in hac causa, & quia partes non acquiescebant, proposui memorialia loco causæ. Et quoad dubium prætensum à D. Margarita, nempe; Quæ electio sit attendenda, scilicet, an propria ipsius D. Margaritæ, vel potiùs alia D. Annæ; fuit dictum, quòd contradicente D. Anna, non poterat dari dubium super electione illius, quia cùm sit rea, non est cogenda ad docendum de iure suo, *l. qui accusare, C. de eden. cum concord.* Et quatenus allegabatur fuisse alias datum simile dubium in alia Leodiensi Abbatissatus coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, 9. Maij 1594. fuit responsum, non apparere, quòd in illa causa pars rea contraxerit dubio, & non esse inconueniens consentiente reo discutere super iuribus illius, ad nor. per Fel. *in c. inter Monasterium, num.23. limit.8. de re iud.* secus verò quando contradicit *d.l. qui accusare, cum simil.*

Ad aliud, quòd reus attentator teneatur docere de iure 2
suo, ex *decis.5. vt lit. pend. in antiq.* fuit responsum, quòd quidquid sit de eo, an D. Anna attentauerit, vel ne, de quo suo loco videbitur, illam decisionem non applicari, quia loquitur de eo, qui ab initio causæ non erat reus, sed talem se fecit, intrudendo semetipsum lite pendente in locum rei Originarij. Et ideò nil mirum si tanquam reus affectatus minimè gaudet solito reorum priuilegio, ne alias sequatur destructio Capituli, *si hi, contra quos lit. pend. in 6.* vt considerauit Rota *in d. decis. num.2.* Et habetur, perinde ac si non fuisset in lite, vt ibidem dicitur, *num.4.* In hoc autem casu D. Anna est illa, cum qua fuit cœpta lis, & ideò etiamsi ex post attentasset, non desinit esse rea Originaria.

Ad tertium fundamentum, quòd D. Margarita tam- 3

quam

quam coelecta non debeat repelli à dandis obiectis contra electionem D. Annæ *iuxt. not.* per Franchi. *in cap. vt circa num.5. de elect. in 6.* fuit dictum, hoc licere quidem D. Margaritæ, non tamen principaliter, vt ipsa prætendit; sed incidenter, & per remotionem obstaculi, hoc est, in quantum exclusio iuris D. Annæ includit ius D. Margaritæ: Quod etiam videtur fuisse de mente Franchi *d. num. 5.* dum facit præcipuum fundamentum super interesse partis opponentis. Si enim D. Margarita admitteretur ad opponendum in eò, quòd non includit ius suum, sequeretur; quod absque interesse esset audienda contra doctrinam Franchi.

4 Maior fuit difficultas, an D. Margarita tamquam Canonissa posset dare de nullitate electionis D. Annæ, tamquam suæ Abbatissæ, cùm aliàs, & quilibet de populo possit venire pro defensione suæ Ecclesiæ, iuxta not. per Glos. & Scribentes *in d. cap. quia circa de elect. in 6.* Et ideò fuit ordinatum, quòd si D. Margarita instaret, daretur super hoc particulare dubium, prout etiam super attentatis, si petierit illorum reuocationem, cùm ista cognitio instante parte debeat præcedere omnes alias, *c. non solum, verbo ante omnia cum concord.* ibi per Glos. *de appell. in 6.*

In eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 31. Maij 1606. & 4. Ianuarij 1615. coram eodem bon. mem. Card. Sacrato, prima est decisio 191. infrà in hac parte: altera verò est post Tambur. in tract. de Iur. Abbatiss. decis. 36.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana affictus Casalis.

Sabbati 5. Nouembris 1605.

ARGVMENTVM.

In hac decisione declaratur; regulam, quòd subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, non habere locum in pluribus casibus, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quando diuersa sunt qualitates, subrogans, & subrogatum, num. 1.

Obligatio, seu promissio impossibilium nulla, & inualida est, num. 1. vbi etiam, quis debeat præstare obligationis impossibilitatem, & sub num. 3. & num. 4. in fine, vbi quod impossibilitas in vna parte obligationis, non vitiat in alia.

Clausula, quæ omnia, & singula, *habet vim indiuiduæ expressionis, n. 2.*

Subrogatum non assumit naturam accidentalem; sed naturalem eius, in cuius locum fuit subrogatum, n. 2.

Pecunia numquid succedat in locum fundi dotalis venditi, num. 2.

DECISIO XCV.

1 FRanciscus de Caluis, qui pro quinque annis deficientibus ad implendos nouem annos, pro quibus fuerat facta locatio Trincio, subintrauerat locum D. Trincij, recusabat in fine locationis extirpare quoddam pantanum, & relinquere quingentas arbores nouem annorum in casali conducto. Et hoc, non obstante, quòd idem Caluus asserendo se habere notitiam instrumenti locationis factæ Trincio cum omnibus in illo contentis, subintrasset locum Trincij, & omnia, & singula in illo instrumento expressa, & narrata obseruatione, ac omninò adimplere promisisset. Fundamenta eius erant, quòd Trincius promiserat facere extirpationem intra duos primos annos. Caluus autem conducebat pro vltimis quinque annis; & sic cùm esset diuersum tempus, in quo cadebat obligatio extirpandi, à tempore ipso, quo fiebat conductio, non fuit locus subrogationi, Gabr. *de reg. iur. conclus. 2. num. 66.* Quo verò ad aliud pactum de relinquendis quingentis arboribus, quæ essent saltem nouem annorum, dicebat Caluus, ad hoc non extendi suam obligationem, quia hoc esset obligare illum ad impossibile, nempe quòd in quinque annis relinqueret arbores grandes nouem annorum; Vnde succedebat regula *l. impossibilium, ff. de reg. iur.* Et quatenùs fuisset replicatum, adfuisse arbores iam natas, quæ potuissent relinqui; duplicabatur, hoc factum esse per locatorem probandum, Bar. *in l. non solum, §. morte, n. 48. ff. de nou. oper. nunciat.* Allegabatur etiam quòd Trincius, qui conduxerat pro nouem annis, debuit in plus obligari, quàm Caluus, qui conduxit pro quinque annis tantùm, & ex hac diuersa ratione non esse locum subrogationi, Socc. *regul. 383. in 2. fallent.*

His non obstantibus, Domini fuerunt in contraria sententia, quia verba obligationis Calui, de quibus suprà, visa fuerunt admodum clara, ponderando maximè illam clausulam, *Quæ omnia, & singula*, quæ habet vim indiuiduæ expressionis omnium obligationum Trincij, Paris. *cons. 1. num. 105. vol. 3.* Ad primum argumentum fuit responsum, negando diuersitatem; quia, licèt Trincius teneretur extirpare pantanum intra duos annos, non propterea excluditur, quominùs si intra illos duos annos id non faciebat, non teneretur etiam ex post. Et ideò, licet Caluus non successerit in illo accidentali de faciendo in illis primis annis, benè successit in illo substantiali de pantano etiam post duos annos extirpando, Socc. *reg. 383. in 1. fallent.* & facit *l. cum in fundo, §. si fundus, ff. de iure dotium*, vbi pecunia quoad restitutionem ipsam succedit in locum fundi dotalis, licèt non succedat quoad tempus restitutionis, & in terminis similis pacti fuit tentum in vna Romana coram Bubalo relata inter diuers. impress. *decis. 322. part. 2.* 2

Ad secundum, de impossibilitate relinquendi arbores, nouem annorum intra spatium quinque annorum fuit responsum dupliciter. Primò, negando impossibilitatem, quia obligatio Trincij non consistebat in plantando arbores, sed in abstinendo ab illarum incisione, itavt in fine locationis remanerent quingentæ arbores, quæ per nouem annos non fuissent truncatæ; quod benè patet ponderando verba locationis, ibi, *saltem nouem annorum*, per quæ apparet, quòd aderant arbores etiam antiquiores nouem annis, quæ poterant relinqui; & sic, quòd obligatio consistebat in relinquendis iam natis, non autem in plantandis nouis arboris. Nec est verum, quòd locatori incumbat onus probandi, quòd adfuissent arbores relinquibiles, ex Bar. *in d. §. morte, num. 28.* suprà in contrarium allegato, quia locator non se fundat in aliquo factu extrinseco, ex quo resultet obligatio Conductoris, in quibus terminis loquitur Bar. sed se fundat in obligatione Conductoris, & ideò si Conductor excipit de impossibilitate, ex eo quòd non adessent arbores relinquibiles, debet istam negatiuam, tanquam fundamentum suæ intentionis probare, Ionoc. *in cap. super his, de accusat.* cum alijs per Gabr. *de prob. concl. 6.* 3

Secundò, principaliter huic obiecto fuit responsum, quòd obligatio de relinquendis arboribus, non fuit præcisa, sed alternatiua, vel de soluendis iulijs duodecim, pro singulis arboribus non relictis; vnde, etiamsi quoad relinquendas arbores obligatio propter impossibilitatem euanuisset, non vitiabatur obligatio quoad obligationem soluendi iulios duodecim, Ioan. Andr. *in reg. in alternat. num. 8. de regul. iur. in 6.* 4

Ad tertium, de diuersa ratione fuit responsum, quòd quidquid dicendum foret de subrogatione facta à lege per *d. l. cum in fundo*, quam ad hoc allegat Socc. *d. reg. 384.* conclusio non procedit in subrogatione facta ab homine, qui sciens, & prudens voluit obligari ad omnia, & singula, ad quæ tenebatur Trincius: istæ enim pactiones præualent legibus in contractibus, *l. legem*, vbi Bald. & alij, *C. de pact.* & subrogatio operatur etiam in materia exorbitanti, Aret. *in l. 1. n. 3. ff. de vulg. & pupill.* 5

Ad alia quæ fuerunt adducta ad docendum implementum, non fuit per Dominos aliquid dictum; quia videbantur extra dubium, in quo tantùm quærebatur, An Caluus teneretur, quod affirmatiuè fuit resolutum ex prædictis. 6

R. P. D. MARQVEMONTIO;

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria de Gradis.

Sabbati 26. Nouembris 1605.

RGVMENTVM.

Habes ex summario.

SVMMARIVM.

Mandatum ad respondendum positionibus debet esse specialissimum, videlicet ad sic respondendum, num. 1.

Confessio à principio valida non potest reuocari, nisi docto de errore, num. 2.

Confessio vnius ex reis debendi, etiamsi sit iudicialis, alteri correo non nocet, n. 2.

DECISIO XCVI.

1 CVm quondam D. Bindinellus Saulius comparens coram auditoribus Ianuens. fuerit protestatus, se numquam voluisse, oeque velle, quòd Georgius eius frater aliquid potuerit, vel possit agere actiuè, vel passiuè in iudicio, vel extra, sine eius legitimo mandato; & à dictis Auditoribus literas subsidiales obtinuerit ad A. C. directas pro huiusmodi protestatione intimanda D. Antonio Mariæ, proot fuit illi intimata. Visum fuit Dominis resolutionem dubij quod proposuetam super reuocatione confessionis factæ à D. Georgio, dum positionibus q. Dominorum de Franchis, & Gradis responderet, pendere à qualitate mandati, cuius vigore Georgius dictis positionibus responderat. Cùm enim adsit regula, quòd ad respondendum positionibus requiratur specialissimum mandatum, Soc. *cons. 55. num. 8. lib. 1.* Rebuff. *super Constit. Gall. tom. 3. tit. de respons. per verbum Credit, num. 15.* Neuiz. qui alios congerit, *cons. 7. num. 12. & seq.* Et specialissimum mandatum hoc casu intelligatur, quando est ad respondendum sic & sic, Bar. *in l. fin. in fin. C. de procur.* si Georgius non habuit huiusmodi mandatum, non potuerit validè respondere, neque confessio dici potest acceptata per Bindinellum, stante prædicta protestatione facta longo tempore post confessionem. Et stante etiam, quòd nihil deducitur ad probandum acceptatinnem expressam, vel tacitam, quæ hoc casu possit suffragari.

2 Non obstat, quòd Georgius confessus sit vti procurator & oomine proprio. Vnde dicta confessio videatur à principio fuisse valida, & non potuisse reuocari, nisi docto de errore, Caputaq. *decis. 91. part. 1.* Nam & ipse Georgius in actis reuocauit suam confessionem vti erroneam, atque etiam hodie de illius errore docere offertur. Quæ inspectio si suscipienda esset, inclinabant Domini in hanc sententiam quòd etiam necessaria foret librorum exhibitio, sed ad effectum de quo agitur, sufficit dicere, Georgium fuisse confessum noioine proprio, quia in causa de qua agebatur, erat fideiussor Biodinelli. At certi iuris est, quòd in correis debendi vnius confessio etiam iudicialis alteri non nocet, Bat. *in l. ex duobus 2. num. 32. ff. de duobus reis, & in auth. hoc ita, num. 55. Cod. eodem*, Bald. *cons. 43. num. 2. lib. 5.* Roncheg. *in d. l. ex duobus, n. 71. & seq.* Rot. Ianuen. *decis. 65. num. 5. & 6.* Vnde in omnem euentum, illa coofessio Georgij, vti principalis nocere non posset Georgio, cuius hæredes non sunt in hac causa, & cuius defensiooem dictus Sebastianus filius & hæres Bindinelli non recepit. Ita fuit conclusum D. Antonium Mariam non iuuari confessione, nisi doceat, Georgium habuisse mandatum ad respondendum, sic & sic.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Gerundens. beneficij.

Veneris 2. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Oppositio ad beneficium cum verificatione, quòd quis sit proximior de geuere fundatoris tribuit ius considerabile ad rem, ita vt de eo sit facienda mentio ab impetrante in gratia Apostolica, quæ per clausulam, *dummodò ius tertio quæsitum*, præseruat. Quid in sola oppositione & acceptatione, an & quando illud ius considerabile tribuatur. Et quid, si opponens non sit à Patrono præsentatus; & an Papa censeatur derogasse iuri tertio quæsito sibi sub inuolucro verborum narrato.

SVMMARIVM.

Oppositio ad beneficium cum verificatione coram Ordinario, quod quis sit proximior de genere fundatoris, tribuit ius considerabile ad rem, ita vt de illo sit facienda mentio in gratia Apostolica, quæ illud per clausulam dummodò, &c. *præseruasse censetur, num. 1. Vbi quòd hoc multo magis procedit, quando res est deducta in iudicium, & sunt probatæ qualitates opponentis.*

Oppositio, siue acceptatio sola non tribuit ius considerabile ad effectum, vt de illo sit facienda mentio in gratia Apostolica, num. 2. Quod procedit quando agitur de modico præiudicio; secus si de magno, vel quando res est deducta in iudicium, facta multa expensa, & probatæ qualitates opponentis, quo casu etiam si agatur de modico præiudicio, censetur illius ius adhuc præseruatum, dicto num. 2. Vbi huius magni & modici præiudicij afferuntur exempla.

Oppositio sola absque præsentatione Patroni non tribuit ius considerabile, cum nemo in beneficialibus acquirat ius ex facto proprio, num. 3. Vbi quod hoc non procedit, quando ius non prætenditur principaliter ex oppositione, sed ex fundatione, quæ aliquem tamquam proximiorem specialiter vocat.

Vocatus ad beneficium ex fundatione, assimilatur præsentato, seu electo, & vti talis censendus est, d. n. 3.

Patronus non potest contrauenire dispositioni fundatoris, d. num. 3.

Clausula, dummodò, &c. *debet intelligi de alio præiudicio, quàm expresso, n. 4.*

Papa ad hoc vt censeatur derogasse iuri tertij, necesse est vt illud ei fuerit narratum explicitè, & cum suis qualitatibus, aliàs non est præsumendum, illud voluisse auferre sub inuolucro verborum, d. n. 4.

Ordinarius appositis edictis, & nemine intra terminum comparente, potest procedere ad institutionem præsentati à Patrono, num. 5. Vbi quod hoc locum habet, si per illum gesta sint valida, secus si contra.

DECISIO XCVII.

FVit tentum per oppositionem factam per Franciscum ad beneficium de quo agitur, cum verificatione coram Ordinatio, quòd ipse sit proximior de genere fundatoris, & actu Sacerdos, super quo fuit etiam per illum contestata lis, cùm Henrico fuisse tale ius quæsitum Francisco, quod ceosseatur præseruatum in gratia Apostolica per dictum Henricom, ex post obtenta. Mouit Dominos illud, quod iam fuit decisum in caosa Oxomen. Capellæ coram D. Petrutio; de quo testatur Satnen. *super reg. de iur. quæsit. non tollend. quæst. 1. vers. & quod dictum est, de acceptatione*, & latè prosequitur Mandos. *cons. 51. per tot.* Quod eò magis visum est habere locum hoc casu, quo res est iam deducta in iudicium, & probatæ qualitates Francisci ad decis. Putei 253. *num. 4. lib. 3.* & faciunt notata per Satn. *d. quæst. 1. vers. 3. modus circa finem*, Bellarm. *cons. 34. num. 21. vers. ad septimum dubium*. 1

Non obstat, quòd ex sola acceptatione, siue oppositione

oon

non acquiratur ius considerabile ad istum effectum, Rot. *decis.* 16. *aliàs* 17. *de prabend. in nou.* Bellarm. *decis.* 163. Cassad. 18. *eod. titul. de prabend.* Mohed. 1. *&* 34. *eod. titul.* Primò, quia illæ decisiones fundantur in modico præiudicio acceptantis vigore expectatiuæ Apostolicæ, siue se opponentis ad beneficium patrimoniale, quia illis talibus poterit stante multitudine beneficiorum vacantium per alias vacationes prouideri, vt considerat *d. decis.* 17. *vers. verum est, quod posteà*, & Cassad. *d. decis.* 18. *num.* 1. Sarn. *d. quæst.* 1. *vers. illud tamen*. Quæ ratio non militat in opponente se ad vnicum beneficium vigore fundationis, quia si illud non assequitur, non habet vnde se releuet, cùm non sit certus se superfuturum alteri vacationi eiusdem beneficij. Secundò, non obstant dictæ decisiones, quia res est iam deducta in iudicium, factæ multæ expensæ, & iam probatæ qualitates Francisci. Vnde etiamsi essemus in terminis acceptationum, & oppositionum ad beneficia patrimonialia, adhuc censeretur præseruatum ius Francisci, Put. *decis.* 553. *num.* 4. *lib.* 3. Sarn. *d. quæst.* 1. *vers. tertius modus in fin.* & facit cont. Bellarm. 34. *num.* 21. *&* 24. *col.* 3. *vers. quod tamen modifico*.

3 Non obstat, quòd Franciscus non sit præsentatus à Patrono, & ex sola oppositione non possit ius prætendere, quia in beneficialibus nemo acquirit ius ex facto proprio, Cassador. *d. decis.* 18. *num.* 3. quia Franciscus non prætendit ius principaliter ex sua oppositione, sed ex fundatione, quæ illum tamquam proximiorem specialiter vocat. Et sic assimilatur præsentato, siue electo, Put. *d. decis.* 553. *num.* 4. Et cùm Patronus non possit contrauenire dispositioni fundatoris, Bald. *cons.* 38. *num.* 2. *lib.* 4. Ista spes certa regulanda est, ac si effectus sequutus esset, *l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* cum ibi not. Mandos. *d. cons.* 51. *num.* 12. Nec decisiones in contrarium allegatæ fundantur in non iure, sed in modico præiudicio, ac etiam in stylo Curiæ, vt patet ex illarum lectura, & Sarnen. *d. quæst.* 1. *vers. illud tamen*. Et ideò non debent trahi extra suos casus, vt dicit Bellarm. *d. cons.* 34. *vers. ad septimum dubium*, ibi, *nisi consuetudo Curia aliud induxisset*.

4 Non obstat, quòd fundatio, & lis fuerit narrata in gratia Henrici; vnde clausula, *dummodo non sit alteri, &c.* debeat intelligi de alio præiudicio, quàm expresso, Crescen. *decis.* 7. *de iure patron.* quia non fuit expresse narratum Papæ, quòd quis tamquam proximior iam se opposuisset, & probasset suas qualitates, & ideò cùm Papa non intellexerit, hoc præcisum ius Francisci, non est dicendum, Papam sub inuolucro verborum illud voluisse auferre; oportet enim quòd Papa expressè intelligat præiudicium, Bellarm. *d. cons.* 34 *num.* 21. *col.* 2. *circ. med.* Sarn. *d. quæst.* 1. *vers. qua omnia*.

5 Non etiam facit, quòd fuerint apposita edicta, & Franciscus intra terminum non comparuerit; vnde potuerit Ordinarius lapso termino procedere ad institutionem Henrici præsentati à Patrono per doct. Rebuff. *tract. de nominat. quæst.* 17. *dub.* 10. *num.* 14. Quia Domini inclinabant prædicta omnia fuisse nulla, rationibus hic deductis per informantes pro Francisco. Et consequenter non potuisse nocere Francisco tamquam venienti re integra, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iud. reg. non præstat impedimentum de regul. iur. in* 6. Et fuit allegata decisio in causa Calaguritana dimidij beneficij 22. Aprilis 1602. coram Reuerendiss. P. D. Ottemberg.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana separationis tori.

Veneris 2. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Statuta Vrbis comprehendunt etiam causas spirituales, ac alias, quæ inter ciues extra Curiam Capitolinam tractantur, cùm dicantur statuta Papalia.

SVMMARIVM.

Separationis tori causa dicitur spiritualis, & fori Ecclesiastici, num. 1.

Statuta laicorum non comprehendunt causas spirituales, ac fori Ecclesiastici, num. 1.

Confirmatio statutorum laicorum facta per Papam non extendit statuta ad causas spirituales, n. 1.

Fallit in statuto edito authoritate Papa, & in confirmatione specifica, & ex certa scientia, n. 4.

Statuta Vrbis vti condita à deputatis Papa dicuntur Papalia, & non sunt restricta ad forum Capitolinum, sed seruantur in omnibus tribunalibus, ac etiam in Rota, & ligant etiam Clericos, n. 2.

Confirmata dispositio accipit robur à confirmante, n. 2.

Causa spirituales, & persona Clericorum quoad forum pari passu ambulant, n. 3.

Ægidiana non habet locum in causis spiritualibus, quamuis fuerit confirmata à summo Pontifice, nec etiam in causis Clericorum, num. 5. *Vbi adducitur ratio.*

Extensio censetur facta cum omnibus qualitatibus, & eadem remanente natura, n. 5.

Dictio omninò, *est pracisa, & vniuersalis, & significat indistinctè, & omni casu, n.* 6.

Verbum nulla, *est negatiua vniuersalis in omnibus verificanda, n.* 6.

Dictio vniuersalis geminata, nullam capit restrictionem, num. 6.

Argumentum à proportionabilibus in iure procedit, n. 7.

Causa matrimonialis, quoad appellationem de iure communi non inuenitur priuilegiata, n. 8.

DECISIO XCVIII.

QVoniam istos coniuges ciues esse non ambigitur, & 1
constat de duobus conformibus ad euitandum statutum Vrbis lib. 1. cap. 178. cui locum esse pro parte D. Lauræ dicebatur, informatores pro D. Io. Baptista, respondebant causam separationis tori de qua agitur esse spiritualem & fori Ecclesiastici, *c. accedentibus de excess. Pralat.* & ibi Doctor. Ideòque comprehendi non posse sub hoc laicorum statutorum iuxta dispositionem *cap. Ecclesia sancta Maria de constit.* Neque ad hunc effectum suffragari posse confirmationem Papæ, quia illa tantùm roborat statutum quoad causas in illo comprehensas. Non autem illud extendit ad alias causas spirituales, Ias. *in l. mare, num.* 41. & Dec. *num.* 31. *de iurisd. omn. indic.* Alex. *cons.* 59. *lib.* 1. *& cons.* 39. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 9. *n.* 2. *lib.* 3.

Verùm his non obstantibus, Domini fuerunt in contra- 2
ria sententia, moti ex quo statutum de quo agitur est Papale, & conditum à deputatis à Papa. Vnde non est restrictum ad forum Capitolinum, sed seruatur in omnibus Curijs, & etiam quoad nos, & Clericos comprehendit, vt sæpius tenuit Rota, & signanter in vna Romana hæreditatis de Comitibus 21. Iunij 1577. fel. me. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, in qua dicitur, hoc priùs fuisse decisum coram Binacino, & Robusterio. Quòd si tunc ita Rota censuit, videtur idem nunc multò magis dicendum, postquam fel. rec. Greg. Papa XIII. vt legitur in eius Bulla, in principio voluminis statutorum impressa, mandauit nonnullis Cardinalibus, alijsque personis Ecclesiasticis in dignitate constitutis, vt statuta viderent, corrigerent, supplerent, & emendarent, prout fecerunt, dictisque statutis eo modo correctis & emendatis, idem Papa suam specificam confirmationem impartiuit, *cap. si Apostolica, de preben. in* 6. *l.* 1. *Cod. de vet. iur. enucl.* Bal. *in l. ex placito, Cod. de rerum permut.* Rebuff. *super concord. tit. de form. mand. Apost. in gloss. in verbo confirmationem, in principio*.

Igitur cùm ratio diuersitatis aliqua dari non possit inter 3
causas spirituales, & personas Clericorum, qui sunt quid spirituale, *cap. si iudex, de sent. excomm. in* 6. statutum circa personas, & causas æquè debet operari, *ad vulg. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup.* Et per consequens, quòd antea decisum est super personis Clericorum, nunc ex facti contingentia super causis spiritualibus resoluendum esse satis perspicuum est.

Deducta autem pro D. Ioanne Baptista non obstant, 4
cùm non versemur in statuto laicorum, vel in statuto simpli-

plicitet confirmato, sed in statuto edito authoritate Papæ, & in confirmatione specifica, & ex certa scientia; quo casu supradicti Doctores non loquuntur, vt videre est apud Alex. *d. cons.* 39. *num.* 8. & Ias. *in d. l. more*, *num.* 42. qui alios cumulat.

5 Neque magis vrget simile, quod etiam fuit propositum de Ægidiana, quæ quamuis confirmata à summis Pontificibus, in causis tamen spiritualibus locum non habet, vt est notissimum: nam vltra responsionem quæ ex prædictis resultat, adhuc dicitur, confirmationes illas fuisse solùm pro simplici extensione illius constitutionis ad totum statum Ecclesiasticum. Extensio autem censetur facta cum omnibus qualitatibus, & eadem remanente natura, *l. sed etsi remanente*, *ff. de precar. l. labeo*, §. *hæc autem*, *ff. de arbitr.* Vnde nec in causis Clericorum ea constitutio locum habet, vt fuit dictum in quadam Auximana bonorum de anno 1579. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in alijs sæpissimè. Ita vt etiam ex hoc solo capite appareat manifestè ab Ægidiana, ad statutum Vrbis argui non posse.

6 Sic igitur firmata in hoc statuto disponente facultate etiam circa causas spirituales; non est dubium, quin verba statuti, quæ sunt omninò in nulla causa seu casu, apta sint etiam dictas causas comprehendere. Dictio enim *omnino*, est præcisa & vniuersalis, Brisson. *de verb. signif. lib.* 13. *in verb. omnino*, Ruin. *cons.* 150. *num.* 17. & significat indistinctè, & omni casu, Glos. & Bart. *in l. si cum exceptione*, §. *quatenus*, *ff. de eo quod met. caus.* Ias. *cons.* 4. *col.* 4. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 133 *num.* 8 *lib.* 2. & verbum *Nulla*, pariter est vniuersalis negatiua in omnibus verificanda; Paris. *cons.* 53. *num.* 4. *lib.* 3. & denique vniuersalis geminata, nullam capit restrictionem, Surd. qui alios congerit, *cons.* 453. *num.* 51.

7 Et concludendo ad casum huius causæ, cùm statutum in omnibus Curijs seruari mandet dispositionem de duabus conformibus, ideóque seruari debeat, & seruatur in Rota, vt est dictum, non potest dari ratio, quare in causa separationis thori quæ in Rota vertitur, statuto locus esse non debeat, ex quo illud in omnibus Curijs intelligi debet iuxta qualitatem fori, & sic in Rota possunt tractari, & in foro Capitulino de causis quæ in illo foro agi possunt, arguendo à proportionabilibus, quod argumentum in iure procedit, Bald. *in l. si filius*, *num.* 6. *si cert. petat.* Statuentes enim, & Papa, qui authoritatem dedit statuendi, & qui confirmauit, solùm habuerunt præ oculis quod lis esset inter Romanos, & non curarunt qualis esset causa, vel in quo tribunali ageretur.

8 Et cum causa matrimonialis, quoad appellationem de iure communi non inueniatur priuilegiata, quia neque in illa licèt tertiò procurare, Rot. *decis.* 19. *de re indic. in antiq.* Abb. *in cap. fraternitatis*, *num.* 21. *de frigid. & malef.* Franc. *in cap. directè*, *num.* 7. *in fin. de appell.* Nec etiam priuilegiata sit à statuto loquente de duabus conformibus, non est cur à statuto comprehendi non debeat, & cur in causa separationis thori inter Romanos ciues, in tribunali competente agitata, duæ conformes non faciant rem iudicatam. Itaque fuit conclusum locum esse statuto.

R. P. D. L I T T A.

Vlibonens. iuris conferendi.

Veneris 2. *Decembris* 1605.

A R G V M E N T V M.

Concursus non habet locum in Parochialibus, quæ sunt de mensa alicuius Monasterij. Et plura adducuntur ad probandum, Ecclesiam esse de mensa Monasterij, & esse Monasterio originaliter subiectam.

S V M M A R I V M.

Ecclesia parochialis vbi est subiecta Monasterio, aut annexa, vel de eius mensa, non est locus concursui, sed Monasterium nominat; Episcopus verò sine concursu approbat, num. 1. *& n.* 7. *Vbi quod id non procedit vbi in Vicarium non transfertur Cura, sed exercitium.*

Vnio vel annexio vnius Ecclesiæ probatur per signa, & argumenta, n. 1.

Ecclesiæ ædificatæ intra dominium Monasterij, ad Monasterium spectare dicuntur, n. 2.

Ecclesiæ parochialis dominium est penes Monasterium, quod decimas percipit, ita vt Ecclesia dicatur de mensa illius, & Cura resideat habitu penes Monasterium, Exercitium vero Curæ penes Vicarium, n. 2.

Ecclesiam ad aliquem spectare, colligitur ex solutione onerum illius per ipsum facta, n. 3.

Ecclesiæ parochialis Cura non residet penes Vicarium amouibilem, sed solùm Cura, n. 4. *Vbi maximè si appelletur Vicarius, non Rector.*

Rector, & Vicarius sunt synonima; & sæpè vnum pro alio ponitur, n. 4.

Subiectio Ecclesiæ Monasterio denotatur, quando Monasterium percipit decimas, sustentat onera, & assignat congruam Vicario, n. 5.

Episcopo debetur quarta omnium decimarum, etiam ratione Ecclesiarum ad aliquod Monasterium spectantium, numer. 5.

Ecclesia dicitur originaliter fuisse de mensa Monasterij, quando fuit ædificata in territorio Monasterij, & alia concurrunt, de quibus, n. 6.

Vicaria non dicitur perpetua, quando in eius erectione, assignatur certa portio Vicario, & reliquum reseruatur Monasterio, penes quem remanent onera, n. 8.

Episcopus tenetur vigore Conc. Trid. Vicarios amouibiles facere perpetuos, n. 8.

Ecclesia non desinit esse de mensa Monasterij, ex deputatione Vicarij perpetui, nec per eam dicitur translata in Vicarium perpetuum Cura, sed exercitium, n. 8.

DECISIO XCIX.

PLures sunt Ecclesiæ Parochiales in territorio de Alcobatia, ad quarum curam exercendam Commendatarius prætendit, Vicarios per eum nominandos debere ab Archiepiscopo absque concursu institui; cuius contrarium prætendit Archiepiscopus. Ideò hodie strictè dubitatum fuit, an constet Ecclesiam beatæ Mariæ de Alcobatia spectare ad Monasterium de Alcobatia, vt non sit locus concursui. Et Domini partem affirmatiuam amplexi sunt, quia quando Ecclesia Parochialis est subiecta Monasterio, aut annexa, vel de eius mensa, tunc non est locus Concilij Tridentini decreto, *sess.* 24. *cap.* 18. *Cod. de reformat.* Sed Monasterium nominat. Episcopus verò sine concursu approbat; iuxta trad. *in cap.* 1. *de Cappell. Monach. cap. de Monach. de præbend.* Et fuit resolutum in causa Tirasonen. iuris præsentandi 23. Maij 1588. coram bon. mem. Bubalo, & 13. Octobris 1595. coram me. Ecclesiam autem esse subiectam Monasterio, aut annexam, vel de mensa non est necesse probare per instrumentum Vnionis, vel Annexionis; sed potest etiam probari per alia signa & argumenta, vt fuit decisum in causa Pampilonensi de Stella 14. Decembris 1598. coram Illustr. Cardinali Seraphino. 1

In casu proposito Domini inter alia primò considerarunt, quòd Monasterium ante ædificationem huius Ecclesiæ, erat Dominus totius districtus de Alcobatia, titulo donationis factæ per Alphonsum Primum Regem Portugalliæ diuo Bernardo Abbati Clarauallen & per Innocentium Papam Tertium confirmatæ, vt *in summario num.* 1. cuius dominij ratione Ecclesiæ ibi ædificatæ dicuntur ad Monasterium spectare, glos. & Doctores *in d. cap. de Monachis*, *in verbo prouentibus*, *vers. si vero ex donatione*, *de præben.* Ex qua donatione iuncta perceptione decimarum, & fructuum totius dicti territorij, & in specie decimarum spectantium ad Ecclesias existentes in dicto districtu, vt probatur ex concordia inita inter Archiepiscopum & Commendatarium de anno 1335. de qua *in summario*, *num.* 3. *& in cap.* 1. 4. *&* 5. Et ex testibus *in summario*, *num* 8. Item ex sententia Regis, *in summario*, *n.* 5. Ex separatione mensæ Conuentualis à mensa Abbatiali facta per Pium Quartum *in summario*, *num* 4. ex erectione huius Ecclesiæ in Vicariam perpetuam, *in summario*, *num* 9. denotatur manifestè, dominium esse penes eum qui decimas percipit; ita vt Ecclesia dicatur de mensa illius, & Curam residere penes Abbatem, & Monasterium, habitu, Exercitium verò curæ penes Vicarium; Card. *in Clem.* 1. *num.* 10. *quæst.* 9. *de offic. Vicar.* Glos. *in* 2

Cle-

Clementina, frequens, in verbo ad mensam, & ibi Vitalin. *num.* 83. & cæteri Doctores *de excess. Prælat.* Crescen. *decis.* 2. *de decimis*, Mohed. *decis. vlt. eodem tit.* Verall. *decis.* 339. *par.* 3. Capel. Tholos. *decis.* 109. *& ibi add.* Et fuit dictum in præcitata Pampilonen. de Stella.

3 Tertiò vltra donationem territorij, & perceptionem fructuum, & decimarum; fuit consideratum, quòd Monasterium sustinet omnia onera Ecclesiarum in dicto territorio existentium, tam quæ ratione visitationum, quàm quæ pro reparatione, & fabrica earumdem debentur; vt ex concordia anni 1244. *in summario, num.* 20. & ex alia anni 1335. *in summario, num.* 3. *cap.* 7. ex dictis testium, *summario, num.* 8. & ex visitationibus Archiepiscoporum, iunctis effectualibus solutionibus, de quibus *in summario, num.* 10. & in specie respectu huius Ecclesiæ *in summario, num.* 9. Ex solutione enim onerum per Monasterium facta pro Ecclesiis de quibus agitur, satis colligitur Ecclesias ad ipsum spectare, *Clem.* 1. *de iur. patr.* & ibi Vitalin. *num.* 8. *vers. vbi ergo totum est, cap.* 1. *& cap. de ijs, de Eccles. ædific. cap. final. de testibus*, Cæsar. de Grass. *decis.* 6. *de præben.*

4 Accedit, quòd ante erectionem huius Ecclesiæ in Vicariam perpetuam in hac Ecclesia deputabatur Vicarius amouibilis, vt probatur ex confessione ipsius Ordinarij in instrumento erectionis, quod est signum Curam penes dictum Vicarium non resedisse, sed solùm exercitium, ex alleg. in dicta Pampilonensi. Et quia ille qui præsentatur, non est Rector, sed Vicarius, quod etiam denotat, non Curam, sed exercitium dumtaxat esse penes vsum, vt tradit Vital. *in d. Clem.* 1. *num.* 7. *de offic. Vicar.* Quamuis etiamsi præsentationes loquerentur de rectoribus, obstantibus præmissis, non eo minùs diceretur, Ecclesiam spectare ad Monasterium, cùm ista sint synonima, & sæpè vnum pro alio ponatur, Gloss. *in Clem.* 1. §. *nonnulli quoque, in verbo Rectoribus*, & ibi Vitalin. *num.* 35. *de excess. Prælat.* cum alijs in his terminis allegatis in causa Vrgellens. Parochialis, 13. Nouembris 1603. coram Illustr. Cardinali Pamphilio.

5 Nec præsentationes possunt censeri factæ vigore iurispatronatus ex fundatione competentis propter perceptionem decimarum, sustentationem onerum, & assignationem congruæ portionis Vicario præsentato, quæ subiectionem denotant, *d. cap. de Monachis, & cap. Auaritia, de præben.* Lambert. *de iur. patron. articul.* 1. *quæst.* 10. *principali in* 3. *part.* 2. *lib. num.* 4. *vers. quartum ponit modum, & num* 7. *&* 8. cum alijs citatis per informantes. Nec facit quòd Archiepiscopus habeat ius decimandi, quia in concordia solùm dicitur, quod prætendebat ius percipiendi decimas. Vltra quod tale ius posset verificari, respectu quartæ debitæ Episcopo, etiam ratione Ecclesiarum ad Monasteria spectantium, iuxta dispositionem, *cap. conquerente, de offic. ordin.*

6 Non obstat, quòd Ecclesia de qua hodie agitur, fuerit constructa per Monasterium, ex quo non apparet descripta inter Ecclesias quæ de anno 1384. fuerunt expressæ reperiri intra limites Cauti de Alcobatia, vt *in summario, num.* 4. Quia fuit responsum, descriptionem esse restrictam ad Ecclesias existentes in districtu; non autem in oppido de Alcobatia, vbi Ecclesia Beatæ Mariæ de qua agitur, sita est, vltra quod etiam si illud esset verum, non per hoc tolleretur, quòd esset annexa, vel de mensa Monasterij cui incumbebat, vigore concordiæ anni 1335. Ecclesias ædificare. Vnde existentia huius Ecclesiæ in oppido de Alcobatia, quod cum eius territorio est de dominio Monasterij, iuncta perceptione decimarum, sustentatione onerum, assignatione congruæ, &c. Pro Vicario; facit, quòd Ecclesia ista in sui ortu verè nata sit subiecta, & numquam fuerit in aliquo statu libertatis, sed originaliter annexa, & de mensa, iuxta tradita per Butr. *in cap. eam te, num.* 11. Abb. *eodem num. vers. Nota hanc glos. de ætat. & qualitat.* Felin. *in cap. ex part.* 2. *num.* 1. *& seq. de rescript.* Vbi etiam dicit, quòd si Capella ædificaretur, vt esset beneficium de per se stans, de necessitate præsentati deberet Rector perpetuus, quod hic non fiebat, sed deputabatur Vicarius Amouibilis, vt suprà dictum ex confessione Ordinarij, & alias frustratoria fuisset erectio in Vicariam perpetuam.

7 Non obstat, quòd in Vicarijs perpetuis sit necessarius concursus; quia ad effectum, vt sit locus concursui, non inspicitur, an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, sed attenditur, an Vicaria spectet ad Monasterium, & ei sit subiecta, vel annexa, itaut cura penes Monasterium resideat; Quo casu non est locus concursui, sed sufficit approbatio ordinarij, iuxta resolutionem Illustrissimorum Interpretum Concilij. Super qua fundatur breue obtentum per commendatarium, à fel. recor. Clemente VIII. Declaratio verò eorumdem Illustrissimorum data pro parte Archiepiscopi, loquitur quando Cura transfertur in Vicarium, & non solùm exercitium, vt in casu isto.

8 Non obstat, quòd per erectionem in Vicariam perpetuam factam per Archiepiscopum, potest dici translata Cura in Vicarium perpetuum, quia lectura instrumenti erectionis contrarium apertè denotat, dum ibi assignatur certa portio Vicario, & reliquum reseruatur Commendatario, penes quem remanent onera, iuxta not. per Hostien. & Io. Andr. *in cap. exposuisti, de præben.* & ibi Abb. *in fin.* hoc benè declarat Felin. *in cap. postulasti, num.* 1. *vers. aut perceptio fructuum de rescript.* Rebuff. *de congr. port. nu.* 108. Et in ista erectione, vltra reseruationem fructuum, & onerum, Vicarius non nominatur Rector; & reseruatur Commendatario ius præsentandi, quod, stantibus præmissis, debet intelligi, sicuti priùs competebat, scilicet, cum approbatione Ordinarij, & non præuio concursu. Apparet enim in hac erectione, Archiepiscopum noluisse alterare statum huius Ecclesiæ in alio, quàm facere Vicarium de amouibili perpetuum, prout ei ex debito sui officij incumbit, ex decreto Concilij, *& cap.* 1. *de Capell. Monach. in* 6. Maximè quòd in dubio huiusmodi erectio, ita facta, intelligi debet, vt minùs præiudicet Commendatario, quàm sit possibile. Et propterea ex eo quòd dicat erigere Ecclesiam in Vicariam perpetuam, & beneficium Curatum, inferri non debet ad Curæ translationem in Vicarium, cùm ista verba optimè verificari possint ratione exercitij, & oneris administrationis Sacramentorum, Vicario perpetuo incumbentium. Nec ex deputatione Vicarij perpetui, Ecclesia desijt esse de mensa, Vital. *in d. Clem. frequens, num.* 35. *&* 84. *de excess. prælat.* Et fuit dictum in præcit. Vrgellen. Parochialis, coram Illustrissimo Pamphilio.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Vrbinaten. Beneficij.

Lunæ 5. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio conferendi acquiritur ex renunciatione beneficij coram se facta. Et plura deducuntur necessaria ad probandam, & acquirendam quasi possessionem.

SVMMARIVM.

Quasi possessio conferendi probatur ex admissione renunciationis in suis manibus, num. 1.

Renunciatio beneficij fit in manibus eius ad quem spectat collatio, num 1.

Collationis effectuatio probatur ex vacatione beneficij per obitum prouisi, num. 1.

Quasi possessio conferendi non acquiritur absque scientia ordinarij, num. 2. *Vbi tamen, quod talis scientia præsumitur.*

Quasi possessio conferendi non acquiritur absque bona fide, num. 2.

Status vltimus beneficij attendi debet ad validitatem collationis, num. 3.

Status beneficij non immutatur per prouisiones Apostolicas, num. 3.

DECISIO C.

1 DOmini censuerunt, de quasi possessione Capituli Lateranens. circa collationem beneficij de quo agitur, constare ex resignatione dicti beneficij à Francisco Thomasio illius Rectore facta in manibus Capituli de anno 1563. cùm renunciatio fiat in manibus eius ad quem spectat collatio, Imol. *in cap. audientiam, num.* 4. *de his quæ vi met. caus. fiu.* Vital. *in Clem. multorum, num.* 59. *de pæn.* atque ex collatione statim facta Ioanni Toffiæ per dictum Ca-

Capitulum occasione prædictæ resignationis, de cuius collationis effectuatione constat, ex quo per obitum Ioannis Toffiæ fuit à Sede Apostolica de hoc beneficio prouisus Canigianus, anno 1572. Oldrad. *cons.229, num.2. & 3.* Lambert. *de iurepatr. lib.2. part. 2. quæst.10. art.7. num.11.* Et ista quasi possessio Capituli coloratur titulo ex Bulla Bonifacij VIII. & quo adiuuatur, ex quo illud beneficium est situm & fundatum sub solo Lateranensi, & inuenitur descriptum in libro Cathenæ dicti Capituli, in quo etiam aliæ de huiusmodi beneficio collationes per Capitulum factæ adnotantur, cui libro in alijs causis Rota fidem habuit.

2 Neque obstat, quod opponitur de non scientia Archipresbyteri Iustini prætensi ordinarij ad Abbat. *in cap. cum Ecclesia, num.25.* & ibi Rip. *num.64. de caus. possess. & propriet.* Put. *decis.28. num.4. lib.2.* Nam si iste Archipresbyter est Ordinarius, præsumitur habuisse scientiam quasi possessionis Capituli, vt fuit dictum in causa Reatina beneficij 20. Iunij 1576. coram Illustrissimo Blanchetto. Si autem non est Ordinarius, prout reuera esse non videtur, nulla requiritur eius scientia, cùm de nullo eius præiudicio agatur, quia super iure conferendi neque de iure habet fundatam intentionem, nec apparet de aliquo eius priuilegio. Vnde nec quoad eum bona fides in Capitulo requirenda est, aliàs necessaria ad acquirendum quasi possessionem, Abb. *in cap. consultationibus, de iur. patron.* Mohed. *decis.10. eod. tit.* Et omnis difficultas tolli videtur ex quo prædicta collatio facta Ioanni Toffiæ per Capitulum, constituit vltimum statum huius beneficij, qui attendi debet, Oldrad. *cons.312.* & alij per Dec. *cons. 128. num.2.* & quem non immutauerunt collationes Apostolicæ factæ Canigiano primùm, deinde per eius obitum Horatio Pino, Ægid. *decis.107.* Achil. *decis.13. de iurepatr.* Accedit, quòd non agitur super iure conferendi inter Capitulum & Ordinarium, sed tantùm inter prouisos, & ad effectum validitatis collationis, vt in simili causa fuit consideratum in supradicta Reatina beneficij 6. Aprilis 1576. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Neque ad effectum de quo agitur quidquam facit, quòd Archipresbyter venerit ad causam, quia venit in statu, & secundùm prædictam causæ naturam, & D. Bonfilius non defendit nisi solam collationem sibi factam, pro qua sufficit illi quasi possessio conferendi penes Capitulum de tempore vacationis & collationis sibi factæ. De iure autem conferendi agendum est cum Capitulo Lateranen. Itaque fuit conclusum, constare de quasi possessione Capituli.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana Assecurationis dotis.

Lunæ 12. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Assecurationis dotis locus est, etiam vbi maritus non vergit ad inopiam, vbi maritus relicta vxore abijt in partes longinquas, nullis relictis bonis. Et quando dos dicatur data in æstimationem, ita vt res in dotem datæ transeant in maritum. Et an pater possit agere ad dotem nomine filiæ absque mandato. Et defenditur sententia à pluribus nullitatibus, de quibus singillatim in summario.

SVMMARIVM.

Clausula, arbitrio, *importat prout de iure, n.1.*

Dos si ab initio fuit promissa in quantitate, & posteà detur aliquid æstimatum, eueniente casu restitutionis, maritus tenetur restituere quantitatem, nec restituendo rem æstimatam liberatur, n.1.

Æstimatio in dote facit venditionem, n.1.

Venditio pro pretio æstimando fieri potest, n.2.

Renunciare quilibet potest suo fauori, n.2.

Acceptare censetur scripturam, & omnia in ea contenta, qui illam recipit, ac ea vtitur, n.2.

Acceptatio se extendit ad prenunciata, & ad aliud prolata, num.2.

Dictio prædicta est relatiua, & repetitiua omnium, & refert omnes qualitates supra expressas, n.3.

Referens nihil probat, non constito de relata, n.4.

Referens vbi est certum, non est necesse, quod constet de relato, num.4.

Recipiens mandatum seu ordinem sibi præiudicialem absque aliqua protestatione seu interpellatione sibi præiudicat, num.5.

Dotis assecuratio non debet fieri vbi vir non vergit ad inopiam, num.6.

Dotis assecuratio constante matrimonio fit, vt mulier secura sit de dote, & ex dote se alere possit, numer.6.

Dotis assecuratio fieri debet, etiamsi maritus non vergat ad inopiam, quando vxor de ordine Principis fuit abducta è potestate mariti, & parentibus consignata, & maritus abiit in partes longinquas, nullis relictis bonis, num.7.

Mulier viuente patre, non potest à marito recipere dotem profectitiam absque consensu patris, n.6.

Sententia dicitur nulla, quando is qui procuratorio nomine comparuit, nullum habebat mandatum, n.8.

Actus valet ex capite, quo valere potest, quando fuerunt duæ causæ expressæ, nec agens ad vnam potius, quàm ad aliam se restrinxit, n.8.

Pater in causa dotis potest agere pro filia, & comparere absque mandato, & sufficit quod filia non dissentiat, num.8.

Dotis actio est communis patri & filiæ, licèt constante matrimonio plusculum iuris habeat filia, n.8.

Iuramentum calumniæ non præstitum vbi fuit petitum inducit nullitatem, n.9. Vbi quod sufficit, quod præstetur in terminis substantialibus.

Iuramentum calumniæ potest præstare per patrem nomine filiæ absque speciali mandato, n.9.

Citatio ad sententiam circumducitur per terminum, præseruato post illam tentum, n.10.

Sententia lata nemine instante, nulla est, n.10.

Sententia lata ad fauorem actoris, valet etiam parte non petente, num.10.

Terminus seruatus ad sententiam pro vtraque parte operatur, vt vtraque pars dicatur institisse pro sententia, n.10. & num.11. adducitur id esse de stylo tribunalium Vicarij, & A. C.

Stylus in ordine iudicij debet attendi, n.11.

Stylus ordinatorius probatur ex fide notariorum, actuariorum, & de eo Iudex potest se extraiudicialiter informare, num.11.

DECISIO CI.

FVit dictum, Non esse locum arbitrio ad retardandam exequutionem sententiæ D. locum tenentis Illustrissimi Vicarij quoad scuta 906. pro pretio gemmarum, Clausula enim *arbitrio Rotæ*, importat, prout de iure, Cæsar. de Grass. *decis. 101. num. 2.* Paris. *cons 56. num. 5. lib.1.* De iure verò est, vt cùm ab initio dos in quantitate, nempe in scutis quinque millibus promissa fuerit, & gemmæ æstimatæ fuerint marito pro parte illius quantitatis, videlicet pro scutis nongentis sex, teneatur maritus restituere pretium, nec gemmas restituendo liberetur, *l. quoties, l. cum dotem, Cod. de iur. dot.* Socin. *cons.56. num.6. vers. septimus casus lib.1. notatur communiter in l. æstimatæ, ff. solut. matrim.* quia huiusmodi æstimatio facit venditionem, *l. 1.* ibique Glos. *Cod. de iur. dot. l. plerumque, ff. eodem*, fuit dictum in causa Spoletana Bonorum 6. Aprilis 1601. coram Reuerendissimo P. D. meo Decano, & in Bononiens. Pecuniaria 14. Februarij 1605. coram Reu. P. D. meo Pamphilio. 1

Neque obstat, quòd gemmarum æstimatio ex partium conuentione facienda esset per amicos communes, quæ tamen æstimatio facta numquam fuit. Nam fuit responsum, venditionem pro pretio æstimando fieri posse, *l. venditio, in fin. de contrahend. emptione*, & illud pretium esse certum, non conditionale. Ioan. de Anan. *cons. 59.* Dec. *cons.648.* Et hoc casu D. Didacum maritum etiam tacitè potuisse renunciare huic conuentioni, vtpote in suum fauorem factæ, *l. potest, ff. ad leg. Falcid. l. penult. C. de pact. §. finali, Instit. quib. mod. toll. oblig.* & alijs iuribus vulgatibus; 2

bus; & satis esse, quòd vtcumque facta fuerit æstimatio, illique Didacus acquieuerit, id autem manifestum est ex ordine, siue mandato directo Guicciardinis per D. Alexandrum socerum sub hac forma, videlicet, vt soluerent D. Didaco suo genero scuta 2594. quæ cum aliis sc. 906. pro pretio gemmarum eidem Didaco consignatarum, constituebant summam scutorum 3500. parte dotis D. Constantiæ. Quod mandatum cùm Didacus sine contradictione aut protestatione receperit ab Alexandro, & pecunias in illo contentas exegerit à Guicciardinis, seque simpliciter, & absq; vlla reseruatione subscripserit; sequitur illum acquieuisse, & consensisse enunciatæ summæ scutorum 906. pro gemmarum pretio; cùm recipiens scripturam, & multò magis illa vtens, censeatur omnia in illa contenta approbare, Bar. *in l. cum tabernam*, §. *idem quæsiit, in fin. de pignorib.* Dec. *consil.* 633. *num.* 16. latè Machesel. *sing.* 22. & Marsil. *sing.* 344. Maximè cùm acceptatio se extendat etiam ad pronunciata, & propter illud probata, Anchar. *in Clem.* 1. *n.* 5. *not. de iur.* Gabr. *conclus.* 2. *num.* 7. *de confess.*

3 Et quamuis subscriptio faciat tantùm mentionem de receptione scutorum 2594. Tamen vis approbationis consistit præcipuè in receptione mandati, & illius vsu, non in subscriptione tantùm; deinde illa subscriptio fuit facta solùm de prædicta summa, quoniam quitantia debebat remanere penès Guicciardinos, qui non debebant quitare nisi de solutis per ipsos. Postremò cùm in subscriptione enuncientur recepta prędicta scuta 2594. illa dictio *prædicta*, quæ est relatiua, & repetitiua omnium, Dec. *cons.* 108. *n.* 8. Paris. *cons.* 49. *nu.* 22. *lib.* 3. refert omnes qualitates expressas circa dictam pecuniam; sicque illam etiam qualitatem, quòd prædicta scuta 2594. iunctis aliis scutis 906. iam receptis in tot gemmis constituant summam scutorum 3500.

4 Non obstat, quòd prædictum mandatum sit relatiuum ad listam dandam his verbis: *Detti scudi 906. sono per la valuta de pinzoie & lingi, & altro hauuto da mi, come per vna lista, che a suo tempo si douerà inserire nel contratto, da farsi fra di noi.* Vnde cùm non appareat de lista relata, referens nihil probare videatur, Felyn. *in c.* 2. *de rescript. n.* 13. Dec. *cons.* 144. *num.* 6. Fuit enim responsum, mandatum circa receptionem gemmarum, & circa pretium pro quo gemmæ receptæ fuerunt, non se referre ad listam, & nunc agi non de restituendis gemmis, sed de restituendo gemmarum pretio. Ideòq; referens esse satis certum, neq; necesse aliàs esse quod appareat de relato, Bald. *in l. incuilo, n.* 3. *de legib.* Bart. *in l. admonendi, n.* 7. & ibi Ias. *in* 2. *lectura, n.* 28. Rip. *n.* 35. *&* 36. *de iureiuran.* Natt. *cons.* 40. *n.* 4. *&* 5.

5 Fuit etiam consideratum, non esse verisimile, quòd Didacus mercator bene cautus recepisset mandatum cum illa expressione pretij gemmarum, nisi de illo pretio fuisset contentus, præsertim cùm iam anteà gemmas accepisset, quemadmodum, & eas posteà semper retinuit sine aliqua protestatione, aut interpellatione, vsque ad dimidium quod dedit huic liti causam, *l. filiusfamilias* 2. *ff. ad Maced.* Dec. *cons.* 32. *n.* 19. Alex. *cons.* 147. latè Aym. *cons.* 106. Quæ omnia non parum etiam adminiculi recipiunt ex fide Notarij, qui fuit attestatus, cum pacta dotalia in stipulationem deduci deberent, eiusque rei causa partes in domum Alexandri conuenissent, lecta notula instrumenti, Didacum non reclamasse super confessione receptionis, & æstimationis gemmarum, sed instrumenti stipulationem perfici non potuisse, quoniam complemento scutorum quatuor millium deerant scuta 500. de quibus socero gener fidem habere noluit. His firmatis non obstant quæ circa iniustitiam sententiæ fuerant deducta. Quòd enim scuta tantùm 800. in gemmis ab initio fuerint promissa, non facit, quin Didacus volens potuerit recipere gemmas pro maiori summa, prout recepisse constat ex prædictis & in facto deducitur, illud augmentum scutorum 906. contigisse, ex quo res quædam fuerunt superadditæ d. Alexandrum.

6 Minus obstat, quòd dicebatur, non vergente viro ad inopiam, non fuisse locum assecurationi dotis, *l. si constante*, *ff. sol. matrim. l. vbi adhuc, C. de iur. dot. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor.* Nam cùm assecuratio dotis constante matrimonio fiat, vt mulier secura sit de dote, & ex dote se alere possit, Ias. *in d. l. si constante, n.* 46. *&* 47. *ff. solut. matr.* Tenuit Rot. in Romana fructuum, Lunæ 17. Aprilis 1600. cor. R. Rodien. fuit responsum, hoc casu huiusmodi assecurationis locum proculdubio fuisse factum, quando de ordine Papę vxor abducta è domo, & potestate mariti, atq; parentibus fuit consignata, & maritus abiit in partes longinquas, nullis in Vrbe relictis bonis, ita vt si dos non assecuraretur, actum esset de illa, cùm tamen publicè intersit, dotes mulieribus conseruari, *l.* 1. *ff. solut. matr.* neq; haberet Constantia, vnde se alere possit.

7 Nec etiam obstat, quòd gemmæ restitutæ essent Constantiæ, vt per eam de illis fuerit facta quitantia Didaco marito, siquidem cùm dos in pecunia, non in gemmis restituenda esset, Constantia vti mulier & minor, non potuit sine decreto iudicij iuxta formam statutorum Vrbis quitare maritum, gemmas recipiendo, sicque faciendo actum qui non erat necessarius, imò nec de iure communi potuit quitare recipiendo dotem profectitiam viuente patre, illoque non consentiente, *l.* 3. *in prin. ff. solut. matrim.* Neque subsistit quod dicitur, Constantiam bis idem exigere velle. Nam quo tempore sententia fuit lata, gemmæ iam erant penes argentarium depositæ, ac etiam hodie existunt, neq; aut Alexander, aut Constantia impediuit quin Didacus de illis suo arbitrio possit disponere.

8 Postremò non obstant nullitates. Prima enim deducitur ex quo d. Alexander pater procuratorio nomine comparuit, non docto de mandato, Achil. *decis.* 6. *de procur.* Crescen. *decis.* 8. *de sent. & re iudic.* Verùm fuit responsum, Alexandrum comparuisse tantùm in subsidium & absente procuratore in actis constituto. Deinde comparuisse tamquam patrem & procuratorem; Ideòque cum se non restrinxerit ad facultatem procuratoris, sed etiam paternam causam expresserit, valet actus vt factus à Patre, licèt vt à procuratore factus non valeret. In causa enim dotis pater agere & comparere potest, sufficitque quòd filia non dissentiat, *l.* 2. §. *voluntatem*, vbi Ias. *in* 5. *not. ff. solut. matrim.* & actio dotis communis est patri & filiæ, *l.* 1. §. *& per hæc, C. de rei vxor. act.* licèt plusculum iuris habeat filia constante matrimonio, Bald. *in auth. quod locum in* 4. *q. n.* 7. *C. de collat.* Nec refert, quòd Alexander copulatiuè comparuerit vt pater & procurator, quia cum vna qualitas sufficeret, sufficit etiam, quòd illa tantùm verificetur, ad cumulat. per Tiraq. *caus. sess. limit.* 22. *n.* 4. *& seq.*

9 Secunda deducitur ex quo iuramentum calumniæ petitum, non præstitum fuit, *c.* 1. *de iuram. calum. in* 6. Rot. *decis.* 2. *eod. tit. in antiq.* Sed fuit responsum, sufficere, quòd in terminis substantialibus huiusmodi iuramentum pręstitum fuerit, vt resoluit Rota in causa Romana rescissionis contractus 16. Martij 1590. & in alia Romana, siue Bononien. census 7 Maij 1601. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano. Nec obstat, quòd præstitum fuerit per dictum Alexandrum non habentem mandatum speciale; nam tale mandatum in patre non requiritur, vt expressè trad. Sucin. *in c. pertractandis*, *num.* 19. *de iur. calum.* & facit Imol. *eod. c. num.* 3. Pur. *decis.* 21. *lib.* 2. Maximè cùm tractaretur causa dotis, & satis cessaret calumniæ suspicio.

10 Vltima deducitur ex quo citatio ad sententiam contra Didacum, veniebat pro 2. Septembris, & tamen fuit lata sententia decima eiusdem mensis, qua die fuit tentus terminus *pro seruato* ad instantiam Didaci petentis, absolutoriam per quam secundi termini seruationem primus fuit circumductus, Gabr. *cons.* 43. *lib.* 1. *num.* 40. Licet enim fuerit tentus terminus pro vtraq; parte, tamen quia Didacus petebat solum absolutoriam, citatio non poterat esse communis vtriq; parti, ideoque sententia remanet nulla, tamquam lata nemine instante, Cæs. de Grass. *decis.* 9. *n.* 4. *de caus. poss. & propriet.* Ias. *in l. properandum*, §. 1. *n.* 5. *C. de iudic.* Fuit dictum in Comen. Cappellaniæ 28. Ianuarij 1591. coram Reu. P. D. meo Decano. Verùm fuit responsum, valere sententiam latam ad fauorem actoris, etiam parte non petente, vt ex Ias. & Ang. dicit idem Cęs. de Grass. *in præal. decis.* Deinde non subsistere, quòd sententia lata sit non instante Constantia, quia terminus seruatus pro vtraq; parte habet inuenire instantiam vtriusq; partis petentis sententiam, & ex sportulis depositis, atq; ex tradita notula sententiæ, quæ posteà subscripta fuit, satis apparet Constantiam institisse pro sententia.

11 Postremò fuit conclusum, ex stylu dato per informantes pro Constantia, quòd Iudex tam in Tribunali Vicarij, quàm A. C. sæpè in citatione ad sententiam tenet terminum pro seruato pro vtraq; parte; & durante d. termino, si ius est pro actore, fert pro illo sententiā absq; illa citatione,

& Notarius extendit decretum in citatione illius contra quem fuit lata sententia: nam in hac materia, stylus attenditur, Franc. *in c. fin n.6. de re iud. in 6.* Rom. *cons.* 367. *nu.* 11. Fuit dictum in causa Attoricen. Congruæ 19. Iunii 1587. coram Illustrissimo Manrica. Et cùm iste stylus sit ordinatorius, non decisorius, satis probatur ex fide Notariorum Actuariorum, Soc. *cons.* 36. *n.* 11. *&* 39. *n.* 28. *lib.* 4. cum sufficiat, quòd de illo extraiudicialiter constet, vt tenuit Rot. in vna Mediolaneo. rescissionis contractus, Lunæ 17. Iunij 1602. coram R. P. D. meo Sacrato. Itaque fuit conclusum, non esse retardandam exequutionem, cum vtraque parte accuratè informante, dubium semel, atque iterum propositum fuisset.

R. P. D. LANCELLOTTO,
postea S. R. E. Cardinali.

Florentina Domus.
Veneris 17. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Hereditas patris non adita per filium transmittitur ad suos hæredes cum suis qualitatibus, & cum beneficio abstinendi.

SVMMARIVM.

Filiorum est prima causa in successione parentum, n.1.
Filius hereditatem patris non aditam, transmittit ad suos heredes, n.2.
Hereditas transmittitur cum suis qualitatibus, n.3.
Filius dicitur heres ipso iure non obstante, quod habeat beneficium abstinendi, n.2.
Clausula, Saluo iure, *supplet ea, quæ omissa fuerunt in inuentario, n.4.*

DECISIO CII.

1 DOmini resoluerunt medietatem domus esse debitam Cleriæ, quia cùm tota domus spectauerint ad Nicolaum, & ipse reliquerit duos tantùm filios, Cæsarem & Don Ioannem Baptistam, illi tamquam habentes primam causam successerunt in bonis paternis ab intestato, *l. inter filios, C. de familia ercis. l. scripto, ff. vnde liberi, cum concord.* ita vt in ista domo vterque successerit, cùm autem medietas ex Cæsare in Lucretiam eius ex testamento hæredem peruenerit, & cum assignatio dotis Cleriæ fuerit à Cæsare arbitrio Lucretiæ commissa, iterant quæ aliis decisionibus dicta fuerunt circa istud arbitrium saltim tacitum per Lucretiam datum.

2 Quibus non obstat, quòd cùm Cæsar adiuerit hæreditatem Nicolai medietas domus non potest dici fuisse in hæreditate ipsius Cæsaris: nam etiamsi non constet, Cæsarem adiuisse hæreditatem Nicolai patris, attamen cùm decesserit intra tempus datum ad deliberandum, potuit transmittere hæreditatem etiam non aditam ad quoscumque hæredes potentia & virtute suitatis, & sic ad Lucretiam sororem quam instituit, *l. 3. C. de iur. delib.* & ibi Bald. & Alex. *in summ.* & post alios quos allegat, tradit Gomez *var. resol. tit. 1. c. 9. n. 27 vers. si ego,* Alex. *cons.* 115. *n.* 11. *lib.* 2. Surd. *decis.* 138 *num.* 18. 9. cum aliis pro Cleria allegatis, & bene facit Gloss. *in l. 1. §. prætermittere in verb. quidquam facit, ff. si quis omissa causa testa.* Vbi quòd illi existentes in potestate, sunt statim & ipso iure hæredes, etiamsi non se immiscuerint, licet abstentio facere possit quominus teneantur creditoribus.

3 Vnde non obstat, quòd filius ante aditionem habeat beneficium abstinendi concessum de iure prætorio, & quòd ipsa abstentio transmittatur, cùm hæreditas transmittatur cum suis qualitatibus, Bald. *in c. 1. numer. 8. C. de his qui ante apertas tabulas.* Nam huiusmodi beneficium abstinendi est concessum principaliter in fauorem filij, vt ei tollatur necessitas qua præcisè tenebatur succedere in hæreditate paterna, & vt illi tollatur suitas in casu damnoso, non autem in caso quo tractatur de eius commodo & vtilitate, prout hic, vt bene declarat Gomez *vbi suprà.* Vltra quòd beneficium abstinendi non facit quin filius dicatur hæres ipso iure, vt per Gloss. *in d. verbo quidquam facit.* Et consequenter, cùm nec filius, nec hæres declarauerint velle abstinere, & pro iure Cæsar filius Nicolai fuerit hæres domus de qua agitur, tamquam Nicolai patris Cæsaris, & D. Ioannis Baptistæ spectarit pro medietate ad ipsum Cæsarem, & inde Lucretiam eius hæredem, text. *in l. cum antiquioribus C. de iur. delib.* non loquitur in filio, qui ipso iure est hæres; sed in extraneo, & ideò non obstat in casu isto.

Neque obstat, quòd Lucretia non posuerit hanc domum, 3
siue illius medietatem in inuentario, quia ad hunc effectum sufficit quòd adiuerit hæreditatem patris; nec omissio domus operatur, quin ipsa agnouerit se hæredem, & potest suppleri per clausulam *Saluo iure,* Castr. *in l. fin. §. cum committitur, C. de iur. deliber.*

R. P. D. MARQVEMONTIO.
postea S. R. E. Cardinali.

Camerinen. Donationis.

Luna 19. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Donatio causa mortis est contractus, & comprehenditur sub statuto *de contrac. sin. cert. solemn. non valet.* Et ex quibus probentur dictæ solemnitates, & quando possit fieri per filium absque consensu patris, & quando pater possit contractum filij authorizare ad sui commodum directè vel indirectè, vt putà, quando filius donat fratri, & in re donata, patri quæritur vsusfructus. Et ex quibus validetur contractus inter patrem & filium, & an donatio rei litigiosæ valeat. Et plura alia de vitio litigiosi, & in quo considerari possit.

SVMMARIVM.

Mater tenetur solam legitimam filio relinquere, n. 1.
Lex quamuis dura seruanda est, n. 1.
Filiusfamilias non potest donare causa mortis absque patris consensu, n. 1.
Statutum de contractibus mulierum sine certa solemnitate non valituris, habet locum etiam in donatione causa mortis à muliere facta, n. 2.
Donatio causa mortis licèt sortiatur effectum post mortem, tamen quoad ordinationem, & initium, & prout est in fieri æquiparatur contractibus, num. 2.
Pater non potest mediante suo consensu authorizare contractum filij, ex quo sibi commodum quæritur, n. 3.
Vbi etiam si commodum non directò, sed indirectò ad ipsum perueniat, n. 3.
Pater mediante suo consensu authorizat donationem filij factam ad fauorem fratris, & alterius filij, & tunc patri nullus quæritur vsusfructus, n. 3.
Vsusfructus patri censetur prohibitus in relicto facto per matrem filio secundi matrimonij, ne aliàs relictum annulletur per dispositionem l. hac edictali, C. de secund. nupt. *num. 3.*
Iuramentum validat donationem, & quemlibet alium contractum inter patrem, & filium, n. 4.
Donatio facta per filium patri, valet, & tenet quando pater palam bona fide confessit, n. 4.
Notario attestanti de acto tunc gesto creditur, n. 5.
Decretum iudicis attestans omnia fuisse legitime facta, indirectè importat, vt censeatur adhibita causa cognitio, num. 5.
Decreto iudicis attestantis fuisse adhibitas solemnitates, est credendum, n. 5.
Præsentia consanguineorum, qui ex forma statuti debebant interuenire in contractu est probanda ab eo qui impugnat contractum, numer. 6. Vbi declaratur vt procedat vbi aliqui interuenerunt consanguinei, licet non sint proximiores requisiti à statuto, secus vbi nulli interuenerunt consanguinei.
Decretum iudicis habet præsumptionem pro se, quamdiu de contrario non docetur, n. 6.
Donatio rei litigiosæ valet ab initio, sed annullatur perinde ac si non esset facta, n. 7.
Litigiosi vitium non contrahitur in alienatione vniuersali, num. 7.
Litigio non potest considerari; vbi de dominio rei non est lis, num. 7.
Litigiosi vitium non contrahitur, vbi fuit intentata actio personalis, n. 7.
Litigiosi vitium non contrahitur in cessione actionum, n. 7.
Donatio causa mortis, quoad effectum æquiparatur potius vltimæ voluntati, quam contractibus, n. 8.
Litigiosi vitium non contrahitur per legatum, fideicommissum, seu donationem causa mortis, n. 8.

DE-

DECISIO CIII.

1 QVamuis hęc mulier pietati maternæ defecerit, cùm attributa tantùm legitima proprio filio infanti, omnia sua bona contulit in fratrem suum, donatione causa mortis; tamen cùm fecerit, quòd sibi per legem licebat, *l. 1. de inoff. donat. l. si mortis causa, C. ad legem Falcid.* Bald. *cons. 62. n. 3. in fin. lib. 4.* Et lex scripta, quamuis dura seruanda sit, *l. prospexit, §. ipsa igitur, ff. qui & à quib. manum.* Fuit conclusum, donationem fuisse validam, quandoquidē in ea interuenit consensus patris necessarius, ex quo mulier donans erat filiafamilias, *l. tam. 15. §. 1.* & ibi Gloss. & Bart. *de don. cau. mortis*, fuerunt pręsentes duo consanguinei, & adhibitum fuit decretum Iudicis ex forma præscripta per statutū ciuitatis Camerini, in qua facta fuit donatio.

2 Nam quicquid dixerit Ias. *in l. 2. n. 12. de leg. 1.* & ibi Alex. & alii Ias. sequuti, insistendum magis videtur opinioni, quæ habet solemnitatis à statuto requisitas in contractibus mulierum debere etiam concurrere in donatione causa mortis à muliere facta. Est enim communis, vt fatetur ipse Ias. & patet ex trad. per Rip. *in d. l. 2. num. 10.* Bened. *in c. Raynutius, verbo testamentum 4. n. 31. de testam.* Rim. iun. *instit. de donat. in princ. num. 192. & seq.* Couar *de testam. part. 3. rubr. n. 5. & 15.* Lambert. *super stat. de contr. mul. gloss. 13. nu. 2. & 3.* Et ratio est in promptu, quia nempè donatio causa mortis licèt sortiatur effectum post mortem tantùm, tamen quoad ordinationem & initium, & prout est in fieri, æquiparatur contractibus, Doct. *in l. 2. de leg. 1.* Couar. *vbi suprà*, Paris. *cons. 97. n. 4. vol. 3.*

3 Non obstat, quòd dicitur, patrem non potuisse adhibere huic donationi consensum, cùm ex ea commodum expectaret rationi vsusfructus sibi acquirendi, quia hæc mulier fratri suo, ex eodem patre donauit. Fuit enim responsum pluribus modis. Primò quidem ex authoritate Castren. Fulgos. & Alex. qui dixerunt, donationem huiusmodi etiam ad fauorem fratris ex ipsiusmet consensu vali lari. Sed hæc responsio non videbatur tuta, quoniam multi Doctores tenent contrariam, vt patet ex Paris. *cons. 67. n. 21. & seqq. lib. 3.* & ex Cumul. per Tiraq. *de leg. connub. gloss. 8. n. 115.* & nouissimè per Asc. Clemen. *de patr. potest. c. 6. effect. 10. n. 6.* etiamsi donatio non tendat directò ad fauorem patris, vt in donatione facta vxori ipsius patris, latè consuluit Dec. *cons. 279.* Itaque secundò fuit responsum, hoc casu valere donationem, & proprietatem, & vsumfructum acquiri donatario, Io. Andr. *in add. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. porrò, vers. audiui in quadam quest.* Bart. *in l. 1. n. 3. & 6.* Castren. *n. 8. de auth. tut.* Oldrad. *cons. 26. n. 2. vers. quartò probatur*, quemadmodum in relicto facto filio secundi matrimonii per matrem non censetur relictus, imò prohibitus patri vsusfructus, ne aliàs relictum annulletur per dispositionem, *l. hac edital. C. de sec. nupt.* vt dicunt Castren. *cons. 250. col. penult. vers. Nos loquimur lib. 2.* Ruin. *cons. 121. n. 8. vers. Item non obstat lib. 1.* Quod Castren. & Ruin. dictum sequuta est Rota in vna Fauentina bonorum 24. Maij 1604. coram R.P.D. meo Ludouisio.

4 Postremò fuit responsum, donationem sustineri, etiamsi tenderet in fauorem patris, non tantùm propter iuramentum, quòd validat donationem, & quemlibet alium contractum inter patrem, & filium, Gabr. post alios *conclus. 4. de donat. numer. 3. & 4.* sed etiam propter decretum iudicis ex trad. à Couar. *in rubr. de testam. part. 3. nu. 7.* Tiraq. *de legib. connub. gloss. 8. n. 122.* Idque eo magis hoc casu procedit quandoquidem vltra decretum iudicis interuenerunt etiam consanguinei consentientes donationi. Vnde donatio palam & bona fide facta censetur, Lambert. *super stat. de contract. mul. gloss. 10. n. 10.* Et per consequens, locus est distinctioni, Bald. & aliorum relatæ per Tiraq. *loco supradict. n. 224* quòd valeat donatio facta etiam ad fauorem patris, quando pater palam, & bona fide consensit.

5 Non obstat, quòd statutum requirat præsentiam consanguinei proximioris. Et in hoc casu mulier donans habuerit quemdā consanguineum Iulium Herculanum proximiorem illis duobus qui donationi interuenerunt. Nam fuit dictum, quòd ille Iulius tempore factæ donationis, erat absens à Ciuitate Camerini, vt dicitur in instrumento donationis, & Notario de actu tunc gesto creditur, Alex. *cons. 80. num. 10. vers. sed in proposito lib. 5.* Præterea iudex suum decretum interposuit, & attestatus est, omnia legitimè facta fuisse, quæ attestatio indirectè importat causæ cognitionem, Gabr. *cons. 23. n. 6. lib. 1.* fuit dictum in causa Romana de Grandis 16. Februarij 1601. coram R. P. D. meo Decano, vbi allegabatur decis. sanct. me. Clem. VIII. in Catanien. illegitimitatis 10. Ianuarij 1583. in qua Rota censuit, decretum attestans seruatas fuisse solemnitates esse attendendum.

Denique si filius qui donationem impugnat, prætendit illum Herculanum non fuisse absentem, probare debet eius præsentiam, & quòd donationi potuerit interuenire, Guido. *decis. 94.* Castren. *cons. 124. in 2. dub. lib. 1.* Corn. *cons. 316. n. 7. in fin. lib. 1.* Aym. *cons. 80. n. 14.* Cùm regula sit, quòd impugnans contractum, debet probare ea quæ sunt causa impugnationis. Non obstat decisio in causa Perusina exequutionis 17. Nouembris 1567. coram Reu. P. D. meo Decano, quia in illa nullus consanguineus interuenerat contractui; ideò Rota dixit defectum huiusmodi per iudicis decretum suppleri non posse. Hic autem non petitur suppleri ex iudicis decreto defectum alicuius solemnitatis; sed tantùm vt pro decreto præsumatur, quamdiu non probatur contrarium, Achil. *decis. vlt. de præsumpt.* Præterea illa decisio loquitur in diuersis terminis, & dicit expressè, onus probandi præsentiam incumbere illis qui agunt ad rescissionem contractus. Ergo & incumbit huic filio, qui agit ad donationis inualiditatem. 6

Vltimò non obstat, quod dicitur, donationem hanc vti factam de re litigiosa non valere, aut magis propriè loquēdo, valere quidem à principio, sed ad irritum constitui, perinde ac si non interuenisset, *l. lite pendente, C. de litig.* Et fuit dictum hanc donationem fuisse omnium bonorum, & in alienatione vniuersali non contrahi vitium litigiosi, Decian. *cons. 109. n. 11. & seqq. lib. 3.* Deinde fuit dictum litigium non posse hoc casu considerari, quia propriè de dominio rei donatæ non erat lis, *auth. litigiosa C. de litig.* sed tantùm de eo; An dos in pecunia numerata, vel in prædio esset restituenda, & vbi fuisset actum ad restitutionem ipsius prædij. Tamen cum eo nomine fuisset intentata personalis actio, non esse locum vitio litigiosi, Cyn. & alii *in l. 2. C. de litig.* Rom. *cons. 270. n. 2.* Aym. *cons. 279. nu. 1.* cum multis cumulatis per Honded. *cons. 20. nu. 31. lib. 1.* & hanc magis communem sententiam dicit Pereg. *de iure fisc. lib. 4. tit. 6. n. 10.* Quinimò cùm donatrix prædium non possideret, nec, vt dictum est ad illud ageret actione reali; sed personali tantum, censetur in donatione illam actionem cessisse, idque non obstante lite facere potuit, secundum communem opinionem de qua per Lancellot. *de attent. part. 3. c. 22. n. 26. & seqq.* 7

Et tamen vbi circa prædicta dubitari contingeret, fuit dictum, donationem causa mortis, quoad effectum æquiparari potius vltimæ voluntati, quàm contractibus, vt per Couarr. *in d. rubr. de testam. par. 3. n. 15. & seqq.* Vnde, sicut per legatum & fideicommissum, non contrahitur vitium litigiosi, *l. 3. & l. fin. C. de litig. & auth. eo. tit.* ita nec per donationem mortis causa, quia vtroque casu alienationis occasio est eadem, nempè mors litigatoris, non cupiditas vexandi aduersarij, vt eleganter ait Cuiac. *in paraticl. C. de litig.* Atq; ex his vtraque parte informante, fuit conclusum, donationem fuisse validam. 8

R.P.D. MARQVEMONTIO,
postea S. R. E. Cardinali.

Romana Separationis Thori.

Luna 16. Ianuarij 1606.

ARGVMENTVM.

Statuta Vrbis ligant Clericos litigantes extra forum Capitolinum, & statutum de duobus conformibus habet locum etiam in causa separationis thori agitata in Rota.

SVMMARIVM.

Statuta Vrbis ligant Clericos tamquam statuta Papalia à sui initio, n. 1.

Statuta dicuntur Papalia quando habent originem à Papa, quamuis ab alio condantur, n. 1.

Constitutiones Aegidiana habuerunt originem à bo. m. Cardinali Aegidio, qui non habeat iurisdictionem, nisi in temporalibus, n. 1.

Statuta ita dicuntur facta à deputatis Papæ, quando deputauit pro reuisione, quemadmodum quando deputauit ad condendum, & compilandum, n. 2.

Statuta Vrbis antiqua sui origine sunt Papalia, vt apparet in illorum exordio, n.2.

Statuta noua subrogata in locum antiquorum, censetur subrogata cum sua qualitate, ita vt si antiqua erant Papalia, noua etiam censeantur Papalia, n.2.

Statuta facta à Papa, non possunt absque eiusdem Papæ consensu abrogari, n.2.

Dictio, Etiam, *exprimit casum magis dubitabilem in materia de qua loquitur, n.3.*

Laici non possunt cognoscere de causa continente annullationem iuramenti, n.3.

Statuta quamuis Papalia non extenduntur ad casum in quibus læditur libertas Ecclesiastica, n.4.

Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiam causam separationis thori, n.4.

Litium celeris terminatio, Reipublicæ est fauorabilis, n.4.

DECISIO CIV.

Domini censuerunt stare in decisis rationibus, de quibus in decisione. Neque obstare quæ in contrarium fuerunt deducta.

2 Quòd enim respondebatur decisionem in Romana de Comitibus, & similes de quibus Rota resoluit statuta vrbis ligare Clericos, ideò emanasse, quia in casibus dictarum decis. agebatur de bonis Clericorum patrimonialibus, repelli quidem potest pluribus modis, & in specie *ex c. quamuis, de cens. in 6.* & ibi trad. per Doct. sed quoad præsentem inspectionem sufficit dicere, in huiusmodi decisionibus numquam fuisse consideratam materiam rei controuersæ, sed solum authoritatem statuti, vtpote Papalis, & facti à deputatis à Papa, & quòd hęc sit ratio super qua tot decisiones fuerunt fundatæ, fuit expressè dictum in Romana de Caris, Veneris vltima Februarij 1585. coram Illustr. Blanchetto. In qua etiam decisione additur, licèt à confirmatione tantùm statuta Vrbis non accipiant robur ligandi Clericos, illud tamen accipere, ex quo fuerunt condita de mandato Papæ, & ab ipso Papa originem sumunt. Quando enim statutum à Papa originem habet, quamuis ab alio condatur dicitur Papale, Felin. *in c. 1. n. 4. de spons.* Rip. *in c. 1. n. 3. de Iud.* Vnde non est locus oppositioni, quæ fit de verisimili defectu statuentium voluntatis, ex Abb. *in cap. cum Ecclesia, n. 25.* Et Dec. *num. 50. de const.* Cùm enim statutis in ipsa origine authoritas Papæ adfuerit, verisimile est, potiùs statuentes huiusmodi authoritate fultos cogitasse statim à principio de omnibus illis casibus comprehendendis, qui sub statuto venire poterant. Et nihilominùs vbi non cogitassent, non propterea statuta minùs sunt Papalia, aut minùs suum effectum sortiuntur. Ex his sequitur, non vrgere quę fuerunt deducta de effectu confirmationis, & de constitutionibus Ægidianis. Nam, vt dictum est, robur non venit statuto ex confirmatione, sed ex origine Papali, & prædictæ constitutiones habuerunt originem à b. me. Cardinali Ægidio, qui non habuit iurisdictionem nisi in temporalibus, vt fuit dictum in multis causis, quas congerit Honded. *cons. 20. lib. 2.*

2 Non obstat, quòd noua statuta compilata fuerint à Luca Peto de Ordine Populi Romani, ex quo infertur, ab initio fuisse laicalia. Nam prędicta decisio in Romana de Caris, & alia Romana secretariatus 20. Nouembris 1592. coram Reuerend. Rodienquæ eandem habet conclusionem, emanarunt post noua statuta; & ex literis confirmationis nouorum statutorum, ibi, *nostris authoritate, & præsidijs freti instituerunt*. Colligitur, statim ab initio interuenisse fel. rec. Gregorij XIII. authoritatem. Prætereà, cùm illa Lucæ Peti compilatio per deputatos à prædicto Pontifice fuerit visa, correcta, facta & emendata, &c. intrat decisio in Romana de Comitibus sanct. me. Clementis VIII. tunc Rotæ Auditoris, statuta ita dici à deputatis à Papa, quando deputauit pro reuisione, quemadmodum quando deputauit ad condendum, & compilandum. Denique cùm statuta noua, vt ex illorum confirmatione colligitur, subrogata sint in locum antiquorum, quæ sine dubio statim ab origine Papalia fuerant, vt in illorum exordio legitur, debent censeri subrogata cum eadem qualitate, *l. filia, §. à Titio de cond. & demonstr. l. si cum §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* Maximè cùm ab huiusmodi statutis antiquis origine, & authoritate Papalibus Pop. Rom. recedere non potuerit sine Papæ authoritate, Bar. *in l. omnes populi, n. 33. de Iust. & iur.* Abb. *in c. dilecti, n. 10. de præben.*

3 Non obstat, quòd specialiter Papa approbauerit statuta in ea parte, vbi restringunt effectum iuramenti, nam ponderando illam dictionem, *etiam*, quæ exprimens casum magis dubitabilem in materia de qua loquitur, vt per Dec. *in l. qui se patris, nu. 11. C. vnde lib.* fuit responsum, illam mentionem de iuramento factam per prædictam dictionē *etiam*, potiùs indicare, casum de quo agitur posse comprehendi statuto, eum prohibere, ne in causa separationis thori inter ciues agitata secundò appelletur, minùs sit quàm restringere iuramenti validitatem. Vel illa expressio de iuramento potuit fieri ad cautelam abundantiorem, & ad tollendam omnem dubitationem. Vel deniq; quia si non adfuisset illa expressa confirmatio, poterat dici in illa parte violata libertas Ecclesiastica, ex quo non solùm disponitur super iuramento, sed etiam illud annullatur, circa hoc datur cognitio Iudicibus laicis, Aret. *cons. 8.* post not. per Io. Andr. & alios Doct. *in c. tua nobis 1. de decim.*

Ista enim statuta quantumuis authoritate Papali munita, non extenduntur ad casus in quibus iurisdictio Ecclesiastica læderetur, quia id neque Papa, neque statuentes voluerunt, Felyn. *in c. 2. n. 40. & seq. de rescr.* Vnde non valet ista consequentia, causa separationis thori comprehenditur statuto de duabus conformibus, ergo in Capitolio potest cognosci. Refellitur enim ex supradictis, & ex trad. per Innoc. *in c. non minùs, num. 6.* Card. *q. 5.* Anchar. *in fin. de Imm. Eccles.* Et illa comprehensio est ad hunc effectum, vt postquam à legitimis & Ecclesiasticis iudicibus huiusmodi causa inter ciues, aut alias personas statuto comprehensas fuerit cognita, ab iisdem iudicibus Ecclesiasticis iuxt. tenorem dicti statuti exequutioni demandentur. In quo non violatur vllo modo libertas Ecclesiastica, imò Reipubl. summus fauor continetur, ex quo citiùs imponitur finis litibus, *l. 3. §. 1. de recept. arbitr.* & similib. Atq; ex his Domini statuerunt in decisis. 4

R. P. D. PENIA.

Concheñ. Nullitatis ordin.

Veneris 27. Ianuarij 1606.

ARGVMENTVM.

Metus reuerentialis, ex quibus probatus censeatur in filium ad suscipiendum Ordines sacros, & ad faciendum professionem.

SVMMARIVM.

Metus reuerentialis arguitur ex præcedentibus minis, aut verberibus, etiam sine patris expresso præcepto, numer. 1.

Professio dicitur metu emissa ex præcedentibus minis, aut verberibus à patre illatis, etiam sine patris expresso præcepto, n. 2.

Metus iustus oritur ex continua importunitate paterna, & assiduis imprecationibus, n. 3

DECISIO CV.

Rota, vna tantùm parte informante, quia in causa procedebatur per audientiam contradictarum, circumscripto effectu, de quo particulariter erat agendum, censuit; constare de metu illato Antonio de Viana ante susceptionem Ordinis sacri. Nam cùm obtineret beneficium annui redditus scutorum 500. & patrem mediante mandato cum iuramento constituisset procuratorem irreuocabilem in rem propriam ad percipiendos prouentus Ecclesiasticos, ideoque pater eos sic in suam vtilitatem conuerteret, vt exiguum commodum Antonius inde perciperet, ad contrahendum matrimonium animum applicare cœpit; quod animaduertens pater, blandis primùm monitionibus, inde seuerioribus, & per se, & per alios ad suscipiendos sacros Ordines Antonium filium inducere procurauit, cumque parùm se proficere videret, in eum acriùs sæuiens præter minas & imprecationes, ad grauiores actus perueniens, in Antonium filium constanter recusantem sacris initiari, plumbeum atramentarium semel in caput conjecit, & aliàs sæpè, tum de die, tum de nocte proprijs manibus percutere tentauit. 1

2 Ex his enim actibus iure censuit Rota, constare de metu Antonio illato antequam sacris initiaretur, cùm aliàs solus metus reuerentialis ex præcedentibus minis, aut verberibus, etiam sine patris expresso pręcepto sufficiat in materia susceptionis Ordinis, vel professionis, Abb. *in c. cùm virum, n. 8. vers. intellige, de Regular.* Dec. *in c. 1. n. 10.* Vbi Felyn.

Felyn. *n.2. de offic. delegat.* Boer. *decis.* 100. *num.* 11. *&* 13. Afflict. *dec.* 69. *n.* 4. *vers. Vnde sicut actus*, Couar. *tit. de sponsal. par.* 2. *cap.* 3. *§.* 6. *n.* 3. *&* 4. *vers. Caeterum, cum de libello*, Alber. *cons.* 27. *n.* 5. Vbi dixit communem, quam Rota sæpè probauit, & signanter in causa Neapolitana professionis die 15. Iunij 1598. coram bo. me. Gypsio, & in causa Toletana possessionis die 22. Maij 1595. coram D. Cardinale Seraphino tunc Rotæ Auditore.

4 Præterà ex continua importunitate paterna, & assiduis imprecationibus iustus metus oriebatur, Gloss. *in c. sunt qui opere, in verbo, non iudicio, vers. sed aliquis* 17. *q.* 4. *l.* 1. *§. persuadere ff. de seru. corrupt.* Gloss. *in l.* 1. *in verbo pignora, C. si Rector Prouinciæ*. Crauett. *cons.* 10. *num.* 17. In hoc casu ex prædictis actibus ortum fuisse iustum metum, eo magis assertum fuit, quia Antonius tunc adolescens nondum peruenerat ad 20. ætatis annum; ideò dicebant, metum fuisse iustiorem, quò Antonius, cui inferebatur, erat ratione ætatis debilior, Barbat. *cons.* 60. *n.* 4. *lib.* 1. *vers. modo reducendo ista*.

4 Deniq; concurrebat euidens causa inducendi metum, quia si Antonius duxisset vxorem, cùm per contractum matrimonij amissurus fuisset Ecclesiasticos prouentus, patet consequenter cariturus erat commodo, quod percipiebat vigore mandati irreuocabilis ex prædictis prouentibus. Cæterùm licèt sic Rota censuerit, effectum tamen circumscripsit, de quo particulariter erat agendum, an videlicet, tempore, quo Antonius susceperit sacros Ordines, vel metus esset purgatus, vel per contrarios actus ita videretur exclusus, vt ad perpetuam continentiam seruandam teneretur.

R. P. D. PENIA.

Romana fructuum dotis.

Luna 27. Februarij 1599.

ARGVMENTVM.

Dotis non solutæ fructus tam de iure communi, quàm vigore statuti Vrbis quando debeantur mulieri ab hæredibus viri prædefuncti, vel etiam ab extraneo, qui illos soluere promisit, & an interpellatio requiratur.

SVMMARIVM.

Dotis non solutæ fructus de iure communi non debentur, nisi duobus concurrentibus, inopia scilicet mulieris non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentiam pro dote effectualiter habenda, eamque habere non potuerit, *num.* 2.

Interesse debitum vigore statuti potest in pactum deduci, *numer.* 3.

Dotis non solutæ fructus vigore statuti Vrbis non debentur interpellatione non præcedente. Quod quando verum sit, & de materia, *n.* 4. 5.

Interpellatio non est necessaria contra eum qui ex pacto, & conuentione tenetur, *n.* 4. *in princ. & vers.* 2.

Iuramentum habet vim interpellationis, numer. 4. vers. 3. quod in hoc casu. *Interpellatio non requiritur contra eum, qui sponte soluere se obtulit*, *n.* 4. *vers. Quartò, quia*.

Statuti qualitas in primis probanda est ab eo qui se fundat in statuto, *num.* 5.

Forma censetur inducta à statuto, quando in eo datur ordo prioris, & posterioris, *num.* 5.

Forma à statuto inducta præcisè seruanda est, *numer.* 5. *in fin.*

Indebiti repetitio non datur ei, qui spontè, & ex conuentione soluit, *n.* 7.

Dotis non solutæ fructus solùm ab extraneo, qui eos soluere promisit, non repetuntur à soluente, nec in sortem computantur, *n.* 9.

DECISIO CVI.

1 Contracto matrimonio inter Illustr. & Excellentiss. D. Marcum Pium, & Illustriss. & Excellentiss. D. Cleliam Farnesiam anno 1587. promissa fuit dos scutorum 45. millium monetæ, cum pactis in capitulis matrimonialibus, & in instrumento dotali appositis, vt in casu restitutionis dotis per mortem D. Marci superuiuente D. Clelia dotem ei in Vrbe liberè, & sine vlla exceptione, illius hæredes restituerent, & si in dote restituenda cessarent, fructus ei ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno iuxta consuetudinem, & statuta Vrbis soluere tenerentur. Vita functo D. Marco Pio, D. Clelia anno 1600. de prædicta dote habuit scuta 32400. & pro residuo scutorum 12600. D. Æneas Pius præmissa assertione, quòd ipse erat hæres cum beneficio legis, & inuentarij, & quòd hæreditas D. Marci maximè erat grauata, & fortassis exhausta, vt ex inuentario cognosci poterat, & quòd multa bona post mortem ad se pleno iure non pro herede D. Marci, sed ex dispositione antecessorum suorum, & alias diuersimodè spectabant, ideò intuitu meritorum D. Cleliæ, & Serenissimæ familiæ Farnesiæ, non titulo heredis, sed tamquam D. Æneas Pius nomine proprio obligauit se intra duos annos id residuum D. Cleliæ soluere, & interim nomine alimentorum singulo anno ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario anticipatè de semestri in semestre, eidem D. Cleliæ soluere, & respõdere.

Hæc alimenta D. Clelia vsque ad annum 1605. ad prædictam rationem septem cum dimidio exegit, demum eidẽ agenti contra D. Æneam coram A. C. super solutione sortis principalis, opposita fuit exceptio, quòd prædicta alimenta in sortem computare teneretur, & quoniam articulus erat grauis, & exemplaris, vtraque pars iudicium Rotæ desiderauit, vbi præsuppositis primo instrumento dotali, & alio instrumento cum D. Ænea celebrato, & statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 137. & aliis vtrinque deductis, Rota vtraq; parte informante, causa per omnes Dominos visa, & discussa censuit alimenta D. Cleliæ præstita non fuisse in sortem principalem dotis computanda. Non ex eo, quòd vigore iuris communis, fructus D. Cleliæ viduæ pro dote, vel parte dotis non solutæ deberentur; Quoniam Rota non sequitur hanc opinionem, nisi duo copulatiuè concurrant, videlicet eius inopia, ita vt aliunde non habeat alimenta, & quòd fecerit diligentiam pro dote effectualiter habenda, iuxta decis. Afflict. 284. & Thesaur. 43. *nu.* 2. & decis. Rotalis in vna Spoletana vsusfructus die 13. Iunij 1589. cor. D. Cardinale Mantica tunc Rotæ Auditore, & in causa Romana, seu Cæsenaten. fructuum dotis die 13. Iunij 1603. coram R. P. D. Lita. Quæ duo requisita, licèt vnus ex Dominis putaret in hoc casu concurrere, alij tamen, quia non videbant esse probata in hoc motiuo non fecerunt fundamentum. 2

Maior difficultas fuit circa statutum Vrbis, quo secundo loco vtebantur informantes pro D. Clelia, ad quod se contrahentes expressè retulerunt, & in disputatione dubij præsupposuerunt. Prætendebant enim quòd stante hoc statuto à Sede Apostolica confirmato, validè potuit deduci in pactum, quod per statutum erat constitutum, Surd. *de aliment. tit. primo, quæst.* 44. *n.* 3. *vers. amplia* 34. idque non obstante, quòd in restitutione dotis attendi debeat statutum, siue consuetudo, quæ viget in loco domicilij mariti defuncti, *l. exigere dotem*, *n.* 23. *ff. de iudic.* 3

Neq; obstante defectu iudicialis interpellationis quem statutum requirit, quo potissimùm fundamento vtebantur informantes pro Domino Pio. Ad quem licèt informantes pro D. Clelia multis modis respondere niterentur, cùm in casu fructus deberentur ex pacto, & conuentione, pactum ab initio positum inseruiebat pro interpellatione, Alex. *cons.* 121. *n.* 4. *vers. Et sic noster lib.* 5. Secundò, quòd interpellatio iudicialis à statuto non requiritur pro forma, sed ad constituendum debitorem in mora, vnde ipsa conuentio sufficit, & deseruit loco moræ, cùm voluntas promittentis habeatur loco interpellationis, & citationis, cui renunciari potest, Gabr. *de citat. conclus.* 1. *n.* 346. Tertiò, quòd in hoc casu satis videri poterat adesse interpellatio, cùm interuenerit iuramentum, quod habet vim interpellationis, Osach. *dec.* 49. *n.* 7. Quartò, quia quando contra aliquem requiritur iudicialis vocatio, illa non est necessaria, vbi ille spontè se obtulit, vt post Io. Andr. trad. Franch. *c. fin. num.* 9. *vers.* 5. *quæritur, quod si fuit omnia specialis citatio, de elect. lib.* 6. 4

Nihilominùs illæ responsiones non videbantur tollere difficultatem, tum quia qui se fundat in statuto, qualitatem à statuto requisitam in primis probare debet, Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. ne quid in flum. public.* Dec. *cons.* 18. *num.* 4. Rimin. iun. *cons.* 44. *nu.* 68. tum quia in terminis statuti Romani antiqui, quòd viduæ alimenta non debeantur, nisi verificetur qualitas petitionis, & ante petitioné non sit locus statuto tenuit Lucas Pet. *Pract. Capitolina, in pract. fori Capito-* 5

tini lib.4. cap. 8. *n.*5. Tum denique quia ista qualitas indicialis interpellationis pro forma inducta, & requisita videbatur ibi post iudicialem interpellationem; nam regulariter, cùm in lege, vel statuto datur ordo prioris, & posterioris, tunc censetur inductus pro forma, Felyn. *in cap. cum dilecta, num.*6. *de rescript.* Paris. *cons.*19. *n.*185. *lib.*2. & forma à statuto inducta, præcisè est adimplenda, Soc. iun *cons.*37. *n.*15. *lib.*2. Et maximè quia qualitas interpellationis iudicialis etiam de iure communi requiritur, Craueit. *cons.* 912. *n.*7. Neuiz. *cons.*74. *n.*3.

6 Quibus ita ponderatis, & nunc propter difficultates prædictas omissis, Rota pro restitutione capienda: Primò, considerauit causam obligationis D. Æneæ, quæ non fuit fundata in aliqua dilatione temporis ad soluendum aliquod debitum ea aliqua causa quæ transiret in mutuum. Vnde nasceretur vsura, sed in mera voluntate, & liberalitate eiusdem D. Æneæ, qui non tanquam hæres D. Marci, sed ipse tamquam Æneas Pius, & sic tanquam tertius extraneus voluit D. Celiæ ad prædicti dotis residui restitutionem teneri, & cum effectu obligari, & interim eidem alimenta præstare, sicut re ipsa suæ obligationi satisfaciendo præstitit, nedum hæreditas D. Marci mariti mortui dicebat non esse soluendo, & ipse statim soluere, se obligare valebat, ne D. Clelia matrona nobilis, & vidua, dote, & alimentis fraudaretur.

7 Nec ideò poterit in hoc contractu vsura considerari, quia voluit ad tempus sibi benè visum teneri soluere, non prius, & interim etiam alimenta ad certam summam præstare, quoniam cum ex prædicta causa fuerint præstita, exclusa dilatione temporis non debet dari repetitio, iuxta text. *in l. si quis a liberis*, vbi Bart. *ff. de liber. agnos.* Nihil enim prohibebat, quominus D. Æneas posset ita promittere non solum tempore, quo non suisset dos restituta, sed totum etiam tempore vitæ D. Cleliæ, non attenta dilatione temporis, qui D. Æneas tanquam non obligatos, in sua potestate habebat, & consequenter hodie non erat vsurum, quòd ista liberalitas D. Æneæ, propter quam D. Clelia distulit facere suas interpellationes etiam iudiciales contra hæreditatem mariti prædefuncti verteretur in eius damnum, & præiudicium, quod procul dubio contingeret, si exacta pro alimentis, & iam coosumpta in sortem principalem propriæ dotis computare teneretur.

8 Præterea Rota in eadem facti specie apertioris intelligentiæ gratia duos casus distinxit. Primum, quando repetitur dos ab hæredibus mariti defuncti, qui tenentur viduæ dotem restituere. Et in hoc casu non debentur fructus, nisi post iudicialem interpellationem, iuxta formam statuti. Quòd si quid exactum fuerit loco fructuum, & dos petatur, tunc illud omne compensari posset in sortem principalem, & in his terminis procedebant omnia allegata pro D. Pio. Alter casus est, quando petitur dos ab obligato restituere ea propria obligatione, qui antè non erat obligatus, & qui interim soluit alimenta, quæ etiam soluere promisit; & cùm petitur ab eo sors principalis, vult alimenta tanquàm indebitè soluta computare in sortem: & isto casu, licèt non interuenerit iudicialis interpellatio, non computantur in sortem, quia ea propria obligatione, & nomine proprio, non tanquam hæres, sed tanquam tertius promissor teneri voluit ad vtrumque, quod facere potuit, *l. si re mandata, C. mand.*

9 Hos duos casus distinxit, & probauit Rota in causa Romana fructuũ dotis de Luraghis die 19. Ianuarij 1600. coram R. P. D. Iusto. Vbi fructus à Ioanne Baptista soluti Lauræ non fuerunt computati in sortem. Et iste casus procedit in promissore extraneo, vt tenuit Rota in causa Romana fructuum dotis, die 15. Nouembris 1596. & in eadem 15. Ianuarij 1598. coram bon. mem. Orano. Vnde cùm in hac causa D. Æneas non vti hæres Marci, sed tanquam tertius, aliàs non obligatus ea sua liberalitate ad restitutionem dicti residui dotis, & videlicet eidem præstare alimenta ad rationem supradictam teneri voluit, non poterit modò alimenta sic sponte soluta, & bona fide consumpta de sorte principali deducere, tum ob prædicta, tum quia donasse censebatur.

10 Nec ad rem pertinebat, quòd soluens vsuras per errorem, possit eas repetere, quia fuit responsum, hic non fuisse solutum per errorem, sed scienter liberè, & vtrinq; parte consentiente, neque adfuisse aliquam vsuram, cùm mutuum verum, vel palliatum cessaret. Et eo plenius prædicta procedebant, quia postquam D. Æneas prædicto modo promisisset soluere septem cum dimidio pro centenario, nomine alimentorum, adiecit id velle seruari, omni exceptione, contradictione, retentione, & compensatione penitus remotis, & cessantibus.

R. P. D. SACRATO,
postea S. R. E. Cardinali.

Romana Prælationis.

Lunæ 13. *Martij* 1606.

ARGVMENTVM.

De venditore, quando dicatur habuisse, vel non habuisse fidem de pretio, & quando in re vendita habeat priuilegium prælationis.

SVMMARIVM.

*Venditor, qui in re vendita non reseruauit sibi dominium, vel hypothecam specialem; vel non appofuit pactum resolutiuum, sed deuenit ad traditionem rei venditæ, non potest prætendere in ea re prælationem. Declara, vt n.*2.

*Venditor dicitur habuisse fidem de pretio ex traditione rei absque eo quod fuerit actum de illius exbursatione. Declara, vt n.*3.

Venditor in dubio non præsumitur habuisse fidem de pretio, n. 3. *in fine.*

Verba cum hoc tamen, *conditionem important, numero* 4.

Venditor quando habuit fidem de pretio, requiritur eiusdem pretij integra solutio, nec solutio partis suffragatur, numero 5.

DECISIO CVII.

CVm in venditione domus de qua agitur, adsit pactum, quòd *lapsis decem annis datis ad redimendum, & non facta redemptione domus.* (Hæc sunt formalia verba instrumenti) *libera*, & vt vulgò dicitur, *à piombo remaneat*, & sit emptoris à dicto onere, & nexu redimendi omninò exempta. Cum hoc tamen, quod pro huiusmodi liberatione, & pro omni supplemento iusti pretij dictus emptor in dictum euentum vltra scuta quatuor mille ducenta soluere teneatur, eidem D. Francisco venditori, scilicet, alia scuta 800. similia; visum fuit maiori parti Dominorum D. Franciscum venditorem, lapsis decem annis agentem ad sc. 800. esse præferendum in domo vendita creditoribus Iulij emptoris, licet antiquioribus venditione. 1

Nam etsi regula sit, quòd venditor, qui in re vendita non reseruauit sibi dominium, vel hypothecam specialem, vel non apposuit pactum resolutiuum contractus, minimè possit prætendere prælationem, si deuenit ad traditionem rei, Alex. *in l. si cum dotem*, §. *fin. q. vlt. ff. solut. matr.* cum aliis per Negus. *de pignorib. p.* 4. *n.*35. *cum plurib. seq.* Hoc tamen est intelligendum, si venditor habuerit fidem de pretio, & non aliàs, vt notatur *in* §. *vendita verò res, Inst. de rer. diuis. in l. quod vendidi, ff. de contr. emptione*, cum aliis per Gail *pract. obseruat obser.* 15. *n.*4. In casu verò proposito non videtur fuisse habita fides de pretio. 2

Nam licet ex traditione rei, absq; eo, quod fuerit actum de exbursatione pretij, videatur habita fides de dicto pretio, Gloss. *d.*§. *vendita, verb. fidem emptoris*, quam communiter approbari dicit Christophor. ibid. Et res videtur procedere de plano, quando est datum tempus ad soluendum, Gloss. *in d. l. quod vendidi, verb. satisdatione*, attamen prædictæ conclusiones non visæ fuerunt posse applicari in hoc casu, quia nec res quoad scuta octogenta fuit data sponte, & simpliciter, sed contemplatione solutionis scut. 4200. ea qua per decennium emptor debebat absque solutione scut. 800. potiri domo, nec respectu scutorum 800. fuit data dilatio contemplatione fidei emptoris, sed correspectiuè ad pactum de retrouendendo, quod durabat ad fauorem venditoris, & ideò cùm & traditio rei, & dilatio ad soluenda scuta octingenta fuerint ad alium effectum, non potest ea iis inferri, quòd sit habita fides de pretio, & succedit conclusio, quòd cùm simus in dubio, non præsumatur habita fides, vt per Fabr. *in d.* §. *vendita n.*1. Gail. *d. obseruat* 15. *n.*6. 3

Quòd sit manifestum, ponderando verba venditionis ibi, *elapsis vero decem annis, & non facta redemptione, domus libera remaneat*, & sic dicti D. Iulij à dicto onere redimendi penitus exempta. Cum hoc tamen, quòd pro huiusmodi liberatione, & supplemento iusti pretij dictus 4

Iulius

Iulius soluere teneatur scuta octingenta. Ex quibus apparet, liberationem domus esse suspensam, & conditionalem, si & quatenus soluantur scuta 800. & non aliàs; illa enim verba, *Cum hoc tamen*, faciunt conditionem, *l. si dies, ff. quand. dies leg. ced.* Dec. *cons.* 461. *n.* 1. & hoc idem importat illa dictio, *tamen*, Paris. *cons.* 17. *n.* 19. *lib.* 1.

5 Et ad illud, super quo latè instabant informantes pro creditoribus, quòd pactum de retrouendendo fuerit personale Iulij emptoris; Respondebatur, quòd quicquid sit de hac, non propterea impendebatur, quòd lapso decennio domus remanserit libera emptori, nisi soluto iusto pretio, cùm ex prædictis appareat, non fuisse habitam fidem de illo, & quando non est habita fides de pretio, requiritur solutio integra, nec solutio partis suffragatur, Tiraquell. *de retract. conuent. ad fin. lit. num.* 70. cum alijs per Surd. *cons.* 101. *n.* 13.

R.P.D. MARQVEMONTIO,
postea S.R.E. Cardinali.

Asculana dotis.

Veneris 7. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Solutio est facienda secundùm valorem monetæ de tempore contractus, & alia quamplura traduntur ad ostendendum, quòd transactio iuxta casum decis. ad certum quod est restricta.

SVMMARIVM.

Solutio fieri debet secundum valorem moneta currentis tempore contractus, n. 1.
Transactio censetur facta ex causa qua erat in lite, n. 1.
Nouatio regulariter non præsumitur, n. 1.
Iactare suum nemo præsumitur, n. 2.
Præsumitur pro iudice, quòd non fecerit quid temerè, & absque causa, n. 2.
Instrumentum factum in exequutionem Capitulorum præcedentium non debet ampliare, nec agere contenta in Capitulis, n. 2.
Verba potiùs censetur posita ad demonstrandum, & declarandum, quàm ad taxandum, n. 3.
Clausula apposita in instrumento de stylo Notariorum, non autem ex conuentione partium, nihil operantur, numer. 3.

DECISIO CVIII.

1 CVm partes conueniant, quòd stante ordinatione bo. me. Cardinalis S. Marcelli, solutio de qua agitur, fieri poterat ante transactionem ad rationem baioc. 45. pro singulo floreno. Domini dixerunt, idem etiam dici debere post transactionem, quia regula est, quòd solutio fieri debet ad valorem monetæ currentis tempore celebrati contractus, *c. pen. de censibus, Clem.* 2. & ibi glos. & Card. *de decim.* & causam transactioni dedit non aliqua discordia circa qualitatem floreni, sed tantummodò erat controuersia super solutione terminorum decursorum dotis promissæ, ideoque ex illa causa debet censeri facta transactio, ad text. *in l. si certa*, & ibi Doctores *C. de transactionib. & in l. cum dies, §. plenum de arbitr.* Maximè cùm in Capitulis Concordiæ vulgari sermone per transigentes confectis nulla fuerit facta mentio de florenis ad rationem baioc. 50. quod tamen omninò exprimi debuisset, cùm esset res magni momenti. Imò contrarium eos voluisse apparet ex relatione, quam ista Capitula sæpiùs habent, ad antiquam dotis promissionem, & regulariter non præsumitur nouatio, *l. fin. C. de nouat.*

2 Accedit, quòd nulla potest considerari ratio propter quam Honorius qui tenebatur soluere florenos ad rationē baioc. 45. voluerit illos soluere ad rationem baioc. 50. sicq; perdere scuta plusquam 300. *ad l. cum de indebito, de probat.* Neque Iudex qui dictæ transactioni vipotè per Honorium minorem factæ interuenisset, fuisset tale augmentum permissurus, ita temerè factum, & sine causa, Bald. Alex. & alij per Gabr. *de sent. concl.* 5. *n.* 2. Itaq; non obstat, quòd in instrumento Concordiç floreni exprimantur ad rationem baioc. 50. pro singulo floreno, quia cùm instrumentum fuerit factum pro exequutione Capitulorum, non debet augere, nec ampliare ea quæ inter partes in dictis Capitulis conuenta fuerunt, Nait *cons.* 263. *n.* 3. Lap. *al. leg.* 15. *n.* 5. ibiq; mandat plures allegat.

Præterea illa expressio fuit facta non ad denotandum mutationem monetæ soluendæ, sed demonstratiuè ad differentiam alicuius floreni, vt aliàs in simili causa fuit consideratum in vna Cæsenaten. pecuniaria 14. Martij 1597. coram R. P. D. meo Decano, & facit regula, quòd verba censentur potiùs posita ad demonstrandum, & declarandum, quàm ad taxandum, Aym. *cons.* 205. *numer.* 5. Cephal. *cons.* 539. *num.* 9. *& seq.* Atque ex fide quæ data fuit de stylo Notariorum Asculanorum colligitur, quòd illa expressio valoris floreni fuit apposita ex Notarij consuetudine; non autem ex conuentione partium, Bald. *cons.* 263. *num.* 2. *lib.* 1. Rom. *cons.* 179. *nu.* 5. Alban. *cons.* 129. *num.* 8. 3

Denique ille valor floreni ad baioc. 50. potest referri ad floren. contractum in obligatione eo tempore quo dos fuit promissa. Vnde cùm de tempore transactionis, vigore supradictæ ordinationis baioc. 45. in nouis quattrinis æquiualerent baioc. 50. in antiquis quattrinis, qui currebant quando dos fuit promissa, satis etiam verbis instrumenti erit satisfactum, quando pro singulo floreno soluentur 45. baioc. cùm isti virtualiter, & implicitè contineant illos 50. Itaque fuit vtraque parte informante conclusum, solutionem fieri debere ad rationem baioc. 45. pro singulo floreno.

R. P. D. SACRATO,
posteà S.R.E. Cardinali.

Tridentina bonorum.

Veneris 7. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

In hac decisione mirabiliter explicatur consuetudo Bulgari volentis vxori relictæ dominæ, & patronæ totius hæreditatis, & etiam vsufructuariæ, non censeri relicta nisi alimenta, quando locum habeat, & quando non.

SVMMARIVM.

Heres institutus in re certa, nullo ei dato coherede, censetur vniuersalis heres institutus, n. 3.
Ius accrescendi potest à testatore prohiberi, n. 4.
Institutus hæres post mortem alicuius, an censeatur conditionaliter institutus, n. 4.
Vxor relicta donna, & Domina, non censetur instituta heres, sed tantùm alimentorum legataria, iuxta consuetudinem Bulgari, numer. 5. *Vbi ponderantur plura verba, quibus isto casu vxor non censetur heres vniuersalis instituta.*
Hæres non indiget licentia percipiendi propria auctoritate, num. 5.
Legatum annuum censetur inductum vxori per verba, donec vidualem vitam duxerit, n. 5.
Hæreditas non potest dari ad diem, num. 5. *ante finem.*
Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum domina, & patrona, non censetur hæres instituta in vniuersa hæreditate, sed solum ad alimenta stantibus descendentibus testatoris, num. 6.

DECISIO CIX.

VErba testamenti quondam Christophori de Tridento erant infrascripta; Item Veronicā eius dilectissimā vxorem reliquit donnam, Dominam, & vsufructuariā omnium, & quorumcumq; bonorū d. D. testatoris, saluis infrascriptis; & quā Analogistā constituit, etiam vsufructuariā esse voluit pleno iure, ita vt præsens relictus vsusfructus non conuertatur tantū in causam alimentorum cū infrascriptis DD. eius nepotibus hæredibus institutis, sed habeat, & propria auctoritate retineat, & consequatur plenum, & integrū vsumfructum, absq; eo quòd de d. vsufructu aliquam rationem reddere teneatur, sed de d. vsufructu possit liberè disponere arbitrio suo, donec vitam vidualem seruauerit, & vidualiter vixerit, &c. liberansque eandem D. eius vxorem, ab omni confectione inuentarij, confidens, &c. ad aliquam eorum redditionem non teneatur, neq; propterea præstare aliquam fideiussionem de eis, vtendo, & fruendo, & de eis restituendo, quoniam de ipsa plenè confidere dixit, &c. Quia mens, & intentio ipsius D. testatoris fuit, & est; quod euenìente casu suæ mortis dicta D. eius

dinelli parati sint docere de errore illarum confessionum, postquam per Grados facta fuerit librorum exhibitio.

R. P. D. OTTEMBERGO
Episcopo Attrebaten.

Calciaten. Coniudicum.

Lunæ 24. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Portionarij non possunt eligi in Coniudices secundùm dispositionem Concilij Tridentini *sess.25. c.6. de reformat.* Vide Corduben. iurisdictionis 7. Februarij 1597. & 17. Maij eiusdem anni coram Orano.

SVMMARIVM.

Capituli appellatione comprehenduntur tantùm Canonici, non autem Portionarij, n.1.
Prælatus principalis in Cathedrali Ecclesia habet vocem in Capitulo, & tamen non est de Capitulo, n.1.
Actus solus negatiuus non sufficit ad exclusionem vnius generis, nisi interueniat aliquis actus positiuus actui negatiuo contrarius, n.6. vers. primo casu.
Opponere, qui potest contra actum, & non opponit, videtur illi acquiescere, n.6. in fine.
Consuetudo restringit ius singulare, & speciale, n.7.
Regula, quòd quis diuerso iure censeri non debet, quomodo procedat declaratur, n.9.
Consuetudo, sicut inducitur per actuum multiplicationem, ita etiam excludetur per negligentiam, num.9. vers. & stante.
Portionariorum exercitium in exercendo actus Capitulares, non extenditur ad vocem passiuam, n.10.
Possessio generalis non comprehendit rem particularem ab alio possessam, num.10.
Canonici præferuntur Portionarijs tamquam originarij, & veri Capitulares in multis, n.11.
Capituli appellationis non veniunt personæ particulares iure aliquo speciali, n.11. in fine.
Legislatores condendo leges vniuersales non censentur cogitasse de illis, quæ veniunt ex iure speciali, n.12.
Ecclesiasticus ordo turbari non debet, sed seruari, n.3.

DECISIO CXII.

1 TEr propositum, & maturè disputatum fuit dubium; an Portionarij Ecclesiæ Calciaten. habeant vocem passiuam, ita vt possint eligi in coniudices secundùm dispositionem Concilij Tridentini *sess.25. c.6. de reform.* vbi statuitur, vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio & assensu Episcopus, vel eius Vicarius procedere teneatur, quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra Capitulum cathedralium, & aliorum maiorum Ecclesiarum, illarumque personas, extra visitationem procedendum erit. Et Domini pro maiori parte negatiuam sententiam amplexi sunt. Cùm enim de iure communi appellatione Capituli tantùm comprehendantur Canonici; Portionarij verò de iure non sint de Capitulo, sequitur vt veniant ex statuto, consuetudine, vel alio iure speciali.

2 Et quidem allegant Portionarij statutum anni 1235. quo Ecclesia Calaguritana, & Calciaten. inter se fuerant vnitæ, & constitutum, quòd in illis tantùm quadraginta essent Canonici, & viginti Portionarij integri; ita quòd omnes isti vnum Collegium, & vnum Capitulum censeantur; verùm hoc statutum quoad vnionem illarum Ecclesiarum in desuetudinem abijt, & de hodiernis Portionarijs Ecclesiæ Calciaten. non loquitur, in qua non reperiuntur Portionarij integri. Nam illi qui anteà erant integri anno 1533. facti fuerunt Canonici; itaque in ea remanent solùm Portionarij dimidij.

3 Secundò allegant statutum antiquum quod continetur, num.10. & fuit renouatum à Reueren. D. Don Petro Manso, præsente Episcopo Calaguritano, quo post numerata quædam exercitia communia inter Canonicos, & octo Portionarios, additur, quòd ijdem Portionarij habent votum in electionibus, & in omnibus alijs rebus existit inter eos distinctio ex quibus verbis, *habent votum in Capitulo*, non sequitur, ipsos esse de Capitulo, quia principalis Prælatus habet vocem in Capitulo, & tamen non est de Capitulo. Gem. *cap. fin. sub num.5. vers. aut querimus de preben. & dign. in 6.*

Vnde possessionem fundatam Portionariorum reducit ad consuetudinem resultantem etiam ex pluribus actibus tam actiuis, quàm passiuis, competentibus solis capitularibus inter quos connumerantur præcipuè actus electionum visitatorum, quos non modò Portionarij vnà cum Canonicis elegerunt, verùm etiam ipsi quoque visitatores electi fuerunt, & cùm ex dispositione Conc. Tridentini, coniudices videantur subrogati in locum visitatorum, inde inferunt ad electionem passiuam in coniudices. 4

Verùm quicquid sit de electione actiua, non inueniuntur plures quàm duæ electiones in quibus beneficiati fuerunt electi visitatores, videlicet anno 1525. fuit electus D. Arana, & anno sequenti Lupus Sacaz de Marim beneficiati nuncupati. Ab anno autem prædicto 1533. quo integri Portionarij fuerunt facti Canonici, & à quo tempore dimidij Portionarij prætendunt, se fuisse nominatos Portionarios simpliciter, & non dimidios Portionarios, nulli ex eorum numero ampliùs fuerunt electi visitatores, vt patet ex actibus Capitularibus electionem annuatim continentibus celebratis: nec non ex testibus pro parte Dignitatum, & Canonicorum examinatis in summario eorumdem num. 1. & 2. Posteà verò anno 1592. quo cœperunt eligi coniudices in Ecclesia Calciaten. sẽper fuerunt electi Canonici & Dignitates, per vota secreta, & anno 1596. per quatuor annos continuos fuit obseruata forma in eligendo, vt per Secretariũ conficerentur schedulæ continentes dumtaxat nomina Dignitatũ & Canonicorũ, & consignarentur omnibus præsentibus, vt actiuum votũ habentibus etiam Portionarijs, secundùm quas schedulas restrictè fiebat nominatio seclusis ab electione passiua Portionarijs. 5

Ex quibus cùm appareat, in Capitulo Calciaten. interuenire diuersa genera personarum, & posito quòd Portionarij sint de Capitulo, tamen ipsos fundare intentionem suam diuerso iure, statuto scilicet vel consuetudine, Canonicos verò iure communi, item Portionarios nunquam fuisse coniudices, postquàm nouo iure Concilij Tridentini coniudices introduci cœperant. Domini hanc partem amplexi distinguebant, quòd vbi duo genera personarum, prætendunt posse eligi, aut æqualiter veniunt de iure communi, aut vnum de iure communi, & alterum iure speciali. Primò casu ad exclusionem vnius generis non sufficit solus actus negatiuus, nisi interueniat aliquis actus positiuus contrarius actui negatiuo, Calder. *cons.19. de preben. & 1. de consuet.* qui non est casus noster: attamen ex abundanti, dato quòd Portionarij essent Capitulares, de iure communi videtur satis constare, de exclusione ex acquiescentia ipsorum dictis actibus positiuis, restrictiuis, & contrarijs actibus negatiuis, Felyn. *in c. cum accessissent n.31. in princ. de constit.* Roch. de Curt. *de consuet. sect.4. n.80.* 6

Posteriore casu, quando vnum genus personarum habet fundatam intentionem de iure communi, alterum verò de iure speciali, siquidem prohibiti fuerint, tenentur ostendere consuetum, aliter excluduntur etiam quòd non appareat de contradictione. Et ratio est, quia consuetudo restringit ius singulare, & speciale, *arg. c. cum dilectus, de consuetud.* Felyn. *in c. cum Rodulphus, n.14. de rescript. & not. in l. in vrbe, ff. de stat. homin.* vbi Bald. *in fin.* quem sequitur Iaf. *in l. is qui pro emptore, n.30. de vsucap.* Ruyn. *cons.200. n.10. ante fin. lib.2.* Et hic est casus noster; quia cùm in Ecclesia Calciaten. nulla electio Portionariorum in coniudices ostendatur. Ergo. 7

Ex quibus patet responsio ad contrariam. Et primùm, quicquid sit de sententijs in possessorio latis in fauorem Portionariorum Calaguritanorum. Nam decisiones quibus illæ sententiæ fundantur, nihil tale continent, illæ tamen suffraganrur Portionarijs Calciaten. præsertim in hoc iudicio pectoris, etiamsi olim fuerint vnitæ. Iam enim faciunt diuersa Collegia, & Capitula, aliàs frustrà susciperetur hæc disputatio ad obtinendas nouas sententias. Altera, quòd in ea causa non veniebant Dignitates, & Canonici contra Portionarios, sed solus Episcopus, prætendens, Portionarios æquo iure cũ illis qui non habent Dignitates, nec sunt de Capitulo in causis Ecclesiasticis sibi esse subiectos. 8

Ad illud quòd Capitulum non debet diuerso iure censeri, & quòd electio non fit nomine cuiuslibet Capitularis singulariter, sed nomine Capituli. Item quòd non sit verisimile, Capitulum sibi debuisse præiudicare, quominùs possit eligere Portionarios, fallunt huiusmodi Regulæ, quando plu- 9

plurès diuersis iuribus vtuntur. Nam vtentes vno iure excludunt alios. Licèt enim omnes qui conueniunt ad actus Capitulares, quoad hoc faciant vnum Capitulum, tamen
9 quoad alia sunt diuersi, Innoc. *in c. querelam*, *n.3. de elect.* Bald. *in l.a. n.48. de ser. & aq.* Et stante disparitate, procedit etiam quòd non appareat de contradictione, sufficitque multiplicatio actuum, qua non solùm inducitur consuetudo; verùm etiam excluditur propter negligentiam, Bald. *in d. l.2.n.48. in fin.* quia pro multiplicatione actuum excluditur præsumptio facultatis, Rip. *in Ecclesia*, *n.55. de caus. poss. & prop.* Cæs. de Graff. *decis.1.n.3. tit.eod.* Et fuit dictum in Geranden. Anniuersariorum 27. Ianuarij 1574. coram Illustrissimo Seraphino, & facultati competenti per modum iuris, & non in solo facto consistenti præscribitur, Socin. iun. *cons.145. n.40. & seqq. lib.1.*
10 Non obstat quasi possessio vniuersalis Portionariorum exercentium actus Capitulares, quòd illa debet extendi ad hunc nouum actum, ad trad. per Oldrad. *cons.177. n.24.* Abb. *cons.71.n... verf.a. principaliter lib.2.* Crauet. *cons.55. n... de antiq. temp. part.4. sect.1. n.47. & seqq.* Præsertim quia fuerunt in quasi possessione electionis passiuè in visitatores, in quorum locum successerunt coniudices, cùm vniuersalis quasi possessio vnius actus inducat quasi possessionem quoad alios actus sub eadem specie comprehensos. Respondetur enim, Portionarios, vt promissum est, ab anno 1526. non fuisse vnquam electos in visitatores, ita vt allegare non possint quasi possessionem, eo tempore quo fuerunt instituti coniudices, & possessio generalis non comprehendit rem particularem ab alio possessam, Rebuff. *de decim. q.14. n.22.* Socin. *cons.89. col.5. vers. optime*, *& col. penult. lib.1.* Sed posito etiam, quòd Portionarij semper fuissent electi in visitatores, non tamen de hoc posset inferri ad effectum coniudicum, quia magna est differentia inter visitatores & coniudices. Illi enim in Visitatores, & ab Episcopo tantùm sunt nominandi, ij verò extra visitationem in criminalibus, alijsque grauibus causis nominantur inter visitatores, possunt nominari etiamsi sint extra gremium Capituli coniudices, at non possunt esse nisi ex Capitulo.
11 Nec facit quòd reiecta fuerit differentia inter Capitulares de iure communi, & Capitulares de iure speciali in Corduben. iurisdictionis 17. Maii 1597. coram bon. mem. Orano, & in terminis Concilij in Calaguritana iurisdictionis 25. Maij 1598. coram Reuerendissimo Pacen. Nam istud procederet, si Portionarij haberent casum in aliquo actu positiuo, secùs vbi ius est cõsuetudine restrictum. Nec debet mirum videri discrimen inter Canonicos, & Portionarios, cùm illi vti originarij, & veri Capitulares in multis soleant præferri, Gemin. *cons.138. n.2.* & fuit dictum coram R.P.D. Decano in Salamantina Coadiutoriæ 25. Iunij 1595. Et multùm mouebat DD. quòd Papa nominando Capitulum, regulariter non intelligit personas particulares iure aliquo speciali, Gemin. *in c. final. n.6. ad fin. vers. ad propositum*, vbi Franc. *eod. n. vers. si ergo de præbend. in 6.* Quę doctrina fuit approbata à Rota in dicta Corduben. iurisdictionis 17. Martij 1597. coram bon. mem. Orano.
12 Quare, cùm ex dispositione Capituli statutum §.1. *de rescript. in §. sancitum sit*, vt nullis in Dignitate constitutis, vel Ecclesiarum cathedralium Canonicis causæ committantur, verisimile est, quòd Concilium deputando coniudices, voluerit se conformare cum iure communi, maximè cùm in eodem *in cap.6. sess.25. §. qui si aliquid nomine Capituli vtatur nomine Canonicorum*, & vbi voluit comprehendere alios quàm Canonicos, hoc expressit vt in § *qui verò non obtinent Dignitates*, *nec sunt de Capitulo* Eoque minùs credibile videtur cogitasse de Portionarijs, quod legislatores condendo leges vniuersales non censentur cogitare de illis quæ veniunt ex iure speciali, sed tantùm de his quæ veniunt de iure communi, quia consuetudines singulares, & statuta, cùm sint quid facti, à conditoribus legum ignorantur, *c.1. de constit. in 6.*
13 Postremò indecorũ videbatur inferiores Clericos quales sunt Portionarij, pro tribunali adsidere Episcopo, & coniudices agere in iudicando superiores Dignitates & Canonicos, qui propriè sunt membra Episcopi. Per hoc enim ordo Ecclesiasticus turbari videtur, quoniam ordinum distinctio non seruatur, *c. ad hoc 89. dist.* Gloss. *in d. c. statutum*, *in verbo*, *committant*, *de rescript. in 6.* Et fuit dictum in Salamantina optionis coram fel. record. Clemente VIII.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Camerinen. Donationis.

Mercurij 10. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Fundus datus in dotem æstimatam, transit in dominium mariti, & eueniente casu restitutionis dotis, non fundus, sed pecunia restitui debet, & plura traduntur ad probandum, quòd æstimatio in casu decis. interuenerit. Et an pretium in dote succedat loco rei.

SVMMARIVM.

Aestimatio in dote facit emptionem, *n.1.*
Dos dicitur data in re, nec dominium rei transit in maritum, quando non præcessit æstimatio, *n.1.*
Confessio extraiudicialis non probatur testibus singularibus, *num.2.*
Testes præsumuntur contestes, nisi probentur singulares, *num.2.*
Testes singulares admittuntur concurrentibus adminiculis, *num.2.*
Dotis restitutio soluto matrimonio quando dos est in fundo, non autem in pecunia debet statim fieri, *n.3.*
Maritus de fundo dato in dotem æstimatam, vti de re propria libere disponere potest, *n.5.*
Datio in solutum est ad instar venditionis, & transfert dominium, *n.5.*
Dominus rei cuius res fuit alienata, potest agere contra possessorem in vendicatione, vel aduersus venditorem ad pretium, ratificando venditionem, *n.5.*
Pretium in dote succedit loco rei, *n.5. Maximè si is penes quem extat illud, non habet ex causa onerosa.*

DECISIO CXIII.

FVit conclusum, dotem esse restituendam in pecunia, quia licèt datum fuerit marito prædium, tamen fuit datum æstimatum, & in dubio æstimatio in dote, facit emptionem, *l. plerumque*, *ff. de iur dot.* Gloss. *in l. si inter virum*, *in ver. æstimata*, *C. eodem*, quam communiter receptam dicunt Socin. *cons.57. n.6. lib.1.* Ruin. *cons.137. n.13. lib.1.* Bott. *decis.327. n.11.* & fuit sæpè decisum. Probatur autem æstimatio ex dispositione testium, qui disertè dicunt, prædium fuisse datum æstimatum pro scutis 1000. Nec obstat, quòd aliqui dicant simpliciter, prædium fuisse datum in dotem, quia propterea non excludunt, quin fuerit datum æstimatum, prout alij deponunt. Occultarent enim contractus emptionis & venditionis per quem dominium transit, & dos remanet in prædio, vt per Rolan. *cons.92. n.11.* Couar. *pract. q. c.28. n.1.* 1

Nec refert, quòd prædicti testes deponant de confessione extraiudiciali patris mariti qui dotem accepit. Et secundùm opinionem in qua est Rota, confessio extraiudicialis non probetur testibus singularibus, Put. *decis.476. lib.2.* Cæs. de Graff. *decis.4. n.4. de re iud.* Nam fuit responsum, primò non doceri, quòd isti testes sint singulares, ideòque præsumi contestes, Alex. *cons.215. num.1. vol.7.* Vbi Innoc. Specul. Bald. & alij allegantur, & tenuit Rota in causa Bisignana Pensionis 17. Maij 1574. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & in Lucana Pensionis eodem anno coram eodem. Quæ decisiones relatæ sunt inter impressas diuers. 191. *& 196. part.1* Deinde testes etiam singulares admitti, quando concurrunt adminicula, Corn. *cons.307. num.13. vers. & licèt non sint contestes*, *lib.3.* Aym. *de antiq. temp. part.4. §. sed enim*, *num.26.* Gabr. *de testib. concl.2. in fin*, & fuit dictum in prædicta decis. Bisig. 2

Concurrunt autem hoc casu Apoca matrimonialis, in qua dicitur prædium de partium consensu fuisse æstimatum scutorum 1000. quæ apoca licèt recognita non fuerit, fuit tamen sæpiùs enunciata in processu per hæredes mariti, & articulata etiam per eosdem cum illa qualitate, quòd contineret prædictam æstimationem, & declaratio patris mariti post filij mortem in iudicio facta, velle se vti dilatione legali, quæ locum habet, quando dos est in pecunia, non quando in fundo, *l. vnica*, *§. exactio*, *C. de rei vxor. act.* & de- 3

& Notarius extendit decretum in citatione illios contra quem fuit lata sententia: nam in hac materia, stylus attenditur, Franc. *in c. fin n.6. de re iud. in 6.* Rom. *cons. 367. nu. 11.* Fuit dictum in causa Astoricen. Congruæ 19. Iunii 1587. coram Illustrissimo Mantica. Et cùm iste stylus sit ordinatorius, non decisorius, satis probatur ex fide Notariorum Actuariorum, Soc. *cons. 36. n. 11. & 39. n. 28. lib. 4.* cum sufficiat, quòd de illo extraiudicialiter constet, vt tenuit Rot. in vna Mediolanen. rescissionis contractus, Lunæ 17. Iunij 1602. coram R. P. D. meo Sacrato. Itaque fuit conclusum, non esse retardandam exequutionem, cùm vtraque parte acerrimè informante, dubium semel, atque iterum propositum fuisset.

R. P. D. LANCELLOTTO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Florentina Domus.

Veneris 17. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Hæreditas patris non adita per filium transmittitur ad suos hæredes cum suis qualitatibus, & cum beneficio abstinendi.

SVMMARIVM.

Filiorum est prima causa in successione parentum, n. 1.

Filius hæreditatem patris non aditam, transmittit ad suos heredes, n. 2.

Hæreditas transmittitur cum suis qualitatibus, n. 3.

Filius dicitur heres ipso iure non obstante, quod habeat beneficium abstinendi, n. 2.

Clausula, Saluo iure, *supplet ea, quæ omissa fuerunt in inuentario, n. 4.*

DECISIO CII.

1 DOmini resoluerunt medietatem domus esse debitam Cleriæ, quia cùm tota domus spectauerint ad Nicolaum, & ipse reliquerit duos tantùm filios, Cæsarem & Don Ioannem Baptistam, isti tamquam habentes primam causam successerunt in bonis paternis ab intestato, *l. inter filios, C. de familia ercis. l. scripto, ff. unde liberi, cum concord.* ita vt in illa domu vterque successerit, cùm autem medietas ex Cæsare in Lucretiam eius ex testamento hæredem peruenerit, & cum assignatio dotis Cleriæ fuerit à Cæsare arbitrio Lucretiæ commissa, iterant quæ alijs decisionibus dicta fuerunt circa istud arbitrium saltim tacitum per Lucretiam datum.

2 Quibus non obstat, quòd cùm Cæsar adiuerit hæreditatem Nicolai medietas domus non potest dici fuisse in hæreditate ipsius Cæsaris: nam etiamsi non constet, Cæsarem adiuisse hæreditatem Nicolai patris, attamen cùm decesserit intra tempus datum ad deliberandum, potuit transmittere hæreditatem etiam non aditam ad quoscumque hæredes potentia & virtute suitatis, & sic ad Lucretiam sororem quam instituit, *l. 3. C. de iur. delib.* & ibi Bald. & Alex. *in summ.* & post alios quos allegat, tradit Gomez. *var. resol. tit. 1. c. 9. n. 27 vers. si ego,* Alex. *cons. 115. n. 11. lib. 2.* Surd. *decis. 138 num. 18. 9.* cum alijs pro Cleria allegatis, & bene facit Gloss. *in l. 1. §. prætermittere in verb. quidquam facit, ff. si quis omissa causa testa.* Vbi quòd illi existentes in potestate, sunt statim & ipso iure hæredes, etiamsi non se immiscuerint, licet abstentio facere possit quominùs teneantur creditoribus.

3 Vnde non obstat, quòd filius ante aditionem habeat beneficium abstinendi concessum de iure prætorio, & quòd ipsa abstentio transmittatur, cùm hæreditas transmittatur cum suis qualitatibus, Bald. *in c. 1. annor. 8. C. de his qui ante apertas tabulas.* Nam huiusmodi beneficium abstinendi est concessum principaliter in fauorem filij, vt ei tolatur necessitas qua præcisè tenebatur succedere in hæreditate paterna, & vt illi tollatur suitas in casu damnoso, non autem in caso quo tractatur de eius commodo & vtilitate, prout hic, vt bene declarat Gomez *vbi supra.* Vltra quòd beneficium abstinendi non facit quin filius dicatur hæres ipso iure, vt per Gloss. *in d. verbo quidquam facit.* Et consequenter, cùm nec filius, nec hæres declarauerint velle abstinere, & pro iure Cæsar filius Nicolai fuerit hæres domus de qua agitur, tamquam Nicolai patris Cæsaris, & D. Ioannis Baptistæ spectarit pro medietate ad ipsum Cæsarem, & inde Lucretiam eius hæredem, text. *in l. cum antiquioribus C. de iur. delib.* non loquitur in filio, qui ipso iure est hæres; sed in extraneo, & ideò non obstat in casu isto.

Neque obstat, quòd Lucretia non posuerit hanc domum, siue illius medietatem in inuentario, quia ad hunc effectum sufficit quòd adiuerit hæreditatem patris; nec omissio domus operatur, quin ipsa agnouerit se hæredem, & potest suppleri per clausulam *Saluo iure,* Castr. *in l. fin. §. cum committitur, C. de iur. deliber.* 3

R. P. D. MARQVEMONTIO.
posteà S. R. E. Cardinali.

Camerinen. Donationis.

Luna 19. Decembris 1605.

ARGVMENTVM.

Donatio causa mortis est contractus, & comprehenditur sub statuto *de contrac. sin. cert. solemn. non valet.* Et ex quibus probentur dictę solemnitates, & quando possit fieri per filium absque consensu patris, & quando pater possit contractum filij authorizare ad sui commodum directè vel indirectè, vt purà, quando filius donat fratri, & in re donata, patri quæritur vsusfructus. Et ex quibus validetur contractus inter patrem & filium, & an donatio rei litigiosæ valeat. Et plura alia de vitio litigiosi, & in quo considerari possit.

SVMMARIVM.

Mater tenetur solam legitimam filio relinquere, n. 1.

Lex quamuis dura seruanda est, n. 1.

Filiusfamilias non potest donare causa mortis absque patris consensu, n. 1.

Statutum de contractibus mulierum sine certa solemnitate non valituris, habet locum etiam in donatione causa mortis a muliere facta, n. 2.

Donatio causa mortis licèt sortiatur effectum post mortem, tamen quoad ordinationem, & initium, & prout est in fieri æquiparatur contractibus, num. 2.

Pater non potest mediante suo consensu authorizare contractum filij, ex quo sibi commodum quæritur, n. 3.

Vbi etiam si commodum non directo, sed indirecto ad ipsum perueniat, n. 3.

Pater mediante suo consensu authorizat donationem filij factam ad fauorem fratris, & alterius filij, & tunc patri nullus quæritur vsusfructus, n. 3.

Vsusfructus patri censetur prohibitus in relicto facto per matrem filio secundi matrimonij, ne aliàs relictum annulletur per dispositionem l. hac edictali, C. de secund. nupt. *num. 3.*

Iuramentum validat donationem, & quemlibet alium contractum inter patrem, & filium, n. 4.

Donatio facta per filium patri, valet, & tenet quando pater, palam bona fide confesit, n. 4.

Notario attestanti de acto tunc gesto creditur, n. 5.

Decretum iudicis attestans omnia fuisse legitime facta, indirectè importat, vt censeatur adhibita causa cognitio, num. 5.

Decreto iudicis attestantis fuisse adhibitas solemnitates, est credendum, n. 5.

Præsentia consanguineorum, qui ex forma statuti debebant interuenire in contractu est probanda ab eo qui impugnat contractum, numer. 6. Vbi declaratur vt procedat vbi aliqui interuenerunt consanguinei, licet non sint proximiores requisiti à statuto, secus vbi nulli interuenerunt consanguinei.

Decretum iudicis habet præsumptionem pro se, quamdiu de contrario non docetur, n. 6.

Donatio rei litigiosæ valet ab initio, sed annullatur perinde ac si non esset facta, n. 7.

Litigiosi vitium non contrahitur in alienatione vniuersali, num. 7.

Litigio non potest considerari; vbi de dominio rei non est lis, num. 7.

Litigiosi vitium non contrahitur, vbi fuit intentata actio personalis, n. 7.

Litigiosi vitium non contrahitur in cessione actionum, n. 7.

Donatio causa mortis, quoad effectum æquiparatur potius vltimæ voluntati, quam contractibus, n. 8.

Litigiosi vitium non contrahitur per legatum, fideicommissum, seu donationem causa mortis, n. 8.

DE-

DECISIO CIII.

1 QVamuis hęc mulier pietati maternæ defecerit, cùm attributa tantùm legitima proprio filio infanti, omnia sua bona contolit in fratrem suum;, donatione causa mortis; tamen cùm fecerit, quòd sibi per legem licebat, *l. 1. de inoff. donat. l. si mortis causa, C. ad legem Falcid.* Bald. *cons. 62. n. 3. in fin. lib. 4.* Et lex scripta, quamuis dura seruanda sit, *l. prospexit, §. ipsa igitur, ff. qui & à quib. manum.* Fuit conclusum, donationem fuisse validam, quandoquidē in ea interuenit consensus patris necessarius, ex quo mulier donans erat filiafamilias, *l. tam.* 15. §. 1. & ibi Gloss. & Bart. *de don. cau. mortis*, fuerunt presentes duo consanguinei, & adhibitum fuit decretum Iudicis ex forma præscripta per statutū ciuitatis Camerini, in qua facta fuit donatio.

2 Nam quicquid dixerit Ias. *in l. 2. n. 12. de leg. 1.* & ibi Alex. & alii Ias. sequuti, insistendum magis videtur opinioni, quæ habet solemnitatis à statuto requisitas in contractibus mulierum debere etiam concurrere in donatione causa mortis à muliere facta. Est enim communis, vt fatetur ipse Ias. & patet ex trad. per Rip. *in d. l. 2. num.* 10. Bened. *in c. Raynutius, verbo testamentum* 4. *n.* 31. *de testam.* Rim. iun. *instit. de donat. in princ. num.* 192. *& seq.* Couar. *de testam. part. 3. rubr. n. 5. &* 15. Lambert. *super stat. de contr. mul. gloss. 13. nu. 2. &* 3. Et ratio est in promptu, quia nempè donatio causa mortis licèt sortiatur effectum post mortem tantùm, tamen quoad ordinationem & initium, & prout est in fieri, æquiparatur contractibus, Doct. *in l. 2. de leg. 1.* Couar. *vbi supra*, Paris. *cons. 97. n. 4. vol. 3.*

3 Non obstat, quòd dicitur, patrem non potuisse adhibere huic donationi consensum, cùm ex ea commodum expectaret rationi vsusfructus sibi acquirendi, quia hæc mulier fratri suo, ex eodem patre donauit. Fuit enim responsum pluribus modis. Primò quidem ex authoritate Castren. Fulgos. & Alex. qui dixerunt, donationem huiusmodi etiam ad fauorem fratris ex ipsiusmet consensu validari. Sed hæc responsio non videbatur tuta, quoniam multi Doctores tenent contrariam, vt patet ex Paris. *cons. 67. n.* 21. *& seqq. lib. 3.* & ex Comul. per Tiraq. *de leg. connub. gloss. 8. n.* 115. & nouissimè per Ase. Clemen. *de patr. potest. c. 6. effect. 10. n. 6.* etiamsi donatio non tendat directò ad fauorem patris, vt in donatione facta vxori ipsius patris, latè consoluit Dec. *cons.* 279. itaque secundò fuit responsum, hoc casu valere donationem, & proprietatem, & vsumfructum acquiri donatario, Io. Andr. *in add. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. porrò, vers. audiui in quadam quæst.* Bart. *in l. 1. n. 3. &* 6. Castren. *n. 8. de auth. tut.* Oldrad. *cons. 26. n. 2. vers. quartò probatur*, quemadmodum in relicto facto filio secundi matrimonij per matrem non censetur relictus, imò prohibitus patri vsusfructus, ne aliàs relictum annulletur per dispositionem, *l. hoc edital. C. de sec. nupt.* vt dicunt Castren. *cons. 250. col. penult. vers. Nos loquimur lib.* 2. Ruin. *cons. 121. n. 8. vers. Item non obstat lib.* 1. Quod Castren. & Ruin. dictum sequuta est Rota in vna Fauentina bonorum 24. Maij 1604. coram R.P.D. meo Ludouisio.

4 Postremò fuit responsum, donationem sustineri, etiamsi tenderet in fauorem patris, non tantùm propter iuramentum, quòd validat donationem & quemlibet alium contractum inter patrem, & filium, Gabr. post alios *conclus. 4. de donat. numer. 3. &* 4. sed etiam propter decretum iudicis ex trad. à Couar. *in rubr. de testam. part. 3. nu.* 7. Tiraq. *de legib. connub. gloss. 8. n.* 122. idque eo magis hoc casu procedit quandoquidem vltra decretum iudicis interuenerunt etiam consanguinei consentientes donationi. Vnde donatio palam & bona fide facta censetur, Lambert. *super stat. de contract. mul. gloss. 10. n.* 10. Et per consequens, locus est distinctioni, Bald. & aliorum relatæ per Tiraq. *loco supradict. n.* 224 quòd valeat donatio facta etiam ad fauorem patris, quando patet palam, & bona fide consensit.

5 Non obstat, quòd statutum requirat præsentiam consanguinei proximioris. Et in hoc casu mulier donans habuerit quemdā consanguineum Iulium Herculanum proximiorem illis duobus qui donationi interuenerunt. Nam fuit dictum, quòd ille Iulius tempore factæ donationis, erat absens à Ciuitate Camerini, vt dicitur in instrumento donationis, & Notario de actu tunc gesto creditur, Alex. *cons. 80. num. 10. vers. sed in proposito lib.* 5. Prætereà iudex suum decretum interposuit, & attestatus est, omnia legitimè facta fuisse, quæ attestatio indirectè importat causæ cognitionem, Gabr. *cons. 23. n. 6. lib.* 1. fuit dictum in causa Romana de Grandis 16. Februarij 1601. coram R. P. D. meo Decano, vbi allegabatur decis. sanct. me. Clem. VIII. in Catanien. illegitimitatis 10. Ianuarij 1583. in qua Rota censuit, decretum attestans seruatas fuisse solemnitates esse attendendum.

Denique si filius qui donationem impugnat, prætendit 6
illum Herculanum non fuisse absentem, probare debet eius præsentiam, & quòd donationi potuerit interuenire, Guido. *decis.* 94. Castren. *cons. 124. in 2. dub. lib. 1.* Corn. *cons. 316. n. 7. in fin. lib. 1.* Aym. *cons. 80. n.* 14. Cùm regula sit, quòd impugnans contractum, debet probare ea quæ sunt causa impugnationis. Non obstat decisio in causa Perusina exequutionis 17. Nouembris 1567. coram Reu. P. D. meo Decano, quia in illa nullus consanguineus interuenerat contractui; ideò Rota dixit defectum huiusmodi per iudicis decretum suppleri non posse. Hic autem non petitur suppleri ex iudicis decreto defectum alicuius solemnitatis; sed tantùm vt pro decreto præsumatur, quamdiu non probatur contrarium, Achil. *decis. vlt. de præsumpt.* Prætereà illa decisio loquitur in diuersis terminis, & dicit expressè, onus probandi præsentiam incumbere illis qui agunt ad rescissionem contractus. Ergo & incumbit huic filio, qui agit ad donationis inualiditatem.

Vltimò non obstat, quod dicitur, donationem hanc vti 7
factam de re litigiosa non valere, aut magis propriè loquēdo, valere quidem à principio, sed ad irritum constitui, perinde ac si non interuenisset, *l. lite pendente, C. de litig.* Et fuit dictum hanc donationem fuisse omnium bonorum, & in alienatione vniuersali non contrahi vitium litigiosi, Decian. *cons. 109. n. 11. & seqq. lib.* 3. Deinde fuit dictum litigium non posse hoc casu considerari, quia propriè de dominio rei donatæ non erat lis, *auth. litigiosa C. de litig.* sed tantùm de eo; An dos in pecunia numerata, vel in prædio esset restituenda, & vbi fuisset actum ad restitutionem ipsius prædij. Tamen cum eo nomine fuisset intentata personalis actio, non esse locum vitio litigiosi, Cyn. & alii *in l. 2. C. de litig.* Rom. *cons. 270. n.* 2. Aym. *cons. 279. nu.* 1. eum multis cumulatis per Honded. *cons. 20. nu. 31. lib.* 1. & hanc magis communem sententiam dicit Pereg. *de iure fisc. lib. 4. tit. 6. n.* 10. Quinimò cùm donatrix prædium non possideret, nec, vt dictum est ad illud ageret actione reali; sed personali tantum, censetur in donatione illam actionem cessisse, idque non obstante lite facere potuit, secundum communem opinionem de qua per Lancellot. *de attent. part. 3. c. 22. n. 26. & seqq.*

Et tamen vbi circa prædicta dubitari contingeret, fuit 8
dictum, donationem causa mortis, quoad effectum æquiparari potius vltimæ voluntati, quàm contractibus, vt per Couarr. *in d. rubr. de testam. par. 3. n. 15. & seqq.* Vnde, sicut per legatum & fideicommissum, non contrahitur vitium litigiosi, *l. 3. & l. fin. C. de litig. & auth. eo. tit.* ita nec per donationem mortis causa, quia vtroque casu alienationis occasio est eadem, nempè mors litigatoris, non cupiditas vexandi aduersarij, vt eleganter ait Culac. *in paratitl. C. de litig.* Atq; ex his vtraque parte informante, fuit conclusum, donationem fuisse validam.

R.P.D. MARQVEMONTIO,
postea S. R. E. Cardinali.

Romana Separationis Thori.

Luna 16. Ianuarij 1606.

ARGVMENTVM.

Statuta Vrbis ligant Clericos litigantes extra forum Capitolinum, & statutum de duobus conformibus habet locum etiam in causa separationis thori agitata in Rota.

SVMMARIVM.

Statuta Vrbis ligant Clericos tamquam statuta Papalia à sui initio, n. 1.

Statuta dicuntur Papalia quando habent originem à Papa, quamuis ab alio condantur, n. 1.

Constitutiones Aegidiana habuerunt originem à bo. m. Cardinali Aegidio, qui non habeat iurisdictionem, nisi in temporalibus, n. 1.

Statuta ita dicuntur facta à deputatis Papa, quando deputauit pro reuisione, quemadmodum quando deputauit ad condendum, & compilandum, n. 2.

Statuta Vrbis antiqua sui origine sunt Papalia, vt apparet in illorum exordio, n.2.
Statuta noua subrogata in locum antiquorum, censetur subrogata cum sua qualitate, ita vt si antiqua erant Papalia, noua etiam censeantur Papalia, n.2.
Statuta facta à Papa, non possunt absque eiusdem Papa consensu abrogari, n.2.
Dictio, Etiam, *exprimit casum magis dubitabilem in materia de qua loquitur, n.3.*
Laici non possunt cognoscere de causa continente annullationem iuramenti, n.3.
Statuta quamuis Papalia non extenduntur ad casum in quibus læditur libertas Ecclesiastica, n.4.
Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiam causam separationis thori, n.4.
Litium celeris terminatio, Respublica est fauorabilis, n.4.

DECISIO CIV.

DOmini censuerunt stare in decisis rationibus, de quibus in decisione. Neque obstare quæ in contrarium fuerunt deducta.

2 Quòd enim respondebatur decisionem in Romana de Comitibus, & similes de quibus Rota resoluit statuta vrbis ligare Clericos, ideò emanasse, quia in casibus dictarum decis. agebatur de bonis Clericorum patrimonialibus, repelli quidem potest pluribus modis, & in specie *ex c. quamuis, de cens. in 6.* & ibi trad. per Doct. sed quoad præsentem inspectionem sufficit dicere, in huiusmodi decisionibus numquam fuisse consideratam materiam rei controuersæ, sed solùm authoritatem statuti, vtpote Papalis, & facti a deputatis à Papa, & quòd hęc sit ratio super qua, tot decisiones fuerunt fundatæ, fuit expressè dictum in Romana de Caris, Veneris vltima Februarij 1585. coram Illustr. Blancheto. In qua etiam decisione additur, licèt à confirmatione tantùm statuta Vrbis non accipiant robur ligandi Clericos, illud tamen accipere, ex quo fuerunt condita de mandato Papæ, & ab ipso Papa originem sumunt. Quando enim statutum à Papa originem habet, quamuis ab alio condatur dicitur Papale, Felin. *in c. 1. n. 4. de spons.* Rip. *in c. 1. n. 3. de Iud.* Vnde non est locus oppositioni, quæ fit de verisimili defectu statuentium voluntatis, ex Abb. *in cap. cum Ecclesia, n. 25.* Et Dec. *num. 50. de const.* Cùm enim statutis in ipsa origine authoritas Papæ adfuerit, verisimile est, potiùs statuentes huiusmodi authoritate fictos cogitasse statim à principio de omnibus illis casibus comprehendendis, qui sub statuto venire poterant. Et nihilominùs vbi non cogitassent, non propterea statuta minus sunt Papalia, aut minùs suum effectum sortiuntur. Ex his sequitur, non vrgere quę fuerunt deducta de effectu confirmationis, & de constitutionibus Ægidianis. Nam, vt dictum est, robur non venit statuto ex confirmatione, sed ex origine Papali, & prædictæ constitutiones habuerunt originem à b. me. Cardinali Ægidio, qui non habuit iurisdictionem nisi in temporalibus, vt fuit dictum in multis causis, quas congerit Hunded. *cons. 20. lib. 2.*

2 Non obstat, quòd noua statuta compilata fuerint à Luca Peto de Ordine Populi Romani, ex quo infertur, ab initio fuisse laicalia. Nam prędicta decisio in Romana de Caris, & alia Romana secretariatus 20. Nouembris 1592. coram Reuerend. Rodienquæ eandem habet conclusionem, emanarunt post noua statuta; & ex literis confirmationis nouorum statutorum, ibi, *nostris authoritate, & præsidijs fretis instituerunt.* Colligitur, statim ab initio interuenisse fel. rec. Gregorij XIII. authoritatem. Præterea, cùm illa Lucæ Peti compilatio per deputatos à prædicto Pontifice fuerit visa, correcta, facta & emendata, &c. inurat decisio in Romana de Comitibus sanct. me. Clementis VIII. tunc Rotæ Auditoris, statuta ita dici à deputatis à Papa, quando deputauit pro reuisione, quemadmodum quando deputauit ad condendum, & compilandum. Denique cùm statuta noua, vt ex illorum confirmatione colligitur, subrogata sint in locum antiquorum, quæ sine dubio statim ab origine Papalia fuerant, vt in illorum exordio legitur, debent censeri subrogata cum eadem qualitate, *l. filia, §. à Titio de cond. & demonstr. l. si cum §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* Maximè enim ab huiusmodi statutis antiquis origine, & authoritate Papalibus Pop. Rom. recedere non potuerit sine Papæ authoritate, Bar. *in l. omnes populi, n. 33. de Iust. & iur.* Abb. *in c. dilecto, n. 10. de praben.*

3 Non obstat, quòd specialiter Papa approbauerit statuta in ea parte, vbi restringunt effectum iuramenti, nam ponderando illam dictionem, *etiam*, quæ exprimens casum magis dubitabilem in materia de qua loquitur, vt per Dec. *in l. qui se patris, nu. 11. C. vnde lib.* fuit responsum, illam mentionem de iuramento factam per prædictam dictionē *etiam*, potiùs indicare, casum de quo agitur posse comprehendi statuto, eum prohibere, ne in causa separationis thori inter ciues agitata secundò appelletur, minùs sit quam restringere iuramenti validitatem. Vel illa expressio de iuramento potuit fieri ad cautelam abundantiorem, & ad tollendam omnem dubitationem. Vel denique quia si non adfuisset illa expressa confirmatio, poterat dici in illa parte violata libertas Ecclesiastica, ex quo non solùm disponitur super iuramento, sed etiam illud annullatur, circa hoc datur cognitio Iudicibus laicis, Aret. *cons. 8.* post not. per Io. Andr. & alios Doct. *in c. tua nobis 1. de decim.*

Ista enim statuta quantumuis authoritate Papali munita, non extenduntur ad casus in quibus iurisdictio Ecclesiastica læderetur, quia id neque Papa, neque statuentes voluerunt, Felyn. *in c. 2. n. 40. & seq. de rescr.* Vnde non valet ista consequentia, causa separationis thori comprehenditur statuto de duabus conformibus, ergo in Capitolio potest cognosci. Refellitur enim ex supradictis, & ex trad. per Innoc. *in c. non minus, num. 6.* Card. *q. 5.* Anchar. *in fin. de Imm. Eccles.* Et illa comprehensio est ad hunc effectum, vt postquam à legitimis & Ecclesiasticis iudicibus huiusmodi causa inter ciues, aut alias personas statuto comprehensas fuerit cognita, ab iisdem iudicibus Ecclesiasticis iuxta tenorem dicti statuti exequutioni demandentur. In quo non violatur vllo modo libertas Ecclesiastica, imò Reipubl. summus fauor continetur, ex quo citiùs imponitur finis litibus, *l. 3. §. 1. de recept. arbitr.* & similib. Atque ex hac Domini statuerunt in decisis. 4

R. P. D. PENIA.

Conchen. Nullitatis ordin.

Veneris 27. Ianuarij 1606.

ARGVMENTVM.

Metus reuerentialis, ex quibus probatus censeatur in filium ad suscipiendum Ordines sacros, & ad faciendum professionem.

SVMMARIVM.

Metus reuerentialis arguitur ex præcedentibus minis, aut verberibus, etiam sine patris expresso præcepto, numer. 1.
Professio dicitur metu emissa ex præcedentibus minis, aut verberibus à patre illatis, etiam sine patris expresso præcepto, n. 2.
Metus iustus oritur ex continua importunitate paterna, & assiduis imprecationibus, n. 3

DECISIO CV.

ROta, vna tantùm parte informante, quia in causa procedebatur per audientiam contradictarum, circumscripto effectu, de quo particulariter erat agendum, censuit; constare de metu illato Antonio de Viana ante susceptionem Ordinis sacri. Nam cùm obtineret beneficium annui redditus scutorum 500. & patrem mediante mandato cum iuramento constituisset procuratorem irreuocabilem in rem propriam ad percipiendos prouentus Ecclesiasticos, ideoque pater eos sic in suam vtilitatem conuerteret, vt exiguum commodum Antonius inde perciperet, ad contrahendum matrimonium animum applicare cœpit; quod animaduertens pater, blandis primùm monitionibus, inde seuerioribus, & per se, & per alios ad suscipiendos sacros Ordines Antonium filium inducere procurauit, cumque parùm se proficere videret, in eum acritèr sæuiens præter minas & imprecationes, ad grauiores actus perueniens, in Antonium filium constanter recusantem sacris initiari, plumbeum atramentarium semel in caput coniecit, & aliàs sæpè, tum de die, tum de nocte propriis manibus percutere tentauit. 1

Ex his enim actibus iure censuit Rota, constare de metu Antonio illato antequam sacris initiaretur, cùm aliàs solus metus reuerentialis ex præcedentibus minis, aut verberibus, etiam sine patris expresso pręcepto sufficiat in materia susceptionis Ordinis, vel professionis, Abb. *in c. cum virum, n. 8. vers. intellige, de Regular.* Dec. *in c. 1. n. 10.* Vbi Felyn. 2

Felyn. *n.2. de offic. delegat.* Boer. *decis.* 100. *num.* 11. & 13. Afflict. *dec.* 69. *n.* 4. *vers. Vnde sicut actus*, Couar. *tit. de sponsal. par.* 2. *cap.* 3. §. 6. *n.* 3. & 4. *vers. Caeterum, cum de libello*, Alber. *cons.* 27. *n.* 5. Vbi dixit communem, quam Rota sæpè probauit, & signanter in causa Neapolitana professionis die 15. Iunij 1598. coram bo. me. Gyptio, & in causa Toletana possessionis die 22. Maij 1595. coram D. Cardinale Seraphino tunc Rotæ Auditore.

4 Præterea ea continua importunitate paterna, & assiduis imprecationibus iustus metus oriebatur, Gloss. *in c. sunt qui opes, in verbo, non iudicio, vers. sed aliquis* 17. *q.* 4. *l.* 1. §. *persuaderi ff. de seru. corrupt.* Gloss. *in l.* 1. *in verbo pignora, C. si Rector Prouinciæ*. Craueit. *cons.* 10. *num.* 17. In hoc casu ea prædictis actibus ortum fuisse iustum metum, eo magis assertum fuit, quia Antonius tunc adolescens nondum peruenerat ad 20. ætatis annum; ideò dicebatur, metum fuisse iustiorem, quò Antonius, cui inferebatur, erat ratione ætatis debilior, Barbat. *cons.* 60. *n.* 4. *lib.* 1. *vers. modo reducendo ista*.

4 Deniq; concurrebat euidens causa inducendi metum, quia si Antonius duxisset vxorem, cùm per contractum matrimonij amissurus fuisset Ecclesiasticos prouentus, pater consequenter carriturus erat commodo, quod percipiebat vigore mandati irreuocabilis ex prædictis prouentibus. Cæterùm licèt sic Rota censuerit, effectum tamen circumscripsit, de quo particulariter erat agendum, an videlicet, tempore, quo Antonius suscepetit sacros Ordines, vel metus esset purgatus, vel per contrarios actus ita videretur exclusus, vt ad perpetuam continentiam seruandam teneretur.

R. P. D. P E N I A.

Romana fructuum dotis.

Luna 27. Februarij 1599.

A R G V M E N T V M.

Dotis non solutæ fructus tam de iure communi, quàm vigore statuti Vrbis quando debeantur mulieri ab hæredibus viri prædefuncti, vel etiam ab extraneo, qui illos soluere promisit, & an interpellatio requiratur.

S V M M A R I V M.

Dotis non soluta fructus de iure communi non debeatur, nisi duobus concurrentibus, inopia scilicet mulieris non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentiam pro dote effectualiter habenda, eamque habere non potuerit, *num.* 2.

Interesse debitum vigore statuti potest in pactum deduci, numer. 3.

Dotis non soluta fructus vigore statuti Vrbis non debentur interpellatione non pracedente. Quod quando verum sit, & de materia, n. 4. 5.

Interpellatio non est necessaria contra eum qui ex pacto, & conuentione tenetur, n. 4. *in princ. & vers.* 2.

Iuramentum habet vim interpellationis, nomer. 4. vers. 3. quod in hoc casu. *Interpellatio non requiritur contra eum, qui sponte soluere se obtulit, n.* 4. *vers. Quartò, quia*.

Statuti qualitas in primis probanda est ab eo qui se fundat in statuto, num. 5.

Forma censetur inducta à statuto, quando in eo datur ordo prioris, & posterioris, num. 5.

Forma à statuto inducta præcisè seruanda est, numer. 5. *in fin.*

Indebiti repetitio non datur ei, qui sponte, & ex conuentione soluit, n. 7.

Dotis non soluta fructus solùm ab extraneo, qui eos soluere promisit, non repetuntur à soluente, nec in sortem computantur, n. 9.

DECISIO CVI.

1 Contracto matrimonio inter Illustr. & Excellentiss. D. Marcum Pium, & Illustriss. & Excellentiss. D. Cleliam Farnesiam anno 1587. promissa fuit dos scutorum 45. millium monetæ, cum pactis in capitulis matrimonialibus, & in instrumento dotali appositis, vt in casu restitutionis dotis per mortem D. Marci superuiuente D. Clelia dotem ei in Vrbe liberè, & sine vlla exceptione, illius hæredes restituerent, & si in dote restituenda cessarent, fructus ei ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno iuxta consuetudinem, & statuta Vrbis soluere tenerentur. Vita functo D. Marco Pio, D. Clelia anno 1600. de prædicta dote habuit scuta 32400. & pro residuo scutorum 12600. D. Æneas Pius præmissa assertione, quòd ipse erat hæres cum beneficio legis, & inuentarij, & quòd hæreditas D. Marci maximè erat grauata, & fortassis exhausta, vt ex inuentario cognosci poterat, & quòd multa bona post mortem ad se pleno iure non pro hærede D. Marci, sed ex dispositione antecessorum suorum, & aliàs diuersimodè spectabant, ideò intuitu meritorum D. Cleliæ, & Serenissimæ familiæ Farnesiæ, non titulo hæredis, sed tamquam D. Æneas Pius nomine proprio obligauit se intra duos annos id residuum D. Cleliæ soluere, & interim nomine alimentorum singulo anno ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario anticipatè de semestri in semestre, eidem D. Cleliæ soluere, & respõdere.

2 Hæc alimenta D. Clelia vsque ad annum 1605. ad prædictam rationem septem cum dimidio exegit, demum eidẽ agenti contra D. Æneam coram A. C. super solutione sortis principalis, opposita fuit exceptio, quòd prædicta alimenta in sortem computare teneretur, & quoniam articulus erat grauis, & exemplaris, vtraque pars iudicium Rotæ desiderauit, vbi præsuppositis primo instrumento dotali, & alio instrumento cum D. Ænea celebrato, & statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 137. & aliis vtrinque deductis, Rota vtraq; parte informante, causa per omnes Dominos visa, & discussa censuit alimenta D. Cleliæ præstita non fuisse in sortem principalem dotis computanda. Non ex eo, quòd vigore iuris communis, fructus D. Cleliæ viduæ pro dote, vel parte dotis non solutæ deberentur; Quoniam Rota non sequitur hanc opinionem, nisi duo copulatiuè concurrant, videlicet eius inopia, ita vt aliunde non habeat alimenta, & quòd fecerit diligentiam pro dote effectualiter habenda, iuxta decis. Afflict. 284. & Thesaur. 43. *nu.* 2. & decis. Rotalis in vna Spoletana vsusfructus die 13. Iunij 1589. cor. D. Cardinale Mantica tunc Rotæ Auditore, & in causa Romana, seu Cæsenaten. fructuum dotis die 13. Iunij 1603. coram R. P. D. Lita. Quæ duo requisita, licèt vnus ex Dominis putaret in hoc casu concurrere, alij tamen, quia non videbant esse probata in hoc motiuo non fecerunt fundamentum.

3 Maior difficultas fuit circa statutum Vrbis, quo secundo loco vtebantur informantes pro D. Clelia, ad quod se contrahentes expressè retulerunt, & in disputatione dubij præsupposuerunt. Præcudebant enim quòd stante hoc statuto à Sede Apostolica confirmato, validè potuit deduci in pactum, quod per statutum erat constitutum, Surd. *de aliment. tit. primo, quæst.* 44. *n.* 3. *vers. amplia* 34. idque non obstante, quòd in restitutione dotis attendi debeat statutum, siue consuetudo, quæ viget in loco domicilij mariti defuncti, *l. exigere dotem*, *n.* 23. *ff. de iudic.*

4 Neq; obstante defectu iudicialis interpellationis quem statutum requirit, quo potissimùm fundamento vtebantur informantes pro Domino Pio. Ad quem licèt informantes pro D. Clelia multis modis respondere niterentur, cùm in casu fructus deberentur ex pacto, & conuentione, pactum ab initio positum inseruiebat pro interpellatione, Alex. *cons.* 121. *n.* 4. *vers. Et sic noster lib.* 5. Secundò, quòd interpellatio iudicialis à statuto non requiritur pro forma, sed ad constituendum debitorem in mora, vnde ipsa conuentio sufficit, & deseruit loco moræ, cùm voluntas promittentis habeatur loco interpellationis, & citationis, cui renuntiari potest, Gabr. *de citat. conclus.* 1. *n.* 346. Tertiò, quòd in hoc casu satis videri poterat adesse interpellatio, cùm interuenerit iuramentum, quod habet vim interpellationis, Olach. *dec.* 49. *n.* 7. Quartò, quia quando contra aliquem requiritur iudicialis vocatio, illa non est necessaria, vbi ille spontè se obtulit, vt post Io. Andr. trad. Franch. *c. fin. num.* 9. *vers.* 5. *quæritur, quod si fuit omnia specialis citatio, de elect. lib.* 6.

5 Nihilominùs illæ responsiones non videbantur tollere difficultatem, tum quia qui se fundat in statuto, qualitatem à statuto requisitam in primis probare debet, Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. ne quid in flum. public.* Dec. *cons.* 18. *num.* 4. Rimin. iun. *cons.* 44. *nu.* 68. tum quia in terminis statuti Romani antiqui, quòd viduæ alimenta non debeantur, nisi verificetur qualitas petitionis, & ante petitionẽ non sit locus statuto tenuit Lucas Pet. *Pract. Capitolina, in pract. fori Capito-*

lini lib.4. cap. 8. n.5. Tum denique quia ista qualitas iudicialis interpellationis pro forma inducta, & requisita videbatur ibi post iudicialem interpellationem; nam regulariter, cùm in lege, vel statuto datur ordo prioris, & posterioris, tunc censetur inductus pro forma, Felyn. *in cap. cum dilecta, num.6. de rescript.* Paris. *cons.19. n.185. lib.2.* & forma à statuto inducta, præcisè est adimplenda, Socin. *cons.37. n.15. lib.2.* Et maximè quia qualitas interpellationis iudicialis etiam de iure communi requiritur, Crauett. *cons. 912. n.7.* Neuiz. *cons.74. n.3.*

6 Quibus ita ponderatis, & nunc propter difficultates prædictas omissis, Rota pro restitutione capienda: Primò, considerauit causam obligationis D. Æneæ, quæ non fuit fundata in aliqua dilatione temporis ad soluendum aliquod debitum ex aliqua causa quæ transiret in mutuum. Vnde nasceretur vsura, sed in mera voluntate, & liberalitate eiusdem D. Æneæ, qui non tamquam hæres D. Marci, sed ipse tamquam Æneas Pius, & sic tanquam tertius extraneus voluit D. Cleliæ ad prædicti dotis residui restitutionem teneri, & cum effectu obligari, & interim eidem alimenta prestare, sicut re ipsa suæ obligationi satisfaciendo præstitit, nedum hæreditas D. Marci mariti mortui dicebatur non esse soluendo, & ipse statim soluere, se obligare valebat, ne D. Clelia matrona nobilis, & vidua, dote, & alimentis fraudaretur.

7 Nec ideò poterit in hoc contractu vsura considerari, quia voluit ad tempus sibi benè visum teneri soluere, non priùs, & interim etiam alimenta ad certam summam prestare, quoniam cum ex prædicta causa fuerint præstita, exclusa dilatione temporis non debet dari repetitio, iuxta text. *in l. si quis à liberis*, vbi Bart. *ff. de liber. agnos.* Nihil enim prohibebat, quominus D. Æneas posset ita promittere non solum tempore, quo non fuisset dos restituta, sed totum etiam tempore vitæ D. Cleliæ, non attenta dilatione temporis, quia D. Æneas tanquam non obligatus, in sua potestate habebat, & consequenter hodie non erat iustum, quòd ista liberalitas D. Æneæ, propter quam D. Clelia distulit facere suas interpellationes etiam iudiciales contra hæreditatem mariti prædefuncti verteretur in eius damnum, & præiudicium, quod proculdubio contingeret, si exacta pro alimentis, & iam consumpta in sortem principalem propriæ dotis computare teneretur.

8 Præterea Rota in eadem facti specie apertioris intelligentiæ gratia duos casus distinxit. Primum, quando repetitur dos ab hæredibus mariti defuncti, qui tenentur viduæ dotem restituere. Et hoc casu non debentur fructus, nisi post iudicialem interpellationem, iuxta formam statuti. Quòd si quid exactum fuerit loco fructuum, & dos petatur, tunc illud omne compensari posset in sortem principalem, & in his terminis procedebant omnia allegata pro D. Pio. Alter casus est, quando petitur dos ab obligato restituere ex propria obligatione, qui autè non erat obligatus, & qui interim soluit alimenta, quæ etiam soluere promisit; & cùm petitur ab eo sors principalis, vult alimenta tanquàm indebitè soluta computare in sortem: & isto casu, licèt non interuenerit iudicialis interpellatio, non computantur in sortem, quia ex propria obligatione, & nomine proprio, non tanquam hæres, sed tanquam tertius promissor teneri voluit ad vtrumque, quod facere potuit, *l. in re mandata, C. mand.*

9 Hos duos casus distinxit, & probauit Rota in causa Romana fructuū dotis de Luraghis die 19. Ianuarij 1600. coram R. P. D. Iusto. Vbi fructus à Ioanne Baptista soluti Lauræ non fuerunt computati in sortem. Et iste casus procedit in promissore extraneo, vt tenuit Rota in causa Romana fructuum dotis, die 15. Nouembris 1596. & in eadem 15. Ianuarij 1598. coram bon. mem. Orano. Vnde cùm in hac causa D. Æneas non vti hæres Marci, sed tanquam tertius, aliàs non obligatus ex sua liberalitate ad restitutionem dicti residui dotis, &, videlicet eidem prestare alimenta ad rationem supradictam teneri voluit, non potest modò alimenta sic spontè soluta, & bona fide consumpta de sorte principali deducere, tum ob prædicta, tum quia donasse censebatur.

10 Nec ad rem pertinebat, quòd soluens vsuras per errorem, possit eas repetere, quia fuit responsum, hic non fuisse solutum per errorem, sed scienter liberè, & vtraq; parte consentiente, neque adfuisse aliquam vsuram, cùm mutuum verum, vel palliatum cessaret. Et eo plenius prædicta procedebant, quia postquam D. Æneas prædicto modo promisisset soluere septem cum dimidio pro centenario, nomine alimentorum, adiecit id velle seruari, omni exceptione, contradictione, retentione, & compensatione penitus remotis, & cessantibus.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Prælationis.

Lunæ 13. Martij 1606.

ARGVMENTVM.

De venditore, quando dicatur habuisse, vel non habuisse fidem de pretio, & quando in re vendita habeat priuilegium prælationis.

SVMMARIVM.

Venditor, qui in re vendita non reseruauit sibi dominium, vel hypothecam specialem; vel non apposuit pactum resolutiuum, sed deuenit ad traditionem rei venditæ, non potest prætendere in ea re prælationem. Declara, ut n.2.

Venditor dicitur habuisse fidem de pretio ex traditione rei absque eo quod fuerit actum de illius exbursatione. Declara, ut n.3.

Venditor in dubio non præsumitur habuisse fidem de pretio, n. 3. in fine.

Verba cum hoc tamen, *conditionem important, numero 4.*

Venditor quando habuit fidem de pretio, requiritur eiusdem pretij integra solutio, nec solutio partis suffragatur, numer 5.

DECISIO CVII.

CVm in venditione domus de qua agitur, adsit pactum, quòd *lapsis decem annis datis ad redimendum, & non facta redemptione domus*. (Hæc sunt formalia verba instrumenti) *libera*, & vt vulgò dicitur, *à piombo remaneat*, & sic emptoris à dicto onere, & nexu redimendi omninò exempta. Cum hoc tamen, quod pro huiusmodi liberatione, & pro omni supplemento iusti pretij dictus emptor in dictum euentum vltra scuta quatuor mille ducenta soluere teneatur, eidem D. Francisco venditori, scilicet, alia scuta 800. similia; visum fuit maiori parti Dominorum D. Franciscum venditorem, lapsis decem annis agentem ad sc. 800. esse præferendum in domo vendita creditoribus Iulij emptoris, licet antiquioribus venditione. 1

Nam etsi regula sit, quòd venditor, qui in re vendita non reseruauit sibi dominium, vel hypothecam specialem, vel non apposuit pactum resolutiuum contractus, minimè possit prætendere prælationem, si deuenit ad traditionem rei, Alex. *in l. si cum dotem, §. fin. q. vlt. ff. solut. matr.* cum aliis per Negus. *de pignorib. p. 4. n.35. cum plurib. seq.* Hoc tamen est intelligendum, si venditor habuerit fidem de pretio, & non aliàs, vt notatur *in §. vendita vero res, Inst. de rer. diuis. in l. quod vendidi, ff. de contr. emptione*, cum aliis per Gail *pract. obseruat obse. n.15. n.4.* In casu verò proposito non videtur fuisse habita fides de pretio. 2

Nam licet ex traditione rei, absq; eo, quod fuerit actum de exbursatione pretij, videatur habita fides de dicto pretio, Gloss. *d. §. vendita, verb. fidem emptoris*, quam communiter approbari dicit Christophor. ibid. Et res videtur procedere de plano, quando est datum tempus ad soluendum, Gloss. *in d. l. quod vendidi, verb. satisdatione*, attamen prædictę conclusiones non visæ fuerunt posse applicari in hoc casu, quia nec res quoad scuta octoginta fuit data spontè, & simpliciter, sed contemplatione solutionis scut. 4200. ex qua per decennium emptor debebat absque solutione scut. 800. potiri domo, nec respectu scutorum 800. fuit data dilatio contemplatione fidei emptoris, sed correspectiuè ad pactum de retrouendendo, quod durabat ad fauorem venditoris, & ideò cùm & traditio rei, & dilatio ad soluenda scuta octingenta fuerint ad alium effectum, non potest ex iis inferri, quòd sit habita fides de pretio, & succedit conclusio, quòd cùm simus in dubio, non præsumatur habita fides, vt per Fabr. *in d. §. vendita n.1.* Gail. *d. obseruat 15. n.6.* 3

Quòd fit manifestum, ponderando verba venditionis, ibi, *elapsis vero decem annis, & non facta redemptione, d. domus libera remaneat*, & sic dicti D. Iulij à dicto onere redimendi penitus exempta. Cum hoc tamen, quòd pro huiusmodi liberatione, & supplemento iusti pretij dictus 4

Iulius

Iulius soluere teneatur scuta octingenta. Ex quibus apparet, liberationem domus esse suspensam, & conditionalem, si & quatenus soluantur scuta 800. & non aliàs; illa enim verba, *Cum hoc tamen*, faciunt conditionem, *l. si dies, ff. quand. dies leg. ced.* Dec. *cons.* 461. *n.* 1. & hoc idem importat illa dictio, *tamen*, Paris. *cons.* 17. *n.* 19. *lib.* 1.

5 Et ad illud, super quo latè instabant informantes pro creditoribus, quòd pactum de retrouendendo fuerit personale Iulij emptoris; Respondebatur, quòd quicquid sit de hac, non propterea impendebatur, quòd lapso decennio domus remanserit libera emptori, nisi soluto iusto pretio, cùm ex prædictis appareat, non fuisse habitam fidem de illo, & quando non est habita fides de pretio, requiritur solutio integra, nec solutio partis suffragatur, Tiraquell. *de retract. conuent. ad fin. lit. num.* 70. cum aliis per Surd. *cons.* 101. *n.* 13.

R.P.D. MARQVEMONTIO, postea S. R. E. Cardinali.

Asculana dotis.

Veneris 7. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Solutio est facienda secundùm valorem monetæ de tempore contractus, & alia quamplura traduntur ad ostendendum, quòd transactio iuxta casum decis. ad certum quod est restricta.

SVMMARIVM.

Solutio fieri debet secundum valorem monetæ currentis tempore contractus, n. 1.
Transactio censetur facta ex causa quæ erat in lite, n. 1.
Nouatio regulariter non præsumitur, n. 1.
Iactare suum nemo præsumitur, n. 2.
Præsumitur pro iudice, quòd non fecerit quid temerè, & absque causa, n. 2.
Instrumentum factum in exequutionem Capitulorum præcedentium non debet ampliare, nec agere contenta in Capitulis, n. 2.
Verba potiùs censetur posita ad demonstrandum, & declarandum, quàm ad taxandum, n. 3.
Clausula apposita in instrumento de stylo Notariorum, non autem ex conuentione partium, nihil operantur, numer. 3.

DECISIO CVIII.

1 CVm partes conueniant, quòd stante ordinatione bo. me. Cardinalis S. Marcelli, solutio de qua agitur, fieri poterat ante transactionem ad rationem baioc. 45. pro singulo floreno. Domini dixerunt, idem etiam dici debere post transactionem, quia regula est, quòd solutio fieri debet ad valorem monetæ currentis tempore celebrati contractus, *c. pen. de censibus, Clem.* 2. & ibi glos. & Card. *de decim.* & causam transactioni dedit non aliqua discordia circa qualitatem floreni, sed tantummodò erat controuersia super solutione terminorum decursorum dotis promissæ, ideoque ex illa causa debet censeri facta transactio, ad text. *in l. si certa*, & ibi Doctores *C. de transactionib. & in l. cum dies, §. plenum de arbitr.* Maximè cùm in Capitulis Concordiæ vulgari sermone per transigentes confectis nulla fuerit facta mentio de florenis ad rationem baioc. 50. quod tamen omninò exprimi debuisset, cùm esset res magni momenti. Imò contrarium eos voluisse apparet ex relatione, quam ista Capitula sæpiùs habent, ad antiquam dotis promissionem, & regulariter non præsumitur nouatio, *l. fin. C. de nouat.*

2 Accedit, quòd nulla potest considerari ratio propter quam Honorius qui tenebatur soluere florenos ad rationẽ baioc. 45. voluerit illos soluere ad rationem baioc. 50. sicq; perdere scuta plusquam 300. *ad l. cum de indebito, de probat.* Neque iudex qui dictæ transactioni vtpotè per Honorium minorem factæ interuenisset, fuisset tale augmentum permissurus, ita temerè factum, & sine causa, Bald. Alex. & alij per Gabr. *de sent. concl.* 5. *n.* 2. Itaq; non obstat, quòd in instrumento Concordię floreni exprimantur ad rationem baioc. 50. pro singulo floreno, quia cùm instrumentum fuerit factum pro exequutione Capitulorum, non debet augere, nec ampliare ea quæ inter partes in dictis Capitulis conuenta fuerunt, Natt. *cons.* 263. *n.* 3. Lap. *al. leg.* 15. *n.* 5. ibiq; mandat plures allegat.

Præterea illa expressio fuit facta non ad denotandum mutationem monetæ soluendæ, sed demonstratiuè ad differentiam alicuius floreni, vt aliàs in simili causa fuit consideratum in vna Cæsenaten. pecuniaria 14. Martij 1597. coram R. P. D. meo Decano, & facit regula, quòd verba censentur potiùs posita ad demonstrandum, & declarandum, quàm ad taxandum, Aym. *cons.* 205. *numer.* 5. Cephal. *cons.* 539. *num.* 9. *& seq.* Atque ex fide quæ data fuit de stylo Notariorum Asculanorum colligitur, quòd illa expressio valoris floreni fuit apposita ex Notarij consuetudine; non autem ex conuentione partium, Bald. *cons.* 263. *num.* 2. *lib.* 1. Rom. *cons.* 179. *nu.* 5. Alban. *cons.* 129. *num.* 8. 3

Denique ille valor floreni ad baioc. 50. potest referri ad floren. contractum in obligatione eo tempore quo dos fuit promissa. Vnde cùm de tempore transactionis, vigore supradictæ ordinationis baioc. 45. in nouis quatrinis æquiualeтent baioc. 50. in antiquis quatrinis, qui currebant quando dos fuit promissa, satis etiam verbis instrumenti erit satisfactum, quando pro singulo floreno soluentur 45. baioc. cùm isti virtualiter, & implicitè contineant illos 50. Itaque fuit vtraque parte informante conclusum, solutionem fieri debere ad rationem baioc. 45. pro singulo floreno.

R. P. D. SACRATO, posteà S. R. E. Cardinali.

Tridentina bonorum.

Veneris 7. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

In hac decisione mirabiliter explicatur consuetudo Bulgari volentis vxori relictæ dominæ, & patronæ totius hæreditatis, & etiam vsufructuariæ, non censeri relicta nisi alimenta, quando locum habeat, & quando non.

SVMMARIVM.

Hæres institutus in re certa, nullo ei dato cohærede, censetur vniuersalis hæres institutus, n. 3.
Ius accrescendi potest à testatore prohiberi, n. 4.
Institutus hæres post mortem alicuius, an censeatur conditionaliter institutus, n. 4.
Vxor relicta donna, & Domina, non censetur instituta hæres, sed tantùm alimentorum legataria, iuxta consuetudinem Bulgari, numer. 5. *Vbi ponderantur plura verba, quibus isto casu vxor non censetur hæres vniuersalis instituta.*
Hæres non indiget licentia percipiendi propria auctoritate, num. 5.
Legatum annuum censetur inductum vxori per verba, donec vidualem vitam duxerit, n. 5.
Hæreditas non potest dari ad diem, num. 5. *ante finem.*
Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum domina, & patrona, non censetur hæres instituta in vniuersa hæreditate, sed solum ad alimenta stantibus descendentibus testatoris, num. 6.

DECISIO CIX.

VErba testamenti quondam Christophori de Tridento erant infrascripta; Item Veronicã eius dilectissimã vxorem reliquit donnam, Dominam, & vsufructuariã omnium, & quotumcumq; bonorũ d. D. testatoris, saluis infrascriptis; & quã Analogistã constituit, etiam vsufructuariã esse voluit pleno iure, ita vt præsens relictus vsusfructus non cõuertatur tantũ in causam alimentorum cũ infrascriptis DD. eius nepotibus hæredibus institutis, sed habeat, & propria auctoritate retineat, & consequatur plenum, & integrũ vsumfructum, absq; eo quòd de d. vsufructu aliquam rationem reddere teneatur, sed de d. vsufructu possit liberè disponere arbitrio suo, donec vitam vidualem seruauerit, & vidualiter vixerit, &c. liberansque eandem D. eius vxorem, ab omni confectione inuentarij, confidens, &c. ad aliquam eorum redditionem non teneatur, neq; proptereà præstare aliquam fideiussionem de eis, vtendo, & fruendo, & de eis restituendo, quoniam de ipsa plenè confidere dixit, &c. Quia mens, & intentio ipsius D. testatoris fuit, & est; quod eueniente casu suæ mortis dicta D. eius vxor,

vxor, si superstes erit, sit integraliter Domina, & patrona dicti vsusfructus, & nullam in eo patiatur molestiam, viuendo tamen vidualiter, & castè, & saluis infrascriptis. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, præsentibus & futuris, & vbicumque sint, & reperiri possint. Hæredes suas vniuersales instituit, nominauit, & esse voluit, nobiles Dominas Margaritam, Felicitam, & Veronicam eius nepotes, ex quondam D. Calepino filio olim d. D. testatoris æqualiter, & æquis portionibus, & quamlibet earum pro tertia portione, ita tamen quòd donec prædicta eius vxor vixerit, vt supra, durante dicto vsufructu, vnaquæque ex dictis eius neptibus, sic vt suprà hæredibus institutis consequatur, & censeatur instituta in rainensibus tantùm duobus mille pro singula earum, qui rainenses duo mille sint pro dote vniuscuiusque earum, & pro quibus eas tacitauit, & mandauit esse contentas, nec voluit quicquam aliud petere possint, durante dicto vsufructu dictæ eius vxoris, sed tantùm post mortem ipsius D. Veronicæ integraliter succedant, & vnaquæq; earum succedat, &c. & quas dictas eius neptes hæredes institutas inuicem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum in casu, quo vna, vel plures ex eis decederent, vel decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, & cui, vel quibus sic sine filiis decedenti, vel decedentibus, alias sorores superstites, vel earum premortuarum filios substituit in stirpes, & non in capita, & prefatis omnibus tribus sic decedentibus reliquit vsumfructum, & vsufructuarium tantùm dictorum bonorum suorum esse voluit D. Franciscum eius nepotem in eius vita tantùm, & eo casu post ipsius D. Francisci mortem substituit domum Dei de Tridento, & quam domum voluit succedere in omni proprietate bonorum suorum.

2 Ex Felicita, de qua in hoc testamento, & N. eius marito natus fuit Franciscus, posteà obijt dicta Felicita, deinde Franciscus eius filius in infantili ætate, postremò obijt Veronica vxor testatoris, qua occasione fuit controuersia inter maritum Felicitæ ex vna, & neptes testatoris sorores Felicitæ ex altera super portione, ad quam fuerat vocata Felicita in hoc testamento, asserente nimirum N. marito Felicitæ, portionem ad se spectare, quia Franciscus fuit hæres Felicitæ, & ipse heres Francisci filij sibi cum dicta Felicita communis, qui Franciscus cùm decesserit in infantili ætate, licere sibi N. iure patrio vindicare hæreditatem Felicitæ, etiamsi non fuisset per filium adita, *l. si infanti §. 1. C. de iur. delib.* Ex aduerso dicebatur, quod Felicita vltra bis mille rainenses, de quibus modò non disputatur, non fuerat purè hæres instituta, sed per fideicommissum vocata post mortem Veronicæ vxoris testatoris, & ideò cùm ante mortem Veronicæ decesserit, eius vocatio expirauit, & eius portio per ius accrescendi, siue non decrescendi spectare ad sorores. Dicebatur etiam pro parte earumdem sororum, quòd dato etiam, quòd institutio fuisset pura, & Franciscus filius Felicitæ successisset, adhuc ipse vigore dicti testamenti censebatur rogatus restituere Matertetis, & consequenter N. maritum Felicitæ nullatenus posse aspirare ad huiusmodi successionem. Rursus dicebatur pro parte sororum, quòd etiamsi Franciscus non fuisset rogatus restituere Materteris, adhuc istud non nocere, quia Felicita eius mater non adiit hæreditate Christophori, & ideò cum adhuc agatur de hereditate Christophori ascendentis sororum, quæ modò veniunt ad causam, non potuisse fieri transmissionem ad personas extraneas, vt est maritus Felicitæ, in præiudicium sororum descendentium ab illo, de cuius hereditate agitur, Bal. *in l. 2. num. 2. C. ad Senatus consul. Orphic.* & latiùs per Imol *in l. ventre, numer. 31. & 32. ff. de acquir. hered.* super prædictis, me proponente fuit per Illustrissimum, & Reuerend. D. meum Cardinalem Madrutium iudicem causæ, & in spiritualibus, & temporalibus dignissimum Tridentini Principem, expostulatum votum sacri Auditorij, & quia materia erat satis prolixa; Domini distinctè procedendo sub hac die 7. Aprilis firmarunt, Felicitam pro sua portione fuisse hæredem ab initio. Fundamenta decisionis fuerunt duo. Quia *in §. in omnibus au-*

3 *tem*, nepotes expressè, & purè quoad proprietatem vniuersales hæredes instituuntur. Secundò, quia non controuertitur, nec controuerti potest, neptes fuisse purè heredes institutas in rainensibus bis mille pro singulis, & Dominis nullus videbatur datus cohæres, quia Veronica vxor testatoris fuit tantùm legataria vsusfructus. Quando autem quis instituitur in re certa, & nullus datur cohæres, tunc taliter institutus fit hæres vniuersalis, ne aliàs quis decedat pro parte testatus, pro parte verò intestatus, *l. 1. §. si ex fundo, ff. de hered. instit. l. quoties*, vbi gloss. *verb. scriptus*, & communiter Scrib. *C. eod. tit.*

Non obstat, quòd testatur *in d. §. omnibus*, dixerit se 4 velle, quòd durante vsufructu neptes censeantur tantùm institutæ in rainensibus duobus mille, ex quo infertur esse restrictam, & moderatam generalitatem institutionis, de qua *in d. §. in omnibus*, ac etiam prohibitum ius accrescendi in vim, *d. l. 1. §. ex fundo, & d. l. quoties*, quod fieri potest per testatorem, iuxta magis communem Doct. opinionem, de qua testatur Curt. iun. *cons. 12. n. 8.* quia Domini censuerunt, vitam Veronicæ non fuisse adiectam ad suspendendam substantiam institutionis, sed tantùm illius exequutionem, iuxta dictum Bald. *C. de Episc. & Cler.* cum alijs per Couar. *var. resol. lib. 2. c. 1. num. 5.* & Paris. *cons. 97. nu. 3. lib. 2.* & per Illustrissimum Manticam *de coniect. lib. 4. c. 5. art. 10. num. 23.* Et tenuit Rota in causa Romana hæreditatis 17. Februarij proximi coram R. P. D. Marquemontio. Quæ tuta videntur esse in fortioribus terminis, quia loquuntur quando quis instituitur hæres post mortem vsufructuarij, & sic deficiunt verba institutionis ante mortem dicti vsufructuarij, vt benè argumentatur Bald. *in d. l. id quod pauperibus*. In casu verò proposito *in §. omnibus autem*, concurrunt verba generalia pro institutione, vndè limitatio subsequens in illis verbis, *ita tamen, &c.* si referatur ad exequutionem tantùm, non erit suppletio, siue superinductio verborum, vt in casu Bald. & aliorum supra allegatorum, sed quædam restrictio, & moderatio, quæ in iure videtur minùs odiosa.

Non obstat, quòd primò Veronica fuerit instituta hæ- 5 res in vsufructu, quod patet ponderando illa verba, *Dominam, & Dominam*, quæ non possint referri ad simplex legatum alimentorum, iuxta consuetudinem Bulgari, cùm id testator expressè prohibuit, & ideò cùm importent dominium, significant etiam hæredis institutionem, vt latè per Illustrissimum Manticam *de coniect. vlt. volun. lib. 4. tit. 5. art. 9.* Ex quo inferebatur cessare fundamentum, de quo suprà in secundo loco, quòd nullus fuerit datus cohæres nepotibus testatoris, ac etiam doctrinam Bald. *in d. l. id quod pauperibus, num. 27. C. de Episc. & Cler.* quam alij sequuntur, quæ in effectu fundatur in eo, quod aliàs si diceremus institutionem factam post mortem vxoris esse conditionalem, etiam respectu proprietatis, sequeretur, quòd viuente vxore nullus adesset hæres, & consequenter sublato hærede corrueret & ipsum vsusfructus legatum, vt latè per Illustrissimum Mantic. *d. art. 10. num. 2.* quia fuit negatum, Veronicam in testamento, de quo agitur fuisse institutam hæredem, quod patet, ponderando plura, de quibus in dicto testamento, quæ non conueniunt institutioni hæredis; nempè declaratio, quòd vsusfructus non conuertatur in causam alimentorum, sed tantùm licentia percipiendi vsumfructum propria auctoritate. Liberatio à redditione rationis, temporalitas, donec vidualiter vixerit, liberatio a confectione inuentarij, & cautione de viuendo, & fruendo. Quod autem istæ cautelæ minimè conueniant hæredis institutioni patet, quia consuetudo Bulgari, quòd vsusfructus non conuertatur in causam alimentorum, non procedit, quando vsusfructus fuit relictus titulo institutionis, vt per Illustrissimum Mantic. *d. lib. 4. tit. 5. art. 4.* Item institutus hæres non indiget licentia percipiendi propria auctoritate, cùm hoc de iure possit facere, *l. ex facto 2. C. de hered. instit. l. quoties, C. eod. tit.* Item illa verba, *donec vitam vidualem vixerit*, denotant annuum legatum, Alex. *cons. 29. num. 1. lib. 4.* Non autem hæreditatem, quæ non potest dari ad diem, *l. hereditas*, vbi Glos. Scrib. *ff. de hered. instit.* Et ex istis, & alijs minimè conuenientibus hæredi, colligitur testatorem noluisse facere hæredem, sed legatariam, vt in specie argumentatur Cephal. *cons. 36. num. 26. cum seqq.* vbi plura ad propositum. Et in specie ponderat, quòd in suo casu testator, numquam honorauerit vxorem nomine hæredis: quæ consideratio videtur eò magis adaptari in hoc casu, quia ex cautelis appositis per testatorem satis colligitur, quòd ipse erat in iure versatus, & ideò magis inhærendum est verborum proprietati, quam si testator fuisset persona vulgaris, ad trad. per Alex. *cons. 9. numer. 4. lib. 1.*

Nec

6 Nec potest fieri vis super illis verbis, *Dominam, & Patronam*, quæ possunt importare hæredis institutionem: tum quia hic apparet de contraria mente disponentis ex prædictis, ac etiam ex alio, nempe, quia aderant descendentes testatoris, quo casu restringitur significatio illorum verborum, etiam ad sola alimenta, iuxta communem, de qua per Alex. *cons.56. & 57. lib.3.* Et licèt in hoc casu non possit fieri talis restrictio ad alimenta, ex quo illam testator expresse prohibuit, non propterea cessat identitas rationis restringendi eadem verba in fauorem filiorum quoad alia, in quibus testator minimè prouidit, & Illustrissimus Mantic. *d. lib.4. tit.5. art.9.* ex aduerso allegatus non loquitur quando instituti post mortem vxoris sunt descendentes testatoris, vt in casu proposito, nec quando ex alijs apparet de mente testatoris. Ex quibus fuit firmatum, neptes in hoc testamento fuisse purè hæredes ab initio, Veronicam verò legatariam tantùm.

☞ *Infrà in eadem causa habetur altera decisio sub die 23. Iunij 1606. coram eodem bon. mem. Card. Sacrato, est decis.125.*

R. P. D. SACRATO,
posteà S.R.E. Cardinali.

Monopolitana Pensionis.
Lunæ 10. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, & ex Summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Possidens beneficium, pensione grauatum tacitè ad pensionis solutionem obligatus censetur, diciturque tacitè contraxisse cum pensionario, n.1.

Legatarius habet omnes actiones in re legata, quæ testatori leganti competebant, n.1.

Pensionis solutio quando in reseruatione dicatur anticipatè facienda, an verò postcipatè? n.2.

DECISIO CX.

1 DOminus Franciscus tamquam legatarius quondam Fabritij, cui aliàs fuit reseruata pensio super Baiulatu, aliquibus abhinc annis possesso à D. Petro, petijt coram A. C. à dicto D. Petro terminum maturatum in die Natiuitatis Domini nostri anni 1603. quo tempore viuebat dictus Fabritius, & desuper obtinuit mandatum de quo dubitaui; an esset exequutioni demandandum. Et pro affirmatiua fuit conclusum, non solùm quia D. Petrus tenet Baiulatum onere istius pensionis grauatum, ex quo dicitur quasi contraxisse cum pensionario, Verall. *decis.302. part.2.* Verùm etiam adest particularis obligatio dicti D.Petri in transactione inita vsque de anno 1600. cum d. quondam Fabritio super solutione huius pensionis, & ideò cùm viuente Fabritio cesserit dies solutionis, nil remanet quominùs pensio fuerit debita Fabritio, *l. cedere diem, ff. de verb. signific.* & inde Francisco legatario, in quem transierant actiones dicto quondam Fabritio competentes in re legata, *l. ex facto*, cum ibi not. per Scrib. *C. de legat. l. à Titio, ff. de furtis*, & in re legata dicitur quasi hæres, *l. id tempus, ff. de vsucap.*

2 Et quæ dicuntur de pensione anticipata, quæ non debetur hæredibus pensionarij, vt in causa Faren. pensionis 19. Iunij 1593. coram bon. mem. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, nam applicantur; quia loquuntur de pensione, cuius solutionis dies non cesserat in vita pensionarij, prout cessit in casu de quo agitur. Et nihilominùs ad tollendum etiam hoc motiuum fuit dictum, nos versari in pensione, quæ soluitur postcipatè, hoc est, de fructibus decursis, quod patet ex forma reseruationis, ex qua colligitur an pensio sit anticipata vel postcipata, vt siquidem à die reseruationis vsque ad diem solutionis primi termini colliguntur fructus, pensio dicatur postcipata, sin minùs anticipata, vt fuit consideratum in causa Cæsaraugustana pensionis 13. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & sensit Rota in Salernitana pensionis 9. Aprilis 1601. coram R.P.D. Ortembergo. In casu verò proposito non visus fuit locus dubitationi, quin à 26. Martij qua die fuit reseruata pensio vsque ad diem sancti Ioannis Baptistæ, quo tempore fuit facienda prima solutio, non intercederet tempus aptum, imò aptissimum ad percipiendos fructus.

3 Non obstat quòd D. Petrus de anno 1600. quo tempore fuit sibi prouisum de hoc Baiulatu iuxta stabilimenta Religionis Hierosolimitanæ, non potuerit adipisci possessionem, nisi prima Maij dicti anni, quia non propterea desijt pensio esse postcipata, prout fuit ab initio, quando fuit reseruata de anno 1593. & obiectum procederet, si ageretur super eo, quòd quis teneretur soluere terminum sancti Ioannis Baptistæ dicti anni 1600. & pro qua rata, nempe vel D.Petrus, vel antecessor in Baiulatu, de quo modò non agitur, cùm D. Petrus ad id se tunc obligauerit.

4 Minùs facit, quòd D. Petrus se obligauerit prima Iulij 1600. & ab illo tempore vsque ad proximum festum sancti Ioannis Baptistæ nulli potuerint colligi fructus, ex quo infertur, nos versari in pensione anticipata iuxta prædictam regulam, quia fuit responsum ex pluribus. Primò, attendi debere initium pensionis, & secundùm illius primæuam naturam esse regulandam pensionem, quia illa concordia non alterauit illius primæuam naturam, sed tantùm diminuit quantitatem, & dedit modum solutioni. Secundò, quia licèt D. Petrus concordauerit prima Iulij, non propterea cœpit possidere Baiulatum prima Iulij, sed prima Maij, & sic à dicta die possessionis adeptæ incepit eius obligatio ad pensionem. Tertiò, fuit dictum, quòd nec contrahentes intellexerunt aliquid noui disponere circa illud, quod primus terminus sancti Ioannis Baptistæ non esset pro fructibus decursis. Quod patet ex eo, quia habuerunt relationem ad reseruationem, tàm in illis verbis, ibi, *iuxta formam dicti Breuis, & prioris reseruationis*, quàm in alijs verbis, *etiamsi Religio perceperit fructus Baiulatus vsque per totum mensem Aprilis proximi*, per quæ apparet, quòd solutio fiebat pro fructibus decursis, etiam ante mensem Aprilis proximum. Ex quibus fuit conclusum, mandatum Auditoris Cameræ esse exequutioni demandandum.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de Gradis.
Lunæ 10. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

Mandatum ad respondendum positionibus debet esse specialissimum ad sic respondendum, & quando responsiones factæ fuerunt cum mandato ad sic respondendum, habentur pro responsionibus principalis, nec reuocari possunt, num.1.

Aduerte tamen, quòd est in arbitrio partis petentis responderi, an admittere velit ad respondendum procuratorem absque dicto specialissimo mandato, quemadmodum etiam est in arbitrio partis pro qua respondetur, an illas responsiones ratas habere velit, vel ne, n.1.

DECISIO CXI.

1 FVit dictum esse standum in decisis. Nam quòd mandatum ad respondendum positionibus esse debeat specialissimum ad sic respondendum, tenuit Rota in alijs causis, & in specie in vna Bononiensi fideicommissi de Rubeis 6. Martij 1598. coram R.P.D. meo Lancellotto; & licèt sit in arbitrio partis petentis responderi positionibus, si admittere velit Procuratorem etiam sine specialissimo mandato, quia positiones sunt inductæ ad ponentis fauorem, vt ab onere probandi releuetur, *l.1. de interrog. act.* Tamen etiam est in arbitrio principalis, pro quo fuit responsum, illasne procuratoris responsiones ratas habere, an reuocare velit, Rota *dec.32. de test. in antiq. & dec.19. de procur. & 2. de confess. in nouis*, Caputaq. *dec.198. par.1.* At verò quando responsiones factæ fuerunt cum mandato ad sic respondendum, habentur pro responsionibus, & confessionibus ipsius principalis, ideòque reuocari non possunt, text. & gloss. *in c. fin. de iure iur. in 6.* Bar. *in l. qui bona fide, §. si alieno, n.14. vers. tertio quæro, de damn. infect. & in l. non solum, n.8. de procurat.* Vest. *l.5.c.16.n.4.* Itaque cùm Georgius huiusmodi specialissimum mandatum non habuerit, potuerunt sine dubio eius confessiones reuocari, & per consequens Gradi illis confessionibus iuuari non possunt, stante illa Bendinelli protestatione de qua in priori decisione fuit dictum, & videbatur DD. cessare omnis difficultas, ex quo etiam hodie hæredes Bendi-

dinelli parati sint docere de errore illarum confessionum, postquam per Grados facta fuerit librorum exhibitio.

R. P. D. OTTEMBERGO
Episcopo Attrebaten.

Calciaten. Coniudicum.

Lunæ 24. Aprilis 1606.

ARGVMENTVM.

Portionarij non possunt eligi in Coniudices secundùm dispositionem Concilij Tridentini *sess.25. c.6. de reformat.* Vide Corduben. iurisdictionis 7. Februarij 1597. & 17. Maij eiusdem anni coram Orano.

SVMMARIVM.

Capitali appellatione comprehenduntur tantùm Canonici, non autem Portionarij, n.1.
Prælatus principalis in Cathedrali Ecclesia habet vocem in Capitulo, & tamen non est de Capitulo, n.1.
Actus solus negatiuus non sufficit ad exclusionem vnius generis, nisi interueniat aliquis actus positiuus actui negatiuo contrarius, n.6. vers. primo casu.
Opponere, qui potest contra actum, & non opponit, videtur illi acquiescere, n.6. in fine.
Consuetudo restringit ius singulare, & speciale, n.7.
Regula, quòd quis diuerso iure censeri non debet, quomodo procedat declaratur, n.9.
Consuetudo, sicut inducitur per actuum multiplicationem, ita etiam excludetur per negligentiam, num.9. vers. & stante.
Portionariorum exercitium in exercendo actus Capitulares, non extenditur ad vocem passiuam, n.10.
Possessio generalis non comprehendit rem particularem ab alio possessam, num.10.
Canonici præferuntur Portionarijs tamquam originarij, & veri Capitulares in multis, n.11.
Capituli appellationis non veniunt personæ particulares iure aliquo speciali, n.11. in fine.
Legislatores condendo leges vniuersales non censentur cogitasse de illis, quæ veniunt ex iure speciali, n.12.
Ecclesiasticus ordo turbari non debet, sed seruari, n.3.

DECISIO CXII.

1 TErtropositum, & maturè disputatum fuit dubium; an Portionarij Ecclesiæ Calciaten. habeant vocem passiuam, ita vt possint eligi in coniudices secundùm dispositionem Concilij Tridentini *sess.25. c.6. de reform.* vbi statuitur, vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio & assensu Episcopus, vel eius Vicarius procedere teneatur, quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra Capitulum cathedralium, & aliorum maiorum Ecclesiarum, illarumque personas, extra visitationem procedendum erit. Et Domini pro maiori parte negatiuam sententiam amplexi sunt. Cùm enim de iure communi appellatione Capituli tantùm comprehendantur Canonici; Portionarij verò de iure non sint de Capitulo, sequitur vt veniant ex statuto, consuetudine, vel alio iure speciali.

2 Et quidem allegant Portionarij statutum anni 1235. quo Ecclesia Calaguritana, & Calciaten. inter se fuerant vnitæ, & constitutum, quòd in illis tantùm quadraginta essent Canonici, & viginti Portionarij integri; ita quòd omnes isti vnum Collegium, & vnum Capitulum censeantur; verùm hoc statutum quoad vnionem illarum Ecclesiarum in desuetudinem abijt, & de hodiernis Portionarijs Ecclesiæ Calciaten. non loquitur, in qua non reperiuntur Portionarij integri. Nam illi qui anteà erant integri anno 1533. facti fuerunt Canonici; itaque in ea remanent solùm Portionarij dimidij.

3 Secundò allegant statutum antiquum quod continetur, num.10. & fuit renouatum à Reueren. D. Don Petro Manso, præsente Episcopo Calaguritano, quo post numerata quædam exercitia communia inter Canonicos, & octo Portionarios, additur, quòd ijdem Portionarij habent votum in electionibus, & in omnibus alijs rebus existit inter eos distinctio ex quibus verbis, *habent votum in Capitulo*, non sequitur, ipsos esse de Capitulo, quia principalis Prælatus habet vocem in Capitulo, & tamen non est de Capitulo. Gem. *cap. fin. sub num.5. vers. aut quærimus de præben. & dign. in 6.*

Vnde possessionem fundatam Portionariorum reducit ad consuetudinem resultantem etiam ex pluribus actibus tam actiuis, quàm passiuis, competentibus solis capitularibus inter quos connumerantur præcipuè actus electionum visitatorum, quos non modò Portionarij vnà cum Canonicis elegerunt, verùm etiam ipsi quoque visitatores electi fuerunt, & cùm ex dispositione Conc. Tridentini, coniudices videantur subrogati in locum visitatorum, inde inferunt ad electionem passiuam in coniudices. 4

Verùm quicquid sit de electione actiua, non inueniuntur plures quàm duæ electiones in quibus beneficiati fuerunt electi visitatores, videlicet anno 1525. fuit electus D. Arana, & anno sequenti Lupus Sacaz de Matim beneficiati nuncupati. Ab anno autem prædicto 1533. quo integri Portionarij fuerunt facti Canonici, & à quo tempore dimidij Portionarij prætenduur, se fuisse nominatos Portionarios simpliciter, & non dimidios Portionarios, nulli ex eorum numero ampliùs fuerunt electi visitatores, vt patet ex actibus Capitularibus electionem annuatim continentibus celebratis: nec non ex testibus pro parte Dignitatum, & Canonicorum examinatis in summario eorumdem num.1. & 2. Posteà verò anno 1592. quo cœperunt eligi coniudices in Ecclesia Calciaten. sẽper fuerunt electi Canonici & Dignitates, per vota secreta, & anno 1596. per quatuor annos continuos fuit obseruata forma in eligendo, vt per Secretariũ conficerentur schedulæ continentes dumtaxat nomina Dignitatũ & Canonicorũ, & consignarentur omnibus præsentibus, vt actiuum votũ habentibus etiam Portionarijs, secundùm quas schedulas restrictè fiebat nominatio seclusis ab electione passiua Portionarijs. 5

Ex quibus cùm appareat, in Capitulo Calciaten. interuenire diuersa genera personarum, & posito quòd Portionarij sint de Capitulo, tamen ipsos fundare intentionem suam diuerso iure, statuto scilicet vel consuetudine, Canonicos verò iure communi, item Portionarios numquam fuisse coniudices, postquàm nouo iure Concilij Tridentini coniudices introduci cœperant. Domini hanc partem amplexi distinguebant, quòd vbi duo genera personarum, prætendunt posse eligi, aut æqualiter veniunt de iure communi, aut vnum de iure communi, & alterum iure speciali. Primò casu ad exclusionem vnius generis non sufficit solus actus negatiuus, nisi interueniat aliquis actus positiuus contrarius actui negatiuo, Calder. *cons.19. de præben. & 1. de consuet.* qui non est casus noster: attamen ex abundanti, dato quòd Portionarij essent Capitulares, de iure communi videtur satis constare, de exclusione ex acquiescentia ipsorum dictis actibus positiuis, restrictiuis, & contrarijs actibus negatiuis, Felyn. *in c. cùm accessissent n.31. in princ. de constit.* Roch. de Curt. *de consuet. sect.4. n.80.* 6

Posteriore casu, quando vnum genus personarum habet fundatam intentionem de iure communi, alterum verò de iure speciali, siquidem prohibiti fuerint, tenentur ostendere consuetum, aliter excluduntur etiam quòd non appareat de contradictione. Et ratio est, quia consuetudo restringit ius singulare, & speciale, *arg. c. cum dilectus, de consuetud.* Felyn. *in c. cum Rodulphus, n.14. de rescript. & not. in l. in vrbe, ff. de stat. homin.* vbi Bald. *in fin.* quem sequitur Ial. *in l. is qui pro emptore, n.30. de vsucap.* Ruyn. *cons.200. n.10. ante fin. lib.2.* Et hic est casus noster; quia cum in Ecclesia Calciaten. nulla electio Portionariorum in coniudices ostendatur. Ergo. 7

Ex quibus patet responsio ad contrariam. Et primùm, quicquid sit de sententijs in possessorio latis in fauorem Portionariorum Calaguritanorum. Nam decisiones quibus illæ sententiæ fundantur, nihil tale continent, illæ tamen suffragantur Portionarijs Calciaten. præsertim in hoc iudicio pectoris, etiamsi olim fuerint vnitæ. Iam enim faciunt diuersa Collegia, & Capitula, aliàs frustrà susciperetur hæc disputatio ad obtinendas nouas sententias. Altera, quòd in ea causa non veniebant Dignitates, & Canonici contra Portionarios, sed solus Episcopus, prætendens, Portionarios æquo iure cũ illis qui non habent Dignitates, nec sunt de Capitulo in causis Ecclesiasticis sibi esse subiectos. 8

Ad illud quòd Capitulum non debet diuerso iure censeri, & quòd electio non fit nomine cuiuslibet Capitularis singulariter, sed nomine Capituli. Item quòd non sit verisimile, Capitulum sibi debuisse præiudicare, quominùs possit eligere Portionarios, fallunt hujusmodi Regulæ, quando plu- 9

pluresdiuersis iuribus vtuntur. Nam vtentes vno iure excludunt alios. Licèt enim omnes qui conueniunt ad actus Capitulares, quoad hoc faciant vnum Capitulum, tamen
9 quoad alia sunt diuersi, Innoc. *in c. querelam*, *n.3. de elect.* Bald. *in l.2. n.48. de ser. & aq.* Et stante disparitate, procedit etiam quòd non appareat de contradictione, sufficitque multiplicatio actuum, qua non solùm inducitur consuetudo; verùm etiam excluditur propter negligentiam, Bald. *in d. l.2. n.48. in fin.* quia pro multiplicatione actuum excluditur præsumptio facultatis, Rip. *in Ecclesia*, *n.55. de caus. poss. & prop.* Cæs. de Graff. *decis.1. n.3. tit. eod.* Et fuit dictum in Gerunden. Anniuersariorum 27. Ianuarij 1574. coram Illustrissimo Seraphino, & facultati competenti per modum iuris, & non in solo facto consistenti præscribitur, Socin. Iun. *cons.145. n.40. & seqq. lib.1.*

10 Non obstat quasi possessio vniuersalis Portionariorum exercentium actus Capitulares, quòd illa debet extendi ad hunc nouum actum, ad trad. per Oldrad. *cons.177. n.24.* Abb. *cons.71. n... vers.2. principaliter lib.2.* Crauet. *cons.55. n... de antiq. temp. part.4. sect.1. n.47. & seqq.* Præsertim quia fuerunt in quasi possessione electionis passiuè in visitatores, in quorum locum successerunt coniudices, cùm vniuersalis quasi possessio vnius actus inducat quasi possessionem quoad alios actus sub eadem specie comprehensos. Respondetur enim, Portionarios, vt promissum est, ab anno 1526. non fuisse vnquam electos in visitatores, ita vt allegare non possint quasi possessionem, eo tempore quo fuerunt instituti coniudices, & possessio generalis non comprehendit rem particularem ab alio possessam, Rebuff. *de decim. q.14. n.22.* Socin. *cons.89. col.5. vers. optime, & col. penult. lib.1.* Sed posito etiam, quòd Portionarij semper fuissent electi in visitatores, non tamen de hoc posset inferri ad effectum coniudicum, quia magna est differentia inter visitatores & coniudices. Illi enim in Visitatores, & ab Episcopo tantùm sunt nominandi, ij verò extra visitationem in criminalibus, alijsque grauibus causis nominantur inter visitatores, possunt nominari etiamsi sint extra gremium Capituli coniudices, at non possunt esse nisi ex Capitulo.

11 Nec facit quòd reiecta fuerit differentia inter Capitulares de iure communi, & Capitulares de iure speciali in Corduben. iurisdictionis 17. Maij 1597. coram bon. mem. Otano, & in terminis Concilij in Calaguritana iurisdictionis 25. Maij 1598. coram Reuerendissimo Pacen. Nam istud procederet, si Portionarij haberent casum in aliquo actu positiuo, secùs vbi ius est consuetudine restrictum. Nec debet mirum videri discrimen inter Canonicos, & Portionarios, cùm illi vti originarij, & veri Capitulares in multis soleant præferri, Gemin. *cons.138. n.2.* & fuit dictum coram R.P.D. Decano in Salamantina Coadiutoriæ 25. Iunij 1595. Et multùm mouebat DD. quòd Papa nominando Capitulum, regulariter non intelligit personas particulares iure aliquo speciali, Gemin. *in c. final. n.6. ad fin. vers. ad propositum*, vbi Franc. *eod. n. vers. si ergo de præbend. in 6.* Quę doctrina fuit approbata à Rota in dicta Corduben. iurisdictionis 17. Martij 1597. coram bon. mem. Otano.

12 Quare, cùm ex dispositione Capituli statutum §.1. *de rescript. in §. sancitum sit*, vt nullis in Dignitate constitutis, vel Ecclesiarum cathedralium Canonicis causæ committantur, verisimile est, quòd Concilium deputando coniudices, voluerit se conformare cum iure communi, maximè cùm in eodem *in cap.6. sess.25. §. qui si aliq. id nomine Capituli vtatur nomine Canonicorum*, & vbi voluit comprehendere alios quàm Canonicos hoc expressit vt in § *qui verò non obtinent Dignitates, nec sunt de Capitulo* Eoque minùs credibile videtur cogitasse de Portionarijs, quod legislatores condendo leges vniuersales non censentur cogitare de illis quæ veniunt ex iure speciali, sed tantùm de his quæ veniunt de iure communi, quia consuetudines singulares, & statuta, cùm sint quid facti, à conditoribus legum ignorantur, *c.1. de constit. in 6.*

13 Postremò indecorū videbatur inferiores Clericos quales sunt Portionarij, pro tribunali assidere Episcopo, & coniudices agere in iudicando superiores Dignitates & Canonicos, qui propriè sunt membra Episcopi. Per hoc enim ordo Ecclesiasticus turbari videtur, quoniam ordinum distinctio non seruatur, *c. ad hoc 89. dist.* Gloss. *in d. c. statutum, in verbo, committant, de rescript. in 6.* Et fuit dictum in Salamantina optionis coram fel. record. Clemente VIII.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Camerinen. Donationis.

Mercurij 10. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Fundus datus in dotem æstimatam, transit in dominium mariti, & eueniente casu restitutionis dotis, non fundus, sed pecunia restitui debet, & plura traduntur ad probandum, quòd æstimatio in casu decis. interuenerit. Et an pretium in dote succedat loco rei.

SVMMARIVM.

Aestimatio in dote facit emptionem, n.1.

Dos dicitur data in re, nec dominium rei transit in maritum, quando non præcessit æstimatio, n.1.

Confessio extraiudicialis non probatur testibus singularibus, num.2.

Testes præsumuntur contestes, nisi probentur singulares, num.2.

Testes singulares admittuntur concurrentibus adminiculis, num.2.

Dotis restitutio soluto matrimonio quando dos est in fundo, non autem in pecunia debet statim fieri, n.3.

Maritus de fundo dato in dotem æstimatam, vti de re propria liberè disponere potest, n.5.

Datio in solutum est ad instar venditionis, & transfert dominium, n.5.

Dominus rei cuius res fuit alienata, potest agere contra possessorem in vendicatione, vel aduersus venditorem ad pretium, ratificando venditionem, n.5.

Pretium in dote succedit loco rei, n.5. Maximè si is penes quem extat illud, non habet ex causa onerosa.

DECISIO CXIII.

FVit conclusum, dotem esse restituendam in pecunia, 1
quia licèt datum fuerit marito prædium, tamen fuit datum æstimatum, & in dubio æstimatio in dote, facit emptionem, *l. plerumque, ff. de iur. dot.* Gloss. *in l. si inter virum, in ver. æstimata, C. eodem*, quam communiter receptam dicunt Socin. *cons.57. n.6. lib.1.* Ruin. *cons.137. n.13. lib.1.* Boer. *decis.327. n.11.* & fuit sæpè decisum. Probatur autem æstimatio ex dispositione testium, qui disertè dicunt, prædium fuisse datum æstimatum pro scutis 1000. Nec obstat, quòd aliqui dicant simpliciter, prædium fuisse datum in dotem, quia propterea non excludunt, quin fuerit datum æstimatum, prout alij deponunt. Occultatur enim contractus emptionis & venditionis per quem dominium transit, & dos remanet in prædio, vt per Rolan. *cons.92. n.11.* Couar. *pract. q. c.28. n.1.*

Nec refert, quòd prædicti testes deponant de confessione extraiudiciali patris mariti qui dotem accepit. Et se- 2
cundùm opinionem in qua est Rota, confessio extraiudicialis non probetur testibus singularibus, Put. *decis.476. lib.2.* Cæs. de Graff. *decis.4. n.4. de re iud.* Nam fuit responsum, primò non doceri, quòd isti testes sint singulares, ideòque præsumi contestes, Alex. *cons.215 num.1. vol.7.* Vbi Innoc. Specul. Bald. & alij allegantur, & tenuit Rota in causa Bisignana Pensionis 17 Maij 1574. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & in Lucana Pensionis eodem anno coram eodem. Quæ decisiones relatæ sunt inter impressas diuers. 191. & 196. *part.1* Deinde testes etiam singulares admitti, quando concurrunt adminicula, Corn. *cons.307. num.13. vers. & licèt non sint contestes, lib.3.* Aym. *de antiq. temp. part.4. §. sed enim, num.26.* Gabr. *de testib. concl.2. in fin.* & fuit dictum in prædicta decis. Bisig.

Concurrunt autem hoc casu Apoca matrimonialis, 3
in qua dicitur prædium de partium consensu fuisse æstimatum scutorum 1000. quæ apoca licèt recognita non fuerit, fuit tamen sæpiùs enunciata in processu per hæredes mariti, & articulata etiam per eosdem cum illa qualitate, quòd continceret prædictam æstimationem, & declaratio patris mariti post filij mortem in iudicio facta, velle se vti dilatione legali, quæ locum habet, quando dos est in pecunia, non quando in fundo, *l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. act.* & de-

denique præstita viduæ alimenta in consequentiam prædictæ dilationis.

4 Accedit venditio prædij facta per viri hæredes, quæ arguit, fuisse inductam emptionem in constitutione dotis, quia tunc de fundo æstimato vt de re propria liberè maritus disponere potest, *l. si æstimatis*, vbi Imol. *n.4. ff. si solut. matrim.* Rolan. *d.cons.92. n.1x. lib.x.* Surd. *cons.xx5. num.2.* & in venditionis instrumento fuit narratum prædium olim fuisse datum in solutionem pro dote vxoris; quæ insoluta datio dicit sine dubio venditionem, & translationem dominij in maritum, Socin. iun. *cons.118. num.9. lib.3.* Honded. qui alios refert *cons.41. num.5. lib.1.* Atque expresse dispositum super parte pretij, quæ veniret refundenda pro dotis restitutione, Surd. *decis.396. num.12.*

5 Quibus simul iunctis magnam veritatis præsumptionem efficientibus, fuit addita subsidiaria consideratio, *ex l. mater tua, C. de rei vendic.* & ibi trad. à Bart. *num.5.* & Castren. *n.6.* & facit *l.1. C. de reb. Eccles. non alien.* Videlicet, quòd is cuius res alienata reperitur, potest agere contra possessionem rei vendicatione, vel aduersus venditorem ad pretium, ratificando venditionem. Vnde dato etiam quòd istud prædium non fuisset datum æstimatum, tamen cùm in dote pretium succedat loco rei, *l. Labeo, §. si item dominus*, cum ibi notat. per Gloss. *ff. de verb. signif.* Ruin. *cons.199. n.14. lib.x.* Bernardinus mulieris donatarius hodie ad pretium agere potest, quandoquidem prædium reperitur alienatum, & pretium extat penes mariti hæredem, qui non potest prætendere, se illud ex causa onerosa retinere, & per consequens nec impedire potest, quin loco rei succedat, ad Gloss. Bart. & alios *in l.1. de distract. pig.* & fuit consideratum in causa Romana pecuniaria 27. Octobris 1581. coram Illustrissimo Seraphino, quæ est *decis.174. par.x. diuers.* Itaque fuit conclusum restitutionem in pecunia esse faciendam.

R. P. D. PENIA,

Valentina Decimarum.

Die ix. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Habes in Summario.

SVMMARIVM.

Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta timenda est, n.1.
Inhibitioni contrauenient non excusatur, quod sic fuerit consultus à Procuratore, n.2.

DECISIO CXIV.

1 Dominis visa fuit res mali exempli actio Capituli Valentin. Decimarum, quòd non obstante inhibitione Rotali publicaretur declaratoria contra fratres Sancti Dominici, Ordinis Prædicatorum Conuentus Valentin. quia non pertinebat ad Capitulum, declarare, vtrùm inhibitio comprehenderet, vel non illum casum, sed debebat recurrere ad Rotam; & petere, vt declararet, vel moderaretur suam inhibitionem, quæ siue iusta, siue iniusta timenda est, Rota *decis.26. de appell. in antiq.* & de stylo Rotæ semper gestæ post inhibitionem tamquam attentata reuocantur, Put. *decisione 395. lib.x. incip. inhibitio iusta*, Accoramb. *decis.53.* Achil. *decis.29. de appell.*

2 Et eadem ratione Capitulum pendente inhibitione Rotali non debuit credere his, quæ à suis productoribus Romæ degentibus scribebantur; cùm nec illi habeant facultatem declarandi Rotalem inhibitionem, & licèt Capitulum aliquo modo excusari possit, reijciendo culpam in dictos Procuratores, ipsi tamen correctionem merentur, & consequenter meritò Rota pronunciauit, fratres fuisse absoluendos, non obstante, quòd attentata possent videri turbida.

3 Quantum ad exequutionem mandati de manutenendo, ideò fecit dictam non esse impediendam, quia ex ante actis & decisionibus Rotalibus videbatur iustificata.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Mediolanen. bonorum de Brunellis.

Mercurij 17. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum extra suum casum non est extendendum, & maximè si ad illum tantùm sit restrictum. Alienatio si sit prohibita ad certum tempus, quando extra illud non sit permissa.

SVMMARIVM.

Substitutio facta in vnum casum non debet trahi ad alium, num.1. Maximè si ad illum tantum casum ratio substitutionis sit restricta.
Prohibita alienatione ad certum tempus, post illud censetur permissa, n.2.
Fallit, quando præcedit fideicommissum, quia tunc licèt cesset prohibitio testatoris expressa, remanet tacita resultans ex fideicommisso, n.x.

DECISIO CXV.

Fvit conclusum, in casu de quo agitur non extare aliquod fideicommissum ad fauorem Domini Bernardini, super bonis donatis. Prætendit enim Bernardinus, factum fuisse locum fideicommisso ad sui fauorem per mortem Alexandri, cùm tamen substitutiones in donatione contentæ omnes restrictæ sint ad casum delicti, vel alienationis factæ intra quadragesimum ætatis annum; & per consequens trahi non debebant ad casum mortis Dec. *cons. 636. n.1x.* copiosè Surd. *decis.85. per tot.* vbi plures allegat. Præcipuè cùm etiam ratio apposita substitutionibus tam in casu delicti, quàm alienationis, etiam ad illos tantummodo casus restricta sit. Vnde multò minùs fieri potest illa extensio, Ias. *cons.173. n.1. lib.x.* Soc. *cons.163. n.34. lib.2.* Aim. *cons.161. n.16.* Postquàm enim donantes dixerunt, suam mentem & intentionem esse, quòd nec bona, nec eorum pars aliqua ad Cameram, seu fiscum habeant pertinere, addunt deinde hæc verba, *sed in dictos fratres, eorumque filios modis & formis quibus suprà perueniant*. Ex quo apparet, rem esse restrictam ad personas substitutas, & casus expressos, vt benè declarat Surd. *dicta decis.85.* præcipuè *sub n.3.* Item ex prohibitione alienationis ratio restricta est ad illum casum sub his verbis, *vt tunc bona perueniant ad substitutos*. 1

Vltra quòd ex illa prohibitione alienationis vsque ad 40. ætatis annum, apparet, donatores noluisse aliquod fideicommissum perpetuum facere, cùm post illud tempus censeatur permissa alienatio, Surd. *cons.294.* Menoch. *cons. 151. n.3.* Nec facit quod dicitur, id non procedere quando præcedit fideicommissum, licèt cesset prohibitio testatoris expressa post 40. annos: tamen remanet tacita, nam vltra quòd illud habet multos contradictores relatos per Surd. *cons.294. n.11.* in hoc casu mortis non potest considerari fideicommissum ex supradictis. 2

Inde cessant quæcumque considerarunt informantes pro Bernardino de diuersis gradibus substitutionum, cum vocatione masculorum, & exclusione fœminarum, & quòd donatores vsi sint verbo *perueniat*, quod fideicommissum importat. Nam hæc & alia huiusmodi procedunt, quando donantes restrinxissent suas substitutiones ad casus certos, & expressos. Nec faciunt decisiones in causa Romana de Cineris & Perusina de Bigazzenis, quia ibi aderant clausulæ, & rationes generales, quæ extendi poterant: hic autem cessante generalitate verborum, & rationis, cessat etiam extensio, quæ ab illis procedere posset. Et decis. Bononien. loquitur in casu quo aderat compendiosa facta filijs quandocumque decessissent.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Senogallien. fideicommissi.

Lunæ 22. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius authoritate propria potest bona fideicommisso subiecta accipere, quando cer-

certum, & notorium est, penes hæredem grauatum nihil esse ramansurum, & quando hoc procedat.

S V M M A R I V M.

Remedium l. final. C. de edicto Diu. Adrian. *competit, nedum hæredi scripto, sed etiam hæredi hæredis scripti, n.1.*

Fideicommissarius non potest bona fideicommisso subiecta propria auctoritate accipere, sed ea debet de manu hæredis capere, n.2.

Possessio improba possidenti non suffragatur, & quæ dicatur improba possessio, n.2.

Fideicommissarius potest propria auctoritate bona fideicommisso subiecta accipere, quando manifestum, & notorium est, hæredem nec legitimam debere detrahere, nec Trebellianicam, n.2. Declara, vt n.3.

Spoliatus ante omnia restituendus non est, quando notoriè constat de dominio spoliantis, n.2.

Negatiua probanda est per eum, cuius intentionis est fundamentum, præsertim quando habet annexum factum affirmatiuum, n.2.

Legitima prohiberi non potest filijs, n.2. in fin.

Trebellianica non censetur prohibita, nisi expressè dicatur, n.2. in fine.

D E C I S I O CXVI.

1 FVit tentum dandam esse immissionem Virginiæ hæredi Andreæ in bonis relictis per Dianam, à qua idem Andræas fuit hæres institutus; nam concurrunt omnia requisita per *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* & sicut esset danda immissio Andreæ, si viueret, ita est danda Virginiæ illius hæredi, quia remedium *d. l. fin.* competit nedum hæredi scripto, sed etiam hæredi hæredis scripti, vt per Bald. *cons.* 186. *n.7. lib.* 1. cum alijs per Tiraquell. *tract. le mort saisit, par.2. declar.5. n.17. &* 18.

2 Non obstat possessio Fillidæ, & sororum de Simonetis capta in vim fideicommissi quondam Sfortiæ, & Curtij de Simonetis, vt prætenditur, ad fauorem earumdem sororum purificati per mortem supradictæ Dianæ, quia ista possessio tamquam non capta de manu hæredis dicitur improba, & vitiosa, *l.1. ff. quor. legator.* Castr. & alij passim, *in l. filiam ad Trebellianum*. Non enim potest fideicommissarius sibi legem dicere, & hæreditatem iacentem quasi possidere, vt dicit Dec. *cons.* 467. *n.* 12. & Rota in causa Romana Casalis cor. Robusterio relata inter diuers. impress. 520. *p.1.* & ideò tamquam improba possessio non suffragatur, *l. improba, C. de acq. possess.* & in istis terminis tenuit Rota in dicta Romana Casalis coram Rubusterio, & in Romana de Capizucchis 5. Iulij 1600. coram me, & nouissimè in causa Romana pariter de Capizucchis 10. Aprilis coram R. P. D. Lancelloto, & alibi sæpè.

3 Et licèt non desint qui tueantur fideicommissarium in possessione minimè capta de manu hæredis, quando scilicet penes grauatum hæredem petentem immissionem nihil est remansurum, ex allegatis per Paris. *cons.* 53. *num.* 113. & 114. *lib.* 3. maximè ex æquitate Canonica, vt per eundem *ibid. num.* 15. hoc tamen videtur intelligendum cum maxima circumspectione, hoc est, quando manifestè, & notoriè apparet, nihil esse remansurum penes hæredem, sed omnia esse denuò restituenda fideicommissario. Nam & propter eandem causam quando scilicet notoriè apparet de dominio spoliantis, impeditur restitutio in spolio, vt latè per Gabr. *de restit. spoliat. concl.* 1. *n.*52. & 84. & hoc est ad euitandos inanes circuitus in dando, & statim restituendo, vt considerat Paris. *d. cons.* 53. *num.* 115. & est text. *in l. dolo facit, ff. de dol. except. & in c. dolo de reg. iur. in* 6. Attamen tantùm abest, quòd in hoc casu appareat, nullam esse faciendam detractionem per hæredem, quod esset probandum per fideicommissarios, licèt in negatiua consistat, cùm sit fundamentum eorum intentionis, Innoc. *in c. super his n.* 10. *de accusat.* cum alijs per Gabr. *de probat. concl.6. per tot.* Maximè cùm habeat annexum factum affirmatiuum, hoc est, fideicommissum absorbere omnia bona occupata, quo casu negatiua regulatur sicut affirmatiua, vt per Afflict. *d.*324. *n.*9. Quod imò constat detractiones fuisse faciendas, quia in testamentis quorum vigore veniunt istæ fideicommissariæ nec legitima detractio potuit prohiberi, cùm instituti essent filij, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.* nec Trebellianica reperitur expressè prohibita, prout requiritur ad effectum quòd non possit detrahi, Oldrad. *cons.* 248. *in 3. quæst.* cum alijs per Peregr. *de fideicom. art.3. n.*87.

Quod autem detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, licèt de iure sint certæ, cùm sint quotæ bonorum, sufficiant ad hunc effectum, fuit decisum in dicta causa Romana de Capizucchis 10. Aprilis proximi coram R. P. D. Lancellotto, & in causa Viterbien. hæreditatis coram Robusterio 18. Nouembris 1575. & in Romana de Salomonibus 14. Nouembris eiusdem anni coram Illustrissimo D. Cardinali Seraphino, relata *inter diuers. impress.* 565. *part.* 1. & ratio est, quia istæ portiones sunt debitæ in singulis corporibus hæreditarijs, *l. libertus, ff. de bon. libertur.* cum alijs per Pereg. *de fideicom. art.*36. *n.*72. & ideò nullum corpus potest fideicommissarius retinere tamquam liberum, cùm nullum sit exemptum ab huiusmodi detractione, vt considerauit Rota in dicta Romana de Capizucchis coram D. Lancellotto, & in dicta Romana de Salomonibus coram Illustrissimo Seraphino, vbi fuit dictum, consilium Corn. 232. *in fin. lib.*4. quod solet in contrarium allegari, procedere, quando hæreditas consistit in pecunia numerata, non in corporibus hæreditarijs, vt hic. Et hanc opinionem latè defendit Surd. *decis.* 333. *in vltimo impress.* alleg. in dicta Romana de Capizucchis. Ex quibus informante tantùm Virginia, cùm Fillida, & sorores pluries citatæ non informarent, fuit conclusum, sententiam ad fauorem eiusdem Virginiæ latam super immissione esse confirmandam. 4

R. P. D. S A C R A T O,

deinde S. R. E. Cardinali.

Cracouien. Legitimitatis.

Luna 22. *Maij* 1606.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione exactissimè explicatur materia probationis matrimonij ad effectum probandi legitimitatem.

S V M M A R I V M.

Clausula, Appellatione remota, *nihil operatur stante notorio grauamine, n.1. in fine.*

*Probationes in suo genere imperfecta non coniunguntur, num.*3.

*Præsumptionem habens contra se exactiori probatione oneratur, n.3. & n.*11.

Sententia super statu facit ius contra omnes, n.4.

Iudex laicus est incompetens in causa legitimitatis, n.4.

Iudex laicus iunctus cum clerico, esse non potest in causis spiritualibus, n.5.

Sententia, seu decretum in contumaciam latum contra vnum, non afficit tertium, n.6.

Sententia, seu decretum latum contra contumacem, præsumitur potius latum ob contumaciam, quàm ob malam causam, n.6. in fine.

Testes examinati in vna causa, non probant in alia, n.7.

Enunciatiue posita in sententia, in qua asseritur, iudicem vidisse testes examinatos, non creditur super examine dictorum testium, n.7.

Sententia nulla ex defectu iurisdictionis, nec priuilegium, nec nomen sententiæ meretur, n.7.

Suspicio falsitatis æquiparatur falsitati in ciuilibus, n.7. in fine.

Matrimonium non probatur per assertionem, seu nominationem coniugum, n.8. vbi tamen quòd huiusmodi assertiones, & denominationes faciunt magnum adminiculum.

Transumptum instrumentum ex instrumento aliàs publicato lite pendente, & parte non citata nihil probat, n.8. in fin.

Sententia condemnatoria in contumaciam lata nullam facit probationem contra tertium, n.9.

Verba honorifica, & curialia non probant, n.10. Probatio expertissima requiritur in materia merè obiectiua, n.11. Vbi præsertim quando agitur de magno præiudicio.

Filius naturalis natus ex coniugato cum coniugata non potest per subsequens matrimonium legitimari, n.12.

Testis ratio, quia vicinus, non concludit in actu momentaneo, secus in actu successiuo, n.12. in fine.

Legitimitas probatur ex cohabitatione, & tractatu in figura matrimonij, declara hoc non procedere in casu in quo-

qui-

quiritur plena, & concludens probatio, num.13.
Præsumptionem multiplicatio dari non debet, n.13. in fin.
Fama publica non probat matrimonium, vbi sumus in casu, in quo requiritur plena, & concludens probatio, num.14. in fin.
Testis ratio quando est eadem cum dicto nihil probat, n.15.

DECISIO CXVII.

1 CVm aliàs D. Ioannes ex nobili Narbutorum familia oriundus in Comitijs generalibus Regni Poloniæ proposuisset quandam actionem criminalem contra Illustrissimum D. Leonem Sapicka Magni Ducatus Lituaniæ Cancellarium Supremum, D. Leo excepit, D. Ioannem esse illegitimum, & propterea non esse audiendum, cùm ex constitutionibus illius Regni, non liceat minùs nobili, prout est illegitimus, proponere actiones criminales contra nobilem, prout fuisse, & esse non ambigitur D. Cancellarium: Serenissimus Rex intelligens, cognitionem legitimitatis, tam ex dispositione iuris communis, quàm ex constitutionibus eiusdem Regni spectare ad forum Ecclesiasticum, remisit articulum dictæ illegitimatis ad Iudices Ecclesiasticos. Causa itaque coram D. Episcopo Vilnensi introducta dictus Episcopus pronunciauit D. Ioannem fuisse illegitimum. Ab illa sententia appellauit D. Ioannes ad Sanctam Sedem Apostolicam, & post multa causa appellationis à dicta sententia (quatenus in tempore) nullitatis ex tribus, & restitutionis in integrum de consensu partium per speciale rescriptum fel. rec. Clementis Papæ VIII. cum clausula appellatione remota D. Nuncio Sedis Apostolicæ in partibus Poloniæ commoranti commissa, qui Nuncius pronunciauit, non fuisse in tempore appellatum, nullitates ex tribus cessare, nullamque fuisse causam restitutionis in integrum; perpetuumque propterea silentium imposuit D. Ioanni. Causam appellationis, nullitatis, & restitutionis in integrum aduersus hanc sententiam D. Ioannes obtinuit committi in Rota. Hanc commissionem instabat D. Cancellarius in signatura Sanctiss. Domini nostri reuocari tamquam subreptitiam, ex eo quòd in rescripto per Dominum Ioannem obtento non fuisset facta mentio, quòd causa erat commissa Nuncio, cum clausula appellatione remota. Replicabat D. Ioannes, D. Cancellarium in iudicio actitato in partibus, non solùm non probasse illegitimitatem sibi Ioanni appositam, sed imò ex scripturis pro parte ipsius Ioannis exhibitis constare de sua legitimitate, & stante notorio grauamine, clausulam Appellatione remota, non debere aliquid operari iuxta decis. Put. 414. *num.2. lib.3.* Sanctissimus Dominus noster antequàm in hoc negotio rescribendum putaret, voluit cognoscere de iuribus probationum hinc inde factarum, propterea transmisit ad me dubium infrascriptum proponendum in Rota.

2 Circumscriptis pro nunc nullitatibus quibuscumque; An ex scripturis per Ioannem exhibitis, probetur eius legitimitas, vel potiùs ex testibus, & alijs ex parte Cancellarij deductis probetur dicti Ioannis illegitimitas in casu, de quo agitur? Quo dubio per me sub hac die 22. Maij 1606. proposito, Rota censuit, non fuisse probatam legitimitatem, neque illegitimitatem. Et quantum ad legitimitatem, fundamentum D. Ioannis consistebat in probando matrimonio quondam Nicolai Narbuch cum quondam Marina ...... quos fuisse parentes eiusdem D. Ioannis non ambigitur. Ad probandum dictum matrimonium fuerunt pro parte D. Ioannis deductæ multæ scripturæ. Prima fuit decretum quoddam Sigismundi Polonorum Regis factum in Comitijs generalibus vsque de anno 1570. in causa vertente inter ipsum Ioannem ex vna, & quondam Matthæum Roumatham ex altera, occasione illegitimitatis usque tunc oppositæ per dictum Matthæum D. Ioanni agenti ad recuperationem quorundam bonorum paternorum detentorum per dictum Matthæum, in quo quidem decreto registrantur quatuor testes deponentes se interfuisse matrimonio contracto inter dictos quondam Nicolaum, & Marinam, parentes eiusdem Ioannis. Secunda scriptura fuit instrumentum assecurationis dotis factum de anno 1525. in quo dictus quondam Nicolaus fatetur se recepisse dotem à dicta Marina, quam vocat in statu matrimonij sibi desponsatam, & pro dicta dote hypothecat quædam sua bona Malichouicinæ nunc ipsata. Tertia scriptura fuit testamentum eiusdem Nicolai conditum de anno 1536. in quo legat omnia bona mobilia dictæ Marinæ, quam appellat consortem legitimam, & charissimam. Quarto loco fuit data scriptura comprobationis supradictæ scripturæ continentis dotem Marinæ, & hæc habet datam de anno 1541. Postremò fuerunt ostensæ plurimæ epistolæ ipsius Regis, & aliorum Primatuum, à quibus D. Ioannes nuncupatur Magnificus, Generosus, nobiliter natus, & alijs insignibus, pronominibus, & in specie Secretarius Regis.

3 Verùm prædictæ scripturæ non visæ fuerunt tales, quæ vel singulæ sufficerent, vel simul fungi possent ad faciendam plenam probationem, cùm quælibet illarum sit imperfecta in genere suo, quo casu probationes non iunguntur, iuxta *not. in l. spadonem, §. qui iura, ff. de excus. tut.* Bald. *in l. si quis ex argentarijs, n.4. ff. de eden.* Felyn. *in cap. cum causam, n.11. de probat.* Alex. *cons.13. n.19. lib.1.* stantibus maximè præsumptionibus, & alijs deductis in contrarium pro parte D. Cancellarij, ex quibus arctatur D. Ioannes ad exactiorem probationem, Abb. *in c. quia verisimile, n.2. de præsumpt.* vbi alij scribentes, Spec. *tit. de probat. §. fin. n.18.* Crauett. *cons.75. n.12.*

4 Ad decretum enim Regium, quod aliàs tamquam sententia super statu esset magni momenti, iuxta *not. in l. ingenuum, ff. de stat. hom. & in c. causam quæ. 2. qui fil. sint legitim.* fuit responsum, non esse habendum in consideratione tamquam latum à iudice laico minimè competente in causis legitimitatis, *d. c. causam quæ, & c. lator.* vbi Gloss. *in verb. natiuitatis*, & ibi Abb. *in 2. not.* Præpos. *num.1. qui filij sint legitim.* ad idem est text *in cap. tuam*, & ibi Gloss. & Innocen. *in princ.* Ioan. de Anan. *num.2.* Abb. *n.3. de ord. cognit.* Alex. *qui de communi in l. Titia, num.6. ff. solut. matrim.* Quam iuris communis dispositionem agnouerunt Constitutiones inclyti Polonorum Regni, quibus constitutionibus cautum est, cognitionem huiusmodi ad forum Ecclesiasticum esse remittendam.

5 Non obstat, quòd in Comitijs, in quibus fuit latum huiusmodi decretum, interuenerint Episcopi, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, quia non propterea desinit tribunal esse sæculare, cùm laicus nec iunctus cum clerico possit esse iudex in causis spiritualibus, *c. decernimus de iud.* vbi scrib. Felyn. præcipuè *num.8.* Rip. qui communem testatur, *num.37.* Dec. qui pariter de communi, *num.45.* Burr. *num.3.* Host. *in summ. de offic. deleg. §. qui possit, vers. quid si legetur, & in tit. Ne Cler. vel Mon. §. quæ sunt promissa*, Abb. *in cap. contingit, num.4. de arbitris*, cum alijs per Roian. *cons.4. num.14. lib.1.* & alij cumulatè per Blanc. *de compromissis, quæst.2. n.64.* & per Ottau. *de arbitris, par.2. num.24. & 25.* Et ille interuentus personarum Ecclesiasticarum in tribunalibus laicorum non fuit adinuentus ad extendendam iurisdictionem laicorum, sed tantùm in honorem Ordinis Clericalis ad exemplum legis veteris, iuxta quam iudicia absque assistentiam duorum Leuitarum minimè fiebant, teste Iosepho *lib.4. antiquit. cap.8.* Et licèt in hoc dubio circumscriberentur nullitates, hoc tamen intellexerunt Domini, quoad nullitates in recipiendis probationibus, non autem vt sententiæ præsupponerentur pro validis, quia si sententijs decertandum esset, sufficeret D. Cancellario, allegare rem iudicatam in hac eadem causa.

6 Præterea fuit data alia responsio, quæ per se sufficeret, nempe quòd illud decretum fuit latum in contumaciam contra Matthæum, quo casu nihil probat contra magnum Cancellarium, qui est tertius, Bald. *in l. 2. num.4. vers. secundum est necessarium*, vbi etiam Salycet. *num.2. vers. secundum quod, C. quibus res iud. non noceat.* Felyn. *in cap. cùm Bertholdus, n.20. de re iud.* Et ratio est, quia sententiæ contumaciales non habent præsumptionem pro se, & magis videntur latæ propter absentiam victi, quàm ex eo, quòd idem victus malam causam haberet, vt dicit text. *in l. si ideo in princ. ff. de euict.*

7 Quantum ad testes in eodem decreto registratos, fuit dictum, in primis tamquam examinatos in alia causa non probare in ista, *per text. in c. inter dilectos, §. in omnibus rerum attestationes*, & ibi Abb. *n.15. de fid. instrum.* Spec. *tit. de confession. §. nunc videndum, vers. quid de confessione.* Secundò, fuit dictum, non constare de dictis testificationibus aliunde, quàm ex assertione illius sententiæ, cui de iure non creditur, *ad not. in c. si Papa, de priuil. in 6.* vbi Franc.

num.2.

*num.*2. cum alijs per Purputat. *cons.*548.*n.*55. *lib.*2. Maximè cùm sit nulla ex defectu iurisdictionis per superius dicta, vnde nec priuilegium, nec nomen sententiæ meretur, *ad l.4. §.condemnatum, ff. de re iudic.* Tertiò, ex parte D. Cancellarij multa fuerunt deducta ad probandum illos testes fuisse suppositos, quæ non fuerunt adeò benè euacuata per informantes pro D. Ioanne, quin etiam corruere videretur illa talis qualis probatio, quàm aliàs potuissent facere dicti testes in hac causa, cùm in Ciuilibus, in quibus versamur, suspicio falsitatis æquiparetur ipsi falsitati, vt notatur *in l. iubemus, C. de probat.* Anchar. *cons.*173. *num.*8. Dec. *cons.*448. *num.*28. Curt. iun. *cons.*166. *num.*6. Crauett. *cons.*28. *num.*9. Clar. *in §. falsum, vers. trita est conclusio*: Ioann. de Anan. *cons.*49. Ofasch. *decis.* 117. *in fin.*

8 Ad testamentum quondam Nicolai, Instrumentum assecurationis dotis, & illius roborationem, in quibus Marina à Nicolao appellatur vxor, fuit responsum, quòd tales denominationes non probant matrimonium, *l. donationes in concubinam, ff. de donat.* Paris. *cons.*59. *n.*7. *&* 17. *vol.*4. Dec. *cons.*310. *sub num.*1. & in specie de denominatione facta in instrumento dotali est dictum Butrij *in c. fin. sub num.*30. *vers. aduerte, de success. ab intest.* Alex. *cons.*21. *sub num.*8. *lib.*1. *&* *cons.*132. *sub num.*11. *lib.*5. Et ratio est, quia viri solent aliquando vocare concubinas vxores ad occultandum peccatum, vt dicit Innoc. *in c. ex parte, num.*5. *vers. respondemus, de restit. spoliat.* Et licèt negari non possit, quin istæ denominationes faciant magnum adminiculum, vt admittunt Doct. suprà proximè allegati, & fuit nuper decisum in causa Parmen. status, & alibi sæpè. Attamen propter alia, quæ pro parte D. Cancellarij deducta fuerunt contra dictas scripturas in genere, & in specie, illæ visæ fuerunt Dominis ita debilitatæ, vt neque possent deseruire pro releuanti adminiculo; nam quantum ad testamentum, illud non est in forma probanti, cùm sit copia copiæ extracta lite pendente, & parte minimè citata: DD. *in auth. si quis in aliquo, C. de eden. & in c. fin. de fid. instrum.* Ruta *decis.*1. *dictoest. in nou.* Verall. *decis.*25. *part.*2. Item caret institutione hæredis, & ideo nihil est, *l. proxime, §. Cornelius, ff. de his quæ in testam. delen. l. fin. ff. de iur. codicill. §. in primis, Inst. de fideicom. hæred.*

9 Quo verò ad instrumentum assecurationis dotis, & illius roborationem fuerunt dati duo testes formiter examinati, quorum primus ostenso sibi instrumento assecurationis dotis cum data anni 1525. recognoscit, se modernis temporibus fuisse inductum ad illud conscribendum, occasione illud transferendi de vna lingua in aliam. Secundus testis idem deponit de instrumento roborationis dotis, & adsunt etiam aliqui testes, qui dicunt se pendente hac lite fabricasse quædam sigilla, quæ conueniunt cum sigillis appensis ad has scripturas. Et licèt multa fuerint replicata pro parte D. Ioannis, & illud in specie, quòd duo primi testes fuerunt posteà instante eodem D. Ioanne condemnati de falso, attamen cum illa condemnatio fuit in contumaciam, quæ propterea non habet præsumptionem iuris pro se, *ex l. si ideo, ff. de euict.* cum alijs suprà in capite decreti Regij cumulatis. Replicationes non visæ fuerunt Dominis tales, quæ possent integrare fidem istarum duarum scripturarum ad effectum probationis releuantis, *ex l. iubemus, C. de probat.* Anchar. *cons.*173. *n.*8. cum alijs suprà adductis, stantibus maximè alijs, quæ pro parte D. Cancellarij duplicabantur.

10 Circa epistolas, & alias scripturas, quibus D. Ioannes pronominibus Nobilium exornatur, & publica munera obijsse dicitur, illa non visa fuerunt multùm facere ad articulum legitimationis, de quo tantùm tractatur in Rota, cùm non appareat quo delectu circa natales talia pronomina attribuantur, & an officia fuerint realia, vel nominis tantùm, & an soleant conferri legitimis tantùm; & in summa visa fuerunt verba honorifica, & curialia, quæ in iure non attenduntur, Gloss. & Scrib. *in l. si verò non remunerandi, §. cum quidam, ff. mandati.*

11 Quo verò ad probationes Illustrissimi Cancellarij, Domini illas valdè plenas, & benè concludentes desiderarunt; tum quia per istam exceptionem illegitimitatis non fundatur intentio D. Cancellarij, sed tantùm impetitur persona Ioannis; quo casu cùm materia sit merè obiectiua, requiritur apertissima probatio ad not. per Gloss. & alios *in cap.*1. *§. si quis igitur in verb. opponit, & in verb. apertissimis de exception. in* 6. Tum etiam propter magnum, & perpetuum præiudicium eiusdem D. Ioannis, cùm agatur de illius statu; ex quo sententiæ in hac materia faciunt ius quoad omnes, *cap. causam quæ*, vbi notat Innocentius, & alij, *qui fil. sint legitim.* quando enim agitur de maiori præiudicio, eò exactiores probationes requiruntur, Bar. quem alij passim sequuntur *in extrauagant. ad reprimendam, verb. summariè, num.*18. Bero. *cons.*19. *n.*29. *lib.*1. Tum denique, quia etsi ex deductis pro parte D. Ioannis non visa fuerit probata eius legitimitas, attamen dixerunt Domini, fuisse datum talem fumum, per quem D. Cancellarius ad arctiores probationes astringatur ex not. per Abb. & alios *in cap. quia verisimile de præsumpt.* cum cæteris suprà adductis. Et est vulgaris conclusio, quòd probationes se inuicem collidunttur, & coæquantur, itant plenior probatio requiratur in casu, quo aliquid deducitur in contrarium in quàm si nihil contrarij apparet, de quo per scriben. plenè *in c. in præsentia, de probat.*

Deducta pro parte D. Cancellarij in substantia visa fuerunt restringi ad tria. Primum, quòd Nicolaus pater D. 12
Ioannis habuerit vxorem quandam nobilem Bogdanam de Samogitia. Et hoc continetur in secundo articulo. Alterum, quòd idem Nicolaus viuente adhuc Bogdana cognouerit Marinam, & ex illa viuente adhuc dicta Bogdana susceperit Ioannem, de quo agitur, & alium filium Michaelem nomine, & hoc continetur in octauo articulo. Tertium est, quòd Bogdana superuixerit Nicolao, & super hoc extat decimus articulus. Quæ si fuissent plenè probatæ, sine dubio resultaret illegitimitas D. Ioannis: Cùm enim non ambigatur, illum esse filium Marinæ, de qua in articulis ex matrimonio Bogdanæ cum Nicolao, & superuiuentia Bogdanæ, sequitur quòd dicta Marina non potuerit vnquam esse vxor Nicolai, cùm duas non posset eodem tempore habere. Quinimò sufficeret probasse, natiuitatem Ioannis durante matrimonio Bogdanæ ad effectum, ne tamquam filius adulterinus posset per subsequens matrimonium cum Marina legitimari, iuxta text. *in c. tanta est vis, qui fil. sint legitim.* verùm nullum ex prædictis visum fuit plenè probatum. Et quoad matrimonium Bogdanæ cum Nicolao tres primi testes ex quindecim, qui super hoc fuerunt dati, interrogati de causa scientiæ, respondent, quia vicini erant, & frequentabant domum Nicolai, cæteri de auditu, siue de fama. Cæterum ista ratio, quia vicini, non visa fuit sufficiens, nam contractus matrimonij est actus momentaneus; & in actu momentaneo, ratio, quia vicinus, non concludit; quicquid sit circa actus habentes tractum successiuum; ita Alex. post multos alios *in l.*1. *ff. si cert. pet.* Felyn. *in c. in literis, num.*5. *de fid. instrum.* cum alijs per Gabr. *de præsump. conclus.*6. *num.*24. & in specie de depositione in causa status: notat Alex. *l.*1. *num.*17. *si cert. pet.*

Et licèt aliàs ex cohabitatione, & tractatu in figura 13
matrimonij soleat probari legitimitas, vt per Abb. & alios *in d. c. later, qui fil. sint legit.* ex quo posset inferri istos testes potuisse scire, & videre istos actus successiuos, attamen conclusio non visa fuit, posse applicari; ex duobus. Primò, quia illa est probatio præsumptiua, & inducta ad fauorem legitimitatis, vt trad. Doct. *ibidem*. Et ideò non videtur posse suffragari quandocumque requiritur plena, & concludens probatio, & quando non agitur de fauore legitimitatis, sed potiùs de contrario, vt in hoc casu; pro quo faciunt not. *in l. quòd fauore, C. de legib.* & per Felyn. *in c. illud cum.*11. *de præsumpt.* Secundò, quia hoc esset dare multiplicationem præsumptionum contra reg. *l.*1. *C. de dote promiss.* benè ad propositum Ruin. *cons.* 29. *n.*4. *vol* 4. oporteret enim ex vicinitate præsumere scientiam tractatus, & rursus ex tractatu, præsumere matrimonium. Sublatis istis tribus testibus, reliqui de auditu, siue de fama non sufficiunt, cùm non faciant plenam, & eò minùs cùm non deponant per verbum, *fuit*, & potuit esse fama orta post motam litem, quæ non suffragatur, Verall. *decis.*9. *par.*2. cum alijs per Gabr. *de test. concl.*3. *n.*9.

Præterea fuit dictum non esse plenè probatam natiuita- 14
tem Ioannis, viuente Bogdana, nec minùs quod Bogdana superuixerit Nicolao, ex quo inferebatur, potuisse Nicolaum desponsare Marinam post mortem Bogdanæ, & tunc ex illa suscipere Ioannem, & sic dato etiam matrimonio Bogdanæ, probationem non esse concludentem, pro

quo

quo fuit allegatus, Bart. post Gloss. *in l. matrem, C. de prob.* vbi dicit, quòd ad probandum aliquem esse serunm, non sufficit probare, quod eius mater aliquando fnerit ancilla, sed debet vlteriùs probari, quòd ille fuerit natus durante tempore seruitutis. Quòd autem non probetur natiuitas Ioannis viuente Bogdana patri, qnia interrogatis testibus de causa scientiæ, primus reddit eandem, quia vicinus erat secundus, quia vidit vtromqne filinm. Decimns quartns dicit, nouisse Ioannem à pueto, quæ rationes non concludunt scientiam, quòd Bogdana tune temporis quando natus fuit Ioannes viueret, & tantò minùs quia vt in eodem octauo articulo continetur, quando nati sunt isti filij Bogdana diuerterat à viro, & se recepetar in Samogitiam Prouinciam separatam à loco, vbi degebat Nicolaus. Alij testes deponentes de fama, siue auditu, minimè etiam probant, quia talis ratio non sufficit, vbicumqne requiritur plena, & conclndens probatio ad not. per gloss. & Doct. *in c. tam literis de probat.*

15 Quo verò ad superuiuentiam Bogdanæ Nicolao eius prætenso viro, primns testis interrogatus de causa scientiæ, responder, quia vidit Bogdanam post mortem Nicolai, quomodo autem sciret, quòd tunc temporis quando videbat Bogdanam, mortuus esset Nicolaus, non aperit; vnde est ratio eadem cum dicto, contra *l. qui interrogatus de petit. hered.* vbi Bar. quòd eò magis videbatur necessarium, cùm Bogdaoa seorsum à Nicolao, & in dinersa prouincia viueret, vt dictum est. Alij testes deponunt, vel de auditu, vel de publica voce, & fama per verbum, *est*; vnde non probant sufficienter ex suprà deductis. Et ex istis fuit conclnsum, non esse probatam neque legitimitatem, neque illegitimitatem.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Assisien. Hæreditatis.

Mercurij 31. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

Monasterium non censetur exclusum, quando testator non habuit respectum ad conseruationem familiæ, & fœminas ad successionem vocauit. Cætera habes in summarijs.

SVMMARIVM.

Grauatus restituere sub conditione, si sine liberis, si Religionem professus fuerit, non tenetur testituare donec vixerit in Monasterio, n. 1.

Prohibitio alienandi cum clausula, vt bona remaneant in familia, tacitè prohibuisse censetur Monasterio successionem. Declara vt n. 2.

Agnationis rationem testator non præsumitur habuisse ex vocatione fœminarum, n. 3.

Monasterium non censetur exclusum, quando testator non habuit respectum ad conseruationem familiæ, & fœminas ad successionem vocauit, n. 3.

Statutum volens, quod Ecclesia, & Monasterium non succedat sine Papæ authoritate conditum, non valet n. 4.

Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione statuti de facto obseruati. Declara vt n. 4.

DECISIO CXVIII.

1 BErnardinus Bistochins duos habeos filios Petrum Paulum, & Salustium deducta ex bonis suis quadam portione assignata Salustio, reliqna bona præsentia & futura donauit Petro-Paulo, *addita prohibitione alienationis ex quauis causa, quia voluit, bona donata semper in familia, & posteritate sua remanere, & vetuit, illorum proprietatem & possessionem de nomine & genere suo in alios transferri.* Deficiente autem posteritate masculina, voluit ea deuenire ad fœminam, & vltimo loco ad Cippum domns, quem declarauerit esse Iulium Cæsarem Galcottum, & post obitum Bernardini, & Petri-Pauli, eiusqoe filiorum masculorum, fuit orta lis inter prædictum Cæsarem, & Monasterium Monialium de Episcopis Assisij, in qno Clara Petri-Pauli filia emisit professionem, fuitque dubitatnm an moniales, & monasterium excludant Iulium Cæsarem, quo dubio vtraqne parte informante proposito Domini dixerunt, Iulium excludi durante vita Claræ Monialis. Ratio decisionis, quia Clara quæ est de posteritate Benardini fuit vocata ante Iulium Cæsarem, ideòque etsi illum perpetuò non excludat, tamen ipsa quamdiu erit superstes, monasterium io quo professionem emisit, debet possidere bona fideicommissaria restituenda Cæsari post monialis mortem naturalem, Felyn. *in c. in præsentia, n. 55. & 56.* Couar. *variarum resolut. lib. 1. cap. 9. n. 11.* Illustr. Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 7. n. 4.* Ruin. *cons. 85. n. 4. lib. 2.*

Non obstat, quòd Bernardinus disponens, vt bona remaneant in familia & posteritate sua, censeatur tacitè prohibuisse monasterij successionem, Dec. *cons. 258. n. 2.* Alex. *cons. 57. lib. 9.* Illustriss. Mantic. *vbi suprà num. 85.* Couar. *num. 11.* Menoch. *de præs. lib. 4. præs. 83. n. 45.* Nam vltra quòd illa opinio non caret contradictionibus, vt apparet ex Put. *decis. 55. lib. 1.* ex cumul. per Pereg. *de fideicom. art. 28. num. 71. & 81.* etiam non comprehendit casum de quo agitur, cùm vt dictum est, Clara sit de posteritate Bernardini. Enimnerò cùm post alienationis prohibitionem, & appositam posteà illi rationem, vt bona stent in familia. Bernardinus disposuerit, quòd deficiente posteritate masculina, bona deueniant ad fœminas, clatum est, illam rationem extra familiam effectuatam, neque ampliùs esse locum considerationi qnam præallegati Doctores faciunt ex agnationis conseruatione, quandoquidem & illius ratio vltra casum à donatore expressum non debet extendi, vt fuit dictum in causa Amerinen. successionis 28. Martij 1597. coram R. P. D. meo Decano. 2

Et ex illa fœminarum vocatione resultat, testatorem non habnisse rationem agnationis, Card. Mantic. *lib. 6. tit. 15. n. 9.* Aym. *cons. 306.* licèt post fœminas Episcopus vocatus sit, Paris. *cons. 35. lib. 5.* & fuit dictum in causa Romana fideicommissi de Gallis 26. Nouembris 1587. coram Illustrissimo Pamphilio, cùm bona potuissent mediante posteritate fœminarum permanere extra familiam, per quam plurimos annos. Itaque cùm in illa parte dispositionis qua fœmina posteritas vocatur, cesset ratio conseruationis familiæ, cessare etiam debet exclusio Monasterij, cùm illa exclusio inducatur fauore familiæ, quæ supprimitur, & aboletur ex successione Monasterij, vt deducit Molin. *de primogen.* Rip. *lib. 1. cap. 13. num. 92. & 93.* 3

Non obstat assertum statutum Assisij, quia nec fuit productu nec vbi produceretur posset de illo haberi aliqua ratio, vtpote conditio in terris Ecclesiæ sine Papæ authoritate, & contra libertatem Ecclesiasticam, Felyn. *in d. c. in præsentia n. 36.* Menoch. *d. præs. 83. n. 53. lib. 4.* vnde nec ad aliud extenderetnr Apostolica confirmatio, si qua adesset generalis omnium Assisij statutorum, Felyn. *in c. 2. n. 40. & seq. de rescript.* Prout nec etiam obstat quòd disponens censeatur se voluisse conformare dispositioni statuti, etiam de facto obseruati, Alcia. *cons. 502. & 635.* Menoch. *dict. num. 53.* Pereg. *d. art. 28. n. 92.* Nam quicquid sit de illa opinione, & de huius statuti obseruantia, quæ debet probari in terminis huius causæ, videlicet quando Monasterium succedere vult durante dumtaxat vita Monialis, & quando agitur de excludenda nepte ex filia, in fauorem vnius agnati remotissimi, satis est quòd hoc casu tam Monasterium, quàm Iulius Cæsar veniunt ex fideicommisso conditionali, & per consequens, non est attendendum statutum disponens de successionibus ab intestato, Alex. *cons. 131. n. 3. lib. 1.* Put. *decis. 122. n. 5. lib. 2.* 4

Aliam decisionem in hac causa sub die 14. Decembris 1614. coram eodem bona mem. Card. Marquemontio habes penes Calian. ad statut. Perusinum decis. 86.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Leodiens. Abbatissatus.

Mercurij 31. Maij 1606.

ARGVMENTVM.

De attentatis lite pendente per actum consequutiuum, & de forma constituendi procuratorem ad appellandum ab iniusta electione.

SVMMARIVM.

Possessio capta lite pendente, dicitur attentata, n. 1.

Procurator ad appellandum ab electione non est idoneus, nisi

in

in mandato exprimantur omnia obiecta, & forma iuramenti, quod obiecta vera esse, & probari posse credantur. Declara, vt num. 3.

Attentata non causantur ex actu consequatiuo. Declara, vt num. 4.

DECISIO CXIX.

1 Omissis alijs fundamentis deductis per informantes pro D. Margarita ad docendum de attentatis. Domini in illo conuenerunt, quòd possessio Abbatissatus, de quo agitur, fuerit capta lite pendente, & ideò attentata, *tot. tit. vt lit. pend.* Rot. *decis.* 10. *in nouis*, & in terminis de possessione capta post confirmationem, à qua fuerat extraiudicialiter appellatum, & introducta lis, ponit Imol. post Innoc. *in cap. constitutis, l. 46. de appell. num. 14. vers. & hac dicitur vera.*

2 De litis pendentia tempore captæ possessionis constat; nam possessio fuit per D. Annam capta 21. Decembr. 1604. causa autem ad instantiam D. Margaritæ fuerat per Nuncium Apostolicum commissa Decano Ecclesiæ collegiatæ sancti Cuniberti, Diœcesis Coloniens. sub die 13. Nouembris præcedentis; cuius vigore dictus Decanus die 19. eiusdem mensis Nouembris decreuit citationem contra D. Annam, quæ die 24. eiusdem mensis fuit executioni demandata, & decima Decembris subsequentis reproducta, quinimò eadem die decima coram eodem iudice comparuit legitimus Procurator D. Annæ, vnde patet possessionem posteà subsequutam die 24. mensis Decembris, fuisse post motam litem.

3 Non obstat, quòd Procurator D. Margaritæ non fuerit constitutus iuxta terminos, *cap. vt circa, & cap. procurator de elect. in 6.* Quia rigor illarum decretalium procedit in materia merè obiectiua, vt declarant Ioan. Monach. *d. cap. vt circa num 1. in princ.* vbi etiam Archid. *num. 1. de elect. in 6.* Cùm autem in hoc casu impugnetur electio D. Annæ, non simpliciter, vt ipsa amoueatur ab Abbatissatu, sed vt dicta prouisione de medio sublata initiet electio D. Margaritæ, vel non est dicenda materia merè obiectiua, vel saltem non est regulanda vti talis, Cassad. *decis. 2. de except.*

4 Non obstat, quòd apprehensio possessionis fuerit actus consequutiuus electionis, & confirmationis factarum ante motam litem, & propterea tamquam actus consequutiuus non debeat causare attentata, ex Francho *in cap. bonanum. 32. de appell.* cum alijs per Modern. *de attent. lit. pend. part. 1. cap. 4. limit. 5.* quia Franch. loquitur de appellatione extraiudiciali, secùs quando vltra appellationem concurrit litis pendentia, vt benè declarat Imol. post Innoc. *d. cap. constitutis suprà in princ. alleg.* Et licèt Franch. *in d. cap bona*, videatur constituere regulam satis generalem, nempè quòd actus consequutiuus sit vna & eadem res cum actu à quo dependet, attamen vel eius doctrina non est vera ad istum effectum, vt patet ex prædictis, nec text. *in cap. constitutus*, siue potiùs *constitutis, de appellat.* per illum allegatus id probat; vel regula debet intelligi de consequutiuo connexo, & cohærente, ita vt potiùs habeat vim continuationis, quàm nouæ acquisitionis iuxta terminos, *cap. cum venissent, de restit. spol.* qui text. solet ad hoc allegari, vt per Modern. *de attent. d. limit. 5. in princ.*

R. P. D. SACRATO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Cottiuij.

Lunæ 5. Iunij 1606.

ARGVMENTVM.

Omnis præscriptio in omni materia, & etiam in spolio, vbi ius non resistit spatio 30. aut 40. annorum inducitur, accedente bona fide, ex quibus autem hæc bona fides arguatur; latè in hac decisione. quæ magistralis est, explicatur.

SVMMARIVM.

Præscriptio in qualibet materia, vbi ius commune non resistit, & etiam in spolio 30. aut 40. annorum spatio, & bona fide perficitur, n. 1.

Bona fides præsumitur in possessore cum titulo, n. 2. in fine.

Insertum, seu narratiua facta in commissione, regulariter non probat: Probat tamen ad effectum colorandi titulum, n. 4.

Bona fides in materia præscriptionis causatur ex iusta credendi causa, vtputa assertionis Principis, vel alicuius notabilis viri, n. 4.

Donatio remuneratoria non venit in generali reuocatione donationis, n. 5.

Bona fides præsumitur ex titulo etiam ex iusto errore causata, num. 5. & 6.

Error iuris regulariter non suffragatur, nisi sit error in iure certo & claro, num. 6. Vel quando superest mixtum cum facto, num. 7.

Præscriptio ex longissima possessione inducta non requirit titulum, num. 7.

Bona fides causatur etiam ex errore iuris, n. 7.

Bona fides non causatur ex solo titulo, nisi etiam interueniat traditio, num. 8.

Sententia nulla non potest causare bonam fidem. Contrarium est verius, n. 9. Declara, vt ibid. n. 9.

Præscriptio non interrumpitur per extraiudicialem interpellationem, quæ propterea non causat malam fidem, n. 10.

DECISIO CXX.

Domini tenent, constare de præscriptione. Apparet 1
enim de possessione pacifica DD. de Columna per 30. & 40. annos, & de bona fide, quibus concurrentibus, perficitur præscriptio in qualibet materia, vbi ius commune non resistat, etiam in spolio iuxta opinionem quam Rota modernis temporibus sequitur, vt latissimè fuit discussum, & tentum in causa Mediolanen. seu nullius, Canon. reintegrandæ 17. Maij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino.

Possessio autem DD. de Columna per dictum tempus 2
non controuertitur. Et quantum ad bonam fidem, de illa apparet, quia DD. de Caniacchis non negant, Cottinium, de quo agitur, fuisse antiquis temporibus illorum de Columna, sed asserunt, fuisse sibi donatum à quondam Ascanio Columna; ex aduerso autem D. Comestabilis ostendit motum proprium Iulij Papæ III. reuocatorium omnium donationum factarum per dictum quondam Ascanium, & decretum senatoris Vrbis factum in vim dicti motus proprij. Cuius decreti vigore D. M. Antonius auus præsentis Comestabilis fuit immissus in possessionem huius Cottiuij vsque de anno 1554. & sic cùm DD. de Columna fuerint possessores cum titulo, ex hoc probantur fuisse in bona fide, Bar. quem alij sequuntur *in l. Celsus n. 17. ff. de vsucap.*

Quinimò ex sola possessione, quando est longissimi 3
temporis, etiam absque titulo præsumi bonam fidem, nisi ius commune resistat, tenuerunt glos. *in cap. si diligenti, verb. bona fides de præscript.* Alex. *cons. 200. num. 7. vol. 2.* Bart. Bald. Innoc. & alij latissimè relati per Balbum *in repet. l. Celsus, ff. de vsucap. part. 3. num. 10. cum plurib. seqq.* Quo loco sub *num. 2.* firmat etiam conclusionem, de qua suprà per Bart.

Non obstat, quòd de dicto motu proprio Iulij Papæ III. 4
non constet aliunde, quàm ex inserto commissionis directæ senatori Vrbi, & regulariter insertum non probet, vt in causa Albanens. tenutarum 27. Ianuarij 1565. coram Oradino; nam quidquid sit quoad alios iuris effectus, ad effectum colorandi titulum insertum, probat Cresc. *decis. 1. de restit. spol.* maximè quando est de facto proprio, Put. *decis. 245. num. 2. lib. 1.* Et ratio est, quia in hac materia non est necessaria veritas, sed sufficit iusta causa credendi, *d. l. Celsus*, cum sua materia, *ff. de vsucap.* Iustam autem causam credendi habuit, qui credidit assertioni Principis, *Clem. literis de probat* Quinimò in terminis præscriptionis sufficere, quòd aliquis notabilis vir asseruerit præscribenti, interuenisse titulum, dixit Bald. *in l. indicia in fin Cod. de rei vend.* Alex. *in l. 1. num 4. ff. de eo per quem factum erit*, Felin. *in cap. de quarta n. 24. de præscript.* vbi ponit casum in assertione Episcopi.

Minùs facit, quòd dictus motus proprius non capiat 5
donationem factam Causacchis, tum quia illa fuit donatio remuneratoria, quæ tanquam onerosa non venit in generali reuocatione, ad not. *in l. Attilius, ff. de donat.* tum quia non fuerit facta mentio de lite, cum alijs similibus, quia respondetur, aut ista deduci ad effectum, quòd motus proprius verè, & realiter non sit sufficiens ad annul-

landam hanc donationem, & hoc non nocere, quia in hac materia non est necesse, quòd titulus sit per se sufficiens ad transferendum dominium, aliàs præscriptio esset superflua; sed sufficit, quòd sit talis, quòd det iustam causam, hoc est, iustum errorem præscribenti, Glos. & scrib. *in cap. 1. verb. causam tribuat de præscript. in 6.* & meliùs Glos. *in cap. si diligenti, verb. iustus titulus, extr. eodem titulo.*

6 Aut verò prædicta deducuntur ad dicendum, titulum fuisse adeò infectum & nullum, vt neque potuerit deseruire pro titulo habili ad præscribendum; & hoc minùs visum fuit subsistere; nam etsi regula sit, quòd error iuris non suffragetur in hac materia, vt per Felin. & scrib. passim *in cap. de quarta de præscript.* cum alijs, de quibus per Gabr. *concl. 4. eod. tit.* & in hoc casu videatur erratum in iure, quia dicitur, formam dicti motus proprij non esse aptam comprehendere hanc donationem; attamen prædicta conclusio recipit duas limitationes, de quibus per Gabr. *dict. conclus. 14. num. 7. & 8.* & latiùs per Balb. *in repetit. l. Celsus, ff. de vsucap. part. 1. num. 17. & 22.* Prima est, quòd erretur in iure certo, & claro, vel vt quando fit contractus cum minore, vel Ecclesia sine iuris solemnitatibus, vt ipsi exemplificant, secùs si ius est dubium, & intricatum, prout videbatur esse in hoc casu ex ijs, quæ replicabantur pro parte DD. de Columna.

7 Altera limitatio est, quando ius est mixtum cum facto, prout in hoc casu, in quo debebat constare de quantitate, & qualitate meritorum donatarij ad effectum, vt possidens posset scire donationem tanquam remuneratoriam non cadere sub generali reuocatione donationum motus proprij Iulij III. Item erat necesse scire litem, & prædicta eò magis, quia titulus in hoc casu non est necessarius, cùm simus in longissima possessione, nec ius commune resistat, Glos. & alij *in cap. 1. de præscript. in 6. & in cap. possessor,* vbi Dyn. *num. 27. de regul. iur.* Cùm igitur deducatur titulus, non ad effectum tituli, sed tantùm ad causandam bonam fidem, faciliùs admittitur error, etiam iuris, ex ijs quæ latissimè congerit Balb. *in repetit. d. l. Celsus part. 1. num. 15. & num. 26. vers. 4. limit.* vbi concludit conclusionem procedere sine difficultate, quando titulus non reperitur expressè reprobatus à iure communi.

8 Non obstat, quòd dictus motus proprius non possit deseruire pro titulo DD. de Columna, cùm tendat tantùm ad destructionem donationis DD. de Cansacchis, quia destructio donationis factæ Cansacchis includit titulum DD. de Columna, nempe titulum generalem pro suo vigore antiqui dominij, iuxta not. per Hostien. *in sum. rub. pro suo.* Et pariter non obstat, quòd vltra titulum ad causandam bonam fidem requiratur traditio, siue apprehensio vigore illius tituli, Glos. & cæteri *in d. l. Celsus de vsucap.* quia apprehensio fuit facta mediante immissione Senatoris concessa virtute dicti motus proprij, quod decretum sufficeret per se ad causandum titulum aptum ad præscribendum, *l. & generaliter,* vbi Bald. *in summario, ff. de noxal.*

9 Non obstat, quòd prætendatur, Senatorem nulliter processisse, & sententia nulla non possit causare bonam fidem, cùm aliàs non habeat præsumptionem iuris prope, Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune num. 59.* quia contrarium est de iure verius, nempè quòd sententia iudicis etiam nulla causat titulum aptum ad præscribendum, & multò magis bonam fidem, nisi appareat præscribentem habuisse scientiam illius nullitatis, & hoc propter iudiciorum auctoritatem, ita Bald. *in l. 1. num. 28. C. de furt.* Dec. *cons. 272. num. 9. vers. nam auctoritas,* Ruin. *cons. 31. num. 17. vol. 1.* Balb. *tract. de præscript. part. 2. 3. part. quæst. 11.* Et quantum ad Ripam vbi suprà, dum dicit vtentem sententia nulla, esse in lata culpa, vel eius opinio non est vera, vt patet ex prædictis; vel est intelligenda vt ipse innuit, quando nulla penitus præcessit causæ cognitio propter nimis supinam, & crassam ignorantiam terminorum iuris, per ea, quæ suprà dicta sunt de errore iuris claro, quod non potest applicari in hoc casu, vbi nullitas visa fuit Dominis adeò turbida, vt de illa neque adhuc satis liqueat, vt fuit dictum in alia propositione huius causæ.

10 Non obstat, quòd DD. de Columna fuerint positi in mala fide per literas missiuas DD. de Cansacchis petentium restitutionem huius Corticcij, quia interpellatio extraiudicialis non interrumpit præscriptionem, nec causat malam fidem, *l. alienam, ff. pro emptore,* cum alijs per Decian. *cons. 134. num. 54. cum pluribus seqq. vol. 3.*

Quantum ad restitutionem in integrum aduersus dictam præscriptionem, quam prætendunt DD. de Cansacchis, fuit ordinatum, vt super hoc per dubium particulare audiantur.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Rauennatens. diuisionis Societatis.

Veneris 16. Iunii 1606.

ARGVMENTVM.

Summario deseruit pro argumento.

SVMMARIVM.

Instrumenti casus non indiget fori disputatione, num. 1.
Error in facto proprio non est probabilis, n. 1.
Instrumentum potiùs debet attendi, quàm capitula præcedentia. Vbi cum eis instrumentum se non compatitur, num. 2.

DECISIO CXXI.

Domini dixerunt, non esse recedendum à decisis coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio tunc Rotæ auditore, die 28. Maij 1603. quippè cùm hæredes Cæsaris veniant aduersus instrumenti casum expressum, qui non indiget fori disceptatione, Rol. qui alios allegat. *cons. 58. num. 6. lib. 2.* Continet enim instrumentum, quòd damnum, & lucrum societatis pro duabus partibus ad Balthazarem, & Cæsarem spectantibus ista diuidatur inter eos, vt duæ quartæ partes cum dimidia ad Balthazarem, alia autem pars cum dimidia ad Cæsarem pertineat, neque potest allegari error, quia vltra quòd in facto proprio non est probabilis, *l. quamquam, ff. ad Velleian. l. 3. ff. de iur. & fact. ignor.* latè Surd. *decis. 293. num. 12.* etiam hoc casu non subsistit, cùm dicatur ideò conuenire de hac diuisione, quia capitale quo constabat societas, pertinebat ad Cæsarem, & Balthazarem pro eisdem partibus quæ cuique eorum in diuisione fuerunt attributæ. 1

Non obstat, quòd in Capitulis istæ duæ tertiæ partes assignentur Balthazari & Cæsari absque illa inter ipsos sub diuisione, quia vbi capitula, & instrumentum insimul non conueniunt, dici potest attendi debere potiùs instrumentum subsequens, quàm capitula præcedentia, *ad l. pacta nouissima, Cod. de pact.* Bald. *cons. 215. num. 4. lib. 2.* Verùm inuicem benè compatiuntur, quia Capitula continent diuidendi modum inter partes, considerata tertia persona Apollinatis, qui operas solummodò suas in societate ponebat, sed in instrumento continetur diuidendi modus: primùm inter Balthazarem, Cæsarem & Apollinarem vti socios, deinde inter Balthazarem, & Cæsarem tantùm vti illos qui Capitale posuerant, apponitur speciale pactum circa diuisionem inter illos duarum partium, quæ respectiuè ad Apollinarem inter ambos erant communes pro æquis portionibus, sed respectu capitalis inter ipsos erant statuendæ secundùm ratam quam quisque habebat in capitali. 2

Non obstat diuisio facta de anno 1582. quia illa fuit facta vigore alterius societatis, quæ cœperat de ann. 1577. & in qua non Apollinaris, sed alius quidam Zanellus posuerat operas, atque in illa prima societate non fuerat appositum pactum circa diuisionem inter Cæsarem & Balthazarem prout fuit appositum in hac secunda, & quando de anno 1592. Flaminius Amaducius Cæsaris filius societatem in omnibus renouauit, fuit expressè habita relatio non ad societatem de anno 1577. sed ad istam vltimam de anno 1592. 3

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Auriens. Parochialis.

Lunæ 16. Iunii 1606.

ARGVMENTVM.

De iustificatione gratiæ, & prouisionis beneficij factæ vigore resignationis, & de impetratio-

tione beneficij per priuationem alterius, numquid valeant ante sententiam priuationis.

S V M M A R I V M.

Gratia iustificanda est quoad ius resignantis, quando eiusdem resignantis pacifica possessio controuertitur, num. 1.

Ordinarij prouisio non indiget iustificatione, quia idem ordinarius præsumitur bene informatus, n. 2.

Confessio partis superat omnes probationes, n. 2.

Parochialis Ecclesia, vbi fuerit alicui collata, tenetur infra annum facere se promouere ad sacerdotium, aliàs ipso iure priuatus est beneficio, n. 2. in fin.

Gratia dicitur iustificata eo ipso, quòd vacatio de facto per resignationem iustificatur, quia ea iustificata, poterit prouisus capere possessionem per clausulas generales, seu alio quouis modo, num. 3.

Obtinere, *verbum numquid referatur ad ius, vel ad possessionem, num. 4.*

Collatio beneficij facta per priuationem numquid valeat ante priuationis sententiam, num. 6.

D E C I S I O CXXII.

1 DVbitaui, an gratia Gregorij esset iustificata, & difficultas fuit restricta ad iustificationem iuris Benedicti resignantis, quod non videbatur dubium, quin esset per Gregorium resignatarium iustificandum, Ægid. *decis.* 112. Cassad. 2. *de caus. possess. & propriet.* cùm non suffragetur allegatio Lapi 89. ex quo controuertitur pacifica possessio Benedicti resignantis de tempore resignationis, Caputaq. *decis. 26. n. 4. part. 1.*

2 Pro affirmatiua dicebatur, quòd Benedicto resignanti fuit facta prouisio ab Ordinario, pro cuius prouisione præsumitur, cùm præsumatur informatus, nec gratia per illum facta indigeat iustificatione, Card. *in Clem. 2. ad fin. de off. ordin.* Felin. *cap. ad aures n. 15. de rescript.* & fuit sæpè decisum in Rota. Secundò, quia nedum Aymarus venit ex eodem iure, verùm etiam in sua gratia narrauit, quòd Bendicto fuit canonicè prouisum, quæ probatio per confessionem partis superat omnes alias probationes, *cap. per tuas de probat. l. generaliter, C. de non numer. pecun. l. cum te 2. de transact.* Verùm fuit responsum pro parte Aymari, ex his non iustificari concludenter ius Benedicti resignantis de tempore resignationis cùm potuerit beneficium vacasse ob non promotionem intra annum, per text. *in c. licet canon. de elect. lib. 6.* in quo se fundat impetratio Aymari, qui est reus & possessor.

3 Propterea fuit pro parte Gregorij data alia responsio quæ placuit Dominis ad effectum firmandi pro nunc iustificationem gratiæ ipsius Gregorij circumscripto alio effectu, nempe, sufficere ipsi Gregorio iustificare de facto vacationem per resignationem Benedicti, qua iustificata poterit capere per clausulas generales, *seu alio quouis modo*, quamlibet aliam vacationem, c. *susceptum*, cum ibi not. per glos. *in verb. expressè*, & per Scribentes *de rescriptis*, & fuit resolutum in causa Virdonens. Canonicatus 15. Martij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Vacatio autem de facto per resignationem non controuertitur, cùm ex testibus sufficienter probetur, Benedictum resignantem possedisse de facto tempore resignationis.

4 Non obstat, quòd Gregorius narrauerit, Benedictum resignantem per triennium, & vltra obtinuisse parochialem, de qua agitur, & ideò sit iustificandum ius Benedicti, quia verbum obtinere refertur ad ius, *cap. si gratiosè de rescript. in 6.* Mil. *in verbo obtinere*, cum alijs allegat; quia fuit responsum, verbum *obtinere*, verificari etiam in possessione facti, Glos. *in cap. cum qui, verb. obtinere de preb. lib. 6.* & ideò cùm simus in casu quo sufficeret narratiuam verificari de facto ex prædictis, hoc obiectum non debere obstare.

5 Non obstat, quòd vacatio ob non promotionem Benedicti infrà annum quam vult capere Gregorius vigore clausularum generalium, fuerit consumpta per impetrationem Aymari ob dictam non promotionem, quæ gratia est anterior resignatione facta ad fauorem Gregorij, quia fuit responsum, hoc pendere ab eo an gratia Aymari sit iustificata, de quo adhuc non liquet. Quinimò extat decisio in contrarium, quia si non fuit iustificata gratia Aymari, non potuit per illam consumi dicta vacatio, cùm gratia non iustificata nullum tribuat ius impetranti, *cap. ex part. 1.* vbi latè scrib. *de rescript.*

Si verò fuisset iustificata gratia Aymari, dicebant Domini, illam sufficere, etiamsi non obtinuerit sententiam ante resignationem factam per Benedictum Gregorio, vt ex aduerso obijcitur; nam etiamsi resignatio facta ante sententiam priuationis teneat, vt est *decis. 5. de re iud. in antiquiorib.* & pro cautela ponit, Felin. *cap. inquisitionis n. 5. in fin. de accusat.* prædicta tamen procedunt, vbi non imponitur pœna priuationis ipso iure, prout imponitur *in d. cap. licèt canon.* quando enim imponitur pœna priuationis ipso iure, tunc non tenet resignatio, etiamsi sit ante sententiam; quia resignans non habebat quod resignaret, vt colligitur ex distinctione, Sarn. *super reg. 42. in fin.* & sententia declaratoria non priuat, sed detegit priuationem per priùs incursam, vt latè per Felin. *in cap. super quæstionem de offic. deleg.* 6

R. P. D. P E N I A.

Romana Saluiani Interdicti.

Luna 29. Iulij 1606.

A R G V M E N T V M.

Enumerantur requisita Saluiani, & an competat creditori habenti posteriorem hypothecam.

S V M M A R I V M.

Saluiani præcipuum fundamentum est creditum, n. 1.

Saluiano agens debet probare possessionem creditoris de tempore contractus, cùm Saluianum sit fundatum in hypotheca ipsius rei possessæ, num. 1.

Extremum secundum in Saluiano probatur per sustentationem litis iunctis adminiculis, n. 1.

Identitas probatur ex verificatione duorum confinium, num. 1.

Hypotheca posterior excluditur ab anteriori, n. 2.

Saluiano agere potest qui habet posteriorem hypothecam, num. 2.

Testes in vna causa examinati, non probant in alia, n. 3.

D E C I S I O CXXIII.

EXtra Rotam proposui istam causam inter Virginiam de Rubeis, & Hortensiam Malliottam sub dubio, an Virginia vigore Saluiani esset immittenda in possessionem bonorum de quibus agebatur; ad cuius fauorem prætendebant informantes pro illa, respondendum ex quo probauerat requisita ad Saluianum interdictum creditum suum per publicum instrumentum, quod est præcipuum fundamentum in Saluiano, Rol. *cons. 14. n. 13. lib. 1.* quod sæpè fuit in Rota decisum. Rursus probauerat per testes primum extremum B. possessionem M. Antonij debitoris de tempore contractus, vel posteà, quod est etiam necessarium requisitum, cùm Saluianum sit fundatum in hypotheca ipsius rei possessæ, Ang. *in §. item Seruiana n. 7. vers. & hanc partem Instit. de act.* Rol. *d. cons. 14. lib. 1. num. 6. & 23 vers. 2. requisit.* Afflict. *decis. 383. n. 6.* Vetall. *decis. 141. num. 3. par. 3.* incip. sententia lata super Saluiano. Præterea probauerat etiam secundum extremum de recenti possessione Hortensiæ per litis sustentationem cum alijs adminiculis, quia ad hunc effectum sufficiunt leues probationes, Rot. *decis. 8. de restit. spol. in nou.* Denique identitas istarum domorum de qua ego aliàs dubitaui, probata videbatur quòd B. istæ eædem domus essent illæ quas possederat M. Antonius debitor, quia plura confinia verificabantur, cùm tamen duæ demonstrationes sufficiant, *l. forma, ff. de censib.* Bart. communiter receptus *in l. demonstratio num. 14. vers. etiam ad demonstran. ff. de cond. & demonstr.* 1

2 Ex prædictis prætendebant informantes pro Virginia respondendum fuisse, nisi pro parte Hortensiæ fuisset demonstratum, quòd istæ domus fuerant Ioannis Leonis patris M. Antonij, & quòd Hortensia habuerat iura cessa ab anterioribus creditoribus iam ab anno 1558. Patebat de publicis instrumentis in actis productis. Cùm enim posterior hypotheca excludatur ab anteriori, *l. qui prior. Cod. qui pot. in pign. hab.* consequenter Virginia habens posteriorem hypothecam non poterat vti beneficio Saluiani, vt sæpè fuit dictum, & signanter in causa Placentina Saluiani interdicti die 16. Iunij 1589. coram D. Cardinali Mantica tunc Rotæ Auditore, latè Ant. Cref. *cons. 45. incip. mag. Dom. n. 2. & seq. lib. 1.*

3 Non placuit Rotæ, quod deducebatur ab Informantibus pro Virginia ad excludendam hanc obiectionem, ex eo quòd istæ domus non fuerunt Ioannis Leonis, sed vxoris eius, & consequenter spectasse ad Marcum Antonium debitorem ex materna hæreditate, itaut propterea in illis creditores Ioannis non possent prætendere aliquam hypothecam. Tum quia hoc non probabatur, tum quia testes in alia causa inter diuersas personas examinati non probabant in ista per regulam, quòd *res inter alios acta*, tum quia in dicto neque concludebant, cùm deponerent de auditu, quod Hieronyma in dotem dederat Ioanni de Leonibus quædam granaria. Tum denique quoniam licèt prætenderetur, ista granaria fuisse cuiusdam Bartholomæi Sanchez patris Hieronymæ, non tamen apparebat, quòd spectauerint ad Hieronymam, cùm testes adderent, hæreditatem Bartholomæi fuisse diuisam in tres partes, & non constabat, granaria venisse in portione Hieronymæ, nec probabatur identitas istorum granariorum. Cæterùm si ex instrumento diuisionis factæ inter Hieronymam matrem Marci Antonij, & Dionoram eius sororem, vel alio modo legitimè constaret, quòd granarium, seu domunculæ de quibus agebatur, assignatæ fuissent Hieronymæ, fortassis esset locus Saluiano ad fauorem Virginiæ, de quo esset particulariter videndum.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Casaleñ. Iuris conferendi.

Lunæ 19. Iunij 1606.

ARGVMENTVM.

Collatio Canonicatuum cathedralis est communis Capitulo, & Episcopo, nisi aliud consuetudine caueatur, & plura adducuntur ad probandum in casu decis. quòd de consuetudine collatio spectet ad solum Capitulum.

SVMMARIVM.

Collatio Canonicatuum in Ecclesia Cathedrali est communis Episcopo, & Capitulo, num. 1. Vbi quòd nihilominus potest ex consuetudine spectare ad solum Episcopum.

Tempus centum annorum est tempus immemorabile, n. 2.

Resignatio debet fieri in manibus eius ad quem spectat collatio, num. 2.

Collatio Canonicatus probatur effectum sortita ex instrumento adeptæ possessionis, & assignatione stalli in choro, n. 2.

Collatio probatur effectuata in eo, quòd per obitum prouisi vacauit beneficium, n. 2.

Quasi possessio conferendi non acquiritur absque scientia, & patientia ordinarij, num. 3. Vbi quòd talis scientia in ordinario præsumitur, maximè si concurrant actuum multiplicatione, & cursus temporis.

Confirmatio statutorum operatur, vt censeatur confirmata, & consuetudo in statuto relata, num. 4.

Collatio non effectuata nihil operatur, n. 5.

DECISIO CXXIV.

1 Licèt prouisio Canonicatuum in Ecclesia Cathedrali de iure sit communis Episcopi & Capituli, vt per Gloss. communiter receptam *in c. cùm Ecclesia Volaterana de electión.* Potest tamen ex consuetudine ad solum Episcopum pertinere, vt est text. *in d. c. cùm Ecclesia*, vbi Abb. *n. 1. & 10. & in c. ex parte de concess. præb.* tradit Syluest. *de benef. part. 2. quæst. 22. n. 32.* Cassad. *decis. 12. n. 1. & 2. de præb.* & fuit dictum in causa Maioriceñ. sacristiæ 26. Iunij 1600. coram Illustrissimo D. Pamphilio.

2 Atque hoc casu non videtur posse dubitari de consuetudine conferendi solius Capituli, quia paulò post erectionem Ecclesiæ Casaleñ. in Cathedralem, videlicet ab anno 1484. vsque ad annum 1605. quo tempore lis mota fuit, sicque per spatium ampliùs 100. annorum, quod est tempus immemorabile secundùm magis communem opinionem, de qua per Gabr. *tit. de præscript. conclus. 1. num. 71.* ostenduntur nedum resignationes Canonicatuum factæ in manibus Capituli, & regulare est resignationem fieri in manibus eius ad quem pertinet collatio, Imol. *in cap. ad audientiam, n. 4. de his quæ vi met. caus. fiunt*, Vitalin. *in Clem. multorum, n. 59. de pen.* sed etiam quàm plures collationes à solo Capitulo factæ quas effectum fuisse sortitas constat vel ex instrumentis possessionis adeptæ, Rot. *decis. 21. de verb. spoliat. in antiq.* Bisinger. *decis. 8. eod. tit.* Cassad. *decis. 20. in fine de pub.* atque ex assignatione stalli in choro, Innoc. *in c. cùm in litteris, n. 7. de restit. spoliat.* fuit dictum in Placentina Canonicatus 31. Maij 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Vel ex quo per prouisorum obitum posteà alijs de eisdem canonicatibus fuit prouisum, Oldrad. *cons. 229. n. 2. & 3.* Lamberteng. *de iur. patr. lib. 2. quæst. 10. art. 7. num. 11.*

Nec deest scientia & patientia Episcoporum Casaleñ. ad 3 not. per Abb. *in c. cùm Ecclesia n. 25.* & ibi Rip. *n. 64. de caus. possess. & propr.* Put. *decis. 28. n. 3. lib. 2.* Nam vltra, quòd illa scientia in ordinario præsumitur stante præsertim actuum multiplicatione, & cursu temporis, ex rationibus quæ fuerunt deductæ coram Illustrissimo D. Seraphino in causa Reatina Beneficij 20. Maij 1576. *quæ est decis. 166. part. 1. diuers.* Probatur expressè hoc casu cùm dentur aliquæ prouisiones factæ à solo Capitulo, Episcopo præsente, inter quas vna extat de anno 1492. facta à Capitulo postquàm ipse Episcopus tamquam Procurator Decani renuntiauerat in Capituli manibus Decanatum, & Canonicatum, & plures dantur factæ cum approbatione ordinarij.

Et valdè vrget confirmatio statutorum facta per moder- 4 num Reuerendiss. D. Episcopum Casaleñ. per quam confirmantur statuta Capituli, in quibus fit mentio, quòd ius conferendi Canonicatus, & præbendas spectat ad Capitulum. Confirmando enim statutum, confirmauit consuetudinem in statuto relatam, vt dixit Rota coram Illustriss. Seraph. 15. Maij 1577. in causa Meliteñ. Præcedentiæ, *quæ est decis. 172. part. 1. diuers.*

Non obstant collationes factæ à solo Episcopo, quia ex 5 illis quædam non docentur effectuatæ, ideòque non suffragantur Episcopo, Calder. *cons. 12. de iur. patron.* Caputaq. *decis. 132. part. 2.* Put. *decis. 136. n. 3. lib. 3.* Aliæ fuerunt factæ in mensibus reseruatis, in quibus nullum ius prætenditur à Capitulo. Atque ex his Capitulo tantùm informante fuit dictum, ius conferendi Canonicatus in Ecclesia Cathedrali Casaleñ. spectare ad Capitulum. Quæ resolutio cùm facta fuisset coram bo. me. Litta, & propter eius obitum non potuisset in scriptis redigi. Resoluerunt DD. vt ego huius causæ cognitioni suffectus, huic etiam muneri satisfacere.

DECISIO.

Proposui dubium reseruatum in decis. bo. me. Littæ: an de tempore vnionis secundæ Abbas Cassineñ. esset in quasi possessione conferendi beneficia de quibus agitur, & Capitulo Aquinateñ. tantùm informante, fuit negatiuè conclusum. Agitur enim de beneficijs Sanctæ Mariæ de Niue, Sancti Thomæ, sancti Stephani & Sancti Nicolai, & quoad beneficium Sancti Thomæ nulla datur collatio facta per Abbatem Cassineñ. Item quoad beneficium Sanctæ Mariæ dantur collationes de quadam Ecclesia Sanctæ Mariæ de Regalibus, de Colle, de Reali, & de Plano, nulla autem de Sancta Maria de Niue.

Præterea quotquot dantur collationes, sunt copiæ in- 1 formes extractæ de priuato Monasterij Cassineñ. Archiuio, parte non citata, ideòque non probant, Alex. *cons. 187. n. 2. lib. 1.* Put. *decis. 186. lib. 3.* Cassad. *decis. 1. de except.* Rot. *decis. 1. de fid. instrum. in nou.* Accedit, quòd ex illis, nulla est continuata ad alteram, nec docetur illarum effectuatio, vel quòd admissi fuerint illi quibus collationes factæ fuerunt, Rot. *decis. 3. de probat. in nou.* Mil. *in verb. probati quod beneficium*, Calder. *cons. 12. de iure patron.* Ferret. *cons. 2. n. 3.*

Denique non probatur, quòd de tempore Vnionis se- 2 cundæ Abbas esset in quasi possessione, vt fuerat in dicta decisione reseruatum. Et regulare est, quòd in quæstione quasi possessionis vltimus status attenditur, *c. Consultationibus, cum ibi not. de iure patron.* Itaque fuit conclusum pro Capitulo informante.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Tridentina Bonorum.

Veneris die 23. Iunij 1606.

ARGVMENTVM.

In hac decisione magistraliter docetur, An, & quando expiret fideicommissum, seu substitu-

tio facta alicui si sine filijs decesserit, eo cum filijs decedente.

S V M M A R I V M.

Substitutio, seu fideicommissum factum alicui si sine filijs decesserit, eo decedente cum filio expirauit, num. 1. & 2. Vbi etiam, quod si filij positi in conditione sunt vocati.

Filij in conditione positi regulariter sunt vocati, numer. 2.

Filiorum existentia, quando fuit posita in conditione, sufficit, filios semel extitisse, licet postea decedant, num. 2. Vbi ampliatur hac conclusio, etiam quod conditio momento temporis impleatur.

Grauamen de persona ad personam in fideicommissis extendi non debet, num. 2. specialia non sunt multiplicanda, num. 2.

Fideicommissum, seu substitutio facta alicui, si sine filijs decesserit, illo decedente cum filijs non expirat, quando ita colligitur ex coniecturata mente testatoris. Declara, vt num. 3. Vbi etiam ponitur coniectura huius voluntatis testatoris.

Reciproca substitutio censetur facta, quando quis in tota hareditate substitutus reperitur post alios omnes, numer. 4.

Extensio non fit in dispositione habente verba restrictiua, num. 4. in fine.

D E C I S I O CXXV.

1 RVrsus dubitaui, præsupposita decisione in hac causa facta, ad quem specter portio Felicitæ, & quia, vt fuit in alia propositione consideratum, remanebant duæ inspectiones. Domini prosequendo primam, censuerunt; non adesse fideicommissum respectu portionis Felicitæ ad fauorem sororum in casu, de quo agitur, Moti ex eo, quòd licèt non possit negari fideicommissum ad fauorem sororum in casu, quo Felicita decessisset, sine liberis; attamen ex quo ipsa decessit relicto Francisco filio, dictum fideicommissum expirauit, nec possunt sorores aliquid prætendere, etiamsi Franciscus decesserit sine filijs, iuxta *cons.* Oldrad. 21. cum alijs ad satietatem cumulatis per Gabr. *tit. de fideicomm. conclus. 7. num. 1.* Et hanc opinionem Rota passim sequitur, vt in causa Tridentina fideicommissi 13. Aprilis 1585. coram bo. me. Gypsio, & in alia Auximana fideicommissi 21. Nouembris 1586. coram D. Orano, & alijs.

2 Non obstat, quòd consil. Oldrad. non procedat, quando filij positi in conditione sunt vocati prout esse vocatos in hoc casu multis contenditur. Et ita in specie *d. cons.* Oldr. limitet Grat. *cons. 5. num.* 85. & idem teneat Dec. *cons. 270. in fin.* Et non obscurè etiam Guido Pap. *decis.* 531. Nam Domini omisso illo articulo, an positi in conditione in hoc casu sint vocati; cùm regula sit in contrarium, vt latè per d. Gabr. *d. tit. de fideicom. conclus. 4. n. 1.* responderunt, quòd etiamsi in hoc casu possent dici vocati, adhuc opinionem Grat. & aliorum non esse veram, & esse contra omnes iuris regulas, nempe quia quando existentia filiorum fuit posita in conditione; sufficit, filios semel extitisse, licèt posteà decedant, vt in specie dicit text. *in l. cum vxori, Cod. quand. dies leg. ced.* Et est Vulg. conclusio, sufficere, quòd conditio momento temporis impleatur, vt latè per Gabr. *tit. de fideicomm. conclus. 8. per tot.* Item hoc esset extendere grauamen de persona ad personam, hoc est, de matre ad filium, quod non solet fieri in fideicommissis, vt not. *in l. Gallus, §. & quod si tantum, ff. de lib. & posthum.* cum alijs per Crauett. *cons. 98. num. 13.* & per Cephal. *cons. 514. num. 18.* Et fuit dictum in causa Tridentina fideicommissi coram D. Gypsio, suprà allegata; item esset multiplicare in specialibus, nempe ex coniecturis inducere vocationem positorum in conditione, cùm aliàs regula sit, quòd non censeantur vocati, vt suprà dictum est. Et rursus, ex hac sola vocatione inducere grauamen super eumdem vocatum. Specialia autem non sunt multiplicanda, *l. 1. Cod. de iur. dot.* cum alijs per Ruin. *cons. 29. num. 4. vol. 4.* Nec videbatur Dominis, posse constitui differentiam inter casum quo positi in conditione censeantur vocati, & casum, quo ijdem non censeantur vocati, quia fundamentum Oldradi, & sequacium, non consistit in vocatione positorum in conditione, sed in eo, quòd sufficit, filios extitisse tempore mortis, ad effectum, vt cesset conditio negatiua filiorum, sub qua est facta substitutio, vt in specie respondet Crauett. *cons. 98. num. 14. in 2. responsione*, vbi plura ad propositum, & in specie respondet ad doctrin. Bald. per Guid. Pap. allegatam.

Non obstat, quòd cons. Oldradi non habeat locum, quando ex coniecturis colligitur, testatorem contrarium voluisse; ex cumulatis per Gabr. *d. concl. 7. de fideicomm. num. 4.* Quia coniecturæ ponderatæ per Informatores pro sororibus, non videbantur releuantes ad istum effectum. Non illa, quòd si grauauit nepotes, ergo multò magis pronepotes remotiores, & incognitos, cùm nondum essent nati; nam fuit responsum, istam regulam non procedere in fideicommissis, in quibus propter grauamen non fit extensio ex suprà dictis, aliàs inducerentur nouæ substitutiones, & destruerentur multæ conclusiones communi calculo receptæ per Doctores, vt in specie respondet Crauett. *d. cons. 98. num. 14. vers. non obstat quartum*, & faciunt not. per Scriben. Aret. præcipuè *in d. l. Gallus, §. & quod si tantum num. 16. ff. de lib. & posthum.* Non etiam visa fuit vrgere alia coniectura, quæ prædictæ proxima est, nempe quòd sicut testator grauauit materteras descendentes sine filijs ad fauorem nepotum, dicendum est, sic voluisse grauare nepotes descendentes sine filijs ad fauorem Materterarum, ad seruandam æqualitatem inter descendentes; quia fuit responsum, quòd sunt valdè diuersa inter se substitutio actiua, & passiua, imò fortè aduersa, cùm respectu eiusdem personæ alia contineat fauorem, altera verò grauamen. Et ideò de vno ad aliud non infertur, *Vulg. l. illud, ff. ad l. Aquil.* cum simile, & in specie respondet Paris. post Socin. *in cons. 87. num. 25. vol.* 2. & Rota nostra in dicta Tridentina coram Gypsio. Nec facit, quòd propter æqualitatem seruandam inter liberos, fiat repetitio. Francisc. Aret. *cons. 1. num. 14.* Nam quidquid sit de veritate illius conclusionis, illa non videtur posse applicari, quia Aret. loquitur de æqualibus in gradu, vt sunt fratres: secùs quando est disparitas gradus, vt in hoc casu, quia tunc non concurrit omnimoda ratio, cùm possit esse, quòd testator prædilexerit remotiores descendentes propter diuturniorem sui ipsius conseruationem, vt dicit Corn. *cons. 22. num. 2. vol. 1.* 3

Tertiò, principaliter non obstat, quòd Domus Dei de Tridento reperiatur post omnes substituta in tota hæreditate. Ex quo infertur, esse inductum reciprocum fideicommissum inter vocatos ante dictam Domum, iuxta not. per Scrib. *in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg.* 2. Nam præterquamquod substitutio non est expressè facta ab vltimo, vt loquitur ille text. & ita intelligunt Scrib. super illo, vt benè animaduertit Paris. *cons. 43. num. 8. lib. 2.* cessat difficultas in hoc casu propter illa verba, ibi, *& præfatis omnibus tribubus sic decedentibus reliquit, &c.* Ex quibus apparet, quòd in omnem euentum ex hac substitutione domus Dei nil aliud potest inferri, quàm reciproca inter ipsas tres sorores quibus est facta substitutio dictæ Domus, non autem reciprocam inter filios illarum, & materteras cum dictis filijs nullatenus reperiatur substituta dicta domus Dei. Quando autem testator vsus fuit verbis restrictiuis, tunc in casu, aliàs de sui natura extendibili, non fit extensio, vt latè per Crauett. qui plura exempla cumulat *cons. 98. num. 5. cum alijs sequentibus.* Ex quibus fuit conclusum, filium Felicitæ non fuisse grauatum. Remanebit tertia difficultas, nempè circa transmissionem, quatenus non reperiatur, Felicitam adijsse hæreditatem Christophori. 4

Sub die 6. Februarij 1606. coram eodem bon. mem. Cardin. Sacrato, est suprà in hac parte decis. 109.

R. P. D. PAMPHILIO SENIORI,

deinde S. R. E. Cardinali.

Senogallieñ. Dotis.

Lunæ 26. Iunij 1606.

A R G V M E N T V M.

Exequutio agi potest à marito contra eum, qui dotem promisit etiam soluto matrimonio, stantibus liberis ex eodem matrimonio natis.

S V M M A R I V M.

Exequutiue agi potest vigore cameralis obligationis, n. 1.

Dos debita, & promissa marito, censetur etiam debita, & promissa matrimonio soluto per mortem vxoris, n. 1.

Dotis actio constante matrimonio competit marito, & non vxori, num. 1.

Dos debetur propter onera matrimonij, num. 1. vers. præsertim.

Maritus est vsufructuarius dotis, mortua vxore, num. 1. ad finem.

Dolo facit qui petit rem quam statim restituturus est. Declara, hoc procedere quando restitutio est facienda illi à quo petitur, secus si alteri, num. 2.

Dos promissa, & soluta non reuertitur ad dotantem, sed ad liberos præmortuæ mulieris, ex consuetudine Martini, num. 2.

Pater est vsufructuarius dotis maternæ, etiam stantibus liberis ex eadem matre conceptis, n. 1. in fine, & n. 2.

D E C I S I O CXXVI.

1 FVit per Dominos resolutum, Colonello Iulio agenti ad solutionem dotis, competere viam exequutiuam, quia agit vigore promissionis obligatione camerali vallatæ, quæ operatur vt exequutiuè agi possit, vt per Galles. *de oblig. cam. part. 1. quæst. 2. num. 13. & 21. & part. 3. quæst. 3.* Neque visum fuit, posse dici mutatum statum huius promissionis, ex eo quòd per mortem vxoris solutum fuerit matrimonium, quia cùm dos fuerit promissa ipsi Colonello, dicitur adhuc ei debita, licèt solutum sit matrimonium, *l. si socer. §. Lucius, ff. solut. matr.* & ibi not. Bart. *in 2. not. & in l. si præter. num. 1. ff. eod.* Et quemadmodum, constante matrimonio actio pro dote promissa competebat marito, & non vxori, *l. si pater marito*, & ibi not. omnes, *Cod. de dot. promiss.* ita etiam competit soluto matrimonio, *d. §. Lucius*, & ibi Doct. omnes, Com. *cons. 133. in princ. lib. 4.* Rimin. sen. *cons. 236. num. 1.* Ruin. *cons. 133. col. fin. in princ. lib. 4.* Phanuc. *de lucr. dot. in rubr. verb. restituenda n. 55.* Præsertim quòd dos debetur propter onera matrimonij, *l. dotis fructuum, ff. de iur. dot. l. pro oneribus, C. eod.* quæ durant etiam mortua vxore, præsertim quando prout in casu isto, adsunt liberi quorum onus remanet apud Patrem, Bart. *in l. post dotem n. 29. in princ. ff. solut. matrim.* Soc. iun. *cons. 135 post n. 16. lib. 1.* & per consequens cùm adhuc duret causa propter quam fuit promissa dos, non potest dici mutatus status promissionis, Gabr. *cons. 156. n. 16. circa med. lib. 1.*

2 Neque Colonello obstare dixerunt exceptionem, Dolo facit, de quo *in l. dolo facit, ff. de dol. mal. except.* quia huiusmodi exceptio non habet locum, quando dotis restitutio est facienda alteri, quàm ei à quo petitur, *l. si socer. §. Lucius*, & ibi Bart. *in 3. not.* Pal. *not. 2.* & alij, *ff. solut. matrim.* Dec. *in l. condemnatione, §. fin. num. 1. ff. de reg. iur.* Ruin. *cons. 133. col. fin. lib. 4.* Soc. iun. *cons. 35. nu. 10. ad fin. lib. 1.* Prout in casu isto dos est restituenda liberis mulieris, ad quos, & non ad promittentem spectat ex consuetudine Martini, vt per Glos. *in l. dos à patre, C. solut. matr. & in l. post dotem*, & ibi Bart. & alij, *ff. eod.* cum alijs per Capic. *decis. 176. num. 18.* & Thesaur. *decis. 192.* Et fuit resolutum in causa Clusina dotis coram Peregrino 12. Ianuarij 1598. in qua etiam fuit dictum, hanc consuetudinem esse generalem, & ab omnibus vsu receptam, itaut dicenti contrarium, seruari in loco particulari incumbit onus, ac insuper habere locum etiam in dote promissa & non soluta, iuxt. *cons. 35.* Soc. iun. *lib. 1. reprobat. cons. 114. lib. 3.* Et hinc etiam resultat, quòd cùm dos ex dicta consuetudine Martini pertineat ad liberos mulieris defunctæ, Colonellus potest illam penes se retinere propter vsumfructum in ea vti patri, & legitimo administratori sibi debitum, iuxta text. *in l. 1. Cod. de bon. mater.* Quò fit vt tantò magis ei competat actio pro exigenda dote, & cesset dispositio *d. §. Lucius*, prout in simili cessat, quando ex dispositione statuti maritus lucratur dotem, Ruin. *cons. 133. col. fin. lib. 4.* Phanuc. *de lucr. dot. in rubr. restituenda sub num. 55.* Et fuit conclusum per Dominos re maturè discussa, quamuis solus Colonellus informauerit, propter contumaciam alterius partis, quæ sæpè citata, & diu expectata, non curauit informare.

R. P. D. I V S T O.

Spoletana Dotis.

Lunæ 26. Iunij 1606.

A R G V M E N T V M.

Confessio receptionis dotis quando præiudicet marito, & habentibus causam ab eo.

S V M M A R I V M.

Dictio vltra, *est inclusiua, num. 1.*

Confessio dotis receptæ facta per maritum, vbi sunt lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, præiudicat nedum confitenti, & hæredibus, sed etiam tertio, num. 2.

Confessio receptionis dotis facta per maritum, probat concurrentibus coniecturis, n. 2. vbi n. 3. & vsque in finem plures adducuntur coniecturæ.

D E C I S I O CXXVII.

QVoad summam scutorum mille contentam in Capitulis matrimonialibus, & traditam Guidobaldo, non erat controuersia inter partes, sed de alijs mille. Nam pro Dom. Francisca dicebatur, dotem restituendam ascendere ad duo millia, quod negabant Olorini. Verùm Domini tenuerunt, constare de dote duorum millium, moti potissimùm ex litteris scriptis ab eodem Guidobaldo, in quibus promittebatur restitutio dotis scutorum mille pro totidem receptis, cum subsequentibus verbis, & hoc, *vltra alia mille contenta in capitulis matrimonialibus*, quæ dictio *vltra*, inclusiua, Bart. *in l. cùm ita quæst. fin. de dot. priuil. & in l. si arbiter, C. de fideicomm.* 1

Neque obstare, quòd dictæ literæ videantur continere confessionem, quæ, si non præcedit, promissio non probat. Primò, quia sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem, non numerationis, quo casu confessio mariti non solùm præiudicat confitenti, & eius hæredibus, sed etiam tertio, Caputaq. *decis. 196. part. 1.* & coram bo. me. Lauretano in causa Amerin. domus 4. Maij 1579. Præterea ista difficultas cessat ex coniecturis, quibus concurrentibus confessio probat veram numerationem, & præiudicat confitenti, Aym. *cons. 40. num. 5.* Mohed. *decis. 2. de confess.* & fuit sæpiùs decisum. Primò enim adsunt plures testes de auditu ab ipso Guidobaldo, qui id publicè dicebant, & præsertim Angelus & Trebatius de Olorinis. Quæ confessiones extraiudiciales saltem deseruiunt pro adminiculis. Secundò, prædictæ litteræ Guidobaldi bis fuerunt productæ. Primùm coram A. C. deinde coram Illustriss. Cardinali Montelparo, coram quibus fuit contentum de ista dote, & deductæ aliæ prætentiones. De minori autem quantitate nunquam fuit oppositum. Tertiò, facit apocha acceptionis istarum literarum, quæ, licèt non habuerit effectum, tamen postquam fuit confecta, deseruit pro adminiculo. Et nihilominùs aliqui ex Dominis in præmissis habebant difficultatem; & credebant, dictas coniecturas, vel adminicula non esse sufficientes, tum quia videbatur mirum, quòd in capitulis matrimonialibus de alijs mille fuerit facta mentio, si dos erat duorum millium, & dum respondebatur, factum esse in odium pragmaticæ sanctionis ciuitatis Ragusinæ, replicabatur, magis dicendum esse, factum fuisse in fraudem legis prohibentis donationem inter virum & vxorem. Remanserunt tamen Domini concordes concurrente alia coniectura, quæ deducebatur pro parte Franciscæ, quòd ipsimet Olorini illi assignauerant pro restitutione dotis, tot bona quæ vel excedebant, vel ascendebant ad summam duorum millium. Et sic quòd recognouerant bonam fidem, quoad quantitatem, sed quoniam dabatur instrumentum, quo quantitas bonorum assignatorum exprimebatur, non valor, adeò delegata æstimatione in partibus facienda per peritos, & ea facta, & transmissa de partibus quæ ascendit ad prædictam summam; Domini mandarunt mihi, vt extenderem hanc decisionem, in qua fuit firmata quantitas duorum millium. 2

R.P.D.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Auenioneñ. Separationis thori.

Luna 1. Iulij 1606.

ARGVMENTVM.

Habes ex summario.

SVMMARIVM.

Clausula constituti *transfert possessionem ad fauorem constitutarij, num.* 1.

Spolij remedium datur pro recuperanda possessione acquisita per clausulam constituti, *num.* 1. *Vbi quod debet tunc probari possessio constituentis de tempore contractus, nisi tamen agatur contra ipsum constituentem.*

DECISIO CXXVIII.

1 PRoposito aliàs dubio, an D. Hector esset restituendus, fuerat dictum, vt primum extremum coadiuuaretur. Itaque examinatis in Curia quibusdam testibus, cùm dubitassem, an dictum primum extremum probatum esset sufficienter; Domini vtraque parte informante responderunt affirmatiuè. Cùm enim non controuertatur quin matrimonium habuerit effectum, maritalisque inter istos coniuges tractatus probetur, nedum per testes vtriusque partis, sed etiam per querelam à D. Maria vxore porrectam Reuerendissimo Archiepiscopo Auenionensi, sitque in confesso, bona de quorum restitutione agitur, fuisse data in dotem, fuit valdè verisimile, quòd maritus bonorum dotalium possessionem apprehenderit. Idque eò magis euincitur, quòd ad instantiam D. Mariæ vxoris prædictus Reuerendissimus Archiepiscopus inhibuit, ne D. Hector accederet ampliùs ad domum vxoris, neque se immisceret in bonis, quorum nunc restitutio petitur quippe frustrà fuissent illæ inhibitiones, si maritus illorum bonorum possessionem nactus non fuisset.

2 Accedit clausula *constituti* apposita in instrumento dotali, per quam in dictum Hectorem fuit translata vera possessio, *l. certe, ff. de precar. l. quod meo, de acquir. poss.* Tiraq. *de constituto in princ. num.* 2. *& seq.* Pont. *de spol. lib.* 2. *num.* 109. Ita vt competat remedium spolij pro recuperatione possessionis, eo modo acquisitæ, Ias. post Alex. *in l.* 1. §. *per seruum, num.* 3. *de acquir. possess.* & alij apud Pedemont. *decis.* 133. *num.* 7. Et licèt regulariter probanda sit possessio constituentis de tempore contractus, Ang. *in l. quamuis*, §. *si conductor, de acquir. possess.* tamen hoc casu huiusmodi probatio non est necessaria, quandoquidem agitur contra ipsammet constituentem, Natt. *cons.* 439. *n.* 3. Menoch. *cons.* 139. *n.* 23.

Denique adsunt testes etiam de visu, & de publica voce, & fama, concludentes, realem & effectualem possessionem D. Hectoris. Contra quorum examen, & dicta quæ proponuntur, non fuerunt visa esse alicuius momenti, stantibus maximè supradictis. Quemadmodum, & quæ deducta fuerunt circa iustificationem separationis thori. Vltra quòd prima facie satis leuia apparent, fuit dictum, quòd pertinent ad petitorium, nec moram afferre debent spolij purgationi.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Ierosolymitano.

Bracharens. Beneficij.

Luna 3. Iulij 1606.

ARGVMENTVM.

Instrumentalis possessio manutenibilis est, alio non existente in possessione, præsertim si anterior est possessione alterius, quia posterior præsumitur clandestina, & de exequutione literarum Apostolicarum, nonnulla, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Manutentio danda est probata possessione instrumentali, alio non existente in possessione, n. 2.

Instrumentalis possessio est vera possessio, alio non existente in possessione, n. 2.

Possessio anterior præfertur posteriori, quæ propterea præsumitur clandestina, num. 2. *&* 3.

Exequutor literarum Apostolicarum, partes iudicis assumere debet, alio existente in possessione, n. 4.

Literarum Apostolicarum exequutio dari non debet literis non iustificatis, n. 1.

Manuteneri debet in possessione is, qui se pro spoliato non habuit, num. 5.

DECISIO CXXIX.

CAusa ista coram Reuerendissimo Pacensi primò vertente fuit ab illo mandatum de manutenendo Francisco concessum, posteà verò propter discessum Reuerendissimi Paceñ. fuit subrogatus Reuerendiss. Rhodieñ. coram quo 23. Nouembris 1604. Domini dixerunt, apponendum esse sequestrum, ex eo quòd prædictum mandatum de manutenendo fuerat fondatum in testibus in Curia examinatis, citato Ioanne Brandano, ad videndum illos iurare, vti procurator Michaelis, de cuius mandato non constabat, quin idem Brandanus protestatus fuerat principalem, vel eius procuratorem citari. Ex post facto verò propter absentiam Reuerendissimi Rhodiensis, cùm ego subrogatus fuissem, & pro parte dicti Francisci productum esset quoddam instrumentum suæ possessionis, dubitaui, an recedendum esset à decisis coram Reuerendissimo Rhodiensi; Et Domini 12. Maij huius præsentis anni dixerunt, mandatum de manutenendo à Reuerendissimo Pacensi concessum non posse sustineri ex prædictis. Quoad sequestrum verò recesserunt à decisis, quia de possessione anteriori Domini Francisci ex instrumento authentico constabat. Ex illo tamen pro tunc non devenerunt ad manutentionem de nouo Francisco concedendam, quia acta de partibus non transportauerat. Posteà verò 24. Maij eiusdem anni, instante Michaele feci verbum in Rota super reuocatione mandati de manutenendo Reuerendissimi Pacensis, quia Domini tantum dixerant, illud non esse sustinendum. Vnde prædicta die 24. Maij dixerunt, esse reuocandum, prout per decretum coram Notario causæ illud reuocaui, quamuis ex ordine Dominorum mihi dato 31. Maij eiusdem anni; dedi in mandatis Notario, ne prædictum decretum reuocationis expediret pro tunc. Et ratio fuit, quia Domini volebant priùs disputare; an Francisco esset de nouo dictum mandatum de manutenendo concedendum; sed quia Franciscus informauit, non teneri ad actorum transportationem, quia Michael de anno 1599 obtinuit, causam committi in Rota, fingens, coram collectore Apostolico in Regni Lusitaniæ sententiam contrariam reportasse; ab eaque appellasse, ex quo prætendebat causam in secunda instantia pendere in Rota, & Franciscum non esse audiendum ante actorum transportationem; vnde pro parte ipsius Francisci addita signatura, dictum fuit, Michaelem confinxisse assertam sententiam Collectoris, & appellationem ab illa, sicque obtinuisse dictam commissionem. Et fuit petitum ex parte Francisci, causam prout in prima, committi in Rota eidem Auditori, & obtinuit, dummodò priùs obligatione se astringeret, quòd in euentum quo reperiretur; fuisse latam prædictam sententiam per collectores, & ab ea à Michaele prædictam appellationem interpositam, super qua prædicta commissio Michaelis fuerat expedita, se subijceret pœnæ amissionis beneficij, prout se obligauit, subiecit, & promisit, vt constat ex instrumento obligationis celebrato 3. Iulij 1600. Et ex istis Franciscus inferebat causam, tanquam in prima pendere in Rota, & per consequens non teneri ad actorum de partibus transportationem, sed ex eisdem in prima instantia in Rota deductis, procedendum esse, quòd Dominis placuit dicta die 31. Maij huius præsentis anni. Illisque visum fuit, disputandum esse mandatum de manutenendo, Francisco esset de nouo concedendum.

Vnde hodie dubitaui, an Francisco prædicta manutentio esset concedenda: Et Domini affirmatiuè resoluerunt, ex eo quòd constat per publicum instrumentum de possessione anteriori Francisci, ad text. *in l. prædia, ff. de acquir. possess.* & ibi Bart. & possessio instrumentalis capta, alio non existente in possessione, est vera possessio, & manutenibilis, Rota *diuers. decis.* 202. *num.* 3. *& decis.* 324. *n.* 2. *&* 363. *n.* 1. *&* 390. *n.* 2. *&* 802. *n.* 5. *part.* 2. 2

Vnde intrat doctrina Bart. *in l. si duo, num.* 4. *ff. vti possidetis*, & Bald. *in l. arboribus*, §. *nam etsi, ff. de vsufruct.* tenentium, quòd standum est anteriori possessioni; posterior 3

namque præsumitur clandestina, ad text. *in c. licèt causam de probat.* & ibi Doctores, Menoch. *de rei in remed. 3. num. 725.* Benintend. *decis. 42. num. 4. & decis. 93. num. 9.* Faciunt tradita *in decis. 19. num. 1. & 2. part. 2. diuers.* & in cæteris decisionibus suprà adductis per tex. *in l. 1. in fin.* vbi glos. & Doctores, *ff. uti possidetis.*

4 Ex quibus excluditur possessio Michaelis tamquam posterior. Quæ non iuuatur ex eo, quòd fuerit capta vigore literarum Apostolicarum, quia executor, Francisco possidente, debuit partes iudicis assumere, ex notatis à Felin. *in cap. fin. n. 24.* & ibi communiter scribentibus, *de præsumpt.* & à Rota *in nou. decis. 30. de rescript. & in decis. 202. in princ. part. 1. diuers.*

5 Et debuit in primis requirere iustificationem literarum, ex notatis à Cæsar. de Grass. *decis. 12. de probat.* & à Rota *diuers. 221. num. 3. vers. placebat etiam part. 2.* Quod cùm non fecerit, non ritè, nec rectè processit, nec priuauit Franciscum sua possessione, *ex d. decis. 802. num. 7. part. 1. diuers.* Vnde cùm Franciscus non habuerit se pro spoliato, iustè petit manuteneri, vt fuit dictum in vna Cæsaraugustana Canonicatus 5. Iulij 1598. coram D. meo Decano, & aliàs sæpius.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Neritoneñ. pensionis.

Luna 20. Nouembris 1606.

ARGVMENTVM.

De successore in beneficio onerato pensione, quòd non teneatur ad pensiones decursas, si fructus non percepit, & si percepit, non nisi pro rata fructuum, & quid, si fructus sedis vacantis fuerint ipsi à Papa donati?

SVMMARIVM.

Successor in beneficio pensione onerato, videtur quasi contraxisse cum pensionario, illique propterea pensionem iam maturatam soluere tenetur, num. 1.

Successor in beneficio pensione onerato non tenetur pensionem maturatam soluere, quando fructus non percepit, & si percepit, non tenetur, nisi pro rata fructuum perceptorum, ibid.

Successor in beneficio pensione onerato, numquid ad pensiones decursas teneatur, quando fructus beneficij sede vacante pendentes fuerunt eidem successori a Papa donati, num. 3. & 4.

Principis donatarius est securus ab omni hypotheca, num. 3.

DECISIO CXXX.

1 CEnsuerunt Domini, sententiam Rotalem esse confirmandam. Quia nullitas non opponitur, & iustitia est patens, dum condemnat D. Episcopum ad solutionem pensionis impositæ de tempore Antecessoris super Episcopatu. Acceptam enim Ecclesiam taliter oneratam videtur quasi contraxisse cum pensionario, Caputaq. *decis. 302. part. 2.*

Et licèt successor non soleat excuti, nec etiam pro termino maturato suo tempore, quando nullos percepit fructus, Rot. *decis. 159.* Crescent. *decis. 3. de solut.* vel tantùm teneatur pro rata fructuum, quos percepit, Deq. *cons. 156. statutum Cathedralis*, Gig. *de pension. quæst. 89.* Attamen ista conclusio non videtur Dominis applicari, ex pluribus.

2 Primò, quia ista pensio fuit reseruata de mense Aprilis, & ideò annus terminat in alio mense Aprilis, licèt gratia commodioris solutionis pensio sit distributa in duobus terminis. Altera nempe in festo S. Io. Baptistæ. Altera in festo S. Io. Apostoli, vt fuit decisum in causa Romana pensionis 22. Iunij 1598. coram Reu. P. D. meo Pegna. Ex hoc inferunt Domini, quòd licèt Dominus Episcopus à mense Nouembri, quo cepit possessionem Episcopatus, vsque ad festum S. Io. Decembris proximum, quo cadit solutio termini pensionis de quo agitur, non perceperit fructus sufficientes ad solutionem pensionis, non propterea excusatur à solutione, quia pro solutione termini S. Ioannis Decembris sunt destinati, & obligati fructus non solùm percepti ante dictum mensem Decembris, sed etiam ex post vsque ad mensem Aprilis subsequentis, quo tempore completur annus reseruationis pensionis; vnde cùm D. Episcopus à mense Nouembri, quo ingressus fuit pensionem, vsque ad mensem Aprilis subsequentis, sine dubio perceperit ex Episcopatu fructus sufficientes ad solutionem, non potest vitare solutionem termini S. Ioan. Decembris eo prætextu quòd fructus non habuerit.

Secundo loco dicunt Domini, quòd D. Episcopus ante festum S. Ioannis Decembris percepit fructus sufficientes ad solutionem pensionis, quia Papa ipsi donauit omnes fructus maturatos à 1. Iulij vsque ad diem adeptæ possessionis, & licèt ad hoc replicetur, tales fructus non esse obnoxios pensioni in hoc casu, quia non fuerunt per Episcopum percepti in beneficio ipso, vt requiritur ad effectum, quòd remaneant obligati tanquam fructus beneficiales, Vital. *in Clem. 2. num. 46. vers. 4. conclusio de decim.* Tum quia donatarius Principis statim est securus ab omni hypotheca, *l. benè à Zenone, C. de quadr. possess.* Attamen ista replicatio non videtur obstare. Dicunt enim illam conclusionem, quòd Titularis qui non percepit fructus, non teneatur ad pensionem; procedere ex quadam æquitate: nam alias regulæ iuris sunt in contrarium, vt patet ex allegatis per Crescen. *d. decis. 3. num. 1. de solut.* & Put. *d. decis. 189. lib. 2.* Ita verò æquitas cessat in hoc casu, quia D. Episcopus effectualiter mediante dicta donatione sensit commodum redditum Episcopatus; vnde cessat æquitas, de qua in dictis decisionibus Cresc. & Put. quòd titularis, qui non percepit commodum, sentiat incommodum beneficij, & quantùm ad *l. benè à Zenone*, respondetur, nunc agi de executione, non autem de substantia obligationis. 3

Vnde infertur ad dilemma: Aut Papa intellexit donare fructus cum suo onere intrinseco, vt fuit tentum in decisionibus in hac causa factis coram R. P. D. meo Decano, & cessat obiectum; aut non intellexit transferre onus pensionis in donatarium, & poterit donatarius se reualere contra Cameram. Vnum est, quòd cessat illa æquitas, propter quam Rota cessat a danda executione contra Titularem qui fructus non percepit, & in hoc conueniebant omnes Domini. 4

Alij vltra hæc, persliterunt in responsionibus datis in alijs decisionibus in hac causa coram D. meo Decano factis, nempe, fructus transiuisse in D. Episcopum cum onere pensionis. Et quantum ad doctrinam Vital. dicebatur, illam non applicari, quia Vital. nihil aliud determinat ibi, nisi quòd onus decimæ impositum fructibus beneficij non habet locum si pars illorum fructuum est iam assignata fabricæ, & allegat bonam rationem, nempe quia non sunt ampliùs fructus beneficij, sed fabricæ; quòd secundum istos Dominos nihil videbatur habere commune cum hoc casu, quia Papa non fecit hic aliquam dismembrationem fructuum ab Episcopatu, ita vt hac ratione desinant esse fructus Episcopatus, vt in casu Vital. sed Papa mediante hac donatione subrogauit Episcopum loco Cameræ, siue illi cessit iura quæ Camera habebat ratione sedis vacantis: vnde sicut tenebatur Camera ratione perceptionis fructuum, ita tenetur Episcopus illius subrogatus, siue cessionarius per regulam vulgarem subrogati: ex quo etiam videtur cessare aliud obiectum, quòd fructus postquam exierunt de manu illius, qui illos percepit tanquam fructus beneficij, non mereantur ampliùs nomen fructuum beneficij, quia illa conclusio non videtur procedere quotiescumque ille, qui percepit, hoc fecit tanquam subrogatus, siue cessionarius dictæ perceptionis. 5

R. P. D. MARQVEMONTIO,
postea S. R. E. Cardinali.

Romana Bibliothecæ.

Veneris 24. Nouembris 1606.

ARGVMENTVM.

Habes in summario.

SVMMARIVM.

Depositarius dicitur liberatus, si pretium depositi venditi de ordine iudicis deposuit, n. 1.

Ratificare censetur dominus contractum factum per procuratorem aliquid recipiendo, vigore dicti contractus, n. 2.

Effectus sufficit quod adsit per æquipollens, n. 3.

Transactio non rescinditur prætextu non adimplementi, n. 4.

DE-

DECISIO CXXXI.

1 NOn reuocatur in dubio transactio facta inter Vrnium, & creditores q. bun. mem. Parisani, qua conuenerunt, quòd libri venderentur, & de illorum pretio consignarentur Vrno scuta 500. ad quorum computum ipse, tunc recepit scuta 75. reliqua verò distribuerentur inter creditores. Vnde cùm depositarij obtinuerit ab A. C. licentiam vendendi libros, & vigore dictæ licentiæ libri venditi fuerint, atque penes ... Pietatis deposita scuta 425. residua ad perficiendam prædictam summam scutorum 500. ad effectum illa consignandi, cui dominus mandasset, visum fuit Dominis, nil proponi, quare non depositarij dici debeant liberati, quoad Vrnium, *leg. ei apud quem, § fin. ff. depos. l. fin. §. pen. C. de bon. auth. iud. poss.* Iai. *in l. si fideiussor, §. si satisdatum, num. 5. ff. qui satisd. cogan.* Castr. *in leg. acceptum num. 3. C. deposit.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 4. gloss. 9. num. 2.*

2 Non obstat, quòd transactio facta fuerit cum procuratore Vrni non habente facultatem transigendi; nam de hoc quidquid sit, satis est, quòd Vrnus ipso facto dictam transactionem ratificauit recipiendo scuta 25. ad computum scutorum 500. Alex. *cons. 117. num. 6.* Minùs obstat, quòd transactio facta fuerit cum creditoribus, & nihil habeat commune cum depositarijs; nam eodem modo respondetur, quòd sicuti Vrnus ratam habuit transactionem per receptionem partis crediti; ita etiam creditores consignationem, alioquin emptores non tradidissent pretium.

3 Non obstat etiam, quòd non fuerit seruata forma transactionis quoad faciendas duas claues, quarum vna esset penes Vrni procuratorem. Imputet enim sibi Vrnus, vel eius procurator, quòd dicta clauis facta non fuerit: & cùm transactio fuisset facta ad hunc effectum, vt libri venderentur, & de illorum pretio soluerentur Vrno scuta 500. cùm illa hodie deposita sint, & mandatum per D. Petrinum, vt illa Vrno consignentur, nihil ampliùs sua interest, quicquid à depositarijs actum fuerit, cùm illi sufficiat habere effectum per æquipollens, *l. si mulier, ad Trebell. l. si mater, Cod. de instit. & subst.* Paris. *cons. 43. num. 67.* Aym. *cons. 274. num. 4.* Put. *decis. 252. lib. 2.*

4 Denique quicquid circa istud non adimplementum dicendum esset, respectu creditorum qui transactionem inierunt, nihil refert quoad depositarios, qui occasione dictæ transactionis benè tradiderunt libros emptori. Vnde licèt rescinderetur, seu annullaretur transactio, non ideò sequeretur, venditionem ab Vrno approbatam, nec transactionem non dici benefactam, quoad ipsum, vel depositarios non fuisse liberatos. Vltrà quòd à transactione non receditur, nec reditur ad primæua iura sub prætextu non adimplementi, sed agitur ad implementum, *leg. si pro fundo, Cod. de transact.* Surd. *decis. 266. num. 12.*

Itaque fuit conclusum, depositarios fuisse liberatos quoad Vrnum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO, posteà S. R. E. Cardinali.

Ceneteñ. Iurispatronatus.

Veneris 1. Decembris 1606.

ARGVMENTVM.

Admissus ad præsentandum à vero patrono, an acquirat iuspatronatus, vel quasi possessionem præsentandi. Et de pluribus differentijs inter iuspatronatus, & quasi possessionem præsentandi. Et an talis admissio præiudicet patrono, etiamsi præsentatio non habuerit effectum.

SVMMARIVM.

Remissio alicuius ad præsentandum facta per patronum præiudicat, etiam quod præsentatio non habuerit effectum, num. 1.

Renunciatio facta in compromisso, non præiudicat, nisi laudum sequatur, ibid.

Præsentatio, & electio æquiparantur, ibid.

Actu resoluto iuuari quis non potest, vbi resolutio prouenit ex mutuo partium consensu, num. 2.

Impugnare quis potest factum proprium per sententiam improbatum, ibid.

Dictio, nihilominus, non semper aduersatiuè stat, sed sæpè idem, quod ideo magis, vel idem quod sine dubio importat, num. 3.

Innocentiana loquitur de registris, seu processibus, non autem de scripturis in illis contentis, num. 3.

Quasi possessio præsentandi per eum, qui non est verè patronus, non potest quæri quoad veros patronos, vno ex ijs contradicente, num. 4. Vbi tamen id non firmatur.

Quasi possessio potest acquiri contra vnum ex pluribus possessoribus, licet contra eum qui contradicit non quæratur, quando præiudicium est separabile, num. 4.

Iuspatronatus licèt diuisionem non recipiat quoad substantiam, secus est quoad ius præsentandi, & licet quoad proprietatem sit indiuiduum, quia vnicuique ex patronis in solidum competit, quoad possessionem tamen, & exercitium est diuiduum, ibid.

Admissio ad præsentandum est tacita confessio, quod admissus sit patronus, num. 5.

Confessio in beneficialibus præiudicat confitenti, num. 5.

Iurispatronatus materia vbi agitur inter laicos, non est beneficialis, ibid.

Iuspatronatus inter compatronos, & in præiudicium confitentis probatur ex confessionibus, ibid.

Patronus non potest extraneum sibi assumere in compatronum, potest tamen illum admittendo ad præsentandum, constituere in quasi possessione præsentandi, num. 6. vbi in fine limita.

Admissus ad præsentandum licèt acquirat quasi possessionem respectu patronorum, nihilominus illa admissio non præiudicat Ecclesiæ, nec impedit, quin Ordinarius non patronum amouere à præsentatione possit, vbi de illius non iure in proprietate constiterit, ibid.

Iuspatronatus, & quasi possessio præsentandi non parum inter se distant, ibid.

Quasi possessio præsentandi contra ordinarium opponi non potest, nisi appareat legitimè de existentia iurispatronatus, ibid.

Quasi possessio præsentandi non obstat regula reseruatoria octo mensium, ibid.

Iuspatronatus alio modo probatur inter compatronos, alio modo aduersus Ecclesiam, ibid.

Ecclesia tenetur alere patronum inopem, non sic eum, qui est in quasi possessione præsentandi, ibid.

Admissio extranei ad præsentandum, non affert Ecclesiæ præiudicium, quin potius commodum, ex quo plures habet defensores, ibid.

Dominio directo non præiudicatur per possessionem, quæ aduersus vassallum, vel emphyteotam acquiritur, num. 7.

Pensio nulla si soluatur per beneficiatum, nullum præiudicium Ecclesiæ infertur, sed beneficium, ibid.

Socius potest assumere sibi socium, sed absque aliorum sociorum præiudicio, ibid.

Confessionum error non potest probari per rem iudicatam, num. 8.

Pluralitas non præsumitur, ibid.

Nomen personæ vbi est certum, & est certa persona, non est curandum de cognomine, ibid.

DECISIO CXXXII.

COntra decisionem opponebatur; Primò Decius *cons.* 1
149. num. 3. vbi ait, actum admissionis ad præsentandum, non præiudicare quando præsentatio non habuit effectum; fuit in primis responsum, hoc casu non constare, quòd præsentatio effectum non habuerit, cùm potius appareat, præsentatum à Iudicibus, & Leonibus obtinuisse tandem capellam, de cuius patronatu agitur. Sed de hoc quicquid sit, fuit dictum, non videri quòd Dec. in illa opinione resideat, cum ab illa transeat ad aliam responsionem. Deindè nihil allegat, sed tantùm arguit à simili de renunciatione facta in compromisso, quæ non præiudicat, nisi laudum sequatur, Bald. *in l. si diuersa, C. de transact. vers. ex prædictis*, Alex. *cons. 22. lib. 2. in princ.* quòd argumentum non procedit, ibi enim conditio subintelligitur, quia est ad laudum correspectiua, ita ut si laudum non sequatur, compromissum non possit habere effectum. Vbi autem non adest ista necessaria consequutio, prædicta conditio non intelligitur, vt declarat Natt. *cons. 390. num. 3.* & meliùs Ruin. *cons. 142. num. 6.* vnde in casu quo patronus admittit aliquem ad præsentandum, admissionem non potest censeri facta sub conditione, si sequa-

quatur institutio, quia admissio non est necessarium antecedens ad institutionem, & præterea sit de facto in eius facultate, illum vel illum eligere quem admittat, & per consequens nunquam sit necessaria admissio, saltem quoad indiuiduam personam admissi. Et quidem si procederet istud Dec. dictum, superfluum foret, quod gloss. *in c. Cumana, in verb. protestationem, de elect.* Innoc. *in c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propr. num.* 24. Abb. *n.* 35. tradidit, ex sola idonientis patientia acquiri admisso quasi possessionem. Nam vbi daretur effectuatio, esset procuIdubio quæsita quasi possessio admisso, nec foret differentia inter admittentes, vel non admittentes, imò & contradicentes, & licèt prædicti DD. loquantur in electione, tamen vtea quod præsentatio, & electio æquiparantur, vt notatur *in cap. vt lit. pend. in 6.* etiam eorum dicta extendit Butr. ad præsentationem *in cap. vlt. circ. fin. vers. eu dic, de caus. possess. & propr.* Hinc est, quòd *in d. c. cum Ecclesia Sutrina*, tota vis sit in hoc, quòd Clerici electionibus interfuerint, & votum habuerint. Nec vnquam allegatur, nec fit fundamentum in eo, quòd electiones habuerint, vel non habuerint effectum. Atque ibi Abb. *num.* 22. ait, quòd ad probandam quasi possessionem, satis fuisset probare, quòd illi Clerici interfuissent, & dedissent votum in illa electione, nec de confirmatione vllam facit mentionem. Vnde Rip. in decisione allegatus, meritò dicit *in dict. cap.* in dicto capite esse textum expressum pro sua opinione, quam cùm in alijs iam causis Rota amplexa sit, non est visum, in ista causa illam repudiare.

2 Secundò dicebatur, non subsistere, quòd in decisione legitur, & si præsentatio cassata fuisset per sententiam Ordinarij, non propterea cassatum fuisse consensum iudicum, qui admiserunt Leones ad præsentandum; pro quo allegabatur decis. Put. 291. *in fin & 343 lib. 3.* vbi dicitur aliquem non iuuari ex actu resoluto; fuit responsum, dictas Putei decisiones, quæ in eiusdem facti specie emanarunt, loqui in actu resoluto ex mutuo agentium consensu, vt patet expressè *in dict. decis.* 343. *num.* 3. qui non est casus noster. Deinde fuit dictum, decisionem non insistere in illa propositione, sed transire ad alias responsiones. Ex quibus colligitur, præsentationem non fuisse cassitam per sententiam Ordinarij. Quæ responsiones iterum Dominis placuerunt. Vnde non applicatur huic casui, quòd quis venire possit contra factum proprium, quando fuit per sententiam improbatum, vt latè per Gabr. *de reg. iur. concl.* 1. *num.* 52 *in 8. limit.* quia admissio Leonum non potest dici improbata per sententiam, quæ primùm per appellationem suspensa, deinde etiam per aliam sententiam iudicis ad quem appellatum fuerat fuit reuocata, semper ipsis iudicibus instantibus.

Tertiò dicebatur, sententiam Ordinarij fuisse reuocatam in illo tantùm capite, quo Iulius Carretus Petro iudici Prælatus fuerat; fuit responsum, id conuenienter non posse admitti, quia cùm iudex appellationis dicat in sententia, quòd pronunciat in lite certam ipso pendente inter iudices interuenientes, nomine proprio, & nomine Leonum ex vna, & Carretos ex altera, sequeretur tamen ex intellectu, quam assignant informantes pro iudicibus, quòd nihil pronunciasset quoad Leones, & per consequens, causam quoad omnes litigantes non terminasset.

3 Nec obstat consideratio, quæ fit ex dictione, *nihilominus*, quia illa non semper aduersatiuè stat, sed sæpè idem quod, *ideo magis*, vel idem quod, *sine dubio importat*, vt not. *in l. qui in potestate, in fin. ff. de testam.* Io. de Plat. *in l. Alexandrinis, C. de Decurio. lib.* 10. Schard. & Albert. *in vers. nihilominus*, dubium quod prætenditur datum ab Auditore Nuncij non fuit vnquam recognitum, etsi in partibus de illius forma non probaure oppositum fuerit, & licèt in legali forma daretur, nihil necessariò concluderet. Idem fuit dictum de reuocatione mandati procuræ, quæ prætenditur facta à Leonibus, quia nec ipsa est in forma probanti, & vbi talis esset, non suffragaretur, quia cùm non sit facta ab omnibus de familia, ius familiæ fuit conseruatum per non reuocantes. Nec verò prædictæ scripturæ robur aliquod quoad probationem accipiunt ex Innocentiana, quia illa loquitur de registris, seu processibus, non autem de scripturis in illis contentis, vt per Caputaqq. *decis.* 117. *par.* 3. qui assignat rationem diuersitatis.

4 Quartò dicebatur, præsentationem fuisse controuersam per Carretos, & per consequens non potuisse Leonibus quæri quasi possessionem, vno ex patronis contradicente, iuxta doctr. Innocen. communiter receptam *in c. bonæ, il 2. num.* 1. *vers. plus dicimus, de postul. Prælat.* fuit responsum per text. *in l. per fundum, in fin. ff. de seruit. rust. præd.* vbi Alberic. *num.* 1. & 2. & Florian. *num.* 3. notant, quòd si plures possident, potest contra vnum quæri possessio, licèt contra alium qui contradicit non quæratur; quando præiudicium est separabile. Neque obstat, quòd dicitur, de iurepatronatus indiuiduitate, quia esto, quòd essemus in re indiuidua, tamen hoc non tollitur, quin isti qui admiserunt, non possent prohibere, Bart. *in l.* 2. *§. ex his igitur, num.* 14. *in fin. ff. de verbor. oblig.* sed omne dubium tollit, quod iuspatronatus licèt diuisionem non recipiat quoad substantiam, secus est quoad ius præsentandi, Cardin. *in Cle. plures num. 3. vers. quia verò, de iurepat.* Et licèt quoad proprietatem sit indiuiduum, quia in solidum cuique competit, tamen quoad possessionem, & exercitium est diuiduum, Lambert. *lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 3. *art.* 8 *num.* 8. & *lib.* 1 *par.* 2. *quæst.* 1. *art.* 25. *num.* 11. Et sicut durum est, quod iudices vti velint impugnatione Carretorum, quam ipsi in iudicio contradixerunt; ita fauorabilior redditur Leonum causa, ex quo nunc Carreti agnoscentes bonam fidem, recesserunt ab antiqua impugnatione, & Leones vti compatronos, secum admiserunt ad præsentandum. Et per consequens hodie Leones habent admissionem, consensum, & confessiones omnium patronorum.

Quintò dicebatur, non subsistere, quòd iudices admiserint Leones ad præsentandum, cùm potiùs vtraque familia de per se, & separatim præsentauerit, fuit responsum, vtramque familiam immediatè, & vnico contextu, & loco, ac coram ijsdem Episcopo, Notario, & testibus eundem Petrum de iudice præsentasse, ideòque præsentationem semper habitam fuisse pro vnica, vt ex mandato procuræ, ex libello appellatorio, & meliùs ex sententia ordinarij, ibi, *declaramus, Dominos de Leone, qui simul præsentarunt cum Dominis de Iud ce*. Et res satis clara est, ex lite quam vtraque familia coniunctim pro defensione ipsius patronatus exercuit, & per duplicem appellationem, quam ab Ordinarij sententia iudices interposuerunt, vnam quidem nomine proprio, quia illud grauamen caprimuur; quia Ordinarius declarauit, nullum ius præsentandi Leonibus competere; alteram verò vice, & nomine Leonum, fuit etiam dictum, ius esse quæsitum Leonibus, nedum ex admissione, quæ est quædam tacita confessio, Aym. *cons.* 707 *num.* 26 sed etiam ex confessionibus expressis iudicum, per quas ipsi sæpius agnouerunt Leones in compatronos, & receptissimum est generaliter in beneficialibus, confessionem præiudicare confitenti, Ægid. *decis.* 268. latè Felin. *in cap. olim, circa fin. in 5 limitat. de rescript.* & dato, quòd vbi inter laicos agitur de iurepatronatus, materia non sit beneficialis, iux Capit. *decis 99 par.* 1 tamen inter compatronos, & in præiudicium confitentis, confessionibus probatur iuspatronatus, Put. *decis.* 35. *lib.* 2. & 36. *lib.* 3. sicque dictum in causa Taurinensi Decimarum coram Orano 8. Martij 1584. 5

Sextò dicebatur, quemadmodum patronus extraneum sibi in compatronum assumere non potest, ita nec potest eum constituere in quasi possessione præsentandi, quia in eo casu eadem, ac in altero militat ratio, Dec. *d. cons.* 149. *nu.* 4 fuit responsum, Lambertinum qui scripsit post Dec. & qui illud cons. 149 allegat, videri tamen esse in contraria sententia *in* 1. *par.* 2. *limit. quæst.* 3 *art.* 17. Ibi enim *num.* 11. distinguit, quòd aut quæritur, an per admissionem fuerit quæsitum iuspatronatus, & respondet negatiuè, aut quæritur, an fuerit quæsita quasi possessio, & respondet affirmatiuè, & tacitè mouuo Dec. satisfaciens *num.* 12 ait, quod licèt admissus acquirat quasi possessionem respectu patronorum, nihilominus illa non præiudicat Ecclesiæ, & non impedit, quin Ordinarius non patronum amouere possit à præsentatione, vbi de illius non iure in proprietate constiterit. Et quidem secundum Dec. sententiam, nunquam erit locus dispositioni, text. *in cap. consultationibus, de iurepatronatus*, quia consensu patroni compatronum admittentis semper erit in Ecclesiæ præiudicium. Itaque verius est, doctrinam Gem. *in cap.* 1. *§. laicis, de rebus Eccl. non alien. in 6* quæ loquitur de iurepatronatus, extendi non debere, vt procedat etiam in quasi possessione præsentandi, cùm ista duo non parum inter se distent, Franc. *in cap. vnic. de iurepat. lib. 6. nu.* 5. 6

Alex.

Alex. *conf.25. vol. 4.* Caffad. *decis.2. num.3. de probat.* Hinc Rota refoluit coram Ant. August. *decis.* 308. quafi poffeffionem præfentandi, contra Ordinarium opponi non poffe, nifi appareat legitimè de exiftentia iurifpatronatus, & coram Gropperio *decis.* 157. *inter manufc. diuerf.* eandem quafi poffeffionem non obftare regulæ referuatoriæ octo menfium. Et cùm fit receptum alio modo probate iufpatronatus inter compatronos, alio verò modo aduerfus Ecclefiam, vt plenè habetur *in decis.* 228. 229. *&* 387. *inter impreff. diuerf. par.* 1. Nihil prohibet, quin etiam quafi poffeffio præfentandi procedat aduerfus compatronum, quę aduerfus Ecclefiam non procederet. Nec fubfiftit, quòd vtroque cafu militet eadem ratio: nam ex acquifitione patronatus grauatur Ecclefia alere patronum inopem, ad quod, & ad alia iura patronis forfan competentia non extenditur ifta quafi poffeffio præfentandi, ad trad. per Felin. & alios *in cap. auditis num.* 10. *de præfcript.* Accedit, quòd acquifitio patronatus eft perpetua, effectus autem iftius quafi poffeffionis eatenus tantùm durat, quatenus exiftit familia admittens. Vnde tantùm abeft, quòd Ecclefia præiudicium fentiat, quin potiùs commodum fentit, ex quo plures habet defenfores, *cap. quia Clerici*, & ibi Abb. *in* 1. *not. de iurepatratus*, *cap. prudentiam*, & ibi etiam Abb. *in* 3. *not. de off. deleg.*

7 Quinimò magis eft, vt nec ifta admiffione, quę confiftit in compatroni admittentis præiudicium, Ecclefia vllo modo afficiatur, ficuti de poffeffione, quæ aduerfus vaffallum, & emphyteotam, fine domini præiudicio acquiritur, & text. *in cap.* 1. §. *quid ergo*, *de inueft. de re alien.* & ibi Bald. *num.* 3. Rip. *in d. cap. cùm Ecclefia, num.* 65. Ita, fi beneficiatus foluit penfionem nullam, fibi quidem infert præiudicium, non autem Ecclefiæ, Caffad. *decis.* 3. *num.* 7. *de penf.* Et ideò in caufa Vicen. præpofituræ coram R. P. D. meo Decano, fuit dictum, quòd quafi poffeffio exigendi penfiones contra præpofitos, non nocebat Capitulo. Atque demùm eft text. *in l. qui admittitur*, *& feqq. ff. pro foc.* quòd quis fibi poteft affumere focium quoad feipfum, fed abfque aliorum, & fociorum præiudicio. Prædictis fuit additum, quòd forfan Decij confilium loquitur, quando conftat eum, qui admiffus fuit, patronum non fuiffe, iuxta doctr. Abb. *in d. cap. confultationibus num.* 9. *de iurepat.* Hic autem nedum non conftat de non iure Leonum, verùm etiam eorum quafi poffeffio habet fundamentum in teftamento Catherinæ, cuius vigore, & fecundùm cuius formam fuit facta præfentatio de anno 1502 quæ præfentatio fuit confirmata per plures fententias, è quibus vna fuit Rotalis.

8 Vnde non obftat, quòd fecundò dicebatur, teftamentum Rufticelli fuiffe fortitum effectum ante teftamentum Catherinæ: nam etfi hæc infpectio propriè non pertineat ad dubium, de quo agitur, tamen fuit obiter refponfum, contrarium probari per antiquas exequutoriales Rotales; in quibus præinferitur, & confirmatur fententia Plebani Sancti Baffi, in qua expreffè dicitur, quòd Petrus de Iudice fuerat præfentatus, & inftitutus iuxta formam teftamenti Catherinæ, & quidem Catherina fcripfit teftamentum de anno 1455. Petrus autem fuit inftitutus de anno 1502. Et quòd iufpatronatus pertineat tam ad Leones, quàm ad Iudices, quodque vtraque familia præfentationem fecerit in vim teftamentorum Rufticelli, & Catherinæ, ipfi Iudices declararunt, iteratis confeffionibus, quarum error non poteft probari per rem iudicatam, *ad c. fin.* & ibi gloff. *de cohabit. cleric.* quia de re iudicata hoc cafu non conftat. Nec obftat, quòd in dicto teftamento addatur in patronum quidam Sigifmundus Canonicus Cenetenfis, cuius cognomen non exprimitur, quia cùm pluralitas non præfumatur, Bald. *in l. neque natales num.* 6. *verf. circa hec*, 2. *de probat.* *& conf.* 70. *vol.* 4. & doceatur, illo tempore extitiffe Sigifmundum de Leone Canonicum Cenetenfem, infertur conclufio, non effe curandum de cognomine, vbi fumus certi de perfona, §. *fi quis in nomine*, *inftit. de leg. l.* 9. §. *fi quis nomen*, *de hæred. inftit. l.* 6 *ff de reb. cred.* Et notum eft, antiquitùs cognomina fæpè omiffa fuiffe, ita vt in hoc ipfo patronatu Rufticelli primi fundatoris, non fit appofitum cognomen. Et prædicta confirmantur, ex quo ipfi Iudices de anno 1575. produxerunt arborem familiæ de Leone, quam etiam Carreri approbarunt, ad effectum vt doceretur, Leones effe fucceffores dicti Sigifmundi Canonici Cenetenfis.

Poftremò repetebatur, in permutatione, quæ de anno 1585. facta fuit, folos Iudices præftitiffe confenfum; Ideòque priuaffe Leones refponfionibus in decif. datis. Fuit additum, mandata tunc data ad præftandum confenfum permutationi, non loqui priuatiuè quoad alios, ideò non releuare, quicquid fecerit procurator, excedendo fines mandati. Prætereà cùm à iure in præfentando, & confentiendo, certa forma data non fit, non probari iftam negatiuam, quòd Leones non confenferint cùm potuerit ore tenus, vel per litteras confentire.

Atque ita folutis omnibus, quæ aduerfus decifionem proponebantur, Domini re multùm difcuffa, fteterunt in refolutis.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Ierofolymitano.

Rauennaten. Saluiani interdicti.

Veneris 12. *Ianuarij* 1607.

ARGVMENTVM.

Ceffio non dicitur fimulata, etiam quòd in ea non interueniat numeratio pecuniæ, quando creditum eft certum, & liquidum, habetque vim venditionis, quando in ea fuit habita fides de pretio. Cenfus autem impofitio, licèt ad fui validitatem requirat numerationem pecuniæ, illa tamen non requiritur in eiufdem cenfus iam conftituti alienationem: fideiuffor autem non dicitur, fed principalis, qui pecunias cenfus venditi recipit, qui verò cenfum vendidit, dicitur fideiuffor, & non principalis, fi alter pecunias recepit.

SVMMARIVM.

Ceffionarius dicitur principalis creditor debitoris, *n.* 1.

Ceffio non dicitur fimulata ex eo, quod in ea non interuenit numeratio pecuniæ, quando conftat de certo, vero, & liquido credito, *num.* 2.

Ceffio non dicitur fimulata ex eo, quòd in ea fuerit habita fides de pretio, *num.* 3.

Ceffio poteft fieri fubftituto venditionis, & habet vim venditionis, quando fuit facta pro certo pretio, etiam quod de eo fuerit habita fides, *ibid.*

Cenfus impofitio, licèt ad eius validitatem requirat pecuniæ numerationem, non tamen talis numeratio requiritur in alienatione d. cenfus, *n.* 4. 5. *&* 6.

Cæteris pluribus obligatis, facta per vnum folutione debiti omnes liberantur, fed correi qui non foluerunt, tenentur correo, qui foluit, ratione negotiorum geftorum, *num.* 9.

Fideiuffor non dicitur, fed principalis, ille qui in venditione cenfus pecunias ad cenfum datas habuit, & qui cenfum vendidit, non principalis, fed fideiuffor dicitur, *ibid.*

DECISIO CXXXIII.

1 DVbitauit, an conftet de credito D. Iacobi Equitis, quòd fibi fuffragetur ad effectum Saluiani? Et Domini affirmatiuè refponderunt, cùm D. Eques fit ceffionarius cenfus D. Muzarelli, & tam de ceffione, quàm de cenfus conftitutione appareat, vnde dicitur creditor principalis venditoris cenfus, iuxta tex. *in l.* 2. *C. de donat.* & notat Bald. *in l.* 1. *num.* 11. & Dec. plures referens *n.* 31. *ff. fi cert. petat.* præcipuè cùm in conftitutione cenfus interuenerit D. Eques non tanquam principalis, fed tanquam fideiuffor, & pretium cenfus fcut. 1500. fuerit diuifum inter Viuolum, & Lucatellum.

2 Nec obftat, quòd ex non interuentu pecuniæ in ifta ceffione videatur intrare ad illius inualiditatem difpofitio text. *in l. per diuerfas*, *C. mandat.* Quia refpondetur, quòd cùm ifta ceffio fuerit quæfita à D. Equite, non ad effectum vexandi quempiam, fed liberandi feipfum à fua obligatione acquirendo cenfum: & cùm de illo certo, vero, & liquido conftet, ceffat præfumptio calumniæ, & fimulationis, & difpofitio text. *in d. l. per diuerfas*, vt notat ibi gloff. *in verbo venditionis*, & Bart. *num.* 1. poft Azon. *in fumm. in rubr. ne liceat potentioribus*, *verf. fi autem fit*, tradit Gabr. *de action. conclus.* 3. *num.* 15.

3 Nec facit, quòd nedum non pecunia interfuerit, quin & habita fuerit expreffè fides de pretio, quia refpondetur fufficere in ceffione ad illius validitatem, fidem haberi de pre-

pretio, vt notat Salyc. *in d. l. per diuersas num.* 7. Guidnp. *decis.* 567, *num,* 7. & Bald. *in d. l. per diuersas num.* 29. Et est ratio (quamuis prædicti Doctores illam non adducant,) quia cùm D. Eques fideiussor habuerit huiusmodi cessionem, vt se liberaret, talis cessio dicitur venditio, iuxta text. *in l. cum is, ff. de fideiuss.* Et non ex eo, quòd appelletur cessio, excludit rationem emptionis, & venditionis, quia quod in corporalibus dicitur emptio, & venditio, in incorporalibus appellatur cessio, ex Boer. & topic. Ciceronis Brisson. *de verb. iur. verbo cessio in iure, & select. lib.* 1. *cap.* 9. Reuard. *ad l.* 12. *tab. cap.* 16. Sed sic est, quòd in emptione, & venditione potest haberi fides de pretio, §. *vendita verò res, & tradita, Instit. de rer. diuis. l. quod vendidi* 19. *ff. de contrahen. empt.* Ergo & in ista cessione, quæ dicitur venditio, potuit haberi fides de pretio, quo casu sufficit, quòd emptore constituto illud verè, & realiter soluatur, iuxta trad. à Bald. *in l. inciuile num.* 2. *ff. de rei vendicat.* & à Tiraq. *de retract. conuent. in fin. num.* 74. & 76. Quamuis ad ducendam talem cessionem in iudicio, pretium debeat esse solutum, vt notat Salyc. *vbi suprà dict. num.* 7. prout in nostro casu, antequam Eques moueret istud iudicium Saluiani contra Coccapanos, soluerat prius totum pretium, de quo sibi fuerat habita fides in cessione.

4 Minùs obstat constitutio fel. recor. Pij V. circa census creationem, in qua in creatione requiritur realis pecuniæ numeratio, eandemque exposci in census alienatione, videtur desumi ea eadem constitutione, ibi, *Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocumque tempore alienando, modò post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus.* Quia respondetur prædictam constitutionem in prædicta clausula non referri ad pecuniæ numerationem, priùs in creatione census interuentam, sed ad cætera pacta in constitutione prohibita, ex duplici ratione, altera quia dantur plures species alienationis, quibus non conuenit de sui natura pretij numeratio, prout sunt donatio, legatum, insolutum datio, & similes. Ex quibus titulis posset census alienari, & tamen tali alienationi pretij numeratio repugnaret: vnde non est dicendum ad pecuniæ numerationem dictam clausulam referri, præcipuè cùm absolutè, & generaliter de alienatione per verbum, *alienando*, loquatur, ex quo omnem alienationis speciem comprehendit. Altera ratio est, quia in censu creando post istam constitutionem, ideò exposcitur de tempore creationis, præsentia, & realis pecuniæ numeratio, ne vsuris pateat aditus, & ne de facili homines currant ad huiusmodi censum impositiones, in tantam populorum perniciem, ad trad. per Nau. *de vsur. num.* 85. & à Lodouic. Lopez, qui alios allegat, *de contract. lib.* 1. *cap.* 59. quæ ratio cessat in censu iam creato, quamuis alienetur, quin & altera de vsuris cessare videtur in alienatione, cùm iam illi sit prouisum per interuentum pecuniæ de tempore creationis census.

5 Vlteriùs Dominis placebat votum bon. mem. Robusterij in positione datum circa huius clausulæ intellectum, in quo notatur, quòd forma, & substantia creationis census est, quòd de tempore creationis numeratio pretij interueniat, quæ si ad venditionem, & alienationem census creati esset necessaria, non diceretur alienatio census creati, sed noua illius creatio, ex quo forma creationis census de nouo in alienatione insurrexisset, & sic illam clausulam, *Hanc salutiferam, &c.* non referri ad substantialia in creatione adhibenda, sed ad cætera in constitutione contenta.

6 Vltra prædicta facit, quia constitutio postquam disposuerat requisita de substantia in creatione census, prout est realis pecuniæ numeratio coram Notario, & testibus, & prohibuerat pacta, quæ poterant censum fœneratitium reddere, addidit dictam clausulam, *Hanc salutiferam, &c.* qua noluit prouidere non contractui alienationis, circa quem, nec in illo requisita de iure communi aliquid innouauit, sed prouidit immutationi, seu alterationi certitudinis, & iustitiæ in contractu census de tempore suæ creationis seruatæ, & quòd iste census semel rectè creatus, etiamsi posteà alienaretur, & in alium transferretur, non posset in illius alienatione illi adijci aliquod ea pactis prohibitis in dicta constitutione. Vnde in prouisione istius clausulæ non intrat numeratio pecuniæ: nam cùm illa iam semel in creatione interuenerit, non poterit posteà fieri in alienatione census aliquo modo, vel pacto, quia numeratio adfuerit de tempore requisito, nec circa illam aliquid poterit immutari, prout posset circa pacta prohibita per constitutionem, addendo censui aliquod ex dictis pactis. Prout, verbi gratia, si dominus census in illius alienatione se obligasset, quòd venditor intra certum tempus illud redimeret, aliàs ipsi teneretur ad illius redemptionem, quod pactum tanquam illicitum prohibuit constitutio, nedum quòd apponeretur in creatione census, sed quòd nec posteà illi adderetur in illius alienatione, & sic de cæteris pactis in constitutione expressè prohibitis, ad quæ dicta clausula, *Hanc salutiferam, &c.* habet relationem, non verò ad pecuniæ realem numerationem, ex prædictis.

Nec obstat extinctio istius census à Viuolis prætensa in 7
instrumento anni 1605. quam volunt deducere ex cassatione instrumentorum census, & ex liberatione bonorum, super quibus census erat constitutus, quæ omnia in dicto instrumento continentur. Nam cùm instrumentum istius census scutorum 1500. fuisset rogatum per Petrum Beltraminum, & aliud instrumentum cuiusdam census scut. 2000. contra dictum Equitem fuisset rogatum per Hieronymum à Porta, & quædam renouatio dicti census sc. 2000. fuisset rogatum per Franciscum Zubulum, & aliud instrumentum quorundam computorum, in quo D. Eques remansit debitor scutorum 1198. fuisset rogatum per Franciscum Sbarballam, & prædicta cassatio referatur ad instrumenta rogata per dictos à Porta Zubulum, & Sbarballam, videtur illa tantummodò fuisse cassata, non autem istud instrumentum scut. 1500. rogatum per D. Beltraminum: vnde in dicta cassatione dicitur, *Cassando, & annullando dicta instrumenta census prædicti*, in numero singulari, non autem, *censuum prædictorum*, in plurali, prout dicendum esset, si etiam de cassatione istius instrumenti ageretur.

Vlteriùs, quia in dicta bonorum liberatione liberantur 8
bona, super quibus census erat constitutus, etiam in singulari, quia census scutor. 2000. erat extinctus, & sic bona Equitis illi obligata liberantur, quæ nullatenus conueniunt isti censui scut. 1500. de quo habebat cessionem D. Eques, & erat impositus super bonis illorum de Viuolis, quem liberari à dicto censu ex consensu D. Equitis, qui illius factus erat dominus, non est credendum, cùm illi esset adeò damnosum, & nemo præsumatur iactare suum, ex iuribus vulgaribus. Vnde tam in cassatione instrumentorum, quàm in liberatione bonorum, instrumentum anni 1605. refertur ad censum scut. 2000. sed in confessione de recepto refert se ad vtrumque censum, & benè, cùm D. Eques soluisset pro extinctione primi census scut. 2000. cum decursis, & pro solutione pretij cessionis census scut. 1500. eandem summam cum decursis itidem soluisset.

Minùs obstat pro Viuolis adductum, quòd D. Eques in 9
isto censu fuit æquè principalis cum Viuolo, & Lucatello, & sic vnus ex correis obligatis, vnde soluto censu ab ipso Equite, remanserunt cæteri correi liberati, ad text. *in l.* 2. & 3. §. *fin. ff. de duob. reis*, Ronquegall. *in l. reos nu.* 54. *ff. eodem*, & notant Salyc. & alij *in l. Papinianus, ff. mandat.* Et tunc cæteri correi tantummodò tenentur ratione negotiorum gestorum, quia respondetur quoad Viuolum, & Lucatellum, qui totum pretium census habuerunt, inter seque illud diuiserunt, absque vlla Equitis participatione, D. Eques fuit merus fideiussor; alij verò pro rata pretij recepti fuerunt principales debitores, Paul. de Castr. *in l. sed Iulianus*, §. *non solum num.* 1. & ibi Ang. §. *item si duos, in fin. ff. ad Macedon.* Marsil. *sing.* 2. & *in rubr. de fideiussorib. num.* 60. & 270. *post med.* Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 31. *gloss.* 1. *num.* 8. Duennas *reg.* 335. *limit.* 19. Gabr. *de fideiuss. concl.* 2. *num.* 1. Rot. diuers. *decis.* 153. *num.* 6. *par.* 2. Vnde cùm non possit dici Eques correus quoad cæteros obligatos in censu, ea illius solutione dicti obligati non remanserunt liberi, præcipuè cùm ita solutio fuerit facta non ad extinguendum censum, sed ad illum emendum, & ex titulo translationis, & cessionis sibi tanquam vni tertio acquirendum.

Exceptio autem, quòd Viuolus non teneatur, nisi pro 10
medietate scutor. 900. qui in diuisione Lucatello contigerunt, excluditur ex eo, quòd cùm Viuolus præstasset fundum, super quem census constitueretur, noluit sibi caueri, & fecit dd. scut. 900. deponi penes quosdam mercatores consignanda Lucatello, quatenus infrà mensem si-

bi

bi præstasset cautionem indemnitatis, & liberationis fundi pro dicta summa, alias esset in potestate ipsius Viuoli illa recuperare, & ita depositarij promiserunt Lucatello non cauente, infrà dictum terminum dictam summam soluere, & restituere eidem Viuolo, prout ex defectu dictæ cautionis illi dd. scut. 900. restituerunt, & sic totum capitale scut. 1500. huius census peruenit ad manus, & posse d. Viuoli, & per consequens excluditur d. exceptio, ex suprà dictis, & notatis in proximo præcedenti fundamento. Exceptiones verò incapacitatis fundi, & quòd factus sit infructiferus, Domini non curarunt, cùm non probetur.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana Cottiuij.

Veneris 19. Ianuarij 1607.

ARGVMENTVM.

Bona fides præsumitur in præscriptione quadragenaria, præsertim accedente iudicis authoritate.

SVMMARIVM.

Bona fides causatur ex cursu, & præscriptione 40. annorum, num. 2.

Res omnis facilè reuertitur ad suum statum, ibid.

Res suas pro derelictis habere homines non solent esse faciles, ibid.

Bona fides arguitur ex authoritate iudicis, ibidem in fine.

Singula si non prosunt, multa collecta iuuant, num. 3.

DECISIO CXXXIV.

1 Dubitaui an esset recedendum à decisis coram me in hac causa sub die 5. Iunij proximi, & quia multa fuerunt deducta in hac propositione tam circa non continuatam possessionem DD. de Columna, quam circa deductionem ætatis pupillaris DD. de Cansachis, qua pupillari ætate stante non currit præscriptio, & hæc non fuerunt ita firmiter deducta in alia propositione, & ideò neque iacta in decisione, in qua fuit solùm instatum in firmanda bona fide DD. de Columna. Propterea Domini pro nunc steterunt in decisis quoad bonam fidem, & quoad reliqua ordinarunt, vt particulariter videretur.

2 Et quantum ad dictam bonam fidem placuerunt Dominis fundamenta, de quibus in decisione, ponderando præcipuè, quòd versamur in præscriptione quadragenaria, qui temporis cursus est per se multùm considerabilis ad causandam bonam fidem, ex gloss. *in cap. si diligenti, verbo bona fides, de præscript.* cum alijs in decisione citatis, communem post Rip. testatur Menoch. *de arbitr. cap. 43 num. 7.* & quia Domini de Columna fuerunt aliàs Domini huius Cottiuij, & res habent quandam specialem aptitudinem pro reuersione ad antiquum statum, vt latè Felin. *in cap. cum accessissent, num. 5. de constitut.* Vnde si absque titulo, quando ius commune non resistit, datur noua acquisitio, vt *in cap. 1. de præscript. in 6.* quantò magis debet dari recuperatio, cùm pro titulo possit deseruire antiquum dominium, & pro purgatione malæ fidei, quæ aliàs oriretur ex scientia alienationis, longissima patientia illius, contra quem præscribitur, quasi quòd ipse non fuerit hoc passurus, nisi aliàs sibi conscius esset rem sibi malè alienatam, cùm homines non soleant esse faciles ad habendas pro derelictis res suas, ex not. *in l. cùm de indebito, de probat.* concurrente præcipuè motu proprio Iulij Papæ III. reuocatorio donationum factarum per Ascanium Columnam, à quo Ascanio prætendunt Domini Cansachi habere donationem Cottiuij, de quo agitur, super quo motu proprio adest etiam decretum Senatoris Vrbis, in vim cuius decreti, etsi sub clypeo iudicis DD. de Columna fuerunt immissi in possessionem, & iudicis authoritas multùm operatur ad bonam fidem, Bald. *in l. 1. num. 26. C. de furt.* ex quibus saltem simul iunctis visum fuit negari non posse bonam fidem Dominorum de Columna.

3 Et quantum ad ea, quæ in contrarium adducebantur, fuit responsum, vel fuisse particulariter sublata per aliam decisionem, vel non procedere tot simul concurrentibus, ex regula; Quæ singula non prosunt, multiplicata iuuant, *l. instrumenta, C. de probat.* Gloss. *in l. 2. ff. de excus. tutor.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Assisien. Pensionis.

Mercurij 24. Ianuarij 1607.

ARGVMENTVM.

De valore ducatorum auri Cameræ expressorum in reseruatione pensionis, & taxatorum ad monetam argenteam. Quomodo, & in qua moneta sit facienda solutio.

SVMMARIVM.

Moneta bonitas intrinseca, quando non est mutata, solutio facienda est secundùm valorem existentem tempore solutionis, num. 2.

Pensio si fuerit reseruata ducatorum Cameræ tot, solutio facienda est in valore eorundem ducatorum, licèt in reseruatione ducati fuerint taxati ad monetam argenteam, num. 3.

Ducatus auri Cameræ valet hodie, quantum valet vnum scutum auri in auro, addito vno Iulio, num. 4.

DECISIO CXXXV.

Dubitaui an esset relaxandum mandatum? & tota difficultas reducebatur ad illud, an pensio reseruata ad fauorem Ioannis Baptistæ de ducatis 24. auri in auro de Camera constituen. in totum summam scutorum 31. & baioccorum 20. monetæ Papalis Iuliorum decem pro quolibet scuto, ad rationem Iuliorum 13. pro quolibet ducato, prædicta (sunt verba formalia reseruationis) esset talis, vt reciperet augmentum, itaut modo, quòd ducati 24. de Camera constituunt maiorem summam, quàm scutorum 31. & baioc. 20. esset soluendum dicto Ioanni Baptistæ dictum augmentum, vel potiùs ipse debeat esse contentus de prædictis scutis 31. & baioc. 20. 1

Domini censuerunt esse faciendam solutionem secundùm valorem ducati currentem de tempore solutionis, & moti sunt ex eo, quòd ducatus est in obligatione, ibi, *reseruamus annuam pensionem ab omni decima, &c. exemptam 24. ducatorum auri de Camera, &c.* Quando autem ducatus est in obligatione, & non est mutata bonitas intrinseca, tunc attenditur valor de tempore solutionis, iuxta distinct. Bart. *in l. Paulus num. 6. ff. de solut.* quem Rota sequitur, vt in causa Cæsenaten. pecuniaria 14. Martij 1597. coram R. P. D. Decano, in Foroliuien. census 8. Martij 1602. coram me, & communem dicit Franc. Aret. *cons. 11. num. 3.* 2

Non obstant illa verba, *constituen. in totum summam scutorum 31. & baioc. 20.* quia illa verba stant demonstratiuè, & non taxatiuè, Boer. *decis. 327. num. 3.* vbi allegat concordan. & affert bonam rationem, nempè quia aliàs illa verba, *ducat. 24. de Camera*, fuissent superflua, si Papa voluisset solùm reseruari scuta 31. monetæ, & baiocc. 20. contra regulam, *l. si quando, ff. de legat. 1. cap. si Papa, de reg. iur. in 6.* 3

Non obstat, quòd ista benè procederent, si modò reperiretur illa species monetæ, quæ vocatur ducatus auri de Camera; nam ille tanquam existens in obligatione esset soluendus, etiamsi non conueniret cum æstimatione facta in reseruatione pensionis, & in istis terminis procedunt decisiones allegatæ, quæ loquuntur de obligatione in scutis aureis, quæ scuta passim reperiuntur; in casu verò proposito cùm non habeamus speciem ducati aurei de Camera, standum sit demonstrationi factæ per Pontificem, quasi quòd demonstratio per necesse succedat loco taxationis, quia fuit responsum, quòd licèt ita passim non habeamus speciem monetæ, quæ appellatur ducatus auri de Camera; cùm tamen aliqui reperiantur, benè habemus communem taxationem illius monetæ ad scutum vnum auri in auro cum additione vnius Iulij, itaut modernis temporibus tantùm sit dicere vnum ducatum auri de Camera, quantum scutum vnum auri cum additione vnius Iulij; ex hoc infertur ducatos reseruatos per Pontificem esse satis certos, & consequenter nullam adesse necessitatem, quòd verba aliàs demonstratiua fiant taxatiua, & benè applicari suprà allegatas decisiones, & rationem, quòd aliàs re- 4

reseruatio ducatorum esset superflua, & sine effectu, si vniformiter essent soluenda scuta 31. & baiocc. 20. Et ita conclusum fuit.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de sancta Cruce.

Lune 29. Ianuarij 1607.

RRGVMENTVM.

De permutatione bonorum facta à minore, quòd non valeat sine causa, vel nec etiam cum causa expressa, quæ aut inepta sit, aut falsa.

SVMMARIVM.

Permutatio facta à minore non valet non interueniento causa, & alijs solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum ipsius minoris, num. 1.

Decretum iudicis præsumitur interpositum ex causa, nisi causa expressa appareat inepta, aut falsa, num. 2. & 3.

Titulum non producere melius est, quàm producere titulum infectum, num. 3.

Mandatum procuratoris præsumitur sufficiens, nisi producatur insufficiens, num. 3. in fin.

Minoris iuramentum non supplet defectum causæ in alienatione suorum bonorum, num. 4.

DECISIO CXXXVI.

1 TEnent Domini permotationem fuisse nullam tanquam factam cum minore sine causa, quæ vltra solemnitates requiritur in alienatione bonorum minoris, *l. ob as, Cod. de præd. minor. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor.* cum alijs latè deductis coram me in causa Romana domus de Cupis 10. Nouembris 1600. Et prædicta procedunt etiam in permutatione, Socc. iun. *cons. 3. num. 21. lib. 2.* & fuit allegata decisio in causa Imolen. permutationis 29. Martij 1595. coram R.P.D. meo Iusto.

2 Non obstat, quòd interuenerit decretum iudicis, pro quo præsumitur, vt in Romana de Grandis coram R. P. D. meo Iusto, quia conclusio procedit in dubio, vt in casu dictæ decisionis: sed hic sumus in claris, quia causæ narratæ in hoc decreto sunt omninò insufficientes; nam quantum ad primam, quòd partes hoc faciunt ex causis eorum animum mouentibus, ista est omninò voluntaria, & propterea non iustificat alienationem, Roland. *cons. 7. n. 66. lib. 3.* quantum ad aliam, quòd vinea Episcopi, cum quo fuit facta permutatio, propter absentiam dicti Episcopi efficeretur deserta, ista causa concernit commodum ipsius Episcopi, non autem minorum, nec releuat, quod modò dicitur, interfuisse minorum, ne vinea Episcopi efficeretur deserta propter spem, quam habebant succedendi in dicta vinea, mortuo Episcopo eorum patruo, quia istud interesse videtur Dominis nimis incertum, & nimis remotum.

3 Stante igitur expressione causæ non bonæ, decretum dicitur remanere non iustificatum, vt in Romana societatis officij 17. Iunij 1602. coram Domino meo Decano, & facit quod dicitur meliùs esse non producere titulum, quàm producere infectum, Ægid. *decis. 287. & 393.* & aliquando mandatum sufficiens præsumi, nisi producatur insufficiens, Crauett. *cons. 134. num. 44.* latè Paris. *consil. 95. num. 29. lib. 1.* cum alijs per Gabr. *de præsumpt. concl. 1. n. 57.*

4 Non obstat, quòd contractus minorum iuramento firmetur, *Auth. Sacramenta puberum, Cod. si aduersus vendit.* Put. *decis. 245. lib. 3.* Quia fuit responsum iuramentum non supplere defectum causæ, per Ruin. *consil. 159. in fin. lib. 5.* Gabr. *de minorib. concl. 5. num. 49.* & fuit allegata decisio Imolen. coram Domino meo Iusto, de qua suprà.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Lunen. Sarzanen. Parochialis.

Mercurij 7. Februarij 1607.

ARGVMENTVM.

De forma priuandi Clericum beneficio ob non residentiam in eo.

SVMMARIVM.

Vicarius Episcopi non potest sine speciali mandato aliquem beneficijs priuare, num. 1.

Beneficijs priuari nemo potest, non præcedente vnica citatione personali, vel tribus citationibus in Ecclesia, ibid.

Clericus ob non residentiam non potest priuari beneficio, in quo non residet, nisi lapsis sex mensibus à die vltimæ citationis, num. 1. & 3.

Citatio ad sententiam non valet, nisi præcisè ad sententiam quis citatus fuerit, num. 2.

Citatio dicitur circumducta per non reproductionem illius in termino, & contumaciæ non accusatione, ibid.

DECISIO CXXXVII.

CEnsuerunt Domini Ecclesias, de quibus agitur, non vacauisse, neque de iure, neque de facto; nam quantum ad vacationem de iure, quæ prætenditur ex sententia priuatoria, quæ dicitur fecisse transitum in iudicatum, fuit dictum, illam sententiam fuisse nullam tam ex defectu iurisdictionis; quia Vicarius, qui illam tulit, non poterat hoc facere sine speciali mandato, *cap. 2. de off. vic. in 6.* gloss. *in cap. vnico, verb. pro Epísc. de Capell. Monach. eod. lib.* Mil. *in verb. Vicarius Episcopi, vers. 4.* quàm ex defectu citationis: nam ad effectum priuationis, vel debet interuenire vna citatio personalis, Abb. *in cap. Ex tuæ num. 10. de Cler. non resid.* vel tres in Ecclesia, & à die vltimæ expectari sex menses, *d. c. ex tua, de Cler. non resid.* Abb. *cons. 67. sub num. 2. lib. 1.* & fuit decisum in causa Terdonen. priuationis 17. Maij 1600. coram Illustriss. D. Cardinali Seraphino. 1

Non obstat, quòd talis interuenerit citatio personalis ex eo, quòd D. Episcopus in visitatione anni 1600. fecerit decretum, quòd Stephanus, per cuius priuationem prætenditur vacatio, refectis domibus Parochialium, per sex menses teneretur residere in vna Parochia, & per sex teneretur in alia, & quòd hoc decretum fuerit eodem anno Stephano intimatum, & simul tunc præceptum, quatenus intra decem dies compareret Sarzanæ ad se defendendum in dicta causa; cùm comminatione, quòd si intra illud tempus non comparuisset, aut Procuratorem reperibilem non constituisset, contra eum procederetur per affixionem ad valuas Palatij Curiæ Episcopalis, quia fuit responsum, hanc citationem non posse deseruire; tum quia non fuit præcisè ad sententiam, vt de iure requiritur, gloss. communiter recepta *in cap. cùm contumacia, verbo respondeat, de hæret. lib. 6.* Tum quia fuit circumscripta per non reproductionem intra spatium trium annorum, & accusationem contumaciæ non comparentis, *l. & post edictum, §. quod si is qui, ff. de iud.* Franch. *in cap. 1. in princ. de dolo, & contum. in 6.* Afflict. *decis. 366. num. 14.* tum quia nulla adhuc per Stephanum fuerat incursa inobedientia, quia decretum de residendo non erat simplex, sed conditionale, nempè refectis ædibus, vnde ante refectionem non tenebatur Stephanus residere, ad *l. cedere diem, de verb. signif.* 2

Circumscripta autem hac personali citatione, prout ex supradictis circumscribenda videbatur, dicebant Domini, reliquum processum non posse sustineri, quia non tres, sed duæ tantùm remanent citationes, factæ Stephano, & quia non fuit expectatus per sex menses à die vltimæ citationis per edictum, & quia citationes non fuerunt factæ in vtraque Ecclesia, prout hæc omnia requiruntur ad validitatem priuationis ob non residentiam, *d. cap. ex tua, de cler. non residen.* cum alijs suprà adductis. Quantum ad vacationem de facto de illa nullibi fuit doctum, quinimò potiùs de contrario, nempè Stephanum possedisse vsque ad obitum. 3

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Affictus.

Mercurij 7. Februarij 1607.

ARGVMENTVM.

Reseruatio dominij fructuum rei locatæ, donec pensio soluatur, quando simplicem hypothecam importet.

SVM-

SVMMARIVM.

Soluens ante tempus dicitur plus soluere, num. 1.

Reseruatio dominij, donec soluantur fructus in instrumento locationis, importat simplicem hypothecam, ne in instrumento repugnantia, & contrarietates habeantur, num. 2.

Hypotheca perit cum re hypothecata, num. 3.

Hypothecaria intentari non potest, non facta discussione contra principalem debitorem, ibid.

DECISIO CXXXVIII.

1 Placuit Dominis decisio in hac causa facta die 23. Iunij proximi præteriti, ex rationibus, quæ in illa continentur, & ista præcipuè, quòd reseruatio dominij, quatenus intelligatur iuxta tenorem inhibitionis esset contra naturam contractus locationis, & in specie contradiceret dilationi datæ ad afficus solutionem. Cùm enim tertius solutionis terminus cedat die prima Octobris, si conductores habent parere inhibitioni, & non possunt fructus quomodolibet vendere, alienare, asportare, incidere, distrahere, nisi prius integrè fuerit satisfactum domino locatori, necesse est quòd vel perire, & corrumpi sinant fructus solo vltra sua tempora inhærentes, vel soluendo præoccupare diem primam Octobris, & per consequens plus soluunt tempore, ad text. *in §. plus petitur, Inst. de act.*

2 Quinimò nec poterunt vnquam dicti conductores percipere fructus rei conductæ, quia locator eandem dominij reseruationem apposuit pro restitutione animalium finita locatione. Ne igitur hæ, & aliæ contrarietates sequantur, quæ ex *cap. 3. 19. & 22.* instrumenti locationis consideratæ fuerunt, *l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstrat. l. vbi repugnantia*, ibique Dec. *num. 3. de reg. iur.* Alex. *consil. 23. & cons. 25. num. 6. vol. 7* amplectendus est omninò intellectus in decis. datus, ille videlicet, dominij reseruationem importare simplicem hypothecam ad cauendum locatori aduersus anteriores conductorum creditores, vel etiam contra ipsos conductores, pro terminis tamen maturatis, siue postquam dies solutionis cesserit.

3 Non obstat, quòd potuerit conductor vti remedio inhibitionis pro conseruatione suæ hypothecæ, propter præiudicium irreparabile, quòd sibi contingeret per fructuum distractionem, argumento eorum, quæ tradit Alex. *cons. 27. lib. 1.* quem sequitur Felin. *in c. cum super num. 17. vers. vnde certius habens obligata nomina, de re iudic.* Fuit enim responsum non fuisse simpliciter inhibitum, ne conductores fructus venderent, & alienarent, sed etiam ne asportarent, inciderent, & detraherent, quæ verba non respiciunt conseruationem hypothecæ, quia hypotheca perit cum re hypothecata, Bart. *in l. rem alienam, de pign. actio. & in l. fœneratur, de vsur.* Et paritionem istius inhibitionis insequebatur, vel fructuum deperditio, vel contradictio in contractu locationis, vt dictum est. Deindè in casu Alex. quamuis non fuisset facta discussio contra principalem debitorem, ideòque regulariter hypothecaria non posset intentari, *l. persequutione, & auth. si debitor. C. de pignor.* Tamen ille principalis erat debitor de præsenti, & erat notoriè non soluendo, ideòque propter præiudicium irreparabile, quod certum imminebat, rectè prouideri potuit, ne nomen dissolueretur, & eo modo remaneret inanis omnis actio hypothecaria, & personalis.

4 At verò in casu, de quo agitur, vltra contradictiones iam consideratas, & vltra quòd hypothecæ non poterant tempore inhibitionis deduci in exercitium, vt firmat prima decisio, non erat etiam locus conseruationi, seu promotione illius hypothecæ, quia fructibus consumptis remanebat locatori saluum ius, & actio personalis contra ipsos conductores. Imò, & salua hypotheca soper alijs fructibus renascentibus, & pendentibus, quales in qualibet anni parte existere clarum est ex enumeratione rerum locatarum, & veniente die solutionis, vbi in illa conductores defecissent, tunc benè processisset inhibitio: aliàs autem non sufficit interesse locatoris aliquod sibi præstari, nisi etiam tantum tempus præterierit, vt conductor præstare teneatur, argumento *l. existimo, §. vlt. de verbor. oblig. & simil.*

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Veneris 16. Februarij 1607.

ARGVMENTVM.

De fideiussore soluente pro alio, quando id, quod soluit, repetere possit, & quando etiam pro periculo fideiussionis aliquid recipere possit.

SVMMARIVM.

Soluens pro alio habet actionem vtilis negotiorum gestorum contra eum, pro quo soluit, num. 1.

Fideiussor soluens pro alio, non potest ad repetitionem eius quod soluit agere, si exceptionem, cum qua se tueri poterat, non apposuit, num. 2.

Fideiussor potest pacisci, & aliquid recipere occasione periculi, quod subit in fideiubendo. Quod tamen intelligendum est cum magno moderamine, num. 3.

DECISIO CXXXIX.

Fuit tentum D. Rubertum non teneri fundamentis, de 1
quibus in decisione sub die 21. Iunij 1604. in hac causa facta coram me, & vlteriùs ex duobus alijs.

Primò, quia terminus pensionis maturatus in festo Sancti Ioannis Baptistæ anni 1601. & solutus per Rubertum Cameræ Apostolicæ tanquam hæredi quondam Episcopi Maioli vere, & realiter debebatur per Reuerendissimum D. Rosellium possessorem Episcopatus onerati dicta pensione, & consequenter cùm Rubertus in hoc fecerit negotium vtile dicti D. Roselli soluen. æs alienum illius, nedum habet exceptionem contra illum, sed imò haberet actionem vtilis negotiorum gestionis, nisi sibi iam esset satisfactum, *l. siue pro fratre*, cum ibi not. per Scrib. *C. de neg. gest.* Quòd autem D. Rosellius esset debitor dicti termini, apparet, quia reseruatio pensionis fuit de mense Nouembris, & primus terminus fuit destinatus non in festo Sancti Ioan. Apostoli tunc subsequentis, sed in festo Sancti Ioannis Baptistæ Iunij subsequentis. Ex hoc sequitur, quòd illa pensio tanquam soluenda fructibus iam recollectis dicatur postripata, & inde debeatur hæredibus pensionarij, qui mortuus fuit maturato termino, vt decisum fuit coram me in causa Monopolitana pensionis 10. Aprilis 1606. vbi etiam aliæ decisiones fuerunt allegatæ.

Secundò fuit dictum, quòd etiamsi D. Rosellius non 2
fuisset obligatus soluere integrum terminum S. Ioannis Baptistæ, adhuc tenetur releuare indemnem D. Rubertum, qui contemplatione D. Rosellij promisit soluere dictum terminum Sancti Ioannis Baptistæ, in quo eius obligatio est clara. Non obstat, quòd Rubertus in schedula obligationis cauerit sibi, quòd occurrente morte, vel Maioli pensionarij, vel D. Rosellij debitoris pensionis, ipse Rubertus non teneretur, nisi pro rata temporis decursi, & non soluti vsque ad dictam mortem, ex quo infertur, quòd Rubertus, qui nondum soluerat terminum Sancti Ioannis Baptistæ, quando mortuus est Maiolus, non tenebatur amplius soluere, & inde quòd si malè fuit condemnatus, damnum debet cedere ad illius incommodum, *l. exceptione, ff. de fideiussorib.* quia ad hoc fuit responsum, quòd illa verba, *pro rata temporis decursi, & non soluti*, non poterant referri ad terminos maturatos ante mortem prædictorum; cùm enim Rubertus in eadem schedula promittat liberè, & sine exceptione soluere singulis annis aduentente festo S. Ioannis Baptistę, videtur implicare contradictionem, quòd voluerit sibi præcauere in casu, quo cesserit dies, & ipse non soluisset, quasi quòd non haberet in animo præstare cum effectu, quod verbis promittebat. Verius igitur existimarunt Domini illa verba, *pro rata temporis decursi, non soluti*, esse referenda ad tempus decursum post diem, quæ cessit solutioni, & consequenter cùm in casu, de quo agitur, die 15. Iulij 1601. quo mortuus fuit Maiolus, esset iam maturatus terminus Sancti Ioannis Baptistæ dicti anni; censuerunt Domini, Rubertum in vim suæ obligationis rectè fuisse exactum à Camera Apostolica pro termino maturato in festo Sancti Ioannis Baptistæ, & vlteriùs pro termino decurso a dictu festo S. Ioannis Baptistæ, vsque ad diem 15.

Iu-

Iunij subsequentem, quo obijt Maiolus, & inde Intrare obligationem factam à Domino Rosellio de releuando indemnem Rubertum. Et ita fuit conclusum quoad partitam scutorum quatercentorum.

3 Quo verò ad partitam scutorum centum, & decem, dicebant Domini, quòd si erat mutuum, vt prætendit D. Rubertus, & cantat instrumentum, nulla erat difficultas, quin D. Rosellius non teneatur ad illam, sed pretium schedulæ præstitæ per Rubertum, vt prætendit probare Dominus Rosellius, sine dubio illam non deberi; nam etsi de iure licet aliquid recipere occasione periculi, quod subit fideiussor in fideiubendo, *l. hoc iure, §. Labeo, ff. de donat.* cum alijs per Couarr. *var. resolut. lib. 3. cap. 2. n. 6.* Attamen dicebant Domini hoc esse intelligendum cum magno moderamine, & benè ponderatis qualitatibus periculi, & dispendijs fideiussoris, vt benè per Couarr. *vbi suprà*. Ex quibus inferendum ad casum, de quo agitur, dicebant Domini, quòd si ista partita esset pretium schedulæ per Rubertum esset excessiua, tum quia esset ad rationem quinque pro centenario summæ promissæ per Rubertum in tribus annis; tum multò magis, quia si Rubertus cauit sibi, quòd secuta morte, vel Domini Rosellij, vel Maiolí cessaret fideiussio, æquum erat, vt
1 etiam cessaret pretium fideiussionis, ne alias Rubertus sine onere gauderet pretio contra æquitatem, *l. curabit, C. de act. empt.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana successionis de Tagliafetris.

Veneris 19. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

In hac decisione agitur de lucro dotis ad fauorem mariti moriente vxore cum liberis ex communi matrimonio natis; & an eadem vxor de sua dote testari possit? Et quomodo vigore statuti vrbis?

SVMMARIVM.

Vxore mortua vir lucratur dotem pro filijs, existentibus ex communi matrimonio; potest tamen eadem vxor testari de sua dote iuxta formam statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. num. 1. & seqq.

Vxore mortua dos acquiritur viro, stantibus liberis ex communi matrimonio natis, nec vxor potest de ea testari, si statutum disponat per verbum lucretur, *secus si per verbum* succedat, *num. 2.*

Mulier potest suis filijs quamlibet suorum bonorum portionem assignare, dummodo alijs legitimam reseruet, num. 3.

Tamen *dictio est limitatiua, & restrictiua, num. 4.*

Vxor extantibus liberis, & marito dotem lucrante, potest pro anima sua de decima parte dotis testari vigore statuti vrbis, & alia ad materiam dicti statuti, numer. 5. & 6.

Liberorum appellatione veniunt nepotes in statuto reseruante dotem matris liberis, num. 7.

DECISIO CXL.

1 PRoposito nuper dubio, an sententia Rotalis esset confirmanda? Placuit Dominis, quòd strictè videtur de statuto vrbis, circa quod magna fiebat vis per informantes pro Sextilia, ideòque dilata tunc resolutione, postea vtraque parte informante, & obsequen. mandato DD. fuit resolutum esse quoad statutum standum in decisis coram bon. mem. Litta 9. Iunij proximè præteriti. Dum enim statutum *lib. 1. cap. 131.* disponit, quòd maritus existentibus liberis lucretur totam dotem, quam tamen reseruare teneatur liberis communis matrimonij, non est absolutè sublata facultas mulieribus, quin de sua dote testari possint, eo modo quo statutum disponit, itaut statuti dispositioni addatur vinculum testamentariæ dispositionis, sicuti parentes legitimam filijs, vir vxori dotem, debitor creditori creditum rectè in testamento relinquunt.

2 Nec obstat Castr. *l. si cum dotem num. 12. ff. solut. matr.* Cagnol. *in l. fin. num. 99. Cod. de pact.* Roland. *de lucr. dot. quæst. 87.* dum distinguunt, an statutum disponat per verbum *lucretur*, quo casu mulier de dote testari non potest, an verò per verbum *succedat*, quo casu potest testari, quam distinctionem admisit Rota in causa Æsina dotis 5. Iunij 1595. coram Illustrissimo Blanchetto. Nam vel quæritur, an mulier possit de dote testari in fauorem alicuius, eamque adimere viro, vel filijs, vel generaliter cui illam attribuit statutum per verbum *lucretur*, & eo casu procedit dictum Castreo. Aut quæritur, an mulier possit testari iuxta dispositionem statuti, & iste est huius dubij casus, quem Castrèn. non tangit, & quem affirmatiuè Rota resoluit in duabus causis, quarum mentio fit in supradicta decisione bon. mem. Littæ.

Stante autem, quòd in terminis statuti Vrbis mulier de dote testari possit, dummodo se conformet illius statuti dispositioni: non est cur Sextilia impugnet Dianæ testamentum. Nam quantum attinet ad Marcum Antonium maritum Dianæ, & Sextiliæ patrem, cùm statutum illi deferret lucrum dotis, non simpliciter, sed cum onere illud reseruandi liberis, huiusmodi lucrum est in effectu vsusfructus dotis, Gabr. *cons. 13. num. 31. lib. 1.* Ideòque cessat omnis impugnatio, ex quo illi fuit relictus vsusfructus, nedum dotis, sed etiam bonorum paraphernalium, & quoad liberos, cessat etiam impugnatio, quandoquidem de proprietate dotis, & bonorum omnium Diana disposuit ad fauorem vnius ex illis, reseruata alijs legitima. Nec statutum quoad illos ius aliquod nouum induxisse, sed solummodò legitimæ successionis iura conseruasse illis videtur, vt per Cuman. *consil. 48. in fine*. De iure autem mulier cuilibet ex filijs quamlibet suorum bonorum portionem assignare potest, *l. hac edictali, vers. sin autem non æquis portionibus, Cod. de secun. nupt.* dummodò alijs legitimam reseruet, Bald. *consil. 80. & consil. 356. lib. 5.* Dec. *consil. 245. num. 2.* Itaque in omni eo modo intelligendum foret statutum, nedum vt ista testandi prohibitione satis per se odiosa, minusque fieri potest, corrigatur ius commune, iuxta tradita in terminis per Ias. *consil. 127. num. 7. lib. 1.* verum etiam, quia id expressè voluisse videtur statuentes, qui postquam dixerunt dotem esse reseruandam liberis communis matrimonij, addiderunt hæc verba, *iuxta iuris dispositionem*. 3

Sed quòd intentio statuti fuerit non aliquid disponere in fauorem filiorum, sed solummodò restringere lucrum marito concessum de tota dote, patet, tum quia verba ad maritum, non ad filios diriguntur, ibi, *quam tamen filijs reseruare teneatur*. Tum propter illam dictionem, *tamen*, quæ est limitatiua, & restrictiua, *l. pro herede, §. quid tamen, ff. de acquir. hered.* Ruin. *cons. 1. num. 12. lib. 4.* Tum denique, quia quoad maritum adest verbum *lucretur*, quoad filios autem verbum *reseruare*. Quibus accedit, quòd statuta lucrum deferentia strictissima sunt, & intelligenda eo casu tantùm, in quo expressè loquuntur. 4

Itaque non obstat aliud statutum *eod. lib. cap. 134.* quòd extantibus liberis, & marito dotem lucrante, dat vxori facultatem testandi pro anima sua de decima parte dotis tantum. Nam stant simul, quòd mater inter liberos, vt voluerit, pro anima verò de decima parte tantùm testari possit; deinde ista facultas testandi de decima est concessa vxori in casu lucri, quod facit maritus de tota dote, quia cùm per illud lucrum ablata sit vxori facultas testandi de dote, nisi inhærendo statuti dispositioni, vt dictum est, statuentes voluerunt illi indulgere facultatem testandi de decima parte pro anima, & propterea ista concessio decimæ partis, & tacita denegatio in reliquo censetur restricta ad terminos lucri, & fauore illius cui lucrum conceditur, ideòque intelligitur, vbi agitur de mariti præiudicio, non autem vbi de præiudicio filiorum, quibus statutum aliquod lucrum non defert, nec facit quod in hoc statuto fiat mentio de existentia liberorum, nam facta fuit..... & restrictionis causa. 5

Quandoquidem cùm duobus casibus lucrum marito deferatur, scilicet quando extant, & non extant liberi, statutum se declarat, quod loquitur tantùm in casu quando liberi extant, quia tunc cùm maritus lucretur totam dotem, mulier sine ista concessione non posset de aliqua parte testari; quando autem liberi non extant, vir lucratur quartam tantùm partem dotis; ideòque cùm mulier de alijs tribus testari non prohibeatur, non applicatur illo casu concessio statuti, indulgens vt de decima parte disponere possit. Et confirmatur ista statuti concessio 6

circa

circa matris arbitrium, ex quo respectu lucri quòd facit vxor in bonis mariti extantibus liberis, idem statutum vrbis disponit quòd mulier cauere debeat de restituendo non
7 simpliciter filijs, sed quibus de iure.

Non obstat quod Octauius non esset filius Dianæ, sed nepos, quòdque Agapitus Octauij pater esset superstes. Nam illud nihil ad Sextiliam, quæ non est hæres Agapiti. Deindè cùm statutum referuet dotem liberis, certum est eorum appellatione venire nepotes, *l. liberorum appellatione, ff. de verbor. signific. l.2. §. non solum in fin. de excus. tutor. l.3. §. emancipatos, ff. de assign. liber.* & benè in proposito text. *in l. si dotali, ff. solut. matrim.* vbi stipulatione interposita, vt liberorum nomine dos apud maritum resideat, nepotum quoque nomine dos retinebitur. Nec illa verba statuti ad liberos communis matrimonij, restringunt nomen liberorum ad filios, sed sunt posita ad excludendos filius alterius matrimonij, quos maritus ex alia vxore habere posset. Atque ex ijs, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana donationis.

Veneris 19. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

Fideicommissaria bona possunt alienari de consensu illius, qui ad fideicommissum vocatus est. Cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

Fideicommissaria bona alienari possunt de consensu illius, qui ad fideicommissum vocatus est, n.1.

Venditio facta cum pacto de retrouendendo, retrouenditione sequuta habetur pro non facta, ibid. in fin.

Dominij reseruatio donec res vendita pretium fuerit solutum, soluto pretio expirat, n.2.

Actuum correspectiuitas ex eorum proximitate arguitur, declara vt n.4.

Coniectura cessant in claris, ibid.

DECISIO CXLI.

1 CVm Dominus Honufrius Mutus prætenderet purificatum esse quoddam fideicommissum ad sui fauorem super duobus casalibus, possessis per D. Franciscum Scapuccium; excipiebat Scapuccius Mutum vsque de anno 1588. in forma amplissima consensisse venditioni dictorum casalium factæ per Horatium patrem D. Muti; & propterea nullatenus contra casale alienatum competere sibi regressum, ad not. per Bart. & alios *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.* Verùm quia multa replicabantur pro parte Muti; propterea dedi dubium, an instrumentum factum de anno 1588. obstaret D. Honufrio Muto? & Domini negatiuam partem amplexi fuerunt, ea ratione, quia illa non fuit venditio simplex, sed cum pacto de retrouendendo infra septennium; vnde cùm infra illud septennium Horatius venditor retroemerit casalia, prior venditio euanuit, & est habenda, ac si facta non fuisset, l.2. cum ibi notat. per Scriben. Cagnol. præcipuè *num. 174. C. de pact. inter empt. & vendit.* Bart. *in l. in diem num.2. ff. de aqu. pluu. arcen.* Dec. *cons.88. num.3.* cum alijs ad eandem rem benè cumulatis per D. Vgum Vbaldinium, quæ placuerunt Dominis.

2 Non obstat, quòd Scapuccius non retrouendiderit liberè: sed cùm reseruatione dominij, donec sibi fuerit satisfactum de scutis decem nouem millibus, quia illis solutis, & ista reseruatio expirauit, Socin. iunior. *cons.86. lib.4.* & fuit allegata decisio in causa Romana nullitatis censuum 9. Decembris 1602. coram Reu. P. D. meo Lancellotto. De solutione autem dictorum scutorum 19000. non videtur dubitandum, stante vltima venditione facta eidem Scapuccium per quondam Horatium de eisdem, & alijs duobus casalibus, in qua venditione fuit excomputatum dictum pretium 19000. debitorum per Horatium; vltra quòd cùm prætensio Honufrij non capit vniuersa casalia, sed dimidiam tantùm partem illorum, remanet satis consultum Scapuccio pro scutis 19000.

3 Non obstat quòd Scapuccius retrouendiderit conditionaliter, & correspectiuè ad venditionem liberam faciendam per Horatium eadem die, & coram eisdem Horatio, & testibus, prout fuit facta, ex quo infertur, quòd si ista vltima venditio non est libera stante prætensione Domini Honufrij super casalibus, cessat retrouenditio, & inde remanet firma prima venditio, cui D. Honufrius consensit; nam omissu quòd retrouenditio non fiebat à D. Scapuccio ex causa voluntaria, sed ex causa necessaria, nempè in vim pacti de retrouendendo appositi in prima venditione, & propterea non poterat Scapuccius imponere nouas conditiones in præiudicium Honufrij, qui interuenit in prima venditione, & non in retrouenditione, ad not. per Bart. *in dict. l. in diem, ff. de aqu. pluu. arcen.* fuit responsum, nullibi apparere, quòd retrouenditio fuerit facta per Scapuccium correspectiuè, & sub conditione, quòd casalia sibi denuò liberè venderentur, quinimo potiùs apparere de contrario tam ex instrumento retrouenditionis, ibi, *spontè*, &c. *ad effectum, vt dictus D. Horatius possit dicta casalia liberè vendere cuicunque personæ*, &c. *retrouendidit*, &c. quàm ex alio instrumento vltimæ venditionis, *in §. & cum sit*, ibi, *quam idem D. Francisc. qui licèt*, &c. *tamen post dictam retrouenditionem obtulit se empturum casalia prædicta*, &c. ex quibus verbis apparet Horatium nullatenus ex instrumento retrouenditionis fuisset obligatum denuo vendere eidem Scapuccio, & ideò vltimam venditionem factam per Horatium Scapuccium fuisse spontaneam, & absque vlla dependentia à prioribus contractibus.

4 Nec facit, quòd tam retrouenditio, quàm vltima venditio fuerit facta coram eodem Notario, & testibus; ex qua proximitate actuum solet argui correspectiuitas, Bald. *in l. petens num.54. C. de pact.* Ias. *in l. lecta num.14. ff. si cert. pet.* quia fuit responsum. Primò stantibus declarationibus supra ponderatis cessare coniecturam correspectiuitatis, quia in claris cessant coniecturæ, ad *l. ille, aut ille de legat.3.* cum vulg. Secundò fuit dictum, quòd quando actus in continenti gesti habent causas diuersas, & separatas, cessat coniectura correspectiuitatis, Mand. qui alios allegat *cons.45. num.3. lib.1.* Put. *decis.371. lib.1.* Diuersitas causæ apparet, quia retrouenditio dependet à pacto de retrouendendo; vnde non potest inferri, quòd Scapuccius non fecit retrouenditionem, nisi habuisset animum emendi, cùm aliàs vigore primi pacti potuisset cogi ad retrouenditionem, vt per Mandell. *vbi supra*, quæ confirmantur ex eo, quòd tam prima venditio, quàm retrouenditio continet duo casalia tantùm; vltima venditio continet quatuor casalia; ex quo apparet, quòd vltima venditio non fuit correspectiua ad retrouenditionem, cùm contineat non solùm causam, sed res diuersas.

5 Quæ dicebantur de licentia alienandi per Sixtum Papam V. cuius vigore casalia fuerunt facta alienabilia, & potuerunt per quondam Horatium patrem D. Honufrij semel, atque iterùm, & sine licentia D. Honufrij alienari, visa fuerunt extra dubium, in quo quæritur strictè de instrumento venditionis factæ de anno 1588.

R. P. D. LVDOVISIO.

postea fel. rec. Gregorio XV.

Romana pecuniaria.

Veneris 23. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

De pluribus socijs mercatoribus quomodo censeantur in solidum se obligare, & quomodo creditor habens plures in solidum obligatos, iuri solidi renunciasse dicatur per receptionem partis debitæ.

SVMMARIVM.

Mercatores socij censentur inter se dedisse reciprocum mandatum ad merces emendas, & ideo in solidum tenentur, num.1.

Liber mercatoris non probat pro tertio, nec contra tertium, nisi alia concurrant adminicula, n.2.

Liber mercatoris probat solitum, ibid. in fine.

Creditor habens duos debitores in solidum obligatos per

receptionem partis debiti ab vno non censetur iuri solits renunciasse nisi solutio partis debita punctualiter correspondeat rata, & portioni soluentis, n.3. & nisi etiam expressè dicatur, quod soluitur pro sua rata, n.4.

DECISIO CXLII.

1 PRoposui dubium in alia decisione reseruatum, an Michael Consalonerius teneatur in solidum Petro Antonio Busso? quod fuit affirmatiuè resolutum. Potissima ratio resolutionis fuit, quia ex partitis diuersorum mercatorum, in quibus legitur merces pro societate aliquando Croste, aliquando Consalonerio consignatas, apparet consueuisse promiscuè, modò vnum, modò alium gerere, ex quo inter ipsos censetur datum reciprocum mandatum, & possunt in solidum conueniri, Bald. *in rubr. C. de exercit. act. num.26. & in l. cuncti in fin. vers. caue tamen, ff. si cert. pet.* Paul. de Castr. *in l.1. §. si plures num.2. ff. de exercit. act.* Ronchegal. *plenè in l. eadem num.187. & num.191. in fin.* vbi dicit commune, *ff. de duobus reis*, cum alijs quos refert, & sequitur Surd. *decis.213. num.1.* cùm præsertim essent socij in negotiatione mercium venalium, Bart. *in l. nemo ex socijs, ff. pro soc.* Bald. *in rubr. C. eodem*, Alexand. *cons.186. num.3. lib.2.* Surd. *d. decis. n.2.* Tantò etiam magis, quia partitæ omnes, in quibus Bussus fundat creditum suum, sunt occasione mercium ipsi Consalonerio traditarum, & ipse manu propria creditorem fecit Bossum in libris societatis, & sic non solùm concurrit promiscuum solitum gerendi, sed etiam agitur contra Consalonerium de facto proprio, iuxta tradita per Bart. *in dict. l. eandem num.9. ff. de duobus reis*, & quia concurrunt etiam multa, de quibus per informatores.

2 Non obstat quod libri mercatorum non probent pro tertio, nec contra tertium, quia propter conformitatem quam habent cum libris societatis, & libris Bussi, & alia adminicula, de quibus per informantes, plenè probant Aym. *de antiq. temp. part.1. §.3. limit. num.100.* fuit dictum in vna Romana census 21. Februarij 1578. coram Rubeo, & in vna Farfen. grani 11. Martij 1588. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in alijs pluribus. Vlteriùs cùm non agatur de vi partitarum, sed tantùm ad probandum solitum, & quòd ita actum sit, probarent etiam sine adminiculis, ad trad. per Paul. de Castr. *cons.281. n.10. lib.1.* Aym. *cons.65. n.6.*

3 Ad illud quòd Bussus sibi præiudicauit, & fecerit diuisionem solidi, producendo apocham diuisionis factam inter Crostam, & Consalonerium, fuit responsum in decisione. Additur etiam quòd ad hoc, vt creditor sibi præiudicet, & remutat obligationem solidi, iuxta *l. si creditores, C. de pactis*, requiritur quòd solutio punctualiter correspondeat ratæ, & portioni soluentis, quia si in aliquo excedat, vel minor sit, non intrat dispositio dictæ legis, gloss. *in l. inter eos, §.1. in verbo soluit*, vbi Ang. *in fin. ff. de fideiuss.* Dec. *in dict. l. si creditores num.2.* Ias. *post num.3. vers. limita quatuor modis*, Bellon. *cons.44. n.3. circa med.* Ronchegall. *in l.3. vers. vtique num.2. ff. de duobus reis*, hic autem non concurrit petitio virilis portionis adæquata, & punctualis, quia creditum est scutorum 1394. in apocha autem fit mentio de scutis 606. quę distant à medietate crediti.

4 Rursus vt indocatur diuisio, debet ex post dici quòd petitur, aut soluitur pro rata, & portione sua, Angel. *in dict. §.1. vers. tu adde quod si soluas*, & etiam Imol. *sub num.3.* Ang. tamen hic dicit Dec. *in dict. l. si creditores n.1.* Ias. *sub num.3. vers. secundus limita*, Ronchegall. *vbi supra num.23. & 24.* Bellon. qui communem dicit *d. cons.44. n.3.* quam etiam dicit communem Lanfran. *decis.289.* Quòd diuisio fuerit approbata ex eo, quòd in commissione de ea fuerit facta mentio, est vanitas, vltra quòd hoc est factum Procuratoris, qui non haberet obstare Busso, vt in decisione.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana de Sancta Cruce.

Veneris 30. Martij 1607.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio; sed plena succo, & substantia, declarans, an permutatio, seu alienatio facta à minore sine causa valeat. Quid si in ea adsit decretum iudicis, & quid si fuerit iuratum.

SVMMARIVM.

Minorum, & pupillorum bonorum alienatio, seu permutatio facta sine causa, nihil valet, num.1. vbi contrarijs respondetur.

Decretum iudicis non præsumitur interpositum cum causa, quando ex instrumento apparet causam expressam, aut esse ineptam, aut falsam, n.2.

DECISIO CXLIII.

DVbitaui, an esset recedendum à decisis in hac causa sub die 29. Ianuarij proximi? & negatiuè fuit resolutum.

Ad primum, quod dicit decisio causam requiri in alie- 1
natione rerum minorum, & multò magis pupillorum, ex Soc. iun. *cons.31. num.21. lib.2.* cum alijs in decisione allegatis, replicabatur non esse necessariam causam, quia res, quæ accipitur per minorem in permutatione, seruit pro causa, Alciat. *in l. alienationis num.3. ff. de verbor. sign.* Sed contrarium placuit Dominis, ex *l. non solum, C. de præd. minor.* quam allegat Soc. loco citato, in qua quidem l. æquiparatur alienatio rerum minoris, quæ fit per venditionem, transactionem, siue permutationem, & meritò, quia minor potest decipi in permutatione, sicut in venditione; vnde sine causa non debet deuenire ad huiusmodi alienationes.

Ad secundum, dum dicebatur in decisione cessare 2
præsumptionem causæ, quæ aliàs oritur ex decreto iudicis ex eo, quòd in contractu fuerunt expressæ causæ minus sufficientes, nempè quòd partes faciebant contractum ex causis eorum animum mouentibus, & quòd Episcopus, cùm quo fiebat permutatio, non erat curaturus suam vineam, replicabatur illam expressionem ex causis animum eorum mouentibus nihil certi continere, & proinde non excludi, quia vera causa potuerit interuenisse, prout in dubio præsumitur propter decretum iudicis, vt in Romana de Grandis coram R. P. D. meo Decano cum allegatis; verùm Domini censuerunt ex illa expressione causæ ineptæ, nempè quòd permutatio fiebat, ne vinea Episcopi, cum quo fiebat permutatio, remaneret deserta, & ex alio, quod partes faciebant ex causis eorum animum mouentibus satis colligi, quòd partes partim motæ fuerunt ex causa notoriè falsa, partim incognita iudici, ex quo illam animo retinebant, & cùm ista præsumptio colligatur ex eodemmet instrumento permutationis, & multum per se vrgeat, videtur præferenda illi præsumptioni generali, quæ aliàs est pro iudice; tum quia specialior, *l. cum de indebito*, vbi not. Bart. *in summario, ff. de probat.* tum quia efficacior, *l. Diuus*, vbi glos. *in verb. existiman. ff. de restit. in integr.*

Maior difficultas fuit circa tertium fundamentum, 3
an, scilicet, subsisteret, quòd dictum est in decisione, iuramentum impuberis non supplere defectum causæ negatiuam, quippè tenentibus aliquibus ex Dominis, per decis. Put. *245. lib.3.* & per allegata per Gutier. *de iurament. confirmat. part.1. cap.47. num.14.* Nihilominus cæteri Domini transierunt cum decisione Imolen. 24. Maij 1600. coram Reu. P. D. Iusto, concurrentibus duobus præcipuis in hoc casu. Primum est quòd causæ expressæ sunt ineptæ, vnde sumus in terminis minus fortibus, quàm quando nulla causa fuit expressa, quia (vt dictum fuit in alia decisione) expressio causæ ineptæ facit cessare præsumptionem melioris causæ tacitæ, & inde magis apparet de errore contrario consensui, sine quo non solùm in minore, sed etiam in maiore iuramentum amittit suas vires, Put. *decis.205. in fin. lib.3.* Secundum est, quòd non sumus in minore, in quibus terminis loquitur *authen. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* sed in impubere, & licèt alia quæstio sit inter Doctores, an Authen. procedat etiam in impubere, qui est proximus pubertati, vt erat Dominus Bartholomæus, & communem pro affirmatiua attestantur, Adden. ad glos. *in verb. impuber. in dict. authen.* Attamen negari non potest, quin intellectus impuberis non sit magis imbecillis, quàm minoris: qua ratione multò plura sunt à legislatoribus constituta pro regimine pupillorum,

quàm

quam minorum; vnde & hoc cum cæteris inconsiderabile visum fuit ad id, quòd iuramentum in hoc casu non habeat supplere defectum causæ. Et ita fuit conclusum, &c.

Impressa est apud Picum de Contractibus decis.32.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Veliterna bonorum.

Lunæ 2. Aprilis 1607.

ARGVMENTVM.

Dominium non probatur ad fauorem emptoris ex instrumento venditionis, nec ex testibus de confessione deponentibus. Item possessio vacua requiritur pro initio præscriptionis, nec sufficit possessio, quæ potuit esse iure familiaritatis.

SVMMARIVM.

Reo & possessori sufficit vincere pro non ius actoris, n.1.

Confessio prævalet alijs probationibus, ibid. & n.3. vbi quòd prævalet testibus.

Venditionis instrumentum non probat dominium ad fauorem emptoris, n.2.

Identitas bonorum est probanda, ibid.

Testes de confessione deponentes, non probant dominium, num.3.

Testis deponens de possessione aliquo titulo, debet reddere rationem ex quo dictus titulus comprobatur, ibid.

Præscriptio sine possessione non datur, n.4.

Præscriptio in sui initio requirit naturalem adeptionem vacuæ possessionis, ibid.

Præscriptio non procedit, vbi possessio potuit esse iure familiaritatis, ibid.

DECISIO CXLIV.

1 PRoposito dubio, an sententia Rotalis esset confirmanda, fuit die 19. Februarij proximè præteriti dilata resolutio, quia informantes pro Alexio cumulauerunt ea omnia, quæ in alia instantia tribus dubijs fuerunt discussa. Prædicta autem die 2. Aprilis solo Rectore informante in Alexij contumaciam, Domini censuerunt sententiam esse confirmandam, quia consideratis R. P. D. mei Lancellotti decisionibus, apparuit responsum esse illis omnibus, quæ pro Alexio tunc allegata, & nunc repetita reperiuntur. Cùm enim ageret Alexius tanquam spoliatus per Rectorem quibusdam bonis, & probatio primi extremi, seu possessionis esset valdè turbida, fuit dictum quòd videretur de bono iure. In quo iudicio licèt Ecclesiæ vti reæ, & possidenti sufficeret vincere per non ius Alexij, tamen quòd bona, de quibus agitur, spectent ad Ecclesiam, probatur per confessionem tam Alexij, quàm Aurelij eius patris, qua probatione nulla maior potest haberi, *l. cum te, C. de transact.* Socin. *cons. 24. num.3. lib.2.* Rolan. *cons.21. num.7. lib.1.* Surd. *cons. 60. num.1. lib.1.*

Non obstat allegatus illarum confessionum error. Nam Domini iterùm approbando responsiones in decisionibus datas, & inhærendo maximè illi, quæ ex facto oritur, dixerunt ex decisione facta de anno 1473. inter Petrum Gorum, & Ioannem, in qua totum Alexij fundamentum consistit, nihil desumi posse, nisi quòd Petrus, cuius se successorem dicit Alexius, possidebat quædam bona in eodem loco, in quo sita sunt ista, quæ hodie possidet Ecclesia, & quæ Alexius sua esse prætendit: sed cùm in illorum bonorum diuisione sua etiam portio obtigerit Ioanni Capellę fundatori, & qui Capitulum hæredem instituit, vt patet etiam ex alio diuisionis instrumento de anno 1493. quòd licèt in actis non productum, tamen in fine sui summarij dat nunc Alexius, neque exprimatur in dicta diuisione, quæ illorum bonorum quantitas assignata fuerit Ioanni, neque Alexius aliquo modo doceat, quòd ista bona hodie possessa per Ecclesiam sint in maiori quantitate, quàm esse deberent, non potest inferri quòd Ecclesia potius possideat ista quæ fuerunt in portione Ioannis fundatoris.

Nec facit quòd Alexius hodie nulla possideat bona in illis locis. Nam non ideò tenetur Ecclesia de illis repræsentandis, & cùm in illis locis reperiantur diuersæ priuatorum possessiones, potest esse quòd aliquis ex Petri hæredibus alienauerit quæ in dicta Petri portione contigerant: vnde quatenus etiam probaretur, quòd Ecclesia illa bona possideat, potest esse quòd in illam transierint aliquo titulo post diuisionem; quandoquidem confessiones Aurelij, & Alexij sunt posteriores illis diuisionibus.

Nec obstat quòd quidam Thomas Celsus testis datus in priori Alexij summario *n.4.* videatur super 7. articulo deponere quòd Aurelius possidebat quædam bona confinia bonis Ecclesiæ. Nam iste testis est vnicus, nec probat id ad quod inducitur. Et dato quòd Aurelius aliqua bona in istis locis possederit, non continuò sequitur quòd fuerint illa quæ hodie possidet Ecclesia.

Eadem ratione non obstant emptiones quæ de annis 1484. & 1524. in istis locis per Alexij auctores facta prætenduntur. Nam desumuntur ex scripturis non productis, & de vna constat per vnam tantùm enunciatiuam: in altera autem non probatur quòd venditor fuerit dominus, ad not. *in l. si sic, §.1. de leg.1.* Alex. *cons.182. post num. 1. lib.7.* Socin. *cons.266. num.9. lib.2.* Dec. *cons.221. post n.5.* & vno verbo sufficit non apparere quòd illa bona empta sint illamet, de quibus hodie agitur, licèt fuerint in eodem agro, seu prato, Alex. *d. cons.182. num.1. circa med.* Decian. *cons.87. n.8. lib.3.* tradunt Bart. *in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstr.* & Ioan. Andr. *in c. auditis de restit. in integr.* 2

Non obstant diuisiones factę inter Aurelium, & q. Marcum, & inter filios Aurelij, quia nec illæ productæ sunt, nec possunt probare contra Ecclesiam, quæ in illis non interuenit, atque ex ipsius Alexij confessione apparent factæ in Ecclesiæ fraudem.

Non obstant testes; nam illi deponentes de possessione, non probant dominium, Bart. *in l. penult. ff. de cond. inst.* Bald. *in l. cum res, in 3. notab. de probat.* Castren. *cons. 169. num.3. lib.1.* Alexand. *d. cons.182. num.1.* Decius *d. cons. 221. num.5.* &, in omnem euentum superantur prædictis Alexij confessionibus, latè Surd. *dict. cons.60. lib.1.* Nec etiam ad effectum probationis primi extremi in spolio sufficiunt, ne dum quia fuerunt inter alios examinati, non autem in spolij iudicio, sed etiam quia cùm Rectores istius Capellæ fuerint, primum patruus, deindè successiuè tres fratres Alexij, qui semper in communi vixerunt cum Aurelio Alexij patre: licèt testes deponant quòd Aurelius possedit ista bona vti propria, & paterna; tamen cùm nullam reddant rationem, nec deponant de aliquo facto, ex quo dominium, vel successio paterna comprobetur, Bald. & Decius *in locis præallegatis*, Caputaq. *decis.279. in 3. par.1.* magis est quòd ista possessio fuerit iure familiaritatis, & meritò ex his & alijs rationibus Rota censuit, vt supra dictum est, probationem primi extremi esse valdè turbidam. 3

Atque hinc tollitur etiam præscriptio, qua in subsidium nititur Alexius. Nam præter quòd circa tempus possessionis testes non videntur conuenire, nec tantum tempus concludere, quod præscriptioni sufficiat; fuit responsum, quòd cùm præscriptio non detur sine possessione, *l. sine possessione, ff. de vsufr. c. sine possessione de reg. iur. in 6.* Oldr. *cons.154.* Paris. *cons.92. n.39. lib.2.* Aym. *cons.71. n.3.* possessio turbida non potest constituere claram, & legitimam præscriptionem, quandoquidem ad initium præscriptionis requiritur naturalis adeptio vacuæ possessionis, Bald. *cons. 2. & 3. lib.5.* & vbi contingit præsumptio quòd possessio fuerit iure familiaritatis, non procedit præscriptio, vt benè Alex. *cons.113. num.11. lib.2.* idque optima ratione, quia cùm possideret Rector, cuius familiaritatis occasione Aurelius etiam dicitur possedisse, non potuit contra dictum Rectorem possidentem currere præscriptio, Bald. *cons.202. in princ. vers. item quia commune lib.2.* 4

Et ex his fuit conclusum, sententiam esse confirmandam.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Ierosolymitano.

Romana pecuniaria.

Lunæ 2. Aprilis 1607.

ARGVMENTVM.

De indebiti solutione quando repetitio locum ha-

habeat. Quis indebitum fuisse solutum probare teneatur, & quid etiam de solutione facta ab eo, qui scienter indebitum soluit. An isto casu præsumatur scientia, vel ignorantia? An donatio, & an in ea requiratur insinuatio.

SVMMARIVM.

Indebitum fuisse solutum an probare debeat is, qui soluit, an vero is, qui solutionem recepit, n.2.

Enunciatiua verba probant inter easdem personas, non inter alias, præsertim quando vnica tantum est enunciatiua, & non simus in antiquis, & alias, vt num.3.

Scriptura priuata nisi fuerit recognita, nihil probat, ibidem.

Confessio de recepto facta à muliere non subsistit, nisi constet de reali numeratione, n.4.

Mulier non potest facere confessionem de recepto sine solemnitatibus requisitis à statuto vrbis, ibid.

Fides non facit fidem, præsertim si respicit commodum facientis fidem, n.5.

Testis deponens ad sui commodum, & exonerationem non probat, ibid.

Testes examinati in vna causa, non probant in alia, ibid.

Indebiti repetitio tunc demum competit, quando quis per errorem, & ignoranter soluit, secus si sciens soluit, n.6. & 7. & in dubio an quis præsumatur soluisse scienter, vel ignoranter, n.7.

Donare videtur qui nullo iure, nulloque cogente imperio aliquid concedit, n.6. in fine. Nunquid autem in ista donatione requiratur insinuatio, n.8. & seq.

DECISIO CXLV.

1 HÆredes bon. memor. D. Fantini Archiepiscopi Cusentini, contendunt dictum Archiepiscopum soluisse scuta mille D. Lucretiæ Paluzzellæ in causam redemptionis cuiusdam census eiusdem summæ, pro quo Archiepiscopus tenebatur Dominis Alexandro & Paulo fratribus dictæ Lucretiæ, & quòd ista solutio de ordine dictorum fratrum fuisset facta. Sed quia prædicti hæredes contra dictos fratres Lucretiæ succubuerunt, ex eo quòd de illorum ordine ad dictam solutionem Lucretiæ faciendam non constabat, hæredes contra Lucretiam repetitionem dictæ summæ conditione indebiti intentarunt quadam apocha nixi, dicentes Lucretiam fassam fuisse receptionem ab Archiepiscopo prædictæ summæ, quin & q. Antonio Tonello teste de visu receptionis dictorum scutorum mille deponente, item & alio teste de confessione extraiudiciali ipsius Lucretiæ circa dictam receptionem, quamuis nulla summa specificata, testante: vnde dubitaui, an constaret D. Lucretiam habuisse d. scuta mille à prædicto Archiepiscopo, ita vt illius hæredibus illa restituere teneretur? Et Domini dixerunt Lucretiam non teneri ad prædictam restitutionem, ex sequentibus.

2 Primò, quia cùm prædicti hæredes repetant ista scuta mille à Lucretia ex condictione indebiti, illis incumbit onus probandi concludenter indebitum, ex text. *in l. cùm de indebito, ff. de probat.* vbi tradunt Barr. & Doct. & Alex. *cons.83. num.1. lib.1.* Federic. de Sen. *cons.54. num.2.* Et quamuis iuxta text. *in dict. l. cùm de indebito*, huiusmodi onus probationis incumbat recipienti si solutionem sibi factam negauerit, hoc tamen procedet in casu, quo agens condictione indebiti solutionem probationibus legitimis probasset, iuxta *in eadem l. cùm de indebito*. Vnde cùm isti hæredes Archiepiscopi non probauerint istorum scutorum mille solutionem Lucretiæ fuisse factam, sequitur absque dubio, quòd ad ipsos spectat onus probandi indebitum, quæ negatiua erit difficilis probationis, iuxta text. *in l. actor. C. de probat.* Alexand. *dict. cons.83. lib.1.* præcipuè cùm non constet solutionem factam fuisse Lucretiæ prætextu alicuius scripturæ, ex qua soluens putasset ad solutionem teneri, iuxta prædicta à Bart. & ab Alexand. *vbi supra.*

3 Quòd autem hæredes solutionem Lucretiæ factam legitimè non probauerint, constat, quia apocha qua nituntur, fuit confecta præcipuè, & principaliter inter Lucretiam, & Tonellum pro computo saldando inter ipsos, & ad liberandum Tonellum à scutis 725. consumptis pro expignorandis quibusdam bonis Lucretiæ: secundariò autem, & enunciatiuè in ista apocha proferuntur illa verba, *scutorum 725. quæ pro me habuit à D. Fantino*, quæ enunciatiua quoad D. Fantinum, & illius hæredes, qui in ista apocha non interuenerunt, non probat, iuxta Innocent. *in cap. cùm inter R. de elect.* & Ang. *in l. cum aliquis de iur. deliber.* quæ tenent enunciatiuam inter easdem personas, non inter alias probare, tradit Vital. *de claus. in rubr. enunciatiua verba in contractibus num.1.* præcipuè cùm sit vnica enunciatiua, & non simus in antiquis, & sit in actu extraiudiciali facta, & ante litem, illiusque contestationem, & emissa propter aliud, & tunc non probet, ad trad. per Bald. *in l. Titia in princip. de legat.2.* & per Ioseph. Ludou. qui alios refert, *decis.33. num.11.* & cùm non fuerit producta ab hæredibus D. Fantini parte citata in hoc iudicio, *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* nec fuerit formiter recognita, prout oportebat, cùm esset scriptura priuata, ad trad. per Paris. *cons.115. num.5. lib.4.*

Tum quia quamuis contineat confessionem de recepto, facta à muliere non subsistit, nisi constet de reali numeratione, *l. vlt. §. si quis autem*, vbi Bart. & alij *C. de mandat.* Ias. *cons.172. num.6. lib.2.* motus ea ratione, quia vbi requiritur verus actus, non sufficit sola confessio; tum etiam, quia quamuis esset recognita formiter, illam non potuit facere mulier sine solemnitatibus requisitis in contractibus mulierum, iuxta statutum vrbis 151. *lib.1.* tradit Put. *decis.7. & 55. lib.3.* Crescen. *decis.2. de confess.* 4

Nec refragatur fides eiusmodi Archiepiscopi, cùm non faciat fidem, ex Cephal. *cons.384. num.21. & seq.* Decian. *cons.51. num.7. lib.2.* & tendat in commodum, & exonerationem ipsius Archiepiscopi, illiusque hæredum, quo casu etiamsi in forma testis deposuisset, non probaret, *l. deferre, §. idem decreuerunt*, vbi Bart. *ff. de iur. fisc.* Castren. *cons.301. in vlt. dub. lib.1.* Aym. *cons.99. num.2.* Nec testes obstant, cùm fuerint examinati in alia causa, & sic non probent in ista, Alexand. *cons.74. num.9. lib.6.* saltem plenè, ex adductis per Menoch. *cas.111.* & Antonius Tonellus, quia deponit Archiepiscopum coram ipso teste soluisse Lucretiæ dd. scuta mille, rogasseque testem, quòd ex illis vellet accipere dd. scuta 725. quibus quædam pignora Lucretiæ recuperaret, postea idem testis non recordari habuisse vnquam à D. Fantino summam aliquam pecuniæ restituendam Lucretiæ, ex quibus aliquo modo varius, & non constans videtur, & vtcumque sit, est singularis & familiaris inducentium illum. Secundus autem testis deponit de auditu ab eodem Antonello, & à Lucretia, & non exprimit summam, & dicit tunc temporis neminem fuisse præsentem, ex quo videtur singularis, & istæ probationes non possunt coniungi, cùm quælibet in suo genere sit imperfecta, Gabr. *de probat. conclus.1.* 5

Vlterius quia tunc competit indebiti repetitio, quando quis per errorem soluit: secus autem, si sciens soluit, *§. is quoque, Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. cuius per errorem dari repetitio est, eius consulto dati donatio est, 54. ff. de reg. iur. l.1. ff. de condict. indeb. l.1.* vbi glos. *in verbo indicati, vers. sextus, & l. indebitum solutum sciens non repetit. C. eod.* glos. *verbo per errorem, in d. §. is quoque*, glos. *in d. l. cuius per errorem*, & glos. *in l. eleganter, §. fin. verb. dupli, vers. secundus quando, ff. de condict. indeb.* glos. *in d. l. 1. C. de condict. indeb. verb. indicati, vers. sextus*, & vtrobique Bart. & particulariter *in d. l. eleganter §. fin. n.7. vers. secundus casus est*, & reddit rationem, quia incipit esse debitum respectu causæ proximæ tacitè subintellectæ, scilicet donationis, quia, vt dicit Bald. *in d. l. 1. num.2. C. de condict. indeb.* soluens indebitum videtur donare, quod probatur expressè *in dict. l. cuius per errorem*. Et hoc in tantum procedit, vt qui sciens soluit indebitum, tali animo, & mente, vt postea repeteret, nullatenus poterit illud repetere, ex text. expresso *in l. quod quis 50. ff. de condict. indebiti*. Et facit cùm donare videatur, qui nullo iure, nulloque cogente imperio aliquid concedit, *l. donari de donat.* Bar. *in l. 1. num.3. vers. donari de condict. indeb.* 6

Quod autem per ignorantiam indebitum fuerit solutum, tenetur soluens, & ex condictione indebiti agens probare, iuxta text. *in d. l. cùm de indebito, ibi, & ideo eum, qui dicit indebita soluisse, compelli ad probationem, quod per dolum accipientis, vel aliquam iustam ignorantiæ causam indebitum ab eo solutum sit, & nisi hoc ostendit, nullam eum repetitionem habere.* Vnde cùm huiusmodi ignorantiæ, & er- 7

& erroris probatio hæredibus Fantini incumberet, Illudque non probauerint, intrat dispositio text. *in d. l. cuius per errorem*, & doctrinam Bart. *in dict. l. eleganter*, §. *fin. num.7.* quòd tali casu pecunia sic soluta incipit esse debita respectu causæ proximæ tacitè subintellectæ, scilicet donationis, & intrant cætera iura, & doctrinæ ad hoc supra adductæ, taliter quòd ex illis non possit dici Fantinum indebitè soluisse Lucretiæ prædictam summam, sed ex causa tacita donationis subintellectæ, cùm non ignoranter talem solutionem fecerit.

8 Sed videtur vrgere doctrina Bart. *in l.1. num.2. vers. ego sic*, *ff. de donat.* tenentis quòd qnaodo soluitur indebitum vtraque parte sciente, fit donatio, & requirat insinuationem, per text. *in l. si donationis*, *C. de contrahen. empt. & l. nuda*, *ff. eodem*, *& l. imaginaria*, *ff. de regul. iur.* ibi, *inspicitur causa tacita ab vtraque parte subintellecta*, vt *in l. fin. in fin. principij*, *C. de iur. dot.* vnde videtur quòd deficiente insinuatione corruat ista donatio. Sed respondetur quò ista donatio inducta ex solutione scienter indebiti facta, non dicitur propriè donatio, sed quædam irreuocabilis datio, vt dicit glos. *in fin. dict. l. cuius per errorem*, & glos. *in verbo liberalitatem in l.1. ff. de donat.* & ibi Bart. *num.2.* & Angel. *in princip.* & Roman. *num.1.* & Castren. *num.4. in fin.* & Alberic. *num.4.* Ex quo prædicti Doctores ioferunt in ista donatione non requiri insinuationem, quamuis excedat 500. solida, per text. iuncta glos. magna *in vers. Nam sicut*, *in l. vnic. C. de plus petit.* quia ex caosa putatiua transfertur dominium, oon verò ex causa donationis, & ideò non dicitur propriè donatio, nec requirit insiouationem.

9 Et quamuis prædicta doctrina Bartoli requirens insinuationem in donatione inducta ex solutione indebiti, vtraque parte sciente procederet. Nihilominus Bart. *ibid. in dict. l.1. num.2.* dicit, quòd si indebitum soluatur sciente soluente, recipiente verò credente, causam solutionis adesse, quòd tunc non possit dici donatio, sed quædam irreuocabilis datio, non indigens insinuatione: quam doctrinam sequuntur Paul. Alberic. & Ang. *vbi supra*; vnde cùm ex supradictis colligatur Archiepiscopum sciuisse non adesse causam soluendi istas pecunias, aut saltem ignorantiam, & errorem non probasse, & quòd Lucretia credebat causam adesse, propter quam ad dictam solutionem Arcgiepiscopus teneretur, sequitur quòd ista solutio dicetur irreuocabilis datio, in qua non fuerit opus insinuatione. Erquamuis hæredes dicant Archiepiscopum soluisse istas pecunias Lucretiæ ex causa ordinis fratrum pro excomputatione census, ista causa est falsa, siquidem de tali ordine non constat, vt latè in decis. bo. me. Litte 26. Octobris 1601. in causa inter istos hæredes, & fratres de Paluzzellis, ex quo præd. fratres contra hæredes obtinuerunt, vode intrat dispositio text. *in l. damus*, & ibi notat Bart. *num.1. ff. de condict. indeb.* quòd in solutione facta ob causam præteritam, si causa falsa sit, repetitio indebiti non competit.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Spoletana bunorum.

Veneris 4. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

Plura adducuntur ad probationem possessionis antiquæ vltra centum annos, de quibus sigillatim in summario.

SVMMARIVM.

Possessio probatur ex instrumentis antiquis, n.1. vbi maximè, si sint effectuata, & concurrant adminicula.

Locatio comprehendit omnia ei, quæ continentur intra fines rei locatæ, num.2.

Verba posita ad ampliandum, non operantur restrictionem, num.3.

Relatio debet fieri ad immediatè præcedentia, ibid.

Loquutio generalis omnia comprehendit, ibid.

Possessio præsens declarat possessionem in præteritum, ibidem.

Pensionis quantitas debet considerari de tempore locationis, num.4.

Possessio non alteratur ex cultura rei ab alio possessa, n.5.

Probatio de auditu in antiquis concurrentibus adminiculis est considerabilis, ibid.

Testes probant etiam extra articulum, quando iurarunt super tota causa, n.6.

Testis à parte aduersa inductus magis probat contra ipsam, num.7.

Testes inter alios examinati si sint mortui, faciunt semiplenam probationem, n.8.

DECISIO CXLVI.

Circumscriptis probationibus Abbatis, fuerunt in hac positione consideratæ solummodò probationes ciuitatis, ex quibus visum fuit Dominis constare de dicta ciuitatis pessessione 100. annorum. Et quidem quoad montes, cùm ipsi pro Abbate informantes agnoscunt possessionem ciuitatis continuatam ab anno 1440. vsque nunc, idque pro præsenti resolutione sufficiat, noo est operæ pretium enumerare probationes, quas longè aotiquiùs repetitas habere prætendunt informantes.

Quo verò ad terras cultas ciuitatis, dat instrumenta locationum ab anno 1443. quibus instrumentis sine dubio probatur possessio, quia sunt plura, & antiqua, atque ex his quædam etiam effectuata apparent, & insuper concurrunt adminicula ex plurimorum testium depositionibus, Socin. *cons.106. lib.1.* Aym. *cons.54. n.11.* Gabr. *de locat. conclus.4. num.17.* 1

Nec subsistit quòd dicta instrumenta intelligenda sint de montibus, & terris incultis. Nam ista distinctio confunditur per instrumentum locationis facto de anno 1443. quod indistinctè continet territoria, & tenimeota castrorum Regoniti, & Petani, ideòque cùm non negetur, quin terræ cultæ sint infra fines territorij dictorum castrorum, non potest dari ratio, quare non illæ etiam veniant in dicta locatione, *l. ade sacra*, §.1. *de contrahenda emptione*, *l. fundi in princip. & l. limes*, *ff. de act. empt.* Natt. *cons.204. num.1. vol.1.* Rolan. *consil.46. num.35. & 50. vol.3.* 2

Et melius eadem distinctio confunditur per aliud instrumentum locationis de anno 1457. in quo expresè locantur omnes & singulæ terræ cultæ, & incultæ, montes, colles, plana, valles, & omnia & singula tenimenta spectantia, & pertinentia ad castra, & communitates Regoniti, & Petani, idque ad tempus annorum 15. & pro pretio florenorum 75. qui tunc per conductores soluti fuerunt in pecunia numerata. Nec obstant illa verba, *spectantia, & pertinentia ad castra, & communitates*, quia posita sunt ac ampliandum, non ad restringendum, Surd. *decis.241. num.20.* & cùm referantur non ad terras cultas, sed ad tenimenta, tanquam ad verbum immediatè præcedens, *l. si idem cum eodem*, *ff. de iurisd. omn. iud.* important omnia quæ sunt de territorio, & in term. dictorum castrorum, quia generalis locatio omnia comprehendit, vt latè per Tiraquel. *in l. si vnquam in præfat. num.118. C. de reuocand. donat.* Et cùm hodie ciuitas possideat omnes illas terras, ex præsenti possessione declaratur quæ essent illæ terræ cultæ, tunc locatæ, ad trad. per Socin. *cons.145. num.2. & 3.* & Natt. *cons.120. num.6. & 8.* 3

Idem colligitur ex alia locatione per eandem communitatem eodem modo facta de anno 1487. pro annis octo, & pretio florenorum 200. Atque ex alia de anno 1496. pro anno vno, & pretio florenorum 50. anticipata solutione, & licèt in illis instrumentis dicantur locationes fieri de terris quæ locari consueuerunt; tamen ex dicta locatione anni 1457. apparet quòd omnes terræ etiam cultæ intra limites territorij castrorum locabantur. Nec obstat quòd dicitur ex modicitate pensionis colligi quòd non omnes cultæ comprehendebantur huiusmodi locationibus. Nam vltra quòd apparet locationes successiuè fuisse factas semper pro maiore pretio, & vltra quòd talis modicitas considerari debet, attento tempore locationum, *l. si voluntate*, *C. de rescinden. vendit.* Bald. *consil.475. num.2. lib.* ... & alibi passim, adhuc in instrumentis exprimantur expresè omnes terræ cultæ, in claris non est locus coniecturis. 4

Non obstat quòd instrumenta quædam circa solutionem vnius cuppæ ex sexdecim, non excedat annum 1522. & circa exequutionem modiolorum non prætergrediantur annum 1529. quia ex hoc non sequitur, quòd etiam antea non fierent istæ solutiones, quando-

quidem instrumenta hoc non dicunt. Atque de dictis annis potuit incipere exactio quoad terras, quæ forsitan eo tempore redactæ fuerunt ad culturam, & in omnem euentum non sequitur, quòd in dictis terris alij actus possessorij per prius facti non fuerint, vt dictum est de locationibus.

Denique ista distinctio terrarum cultarum, & incultarum confunditur ex depositionibus testium 9.& 10.examinatorum pro parte communitatis, videlicet primi, & à quinto deinceps vsque ad 22. qui deponunt de tempore sui recordatus à 50.60. & 70. annis de visu, & de auditu à suis maioribus hominibus 80.90. & 100. annorum; Ciuitatem. semper possedisse ista castra tanquam montes, quàm terras cultas elaboratiuas, atque affirmant nunquam vidisse, nec audiuisse quid in contrarium, & dicunt quòd dicta castra erant deuastata, & desolata, & propterea terræ non colebantur, sed vtplurimum erant nemorosæ, & incultæ, quodque postea tractu temporis cœperunt reduci ad culturam,

5 Quæ cultura sicuti possessionem non alterauerit, per ea quæ deducta fuerunt in causa Hispalen. iuris vocandi 6. Februarij 1576. coram Cantucelo; ita Communiter dictam suam possessionem continuauit post culturam locando, & recipiendo responsiones ab illis qui terras colebant, & quidem ex istis testibus aliqui de visu, & recordatu percutiunt annum 1516. & 1517. demptis annis pueritiæ, de auditu autem à maioribus percutiunt tempus longè antiquum, quæ probatio de auditu in antiquis, præsertim concurrentibus alijs adminiculis, est considerabilis, *cap. licèt quidam*, vbi not. *de testibus*, Put. *decis.76.lib.*1.

6 Nec obstat, quòd dicitur istas depositiones esse restringendas ad annos 80. iuxta articulum super quo testes deponunt, quia articulus non est simpliciter restrictus ad annos 80. sed habet verba, *& à tempore quo primum in dictis territorijs cœperunt terræ coli*. Et paulò post dicitur *& à dictis temporibus vltra, & citra*. Deindè testes etiam extra articulum probant, cùm super tota causa iurauerint, Aret. *in cap. de testib.in 3.notab.de testib.* Vestr. *in prax.lib.6.cap.2. num.9.* ibique add. sicuti nec restringi debent ad iurisdictionem, & ius pascendi simpliciter, quia vltra articuli, & depositionum verba generalia, dicitur in specie in articulo 9. quòd communitas fuit in quieta possessione prætia, & responsiones percipiendi, quod intelligi debere de terris cultis, patet ex eorundem testium depositionibus super 3.articulo, dum distinguentes inter terras montaneas, & cultas, dicunt communitatem consueuisse vendere de montaneis herbaticum, & exigere responsiones de terris cultis.

7 Et iuuantur isti testes depositionibus quinque testium examinatorum de annis 1568. inter ciuitatem, & homines Abbatiæ, qui eodem modo, vt supra dictum est, deponunt, & in specie secundus dicit se audiuisse à quodam Alexandro, qui erat 100.annorum, & obierant ante vrbis direptionem. Atque istius examinis eo magis ratio habenda est, quia Abbas tunc existens habuit de illo notitiam, quin etiam ipsemet se examini subiecit ad fauorem Abbatialium, ad *cap. pen.de sentent. & re iud. & l.sæpe, ff.eod.*& vtrobique DD.

8 Iuuantur etiam alijs vndecim testibus examinatis de anno 1535. inter ciuitatem Spoleti, & communitatem Montis Leonis, quorum plerique licèt sint de Abbatia Ferentilli, tamen de pascuis, & terris cultis deponunt eodem modo, quo superiùs relati, & de visu, & recordatu percutiunt tempus vsque ab annis 1474. & 1479. in area. Nec obstat quòd isti testes secundo, & tertio loco recensiti fuerint examinati inter alios, quia nihilominus faciunt semiplenam probationem, cùm mortui sint, Ias. *in l.admonendi num.98. de iureiuran.* Mobed. *decis.7.num.5. de testibus*, Verall. *decis.49. num.3.part.3.*

R. P. D. P E N I A.

Placentina salarij.

Lunæ 7. Maij 1607.

A R G V M E N T V M.

Procurator ad lites, potest non obstante quacumque promissione iurata reuocari, & an Canonicus habens præbendam Theologalem, licitè non resideat cum sola licentia Capituli etiam concurrente iusta causa.

S V M M A R I V M.

Canonicus habens prebendam Theologalem non potest per substitutum legere, nisi subsistente necessitate, n.1.

Capitulum non potest concedere licentiam vt Canonicus habens prabendam Theologalem possit abesse, sed id spectat ad Episcopum, n.2.

Canonicus vt possit iustè abesse sufficit sola iusta causa, nisi etiam concurrat consensus Episcopi, ibid.

Procurator ad lites potest reuocari, non obstante promissione de non reuocando iuramento firmata, num.3. Vbi ampliatur, etiamsi mandatum procura fuerit deductum in stipulationem.

D E C I S I O CXLVII.

Capitulum Ecclesiæ Placentin. per duos deputatos de Capitulo Doctorem Caxam Procuratorem constituit pro tractandis negotijs in Romana Curia, cum assignatione certi salarij, & promissione quòd intra sex annorum spatium, ipsum non reuocaret, & cùm paulò post reuocasset, causa introducta in Rota, dubitaui an Caxa Procurator sic constitutus potuisset reuocari? & Rota vtraque parte informante reuocari potuisse censuit. Potissimum fundamentum fuit, quia Sacra Congregatio Conc. Trid. interpres censuit hunc Canonicum ad præbendam Theologalem obtinendam potuisse compelli, vt per se, & non per substitutum muneri suo satisfaceret; & nisi adesset legitima absentiæ causa, quam Rota ex eo non habuisse putauit, quia Capitulum putauerat mitti alium Canonicum ad negotia tractanda, & lites defendendas, vnde cessabat legitima causa, cùm non magis istius Canonici, quàm alterius industria esset necessaria, & ad effectum, vt Doctor potuisset legere per substitutum, non sufficiebat quælibet causa voluntaria, quæ non mutat legendi obligationem per seipsum, sed necessitas requiritur. Speculator, quem refert, & sequitur Felin. *in cap. firmiter num.4. vers. etiam requiritur de summa Trinit. & fid.Cathol.* 1

Quibusdam etiam Dominis placuit aliud motiuum ex eo deductum, quia concedere licentiam vt aliquis Canonicus, præsertim sic obligatus, ex iusta causa possit abesse, non spectat ad Capitulum, sed ad Episcopum, Hostien. *in summ. tit. de cler.non resid. §.quid sit pœna num. 3. vers.item excusatur, & §.fin. num.5. vers. aut causa honestatis*, & tamen Episcopus in hoc casu semper contradixerit, vnde eo contradicente non potuit negotiorum Ecclesiæ gerendorum causa Doctor Caxa abesse, quia Domini qui sic sentiebant, putabant non sufficere iustam causam, sed requiri copulatiuè Episcopi consensum; quæ sententia licèt non fuerit per alios Dominos firmata, satis tamen videbatur rationi consentanea, & munita auctoritate glos. *in cap. relatum, in verb. probat.* vbi Abb. *num.1. & 5. de cler.non resid. & in c. inter quatuor num.4. eod.tit. num.3. vers.6. limit.* in causa Lerien. fructuum die 21. Aprilis anni 1603. coram Domino Cardinale Pamplulio, tunc Rotæ Auditore. 2

Non obstant deducta per informantes pro Domino Caxa ex clausulis instrumenti procuræ, vbi Capitulum promiserat, non reuocare, quia fuit responsum ex tota eius serie colligi, Capitulum noluisse facere alium contractum, quam constituere Procuratorem cum certo salario, vnde non obstante promissione de non reuocando per sex annos, etiam cum iuramento potuit reuocari, glos. communiter recepta *in cap. fin. in verb. reuocatur de procur. lib.6.* Angel. *cons.225. num.3. vers. hinc etiam descendit*, Gabriel. *tit. de iureiur. conclus. 1. num. 9.* Rota Ianuen. *decis.24. num.62.* Mohed. *decis. 110. num.1. de renunc.* alleg. verò pro Doctore Caxa loquebantur de Doctore, Potestate, & alijs similibus irreuocabiliter operas suas locantibus, non autem de Procuratore ad lites, & negotia, in quo speciale est de iure quod possit reuocari, non obstante promissione de non reuocando propter confidentiam, & fidem non suspectam, quam debet habere cum mandante, & ex hoc cessabat consideratio facta pro Caxa, quòd istud non fuerat simplex procuratorium mandatum, & quatenus fuisset contractus locationis obstante primo decisionis motiuo de præbenda theologali non poterat 3

Caxa

Caxa illam inire sine necessaria causa, & Episcopi consensu, ad Ruin. *cons.15. num.15. & 16. lib.1.* dicendo mandatum procuræ deductum in stipulationem, vel contractum fieri irreuocabilem, fuit responsum, Ruin. non non probari Cæs. de Grass. *decisio 192. alias 3. de sentent. excommun. num.7. & 8.* & meritò per doctrinam Bart. *in l. cum precario la 1. num.1. vers. per hoc dicimus, ff. de precar.* Dec. *cons.293. incip. viso testamento num.2.* idem *consil.521. incip. consultus ab illustrissima Domina Lucretia num.12. vers. & in tantum*, Bald. *in l. & in perpetuum num.1. ff. de procurat.* Alexand. *cons.18. incip. visis capitulis initio num.7. lib.2.* Felin. *in cap. edoceri num.7. vers. sed dum*, Abb. *dicit de rescript.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.78. num.7.* quia ista mandata de sui natura sunt reuocabilia, & in eis licita est pœnitentia, ad Cephal. *consil.91. supplicauit Illustrissima Domina Fubria num.18. & seq. & num.37. lib.1.* fuit responsum non fauere Doctori Caxæ, quia loquitur de mandato concesso ad confirmandum contractum, & ideò mandatum fuit irreuocabile, quia sequebatur naturam contractus cui accedebat.

Vt ex his fuit conclusum Doctorem Caxam potuisse reuocari. An autem Capitulum teneretur sibi reficere expensas quas fecit pro præparamentis, & alijs negotijs, & responderi sibi de fructibus, & vsque ad hoc tempus, particulariter erit videndum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Bononiens. affictus.

Lunæ 14. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

Locatio quando dicatur facta ad corpus, vel ad mensuram, & an in locatione ad corpus debeat fieri remissio mercedis occasione deficientis mensuræ.

SVMMARIVM.

Pensionis remissio conductori fieri non solet, nisi quando casu aliquod damnum intolerabile infertur, vel quando in rei conducta vsu conductor impeditur, n.1.

Pensio non debet minui occasione deficientis numeri, seu mensura, quando fuit facta ad corpus, non autem ad mensuram, ibid.

Locatio dicitur facta ad corpus, non autem ad mensuram, quando contrahentes cœperunt à corpore, neque pensionem constituerunt in mensuram, nec aliquam mensura fecerunt expressionem, ibid.

Locatio etiamsi sit facta ad corpus, tamen quando fuit assertum conductori, quòd res locata erat talis mensura, si id verum non est, succurritur conductori, ex remedio doli in locationibus præsumpti, num.20.

Tractatus præcedens non benè infert ad conclusionem, & effectuationem contractus, ibid. Vbi maximè si tractatus non fuit in continenti ante contractum.

Dolus non potest considerari in eo qui tacuit, quando dedit facultatem, & commoditatem perquirendi, ibid.

Venditor tenetur exprimere onera, & qualitate rei vendita, quæ rem minoris faciunt, n.3.

DECISIO CXLVIII.

1 Domini censuerunt non esse faciendam aliquam pensionum conuentarum defalcationem, quæ fieri non solet, nisi quando casu aliquando damnum infertur intolerabile, vel quando in rei conductæ vsu conductores impediuntur, *cap. propter sterilitatem*, & ibi Doctor. *de locat.* Natt. *in l. si vno, §. vis maior. & in l. licet, C. eod. tit.* Hic autem conductores non debent dici impediti, eo prætextu quòd locata fuerint prædia 34. corbium, & tamen inueniantur solùm 27. vel 28. Cùm enim locatio ad corpus facta fuerit, nulla habita ratione numeri, seu mensuræ corbium, non debet occasione mensuræ deficientis minui pensionum præstatio, *l. Iulian. §. si tuus, & l. si in qualitate, ff. de action. empt.* cum alijs deductis per Cagnol. *in l.2. C. de rescin. vendit. num.127. & seqq.* Et quòd locatio facta fuerit ad corpus, patet ex quo contrahentes in locationis instrumento mentem suam explicare cœperunt à corpore ibi affictum omnium terrarum loci de Anzola, neque pensionem constituerunt in corbes singulas, quinimò nec aliquam mensuræ, seu corbium fecerunt expressionem, Oldrad. *cons.197.* Ial. *cons.73. num.1. lib.1.* latè Cagnol. *vbi supra*, & Surd. *decis.64.* Corn. *cons.59. num.12. lib.4.*

2 Nec facit quod prætenditur locatores in tractatu asseruisse quòd prædia erant 34. corbium, propter quam assertionem vtique contractui causam dederit, succurrendum sit conductoribus ex remedio doli in locatoribus præsumpti, etiamsi locatio facta sit ad corpus, ex latè adductis per Surd. *dict. decis.64. num.28.* Nam vltra quòd ex illis quæ tractata fuerunt, non benè infertur ad conclusionem, seu effectuationem, Bald. *in l. multum interest, ante num.3. vers. quandoque probatur contractus, C. si quis alter. vel sibi, & in cap. fin. num.8. de iuram. calumn.* Alexand. *cons.18. num.2. & cons.28. num.3. lib.1.* Dec. *cons.488. num.10. & in l. non omnis num.2. ff. si cert. petat.* præsertim quando talis tractatus non fuit in continenti ante contractum, Ruin. *de communi cons.198. num.15. lib.1.* Adhuc non probatur quòd talis assertio 34. corbium facta fuerit conductoribus per locatores; nam testes qui deponunt de traditione cuiusdam descriptionis, seu, vt vulgò dicitur, listæ, in qua contineri dicebatur hæc assertio: agnoscunt se nec legisse illam listam, nec scire quid in illa contineretur, & quicquid illa lista contineret, fuit lacerata in instanti conclusionis capitulorum, tanquam illa non esset opus, quandoquidem iam partes inter se conuenerant sine aliqua corbium expressione, quæ nec in capitulis, nec in instrumento facta fuit. Atque equidem siue locatores listam dederint, siue sensalis, siue proxeneta eorum nomine, excluditur tamen omnis dolus, ex quo locatores noluerunt se astringere ad certam corbium quantitatem, sed sæpiùs monuerunt conductores vt inquirerent, seque ipsos facerent certiores de prædiorum qualitate, & mensura, ita vt applicari possint, quæ in casu non dissimili dicit Alex. *cons.242. num.2. vers. sed posito lib.6.* de eo qui ostendit libros, & non dixit omnia in illis apposita esse vera. Non obstat, quòd aliqui testes deponant locatores sibi dixisse quòd ista prædia complebant 34. corbes, quia dicunt etiam se nescire an dicti locatores idem dixerint conductoribus, & potest esse quòd locatores putabant tot esse corbes: sed quia id pro certo non habebant, ideò monuerunt conductores vt ipsi veritatem per se perquirerent. Non obstat etiam quod aliqui ex colonis dicunt sibi fuisse suggestum, vt perquirentibus conductoribus affirmarent prædia esse 34. corbium. Nam simul dicunt id sibi fuisse suggestum non per ipsos locatores, sed eorum nomine, per quendam, qui res eorum gerebat, & nesciunt an fuerit de ordine, seu mandato locatorum, & addunt quicquid sibi dictum fuisset, se tamen noluisse conductoribus exponere illam corbium quantitatem.

4 Denique non obstat, *l. Iulianus, §. si venditor, vers. per contrarium, & §. idem Iulianus, ff. de action. empt.* quia loquuntur in oneribus rei, & qualitatibus quæ rem minoris faciunt, quas venditor exprimere, & de illis clarè emptorem certiorem facere tenetur, Curt. iun. *cons.177. num.5.* cum cumulatis per Surd. *cons.53. num.33. & seq.* Et ex his, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Romana fideiussionis de repræsentando.

Veneris 14. Maij 1607.

ARGVMENTVM.

Fideiussor de repræsentando dicitur liberatus, facta repræsentatione, ac intimata creditori vnà cum citatione ad videndum fideiussorem liberari, & à quo die currat tempus obligato ad repræsentandum intra certum tempus.

SVMMARIVM.

Fideiussor de repræsentando facta repræsentatione censetur liberatus, num.1.

Fideiussor non potest absque eius consensu de nouo obligari, num.2.

Fideiussio de repræsentando aliquem carceratum infra cer-

tum tempus, debet intelligi non a die obligationis, sed à die quo carceratus à carceribus liberatur, *num.* 3. *Contra n.* 4. *&* 5.

Dictio proximè, *designat extremitatem primi temporis*, *num.* 3.

Tempus de quo conuentum est in contractu, currit à die contractus, ibid. & n. 4. *&* 5. *Vbi declaratur* l.talis, ff.de iur. dot. *quæ contra facere videtur*.

Actus factus a Procuratore, censetur factus de ordine domini, num. 6.

Fideiussor de repræsentando vt dicatur liberatus, sufficit quod repræsentauerit, & quod repræsentatio fuerit creditori intimata vnà cum citatione ad videndum liberari fideiussorem à repræsentatione, ibid.

DECISIO CXLIX.

1 CVm in carceris turris Nonæ, ad instantiam Gasparis Gentilis creditoris detineretur Petrus Aloysius die 17. Maij 1604. Ioan. Petrus Fabrius obligauit se ad fauorem dicti Gasparis de soluendo, vel concordando, aliàs de repræsentando Aloysium infra terminum duorum mensium proximè futurorum sub pœna scut. 200. Demum Aloysius die 9. Septembris fuit excarceratus die 22. eiusdem mensis Ioan. Baptista Bonious vti Procurator Gasparis citauit Fabritium ad docendum de concordia, vel ad repræsentandum Aloysium sub comminatione mandati exequutiui, quod & decerni atque intimari Fabrio obtinuit. Facta sibi intimatione Fabrius iurauit Aloysium suspectum de fuga, eumque carcerari obtinuit in Curia Burgi, & deinde transportari ad carceres turris nonæ de mandato A. C. quod fuit die 15. Octobris intimatum Gaspari, qui etiam fuit citatus ad videndum reponi Fabrium à prædicto decreto contra ipsum emanato, & liberari à fideiussione. Verùm quia 21. eiusdem mensis Visita decreuit, firma remanente fideiussione, Aloysium esse excarcerandum tanquam illius captura fuerit nulla, quoniam non fuerat ductus ad iudicis præsentiam; Gaspar egit contra Fabrium coram A. C. & obtinuit contra eum mandatum, quod fuit in gradu appellationis per sententiam R. P. D. Varellæ reuocatum. A qua cùm etiam esset appellatum, eaque causa mihi extra Rotam commissa esset, proposui in Rota dubium, an sententia D. Varellæ esset confirmanda, vel infirmanda? Et Domini confirmandam censuerunt, quandoquidem Fabrius repræsentando Aloysium fuit liberatus, Afflict. *decis.* 130. *num.* 5. & dixit Rota in vna Auximana fideiussionis die 24. Nouembris 1603. coram Reu. P. D. meo Decano.

2 Non obstat decretum Visitæ. Nam Visita non potuit de nouo obligare fideiussorem sine expresso eius consensu, *l. nouationibus*, *C. de fideiuss.* Put. *decis.* 66. *lib.* 3. Decius *cons.* 27. *num.* 15. *lib.* 2. Gratian. *cons.* 93. *lib. primo*, & in terminis in simili decreto tenuit Rota in dicta Auximana.

3 Non obstat quòd Aloysij carceratio facta ad instantiam Fabrij prætenditur fuisse nulla, vtì facta ante lapsum duorum mensium, cum obligatio de illum repræsentando esset intelligenda, non à die obligationis, sed à die, quo Aloysius esset à carceribus liberatus, argumento text. *in l. tali facta stipulatione* 49. *ff. de iur. dot.* Nam quinimò cùm promissio de repræsentando Aloysium fuerit expresse facta, his verbis, *infra terminum duorum mensium proximè futurorum*, dici potest quòd dictio, *proximè*, designat extremitatem primi temporis, nempè factæ obligationis, §. *pupillus*, *ff. de inutil. stipul.* Bald. *cons.* 246. *num.* 2. *lib.* 5. & regulare est, quòd à die pacti, seu stipulationis interpositæ tempus, de quo conuenit sit numerandum.

4 Nec in contrarium vrget *dict. l. tali*, quia ibi non poterat incipere terminus soluendæ dotis, antequam essent nuptiæ, vt not. Bald. illam legem explicans in antiqua lectura, eumque refert, & sequitur Dionys. Gottifred. ideòque nihil mirum, si in illa specie annus proximus intelligitur à die nuptiarum, non autem à die stipulationis, quia in ambigua oratione accipienda est ea interpretatio, quæ vitio caret, Cuiac. illam etiam legem explicans *in comment. ad l.* 2. *Iuliani*, ad Vrseium Ferocem.

5 Quòdque dispositio *dict. l. tali*, sit specialis in dote, notat Vigelius *in libello de litis contestatione cap.* 1. *circa med.* in casu autem proposito accipiendo initium obligationis Fabrij à die quo in stipulationem fuit deducta, nullum sequitur absurdum, quin potiùs fauor communis creditoris, & debitoris, quandoquidem excarcerationi Aloysij poterat statim consulere Gentilis, cùm ibi esset cautum per fideiussionem Fabrij, quòd si Gentilis incontinenti Aloysium liberare noluit, non ideò est attendenda obligatio Fabrij contra naturam stipulationis, & verba expressa promissionis Fabrij, vt is, qui intra duos menses proximos teneri voluit, teneatur etiam post octo.

Sed de hoc quicquid sit, vnum est quòd Aloysij carceratio fuit facta ad instantiam Gentilis, & metu decreti per eum obtenti contra Fabritium cui necesse fuit, vel repræsentari Aloysium, vel in seipsum pati mandati exequutionem: vnde si præcipitanter, vel intempestiuè aliquid gestum est, accidit culpa Gentilis, & satis est, quòd illo instante debitor fuit repræsentatus per fideiussorem.

Nec subsistit quòd illa instantia fuerit facta per Procu- 6
ratorem sine mandato. Nam Beninus fuit constitutus Procurator à Gentile per acta Nicolai Piroti Notarij consulũ Agriculturæ multò priùs quàm instaret pro isto mandato contra Fabrium, & vti talis Procurator consenserat primæ excarceratione Aloysij, illumque consensum Gentilis expressè approbauerat, vltra quòd intimatio Fabrio facta per Beninum censetur in dubio facta de ordine Gentilis, *l.* 1. *ff. de offic. proc. Cæs.* vt fuit consideratum in dicta Auximana, in qua etiam dictum fuit quòd ad effectum liberationis à fideiussione sufficit quòd fuerit per fideiussorem repræsentatus in carceribus, quòdque repræsentatio fuerit creditori intimata, cum citatione ad videndum liberari fideiussorem à fideiussione.

Ideòque non obstant quæ prætenduntur circa nullitatem mandati suspicionis fugæ, quia vltra quòd sunt valdè turbida, sufficit etiam quòd Aloysius fuit repræsentatus, quòdque Gentilis citatus nihil opposuit, cùm tamen inter intimationem ipsi Gentili factam, & decretum Visitæ, quòd Aloysius fuit excarceratus, dies plures intercesserint. Non obstat quòd Aloysius debuit repræsentari in carceribus, &c. turris Nonæ, & coram A. C. Nam, & in hoc fuisse obligationi satisfactum per Fabrium liquet ex supradictis, & in effectu res sic gesta est quòd A. C. dedit mandatum suspicionis fugæ contra Aloysium. Verùm quia ille commorabatur in Burgo, fuit captus de mandato iudicis Burgi, ideòque in carceribus Burgi primum constitutus, postea tamen de mandato A. C. transportatus ad carceres turris Nonæ, & cum demum Fab. illam transportationem debitoris intimauit Gentili creditori, &c.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. aquarum.

Luna 28. *Maij* 1607.

ARGVMENTVM.

Aquæ cursum in suo an quis impedire possit, ne fluat in fundum vicini.

SVMMARIVM.

Manutentionis iudicium requirit probationem possessionis de tempore motæ litis, absque eo quod constet de proprietate, quando possessio est clara: secus si dubia, & ambigua; quia tunc recurritur ad titulum, n. 1.

Possidere quis præsumitur secundum qualitatem præcedentis tituli, ibid. in fine.

Aquæ vsus omnimodus, quando alicui est concessus, censetur concessa omnis facultas, per quam quis melius, & commodius vti possit, n. 2.

Aqua clusas in suo quis facere potest de iure communi, ibid.

Possessio iuris negatiuè non acquiritur, nisi ille qui aliàs facere poterat, fuerit prohibitus per volentem acquirere possessionem, & prohibitioni acquieuerit, n. 3.

Possessionem conseruans quoad veram speciem, censetur etiam conseruasse quoad alias species sub eodem genere contentas, ibid.

Aquæ cursus, quando quis in suo impedire possit ne fluat in fundum vicini, n. 4. *&* 5.

Possessio incorporalium incipit à patientia aduersarij, n. 5.

DE-

DECISIO CL.

1 CEnsuerunt Domini posse dari mandatum de manutenendo vtrique parti, ita & qualiter quòd in omnibus seruetur concordia inita de anno 1518. inter Monachos ex vna, & Commendatarium ex altera; nam etsi verum sit, quòd in hoc iudicio attendatur sola possessio de tempore motæ litis, *§. retinendæ, Instit. de interdict.* & generaliter in iudicijs possessorijs soleat dici proprietatem nihil habere commune cum possessione, *l. naturaliter, §. nihil commune*, vbi latè Scribent. *ff. de acquir. possess.* hoc tamen procedit quando possessio est clara, secus si dubia, & ambigua, quia tunc recurritur ad titulum, & eo modo censetur possessum qualis fuit titulus ab initio, *l. quadam mulier, ff. de rei vend.* Put. *decis. 360. num. 5. cum pluribus seqq. lib.* 1.

2 Ex prædictis inferendo ad casum propositum dicebant Domini, quòd si Monachi volunt facere clusam, de qua controuertitur, vt meliùs possint irrigare sua prædia, permittendo tamen vt aqua post vsum dictorum prædiorum defluat ad prædia Commendatarij, non potest Commendatarius illos impedire, cùm illis vigore concordiæ concedatur omnimodus vsus aquæ, & in illa concessione quòd Monachi possint vti, debet comprehendi omnis facultas, per quam melius, & commodiùs possint vti, ex latè congestis per Felin. *in cap. præterea num. 4. de offic. deleg.* & in hoc etiam Monachi habent assistentiam iuris communis, quòd in suo possit facere clusas ad effectum retinendi aquas, Iason *in l. quominus num. 91. ff. de fluminibus*, Cæpoll. *de seruit. rustic. præd. cap. 4. num. 60.*

3 Neque ex eo, quòd Monachi per priùs minimè fecerint huiusmodi clusam, fuit acquisitus aliquis status negatiuus ad fauorem Illustrissimi Commendatarij, quia possessio iuris negatiui minimè acquiritur, nisi ille, qui ali''s poterat facere, fuerit per volentem acquirere pos... nem prohibitus, & prohibitioni acquieuerit, vt post Cyn. Bart. Castrens. & alios tradit Aym. *de antiquit. tempor. part. 4. num.* 205. cum alijs per Gabriel. *de præsumpt. conclus. 9. num.* 13. & facit, quia quando causa possessionis est vniuersalis, hoc quis vtendo quoad vnam speciem conseruat possessionem, etiam quoad alias species sub eodem genere contentas, Soc. *cons.* 111. *num. 4. lib.* 1. Crauett. *cons. 55. num.* 1. & fuit latiùs dictum in causa Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram me; vnde Monachi in vim concordiæ irrigando eorum prædia censentur conseruasse possessionem, quoad omnia in concordia contenta.

4 Si verò Monachi prætendunt, prout in effectu videntur prætendere, quasi possessionem faciendi clusam, per quam ipsi eo modo vtantur, vt aqua non possit post vsum prædiorum Monasterij decurrere ad prædia Illustrissimi Commendatarij; dicebant Domini ipsos non esse in hoc manutenendos, sed potiùs Illustrissimum Commendatarium, vt aqua ad illius prædia defluat, cùm ex prædictis constet de facultate vtendi dicta aqua iure proprio, & quòd Monachi non possint illam ad alia loca diuertere, quinimò obligati sint canalia, fontes, incalia, & alia necessaria conseruare, ad effectum, quòd aqua possit defluere ad prædia commendæ, cuius tituli vigore, & iuxta illius formam, & sic cum qualitate prohibitiua impedimenti præsumi ex post possedisse Commendatarium, ad *l. quadam mulier*, & Put. *decis. 360. lib.* 1. supra allegat.

5 Vnde non obstare videbatur illud, super quo latè insistebant Scribentes pro Monasterio, nempè quòd clusa de tempore motæ litis esset iam per Monachos constructa; tum quia constructio potest verificari in clusa, quæ commodiorem præstet vsum irrigandi, sed non adeò extollat aquas, quòd aliorsum deriuentur, quàm ad prædia Commendatarij, in quo non possunt Monachi impediri, ex prædictis; tum quia etiamsi Monachi fecissent clusam diuertentem aquas à prædijs Commendatarij contra formam concordiæ, non propterea acquisiuissent aliquam possessionem absque licentia, & patientia Commendatarij, quia possessio incorporalium incipit à patientia aduersarij, *l. quoties, ff. de seruitut.* Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto num. 10. in princip. ff. de itiner. actuque priuato*. De ista autem patientia Commendatarij tantum abest, vt constet, quòd imò appareat de contrario, ex contradictionibus iudicialibus, & extraiudicialibus factis pro parte Commendatarij; vnde etiamsi clusa extitisset de tempore motæ litis tanquam actus turbatiuus, & qui dedit causam liti, non esset habendus in consideratione, vt benè deductum fuit per D. Aduocatum Galantarium, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Assisien. bonorum.

Veneris 1. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Donatio si facta fuerit in casu deficientis posteritatis, non dicitur deficere moniali superstite de posteritate testatoris. Et quando monasterium substitutum excludat; in hac decisione, quę notabilis est, plenè declaratur, vltra alia nonnulla, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Merum factum in conditionibus attenditur, n. 1.

Mors ciuilis non æquiparatur naturali in conditionibus, in quibus attenditur merum factum, ibid.

Monialis vbi est superstes, non dicitur deficere posteritas donatoris, qui donauit sub conditione deficientis posteritatis, n. 1. & 2.

Prohibitio alienationis facta à testatore, cum clausula, vt bona semper remaneant in familia, & posteritate masculina, non censetur facta ad fauorem posteritatis fœminæ, sed solum masculorum, n. 3.

Prohibitio alienationis facta in testamento, quomodo interpretanda sit, ne in eodem testamento repugnantia sequatur? n. 4.

Monasterium quando excludat substitutum ex defectu conditionis, si sine liberis decesserit, n. 5. & 6.

Posteritatis qualitas respicit ius sanguinis incommutabile, quod non amittitur per ingressum religionis, n. 7.

Nobilitas non amittitur per ingressum Religionis, ibid.

Iura suitatis non amittuntur per ingressum Religionis, ibid.

Monialis bona sibi donata retinere censetur ad commodum Monasterij, & in communi, n. 8.

DECISIO CLI.

PLacuit Dominis decisio in hac causa facta die 31. Maij de anno proximè præterito, ad cuius confirmationem fuit denuò consideratum, quòd in donatione primo loco vocatur posteritas masculina testatoris; secundo loco posteritas fœminina; tertio loco cippus domus, qui est D. Iulius Cæsar Galeottus, & hæc vltima vocatio est sub expressa vocatione, si posteritas masculina, & fœminina ipsius donationis defecerit, quæ conditio cùm non sit purificata, nec etiam euenit casus vltimæ vocationis. Quòd autem conditio non sit purificata, patet, quia cùm in conditionibus merum factum attendatur, *l. qui hæredi in princip. l. Mænius, ff. de condit. & demonstrat. cum similibus*, mors ciuilis in his terminis non æquiparatur naturali, *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fisc. l. si Titio, & ei de leg. 2. l. 1. §. fin. ff. de bon. poss. contra tab.* Boer. *decis. 323. num. 6.* Crass. *§. fideicommissum num.* 41. & per consequens non defecit posteritas donatoris quamdiù est superstes monialis nept s ipsius, vt latè Ferd. Vasquez *de success. lib. 3. §. 21. num. 17.* Decia. *cons. 31. num. 16. lib. 5.* Surd. *cons. 557. num. 9 & seq. lib. 3.* Dec. *cons. 228. num. 3. & 5. lib. 2.* & fuit consideratum in vna Rauennaten. fideicommissi 27. Maij 1596. coram Illustrissimo Arrigonio. 1

Quo stante parum vrgeret, etiamsi admitteremus in donatore voluntatem excludendi Monasterium, cùm enim non sit inconueniens, vt quis faciat deficere conditionem, & tamen non possit succedere, *l. filius famil. §. cùm esset rogatus de legatis* 1. Anan. *cons. 22. num.* 3. Socin. iun. *cons. 102. num. 38. & seqq. lib.* 1. Certè etiam si Monasterium bona capere non posset, tamen Clara Monialis vti naturaliter extans impedit purificationem illius conditionis si posteritas deficiet, vt contra Bart. *in l. filiusfamilias, §. cùm quis rogatus in fin. de legat.* 1. tenuerunt Bald. *in cap. 1. vers. dicit Bar. de probat.* Salyc. & 2

Ful-

Fulgof. *in l.1.C. de condit. infer.* Anchar. *conf.*396. Quando autem, vt in hoc cafu, Monafterium eft capax fucceffionis, etiam ex opinione Batt. excluditur fubftitutus exiftente filio monacho.

3 Sed de tali voluntate donatoris non conftat, confiderationes enim defumptæ ex ampliffima prohibitione alienationis, poffent habere locum fi adhuc extaret linea mafculina effectiua, ad cuius fauorem præcipuè fuit facta dicta prohibitio, vt apparet ex multis, & potiffimum ex quo illi appofita eft ratio exprefsè reftricta ad pofteritatem mafculinam, quia voluit, & vult eadem bona femper in familia, & pofteritate mafculina ipfius donatoris in infinitum permanere: vnde colligitur vfque ibi donatorem non habuiffe rationem pofteritatis, nifi in quantum mafculinæ, cùm nihil adhuc de fœminis expreffiffet, fed demum prohibitioni illa ratione veftitæ fubdidit vocationem pofteritatis fœmininæ deficiente mafculina, & in illa fecunda vocatione nulla amplius legitur prohibitio alienationis, fed fimpliciter deficiente pofterioritate fœminæ vocatur D.Iul. Cæfar.

4 Et quidem quod in eadem prohibitione legitur, ne vnquam proprietas, vel poffeffio eorundem bonorum ex nomine, & genere ipfius donatoris in alium transferri poffit, fi effet intelligendum de agnatione contentiua, adeffet expreffa contrarietas, quia poft lineam mafculinam effectiuam ante Iulium Cæfarem, qui eft de familia contentiua, vocatur fœminina pofteritas, in qua cùm potuiffet bona permanere multis annis, ficque extra nomen, & genus donatoris, dicendum eft ad euitandam dictam contrarietatem, quòd prohibitio cum expreffione caufæ, vt bona de nomine, & genere donationis non exeant, debet intelligi donec durat linea mafculina effectiua, & abindè vltra intrare tantùm prohibitionem legalem, quæ non operatur in vita granati.

5 Non obftant allegati Doctores pro Iulio Cæfare, quia illi loquuntur in eo cafu, quando monafterium vult excludere fubftitutum ex defectu conditionis, fi fine liberis decefferit. Tunc enim vltra quod fubftitutus perpetuò excluditur, in cafu verò noftro eft dumtaxat temporalis, quas fpecies effe inter fe diuerfas, tradunt in his terminis Dec. & Surd. fupra allegati; fuit etiam refponfum, quòd exclufio fubftituti in illo cafu contingit ex iuris præfumptione, quòd teftator ita cenfetur dilexiffe monafterium, ac filios grauati, vt eleganter poft Caftrenf. Alexand. Dec. Couarr. tradit Illuftriffimus Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.*11. *tit.*7. *num.*7. Nimirum itaque fi illa exclufio fundata in præfumpta mente teftatoris, corruit quandocumque ex dilectione agnationis, & alijs coniecturis, apparet de contraria teftatoris voluntate. At in noftro cafu non excluditur fubftitutus, fed dumtaxat efficitur, ne is qui ante fubftitutum exprefsè vocatus eft, definat effe vocatus ex quo monafterium ingreditur.

6 In quibus terminis Clara Monialis nedum habet intentionem fundatam in dilectionem, quam habuit donator erga pofteritatem fuam, & in ea quam habuiffe præfumitur erga monafterium, vt dictum eft. Verùm etiam repellitur Iulij Cæfaris intentio, quia non eft præfumendum, quod tacitè donator voluerit apponere conditionem, vt Clara vocata fit ad bona donata, fi monafterium non ingreditur, cùm talis conditio etiamfi expreffa foret, tamen haberetur pro non appofita, Mohed. *decif.*3. *in fin. de teft.* Gabr. *de legat. concluf.*2.

7 Atque admittendo etiam, quòd prohibitio alienationis expreffa comprehenderet hoc cafu pofteritatem fœmininam, tamen cùm effe de pofteritate fit qualitas quæ refpicit ius fanguinis incommutabile, *l. ius agnationis, ff. de pact.* illa qualitas non amittitur per ingreffum religionis, ficuti ex eadem ratione aliàs Rota tenuiffe, quòd per illum ingreffum non amittitur nobilitas, dicit Roman. *fing.*37. Hinc Monachus retinet iura legitimæ fucceffionis, *cap. vnic.* 18. *quæft.*1. *cap. vltim.* 19. *quæft.*3. *l. Deo nobis, C. de Epifcop. & Clericis.* Et quod magis eft, retinet iura fuitatis, Roman. *dict. fingul.*37. Bald. *conf.*183. *& conf.*448. *vol.*5. Dec. *in auth. ingreffi nota* 1. *C. de facrofanct. Ecclef.* latè Tiraq. *de nobilit. cap.*26.

8 Et licèt Clara Monialis eius vita durante retineat ifta bona ad commodum monafterij, *cap. in præfentia de probat. l. placet, ff. de acquiren. hæred.* Tamen dicta bona retinentur in communi, adeò quòd Clara de illis participat ficut aliæ Moniales, vt habetur *in dict. l. Deo nobis.* Illaque Clara fatis dicit ipfis frui propter affectum, & charitatem, quam habere præfumitur erga monafterium, vt omnes Moniales quas habet tanquam forores, ideòque magis gaudet frui fimul cum illis, quàm fola, *l. conftituti* 20. *quæft.*3. *cap. prolatum* 19. *qu. vltim. cap.*1. 28. *quæft.*1. *cap. dilectus, quod met. cauf.* §. *fed & hæc verf. hoc autem folatium authentica de fanctiff. Epifcopis.*

Itaque prædicta concludendo, dicebant Domini, quòd cùm Clara fit de pofteritate donatoris, & fatis dici poffit retinere bona, etiamfi fit in Monafterio, ex prædictis iuribus, quæ in his terminis benè confiderat Decian. *dict. conf.*31. *num.*10. *& feqq.* non poteft dari commoda ratio, quare donator cenferi debeat noluiffe vt bona donata pertinerent ad monafterium, durante vita Claræ fuæ neptis. Et quidem ita acriter intelligenda verba prohibitionis vt prætendunt informantes pro Galeotto, fœminæ in donatione exprefsè vocatæ, non potuiffet tamen dare in dotem ifta bona, cùm ex qualibet caufa excogitabili prohibeantur alienari, obligari, pignorari, etiam quoad poffeffionem. Idcòque magis eft, vt dictam prohibitionem donator extra lineam mafculinam noluerit extendere. Et ex his, caufa fæpiùs propofita, & multum difcuffa, Domini fteterunt in decifis, &c. 9

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Ierofolymitano.

Tridentina vfurarum.

Mercurij 6. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Vfurarum reftitutiones, & diftributiones, tam certarum, quàm incertarum, quomodo, & per quem faciendæ fint.

SVMMARIVM.

*Vfuræ certæ in quibus habetur notitia de perfonis, à quibus fuerunt extortæ, illis eifdem perfonis reftituendæ funt; incertè vero in quibus ignoratur verus dominus, inter pauperes diftribuendæ funt, n.*1.

*Vfuræ certæ reftituendæ funt ab hærede illis, à quibus extortæ funt, n.*2.

*Vfurarum incertarum reftitutio, & earum diftributio pauperibus facienda eft, ibid. Contra quòd imò ab Epifcopo, n.*3. *diftingue vt n.*4. 5. *&* 6.

DECISIO CLII.

Dvbitaui quomodo, & per quem fint faciendæ reftitutiones, & diftributiones vfurarum, tam certarum, quàm incertarum in cafu præfenti? Et Domini dixerunt vfuras certas, nempè illas, in quibus habetur notitia de perfonis, à quibus fuerunt extortæ, effe eifdem reftituendas; incertas verò quia non iuridicus, & verus dominus, à quo fuerint extortæ, ignoratur poft exactam indagationem de tali domino, & illo non reperto, venire pauperibus erogandas; cuius affertionis vtramque partem probat text. *in cap. cùm tu, de vfur.* ibi, *cogendi funt eas, his à quibus extorferunt, vel eorum hæredibus, reftituere*, & ibi, *poffeffiones quæ de vfuris comparatæ funt, debent vendi, & ipfarum pretia his à quibus vfuræ funt extortæ, reftitui*, & ibi, *vel is non fuperftitibus pauperibus erogari.* Ad idem ex text. *in cap. ficut dignum*, §. *eos de homicid. & in cap. nemo* 14. *quæft.*1. tradunt *in dict. c. cum tu*, Hoftien. *num.*2. Zabarell. *num.*2. Anchar. *num.*3. Abb. *num.*4. Butr. *num.*3. Sylueftr. *in fumm. verbo reftitutio* 8. *q.* 1. 2. *&* 3. Sot. *de iuft. & iur. lib.*4. *q.*7. *art.*1. Ioann. de Medin. *de reftit. q.*3. *cauf.*8. *verf. videtur ergo*, Nauar. *in manual. c.*17. *num.*92. & ratio vtriufque partis iftius affertionis redditur à Soto *vbi fupra*, confecutiuè, *poft conclufionem vnicam, & in folutione ad tertium, verf. Veruntamen, & verf. fequenti.* 1

Circa fecundam verò partem dubij, per quem nempè huiufmodi reftitutiones, & diftributiones effent faciendæ, Domini dixerunt vfuras certas per hæredem effe reftituendas, iuxta text. *in dict. cap. cùm tu*, & Doctores fupra relatos; circa vfuras verò incertas eft diuerfitas opinionum inter Scribentes, quas latè refert Ioan. de Anan. *in cap. cùm fit num.*15. *& feq. de Iudæ.* Nam Archid. *in cap. fin. de teftament. in* 6. tenet, quòd non ab Epif- 2

Episcopo, sed ab vsurario, vel illius hærede sit facienda huiusmodi restitutio, & distributio, quam sententiam sequitur Gemin. *in d. cap. fin. num.*8. & ibi Franc. §. *sane num.*11. Bald. *in l. nulli num.*5. *C. de Episcop. & Cler.* Syluestr. qui plures tam sacræ Theologiæ, quàm Pontificij iuris professores pro ista parte citat, *vbi supra num.*5. Ioan. de Medin. *vbi supra cauf.*10. §. *esto igitur*, vbi de com. testatur, Nauar. *d. cap.*17. *num.*92.

3 Contrariam verò sententiam, nempè quod ista restitutio, & distributio sit facienda per Episcopum, amplectitur Hostiens. *in dict. c. cum tu num.*3. *& in d. c. cum sit num.* 4. *& in summ. de pœn.* §. *fin.* Henrich. Boich. *d. cap. cùm tu num.*3. & ibi Anchar. *num.*13. Card. *num.*4. *verf. quæro per quem*, Butr. *num.*6. & Federic. de Sen. *conf.*33. *num.*1. qui dicit hanc veriorem. Idem Anchar. *conf.*306. *num.*1. Calderin. *conf.*2. *de vsur.* Laurent. de Rodulph. *eod. tract. qu.* 113. *num.*19.

4 Inter quarum opinionum diuersitatem adducit conciliationem Panormitan. *in d. c. cum tu num.*5. census dispositionem malè ablatorum esse faciendam per eum qui tenetur restituere, sed secundùm consilium, & prouidentiam Episcopi. Nam interest obligato propter exonerationem suæ conscientiæ, vt fiat restitutio realiter, & idem interest etiam Episcopo propter interesse pauperum, quorum pater est, & curam gerit, & istam conciliationem sequitur Ioan. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 65. *num.*60. & Couar. *in cap.*3. *num.*8. *verf. tertium si de malè ablatis de testam.* & Matienzo *in l.*14. *gl.*1. *num.*60. *tit.*4. *lib.*5. *nouæ recopilat.*

5 Aliter easdem opiniones Archid. & Hostiensis conciliat Panormit. *in dict. cap. cum sit num.*7. nempè quòd si agitur de restituendis vsuris extortis per manifestum vsurarium, quo casu ad Episcopum pertineat vsurarum incertarum dispensatio, argumentum text. *in cap. quamquam de vsur. lib.*6. & tradit Syluestr. *vbi supra n.*5. *verf. quartus cum*, qui testatur de communi. Nam sicut publicè constat de extorsione vsurarum, publicè constare debet per prouidentiam Episcopi de illarum restitutione, & isto casu procedat opinio Hostiensis; sed si de malè ablatis constasset tantummodò in foro pœnitentiali, tunc sufficeret quòd restitutio fieret ab illo, qui ad restituendum tenebatur, & sic procedat opinio Archid. & istam distinctionem sequitur Felin. *in d. cap. cùm sit num.*5.

6 Vnde Domini censuere incertarum vsurarum distributionem esse faciendam pauperibus, eligendis ab Episcopo, & de illius mandato, de manu tamen hæredis, vt sic consulatur hæredi, & illius conscientiæ, & sit certus de reali restitutione pauperibus facta, consulaturque & ipsimet Episcopo tanquam patri pauperum, ipsius prouidentiam, & consilium quærendo, iuxta primam supra relatam Panormitani conciliationem *in dict. cap. cùm tu num.* 5. Ad quam resolutionem Dominorum animos etiam mouit, quod simus in restitutione vsurarum extortarum per manifestum vsurarium, & in iudicio talem declaratarum, quo casu intrat secunda conciliatio Panormitani *in dict. cap. cùm sit num.*7. & Felin. & cæterorum supra relatorum. Facit etiam pro ista resolutione, quòd ex ea præcluditur via fraudibus, quæ per hæredem fieri possent, si illius tantùm arbitrio huiusmodi restitutiones, & distributiones pauperibus essent faciendæ, quod satis ponderant Doctores superiùs pro opinione Hostiensis relati, & Domini iure ponderandum censuere, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Perusina bonorum.

Veneris 8. *Iunij* 1607.

ARGVMENTVM.

Transmissibilia ad hæredes extraneos, & cedi & confiscari possunt. Cessio autem quando præsumatur simulata, & in fraudem ex sola confessione de recepto, & in cessione bonorum veniunt etiam iura, & actiones.

SVMMARIVM.

*Ius redimendi transmissibile est ad hæredes extraneos, num.*2.

Confiscari possunt omnia ea, quæ ab hæredes extraneos transmissibilia sunt, ibid.

Ius redimendi cedi potest, ibid.

Cedi possunt omnia, quæ sunt transmissibilia ad hæredes extraneos, ibid. in fine.

*Enunciatiua verba prolata per modum causæ habent vim dispositiuæ, præsertim concurrentibus adminiculis, num.*3.

*Cessio præsumitur simulata ex sola confessione de recepto, nisi cessio sit iuris vniuersalis, num.*4. *vbi alio modo declaratur conclusio.*

*Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones, n.*5.

Iura, & actiones non veniunt appellatione bonorum mobilium, seu immobilium, ibid. verf. & ratio est.

*Nullitatis exceptio non potest opponi à tertia persona, inuita ea, ad cuius fauorem nullitas resultat, n.*7.

DECISIO CLIII.

Constantinus Feliciani de anno 1575. vendidit quoddam terræ tenimentum Francisco de Floramontibus reseruata sibi, suisque hæredibus facultate redimendi infra annos 25. Mortuo Constantino, relictis Gualterio, Francisco, Ioan. Baptista, Iacobo, Castora, & Eusebia filijs, Ioan. Baptista capitis pœnam luit. Gualterius autem, & Franciscus in contumaciam condemnati, fuerunt per Curiam Perusinam ad pœnam vitæ, & confiscationis omnium bonorum superstitibus Iacobo, qui in monasterio Sancti Augustini Ordinis Hæremitarum Sancti Augustini professionem emiserat, atque Eusebia, & Castora, fiscus dictæ Curiæ cessit omnia iura, quæ habebat super bonis dictorum Gualterij, & Francisci pro pretio scutor. 300. Iosepho de Benincasijs, & Laurentio Vitali, qui ob motam eis litem per supradictum monasterium cesserunt eidem Monasterio pro pretio scutorum 350. omnia iura ipsis antea cessa per fiscum. Demum orta etiam lite inter prædictum monasterium, & D. Eusebiam Constantini filiam, super dictis bonis fuit factum compromissum, & in vim laudi monasterium retrocessit dictæ Eusebiæ, ac Ioanni Rocco eius marito, omnia iura, omnesque actiones quæ, & quas habebat, tam ex persona D. Iacobi, qui in monasterio fratri Philippi nomine vocabatur, quàm vigore cessionis factæ per dictum Iosephum, seu eius hæredem super bonis dicti Constantini, & suorum filiorum, solutis eidem monasterio sc. 280. per dd. Roccum, & Eusebiam coniuges. Vigore harum cessionum egerant coniuges ad dicti tenimenti redemptionem, atque auocata causa de partibus, & in Rota mihi commissa dubitatur, an prædictæ cessiones suffragarentur dictis coniugibus? easque suffragari Domini resoluerunt. 1

Nam quoad cessionem à fisco factam, sicuti ius redimendi competens filijs Constantini erat transmissibile ad hæredes extraneos, *l.*2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* *l. si pact. ff. de probat.* Ruin. *conf.*72. *in princ.* Rolan. *conf.*28. *num.*2. *lib.*2. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *glof.*6. *num.*26. ita ex confiscatione transijt in fiscum, qui habetur loco extranei hæredis, & in quem transeunt omnia transmissibilia ad hæredes extraneos, *l. iura liberorum*, Rolan. qui de communi testatur *conf.*98. *num.*16. *lib.*2. & plures comprobant Honded. *conf.*95. *num.*108. *lib.*1. & Peregr. *de iur. fisc. lib.*5. *tit.*1. *num.*68. & fiscus illud ius cedere potuit, quia ius redimendi cedi potest, iuxt. not. *in l.*1. §. *fin. ff. de nou. oper. nunciat.* Bald. *conf.*38. *sub num.*1. *vol.*2. Ruin. *conf.*47. *sub num.*8. *vol.*4. Aym. *conf.*213. *num.*4. *vol.*2. & quæ sunt transmissibilia, sunt cessibilia, vt ex *l. ex pluribus, ff. de administr. tutor.* arguit in his terminis iuris retroemendi Castr. *conf.*1. *vol.*2. sequitur Barb. *conf.* 59. *num.*19. *in fine vol.*1. Alex. *conf.*238. *sub num.*2. *volum.* 6. Dec. *conf.*163. *in fine*, & alios refert Rolan. *dicto conf.* 28. *num.*29. 2

De fisci verò cessione constat ex instrumento quitationis, quam ille Thesaurarius Perusinus fecit 5. Decembris 1562. dictis Laurentio, & Iosepho pro scut. 300. Thesaurario debitis pro pretio iurium, quæ R. Camera habebat inde, & super bonis Gualterij, & Francisci venditorum dictis Iosepho, & Laurentio sub die 3. Februarij 1582. Nam ista enunciatiua venditionis habet vim dispositiuæ, cùm sit prolata per modum causæ solutionis, & quitationis, Bart. *in l. pater filium*, §. *fundum de legat.*3. Paris. *conf.*26. *num.*125. *lib.*2. Rimin. iun. 3

conf.

*conf.*21. Decian. *conf.*314. *num.*17. maximè inter partes, inter quas fraus non præsumitur, ex not. à Vital. *de clausul. in §. de enunciatiuis verbis in contractibus num.*1. & concurrentibus adminiculis, Achil. *decis.*6. *de iurepatr.* Rimin. inn. alios allegans *conf.*314. *num.*17. *vol.*3. Maximum enim adminiculum præstant subsequuta obseruantia, & plures cessiones successiuè, quia prædicta à fisci cessiooe ortum habuerant.

4 Non obstat quòd non constet de numeratione pecuniæ, nisi per confessionem, ideòque videatur esse locus dispositioni *l. per diuersas, C. mandati*, nam præter quòd illa l. non procedit in cessione iuris vniuersalis, *l.*1. *ff. de hered. vel act. vend.* glos. *in d.l. per diuersas*, *in verb. venditionis*, & ibi Bald. *in quæst.*4. & Salyc. *in quæst.*7. Gabr. *de action. conclus.*5. *num.*25. non potest hoc casu considerari fraus in fisco cedente, cùm indubitanter ius illi quæsitum fuisset per confiscatiooem, ideòque deficiat suspicio litium redemptioois, Abb. *in c. fin. de alien. mut. iud. caus. fact. num.*7. *in fine*, Alberic. *in l.*1. *C. ne lic. pet. num.*4. Hieron. Gabr. *conf.*67. *num.*10. *lib.*1. Sicuti & eadem suspicio cessat ex parte eorum, quibus cessio facta fuit, cùm illi coacti fuerint emere, Bart. Bald. Castr. Salyc. relati per Gabr. *dict. conclus.*5. *num.*11.

5 Non obstat quòd sub cessione bonorum Gualterij, & Francisci non veniat facultas redimendi quæ est ius, contrarium enim de iure est verius, *l. bonorum* 208. *de verbor. signif.* vbi Glos. Rebuff. *in l.*39. *§. bona intelliguntur vers.*7. *in bonis, & in l.*49. *vers. notandum est eodem titul.* Tiraq. *in l. si vnquam in verbo bona num.*8. *& seqq. C. de reuoc. donat.* Aym. *dict. conf.*213. *num.*6. Mich. Crass. qui allegat plures testantes de communi *in §. legatum quæst.*19. *num.*11. Arri. Pinell. *in rubr. C. de bon. mater. num.*2. *part.*1. & licèt Surd. ex aduerso allegatus *conf.*449. *num.*2. *lib.*3. obiter dixerit appellatione bonorum non venire iura, & actiones, tamen idem firmauit contrarium *conf.*575. *num.*5. Clar. verò *in §. donatio qu.*10. *vers. pariter*, non dixit, quòd iura non veniant appellatione bonorum, sed dixit non venire appellatione mobilium, & immobilium, & ita loquuntur Ias. & Dec. quos allegat. Et ratio est, quia iura non sunt mobilia, nec immobilia, sed tertia species, vt not. Bart. per illum text. *in l. quam Tuberonis, §. peculio, ff. de pecul.* Card. *conf.*66. *num.*1. Gratian. *conf.*25. *num.*3. ideòque quando simpliciter fit mentio bonorum, non addito *mobilium, & immobilium*, tunc veniunt iura, & actiones, Tiraq. *de retract. lignag. §.*1. *glos.*7. *num.*20. *&* 26. vbi in finibus allegat.

6 Non facit quòd hic sit facta mentio discreta iurium. Nam quando dicitur quòd Camera cessit iura de & super bonis Gualterij, & Francisci, iura intelliguntur Cameræ, bona verò damnatorum. De cessione autem monasterio facta per Laurentium, & per Dionoram vxorem Iosephi, vti matrem, & tutricem suorum filiorum, cum interuentu propinquorum, & decreto iodicis, non potest dubitari, cùm de illa, & de requisitis ad illius validitatem constet. Denique & constat de valida monasterij cessione ad fauorem Ioan. Rocci & Eusebiæ, quandoquidem illa fuit facta in exequutionem laudi, & in pleno monasterij capitulo, fuitque approbata per R.P.D. Generalem Ordinis, qui id facere potuit vigore priuilegij fel. record. Gregorij XIII.

7 Nec obstat læsio, quia non probatur, nec probata suffragaretur dictæ Zenobiæ quæ de illa dare non potest. Quandoquidem illa inualiditas est ad fauorem monasterij, & ipso volente, regulare: est autem quòd vbi actus est nullus ad fauorem alicuius, & illo volente, tunc nemo præter eum potest nullitatem opponere, *l.*2. & ibi not. *ff. si ager vect. vel empt. pet.* Ruin. *conf.*35. *num.*21. *lib.*1. *& conf.*119. *num.*7. *lib.*1. & Surd. *conf.*1. *num.*84. *& seqq. lib.*1. qui quamplorimos allegant, & dixit Rota in causa Portuen. de Columna Lunæ 10. Iunij 1597. coram Illustrissimo Seraphioo. An autem tempus præfixum retroemptioni istius tenimenti ita elapsum esset, vt monasterium non potuerit cedere ius redimendi, erit deinceps videndum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Fauentina Saluiani interdicti.

Mercurij 13. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

*Hæredis confessio probat contra hæredem, sed non contra tertium, n.*1.

*Solutio, & restitutio probatur per quitantiam, n.*3.

*Solutio probatur coniecturis, n.*4.

Mulier non præsumitur transducta ad domum viri sine bonis paraphernalibus, ibid.

Hæres non potest impugnare sententiam latam ad fauorem defuncti, ibid.

Arbitrium præsumitur iustum, vbi ab eo non fuit reclamatum.

DECISIO CLIV.

ADuersus exceptionem solutionis, qua Spatha elidit Saluianum, Petrus Paulus replicat illam solutionem fuisse factam in gemmarum causam, ideòque tenetur concludenter probare quòd Victoria esset illarum gemmarum creditrix. Talis autem probatio visa est Dominis non adesse, confessio enim Valerij filij, & hæredis Bartholomæi patris Victoriæ, quòd ipsa redeundo ad patrem consignauerit illi dictas gemmas, beoè probat contra ipsum hæredem, Surd. *decis.*161. *num.*26. sed Spathæ vti tertio qui ab hærede causam non habet, non præiudicat, *l. duobus, §.*1. vbi Ias. *ff. de iur. iur.* Afflict. *decis.*245. *num.*11. Tiraq. *de retract. conuent. §.*4. *glos.*6. *n.*9. Rolan. *conf.*58. *num.*14. *lib.*2. Idem dicendum est de assertione ipsius Victoriæ in iostrumeoto promissionis dotis factæ Petro Paulo secundo viro, quæ sicuti ipsam non iuuat, ita nec eius hæredem, Aret. *in c. cum causam num.*13. *de probat.* Achil. *decis.*8. *n.*1. *de iurepatr.* 1

Non suffragatur etiam petitio primi viri, in qua dicitur ipsam secum asportasse gemmas in domum Bartholomæi sui patris, quia præter quòd petitio nullum genus facit probationis, aut præsumptionis, non sequitur, Victoria asportauit gemmas in domum patris; ergo illas patri consignauit, quinimò magis verisimile est quòd illas penes se retinuerit, illisque sit vsa. Prout etiam nec facit partita Montis pietatis, quia per illam non probatur quòd gemmæ pigoocatæ per Bartholomæum fuerint illæmet, quas Victoria secum asportauerat; quod etsi probatur, tamen partita est de anno 1585. postea autem de anno 1593. constat gemmas fuisse restitutas à Victoria hæredibus primi viri, & per consequens necesse est, quòd illas à Bartholomæo patre, aut eius hæredibus recepisset, quod etiam coadiuuatur ex quo Bartholomæus in testamento nullam fecit mentionem de dictis gemmis, quas non omisisset, quando disposuit de dote, & paraphernalibus Victoriæ. 2

Nec obstat quòd prætenditur per illud instrumentum de anno 1593. gemmas fuisse remissas Victoriæ à dictis primi viri hæredibus, quinimò enim instrumentum cantat de quitatione, quę denotat solutionem, & restitutionem, *l.*2. vbi glos. *C. de discuss. lib.*10. Castren. *conf.*34. *num.*1. & alioquin si vellemus illam quitationem capere pro simplici liberatione non denotante restitutionem, esset gratuita liberatio, & per consequens donatio, *l. si inter*, vbi Bald. *num.*3. *C. de solut.* quæ non præsumitur, *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor. act.* Si autem volumus illam quitationem accipere vt compensatiuam quitantiam, quam ex aduerso Victoria facit dictis hæredibus de parte dotis, tunc vltra quòd hoc fuisset expressum, adhuc illæ gemmæ transiuissent in partem illam dotis, & tantò minus esset dos, & Spathæ sufficit alterum ex his, vel quòd gemmæ non debeant, vel quòd dotis quantitas sit tantò minus.

Quo verò ad bona concedentia, seu paraphernalia Domini etiam existimarunt illa soluta, & tradita fuisse Victoriæ à Bartholomæo, solutio enim probatur coniecturis, & præsumptionibus, latè Surd. *decis.*105. *num.*10. & hoc casu vltra præsumptionem illam generalem, quòd Victoria non fuisset traducta ad domum viri sine huiusmodi do- 3

donis, cùm ita communiter fieri soleat, Bald. *in l. scriptura n.8. C. de fid. instr.* & fuit in terminis dictum in vna Imolen. repetitionis dotis 4. Martij 1594. coram R. P. D. meo Decano. Adest sententia Ordinarij, in qua Victoria obtinuit priorem virum condemnari ad restitutionem bonorum paraphernalium, quam sententiam iniustam dicere hæres Victoriæ non potest, sicuti nec posset ipsa Victoria, gloss. *in l. stipulatio ista, §. 1. verbo successores de verb. oblig.* Surd. *decis.* 108. *num.* 10. Eòque magis cùm ille articulus de bonis paraphernalibus reseruatus fuerit in sententijs Rotalibus. Adest etiam confessio ipsius Victoriæ, dum in suo testamento legauit duas capsas cum omnibus rebus per illam asportatis ad domum secundi viri, quas capsas & res in illis contentas, cùm non constet fuisse donatas Victoriæ à priori marito, non potest dici quòd illas habuisset aliundè quàm à patre, quia non est capienda rerum amotarum, & delicti interpretatio.

5 Non obstat quòd Bartholomæus in suo testamento legauit Victoriæ dotem, & bona condecentia. Non est enim nouum quòd filia etiam in dote data possit institui, Ias. *in authentica nouissima num.46. C. de inoff. testam.* Et censetur pater voluisse magis cauere filiæ multiplicare actiones, & tollere molestias, quas illa pati posset in dotis exactione, iuxta text. *in §. sed si vxori, Instit. de legat.* idque hoc casu colligitur, ex quo Bartholomæus indefinitè dotem legauit; cùm tamen ex illa quantitate dotis nomine promissa Victoriæ iam ipse soluisset scut. 350. ideòque vel legatum intelligi debet quoad quantitatem non solutam, & tunc non capiet bona paraphernalia iam soluta, ex supradictis, vel pater voluit augere dotem, & tunc hypotheca quæ competeret Victoriæ, aut eius hæredi pro illo legato, non potest afficere rem priùs per testatorem alienatam.

6 Nec facit quòd bona paraphernalia fuissent promissa arbitrio patris, & quòd prędictum legatum censeatur quędam declaratio illius arbitrij. Nam arbitrium fuerat ipso facto declaratum per traditionem capsarum, & rerum quæ in illis continebantur, quas res vltra quòd alicuius pretij fuisset colligitur, ex quo Victoria in testamento disposuit illas tradi sorori legatariæ, tunc demum cùm illa nuptui traderetur adhuc, cùm à tali declaratione, & traditione non fuerit tanto tempore reclamatum, verisimile est arbitrium fuisse iustum, Paris. *cons.* 137. *num.* 12. *lib.* 4. Bero. *cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 2. maximè cùm agatur de arbitrio patris cum filio, *l. iste quidem, ff. quod met. caus.* Atque ex illis fuit conclusum, Victoriam tempore sui obitus non fuisse creditricem, nec quoad gemmas, nec quoad bona paraphernalia, seu condecentia, &c.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Auersana fructuum.

Luna 18. *Iunij* 1607.

ARGVMENTVM.

De fructibus beneficij, quod de iure communi spectant ad successorem à die mortis beneficiati ante adeptam possessionem, & quid seruetur in regno Neapolitano.

SVMMARIVM.

Fructus beneficij spectant ad successorem à die mortis sui Antecessoris, etiam ante adeptam possessionem, n.1.

Fructus beneficij in regno Neapolitano post mortem beneficiati vsque ad captam possessionem à successore spectant ad Cameram Apostolicam, n.2.

Paria sunt, quod quis acquisiuerit possessionem, vel per ipsum non steterit quominus acquisiuerit, ibid.

Beneficiorum possessio in regno Neapolitano capitur de manu Nuntij Apostolici, num.3.

Procemium declarat scribentis voluntatem, ibid.

DECISIO CLV.

1 FIrmarunt Domini fructus maturatos pendente lite deberi D. Cantauenæ; nam ipse de iure communi habet fundatam intentionem, nedum ad istos, sed etiam ad omnes à die mortis sui antecessoris extantes, *cap. præsenti,* cum ibi notat. per Scriben. *de offic. ordinar. in 6.* Cardin. *in cap. fin. num.2. col.3. in fine de pecul. cleric.* Cardin. *cons.* 2. *eodem tit.* & adest etiam constitutio Pij IV. sub die 22. Aprilis 1561. quæ mandauit huiusmodi fructus per thesaurarium, & collectores successoribus consignari, & de maturatis post prouisionem, licèt ante adeptam possessionem, tradit Gabr. *cons.* 92. *num.* 3. *lib.* 1. cum alijs per Surd. *cons.* 333. *num.* 24. *&* 25.

Non obstat Breue Sixti Papæ V. per quod in regno 2 Neapolitano fructus beneficiorum vacantium vsque ad captam possessionem per successorem reseruantur Cameræ Apostolicæ, quia Domini intelligunt illa verba, *vsque ad diem captæ possessionis per illorum successores*, vt habeant locum quando successor fecit quod potuit, vt illam caperet, tum quia saltem ad effectum non amittendi fructus aliàs sibi de iure debitos paria sunt, vel quòd D. Cantena acquisiuerit possessionem, vel per se non steterit, quo minus illam acquireret, *l. vter in fine, ff. de cond. instit. l. si post diem, §. item si qua conditio, ff. quando dies legat. ced.* tum quia iste intellectus sapit magnam æquitatem; nam alias esset in potestate cuiuslibet tertij intrudere se in possessionem beneficiorum, & longa lite detinere legitimè prouisos, & hac via priuare illos debitis fructibus; vnde succedunt vulgares conclusiones, quòd semper debet capi interpretatio, quæ sapit æquitatem, & ne daretur occasio fraudibus, & alter remaneat in damno, cum multis similibus.

Non obstat constitutio Pij Papæ IV. sub die 7. Septem- 3 bris 1560. qua cauetur quòd in regno Neapolitano possessio beneficiorum debeat capi de manu Nuntij Apostolici, & illius collectorum, & possessio aliter capta minimè suffragetur, quia illa constitutio emanauit ab obuiendum malitijs illorum, qui propria auctoritate, vel falsis, & subreptitijs litteris se in beneficijs intrudebant, vt apparet ex procemio, ibi, *cupientes malicijs, &c.* ex procemio enim colligitur voluntas rescribentis, *l. item quia, ff. de pact.* cum alijs per Crauet. *cons.* 361. *num.* 2. vnde illa constitutio minimè debet habere locum in illis, qui parte citata, & via iuris petunt huiusmodi possessionem, & coram Delegatis Apostolicis, vt sunt Auditores Rotæ; cùm enim delegatus fungatur iure delegantis; sequitur quòd possessio ab ipsomet Pontifice petita videatur, & consequenter quòd Summus Pontifex per deputationem Nuntij minimè voluerit sibi ligare manus, quominus posset alios ad idem monasterium delegare, prout delegasse videtur ex clausulis amplissimis, de quibus in commissionem ad hanc causam præsentata.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Assisien. beneficiorum.

Luna 18. *Iunij* 1607.

ARGVMENTVM.

De beneficijs vacantibus in Curia per obitum familiarium Cardinalium. An eorum collatio spectet ad Archipresbyterum Patriarchalis Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

Beneficium vacans per obitum apud Sedem ratione familiaritatis Cardinalis dicitur reseruatum, n.1.

Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium iuxta regulam octauam, nunquid habeant locum in vacantibus in Curia, sicut extra Curiam, ibid.

Beneficiorum collatio nunquid spectet ad Ecclesiarum Patriarchales vrbis, & ad eorum Archipresbyteros, n.2.

Generalis facultas conferendi beneficia reseruata, non comprehendit beneficia reseruata vacantia per obitum curialis, n.2. & 3.

Priuilegium familiaritatis Cardinalium nunquid cesset, quando incurrit Cardinalis ordinarius collator, n.4.

Archipresbyter S. Ioannis Lateranen. non dicitur ordinarius beneficiorum collator, sed Papa, qui illius Ecclesiæ Episcopus est, num.5.

DECISIO CLVI.

DOmini steterunt in decisis sub die 7. Maij nempè, 1 quòd beneficia de quibus agitur, sed reseruata ex capite vacationis per obitum apud Sedem ratione familia-

liaritatis Cardinalis, & hæc omisso alio fundamento regulæ 8. quod videtur pati dubietatem, stante quòd beneficium vacauit in Curia, & verba regulæ sunt concepta de beneficijs vacantibus extra Curiam, licèt aliquibus videretur mentem Papæ, & rationem expressam in regula posse deseruire, quandocumque (vt ex aduerso prætenditur) non intrarent reseruationes aliàs factæ super beneficijs vacantibus in Curia, ne scilicet, sint minus reseruata beneficia, in quibus cadit maior ratio reseruandi, quàm alia.

2 Strictè tamen ad duo prima fundamenta contra. Primum non obstare dictum fuit, quòd ista beneficia spectent ad collationem Cardinalis Archipresbyteri, & Capituli Sancti Ioannis, & quòd Ecclesiæ patriarchales vrbis habeant facultatem, & consuetudinem conferendi beneficia reseruata; nam quantum ad facultates illæ non exhibentur, neque exhibitæ releuarent, nisi cum expressa mentione reseruationis resultantis ex vacatione per obitum Curialis apud Sedem: ea enim est prærogatiua huius reseruationis, vt non veniat sub generali facultate conferendi reseruata specialis expressio, Simonett. *quæst.* 83. Sarnen. *super regul. de triennal. quæst.* 31. §. *secundum priuilegium*.

3 Quantum ad consuetudinem, illa non probatur, maximè in istis terminis, nempè de conferendis beneficijs, non solùm vacantibus in vrbe, sed etiam per obitum Curialium. Hinc cessat decisio Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, quia ibi clericatus non vacauerat per obitum Curialis, prout est necessarium ad effectum, vt intret reseruatio per obitum apud Sedem, vt ibi dicitur; vnde illa decisio minimè applicatur, & prædicta eò magis, quia beneficia, de quibus agitur, non sunt sita in Ecclesia Lateranensi, sed extra, vnde, & indulta, & prætensa consuetudo esset probanda in istis terminis, nempè beneficiorum extra dictas Ecclesias sitorum.

4 Contra secundum fundamentum replicabatur, quòd vigore regulæ 32. quando concurrit Cardinalis ordinarius collator, cessat priuilegium familiaritatis, sed hoc obiectum cessare visum fuit ex Constitutione Gregorij XIV. *in* §. *volens vlterius*, quam Domini, & in Ripana beneficiorum 7. Februarij 1605. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in supra allegata Romana clericatus Sancti Petri, & alibi semper habuerunt pro perpetua, & tanquam talem passim præseruari in indultis Cardinalium, attestabatur vnus ex Dominis.

5 Præterea fuit dictum, quòd regula 32. stat correctiuè, & declaratiuè ad reg. 31. nempè ad euitandas contentiones inter ipsosmet Cardinales, vt patet ex verbis dictæ regulæ 32. ibi, ad euitandas lites, quæ ex præcedenti sua constitutione exoriri possent; vnde cùm reseruatio, de qua agitur, deducantur ex regula 3. & nullus sit Cardinalis, qui prætendat esse necessarium suum consensum, vt in dicta reg. 31. nihil habet obstare dicta regula 32. Dicebat etiam vnus ex Dominis Archipresbyterum Sancti Ioannis Lateranen. non posse dici ordinarium collatorem, sed Papam, qui illius Ecclesiæ Episcopus est; vnde non verificantur in Cardinali Archipresbytero Sancti Ioannis verba dictæ regulæ 32. quòd cessantibus reseruationibus Apostolicis, beneficiorum collatio ad illum spectatura sit, & consequenter si non conueniunt verba, nec dispositio conuenire debet, *l. quod constitutum, ff. de milit. testam. cum vulg.*

6 Quantum ad prætensa attentata fuit dictum de illis non constare, cùm non appareat de mandato illius, qui dicitur attentasse, & quatenus constaret, essent purgata per renunciationem in istis factam pro Manellium, cùm non appareat ipsum vigore prætensorum attentatorum aliquos fructus percepisse. Ex quibus fuit conclusum, non esse locum arbitrio ad retardandam exequutionem Breuis, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Ariminen. bonorum.

Veneris 22. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Instrumentum concessionis probat dominium etiam contra tertium, iunctis adminiculis, quorum aliqua in decisione recensentur: & affrancatio, siue permutatio rei Ecclesiæ non potest fieri absque solemnitatibus: & in emphyteusi ex pacto, & prouidentia non potest vnus ex vocatis alijs præiudicare.

SVMMARIVM.

Dominium probatur ex instrumento concessionis, iunctis adminiculis, etiam contra tertium, n. 1. *vbi n.* 2. *pro adminiculis considerantur antiquitas instrumenti, & concessionum pluralitas.*

Emphyteusis, siue quòd bona sint emphyteutica, probatur ex annotatione extracta ex libris Ecclesiæ, iunctis adminiculis, num. 3.

Producens scripturam, illam postea impugnare non potest, num. 4.

Beneplacitum Apostolicum requiritur in permutatione rerum Ecclesiæ, n. 5.

Emphyteosis est ex pacto, & prouidentia, vbi non potest vnus ex vocatis alijs præiudicare, n. 6.

DECISIO CLVII.

Visum fuit Dominis bona de quibus agitur esse 1
emphyteotica, idque constare ex instrumento concessionis, seu renouationis in emphyteusim in personam, quæ D. Tingoli de Tingolis pro se, filijs, atque nepotibus factæ de anno 1487. per Syndicum, & Procuratorem monasterij, seu hospitalis Sancti Lazari Canonicorum Regularium. Nam ex tali instrumento iunctis adminiculis probari dominium Ecclesiæ etiam contra tertium, fuit dictum in pluribus causis, & in specie in vna ciuitatis Castelli Lunæ 12. Februarij 1590. coram Comitulo, ex Bar. *in l. ad probationem, C. locat.* Socin. *cons.* 187. *num.* 2. Dec. *cons.* 146. *num.* 14. Rip. *in l. si rem aliquam num.* 39. *ff. de acquir. possess.*

Pro adminiculis verò vltra antiquitatem instrumenti, 2
adest concessionum pluralitas, quæ etiam considerata fuit in dicta ciuitatis Castelli, & in vna Taurinen. decimarum Veneris 12. Ianuarij proximè præteriti coram me. Datur enim instrumentum concessionis, seu reuocationis facto de anno 1431. q. Petro Masio, à quo cùm dicta bona fuissent data in solutum Tingolo, tunc ei facta fuit concessio supradicta de anno 1487. atque de anno 1553. hæc eadem bona fuerunt concessa Scipioni nepoti dicti Tingoli vti vltimo in prædicta inuestitura comprehenso pro se, filijs, & nepotibus masculis, & illis non existentibus, pro fœminis.

Et quoniam hæc inuestitura est illa, in qua fundatur 3
intentio D. Hortensiæ, poterit, quatenus opus sit, particulariter videri, an suffragetur ad illum effectum specialem: interim autem quoad hanc generalem inspectionem, an ista bona sint emphyteotica, licèt de hac concessione constet tantùm ex annotatione extracta ex libris monasterij, tamen ex illa simul cum alijs probari emphyteosim, fuit consideratum in vna Sublacen. bonorum Veneris 21. Maij 1604. coram bo. me. Litta, & hoc casu existentia illius concessionis, magis perspicitur ex instrumento affrancationis dictorum bonorum, inito inter monasterium & Procuratorem Matthæi filij dicti Scipionis de anno 1578. in quo narratur Scipioni eius patri dicta bona fuisse, vt supra dictum est, renouata, quodque Canonici dicti monasterij illa liberarunt ab onere emphyteotico, & in illorum locum fuerunt subrogata alia bona eiusdem Matthæi, quæ hodie dicuntur esse fideicommisso subiecta.

Nec ad hunc effectum refert quòd non constet de mandato illius Procuratoris Matthæi. Nam vltra quod Moniales ad ostendendum bona esse libera, produxerunt instrumentum affrancationis, quod propterea ab illis amplius impugnari non potest, latè Pedemont. *decis.* 39. *num.* 26. *&* 28. *& decis.* 71. *num.* 61. & Bec. alios cumulans *cons.* 3. *num.* 39. Adhuc ex illa francatione desumitur solummodò adminiculum quòd extiterit emphyteusis. Cæterùm etiam de scientia, & approbatione Matthæi satis constare videtur, dum eadem die, & eodem Notario stipulante dicta bona sic affrancata, vendidit vti libera Syndico Monialium Sancti Matthæi, à quibus hodie detinentur.

Et

Et concurrit quòd ante stipulationem instrumenti affrancationis fuerat tractatum de tali permutatione facienda per Matthæum cum Canonicis Regularibus, & fuerat obtenta licentia à Rectore Generali ad instantiam Matthæi, prout in instrumento narratur. Concurrit etiam quòd mortuo Matthæo, Canonici applicarunt mensæ bona prædicta subrogata. Denique satis verisimile est affrancationem fuisse factam ad effectum, vt Moniales emere possent ista bona contigua alijs bonis earundem Monialium.

5 Quibus omnibus simul iunctis videtur dubitari non posse, quin ista bona sint emphyteotica, præsertim, si, vt præsupponunt informantes pro Hortensia, docebitur de solutione canonum pro dictis bonis vsque ad tempus affrancationis. Stante autem quòd bona sint emphyteotica, affrancatio facta per Matthæum non obstat D. Hortensiæ. Primò quia non interuenit Sedis Apostolicæ beneplacitum requisitum etiam in permutationibus, quæ sunt alienationes, *cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* Redoan. *eod. tract. qu.2. cap.4. & 20.* fuit dictum in Romana Palatij Sanctæ Mariæ Maioris 15. Martij 1604. coram Illustrissimo Pamphilio, & est tex. *in cap. sine exceptione 2. quæst.2.* Et vltra quòd consensus, & licentia Rectoris Generalis non sufficit, nec etiam fuit seruata forma, quàm ille huic permutationi faciendæ præscripserat. Atque dubium non est quin Hortensia possit dari de istis nullitatibus vti cessionaria monasterij, seu Hospitalis, & per ipsum constituta procuratrix irreuocabilis ad recuperandum ista bona.

6 Secundò, quia cùm versamur in emphyteusi non hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia, Matthæus, in cuius persona ista emphyteusis nec de nouo constituta, nec reuocata fuerat, non potuit affrancando præiudicare Hortensiæ, quæ vti neptis Scipionis vocata erat in defectum masculorum, vt de communi, & à nemine impugnata sententia tradit alios referens Clar. §. *emphyteusis quæst.16.* & Pedemont. *decis.141. num.1. &c.* Et ex his, &c.

R. P. D. SACRATO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Ariminen. Domus.

Veneris 22. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Liquidato credito non est locus deposito, quando creditor non est in mora recipiendi, & in omni casu depositum non admittit, nisi fuerit integrum, & sine protestatione. Cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

Manutentionis iudicium semiplena contentatur probatione, n.1. in fine.

Exceptio iuris tertij opponi potest, quando est exclusiua iuris actoris, n.2.

Possessio nulliter apprehensa non priuat aliquem sua possessione, ibid.

Possessionis decretum conditionale non tribuit ius, nisi conditione adimpleta, ibid. in fine.

Deponere non est soluere, nec depositum admittitur sine mora recipere debentis, n.3.

Depositum non integrè factum deponenti non suffragatur, n.3. vbi idem quando non est liberum, sed cum alia protestatione.

Assertioni alicuius standum est in his, quæ consistunt in animo, n.4.

Citatio vni facta, non prodest quoad alios non citatos, num.5.

Possessio instrumentalis non suffragatur alio existente in possessione, n.4.

DECISIO CLVIII.

1 Resoluerunt Domini pro manutentione Hospitalis; nam de eius possessione constat ex testibus in iudicio contra Gambalongam examinatis, ac etiam ex sententia ad fauorem Gambalongæ contra Hospitale lata, & ex bannimentis ex post nomine dictæ Gambalongæ factis, necnon ex confessione Comitis Vgolini, tam nomine proprio, quàm nomine D. Hortensiæ eius vxoris, de qua in libello eorundem; vnde non obstat, quòd testes, & iudicium contra Gambalongam tanquam contra tertium, minimè faciant probationem in hoc iudicio; nam tollitur obiectum ex coniunctione supradictæ confessionis, quæ licèt loquatur de occupatione Hospitalis, nihilominus suffragatur ad probandam iustam possessionem, nisi iniustitia aliundè probetur, vt fuit dictum in causa Pennen. & Adtien. beneficij relata *inter diuers. impress. decis.802. n.3. & seqq. part.1.* per regulam *l. merito, ff. pro socio*, & prædicta eo magis in hoc iudicio summarijssimo, in quo sufficit semiplena probatio, Bart. *in l.1. num.6. C. quor. bonor.* Alex. *in l. fin. num.18. C. de edict. Diu. Adr.* Bero. *cons.43. num.47. lib.3.*

2 Non obstant possessio ex post capta per Gambalongam in executionem sententiarum Vicarij Ariminen. & quòd DD. de Bandis ad exclusionem Hospitalis liceat dare de possessione Gambalongæ, etiamsi sit possessio tertij, vt in causa Romana partis domus 13. Iunij 1603. coram me, quia fuit responsum talem possessionem tanquam nulliter apprehensam minimè priuasse Hospitale, quòd non habuit se pro spoliato, *cap. licet Episcopus*, vbi Scriben. *de praben. in 6.* De nullitate constat, quia sententia Vicarij erat conditionalis, nempè refectis Hospitalis melioramentis, & ideò ante refectionem melioramentorum sententia minimè potuit executioni demandari, vt post Castrens. & alios, Negusant. *de pignor.4. membr.5. par. num.10.*

3 Neque visum fuit Dominis posse dici satisfactum per depositum lib.419. tum quia *deponere* non est soluere, & ideò quandocumque non appareat Hospitale fuisse in mora recipiendi, depositum minimè suffragatur, Bart. *in l. item liberatur, §. qui paratus in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluit.* & in terminis Negusant. *vbi supra*, tum quia melioramenta seruatis seruandis minimè fuerunt liquidata, ita vt potuit dici depositum fuisse integrum, & quando depositum minimè est integrum, tunc nullius est considerationis, *l. tutor. §. Lucius, ff. de vsur.* Alex. *cons. 75. num.8. lib.7.* Crauet. *cons.106. in princ.* Denique fuit dictum, depositum non suffragari, quia non fuit liberum, sed ea lege quòd solueretur cui de iure, quod erat per indirectum subuertere partem sententiæ super refectione melioramentorum ad fauorem Hospitalis: quando autem depositum non est liberum, tunc nullius est momenti, Alex. *cons.7. num.9. lib.2.* & fuit dictum in causa Bononien. damnorum coram Cantuccio relata inter diuersas impressiones *decis.71. num.2.*

4 Et quòd possessio Gambalongæ fuerit instrumentalis tantùm, quæ alio existente in possessione non attenditur, Caputaq. *decis.333. part.2.* comprobatur ex subsequutis, quia Gambalonga respondendo ad præparatoria DD. de Bandis, dicit, quòd licèt fuerit immissus in possessionem domorum, nunquam tamen exegit pensiones ipse, sed Hospitale. Item quia idem Gambalonga post dictam immissionem, denuò institit sibi dari tenutam, signum euidens quòd illam non habebat, ad *l. decem, ff. de verb. oblig.* & licèt istæ sint confessiones Gambalongæ, quæ regulariter non præiudicarent Dominis de Bandis tanquam tertiæ personæ, attamen conclusio nihil habet commune cum hoc casu, vbi à tertio allegatur possessio ipsius Gambalongæ, & possessio est de ijs, quæ sunt in animo, vnde si ex gestis per eundem Gambalongam apparet, quòd ipse minimè habuerit animum possidendi, non potest tertius dare de illius possessione, quia in ijs, quæ consistunt in animo, debet stare assertioni suæ, vt in hac materia tradit Bart. *in l. sine possidetis num.7. C. de probat.*

5 Ex prædictis sequitur quòd gesta per DD. de Bandis, coram Auditore Cameræ Hospitale possessore non citato, minimè potuerit præiudicare dicti Hospitalis possessioni, nam gesta contra non citatum, vel sunt omninò nulla, vel saltem si valent quoad citatum, non sufficiunt alios non citatos, *l. vnoquoque, ff. de re iud.* cum alijs per Gabr. qui materiam declarat *concl.1. de citat. &c.*

R. P.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Romana vineæ de Fabris.

Veneris 22. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Denegatur reintegratio agenti iudicio spolij ob non probationem primi extremi, & alia adducuntur, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Manutentio, & restitutio datur etiam ad statum, n.1.
Emptor post motam litem super re vendita non tenetur soluere pretium, n.2.
Spolij iudicium censetur terminatum per rem iudicatam in negotio principali, n.3.
Ratificatio re non integra non suffragatur, n.4.
Sententia, & mandatum exequutiuum declarantur à libello, & ab actis, n.5.

DECISIO CLIX.

1 DOmini censuerunt Fabros non esse reintegrandos ad possessionem vineæ de qua agitur, quandoquidem de primo extremo, quod erat concludenter probandum, non plenè constat. Quatenus enim Fabri illud fundant in possessionem, quam sibi reseruasse prætendunt in instrumento venditionis de anno 1577. emptores non spoliauerunt eos illa possessione, nec eam illis negant, sed dicunt quòd stante venditione, prout stat cum illo pacto locationis, non potest negari quin saltim commoditas possidendi, & detentio rei venditæ, debeat esse penes emptores eosdemque conductores, & quin habeat saltem statum quendam considerabilem, in quo si ab ipsis Fabris venditoribus turbarentur, essent manutenendi, & si priuarentur, restituendi, ad textum *in cap. querelam de election.* Mohed. *decis.8. num. 1. de restitut. spoliat.* Gabriel. *conclus.1. eodem tit. num.38.* Afflict. *decis. 395. num.4.*

2 Nec iste status dici debet finitus, ex quo pretium vineæ intra decennium solutum non fuit, quo casu in instrumento fuerat conuentum, vt emptores ad vineam regredi possent, & illius possessionem accipere. Etenim cùm pendente decennio fuerit per quosdam de Lusar mota lis emptoribus, & ab illis vinea euicta, non tenebantur emptores soluere pretium, *l. si post perfectam, C. de euiction. l. habitaculum, §. ante perfectum pretium, ff. de peric. & commod. rei vendit.* Deinde conuentio illa in instrumento apposita fuit remissa, vel saltem prorogata ex alia conuentione, dum Fabri de anno 1581. recognoscentes bonam fidem in quadam societate officij, pro qua se obligauerant, emptores promiserant quòd quousque non essent eo nomine liberati, pretium vineæ non deberetur: illa autem societas fuit demum extincta de anno proximè præterito.

3 Accedit quòd cùm Fabri coram A. C. intentauerint iudicium super illa deuolutione huius vineæ, fueritque contra ipsos pronunciatum, & sententia fecerit transitum in rem iudicatam, ita vt absorbeat spolium, Alexand. *in l. nulliter, §. nihil commune num.12.* ibique Ias. *num.45. de acquir. possess.* Afflict. *decis.313. num.1.* Oldrad. *cons.27. n. 5.* Rota *decis.6. num.3. de restit. spoliatorum in nouis,* Menoch. *de recuper. remed.1. num.233.* Et in omnem casum priùs esset videndum, an factus sit locus dictæ deuolutioni, seu regressui ad vineam, præsertim cùm etiam emptores prætendent magnam pretij conuenti partem soluisse.

4 Non suffragatur etiam Fabris possessio illorum nomine, & in vim mandati Rotalis capta per Dionysium de Leonardis de anno 1591. Nam Dionisius vltra quòd non habebat mandatum à Fabris, nec expensæ fuerant factæ per Fabros, nec tempore ratificationis res erat amplius integra, cùm emptores iam vineam alienassent in tertium, *l. bonorum, & l. vltima, §. fin. ff. rem rat. hab.* Alexand. *cons.88. num.31. lib.5.* Adhuc in illo iudicio comparuit, vt nomine Fabrorum defenderet emptores à molestijs illatis per illos hæredes de Lusar, & ab illis emptoribus expensas litis, ac pro ipso mandato Rotali pecunias accepit. Idcircò cùm possessio per illum capta intelligenda sit, prout de iure fieri poterat, & debebat, dicendum est quòd fuit capta nomine illorum de Fabris vti defensorum necessariorum: sed ad fauorem emptorum, qui fuerant spoliati, & quos ex lege emptionis tenebantur Fabri liberare à molestijs, & quidem in sententia R. Perusini, quę mandatum præcessit, fuit pronunciatum, restituendos esse emptores, quorum Fabri auctores, & defensores ibi nominantur, ipsumque mandatum cantat pro Fabris, & litis consortibus.

Cùm itaque in illo iudicio Rotali emptores essent authores vti spoliati, hæredes verò de Lusar essent rei vti spoliatores, possessio recuperata pro illis emptoribus, & eorũ expensis non potest dici acquisita Fabris, qui in illo iudicio numquam petierunt ad illam restitui. Regulare est enim quòd sententia, & mandatum declarentur à libello & ab actis, glos. *vltima in c. dudum, de decim.* Specul. *in tit. de restit. spoliat. §.2. vers. & nota quod quidam iudices,* Crescen. *decis.6. de sent. & re iud.* ideòque cùm Fabris, & consortes nominantur in mandato, id intelligendum eo modo est, vt tam isti, quàm illi restituantur, videlicet emptores ad illam possidendi commoditatem, & fruitionem rei venditæ; Fabri verò vti defensores ad illam possessionem, quam sibi reseruarunt in instrumento.

Et verè quo nomine capta fuerit ista possessio declarauit subsequuta obseruantia 18. annorum, quibus non Fabri, sed emptores fuerint semper in possessione, & declarauit ipse Dionisius dum in protestatione facta contra creditores emptorum, dicit quòd benè custodirent vineam, illius fructus colligerent, & soluerent canonem dominis directis vineæ, ne illa ob non solutionem deuolueretur. Denique si possessio capta fuisset nomine illorum de Fabris, non egissent coram A. C. ex capite deuolutionis, sed spolio.

Non obstat locatio facta Angeletto ex iudicis decreto. Nam locatio non probat possessionem, nec ista habuit effectum, cùm à decreto fuit appellatum, & obtentum ab illo reponi, nec Dionisius qui dictam locationem fecit, habebat mandatum ad locandum.

Atque ex his Domini dixerunt, Fabros non esse reintegrandos.

Infra in eadem causa sub die 23. Iunij 1608. coram eodem bon. mem. Card. Marquemontio habetur altera decisio in ordine 190. Et supra in par. 1. recent. habetur altera sub die 10. Ianuarij 1611. coram eodem, est 273. quæ replicata etiam habetur penes Marches. de Commiss. par. 1. fol. 1033. in qua dec. Rota recessit à superioribus duabus decisionibus.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Ierosolymitano.

Romana legati.

die 22. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à marito nomine vxoris absentis vxori non præiudicat, nec postea eadem vxor eandem renunciationem tacitè ratificare censetur, nisi habita scientia eius, quod fuit renunciatum, imò nec etiam expresse poterat hanc renunciationem ratificare sine statutarijs solemnitatibus. Et in omnem euentum renunciatio huiusmodi non trahitur ad iura competentia ex testamento, sed tantum ab intestato.

SVMMARIVM.

Mariti renunciatio facta nomine vxoris hereditatis paternæ, vel maternæ, aut aliorum, non præiudicat vxori absenti, n.3.
Renunciatio facta per maritum absente vxore, an, & quando censeatur approbata, seu ratificata ab ipsa vxore in sui præiudicium, num.2. & 3.
Ratificatio contractus, seu renunciationis nomine ratificantis facta, vt ratificanti noceat, requirit scientiam eius, qui ratum habet, & in dubio præsumitur ignorantia, num. 3. & 11.
Ratificatio tacita non extenditur ad ignorata, n.3.
Ratificatio facta per vxorem renunciationi paternæ, vel ma-

materna hæreditatis facta eius nomine per maritum non valet, nisi adhibitis solemnitatibus statutarijs in contractibus mulierum requisitis, num.4.

Solemnitates à statuto requisita in contractu, requiruntur etiam in quasi contractu, ibid. in fine, & numer.5. vbi de eadem materia.

Solemnitates requisita à statuto in contractibus minorum, aut mulierum, non requiruntur in contractu, in quo mulier, vel minor efficitur melioris conditionis, n.5.

Hæreditatis appellatione non venit legatum, n.6.

Renunciatio facta à filia nubente hæreditati paterna intelligitur solum de iuribus ab intestato competentibus, non autem ex testamento, & ideo non prohibetur petere legatum sibi à patre relictum, n.6. 7. & 10.

Renunciatio est stricti iuris, strictèque interpretanda, vt minus renuncianti præiudicet, quàm sit possibile, n.7.

Legatum quando dicatur factum animo compensandi delictum num.9.

DECISIO CLX.

1 DOmini censuerunt procedendum esse ad vlteriorem exequutionem legati scutorum bis mille D. Pulcheriæ à D. Ioanna Maria Offreducia ipsius auia, in illius testamento, relicti, iuxta duas sententias conformes in tribunali Capitolino: alteram per D. Secundum collateralem; alteram verò per D. Capitaneum appellationum ad fauorem D. Pulcheriæ latas, quæ inter Romanos faciunt rem iudicatam per statutum Vrbis 180. lib. 1. & non obstare promissionem à D. Federico in capitulis matrimonialibus factam, nempe quod habita dote sibi cum D. Pulcheria per illius fratres assignata scutorum 15000. in actu solutionis illius ipsa renunciaret legitimæ, cum omnibus debitis solemnitatibus, cuicumque rationi, & actioni, quam ipsa haberet, aut prætenderet in hæreditate Archiepiscopi eius patrui, & prædictæ D. Ioannæ Mariæ eius auiæ paternæ, & etiam in bonis paternis, & quòd pro toto eo quod prætenderet habere in dictis hæreditatibus & bonis, contentaretur de dictis scutis 15000. pro dote. Quæ promissio facta à D. Federico marito D. Pulcheriæ, nullatenus nocuit D. Pulcheriæ in illa non interuenienti, & nec ex postfacto renuncianti, nec promissionem mariti approbanti, aut ratam habenti, iuxta text. *in l. inter stipulantem, in princ. ff. de verbor. oblig.* & text. *in l. 1. C. si in communi, eademque caus.* vt in terminis nobis tradunt Paul. de Castr. *in cons.278. num.3. lib.2.* Boer. *decis.3. num.16.* Corn. *cons.292. in princip. lib. 1.* Gabr. *in cons. 131. in princ. lib.2.*

2 Quibus non obstat D. Pulcheriam post promissionem supradictam à marito factam illi nupsisse cum dicta dote, quin & ex postfacto pro illius consequutione egisse: vnde visa fuit dictum pactum ratificasse, & iuxta promissionem mariti tacitè renunciasse, ad trad. per Dec. *cons.535. num.4. in fine,* Aretin. *cons.128 num.6.* Alex. *cons.117. n.2. lib.1.* Crescen. *decis. 1. de procurator.* Præcipuè quia quādo vxor aliquid consequitur, inducitur ratificatio cum omnibus suis qualitatibus actus facti per maritum, iuxt. Dec. *cons. 58. n.1. in fin.* & Put. *dec.397. n. 9. lib. 2.* Ioseph. Ludouic. *decis.21. n.32. part.1.* Surd. *cons.519. num.45. & seq. lib.4.*

3 Quia respondetur prædicta procedere, si probaretur D. Pulcheriam habuisse scientiam huiusmodi pacti in capitulis matrimonialibus inserti, ex Oldrad. *cons. 324. nu. 10.* dicenti, quòd ratihabitio requirit scientiam eius, qui ratum habet, & Paul. de Castr. *cons.465. num.5. vers. restat nunc, lib.1.* vbi idem tenet, & subdit, quòd in dubio præsumitur ignorantia in ratificante, & nimirum cùm scientia sit de substantia ratificationis, *l. cum à matre, C. de rei vend.* Bald. *in cons.176. lib.2.* & tacita ratificatio non extenditur ad ignorata, Paris. *cons. 100. numer. 71. lib.1.* Crauett. *cons.160. num.4. & cons.197. numer. 14.* Alciat. *cons.164. n.12.* Bec. alios referens *cons.37. num. 24.* & latè Surd. *cons.28. num.118. lib.1.* & in nostro casu non constat de prædicta scientia D. Pulcheriæ, quin in dubio præsumitur illius ignorantia, iuxta Castren. vbi suprà *dicto cons.465. n.5.*

4 Vlteriùs pro responsione etiam Dominis placuit quòd ad huiusmodi ratificationem prædictæ renunciationis requirebantur solemnitates ex forma statuti Vrbis 151. *lib. 1.* requisitæ, cùm ad validitatem ratificationis debeant in illa concurrere solemnitates necessariæ in actus confectione, *l. si vt proponis, C. de nupt. l. nuptiæ, ff. de rit. nuptiar.* Roman. *cons.15. n.6.* Decius *cons. 532.* Afflict. *in tit. de alien. feud. part. in princ. num. 69.* Tiraquel. alios referens *in tract. consang. §. 1. glos.10. numer.87.* Menoch. *cons.2. num. 297.* Ratihabitio enim est quasi contractus, & in quasi contractu requiritur eadem solemnitas, quæ in eodem met contractu, Bart. *in l. mater, & in l. mutuum, §. fin. ff. de acquir. hæred.* tradit latè Surd. *d. cons.28. numer. 120.*

5 Nec obstat, quòd in huiusmodi renunciatione, & sic ratificatione, non fuisset opus solemnitatibus dicti statuti, quæ non requiruntur quando renunciatio fit ex causa maioris dotis, ea trad. à Rom. *cons.453. in princ.* & à Socin. *cons.160. num.12. & 17. lib.2.* qui tenet quòd quamuis statutum in contractibus minorum exposcat certas solemnitates, illæ non requiruntur quoties in tali contractu redditur melior conditio minoris. Ad idem faciunt tradita à Barbat. *cons.35. lib.2.* & à Felin. & aliis relatis in addit. ad Roman. *d. cons.453. litera B. verbo valuerit.* Quia respondetur pro parte D. Pulcheriæ negari D. Federicum eius maritum promisisse dictam renunciationem à D. Pulcheria fiendam ea causa maioris dotis; & cùm in facto non constet de dicta causa, quin possit dari læsio in isto contractu contra D. Pulcheriam, videtur quòd nullatenus ad hujusmodi ratihabitionem, & renuntiationem potuisset D. Pulcheria absque solemnitatibus dicti statuti validè deuenire.

6 Tum etiam, quia etsi D. Pulcheria expressè renuntiasset iuxta mariti promissionem; nihilominus non censeretur renunciasse huic legato, cùm maritus promiserit quòd D. Pulcheria renunciaret actioni cuicumque quam haberet, vel habere prætenderet in hæreditate D. Archiepiscopi, & D. Ioannæ Mariæ, cùm hæreditatis appellatione non veniat legatum, *l. si Titius, in fin.* & ibi Bart. *ff. de legat.3.* Nec in tali renunciatione veniant, nisi solùm ab intestato, competentia, non autem ex testamento, taliter, quod filia renuncians de tempore nuptiarum hæreditati paternæ, non prohibetur petere quicquid pater in suo testamento illi reliquerit, Bart. *in l. stipulatio hoc modo concepta, n.4. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. pactum, nu. 9. C. de collat. & in l. fin. n.15. C. de pact.* Alex. plures citans *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, n.8.* & ibi Ias. *num.13.* Felin. *in c. præterea, n.34. vers. & vlteriùs aduerte, de sponsal.* Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif, declarat. 8. n. 1.* Gabr. *de iur. dot. conclus.1. n.26.* Surd. *decis. 14. n.4.* vbi *n.8.* dicit prædictam conclusionem procedere non solùm quando post factam renunciationem pater in testamento aliquid sibi reliquit; sed etiam quando legatum erat factum ante renunciationem, ad idem Paris. *cons.95. n.36. lib.3.*

7 Quæ magis procedunt in materia renunciationis quæ est stricta, strictèque interpretanda, ita vt minus renuncianti præiudicet, Card. *cons. 120.* Dec. *cons. 379.* Caldetin. *cons.5. in fin. tit. de præben.* Gabr. *cons.60. num.6. lib.1.* Surd. qui plures adducit, *cons.431. n.32. lib.3.* vbi *nu. 34.* post Card. Dec. & Gabr. *vbi supra,* & alios tradit quòd in dubio renunciatio debet interpretari in fauorem renunciantis, & contra illum cui facta fuit.

8 Quibus non obstat, quòd fratres D. Pulcheriæ promiserint illi dotem, mortua iam D. Ioanna Maria; & de tempore quo ipsi reperirentur in possessione bonorum illius, & tunc D. Pulcheria sciret, vel scire deberet, tanquam adeò coniuncta persona testamentum D. Ioannæ Mariæ, & quòd in bonis illius nihil aliud sibi competeret, quam hoc legatum, quia respondetur, quòd non D. Pulcheria, sed D. Federicus in capitulis matrimonialibus fecit prædictam promissionem, & tanquam extraneus, licuit sibi ignorare supradicta.

9 Minus obstat prædictis, quòd fratres D. Pulcheriæ hæredes D. Ioannæ Mariæ dotando D. Pulcheriam visi fuerint compensare debitum legati cum dote. Contrarium namque est dicendum, cùm de tali compensatione in constitutione dotis nihil fuerit actum: vnde non præsumitur animo compensandi dotem constituisse, vt tradit Bart. post gloss. *verbo idoneum, in l. fin. C. de dotis promissione,* & ibi Bald. & Doct. *par.6. priuileg. 45. n. 2. vers. & ideo.* Nec quicquam faciunt doctrinæ circa istam compensationem, Ant. Gomez *var. tom.1. c.12. n.27.* & Illustrissimus Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.10. tit.2. nu. 17.* cùm loquantur in casu, quo testator legans erat debitor lega-

legatarij, & legantis excresse, dicendo quòd legatarius esset contentus, & amplius petere non posset. Ex quibus intelligebatur animum habuisse compensandi, quæ nostro casui applicati non possunt, cùm in legato nec adsit dictorum verborum expressio, nec legans esset debitrix legatariæ.

10 Minus obstat consil. Surdi 267. *lib.* 2. vbi in casu illius consuluit Surdus in renunciatione à quadam Franceschina facta comprehendi quoddam legatum illi relictum, quia fundatur Surdus in verbis amplissimis in illa renunciatione contentis, & expressè ad cogitata & incogitata relatis, quin & in eo quòd de tempore renunciationis Francischina habebat scientiam legati, tam ex propria confessione, quàm quia testamento fuerat præsens. Quæ omnia in nostro casu deficiunt, cùm nec in promissione de renunciando facta à marito adsint verba ita generalia, quin restricta tantummodo ad hæreditatem D. Archiepiscopi, & D. Ioannæ Mariæ, & ad bona paterna.

Vlteriùs, quia quamuis de scientia legati ex D. Pulcheria possit præsumi, non tamen in marito, qui dictam promissionem fecit, ex supradictis. Et vtcumque sit, ad inducendam renunciationem tacitam & præsumptam, prout ex aduerso contenditur, necessaria erat in D. Pulcheria scientia promissionis de renunciando à marito factæ, de qua non constat, quin præsumitur ignorantia, ex supradictis: vnde nimirum si in casu Surdi, quo expressè de scientia Francischinæ constabat, aliter fuerit à Surdo consultum, &c.

R. P. D. S A C R A T O,
posteà S. R. E. Cardinali.

Viterbien. castrorum.

Lunæ 25. Iunij 1607.

A R G V M E N T V M.

Castri appellatione venit arx, possessioque anterior, etiam per horam præfertur posteriori, trahiturque non solùm ad rem, quæ principaliter possidetur, sed etiam ad omnia ea, quæ ab ea re separari non possunt.

S V M M A R I V M.

Clausula constituti *habet virtutem translatiuam possessionis in constitutarium*, *n.* 1.

Possessio anterior etiam per horam præferenda est possessioni posteriori, ibid. in fin.

Possessor lite pendente sua possessione priuari non debet, num. 2.

Castri *verbum importat idem, quod* arx, *n.* 3.

Singula singulis referenda sunt, n. 4. *in fin.*

Possessio alicuius rei principalis trahitur etiam ad possessionem eorum, quæ ab illa re separari non possunt, num. 5.

DECISIO CLXI.

1 CEnsuerunt Domini mandatum de manutenendo esse dandum Dominis Sanctacrucijs quoad separabilia ab arce Viani; quo verò ad ipsam arcem Viani, & non separabilia ab illa, esse dandum Excellentissimo Domino Virginio: facta tamen per illum obligatione de reficiendis meliotamentis, prout de iure. Et quantum ad primum caput moti sunt Domini Auditores, quia possessio Sanctacruciorum est anterior possessione B. Virginij; tum quia Camera Apostolica, quæ possidebat ista bona priùs cum dictis Sanctacrucijs, contraxit cedendo illis possessionem cum clausula *Constituti*, quæ habet virtutem translatiuam possessionis in constitutarium, Tiraquel. qui alios allegat, *in tract. de constit. par.* 2. *ampl.* 1. *n.* 2. tum quia ijdem de Sanctacruce priores fuerunt in apprehendendo actualem possessionem; vnde sunt manutenendi, etiamsi talis apprehensio fuisset anterior per horam tantùm, vt latè fuit dictum in Romana Capellaniæ coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis.* 19. *par.* 2.

2 Neque quoad prædicta potest in aliquo obstare prætentio Domini Virginij super arce; nam aut se fundat in anteriori possessione Virginij senioris auctoris sui, & cùm adhuc minimè sit firmatum in Rota, an venerit casus deuolutionis feudi ad fauorem D. Virginij pendente lite, non debent Sanctacrucij priuari possessione, quam habent, §. *retinendæ*, *Instit. de interd.* cum vulg. aut se fundat in annexione, & connexione ad arcem, in cuius possessione reperitur, vt mox dicetur, & cùm quæstio sit de separabilibus, cessat obiectum ex facto.

Quo vero ad ipsam arcem, & non separabilia ab illa, 3
ideo fuit dictum esse dandum mandatum de manutenendo Domino Virginio, quia non est dubium possessionem huius arcis mortuo Honofrio vltimo illius possessore fuisse penes ipsam Cameram, & istam arcem minimè contentam fuisse, imò expressè reseruatam in cessione facta per Cameram Sanctacrucijs existimabant Domini ex illis verbis, ibi, *Nella presente compositione non s'intendano compresi anzi esclusi, & eccettuati li Castelli di Viano*, &c. sub illo enim verbo *Castri* existimabant Domini ex natura rei venire ipsam arcem, ne scilicet castrum & iurisdictio sit penes vnum, & fortalitium factum pro tuitione eiusdem castri ab inimicis, & conseruatione iurisdictionis inter ipsos subditos sit penes alium, quod comprobatur ex eo quòd D. Virginius, cui Summus Pontifex in eodem chirographo facto Sanctacrucijs protestatur nolle præiudicare, fundat intentionem suam super donatione Virginij senioris, in qua fit mentio de arce Viani, & Congregatio Cardinalium deputata à Sanctissimo iam retulerat iura Domini Virginij super dicta donatione præualere iuribus Sanctacruciorum, ideo ipsum esse præferendum in compositione cum Camera, qua relatione stante multum verisimile videbatur, quòd Papa & eius Camera inhærendo donationi Virginij senioris, in qua fit mentio arcis Viani, & super qua existimabat præualere iura D. Virginij, voluerit potius cedere possessionem arcis Domino Virginio, quàm DD. Sanctacrucijs, quod etiam fit manifestum ex tenore cessionis factæ per Cameram D. Virginio, in qua fit expressa mentio arcis Viani.

Non obstat quòd in cessione facta Sanctacrucijs, quæ 4
est prior cessione facta Domino Virginio, expressis verbis dicatur, *la fabrica della Rocca di Viano con suoi miglioramenti*, *Cortili*, *granari*, *horti*, &c. vnde infertur Sanctacrucios tamquam priores in cessione, ac etiam in apprehensione possessionis esse manutenendos, quia Domini intelligunt illa verba, prout de iure, & secundùm verisimilem mentem disponentis, & ne contrarietur ex pòst gestis cum Domino Virginio, & Camera videatur voluisse cedere insolidum eandem rem duobus: vnde interpretantur Domini illa verba, *la fabrica*, prout quoad proprietatem Camera voluerit cedere fabricam, & omnia melioramenta Sanctacrucijs, tamquam habentibus causam ab intestatis, qui dicta meliotamenta fecerunt, & quibus siue sint separabilia, siue inseparabilia quoad proprietatem debentur, iuxta terminos textus *in* §. *si vasallus*, *sub tit. hic finitur lex*; quo verò ad possessionem, quòd Camera non intellexerit cedere ipsam arcem, vel melioramenta, quæ ab illa minimè sunt separabilia, & verba cessionis satis ampla quoad possessionem intelligunt singula singulis congruè referendo, iuxta notat. per Ruin. *cons.* 3. *n.* 10. *vol.* 2. & per Paris. *cons.* 110. *n.* 15. *vol.* 3.

Firmatio quòd possessio arcis spectat ad D. Virginium, 5
resultare visum fuit, quòd & ad illum spectet possessio eorum, quæ ab arce separari non possunt, per text. *in l. si duo*, §. *sed si supra*, *ff. vti possid.* & faciunt vulgares regulæ, quòd connexorum idem esse debet iudicium, de quo per Anchar. *cons.* 160. *per tot.* & D. de Castr. *cons.* 110. *n.* 3. *cum plurib. seqq. vol.* 2.

R. P. D. M A R Q V E M O N T I O,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana 30000.

Lunæ 25. Iunij 1607.

A R G V M E N T V M.

Creditores status Ecclesiastici non habent aliquam prælationem quoad creditores exteros in bonis debitoris, existentibus intra statum Ecclesiasticum, sed quilibet creditor iuxta suam prioritatem debet satisfieri.

S V M M A R I V M.

Officialium nomina debent poni in negotijs arduis vniuersitatis, n. 1. *vbi declaratur id procedere in alienatione, seu subiectione.*

Rescripta debent intelligi secundùm postulata, ita vt correspondeant omnibus in supplicatione petitis, n. 5.

Cre-

Creditor quilibet habet generaliter bona debitoris obligata, num.3.

Creditor de cuius pecunijs debitor rem acquisiuit, in illa re præfertur alijs, ibid.

Leges prospiciunt futuris, non autem præteritis negotijs, num.4.

DECISIO CLXII.

EMerant Domini Mathæi à Comite Alexandro Vrsino castrum Mompei in Sabinis, cum pacto de illud retrouendendo vsque ad certum, & constitutum tempus; quod cùm instaret idem Comes Alexander de anno 1595. mutua accepit scuta 30000. à Monte pietatis Florentiæ, ad effectum redimendi dictum castrum Mompei, & non aliter, nec in aliam causam, atque pro restitutione illius summæ obligauit se in forma Cameræ sub hypotheca omnium bonorum suorum, & in specie castrorum Pitiliani, Sorani, Fiani, & Mompei, cum clausula quòd per generalitatem non censeretur derogatum specialitati, nec è contra sequuta retroemptione Mompei cum expressione, quòd fiebat de pecunijs mutuò datis per Montem: atque elapsis aliquot annis cum DD. Vrsini illa scuta 30000. non restituerent, demum citato D. Bertoldo vti hærede D. Alexandri, Mons obtinuit ab A. C. mandatum pro illa summa, in cuius mandati exequutionem procurauit sequestrari pecunias in manibus D. Marcelli Melchioris, qui tunc emisse dicebatur à D. Bertoldo dictum castrum Mompei, licèt postea illa emptio non habuerit effectum.

Verùm rebus sic stantibus coram A. C. per acta tamen alterius Notarij petierunt alij creditores eorundem DD. de Vrsinis sibi consignari pretium dicti castri, eo colore quòd in pretio castri existentis in statu Ecclesiastico ipsi vti dicti status incolæ præferri deberent Monti, & alijs creditoribus exteris, atque iuxta illorum creditorum petitionem A. C. decreuit nisi infra quindecim.

Ab isto decreto Mons appellauit, & tota serie facti in precibus exposita supplicauit committi causam, & causas cum potestate prædictos creditores omnesque alios citandi, & cum clausula, vt Iudex quicquid exequendum fuerit in primis, & ante omnia exequatur. Huius commissionis mihi directæ vigore, cùm Mons peteret exequutionem prædicti mandati ad eius fauorem relaxati per A. C. pro scutis 30000. dubitaui an esset locus exequutioni? Et causa iterùm proposita Domini vno consensu responderunt affirmatiuè. Constat enim de credito Montis, & de obligatione Comitis Alexandri per publicum instrumentum, quod facit plenam probationem, sicuti & constat quòd D. Bertoldus, contra quem est relaxatum mandatum, adiuit hæreditatem dicti Comitis Alexandri, à quo in testamento hæres scriptus fuerat.

1 Non obstat, quòd in mandato, cuius vigore pro Monte fuit cœptum iudicium, non sint descripta nomina Officialium Montis, prout in arduis requiri videtur, vt de communi Rolan. *cons.90. n.55. lib.1.* quia vltra quòd hoc forsan procedit quando agitur de alienatione, vel subiectione, vt per Alex. qui de communi, *cons.1.n.3.lib.4.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. rubr.27. casu 9.* hoc casu simul ac de illo defectu fuit oppositum, fuit suppletus per aliud mandatum in actis A. C. ante mandati relaxationem exhibiti, in quo nomina Officialium descripta sunt.

Non obstat, quòd soluta fuerint Monti scuta 10000. nam ex ipso instrumento mutui, & ex alijs deductis per informantes pro Monte, apparet Montem fuisse creditorem Comiti Alexandri in multis alijs summis, vltra illa scuta 30000. atque dicta solutio scutorum 10000. nedum facta, non est expressè in extinctionem dicti mutui, verùm etiam cantant, *A conto di quello deue detto Sig. Conte Alessandro al Monte, & in disgrauio di quanto è securtà il Sig. Camillo Bonsi.* In instrumento autem mutui non legitur fideiussio Bonsi ad fauorem Montis.

2 Non obstat, quòd prætenditur clausulam *si quid exequendum*, esse appositam in commissione Rotali, non ad fauorem Montis appellantis, sed ad fauorem status Ecclesiastici creditorum. Nam fuit responsum, quòd illa clausula non est posita ad limitandum Montis appellationem, & præcipiendo quòd Iudex in primis exequatur, quia cùm ad fauorem creditorum non adesset obligatio Cameralis, aut quod aliud impediens appellationem, non est dubium quòd Monti competebat appellatio à decreto A. C. sed fuit posita inter clausulas facultatiuas ad petitionem Montis, qui est orator, & qui narrauit obtinuisse mandatum, cuius exequendi facultatem prout de iure commisit signatura, & rescripta quippe intelligenda sunt secundùm postulata, Corn. *cons.323. n.2. lib.4.* ita vt correspondeant omnibus in supplicatione petitis, Bising. *decis.2. n.5. in fin.*

Non obstat, quòd obligatio Cameralis fuerit vulnerata per dictum decretum ad fauorem creditorum. Nam fuit responsum, quòd A. C. non pronunciauit mandatum ad fauorem Montis non esse exequendum, sed tantùm esse præferendos creditores status Ecclesiastici, quod non vulnerauit obligationem Cameralem. Nec subsistit, quòd ista obligatio Cameralis non fuerit extensa. Nam in actis A.C. legitur decretum de illam extendendo, & pars fuit citata ad videndum illam extendi.

Non obstat prætensio dd. status Ecclesiastici creditorum. Nam cùm generaliter bona debitoris cuicumque creditori obligata sint, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* non videtur iure probari ista distinctio creditorum forensium & subditorum, eoque minus hoc casu admittenda est, stante quòd castrum Mompei fuit redemptum de pecunijs Montis, *Auth. quo iure, ibique glos. in verb. personalis, C. qui pot. in pig. hab.* facit text. *in l. quod quis, ibique glos. in verbo ob nauim, ff. de priuil. cred.* Bart. *in l. interdum, n.5. ff. qui pot. in pign. hab.* Gayl. *obser.12. num.13. lib.2.* 3

Non obstat Bulla fel. record. Sixti V. prohibens alienationes fieri in non subditos, quia Mons non petit castrum Mompei sibi adiudicari, vel dari in solutum: sed quòd sibi satisfaciat in pecunia, seu ex pretio dicti castri; vel alterius rei subhastandæ, & deliberandæ personæ non prohibitæ acquirere.

Non obstat etiam Bulla fel. record. Clementis VIII. quæ prohibet, ne bona stabilia ad fauorem forensium obligari, seu hypothecari possint. Nam data illius est prid.9. Iulij 1601. obligatio autem ad fauorem Montis per 7. annos antè, & clarum est leges prospicere futuris negotijs. 4

Non obstat, quòd Mons possit exequi aduersùs castra Pitiliani, & Sorani. Nam stante clausula prædicta, *ne specialitas generalitati*, &c. electio remanet penes creditorem, Put. *decis.30. lib.1.* Pedemontan. *decis.158. n.7.* latè Rolan. *cons.136. n.8. lib.4.*

Non obstat prætensio D. Cosmi, quòd Mons non possit exequi mandatum contra castrum Mompei, quod ipse tanquam fundum dotalem suæ matris possidet pro tertia parte. Nam quicquid sit de dote, & de possessione, alij duo fratres, videlicet Ioan. Antonius, & Bertoldus, consentiunt exequutioni faciendæ, & sicuti in illius progressu æquum erit, vt ratio habeatur dictæ tertiæ partis ad dictum Cosmum spectantes, ita eo prætextu, non debet in totum retardari. Vltra quòd ista omnia deducta per D. Cosmum, & per creditores sunt extra dubium, quo simpliciter quæritur, an sit exequendum, non autem vbi exequendum, seu super quibus bonis.

Et ex his, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

dinde S. R. E. Cardinali.

Romana argentorum.

Mercurij 27. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Vxor ad mariti fauorem fideiubere non potest, præsertim si releuatorem non habeat.

SVMMARIVM.

Mulieris contractus vigore statuti vrbis nullus, & inualidus est, quando in eo ipsa mulier læsa fuit, n.1.

Fideiussio de sui natura læsionem in se continet, ibid.

Mulier de iure communi fideiubere non potest, ibid. & n.2.

Vbi præsertim ad fauorem mariti releuatorem non habens.

DECISIO CLXIII.

REsolutum fuit Marchionissam ad aliquod non teneri, imò eius obligationem esse nullam ex dispositione 1

statuti Vrbis *lib.* 1. *c.* 151. quod habet locum in omnibus contractibus, in quibus minor, vel mulier lædi possunt, Pur. *decis.* 162. *num.* 2. *lib.* 1. Crescen. *decis.* 3. *de const.* fuit dictum in Tiburtina castri Sambucij 22. Februarij 1579. coram fel. recor. Clemente VIII. & in pluribus alijs relatis in illa Romana releuationis indemnitatis coram R.P.D. Ortembergo 22. Martij 1602. fideiussio autem non solùm est contractus de sui natura læsiuus, *l.* 1. *C. de fil. fam. minor. l. ait prætor.* §. 1. *ff. de minor.* benè Soc. iun. *cons.* 47. *num.* 7. *& seq. lib.* 4. qui refert dictum Chilonis Lacedæmonis, vnius ex septem Græciæ sapientibus, quòd fideiussioni non deest iactura, sed etiam est in muliere à iure improbatus, *l.* 1. *& tot. tit. ff. & C. ad Sen. Cons. Velleian.* & magis ad fauorem mariti, *authen. si qua mulier. C. ad Velleian.* hoc enim dicta specialis ratio, quia præsumitur à marito seducta, vt per Bald. *cons.* 5. *n.* 1. *lib.* 5. In ista enim fideiussione licèt interuenerint solemnia, tamen non interuenit causa, quam non solùm requirit statutum, sed etiam plenam eius cognitionem. Non enim potest deseruire pro causa fideiubere pro marito, cùm hoc iura abhorreant.

2 Nec etiam decretum iudicis, quòd argenta marito restituerentur, facta obligatione per vxorem, quia non astringebat vxorem ad se obligandam, imò illam non afficiebat, nec facit quòd astringeret Marchionem maritum, quia vltra quòd nec etiam illum arctabat, quia saltem potuisset alium fideiussorem præstare, cùm à statuto requisita debet respicere personam mulieris, non autem personam eius cum quo, vel pro quo contrahit. Vlteriùs causa debet esse talis, quæ respiciat vtilitatem mulieris, vel saltem non tendat in eius præiudicium, & propterea debet approbari à consanguineis interuenientibus, & à iudice. Imò consanguinei debent iurare, quòd mulieri non præiudicet nedum causa, sed ipsamet obligatio. Hic autem non solùm est præiudicialis causa, quia restitutio argentorum, quæ erat facienda marito dilapidanti, resultabat in damnum, & propterea magis intererat quòd non peruenirent ad eius manus, sed conseruarentur pro filijs, post mortem Marchionis debebantur. Sed etiam ipsa fideiussio, cùm non possit in bonis mariti reperire releuationem, siue consideremus tempus obligationis, siue tempus solutionis, vt per Thesaur. *decis.* 223. *num.* 11. Non obstant decisiones ex Aduocato allegatæ, quia in illis non concurrebat defectus, seu vitium causæ, nec fideiubebatur pro marito dilapidaturo, & qui, vbi opus fuisset, non potuisset indemnem habere vxorem ab obligatione pro ipsa præstita.

Non obstat, quòd fideiussio sit contractus de sui natura destinatus ad commodum alterius, quia non propterea debet tolerari, vt resultet in apertam perniciem fideiubentis, prout fit quando fideiubetur spe releuationis obtinendæ, & licèt in fideiubente non possit considerari vtilitas, quod tamen non est absolutè verum, debet tamen abesse illa læsio, quòd non possit immunis conseruari.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. de Gargantibus.

Mercurij 27. Iunij 1607.

ARGVMENTVM.

Filius præsumitur mariti, & non adulteri, etiamsi concurrant aliquæ coniecturæ in contrarium, nisi tamen mulier fuerit retenta in schemate concubinatus, & ad eam marito non patuerit accessus.

SVMMARIVM.

Filius præsumitur mariti, & non adulteri, etiamsi probetur de eo tempore accessus adulteri, num. 1. *&* 3. *vbi nisi adulter illam in schemate concubinatus retineret, ita vt esset impeditus marito accessus.*

Aduerte dictam præsumptionem, esse præsumptionem iuris, & contra eam admitti probationem in contrarium, vtpotè quando allegatur absentia mariti, n. 2. *&* 4. *vbi quod talis absentia est plenè, & concludenter probanda.*

Filius censetur conceptus nono, vel septimo mense ante partum, n. 5.

Dictio in circa denotat tempus incertum, saltem per sex menses, n. 6.

Filius præsumitur mariti, & non adulteri, etiamsi concurrant coniecturæ similitudinis nominationis, tractatus, Baptismi, de assertionis matris, n. 7. *vbi ac etiam n.* 8. *omnes dictæ coniecturæ particulariter reprobantur.*

Filiationis fama vt probetur per testes, quomodo testes debeant deponere, n. 9.

Filiatio vbi agitur petitorio, est concludentiùs probanda, quàm vbi agitur possessorio, & ad alimenta, n. 8.

Spurius de iure ciuili in hæreditate patris, nihil obtinere potest, de æquitate autem Canonica sola alimenta, n. 9.

Legitimatio obtenta absque consensu patris non suffragatur, ibid.

DECISIO CLXIV.

CVm hæreditatem Herculis, qui de anno 1595. nullo condito testamento diem erat functus, adiuissent germani eius fratres, essentque bonorum possessionem adepti, fuit illis excitata controuersia per Lucretiam, eo colore, quòd ex amplexibus Herculis ipsa de anno 1594. effecta fuisset mater cuiusdam filiæ, cui Gentilis nomen fuit inditum, quæque legitimata à Comitibus Palatinis extitisset dicto Herculi suo patri hæres, & paulò pòst defuncta transmisisset dictam hæreditatem ad Lucretiam suam matrem. Causa in Rota commissa, & dato dubio, an constet quondam Gentilem fuisse filium q. Herculis, & Lucretiæ in casu, & ad effectum de quo agitur, fuit vtraque parte informante negatiuè responsum.

Certum est enim quòd Lucretia de annis 1593. & 1594. 1
habebat maritum Ioan. Baptistam, atque idcircò locus est præsumptioni, quòd Gentilis fuerit filia dicti Ioan. Baptistæ, *l. nam ciuium, & l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. quia semper, ff. de in ius vocan. l. si vicinis, C. de nupt.* etiamsi eo tempore probetur copula, & adulterium Lucretiæ cum Hercule, *l. miles,* §. *defuncto, ff. ad l. Iul. de adult. l. Titia, ff. de Carb. edict.* Cyn. *in d. l. si vicinis,* ibique Alber. *n.* 3. Abb. *in c. per tuas, in* 3. *notab. de probat.* Alex. *cons.* 88. *num.* 8. *lib.* 7. & innumeros referunt Gabr. *conclus.* 14. *de præsumptionib.* Menoch. *de arbitrar. cas.* 89. *num.* 20. *& præsumpt.* 53. *n.* 2. *lib.* 6. Decian. *respon.* 1. *n.* 73. *vol.* 3.

Et licèt ista præsumptio sit iuris tantùm, vt esse verio- 2
rem opinionem dixit Rota coram Achil. *decis.* 1. *qui fil. sint legit.* & deinde in causa Firmana iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram Illustrissimo Domino Cardinali Pamphilio, quamuis plurimi Doctores fuerint in alia sententia, vt patet ex congestis per Petr. *de prohib. alien. fideicom. q.* 11. *n.* 354. *&* 382. & hoc casu cesset omnis difficultas, ex quo de tempore, quo Gentilis fuit concepta, allegatur absentia mariti, quæ proculdubio admittitur aduersùs istam iuris præsumptionem, *d. l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l.* 1. §. *idem Iulianus, ff. de agnosc. liber. l.* 3. §. *si mater. ff. de Carbo. edict.* Abb. *in d. c. per tuas, num.* 3. & ibi Felin. Dec. & alij *de probat.* Achil. *d. decis.* 1. Moliedan. *decis.* 1. *eodem tit.* Alex. *cons.* 78. *n.* 7. *lib.* 7. Paris. *cons.* 29. *lib.* 2. Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. §. 3. *n.* 8. Gozad. *cons.* 13. *n.* 45. Decian. *dicto respons.* 1. *n.* 98. 99. *&* 127. & dixit Rota in dicta Firmana iurispatronatus 13. Iunij 1600. coram R.P.D. meo Coccino.

Tamen cùm Lucretia non fuerit retenta in domo Her- 3
culis adulteri, sed vt plurimum, in ædibus in quibus etiam Ioan. Baptista morabatur, ibique illam conueniret Hercules, & per consequens nec illa in schemate concubinatus viueret, nec esset impeditus marito accessus ad illam, legis præsumptio est hoc casu firmissima, vt ex plurimorum sententia refert Menoch. *dict. præsumpt.* 53. *n.* 4. *lib.* 6. & faciunt tradita per Surd. *cons.* 1. *n.* 54. *& seqq. lib.* 1. & debilior Lucretiæ prætensio cùm ipsa facilè potuerit confringere, se Gentilem de Hercule suscepisse, Bald. *cons.* 129. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 157. *n.* 2. *lib.* 5. Alex. *cons.* 157. *n.* 2. *lib.* 5.

Et propterea tantò magis absentia mariti de tem- 4
pore, quo Gentilis potuit concipi, plenè & concludenter probanda est, præsertim ab actrice, cuius intentionis ista absentia est fundamentum, Grat. *cons.* 158. *n.* 3. Alex. *cons.* 157. *num.* 2. *lib.* 5. Paleott. *de noth. & spur. cap.* 24. *num.* 2. Couar. *d. num.* 8. *in princ.* Petr. *vbi suprà*, *num.* 357. Bero. *cons.* 167. *num.* 10. *vol.* 2.

Paris.

Paris. qui testatur de communi, *cons.64. num.6. lib.3.* Ruin. *cons.53. num.5. lib.5.* & allegata decis. in causa Bononien. de Bucchis coram sanct. me. Clem.VIII. 23. Iunij 1578.

5 Hic autem non adest talis probatio, quia testes non coarctant præcisè absentiam Ioan. Baptistæ ad tempus quo Gentilis potuit concipi, quod ex regulis iuris esse potuit à mense Februarij vsque ad mensem Maij, cùm ipsa in principio Nouembris partum ediderit, *l. septimo mense, ff. de stat. hom. l.3. §. vlt. ff. de suis, & legit. l. Gallus, in princ. de liber. & posth. authentic. de fideicom. hered. & ea qua tt. mens. parit.*

6 Primus enim, & secundus loquuntur expressè de tempore natiuitatis 9. & 11. nihil omnino firmant, & deponunt cum dictione *incirca*, quæ denotat tempus incertum, saltem per sex menses, Alex. *cons.29. num.12. & cons.82. in fin. vol.7.* & Guidopap. *decis.290. & sing.436.* Rebuff. *in prax. tit. de dispens. rat. ætat. in ver. seu circa, & in tract. de nomin. quæst.11. in fin.* vlteriùs non probat, quia eius depositio non est de actis. Quintus, qui solus vrgere videtur, deponit etiam ipse per verbum *incirca*, nec omnino satisfacit circa cognomen Ioan. Baptistæ.

7 Nec verò à supradicta præsumptione hoc casu recedendum est, coniecturis deductis à similitudine, nominatione, tractatu, & Baptismo, vt per Doctores citatos per Surd. *decis.83. num.21.* & tenuit Rota in allegatis decisionibus coram Achil. & D. Coccino. Nam quòd Gentilis effigie Herculem exprimeret, vltra quod deponit vnus tantùm testis, hanc in specie coniecturam reijcimur in his terminis Curt. ion. *cons. 31. num 34.* Alciat. *reg.3. præsumpt.38. num.7.* Gabr. *dicta conclus.14. num.7.* Petr. *vbi supra, n.459.* ibique de communi. Sicut & aliam de assertione matris. Barbat. *cons.58. sub num.2.* Curt. *d. cons.31. sub num.3.* Capr. *cons.2. sub num.1.* Paleott. *d. cap.24. n.6.* Menoch. *d. cas.89. n.27.* & est text. *in l. penalt. aliàs fin. §. mulier grauida de probat.*

8 Item aliam de nominatione & tractatu adulteri, maximè in tertij præiudicium, vt hoc casu Petr. *vbi suprà, num.391.* Grat. *cons.140. num.44. vol.1. & d. cons.158. num.7. lib.2.* Ias. *cons.106. num.3. vol.1.* Petr. Duen. *reg. 341. in prima ampliat.* Natt. *cons.473. n.24.* & text. *in l. neque professio, C. de testam. in l. non epistolis, C. de probat.* & accedit hoc casu quòd tractatus per modicum tempus durauit, cùm Hercules decesserit septimo mense post natam Gentilem, Dec. *cons.64. num.20. & 21.* Præterea istæ coniecturæ probantur per testes singulares, vel de auditu, & descriptio in libro Baptismali redditur multùm turbida ex depositione parochi, qui in eius dicto parum constans fuisse videtur, & hæc omnia facile potuerunt procedere ex credulitate ipsius Herculis, vt dicitur in d. decis. Achill.

9 Non obstat fama, & communis reputatio filiationis, quia & illa aderat in illis decisionibus, & aliæ vrgentissimæ coniecturæ, quæ hic deficiunt, sed nec talis fama probata est, cùm in dictis testium non adsint requisita ad illam probandam, de quibus in his terminis Ruin. *cons.52. num.7. lib.5.* Gozad. *cons.13. num.29.* latè Petr. *vbi suprà, n.376.* Atque hæc eo magis procedunt, quia agitur de graui præiudicio, nempe de auocanda hæreditate à consanguineis possessoribus, quo casu certum est requiri concludentiores probationes, quàm si de alimentis & de filiatione in possessorio ageretur, Bald. *cons.180. n.3. lib.3.* Castren. *cons.434. in princ. lib.1.* Alciat. *suprà dicta præsumpt.38. num.6. & 8.* Couar. *d. §.3. num.6.* & facit *dicta decis.1.* Achill. *n.6.*

Denique in omnem euentum non potest constare de filiatione ad effectum successionis, cùm Gentilis fuerit spuria, quæ in bonis paternis nihil de rigore iuris ciuilis prætendere potuisset, *auth. ex complexu, C. de nat. lib.* & de æquitate Canonica sola alimenta, *c. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult.* Nec iuuat legitimatio, vtpote obtenta absque Herculis mandato, & post illius mortem, Anchar. *cons.241. num.1.* Dec. *cons.338. n.9.* &c.

R. P. D. SCOTTO,

Tirasonen. Canonicatus.

Luna 12. Nouembris 1607.

ARGVMENTVM.

Exequutio litterarum Apostolicarum, data earum iustificatione, retardari non potest, etiam quòd causa sit commissa cum clausula, *Arbitrio Rotæ.*

SVMMARIVM.

Exequutio litterarum Apostolicarum, data earum iustificatione, retardari non debet, n.1. in fine.

Vacatio beneficij probatur per confessionem partis, n.2.

Clausula, Arbitrio Rotæ, *intelligitur, prout de iure, licèt aliquando aliquid de rigore iuris relaxet, & ex rationabili causa, ibid.*

Alternatiua intrat in beneficijs, quæ sunt ad liberam collationem Episcopi, secus si ad simultaneam, n.3.

DECISIO CLXV.

Sequuta sententia Auditoris Cameræ super exequutione Breuis emanati nomine Cameræ super Canonicatu, de quo vt vacato in mense Octobris reseruato fuerat auctoritate Apostolica prouisus Alphonsus Frances, commissaque causa in Rota ad instantiam Hieronymi Ipensæ ab Ordinario alternatiua gauden. de dicto Canonicatu prouiso cum clausula, *parito Breui arbitrio Rotæ.* Dubitaui an intraret arbitrium? & Domini pro maiori parte dixerunt illud non intrare, ad effectum, vt esset supersedendum in dicti Breuis exequutione. Quia data iustificatione huiusmodi Breuium, eorum exequutio numquam retardatur, vt fuit dictum in Salamantina beneficij de Duenas 31. Ianuarij 1596. coram Reuerendissimo Pacen. & in Vicen. beneficij 22. Iunij 1598. coram bon. mem. Litta, & aliàs sæpiùs. 1

De iustificatione autem Domini non dubitabant, stante confessione Hieronymi, ex qua constabat de vacatione in dicto mense Octobris reseruato, cuius nulla maior detur probatio, *l. cum te, C. de transact. l. final. C. de non num. pecun.* Paris. *cons.75. n.12. lib.2.* & confitenti quandoque consequenter præiudicet, Ægid. *decis.603.* Cresc. *decis.15. de caus. possess. & propriet.* & vti propria non recipiebat aliquam limitationem à protestatione Hieronymi, iuxta *decis.3. de fid. instrum. in nou.* & hoc etiam Domini dixerunt procedere stante dicta clausula, *arbitrio*, tum quia intelligitur, prout de iure, Cæs. de Graff. *decis.8. num.2. de re iudic.* & fuit dictum in Eluen. beneficij 13. Nouembris 1602. coram R. P. D. meo Decano; tum quia, quatenus ex stylo Dominorum, quandoque aliquid relaxet de rigore iuris, procedit tamen à rationabili aliqua causa subsistendi, vt fuit dictum in Tarraconen. parochialis 4. Februarij 1604. coram bon. mem. Litta, & priùs in Iacen. parochialis 27. Iunij 1602. coram Illustrissimo Pamphilio. 2

Quam hoc in casu non adesse dicebant Domini, siquidem Informantes pro Hieronymo illam deducebant ab alternatiua Episcopi, cuius vigore prætendebant mensem Octobris non esse reseruatum, & consequenter cessare exequutionem Breuis, quæ tota fundatur in reseruatione, vt fuit dictum in Salamantina Canonicatus 30. Maij 1522. coram Coradino. Respondebatur enim per Dominos alternatiuam intrare in beneficijs, quæ sunt ad liberam collationem Episcopi: secus si ad simultaneam, qualis videbatur collatio huiusmodi Canonicatuum, tam ex dispositione iuris, iuxta decis. Cassad.22. *num.3. de preben.* quàm etiam ex dispositione particularis statuti dictæ Ecclesiæ. Nec ab hoc recedendum censuerunt sub prætextu variarum collationum datarum pro parte Hieronymi, quia earum effectum vel eneruare, vel valdè turbidum reddere debeant, ex collatione anni 1584. simultaneè facta, quæ fuerat data pro parte Alphonsi. Et hac ratione respondebatur ad decisiones per informantes pro Hieronymo adductas, vt vigore dictæ clausulæ *Arbitrio*, solitum esset Rotæ supersedere in huiusmodi exequutione, etiam vigore iurium informium, vt, scilicet, illæ procederent, vbi licèt in- 3

formia essent, tamen talia, ex quibus clarum, & apertum ius se opponentis exeqontioni possit detegi.

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Tuden. iurisdictionis.

Mercurij 28. Nouembris 1607.

A R G V M E N T V M.

Capitulum Sede vacante habet iurisdictionem syndicandi fiscalem Episcopi prædefuncti, & de iurisdictione Capituli Sede vacante plura notanda.

S V M M A R I V M.

Capitulum Sede vacante succedit Episcopo, in eius iurisdictione generaliter, & indistinctè, n.1.

Capitulum Sede vacante potest visitare, & procurationes recipere, ac etiam extra visitationem de delictis cognoscere contra certas personas, n.2. 3. & 4.

Syndicare officiales est actus iurisdictionis, n.3.

Capitulum Sede vacante potest syndicare fiscalem Episcopi prædefuncti, n.1. & omnib. seqq.

Capitulum Sede vacante succedit in iurisdictione Episcopi necessaria, non autem in voluntaria, n.5. vbi declaratur hac conclusio, & n.6.

D E C I S I O CLXVI.

1 CVm aliàs fuisset coram me propositum hoc idem dubium, an scilicet Capitulum possit Sede vacante syndicare fiscalem Episcopi prædefuncti, & fuisset pro parte moderni Episcopi data quædam declaratio sacræ Congregationis super interpret. Conc. Trid. Rota, quæ solet acqoiescere resolutionibus sacræ Congregationis, negatiuè respondit. Cæterum cùm fuerit repertum quòd illa non erat resolutio sacræ Coogregationis, sed quædam annotatio bonæ mem. Cardinalis Caraffæ, iterum proposui dubium, & Domini affirmatiuam sententiam amplexi fuerunt, moti ex illa iuris conclusione, quòd Capitulum Sede vacaore succedit Episcopo in iurisdictione, *c. cùm olim, de maiorit. & obed. cap.1. eod. tit. lib.6.* in vtrobique per Scriben. Federic. de Sen. *cons.16. num 2.* quæ conclusio procedit generaliter, & indistinctè, Abb. *d.c. cum olim, circ. fin. vers. posset tamen*, Butr. qui de communi, *ibid. n.15.* Paum. *in suo tract. de offic. cap. sede vacan. quæst.1. n.6. & q.2. 2. par. n.14.* Federic. de Sen. *cons.30. col.1. vers. è contra Capitulum*, & paulò infra ibi, *idem dicendum est*; facit decisio Rotæ 6. *num.2.* iunctis oppositon. de quibus ibidem, *num.1. de rer. permutat. in nou.*

2 Et hac ratione, nempe quia Capitulum succedit in iurisdictione, censuit Rota in causa Burgen. procurationum 10. Maij 1597. coram bon. mem. Otano, posse Capitulum Sede vacante visitare, & procurationes recipere, per doct. Archid. *in cap. si Episcopus, n.2. de suppl. neglig. Prælat. lib.6.* Collect. *in c. cum olim. n.3. de maioru. & obed.* cum alijs tunc allegatis; ac etiam de delictis extra visitationes contra certas personas inquirere, per doctr. Bonifac. *in Clem.1. n.177. de hæretic.* super quo etiam regulam generalem constituit Federic. de Sen. *d. cons.16. n.1. in fin.* vbi dicit, quòd in puniendis criminibus, & excessibus, & reformandis moribus Capitulum id potest Sede vacante, quod potest Episcopus.

3 Ex prædictis videtur fundata intentio Capituli; cùm enim syndicare sit actus iurisdictionis, Paris. de Put. *tract. de syndic. rubr. de offic. syndic. §. iudices ad syndicatum, num.9.* & in illo procedatur tam ex officio, quam ad instantiam partis, vt per eundem *d. rubr. §. proceditur autem*, eo ipso quòd Capitulum succedit Episcopo in iurisdictionalibus, & potest de delictis in genere, & in specie inquirere, vt suprà firmatum est; sequitur quòd hoc etiam munus syndicandi possit exercere.

4 Non obstat glos. *in Clement. 1. §. sanè, verbo Capituli, de hæret.* quia illa glos. non figit pedes, sed recitat opiniones aliorum, inter quas Rot. in d. Burgen. procurationum elegit opinionem Archidiaconi, quæ ex prædictis videtur communis, & magis conformis regulis iuris, cùm visitare veniat in quandam consequentiam generalis iurisdictionis, quam habere Capitulum Sede vacante litè suprà firmatum est, & tendit etiam in vtilitatem Ecclesiæ, ne scilicet delicta fiscalium remaneant impunita, vel etiam ob diuturniorem expectationem subditorum, qui mediante syndicatu aliquid malè ablatum recuperare intendunt, remaneant in damno, vt benè ad propositum Feder. de Sen. *d. cons.30. n.2. vers. & ea quæ pertinent*; vbi dicit in hoc consistere custodiam Ecclesiæ à iure demandatam Capitulo Sede vacante.

Non obstat, quòd Capitulum succedat tantùm in 5
iurisdictione necessaria, non voluntaria, glos. *d. c. Capitulum*, Felin. *in c. cùm olim, num.6. in fin. de maior. & obed.* quia, vt suprà dictum est, glos. nihil firmat, sed mouet quæstionem, & regula generalis est pro Capitaneo, ex suprà allegatis; vltra quòd punire excessus, & curare quòd vnicuique reddatur quod suum est, noo videtur voluntariæ, sed necessariæ iurisdictionis, tam ex parte agentis, quia hoc facit ex necessitate iuris, idem Felin. *in d. c. cum olim, n.4. in fin. vers. crederem*, vbi necessarium in proprio vocat illud, quod de iure debetur petenti; quàm ex parte patientis, quia correctio, & iudicium redditur in inuitum, *l. inter stipulantem, §. si Stichum, ff. de verb. oblig.*

Non obstat Concil. Trident. *sess.24. cap.3.* qoia proce- 6
dit vbi Capitulum habet ius visitaodi viuente Episcopo, quia non est casus, de quo agitur.

Non obstat, quòd si hoc esset, fiscalis redderetur ti- 7
midus io procedendo contra Canonicos, propter metum illorum, quia ista consideratio spectat ad conditorem legis, non ad iudicem, & nihilominus visa fuit Dominis satis leuis; tum quia Sedis vacatio non est de contingibilibus in quolibet fiscalatu, ita vt fiscalis per hoc incertissimom periculum sit destitutus à suo officio; tum quia fiscalis potest sibi verisimiliter persuadere, Capitulum non esse deputaturum in iudices sui syndicatus illos, qui aliàs instante fiscali fuissent correcti; quòd si deputaretur stante dicta legitima causa, haberet remedium illos allegandi suspectos, Paris. de Put. *d. tract. de syndic. §. suspicio, n.1. cum pluribus seqq.*

R. P. D. S A C R A T O,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de sancta Cruce.

Lunæ 3. Decembris 1607.

A R G V M E N T V M.

Obligatio quando dicatur facta ex falsa causa? An vero potius ex causa inepta, & quæ sit differentia inter vnam, & alteram causam, & de contractu minoris sine statutarijs solemnitatibus celebrato, quòd non conualidetur per expressionem causæ.

S V M M A R I V M.

Contractus initus ex falsa causa vitiatur, non sic ex causa inepta, n.1.

Obligatio facta ex falsa causa nihil valet, secus si facta fuerit ex causa inepta, n.1. & 2.

Causa obligationis quando dicatur falsa, & quando inepta, num.1.

Minoris iuramentum firmat illius obligationem, etiam sine causa factam, n.1. & 2. vbi de materia.

Iuramentum quando per errorem præstitum dicatur, numero 2.

Mulieris, seu minoris contractus sine statutarijs solemnitatibus celebratus non conualidatur per expressionem causæ, num. 3.

D E C I S I O CLXVII.

ITerùm proposui causam super eisdem, & Domini ste- 1
terunt in his decisis. Et quantum ad illud, super quo insistunt Informantes pro D. Laura, quòd causa in hoc contractu expressa, nempe quòd vinea Episcopi erat remansura inculta, propter illius absentiam, non possit dici falsa, hoc est, minus vera in facto, quo casu intrarent doctrinæ in decisionibus hactenus factis allegatæ, sed ad plus possit dici inepta, quæ ineptitudo non debet vitiare contractum iuratum, sicut falsitas causæ; nam quando causa, ob quam iurans mouetur, est falsa, hoc est, mi-

minimè vera in facto, deficit consensus, & inde corruit vis iuramenti: sed quando est inepta, non defuit consensus, quia sufficit quòd iurans factum intellexerit, & nihilominus ita voluerit, & consequenter si non deficit consensus, remanet vis iuramenti, quod validat contractum minoris, etiamsi sit factum sine causa, Put. *decis.* 245. *lib.* 3.

2 Ad hoc replicatur, quòd error iuramentis colligitur nedum ex eo, quòd causa per iurantem expressa sit minus vera in facto, verùm etiam ex eo, quòd sit inepta, ita vt iunctis alijs adminiculis manifestè apparet fuisse inconsideratè, & per errorem admissam, ad Put. *decis.* 220. *lib.* 3. in casu verò proposito ex tota facti serie apparere visum fuit iuramentum fuisse inconsideratè, & per errorem interpositum; nam fuit datum casale pro vinea in suburbijs Romæ, quæ vineæ solent magis deseruire ad oblectamentum, quàm ad fructum. Item fuit expressa causa, quæ tangebat vtilitatem maioris, non minoris causæ, quæ etiam apparet falsa in eo, quod dictum fuit, vineam fuisse remansuram incultam, propter absentiam Episcopi; nam neque Episcopus colebat manu propria vineam, ita vt per illius absentiam fuisset remansura inculta; neque ipse erat absuturus, cùm ex post semper remanserit in vrbe, & facit etiam, quia iuramentum non fuit præstitum à minore, sed ab impubere, in quo, dato etiam quòd procedat conclusio, quæ non caret contradictoribus, quòd illius iuramentum validet contractum, aliàs nullum; negari non potest, quin propter imbecilliorem ætatem facilius præsumatur error in impubere, quàm in pubere, licèt minore 25. annis, ex dictis in alijs decisionibus; vnde non obstat suprà allegata decisio Put. 245. quia ibi non apparebat de errore, prout hic.

Placebat etiam maiori parti Dominorum, & cæteri non contradicebant, motiuum ex statuto Vrbis, *cap.* 113. & 151. *lib.* 1. per doctr. Bart. *in l. omnes populi, num.* 24. *ff. de iust. & iur.* cum alijs per Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 83. *num.* 79. cui statuto non satisfit per expressionem causæ tangentis vtilitatem alterius, quàm minoris, siue mulieris contrahentis, vt fuit nouissimè dictum in causa Romana argentorum coram D. meo Ludouisio, &c.

Proposita fuit hæc causa sub 29. Ianuarij, & 3. Martij 1607. prima impressa est apud Pic. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. decis. 32. altera est suprà decis. 143.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Ierosolymitano.

Florentina fideicommissi.

Lunæ 3. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Plura adducuntur ad demonstrandum in casu decis. fuisse inductum perpetuum fideicommissum, ac fideicommissum reale, ita vt censeantur grauati omnes ad quos res peruenit, & an vocati sub nomine collectiuo debeant venire ordine successiuo per vulgarem, vel potiùs per fideicommissariam.

SVMMARIVM.

Fideicommissum perpetuum, & absolutum censetur per testatorem inductum, non solum in casum alienationis, sed etiam in casum mortis inter omnes descendentes, ex prohibitione alienationis cum ratione, quia voluit bona prohibita semper permanere in filios & descendentes ipsius, n. 1.

Substitutio facta de re certa per verba etiam, semper censetur fideicommissaria, non autem vulgaris, n. 2.

In fideicommisso rei particularis conditio expressè adiecta primæ substitutioni, censetur repetita in secunda, ibid.

Fideicommissum dicitur reale, & prohibitio alienationis realis, quando verba prohibitionis fuerunt directa in rem, non autem in personas, n. 3.

Fideicommissum reale efficit grauamen reale, & afficit omnes personas, & quoscumque possessores, ibid.

Descendentium nomen est collectiuum, comprehendens de sui natura omnes descendentes in infinitum, n. 4.

Ad fideicommissum ordinatum ad fauorem descendentium, omnes in perpetuum ordine successiuo per fideicommissarium vocati censentur, ibid.

Agnationis conseruationi testator prospexisse censetur, vbi vocauit descendentes cum qualitate masculinitatis, n. 5.

Fœminarum exclusio elicitur ex masculorum vocatione, num. 6.

Ratio vnica quando dispositioni assignari valet, illa tamquam vnica expressa censenda est, ibid.

Repetitio qualitatum positarum in prima oratione, non debet fieri in secunda, per copulam &, quando orationes sunt diuersæ, n. 7. *fallit vbi contrarium dicitur ex præsumpta disponentis voluntate, ibid. fallit secundò, quando copula &, stat continuatiuè, ibid.*

Copulatiua &, sæpissimè stat continuatiuè, ibid.

Fideicommissum perpetuum censetur à testatore ordinatum, quando testator voluit bona sua alienari prohibita fore subiecta fideicommisso, n. 8.

Dictio vt suprà, *est relatiua, & repetitiua eorum, quæ in præcedentibus expressa fuerunt, ibid.*

Verbum cuiusque *est distributiuum, ibid.*

Vocati vbi plures sunt sub nomine collectiuo, debent venire ordine successiuo per vulgarem, non autem per fideicommissariam, num. 9. *vbi tamen id limitatur, vt non procedat, quoties verba in substitutione tractum habent successiuum, seu perpetuitatem denotant.*

Participium respiciens verba generalia determinat verbum principale orationis, n. 10.

Verba transire, & peruenire, *non inducunt perseuerantiam, sed actum momentaneum, n.* 11. *vbi tamen firmatur, sed potiùs reprobantur id tenentes.*

Verba permanere, & peruenire, *de iure non differunt, ibid.*

Dictio seu propositio per actus, perfectionem de sui natura significat, ibid.

Prædilectus censetur, qui primò fuit vocatus, n. 12.

DECISIO CLXVIII.

Lata sententia Rotali confirmante illam de partibus, 1 & sic ad fauorem Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Deti, fuit ex aduerso appellatio illa interposita, & causa per Sanctissimum mihi commissa. Dubitaui an prædicta sententia veniret confirmanda? Et Domini affirmatiuam amplexi fuere, quia, prout partes fatentur, & ex testamento D. Guidi Reti, de quo agitur, clarè constat, testator instituit perpetuum simplex, & absolutum fideicommissum, tam in casu alienationis, quàm decedentiæ, ad fauorem filiorum & descendentium masculorum legitimorum, & naturalium ipsius testatoris de prædio controuerso, quod satis apparet ex prohibitione alienationis dicti prædij facta à testatore, ea ratione, quia illud voluit perpetuò esse, & permanere in filios & descendentes masculos legitimos, & naturales ipsius testatoris. Ex prædicta namque ratione prohibitioni alienationis adiecta censetur fideicommissum perpetuum & absolutum inductum inter omnes descendentes, etiam in casum mortis, vt tradunt Bart. & communiter Scribentes *in l. qui Romæ*, §. *coheredes, ff. de verb. oblig.* & pluribus relatis tradunt Couar. *in c. Raynaldus, de testam. in princ. n.* 9. & Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 16.

Sed quia post supradictam de filijs & descendentibus masculis testatoris substitutionem factam, deficiente testatoris linea masculina, voluit testator in secunda substitutione simpliciter bona prædicta transire & peruenire in descendentes masculos D. Thomæ patris ipsius, non adiecta dictione *perpetuò*, prout in prima substitutione adiecta fuerat: contendunt Domini de Philippis inter descendentes masculos Thomæ, nullum perpetuum fideicommissum adesse, sed illos vocatos fuisse per vulgarem, taliter quòd vno admisso, substitutiones quoad cæteros expirauerint: contrariam tamen sententiam Domini sunt amplexi, ex sequentibus.

Primò, quia huiusmodi fideicommissum fuit institu- 2 tum de isto vnico prædio, & sic de re certa, quo casu substitutiones quæcumque factæ per verba communia, prout sunt *transire*, & *peruenire*, quibus descendentes masculis Thomæ fuerunt vocati, censentur semper fideicommissariæ, non verò vulgares, iuxta doctrinam Bart. *in l. his verbis, num.* 2. *vers. in contrarium, ff. de hæred. instituen. & in l. Centurio, num.* 33. & ibi Rip. *num.* 93. *& num.* 153. *ff. de vulgar.* Bald. *cons.* 170. *in princ. & in vers. solutio lib.* 1. *per text. in l. cogi*, §. *& generaliter, ff. ad Trebell.* latè Castren. *cons.* 16. *n.* 3. *vers.* quia

quia fuit facta, lib.2. Corn. *cons.47.num.12.lib.1.* Bero. *cons.125.num.31.cum seq.lib.2.* Decian. *cons.41. num.78. & 80. lib.1.* vbi de communi; & reddit rationem, quia cùm non tractetur de institutione hæredis, & substitutio sit facta in re certa, remanentibus alijs portionibus hæredi scripto, prout est in nostro casu; tunc semper dicitur fideicommissaria, tum etiam quia tali casu, quo sumus, in fideicommisso rei certæ, conditio expresse adiecta primæ substitutioni, censetur repetita in secunda, vt post Bart. Bald. Ang. & Imol. *in l. sub conditione, ff. de hæred. instit.* tradunt illis relatis Corn. *in l.1. §. pro secundo, n.2. vers. ideo tertio dicas,* attestans de communi, *C. de caduc. tollen.* quam etiam sequitur, communem dicens, Dec. *cons.190. in fin. vers. tertio non obstat.*

3 Secundò quia licèt non essemus in fideicommisso rei certæ, sed vniuersali, nihilominus idem esset dicendum, cum testator tam in prima substitutione suorum descendentium, quàm in secunda descendentium Thomæ, fecerit reale fideicommissum, vt deprehenditur satis clarè ex prohibitione alienationis, & ex verbis institutionis huius fideicommissi, tam in prima, quam secunda substitutione relatis, quæ omnia non in personis, sed in prædium fuerunt directa, prout & fuere verba inferiùs posita, ibi, *quia voluit bona prædicta alienari prohibita, vt suprà fore subiecta fideicommisso,* &c. quo casu prohibitio alienationis dicitur realis, & fideicommissum reale, ex Bart. *in l. peto, §. fratre, num.2. vers. dic ergo de leg.2.* & ibi Cuman. *num.5. circa principium,* Castren. *in l. voluntas in fin. C. de fideicommiss.* Alex. *in l.1. num.88. de offic. eius,* Dec. *cons.88. in fin.* Alciat. *in l. filius familias, §. diui, n.48. de lega.1.* & ibi Crot. *num.43.* & Rip. *num.66.* & Ias. *in 2. lect. n.25.* idem Ias. *in d. l. voluntas, num.11.* Paris. *cons.22. num.49. lib.3.* Bec. *cons.24. num.24.* Petra *de fideicom. quæst.2. num.2.* & tale fideicommissum reale efficit grauamen reale, & afficit omnes personas, & quoscumque possessores, Bald. *in l. precibus, num.49.* & ibi Salicet. *C. de impuber. & alijs substit.* Paris. *cons.18. num.50. & cons.90. n.43. lib.2.* & plures, quos referunt Surd. *cons.315. num.20.* & Bec. *vbi suprà, num.28.* & Mandel. *cons.93. n.2. & cons.97. num.2.* & Decian. *cons.54. num.26. & cons.102. num.3. lib.2.*

4 Tertiò, quia substitutio ista de descendentibus masculis Thomæ fuit facta per nomen *descendentes,* collectiuum, & comprehendens de sui natura omnes descendentes in infinitum, *§.1. in auth. de hæred. ab intest. venient. l. fin. C. de suis & legitim.* & ex eo denotat perpetuitatem, & in fideicommisso ordinato ad descendentium fauorem, omnes in perpetuum, ordine successiuo per fideicommissariam vocati censentur, tradit Crot. *in repet. l. filius familias, §. diui, num.17. de lega.1.* Couar. *var. lib.2. cap.5. n.4. vers. secundum quod, & in cap. Raynutius, §.2. in fine, de testam.* Menoch. *cons.88. n.10. lib.1. & cons.277. n.3. lib.3.* Cephal. *cons.268. n.25. & seq. lib.2.* Petra *vbi suprà, quæst.8. num.38. & num.506. cum seq.* & de communi, & magis communi vltra relatos testantur Ioan. de Anan. *cons.46. num.1. & 2.* Ruin. *cons.164. n.3. lib.3.* Bero. *cons.102. n.25. & 34. lib.2.* Natt. *cons.531. num.25.* Rolan. *cons.70. num.20. & seq. lib.3.* Gabr. *cons.101. num.22. & seq. lib.2.* Marzar. *cons.1. num.13. & seq. & cons.40. num.6. & 9.* Decian. *cons.1. àn.245. vers. quintus & vltimus casus, & cons.41. n.66. & seq. lib.1.* Simon de Præt. *tract. de interpr. vltim. volun. lib.3. interpr.2. dub.6. solut.9. n.46.* Crass. *in §. fideicommissum, q.15. in fin. & quæst.16. n.3. & seq.*

5 Quæ magis procedunt in nostro casu, vbi descendentes cum qualitate masculinitatis vocantur, quæ qualitas demonstrat testatorem prospexisse agnationis conseruationi, Bald. *in cap.1. num.3. quemadm. feud. ad filiam pertin.* idem Bald. *in l. maximum vitium, num.2. C. de lib. præter.* Cyn. *in l.1. C. ad l. Iul. de adulter.* Paris. plures referens, *cons.8. n.9. cum seq. lib.3.* Ruin. *cons. 211. num.15. lib.2.* Molin. plures adducens, *vbi suprà, lib.1. cap.5. num.35.* Ceph. qui plures adducit, & de communi testatur, *cons.137. num.12.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.71. num.36. vers. declaratur secundò,* Decian. attestans de communi, *cons.31. num.96. & 99. lib.1.* quod fortius procedit data geminatione qualitatis masculinitatis, prout in nostro casu, ad trad. per Paris. *cons.90. n.15. & seq. & n.24. lib.2.* vnde censendum est fideicommissum inductum fuisse perpetuum inter descendentes masculos Thomæ sic vocatos, ex suprà adductis, aliàs, si primo descendente ex Thoma admisso, cæteri quasi vocati per vulgarem censerentur exclusi, frustrà testator desiderasset qualitatem masculinitatis in descendentibus Thomæ.

Vlteriùs quia ex prædicta masculorum vocatione 6
elicitur fœminarum exclusio, ad text. *in l. cum ita, ff. de condit. & demonstr. l. cum prætor. ff. de iudic.* docet Bart. *in l. cùm auus, n.4. ff. de condit. & demonstr.* quem refert & sequitur Bart. Socin *ibid. n.76.* qui testatur de communi, & à nemine hanc vidisse reprobatam, & quamplures eius sententiæ, & illam dicentes communem adducit Molin. *vbi suprà, lib.3. cap.5. num.30. cum seq. & num.37.* Vnde cùm propter descendentes masculos Thomæ, excluserit testator non solùm primum gradum fœminarum descendentiæ Thomæ, quin & proprias filias fœminas ipsius testatoris, non potest dari alia ratio, quare hoc fecerit, nisi quia conseruare voluerit, non solùm ipsius agnationem, sed etiam agnationem Thomæ, & quando vnica ratio dispositioni assignari valet, illa tamquam vnica expressa censenda est, vt notat Molin. *d. lib.3. cap.5. n.29. vers. ideoque.*

Quartò quia quamuis prima substitutio descendentium 7
testatoris, & secunda descendentium Thomæ contineantur sub diuersis orationibus, quo casu qualitates in prima oratione expressæ per copulatiuam & non censeantur repetitæ in secunda oratione, iuxta text. *in l. qui fundum, de contrahen. empt. Seia, §. Gaio,* & ibi Bart. *ff. de fund. instruct.* nihilominus contrarium est dicendum, quoties ex præsumpta disponentis voluntate talis repetitio facienda elicitur, prout docuit Bart. *in d. §. Gaio, num.2. vers. secundo casu,* sed sic est quòd prædicta testatoris tacita voluntas in nostro casu satis desumitur ex institutione fideicommissi realis, quin & in re certa, & ex vocatione descendentium, & ex alijs coniecturis infrà dicendis: tum etiam, quia etsi sint duæ orationes, sunt tamen continuatæ, & coniunctæ per illa verba, *& deficiente linea masculina testatoris,* &c. cùm ista copulatiua & sæpissimè fiet continuatiuè, vt not. Rebuff. *in l. coniunctionem 29. vers.7. de verb. signif.* per text. *in l. senatoris filius, ff. de senatoribus, & l. & quia, de iurisd. omn. iudic.* & tunc qualitates in prima oratione & substitutione expressæ, censentur repetitæ in secunda oratione & substitutione in illa contentæ, vt in terminis tradit Bald. *cons.17. lib.2.* & Anchar. *cons.361. num.2.* Crauet. *cons.208. n.6.* Curt. iun. *cons.70. n.1.* Menoch. *cons.106. num.291. cum seq.* Neuiz. *cons.72. n.14.* per text. *in l. fin. ibi, & coniuncta scriptura, &c. ff. de reb. dub.* Thesaur. *decis.200. n.10.*

Quintò quia testator post substitutiones suorum de- 8
scendentium masculorum, & descendentium Thomæ illius patris, paulo inferiùs adiecit alia verba, nempe, *quia voluit bona prædicta alienari prohibita, vt suprà, fore subiecta fideicommissa, nedum in casu alienationis, sed etiam descendentia cuiusque prædictorum,* &c. quibus verbis expressè declarauit velle relinquere perpetuum fideicommissum inter omnes supradictos descendentes masculos suiipsius & Thomæ, prout illa verba, *fore subiecta fideicommisso,* clarè denotant, iuxta doctrinam Bart. *in d. l. centurio, n.38. vers. item si testator dixit,* quam opinionem sequitur, & dicit communem Paris. *cons.30. n.9. & cons.82. num.13. lib.2.* & Port. *cons.55. n.88.* & Marzar. *in epit. fideicom. par.2. quæst.28.* Menoch. qui plures citat, *cons.434. n.1. lib.5. & præsumpt.68. num.2. lib.4.* & faciunt adducta à Couar. *var. lib.3. cap.5. num.2. & seq.* Præcipuè quia illa dictio *vt suprà,* est relatiua, & repetitiua eorum, quæ in præcedentibus expressa fuerunt, *l.1. §. ex hoc edicto, iuncto vers. deinde, ff. de postulan.* & ibi notatur Ruin. *cons.13. num.8. lib.1.* Dec. *cons.182. num.3. & cons.227. num.3.* & illa verba *cuiusque prædictorum,* amplectuntur omnes descendentes masculos tam testatoris, quàm Thomæ suprà in substitutionibus expressos, quin & distribuunt in singulos prædictorum descendentium, iuxt. Bart. *in l. hoc articulo, numero 3. ff. de hæred. instituend.* & fuit latè aliàs in ista causa ponderatum.

Quibus non obstat doctrina Cuman. *in l. cùm ita, § in* 9
fideicommisso, num. 4. de leg. 2. & in l. Gallus, §. quidam

rectè

rectè, ff. de liber. & posthumis, tenentis, quòd quando plures sub nomine collectiuo, veluti *descendentes*, simpliciter sunt vocati, debent venire ordine successiuo, per vulgarem, & non per fideicommissariam, quod etiam censuit Bart. *in d. §. quidam rectè, n.* 11. & ibi Ias. *nu.* 10. *&* 45. & Alciat. *num.* 10. & Castren. *cons.* 159. *num.* 4. *&* 5. *par.* 1. & Crauet. *cons.* 161. *nu.* 9. Iul. Clar. *recept. lib.* 3. *§. testamentum, qu.* 80. & plures huius sententiæ, & testantes de communi referunt Couar. *in d. cap. Raynutius*, §. 2. *num.* 6. *&* 7. Molin. *vbi supra*, *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 27. *vers.* 2. *ipsum*, & Surd. *decis.* 246. *num.* 18. quæ reperitur in fin. lib. 4. consiliorum, quia respondetur quòd quicquid sit de prędicta opinione, & licèt tanquam communis admittatur, nihilominus idem Cuman. in eisdem locis, illam declarat non procedere, quoties verba in prædictis substitutionibus tractum successiuum, seu perpetuitatem respiciunt, tunc enim vocatus non per vulgarem, sed per fideicommissariam in perpetuum ordine successiuo admittendos esse, docet idem Cuman. *vt suprà*, & idem censuit *in l. peto*, *§. fratre*, *numero* 5. *de leg.* 2. quam sententiam amplectitur Socin. *in d. §. quidam rectè*, *num.* 8. *vers. quartus casus*, & ibi Ias. *num.* 45. & Alciat. *num.* 35. *cum seq.* & Ruin. *cons.* 92. *numero* 1. *&* 8. *lib.* 2. & pro ista parte plures illam tenentes adducunt Couar. *vbi suprà d. §.* 2. *num.* 2. & Molin. *d. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 15. & Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *numer.* 11. vnde cùm ex supradictis clarè constet in huiusmodi substitutionibus testatorem tractum temporis successiuum perpetuitatem inter descendentes masculos tam ipsius, quàm Thomæ ipsius patris desiderasse, & quòd bona ista fideicommisso subiacerent, non videtur dubitandum quòd etiam iuxta doctrinam Cumani sint descendentes Thomæ ordine successiuo per fideicommissariam in infinitum vocati.

20 Minùs ostat, quòd ad exclusionem realis fideicommissi ex aduerso adducitur, nempe prohibitionem alienationis factam fuisse per participium *prohibens*, *& vetans*, positum in eadem oratione, qua Ludouicus fuerat institutus, & quòd quando participia respiciunt verba generalia, determinant verbum principale orationis, vnde in nostro casu participium *prohibens*, determinat verbum *instituit*, & sic restringit prohibitionem ad personam Ludouici instituti, iuxta Corn. *cons.* 60. *num.* 8. *lib.* 1. quia respondetur quòd quamuis istud participium regatur à verbo *instituit*, non respicit tamen prohibitionem omnium bonorum in vniuersali institutione Ludouici comprehensorum, sed tantùm prohibitionem istius prædij, & sic afficit omnes ad illud vocatos, nempe descendentes masculos testatoris, & Thomæ, vnde prohibitio non potest dici restricta ad solam personam Ludouici hæredis. Vlteriùs quia fideicommissi institutio non desumitur ex illis verbis, *prohibens testator*, &c. sed ex sequenti clausula, ibi, *& prædictam prohibitionem fecit testator, quia voluit bona prædicta perpetua esse, & permanere in filios & descendentes masculos ipsius testatoris*, *vbi non per participium proceditur, sed per nomen prohibitionis alienationis prædij cum redditione rationis (quia vult permanere perpetuo in descendentes*, &c.) Et sic prohibitio & fideicommissi institutio respiciunt prædium, & afficiunt omnes ad illud vocatos, ex quibus, & ex suprà in secundo fundamento adductis, necessariù est fatendum nos versari in fideicommisso reali.

21 Minùs obstat differentia verborum in prædictis substitutionibus ex aduerso ponderata, cùm in prima substitutione vsus fuerit testator verbo *permanere*, denotante perpetuitatem, in secunda verò verbi *transire*, & *peruenire*, non inducentibus perseuerantiam, sed actum momentaneum, vt de verbo *peruenire* tradit Menoch. *cons.* 376. *numer.* 53. *lib.* 4. allegans Alciat. *in l. cum ita*, *§. in fideicommisso*, *numer.* 14. *vers. qua ratione*, *de leg.* 2. quia respondetur in iure non esse differentiam inter *permanere*, & *peruenire*, vt docuit Vlpian. *in l. aliud* 71. ibi, *sicut peruenisse propriè illud dicitur quod est remansurum*, *ff. de verbor. signif.* vbi Rebuff. *in verb. §. sicut*, notat illud dici apud me peruenisse, quòd apud me permansurum est, quod & idem Vlp. sentit *in l. nomen* 164. *§. habere*, *eod. tit.* ibi, *habere sicut peruenire effectu accipiendum est*; ex quibus clarè patet *peruenire*, *& permanere*, idem importare, pręcipuè cùm illa propositio *per*, de sui natura significat actus perfectionem, & temporis continuationem, vt post Ioan. Andr. & alios quos refert, & sequitur, notat Rebuff. *in l. vrbana familia*, *§. pernoctare*, *vers. notandum est de verbor. signif.* vnde videtur testatorem per dictum verbum *peruenire*, in substitutione transuersalium appositum voluisse expressè dicta bona permanere cum effectu, & cum continuatione ex tractu temporis in descendentes masculos Thomæ; & Menoch. quatenus vult *in d. cons.* 376. verbum *peruenire*, importare actum momentaneum, non solùm loquitur sine lege, quin contra illam & Vlpiani responsum *in d. l. aliud*, & Alciat. à Menoch. adduct. *in d. §.* 1. fideicommisso nullatenus probat dictum Menochij, sed tantùm dicit quòd si testator iussit post mortem hæredis scripti hæreditatem deuenire ad propinquiorem generis sui, tali casu fideicommissum ad vlteriorem non extendi, sed non fundatur in verbo, *peruenire*, seu *deuenire*, sed in eo quòd vocatio fuit facta de proximiori, quòd est nomen vnius personæ, non autem collectiuum, vt apud eundem Alciat. ib d m legitur, & quamuis vltra verbum *peruenire*, adsit in secunda substitutione verbum *transire*, non obest, cùm voluerit testator illo significare sui voluntatem, nempe quòd deficiente linea masculina testatoris, de illa ad lineam Thomę bona transirent, & per istum transitum in illam peruenirent & permanerent, & sic vsus fuit vtroque verbo *transire*, *& peruenire*.

Vltimò nec diuersitas personarum obstare videtur, 12 cùm ex ea non possit argui ad diuersitatem rationis conseruandæ agnationis, licèt enim testator prædilexerit sui ipsius descendentes, eorumque agnationis conseruationem desiderauerit, non ex eo sequitur non dilexisse descendentes Thomæ illius patris, nec desiderasse illorum agnationis conseruationem, quin potiùs contrarium fuisse de voluntate testatoris satis elicitur, cùm etsi suorum descendentium prædilectionem declarauerit in eo, quòd illos primò vocauit, iuxta text. *in l quoties*, *ff. de vsufruct.* cum aliis per Crauet. *cons.* 62. *numer.* 7. & Cephal. *cons.* 530. *numer.* 3. illis deficientibus vocando descendentes masculos Thomæ dilectionem erga illos, conseruationemque agnationis ipsorum satis expressit, & nimirum cùm deficiente linea masculina testatoris, nulla magis acta ad conseruationem illius agnationis, quàm linea masculina Thomæ patris testatoris, quamuis sit linea transuersalis, cùm omnes de eadem agnatione essent. Cæteris ex aduerso adductis satis ex supradictis satisfactum videtur, & illis non obstantibus Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis respondendum censuere, &c.

R.P.D. MARQVEMONTIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana successionis de Tagliaferris.

Die 3. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Conferri quæ debeant inter filios, & an spes huic dotis debeat conferri, & plura alia notatu digna ad materiam collationis inter filios faciendam.

SVMMARIVM.

Collatio inducta fuit vt æquitas inter liberos conseruetur, num. 1.

Collatio habet locum, seu illa solùm conferuntur, quæ quis habuit ab eo, de cuius successione tractatur, numer. 2.

Collatio debet fieri solùm quoad ea, quæ tempore mortis testatoris, vel ab intestato defuncti reperiuntur penes eos, qui illi succedunt, n. 3.

Collatio dotis filiæ nunquam fit per patrem, si durat matrimonium filiæ, siue auus dotet neptem, siue pater de bonis aui, quia pater non habet illam dotem penes se, ibid.

Donatio propter nuptias imputatur in legitimam, & in partem illius filij, cuius contemplatione est facta, numer. 4.

Dic procedere quando donatio iam peruenit ad filium, illamque penes se habet, alias non imputatur, ibid.

Filia tenetur conferre dotem, licèt sit apud maritum, num. 5.

Fi-

Filius non tenetur conferre donationem propter nuptias, quæ est penes vxorem, ibid.
Vsusfructus donationis propter nuptias constante matrimonio spectat ad maritum, ibid.
Donatio propter nuptias de iure communi est necessaria, ibidem.
Lucrum dotis est debitum voluntarium, ibidem.
Collatio facilius inducitur ex dato ex causa necessitatis, quàm ex causa voluntatis, ibidem.

DECISIO CLXIX.

DOmini dixerunt scuta mille, quæ Marcus Antonius pater Sextiliæ, & auus Octauij soluit Olympiæ, vxorique Agapiti patris Octauij pro eius donatione propter nuptias, non debere pro nunc imputari Octauio in diuisione hæreditatis dicti Marci Antonij, sed tum demum fore imputanda, quando illa cum effectu fuerit consequutus, & interim sufficere quòd in dicta diuisione hæreditatis facienda inter ipsum, & Sextiliam conferat spem, & iura quæ habet ad illa quandocumque consequenda.

1 Ratio fuit, quia cùm illa scuta 1000. sint adhuc penes Olympiam, si nunc imputarentur Octauio, resultaret inæqualitas, ex quo Octauius consequeretur etiam duntaxat spem habendi, Sextilia verò præsentem pecuniam, atque id esse contra finem, ad quem inducta est collatio, videlicet vt æquitas inter liberos seruetur, *l. vt liberis, & l. illud, C. de collat. l. fin. C. commun. vtriusque iud. §. illud, in auth. de trien. & semiss.* Ias. *in l. illud, in princ. C. de collat.* Dec. *in auth. ex testamento, C. eod.* & alii per Rolan. *cons. 79. in fin.*

2 Accedit quòd in materia collationis datur maxima, quòd ea sola conferuntur, quæ quis habuit ab eo, de cuius successione tractatur, Salic. *in l. si emancipati, in fin. C. de collat.* Ias. *in d. l. vt liberis, n. 6.* qui dicit limitari, & declarari per hoc multas leges loquentes de collatione, Socin. *cons. 91. n. 3. vol. 1.* Ruin. *cons. 162. n. 11. vol. 2.* Bero. *cons. 54. num. 20. vol. 1.* vbi ait hoc esse in ore omnium, latè Paris. *cons. 130. num. 6. vol. 1.* vnde cùm ista scuta 1000. neque Agapitus Octauij pater vnquam habuerit, neque Octauius nunc habeat, non est agendum de illorum collatione.

3 Facit etiam regula quòd ea sola conferenda sunt, quæ tempore mortis testatoris, vel ab intestato defuncti reperiuntur penes eos, qui illi succedunt, *l. ea demum*, vbi Cyn. & alij, *C. de collat.* Afflict. *decis. 247.* Surd. *cons. 219. num. 10.* & meliùs quod tradit Bald. *in auth. ex testamento, num. 13. & 15. C. de collat.* quòd siue auus dotet neptem, siue pater ipse dotem det de bonis aui, nunquam pater eam confert si durat matrimonium filiæ, quia pater non habet illam dotem penes se, *l. pater filiæ, iuncta glos. ff. de euict. l. filium emancipatum, ff. de collat. bon. l. 1. §. fin. ff. de collat. dot.* Surd. qui plures allegat, *d. cons. 219. num. 14.* Ang. *in l. illam, in fin. C. de collat.* Vital. Mannes *de collat. q. 26. n. 34.*

4 Itaque non obstat *d. l. vt liberis*, & quod ex illa notat, plures referens, Thesaur. *decis. 46.* quòd donatio propter nuptias imputatur in legitimam, & in patrem illius filij, cuius contemplatione est facta. Nam id procedit quando donatio iam peruenit ad filium, illamque penes se habet, aliàs enim non imputatur, glos. *in l. dedit dotem*, quam ibi sequuntur Bart. & Doct. *ff. de collat. bon.* Alex. *cons. 26. n. 1. vol. 1. circa finem*, Corn. *cons. 34. num. 4. vol. 4.* Socin. iun. *cons. 79. n. 53.*

5 Non obstat etiam quod dicit Cagnol. *in l. si emancipati, nu. 204. C. de collationib.* quòd sicut filia tenetur conferre dotem, licèt sit apud maritum, & filius donationem propter nuptias, licèt illa sit penes vxorem, etenim dos constante matrimonio inseruit pro alimentis filiæ, atque filius constante etiam matrimonio habet vsumfructum in donatione propter nuptias, glos. *in §. est & aliud §. in verbo, exequantur. Instit. de donat.* ideòque non infertur directè ab illis casibus ad lucrum dotis, & ad casum de quo agitur, in quo Octauius nullum commodum percepit ex scutis mille, & habet ad alia tantummodo nudam spem; vltra quòd tentari posset aliud discrimen inter istos casus, ex quo donatio propter nuptias de iure communi est necessaria, lucrum autem dotis est debitum voluntarium, vt fuit dictum in causa Romana quinque milium 1. Iulij 1577. coram Illustrissimo Blanchetto, collatio autem facilius inducitur in dato ex causa necessitatis, quàm ex causa voluntatis, Aym. *cons. 85. n. 16.* latè Surd. *cons. 143. n. 45.* Atque ex his, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO.
posteà S. R. E. Cardinali.
Meleuitana iuris patronatus.
Veneris 14. Decembris 1607.

ARGVMENTVM.

Plura adducuntur ad probationem iuris patronatus, & an, & quando præsentatio facta ab eo, qui non est patronus, præiudicet vero patrono.

SVMMARIVM.

Ius patronatus acquiritur ex fundatione, & donatione, num. 1.
Ius patronatus transit ad filios, & ad hæredes, ibid.
Iuris patronatus probatio coadiuuatur ex insignibus & armis appositis in Capella, seu Ecclesia, n. 2.
Heredum appellatione veniunt descendentes, non autem extranei, n. 3.
Enunciatiua emanata instante persona interessata nihil probat, n. 4.
Enunciatiua quæ fundata est in falsa causa in facto, & quæ habet admixtum errorem iuris, non probat, ibidem.
Ius patronatus in Capellis, seu altaribus sitis intra Ecclesiam, acquiritur ex sola fundatione, absque donatione, num. 5.
Ius patronatus illi acquiritur ad cuius fauorem emanauit confirmatio ordinarij, ibid.
Præsentatio facta ab eo, qui non est patronus, non præiudicat vero patrono, nisi data illius scientia, & patientia, num. 6.
Bona fides in eo, qui sibi adscribit ius præsentandi, non præsumitur, ibid.
Sententia non probat sine actis, n. 7.
Ius præsentandi etiam inter patronos non præscribitur minori spatio, quàm 40. annorum, n. 8.

DECISIO CLXX.

VAcante de anno 1603. beneficio ad Altare sanctæ Mariæ Annuntiatæ in Ecclesia Cathedrali Meleuitana per obitum Antonij Attardi, familia de Platamonibus præsentauit ad illud Franciscum Vellam: familia autem de Vagnolis, Petrum Vagnolum, qui ab Ordinario fuit institutus. Causa appellationis commissa in Rota fuit dubitatum, an constaret de iure patronatus familiæ de Vagnolis, vel potiùs familiæ de Platamonibus? Et vtraque parte informante fuit conclusum, constare de iure patronatus familiæ de Vagnolis.

Nam per publicum instrumentum de anno 1419. constat quòd Capella fuit fundata per Antonium de Vagnolis, & Smaragdam eius vxorem, & confirmatio Episcopi Meleuitani de anno 1428. loquitur solùm de Antonio Vagnolo, quem etiam dotem Capellæ constituisse colligitur, tam ex dicto instrumento de annno 1419. quàm ex eiusdem Antonij testamento de anno 1452. ita vt possit dubitari, qui illi fuerit quæsitum ius patronatus, *c. filijs 16. quæst. 7. cap. 3. & cap. nobis, de iure patr.* Abb. *cons. 59. numer. 3. & cons. 166. num. 2. vol. 2.* Lamberteng. *de iure patron. lib. 1. part. 1. quæst. 1. artic. 2. & 3.* & quin illud ius ad eius filios & hæredes transierit, Calder. *cons. 5. de iure patr.* & alij, quos citat Lamberteng. *lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 1.* 1

Colligitur etiam ex prædicto Antonij testamento, quòd Smaragda præmoriens illum hæredem instituerat, & quòd is scripsit suos hæredes Antonellum, & Aloysiam filios ipsius, & Smaragdæ, & quidem Aloysia de anno 1496. vacante per obitum cuiusdam Bordoni isto beneficio, præsentauit ad illud Laurentium Vagnolum, asserens ius patronatus pertinere ad ipsam, & ad Antonellum eius fratrem, vti hæredes Antonij eorum fratris. Deponunt etiam testes, quòd Vitius Vagnolus filius, & hæres Antonelli præsentauit, demumque, quòd in eodem præsentandi iure continuauerint Philippus Viti filius, & alij descendentes de Vagnolis, indicant

dicant præsentationes per illos factæ de annis 1552. & 1567.

Nec deficiunt adminicula ex armis familiæ Vagnolæ incisæ in Capellæ parietibus, atque ex ipsa Capellæ denominatione, Bal. *cons.445. vol.4. aliàs* 310. *vol.* 5. Rocc. de Curt. *de iure patron. in verbo honorificum, numer.* 83. *in fine*, latè Anchar. *cons.* 113. *numer.* 4. Gabr. *cons.* 196. *num.* 10. *lib.* 2. ita vt omnia hæc iuncta nomine lineæ, & successioni directæ Antonij fundatoris vsque ad modernas Vagnolas mulieres, quæ Petrum præsentarunt, annectunt illarum intentioni magnam veritatis præsumptionem.

3 Præcipuè cùm Antonius in suo testamento dixerit, *Voglio, che ogni cosa vada di herede in herede*, quia verba, *de herede in heredem*, intelliguntur de descendentibus, & non de extraneis, Dec. *cons.* 38. *num.*4. Paril. *consil.*55.*num.*3. *& seqq. lib.*2. Illustrissimus Mantic. *de coniect. ult. volunt. lib.*8. *tit.*11. *num.*5. Et cùm agatur de pertinentia iurispatronatus, non autem de beneficij libertate, sufficiunt leuiores probationes, vt sæpius fuit decisum.

4 Quibus sic stantibus non obstat prætensio Platamoniorum, quòd iuspatronatus fuerit acquisitum Smaragdæ, cuius de bonis Capella fuit dotata, & transierit in ipsos Platamonios descendentes ex Smaragda per Aloysiam matrem Antonij de Platamoniis; siquidem tota illa prætensio nititur solùm Ordinarij Meleuitani enunciatiua, quòd Capella esset de iurepatronatus Antonij Platamonij vti hæredis Smaragdæ fundatricis, in qua enunciatiua non potest fieri aliquod fundamentum, tum quia vnica, & intra centum annos, & emanauit instante persona interessata, quæ sic asserebat Aret. *in c. cùm causa num.*22. *de probationibus*. Tum etiam quia fundata est in falsa causa in facto, quæ habet mixtum errorem iuris, glos. *fin. in l. si is ad quem*, ibique Bar. *nu.*2. *&* 3. *ff. de acquiren. heredit.* & alij per Gabr. *de senten. conclus.* 3. *num.*3.

Nam Antonius Platamonius non potuit esse hæres Smaragdæ, cùm illa hæredem habuerit Antonium Vagnolum eius maritum, vt dictum est. Nec applicatur quòd hæres hæredis sit etiam hæres, quia nec probatur quòd Platamonius fuisset hæres Aloysiæ, imò quòd is fuerit filius Aloysiæ, deponit vnus tantùm testis examinatus sine partis citatione. Error autem iuris in eo consistit, quòd dicitur iuspatronatus, fuisse soli Smaragdæ acquisitum, cum tamen fundatio, & dotatio ex supradictis fuerit saltim communis Antonio Vagnolo, & Smaragdæ.

5 Nec aliquid refert, quòd dos Capellæ fuerit aucta ex legato per Smaragdam relicto, quia etsi fuisset ab illa omnino constituta dos, tamen, cùm in istis Capellis, seu Altaribus intra Ecclesiam non sit necessaria dotis constitutio, iuspatronatus fuerat ab initio acquisitum Antonio fundatori, vt per Lamberteng. qui alios allegat 3. *q.*1. *part. numer.* 5. & tantò magis, cùm ad eius fauorem dumtaxat facta fuerit Episcopi confirmatio, ad *d. c. nobis*, vbi Card. *in fin.* 1. *respons.* & Henric. Boic. *num.*1. *de iure patr.*

6 Nec iuuari possunt Platamonij præsentationibus deductis per informantes pro illis, cum Vagnoli semper vel contradixerint, vel habuerint iustam causam ignorandi illas præsentationes, vnde nec constat de scientia, & patientia Vagnolorum, quæ necessaria foret, præsupposito illorum iure, ex deductis per Calder. *cons.* 12. *de iurepat.* Vetal. *decis.* 342. *par.*2. Nec de bona fide Platamoniorum, quæ in hac materia non præsumitur, vt tenuit Rota in vna Aretina parochialis coram Paleotto relata inter impress.680. n.3. p.3.

Nam de anno 1519. quando Platamonij præsentarunt Ioan. Baptistam Vagnuli, etiam præsentarunt Ioannem Vagnolum, & licèt præsentati deuenerint ad concordiam, tamen qualiscumque illa fuerit, non potuit præiudicare patronis absentibus; & ignorantibus; & de anno 1553. quando Platamonij præsentarunt Ioannem Manducam Vagnoli, iam eundem Manducam præsentauerant de anno 1552. ideoque probabiliter credere potuerunt, quòd is possideret vigore institutionis sibi factæ ad ipsorum præsentationem. Vltra quòd nec constat, quòd Manduca acceperit possessionem vigore institutionis sibi factæ ad præsentationem Platamoniorum.

Minùs obstat præsentatio facta de Luca Para per Platamonios de anno 1563. quia tunc etiam fuit per Vagnolos præsentatus Marinus Vagnolus, quem instituendum pronunciauit Ordinarius, cui in hac materia multum defertur: vnde licèt dicatur Ordinarij sententiam fuisse reuocatam per Metropolitanum; tamen vltra quòd de illa sententia non constat nisi per quoddam sumptum lite pendente, sine partis citatione; & vltra quòd sententia non probat sine actis, Mohed. *decis.*11. *de sent. & re iudic.* Put. *decis.* 338. *lib.* 2. fuit etiam responsum, quòd sententia dicit quendam præsentatum à Platamoniis esse instituendum, sed non declarat quòd iuspatronatus spectet ad Platamonios, & fuit lata in contumaciam Vagnolorum patronorum, nec constat de illorum legitima citatione. Vnde nec constat, quòd postea de anno 1576. per obitum Paræ prædictus Marianus Vagnolus fuerit institutus ad præsentationem Platamoniorum, quia cùm Vagnoli semel Marianum præsentassent, habuerunt etiam hoc casu probabilem causam existimandi, quòd ille possideret vigore institutionis factæ ad illorum præsentationem. 7

Superest vltima præsentatio facta per Platamonios de anno 1578. ad resignationem Mariani, circa quam licèt nec etiam constet de scientia Vagnolorum, tamen in omnem euentum, quatenus ex illa fuisset quæsita possessio Platamoniis, non potuit habere vim præscriptionis, quæ etiam inter patronos requirit tempus annorum 40. Gemin. *cons.*123. Corn. *cons.*47. *num.*5. *lib.* 3. Couar. *in reg. possessor.* 2. *part.* §. 10. *n.*8. *vers. verum in specie, de reg. iur. in* 6. Lamberteng. *part.*2. *lib.*1. *quæst.* 11. *art.* 5.

Ex quibus Domini dicebant, quòd cùm de initio constet pro Vagnolis, & non detur modus, quo istud iuspatronatus potuerit peruenire in Platamonios, non potest etiam de illorum iure constare quoad pertinentiam iuris patronatus, quicquid dicendum sit de quasi possessione ad effectum vt præsentatus hac vice ab illis sit instituendus, de quo deinceps, si voluerint, poterit videri, &c.

R. P. D. S A C R A T O,
posteà S.R.E. Cardinali.

Calaguritana beneficij de Ormilla.

Veneris 11. *Ianuarij* 1608.

A R G V M E N T V M.

Sequestrum non priuat aliquem sua possessione; quia in dubio præsumitur appositum causa custodiæ, nisi de consensu partium appositum fuerit; & quando sequestrum dicatur voluntarium, & de partium consensu appositum?

S V M M A R I V M.

Subreptio litterarum Apostolicarum non dicitur constare, donec causa non sit finita, & super ea non fuerit pronunciatum, numer. 1. *Vbi propterea quòd sola decisio Rotæ non sufficit.*

Subreptio grati[a], vt dicatur, non sufficit quilibet defectus tituli, sed debet esse patens, & manifestus, ibid. in fine.

Verba sententiæ intelligenda sunt, prout de iure, num. 2. *in fine.*

*Sequestra prouisionalis intelliguntur apposita causa custodiæ, & non animo præiudicandi alicui in sua possessione, n.*3.

Res non dicitur noua, quæ fit in exequutionem alterius, ibid.

Iactare suum nemo præsumitur, præsertim in iudiciis, in quibus semper facienda est interpretatio, quæ magis vtilis, & expediens sit facienti, ibid.

*Sequestrum voluntarium, & de consensu partium appositum præiudicat etiam in possessione. Declara vt n.*4. *&* 5.

Possessionis dimissio tanquam species renunciationis non videtur facta nisi per actus hoc necessario inferentes.

*Actus gestus ab illo, qui cogi poterat, non dicitur voluntarius, sed necessarius, n.*4. *in fin.*

*Sequestrum in dubio præsumitur à iudice ordinatum causa custodiæ, n.*5.

D E-

DECISIO CLXXI.

1 CEnsuerunt Domini sententiam bonæ mem. Domini Littæ super spolio esse confirmandam, & ex deductis in decisione 3. Martij 1606. coram eodem facta satis constare de omnibus requisitis pro obtinentibus in iudicio spolij; quibus non obstare videbatur quòd per decisionem 4. Iulij proximi in alia Calaguritana coram Domino meo Coccino facta, iam constet de subreptione Breuis Clementis Octaui, quia fuit responsum, quòd illa causa agitatur in petitorio, & inter diuersas personas, nec adhuc potest dici constare de dicta subreptione, donec in progressu causæ potest contrarium doceri, *Ægid. decis.624.* vnde non esse propterea retardandam expeditionem aliorum causarum in iudicio spolij, & eò minus, quia ad discolorandum titulum, ad quem effectum deducitur dicta subreptio, non sufficit quilibet defectus tituli, sed debet esse patens, & manifestus, Felin. *in c. in nostra, n.13. in 2. corollario, de rescript.* Put. *decis.80. lib.1.*

2 Quantum ad alia, quæ deducebantur de non iure prouisionis Ventosæ, & Strellæ, tanquam factæ de beneficio viuentis, & quòd non constet de illorum patrimonialitate, & de examine cum similibus, visum fuit Dominis ad iudicium petitorij reseruare, & quoad istum effectum sufficit habere titulum ab illo, qui habet potestatem conferendi, iuxta decis. Ægid. 50. cum concord. in dicta decis. coram Litta allegatis, nec videbatur subsistere replicatio, quòd non constet Marianum collatorem fuisse integrum beneficiatum, prout requiritur ad effectum, vt in vim antiquæ consuetudinis posset conferre, quia hoc visum fuit satis probari ex assertione ipsius Sartæ, dum dixit illum beneficiorum, concurrentibus maxime aliis adminiculis, de quibus hic per informantes pro Ventosa, & Strella. Aliud, quod dicebatur sententiam D. Littæ non posse sustineri, cùm condemnet ad fructus perceptos per Sartam ante spolium, fuit sublatum, quia sententia non exprimit ista verba *ante spolium*, & ideo est intelligendum prout de iure, & sic post spolium, *l. si quis, ff. de iudic.* Soc. iun. *cons. 68. num.17. lib.1.*

3 Quo verò ad illud, super quo præcipuè consistebant informantes pro Sarta, nempe quod Ventosa, & Strella non possint amplius agere ad restitutionem possessionis, stante consensu per eos, præstito sequestro Rotali ad decis. Put. 77. *lib.1. & 256. lib.2.* fuit responsum, quòd ista sequestra prouisionalia intelliguntur apposita causa custodiæ, non animo præiudicandi alicui in sua possessione, vt fuit dictum in causa Tudent. præstimoniorum de Rosales 4. Maij 1592. coram Reuerend. P. D. Decano, in Legionensi præstimonij 1595. coram Illustrissimo Mantica, & alibi sæpè. Si igitur intentio iudicis non est priuare aliquem sua possessione, minus dicendum est, quòd intentio partis, quæ consensit sequestro, sit illam dimittere; actus enim hominum recipiunt interpretationem à causa præcedenti, & secundùm illam regulantur, Bald. *l.1. nu.24. vers. in dic. C. de emancip.* & quod fit in executionem alterius, non dicitur noua res, Abb. *in c. cum olim, num.15. in fin. de caus. possess. & propriet.* sicut nec illud, quod venit per viam accessus, *cap. accessorium, de reg. iur. in 6.* & prædicta eo magis, vbi agitur de non iactando iure proprio, pro quo est præsumptio, locum habent, *l. cum de indebito, ff. de probat.* Quod præcipuè procedit in iudiciis, quæ de sui natura sunt ordinata ad acquirendum, non ad dimittendum; vnde in illis semper interpretatio fit, quæ magis vtilis, & expeditior sit facienti, glos. *in l. si in rem. verb. totam, ff. de rei vendic.* Castr. *cons. 138. nu.3. lib. 2.* & pro hac opinione tenuit Rota in causa Calaguritana de Auseco 3. Iulii 1606. coram Reuerendiss. P. D. Coccino.

4 Non obstat, quòd per sequestrum voluntarium perdatur possessio, iuxta communem, de qua per Scriben. *in c. examinata, de iudic.* Cardin. *in Clem.1. num.25. de seq. possess.* Nam quicquid sit de veritate illius opinionis, contra quam tenuit Felin. post Aretin. *in d. c. examinata*, allegando, quòd possessionis dimissio tanquam species renuntiationis non videtur facta nisi per actus, hoc necessariò inferentes. Respondetur quòd Doctores ad hoc allegati, loquuntur de sequestro merè voluntario apposito ex conuentione partium absque vllo iudicis interuentu; secus vbi præcessit iudicis determinatio; tunc enim actus subsequens censetur factus ex causa talis determinationis, plenè Dec. *in c. cum M. num.117. cum plurib. seq. de constit.* Vbi concludit, quòd actus gestus ab illo, qui poterat cogi, non dicitur voluntarius, sed necessarius.

Non obstant dictæ decisiones Put. 77. *lib. 1. & 256. lib.* 5
2. Quia illæ decisiones loquuntur de sequestro apposito per iudicem in vim *Clem. 1. de sequestr. possess.* Quod quidem sequestro apponitur, vt ille, qui habuit sententiam contra se, & sic saltem præsumptiuè, est vitiosus possessor, amoueatur à possessione, vt declarat Felin. post alios *in dicto c. examinata, num.10. in 5. limit. de iudic.* Nimirum igitur si pars, quæ consensit facto iudicis, illam priuare volentis, censeatur & ipsa remittere animum possidendi, cùm actus censeatur factus iuxta causam præambulam, vt latè supra dictum fuit; secus quando sequestrum fuit ordinatum a iudice causa custodiæ, prout in dubio præsumitur ex decisionibus supra allegatis, & de communi testatur Curt. sen. *tract. de sequestr. quæst. 20. numer.71.* tunc enim consensus subsequens præsumitur in obsequium iudicis, & ex causa solius custodiæ, per rationes suprà deductas, & consequenter cùm sit causa solius custodiæ, non nocet consentienti, iuxta glos. *in l. 1. C. de prohibit. sequestr.* & communem, de qua per Soc. iun. *cons. 68. num.174. vers. hæc tamen disputatio, lib.3.* & ita fuit conclusum.

R. P. D. SACRATO.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. iurispatronatus.

Mercurij 16. Ianuarij 1608.

ARGVMENTVM.

In hac decisione, quæ magistralis est, explicantur septem modi, quibus iuspatronatus concludenter probatum censetur. Quando beneficij status mutetur per collationes factas à Pontifice, & quod iuspatronatus non præsumitur per vsurpationem acquisitus, nisi vltra acquirentium potentiam concurrat etiam temporalis iurisdictio.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus probatum censetur ex confessione partis in supplicatione, n.1.

Iuspatronatus censetur probatum ex sententijs in alio iudicio latis, præsertim si fuerint latæ ab Ordinarijs, n.2.

Iuspatronatus censetur probatum ex pluribus enunciatiuis diuersorum Notariorum, n.3.

Iuspatronatus censetur probatum ex continuatis præsentationibus per multum temporis cursum effectuatis, nu.4.

Iuspatronatus censetur probatum ex vetustissimis lapidibus, num.5.

Iuspatronatus censetur probatum ex testibus publica voce, & fama, iuncta quasi possessione, n.6.

Iuspatronatus censetur probatum ex libris Episcopatus, in quibus Ecclesia sit descripta de iurepatronatus alicuius familiæ, n.7.

Iuspatronatus censetur probatum ex pluribus simul iunctis, num.8.

Beneficij status non mutatur per collationes factas à Summo Pontifice, numer.9. Nisi concurrat animus præiudicandi cum scientia, & patientia eorum, de cuius interesse agitur, ibid.

Iuspatronatus non præsumitur per vsurpationem acquisitum ex sola potentia acquirentium, nisi etiam probetur eorundem temporalis iurisdictio, n.10.

DECISIO CLXXII.

DE iurepatronatus familiæ de Marsiliis liquidissimè 1
constare visum fuit, Primò, ex confessione partis aduersæ, de qua in eius supplicatione, Cassad. *decis.7. de iurepatr.* Put. *decis.375. lib.2. n.3. & decis.36. n.1. lib.3.* & tenuit Rota coram eodem Puteo *in decis. relata inter diuers. impress. decis.64. lib.2. part.3.*

Secundò, ex tribus sententiis ita in alio iudicio decla- 2
rantibus, Anchar. *cons.336. n.2.* Cephal. *cons.108. n. 2.* &

in

in specie de sententia super statu beneficij, Achil. *decis. 5. de re iudic.* maximè cùm sint latæ ab Ordinarijs, qui in canonizandis patronatibus non solent esse faciles, Rot. *dec. 11. de iure patr. in nou.*

3 Tertiò, ex pluribus enunciatiuis diuersorum Notariorum spatium 100. annorum excedentem, Crauett. *cons. 322. n. 2.* Mohed. *decis. 12. de iurepatr. in fine*, Achill. *dec. 4. n. 4. & 6. de iurepatr.* Verall. *decis. 337. num. 2. & 3. & 334. part. 3.* Dec. *cons. 126. n. 3.*

4 Quartò, ex continuatis præsentationibus per multum temporis cursum, de quarum effectuatione dubitari non potest stantibus prouisionibus per obitum, vel resignationem eorundem, qui primo loco fuerunt præsentati, ad vulgat. *consil.* Oldr. *229. num. 2.* sæpiùs in Rota approbatum, quæ præsentationes effectum sortitæ multùm operantur in probando iurepatronatus, Bald. *in l. cum super, n. 3. C. de re iud.* Roch. de Curt. *de iurepatr. verb. ipse, nu. 82.* Mohed. *decis. 10. n. 2. eod. tit.* Cassador. *decis. 2. num. 6. de probat.* & idem operantur nonnulli consensus per eosdem in resignationibus præsentatorum præstiti, Crescen. *decis. 5. de iure patr.*

5 Quintò, ex vetustissimis lapidibus cum nomine, & insignibus familiæ de Marsilijs in facie Ecclesiæ, de qua agitur Bald. *cons. 310. lib. 5.* Anchar. *cons. 113. n. 4* Io. Anan. *cons. 86. circa fin.* Dec. *cons. 135. n. 1.*

6 Sextò, ex testibus de publica voce, & fama, iuncta quasi possessione præsentis temporis, Crauett. *cons. 322.* Ferret. *cons. 293. n. 3. & 4.*

7 Septimò, ex libris Episcopatus, in quibus Ecclesia, de qua agitur, tanquam de iurepatronatus istius familiæ descripta existit, glos. *in cap. ad audientiam, verb. librum censuale*, vbi Abb. *nu. 4.* Felin. *num. 16. de præscript.* Boer. *decis. 105. num. 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. n. 42.*

8 Et cùm pleraque ex prædictis per se sufficiant, simul iuncta reddant rem indubitatam, & clarissimum iuspatronatus, ad text. *in c. cùm causam de probat.* cum alijs latissimè cumulatis per Gabr. *tit. de probat. concl. 1. per tot.* quod quidem iuspatronatus in dubio præsumitur ex donatione, & fundatione, Cassador. *decis. 7. n. 6. de iurepatr.*

9 Non obstat collatio Apostolica facta de anno 1522. Cardinali Campeggio cum alijs Ordinariorum abinde citrà, quæ allegantur, quia collationes à Summo Pontifice factæ non mutant statum beneficij in præiudicium patronorum, Dec. *cons. 126. numer. 4.* Put. *decis. 32. lib. 2.* Achill. *decis. vnica de stat. benef.* sicut etiam collationes Ordinariorum, Ægid. *decis. 107. & 212.* Put. *6. de iure patron.* nisi in conferentibus concurrant animus præiudicandi, & in patronis scientia, & patientia, vt fuit decisum in causa Mediolanensi iurispatronatus 2. Iunij 1589. coram Comitulo, in Papien. Archipresbyteratus 9. Aprilis 1601. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & prædicta procedunt sine scrupulo, quando in prouisionibus Apostolicis derogatur iurispatronatus pro illa vice tantùm, vt factum fuit in istis, quæ assignatur, Cassador. *decis. 20. num. 2. de concess. præben.* Lambert. *de iurepatr. p. 3. q. 7. art. 7. num. 1.* & fuit decisum in proximè allegatis causis.

10 Non obstat, quòd familia de Pancio, à qua habent causam Marsilij, fuerit potens in partibus in quibus situm est beneficium, de quo agitur; vnde intret præsumptio vsurpationis, nisi ostendatur titulus, vel immemorabilis cum continuatis præsentationibus per spatium 50. annorum, iuxta Concil. Trident. *sess. 25. cap. 9.* quia ad istum effectum non sufficit probare potentiam, sed vlteriùs probanda est iurisdictio temporalis in loco, vbi situm est beneficium, vt aliàs tenuit Rota in causa Pampilonen. iurispatronatus de Belconte 16. Iunij 1586. cor. bo. me. Orano. Et ita vtraque parte informante fuit conclusum.

R. P. D. SCOTTO.

Romana officij.

Mercurij 23. Ianuarij 1608.

ARGVMENTVM.

1 Sententia notoriè iniusta dicitur illa, quæ ex actis non iustificatur, quia iudex extra acta iudicare non debet. Æquiparatur nullitati, in iudicatum non transit, nec exequi vllo pacto debet. Cætera videas in summario.

SVMMARIVM.

Spolij actio datur spoliato à iudice iniustè, quando iniustitia est notoria, n. 1.

Sententia iniusta est principium nullitatis, ibid.

Sententia dicitur notoriè iniusta, vbi non iustificatur ex actis, n. 2. vbi idem quando actor non probauit suam intentionem, ibid.

Iudex iudicare debet secundùm acta, nec ad iudicandum moueri extra acta, ibid.

Iudex non potest extraiudicialiter se informare ad effectum iudicandi, ibid.

Sententia notoriè iniusta, & quæ ex actis non iustificatur, operatur etiam nullitatem, n. 3.

Sententia quæ non iustificatur ex actis, venit annullanda etiam absque remedio appellationis, nisi in continenti offerantur probationes, ibid.

Gratia non iustificata non meretur nomen gratiæ; nec iurisdictionem tribuit, n. 5.

Susceptio termini ad soluendum probat realitatem crediti, sed non sanat nullitatem processus, n. 7.

DECISIO CLXXIII.

Re proposito dubio resoluto sub die 3. Decembris per omnes DD. qui causam ex ordine S. P. N. viderant censuerunt persistendum esse in decisis. Non dubitantes ex sola iniustitia posse competere hæredibus actionem spolij, vbi illa sit notoria, Fel. *in c. delectus, nu. 1. vers. fallit 2. de rescriptis*, Crauett. *consil. 302. numer. 2. vers. hoc tamen non procedere*, Gab. *cons. 1. nu. 112. de rest. spol.* quamquam etiam diceretur ex sola tali iniustitia oriri etiam nullitatis initium, Dec. *cons. 8 num. 5.* Cæs. de Graff. *decis. 11. num. 4. de re iud.* quo casu sine difficultate intrat actio spolij. 1

Notorietatem autem colligi ex eo quòd d. sententiam non iustificaret ex actis, vt sæpissimè fuit firmatum in Rota, vt in Romana vineæ de Scaputijs 15. Martij 1572. coram Binarino, vbi etiam aliæ recensentur decisiones, & in Toler. pens. 22. Maij 1592. coram Illustrissimo Seraphino, & coram eodem in Romana census 14. Decembris 1592. & in Vlixbonen. benef. 9. Iunij 1600. coram Reuerend. P. D. meo Ludouisio, Cæs. de Grass. *decis. 13. de sent. & re iud.* vbi in fine expresè dicit, quòd notoriè iniusta dicitur sententia, quando actor non probauit suam intentionem, ea ratione, quia Rota non sequitur dec. Afflict. 28. vt possit iudex moueri ad iudicandum extra acta, vt fuit firmatum in Penis separat. thori 28. Iunij 1589. cor. bo. mem. Gypsio, in qua fuit dictum quòd Rota non sequitur cons. Crauet. 1598. in fine, vbi idem firmat, & allegat dictam decision. Afflict. Item quòd iudex possit se extra iudicium informare, & quòd etiam de iure talis opinio non sit vera, firmatur in Bonon. de Bucolis 25. Nouembris 1578. coram Illustrissimo Seraphino, relata etiam *in decis. 445. num. 7. & 8. par. 1. diuers.* quæ ratio æquè pertinet ad omnes casus, siue agatur de confirmanda sententia, siue de ea exequenda, vel non, siue etiam vt ex ea oriatur actio spolij. 2

Et hanc iniustitiam operari etiam nullitatem, fuit firmatum in Burgen. de Cardin. 23. Iunij 1598. coram Illustrissimo Seraphino, quę fuit data, in qua dicitur id procedere ex in reiterata Rotæ obseruantia, & ad id etiam allegatur decis. Put. *396. lib. 1. in manuscript.* cùm illam in impressis corruptam esse dicatur, quæ est causa Toletana 401. lib. 1. in impress. super qua fundantur sub *num. 3.* quòd talis sententia, quæ non iustificatur ex actis, venit annullanda etiam absque remedio appellationis, nisi in promptum afferantur probationes, quòd non est factum in casu isto, & quòd talis iniustitia æquiparetur nullitati, ita vt sententia nunquam transeat in iudicatum, dicit etiam in decis. Cæs. de Grass. *2. n. 7. & 8. de solut.* vbi *n. 9. & 10.* dicitur communem esse opinionem, & hanc sequi Rotam, vt iudex debeat iudicare secundùm acta, & probata, & iam resoluisse Rotam sexcenties, vt dicatur notoriè iusta, vbi non iustificetur ex actis, tradit Gabr. *cons. 28. num. 5. lib. 2.* 3

Nec pro excusanda dicta iustitia dicebant DD. obstare 4

ſtare quæ pro D. Marco Antonio deducebantur. Et primò circa illam narratiuam, quòd non ſperaret indemnitati poſſe proſpicere, quia placuerunt reſponſiones datæ in deciſ. maximè illa in Romana de Cuppis, quæ non poterat reputari diuerſa ab hoc caſu, quia fundamentum illius deciſion. eſt, quia non conſtabat quòd non adeſſent alia bona, ſuper quibus poſſet ſatisfieri D. Marco Antonio de ſuo credito, cùm etiam ex parte hæredum Bergagnæ eis magis intereſſet, quòd vel ſubhaſtarentur, vel adiudicarentur alia bona immobilia, quæ ex poſt fuit probatum tunc temporis extitiſſe, ex quibus minus perciperetur de redditu, quàm fieret de dicto officio, cùm fuerit data fides publici Notarij Capitolini, inter alia de venditione quarundam domorum, & medietatis ſcripturarum notariatus Rotæ, facta per dictos hæredes poſt duos annos poſt dictam adiudicationem pro ſcut. 1130. monetæ, & ex parte Principis concedentis adiudicationem, difficilior fuiſſet talis gratiæ conceſſio, cùm non ita paſſim ſoleat fieri ad inſtantiam creditorum, ſed ſolùm in ſubſidium, vt fuit dictum in illa Romana de Ferratinis 28. Nouembris præd. coram Reuerend. P. D. meo Sacrato.

5 Nec defuiſſe modum dixerunt DD. iuſtificandi dictam narratiuam dicto Domino Marco Antonio, vel per teſtes de publica voce, & fama, de inhabilitate, & paupertate dictorum hæredum, vel etiam per eius iuramentum, tanquam de re conſiſtenti in eius animo, iuxta text. vbi gloſ. *in cap. 1. ſignificaſti, de homic.* Nec quoad hoc obſtare dixerunt deciſiun. Mohed. *7. de re iudic.* quia eo in caſu non agebatur de narratiua iuſtificanda, cùm gratia eſſet motu proprio, ſed agebatur ſolùm de peruerſione ordinis adhibita per executorem, quę non inducebat nullitatem, ſed tantùm iniuſtitiam, quod non applicatur huic caſui, in quo agebatur de gratia ad ſuppoſitionem partis, quæ non iuſtificata, nec nomen gratiæ merebatur, nec conſequenter iuriſdictionem tribuebat, vt fuit dictum in Iacen. Vicariæ 16. Maij 1594. coram. bo. mem. Litta.

6 Minùs ſecundò, quoad illud motiuum de adiudicatione, quod amplexi ſunt cæteri DD. obſtare dixerunt deciſ. Put. 283. *lib. 2.* quia non applicantur eius præſuppoſita, de quibus n. 3. videlicet, quòd ex parte Marcij Antonij fuerit probatum, quòd tempore adiudicationis factæ alia bona non extabant, imò pro parte hæredum contrarium fuit probatum per ſupradicta, & quòd illo tempore non valebat pluſquam illud pretium, pro quo adiudicata fuerat, & idem etiam dicitur *in deciſ. 252. numer. 7.* eiuſdem Put. *lib. 2.* Prout nec etiam obſtare dixerunt deducta ex textu *l. vetuſtiſſima, C. de iure dom. impetr.* quia tunc locus eſt d. textui, vbi diuerſis præſcriptionum ſolemnibus creditor, qui ſuper hoc conuenit cum ſuo debitore, non inuenit emptorem, vt benè declarat Cuiac. *ad dictum titulum tom. 5. fol. 200.* & tradit etiam Hugo Donellus *in tract. de pign. tit. 11. col. 2. verſ. his rebus, inter tract. tom. 6. part. 1. fol. 265.*

6 Poſtremò non obſtare dixerunt deducta ex termini ſuſceptione, quia vltra quòd erat facta à curatore, fortè minus informato, illa poterat probare realitatem crediti, ad text. *in l. ad ſolutionem C. de re iud.* non autem ſanare nullitatem adiudicationis, &c.

☞ *Impreſſa eſt apud Marcheſ. de commiſ. part. 1. fol. 137. & poſt Fenzon. ad ſtatut Vrbis* 139.

R. P. D. SACRATO,

poſteà S. R. E. Cardinali.

Conchen. beneficij.

Luna 4. Februarij 1608.

ARGVMENTVM.

Procuratoris mandatum coniecturis probatur, plures autem mandati coniecturas habes in hac deciſione.

SVMMARIVM.

Sequeſtrari poteſt poſſeſſio attentata, & capta lite pendente, num. 1.

Poſſeſſio præſumitur capta tempore licito, & ante litem motam ad euitanda attentata, ibid.

Litis pendentia dicitur conſtare ex impetratione commiſſionis cum decreto citationis, reſpectu impetrantis, etiam non exequuta citatione, n. 2.

Mandatum procuratoris in præiudicialibus non præſumitur, ibid.

Mandatum procuratoris præſumitur ex impenſa non modica, ibid. in fin.

Mandatum procuratoris præſumitur ex actu facto in præſentia principalis, & ex multiplicatione actuum, numero 3.

Procurator præſumitur certiorare ſuum principalem de proceſſu cauſæ, ibid.

Procuratoris mandatum probatur coniecturis, ibidem in fine.

Fides, quæ non facit fidem, facit tamen adminiculum, numer. 4.

Teſtes nulliter examinati faciunt adminiculum, n. 5.

Poſſeſſio præſumitur vigore tituli præambuli, ibid.

Sequeſtranda eſt poſſeſſio vacua, ibid. in fin.

DECISIO CLXXIV.

NOn dubitabatur, quòd ſi poſſeſſio Domini Gabrielis fuit capta lite pendente, eſſet attentata, & inde ſequeſtranda, iuxta deciſ. Caſſador. 3. *num. 6. de reſtitut. ſpoliat.* & fuit deciſum in cauſa Camerinen. iuriſpatronatus 15. Nouembris 1599. coram me, & alibi ſæpè. Sed difficultas reſtringebatur ad illud, an conſtaret de lite, & quatenus ſic, an probaretur D. Gabrielem cœpiſſe poſſeſſionem poſt litem motam; nam aliàs ad euitanda attentata, quæ ſonant in delictum, poſſeſſio præſumitur capta tempore licito, & ſic ante litem motam, Creſcen. *deciſ. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* 1

Quantum ad primum de lite conſtare viſum fuit, quia nedum adeſt impetratio commiſſionis pro parte D. Gabrielis cum decreto citationis, quod ſufficit inducendum reſpectu ipſius impetrantis, Rota *deciſ. 6. vt lit. pend. in nou.* verùm etiam executio ipſius citationis in partibus contra D. Gregorium. Et licèt non conſtet de mandato illius, qui impetrauit talem commiſſionem, & fecit citationem, & in præiudicialibus illud non præſumatur, Felin. *in c. 1. numer. 8. vt lit. pend.* attamen ex pluribus ſimul iunctis viſum fuit Dominis eſſe præſumendum mandatum. Et primò, quia non fuit ſimpliciter obtenta commiſſio, ſed opus fuit contradictorio iudicio, cum interuentu Procuratorum & Aduocatorum: & fuit informata tota ſignatura, & citatio, & inhibitiones fuerunt executioni demandatæ in partibus, & pluribus, & inter ſe diſtantibus locis, vnde cùm iſta requirant impenſam non modicam, præſumuntur facta ad inſtantiam partis, Felin. *in c. 1. numer. 1.* vbi addent. *de iudic.* Put. *deciſ. 132. lib. 1.* & quando concurrunt aliæ coniecturæ, ſufficit modica, Sarnen. *ad reg. de impetran. q 5.* 2

Maximè quia citatio contra Gregorium fuit executioni demandata in eodem loco, vbi morabatur ipſemet D. Gabriel, quæ præſentia, & ipſa multùm operatur ad præſumendum mandum, ſiue ratificationem ex dicta executione reſultante, Modern. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 65.* ſicut etiam idem operatur multiplicitas actuum in vim commiſſionis ſubſecutorum, Alex. *conſ. 175. numer. 44. lib. 5.* Theſaur. *deciſ. 7. numer. 1.* Creſc. *de procurat. deciſion. 1.* Secundò, multùm mouit Dominos, quòd iidem Procuratores; & Aduocati, qui modò agitant hanc cauſam, & in ſpecie Sandoual tunc temporis negotiorum geſtor. D. Gabrielis, vt benè probant teſtes Domini Gregorij, fuerunt illi qui in contradictorio iudicio obtinuerunt commiſſionem cauſæ; vnde fit plus quàm veriſimile, quòd hoc fecerint de mandato ipſiuſmet Domini Gabrielis, vel ſaltem quòd ille certioratus ab illis procurauit executionem in partibus. Dominus enim præſumitur certioratus à ſuis Procuratoribus, Rom. *conſ. 481.* & fuit dictum coram bo. me. de Rubeis in Crem. penſionis relata inter diuerſ. impreſ. *deciſ. 396. n. 3. par. 1.* Nec dubitabant Domini etiam ad effectum attentatorum probari mandatum ex coniecturis, & præſumptionibus, per deciſ. Ægid. 550. Peregr. 33. *lib. 2.* Veral. 53. & 58. *part. 1.* 3

Quantum ad ſecundum, quòd D. Gabriel cœperit poſſeſſionem poſt litem motam, probari videbatur, nedum ex narratiua ſuæ commiſſionis, quæ innuit non fuiſſe de tempore dictæ commiſſionis per eum ceptam 4

poſ-

posseſſionem, verùm etiam ex mandato per illum dato in partibus cuidam ſuo familiari poſt hanc litem motam ad capiendam poſſeſſionem beneficij, de quo agitur, & ex inſtantia facta pro parte eiuſdem coram iudice executore pro habenda dicta poſſeſſione, & ex fide Horatij, & Parochi, quòd paulò poſt D. Gabriel cæpit dictam poſſeſſionem, quod etiam explicitè deponunt quatuor teſtes coram iudice Compulſore examinati, & facit etiam quòd literæ D. Gabrielis non fuerunt, niſi poſt dictam commiſſionem expeditæ, prout in fide officialium, quæ datur; & licèt diceretur, quòd fides non facit fidem, & quòd Compulſor non poteſt examinare teſtes vltra recognitionem iurium, ex dictis in Turritana Terzariæ 20. Nouembris 1592. coram Illuſtriſſimo Mantica. Et quantum ad expeditionem literarum, quòd D. Gabriel potuit habere alium titulum, cuius vigore ceperit poſſeſſionem, cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, fuit replicatum negari non poſſe quin fides non faciat adminiculum, ad trad. per gloſ. *in l. admonendi, verb. exacto iureiurando, verſic. ſi verò ſemiplenè, de iureiurando*, vbi Bart. *num.* 24. & per Alex. *conſ.* 59. *num.6. lib.* 2. & facit lex, *inſtrumenta*, ibi, *ſi non alijs quoque adminiculis, C. de probat.* maximè quando perſonæ ſunt valdè legales, vt eſt Notarius, Parochus, per ea, quæ fuerunt ponderata coram me in cauſa Corduben. Archidiaconatus de anno 1606.

5 Sicut etiam faciunt adminiculum teſtes nulliter examinati, Dec. *conſ.* 54. *num.* 2. Ruyn. *conſ.* 46. *num.* 10. *lib.*4. Rota in cauſa Veneta legitimitatis 26. Aprilis 1602. coram Illuſtriſſimo Seraphino, & quantum ad multiplicationem titulorum in beneficialibus, licèt concluſio ſit vera, negari non poteſt, quin & in hoc caſu præbeat adminiculum regula legis *quædam mulier, & ibi gloſ. in fin. de rei vendic.* & dictum fuit in illa Tiburtina Caſtri Sancti Poli 20. Maij 1580. coram bonæ mem. Litta, nempe quòd poſſeſſio præſumitur vigore tituli præambuli, maximè quia neque extraiudicialiter datur fumus de alio titulo; vnde concurrentibus iſtis adminiculis cum mandato ad capiendam poſſeſſionem, & inſtantia pro illa habenda ſatis conſtare viſum fuit, quòd per prius illam D. Gabriel non habuiſſet, quòd ſi D. Gabriel illam; & nunc habere negaret, vt innuunt informantes pro illo, ſtante vacatione poſſeſſionis, eſſet nihilominus locus ſequeſtro, *cap. cùm vos, de offic. ordin.* & ex traditis per Archid. *in cap. quia res, numer.* 10. *poſt med. verſic. & hoc reddo* 11. *quæſt.*1. Abb. *in cap.* 2. *num.* 14. *de ſequeſtr. poſſeſſ.* Felin. *in cap. cùm olim, num.* 1. *verſ. ſubdit etiam, de reſcript.* & Rota in vna Cremonen. Capellæ 24. Iunij 1590. coram Comitulo. Et ex his pro ſequeſtro fuit concluſum, &c.

R. P. D. SACRATO.
poſtea S. R. E. Cardinali.

Tridentina donationis.

Lunæ 4. Februarij 1608.

ARGVMENTVM.

Ceſſantibus oneribus matrimonij, ceſſant fructus dotales. Intereſſe autem pecuniarum lucri ceſſantis propter non inueſtimentum earum, quando debeatur.

SVMMARIVM.

*Fructus dotales ceſſant, ceſſantibus oneribus matrimonij, num.*1.

*Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi probetur in promptu adfuiſſe occaſionem inueſtiendi pecunias ad lucrum, ibid. Declara, Niſi conſtet in ciuitate ſemper adeſſe occaſionem dictas pecunias inueſtiendi, n.*2.

Fides iunctis adminiculis facit fidem, & probat, ibid.

Prorogatio cenſetur facta cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, cum quibus facta fuit prima temporis dilatio, ibid. in fine.

DECISIO CLXXV.

1 QVoad ſortem principalem, illa ſemper viſa fuit debita, ex dictis in deciſionibus in hac cauſa factis, quæ propter identitatem rationis bene videbantur deſeruire etiam pro partita, de qua agitur. Quo verò ad fructus, cauſa bis per me propoſita, Domini habuerunt difficultatem, non enim videbantur deberi tanquam fructus dotales, quia Iſabella, cui inter alia fuerat data in dotem hæc partita, antequam veniſſet dies ſolutionis, ex hac vita migrauerat; vnde ceſſantibus oneribus matrimonij, ceſſabant etiam fructus dotales, vt fuit deciſum in cauſa Bononien. dotis 4. Iulij 1597. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Pamphilio. Non etiam videbantur deberi fructus ex eo quòd Camillus debitor promiſerit inueſtire, & non inueſtiuerit ſaltem infra tempus per Iſabellam prorogatum in ſuo vltimo teſtamento, quia non probabatur quòd idem Camillus habuerit in promptu occaſionem, prout requiritur ad effectum, vt quis teneatur ob non factum inueſtimentum, iuxta opinionem, quam Rota ſequitur, vt in terminis tutoris inueſtire debentis pecunias pupillares eſt deciſion. Caputaq. 46. *lib.* 3. *in manuſcript.* & alibi pluries, per doctr. Bart. *in l. tutor qui repertorium* § *ſi poſt depoſitum, ff. de adminiſtr. tutor.* & in obligato ex diſpoſitione teſtamentaria fuit dictum in cauſa Romana fructuum de Iacobillis 1. Decembris 1600. coram Reuerend. P. D. Lancellotto; & in obligato ex conuentione fuit tentum in Mediolanen. ſimulationis 30. Ianuarij 1605. coram Reuerend. P. D. Ortembergo. Nec videbatur ſuffragari deciſio in cauſa Romana de Ceulis 25. Iunij 1601. coram Reuerend. P. D. Decano, quia ibi legatum fuerat factum per teſtatorem in tot locis Montium, quorum dominium recta via tranſiuerat in legatarium, *l. Herennius la prima ff. de vſur.* cum alijs in dicta deciſione allegatis; vnde mirum ſi hæres, qui vendidit dicta loca ad alium ſpectantia, tenetur ad fructus loco damnorum, & intereſſe.

Cæterum cùm in hac 3. propoſitione huius cauſæ fuerit pro parte Reuerend. P. D. Sanctorij exhibita fides plurium perſonarum atteſtantium in ciuitate Taranti paſſim reperiri, & de tempore requiſito ſemper repertam eſſe occaſionem inueſtiendi pecunias in rebus fructiferis, cenſuerunt Domini ceſſare omnem difficultatem, & conſequenter fructus deberi à die quo Iuſtina, & Franciſcus attingerunt ætatem 18. annorum, de quo tempore erat faciendum inueſtimentum iuxta prorogationem datam ab Iſabella in ſuo vltimo teſtamento, prout ex cauſa ſimilis fidei fuit alias reſolutum in cauſa Mediolanen. cambiorum 10. Maij 1606. coram Reuerendiſſ. P. D. Ortembergo; iſtæ enim fides iunctis adminiculis probant, vt colligitur ex textu *in l. inſtrumento*, arguendo à contrario ſenſu, ibi, *ſi non alijs quoque adminiculis, C. de probat.* & tenuit Rota in Romana extinctionis, quæ eſt vltima par. 1. diuerſ. impreſſ. Pro adminiculo autem fuit apud Dominos maxima veriſimilitudo, quòd in ciuitate Taranti, quæ eſt de præcipuis regni Neapolis, non defuerit occaſio inueſtiendi, cùm maximè doceat experientia plures vbique reperiri venditores, quàm emptores. Nec viſum fuit obſtare, quòd tempus, in quo Camillus promiſerat inueſtire, fuerit prorogatum per Iſabellam; quia prorogatio cenſetur facta cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, *l. legem, Codic. locat.* Couar. *in cap. quamuis, de pact.* 1. *part. numero* 6. *verſic. quia prorogatio*, & in terminis prorogationis termini ad ſoluendum, Neguſant. *de pignor.* 3. *membr.* 6. *part. princip. n.*6.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Aurien. parochialis.

Die 3. Februarij 1608.

ARGVMENTVM.

Sententia dicitur lata in die termini habiti pro ſeruato, & non in die publicationis, & quando attentata pendente termino ad appellandum reuocari debeant, non ſequuta legitima appellatione.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur lata in die, in quo fuit habitus terminus pro ſeruato, & non in die, quo publicatur de ſtylo Rotæ, ſecus de ſtilo Hiſpaniarum, n. 1.

Atten-

Attentata appellandi termino pendente, quando subsequens appellatio non fuit legitima, licet non reuocentur tanquam attentata, reuocantur tamen ex capite nullitatis, numer.2.

Subrogatus in ius alterius, an, & quando possit opponere omnia ea quæ poterat opponere is, in cuius locum subrogatur, numer.3. & 4. vbi præsertim ad effectum reuocandi attentata.

DECISIO CLXXVI.

1 NOn mouerunt Dominos deducta pro parte Arnari contra decisionem coram me in hac causa factam die 14 Maij 1607. Nam quantum ad primum, quòd non subsisteret in facto illud, quod habetur in illa decisione, scilicet, quòd possessio fuerit concessa intra tempus ad appellandum, ex eo, quòd licèt sententia fuerit promulgata die 26. Martij, & mandatum de immittendo relaxatum die 28. eiusdem. Nihilominus attendendus dies conclusionis in causa, qui fuit 23. Februarij, cùm attendatur dies seruati termini, non autem dies publicationis sententiæ, Vestr. *in prax. lib.7. c.1. n.13. in fin.* fuit responsum quòd Vestr. loquitur secundùm stylum Rotæ, iuxta quem sententia licèt subscribatur post terminum habitum pro seruato, promulgatur tamen sub die termini pro seruato, secus in partibus Hispaniarum, in quibus concluditur in causa, & postea quandocunque promulgatur sententia, vt fuit dictum in Toletana admissionis fenestræ 27. Iunij 1572. coram Bubalo, & alibi.

2 Quoad secundum, nempe quòd ex post non fuerit legitimè appellatum, & ideò non sit locus reuocationi attentatorum, Lancell. *de attentat. pend. termin. ad appellan. cap.11. numer.*42. fuit responsum quòd quicquid sit de dicta non appellatione, gesta pendente tempore ad appellandum veniunt nihilominus ex capite nullitatis reuocandæ, Put. *decis.*30. *n.*7. *lib.*1. Cæs. de Graff. *decis.*2. *n.*5. *de appell.*

3 Quo verò ad illud, quod dicitur in decisione, quòd ideò Gregorius potuerit dare de attentatis, non obstante quòd tempore attentatorum non esset in lite, quia fuit subrogatus in ius Benedicti, contra quem fuit attentatum, ad quod fuit allegata decisio Mohedani t. *de iudic.* fuit modò per informantes pro Arnaro replicatum decision. Mohed. loqui in profanis, & secus dicendum in beneficialibus, in quibus non datur successio, sed mediante prouisione superioris creatur nouum ius ad fauorem prouisi, Put. *decision.* 176. *numer.* 11. *lib.* 2. Cæterum ista replicatio non placuit Dominis, quia allegatæ decisiones loquuntur in simplici prouisione beneficiorum, non autem in illa, quæ fit cum generali subrogatione in locum resignantis, etiam quoad possessionem, tunc enim sicut resignans potuisset agere eodem modo, debet posse agere resignatarius, ad regulam *subrogatus*, *&c.* cum concordan. faciunt tradita per Modern. *de attent. part.*3. *cap.*29. *numero* 102.

4 Vltra quòd & ille qui est subrogatus ad proprietatem tantùm, potest implorare iudicis officium, vt reuocentur attentata, cùm sua intersit possessionem beneficij remanere vacuam, Rota *decision.* 10. *numer.* 4. *de appell. in nou.* Quinimò ex mero iudicis officio, etiamsi non intersit petentis, reuocantur attentata, Caputaq. *dec.*57. *par.*1. Ex quibus fuit conclusum non esse recedendum à decisis in hac causa dicta die 14. Maij 1607.

☞ *In eadem causa habet suprà aliam decisionem sub die 16. Iunij 1606. coram eodem bon. mem. Cardin. Sacrato, est decisio* 122.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Ierosolymitano.

Tridentina vsurarum.

Veneris 14. Martij 1608.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum facta ab vsurario non transit ad bona acquisita cum vsuris: vsuræ enim restituendæ sunt illis, à quibus extortæ fuerunt, non iure hypothecæ, sed ex officio iudicis.

SVMMARIVM.

Vsuræ restituendæ sunt illis à quibus extortæ fuerunt; vsurarijque bona non dicuntur esse bona eiusdem vsurarij, nisi prius deductis vsuris tanquam ære alieno, & his similia, n.1.

Vsurarij bona de iure non sunt tacitè hypothecata pro vsuris restituendis, n. 2.

Vsuræ veniunt restituendæ non ratione hypothecæ, sed officio iudicis, n.3.

DECISIO CLXXVII.

DVbitaui an D. Comiti de Londrono, tanquam donatario Christophori Bussetti manifesti vsurarij 1
sit satisfaciendum tantummodo de bonis licitè acquisitis, aut etiam de illicitè & per vsuram acquisitis? Et Domini tenuerunt nullatenus illi de bonis per vsuram comparatis satisfaciendum esse, cùm bona per vsuram comparata veniant restituenda illis, à quibus per vsuram fuerunt extorta, ad text. *in c. cùm tu, §. possessiones, de vsur.* Vbi cauetur quòd possessiones de vsuris comparatæ vendantur, & ipsarum pretia his à quibus vsuræ fuerunt extortæ, restituantur: vnde glos. *in verbo facultatis, in c. 2. de vsur.* dicit prius deducendas esse vsuras tanquam æs alienum, quàm soluantur legata, & alia quæ relicta sunt titulo lucratiuo, & Collectaneus qui prædictæ glossę sententiæ subscripsit *in d. c. cùm tu, numer.* 8. & Caietan. *in summa verbo restitutio*, & Nauar. *in manual. c. 17. numer. 52. vers. debet*, decens, *debet tamen prius eas soluere, quàm quod debet per contractus gratuitos*, & Michael. de Medina *in suo Cod. de restitut. in tit. de reb. per vsuram acquisit. in §. de vsura restit. in vers. si autem præfatus vsurarius*, dicit quòd si vsurarius habet tantummodo bona per vsuras acquisita, alij creditores quàm illi, à quibus vsuras extorsit, non poterunt sua debita à tali vsurario recipere, nec exigere, ex quo omnia illius bona aliena sunt, eorum scilicet, à quibus fuerunt extorta, & ideo illis tantum sunt restituenda: vnde multò minus poterit vsurarius talia bona alicui donare tanquam non sua, sed aliena, & illis à quibus per vsuram fuerunt extorta, restituenda, aliàs namque de facili quilibet vsurarius ad eludendos Sacros Canones, & defraudandam vsurarum restitutionem, posset donare inter viuos bona acquisita per vsuras, quòd nullo iure admittendum videtur.

Et quamuis fuerit communis Doctorum antiquorum 2
opinio, vt refert Panormit. *in c. tua nos num.7. de vsur. & in d. c. cùm tu n.*12. & tenet *glos. fin. in d. c. cum tu, & glos. in d. verbo facultates in d. c.*2. quòd ex eo supradicta procedant, & vsuræ priùs sint restituendæ, quia scilicet bona vsurarij sint de iure tacitè hypothecata pro vsuris restituendis. Nihilominus contrariam sententiam, quòd imò talia bona non sint hypothecæ obnoxia moderniores communiter tenuerunt, vt idem Abb. *d. num.* 7. refert prout fuere Hostien. *in d. c. tua nos*, & Ioan. Andr. *in d. c.*2. *n.*10. dicens de ista hypotheca non adesse terminum in iure. Eadem sequitur Feder de Sen. *cons.*22. & Goffred. *in summa tit. de vsur. n.*16. & Ant. de Butr. *in d. c. cum tu, n.*18. eandem sequitur, & de communi testatur Ambros. de Vignat. *in repet. c. salubriter. numer.* 231. *de vsur.* & pluribus relatis, & etiam communem dicens, illam sequitur Negusant. *de pignorib.*4. *memb.*2. *part. num.*155. & Couar. *variar. lib.*3. *cap.*3. *numer.*6. *vers. his equidem*, qui itidem istam sententiam communem fatetur, & Nauar. qui etiam de communi testatur *vbi suprà numer.* 265. *versic. alia verò*, & Villagut. *de vsur. quæst.*32. *conclus.*2. *vers. ex Canonistis verò*.

Vnde istæ vsuræ non veniunt restituendæ ratione hy- 3
pothecæ & actionis realis, sed, vt dicunt Doctores suprà relati, officio iudicis ex quadam æquitate, quia ex quo res mea vel mihi debita peruenit ad te ex causa lucratiua, tu teneris mihi ad restitutionem, ad text. *in l. si & me, & Titium, ff. si cert. pet.* Quicquid tamen dicendum esset de prædio seu fundo per vsuram extorto, quod semper censebitur reali obligatione obnoxium creditori, à quo fuit extortum, vt latè defendit pluribus rationibus, & authoritatibus Villagut. *vbi suprà conclus.*1. & facit quia isto casu non transit in vsurarium dominium fundi per vsuras extorti à suo vero dominio, vt post D. Thomam Ioan. Maiori, & Caietan. tradit Siluestr. dicens istam esse communem apud Theologus, & Canonistas

in

in summ. verb. Vsura 6. quæst.1. & pluribus relatis eam sequitur, & refert communem Couar. *vbi supra d. num.6. vers. item, & illud est notandum*, &c.

In eadem causa suprà adest altera decisio sub die 7. Iunij 1607. coram eodem bon. mem. Manzanedo, est decis. 152.

R. P. D. S A C R A T O,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana vigesimæ.

Luna 24. Martij 1608.

A R G V M E N T V M.

Verba *iuxta, secundùm, prout*, & similia in aliqua dispositione apposita, an, & quando stent causatiuè? An verò conditionaliter hæc decisio, quæ in materia exemplaris, & singularis est, exactissimè docet.

S V M M A R I V M.

Verba iuxta solitum, in litteris Apostolicis apposita non conditionaliter, sed causatiuè stare dicuntur, num.1. & per tot.

Dictio, prout, secundùm, iuxta, *& similia stant regulariter causatiuè, & non conditionaliter, ibid.*

Verba stant causatiuè, & non conditionaliter in dispositione, tribus concurrentibus. Primò, quando emanarunt ab habente potestatem de nouo concedendi. Secundo, quando emanarunt super re certa; ita vt declaratione non indigeant. Tertio, quòd emanauerint in materia de sui natura dispositiua, siue noui iuris inductiua, prout sunt priuilegia, contractus, & similia, ibid.

Verbum mandamus, *importat præceptum, num. 2. ad finem.*

Copulati vnius natura, alterius naturam demonstrat, ibid. in fine.

Verba intelliguntur apposita in dispositione causatiuè, & non conditionaliter ad euitandum ambiguitates, num.3. in fine.

Dispositio facta in fauorem vnius non est nouum, quòd etiam facta fuerit in fauorem alterius, n.4.

Verba iuxta solitum, *adiecta verbo infinito, siue impersonali, intelligenda sunt conditionaliter, & non causatiuè, Declara, vt n.5.*

D E C I S I O CLXXVIII.

1 Censuerunt Domini verba, *iuxta solitum*, de quibus in Breui directo bon. mem. Domino Orsino, stare causatiuè, non autem conditionaliter, moti ea doctrina Bart. *in Extrauagan. Ad reprimendum, verbo, prout num. 2.* vbi concludit verba *prout, secundum, iuxta*, & similia, semper stare casualiter, quando emanarunt ab illo, qui habet potestatem de nouo concedendi, & super re certa, ita vt pro sui declaratione non indigent inspectione relati, & in materia de sui natura dispositiua, siue noui iuris inductiua, vt sunt, priuilegia, contractus, & similia, Bart. secundùm Alex. qui de communi *in l. admonendi num.14. ff. de iur. iur.* Dec. *in l. edita num.85. Cod. edendo*, Felin. *in cap.2. num.10. de rescript.* Aret. *cons.76. num.5. vers. quibus præmissis*, Castren. *cons.17. num.2. lib.2.* Natt. *cons.387. num.12.* Grammat. *decis.59. num.21.* Put. *decis.211. lib.2. in impress. & decis.1. de confirm. in epitom.* idem in effectu videntur sensisse Roman. *cons.336. num.3.* Ferret. *cons.86. num.5.* Ias. *in auth. siquis in aliquo num.10. C. de eden.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubric.4. §.6. verbo generale num.1.* Decian. *cons.58. num.61. lib.2.* Boer. *decis.16.* Rota nostra inter diuers. impress. *decis.171. num.4. part.1. & decis.36. num.9. part.2.*

2 In casu verò proposito prædicta tria concurrere visa fuerunt; nam de potestate Summi Pontificis, qui protulit verba, de quibus agitur, non est dubitandum. Certa etiam est determinatio, ad quam referuntur dicta verba, ibi, *Ex quibus decem Camerario duo iuxta solitum per se suosque successores solui mandamus*, siue inspiciamus personam, cui est facienda solutio, ibi *Camerario*, siue summam, ibi *duo*. Materia etiam videtur dispositiua, tum respectu subiecti, quia istud Breue emanauit ad segregandum, & separandum decem pro centenario ex spolijs recolligendis ex Regnis Hispaniarum, & ad distribuenda dicta decem inter Orsinum Collectorem, & Camerarium, necnon & Thesaurarium, quàm etiam respectu formæ verborum, quæ maximè attenditur in hac materia, Felin. *d. cap.2. num.10. ante med. de rescript.* quia Papa vtitur verbis de sui natura dispositiuis, prout est illud, *Mandamus*, quòd prolatum à superiore importat præceptum, Castr. & alij *in l.1. ff. quod iussu*. Et quia Papa sub eadem structura verborum mandat solui Thesaurario, & Camerario; vnde sicut sine dubio Thesaurario non fuerunt reseruata conditionaliter illa duo, eadem ratione, dicendum est, quòd nec Camerario fuerunt reseruata conditionaliter, per regul. *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* Et quia natura vnius ex copulatis demonstrat naturam alterius, Roman. *cons.231. n.2.* cum ibi cumulatis per addentes.

3 Ponderabatur etiam, nullibi reperiuntur ista duo concessa Orsino, sed imò expressè præseruata, ibi, *& solutis dictis duobus Camerario, & alijs duobus Thesaurario, vt præfertur, residuum in tuos vsus, &c.* Vnde si capiatur interpretatio, quòd verba iuxta solitum, stent conditionaliter, ista duo remanebunt in incerto; nam Cameræ non debebuntur, ex quo iubentur detrahi, non Orsino, quia illi non assignantur; non Camerario, quatenus pendeant ab implemento conditionis, *l. Cedere diem, ff. de verb. signif.* & tamen datur pro regula in hac materia, quòd ad euitandam ambiguitatem verba intelligantur causatiuè, vt per Scribentes *in cap. Abbate de ver. signif.* vbi Abb. *num.2.* Butr. *num.8.* Cardin. *in vers. contra quod num.3.* hoc notant.

4 Non obstat, quòd Breue sit directum Orsino, & emanauerit principaliter ad illius fauorem, quia non est nouum, quòd in dispositione, quæ emanauit principaliter ad fauorem vnius, contineatur aliquid dispositiuè, ad fauorem alterius. Exemplum est in testamento, quod emanat principaliter ad fauorem instituti hæredis, vt notatur *in §. legatarijs, Instit. de testam.* & nihilominus in eodem testamento prouidetur legatarijs. Aliud exemplum, & proprius practicatur quotidie in prouisione beneficiorum, quia in literis directis prouiso de beneficio assignatur pensio alteri, & quòd Papa in hoc Breui intellexerit prouidere alijs vltra Orsinum, conuincitur manifestè ex eo, quòd, vt suprà dictum est, in eodem Breui, & sub eadem verborum structura ex illis decem duo sine dubio de nouo assignat Thesaurario; nec facit quod Papa in assignatione, quam facit Thesaurario, non vtatur verbis, *iuxta solitum*, sicut vtitur in assignatione quam facit Camerario, quia ex hoc non corruit fundamentum, quòd Papa in hoc Breui intellexerit prouidere alijs vltra Orsinum, sed benè quòd motus fuerit ea diuersa ratione, & etiam hoc est ad prouidendum Thesaurario simpliciter ob eius merita; Camerario verò, quia credidit fuisse per prius solitum.

5 Non obstat quòd verba, *iuxta solitum*, sint adiecta verbo infinito, siue impersonali, quo stante sint intelligenda conditionaliter, non autem causaliter, text. *in d. cap. Abbat. vers. contra quod de verb. signif.* Quia negabatur, quòd verba *iuxta solitum*, in hoc casu sint referenda ad verbum impersonale, neque ex text. *in d. cap. Abbate*, colligitur aliquid, per quod firmari possit verba *iuxta solitum*, in hoc casu esse potius referenda ad verbum impersonale, quàm ad verbum personale; sed tantùm aperit ille textus quomodo fieri possit structura verborum ad hoc, quòd resultet conditio, & dicit hoc fieri, si verba *secundum*, & similia determinent verbum impersonale: quando autem dicta verba stent determinatiuè ad verbum impersonale, non aperit ille textus; vnde pendet à regulis, de quibus supra, quæ sunt pro Camerario, & illius illustrissimis hæredibus.

6 Quoad ea, quæ aliàs longè deducta fuerunt pro parte hæredum Domini Orsini, ad docendum de non solito fuit ordinatum, quòd videretur ad partem, an scilicet constaret de non solito, &c.

Infrà in eadem causa habetur altera decisio sub die 11. Maij 1609. coram eodem bon. mem. Card. Sacrato, est decisio 223.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Vercellen. Capellaniæ.

Lunæ 24. Martij 1608.

ARGVMENTVM.

De probatione iurispatronatus inducta ex quasi possessione præsentandi plura notabilia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Præsentationis ad iuspatronatus effectuatio probatur, quando mortuo præsentato alij ad illud idem iuspatronatus se institui prætendunt, num. 1.

Quasi possessio præsentandi acquiritur ex vnica præsentatione, num. 2. vbi quod attenditur in hac materia vltimus status.

Quasi possessio iurispatronatus vigore Concilij Tridentini nihil operatur, quando dubitatur de illius existentia; secus si tantùm agatur de pertinentia inter patronos, n. 3.

Præsentationes iurispatronatus probantur ex narratiua Ordinarij in litteris institutionis, n. 4.

Iuspatronatus probatur probationibus leuioribus, quando non agitur de ipsa iurispatronatus substantia; sed tantùm de eius pertinentia, ibid.

Narratiua facta in litteris Ordinarij non potest pro parte acceptari, & pro parte non, n. 5.

Episcopus, & Ordinarius præsumitur diligens in ijs, quæ spectant ad eius officium, num. 6.

DECISIO CLXXIX.

1 Die 14 Maij proximi informantibus tantùm Dionysiis fuit coram me resolutum, recedendum fuisse à resolutis in hac causa sub die 7. Maij 1601. coram Illustriss. Millino, quia non probantur in facto duo, super quibus nitebatur illa decisio. Quorum primum erat quòd Momi, qui præsentarunt Lanceam, haberent duas ex tribus vocibus. Alterum quòd fuisset impleta conditio, de qua in reseruatione iurispatronatus, hoc est, notabiliter constructa, & ædificata Capella. Cæterùm ex adductis per Lanceam in hac vltima propositione visum fuit benè roborari vtrumque fundamentum, & consequenter standum esse in primo decisis coram Illustrissimo Millino. Et quantum ad primum fundamentum fuit ponderatum, quòd de anno 1576. Momi pro duabus partibus præsentarunt ad Capellam, de qua agitur, Franciscum Crollum, per cuius obitum vtraque pars venit, ex quo probatur effectuatio, Oldrad. *cons. 229. num. 2. sæpè approbat.*

2 Et quòd ex ista præsentatione licèt vnica fuit acquisita quasi possessio præsentandi pro duabus vocibus dictis Momis *cap. querelam*, cum ibi notat. *de elect.* Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 91. de caus. possess. & propriet.* Et quòd illa quasi possessio præsentandi, & vltimus status quoad præsentationem, de qua agitur, debet attendi, quicquid in futurum, quoad alias vacationes, & petitorium dici posset, *cap. consultationibus de iurepatr.* Calder. *cons. vlt. eod. tit.* & tenuit Rota in Valentina parochialis coram Illustrissimo Seraphino relata inter diuers. impress. *decis. 269. part 2.* ista enim institutio est fructus illius possessionis, qui propterea debentur possidenti, Lamber. *part. 1. art. 9. 8. quæst. num. 12.* Dec. *cons. 117. num. 2. vers. & adeo.*

3 Et non obstat dispositio Sac. Concil. Trident. *in cap. 9. de reformat. sess. 24.* tollens quasi possessiones iurispatronatus, quia non habet locum quandocumque non dubitatur de existentia iurispatronatus, sed agitur tantùm de pertinentia inter ipsos patronos, inter quos nil voluit Sac. Conc. innouare, vt patet *in princ. dict. cap. 9.* ibi, *sicut legitima patronorum iura*, & ibi, *sicut etiam hoc colore beneficia Ecclesiastica in seruitutem redigantur*. Ex qua ratione expressa, quæ denotat causam finalem, Sarneñ. *in reg. de annal. quæst. 5. num. 1. & sub num 7.* satis patet Concilium voluisse prouidere solùm in casu, in quo ageretur de libertate beneficij, & sic de ipsa substantia iurispatronatus, non autem de pertinentia inter ipsos patronos.

4 Et licèt non dentur instrumenta dictæ præsentationis, illa tamen probatur in narratiua Ordinarij in literis institutionis, Rot. *decis. 51. de iurepatr. in nou.* Milis *in verbo institutio Episcopi*, narrans Felin. *in c. post cessionem n. 13. vers. quod autem alias de probat.* Rebuff *in prax. 3. part. signatur. verbo necnon iuspatronatus n. 14.* Comprobatur iste vltimus status ex sententia Ordinarij Vercellen. de ann. 1572. & ex alijs adminiculis ponderatis per informantes pro Lancea, & facit etiam, quia non dubitatur de substantia iurispatronatus istorum de Momis, sed tantùm de illorum rata, & portione, ad quem effectum videntur sufficere probationes magis leues, quàm si ageretur de ipsa iurispatronatus substantia, Angel. *in l. si certis annis n. 11. C. de pact.* cum alijs per Cephal. *cons. 170. n. 26.* & per Menoch. *cons. 93. n. 15.*

5 Non obstat, quòd Dionysij contradixerint admissioni Momorum factæ per Ordinarium de anno 1576. & proinde sine patientia Dionysiorum non potuerit acquiri possessio Momis, quia de huiusmodi contradictione non apparet aliunde, quàm ex narratiua institutionis factæ per Ordinarium, in qua etiam asseritur recessus Dionysiorum à prædicta contradictione, propterea non possunt Dionysij dictam narratiuam pro parte tantùm acceptare, Bart. *in l. Aurelius, §. item de lib. leg.* Alex. *cons. 87. vers. nec obstat, lib. 1. & consil. 80. num. fin. lib. 2.* Surd. *decis. 258. n. 4. & seq.*

6 Quantum ad secundum fundamentum, quod non constaret de constructione Capellæ, & sic quòd isti de Momo impleuerint contenta in concessione Pij Papæ II. fuit responsum, quòd ad effectum, de quo agitur, sufficit quasi possessio, per *cap. consultationibus de iurepatron.* cum alijs supra allegatis, & præsumptio implementi, quæ oritur ex eo, quòd aliàs Ordinarius non admisisset Momos ad præsentandum, nisi per prius impleuissent implenda, cùm aliàs Ordinarius præsumatur diligens in ijs, quæ spectant ad eius officium, *cap. ad audientiam de præscript.* & dixit Rota in Tiburtina castri S. Poli 27. Iunij 1592. coram Litta, &c.

Est decis. 545. part. 4. diuers.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Meleuitana iurispatronatus.

Veneris 18. Aprilis 1608.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio iurispatronatus quando acquiratur per vltimam præsentationem, & quando præsentatus à veris patronis debet præferri præsentato ab existentibus in quasi possessione nondum instituto.

SVMMARIVM.

Quasi possessio iurispatronatus acquiritur per vltimam præsentationem, declara duobus modis, vt n. 1. & alio modo, vt num. 2.

Proprietatis causa absorbet causam possessionis, ibid.

Præsentatus à veris patronis debet præferri præsentato ab existentibus in quasi possessione nondum instituto, num. 2. & 3. declara vt n. 4. & 5.

DECISIO CLXXX.

1 Postquam per duas decisiones fuit firmatum iuspatronatus, de quo agitur, spectare ad familiam de Vagnolis, non autem ad familiam de Plantamonijs, propositum dubium, quòd in prima decisione reseruatum fuerat, videlicet cui deberetur institutio, an Francisco Vellæ præsentato à Plantamonijs, an Petro Vagnolo præsentato à Vagnolis? & Rota censuit, institutionem deberi Petro. Quamuis enim vltima præsentatio facta fuerit à Plantamonijs, ideòque illi existant in quasi possessione, & per consequens præsentatus ab ipsis regulariter esset instituendus, iuxt. *cap. consultationibus*, vbi Butr. *n. 9.* alijque Doct. *de iurepatr.* tamen vltra quòd illa quasi possessio Plantamoniorum patitur aliquas difficultates, & præcisè respectu bonæ fidei, atque idcircò in concursu præsentationis à vero patrono factæ, non sit attendenda, Lambert. *de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 3. art. 6. num. 8.* & vltra quòd circumscripta illa vltima præsentatione, constat etiam de quasi possessione præsentandi Vagnolorum, & quidem antiquiore.

2 Adhuc cùm Franciscus non habuerit institutionem, qui-

quinimo Ordinarius eam fecerit Petro; & hodie bonum ius Vagnalorum nedum detectum sit ex instrumento fun-
2 dationis, sed etiam firmatum per prædictas duas decisiones, intrat conclusio, quòd proprietas absorbet causam possessionis, *cap. cùm dilectus, de caus. poss. & propr.* & quòd præsentatus à veris patronis, debet præferri præsentato ab existentibus in quasi possessione nondum instituto, Abb. *in dict. cap. consultationibus num.9. de iurepatr.* Butr. *in cap. ex literis num.*8. ibique Abb. *num.7. & 8. eod. tit.* Rip. *in cap. cùm Ecclesia de caus. poss. & propr. n.*130. *in fin.* Dec. *cons.*127. *num.*1. *& cons.*149. *num.*2. Lambert. *d.art.6. num.4. vers. tertius casus*, Paul. de Cittad. *eod. tract. part.6. art.3. num.*16.

3 Et hanc sententiam Ruta sæpissimè amplexa est apud Ioan. Paulum *decis.*47. in causa Imolen. iurispatronatus 7. Iunij 1577. coram bon. mem. Lauretano relata inter impressas diuers. *decis. 167. in fin. part.* 2. in Firmana beneficij 28. Maij 1584. coram Illustrissimo Domino Card. Blanchetto, & coram eodem in causa Compostellana parochialis 16. Ianuarij 1595. in causa Alatrina Capellaniæ 27. Octobris 1586. coram Illustrissimo Domino Card. Pamphilio, in Romana parochialis de Publicolis 21. Ianuarij 1600. coram Illustrissimo Pacen. in causa Senensi iurispatronatus 9. Ianuarij 1598. coram Reuerendiss. Patre Domino Decano, & in causa Aquilana Capellaniæ 25. Iunij 1604. coram Reuerendo Patre Domino meo Iusto, confirmata postea die 28. Ianuarij 1605. coram Reuerendo Patre Domino meo Lancellotto.

4 Non obstat decisio in causa Valentina parochialis 26. Ianuarij 1582. coram Illustrissimo Domino Cardinal. Seraphino, *qua est 29. part.2. diuers.* vbi ad istum effectum denegandæ institutionis ei, qui præsentatus est ab illo, qui existit in quasi possessione præsentandi, requiritur quòd constet de non iure præsentantis per confessionem partis, vel per rem iudicatam; nam illa decisio loquitur in casu, quo præsentauerat solus patronus putatiuus existens in quasi possessione præsentandi, non autem in concursu duarum præsentationum, qui est casus noster decisus per DD. præcitatos, & in dicto concursu quoad effectum præferendi, & instituendi, præsentatum à vero patrono, sufficiat si de bono iure constet per instrumentum fundationis, aut per alia documenta, patet ex decisionibus prædictis, & præcipuè ex Aquilana, & Alatrina, in quibus fuit expressè consideratum testamentum, & fundatio, neque fit vllum verbum de confessione, aut de re iudicata.

5 Atque ex abundanti dici potest, quòd vbi requireretur confessio partis, satis adest in hoc casu ad fauorem Vagnalorum, quia Plantamonij ius patronatus esse ex fundatione Antonij Vagnoli, & Smaraldæ eius vxoris, ex decisionibus in hac causa factis, liquet ius tum Antonij quàm Smaraldæ, deuenisse in modernos Vagnolos abnepotes, & successores legitimos Antonij, qui fuit hæres Smaraldæ, nec datur aliquis modus, quo istud ius patronatus transire potuerit in Plantamonios. Itaque concluserunt Domini institutionem ab ordinario factam Petro esse confirmandam, vel eidem quatenus opus sit de nouo faciendam.

*Vna ex dictis decisionibus nempe sub die 14. Decembris 1607. habes suprà in hac parte decis.*170.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Corana bonorum.

Luna 5. Maij 1608.

ARGVMENTVM.

In possessorio reintegrandæ sufficit sola possessionis probatio absque titulo, imò & solus actus apprehensionis possessionis alio non possidente.

SVMMARIVM.

*Iudicium possessorium reintegrandæ non requirit probationem tituli, quia sufficit sola possessio, n.*1. *in fin.*

*Iudex nulliter & iniustè procedens, non potest aliquem sua possessione priuare, n.*2.

Possessionis sola apprehensio possessionem probat, alio non existente in possessione, ibid. in fine.

DECISIO CLXXXI.

1 FVit conclusum D. Ducem de Comitibus esse restituendum; secundum enim extremum non controuertitur per Ecclesiam dum petit se manuteneri, & de primo constat ex instrumento possessionis captæ per Procuratorem Dominorum de Comitibus vsque de ann. 1588. in executionem sententiæ Senatoris vrbis latæ ad fauorem eorumdem de Comitibus, & de dicto etiam primo extremo constat ex testibus deponentibus de actuali possessione, & fructuum perceptione moderni Ducis. Non obstat, quòd non exhibeantur acta dictæ sententiæ, & sententia sine actis non probet, imò si non iustificatur ex actis, dicatur notoriè iniusta, cum multis similibus, quia fundamentum Ducis ad effectum, de quo agitur, non consistit in illa sententia, sed in actuali apprehensione possessionis, & illius effectuatione mediante perceptione fructuum, in hoc enim iudicio non est necessarius titulus, sed sufficit sola possessio, Fassol. *caus.34. dub.*68. Afflict. *decis. 327. num.*2.

2 Nec facit replicatio, quòd si iudex nulliter, & iniustè processit, minimè priuauit possidentes ante Ducem eorum possessione, Alex. & alij *in l. qui vniuersas, ff. de acq. poss.* quia conclusio est verissima in iure, sed non applicatur in facto, quia hic non adest aliquis, qui doceat de sua possessione, tempore, quo isti de Comitibus fuerunt immissi, & contendat se per hoc factum iudicis tanquam non ritè, & rectè procedentis, minimè fuisse priuatum sua possessione, quo casu intraret obiectum: sed sumus in casu, in quo non apparet, quòd alius de tempore immissionis possideret, & ideò debet sufficere, nedum fructuum perceptio, sed solus actus apprehensionis possessionis, Abb. *in cap. cùm nobis num.5. de præscript.* Crauet. *de antiq. part.1. num.*315. & fuit dictum coram me in causa Litteren. Archipresbyteratus de ann. 1601. & alibi sæpè.

3 Ex prædictis videbantur etiam cessare quæ latè deducebantur pro parte Ecclesiæ, quòd ista sententia nedum non iustificatur ex actis, verum etiam notoriè apparet iniusta, stante quòd non præcessit subhastatio, & adiudicatio facta fuit sine æstimatoribus, & DD. de Comitibus minimè fecerunt obligationem de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, iuxta formam sententiæ, quia, vt supra dictum est, in hoc iudicio necessarium non est ingredi iustitiam, & validitatem dictæ sententiæ, & executionis, cùm non docto de alterius possessione sufficiat sola fructuum perceptio, imò sola apprehensio possessionis, ex allegatis. Et nihilominus per informantes pro Duce videbatur omnibus satisfieri, & in specie defectus promissionis de restituendo prioribus, & potioribus fuit sublatus ex facto, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Sabinen. pecuniaria,

Luna 4. Iunii 1608.

ARGVMENTVM.

Præscriptio statutaria vrbis non habet locum in causa dotis temporalis, & spiritualis.

SVMMARIVM.

*Statutaria vrbis præscriptio non habet locum in causa dotis, num.*1.

Nuptiæ spirituales gaudent eodem priuilegio, quo gaudent nuptiæ temporales, n.2. in fine.

*Testes examinati in iudicio exequutiuo probant in iudicio ordinario, quando in iudicio exequutiuo probationes sunt plenariæ, num.*3.

Instantia perempta non pereunt acta probatoria, tendentia ad indagandam veritatem, ibid.

*Creditor petendo eleemosynam à debitore, non censetur fateri debiti solutionem, num.*4.

DECISIO CLXXXII.

1 COncludunt Domini sententiam esse ferendam ad fauorem Monialium, quia de illarum bono iure constat ex decisione coram me in hac causa facta, non obstantibus quæ modò in contrarium deducuntur.

1 Ad primum enim obiectum de statutaria præscriptione

16. annorum fuit responsum statutum fundari in negligentia petere debentis, quæ negligentia non potest considerari in hoc casu, licèt lapsi sint 16. anni à die promissionis, quia Moniales non poterant statim petere, sed postquam recepissent octo Moniales. Probandum igitur est, quòd à die receptionis octo Monialium effluxerint 16. anni. Secundò fuit dictum quòd statutum non habet locum in causa dotis, vt patet ex illius lectura, & non est dubitandum, quin ista fuerit promissio ex causa dotis, vt patet ex supplicatione Lauiniæ, ex illius promissione, & ex decreto Vicarij super erectione Monasterij, in quibus locis habetur, quòd ista promissio fuit facta pro erectione huius Monasterij, & quæ constituta sunt ad fauorem dotis pro nuptijs temporalibus, multò magis habent locum pro nuptijs spiritualibus, Rip. *in l. 1. num. 61. & 62. ff. solut. matr.* Ias. *in authent. si qua mulier num. 12. de sacros. Eccles.* Bald. *nouell. de dot. part. 6. princip. priuileg. 77.*

3 Ad secundum, quod testes sint examinati in iudicio executiuo, & ideò non probent in ordinario, fuit dictum, quòd quando in iudicio fiunt probationes plenariæ, quòd probent etiam in ordinario, Butrigar. *in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter num. 20. vers. etiam quæro, ff. ex quibus caus. maior.* Felin. qui alios refert, *in c. causam il primo n. 6. de testibus*, & facit quòd perempta instantia, super qua testes fuerunt examinati, non ideo pereunt acta probatoria tendentia ad indagandam veritatem, Afflict. *decis. 148. num. 3.* cum alijs per D. Ricciullum, maximè quando agitur inter easdem partes, & ad eundem finem, & effectum, Bart. *in l. cum lite mortua n. 5. ff. iud. solu.*

4 Ad tertium, de præsumpta solutione coniecturæ, quæ pro hoc allegantur, non visæ fuerunt sufficientes, & in specie non visum fuit posse fieri fundamentum, super eo quòd Moniales sæpè petierint eleemosynam à Domina Lauinia, & fuerint negligentes in petendo huiusmodi creditum: nam, quantum ad eleemosynam, ille est mos dicti Monasterij erga pias personas, quæ nullatenus excludit præsumptionem crediti erga illum, à quo petitur eleemosyna, cùm petatur ex causa & modo diuerso. Quantum ad negligentiam in petendo à D. Lauinia, vltra quòd coniectura non est per se multum potens, redditur debilior in hoc casu; quia D. Lauinia erat superintendens huius Monasterij, & illud multis beneficijs cumulabat; vnde non est mirum si Moniales erubuerunt requirere Dominam Lauiniam tanquam debitricem, si illam tanquam piam matrem quotidie experiebantur, & statutum vrbis hanc præsumptionem solutionis ex non petitione reiecit in materia dotis, vt supra dictum est.

R. P. D. LANCELOTTO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana societatis officij.

Lunæ 2. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Qui in societate officij fideiussores de soluendo fructus dare promisit, & non dedit, non potest superlucrari pecunias dictæ societatis.

SVMMARIVM.

Lucrum ex interdicto facere non potest is, qui contenta in interdictis non obseruauit, n. 1. Vbi propterea quod qui in societate officij promisit dare fideiussores, & non dedit, non potest d. societatem lucrari, ibid.

Emptori terminus ad soluendum pretium datus intelligitur à die consignationis rei emptæ, n. 2. declara vt n. 3.

Dotis solutione datus terminus non incipit currere antequam fiant nuptiæ, n. 2. declara vt n. 3.

Verbum proximos, *tempori adiectum designat extremitatem prioris temporis, n. 4.*

Pactum in societate officij, quod etiam non dato fideiussore duret societas, procedit solùm ad fauorem obseruantis, non autem suffragatur ei, qui non adimpleuit, n. 5.

Mora præstando interesse non purgatur ad effectum, vt in societate officij pecunia dicantur superlucrata, num. 2.

Pacta non adimplens ex parte sua, non potest se iuuare pactis, & quomodo contractus, n. 7.

DECISIO CLXXXIII.

CVm Domini de Sorbellionibus non dederint fideiussorem, prout conuenerant, & pro eorum parte non adimpleuerint, Domini resoluerunt non fuisse locum lucro pecuniarum, ac inde mandatum ab A. C. relaxatum fuisse exequendum, cùm non possint se fundare in pacto, nec iuuari contractu vltro citròque obligatorio, neque lucrum facere ex instrumento, quod non obseruatur, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. cùm proponas, la seconda*, & ibi Dec. & alij, *Cod. de pact.* & in istis terminis, quòd is, qui non præstitit fideiussores promissos, non lucretur pecunias per obitum illius, super cuius vitæ periculo inita erat societas, fuit resolutum in causa Romana duorum millium 19. Martij 1574. & in alia Romana societatis 9. Iulij 1584. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. 1

Neque obstat, quòd cùm obligatio dandi fideiussores esset pro fructibus soluendis, & cùm fructus primi semestris essent soluti, promissio de illos præstando infra duos menses debeat intelligi finito primo semestre, *l. tali, ff. de iur. dot.* vbi terminus ad soluendum pretium infra annum intelligitur à die consignationis rei emptæ, cum alijs similibus exemplis, tum quia in dictis casibus termini soluendi dotem, non poterat incipere antequam fiant nuptiæ, vt not. Bald. *in antiq. lect. illius legis*, cùm dos non sit sine matrimonio, & propterea capienda est talis interpretatio, vt fuit resolutum in causa Romana fideiussionis de repræsentando 18. Maij 1607. coram R. P. D. meo Marcomontio, vbi etiam fuit dictum, quòd dispositio dictæ *l. tali*, est specialis in dote, sic etiam in casu emptionis, & venditionis dies solutionis pretij non venit, nisi postquam res empta sit consignata, ne aliàs quis retineat rem, & pretium, quæ ratio cessat in casu nostro, quia dans pecunias, voluit sibi cauere in futurum, vt adueniente secundo semestri esset tutus, neque aliàs fuisset contracturus. 2

Imò quia prædicta conclusio est fundata in verisimili mente contrahentium, etsi de contrario constet, cessat illa præsumptio, Vinc. de Franc. *decis. 354. num. 3. vers. nihilominus hæc opinio*. In casu autem nostro ex verbis instrumenti clarè constat de mente dantis pecunias, & quòd aliàs non fuisset contractum; nam expressè conuenit, quòd pro solutione fructuum tantum durante societate daretur intra duos menses proximos aliquis mercator, ex quibus patet, quòd mens contrahentium fuit dare, & recipere fideiussorem pro fructibus infra duos menses, à die celebrati contractus; nam verbum *proximos* designat extremitatem prioris temporis, scilicet tempore factæ obligationis, *§. pupillus, Instit. de inut. stipul.* Bald. *cons. 246. num. lib. 5.* & dictio *intra*, includit tantum sua extrema, & excludit ea, quæ sunt extra, Soc. *cons. 215. in princ. lib. 2.* & faciunt tradita per Gemin. *cons. 121.* attenta forma statuti *num. 7.* & docuit obseruantia subsequuta; nam statim sequuto obitu Ioan. Bap. non expectato secundo semestri datus fuit fideiussor, quod ostendit partes non sensisse, quòd præstaretur fideiussor finito primo semestri, Castr. *cons. 314. in fin. & cons. 347. col. fin. lib. 1.* Aym. *cons. 211. num. 8.* 3

Nec releuat, quod dicitur, dilationem concessam respectu certæ causæ non incipere currere, nisi illa causa incipiat, quia licèt solutio fructuum secundi semestris non incipiat nisi lapso primo, voluit nihilominus socius sibi prospicere intra duos menses, & quamuis potuisset ne durare, nisi pro primo semestri, tamen poterat etiam durare, & ideò dans pecunias, se cautelauit ad effectum, vt adueniente secundo semestri esset tutus, quatenus societas duraret, aliter non contracturus, nisi cum istis cautelis, & obligationibus. 4

Neque contrarium colligitur ex pacto, quòd in casu non præstationis fideiussorum Sorbelloni teneantur ad fructus vsque tunc decursos, & ad damna, & interesse, quia hoc procedit durante societate, & non reclamante, neque excipiente de non adimplemento socij, eo quia dedit pecunias, & ad effectum, ne dubitaretur, quòd in casum non implementi fructus non deberentur durante societate. Aliud verò pactum, & nihilominus etiamsi ostenditur, quòd etiam non dato fideiussore durat societas, intelligitur, & procedit solùm ad fauorem obseruantis, non autem suffragatur ei, qui non adimpleuit 5

ex

ex parte sua, Gloss. *in l. qui fidem, ff. de transact. & in l. cùm proponas, la 2. Cod. eod. tit.* & fuit dictum in causa Vibeneriana Castrorum coram Oradino, quæ est *decis.* 18. *nu.* 2. *par.* 2.

6 Nec etiam obstat, quòd stante non implemento possint Domini de Sorbellonibus præstando interesse satisfacere, & purgare moram, quia hoc procedit solùm ad conseruandam actionem, non ad quærendam: si enim ageretur de continuanda societate, & opponeretur de non implemento, benè esset locus purgationi moræ præstando interesse, sed cùm agatur de purgatione moræ, non ad quærendam actionem, cùm res non sit ampliùs integra, & ad effectum, vt pecuniæ dicantur superlucratæ, non est locus purgationi moræ præstando interesse, *l. Thais, §. Stichus, vers. intra, ff. de fideicomm. libert.* Bart. *in l. si insulam num.* 24. *ff. de verb. oblig.* Castr. *cons.* 228. *num.* 2. *vers.* 3. *aduertendum, vol.* 2. Grat. *cons.* 352. *num.* 8. *vol.* 3. Silua *cons.* 85. *num.* 12. & fuit resolutum in causa Tiburtina compromissi 16. Iunij 1595. coram Seraphino, & in causa Romana transactionis 5. Iunij 1604. coram R. P. D. meo Coccino.

7 Quæ dicuntur de resolutione contractus, non faciunt ad rem, cùm sint termini diuersi, quòd contractus sit resolutus, & quod non sit adimpletus, & nihilominus si fuit resolutus, non potuit esse locus lucro pecuniarum, sicut non applicantur, quæ deducuntur de pœna, cùm non prætendatur incursus alicuius pœnæ, sed solùm defectus non implementi in tempore conuento, itaut qui non adimpleuit ex parte sua, non possit se iuuare pactis, & commodo contractus, iuxta terminos *l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. & l. cùm proponas, la 2. C. de pact.* cum vtrobique allegatis.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana defalci.

Luna 9. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Remissio debiti facta à congregatione debitorum debitori, quando præiudicet creditori absenti.

SVMMARIVM.

Creditorum maior pars non potest facere transactionem, remittendo partem debiti debitori in præiudicium absentis, & non consentientis, num. 1. & 2.

Qualitatem in actu requisitam quis acceptare debet, dum ipsum actum acceptat, & probat, num. 3.

Actus interpretari semper debet ad fauorem facientis, n. 4. in fine.

Consentire non dicitur, qui iura sua præseruat, num. 4. & 5.

Exceptio cedendarum, quando obstet, num. 6.

DECISIO CLXXXIV.

1 FVit dubitatum extra Rotam, an defalcum per Congregationem factum cedere debeat damno, vel bon. mem. Laurentij de Celsis, vel Excellentissimi D. Martij Columnæ, in casu & ad effectum, de quo agitur? Eòque dubio in Rota proposito, fuit conclusum defalcum cedere damno Excellentissimi D. Martij, siue enim defalcum processerit ex concordia inita inter DD. de Sabellis principales debitores, & D. Martium fideiussorem, illa non potuit D. Celso creditori absenti, & non consentienti præiudicare, *§. si vero minus, in auth. de duob. reis*, siue processerit ex remissione partis debiti concessa per creditores dictis DD. de Sabellis principalibus debitoribus. Nec illa etiam remissio, quantumuis authoritate Congregationis facta, nocet D. Celso absenti, & non consentienti, quominus ipsi defalcum, siue quantitatem remissam petere, & consequi possit à D. Martio fideiussore, text. *in l. si præcedente, §. Lucius*, ibique DD. *ff. mandati*, Ias. *in l. iuris gentium, §. hodie, num.* 2. *in fine*, ibique Iacob. de S. Georg. *num.* 10. Alex. *num.* 8. *ff. de pact.* Matthesil. *sing.* 104. Cremen. *sing.* 22. Stracc. *de decoct. par.* 6. *num.* 14.

2 Non obstat, quòd si defalcum exigatur à D. Martio, remissio remanet inutilis DD. Sabellis, à quibus ille poterit repetere quicquid soluerit D. Celso, siue eius hæredi. Nam quinimò respondet text. *in dict. §. Lucius*, quòd quicquid fideiussor exsoluerit, non tamen illi tenebitur principalis debitor, nisi in id, quod superest, deducta ex quantitate, quæ fuit à creditoribus authore iudice remissa, & illum text. eo modo benè declarat Cyriac. *in l. 4. quæst. Paul....* Et regula dicti text. procedit multò faciliùs in hoc casu, in quo mens Congregationis fuit in specie, quòd per huiusmodi defalcum, nullum D. Celso fieret præiudicium quoad exactionem aduersus fideiussores. Nam in assignamento, quod fuit datum D. Celso, iuxta dictum defalcum habetur expressè sine præiudicio residui, & omnium, & quorumcumque iurium suorum contra omnes fideiussores, & alios quoscumque quomodolibet obligatos, & citra aliquam innouationem, liberationem, & nouam conuentionem, & non altàs, aliter, nec alio modo.

Et quod magis est, intellexit Congregatio, quod istud defalcum cederet damno D. Martij, vt patet ex pluribus decretis dictæ Congregationis, & alijs actibus datis in summario D. Isabellæ Celsæ, *numero* 4. *Quanto al Sig. Martio hà promesso pagare tutta la rata sua del defalco, però dourà sodisfare di tutta la detta rata conforme alla promessa, numero* 6. quoad defalcum seruatur decretum altàs factum, *numero* 7. *Defalco scudi* 5408. *quale dourà pagare il Sig. Martio con li frutti decorsi doppo il Cartone, num.* 8. *il Sig. Martio si contenta di pagare li scudi* 5408. *del defalco*, & quidem D. Martius qui allegat defalcum, debet illud acceptare cum qualitate apposita per Congregationem, videlicet quòd ipse illud defalcum soluere deberet, Put. *decis.* 397. *num.* 5. *lib.* 2. & Congregationis decreta ita in sui præiudicium sustinere, sicuti ad sui fauorem amplectitur, Aym. *de antiq. temp. part.* 1. *§. viso, de verbis enunciatiuis num.* 37. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 45. *num.* 6. latè Tiraquel. *de retract. conuent. ad fin. tit. num.* 9. Nec ipse, vel certè eius negotiorum gestores aliud senserunt, cum soluerint D. Celso partem quantitatis diminutæ; soluendo enim partem defalci, totum defalcum agnouerunt, Natt. *cons.* 573. *num.* 38. *part.* 3. Dec. *cons.* 608. *num.* 2. Et præterea egerunt contra DD. de Anguillaria confideiussores pro rata defalci illos tangente, soluerintque semper integros fructus census, proinde ac si diminuius non fuisset, prout re vera quoad ipsum D. Martium non erat diminutus. 3

Non obstat, quòd in mandato relaxato per Congregationem ad fauorem D. Celsi, fieret mentio defalci, ideòque D. Celsus videatur consensisse defalcò, acceptando illud mandatum, illòque vtendo. Cùm enim illud mandatum contineret clausulas supradictas, fuit per illas præseruatum omne ius D. Celsi, eiusque hæredum, Anchar. *cons.* 241. *num.* 4. Gozadin. *cons.* 38. *num.* 2. Corn. *cons.* 93. *num.* 18. *in fin. lib.* 2. Put. *decis.* 197. *num.* 23. *lib.* 1. Mohed. *decis.* 2. *de rescript.* Verall. *decis.* 119. *part.* 1. nec D. Celsus vtens dicto mandato potest intelligi sibi præiudicare vltra Congregationis mentem, cùm potiùs ex iuris regula actum interpretari debeamus quantum fieri potest ad fauorem facientis, bene Ias. *in leg.* 1. *num.* 18. *in fin. Cod. de iudic.* 4

Nec dici debet consensisse defalco ad fauorem D. Martij, quia qui iura sua præseruat, non consentit, *l. si debitor, §. si in venditionibus*, nisi salua causa pignoris sui consentit, *ff. quibus mod. pign. vel hypotheca soluatur*. Maximè cùm idem D. Celsus clausulis mandati conformem suam protestationem ipse addiderit, quæ protestatio in isto casu non fuit contraria facto, Alex. *cons.* 130. *num.* 13. *lib.* 4. tenuit Rota in causa Romana anterioritatis 23. Iunij 1603. coram Illustrissimo Pamphilio, & antea in vna Senogallien. prædij 19. Nouembris 1593. coram Bubalo. 5

Non obstat, quòd hæres D. Celsi non possit cedere D. Martio actiones aduersus DD. de Sabellis, quia vltra quòd id procedit ex dispositione *d. §. Lucius*, ideòque non obstat hoc casu exceptio cedendarum, *l. quamuis, §. si mulier, & §. Marcellus, ff. ad Velleian. l. si Procurator, §. si liber homo, ff. mandat.* glos. *in l. si stipulatus, §. si ex duobus, in verbo exceptione*, ibique Bart. *in* 3. *vers. quandoque creditor. ff. de fideiuss.* adhoc ista exceptio non obstat hæredi D. Celsi, quia possunt quidem cedi actiones per dictum hæredem, sed quòd sufficienter cedi non possint, ita vt exequutioni demandentur contra 6

DD. de Sabellis, id verò euenit facto D. Martij, qui desalco consensit, vt sibi consuleret, & minus damnum pateretur, ideoque non obstat exceptio cedendarum, Gloss. & Bart. *vbi sup.* ibique Castr. *sub n. 3.* & alij, *l. in his, §. si duos*, ibique idem Bart. *in 2. oppos. ff. de solut.* Neguss. *de pignor. 3. membr. 2 par. n. 36. vers. 2. fallit, & vers. 3. fallit*. Denique factum D. Martij curantis se eximere à solutione integra debitorum, quæ sibi imminebat, non debet nocere D. Celso, vel eius hæredibus, quibus D. Martius erat obligatus non solùm vt fideiussor, sed etiam vti principalis, & insolidum, ad notat. per Decian. *cons. 72. num. 5. & seqq.* & Paris. *consil. 16. n. 113. lib. 2.* Bec. *cons. 45. num. 49.* Et ex his, &c.

R. P. D. SACRATO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. pecuniaria.

Luna 9. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura de testium fide, & probatione explicantur, & præcipuè de examinatis in vna causa quid, & quantum probent in alia.

SVMMARIVM.

Damnum emergens omni iure debetur damnum passo, n. 1. vbi etiam quod desuper facta conuentio valet, & tenet.

Testis in vna causa examinatus, in alia causa est diminutæ fidei, nisi suppleatur ex circumstantijs, de quibus, num. 3.

Testis de facto proprio aliquid plus probat, quam alius testis, ibid.

Testis deponens contra proprium interesse magis probat, ibid.

Testis non benè probans iuuatur ex facti circumstantijs, ibid.

Probationes facta in vna causa, aliquid faciunt in alia, ibid. in fine.

Procuratoris scientia arguit scientiam principalis, qui à suo Procuratore certioratus præsumitur, num. 4.

Producens scripturam, censetur fateri omnia contenta in eadem scriptura, ibid.

Damnum emergens non debetur, nisi concurrentibus requisitis, de quibus, num. 5. declara, vt ibid.

Damnum emergens non debetur sine mora, declara, vt n. 6.

DECISIO CLXXXV.

1 CVm Franciscus Parata vendiderit suum prædium Andreæ Zano pro lib. 6000. cum facultate redimendi infra nouem annos, & interim conduxerit idem prædium pro annua pensione lib. 360. & è conuerso idem Parata effectus fuerit creditor Aurelij ab armis pro æquali summa, censuerunt Domini licitè potuisse conueniri, prout fuit conuentum, quòd Aurelius solueret singulis annis lib. 360. Paratæ, sicut ipse Parata soluebat Zano, ista enim conuentio nihil aliud continere videtur, quàm condemnationem damni emergentis, quod omni iure debetur, Bald. *in l. 2.* & Salyc. *ibid. n. 2. C. de vsur.* Rom. *cons. 94. num. 1.* Dec. *cons. 34. n. 4. vers. nam etiam,* Alex. *consil. 31. num. 9. lib. 6.* cum alijs per Tiraqu. *de retract. lignag. §. 1. gl. 8. num. 71.* & in terminis similis conuentionis tradunt Anch. *cons. 376. num. 2. & in cap. peccati venia q. 19. de reg. iur. in 6.* Salyc. *in auth. ad hac, quæst. 19. num. 14.* D. Thom. 2. 2. qu. 88. *art. 2. vers. ad 1. ergo,* Nauarr. *de vsur. num. 42. vers. 3.* inter omnes benè Ias. post alios *in l. 1. num. 52. C. de summ. Trinit.*

2 Quòd Parata vendiderit prædium cum pacto redimendi, & illud conduxerit pro lib. 360. & quòd Aurelius effectus fuerit debitor Paratæ in 6000. non controuertitur, & constat ex publicis instrumentis, Quòd autem fuerit conuentum inter Paratam, & Aurelium, prout supra probatur ex depositione Francisci Brugnatelli, qui explicitè deponit, ita eo mediante fuisse conuentum. Item ex responsione ad positiones facta per Guidum Ascanium Vrsum sororium, & fideiussorem Aurelij, vbi fatetur magnam instantiam factam per Paratam de rehabendis suis pecunijs ab Aurelio, & fuisse tractatum mediante persona D. Brugnatelli, quòd Aurelius deberet assumere in se onus pensionis debitæ Zano. Item ex pluribus, & multiplicatis quitantijs factis à Parata, & per Aurelium, in hac causa productis, in quibus idem Parata dicit se recipere pecunias ab Aurelio mediante persona Brugnatelli, & aliorum eius patronorum, ad effectum soluendi affictus Zano. Item dantur aliæ quitantiæ manu Zani conscriptæ, in quibus fatetur se recepisse pecunias à Parata per manus Brugnatelli, & concurrit etiam magna verisimilitudo, quòd Parata noluerit per tantùm tempus relinquere penes Aurelium suas pecunias, & ex altera parte soluere affictus Zano.

Non obstat, quod examen Brugnatelli, & responsio Guidonis Ascanij sint in alia causa, nempè in iudicio per Paratam in partibus contra dictum Guidonum Ascanium tanquam fideiussorem Aurelij, quia etsi propter hanc rationem Domini reciperent dictam probationem cum diminutione: attamen non videbatur posse negari, quin ex pluribus circumstantijs talis probatio esset multum considerabilis, ponderando quòd non erat omninò alienum ab isto, cùm fuerit motum contra fideiussorem vti principalem obligatum pro hac eadem causa. Item Brugnatellus deponit de facto proprio, quod auget fidem testis, Crauett. *consil. 178. num. 7.* Aldobrand. *consil. 14. num. 16.* Verall. *decis. 267. num. 1. par. 3.* Cæs. de Grass. *decis. 2. in fin. de empt. & vendit.* & erat solitus gerere negotia Aurelij, vt patet ex quitantijs. Item Guido Ascanius, vltra quòd est sororius Aurelij, deponit contra proprium interesse, vnde vacar omni suspicione, Soccin. iun. *consil. 61. num. 19. versic. quod etiam lib. 2.* Surd. *decis. 107. num. 5.* & est conformis depositioni Brugnatelli; sicut etiam sunt quitantiæ facientes mentionem de Brugnatello, & solutiones affictuum, quæ facti series, & circumstantia adinuicem respondentes, augent vim probationis, iuxta theoricam Castrens. *in l. fin. §. in computatione num. 4.* vbi latè adden. ad Bart. *verbo cautum, Cod. de iur. deliberan.* & hæc vltra conclusionem generalem, quod probationes factæ in vna causa, faciant aliquem gradum probationis, Bart. *in l. 2. num. 20. Cod. de eden.* Alex. *in l. sæpè num. 71. ff. de re iudicata,* Rota *decis. 4. num. 2. de sent. & re iudicata,* Couarr. *pract. quæst. 3. cap. 23. col. 11. vers. cæterum in hac materia,* Put. *decis. 133. lib. 1.* 3

Quantum ad quitantias non obstat, quòd Aurelius dicat se non habuisse notitiam, quòd Parata in illis expresserit se recepisse pecunias in causam affictus debiti Zano, tum quia præsumitur certioratus à suis Procuratoribus, Abb. *consil. 18. num. 4. & 5. lib. 1.* Crauett. *consil. 10. num. 3.* tum multò magis, quia in recipiendis computis à suis Procuratoribus pro pecunijs illis consignatis, suadet omnis ratio, quòd voluerit videre quitantias ab illis reportatas. Tum denique, quia Aurelius dd. quitantias simpliciter producendo videtur approbasse omnia in illis contenta, Bald. *in l. si quis testibus num. 2. vers. sed numquid, C. de testibus,* Socc. sen. *cons. 11. num. 1. in princip. lib. 3.* Crauett. *de antiquit. tempor. par. 1. sect. viso num. 72. vers. sed dubito,* Felin. *in cap. cum venerabilis num. 22. de rescript.* 4

Non obstat, quòd non probentur requisita, Paul. de Castr. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loco*, quem passim sequitur Rota, Put. *decis. 237. lib. 1.* & alias sæpè, quia illa conclusio procedit in illo qui petit vsuras, tanquam lucrum cessans, qui non est casus, de quo agitur. Prout etiam minus facit, quòd non probetur, quòd Parata coactus fuerit accipere pecunias ad vsuras in hac causa, iuxta decis. Mohed. *2. de vsur.* quia hic non petuntur damna iungendo solùm duo extrema, prout in casu Mohed. nempè creditum ex vna parte, & pecunias acceptas sub vsuris ex alia; verùm concurrit tertium, nempè conuentio, quòd Parata desisteret à redemptione prædij, & è contra Aurelius resarcire deberet hoc damnum mediante solutione affictuum Zano. 5

Non obstat, quòd neque damnum emergens debeatur sine mora debitoris, & mora excludatur eo ipso, quòd Parata dedit dilationem, Alex. *cons. 231. num. 7. lib. 2.* Aret. *consil. 151. vers. ad secundum debitum*, quia non loquuntur de dilatione data cum pacto, quòd debitor recompenset damna, quæ ob non solutionem sentit creditor, & est casus, de quo agitur. Prout nec etiam facit, quòd Parata minimè soluerit vsuras, cùm pensio, quam soluebat, non esset ex causa alicuius pecuniæ, per eum debitæ, sed ratione fructuum quos prædio conducto percipiebat, quia in substantia res incidit in diem: si enim soluisset lib. 6000. Zano, remansisset sibi prædium liberum, & non fuisset coactus soluere singulis annis lib. 360. 6

R. P. D.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Ierosolymitano.

Romanæ prætensæ deuolutionis.

die 13. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

In hac decisione magistraliter declaratur, an & quando renunciatio facta emphyteusi ad fauorem alicuius certæ personæ ab aliqua alia persona comprehensa in inuestitura, mortuo illo, ad cuius fauorem renunciatio facta est, deuoluatur emphyteusis ad Ecclesiam, an verò ad renunciantes in inuestituras comprehensos, renunciatione non obstante.

SVMMARIVM.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa ad tertiam generationem non deuoluitur ad Ecclesiam, donec adsunt superstites, & descendentes à primo emphyteota existentes sub dicta tertia generatione, num. 1.

Renunciatio facta ad fauorem alicuius, non porrigitur, nisi ad eum, ad quem renunciantis interest quod porrigatur, num. 2. & 3.

Renuncians alicui omne ius, quòd habet in fundo, quidquid renunciatario non quæritur, remanet apud renunciantem, ibid.

Renunciatio generalis debet intelligi rebus sic stantibus, num. 2.

Renunciatio non porrigitur ad ea, de quibus non fuit cogitatum, ibid. in fine.

Renunciatio emphyteusi Ecclesiastica in alicuius fauorem facta pro se, & hæredibus, personalis est, & renunciatario decedente sine hærede non intrat Ecclesia, num. 4. & omnibus seqq. per totam decisionem.

Concessio facta alicui pro se, suisque hæredibus, de his, quæ de sui natura non transeunt ad hæredes extraneos, videtur vna concessio in personam cuiuslibet hæredis, num. 4.

Renunciatio emphyteusis tunc dicitur realis, & directo domino suffragatur, quando vel esset facta eidem directo domino, seu in illius manibus, vel quando renunciatum esset emphyteusi omninò generaliter, & indefinitè ad fauorem cuiuscumque, nulla particulari persona expressa, num. 5. secus quando fuit concepta ad fauorem personarum expressarum, suisque hæredibus, & successoribus, quia tunc dicitur non realis, sed personalis renunciatio, num. 6.

Renunciatio in dubio præsumitur potius personalis, quàm realis, num. 7. & seqq.

Renunciatio facta emphyteusi numquid dicatur realis ex eo, quod facta fuerit non gratuito, sed accedente recompensatione, num. 11.

DECISIO CLXXXVI.

1 DVbitaui an valeat renunciatio per fratres, & sorores Martiæ facta pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, de ista domo emphyteotica sub directo dominio venerabilis Collegij, ad effectum deuolutionis stante morte Martiæ, superstitibus tamen Prudentia, & Dorothea sororibus duabus ex renunciantibus, quæ sunt in tertia generatione, ad quam domus à principio concessa fuit per Collegium in emphyteusim quondam Francisco, & Mauro de Agazenis de anno 1524. Et Domini negatiuam sententiam sunt amplexi, ea ratione, quia cùm huiusmodi domus fuerit concessa supradictis Francisco, & Mauro de Agazenis ad tertiam generationem, & in illa reperiantur Dorothea, & Prudentia, non potest admitti Ecclesia, quæ non intrat, nisi ob defectum lineæ, & generationis, quin potiùs superstites ex descendentibus primi emphyteotæ iure primæ inuestituræ, & concessionis veniunt admittendi siue iure accrescendi, siue repetitæ in eorum persona concessionis, iuxta Bart. *in l. si mihi & Titio, ff. de verb. oblig.* vbi Ias. *num.* 12. de communi testatur, & alij, quos refert, & sequitur Clar. *selectar. lib. 4. §. emphyteusis qu. 39. n. 1. & 3.* vnde cùm Dorothea, & Prudentia reperiantur in tertia generatione, videtur ad ipsas spectare, non verò ad Ecclesiam deuolutam esse huiusmodi emphyteusim.

2 Tum etiam, quia iuxta Bart. communiter receptum *in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 24. vers. ad secundum, ff. de verbor. oblig.* similis renunciatio Ecclesiæ non prodest, quia non porrigitur, nisi ad eum, ad quem renunciantis interest, quòd porrigatur, *l. & hæredi, §. fin. ff. de pact.* vnde cùm non intersit Dorothæ, & Prudentiæ renunciantium, quòd renunciatio porrigatur ad Collegium, sequitur dicendum illi non prodesse. Secundò mouetur Bartolus, quia renuncians alicui omne ius quod habet in fundo, quicquid renunciatario non quæritur, remanet apud renunciantem, *l. nec vtilem, ff. ex quib. caus. maior.* sed sic est, quòd istud ius reuertendi ad fundum renunciatum post mortem renunciatarij non quæritur ipsi renunciatario defuncto; ergo remanet apud renunciantem. Aliam rationem adducit idem Bart. *cons. 58. num. 4. lib.* 1. deductam ex text. *in l. Paula, Callinico, §. 1. de legat.* 3. nempè quia talis renunciatio generalis debet intelligi, rebus sic stantibus, non autem noua causa superueniente; tum etiam, quia iuxta eundem Bart. *dict. consil.* 58. *num.* 5. similis renunciatio non porrigitur ad ea, de quibus fuit cogitatum, *l. Aquiliana, & l. qui cum tutoribus, de transaction.*

3 Sententiam Bart. ipsiusque rationem sequitur Federic. de Sen. *consil.* 77. & Roman. *in l. vnic. num. 54. versic. sed succedit dubitatio cum seqq. Cod. quando non petent. part.* & Alexand. *in dict. §. duo fratres num. 60. versic. circa secundum*, & Rip. *num.* 88. Soccin. iun. qui de communi testatur *num.* 138. *& num.* 142. Curt. sen. qui etiam hanc dicit communem, *cons. 48. num. 39. versic. ad quintum, & num.* 40. Iason. itidem testans de communi, *num. 79. & in fin.* Bero. *consil. 97. num. 8. & consil.* 108. *num.* 14. *lib.* 1. Bursat. qui etiam de communi, *consil.* 63. *num.* 3. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 89. *à num. 6. vsque ad* 12. *lib.* 1. Honded. qui plures adducit, *consil.* 36. *num.* 19. *lib.* 1. Surd. *consil.* 517. *num.* 14. Bimius *consil.* 46. *num.* 3. & pro sententia Bart. facit optimus textus *in cap.* 1. *in princip. de eo, qui fin. fecit agnato*, vbi non obstante pacto facto pro se, & hæredibus refutans admittitur ad feudum in præiudicium eorum, qui non sunt hæredes.

4 Ex quibus Doctoribus dicitur distinctio inter renunciationem realem, & personalem, itaut quando est facta pro se, & hæredibus sit personalis, & renunciatario decedente sine hærede non intret Ecclesia. Nam vt dicit Bart. *in dict. consil. 58. num. 2. vers. nam de his*, & quando aliquis concedit alicui pro se suisque hæredibus, quæ de sui natura non transeunt ad hæredes extraneos, videtur vna concessio in persona cuiuslibet hæredis, *l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verbor. oblig.* ita vt statim, quòd in persona vnius conceditur fundus in emphyteusim, & alteri qui est de hæredibus vsque in tertiam generationem videatur concedi, & sic defuncto renunciatario frater renuncians, & stans in tertia generatione, intrat siue ex iure accrescendi, siue iure successionis, siue ex iure cuiusdam repetitæ concessionis, & inuestituræ.

5 Supradicta roborantur, quia tunc diceretur realis renunciatio ad effectum, de quo agitur, quando vel esset facta directo domino, seu in illius manibus, ad hoc vt alteri fieret noua inuestitura, vel quando renunciatum esset emphyteusi omninò generaliter, & indefinitè, ad fauorem cuiuscumque, & in rem, & nulla expressa persona, vt declarat Bald. *in d. cap. 1. num. 2. vers. omnino*, & Curt. sen. *consil. 48. num. 39. in fin.* & Aret. *in dict. §. duo fratres*, & ibi Rip. *d. num. 88. in fin.* & tradit Gabr. *dict. consil. 89. num. 9. &* 10. & quod hoc sit de mente Doctorum, tradit Surd. post alios quos refert *dict. cons. 517. num. 14. ante finem*, & consentit Corbul. *de caus. priuat. ob renunciat. n.* 3. & Honded. latè *d. consil. 36. num.* 21. *cum seqq.* & præcipuè *num. 26. lib.* 1.

6 Quæ omnia cessant in præsenti renunciatione, quæ potius fuit concepta ad fauorem personarum, nempè pro Martia, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, quæ verba inducunt personalem, non realem renunciationem, ex Gabr. *vbi suprà num.* 9. & Surd. *d. nu.* 14. ibi, *Item quòd est personalis, quando alicui fit pro se, & hæredibus, &c.* & Honded. *dict. consil. 36. num.* 22. ibi, *& alter alteri stipulanti pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, &c.* non sit appositum indefinitè, sed simul cum hæredibus, & successoribus Martiæ, ad ipsosque tantùm referatur, & ad habentes ab ipsa causa, quam

cùm non habeat Collegium, prout nec alia quæuis perso-
na extranea, non potest dici sub prædictis generalibus ver-
bis comprehensum, ex supradictis Doctoribus, præcipuè
cùm non sit verisimile Martiam renunciantem voluisse
excludere suos hæredes, & successores quoscumque, ma-
ximè vocatos aliàs in inuestitura fauore Collegij, & sic
extranei ab ea causa non habentis, prout etiam conside-
rat Soccin. iun. *in d. §. duo fratres num.* 140. *in fin. &* 141. &
Gabr. *vbi suprà num.* 9. & Honded. *vbi suprà num.* 24. *vers.
non tamen credendum est*.

7 Accedit quòd in dubio personalis, non verò realis simi-
lis renunciatio est iudicanda, iuxta Alex. *in d. §. duo fratres
num.* 60. *vers. quia*, & Soccin. iun. *num.* 140. Surd. *vbi suprà
d. num.* 14. *vers. quod in dubio*, Honded. *dicto cons.* 36. *nu.* 23.
qui etiam *num.* 26. post Bart. *d. cons.* 58. *in fin.* & Gabr. *dict.
cons.* 89. *num.* 11. refert idem tenendum esse in Ecclesia,
cuius est directum dominium, etiamsi renunciatio fuerit
facta cum clausulis amplissimis.

8 Nec prædictis obstare videtur Paul. de Castr. contrarium
tenens *in dict. §. duo fratres num.* 4. quem refert, & sequitur
Bero. *cons.* 130. *num.* 77. *lib.* 2. cùm ipsorum opinio ex supra-
dictis satis conuincatur, & Doctores ab illa recedant, pro-
ut apparet ex suprà relatis, & ex Rip. *in d. §. duo fratres nu.*
88. & Soccin. ibi, *num.* 142. vbi contrariam dicit commu-
nem, & veram, & tandem illam dicit communiter repro-
batam, Honded. *vbi suprà num.* 31. *circa fin.*

9 Neque etiam obstat Roman. pro opin. Paul. de Castr.
adductus *cons.* 22. *num.* 3. *vers. in contrarium tamen*, se-
quitur enim in acceptilatione, & nihilominus adhuc non
est verum, quòd acceptilatio faciat renunciationem vale-
re, quæ aliàs facta fuisset fauore certæ personæ pro illa
suisque hæredibus, & successoribus, quia tali casu etiam
acceptilatio ibi contenta debet restringi ad personas expres-
sas, & ab ipsis causam habentes, non verò ad extraneas,
vt idem Rom. notauit *in l.* 1. *num.* 47. *Cod. quando non pe-
ten. part.* tradit Gabr. *vbi suprà num.* 13. & Honded. *n.* 31.

10 Nec etiam obstat, quòd verba nostræ renunciationis
videantur comprehendere ius de futuro, quia ex hoc non
tollitur, quominus Martia defuncta reliquæ comprehensæ
in inuestitura admittantur, excluso domino directo, vt
notat Alex. *in d. §. duo fratres num.* 60. & ibi Rip. *num.* 89. &
de communi testatur ibidem Soccin. iun. *num.* 138. & plu-
ribus relatis tradunt Surd. *vbi suprà num.* 14. *circa med.* &
Honded. *d. cons.* 36. *num.* 19. Nec minus obstat clausula ge-
neralis, *fauore omnium quorum interest, &c.* quia ea supra-
dictis debet intelligi respectu eorum, quibus renuncians
voluit acquiri, non verò respectu extraneorum, & con-
tra mentem renunciantis.

11 Minùs obstat, quòd dicitur renunciationem fuisse rea-
lem, quia facta non gratuito, sed pro recompensatione
eiusdem summæ à fratribus Martiæ ratione dotis debitæ,
ad trad. per Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 74. *in fin.*
quia respondetur, quòd Peregrinus loquitur absque ratio-
ne, aut lege, nisus sola authoritate Ruini, quem refert
cons. 7. *num.* 35. *&* 38. *lib.* 1. qui Ruin. nullam constituit dif-
ferentiam inter gratuitam, & non gratuitam renunciatio-
nem, nec fundat quòd fuerit realis ex eo, quòd aliquid
fuerit receptum, sed in eo, quòd illa renunciatio, de qua
in casu Ruini, non erat restricta ad personam eius, cui fuit
facta, & erat concepta in rem, vt notat *num.* 37. *circa med.*
imò si à causa receptionis debet regulari renunciatio, po-
tius censebitur facta contemplatione eius, à quo receptio
prouenit, & suorum hæredum, & successorum quorum-
cumque, quàm contemplatione extranei, & sic domini
directi, à quo nihil recepit renuncians, & eodem modo
venit respondendum, Paris. *cons.* 69. *num.* 65. *circa fin.*

12 Vltimò non obstat, quòd Martia disposuerit ad fauo-
rem Petricius viri, cùm exaduerso dicatur, quod insti-
tuerit Societatem Iesu, quæ repudiauit hæreditatem,
vnde fuit delata sororibus Martiæ, sed nihilominus,
quamuis verum esset disposuisse Martiam ad fauorem Pe-
tri ipsius viri; nihilominus non posset dici domus ista re-
uersa ad Collegium, cùm adhuc extent personæ compre-
hensæ in inuestitura, vt tradit Bero. *cons.* 97. *num.* 6. *circa
med. & num.* 9. *lib.* 1.

R. P. D. S A C R A T O,
deinde S. R. E. Cardinali.

Cæsaraugustana dismembrationis.

Lunæ 16. Iunij 1608.

A R G V M E N T V M.

Possessione sua priuatus quis non dicitur à iudice
minus benè procedente, nisi se pro spoliato
habuerit, & an requiratur citatio, quando a-
gitur coram mero exequutore habente facul-
tatem procedendi, non vocatis interesse ha-
bentibus? Et quid importet facultas data à
Principe ingrediendi possessionem propria au-
ctoritate?

S V M M A R I V M.

*Possessione sua priuatus quis non dicitur à iudice minus be-
ne procedente, si se pro spoliato non habuerit, num.* 1.

*Merus exequutor citare tenetur possidentem, ibidem in
fine.*

*Citatio interesse habentium numquid requiratur, quando
in litteris adest clausula, quod impugnari non possint
ex eo, quod interesse habentes non fuerint vocati,
num.* 2.

*Princeps non præsumitur cogitasse priuare aliquem sua posses-
sione, nisi id expressè dixerit, ibid.*

*Auctoritate propria ingrediendi possessionem facultas data
in litteris, intelligitur possessione existente vacua, ibi-
dem in fine.*

DECISIO CLXXXVII.

FVit tentum pro decisione in hac causa facta die 25. Iu- 1
nij 1607. coram me; nam agitur ad effectum manu-
tentionis, ad quem effectum sufficit, quòd executor minus
benè processerit, & quòd Rector minimè se habuerit pro
spoliato, quibus concurrentibus non dicitur possidens pri-
uatus sua possessione, vt fuit dictum in causa Hispalen.
permutationis coram Gypsio 11. Martij 1596. & alibi sæpè,
quòd Rector habuerit se pro spoliato, non probatur pro
parte Collegiatæ, imò constat de contrario ex pluribus con-
tradictionibus, de quibus per informantes pro moderno
Rectore, quòd autem executor minus benè processerit,
patet ex eo, quòd non citauit Rectorem tunc possidentem,
prout tenebatur, etiamsi fuisset merus executor, Alexan.
in l. fin. num. 16. *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Menoch. *de adi-
piscen. remed.* 4. *num.* 456. *& seqq. iuncto num.* 447. Oldrad.
cons. 227. *num.* 3. *vers. alia est solutio*.

Non obstant clausulæ dismembrationis ponderatæ per 2
informantes pro Collegiata, nempè quod dismembratio,
separatio, & appropriatio, & litteræ impugnari non pos-
sint ex eo, quòd interesse habentes vocati non fuerint cum
facultate ingrediendi possessionem propria auctoritate, &
similibus, de quibus latè per informantes pro Collegiata,
quia in hac materia strictissima, prout est ista, in qua agi-
tur de priuando aliquem sua possessione absque citatione,
nunquam id censetur à Principe cogitatum, nisi expressè
dicatur, Mohed. *decis.* 7. *num.* 3. *&* 4. *per totam, de restitut.
spoliat.* & clausulæ suprà ponderatæ non videbantur hoc
importare per necesse; nam illa, quòd dismembratio non
possit impugnari ob non citationem partis, poterat verifi-
cari, vel circa citationem partis in concessione gratiæ Pa-
pæ, quam aliqui voluerunt esse necessariam in concessione,
maximè præiudiciali, Abb. *cons.* 39. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. vel
posse verificari circa non habentes ita principale interesse,
sicut Rector possidens, putà in patronis, iuxta decis. Cas-
sad. 3. *de iurepatr.* facultas verò ingrediendi possessionem
propria auctoritate poterat intelligi possessione existente
vacua, Mohed. *decis.* 7. *num.* 3. *de restit. spoliat.*

*Adsunt plures decisiones in hac causa, nempe sub diebus 23.
Ianuarij 1610. & 3. Decembris 1611. coram eodem Card.
Sacrato, prima decis. impressa est apud Marches. de com-
miss. par. 2. fol. 378. altera vero est decis. 365. suprà part. 2.
recent. & coram bon. mem. Francisco, habetur duæ aliæ sub
diebus 1. Ianuarij 1623. & 16. Iunii 1624. sunt impressæ à
Posthum. in tract. mand. de manuten. decis. 34. & 190.*

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,
postea S. R. E. Cardinali.

Bareñ. iurisdictionis.

Luna 16. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur nisi probata possessione tempore motæ litis, & in incorporalibus quasi possessio non acquiritur, nisi data scientia, & patientia illius de cuius interesse agitur.

SVMMARIVM.

Mandatum manutentionis non conceditur, nisi possidenti de tempore mota litis, n. 1.

Quasi possessio in incorporalibus non acquiritur, nisi data scientia, & patientia illius, contra quem prætenditur acquisita possessio, ibid.

Litteræ testimoniales licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen adminiculum, ibid.

DECISIO CLXXXVIII.

1 COnsuluerunt Domini mandatum de manutenendo minimè posse dari Domino Archiepiscopo, siquidem hoc beneficium non conceditur nisi possidenti de tempore motæ litis, *l. 1. §. interdictum. ff. uti possidet. §. retinendæ, Institut. de interdict.* Ex actibus verò qui fuerunt dati pro parte D. Archiepiscopi, minimè visum fuit constare de possessione Archiepiscoporum Bareñ. ingrediendo Ecclesiam Canusinam, & solemniter benedicendo populum, non quidem ex gestis per bon. mem. Cardinalem Bonuisium, quia in istis incorporalibus ad acquirendum quasi possessionem requiritur scientia, & patientia illius, contra quem prætenditur acquisita possessio, Bart. *in l. 1. §. huius autem interdicti, vers. 2. modo. ff. uti possidet.* Bald. *in l. si aquam, num. 13. vers. nota quod in possessione, Cod. de seruitut. & aqua,* Anchar. *cap. 2. num. 19. de capell. Monach.*

2 De patientia autem Præpositi Canusini, contra quem prætenditur acquisita possessio, tantum abest quòd constet, quòd imò potiùs apparet de contrario tam ex litteris eiusdem Cardinalis Bonuisij, tunc temporis scribentis Præpositum semper se opposuisse quibuscumque quæ faceret idem Cardinalis, quàm ex protestatione facta per Præpositum ad aures Notarij rogati de gestis per Cardinalem, in qua declarauit se nullatenus acquiescere gestis per Cardinalem; quibus adminiculatur fides octo ciuium Canusinorum attestantium Præpositum nullatenus acquieuisse gestis per Cardinalem, quæ quidem litteræ testimoniales, licèt non faciant plenam probationem, Cæphal. *cons. 284. num. 21. & 22.* Decian. *cons. 51. num. 7. lib. 2.* faciunt tamen adminiculum, Rip. *in l. admonend. num. 98.* vbi de communi, *ff. de iur. iurand.* Crauett. *de antiq. temp. part. 1. §. viso de verbis num. 7.* & licèt non omnes istæ contradictiones fuerint per Præpositum factæ in facie ipsius Cardinalis, censuerunt Domini illas nihilominus suffragari stante iusta causa quam habuit Præpositus deferendi dignitati Cardinalitiæ, & in illius facie non protestandi, ad consil. Calderin. 1. *num. 3. vers. item tunc non innat, de his quæ met. caus. fiunt,* vltra quòd ex prædictis apparet Præpositum neque in facie eiusdem Cardinalis omnino acquieuisse.

3 Quantum ad actus gestos per D. Sanuitalem successorem Cardinalis Bonuisij fuit dictum neque ex illis fuisse acquisitam aliquam possessionem, cùm non appareat de aliqua scientia, nedum patientia Præpositi, sine quibus minimè acquiritur quasi possessio in istis incorporalibus, ex allegatis in princip. quam clandestinitatem satis etiam probant litteræ sacræ Congregationis, quarum copia fuit data, circa illud quòd Ecclesia Canusina sit de Prouincia Baren. & consequenter, quòd ista liceret facere Domino Archiepiscopo vigore sui iuris Metropolitici, respondebatur de isto iure Metropolitico esse videndum ad partem.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana domus.

Luna 23. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Ægidianæ locus est, etiam quòd agatur ex contractu, si fuit intentatum possessorium, Notario stipulante pro absente, acquiritur absenti ius ante ratificationem; iuramentumque calumniæ in parte insolita petitum non causat nullitatem.

SVMMARIVM.

Appellare non licèt vigore Ægidianæ, etiam quòd agatur ex contractu, quando nihilominus intentatur aliquod possessorium ordinarium, n. 2.

Notario stipulante pro absente etiam ante absentis ratificationem dicitur illi ius quæsitum, ita quod promittens non potest amplius promissionem reuocare, stante præsertim iuramento, n. 3.

Iuramentum calumniæ non causat nullitatem ob non præstationem illius, quando illud fuit petitum in parte insolita, vt puta, in protestatione specificationis materiarum, num. 4.

DECISIO CLXXXIX.

DIcunt Domini esse locum Ægidianæ, non obstantibus in contrarium adductis. Primò, quod fuit discussum super petitorio, quia hoc nihil est, dummodo in sententia non exprimatur causa habens complicationem cum petitorio, ad tradita per Afflict. *decis. 375. num. 6.* & fuit dictum in causa Tiburtina castri Sambuci de an. 1577. coram Clemente VIII. felicis record. relata inter diuers. impress. *decis. 263 part. 1.* 1

Secundò, datur de iniustitia sententiæ, quia fuit actum vigore contractus, Contard. *in l. vnic. limit. 14. C. si de momen. possess.* sed ipsemet Contard. *sub num. 2.* ponit declarationem, quæ benè applicatur in casu proposito, nempe limitationem procedere quando agitur immediatè ex ipso contractu; secus si intentetur aliquod remedium possessorium ordinarium, prout fuit factum in hoc casu. 2

Tertiò, datur de iniustitia, quia substitutio facta ad fauorem Franciscæ fuit reuocata per ipsum substituentem, 3 quòd potuit fieri ante ratificationem Franciscæ, etiamsi Notarius, nomine quorum interest, stipulatus fuerit, Castr. *cons. 195. num. 2. lib. 2.* Put. *decis. 22. num. 6. lib. 2.* nam præter, quòd in contrariam sententiam videtur inclinasse Rota in Romana Palatij 4. Nouemb. 1592. & in alta Portueñ. coram Illustriss. Seraphino relata inter diuers. impress. *decis. 489. part. 1.* fuit dictum quòd conclusio non procedit, stante iuramento de non reuocando, Tobias Non. *cons. 1. num. 7.* Guglielm. de Bened. *in cap. Raynucius, verb. si absque liberis de testam.* Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 10.* Gabr. *de donat. conclus. 5. num. 7. & de verb. oblig. conclus. 1. num. 69.*

Circa nullitatem appositam ob petitum, & non præstitum iuramentum calumniæ, placuit responsio, quòd illa 4 petitio fuit facta in parte insolita processus, nempe in quadam protestatione specificationis materiarum, & ideò non causabat nullitatem, pro quo fuit allegata decisio in Romana de Magdalenis 26. Aprilis 1599. coram bonæ mem. Gipsio.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ de fabris.

Luna 23. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Multa de probatione possessionis in iudicio spolij, & reseruatione dominij vsque ad integram pretij satisfactionem in instrumento venditionis. An illa venditio dicatur imperfecta, & venditæ rei possessio non translata. Cætera sume ex summario.

SVM-

SVMMARIVM.

Spolij actio non datur ei, qui proprio facto à possessione cecidit, num. 1.

Locatio facta ad decennium, dicitur facta ad longum tempus, ibid.

Locatione facta ad longum tempus transit vera, & naturalis possessio, ibid. in fine.

Possessio in emptorem censetur translata per clausulam ad habendum, tenendum, possidendum, *&c. n.* 2.

Possessor, qui facto proprio à sua possessione cecidit, non potest illam reacquirere sine apprehensione, n. 3.

Venditio an sit, seu potius locatio, quando emptor rem emptam conducit, n. 4.

Venditio facta sub conditione, si pretium fuerit solutum intra tantum tempus, non facit quin venditio non dicatur perfecta, quia ista conditio est resolutiua contractus, & non suspensiua, num. 5.

Donec *dictio non importat conditionem principaliter, sed secundario, quia principaliter importat tempus, n.* 6.

Reseruatio dominij in contractu venditionis non impedit venditionem, nec translationem possessionis, n. 6.

Venditor re non tradita, aut liberè non tradita, non potest rei venditæ pretium exigere, nec emptori currit tempus datum ad soluendum pretium, n. 7.

Venditor, vbi ex pacto non tenetur de euictione; re tamen euicta tenetur ad restitutionem pretij, num. 8. *&* 9, *vbi alia ad materiam dicti pacti.*

Possessio capta vigore sententiæ censetur capta secundùm intentionem iudicis, qui sententiam tulit, & secundùm verba sententiæ, n. 10.

Possessio non censetur probata per instrumentum locationis, locatione non effectuata, & pensionibus non exactis, num. 11.

DECISIO CXC.

1 PLacuit Dominis decisio in hac causa facta, iterùmque censuerunt non intrare spolium, quia Domini de Fabris non docent de primo extremo, videlicet de sua possessione, cùm ab illa quam olim habuerant recesserint proprio facto per venditionem vineæ, illiusque traditionem de anno 1577. Non obstat, quòd prætendunt in instrumento dictæ venditionis reseruasse sibi possessionem per locationem vineæ, factam emptoribus durante tempore dato ad soluendum pretium. Nam vltra quòd ista locatio potiùs, argueret contrarium, quia cùm habeat cursum decennij, dicitur facta ad longum tempus, Alex. *cons.* 17. *in princ. lib.* 4. Dec. *cons.* 204. *n.* 1. Afflict. *de iur. patron. in princ. legis num.* 25. Corbul. *de priuat. ab alien. ampl.* 35. *num.* 14. In locatione autem ad longum tempus transit vera naturalis possessio, ad not. *in l. si quis ante, ff. de adipisc. possess.* Ias. *in l. naturaliter n.* 15. *eod. tit.* Ruin. *cons.* 156. *n.* 16. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 79.

2 Est propterea aduertendum in facto, quòd durante illo decennio, non fuit locata emptoribus vinea, sed duntaxat illa portio fructuum; quæ ex æquitate *l. curabit*, debebatur venditoribus pro parte pretij non soluti. Verba enim instrumenti sunt hæc. *Et quia nemini licet retinere rem, & pretium, conuenerunt partes, quod Petrus venditor participet in fructibus dictæ vineæ pro rata, quam ratam idem Petrus locauit emptoribus ad rationem scutorum* 127. &c. Quinimò quòd Petrus venditor non reseruauerit sibi possessionem, colligitur nedum ex clausula *constituti*, apposita in dicto instrumento, sed etiam ex apertis eiusdem instrumenti verbis, ibi, *ad habendum, tenendum, possidendum nullo iure, nullaque actione, de cætero sibi reseruatis præter directum dominium, donec ei fuerit de integro pretio satisfactum.* Et in alia eiusdem instrumenti parte legitur, *& in euentum, in quem dicti emptores non soluerent, liceat eidem Petro venditori regredi ad suam vineam, & illius possessionem accipere.*

3 Nec vis facienda est in illa facultate accipiendi vineæ possessionem, siquidem etiamsi factus esset locus pacto & facultati prædictis; tamen cùm possessio non fuerit capta, non fuit etiam translata in venditorem, qui postquam ab illa facto proprio ceciderit, non potuit sine apprehensione illam reacquirere, iuxta *l. qui vniuersas*, §. *colonum*; & ibi DD. *de acqu. possess. l. cùm miles, ff. ex quib. caus. maior.* Bocr. *cons.* 13. *num.* 6.

4 Non obstat, quòd dicitur in dicto instrumento contineri non venditionem, sed locationem, *l. sicut emptio*, §. *interdum, ff. locati*, Abb. *cons.* 66. *lib.* 1. Alex. *cons.* 121. *per tot. lib.* 5. ideòque emptores, seu conductores possedisse, non suo nomine, sed Petri venditoris, seu locatoris. Nam respondetur quòd *in d.* §. *interdum*, fuit perfecta, vt colligitur ex glos. dum dicit omne commodum & incommodum rei spectasse ad emptorem, eundemque conductorem. Idque obseruauit etiam Alex *in fin. d. cons.* 121. quòd autem Abb. & Alex. dicunt possessionem remansisse penes venditorem, eundemque locatorem, procedit, ex quo in illis casibus non fuerat tradita possessio, vel certè fuerat tradita titulo locationis, non autem titulo venditionis, vt contingit in hoc casu ex supradictis, & quidem quòd non obstante locatione rei venditæ, censeatur nihilominus contracta venditio, tradit alleg. *l. sicut emptio*, Ruin. sen. *cons.* 318. *num.* 19. & fuit dictum in causa Romana vineæ 28. Iunij 1602. coram R. P. D. meo Decano.

Non obstat, quòd venditio vineæ fuerit facta sub conditione suspensiua, si pretium fuisset solutum intra decennium, quòdque illa conditione non purificata, venditio perinde remaneat, ac si facta non fuisset. Primò siquidem ex distinctione, quam de sententia quamplurimorum DD. tradit allegatus exad. Menoch. *cons.* 388. *num.* 17. *lib.* 4. colligitur quòd conditio hæc non fuit suspensiua, sed resolutiua, cùm respiceret non perfectionem contractus, sed discessum à contractu perfecto, sicuti liquet ex verbis instrumenti supra relatis, & aliud est, quòd actus sit conditionalis, aliud autem quòd sit purus, sed in euentum alicuius conditionis resoluendus, *l.* 2. *ff. de in diem addict.* Bero. *cons.* 29. *num.* 20. *& seq lib.* 2. Surd. *cons.* 168. *n.* 56. 5

Nec vis facienda est in dictione *donec*, illa enim non importat conditionem principaliter, sed secundariò, cùm principaliter importet tempus, Natt. post Castr. & Alex. quos allegat, *cons.* 459. *num.* 16. *lib.* 3. sicuti nec est facienda vis in clausula, *Non aliàs, aliter, nec alio modo.* Nam illa respicit reseruationem dominij, quæ non impedit venditionem, Ruin. *cons.* 177. *num.* 9. & fuit dictum in supracitata decis. Romana vineæ. Multòque minus impedit translationem possessionis in emptores: atque in hoc iudicio controuersia est de possessione, non autem de dominio, cuius reseruationem cùm emptores non impugnent, remanet dicta clausula cum suo effectu. 6

Deinde dici posset, quòd stantibus molestijs, & lite mota per illos de Cusar, non currebat faciendæ solutionis decennium, ad *l. fin. ff. de leg. comm.* quia sicuti tempus non labitur re non tradita, Surd. *cons.* 335. *num.* 43. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. lign. ag.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 108. *& seq.* ita nec decurrere debuit re non liberè tradita ob litem motam, Rota Ianuen. *decis.* 190. *num.* 4. Put. *decis.* 6. *de transact.* præcipuè cùm venditor promiserit rem liberam tradere, & facere consentire omnem personam: sed in omnem euentum firma remanet responsio data in decisione, quòd cùm pendente decennio fuerit mota lis emptoribus, ipsi non debuerunt soluere pretium, quia de euictione cautio illis non fuerat oblata, *l. si post perfectam*, ibique DD. *C. de euict.* Specul. *de empt. & vendit.* §. 1. *nu.* 8. Alex. *cons.* 200. *num.* 5. *lib.* 2 Grat. *cons.* 135. *n.* 7. *lib.* 2. 7

Nec obstat quòd dicitur, non fuisse in hoc casu locum dispositioni illius text. propter speciale pactum appositum in instrumento, ne venditor teneretur dare de euictione cautionem, nisi pro scutis 500. ad trad. per Alex. *cons.* 235. *num.* 9. *lib.* 6. Nam in casu Alex, fuerat expresse conuentum, non solùm ne venditor teneretur de euictione, sed ne etiam teneretur ad restitutionem pecuniarum, seu pretij. Quæ conuentio cùm in hoc casu non interuenerit, dato etiam quòd simpliciter & absolutè dictum fuisset quòd venditor non teneretur de euictione, nihilominus re euicta teneretur ad pretij restitutionem, vt tradit *in d. cons.* Alex. *num.* 10. & est text. *in l. emptorem*, §. *fin. ff. de action. empt.* vbi Iurisconsultus ait, etsi apertè in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine præstitum iri, pretium tamen deberi re euicta, licèt vtilitas non debeatur, neque enim bonæ fidei contractum hanc pati conuentionem vt emptor rem amittat, & venditor retineat pretium, ibique id notat Bart. & communiter Doct. glos. *in l. qui rem*, *C. de euict.* Curt. iun. *in l. emptionib. n.* 4. *&* 5. *ff. de pact.* Surd. *cons.* 36. *num.* 22. *lib.* 1. Corn. *cons.* 226. *num.* 6. *lib.* 2. & per consequens non tenebantur in hoc casu emptores soluere pretium quod sequuta mox euictione potuissent quidem repetere, sed forsan non facilè conse-

quuti

iquuti fuissent; vnde receptum est melius esse habere rem, quàm actionem, *l. minus 204. de regul. iur. l. sciendum, §. diuersa causa, ff. qui satisd. cogan.*

9 Et prædictum pactum intelligitur rebus sic stantibus, hoc est, quòd si nulla lis super re vendita mota fuisset, venditores in receptione integri pretij tenebantur tamen cauere de euictione in futurum, sed vsque ad scuta 560. duntasat. Cæterùm in casu quo immineret euictio ante lapsum decennij, & ante tempus integræ solutionis pactum non continet, quòd emptores nihilominus deberent soluere pretium, & quodammodo perdere suas pecunias, ideòque quoad hoc remanet in prædicta dispositione iuris communis, vulgata *l. commodiss. de lib. & posthum.*

10 Non possunt etiam Fabri fundare primum extremum in possessione capta per Dionysium vigore mandati Rotalis, nec in locatione facta cuidam Angeletto per eundem Dionysium; remanent enim firmæ responsiones, quòd nec sententia Reuerendissimi Comituli, nec mandatum relaxatum in illius exequutionem intelligi possint quoad Fabros de possessione naturali, seu detentione, & commoditate possidendi, ex multis considerationibus factis in decisione, contra quas nihil releuans deducitur. Ex quibus additur ex abundanti, quòd cùm prædicta sententia cantet expresè restituendos esse emptores, quorum Fabri erant defensores necessarij, possessio in vim illius sententiæ non potuit capi, nisi nomine emptorum, quia aliàs deficiebat iudicis intentio, Sarnen. *super regul. de Annal. qu. 45. num. 3.* fuit dictum in Spoletana domus 19. Nouembris 1580. coram illustrissimo Seraphino, & quomodo Fabri intellexerint hanc possessionem, declarauerunt ipsi quando paulo post coram A. C. intentarunt non spolium, sed iudicium super deuolutione vineæ ob pretium non solutum intra decennium.

11 Locatio autem facta Angeletto, non est considerabilis, nedum quia facta lite pendente, & vigore decreti interlocutorij A. C. quod postea reponi, fuit obtentum, & à Dionysio, qui non habebat mandatum ad locandum, sed etiam quia illa locatio non effectuata, & sine exactione pensionum, non probat possessionem, *l. quamuis, §. si conductor. ff. de acquir. possess. cap. inter dilectos de fid. instrum.* Boer. *decis. 239. circ. fin.* Cassad. *super reg. decis. 20.* Sarnen. *super re. de valor. quæst. 11. in princ.*

12 Nec facit quòd locatio probet contra Angelettum, & contra modernos possessores, quia non dant de nullitate locationis vti successores Angeletti, sed vti successores emptorum, à quibus siue ab ipsorum creditoribus emit Angelettus vineam, prout facere potuit, postquam dicti creditores repositi fuerant à prædicto decreto A. C. idque faciliùs procedit ex quo in prædicto iudicio quod coram A. C. Fabri intentarunt super deuolutione vineæ, fuit lata sententia contra illos, quæ etiam transiit in iudicatum, & quatenus fundamento, quod in decisione fit in illa re iudicata ad repellendam actionem spolij, quæ hodie intentatur, respondent informantes pro Fabris, non posse agi de re iudicata, quia sententia est notoriè iniusta; id verò cùm sit præsupponere illud de quo quæritur, & cuius contrarium potiùs apparet ex prædictis, non indiget alia replicatione. Et ex his, &c.

Idem sub die 23. Iunij 1607. est suprà decis. 159. in hac parte.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Bononien. iurispatronatus.

Veneris 27. Iunij 1608.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus præsumitur per vsurpationem acquisitum, stante potentia acquirentis; cessat tamen hæc præsumptio, quando illud postea peruenit ad personas non potentes.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus præsumitur ex vsurpatione stante potentia personarum in loco vbi situm est beneficium, n. 2. vbi etiam quomodo probetur hæc potentia.

Iurispatronatus donatio, facta ab Imperatore, nihil valet, num. 3.

Imperator non potest infeudare in terris Ecclesiæ, ibid.

Episcopi, & Ordinarij solent esse diligentes in non permittendo iuspatronatus vbi permitti non deberet, n. 4.

Historiæ non probant, quando sunt modernæ, n. 3.

Iuspatronatus licèt præsumatur per vsurpationem acquisitum stante potentia acquirentium; cessat tamen hæc præsumptio, quando successiuo tempore fuit translatum in personas non potentes, n. 4.

Obseruantia diuturna facit præsumere omnia ab initio legitimè gesta, ibid. in fine.

DECISIO CXCI.

Domini steterunt in decisis 16. Ianuarij proximi, quia 1 es tunc deductis saltem simul iunctis negari non potest quin donatio iurispatronatus, de quo agitur, facta per Comites de Panico Marsilijs cum interuentu Vicarij Episcopatus Bononiæ vsque de anno 1427. habuerit effectum, & quòd ab illo tempore citra in iudicio, & extra isti de Marsilijs non fuerint habiti, & tenti pro veris patronis.

Non obstat, quòd istud iuspatronatus præsumatur ex 2 vsurpatione, stante quòd Comites de Panico donatores erant potentes in loco, vbi situm est beneficium, de quo agitur, ad decis. Put. 205. *lib. 1.* cum alijs allegatis, & istud vitium transeat in donatarios, *ad regul. subrogatorum*, cum vulg. Potentia autem Comitum de Panico probatur ex priuilegio Federici II. Imperatoris, qui de anno 1421. mediante persona sui Legati donauit Vgolino de Panico feudum Panici cum pluribus villis adiacentibus, & in specie villam Saluarum, cui villæ Saluarum erat vnita villa Sanguinetæ, in qua villa Sanguinettæ dicitur esse situm beneficium, de quo agitur.

Quia pro responsione fuit dictum, assertam concessio- 3 nem de iure nihil valere, cùm Imperator non possit infeudare in terris Ecclesiæ, nec probari quòd fuerit effectuata saltem de facto, cùm historiæ Bononienses, quæ pro hoc adducuntur, sint modernæ, & non tangant explicitè locum, in quo sita est Ecclesia, de qua agitur; & præterea non probetur istos, qui donarunt Marsilijs, esse de comprehensis in asserta inuestitura, vel fuisse de illis Panicis, quos historiæ dicunt fuisse potentes in territorio Bononiensi.

Et quod ante omnia mouit Dominos fuit, quia isti de 4 Marsilijs, de quorum patronatu agitur, non sunt potentes; vnde dato, quòd in donatore adesset potentia tempore donationis, & consequenter præsumptio vsurpationis; attamen ista præsumptio cessat per contrariam præsumptionem, quæ oritur ex eo, quòd si iuspatronatus fuisset ex vsurpatione, illo translato in Marsilios non potentes, imò cessante, prout cessauit ante centum annos potentia illorum de Panico, non permisissent Ordinarij, qui in hoc solent esse diligentes, *ad decis. 11. de iur. patron. in nou.* Marsilios per tantum tempus continuare in hoc iurepatronatus, præsentando, apponendo propria insignia tamquam de iurepatronatus super Ecclesia, faciendo se describere tanquam patronos in libris Episcopatus, reportando sententias ad fauorem iurispatronatus, & faciendo alia ponderata in decisione in hac causa facta, pro quo facit illa conclusio, quòd diuturna obseruantia facit præsumi omnia ab initio legitimè gesta, Felin. *in cap. licet Heli num. 10. de simon.* Ias. *cons. 54. num. 11. lib. 1.* plenè Gabr. *de præsumpt. conclus. 1. per totam*, &c.

Est decis. 172. suprà in hac parte.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali,

Tiburtina castrorum,

Veneris 4. Iulii 1608.

ARGVMENTVM.

Magistralis est hæc decisio, plenèque docet quomodo debeant deponere testes super recognitione testamenti, apochæ, epistolæ, alteriusque scripturæ factæ parte absente.

SVMMARIVM.

Recognitio manus Notarij concludenter facta dicitur per testes, dicentes illius manum notissimam habere, quia sæpius

pius viderunt eum scribere, & præsertim concurrentibus adminiculis, num. 1.

Apocha sufficienter recognita dicitur per testes, dicentes se fuisse præsentes, & vidisse illam scribere, n. 2.

Epistola, liber rationum, & alia scriptura, quæ fiunt parte absente, sufficienter recognita dicuntur per comparationem, vel per testes, qui notam habeant manum scribentis, etiamsi non fuerint præsentes, ibid.

Testes quomodo debeant deponere in recognitione manus Notarij, seu alterius scribentis in instrumento publico, in apocha, in epistola, vel alijs scripturis, quæ fiunt parte absente, num. 1. & seqq.

Scriptura publica, & etiam priuata benè recognita dicitur per testes, dicentes habere notam manum illius, de cuius scriptura agitur, n. 3.

Recognitio scripturæ an fieri possit per testes, quibus eadem scriptura ostenditur per cancellos, ibid.

Testes duo testamentarij, dicentes se fuisse præsentes confessioni testamenti, benè probant eiusdem testamenti confessionem, n. 4.

DECISIO CXCII.

1 DOmini vnanimiter censuerunt scripturam testamenti esse sufficienter recognitam ex pluribus testibus in Rota examinatis, qui asseueranter, & absque vlla hæsitatione, deponunt testamentum esse scriptum, & subscriptum manu quon. ser. Tarquinij de Prætis Notarij de illo rogari, redduntque optimam rationem, quia manum illius habent notissimam, vtpote qui cum ipso assiduo conuersati sint, eumque quàm sæpissimè viderint scribentem; concurrentibus præcipuè adminiculis, quibus dictorum testium depositiones confirmantur.

2 Etenim licèt in apocha requiratur pro sufficienti recognitione quòd testes dicant se fuisse præsentes, & vidisse dum illa scriberetur, §. *si quis igitur, auth. de instrum. caut. & fid.* Dec. *cons.* 605. *num.* 3. Afflict. *decis.* 181. *num.* 8. & alij passim. Nihilominus regulariter in epistolis, in libris rationum, & alijs scripturis, quæ fiunt vna parte absente, & maiore longè cum ratione & instrumento publico receptum est, vt recognitio dicatur facta sufficienter per comparationem, vel per testes, qui notam habeant manum scribentis, vel Notarij, etiamsi non fuerint præsentes, quando indiuidua illa scriptura, siue indiuiduum illud instrumentum scribebatur, Bart. *in d. auth.* §. *sed et si num.* 10. 11. & 12. Curt. iun. *cons.* 162. *num.* 5. Paris. *cons.* 104. *n.* 60. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 114. *num.* 25. Couar. *pract. quæst. cap.* 22. *in princ.* Dec. *in cap.* 2. *de fid. instrum. num.* 2. Bart. Castrens. & alij *in l. nuda ratio de donat.* Gram. *decis.* 34. *num.* 15. Socin. *in l. si ita scripsero num.* 2. & 3. *de condit. & demonstrat. & cons.* 41. *num.* 2. *vol.* 3. Ruin. *cons.* 70. *num.* 4. *lib.* 4. vbi attestatur de communi, & est textus, si benè consideretur, *in d. authentic.* §. *si verò moriantur.* Atque hanc sententiam Rota sæpissimè amplexa est, vt apud Achil. *decis.* 2. *de fid. instrum.* in causa Romana de Picchis coram Fabio, in causa Romana grani 14. Decembris 1571. coram Illustrissimo Card. Seraphino in causa Auenionen. litterarum cambij 26. Aprilis 1560. coram Oradino, & in causa Barchinonen. matrimonij 31. Ianuarij 1565. coram Robusterio.

3 Concurrentibus autem adminiculis nedum instrumentum publicum, sed priuatam etiam scripturam bene recognosci per testes, dicentes habere notam manum illius de cuius scriptura agitur, copiosè deducit Ruin. *cons.* 46. *nu.* 6. 10. & 11. *lib.* 4. faciunt tradita per Roland. *cons.* 26. *lib.* 3. præcipuè *sub num.* 23. Bursat. *cons.* 39. *num.* 35. & 36. *lib.* 1. & Mandos. *sub reg.* 18. *quæst.* 8. *num.* 3. vbi alij allegantur, fuit dictum in causa Romana Cottiuij 4. Februarij 1605. coram R. P. D. meo Sacrato, & in causa Spoletana dotis 9. Decembris 1605. coram R. P. D. meo Iusto, & in terminis schedulæ testamenti coram eodem R. P. D. meo Iusto, in causa Mediolanen. de Cusanis 4. Febr. 1600. & priùs in causa Romana hæreditatis de Mazzottis 9. Martij 1580. coram bon. mem. Cantuccio. In proposito autem vltra quòd dictis testibus videtur omnino danda fides cùm agatur de publico instrumento, cùmque ipsi certissimè, & obfirmatissimè recognouerint testamentum de quo agitur, non obstante exactissima diligentia adhibita per agentes pro Illustrissima D. Catherina tam in rigore interrogatoriorum, quam in ostendendo dictis testibus hoc testamentum, & alias scripturas D. Tarquinij per cancellos, vt dicitur, & fenestras, ita vt possit esse locus cons. Alexandri 181. *num.* 4. *in fin. lib.* 2. vbi ait, quòd talis potest esse fides testium, vt illis solis plena fides etiam in priuata scriptura adhibeatur, & Alex. allegans Vrsill. ad prædict. Afflict. *decis.* 181. *num.* 3. id procedere ait, quando esset magna vis illius cognitionis testium habentium notam manum: non potest autem illa vis esse maior illa quæ resultat ex recognitione adeò secura & intrepida.

Accedunt etiam multa alia adminicula, quæ huic instrumento veritatem astruunt, & ex quibus, vt ait text. *in d.* §. *si verò moriantur, in vers. quod si tabellio,* vna quædam colligitur vndique, & efficitur fides. Et in primis ex testibus testamentarijs duo superstites contestes in loco & tempore deponunt se fuisse præsentes, quando bon. mem. D. Ioan. Baptista Vrsinus confecit hoc testamentum sub rogitu Tarquinij de Prætis, in eòque hærede instituit Excellentiss. D. Virginium Vrsinum, hoc enim solo adminiculo præfici proculdubio probationem resultantem ex comparatione, vel testibus habentibus notam manum, tradit Menoch. *d. cons.* 114. *num.* 25. allegans supradictam authenticam *in* §. *sed et si qui,* & ita tenuit Rota in causa Tetulsana matrimonij 13. Iunij 1558. coram bon. mem. Cardinali Paleotto. Vltra quòd per duos testes probatur sufficienter testamentum fuisse factum, quòdque de illo fuit rogatus talis Notarius, & ex notatis per Bart. & Doct. *in l.* 2. *Cod. de bon. possess. sec. tab.* tradit latè Aym. *cons.* 65. *num.* 5. Succedunt alij testes, qui deponunt se audiuisse ab ipsomet D. Ioan. Baptista Vrsino à Tarquinio de Prætis, & à quibusdam ex testibus examinatis, quòd D. Ioan. Baptista fecerat testamentum, in eòque scripserat hæredem Excellentiss. D. Virginium. 4

Mouit etiam plurimum DD. fides quam fecit bon. mem. & consummatissimæ pietatis Pater Fulgentius, quæ continet, quòd dicto Patri Fulgentio, de faciendo testamento suadenti, respondit absoluta sacra confessione non multo antequam obiret dictus D. Ioan. Baptista, sese iampridem testamentum fecisse extra vrbem. Etenim cùm testamentum de quo agitur, fuerit confectum in loco Viuarij, & repertum in archiuio loci Putaliæ, nec doceatur de alio testamento D. Ioan. Baptistæ, scripto extra vrbem, negari non potest quin ea fides magnum præstet adminiculum veritati istius testamenti. Et prædicta coadiuuantur ex quo in testamento, de cuius recognitione agitur, fit mentio, quòd idem D. Ioannes Baptista fecerat antea aliud testamentum per manum cuiusdam Petri Martini Notarij, cuius etiam primi testamenti publicum instrumentum repertum est & productum, & in eo etiam legitur scriptus hæredes idem Excellentissimus D. Virginius. 5

Item in isto secundo testamento fit mentio, quòd D. Io. Baptista inhæreat dispositioni altàs factæ per D. Antonium Vrsinum fratrem suum germanum: illa autem dispositio, siue illud testamentum D. Antonij fuit etiam repertum, in quo instituto D. Ioan. Baptista, substituitur idem Excellentissimus D. Virginius. Demùmque ex lista in dicto secundo testamento inserta, in qua habetur distributio quorumdam bonorum, quam fieri mandabat D. Ioan. Baptista in exequutionem prædicti testamenti D. Antonij, & ostenditur quòd hanc distributionem, prout iacet in dicta lista, adimpleuit ipse D. Ioan. Baptista aliquot annis post factum testamentum superstes. Et postremò ista institutio Excellentissimi D. Virginij redditur admodum verisimilis, nedum ex quo antiquis & illustrissimis familijs orti in constituenda suorum bonorum successione, præcipuè inter transuersales diligere magis solent agnatos masculos, quàm fœminas in aliena familia nuptas, qua in re habemus in hac causa iudicium familiare, resultans ex prædicto D. Antonij testamento, verùm etiam ex quo prætetea inter D. Ioan. Baptistam & Illustrissimam Catherinam lites sæpiùs, & in specie super istis castris, de quibus agitur, fuerunt agitatæ, & è conuerso Excellentissimus D. Virginius per quamplurea annos hic in vrbe humaniter & honorificè habuit D. Ioan. Baptistam in domo sua, in qua etiam ille obijt. Itaque ex prædictis fuit conclusum pro sufficienti recognitione testamenti, informantibus solis Agentibus pro Excellentissimo D. Virginio, &c. 6

R.P.D.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Ierosolymitano.

Cæsaraugustana pensionum.

Veneris 4. Iulij 1608.

ARGVMENTVM.

De manutentione concedenda pensionario, probata quasi possessione exigendi pensiones tempore motæ litis, etiam non producto titulo, & plura alia ad eandem materiam conferentia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenendo dandum est pensionario, qui quasi possessionem exigendi pensiones mota litis probauit, num. 1. vbi etiam quod isto casu sufficiunt leuiores probationes.

Quasi possessio exigendi pensiones acquiritur per vnicam solutionem, num. 2.

Quasi possessio exigendi pensiones probata quoad defunctum, afficit etiam successorem, etiam quod nunquam soluerit, num. 3.

Confessio de recepto, addito verbo incontanti, *habet vim realis, & veræ numerationis, præsertim accedentibus adminiculis, de quibus n. 5. & seqq.*

Procuratoris confessio non reuocata nunquid noceat domino, num. 6.

Pensionum solutio censetur facta in vim præcedentis reseruationis, n. 7.

Manutentio datur in beneficialibus, etiam absque tituli productione, num. 8. & 9. & an pensionario agenti ad pensiones necesse sit producere pensionis reseruationem, an vero ad effectum manutentionis sufficiat quasi sola possessio exigendi eas, n. 14.

Iura vbi sunt producta parte citata, & non opponente probant, nec amplius opponi potest, quod non sint in forma probanti, n. 10.

Mandatum præsumitur datum ad soluendum in eo, qui soluit notabilem pecuniarum summam, n. 11.

Confessio tollit omnem difficultatem, & superat omne probationis genus, præsertim possessorio, n. 12.

Clericatus non est probandus in iudicio manutentionis, num. 13.

Clausula, sine retardatione solutionis pensionis, suspendit iurisdictionem vsque dum conditio impleatur, n. 15.

DECISIO CXCIII.

1 DAndum esse mandatum de manutenendo Dominis, D. Roderico de Castro, & fratribus litis consortibus in quasi possessione exigendi pensiones de quibus agitur. Domini vtraque parte informante dixere, cùm constet de prædicta quasi possessione de tempore litis motæ, ad text. *in §. retinendæ, Instit. de interdict. l. 1. §. huius interdicti, ff. vti possid.* Bart. *in l. ait prætor, §. quod ait num. 2. & num. 14. ff. eod.* & quamuis in isto iudicio summarijssimo manutentionis sufficiant ad obtinendum leuiores probationes, vt tradit Curt. sen. *in l. admonendi num. 333. vers. secundò moueor, ff. de iur. iuran.* & Alex. *cons. 103. num. 3. lib. 7.* & Couar. *practicar. cap. 17. num. 4.* & Menoch. *de retine. remed. vlt. num. 34.* Nihilominus de prædicta quasi possessione adsunt in nostro casu maximæ probationes, maximisque adminiculis fulcitæ.

2 Adest namque publicum instrumentum vnius solutionis scutorum mille factæ Dominis, Don Roderico & fratribus per Archiepiscopum antecessorem Domini moderni Archiepiscopi, cum insertione mandati ad recipiendum, & sufficit vnica solutio ad hoc, vt quis dicatur in quasi possessione soluendi, Federic. *cons. 134. in 2. dubio*, & tenuit Rota in alia Cæsaraugustana pensionis 21. Iunij 1599. coram D. meo Decano, & in iuribus incorporalibus acquiritur quasi possessio manutenenda ex vnico actu, *cap. cum Ecclesia Sutrina*, & ibi Abb. *num. 23. de caus. possess. & propriet.*

3 Et quasi possessio acquisita contra Archiepiscopum prædecessorem, afficit successorem, qui nunquam soluit, ex latè adductis per Guidopap. *quæst. 629. per totam*, Put. *decis. 151. lib. 3.* & fuit dictum coram Illustriss. Blanchetto in vna Burgen. pensionis 19. Februarij 1596. & coram Illustriss. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore in vna Romana pensionis 13. Iulij 1597. & postea coram D. meo Pamphilio prædicti D. Cardinalis nepote in alia Ariminen. pensionis 24. Maij 1606. & in vna Pistorien. pensionis 3. Iulij 1606. coram D. meo Ludouisio.

Et licèt prædictum solutionis instrumentum videatur confessio de recepto, quæ regulariter non probat possessionem exigendi; nihilominus cùm recipiens fateatur habuisse, & de contanti io posse, & manibus suis recepisse, &c. videtur contineri in instrumento realis, & vera solutio, quam prædicta verba denotant, ad trad. per Bart. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus num. 3.* & ibi Alex. *num. 14. ff. de verbor. oblig.* præcipuè stante stylo illarum partium, quòd etiam si solutiones fiant in prompta, & numerata pecunia, assueuerunt fieri de illis apochæ per modum confessionis de recepto, vt testatur prædicta decisio Cæsaraugustana coram D. meo Decano, & priùs fuerat dictum in alia Cæsaraugustana pensionis 30. Ianu. 1589. coram bon. mem. Gipsio. 4

Quæ iuuantur ex adminiculis in isto casu concurrentibus; habemus namque plures solutiones istarum pensionum factas, Sede vacante per Subcollectores Cameræ Apostolicæ, quas pro adminiculo considerauit Rota in vna Pacten. pensionis 1. Iulij 1596. coram eodem Illustriss. Pamphilio, & in supradicta Pistorien. pensionis, quia Subcollectores vtique non soluissent, nisi Archiepiscopus defunctus aliquando soluisset. 5

Concurrunt etiam plures confessiones Procuratoris D. Archiepiscopi de solutionibus per antecessorem factis, quæ cùm non fuerint reuocatæ, præiudicant domino, glos. *in verbo non negauit in cap. 1. num. 14. vt lit. non contest.* & quamuis fuissent reuocatæ, deseruirent pro adminiculo, vt censuit Rota in vna Mediolanen. hæreditatis 28. Maij 1598. coram Illustrissimo Seraphino, & in alia Placentina deuolutionis terrarum 31. Aprilis 1600. coram Reuerendissimo Pacen. 6

Accedit itidem pro adminiculo, reseruatio istiusmet pensionis, in cuius exequutionem solutiones factæ præsumuntur, argumento text. *in l. in contractib. vers. illis tamen securitatibus, C. de non numerata pecunia*, & facit communis, de qua per Ruin. *cons. 183. num. 5. vers. quinimo verius est lib. 1.* & adducta à Gab. *de iur. dot. conclus. 4. num. 1.* & fuit dictum in supradictis decisionibus Pacten. coram Illustrissimo Pamphilio, & Cæsaraugustana coram Gipsio. 7

Et non obstat, quòd opponitur contra litteras reseruationis non esse in forma probanti, quia respondetur Rotam tenuisse in vna Anconitana pensionis 15. Iulij 1597. coram Illustrissimo Platto ad effectum manutentionis non esse necessarium ostendere litteras reseruationis, cùm etiam in beneficialibus detur manutentio absque productione tituli, vt dixit Rota *decis. 595. part. 1. diuersor.* & notat Ferret. *cons. 7. n. 2. & seq.* 8

Et non obstat decisio Achil. 4. *de rescript.* quia respondetur, quòd ibi dicitur commissionem causæ cum clausula, *sine retardatione solutionis pensionis*, non producere effectum, nisi constet de reseruatione pensionis. In nostro autem casu non solùm habemus prædictam clausulam *sine retardatione*, &c. sed etiam possessionem exigendi, in qua præcipuè fundantur actores in isto iudicio, & illa stante non est opus, quoad manutentionem, iuxta prædictam decisionem Anconitanam, maximè cùm iudex in hoc interdicto non intendat aliud quàm manutenere in eo statu in quo possessor reperitur, vt tollat occasionem spolijs & scandalis, & in cæteris præseruat omnia iura, tam in possessorio plenario, quàm in petitorio, iuxta text. *in l. merito, ff. pro socio*, Rota 641. *num. 8. part. 1. diuersor.* vnde istud interdictum datur etiam mero detentori & spoliatori, & contra spoliatum, Paul. Castren. *in l. Attilius Regulus num. 5.* Roman. *num. 7.* Imol. *n. 5. ff. de donat.* Neuizan. *cons. 80. num. 3.* 9

Et quamuis opus fuisset docere de litteris reseruationis, iam fuit doctum cùm fuerint originaliter productæ citato D. Archiepiscopo coram Reuerendissimo Nuncio, & cùm ibi non fuerit oppositum contra Bullas originales, nec contra illarum exemplum, non potest ampliùs opponi, quòd non sint in forma probanti, iuxta doctrinam Socin. *in auth. si quis in aliquo num. fin.* & ibi Dec. *n. 27. C. de eden.* qui optimas rationes adducunt, quas fuit sequuta Rota apud Put. *decis. 119. lib. 2.* 10

Mi-

11 Minus obstate dixerunt, quòd non constet de mandato soluentis, nempe Thesaurarij D. Archiepiscopi Alphonsi Gregorij, quia cùm esset illius Thesaurarius, siue domui Præfectus, & sic ratione officij præpositus ad soluendum nomine Archiepiscopi, præsumitur mandatum, potissimè cùm soluerit summam sic notabilem scutorum mille, ad tradita per Gigan. *de pension. quæst. 48. num. 1. decis. 2. de caus. poss. & propr. in antiqu.* quam Rota solet sequi, vt patet *ex decis. 196. num. 4. part. 1. diuers.* & fuit dictum in vna Portuen. pensionis 12. Februarij 1601. coram D. meo Lancellotto.

12 Nec impugnatio instrumenti prædictæ solutionis, ex eo quòd non sit in forma probanti quicquam obstat, cùm reperiatur in processu coram Reuerendiss. Nuncio in partibus causato, & à nemine ibi fuerit contra illud quicquam oppositum; & quicquid de hoc sit, istius instrumenti veritas, & huius solutionis per antecessorem D. Archiepiscopi factæ probatio clarè patet ex confessione ipsiusmet Don Thomæ Archiepiscopi moderni non semel facta, sed bis & ter coram Notario, qui illi litteras in forma Vidimus Auditoris Cameræ intimauit, quæ in prædicto processu de partibus per compulsum producto in Rota per eundem D. Archiepiscopum, vbi expressè fatetur, quæ confessio tollit omnem difficultatem, quasi superans omne genus probationis, ad text. *in l. cum precum, C. de liberal. caus.* text. *in l. fin. Cod. de non numer. pecun.* Crauet. *cons. 217. n. 9.* Verall. *decis. 107. num 2. part. 3.* & non est dubium possessionem posse probari per confessionem partis, Dec. *cons. 121. num. 1.* Ang. *in l. ab emptione n. 4. ff. de pact.* Tiraquell. *in tractat. de const. part. 3. ampliat. 1.*

13 Vltimò non obstat, quòd non constet de Clericatu in forma probanti, quia in hoc iudicio manutentionis nihil aliud requiritur, quàm probatio possessionis de tempore litis, & propterea manutenendus est etiam prædo, *l. colonus, & l. cum fundum, ff. de vi & vi armat. cap. in litteris de restit. spoliat.* & non requiri iustificationem Clericatus in hoc casu, dixit Rota in vna Firmana pensionis 26. Ianuarij 1582. coram Gipsio, & in vna Bononien. pensionis 27. Iunij 1603. coram Illustriss. Mellino, & in fortioribus terminis de pensione reseruata sub conditione Clericatus, fuit dictum non admitti huiusmodi exceptionem in hoc iudicio coram D. meo Decano in vna Foroliuien. pensionis 24. Aprilis 1592. & facit optimè decisio Cassad. 10. *num. 8.* ibi, *nisi agens esset in possessione percipiendi, de rescript.*

14 Nec supradictis aliquo modo aduersari videtur decisio coram me 14. Iulij 1607. in ista causa facta, in qua cùm procederetur per contradictas, informante tantùm D. Archiepiscopo, fuit resolutum quòd decretum Reuerendiss. Nuntij esset reuocandum, quia non iustificabatur ex actis, cùm D. Nuncio non constaret de reseruatione pensionis, quia illud fuit verum, cùm ante decretum non fuissent litteræ reseruationis coram D. Nuncio productæ, prout postea pars Dominorum D. Roderici & fratrum, illas produxerunt cum citatione D. Archiepiscopi. Vlteriùs in eadem decisione dixi, quòd litteræ originales reseruationis non fuerunt intimatæ D. Archiepiscopo prout opus erat, & quòd Clericatus exhibiti non fuerunt recogniti, quia respondetur omnia illa esse necessaria in illo iudicio coram Reuerendiss. Nuncio, & ad sustinendum illius decretum, quod secus est in isto iudicio summarijssimo manutentionis, ex supradictis.

15 Tandem facit pro manutentione clausula *meæ commissionis sine retardatione solutionis pensionis*, quæ suspendit iurisdictionem vsque dum impleatur, vt tradit Sarnen. *in compend. signat. num. 84.* Gig. *de pension. quæst. 35. num. 9.* Marches. *de commis. part. 2. cap. 4. num. 35.* Cæsar. de Grass. *decis. 8. num. 1. de re iudicat.* quæ clausula debet adimpleri ante omnia, etiamsi non constaret de aliqua quasi possessione exigendi, quia litteris expeditis ob illatam reuerentiam est procedendum ad præstationem pensionis, iuxta *decis. 301. part. 1. diuers.* quanto magis erit procedendum ad manutentionem pensionis stante illius quasi possessione, ex supradictis. Nec ex illis potest desumi illatio ex dicto facta, quòd cùm prædicta clausula *sine retardatione*, suspendat iurisdictionem, ante solutionem pensionis non posset procedi ad prædictam manutentionem ex defectu iurisdictionis, quia prædicta iurisdictionis suspensio procedit in præiudicium titularis, ad hoc, vt non audiatur opponens de nullitate pensionis solutione priùs non facta, non autem intelligitur in præiudicium pensionarij ad illum impediendum ne possit agere pro solutione pensionis, & pro illius manutentione, alioquin clausula fauore pensionarij apposita ne interim perceptione suæ pensionis fraudaretur, retorqueretur in ipsius præiudicium, quod non est admittendum, &c.

R. P. D. SACRATO,
Posteà S.R.E. Cardinali.

Tullen. Monasterij.

Veneris 5. Iulij 1608.

ARGVMENTVM.

Litteris Apostolicis paruisse quando quis dicatur ad effectum vt à censuris ob non paritionem inflictis absoluatur.

SVMMARIVM.

Litterarum Apostolicarum paritio satis dicitur facta per dimissionem possessionis verbalem, num. 1.

Litterarum Apostolicarum paritio quoad fructuum restitutionem, dicitur facta per oblationem compensationis, n. 2.

Monachus nihil proprio habet, ideo dicitur pauper, & inops, ibid. in fine.

Conditio rescripti si adimpleta non fuerit, iurisdictionem non tribuit, etiam quod conditio non fuerit impleta propter impotentiam, num. 3. vbi declaratur hæc conclusio.

Rescriptorum verba recipiunt interpretationem à iure communi, & à stylo curiæ, ibid.

Contumax in parendo non dicitur, qui parere non potest, num. 4.

Attentata dicuntur purgata eo ipso, quòd attentans faciat id, quod potest, ibid. in fine.

Exhibere quis non tenetur scripturas, nisi prius probata earum existentia apud Conuentum ad exhibendum, num. 5.

DECISIO CXCIV.

Rota censuit constare de sufficienti paritione. Quan- 1
rum enim ad dimissionem possessionis, dixerunt sufficere illam verbalem dimissionem possessionis, quam iam mediante persona sui Procuratoris fecit Abbas, neque circa hoc quicquam aliud facere teneri, per decis. Put. 250. *num. 3. lib. 1.* & fuit dictum in causa Burgen. situs Capellæ 22. Iunij 1587. & in Toletana iuris decimandi 19. Nouembris 1593. coram illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, & in Toletana decimarum 24. Nouembris 1589. coram R. P. D. meo Decano. Quinimò cùm Coadiutor cœperit possessionem, neque istam verbalem fuisse necessariam, sed satis futurum fuisse, si Abbas abstinuisset à molestijs, & vexationibus, Mobed. *decis. 9. de sent. & re iudicata.*

Quantum ad restitutionem fructuum, & circa hoc 2
Rota censuit satisfactum duplici capite. Primò, quia non apparet, quòd Abbas demptis expensis ordinarijs Monasterij perceperit fructus excedentes summam 3000. francorum sibi debitam singulis annis pro suis alimentis in vim literarum Coadiutoriæ, quia imò datur magnus fumus de contrario, iungendo tempus lapsum à die, quo Abbas realiter dimisit possessionem vsque in præsens, per quod tempus Abbas nihil habuit, & tamen fuerunt sibi debita alimenta ad rationem 3000. francorum singulis annis, quæ alimenta cùm Abbas offerat compensare cum dictis fructibus, satis paruisse videtur, quia parata sunt soluere, & compensare, *l. si debitor, ff. qui pot. in pign. hab. l. si peculium, §. quod si heredi, ff. de statu lib.* Secundò fuit dictum, quòd cùm Abbas tanquam Monachus, qui nihil habet proprij, possit dici pauper, imò & inops, Castr. *in l. id quod pauperibus num. 4. Cod. de Episcop. & Cleric.* Soc. sen. *cons. 30. num. 16. vol. 4.* stante hac paupertate, & paritione non erat necessaria restitutio fructuum, ad not. *in cap. olim il secondo de restitut. spoliat.* Cassad. *decis. 5. sub num. 5. vers. pro affirmatiua de rescript.* Vestr. *in prax. lib. 4. cap. 4. num. 10.*

Non obstat, quòd clausula rescripti importet conditio- 3
nem, & ideò vt deficiat iurisdictio sufficiat conditionem non fuisse impletam, siue hoc eueniat propter nolentiam implere debentis, siue propter impotentiam, Paris. *cons. 94. num. 8. lib. 4.* Put. *decis. 429. in fin. lib. 1.* Verall. *decis. 150. part. 1.*

par.1.num.5. quia ista benè possent applicari, si Papa præcisè dixisset restitutis fructibus per Abbatem perceptis. Ceterùm cùm dixerit tantùm parito litteris, verbum, *parito*, debet intelligi quoad possibilia, verba enim rescriptorum recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, ad not. *in cap causam quæ*, vbi Abb. & Dec. *in princ.* Felin. *n.6. de rescript.* Bald. *in rubr. in princip. eod. tit.* Roman. *conf.334. num.1.* Calder. *conf.2. num.2. de rescript.* Rebuff. *in praxi, tit. de differentia inter priuileg. rescript. & mand. num.28.* necnon recipiunt interpretationem à stylo Curiæ, Ioan. de Anan. *in cap. quàm graui num.1. de crim. falsi*, Felin. *in c.2. num.16. de rescript.* Calder. *consil.8. num.3. & 4. eod. tit.* Calcan. *consil.219. num.2. & 3.* Lap. *alleg.33. num.4.* cum alijs per Euerard. *in loco à stylo Curiæ sub num.1.*

4 De iure autem communi, vel saltem de stylo Curiæ in mandato de parendo minimè venit restitutio fructuum concurrente nimia paupertate, ex suprà allegatis. Pro quo facit, quòd Papa per dictam clausulam, *parito litteris*, nihil aliud in effectu videtur voluisse, quàm obedientiam Abbatis, & reuerentiam erga litteras Apostolicas, quæ duo videntur adesse eo ipso, quòd Abbas facit quod potest, contumax enim non dicitur, qui non potest parere, Alex. *in l.2. §. si quis in iudicio num.1. & seqq. ff. si quis caut.* Felin. *in cap. si quis testium, in princip. de testib.* Afflict. *decis.29. num.3.* prout in simili, quòd pro purgatione attentatorum sufficiat, quòd attentans faciat quod potest, est decis. Crescent. 1. *de sequestr. poss.* & fuit latiùs coram me dictum in causa Calaguritana de Branteuilla 9. Iunij 1603.

5 Tertiò dicebatur per informantes pro Coadiutore, quòd Abbas non paruit consignando Coadiutori instrumenta affictuum bonorum Abbatiæ, & alias scripturas ad eam rem pertinentes, sed ad hoc fuit responsum, non probari, quòd Abbas aliquas huius generis scripturas penes se haberet, quòd est in primis necessarium probare, quando petitur exhibitio, ad not. *in l.3. ff. ad exhib.* Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. an nec heredi num.2. ff. de edend.* Paris. *consil.69. num.14. vol.4.*

Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 5. Iulij 1608. & 22. Maij 1609. coram eodem Card. Sacrato, sunt decisiones 224. & 255.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Spoletana alimentorum.

Veneris 5. Iulij 1608.

ARGVMENTVM.

Filiatio probatur per præcedentem tractatum contra tractantem, non in tertij præiudicium, filioque etiam illegitimo debentur alimenta lite pendente super illis.

SVMMARIVM.

Filiatio probatur ex præcedente tractatu tam in vita, quàm in morte contra tractantem; secus in præiudicium tertij, num.1.

Filio debentur alimenta non solùm pendente lite super alimentis, sed etiam tempore vitæ ipsius patris, ibid.

Alimenta debentur filijs ex bonis paternis etiam illegitimo modo natis, num.2.

Patris institutio facta in testamento ad fauorem filij illegitimi, si non valeat, substinebitur tamen in vim alimentorum, ibid. in fine.

DECISIO CXCV.

1 PRo informante tentum, nempè confirmandam esse sententiam D. Mileti, per quam ipse reuocauit sententiam Gubernatoris Perusij, qui Gubernator decreuerat extra domum alimenta Olympiæ vxoris Darij, & Iacobi eiusdem ex filio prædefuncto nepoti, quod decretum visum fuit Dominis iniustum quantum ad vxorem, quia maritus non tenetur illam alere extra domum, nisi ex rationabili causa diuertat, Gloss. *in cap. significasti, verb. materiam adulterandi, in fin. de diuortijs*, Bald. Salyc. *num.3.* & alij *in l. quod in vxorem, Cod. de neg. gest.* Specul. *tit. de sponsal. §. fin. vers. quid de expensis num.4. & tit. qui fil. sint legitimi, §.1. num.31.* Alex. *in l. si cum dotem, §. sin autem num.7. vers. quorum dictis, ff. solut. matrim.* Surd. *de alim. tit.6. q.10. num.5.* & de communi testantur Soccin. sen. *consil.286. n.1. lib.2.* Grat. *consil.57. num.7. lib.1.* Rimin. iun. *consil.274. nu.74.* Ex irrationabili autem causa videtur recessisse eo ipso, quod hoc fecit propria auctoritate, quo casu videtur maritum spoliare, dicta Gloss. *in cap. significasti, de diuor.* Soccin. sen. *consil.286. num.1. & 2. lib.2.* Grat. *d. cons.57. num.7. in fin. lib.1.*

Quantum ad nepotem Domini constituebant regulam, quòd pater non tenetur alere filium, vel nepotem extra domum, Bald. Nouel. *de dot. par.7. priu.74. num.1. vers. nam in filio*, Emanuel Suarez *recept. sent. verb. filius à domo num.85.* Pinell. *in l.1. par.1. num.53. & seqq. Cod. de bon. matern.* latè Surd. *de alim. tit.7. quæst.7. num.2.* & eò minus, quia dabatur magnus fumus, quòd ipse haberet aliunde, quo casu pater non tenetur, *l. si quis à liberis, §. sed si filius*, cum ibi not. per Scriben. *ff. de lib. agnoscen.* Ias. *in auth. res quæ num.11. Cod. comm. de legat.* Alex. *cons.48. num.2. vol.3.* Natt. *consil.644. num.8.* Maximè quia ex deductis pro Dario satis apparet, quòd attenta graui ætate 80. annorum, quæ illum reddit inhabilem ad lucrandum, parum sibi superest vltra victum, quod est in primis considerandum in huiusmodi taxationibus, ad not. *in l. non quemadmodum, in fin. ff. de liber. agnoscen.* gloss. *in d. l. si quis à liberis, §. si mater, verb. necessario, §. si vero filij*, Auth. *neque virum*, Bald. *in l.1. §. officio num.4. ff. de tut. & rat. distr.* Angel. *cons.57. num.5.* Alea. *cons.100. num.7. lib.1.* 2

Prædictis accedebat, quòd Darius non fuit citatus coram Perusino ad sententiam instante nepote, vnde respectu dicti nepotis sententiam remansit nulla, Bar. *in l.1. n.2. C. vt quæ desunt aduoc.* Specul. *de citat. §. sequitur n.14.* Anchar. *consil.167. num.3. vers. super non de auctis*, Castr. *in l. ad peremptorium num.7. ff. de iud.* & fuit dictum in causa Comen. Capellaniæ 28. Ianuarij 1591. coram R.P.D. meo Penia. 3

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Illerden. beneficij Sancti Lazari.

Veneris 5. Iulij 1608.

ARGVMENTVM.

De manutentione possessionis danda, probata antiquiori possessione, etiam per instrumentum, alio non apparente possessore, & etiam ad fauorem retinentis ciuilem possessionem contra turbantes in possessione naturali.

SVMMARIVM.

Possessio probata per publicum instrumentum sufficit ad manutentionem alio non apparente possessore, num.1.

Possessio antiquior præferenda est iuniori, & manutenenda, num.2. Exequutor datus in casu negligentiæ alterius exequutoris, non potest se intromittere in causa, nisi sibi constito de mora, vel negligentia primi exequutoris, ibid. in fine.

Possessio attentata manutenenda non est, num.3.

Par in parem non habet imperium, ibid.

Inhibitio vni facta, non afficit tertium, ibid. in fine.

Manutentio datur etiam retinenti ciuilem possessionem contra turbantes illum in naturali possessione, num.4.

DECISIO CXCVI.

PLacuerunt deducta per informantes pro Bartholomæo de manutenendo, quia constat de eius possessione per apprehensionem, de qua in publico instrumento, quæ quidem sola apprehensio sufficit, non apparente quod alius tunc temporis esset in possessione, ad not. *in l. non idcirco, C. de fid. instr.* Put. *decis.360. num.8. lib.1.* Cæs. de Graff. *dec.5. de caus. possess. & propr.* fuit dictum in Cerurien. bonorum 20. Nouembris 1578. coram Bracco relata inter diuers. impress. *decis.506 in princ. & num.1. par.1.* 1

Non obstat, quòd Iacobus Huguet, ex cuius inte modò venit Petrus, fuerit & ipse per executorem suarum litterarum immissus in possessione eiusdem beneficij, quia in concursu istarum possessionum, & donec de illarum iuribus cognoscatur, antiquior videtur manutenenda, *cap. licèt causam*, vbi DD. Fel. præcipuè qui de communi testatur, *num.9. de probat.* Bart. *in l. si duo num.4. vers. si vero testes, ff. vti possid.* Socc. sen. *consil.98. num.13. vol.4.* Gozad. *consil.86. num.7.* maximè quia apparet vitio secun- 2

dæ

dæ possessionis, quia fuit data ab officiali Barbastren. designato. secundo exequutore in litteris dicti Iacobi Huguet, qui quidem secundus exequutor minimè poterat se ingerere in exequutione, nisi constito sibi de mora, vel negligentia primi executoris, cùm esset datus sub hac conditione, iuxta not. *in cap. si capitulo*, vbi gloss. *verb. ex tunc, de concess. prabend. in 6.*

3 Minus facit, quòd primus exequutor litterarum dicti Iacobi inhibuerit Capitulo, ne traderet possessionem Bartholomæo, & proinde quòd talis possessio, tanquam attentata minimè veniat manutenenda, ex Put. *dec. 74. n. 1. lib. 2. cum concord.* quia fuit responsum, quòd quatenus Capitulum consideretur tanquam executor litterarum Apostolicarum Bartholomei, minimè potuit inhiberi per executorem litterarum Iacobi, per regulam, quòd par in parem non habet imperium, ad not. *in l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell.* faciunt tradita de istis executoribus, per Gemin. *num. 11.* Franc. *num. 6. in cap. 1. de concess. preb. in 6.* Si verò Capitulum consideretur tanquam tertius, ex quo neque Capitulum est nominatum in litteris Bartholomæi, neque apparet Bartholomæum indiguisse possessione capitulari, & res procedit magis de plano, quia inhibitio facta Capitulo minimè nocet Bartholomæo, qui est tertius, ad not. *in cap. Romana, §. in aliam, de appell. in 6.* Lancellott. *de attent. post inhibit. in præfat. quæst. 5. num. 185. & limit. 24. num. 2. cum concord.*

4 Non denique facit, quòd saltem Bartholomæus fuerit priuatus possessione, quam habebat, & proindè minimè sibi competat remedium retinendæ possessionis, quicquid dici posset de remedio reintegrandæ, quia dicebatur, quòd cùm nullus detur actus, per quem appareat Bartholomæum habuisse se pro spoliato, quòd ipse animo retinuit ciuilem possessionem, cuius causa competit manutentio contra turbantes illum in naturali possessione, Bart. *in l. 1. §. interdictum num. 2. & 9. ff. vti possid.* Bald. *in l. 1. num. 11.* Salyc. *num. 21 in fin. Cod. eod. tit.* Castr. *cons. 95. num. 1. in fin. lib. 2.* Soc. sen. *cons. 15. num. 3. vol. 4.* Natt. *cons. 419. num. 2. lib. 2.* Gabr. *tit. de acquiren. possess. conclus. 6. num. 12. & seqq.* Put. *decis. 98. num. 4. lib. 2.* fuit dictum in causa Romana S. Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis. 19. num. 12. part. 2.* & aliàs sæpissimè in Rota.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Toletana matrimonij.

Lunæ 24. Nouembris 1608.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, sed succo plena, & substantia, nec alia reperitur, in qua magis elixè doceatur quomodo matrimonium probari debeat per testes asserentes præsentes fuisse in illius celebratione, contractuque coram Parocho.

SVMMARIVM.

Matrimonium quomodo probetur contractum per testes, qui illi præsentes se fuisse dixerunt, num. 1. & per tot.

Matrimonium censetur probatum, quando coniuges à Parocho interrogati respondent per verbum, volo, *ibid.*

Matrimonium censetur probatum per benedictionem Parochi post verba subsequuta, ibid.

Matrimonium censetur probatum per tractatum præcedentem per verba de præsenti, ibid.

Matrimonium censetur probatum ex habitatione, & coniugali tractatu, ibid. ad finem.

DECISIO CXCVII.

1 Censuerunt Domini testes inductos pro parte Isabellæ probare matrimonium per verba de præsenti; affirmant enim, quòd coram Vicario Archiepiscopi Toletani constitutis Bartholomæo, & Isabella, fuit per dictum Vicarium interrogatus Bartholomæus, an vellet pro coniuge Isabellam, & ipse Bartholomæus affirmatiuè respondit. Viceuersà interrogata Isabella, an vellet pro marito Bartholomæum, quòd ipsa pariter affirmatiuè respondit, & quòd propterea Vicarius dando illis manus eos desponsauerat, ita deponunt primus, quartus, & quintus testes, per quæ verba visum fuit designari verum matrimonium, cùm verbum, *volo*, sit adiunctum ipsi rei, hoc est, vxori, & viro, iuxta distinct. Couarr. *tract. de sponsalib. 2. par. §. 1. cap. 4. num. 4. in fin.* vbi dicit hoc esse apud omnes in confesso, qui intellectus eo magis visus fuit admittendus, concurrentibus in hoc casu aliquibus, quæ solent ponderari ad arguendum matrimonium, nempè quòd verba fuerint prolata ad interrogationem illius, qui habet facultatem iniungendi, Natt. *consil. 249. n. 4.* Bero. *in quæst. famil. quæst. 6. num. 5.* quòd verba fuerint prolata deliberatè, Natt. *dicto consil. 249. num. 4.* Couarr. *loco suprà citato, num. 4.* quòd post verba subsecuta sit benedictio, Bero. *vbi suprà*, quòd præcesserit tractatus contrahendi per verba de præsenti, Card. *in Clem. vnica, de consang. & affinit. quæst. 20.* Couarr. *d. num. 4.* quòd ex post mulier fuerit habita, & tractata tanquam vxor, Bero. *d. num. 5.* Natt. *d. cons. 249. num.* .... super quibus omnibus deponunt testes, quorum summarium datur pro parte Isabellæ. Quo verò ad exceptiones contra testes Isabellæ, & contrarias probationes, quas prætendit habere Bartholomæus, fuit ordinatum, quòd ista particulariter viderentur, &c.

R. P. D. COCCINO.

Paderbonen. Canonicatus.

Veneris 28. Nouembris 1608.

ARGVMENTVM.

Litterarum Apostolicarum exequutio impeditur per legitimum contradictorem, & quis ad hunc effectum dicatur legitimus contradictor.

SVMMARIVM.

Arbitrium simpliciter iudici concessum non debet lædere ius partis, num. 1.

Legitimus contradictor in remedio l. fin. C. de edicto D. Adr. tollend. *dicitur is, qui possidet cum titulo, nisi actor haberet potiora iura, ibid. vbi etiam quid quando agitur inter duos de eodem beneficio prouisos.*

Prouisus, & habens titulum beneficij, non à Papa, sed ab alio, adhuc est legitimus contradictor habenti prouisionem à Papa, ad effectum impediendi processum exequutiuum, num. 2.

Subrogatio gratiosa non prodest, nisi quando beneficium est litigiosum, vel aliàs reseruatum, & affectum, num. 3.

Beneficium non dicitur litigiosum, quando lis est introducta à Procuratore non habente legitimum mandatum, nu. 3. & 4.

Inhibitiones de stylo Rotæ conceduntur asserto Procuratori, etiam non constito de mandato, dummodo intra duos menses docuerit de mandato, num. 4.

Contradictore legitimo existente, prouisus de beneficio à Papa, non potest agere executiuè, num. 5.

Papa in conferendis beneficijs concurrit cum quolibet Ordinario, ibid.

DECISIO CXCVIII.

Domini resoluerunt intrare arbitrium ad effectum 1
superscedendi executioni litterarum Apostolicarum, & ad effectum illas exequendi, quia cùm arbitrium concessum sit simpliciter iudici, non debet lædere ius partis, Bart. *in consil. 212. cap. fin. vers. vnde sciendum est lib. 2.* & propterea cùm D. Theodorus sit in possessione vigore collationis sibi factæ à Canonico Turnario, est legitimus contradictor, & contra eum non potest procedi exequutiuè, sed ordinariè est agendum, & ille obedire debet, qui potiora iura habet, vel probauit, Bart. *in l. fin. num. 21. vers. aut compareat aliquis qui dicit possidere, C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Decius *ibid. nu. 41.* Rolan. *consil. 78. num. 5. & 27. lib. 3.* qui licèt loquantur in terminis *l. fin.* tamen eadem est ratio in nostris terminis, Mohed. *decis. 13. ante finem, vt lite pend.* & in his terminis fuit resolutum coram me in vna Celsonen. Canonicatus 1. Iunij 1607. & alibi sæpissimè.

Non obstat, quòd D. Theodorus habeat titulum à Canonico Turnario; D. verò Gulielmus habeat titulum à 2
Papa, & subrogationem gratiosam; quia nihilominus D. Theodorus est legitimus contradictor ad effectum impe-

petiendi processum exequutiuum, iuxta not. *in cap. si à sede de preb. lib. 6.* & fuit resolutum in causa Cluen. beneficij S. Saluatoris 16. Decembris 1602. coram Reu. D. meo Decano.

3 Et quoad subrogationem gratiosam, quidquid dicendum esset, si subrogatio gratiosa in casu isto intraret, in hoc casu non est habenda ratio dictæ subrogationis, cùm non prosit, nisi quando beneficium est litigiosum, Vital. *in Clem. 1. num. 41. vers. & ideò, vt lit. pend.* vel aliàs reseruatum & affectum, prout Rota seruat, nam licèt prætendat adfuisse litem, tamen ea non probatur, cùm non constet de merito expresso, aut tacito illius, qui communicationem impetrauit.

4 Et licèt obtinuerit etiam inhibitionem cum promissione de rato, ex hoc magis arguitur, cùm non constet de merito, quia de stilo Rotæ inhibitiones solent concedi, asserto principaliori etiam parte opponen. dummodo intra duos menses docuerit de merito, vt per Verall. *decis. 386. lib. 1. in manuscr.* vltra quòd ante executiuam actionem non dicitur lis introducta ad effectum, quòd beneficium efficiatur litigiosum, vt per Achill. *decis. 50. de rescript.* Vital. *in Clem. 2. num. 24. & 25. vt lit. pend.*

5 Denique non afficit, quòd voluit Papa concurrere cum Ordinario, quod potuit facere, ex latè deductis in causa Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram bon. mem. Rubeis, quia de his agendum erit in iudicio ordinario. Satis enim est, quòd in hoc casu non possit procedi exequutiuè, cùm D. Theodorus sit legitimus contradictor.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Interamnen. hæreditatis,

Mercurij 10. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Filius naturalis, natus scilicet ex concubina, patri decedenti sine filijs ab intestato succedit in duabus vncijs; secus si sit spurius, quomodo filiatio probetur & etiam probetur naturalitas; hæc decisio, quæ magistralis, magistraliter tractanda est.

SVMMARIVM.

Filius naturalis patri decedenti sine filijs, succedit in duabus vncijs, n. 1. vbi hoc declaratur, dummodo sit verè naturalis, natus pura ex concubina, secus si spurius.

Filiatio probatur coniecturis, num. 2. vbi præsertim quando agitur de successione patris; secus si de successione tertij, ibid.

Filiationis coniectura sunt habitatio, & dormitio cum matre, ibid.

Baptizatio ad instantiam patris, tractatus, confessio extraiudicialis geminata, & alia, de quibus ibid.

Concubinatus vt propriè dicatur, & vt inde natus dicatur filius naturalis, plura requiruntur, de quibus n. 3.

DECISIO CCXCIX.

1 PRætendebat Angela Bartbolina se ex q. Capitaneo Ioan. Iacobo de Paradisis procreasse Ioannem Baptistam filium naturalem, & quòd mortuo Ioan. Iacobo ab intestato, & sine filijs legitimis, & naturalibus, dictus Ioannes Baptista tanquam naturalis, successerit in duabus vncijs, iuxta test. *in authent. licèt, Cod. de naturalibus liberis*, Roman. *cons. 43. num. 3. vers. quoad tertium*, Alex. *in l. is qui bonis, ff. de vulg.* & rursus cùm dictus Ioan. Baptista decesserit in pupillari ætate, dd. duas vncias ad se vti matrem delatas, iuxt. tex. *in §. final. Instit. ad senat. consul. Tertull.* Propterea dedi dubium, an probaretur filiatio Io. Baptistæ, ad effectum de quo agebatur, nempe successionis Angelæ in dd. duabus vnciis? & difficultas fuit per Dominos reducta ad duo capita. Primum est, an probetur filiatio, secundum, an probetur naturalitas. Nam & modernis temporibus non nisi verè naturales, hoc est, nati ex legitima concubina, succedunt ab intestato, cùm iura antiqua circa successionem sint incorrecta, Ripa *in l. ex facto, §. si quis rogatus, il prima num. 50. vers. nec est incorrecta*, vbi de communi, *ff. ad Trebellian.* Paleott. *de noth. & spur. cap. 54. n. 9.*

2 Quantum ad filiationem, illa satis probari visa fuit præsumptionibus, & coniecturis, quæ admittuntur in hac materia, in quibus non potest dari certa probatio, Ruin. *cons. 53. in princ. lib. 5.* Surd. *cons. 1. n. 38. & 40.* & fuit in specie decisum in causa Bononien. de Gargadis, coram Illustriss. Cardinali Millino 14. Martij 1601. maximè quando agitur de successione illius, qui tractauit tanquam filius, quo casu videtur sufficere minor probatio, quam quando agitur de successione tertiæ personæ, quæ non tractauit, Alciat. *cons. 6. nu. 11. tom. 1. lib. 4.* præsumptiones autem & coniecturæ allatæ pro parte Angelæ sunt plures, nempe cohabitatio & condormitatio, Surd. *cons. 1. n. 43. in fin.* Baptizatio instante Ioan. Iacobo vti patre, Surd. *vbi suprà n. 44.* tractatus & educatio, Alex. *cons. 51. n. 1. in princ. lib. 1.* & fuit dictum in vna Romana hæreditatis coram Oradino 1. Martij 1572. quæ est inter impress. diuers. *part. 1. decis. 1.* & in Romana hæreditatis à Burdesino 10. Decembris 1576. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis. 238. num. 2. part. 1.* cum alijs cumulatis per Menoch. *de arbitr. casu 89. num. 69.* & per Modern. *de probat. conclus. 795* confessio geminata Ioan. Iacobi, quòd ille erat eius filius, Asin. *in prax. iudic. 2. part. §. 1. cap. 37. 39. & 42.* fama publica vicinorum, quòd Ioan. Baptista erat filius Ioan. Iacobi, Menoch. *d. casu 89. num. 86.* Modern. *de probat. conclus. 791.* Asin. *d. §. 1. cap. 11.* Surd. *d. cons. 1. num. 48.*

3 Quantum ad naturalitatem, illa pariter visa fuit probari ex testibus deponentibus in Angela omnia requisita ad legitimum concubinatum, ex quo solo legitimo concubinatu nascuntur filij naturales, cùm omnes alij illegitimi propriè sint spurij, Bart. *in l. si gener. num. 2. ff. de his quibus vt indig.* Alciat. *de præsumpt. 5. præsumpt. per totam*, Menoch. *cons. 285. num. 10.* Requisita autem ad legitimum concubinatum sunt septem, de quibus per Lucam de Pen. *in l. si cohortalis col. 2. Cod. de cohortalib. lib. 12.* Rota in causa Leodien. hæreditatis coram Illustrissimo Blancherto relata inter diuers. impress. *decis. 54. part. 2.* & de istis omnibus benè deponunt testes, excepto vltimo requisito, nempe de protestatione, quæ protestatio non est necessaria, quando, vt in hoc casu, concubina est imparis gradus cum concubinario, Lucas de Penna *in d. l. si cohortalis col. 3. vers. aut est voluntas dubia*, &c. Et ita Angela tantum informante ex eo, quòd pars aduersa pluries citata non informauit; fuit per Dominos conclusum, &c.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali,

Romana dotis.

Mercurij 10. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Auus maternus in subsidium tenetur dotare nepotem pauperem: quando ad hunc effectum mulier dicatur pauper, & de testimonio Hebræorum pro Christiano multa notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Auus maternus in subsidium tenetur dotare nepotem pauperem, num. 1. vbi amplius, quòd neptis isto casu dicitur pauper, etiam quòd non constituatur in egestate.

Pauper dicitur quis etiam, quòd non sit constitutus in egestate, ibid. in fine.

Pauper an dicatur mulier ad effectum, vt possit ab auo materno petere dotem, sufficit communis reputatio, n. 2.

Testis Iudæus pro Christiano numquid admittatur, & probet, ibid.

Testis habens interesse in causa secundarium incertum, & remotum admittitur, & probat, ibid. in fine.

Testes Iudæi coadiuuantur ex dispositionibus testium Christianorum, num. 3.

Testes inhabiles, & non admittendi, admittuntur propter difficultatem probationis, ibid.

Iudæi paupertas, & diuitiæ probantur per eius iuramentum in eorum libro repertum, ibid.

Paupertatis probatio multum pendet arbitrio iudicis, numero 4.

dæ possessionis, quia fuit data ab officiali Barbastreñ. designato. secundo exequutore in litteris dicti Iacobi Hugguet, qui quidem secundus exequutor minimè poterat se ingerere in exequutione, nisi constito sibi de mora, vel negligentia primi executoris, cùm esset datus sub hac conditione, iuxta not. *in cap. si capitulo*, vbi gloss. *verb. ex tunc, de concess. prœbend. in 6.*

3 Minus facit, quòd primus exequutor litterarum dicti Iacobi inhibuerit Capitulo, ne traderet possessionem Bartholomæo, & proinde quòd talis possessio, tanquam attentata minimè veniat manutenenda, ex Put. *dec. 74. n. 1. lib. 2. cum concord.* quia fuit responsum, quòd quatenus Capitulum consideretur tanquam executor litterarum Apostolicarum Bartholomei, minimè potuit inhiberi per executorem litterarum Iacobi, per regulam, quòd par in parem non habet imperium, ad not. *in l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell.* faciunt tradita de istis executoribus, per Gemin. *num. 11.* Franc. *num. 6. in cap. 1. de concess. preb. in 6.* Si verò Capitulum consideretur tanquam tertius, ex quo neque Capitulum est nominatum in litteris Bartholomæi, neque apparet Bartholomæum indiguisse possessione capitulari, & res procedit magis de plano, quia inhibitio facta Capitulo minimè nocet Bartholomęo, qui est tertius, ad not. *in cap. Romana, §. in aliam, de appell. in 6.* Lancellott. *de attent. post inhibit. in præfat. quæst. 5. num. 185. & limit. 24. num. 2. cum concord.*

4 Non denique facit, quòd saltem Bartholomæus fuerit priuatus possessione, quam habebat, & proindè minimè sibi competat remedium retinendæ possessionis, quicquid dici posset de remedio reintegrandæ, quia dicebatur, quòd cùm nullus detur actus, per quem appareat Bartholomæum habuisse se pro spoliato, quòd ipse animo retinuit ciuilem possessionem, cuius causa competit manutentio contra turbantes illum in naturali possessione, Bart. *in l. 1. §. interdictum num. 2. & 9. ff. vti possid.* Bald. *in l. 1. num. 11.* Salyc. *num. 21 in fin. Cod. eod. tit.* Castr. *cons. 95. num. 1. in fin. lib. 2.* Soc. sen. *cons. 15. num. 3. vol. 4.* Natt. *cons. 419. num. 2. lib. 2.* Gabr. *tit. de acquiren. possess. conclus. 6. num. 12. & seqq.* Put. *decis. 198. num. 4. lib. 2.* fuit dictum in causa Romana S. Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis. 19. num. 12. part. 2.* & aliàs sæpissimè in Rota.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Toletana matrimonij.

Lunæ 24. Nouembris 1608.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, sed succo plena, & substantia, nec alia reperitur, in qua magis elixè doceatur quomodo matrimonium probari debeat per testes asserentes præsentes fuisse in illius celebratione, contractuque coram Parocho.

SVMMARIVM.

Matrimonium quomodo probetur contractum per testes, qui illi præsentes se fuisse dixerunt, num. 1. & per tot.
Matrimonium censetur probatum, quando coniuges à Parocho interrogati respondent per verbum, volo, *ibid.*
Matrimonium censetur probatum per benedictionem Parochi post verba subsequuta, ibid.
Matrimonium censetur probatum per tractatum præcedentem per verba de præsenti, ibid.
Matrimonium censetur probatum ex habitatione, & coniugali tractatu, ibid. ad finem.

DECISIO CXCVII.

1 CEnsuerunt Domini testes inductos pro parte Isabellæ probare matrimonium per verba de præsenti; affirmant enim, quòd coram Vicario Archiepiscopi Toletani constitutis Bartholomæo, & Isabella, fuit per dictum Vicarium interrogatus Bartholomæus, an vellet pro coniuge Isabellam, & ipse Bartholomæus affirmatiuè respondit. Viceuersa interrogata Isabella, an vellet pro marito Bartholomæum, quòd ipsa pariter affirmatiuè respondit, & quòd propterea Vicarius dando illis manus eos desponsauerat, ita deponunt primus, quartus, & quintus testes, per quæ verba visum fuit designari verum matrimonium, cùm verbum, *volo*, sit adiunctum ipsi rei, hoc est, vxori, & viro, iuxta distinct. Couarr. *tract. de sponsalib. 2. par. 6. 1. cap. 4. num. 4. in fin.* vbi dicit hoc esse apud omnes in confesso, qui intellectus eo magis visus fuit admittendus, concurrentibus in hoc casu aliquibus, quæ solent ponderari ad arguendum matrimonium, nempè quòd verba fuerint prolata ad interrogationem illius, qui habet facultatem iniungendi, Natt. *consil. 249. n. 4.* Bero. *in quæst. famil. quæst. 6. num. 5.* quòd verba fuerint prolata deliberatè, Natt. *dicto consil. 249. num. 4.* Couarr. *loco supra citato, num. 4.* quòd post verba subsecuta sit benedictio, Bero. *vbi suprà,* quòd præcesserit tractatus contrahendi per verba de præsenti, Card. *in Clem. vnica, de consang. & affinit. quæst. 20.* Couarr. *d. num. 4.* quòd ex post mulier fuerit habita, & tractata tanquam vxor, Bero. *d. num. 5.* Natt. *d. cons. 249. num.* .... super quibus omnibus deponunt testes, quorum summarium datur pro parte Isabellæ. Quo verò ad exceptiones contra testes Isabellæ, & contrarias probationes, quas prætendit habere Bartholomæus, fuit ordinatum, quòd ista particulariter viderentur, &c.

R. P. D. COCCINO.

Paderboneñ. Canonicatus.

Veneris 28. Nouembris 1608.

ARGVMENTVM.

Litterarum Apostolicarum exequutio impeditur per legitimum contradictorem, & quis ad hunc effectum dicatur legitimus contradictor.

SVMMARIVM.

Arbitrium simpliciter iudici concessum non debet lædere ius partis, num. 1.
Legitimus contradictor in remedio l. fin. C. de edicto D. Adr. tollend. *dicitur is, qui possidet cum titulo, nisi actor haberet potiora iura, ibid. vbi etiam quid quando agitur inter duos de eodem beneficio prouisos.*
Prouisus, & habens titulum beneficij, non à Papa, sed ab alio, adhuc est legitimus contradictor habenti prouisionem à Papa, ad effectum impediendi processum exequutiuum, num. 2.
Subrogatio gratiosa non prodest, nisi quando beneficium est litigiosum, vel aliàs reseruatum, & affectum, num. 3.
Beneficium non dicitur litigiosum, quando lis est introducta à Procuratore non habente legitimum mandatum, nu. 3. & 4.
Inhibitiones de stylo Rotæ conceduntur asserto Procuratori, etiam non constito de mandato, dummodo intra duos menses docuerit de mandato, num. 4.
Contradictore legitimo existente, prouisus de beneficio à Papa, non potest agere executiue, num. 5.
Papa in conferendis beneficijs concurrit cum quolibet Ordinario, ibid.

DECISIO CXCVIII.

DOmini resoluerunt intrare arbitrium ad effectum 1
supersedendi executioni litterarum Apostolicarum, & ad effectum illas exequendi, quia cùm arbitrium concessum sit simpliciter iudici, non debet lædere ius partis, Bart. *in consil. 212. cap. fin. vers. vnde sciendum est lib. 2.* & propterea cùm D. Theodorus sit in possessione vigore collationis sibi factæ à Canonico Turnario, est legitimus contradictor, & contra eum non potest procedi exequutiuè, sed ordinariè est agendum, & ille obedire debet, qui potiora iura habet, vel probauit, Bart. *in l. fin. num. 21. vers. aut comparet aliquis qui dicit possidere, C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Decius *ibid. nu. 41.* Rolan. *consil. 78. num. 5. & 27. lib. 3.* qui licèt loquantur in terminis *l. fin.* tamen eadem est ratio in nostris terminis, Mohed. *decis. 13. ante finem, vt lite pend.* & in his terminis fuit resolutum coram me in vna Celsoneñ. Canonicatus 1. Iunij 1607. & alibi sæpissimè.

Non obstat, quòd D. Theodorus habeat titulum à Ca- 2
nonico Turnario; D. verò Gulielmus habeat titulum à Papa, & subrogationem gratiosam; quia nihilominus D. Theodorus est legitimus contradictor ad effectum impe-

poßiendi processum exequutiuum, iuxta not. *in cap. si à sede de preb. lib.6.* & fuit resolutum in causa Cluen. beneficij S. Saluatoris 16. Decembris 1602. coram Reu. D. meo Decano.

3 Et quoad subrogationem gratiosam, quidquid dicendum esset, si subrogatio gratiosa in casu isto intraret, in hoc casu non est habenda ratio dictæ subrogationis, cùm non prosit, nisi quando beneficium est litigiosum, Vital. *in Clem. 1. num. 41. vers. & ideo, vt lit. pend.* vel aliàs reseruatum & affectum, prout Rota seruat, nam licèt prætendat adfuisse litem, tamen ea non probatur, cùm non constet de merito expresso, aut tacito illius, qui communicationem impetrauit.

4 Et licèt obtinuerit etiam inhibitionem cum promissione de rato, ex hoc magis arguitur, cùm non constet de merito, quia de stilo Rotæ inhibitiones solent concedi, asserto principaliori etiam parte opponen. dummodo intra duos menses docuerit de merito, vt per Verall. *decis. 386. lib. 1. in manuscr.* vltra quòd ante executiuam actionem non dicitur lis introducta ad effectum, quòd beneficium efficiatur litigiosum, vt per Achill. *decis. 50. de rescript.* Vital. *in Clem. 2. num. 24. & 25. vt lit. pend.*

5 Denique non afficit, quòd voluit Papa concurrere cum Ordinario, quod potuit facere, ex latè deductis in causa Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram bon. mem. Rubeis, quia de his agendum erit in iudicio ordinario. Satis enim est, quòd in hoc casu non possit procedi exequutiuè, cùm D. Theodorus sit legitimus contradictor.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Interamnen. hæreditatis,

Mercurij 10. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Filius naturalis, natus scilicet ex concubina, patri decedenti sine filijs ab intestato succedit in duabus vncijs; secus si sit spurius, quomodo filiatio probetur & etiam probetur naturalitas; hæc decisio, quæ magistralis, magistraliter tractanda est.

SVMMARIVM.

Filius naturalis patri decedenti sine filijs, succedit in duabus vncijs, n. 1. vbi hoc declaratur, dummodo sit verè naturalis, natus puta ex concubina, secus si spurius.

Filiatio probatur coniecturis, num. 2. vbi præsertim quando agitur de successione patris; secus si de successione tertij, ibid.

Filiationis coniectura sunt habitatio, & dormitio cum matre, ibid.

Baptizatio ad instantiam patris, tractatus, confessio extraiudicialis geminata, & alia, de quibus ibid.

Concubinatus vt propriè dicatur, & vt inde natus dicatur filius naturalis, plura requiruntur, de quibus n. 3.

DECISIO CCXCIX.

1 PRætendebat Angela Bartholina se ex q. Capitaneo Ioan. Iacobo de Paradisis procreasse Ioannem Baptistam filium naturalem, & quòd mortuo Ioan. Iacobo ab intestato, & sine filijs legitimis, & naturalibus, dictus Ioannes Baptista tanquam naturalis, successerit in duabus vncijs, iuxta text. *in authent. licèt, Cod. de naturalibus liberis*, Roman. *cons. 43. num. 3. vers. quoad tertium*, Alex. *in l. is qui bonis, ff. de vulg.* & rursus cùm dictus Ioan. Baptista decesserit in pupillari ætate, dd. duas vncias ad se vti matrem delatas, iuxt. tex. *in §. final. Instit. ad senat. consul. Tertull.* Propterea dedit dubium, an probaretur filiatio Io. Baptistæ, ad effectum de quo agebatur, nempe successionis Angelæ in dd. duabus vnciis? & difficultas fuit per Dominos reducta ad duo capita. Primum est, an probetur filiatio, secundum, an probetur naturalitas. Nam & modernis temporibus non nisi verè naturales, hoc est, nati ex legitima concubina, succedunt ab intestato, cùm iura antiqua circa successionem sint incorrecta, Ripa *in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo num. 50. vers. nec est incorrecta*, vbi de communi, *ff. ad Trebellian.* Paleott. *de noth. & spur. cap. 54. n. 9.*

Quantum ad filiationem, illa satis probari visa fuit præsumptionibus, & coniecturis, quæ admittuntur in hac materia, in quibus non potest dari certa probatio, Rum. *cons. 53. in princ. lib. 5.* Surd. *cons. 1. n. 38. & 40.* & fuit in specie decisum in causa Bononien. de Gargadis, coram Illustriss. Cardinali Millino 14. Martij 1601. maximè quando agitur de successione illius, qui tractauit tanquam filius, quo casu videtur sufficere minor probatio, quam quando agitur de successione tertiæ personæ, quæ non tractauit, Alciat. *cons. 6. nu. 11. tom. 1. lib. 4.* præsumptiones autem & coniecturæ allatæ pro parte Angelæ sunt plures, nempe cohabitatio & condormitatio, Surd. *cons. 1. n. 43. in fin.* Baptizatio instante Ioan. Iacobo vti patre, Surd. *vbi suprà n. 44.* tractatus & educatio, Alex. *cons. 51. n. 1. in princ. lib. 1.* & fuit dictum in vna Romana hæreditatis coram Oradino 1. Martij 1572. quæ est inter impress. diuers. *part. 1. decis. 1.* & in Romana hæreditatis à Burdesino 10. Decembris 1576. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis. 238. num. 2. part. 1.* cum alijs cumulatis per Menoch. *de arbitr. casu 89. num. 69.* & per Modern. *de probat. conclus. 795* confessio geminata Ioan. Iacobi, quòd ille erat eius filius, Asin. *in prax. iudic. 2. part. §. 1. cap. 37. 39. & 41.* fama publica vicinorum, quòd Ioan. Baptista erat filius Ioan. Iacobi, Menoch. *d. casu 89. num. 86.* Modern. *de probat. conclus. 791.* Asin. *d. §. 1. cap. 11.* Surd. *d. cons. 1. num. 48.* 2

Quantum ad naturalitatem, illa pariter visa fuit probari ex testibus deponentibus in Angela omnia requisita ad legitimum concubinatum, ex quo solo legitimo concubinatu nascuntur filij naturales, cùm omnes alij illegitimi propriè sint spurij, Bart. *in l. si gener. num. 2. ff. de his quibus vt indig.* Alciat. *de præsumpt. 5. præsumpt. per totam*, Menoch. *cons. 285. num. 10.* Requisita autem ad legitimum concubinatum sunt septem, de quibus per Lucam de Pen. *in l. si cohortalis col. 2. Cod. de cohortalib. lib. 12.* Rota in causa Leodien. hæreditatis coram Illustrissimo Blancherto relata inter diuers. impress. *decis. 54. part. 2.* & de istis omnibus benè deponunt testes, excepto vltimo requisito, nempe de protestatione, quæ protestatio non est necessaria, quando, vt in hoc casu, concubina est imparis gradus cum concubinario, Lucas de Penna *in d. l. si cohortalis col. 3. vers. aut est voluntas dubia*, &c. Et ita Angela tantum informante ex eo, quòd pars aduersa pluries citata non informauit fuit per Dominos conclusum, &c. 3

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali,

Romana dotis.

Mercurij 10. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Auus maternus in subsidium tenetur dotare nepotem pauperem: quando ad hunc effectum mulier dicatur pauper, & de testimonio Hebræorum pro Christiano multa notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Auus maternus in subsidium tenetur dotare nepotem pauperem, num. 1. vbi ampliùs, quòd neptis isto casu dicitur pauper, etiam quod non constituatur in egestate.

Pauper dicitur quis etiam, quod non sit constitutus in egestate, ibid. in fine.

Pauper an dicatur mulier ad effectum, vt possit ab auo materno petere dotem, sufficit communis reputatio, n. 2.

Testis Iudæus pro Christiano nunquid admittatur, & probet, ibid.

Testis habens interesse in causa secundarium incertum, & remotum admittitur, & probat, ibid. in fine.

Testes Iudæi coadiuuantur ex dispositionibus testium Christianorum, num. 3.

Testes inhabiles, & non admittendi, admittuntur propter difficultatem probationis, ibid.

Iudæi paupertas, & diuitiæ probantur per eius iuramentum in eorum libro repertum, ibid.

Paupertatis probatio multum pendet arbitrio iudicis, numero 4.

DECISIO CC.

1 SVbdie 2. Maij proximi dubitaui an D. Vgo teneretur dotare Flauiam eius ex filia neptem? & licèt videretur absolutum in iure, quòd auus maternus diues tenetur in subsidium dotare neptem pauperem, & diuitiæ D. Vgonis viderentur satis probatæ; attamen circa paupertatem Flauiæ res non visa fuit satis clara, vnde fuit ordinatum quòd in hoc coadiuuaretur probatio. Quare pro parte eiusdem Flauiæ, examinatis nouis testibus, & factis alijs diligentijs, proposui idem dubium, quod affirmatiuè fuit resolutum. Nam quòd auus maternus in subsidium teneatur dotare, trad. Rip. *in l.1. num.81. in fin. ff. solut. matr.* Bald. nouell. *tract. de dot. priuil.16. num.3. part.6.* Sord. *tract. de alim. tit. 1. quæst.16. num.5.* Rota in causa Romana de Verospijs 21. Iunij 1568. coram bon. memor. Cardinali Seraphino. Quòd D. Vgo sit diues, vltra ea quæ deponit per testes iuxta 33. & 35. interrog. & super 5. art. secundus testis iuxta 33. & super 5. tertius testis super 33. & super 5. D. D. habuerunt pro notorio, siquidem ad effectum, de quo agitur, ooo requiritur quædam exuberantia, siue superfluitas, sed sufficit quòd dotans per assignationem dotis non constituatur in egestate, Roman. *cons.364.n.1. cum plurib. seqq.* Thesaur. *decis.311.n.23.* nulla autem videbatur dubitatio, quòd hoc posset accidere D. Vgoni per assignationem mediocris dotis, quam D.D. existimabant sufficere in hoc casu.

2 Quaoiuun ad paupertatem Flauiæ dictum fuit illam probari ex tribus testibus aliàs examinatis, & duobus vltimis, ex quibus concluditur communis reputatio, quæ sufficit in hac materia, Verall. *decis.295. part.2.* fuit dictum in Romana de Verospijs 3. Maij & 21. Iunij 1568. coram bon. memor. Cardinali Seraphino, & alibi sæpè. Non obstat quòd aliqui ex illis sint Hebræi, qui non merentur fidem contra Christianum, quia fuit responsum obiectum cessare ex pluribus saltem simul iunctis. Primò, quia deponunt pro Christiano, nempe pro ipsa Flauia; nam etsi & hoc casu conclusio patiatur difficultatem, negari non potest quin termini sint minus fortes, cùm non possit assignari ratio, quare Hebræus voluerit magis fauere vni Christiano, quàm alteri, & quatenus replicatur, imò deponere ad fauorem fratrum Flauiæ, qui sunt Hebræi, fuit dictum interesse principale esse Flauiæ, cuius nomine agitatur lis, & illud esse interesse secundarium incertum, & remotum, quod non solet haberi in consideratione, *l.1. ff. de auth. tut.* Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum n.45. de constit.* Ægid. *decis.749 vers. confirmatur*, latè Sarn. *in reg. de iur. quæsit. non tollen. quæst. 3. in princip.*

3 Secundò, principaliter fuit dictum per dictos testes coadiuuari ex alijs Christianis integris, Cephal. *cons.227. num.29. lib.2.* Crau. *cons.73. num.18. & 27.* Vrsil. ad Afflict. *decis.214. num.3.* cum alijs per eum adductis. Tertiò, materiam esse difficilis probationis, quia agitur de probando statum Hebræorum, cuius non solent esse informati Christiani, & quando concurrit difficultas probationis, habetur ratio testium, qui aliàs non admitterentur, *cap. veniens il secondo in fin. de test.* Abb. *in cap. fin. num.2. de testib. cogen.* Alex. *cons.64. num.5. lib.1.* Dec. *cons.342. num.2. & 3.* Postremò concurrunt multa adminicula, nempe iuramentum patris Flauiæ paulò ante mortem super suo statu, ex quo apparet, quòd ipse parum habebat in bonis, adeò vt nec illud sufficeret pro dote, quam postea dedit alteri filiæ, & huic generi probationis per iuramentum præstitum per Hebræum super suo statu inter Hebræos Rota aliàs detulit, vt in Romana redditionis rationum coram bon. me. Litta 18. Decembris 1598. Secundum adminiculum est inuentarium bonorum paternorum confectum per Deboram filiam D. Vgonis, & matrem Flauiæ, præsente ipso D. Vgone, ex quo apparet patrem Flauiæ non reliquisse aliquid certum in bonis. Tertium, venditio iuris appellati la Gazaga, quod non solet per Hebræos vendi, nisi reperiantur in magna egestate constituti. Denique multum mouebat Dominos, quòd pro parte D. Vgonis verisimiliter informati non ostenditur, quod Flauia habeat aliquid in bonis, quia imò ipsa offert, & D. D. intendunt quòd effectuetur ante dotationem renunciari D. Vgoni omnia bona & iura, quæ habet in hoc mundo.

4 Quo verò ad prætensiones, quas dicitur habere posse Flauia tam contra fratres, & sororem, quàm contra alios, fuit dictum non per hoc subleuari inopiam ipsius; nam aut cum illis intendit inuenire virum, & est certum viros ad sustentanda onera matrimonij quærere dotes, non lites, aut verò intendit expectare nuptias donec finiantur hujusmodi lites, & cùm prætensiones sint dubiæ, ipsa pauper fœmina, & in statu virginali, cui propterea non licèt adire fores iudicum, & iam sit nubilis ætatis, dicebatur fore vt senescat priusquam finiantur lites, & ita arbitrati sunt Domini in hac materia paupertatis, quæ tanquam à lege certis finibus minimè designata multum pendet ab arbitrio iudicis, glos. *in authent. præterea vers. locuples*, vbi Bald. Angel. & alij, *Cod. vnde vir, & vxor.* Bart. *in l. si constante num.14. ff. solut. matrimon.* Ruin. *cons.55. num.5. volum.1.* de communi testantur Ias. *in d. l. si constante num.148.* Rip. *num.29.* Soc. *cons.30. in princ. lib.4.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. casu 65. num.7.* & de magis communi Mascard. *conclus.1154. num.8. vol.3.* Honded. *cons.93. num.3. & 30. lib.1.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali,

Romana census,

Veneris 12. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Nouatio non censetur facta ex receptione alterius obligationis pro maiori cautela, & assecuratione, & sine præiudicio.

SVMMARIVM.

Nouatio an inducta dicatur per dationem in solutum, num.1.

Nouatio non dicitur inducta per adiectionem nouæ cautelæ, num. 1. & 2.

Nouatio non censetur inducta, quando expressè in instrumento fuit dictum, sine præiudicio generalis obligationis, & instrumenti, *&c. n.2.*

Obligatus ad exigendum pro non exactis tenetur, numero 3.

DECISIO CCI.

FVit conclusum Astallios non teneri reddere rationem assignamenti facti Camillo eorum auctori, nisi quoad exacta, mouit Dominos quia assignamentum factum Camillo non fuit simplex datio in solutum, quo casu posset dici facta nouatio, & Camillum loco creditoris censi fuisse effectum creditorem assignamenti, iuxta notat. per Bart. & alios *in l. eleganter, ff. de pignorat. act.* sed fuit quædam cautela adiecta in fauorem Camilli, & accessoria ad obligationes per prius ad fauorem eiusdem Camilli factas, quo casu non censetur facta nouatio, sed est in facultate illius, ad cuius fauorem est facta cautela vti vel non vti, prout sibi magis videbitur, iuxta communem, de qua per Fanen. *tract. de pignor. & hypothec. 10. part. membr. 1. num.5.* Afflict. *decis.395. num.5.* benè Surd. *cons. 365. num.2. cum seqq.* 1

Quod autem inter Camillum, & creditores, qui dederunt assignamentum, non fuerit facta nouatio, patet ponderando tum verba dantis, quàm ipsius Camilli recipientis: quoad dantem, ibi, *ex nunc pro maiori securitate & cautela dicti D. Camilli vltra obligationem omnium bonorum factam in instrumento impositionis census dedit, cessit, & assignauit vnum annuum creditum*, &c. quoad recipientem, ibi, *ipsi D. Camillo præsenti, & acceptanti sine præiudicio generalis obligationis in instrumento census sibi facta, ac cautionum præstandarum, & dandarum promissarum ac aliorum quorumcumque promissorum, per D D. N N.* per quæ verba sine dubio excluditur nouatio, & secunda obligatio censetur facta ad fauorem creditoris, & iura iuribus addenda, vt in simili tenuit Rota in causa Romana Cur. Sabell. coram Cantuccio relata inter diuersas impressiones, *decis.3. part.2.* & de se patet satis. 2

Ex hoc autem, quòd non fuerit facta nouatio, & quòd Camillus posset exigere, & non exigere, sequitur quòd Camillus, vel illius hæredes minimè teneantur, nisi doceatur de exactione. Nam quis ita demum pro non exactis teneretur, si cùm esset obligatus exigere, & non exegerit, *l. tutori*, cum ibi not. *ff. de negot. gest.* Aret. *cons.111. num.6.* 3

num.6. in fine, Crabett. *conf.63. num.9. in fin.* & in hanc sententiam eo libentiùs iuerunt Domini, quia ex deductis pro parte Astalliorum videbatur constare de impedimentis præstitis Camillo in exactione assignamenti, & quòd Hieronymus qui fecit assignamentum, interpellatus non curauit illa remouere, &c.

R. P. D. SACRATO,
Posteà S. R. E. Cardinali.

Pacen. Decimarum.

Veneris 15. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Decimæ diœcesis non debentur Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, nec etiam Episcopo, sed parocho; & quid si non appareat quis sit verus territorij parochus.

SVMMARIVM.

Decimæ diœcesis, quòd spectent ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ nullo iure cauetur, etiam quòd Capitulum veniat iunctum cum Episcopo, num.1. & 2. vbi declaratur hæc conclusio.

Decimæ diœcesis non Episcopo, sed parocho debentur, quod si quis esset territorij verus parochus non appareret, Episcopus non posset decimas sibi retinere; sed inter proximas, & contiguas parochiales esset facienda decisio, n.3.

DECISIO CCII.

1 CVm primus Episcopus Paceñ. simul cum Capitulo prætenderent exigere integras decimas in territorio vocato Aldea del Conde, possesso per Illustrissimum, & Excellentissimum Comitem de Beneuente, & è conuerso dictus Comes se non nisi ad certam partem teneri contenderet, pro directione causæ dedi dubium, an Episcopus, & Capitulum haberent fundatam intentionem de iure communi super istis decimis. Quod fuit per Dominos negatiuè resolutum, tam respectu Episcopi, quam respectu Capituli. Et quantum ad Capitulum res visa fuit procedere de plano, cùm nullo iure caueatur, quòd decimæ diœcesis spectent ad Capitulum Cathedralis, quod sufficit pro illius exclusione, quia cùm sit actor, debet clarè docere de iure suo, *l. qui accusare, C. de eden. cap. in præsentia de probat.* cum concordan. & procedit etiamsi Capitulum veniat iunctum cum Episcopo, quia nec aliquis canon dicit, quòd Capitulo venienti simul cum Episcopo debeatur aliqua pars decimarum, & ideò sicut si alter extraneus iungeretur cum Episcopo, non posset dici, quòd haberet fundatam intentionem de iure communi, nec aliqua pars decimarum posset illi adiudicari, ita neque potest dici, quòd Capitulum habeat de iure communi fundatam intentionem, vel ex hoc aliqua pars decimarum illi adiudicari possit, vnde quoad illud potest dicere Comes, liberas ædes habeo.

2 Quòd in indiuiduo, contra hoc idem Capitulum fuit decisum alia Paceñ. decimarum *dell'Hebrero* 21. Iun. 1604. & rursus in eadem 5. Decembr. 1607. coram R. P. D. meo Coccino, vbi in specie fuit responsum ad decisionem Osceñ. decimarum 21. Martij 1564. coram Domino de Rubeis allegata in hac causa, nempe ideò in casu illius decisionis Capitulum recepisse fomentum ab assistentia Episcopi, quia agebatur de decimis parochiæ vnita Cathedrali, quæ decimæ tanquam debitæ ipsi Cathedrali veniunt cum Canonicis enuntiandæ, *cap. vlt. de offic. custod.* Rebuff. *de decim. quæst. 7. num. 13. vers. vltimus casus*, &c. In casu autem proposito non apparet, quòd territorium, de cuius decimatione agitur, sit intra limites parochiæ Cathedralis, vnde etiam si deberentur Episcopo tanquam de territorio existenti in nullius parochia in vim *cap. quoniam de decimis* (quod nec admittebant Domini, ex mox dicendis) non propterea sequeretur, quòd Capitulum aliquam illarum partem de iure communi prætendere posset, quod patet ex eo, quia potest Episcopus illas alteri Ecclesiæ assignare, vt legitur in dicto textu, & hæc quoad Capitulum.

3 Quo verò ad Episcopum fuit dictum, quòd dempta quarta nec ille habet de iure communi fundatam intentionem, vide glos. *in cap. cum contingat, verbo de iure tit. de decimis*, quia regula iuris constituitur ad fauorem parochi, non autem Episcopi, Rebuff. *de decimis quæst. 7. per totam*, latissimè Rota in causa Caurieñ. seu nullius iurisdictionis 27. Iunij 1576. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis. 31. num. 1. & 5. part. 2. diuers.* & probatur arguendo à sufficienti partium enumeratione, *in cap. conquerente de offic. ordin.* vbi Papa enumerat omnia iura Episcopalia, & in illis non ponit vniuersas decimas, sed quartam tantùm partem. Quod eò magis visum fuit esse dicendum in hoc casu, quia, vt supponitur in facto, territorium, de cuius decimatione agitur, est situm inter duo oppida, habentia parochias distinctas, nempe oppidum de Talauera, & oppidum Delobon, vnde etiamsi non appareret, quis esset huius territorij verus parochus, non propterea posset Episcopus sibi retinere decimas, sed inter proximas, & contiguas parochiales esset facienda diuisio, Ioan. Andr. *in cap. quoniam num. 2.* vbi etiam Anchar. *num. 4.* Anan. *num. 3. de decimis quæst. 14. num. 4.*

Placebat etiam aliquibus ex Dominis aliud motiuum, 4
nempe cùm partes, in quibus situm est territorium, de cuius decimatione agitur, sint de recuperatis è manibus Maurorum, intrare priuilegium super integris decimis ab Vrbano Secundo Regibus Hispaniarum concessum, & à Rota sæpiùs canonizatum, præcipuè verò in causa Valentina decimarum 27. Nouembris 1596. & 9. Iunij 1597. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & 20. Februarij 1598. coram bon. memor. Pellegrino, & consequenter cessare in illis partibus dispositionem iuris communis, stante applicatione alibi facta per habentem potestatem, nec mouebat istos Dominos, quòd aliàs replicabatur, quòd quando decimæ reuertuntur ad Ecclesiam, recuperant antiquam naturam, & tamquam impedimento de medio sublato incipiunt deberi de iure communi, vt fuit dictum in causa Valentina decimarum 10. Decembr. 1601. coram bon. mem. Litta, quia respondebatur hoc benè procedere respectu illius partis, quæ per Ecclesiam reperiretur legitimè recuperata; quo verò ad reliquam partem, quam Ecclesia non docet recuperasse, non posse fieri fundamentum super dispositione iuris communis, sed remanere obstaculum dictæ donationis, nisi Ecclesia doceat de remotione, &c.

Infrà in eadem causa habentur aliæ decisiones, nempe sub diebus 9. Februarij 1609. & 29. Martij 1610. sunt in hac parte decisiones 212. & 270.

R. P. D. LVDOVISIO,
posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana lucri dotis.

Lunæ 19. Decembris 1608.

ARGVMENTVM.

Filij possunt inæqualiter à parentibus institui, dummodo eis sit salua legitima, non solùm de iure communi, sed etiam vigore statutorum Vrbis.

SVMMARIVM.

Filij possunt inæqualiter à parentibus institui, dummodo eis sit salua legitima, non solùm de iure communi, sed etiam vigore statutorum Vrbis, n.2. & per tot.

Statutum iuri communi contrarium minus quàm possit iudicandum est, num.3.

Reseruate *verbum nihil de nouo tribuit, ibid.*

Mulier quomodo possit de sua dote in testamento disponere, n.5. & seqq.

Vsusfructus morte vsufructuarij extinguitur, n.6.

Statuentium voluntas interpretanda est eodem modo, quo interpretatur voluntas testatoris, n.6. in fine.

DECISIO CCIII.

DRusilla Castellana ex tribus filiabus, quas habebat, 1
duas Lauram, & Lucretiam instituit in legitima eis debita, Victoriam autem hæredem vniuersalem fecit. Orta inter illas ex vna parte, & istam ex altera lite, & controuersia, occasione dictæ inæqualis institutionis, dubitaui extra Rotam, an potuerit Drusilla de suis dotibus ita inæqualiter disponere? quod dubium fuit vnanimi Dominorum suffragio resolutum affirmatiuè.

2 De iure enim communi res est clara, per text. *in l. parentibus, C. de inoff. test.* in quo disponitur posse parentes hæreditatem suam inæqualiter inter filios diuidere, dummodo cuique suam legitimam assignent, sufficitque filio legitima; vt excludatur ab impugnatione testamenti, *§. fin. Instit. eod. tit.* & difficultas, quæ à dispositione statuti oriri posset, reperitur sublata per plures decisiones Rotales. Nam quòd statutum non impediat quo minus possit mater plus vni, quàm alteri relinquere, dummodo non grauet aliquem in legitima in terminis statuti antiqui, resoluit Rota in vna Romana prælegati 29. Octobris 1563. coram Ioanne Baptista Rota, & secundùm noua statuta in Romana successionis de Taglia Fernis coram bon. mem. Litta 9. Iunij 1606. quæ decisio fuit rationibus, & auctoritatibus plenis confirmata 29. Martij anni sequentis coram Reuerendo Patre Domino meo Marcomontio, à quibus decisionibus dixerunt Domini non esse recedendum, quoniam, vt benè deducitur in decisione Domini Marcomontij, intentio statuentium fuit disponere de lucro dotis ad fauorem mariti, non autem ad fauorem filiorum, & verba illa, *quam tamen liberis reseruare teneatur*, sunt posita pro exclusione mariti à lucro, non autem pro inclusione filiorum, vt in caso similis statuti, aduertit Dec. *cons. 386. num. 7. vers. & hoc confirmatur*, cùm enim verba ad filios non dirigantur, apparet, quòd non sunt prolata ad effectum, lucrum, seu dotem in ipsos transferendi, sed potius conseruandi illis successionem iuris communis, quæ est, vt vsque ad legitimam ex necessitate: quatenus autem est vltra, succedant ex voluntate matris, vt in alio statuto dixit Paul. de Castr. *cons. 82. num. 2. post med. lib. 1.* & iure hæreditario ex testamento, si instituantur, vel ab intestato, si testamentum non fecerit, idem Castr. *in l. si cum dotem in princ. num. 11. in fin. ff. sol. matr.* quod etiam voluit Cum. *cons. 48. circa fin.* Ias. *cons. 127. col. pen. vers. sed istis non obstantibus lib. 1.* Dec. *vbi suprà*, Cagnol. *in l. fin. sub num. 100. vers. tu vide*, & plures refert, & sequitur Honded. *cons. 16. n. 14. & seqq. lib. 2.*

3 Hinc intellectum comprobant præfati Doctores, tum ex simili tradito per glos. *in l. Lucius, la seconda, ff. de hered. instit.* tum ratione, vt statutum hoc iuri communi contrarium minus eius dispositioni deroget, *l. si quando, in princ. C. de inoff. testam. cap. cum dilectus de consuet.* & quia aliàs auferretur matri facultas testandi debere, quod sapit iniquitatem, *l. ex fundo in princ. ff. de vulg. & pupill.* cùm præsertim secundùm communiter accidentia, mulieres non habeant aliud patrimonium, vltra dotem, vt in his terminis perpendit Ang. *cons. 81. num. 2. post me 1.* Qui intellectus de plano procedit in statuto Vrbis, in quo apparet expressè statuentes voluisse respectu filiorum aliquid noui inducere, tum quia quoad ipsos referunt se ad dispositionem iuris communis, vt benè perpenditur in decisione Domini Marcomontij, tum quia vsi sunt verbo *reseruare*, de cuius vi, & natura est nihil de nouo tribuere, Ang. *in l. si quis per illum text. ff. de leg.* Ruin. *cons. 99. num. 10. lib. 1.* Soc. *cons. 287. num. 1. in fine, & num. seqq. lib. 2.* Aym. *cons. 19. num. 8.* Et statutum Brixien. super quo consuluit Ias. habet verbum *conseruare*, vt patet in themate dicti consilij, & ita ponderat Honded. *d. cons. 16. num. 17.* verbum *retineat*, quo vtitur statutum est post alios, quos allegat,

4 Non obstat cons. Paul. de Castr. 491. *lib. 1.* quia statutum super quo consuluit, extantibus filijs, mandabat reseruari ipsis tres partes, & permittebat matri testari de quarta parte tantùm, auferendo facultatem disponendi de residuo, quod non contingit in terminis nostris, licèt enim *in cap. 134. lib. 1.* concedatur vxori facultas testandi de decima tantùm parte dotis, attamen, vt in decisione Domini mei Marcomontij dicitur, hoc factum fuit in casu, in quo esset locus lucro ad fauorem mariti, quia cùm per illud fuisset prohibita facultas testandi de dote, vt latè per Rol. *de lucr. dot. quæst. 82.* voluerunt statuentes mulieri prohibitæ disponere, indulgere, quòd de decima parte pro anima possit testari.

5 Nec obstat dictum Bald. *in l. pro hæreditarijs num. 17. C. de hered. act.* quòd quando dos retinetur ex pacto de lucrando extantibus liberis, tunc mulier non potest testari de dote, cùm ad aliud sit applicata ex vi contractus. Quia Bald. loquitur quando retinetur dos ex pacto de lucrando, & sic quando durabat lucrum, & virtus pacti. Vnde non est mirum si in præiudicium dicti lucri, & pacti de lucrando non potest testari: In casu autem statuti nostri dispositio matris confertur in tempus, quando non est amplius lucrum, cùm sit delatum viuente marito tantùm, & ad eius vitam.

Nec etiam obstant tradita per eundem Bald. *in authen. vxore, C. de secund. nupt.* quia ibi agebatur de transferendo lucrum in filios, & in casu, in quo si lex non fecisset translationem, maritus potuisset de eo liberè disponere in personas extraneas. In casu autem statuti vrbis non est necessaria huiusmodi translatio, quia lucrum post mortem mariti non existit amplius, Imò nec etiam potest dari translatio, quia si volumus illud consistere in vsufructu, iuxta trad. per Gabr. *cons. 13. lib. 2.* quem sequuta est Rota in dicta Romana successionis coram Domino Marcomontio, & non potest dari translatio, quia vsusfructus morte fuit extinctus, *§. finitur, Instit. de vsufr.* & consolidatur cum proprietate, *l. si Titio, ff. de vsufr.* aut volumus, quòd lucrum contineat proprietatem, & cùm sit concessum limitatè ad tempus vitæ mariti, eo mortuo non est amplius lucrum, sed reuertitur ad propriam naturam, & consolidatur cum hæreditate matris, & apud eum, apud quem est hæreditas, sicut dicimus de legato facto ad tempus, siue certum, siue incertum, vt per Castr. *in l. Titia 35. §. fin. vers. istum casum habuit, ff. de leg. 2.* Soc. *cons. 102. num. 10. post med. lib. 3.* Cephal. *cons. 158. num. 6.* eodem modo enim interpretanda est voluntas statuentium, quo & voluntas testatoris, vt dixit Rota in Romana de Sante 11. Maij 1576. coram fel. record. Clem. VIII. facit quod trad. Bald. *cons. 184. in fin. lib. 1.* Sic etiam respondetur ad *authent. lucrum, & auth. hæres, C. de secund. nupt.* quia in eis, & alijs iuribus adductis agitur de transferendo in filios lucrum, plenè alioquin, & irreuocabiliter translatum in coniugem. 6

Hinc etiam corruit totum fundamentum partis aduersæ consistens in eo, quòd statutum transmittet dotem in lucrum, quia vel nullo modo transmittat; si lucrum est in vsufructu, proprietas dotis remaneret in sua natura; vel si transmutatur, transmutatur temporaliter ad vitam mariti, ita vt eo mortuo, recuperet; vel potius dicitur non amisisse propriam naturam, quia dicere quòd sit lucrum durante vita mariti, est denegare quòd post dictum tempus, iuxta cumulata per Surd. *decis. 75. num. 1. cum pluribus sequentibus*, qui dicit hoc etiam procedere in statutis. 7

R. P. D. S A C R A T O,
deinde S. R. E. Cardinali.

Tarentina donationis.

6. Ianuarii 1609.

A R G V M E N T V M.

De fideicommisso facto alicui, si sine filijs decesserit, quòd eius conditio sit adimpleta per ingressum Religionis: de prohibitione facta filijs primi gradus, & an filius in præiudicium vocatorum in testamento patris possit paternam hæreditatem adire ab intestato.

S V M M A R I V M.

Substitutio, seu fideicommissum factum, post mortem alicuius decedentis sine filijs, habet locum, conditioque impleta videtur per ingressum Religionis sine filijs, num. 1.

Trebellianica potest à testatore prohiberi etiam filijs primi gradus, num. 2.

Trebellianica non detrahitur ex legatis, sed ex hæreditate, cuius est quarta, num. 2. in fin.

Legitima de sui natura grauamen non recipit, n. 3.

Filius non potest ab intestato adire paternam hæreditatem in præiudicium fideicommissariorum, quando pater fecit testamentum, declara vt ibid.

Heres tenetur ad solutionem æris alieni pro illa rata, pro qua est heres, n. 4.

D E C I S I O C C I V.

DVbitaui an Alphonso competeret aliquod ius quod obstet R. P. D. Sanctonio venienti tamquam cessionario Francisci Antonij, cuius creditum fuit firmatum per alias decisiones coram me in hac causa factas. Et 1

Do-

Domini censuerunt competere Alphonso detractionem fideicommissi Isabellæ matris D. Francisci Antonij, ad quod quidem fideicommissum est vocatus Alphonsus deficiente Francisco Antonio sine filijs, quæ conditio videtur impleta per professionem factam à dicto Francisco, Antonio nullos filios habente in religione Sancti Francisci, per doctr. Bar. in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 2. Felin. cap. in præsentia num. 50. de prob. Socin. cons. 92. lib. 1. Alex. cons. 3. vbi latè addentes in verb. concludo, ex quibus patet non esse rurum cons. Ang. 80. num. 3. vers. his autem non obstantibus.

2 Quantum ad Trebellianicam, quam prætendit D. Sanctonius ex persona Francisci Antonij detrahere ex dicto fideicommisso, fuit dictum, quòd hoc non poterat fieri stante expressa prohibitione testatoris, quæ potuit prohibere Trebellianicam etiam filijs primi gradus, iuxt. Opin. quam Rota sequitur, Crescen. decis. 2. de testam. & fuit aliàs sæpè decisum. Nec videtur subsistere lectura D. Sanctonij, quòd prohibitio detractionis Trebellianicæ sit referenda ad legata tantùm, per illa verba ibi: debeat præsens instrum. obseruare, & obligatis contentis in eo non possit aliquid detrahi iure natura, ratione Falcidiæ, seu Trebellianicæ, quia in processu de partibus inter verbum legatis, & verbum contentis adest copula &, & sic prohibitio Trebellianicæ non est adiecta solis legatis, vt prætendunt informantes pro D. Sanctonio, sed est adiecta verbo contentis, quod comprehendit omnia, de quibus in testamento, qui intellectus comprobatur ex eo, quod Trebellianica non detrahitur ex legatis, sed ex hæreditate, cuius est quarta, iuxt. not. per Crass. §. Trebellianica quæst. 2. vbi de communi; propterea etiamsi res esset dubia, deberet capi illa interpretatio, per quam testatrix non videatur ineptè loquuta, ad trad. in l. Saluius Arist. ff. de leg. præstan.

3 Quantum ad legitimam, quam prætendit Alphonsus non esse detrahendam ex hoc fideicommisso, & simplici adiectione filiorum, ad cons. Socin. iun. 122. num. 9. lib. 1. Cephal. 272. num. 143. lib. 2. fuit dictum, quòd quidquid sit de illa opinione, non applicari in hoc casu, in quo non apparet filios adiuisse in vim testamenti, & consequenter sibi præiudicasse quoad legitimam, quæ de sui natura non recipit grauamen, l. quoniam in prioribus, ff. de inoff. test. cum concord. Et licèt non possit filius omisso testamento paterno, quod facit cessare causam intestati, adire hæreditatem paternam tanquam ab intestato, & in præiudicium vocatorum in testamento, tot. tit. C. si omissa causa testam. non propterea sequitur, quòd si adiret nulla facta mentione testamenti, videatur sibi præiudicasse, quoad contenta in testamento, quibus poterat contradicere, qui est effectus, de quo agitur.

4 Quantum ad creditum scutorum ducentum prætensum per Alphonsum contra R. P. D. Sanctonium, tanquam hæredem Episcopi Tricaricen. cuius Episcopi est creditor Alphonsus, fuit dictum quòd D. Sanctonius tenetur pro dimidia, pro qua parte est hæres Episcopi. Aliæ prætensiones Alphonsi videbantur satis turbidæ, & quatenus opus erit, videbuntur ad partem.

Adest supra in hac parte vna decisio in hac causa sub die 4. Februarij 1608. coram eodem Cardin. Sacrato, est decisio 175.

R. P. D. S A C R A T O,
postea S. R. E. Cardinali.

Sabinen. pecuniaria.

Lunæ 12. Ianuarij 1609.

A R G V M E N T V M.

Ex summarijs sume argumentum.

S V M M A R I V M.

Testes recepti in summario iudicio, an, & quando probent in plenario, & quid si fuerint, vel non fuerint publicati, num. 1. & 2.

Litis contestatio in summarijs non est necessaria, quia qualibet responsio habet vim contestationis, n. 2.

Fides non facit fidem, ibid.

Indefinita oratio non æquipollet vniuersali in materia probationum, ibid.

D E C I S I O CCV.

DOmini steterunt in resolutis in hac causa coram me 1
sub die 23. Iunij 1606. & 2. Iunij 1608. fundamentis, de quibus in decisionibus desuper extensis. Ad replicationem, quòd testes recepti in summario iudicio non probent in plenario, fuit responsum cum decis. factis in Pampilonen. beneficij 29. Octobris 1576. coram Lauretano, in Bononien. pensionis 27. Iunij 1603. coram Illustrissimo Cardinali Millino, in Corduben. Capellæ 14. Martij 1607. coram R. P. D. meo Ortembergo, & quatenus dicebatur hoc ita demum procedere, si testes fuerunt publicati, ex Felin. in cap. causam quæ num. 13. de test. fuit dictum in Curia de stylo minimè esse necessariam publicationem, Anch. cons. 53. num. 2. Guidop. decis. 586.

Nec subsistere videbatur, quòd iudicium summarium 2
fuerit nulliter intentatum ex omissione contestationis litis, quia in summarijs ipsa responsio habet vim contestationis, Marant. part. 6. tit. deposit. n. 4. Circa alia quæ replicabantur de solutione facta per D. Lauiniam ex quadam fide Procuratoris Monialium, fuit dictum quòd fides de iure non facit fidem, Cephal. cons. 384. num. 21. & 22. Decian. cons. 51. num. 7. lib. 2. vltra quòd talis fides non probat integram solutionem, cùm loquatur indefinitè, quæ indefinita in probationibus minimè æquipollet vniuersali, Alex. cons. 68. num 8. lib. 2. Dec. cons. 147. num. 18. in princ. & fuit dictum in Calaguritana congruarum 16. Nouembris 1571. coram Oradino, quæ est inter impress. diuers. 17. num. 5. part. 1.

Præscriptio statutaria non obstare visa fuit ex aliàs di- 3
ctis, & ingressus octo Monialium minimè probatus dicebatur ex simplici assertione Procuratoris Monasterij in suis extraiudicialibus informationibus. Neque ex supplicatione porrecta Vicario Sabin. pro obtinenda clausura, quam non apparet quis porrexerit, & potiùs innuit non ingressum, ibi, s'intende d'otto Zitelle, quali hanno d'entrare, & etiam dixerunt Domini esse bonam aliam responsionem datam in decisione, quòd versemur in materia dotis, quæ reperitur expressè præseruata à statuto, quod fundamentum corroboratur ex decreto clausuræ facto de ordine Congregationis Concilij, quod modò datur, in quo decreto enunciatur per modum causæ dos promissa à D. Lauinia, quod fuit consonum dispositioni iuris, c. nemo Ecclesiam de consecrat. dist. 1. Anchar. cons. 197. n. 6. in fine, & eo ipso, quòd D. Lauinia donabat pro fundatione, videbatur dare ex causa dotis, Anchar. vbi suprà num. 6. Coniecturæ solutionis dotis visæ fuerunt cessare ex dictis in vltima decisione in hac causa facta.

Est decisio 182. suprà in hac parte.

R. P. D. I V S T O.

Ianuen. iurispatronatus.

Veneris 23. Ianuarij 1609.

A R G V M E N T V M.

Plura considerantur ad excludendam & includendam repetitionem, & an sub vocatione Clericorum censeantur vocati naturales qui sunt Clerici.

S V M M A R I V M.

Iuspatronatus quando est penes duos, vno deficiente totum acquiritur alteri per ius accrescendi, seu non decrescendi, num. 1.

Repetitio qualitatum non censetur facta in vocatione penitus diuersa, n. 2.

Naturalis non potest esse de iure Clericus, nisi cum eo dispensetur, n. 3.

Clericus non dicitur esse posse qui non potest esse de iure, sed ex dispensatione, ibid. Contra vero n. 9. quia facilis est dispensatio.

Vocatio conditionalis ante purificatam conditionem non dicitur vocatio, & dum purificatur conditio, inducitur aptitudo succedendi, ibid.

Dictio tunc, limitat ad casum expressum, ibid.

Relatio debet fieri referendo singula singulis, & diuisiuè, iuxta præcedentem dispositionem, n. 4.

Præsumptionum, seu subauditionum consensus non datur, ibid.

Repetitio non admittitur vbi adsunt orationes separata, & quando adsunt dictiones repetitiua, ibid.

Repetitio non admittitur stante expressa dispositione, ibid.

Repetitio non admittitur, vbi additur noua qualitas, num.5.

Repetitio qualitatis qua non conuenit vtrique dispositioni non admittitur, ibid.

Vocatio vbi est facta de certis personis qualificatis, tunc non attenditur an persona sint de vna, vel altera linea, cum etiam remotior qualificatus praferatur proximiori, num.6.

Qualitas aliqua vbi ab initio à testatore est requisita in vocatis, tunc vbicumque fit mentio de personis vocatis, semper intelligitur de vocatis habentibus dictam qualitatem, num.7.

Dictiones si verò, *sunt repetitiua, n.8.*

Dictio, seu verbum supradicta, *est repetitiua præcedentium qualitatum, n.9.*

Linea appellatione veniunt etiam ij, qui sunt de linea contentiua, n.10.

DECISIO CCVI.

1 CVm in disputatione istius causæ multæ fuerint ortæ difficultates circa intellectum instrumenti fundationis iurispatronatus; idcirco Domini pro veritate inuenienda voluerunt, primò restringere dubium, & disputare separatim, an hæredes Clerici q. Opizonis sint vocati, existentibus laicis in alijs lineis? Et licèt proposito puncto die 28. Nouembris anni præteriti non potuerint capere resolutionem, quia Domini erant varij; nihilominus hodie, quæ est dies Veneris 23. Ianuarij 1609. reproposita causa, Domini censuerunt Clericos hæredes Opizonis esse vocatos, existentibus laicis tantùm in alijs lineis, non tamen sine contradictione.

Siquidem aliqui defendebant contrariam sententiam, & dicebant, quod Octobonus ad hoc iuspatronatus post Perciuallem fratrem vocauit aliquando lineas simul & semel, scilicet lineas Nicolai, & Federici, & ad vtramque eodem tempore voluit pertinere iuspatronatus, si in vtraque extarent Clerici, vt in instrumento fundationis *num.* 12. Quod idem dispositum est *sub num.* 16. circa descendentes Alberti, & Vgonis, qui vocati fuerunt eodem modo, quo filij Nicolai & Federici. Aliquando verò ordine successiuo, in quo primo vocauit descendentes Nicolai & Federici, & in eorum defectum secundo loco vocauit descendentes Alberti & Vgonis, & tertio loco deficientibus primo, & secundo loco vocatis, voluit iuspatronatus transire ad hæredes Opizonis. In ordine autem simultaneo cauit, quòd si in vna linea non essent Clerici, vel qui vellent esse Clerici, iura omnia deuoluerunt ad Clericum alterius lineæ, quamdiu ea alia superueniret Clericus, qui recuperaret iura ad alium deuoluta, quod est iuri consonum, quia cùm ius patronatus esset penes vtrumque Clericum vtriusque lineæ, altero non extante, vniuersum ius ad alterum deuoluebatur per ius accrescendi, seu non decrescendi, *l. communi liberto, ff. de bon. libert.* glos. *in l. si duo patroni, in princip. ff. de bon. libet.* Alex. *in l. si mihi & Titio, sub num.5. vers. sed contra istam fallentiam*, vbi etiam Ias. *num.5. vers. Nec huic fallentia, ff. de verbor. oblig.* Paris. *cons.49. num.20. lib.4.* & saltem ita voluit expresse fundator, & postquam vniuersum ius consolidabatur in persona vnius Clerici, & vnius lineæ, non erat necessarium transire ad laicum illius lineæ, in qua non erat Clericus, & in hoc ordine simultaneo disposuit solùm in hoc casu, quando non extaret Clericus in vna linea; quando autem in neutra extaret, & omnino deficeret, nihil disposuit, nisi inferiùs *sub num.19.* vbi laicos vocauit, & hoc quando extaret vtraque linea, in vna verò Clerici deficerent: si autem vna linea in totum defecisset, ius patronatus ad aliam deuoluererut.

2 Verùm in successiua vocatione, quando locutus est de transitu ad lineam sequentem, non fecit mentionem de Clericis; nec in eorum defectum iussit fieri transitum, sed in defectum omnium descendentium, vt legitur in fundatione à *num.18. vsque ad n.19.* vbi hæredes Opizonis sunt vocati, si Nicolaus & Federicus in primo ordine vocati, non haberent filios, vel descendentes legitimos, vel naturales. Item si Albertus & hæredes Vgonis, vel descendentes ex ipsis, filios, vel alios descendentes non haberent, vbi nullam facit mentionem qualitatis clericatus, & semper fundator fecit hanc differentiam inter positos in conditione, & substitutos, vt in alio casu cauit *sub num.16.* quando de linea, siue gradu Nicolai & Federici transit ad lineam, siue gradum Alberti & Vgonis, vbi respectu vocatorum & substitutorum requisiuit qualitatem clericatus, non autem respectu positorum in conditione, & non sine ratione, quia noluit etiam sub illa qualitate præferre descendentes remotiores tanquam minus dilectos, quo casu cùm sit vocatio separata, quia vocat vlteriores in gradu, non censetur illa qualitas repetita, secundum cons. Ruin. 152. *num.2. lib.2.* in quibus terminis eius dictum declarauit Rota coram me in causa Bononien. fideicommissi de Viggianis 12. Nouembris 1604. & faciunt tradita per Illustriss. D. Cardinalem Mantic. *de coniect. lib.6. tit.13. n.2.*

3 Præsertim, quia non solùm posuit in conditione filios, & descendentes Nicolai & Federici simpliciter, sed addidit legitimos, vel naturales, vnde declaratur intentio fundatoris, voluisse comprehendere etiam laicos, quia naturales non possunt esse Clerici de iure, & nisi cùm eis dispensetur, & non dicitur esse posse Clericus, qui non potest esse de iure, sed ex dispensatione, c. *gratia de rescript. in 6. Clement. grat. de rescrip. l. idem Iulianus, §. fin. de leg.1.* Innoc. *in cap. pastoralis, in princ. de caus. possess. & propr.* Card. *cons. 77. num.2.* Natt. *in Clem. sæpe in 4. notab. de verb signif.* cum alijs allegatis per Rebuff. *in l. nepos Proculo 125. vers. tertio id fieri potest, ff. de verb. oblig.* quæ possunt afficere superstites ex radice infecta, Tiraq. post allegatos *de iure primog. quæst.12. num.13.* & consequenter cum verisimili mente fundatoris concurrunt verba clara non Clericos, sed laicos respicientia, quibus in illum euentum videtur reseruatum ius legitimæ successionis, & non est verificata conditio vocationis hæredum Opizonis, sed pendet a futuro euentu, & ante purificatam conditionem verè nulla adest vocatio, Bart. *in l. commodissimè*, & ibi Aret. & Castren. *ff. de liber. & posthum.* præsertim stante dictione, *tunc volumus*, quæ limitat ad casum expressum, Anch. *cons.356. num.3.* Soc. *cons.259. num.5. lib.2.* Et dum purificatur conditio, inducitur aptitudo succedendi, & quædam vocatio abstracta, quæ verificatur superueniente conditione, vt per Ægid. *decis.723. n.16. vers. septimo quia*, & latè traditum fuit coram me in illa Maceraten. hæreditatis 10. Maij 1606. & sequuto euentu, vel effectu, tunc vocantur Clerici secundùm ordinem prædictum.

4 Neque his contentus fundator, specificè *sub num.19.* videtur voluisse præferre laicos hæredibus q. Opizonis, dicendo: *Si vero aliquo tempore contingeret quod de supradictis, ad quos iura prædicta deuolui debent, modo & ordine supradictis*, &c. *deuoluantur ad propinquiorem, seu proximiorem laicum de linea paterna.* Ergo quocumque tempore, vel quacumque ex prædictis descendentis non adest qui sit, vel fieri possit Clericus, sed ad lineam Opizonis non perueniant iurepatronatus, nisi quatenus omnes vocati decedant sine filijs legitimis, vel naturalibus, vt dictum est, & sic singula singulis vocationibus sunt referenda, secundùm præcedentem dispositionem, Dec. *cons. 186. num.4. vers. Quarto considerandum*, & sunt intelligenda diuisiuè, vt in proposito dicit Alex. *cons.119. num. 2. lib.1.* Ruin. *cons.9. sub num. 4. lib.1.* Decian. *cons.24. num.60 lib.1.* & sic in ordine vocatorum simultaneè, voluit semper præferri Clericum alterius lineæ, & donec illi prioris lineæ Clerici fiant; verùm in vocatis ordine successiuo ita demum vocantur, quando deficiunt omnes descendentes superiorum linearum, quæ simultaneè sunt vocatæ, siue sint legitimi, siue sint naturales, & præcipuè videbatur hoc esse de iure concludendum, quoniam aliàs duæ subauditiones, & extensiones essent faciendæ, contra regulam iuris *in l.1. Cod. de dot. prom.* scilicet qualitatem clericatus per præsumptam repetitionem & dispensationem, quia etiam naturales vocantur, qui de se non possunt esse Clerici, vt dictum est, & fundamentum repetitionis qualitatis clericatus videbatur esse periculosum in orationibus separatis, etiam quando adsunt dictiones repetitiuæ, quia tota dependet à voluntate disponentis, Bar. *in l. Seia, §. Caio num.2. ff. de fund. instru.* Decian. post allegatos *cons.17. num.48. lib.1.* quæ repetitio, vel subauditio non videtur adaptari posse in hoc casu, vbi in sequenti parte fundationis laici expresse vocantur, quo casu non fit repetitio, Roman. *cons.56. num.4. vers. quinto, & vltimo.*

5 Et tollere videbatur omnem difficultatem, quia fundator

dator vsque ad *numerum decimumoctauum* : quam fecit mentionem de naturalibus, imò resolutum est in hac causa coram D. meo Lancellotto & coram me, illegitimos non esse vocatos, & sic semper dispositum est de legitimis & naturalibus, & nihilominus in hac parte ponuotur in conditione legitimi tantùm, & naturales tantùm, scilicet legitimi, vel naturales, & consequenter additur diuersitas personarum, & noua qualitas, quasi intelligat non solùm de legitimis & naturalibus, sed etiam de legitimis, vel naturalibns, quo casu oon fit subauditio, vel repetitio, Bar. *in l. in repetendis, ff. de legat.3. & cons.3.n.5. & cons.39. lib.*1. & teouit Rota coram bon. mem. Lauretano in causa Calaguritana bonorum 23.Martij 1579. in fine post allegatos, vbi loquitur in qnalitate clericatus, quando est noua qualitas adiuncta. Præsertim, quia qualitas clericatus oon congruit æqualiter vtrisque personis, quia naturalibus tantùm congruit dispensatiuè,& hoc casu nunquam censetur repetita qualitas, *l.fin.§.Seio,ff.de legat.* 2. vbi Bal. & alij quos citat Alex. *cons.158.num.2.vers.Nec obstat si ad illum text. lib.*2. vbi dicit *num.*4. hanc declarationem à nemine impugnari: vnde dato, quòd in hac parte repetiti intelligi possint filij legitimi & naturales, qui supra vocaotur, & hic ponuntur in conditione: attamen non est dubium poni etiam in conditione legitimos, vel naturales, qnibus oatutalibus æqualiter non congruit eadem qualitas; ergo non procedit repetitio, vel extensio, ant subauditio, & non est mirum quòd non sit repetita ista qualitas in positis in conditione, vt Clerici sint, vel fiant, quia non sunt vocati, nec honorati, & sic oon potest ei imponi onus, vt Clerici fiant, secundùm regulas iuris, & satis est quòd excludant hæredes Opizonis, quia nunc disputatur an hæredes Clerici q. Opizonis sint vocati existentibus laicis in alijs lineis. Et quando inferiùs laici vocantur, sunt temporaliter vocati quousque aliquis à prædictis descendentibus Cleticis fiat, & Clericus permanserit, vt supra dictum est, & hæc est differentia inter dispositionem quæ continetur sub *n.*18. à sequenti dispositione sub *num.* 19.

6 Pro opinione autem, qnæ præualuit apud Dominos, præsupponebatur in primis io hac fundatione qualitatem clericatus esse directricem, & moderatricem totius dispositioois, & omnibus alijs prædominari, ita vt magis sint considerandæ personæ in clericatu constitutæ, qnàm vna, vel altera linea, & in hoc casu etiam remotior qualificatus præfertur proximiori, illustrissimus Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.*16. *num.* 49. Rota in d. decis. coram bon. mem. Lauretano 23. Martij 1579. Et in hac causa videtur approbasse Rota coram R. P. D. meo Lancellotto 25. Iunij 1607.

7 Quo fundamento iacto considerabant verba instrumenti fundatioois *num.*18. vbi disponitur *quod si accideret aliquo tempore, quod nec prædicti Domini Nicolaus; & Federicus haberent filios, vel alios descendentes legitimos, vel naturales,* &c. *tunc volumus, & ordinamus, quod prædicta iura deuoluantur ad hæredes q. D.Opizonis patrus nostri.* Vbi sub illis verbis *haberent filios*, intelligitur de filijs, vt suprà in tota fundatione qualificatis, Bar. *in l. ex facto, §. si quis rogatus num.*2. *ff. ad Trebell.* Alex. *cons.94. num.1. lib.*1. Ruin. *cons.83. num.15. lib.*2. Dec. *cons.15. num.2. & 3.* qnia semper censetur repetita qualitas, Rota in vna Perusina fideicommissi 9. Maij 1578. coram felic. recor. Clemente tunc Auditore Rotæ, & coram bon. mem. Orano in Romana fideicommissi de Comitibus 5. Iunij 1591. Ruin. *cons.* 140. *num.* 6. *lib.*2. Odd. *cons.95. num.* 64. 86. 89. *&* 100. Gozad. *cons.* 104. *num.* 16. *& seq.* Menoch. *cons.* 215. *num.* 172. *& seq.* Vnde patet, quòd repetitio intelligitur in omni gradu, quando à principio vocatio est facta in perpetuum sub illa qualitate, & idcirco sub *num.*18. non sunt laici positi in conditione, sed Clerici.

8 Præsertim, quia non videtur verum quòd nulla adsit dictio repetitiua; nam adsunt illa verba; *si verò*, quæ repetunt, Bar. *in l. repetendis, ff. de legat.*2. *&* alia verba, *eo modo & ordine, sicut de alijs fratrum nostrorum filijs superius est expressum*. Nec est admittenda illa dictio, quòd in vocatione semper sit addita qualitas clericatus, & semper relicta in positis in conditione, & substituti, sub *num.* 13. *&* 14. filij Federici sunt positi in conditione, & substituti filij Nicolai vtroque casu sine meotione clericatus. Et tamen clarum est, quòd eo casu filij Nicolai Clerici excludent filius laicos Federici, quinimò etiamsi positio in conditione sit sine mentione clericatus, tamen videtur intelligenda cum illa qualitate, ex quo substituti istis in conditiooe positis vocantur eo modo, & ordine quo suprà dictum est de filijs Nicolai, & Federici semper primogeniti, si Clerici fuerint, vel esse velint, & sic fundator loquitur tam de vocatis, quàm de positis in conditione, dum dicit de filijs Nicolai, & Federici. Nam in illa linea, siue vocati, siue positi io conditione, est necesse quòd fuerint filij Nicolai, vel Federici, quos fundator declarat quomodo in isto patronato eos admitti voluit, videlicet Clericos, & dum Clerici permaoserint, & demum cùm vocentur vbi præcedentes lineæ in totum fuerint extinctæ, & istæ vocabuntur, nõ erat necessaria aliqua expressio qualitatis in iam defectis.

Nec obstat, quòd ponantur in conditione etiam natu- 9
rales quia non spectatur qualitas naturalis, sed clericatus; vltra quòd si non possunt esse Clerici sine dispensatione, tamen est facilis dispensatio, vnde largo modo intelligendo possunt fieri Clerici. Quæ omnia comprobantor ex *vers. seq. num.* 19. In primis considerando, quòd si laici suprà vocarentur, hæc pars esset superflua, & tamen verba ita concepta sunt, *si verò tempore aliquo contingeret, quòd de supradictis, ad quos iura supradicta deuolui debent, modo, & ordine supradictis, nullus superesset,* &c. quæ dictiones sunt repetitiuæ præcedentium qualitatum, Aymon. *cons.98. num.*11. Guidopap. *decis.527.* Paris. *cons.52. num.* 32, *lib.*3. Vnde non possunt dici vocati laici, nisi in casu quo ex omnibus supradictis lineis nullus Clericus superesset.

Non obstat, quòd ex transitu ad secundam & tertiam lineam fundator posuerit in conditione descendentes illius lineæ, à qua fit transitus absque vlla expressione clericatus, vnde infertur laicos fuisse positos in conditione, quia placebat responsio, quòd isti positi in conditione sunt illimet vocati antea, id est, Clerici illius lineæ, & vlteriùs ista positio in conditione debet intelligi cum illa qualitate, ex quo substitui istis positis in conditione vocantur eo modo, & ordine, quo suprà dictum est de filijs Nicolai & Federici, semper primogeniti si Clerici fuerint, vel velint esse Clerici, & dum Clerici permanserint, vbi declaratur quomodo fundator voluerit in isto patronatu vocatos admitti, videlicet Clericos, & dum Clerici permanserint.

Non obstat absurdum consideratum ex quo laici lineæ 10
Opizonis secundùm hunc intellectum essent vocati ante laicos aliarum linearum, quæ fundatori magis dilectæ fuerunt; nam sunt intelligendi vocati Clerici incipiendo semper à linea prædilecta, & desinendo in linea minus dilecta, & remotiore, quæ est illa Opizonis. Deficientibus autem omnibus Clericis incipere nouam vocationem laicorum subsidiariam, quæ eodem modo progredi debeat, videlicet incipiendo à linea Nicolai & Federici, & desinendo in linea Opizonis, quia qualitas Clericatus semper prædominatur, sed ordinatim erga prædilectos, & verba hunc sensum demonstrant, ibi, *reuoluantur ad proximiorem, seu propinquiorem laicum de linea paterna fundatoris,* de qua contentiuè sunt hæredes Opizonis, cùm omnes continerentur sub eodem stipite, & sub eadem linea, Bal. *cons.*334. *num.*7. *lib.*3. quod est declaratum in pluribus capitibus fundationis, & in specie sub *num.* 10. vbi verba sunt: *est enim nostra voluntas, quod semper, & in perpetuum filius ante natus primogeniti cuiuslibet, seu maioris natu Clericus factus & existens Clericus, ac dum Clericus permanserit, in iuribus prædictis succedat;* illa enim verba vniuersalia, *semper & in perpetuum in primogeniti cuiuslibet,* includunt omnes lineas & vocationes, & eximiam voluntatem, & dilectionem circa Clericos, ita vt post toties repetitam qualitatem Clericatus vix esse possit aliquo pacto fundatorem prædilexisse propinquiores laicos.

Ex quibus affirmatiuè resolutum fuit per Dominos, scilicet Clericos hæredes Opizonis esse vocatos existentibus laicis tantùm in alijs lineis, &c.

Idest sub die 18. Aprilis 1608. est decisio 155. suprà part. 1. recent.

R. P. D. LANCELOTTO,
Poftea S. R. E. Cardinali.

Romana, feu Comeñ. legati.

Luna 26. Ianuarii 1609.

ARGVMENTVM.

Legatum, quando cenfeatur ademptum ex folutione facta in vita teftatoris, & quid fi ceffet modus, & conditio legati quando non ceffat caufa finalis legati, & quæ dicatur caufa finalis, & an conditio adiecta petitioni legati efficiat illud conditionale, & operetur ademptionem legati, quando illa fuit impleta in vita teftatoris.

SVMMARIVM.

Legatum extinguitur, & cenfetur ademptum vbi fuit folutum in vita teftatoris, n. 1.

Legatum cenfetur ademptum deficiente caufa propter quam fuit factum, ibid.

Legati caufa finalis ea eft, qua cohæret legato, & ex qua teftator fuit motus ad difponendum, n. 2.

Legatum non cenfetur ademptum, licèt ceffet modus, & conditio legati, quando non ceffat caufa finalis legati, ibid.

Conditio appofita petitioni, non autem fubftantiæ legati, non fufpendit, fed legatum nihilominus dicitur purum, & importat vt legatum peti non poffit nifi adimpleta conditione, ibid.

Conditio adiecta petitioni legati quando fuit impleta in vita teftatoris, non impedit quin legatum peti poffit, num. 3.

DECISIO CCVII.

1 Legatum fcut. 20. mill. factum hofpitali Comeñ. à bon. mem. Cardinali Comeñ. non controuertebatur, quia de eo conftabat ex eiufdem Cardinalis teftamento, in quo hofpitali legauerat prædictam fummam foluendam in decem annis, cum obligatione, quòd inueftiretur in bonis ftabilibus ad perpetuum beneficium pauperum Chrifti in dicto hofpitali. Sed dicebatur, quòd cum in eodem teftamento idem Cardinalis poft hæredis inftitutionem, & plura alia capitula declaraffet, quòd hofpitale non poffet aliquid de fupradicto legato petere, nifi priùs folemniter renunciaffet omnibus prætenfionibus, quas in æternum habere poffet fuper eius hæreditate occafione cuiufdam donationis d. Ptolomæo factæ anno 1587. legatum videbatur factum ex caufa obtinendi hanc renunciationem, fiue in renunciationis recompenfam. Cùm autem Cardinalis renunciationem in vita obtinuiffet, & in talis renunciationis remunerationem loco pretij, feu veriùs eleemofynæ, & ne illa videretur fieri gratis, foluiffet hofpitali libras quinquaginta millia, inferebatur legatum non deberi ampliùs, feu fuiffe extinctum, vel ademptum, tanquam folutum in vita, & deficiente caufa propter quam fuerat factum facto legatarij, qui pretium receperat, & renunciauerat, iuxt. text. *in l. Lucias la prima*, & ibi Bart. *num. 3. ff. de legat. 2.* & ibi Caftr. cum alijs latè allegatis.

2 Quibus non obftantibus Domini cenfuerunt legatum deberi, quia caufa finalis legandi non fuit, vt hofpitale renunciaret fubftitutioni, fiue prætenfionibus fuper hæreditate, fed caufa legandi, vt patet ex teftamento, fuit amor pauperum Chrifti in dicto hofpitali, ad quorum perpetuum beneficium erat inueftiendum legatum: hæc enim eft caufa finalis legati, quia cohæret legato, & ex ea fuit motus teftator ad difponendum, iuxta notata per Bart. *in l. demonftratio falfa, §. quod autem, ff. de condit. & demonftr.* licèt ergo poft factum huiufmodi legatum ex prædicta caufa, & poft plura in eodem teftamento difpofita ex interuallo in mentem teftatoris venerit fubftitutio ad fauorem hofpitalis, & hoc ei præbuerit occafionem cogitandi, feu difponendi de illius renunciatione, mandando quòd legatum peti non poffit, nifi priùs facta folemni renunciatione, &c. ac inde teftator appofuerit hanc conditionem, fiue modum; tamen cùm ftante dicta caufa finali effet relicturus, non refert, quòd modus, fiue conditio defecerit, quia propterea non ceffat legatum, vt per Bertrand. *conf. 171. n. 8. in fin. & num. 9. vol. 2.* vltra quod iftud onus renunciationis, fiue fit conditio, fiue modus, fuit appofitum folùm petitioni, cùm declarauerit teftator, quòd hofpitale non poffet petere aliquid de legato, nifi priùs renunciauerit: non autem eft appofitum fubftantiæ ipfius legati, Bal. *conf. 478. n. 1. verf. in contrarium lib. 1.* quod legatum fuit priùs factum abfque aliqua conditione, aut modo, fiue onere renunciandi, & quòd propterea erat purum, iuxta notata per Surd. *conf. 268. num. 55. & 61.* & fic renunciatio non fuit caufa legandi, nec modus, aut conditio fubftantiæ legati adiecta, fed importat folum grauamen, vt legatum peti non poffit, nifi facta renunciatione.

Cùm igitur huiufmodi grauamen fit fublatum per renunciationem factam in vita Cardinalis, quæ etiam, quatenus opus fit, poteft de nouo fieri ceffante onere petitioni adiecto, remanet legatum omnino purum, & poteft peti tanquam impedimento de medio fublato, nec obftat ampliùs exceptio de modo, fiue onere, aut conditione non impleta, exequutionem, & petitionem legati impediente, Bald. *d. conf. 478.* 3

Quamuis autem pro obtinenda huiufmodi renunciatione Cardinalis in vita tráfegerit, & foluerit libras quinquaginta millium, tamen hoc non poteft nocere hofpitali refpectu legati, cuius caufa finalis, vt dictum eft, non fuit talis renúciatio, in cuius remunerationem, feu potiùs loco eleemofynę, placuit Cardinali dictam fummam erogare, licèt id non fine caufa, imò potiùs cum myfterio factum fuerit, vt fcilicet Cardinalis, & eius hæredes effent certi, & fecuri, quòd hofpitale, quod in perpetuum durare poteft, non poffet ampliùs fubftitutionem, aut aliud fuper eius hæreditate prætendere; cùm enim effet in arbitrio hofpitalis, vel petere legatum, & renunciare fubftitutioni, vel abftinendo à legato expectare cafum fubftitutionis, & conferuare priora iura, quæ ei vigore donationis competebant, voluit Cardinalis huiufmodi facultatem hofpitali competentem pretio redimere ad effectum fe, & fuos hæredes affecurandi, quòd hofpitale legatum acceptare debuiffet, ita vt non poffet ampliùs vllo vnquam tempore fubftitutionem vigore donationis prætendere, &c.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Cæfarauguftana iurifdictionis.

Mercurij 5. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Explicantur in hac decifione, quæ fingularis eft, & notabilis, plures cafus, in quibus non eft neceffaria expreffa derogatio regulæ de iure quæfito non tollendo.

SVMMARIVM.

Regula de iure quæfito non tollendo in gratiis de fui natura præiudicialibus non requiritur formalis, & expreffa derogatio, num. 2.

Regula de iure quæfito non tollendo, vt cenfeatur derogatum non fufficit fcientia Papæ, nifi etiam exprefsè derogetur, numer. 3. vbi declaratur hanc conclufionem non procedere in gratijs de fui natura præiudicialibus.

Proteftatio non attenditur quando eft contraria facto, ibid. in fin.

Abbas regularis habet poteftatem procedendi fine adiunctis contra Capitulares, n. 4.

Iurifdictio faciliùs limitatur quoad partem, quàm tollatur in totum, n. 5.

Verba etiamfi, *importans idem quod verba*, non obftante, *ibid.*

Proœmium conftitutionis denotat caufam finalem, numero 6.

Regulæ de iure quæfito non tollendo, non eft neceffaria derogatio in difpofitione, quæ fit ad publicam vtilitatem, ibid.

Ecclefia Regularis fi immutetur in fæcularem, non per hoc eiufdem Ecclefiæ fubiectio alteratur, ibid. in fin. vbi declaratur hæc conclufio.

Regula de iure quæfito non tollendo non habet locum, nifi in iure pleno quæfito, & radicato, n. 7.

D E-

DECISIO CCVIII.

1 FElic. recordat. Clemens Papa VIII. per suas litteras directas Nuncio Apostolico in partibus Hispaniarum iussit Ecclesiam Cæsaraustanam, quæ erat Regularis Ordinis sancti Augustini, ad statum sæcularem reduci, mandando inter cætera, quòd Archiepiscopus super quibuscumque criminibus, excessibus, & delictis personarum Capitularium eiusdem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, nonnisi adiunctis sibi duobus de gremio Capituli, & à Capitulo dumtaxat quoties opus fuerit nominandis, & alias iuxta formam à Concil. Trident. *cap. 6. sess. 25.* traditam, etiamsi forsan ipse Archiepiscopus anteà in dictas personas Capitulares maiorem, & omnimodam haberet iurisdictionem, procedere possit, & debeat, hæc sunt verba formalia. Quibus quidem litteris per Nuncium Apostolicum executioni demandatis, & dicta Ecclesia iam in statu sæculari existente, D. Archiepiscopus prætendit dignitatem Archiepiscopalem in multis grauatam, & præcipuè circa cognitionem causarum criminalium in personas Capitulares, & obstare regulam de iure quæsito non tollendo, cui non reperitur in litteris Apostolicis expressè derogatum, & super hoc orta controuersia inter D. Archiepiscopum ex vna, & Capitulum ex altera, de consensu vtriusque partis dedi dubium, an obstaret Capitulo Cæsaraugustano regula de iur. quæs. non tollendo? & Domini restringendo disputationem ad coniudices non obstare resoluerunt.

2 Primò, quia licet ardua fuerit semper quæstio in Rota, per quem modum censeatur derogatum regulæ de iur. quæs. non tollen. attamen Domini in eo residere visi fuerunt, quòd in gratijs de sui natura præiudicialibus, vt sunt exemptiones, & similia, non requiratur formalis derogatio, idque ex eo, quòd ex quo Papa intelligit gratiam, nonnisi cum præiudicio iuris tertij posse verificari, & nihilominus illam concedit, censeatur per necessarium antecedens illi iuri velle derogare, Rota in causa nullius de Stepa 19. Nouembris 1586. & in Burgeñ. Quindenniorum 5. Decembris 1601. coram Illustrissimo Seraphino, in Olceñ. indulti 10. Decembris 1599. coram Illustrissimo Mallino, & in Illerdeñ. præeminentiarum 16. Iunij 1602. coram Illustrissimo Seraphino, ad idem tendit decisio Cassad. 1. *de priuileg.* Caputaq. *decis.* 265. *incip. priuilegium, lib.* 1. *in manuscript.* Rota in causa Iaueñ. pensionis coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis.* 240. *num.* 22. *part.* 1. benè Dec. *consil.* 113. *nu.* 17. *vers. non obstat*, Corn. *consil.* 83. *num.* 16. *vers.* 3. *respondetur lib.* 4.

3 Non obstat, quòd non sufficiat scientia Papę, sed vlteriùs requiratur derogatio regulæ, Cæsar de Grass. *decis.* 3. *de rescript.* Rota in Cæsaraugustana iurisdictionis 13. Iunij 1594. coram Illustrissimo Seraphino, cum alijs quæ allegantur, quia non loquuntur de scientia, quæ oritur ex natura ipsius rei, quę geritur, sed ex scientia desumpta ex narratis, circa quæ Papa faciliùs potuit decipi ob inuolucrum verborum. Item gratia, quæ de sui natura non est præiudicialis, non habet tantam repugnantiam cum regula, sicut ipsamet gratia præiudicialis; cùm enim præiudicium in illa sit accidentale, stante protestatione, de qua in regula, potest dici, quòd Papa intellexerit facere gratiam, si & quatenus cesset præiudicium tertij: verùm in gratia de sui natura præiudiciali non potest cadere ista interpretatio; quia sublato præiudicio cessat omninò gratia, & consequenter cùm veniant in concursum protestatio, & factum, necesse est, vt protestatio cedat facto omninò contrario, ad tradita per Bart. & alios, *in l. non solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunt.* & per Canon. *in cap. cum M. Ferrarien. de constit.* Corbul. *de cans. priuat. ob alienat. ampliat.* 30.

4 Quòd autem gratia in hoc casu sit de sui natura præiudicialis, patet, quia per necesse aufert potestatem, quam alias habebat Archiepiscopus in procedendo sine adiunctis, quæ quidem potestas illi competebat de iure communi, cùm esset loco Abbatis illius Capituli regularis, vt latè fuit dictum in causa Montis Regalis iurisdictiones 27. Iunij 1607. coram Reuerendo Patre Domino Coccino, & Papa, qui habet omnia iura in scrinio pectoris, non præsumitur tale ius ignorasse, *cap.* 1. cum ibi not. per Scriben. *de constitut. in* 6.

5 Non obstat, quòd ista non sit rotalis exemptio à iurisdictione Episcopi, in quibus terminis videntur procedere allegatæ decisiones, sed tantùm quædam limitatio, quia valet argumentum de parte ad totum, *l. quæ de tota*, cum sua materia, *ff. de rei vendicat.* imò faciliùs limitatur iurisdictio quoad partem, quàm tollatur in totum, Bald. *de præscript. quinta part. principalis, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 7. & in terminis regulæ Mandos. *super dicta regula quæst.* 12. *vers. contraria*, & propterea eò magis visa fuerunt admittenda stantibus verbis importantibus derogationem iuris Archiepiscopalis, ibi, *etiamsi forsan ipse Archiepiscopus anteà in dictas personas Capitulares maiorem, & omnimodam haberet iurisdictionem*, quæ verba idem sonant, ac si Papa dixisset, non obstante maiori, & omnimoda iurisdictione, quàm Archiepiscopus haberet, Gemin. *consil.* 120. *num.* 8. *vers. litis pend. non obstare.*

6 Secundò fuit dictum non obstare regulam, quia Papa fecit secularizationem ob bonum publicum, & reformationem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, vt legitur in proœmio secularizationis, ex quo colligitur causa finalis, *l. fin.* vbi DD. *ff. de hered. instit.* in dispositione autem, quæ fit ad publicam vtilitatem, non est necessaria derogatio regulæ, quia per dictam regulam non censetur præseruatum ius particulare in concursu publici, cui cedere debet, latè Gabr. *titul. de iur. quæsit. non tollend. conclus.* 2. *num.* 1. & in terminis regulæ Sarneñ. *super dicta reg. quæst.* 59. Rebuff. *super dicta regula, verbo etiamsi motu proprio, num.* 30. Rota in dicta nullius de Stepa, coram Illustrissimo Seraphino, & in Salamantina obseruitar. coram Cantuccio, relata inter diuers. impress. *decis.* 759. *num.* 1. *part.* 1. Non obstat, quòd Archiepiscopus non impugnet secularizationem, sed partes sibi præiudiciales, quia Papa voluit facere vnum negotium, non plura, & motus fuit ex vnica causa ad facienda omnia, de quibus in suis litteris, nempè ex bono publico, & reformatione Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & sic nec etiam obstat, quòd per secularizationem non immutetur subiectio Ecclesiæ secularizatæ, Innocen. & alij *in cap.* 2. *verb. monialium, de capell. Monach.* quia hoc procedit in dubio, sed si Papa hoc expresse facit, non applicantur illæ doctrinæ.

7 Tertiò principaliter visum fuit non obstare regulam, quia respectu moderni Capituli, contra quod modò vellet Archiepiscopus procedere sine adiunctis, ipse nullam vnquam habuit iurisdictionem, & consequenter non potest dicere, quòd Papa dando iurisdictionem limitatam super dicto Capitulo, aliquid sibi de iure suo abstulerit: certum est autem, regulam non habere locum, nisi in iure pleno quæsito, & radicato, vt sonant verba regulæ, & tradit Sarnen. *super illa quæst.* 4. Pur. *decis.* 264. *lib.* 2. Rota in dicta Salamantina coram Cantuccio, *num.* 4. Quòd autem Archiepiscopus nullam vnquam super hoc Capitulo habuerit potestatem apparet ex eo, quòd Papa non simpliciter secularizauerit antiquum Capitulum, sed nouum constituit, ibi, *necnon in dicta Ecclesia vigintiquatuor Canonicatus, & totidem præbendas pro vigintiquatuor Clericis sæcularibus futuris illius Canonicis, qui omnes Capitulum sæculare ipsius Ecclesiæ faciant, & constituant auctoritate prædicta, &c. eriges, & instituas.* Nec obstat, quòd hoc nouum Capitulum sit subrogatum in locum antiqui, quia aut deducitur ad hoc, vt subrogatio censeatur facta cum eisdem qualitatibus, quia scilicet voluit Archiepiscopum nonnisi cum adiunctis contra istos nouos Capitulares procedere posse. Aut deducitur ad hoc, vt subrogatio debuerit fieri cum eisdem qualitatibus, & sic cum omnimoda iurisdictione Archiepiscopi, & non propterea sequitur quòd si non fuerit facta, fuerit sublatum aliquod ius iam quæsitum Archiepiscopo super hoc nouo Capitulo, quòd si prætenderet Archiepiscopus extinctionem antiqui Capituli fuisse nullam ob non factam subrogationem illius noui Capituli in locum antiqui, esset alterius, & fortè nullius indaginis, propter multa quæ in contrarium dici possent. Interim verum est, quòd super hoc nouo Capitulo Archiepiscopus nunquam habuit omnimodam iurisdictionem, & consequenter, quòd Capitulo dicenti ipsum contra personas Capitulares non nisi cum adiunctis procedere posse, non obstat regula de iure quæs. non tollendo, & ita fuit conclusum, &c.

R.P.D.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali,
Ançonitana spolij.
Lunæ 9. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Fideiussor vsufructuarij, quòd finito vsufructu bona restituet, non censetur obligatus, quando bona sunt restituenda per enunciationem vsufructuarij, sed solùm per mortem.

SVMMARIVM.

Vsufructuarius in testamento relictus non potest cogi ad restituendum bona, nisi post ipsius mortem, n.1.
Fideiussor non censetur ad plus obligatus, quàm sit obligatus principalis, ibid.
Vsusfructus finitur etiam per renunciationem, n.2.
Fideiussor promittens vsufructuario, quòd finito vsufructu bona restituet, non censetur fideiussisse, quando vsusfructus finitur per enunciationem, ibid.
Grauatus restituere post tempus potest restituere etiam ante tempus in sui præiudicium, non autem alterius, ibid. in fin.
Mandatum relaxatum ad plus eo, quòd debetur, nullum, & inualidum est, n.3. ad fin.

DECISIO CCIX.

1 PRo reuocatione mandati A. C. fuit tentum, quia non potuerunt grauari fideiussores finito vsufructu per renunciationem Pieriæ, cùm enim Pieria instituta hæres vsufructuaria à marito de tempore quo dedit istos fideiussores, non posset cogi restituere bona, nisi de tempore mortis suæ, §. *finitur, Institut. de vsufruct. cap. fin. de pignor.* & glos. *in l. post mortem*, *verb. restituere*, *Cod. de fideicomm.* sequitur quòd nec ante mortem ipsius Pieriæ fideiussores fuerint obligati, cùm non possit ad plus obligari fideiussor, quàm ipsemet principalis, §. *fideiussores*, *Institut. de fideiussor. l. Græcè*, §. *illud*, & *l. hi qui accessionis*, *ff. de fideiuss.* Ang. *cons.* 286. *num.* 2. *vers. & si aliud.*

2 Non obstat, quòd fideiussores simpliciter se obligauerint finito vsufructu, & vsufructus finiatur etiam per renunciationem, §. *fin. Institut. de vsufruct.* quia respondetur, quòd iste finis non procedit ex causa antiqua, sed ex noua, & merè voluntaria ipsius renunciantis, Bart. *in l. post mortem num.* 4. vbi etiam latè Sichard. *num.* 9. *Cod. de fideicomm.* promissio autem fideiussorum debet intelligi de fine procedente ex causa antiqua, & quæ vigebat tempore eorum obligationis, Afflict. *decis.* 328. *num.* 4. Natt. *cons.* 548. *num.* 21. & *seq.* cum alijs per decis. Pedem. 91. *num.* 3. & similiter debet intelligi de fine vsusfructus processuro ex causa necessaria, non voluntaria, argumento text. cum sua materia *in l. si dictum fuerit*, §. *si compromissor*, *vers. nulla enim necessitate cogente*, *ff. de euict.* & facit quia grauatus restituere post tempus licèt possit ante tempus restituere, quoad sui præiudicium, hoc tamen non potest facere in præiudicium illorum, quorum interest ne fiat talis restitutio, Bart. *in l.* 3. §. *qui fideicommissariam, in fin. ff. de hæred. instit.*

3 Respectu etiam Pieriæ videbatur mandatum inualidum, & excessiuum, quia fuit relaxatum pro scutis 225. de quibus non constat, quòd essent penes Pieriam, quæ ex transactione non tenebatur restituere, nisi quæ superessent redditis rationibus de exactis per eam, vel de eius ordine, quinimò datur fumus illam summam scutorum 225. peruenisse ad quondam Franciscum masculum, non solùm ex partita libri Innocentij Ciamburlani, quàm etiam illorum de Rigrettis. Et rursus dicebatur non posse negari excessum, cùm mandatum fuerit relaxatum etiam pro pensione illorum, ad quorum fauorem non est facta cessio vsusfructus, & sic continet plus debito, quod sufficit ad annullandum mandatum in totum, Put. *decis.* 323. *num.* 2. *lib.* 1. & fuit dictum in Salamantina pensionis 9. Maij 1583. coram Bubalo, quæ est inter impress. diuers. 221. *n.* 1. *part.* 2. & in Melfien. spoliorum 11. Octobr. 1586. coram Cantuccio, quæ similiter est inter impress. *diuers.* 33. *n.* 6. *part.* 2. vbi testatur de communi.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.
Anconitana pecuniaria.
Veneris 13. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura explicantur notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Liber scribentis non probat plenè pro scribente contra tertium, num. 2.
Administrator non potest declarari debitor ante computorum solidationem, ibid.
Potestas data ad certum tempus post illud reuocata censetur, num. 3.
Actorum transportatio vigore Concilij Tridentini non habet locum in causis profanis, sed de iure ciuili tantum, num. 4.
Sententia non visis actis non valet, ibid.
Clausula Quam, & quas, *non operatur ante transportationem actorum, num.* 5.
Mercatorum causa tractatu de bono, & æquo, ex sola facti veritate inspecta, num. 6.
Clausula Quam, & quas, *comprehendit quodlibet ius competens ex quacumque causa, ibid.*

DECISIO CCX.

SEntentia D. Gubernatoris Anconæ visa fuit infirmanda, quia non iustificatur neque ex partita scutorum 500. de qua in transactione, neque ex partitis expensarum, de quibus in libris D. Nappij. Non ex partita, de qua in transactione, quia illa non debetur solùm D. Nappio, sed etiam Stephano, vnde vt partita posset integra adiudicari Nappio, debuit in actis constare, quòd ipse habeat causam à Stephano. 1

Non etiam iustificatur sententia ex partitis expensarum, de quibus in libris D. Nappij, tum quia liber scribentis non probat plenè pro scribente contra tertium, DD. *in l. admonendi*, *ff. de iur. iur.* & præcipuè Ias. *num.* 13. *vers. breuiter puto*; tum quia non possunt per Nappium prætendi expensæ ante finalem redditionem rationis dati, & accepti, potest enim dari casus, quòd in solidatione computorum remaneat debitor, vel non creditor tantæ summæ, Anchar. *consil.* 235. *num.* 1. *vers. præterea*, Alex. *consil.* 192. *num.* 1. *lib.* 7. Crauett. *consil.* 275. *n.* 13. *vers. tertio principali.* 2

Minus videbatur, quòd Nappius potuerit agere contra Gondulam tanquam depositarium, quia iam expirauerat illius potestas data ad certum tempus, post quod censetur reuocata, *l. si vnus*, §. *si cum vers.* & ibi Bald. *ff. de pact.* cum alijs per Tiraq. *de retract. conuent. gloss.* 2. §. 1. *num.* 44. Surd. *decis.* 75. *num.* 1. 3

Quantum ad transportationem actorum à Curia Consultum ad Curiam Gubernatoris, Domini admittebant, quòd dispositio Sacri Concilij *cap.* 20. *sess.* 24. *de reformat.* non habeat locum in causis prophanis, vt aliàs post declarationem Sac. Congreg. tenuit Rota coram me in causa Romana lignorum, sed nihilominus remanebat infirmanda etiam de iure ciuili tanquam lata, non visis actis probatorijs, Cagnol. *in l.* 2. *Cod. de edend.* Bart. *in l. is apud quem*, *num.* 5. *ff. de edend.* Cassad. *decis.* 2. *num.* 10. *de appell.* 4

Et quantum ad illud, quòd Gubernator non esset iudex appellationis, & consequenter non esset necessaria transportatio actorum, respondebatur quòd commissio directa Gubernatori erat auocatoria, vt patet ex illius tenore, & ideò erat necessaria transportatio actorum coram iudicibus, à quibus causa fuit auocata, quia gesta coram illis ante auocationem valebant, Rota in Placentina Castri 4. Iulij 1601. coram Reuerendo Patre Domino Decano, & in Salamitana sacristiæ 12. Maij 1606. coram Reuerendo Patre Domino Ortembergo, & tradit Rebuff. *ad leges Gallicas tom.* 1. *tit. de auocat. in præfat. quæst.* 5. *num.* 34. Nec poterat fieri fundamentum in clausula, *quam*, & *quas*, cuius vigore possit procedi, vt in prima, quia illa clausula non operatur ante transportationem actorum 5

aliàs

aliàs necessariorum, Rota in Braccareñ. Parochialis 8. Martij 1602. coram Reuerendo Patre Domino Iusto, in Farfeñ. bonorum 28. Iunij 1606. coram R.P.D.Decano, & in alijs.

6 Alia nullitas deducta ex eo, quòd Nappius ab initio egerit tanquam depositarius, & sic remedio sibi non competente ex supradictis, vnde non potuerit obtinere tanquam creditor ex propria persona, non placebat Dominis, tum quia agebatur inter mercatores, inter quos proceditur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta, Bart. *in l. si fideiussor, §. quædam, ff. mand.* Roman. *cons.* 94. *num.* 2. Rot. Ianuen. *decis.* 25. *num.* 4. Put. *decis.* 11. *nu* 2. *lib.* 2. tum propter clausulam *quam, & quas*, de qua in communicatione directa Gubernatori, quæ comprehendit quodlibet ius competens ex quacumque causa, Achill. *decis.* 22. *num.* 2. *de appellat.* & fuit dictum in Anconitana pecuniaria 23. Iunij 1603. coram Reuerendo Patre Domino Decano.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Ariminen. deuolutionis bonorum.

Luna 16. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

Interdictum retinendæ datur directo domino finita generatione ratione suæ ciuilis possessionis pro recuperatione naturalis possessionis, quod quando verum sit in hac decisione declaratur, & declaratur etiam, an & quando idem dominus directus finita emphyteusi possit illum pro se retinere, non obstante pacto de renouando.

SVMMARIVM.

Interdictum retinendæ datur retinenti ciuilem possessionem pro recuperatione naturalis possessionis, num. 1.

Emphyteusi finita numquid domino directo competat interdictum retinendæ pro recuperatione naturalis possessionis, ibid.

Emphyteusis quando prætenditur, quod sit finita per defectum lineæ, dominus directus debet probare lineam finitam, num. 2.

Confessio facta ab vno non præiudicat alijs, num. 3.

Minoris confessio non probat contra confitentem, cui propterea aduersus confessionem datur restitutio, ibid.

Emphyteusi concessa cum pacto de renouando, ea finita, numquid dominus directus finita emphyteusi possit eam pro se retinere, ibid.

DECISIO CCXI.

1 ITerùm fuit resolutum mandatum de manutenendo esse dandum Bollachis, fundamentis, de quibus in decisione in hac causa coram me facta die 27. Iunij 1608. quibus non obstate visum fuit illud, super quo potissimum nitebantur informantes pro Capitulo, nempè Capitulo tanquam domino directo, finita generatione ratione suæ ciuilis possessionis competere interdictum retinendæ pro recuperatione naturalis possessionis, Bero. *cons.* 102. *num.* 43. *lib.* 1. Honded. *cons.* 21. *num.* 19. *lib.* 2. Rota in causa Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram Illustrissimo Pamphilio, quia hoc est intelligendum quotiescumque finis lineæ, & ipsa deuolutio est clara: sed quando illa probabiliter controuertitur, tunc non videtur esse locus tali remedio, quia aliàs esset præsupponere pro constanti illud, super quo pendet lis, & pro hoc facit doctrina Corn. *cons.* 193. *num.* 3. *lib.* 3. cum alijs in decisione allegatis, distinguentes, an res sit omninò clara, vel non, licèt enim non loquantur ad effectum manutentionis, ratio tamen dubietatis per illos allegata concludit ad istum effectum.

2 Quòd autem adsit probabilis ratio dubitandi in hoc casu apparet, quia finis lineæ negatur pro parte Ballachorum, & Ecclesiæ incumbit onus talem finem probandi, stante quòd linea semel extitit, iuxta distinct. de qua per Rotam in causa Ferrarien. bonorum 2. Nouembris 1603. coram R. P. D. Ortembergo.

3 Non obstat confessio Cornelij, quòd linea esset finita, dum petijt renouationem, quia talis confessio non præiudicat alijs, Paleott. *decis.* 180. *vel* 90. Guidopap. *d.* 5. Verall. *decis.* 185. *part.* 1. Achill. 4. *num.* 2. *de confess.* imò nec ipsimet Cornelio, qui de tempore huiusmodi confessionis erat minor, cui datur restitutio contra confessionem sibi præiudicialem, *l. minorem, in fin. ff. de confess.* Specul. *§. sequitur, in princip. eod. tit.* Modern. *de probat. conclus.* 371. *num.* 2. ex alio etiam redditur dubia deuolutio, nempè ob pactum de renouando finita generatione, quod habent Ballachi cum Ecclesia, & quatenus replicatur pactum non habere locum Ecclesia volente retinere pro se, vt in Rauennaten. bonorum 20. Nouembris 1597. coram Illustrissimo Pamphilio, respondetur pactum, de quo in illa decisione fuisse restrictum ad descendentes, & illos qui ibi petebant inuestituram, fuisse collaterales, vt legitur *in dict. dec. in §. finali*, & in omnem euentum petunt Ballachi super prædictis audiri, & pendente huiusmodi iudicio manuteneri in sua naturali possessione, & Capitolum quatenus hoc velit, in sua ciuili, iuxta gloss. *in cap. licet causam, verb. cui possidetis, de probat.* & ita fuit tentum.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Paceñ. decimarum.

Die 27. Februarij 1609.

ARGVMENTVM.

In hac decisione, seu potiùs discursu adducuntur iura, & rationes pro, & contra in illa quæstione, an scilicet, & quando Episcopus possit exigere decimas ex prædijs existentibus intra limites suæ diœcesis in præiudicium Parochi.

SVMMARIVM.

Decimæ in diœcesi Episcopi existentes spectant ad Episcopum, quando Parochus non est in causa, n. 2. *declara, vt num.* 13.

Decimæ spectant ad Episcopum, quando incertum est, quod prædium, de cuius decimatione agitur, sit intra limites Parochiæ, num. 3. *declara, vt num.* 13.

Decimarum pars, quando exigitur ab Episcopo ex aliquo prædio, Episcopus habet fundatam intentionem in residuo decimarum eiusdem prædij, num. 5. *declara, vt num.* 13.

Episcopus dempta quarta, regularitèr non habet fundatam intentionem in decimis existentibus in sua diœcesi, num. 7. *declara, vt num.* 12.

Argumentum à communiter accidentibus validum est in iure, illudque præsumitur factum, quod magis communiter fieri solet, num. 8. *declara, vt num.* 12.

Decimæ ex prædijs existentibus intra duas Parochias præsumuntur communes vtriusque Parochiæ, num. 9. *declara, vt num.* 12.

Alioquin, *dictio importat negatiuam, & exponitur, id est, si non, num.* 10. *declara, vt num.* 12.

Negatiua probanda est ab eo, cuius intentionis est fundamentum, num. 10.

Episcopus non potest prætendere decimas existentes in sua diœcesi in præiudicium Parochi, nisi facta diligenti inquisitione, de quo num. 11. *declara, vt num.* 12.

DECISIO CCXII.

REpropofui dubium aliàs ad fauorem D. Comitis resolutum, an Episcopus, & Capitulum habeant fundatam intentionem de iure communi super integris decimis in casu, de quo agitur. Pro D. Episcopo ponderabatur. 1

Primò decisiones in causa Possoneñ. decimarum 25. Martij 1591. coram Illustrissimo Mantica, & in Pampilonen. decimarum 14. Ianuarij 1591. coram D. Comitulo, Caputaqu. *decis.* 340. *par.* 3. ex quibus videtur firmari regula, quòd quandocumque Parochus non est in causa, Episcopus habet fundatam intentionem. 2

Secundò, & proprius in terminis, *cap. quoniam, de decim.* allegabantur Anchar. *ibi num.* 4. Anan. *in cap. Cum contingat num.* 8. *vers. aliquando non apparet*, & ibi Car- 3

din.

din. *num.* 4. *vers. quandoque nescitur*, *eod. tit.* Imol. *in c. fin. num.* 2. *vers. item vera*, *vt lit. pend.* Andr. Hisp. *tract. de decim. quæst.* 15. *num.*8. qui intelligunt *dict. cap. quoniam*, intrare ad fauorem Episcopi semper, quòd est incertum, an prædium, de cuius decimatione agitur, sit intra limites alicuius Parochiæ: in casu autem proposito satis videbatur esse incertum, ex quo non constat in actis, quòd prædium sit in aliqua Parochia.

4 Tertiò in diuiduo allegabatur Rota in causa Oscen. decimarum coram D. de Rubeis, & in Carthaginen. decimarum 23. Iunij 1588. coram Orano.

5 Quartò prædicta videbantur procedere magis de plano in hoc casu, quia Episcopus ex tenuta, de qua agitur, recipit tertiam partem decimarum, ex quo videbatur eius intentio fundata quoad reliquum, nisi persona capax doceat se esse in possessione d. partis testantis, ad Felin. *in cap. auditis*, *in tertia declaratione*, *vers. idem in præteritis*, *de præscript.* latè Cæphal. *consil.* 367. *num.* 15. *& seqq.*

6 Quintò informantes pro D. Comite videbantur admittere, quòd tenuta sit in nullius Parochia, eò ipso quòd dicunt quoddam eremitorium, quod modò est in hac tenuta, fuisse antiquitus Parochiam; cùm enim certum sit curam animarum ad præsens non exerceri in d. eremitorio, sequitur quòd tenuta remanserit in nullius Parochia, & sic fundata intentio Episcopi videtur quoad *cap. quoniam*, *de decim.*

7 In contrarium ad fauorem D. Comitis ponderabatur. Primò, quòd iura non simpliciter, nec indistinctè dant decimas Episcopo, sed in quibusdam tantùm casibus, vt patet ex Rebuff. *de decim. quæst.* 7. *per tot.* cum alijs in decis. allegatis. Quinimò dempta quarta regula negatiua contra Episcopum potest constitui argum. à sufficienti partium enumeratione, *cap. conquerente*, *de off. ordin.* si igitur habet regulam contra se, debet probare limitationem, & casum specialem, aliàs succumbere debet, Gozad. *consil.* 59. *num.* 5. *vers. quis ergo lib.* 4.

8 Secundò dicebatur valere argumentum à communiter accidentibus, & illud præsumi factum, quòd magis communiter fieri solet, Siluan. *consil.* 68. *num* 8. Cotta *in memor. in verb. facta præsumuntur*. Cùm igitur communiter videamus Parochias esse distinctas, oritur præsumptio, quòd tenuta, de qua agitur, sit sub Parochia distincta, & consequenter non intrat, *cap. quoniam*, *de decim.* & eò magis, quia in diœcesi Pacen. & aliæ Parochiæ sunt distinctæ, vnde fit verisimile, quòd locus istius tenutæ sit, & ipse distinctus, arguendo à consuetudine speciali, ex notat. *in l. alimenta*, §. 1. *ff. de alim. & cibar. leg.*

9 Tertiò dicebatur ex testibus examinatis pro Comite apparere, quòd locus tenutæ est situs intra duas Parochias, vnde cessat præsumptio, quòd remanserit in nullius Parochia, & potiùs præsumitur communis inter dictas Parochias, ad tradit per Cæpol. *de seruit. vrb. præd. cap.* 40. *nu.* 9. & in specie ad effectum decimarum videntur sentire Ioan. Andr. *in d. cap. quoniam num.* 2. Anchar. *num.* 4. cum alijs in decis. alleg.

10 Quartò ponderabatur natura dictionis, *alioquin*, de qua *in d. cap. quoniam*, quæ de sui natura importat negatiuam, id est, si non sunt, & ita illam exponunt ibi Innoc. Ioan. Andr. Butr. & alij. Cùm igitur negatiua sit fundamentum intentionis Episcopi, videtur quòd onus eam probandi illi incumbat, ex latè cumul. per Gabr. *de probat. concl.* 6. *per totam*.

11 Quintò in terminis, *cap. quoniam*, *de decimis*, ponderabatur Hostiens. super *dict. cap.* ibi, *facta tamen diligenti inquisitione*, secundùm terminos, *cap. cum causam*, *de prob. & cap.* 1. *de relig. domib.* Cùm igitur ex processu minimè appareat Episcopum fecisse hanc diligentiam, non videtur quòd possit decimas sibi ita ex abrupto imbursare, ne aliàs laicus cogatur soluere duobus, nempè & ipsi Episcopo, & Parocho, quandocumque superuenienti.

12 Differendo pro prima opinione ad primum huius secundæ argumentum respondebatur, regulam esse intelligendam in casibus, & locis in quibus sunt distinctæ Parochiæ, cæterùm si non doceatur Parochiam esse distinctam, non posse dici, regulam esse contra Episcopum. Ad secundùm dicebatur non sufficere pro exclusione Episcopi dare argumenta diuisionis Parochiarum, sed requiri, quòd Parochus effectualiter sit in causa, ex alleg. in primo Episcopi fundamento. Ad tertium respondetur dictas doctrinas procedere, si verè constat locum esse intra limites alicuius Parochiæ, & ignoratur intra quam, vel pro qua portione, secus cessante certitudine, quòd verè sit intra duas Parochias. Ad quartum dicitur Episcopum non se fundare in negatiua, sed in hac affirmatiua, quòd tenuta est in sua diœcesi, quæ sufficit, nisi habens potiora iura, id est, Parochus veniat ad causam. Ad quintum respondetur Hostiens. & multò minus text. dicere, vt inquisitio fiat iudicialiter, & ideò sufficere extraiudicialem, quæ præsumitur facta, Abb. *consil.* 41. *num.* 2. *lib.* 2. Put. *decis.* 144. *num.* 2. *lib.* 2.

Differentes pro secunda opinione ad allegatas decisiones 13
in primo fundamento respondebant, decisionem Pampilonen. intelligi debere secundùm iura, quæ allegat, quæ quidem iura non faciunt ad casum, de quo agitur. Ad Pampilonen. coram Domino Comitulo dicebatur procedere quandocumque Episcopus venit ad causam ratione tuitionis, secus si ad propriam vtilitatem, inter quos casus sit magna differentia, cùm in primo casu Episcopus non teneatur probare; in secundo verò sic, vt latè fuit dictum in causa Regien. Prioratus 25. Iunij 1505. coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino; eodem modo tollebatur decis. Caputaq. 340. *par.* 3. Ad secundùm motiuum, quòd text. *in cap. quoniam*, habeat locum ad fauorem Episcopi semper quando est incertum, quòd locus sit in alicuius Parochia, dicebatur, conclusionem posse esse veram, sed negabatur posse dici incertum, ex hoc solùm, quòd non sit certum ex actis, nisi supponamus per antecedens illud, de quo quæritur, hoc est D. Comitem teneri facere certum ex actis, quòd locus sit in alicuius Parochia; negatiua enim siue incertitudo ita demum videtur probata ex reuolutione actorum, si ex illis debuit constare de affirmatiua, aliàs secus, Ruin. *consil.* 35. *num.* 18. *in fine*, *vers. ad istud respondetur lib.* 1. & hoc in effectu voluit dicere Hostiens. *dict. cap. quoniam*, ibi, *si incertum est, de cuius Parochia sint, &c. facta tamen diligenti inquisitione*, secundùm not. *in cap.* 1. *de relig. domib. cap. causam quæ, de probat.* quasi velit dicere, non est incertum ex hoc solùm, quòd non appareat de certitudine limitum, sed ita demum, si facta diligenti inquisitione iuxta terminos dd. iurium limites certi non appareant. Ad decis. Oscen. & Carthaginen. de quibus in tertio Episcopi fundamento, dicebatur decisionem Oscen. satis obscurè loqui, & nihil aliud allegare, quàm text. *in dict. cap. quoniam*, vnde iuxta illius terminos declarandos ex regulis suprà firmatis esse intelligendum; in casu verò decis. Carthaginen. coram Orano dicebatur ibi adfuisse pro parte Episcopi possessionem decimarum, quæ nimirum si illum liberabat ab onere probandi, cùm in hoc nullam haberet iuris resistentiam. Ad quartum de possessione Episcopi super tertia parte decimarum respondebatur, argumentum procedere, quando ille qui possidet partem, habet titulum, & causam vniuersalem, aliàs intrat conclusio, tantùm præscriptum, quantum possessum, iuxt. not. *in cap. cum contingat*, *de decim.* In casu verò proposito negatur titulus vniuersalis Episcopi, nisi præsupponatur illud, de quo quæritur, hoc est, locum esse in nullius Parochia, & ideò intrare text. ad fauorem Episcopi, imò datur fumus de titulo particulari ex donationibus Regibus Hispan. factis, & assignationibus per eos factis Cathedralibus de tertia parte decimarum. Item respondebatur, conclusionem procedere, quando quis decimat vnam partem prædij, vel vnam speciem fructuum, & conuentus negat dare decimam de reliquo, in quo videtur habere præsumptionem iuris contra se, nempè quòd prædium sit pro vna parte decimatorium, pro alia verò non; in casu verò proposito dicit Comes illam decimam, quam percepit Episcopus, & vocat tertiam partem, esse integram decimam, & in hoc nullam adesse iuris resistentiam, cùm agatur de quota, non de substantia ipsius decimæ, iuxta distinctionem Rebuff. *quæst.* 13. *num.* 56. nec esse verum, quòd ipse Comes prætendat reliquam tanquam decimam, cùm tota tenuta sit sub eius dominio, & possessione, & ideò non possit sibi esse decimatorium, sicut de seruitute dicitur *in l. si quis ædes*, *ff. de seruit. vrban. præd.* Ad vltimum respondetur non esse bonam consequentiam, cura animarum ampliùs non exercetur; ergo est suppressa Parochia, cùm potuerit, vel esse vnita alteri Parochiæ, vel remanere Parochia habitu, quo casu ratio-

ne

ne tituli induceretur incompatibilitas cum Episcopatu, vt in specie fuit decisum in causa Pampiloneñ. decimarum 13. Decembris 1592. coram Illustrissimo Pamphilio, & in Pampiloneñ. de Stella 14 Decembris 1598. coram Seraphino. Et hæc per modum discursus fuerunt per Dominos ponderata absque eo, quòd pro tunc intelligerent aliquid firmare, nec in genere, nec in specie.

☞ *Suprà in hac parte habetur altera decisio in hac causa sub 15. Decembris 1608. coram eodem Cardin. Sacrato, est decisio 202. & infrà adest alia sub die 29. Martii 1610. coram eodem, est decisio 270.*

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de Vellis.

Luna 9. Martij 1609.

ARGVMENTVM.

Remedium *l. diffamari, Cod. de ingenuis, & manumiss.* non datur, nisi pro parte agentis probata possessione, & interesse, ac etiam aduersarij diffamatione, & iactatione.

SVMMARIVM.

Remedium l. diffamari, Cod. de ingenuis, & manumiss. *non datur, nisi probata diffamatione, interesse, & possessione agentis, num. 2.*

Actor dicitur, qui alium ad iudicium prouocat, num. 3.

Contradictor legitimus dicitur is, qui ad causam est citatus, ibid.

DECISIO CCXIII.

1 FAbius, & fratres de Vellis asserentes se vti vocatos ad fideicommissum q. Felicis de Vellis, & possidere vnam domum, & alia bona valoris scutorum 5000. & vltrà, & ad eorum aures peruenisse, quòd Tiberius de Vellis eorum patruus se iactauerat, & iactabat velle eos super dictis bonis molestare, necnon asserentes se intendere vigore d. fideicommissi agere contra varios detentores, & occupatores bonorum ad se spectantium vigore dicti fideicommissi Felicis per dictum Tiberium alienatorum obtinuerunt mihi committi contra d. Tiberium, omnesque alios, &c. causam, & causas dicti fideicommissi, & recuperationis dictorum bonorum, necnon iactationum, & molestationum prædictarum, cum clausula, *quam, & quas*, vnà cum toto negotio principali, alijsque annexis, &c. cuius quidem commissionis vigore fuit per dictos fratres citatus Tiberius, & abindè citrà nihil pro illorum parte fuit in actis deductum. Quare Tiberius cùm ad expeditionem causæ properaret, petijt dubium, an sibi esset danda sententia absolutoria, sed cùm & ipsi fratres eandem absolutoriam prætenderent, dedi dubium, cuinam danda esset absolutoria? & cùm fratres pluries citati non comparerent, illud Tiberio tantùm informante, & quidem ad sui fauorem obtinente, proposui.

2 Fundamentum resolutionis fuit, quia duæ causæ videntur commissæ ad instantiam fratrum. Altera iactationis contra Tiberium super domo, & stabilibus ab eis possessis; altera verò super repetitione bonorum fideicommisso q. Felicis subiectorum, & per Tiberium malè alienatorum. Quantum ad primam visum fuit posse dari absolutoriam Tiberio, tum quia fratres non probarunt diffamationem, prout probare tenebantur, Roman. *consil.* 53. *num.* 1. *vers. aut ipse venditor*, Boet. *decis.* 255. *nu.* 1. *vers. qua probatio*, Couarr. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 2. *vers. illud sanè*, Gabr. *de action. conclus. fin. num.* 24. Gail. *obseru.* 10. *num.* 7. *&* 8. tum etiam quia non probarunt assertam eorum possessionem, & interesse, Aret. *consil.* 68. *num.* 6. *vers. prætereà posito*, Gabr. *dict. conclus. fin. num.* 38. Rota in Toletana quintæ partis fructuum 27. Iunij 1584. relata inter diuers. impress. *decis.* 801. *par.* 1. & in Mediolanen. bonorum 18. Martij 1594. coram Illustrissimo Millino, & præfixio termini, de qua per Boet. post Bald. & alios *d. decis.* 255. *num.* 9. satis videtur impleta per seruationem terminorum substantialium factam à Tiberio coram me, de quibus post Vestr. *in sua praxi cap.* 2. *lib.* 5.

3 Quantum ad secundum caput, de bonis scilicet fideicommisso q. Felicis subiectis, & per Tiberium, vt asserebatur, alienatis, res minorem videbatur habere difficultatem: nam isti fratres sine dubio sunt actores, cùm prius prouocauerint ad iudicium, *l. in tribus, ff. de iud.* Roman. *consil.* 217. *num.* 1. Affict. *decis.* 268. *in fine*, Dec. *consil.* 487. *num.* 10. *in princip. &* 668. *in fine*, & consequenter illis non probantibus assertum fideicommissum, legitimationem personarum, identitatem bonorum, & alia requisita, reus venit absoluendus, *l. qui accusare, C. de edend. cap. fin. de mutuir.* Caputaq. *decis.* 11. *num.* 1. *par.* 1. & nec videbatur dubitandum de interesse Tiberij, tum quia eius interest ne bona vindicentur ab illis, quibus vendidit, ne posteà conueniatur pro euictione, tum quia fratres citando Tiberium, fecerunt illum legitimum contradictorem, etiamsi alias non esset, Dec. *in l. fin. n.* 45. *Cod. de edict. Diu. Adr.* Felin. post Innoc. *in cap. cum inter num.* 11. *vers. tamen fallit, de iud.* Menoch. post relatos, *de adipiscen. remed.* 4. *num.* 611.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Lucana bonorum.

Veneris 13. Martij 1609.

ARGVMENTVM.

De legato conditionali, quando censeatur ademptum conditione non impleta facto tertij? Est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Legatum factum post mortem filiorum testatoris, mortuis filijs solui debet legatario, num. 1.

Legatum purum non potest per testatorem adimi ex facto alterius sine iusta causa, num. 2. & 3.

Legatum sub conditione relictum conditione non impleta, non debetur, etiam quod implementum conditionis pendeat ex facto tertij, num. 3. declara, vt ibid.

Legatum dicitur conditionale per conditionem adiectam ademptioni legati, etiam quod alias videatur purè relictum, num. 4. declara, vt ibid.

Conditio apposita dispositioni perfectæ non impedit acquisitionem, ibid.

Recadere, *verbum quid significet, num. 5.*

Heredem, vel legatarium non repelli ex facto, vel omissione alterius, in dubio testatorem voluisse præsumendum est, num. 7.

Capellaniæ institutio, & administratio pertinet ad ordinarium, & superiorem, ibid.

DECISIO CCXIV.

REcesserunt Domini à decisis coram Illustrissimo Domino Cardinale Pamphilio tunc Rotæ Auditore die 5. Decembris 1603. & dixerunt Priorem sancti Michaelis de Corilia habere super bonis, de quibus agitur fundatam intentionem. Peregrinus siquidem testator post suam, suorumque filiorum mortem, legauit sua bona altari sancti Nicolai, vnito Prioratui sancti Michaelis, ideòque per obitum testatoris, & eius filiorum, fuit fundata Prioris intentio, *l. fin.* ibique gloss. *Cod. de sacros. Eccles.* 1

Non obstat, quòd in testamento additum fuerit, vt si dictum altare sancti Nicolai impetraretur, eadem bona recaderent ad Monasterium sancti Romani, quòdque de anno 1531. impetratio fuerit facta per quendam Pellonum, etenim cum bona fuerint purè relicta, ideòque descendentibus testatoris filijs illicò altari acquisita fuerint, conditio illa, si altare impetratum fuerit, videtur adiecta ademptioni relicti iam quæsiti, & per consequens cùm implementum illius conditionis pendeat ex tertij facto, succedit conclusio, quòd relictum purum non potest per testatorem adimi ex alterius facto saltem sine iusta causa, *l. paterfamilias, ff. de hered. instit.* vbi Bart. *nu.* 2. 3. *&* 6. Aug. *num.* 1. Imol. *num.* 6. Socc. *consil.* 21. *num.* 3. *lib.* 3. Ruin. *consil.* 122. *num.* 9. *lib.* 2. Gabr. *consil.* 105. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 1. 2

Non obstat *l. si fuerit, §. idem quæri potest, ff. de manumiss. testam.* vbi etiamsi implementum conditionis pendeat ex facto tertij, nihilominus illo non implente legatarius non consequitur legatum, quia fuit responsum illam legem procedere in casu quo conditio apposita est dispositioni, & 3

sub-

substantiæ legati, ita vt ante rem quæsitam ad implendum sit, tunc enim cùm pendente conditione nihil datum sit, *l. si quis, omiss. caus. testam. ff. eod.* nihil etiam adimitur, eueniente conditione, & per consequens non obstat, quòd conditio veniat adimplenda ex facto tertij, quoad Honoratum Casualis censetur, ac ideò illius defectus facit cessare dispositionem, præcipuè quando etiam acquisitioni dicta conditio fuit adiecta, vt *in dict. cap. si ita fuerint*, quam sic declarat Menoch. *consil. 78. num. 3. lib. 1.* & Cæphal. *cons. 52. num. 5. lib. 1.* Soccin. *d. cons. 21. num. 2.*

4 Non obstat text. *in l. si legatum purè, ff. de administ. legat. & in l. aliquando 106. de condit. & demonstrat.* vbi conditio adiecta ademptioni legati, facit legatum conditionale, etiamsi aliàs videretur purè relictum, quia eodem modo respondetur illas leges procedere quando ademptio conditionalis confertur ante ius quæsitum, quo casu datio redditur conditionalis, veluti facta sub contraria conditione, Gloss. *in d. l. aliquando*, Cephal. *vbi sup. num. 6.* Menoch. *num. 10.* Couarr. *in cap. Raynaldus, §. 1. sub num. 7.* In proposito autem conditio vti apposita dispositioni perfectæ non impediuit acquisitionem, iuxta doctr. Bart. *in l. quibus diebus, §. Termilius num. 1. ff. de condit. & demonstrat.* & propterea confestim mortuis testatoris filijs bona pertinuerunt ad Priorem, qui nec tempus, nec euentum conditionis expectare debebat, ideòque ademptio conditionalis non potest effectum sortiri, quandoquidem illa eueniente bona reperiuntur iam quæsita Prioratui, itaut facto alterius amitti non possit.

5 Idque etiam colligitur ex verbo *recaderent*, quo vsus est testator, significans videlicet, quòd à Priore priuato bona deuenerint ad Conuentum sancti Romani, ad not. per Rebuff. *in l. silua cædua, §. glans caduca, de verbor. signific.* Surd. *decis. 232. num. 16.* fuit ponderatum in causa Bononien. de Pannolinis 4. Februarij 1602. coram R. P. D. meo Sacrato.

6 Concurrit quoque mens eiusdem testatoris, quem verisimile est apposuisse istam conditionem dispositioni iam perfectæ, quia sine dubio Prior sancti Michaelis pro acquirendis prædictis bonis non tenebatur expectare implementum istius negatiuæ, quòd altare non impetraretur, quandoquidem talis negatiua poterat nunquam impleri, cùm pro illius implemento requireretur, quòd altare impetrare non possit, & tamen impetratio fieri poterat in perpetuum; ideòque quamdiu illa potestas non reducebatur ad actum, bona testatoris remansissent in suspenso, quòd non est admittendum.

7 Insuper vltra quòd in dubio benignius est hæredem, aut legatarium non repelli ex facto, vel omissione alterius, *l. 2. ff. de his, quæ in testam. l. tales conditiones, ff. de condit. & demonstrat. d. l. pater fam. de hæred. instit.* Id etiam magis procedit in hoc casu, in quo conditione altare impetraretur, posset haberi per non adiecta, cùm sit contra iura Canonica disponentia institutionem Capellæ, & eius administrationem ad Ordinarium, & superiorem pertinere, Innocen. *in cap. Lateranen. num. 5. de præbend.* Abb. *in cap. requisisti, de testam.* Rot. *decis. 10. de testam. in antiq.* Alex. *consil. 121. num. 6. lib. 2.* latissimè Guttier. *in repet. l. nemo potest num. 444. & seqq. de legat. 1.*

8 Demùm dicebant Domini hanc conditionem, si altare impetraretur, esse intelligendam de impetratione valida, & quæ irreuocabiliter possit sortiri effectum, tum quia impetratio non potest diei illa, quæ est nulla; tum quia aliter intelligendo Monasterium sancti Romani substitutum esset melioris conditionis, quàm Prioratus sancti Michaelis institutus, ex quo Monasterium posset ad sui libitum priuare Prioratum istis bonis, *interponendo aliquem qui de facto inualidam impetrationem faceret*; valida autem impetratio fieret difficiliùs, quia Papa non foret facilis in concedendo, cùm intelligeret altare esse vnitum, Non est igitur dicendum, quòd testator voluerit hanc Monasterio aperire viam, per quam bona, de quibus agitur, auocarentur ab Ecclesia sancti Michaelis, quam dictus testator magis dilexit, Illustrissimus Manr. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 7. num. 1.* Soccin. *dict. consil. 21. num. 5. lib. 3.* Atque ex his Domini dixerunt intentionem Prioris esse fundatam. An verò illi obstet præscriptio, aut alius temporis lapsus, reseruarunt particulariter videndum, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Bononien. oleorum.

Lunæ 20. Martij 1609.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

Confessio facta in positionibus plenè probat, & præiudicat ponenti, num. 1.

Confessio facta parte absente probat de æquitate canonica, ibid. vbi maximè si sit geminata.

DECISIO CCXV.

PRoposito dubio ad quem spectassent dolia olei 58. an ad Paulum Draco, vel ad Iulium Cæsarem Tittam, propter varietatem, & multitudinem probationum, quæ pro vtraque parte contrariæ afferebantur, Rota 18. Aprilis præteriti ordinauit, quòd videremur iura vtriusque partis separatim, & posteà si opus erit in concursu, in cuius ordinis exequutionem, coeptum fuit à iuribus Bartholomæi filij, & hæredis q. Iulij Cæsaris Tittæ actoris, & dubitaui, an ex deductis pro parte dicti Bartholomæi constaret dolia olei 58. spectasse ad Iulium Cæsarem eius patrem? quod fuit resolutum affirmatiuè. 1

Nam quòd dolia 35. ex ipsis spectassent ad ipsum, adest clara, & explicita confessio partis aduersæ in positionibus per ipsum datis, quæ confessio facta in positionibus plenè probat, & præiudicat ponenti, Alexan. *consil. 172. in princ. lib. 6.* latè Gabr. *de confess. conclus. 1. num. 12.* Quantum autem ad dolia 23. residuum summæ 58. adest confessio Pauli, qui post mortem Iulij Cæsaris, respectu computorum olei fassus fuit, nullum interesse habuisse in magazeno, sed inseruisse de nudo nomine, quæ confessio est probata per quatuor testes multùm qualificatos, contestes de loco, & tempore, quę etiamsi emanasset parte absente, probat de æquitate Canonica, ex cumulatis per Gabr. *de confess. dict. conclus. 1. num. 46.* quod sequitur Rota, Put. *decis. 12. lib. 2.* fuit dictum in vna Hispalen. iuris votandi 16. Martij 1575. coram Cantuccio, & in vna Romana societatis 1. Iulij 1591. coram Reuerendissimo Perusino. Præsertim adest alia similis confessio in instrumento consignationis apochæ, ita vt etiam plenè probet, propter iterationes, vt per Gabr. *d. conclus. num. 59.* 2

Concurrunt etiam adminicula ex libris super hoc negotio tentis, Petrus enim tenebat vnicum librum pro toto negotio, nulla habita distinctione inter dolia 35. & dolia 23. cuius libri ignorantiam Paulus allegare non potest, cùm illum quotidie haberet præ manibus, imò in libro Panlimet. reperiuntur adnotatæ omnes partitæ quas ipse Paulus habebat ex retractu oleorum, quæ omnes partitæ indistinctè sunt positæ ad creditum Iulij Cæsaris, quòd est manifestum indicium totum oleum ad ipsum spectasse.

Magnum etiam dictis confessionibus præstat adminiculum, quòd de his dolijs 58. positis in magazeno ipse Paulus emit 12. dolia, & de illis tantùm soluit gabellam pro dolijs 23. non pro 12. tantùm, solidatio etiam computorum facta post mortem Iulij Cæsaris, in quo Paulus diligentissimè se gessit, memor etiam minimarum partitarum suum fauorem concernentium, & tamen de istis dolijs nullum verbum, & in compoto remansit debitor librarum 4888. pro quibus petijt dilationem ad soluendum, cuius summæ non remansisset debitor, si dicta dolia ad ipsum spectassent, imò forsan euasisset creditor.

Non obstat, quòd istæ confessiones possint intelligi de alijs oleis per Petrum Giptium administratis, quæ essent Iulij Cæsaris, quia non apparet, quòd vltra dolia 58. Draglus in magazeno Petri posuerit alia olea sua, nec minus quòd sub nomine magistrali Petrus administrauit alia olea Iulij Cæsaris. Non est verum, quòd Petrus esset minister Iulij Cæsaris, quia imò, vt colligitur ex positionibus; Petrus erat deputatus ab ipso Paulo, & dum Petrus dictum

oleum

oleum vendendo recipiebat pretium, illud afferebat ad Paulum, quia illud ponebat ad creditum Iulij Cæsaris, vt apparet ex libris Petri, & Pauli. Concurrunt etiam alia adminicula adducta per informantes, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana attentatorum.

Lunæ 27. Martij 1609.

ARGVMENTVM.

Ex hac decisione plura colliguntur notabilia, præsertim in materia attentatorum, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Omnis dictio pluritatem sonat, & de sui natura est vniuersalissima, num.1.
Clausulæ exequutiuæ, licet non amplient dispositionem, declarant tamen qualis fuerit mens disponentis, num.2.
Inhibitio Rotalis, an sit iusta, vel iniusta, iudex inferior cognoscere non potest, ibid.
Attentata non excusantur ex eo, quod causa fuerit expresse auocata à iudice, num.3.
Clausula, assecurato iudicio, *importat conditionem, ibid.*
Commissio dependens, & consequutiua ad aliam commissionem, iudicatur eadem cum prima commissione, ibid.
Sententia non potest transire in iudicatum, stante nullitate resultante ex actis, ibid. in fine.

DECISIO CCXVI.

1 Stante commissione mihi directa, in qua pro parte Pernetti, vltra iudicium per eum intentatum contra Sixtum Carrettum principalem, narratur etiam iudicium per eundem Pernettum intentatum contra Tiberium Carrettum dicti Sixti fideiussorem, & stante quòd Signatura causas omnes commisit in Rota, & quòd vigore huius commissionis fuit inhibitum dicto Tiberio, & R. P. D. Bilio, coram quo per prius fuerat pro parte dicti Tiberij introducta causa, visum fuit Dominis, quòd R. P. D. Bilius non potuerit ad vlteriora procedere, prout processit absque vitio attentatorum, satis enim videbatur clarum, quòd signatura voluerit committere in Rota etiam causam intentatam contra Tiberium, tum quia illud verbum, *omnes*, non potest verificari in vnica causa intentata contra Sixtum, cùm sonet pluralitatem, Paul. de Castr. *consil. 123. circa princip. in vers. & facit dubium lib. 1.* & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli fideicommissi 14. Maij 1607. coram R. P. D. Ludouisio, tum multò magis, quia de sui natura est vniuersalissimum, respuens omnem exceptionem, *l. à procurator. Cod. de procur. leg. Iulianus, ff. de leg. 3.* Dec. *consil. 294. num. 2. & 3.* ponderando maximè, quòd in eadem commissione datur facultas citandi Tiberium, quæ aliàs fuisset superflua, nisi & contra Tiberium fuisset commissa causa, & licèt istæ clausulæ exequutiuæ non amplient dispositionem, *Clem. 1. in fin. de præbend.* Iaf. *in l. ex pupillari num. 2. in princip. ff. de vulg.* Caputaq. *decis. 83. in fine par. 1.* Surd. *decis. 43. num. 18.* attamen benè declarant qualis fuerit mens disponentis, Iaf. *in d. l. ex pupillari num. 2. vers. quod fuit, ff. de vulg.* Curt. sen. *consil. 235.* Caputaqu. *decis. 73. incip. mandatum ad defendum lib. 1. in manuscr.*

2 Et in omnem euentum dicebatur sufficere, quòd res habeat aliquam dubietatem, quia non potuit iudex inferior assumere sibi cognitionem inhibitionis Rotalis, Achill. *decis. 29. in fin. de appell.* & fuit dictum in Mantuana attentatorum prima Iulij 1583. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. 187. *num. 8. par. 2.* & in Oriolen. iuris sedendi vltima Aprilis 1584. relata inter diuers. impress. 785. *num. 2. par. 1.* in Valentina decimarum 12. Iunij 1606. coram R. P. D. Penia, & alijs sæpiùs, & multò minus in Curia, quàm in alijs partibus, propter facilem aditum ad Principem, & illius signaturam, Achill. *d. decis. 29. in fine,* Put. *decis. 395. lib. 2.*

3 Non obstant, quæ dicuntur de diuersitate causarum; nam præter quod omnes videntur commissæ, ex prædictis negari non potest, quin res habeat dubietatem, & ista dubietas erat tollenda per signaturam, non autem per eundem inferiorem, ex allegatis supra. Prout nec etiam obstat, quòd non fuerit facta mentio commissionis directæ D. Bilio, & ab illo expressè auocata causa, quia non propterea excusantur attentata, Rota coram Peregrino in decis. relata inter diuers. impress. *decis. 74. part. 3. lib. 2.* vbi dicitur ita fuisse bis resolutum. Et sic nec etiam obstat, quòd causa fuerit commissa in Rota, cum clausula, *assecurato iudicio*, quæ verba important conditionem, *l. à testatore, ff. de condit. & demonstrat.* quia respondebatur hoc non impedire ipsammet commissionem causæ, & inde nec inhibitionem vigore commissionis emanatam, quæ est quid dependens, & consequutiuum ipsiusmet commissionis, vnde iudicatur idem, quòd ipsamet commissio, Abb. *in cap. penul. num. 15. in fin. de caus. possess.* & in omnem euentum, & de hoc agendum erat in signatura ex prædictis. Et demùm etiam non obstat, quòd sententia R. P. D. Bilij transitum fecerit in iudicatum, quia stante nullitate resultante, ex attentatis prædictis non potuit transire in iudicatum, Felin. *in cap. super litteris nu. 15. de rescript.* latè Gabr. cum relatis, *de sentent. conclus. 10. num. 1.* fuit dictum in Gadicen. statutorum 19. Nouembris 1580. coram bon. mem. Seraphino relata inter diuers. impress. *decis. 644. par. 1.* Ex quibus fuit conclusum dictam sententiam cum omnibus ex post sequutis fuisse attentatam.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. recor. Gregorio XV.

Romana dotis de Montorijs.

Lunæ 30. Martij 1609.

ARGVMENTVM.

Cautio non solet præstari pro debito conditionali, nisi aliqua subsit iusta causa, & ideò non præstatur pro debito dotis, quod habet in se tacitam conditionem nuptiarum.

SVMMARIVM.

Dotis, seu pro dote obligatio habet tacitam conditionem nuptiarum, num. 1.
Dictio, quando, *conditionem importat, ibid.*
Conditio purificari debet, vt ex obligatione conditionali agi possit, ibid.
Verba ex nunc, prout ex tunc, *apposita dispositioni conditionali, non important retrotractionem, nisi purificata conditione, num. 2.*
Debitor sub conditione, ea pendente cauere non tenetur, ibidem.
Fallit in legatis conditionalibus, num. 4. vbi constituitur quoad hoc differentia inter vltimas voluntates, & contractus.
Debitor cauere debet, vbi iusta subest causa, quæ superueniat post contractum, num. 3.
Cautio Mutiana non habet locum in contractibus, num. 4.
Cautio præstari non debet, quando aliter potest esse consultum, num. 5.
Modus dicitur id quod debet post, non ante impleri, num. 6.
Ius in iudicio metiri solet ex parte actoris, ibid.
Cautio de modo implendo non debet præstari per eum, qui est in possessione, nec aliquid petit, ibid.
Debitor cauere debet etiam absque causa, vbi adest dilatio concessa à lege, num. 7.

DECISIO CCVII.

In primogenituram, quam Ioan. Baptista, & fratres de Montorijs constituerunt, & quæ initium habuit in ipso Ioan. Baptista, inter alia fuit conuentum, quòd filiæ primogenitorum debeant, quando erunt nubilis ætatis, in bonis parentum, vel proprijs earum dotari, & casu quo non essent bona parentum libera, vel propria, & primogeniti, aut alios ad quos spectabit, nollent, seu non possent eis condecentes dotes tradere, tum & eo casu possent dictæ filiæ fœminæ omnes, & singulos fructus bonorum donatorum propria eorum authoritate percipere, & in causam dotis, seu computum illos conuertere, & ad maiorem cautelam fœminarum eosdem fructus, *ex nunc, prout ex tunc*, assignarunt, & cesserunt.

Decessit Ioannes Baptista absque filijs masculis relicta 1
Anna

Anna Maria filia, quæ conuenit D. Federicum, in primogenitum successorem, petens ab eo, vt pro suæ dotis assecuratione deponat, vel aliter assecuret certam partem fructuum; propterea dato super hoc particulari dubio, Domini resoluerunt eum non teneri deponere, neque assecurare. Dos enim non constituitur simpliciter filiabus, sed sub duplici conditione, videlicet nuptiarum, & quòd non possent aliundè consequi dotem, conditio enim nuptiarum non solùm tacitè inest ex natura obligationis, quę pro dote contingit, *l. stipulationem, & l. seqq. & l. promittendo, ff. de iur. dot.* Alexan. *consil.* 147. *num.* 1. *lib.* 5. Cephal. *consil.* 22. *num.* 8. sed etiam expressè propter illam dictionem, *quando, l. quod pupilli, ff. quando dies leg. ced.* Bart. *in l.* 1. *num.* 17. *eodem tit.* Ruin. *consil.* 68. *num.* 3. & 7. *lib.* 4. Cephal. *ibi num.* 4. Conditio etiam impotentiæ, & recusationis dotandi ex alijs bonis est clara, ex illis verbis, *eo casu*, Paris. *consil.* 32. *num.* 3. *lib.* 1. Aym. *consil.* 268. *in princip.* Vtraque autem conditio impleri debet ad hoc, vt agi possit, *l. coheredes plures, ff. de condit. instit.* quia ante eorum implementum non cessit, neque venit dies, & nulla orta est obligatio, *in l. actio, l. cadere diem, ff. de verb. signif.*

2 Nec in contrarium faciunt illa verba, *ex nunc, prout ex tunc*, quia non operantur retrotractionem, nisi purificata conditione, gloss. *in Clem.* 1. *in vers. ex nunc*, & ibi Cardin. *in prima opposit. de concess. praeben.* Paris. *cons.* 82. *nu.* 17. *lib.* 4. Cassad. *decis.* 3. *sub num.* 15. *de praeben.* Mohed. *decis.* 21. *num.* 3. & 4. *eodem tit.* Gabr. *consil.* 189. *num.* 8. *lib.* 2. Sicuti autem non potest dicta Anna Maria petere dotem sibi constitui dictis conditionibus non impletis, ita nec petere sibi pro ea caueri, quia debitor sub conditione, ea pendente regulariter cauere non tenetur, *l.* 2. vbi Cyn. & alij, *C. de hered. vel action. vend.* Aret. *in l.* 2. *post num.* 6. *vers. sed cum text.* & ibi Thom. Parpal. *num.* 69. *ff. solut. matrim.* Vrsili. ad Afflict. *decis.* 108. *in princip.* Alex. *consil.* 241. *n.* 3. *lib.* 6.

3 Non obstat *l. in omnibus, ff. de iud.* quia habet locum, vt in ea expressè dicitur, iusta subsistente causa, prout etiam disponitur *in l. si creditores, ff. de priuil. cred.* & propterea Alex. *in l. si constante, §. quoties num.* 4. *in fin. ff. solut. matrim.* dicit quòd in terminis *d. l. in omnibus*, datur satisdatio causa cognita, & non aliter, & Aret. *vbi supra*, dicit quòd illa verba, *ex iusta causa*, important, quòd regulariter non sit cauendum; causa autem debet de nouo superuenire post contractum, Alber. *in d. l. in omnibus, ante fin.* Paul. de Castr. *num.* 2. Bart. *in l. si creditores, post med. versic. nam prius, ff. de priuileg. cred.* Aret. *in d. l.* 2. *post num.* 6. *vers. intentio istorum iurium*, vbi etiam Alexan. *sub num.* 14. *vers. sed hanc opinionem*, & Rip. *num.* 37. Ias. *in l. dedi pecuniam num.* 14. *ante fin. vers. tu responde, ff. de condict. ob caus.* quæ causa hic non probatur in persona D. Federici.

4 Non obstat, quòd pro legatis conditionalibus præstetur cautio, *l.* 1. *& tot. tit. ff. vt legat. nom. cau.* quia est differentia inter vltimas voluntates, & contractus. Nam in illis simpliciter caueri debetur in istis tantùm iusta subsistente causa, vt dicit Bald. *in d. l. in omnibus, in* 2. *lect. in fin.* & propterea cautio Mutiana non habet locum in contractibus secundùm communem, de qua per Ias. *in d. leg. pecuniam num.* 15. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 26.

5 Ex alio etiam non est locus assecurationi, quia in primogenitura fuit prouisum, quòd in euentum, in quem essent purificatę conditiones, & primogenitus non consignaret dotem condecentem, possent dotandæ capere propria authoritate fructus primogenituræ in causam dotis, cautioni enim nunquam est locus quando aliter potest esse consultum, Ang. *in d. l. omnibus, circa med. vers. si vero non habet dilationem*, & Paul. de Castr. *num.* 4. Ias. *in d. l. dedi pecuniam, sub num.* 14. *vers. quintam solutionem*, vbi de communi.

6 Quod dicitur cautionem præstandam de modo implendo, non obstat, quia licèt onus dotandi respectu primogeniti possit dici modus, quia sit præstandum post, non ante consequutionem primogenituræ, *l. cum tali, §.* 1. vbi Bart. *ff. de condit. & demonstr.* idem Bart. *in leg. quibus diebus, §. Termilius num.* 1. *eodem titul.* Bald. *in auth. cui relictum num.* 22. *Cod. de indict. vidui. toll.* Attamen respectu D. Annæ Mariæ est conditionale, per suprà deducta, & intrant, quæ dicta sunt de debitore conditionali, cùm ius inchoamur ex parte actoris, *l.* 1. *in princip. ff. si pars hered. pet.* Bald. *consil.* 331. *in fin. lib.* 1. Ægid. *decis.* 617. Cassad. *decis.* 3. *num.* 2. *de iud.* & quando essemus in modo, D. Federicus qui est in possessione primogenituræ, & eam non petit, non teneretur cauere de modo implendo, quia ita contingit in contractibus secundùm Bart. *in l. quibus diebus, §. Termilius num.* 14. *ff. de condit. & demonstrat.* Et quod tollit omnem difficultatem, cùm sit alia via consultum, non esset locus alicui cautioni.

Non obstat, quòd cautio sit præstanda etiam sine causa, quando sumus in dilatione, quæ venit à lege, 7
Paul. de Castr. *in d. l. in omnibus num.* 3. quia loquitur in dilatione concessa à lege, & quando non concurrit voluntas, & conuentio partium, quæ in hoc casu est expressa, &c.

R. P. D. COCCINO,

Griptæ ferratæ, seu nullius iurisdictionis.

Luna 6. Aprilis 1609.

ARGVMENTVM.

Causa criminali pendente supersedetur in ciuili, & è contra, quando vna est alteri præiudicialis.

SVMMARIVM.

Causa criminali pendente supersedendum est in ciuili, quando præiudicium est vicissitudinarium, & alias, vt numero 1.

Causa ciuilis facit supersedere in causa criminali, quando ciuilis est criminali præiudicialis, num. 2.

DECISIO CCXVIII.

Licèt verum sit, quòd quando præiudicium est vicissitudinarium, vt quia vna causa propter facti possibilitatem approbet aliam, & oriantur ab eodem facto, & vna non sit priùs intentata, debeat cognosci primo loco de maiori, qualis est criminalis, *l.* 1. *C. qui accus. non poss.* Salyc. *in l. fin. num.* 1. *vers. causa hec, C. de ordin. cognit.* Bart. *in l. fundum num.* 5. *ff. de except.* 1

Tamen in causa, de qua agitur, non est agendum de maioritate causæ, sed solùm, an causa ciuilis sit præiudicialis criminali, stante rescripto signaturæ, quæ voluit quòd constito Rotæ, quòd causa ciuilis esset præiudicialis criminali, latrunculatori inhiberetur, quòd quidem præiudicium est clarissimum: nam cùm fuerit processum contra ministros Abbatiæ, tanquam turbatores iurisdictionis Domini Arcis Papæ, replicatur locum, in quo prætenditur turbatam fuisse iurisdictionem, non esse de territorio Arcis, sed de territorio Abbatiæ, ex qua replicatione oritur prędiudicium: nam obtento per Abbatem, quòd locus sit de territorio Abbatiæ, orietur exceptio rei iudicatæ, & in causa criminali, vt per Bart. *in d. l. fundum num.* 4. *&c.* 2

R. P. D. SACRATO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Sabinen. concursus.

Luna 6. Aprilis 1609.

ARGVMENTVM.

Reuocari debet electio facta in concursu, quando de illius irrationabilitate clarè constat, & quando hoc constare dicatur. In hac decisione explicantur qualitates, quibus in eodem concursu vnus alteri præferri debeat.

SVMMARIVM.

Concursus causa recipit appellationem, quando examinatorum electio est irrationabilis, & de irrationabilitate multùm clarè constat, num. 1.

Episcopus, & Ordinarius habet magnam præsumptionem in his, quæ spectant ad suum officium, ibid.

Clericus litteratus in concursu beneficij debet præferri minus litterato, num. 2.

Absolutus ex hactenus deductis, potest nouis superuenientibus indicijs iterùm molestari, num. 3.

Ab-

Absolutus tanquam innocens non potest dici, quin ex priori inquisitione non remaneat cum aliqua macula, ibid.

Sacerdos tenetur celebrare, & dicere Missas in illis diebus, in quibus fideles consueuerunt communicare, n.4.

Testes super mala fama præualent testibus deponentibus de bona fama, ibid.

Clericus magis nobilis senior antiquior Doctor, seu Sacerdos, nunquid præferatur minus nobili iuniori in ætate, Doctoratu, & Sacerdotio, n.5.

Coadiutor datur Sacerdoti propter senectutem, ibidem in fine.

Electio facta ab Ordinario in concursu ad fauorem sui familiaris, seu compatriota, nunquid sit aliqualiter suspecta, num.8. in fine.

DECISIO CCXIX.

1 FVit resolutum non constare de irrationabili iudicio Ordinarij in eligendo Roberto ad parochialem, prætermisso Mutio, nam etsi verum sit, quòd possit dari de huiusmodi irrationabilitate, & ex hoc capite reuocari electio, vt latè fuit coram me decisum in causa Tuden. parochialis, quæ allegatur per informantes pro Mutio: attamen est etiam verum, quòd de dicta irrationabilitate debet doceri multum clarè, & hoc propter magnam præsumptionem, quam pro se habet Ordinarius in his, quæ spectant ad eius officium, vt per Scriben. *in c.in præsent.de renunc.* & fuit in hac facti specie dictum in causa Rauennaten. parochialis coram Illustrissimo Arrigonio, in Camerinen. concursus mense Decembri 1605. coram R. P. D. Ortembergo, & alibi sæpè.

2 In casu autem proposito pro parte Mutij non docetur clarè, neque vllo modo de irrationabili electione Ordinarij. Non circa litteraturam, quia in hoc adest renunciatio examinatorum synodalium, qui vtrumque approbauerunt pro idoneo, & illorum relationi standum videtur, & sacr. Trident. Concil. *sess.* 24. *cap.* 18. etiamsi Mutius modò prouocaret ad nouum examen, vt fuit decisum in dicta Camerinen. concursus coram D. meo Ortembergo. Non etiam probatur irrationabilitas circa prudentiam, & experientiam, imò potiùs constat de maiori experientia, Roberti, qui per plures annos exercuit curam animarum, & semper celebrauit Missam, quod non apparet fecisse Mutium.

3 Quantum ad mores, tantum abest, quòd probetur irrationabilitas, quòd imò datur magnus fumus de contrario ex processu in Curia Episcopali Sabinen. contra Mutium facto de pluribus, & quidem grauibus delictis, & licèt reportauerit sententiam ad sui fauorem, attamen quia sententia illum non absoluit tanquam innocentem repertum, sed ob defectum sufficientis probationis remanent vestigia prioris iudicij, & poterit Mutius superuenientibus indicijs quandocumque vexari, iuxta distinct. de qua per Clar. *in prax. crimin. quæst.* 57. §. *fin.* Boss. *tit. de sent. n.*77. Vltra quòd etiamsi Mutius fuisset absolutus tanquam innocens, adhuc negari non potest quin ex priori inquisitione non remaneat quædam macula, Campeg. *de testib. regul.* 37. *vers. sed fallit*, Albet. *de testib. cap.* 3. *n.* 40. ob quam in concursu non habens talem maculam veniat postponendus, Lambert. *tract. de iur. patr. lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 6. *ar.* 1. *num.* 4. *vers. aduertat maximè.*

4 Accedit, quòd Mutius, iam sunt triginta sex anni, est Sacerdos, & ignoratur an vnquam celebrauerit Missam, imò ex quibusdam attestationibus per ipsummet productis, datur magnus fumus, quòd nunquam celebrauerit, cùm tamen teneretur saltem celebrare in illis diebus, in quibus fideles consueuerunt communicare diebus magis solemnibus, Sum. Anton. *tom.* 3. *tit.* 13. *cap.* 6. §. 12. Nauar. *tom.* 1. *de peccat. diuers. stat. cap.* 25. *n.* 88. *vers. vigesimo primo*, & ideò fuit res mali exempli, & scandalosa, ob quæ reijcitur quis in concursu, Lamb. *loc. supra alleg.* Nec faciunt testes, & attestationes super bona fama Mutij, quia in concursu præualent probationes contrariæ tanquam magis speciales, Soc. sen. *cons.* 54. *num.* 14. *lib.* 4. Dec. *cons.* 448. *in fine*, Crau. *cons.* 94. *num.* 3. Gabr. *de testib. conclus.* 4. *n.* 73. & in his terminis Alex. *cons.* 150. *num.* 16. *& seq. lib.* 5. Marsil. *cons.* 44. *num.* 21.

5 Non obstat, quòd Mutius sit nobilitatis magis perspicuæ, maioris ætatis, prior in Doctoratu, & Sacerdotio diœcesanus, Robertus verò alienigena, Mutius nullum beneficium, Robertus verò parochialem habeat, quia etsi istæ qualitates sint alicuius considerationis, vt fuit coram me ponderatum in causa Tuden. parochialis, quæ allegatur; attamen non videntur tales, quæ solæ possint sufficere, quia in effectu substantia rei consistit in tribus suprà ponderatis, nempe litteratura, prudentia, & moribus, in quibus Mutius minimè docet se meliorem, sed potiùs datur fumus de contrario ex prædictis; in casu verò decisionis Tuden. ille, qui obtinuit, præualebat etiam in istis tribus, vt patet ex lectura decisionis, & maior ætas in hoc casu non merebatur assignari, quia est excessiua, nempe 65. annorum, quo tempore si Mutius curam haberet, esset potius cogitandum de coadiutore, ad not. *in cap. qualiter, cum seq.* 7. *quæst.* 1. Caputaq. *decis.* 159. & 311. *par.* 1.

6 Non obstant testes deponentes, quòd in terra Cornesij, tempore quo Robertus erat parochus, nonnulli mortui sunt absque Sacramentis, & quod aliquando de die Dominica non adfuit qui celebraret Missam, quia vt plurimum deponunt de auditu, & vno excepto non concludunt hoc fuisse præsente Roberto, qui potuit habere iustam causam absentiæ per aliquod tempus cum licentia superioris, & etiam cùm esset Vicarius foraneus, & eo tempore soleret deputare Capellanum, vt dicit Laurentius Rodriguez, testis pro parte Mutij examinatus, propter quorum Capellanorum incuriam potuerunt ista euenire, & cùm Ordinarius de spectantibus ad eius officium verisimiliter informatus ex suprà allegatis illum admiserit, præsumendum est, vel quòd ista non ita simpliciter euenerint prout narrantur, vel quòd si euenerunt, fuerit absque culpa saltem habituali ipsius Roberti.

7 Non obstant testes deponentes de fama, quòd Mutius in examine meliùs se gesserit, quia in hoc magis standum videtur ipsismet responsionibus transmissis per examinatores ad Vicarium, ex quibus ille iunctis maximè alijs qualitatibus, ita faciendum arbitratus fuit, cùm pro illius iudicio præsumatur, nisi contrarium expressè probetur, ex suprà sæpiùs allegatis. Nec facit, quòd quadam responsione, cuius copia datur pro parte Mutij, ipse Mutius melius responsum dederit, quia releuantia non consistit in vno responso, sed omnibus responsionibus, & etiam alijs qualitatibus substantialibus simul iunctis.

8 Non obstat, quòd Vicarius Cardinalis Episcopi Sabinen. qui elegit Robertum, esset illius compatriota, quo casu videbatur multum detrahendum de præsumptione, quam aliàs habet Ordinarius pro se, vt in terminis familiaritatis fuit coram me ponderatum in dicta decisione Tuden. quia non videtur tanta obligatio remunerandi, quanta est inter dominum, & familiarem, & hinc videmus, quòd regula idoneitatis constituitur contra familiares, *l. etiam C. de test. in c. litteris, eod. tit.* latè Gabr. *de testibus concl.* 10. *n.* 1. Non sic autem contra compatriotas, Bertazzol. *cons.* 359. *n.* 7. *lib.* 2. & cessat difficultas in hoc casu quia constat de rationabilitate, ex prædictis.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana dotis.

Lunæ 6. Aprilis 1609.

ARGVMENTVM.

In hac decisione, quæ exemplaris est, pulchrè declaratur qualis, & quanta debeat esse dos, quæ datur in subsidium propter egestatem probare debentis.

SVMMARIVM.

Auus maternus tenetur dotare neptim, si eiusdem neptis pater egestate laborat, n.1.

Dos, quæ datur in subsidium egestatis dotare debentis, non est rigorosè taxanda, sed ad meram dotandæ necessitatem, ibid.

Alimenta, & dos æquiparantur, ibid.

Dos in subsidium debita taxanda est secundùm qualitatem mulieris dotandæ, non autem dotare debentis, ibid.

Nobilitas prouenit à parentibus, & descendentibus, ibid.

Iudæi nulla gaudent nobilitate, ibid. in fine.

Dos in subsidium egestatis dotare debentis, debita quomodo taxari debeat, n.2.

Iudæus factus Christianus respectu antiquorum agnatorum dicitur noua creatura, recipit tamen fomentum à con-

sanguineis, & cognatis quos reperijt in Christianismo num. 3.

Dotem mille scutorum hodie in urbe prætendunt artifices, ibid.

Mulier Neophyta indiget maiori dote quàm Christiana, num. 4.

Maior dos dari solet nubenti, quàm ingredienti monasterium, ibid.

DECISIO CCXX.

1 DOmini censuerunt esse constituendam dotem Flauiæ in scutis mille, & non in maiori summa, vt quia prætendebat, quia in effectu ista dos, quæ petitur ab auo materno, ob egestatem patris dicitur subsidiaria, *l. non quemadmodum*, vbi Bart. *in summario*, *ff. de lib. agnosc.* Bald. *in l. neque mater. C. de iur. dot.* Dos autem quæ debebatur in subsidium, non videtur rigorosè taxanda, sed ad meram dotandæ necessitatem, per ea, quæ in simili de alimentis subsidiarijs suadent Bald. & alij *in l. si maritus*, *ff. sol. matrim.* cum alijs per Rol. *de lucro dot. quæst.* 94. *n.* 3. conuenit enim rationis identitas, & ista duo, nempe dos, & alimenta solent æquiparari, Ang. Aretin. *cons.* 81. *n.* 23. Cephal. *cons.* 485. *num.* 85. Rot. in causa Albanen. coram Cotta relata inter diuers. impress. *decis.* 538. *num.* 2. *part.* 1. Necessitas verò arbitranda videtur attenta qualitate mulieris dotandæ, non autem Vgonis, *l. quæro*, *ff. de iur. dot.* Qualitas mulieris nullam præ se fert nobilitatem, cùm eius pater, & ascendentes, à quibus prouenit nobilitas, *l. fin. cum sua materia*, *ff. de senat.* fuerint Iudæi, qui nulla gaudent nobilitate, *l. hac valitura*, *vers. habeatur vt antea*, *C. de Iudæis*, Alex. *cons.* 99. *num.* 2. *lib.* 6. pro muliere verò non nobili visa fuit sufficere dos scutorum mille.

2 Ponderando maximè quòd Vgo ista de causa non est ita prægrauandus, vt ipse cum sua familia possit pati egestatem, vt latè ad propositum Roman. *cons.* 364. *numer.* 1. *cum pluribus seqq.* & in specie Thesaur. *decis.* 211. *num.* 17. videbatur autem grauatus Vgo si dos constitueretur vltra hanc summam, quia licèt non mediocres dicatur habere redditus, attamen cùm per fel. record. Greg. XIII. fuerit multis honoribus & priuilegijs insignitus, & cum familijs nobilibus iam affinitatem contraxerit, tenetur nobiliter cum curribus, & numerosa familia viuere, prout de facto viuet, & quod magis est, habet quatuordecim ex filio viuente nepotes, & possunt in dies superuenire alij, & quatuor fœminæ ex dictis nepotibus sunt tantùm collocatæ, cæteri indigent alimentis, & alijs necessarijs ad bonam educationem, & quinque fœminæ remanentes erunt suo tempore dotandæ. Adest & alia neptis habens eandem, quam habet Flauia, prætensionem contra Vgonem, & tres alijs ex filia nepotes masculi, qui petunt alimenta, & possunt in dies superuenire alij habentes easdem prætensiones, quæ omnia fuerunt per Dominos habita in consideratione; ne Vgo vltra illud quod facere potest, grauetur per conclusiones suprà firmatas.

3 Ad constituendam autem non minorem dotem, vt prætendebat Vgo, moti fuerunt Domini, quia licèt Flauia non possit dici nobilis, deducendo nobilitatem ex linea paterna, ex prædictis attamen negari non potest, quin ipsa, quæ respectu antiquorum agnatorum, & cognatorum dicitur noua creatura, *c.* 2. 26. *dist.* glos. *in cap. ferrum* 50. *dist.* non recipiat fomentum, & qualitatem à cognatis, & consanguineis, quos reperijt in Christianismo, cùm & isti habeantur in consideratione ad istum effectum, Rota apud Cæs. de Graff. *decis.* 2. *num.* 5. *& per tot. de sponsal.* & facit Cassan. *in Catalogo*, *part.* 1. *consid.* 37. in Christianismo autem inter propinquiores est ipsemet Vgo auus maternus, tractans se vt nobilis, & filij ac descendentes ab illo nobilius collocati, vt suprà dictum est, ac etiam soror nupta Michaeli Boncompagno, qui de proprijs redditibus ciuiliter, & absque artificio viuit, vnde indecorum videtur, quòd ista mulier non nisi vili, & infimæ conditionis viro nubere debeat, prout sine dubio eueniret, si dos minor scutis mille constitueretur, cùm notum sit in vrbe, & ex ijs qui proprijs manibus laborant, talem dotem prætendere, & in dies consequi, & fuit præcipuè ponderatum, quòd licèt conuersi ad fidem sint omni honore digni, iuxta illud *Luc. cap.* 15. & illis sit quantum fieri potest fauendum, gloss. additionalis *in cap. eam te*, *de rescriptis*, nihilominus Christiani antiqui non ita facilè contrahunt matrimonia cum illis, sicut cum Christianis antiquis, vnde fit, quòd mulier Neophyta indiget maiori dote, Cæs. de Graff. *d. decis.* 2. *n.* 3. *de sponsal.*

4 Quantum ad illud quod suprà ponderatum fuit ad fauorem Vgonis, & hic replicabatur per informantes pro illo, nempe numerosam ex filia descendentiam, & onus se honorificè tractandi, Domini perstiterunt in conclusione suprà firmata, quòd Vgo ex causa istarum dotium non esset deducendus ad egestatem, sed è conuerso non admittebant, quòd dos sit soluenda de superfluo, & absque incommodo, ad quod videbantur tendere informantes pro Vgone aliàs, *l. quemadmodum*, *cum sua materia*, *ff. de lib. agnosc.* nimis rarò haberet locum, cùm ex mille vix vnus reperiatur qui habeat bona superflua statui suo, & in contrarium pro parte Flauiæ allegabatur, quòd plerique ex nepotibus Vgonis sunt infantes, qui modicam afferunt impensam, & quòd ista dos non superat quintam partem reddituum Vgonis, & ideò non adest periculum, quòd ipse hac de causa deueniat ad egestatem. Circa aliud quod pro parte Vgonis dicebatur ipsum nepotibus ex filio collocatis in monasterium, dedisse tantùm scuta 400. & ideò esse inconueniens, quòd ex ista dote subsidiaria plus prætendatur, fuit responsum quòd non benè inferebatur de Moniali ad nuptam in seculo, cùm ista indigeat multò maiori dote propter vestimenta pretiosiora, & alia onera, quæ secum affert matrimonium carnale plusquam spirituale, vt de se patet, & latè prosequitur Fulgos. *cons.* 52. Quod etiam expertus fuit ipse Vgo, qui nuptas in sæculo dotauit aliquando in decem, aliquando in octo mille scutis.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Romana domus.

Lunæ 4. Maij 1609.

ARGVMENTVM.

Emphyteusi ad tertiam generationem concessa à quo incipiat prima generatio, quando emphyteusis transeat ad descendentes ex linea fœminina, & nunquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi.

SVMMARIVM.

Emphyteusi concessa ad tertiam generationem, generatio non incipit à primo inuestito, num. 1. *vbi ampliatur hoc procedere etiam quòd concedens vtatur dictione* ad.

Verba, ita quòd, *sunt declaratiua; non autem noua dispositionis inductiua, n.* 2.

Fœminarum, & masculorum appellatione nunquid veniant masculi, & fœminæ per viam fœminarum descendentes, ibidem, vbi etiam quid si fuerit dictum, per rectam lineam.

Ius accrescendi non habet locum in emphyteusi, etiamsi complicatè, & simul sit facta mentio de descendentibus primò inuestitorum, declara vt n. 3.

Obseruantia interpretatiua valdè operatur ad cognoscendam mentem contrahentium, ibid. in fine.

Solutione annorum quinquaginta præscribitur emphyteusis, ibidem.

DECISIO CCXXI.

DVbitaui an Gulielmus, & Iacoba essent de comprehensis in inuestitura facta Alexandro, & Ioanni vsque de anno 1491. Et pro affirmatiua fuit tentum, quatenus dicti Gulielmus, & Iacoba probent se pronepotes dicti Ioannis, de quo non mediocris videbatur dari fumus. Prima difficultas fuit, an comprehenderentur pronepotes Ioannis primi inuestiti, cùm enim inuestitura fuerit facta ad vitam Ioannis, & Alexandri fratrum, & eorum filiorum vsque ad tertiam eorum generationem, dicebatur quòd in computatione generationum, erant numerandi primò inuestiti, per doctr. Specul. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua*, cum alijs cumulatis per Gabr. *tit. de iur. emphyt. in princ.* Placuit contraria opinio, de qua per Bal. *in auth. si quas ruinas*, *num.* 3. *C. de sacros. Eccles.* quam 1

Rota

Rota aliàs approbauit in causa Assisien. emphyteusis 13. Nouembris 1598. coram Gypsio, & in alia Romana domorum 24. Maij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, quam etiam veriorem dicit Alex. *cons.* 125. *num.* 5. *lib.* 5. communem Ruin. *cons.* 166. *num.* 6. *lib.* 1. communem & indubitatam Bellon. *cons.* 80. *num.* 6. & magis communem Clar. *in §. Emphyteusis quæst.* 34. idque ea ratione quòd nemo generat se ipsum, vnde contra proprietatem sermonis videtur, quòd Ioannes dicatur prima generatio sui ipsius, quod procedere videtur, etiamsi concessio vtatur dictione *ad*, quod in materia determinatiua graduum talis dictio includit si præcedat verbum *vsque*, *cap. quicunque*, *§. hæretici*, *de hæretic. in* 6. *lib. fin. vbi glos. verb. vsque*, *ff. de senat. l. diuo Marco*, *C. de quæst.* Bar. *in l. patronus*, *§. Sempronio in fin. vers. quarto ponitur*, *ff. de leg.* 3. Card. *in Clem.* 1. *num.* 3. *de pœn.* Alex. *d. cons.* 125. *num.* 7. & 10. *lib.* 5.

2 Secunda difficultas fuit, an in ista emphyteosi comprehenderentur fœminæ? Pro negatiua dicebatur, quòd licet emphyteusis concessa ad vitam dictorum Ioannis, & Alexandri, & filiorum tam masculorum, quàm fœminarum, vsque ad tertiam eorum generationem, per rectam lineam descendentium, nihilominus cùm immediatè subsequantur ista verba, ita quòd in huiusmodi locatione non veniant aliæ fœminæ, nisi dd. Ioannis, & Alexandri inferebatur, quòd comprehensio fœminarum esset restricta, & limitata ad filias dd. Ioannis, & Alexandri, non autem extenderetur ad neptes, & multò minus ad proneptes, prout est Iacoba, quæ modò vult succedere. Cæterùm Domini re benè perpensa censuerunt illa verba *ita quòd*, &c. non restringere concessionem ad fœminas primi gradus, sed declarare, quòd fœminæ descendentes ex fœminis non sint de comprehensis, quod probarunt ex natura illorum verborum *ita quòd*, quæ sunt declaratiua, & illatiua, non autem nouæ dispositionis induttiua, vt *in cap. cùm Marcus Ferrariensi in fin. de constitut.* Paris. *cons.* 22. *num.* 39. *in fin. lib.* 3. Socin. iun. *cons.* 69. *num.* 33. *volum.* 3. nec deerat materia quæ indigeret declaratione, cùm enim concessio loqueretur tam de masculis, quàm de fœminis, non est dubium, quòd comprehendebantur masculi, & fœminæ, etiam per viam fœminarum descendentes, Castr. *cons.* 316. *numer.* 1. *vers. sed in contrarium*, *lib.* 2. Corn. *cons.* 219. *numer.* 5. *in fin. lib.* 2. Bero. *cons.* 120. *num.* 34. *lib.* 2. cum alijs per Corb. *de caus. ex quibus emph. tit. de causa priuationis ob lin. finit. num.* 39. & cum concessio subiungat verba per rectam lineam oriebatur alia difficultas, an per illa excluderentur masculi procedentes ex fœminis, quasi ipsi per rectam lineam non dicantur descendere, ad *l. pronunciatio*, *in fin. & l. seqq. ff. de verb. signific.* Curt. iun. *cons.* 5. *num.* 25. *lib.* 1. proinde fuit necessarium, vel saltem opportunum addere illa verba *ita quod*, &c. vt limitatio restringeretur ad fœminas descendentes ex fœminis, & hinc cessat argumentum adductum per informantes pro Capitulo, quòd si ista verba non restringerent concessionem ad filias primò inuestitorum, essent otiosa, & sine effectu operandi, cùm imò multum operentur, vt patet ex prædictis.

3 Tertia difficultas fuit, an Gulielmus, & Iacoba sint vocati ad solam portionem Ioannis, vel an etiam ad portionem Alexandri coinuestiti, quòd essent vocati ad portionem Ioannis, tantùm deducebatur, quia in emphyteusi non est locus iuri accrescendi, Bar. *in l. si mihi*, & *Titio*, *ff. de verb. oblig.* latè Clar. *§. Emphyteusis*, *quæst.* 39. quod videtur procedere, etiamsi complicatè, & simul sit facta mentio de descendentibus primò inuestitorum, Clar. *d. quæst.* 39. *in fin.* post Alexand. *cons.* 167. *lib.* 7. vnde inferebatur, quòd defuncto Alesandro sine filijs eius, portio non accreuit Ioanni, & inde eius descendentibus, sed reuersa fuit ad Ecclesiam. Ad hoc fuit per Dominos responsum, quòd opinio Alex. est multum controuersa, vt patet ex enumeratis per Honded. *cons.* 54. *num.* 26. & respondet maximè ex coniecturis, ex allegat. per eundem *vbi supra numer.* 23. & fuit dictum in causa Romana domus 4. Iunij 1604. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & propterea cùm Capitulum defuncto Alexandro sine filijs receperit per quinquaginta annos, & vltra integrum canonem à filijs, & nepotibus Ioannis, duo resultare videbantur, primò obseruantia interpretatiua mentis contrahentium, ad tradita per Crauett. *cons.* 101. *num.* 3. & 4. cum alijs per Surd. *cons.* 362. *num.* 10. *lib.* 3. Alterum est præscriptio iuris emphyteotici pro vtroque insolidum, iuxta not. per Bald. *in l. malè agitur*, *in fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* Castr. *cons.* 213 *num.* 2. *lib.* 2. Bald. *de præscript.* 1. *par.* 3. *principalis q.* 10. *num.* 3. & 4. *par. quarta principalis*, *q.* 9. *per totam.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Spoletana bonorum.

Lunæ 4. Maij 1609.

ARGVMENTVM.

De probatione possessionis inter duos, quorum vnusquisque se possidere prætendit, quænam potior sit, & ex quibus probetur dismembrationem Ecclesiæ fuisse effectuatam.

SVMMARIVM.

Papæ narratiuis verbis in facto antiquo standum est, & plenè creditur, etiam in præiudicium tertij, n. 1.

Papæ assertioni, & verbis narratiuis standum est in his, de quibus Papa verisimiliter est informatus, ibid.

Constitutio Papæ emanata consistorialiter facit præsumere Papam de ea benè esse informatum, ibid.

Propinquitas arguit notitiam, ibid. ad finem.

Possessio quatenus est quid facti, non potest eodem tempore penes duos fuisse, n. 3.

Exceptio de iure tertij potest dari in iudicio spolij, declara vt ibid.

Excipiens de iure tertij dicitur in exceptione actor, & propterea exceptionem debet concludenter probare, n. 4.

Ecclesia dismembratio non censetur effectuata vbi constat, quod Ecclesia continuat in possessione suarum responsionum, n. 5. & 6.

Possessio probatur per perceptione fructuum, & prouentuum, num. 6.

Præsumptiones quando hinc inde sunt inuicem contraria, inde nulla resultat probatio, & se inuicem conquassantur, num. 7.

Papa procedens ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, censetur priuare eum, contra quem procedit sua iuris possessione; non autem quoad detentionem, & insistentiam, n. 8.

Argumentum de toto ad partem est probabile; sed non necessarium, & procedit secundum quid, non autem simpliciter, & excluditur, vt n. 9.

Possessio vnius rei capta non includit aliam rem singularem, & separatam, nec possessio partis arguit possessionem totius, n. 10.

Possessio vniuersalis non releuat vbi constat de alterius specials possessione, n. 12.

DECISIO CCXXII.

Placuit Dominis decisio in hac causa facta die Veneris 13. Iunij de anno proximè præterito. Posses- 1
sio siquidem antiquissima Ecclesiæ Sancti Petri de Ferentillo, probatur ex Bulla Gregorij IX. quæ continet verba narratiua, iuxta theoricam Bal. *in l.* 1. *C. de fals. caus. adiect. legat.* quam sequitur Socin. *cons.* 228. *post num.* 5. *lib.* 2. Grat. *cons.* 136. *num.* 7. *lib.* 2. ideòque in facto tam antiquo, prædictis verbis narratiuis Papæ, super quibus fundatur eius intentio, standum est etiam in præiudicium tertij, vt præter alios allegatos, tradit Aymon. *de antiq. temp. par.* 1. *§. non omitto*, *num.* 25. & 26. maximè in re, de qua verisimiliter Papa erat benè informatus, Socin. *cons.* 266. *num.* 27. *in fine lib.* 2. Alex. *cons.* 15. *num.* 2. *lib.* 5. Informatio autem arguitur, non solùm ex eo quòd Papa recepit Abbatiam, & illius bona sub sua protectione, vt dicitur in decisione; verùm etiam ex eo quòd Bulla emanauit consistorialiter cum subscriptione Cardinalium, ad trad per Mandos. *super reg. de vnion. quæst.* 3. *num.* 5. & 6. quòdque fuit facta existente Papa in loco multum propinquo, quæ propinquitas arguit maiorem notitiam, ad not. *in l. si vicinis*, *C. de nupt.* & *in c. quanto*, & *in cap. quosdam*, *de præscription.* Concurrunt etiam adminicula ex instru-

mentis antiquis, & ex depositionibus testium. Nec deficiunt probationes tam præsumptæ, quàm concludentes continuatæ possessionis, vsque ad tempus quo Abbatia se asserit spoliatam.

2 Non obstant deductæ exceptiones contra personas testium, quia illæ iam fuerunt sublatæ in decisione in hac causa coram R.P.D. meo Decano sub die 18. Maij 1590. Et quidem non obstat, quòd aliqui ex dictis testibus contribuerint in expensis litis agitatæ inter communitatem Spoleti, & vniuersitatem Ferentilli de anno 1578. quia non ideò contribuerunt in hac lite, quæ vertitur inter Abbatem & Communitatem, & quòd ex eisdem testibus aliqui respondeant communitati modiolos pro terris ab ipsis possessis, non propterea resultat eorum interesse, quòd Ecclesia restituatur, quia quinimò sequuta restitutione soluere debebunt Ecclesiæ decimas, quæ longè excedunt responsiones modiolorum. Prout nec etiam obstat decisionis fundamentum in hac positione principaliter deductum per informantes pro communitate, videlicet quòd ex Bulla Bonifacij VIII. de anno 1300. constat bona Abbatiæ fuisse dismembrata ab Abbatia, & applicata Capitulo & Ecclesiæ Lateranensi. Vnde infertur quòd quicquid sit de prædicta antiquissima possessione Abbatiæ, illa tamen non potest suffragari ad effectum de quo agitur, cum non fuerit continuata.

3 Quamuis enim Domini admitterent continuationem possessionis Abbatis posse excludi per probationem possessionis tertij, quia possessio quatenus est quid facti, non potest eodem tempore fuisse penes duos, *l. 1. & l. possidere, §. è contrario, ff. de acquir. possess. l. si vt certo, §. duobus vehiculum, ff. commod.* Calder. *cons. 5. de caus. possess. & propr.* ideòque communitas Spoleti possit date de isto facto tertij, sicut de ista possessione Capituli Lateranen. vt hoc pacto excludat possessionem Abbatiæ, & per consequens primum necessarium spolij requisitum, Aret. *in §. retinendæ, num. 3. de interd.* Put. *decis. 17. lib. 1.* Bero. *cons. 53. num. 25. lib. 3.* & fuerunt allegatæ decisiones in Romana partis domus 13. Iunij 1603. & in Ariminen. domus 22. Iunij 1607. coram R.P.D. Sacrato. Tamen si res benè consideretur, hoc fundamentum non destruit in effectum intentionem Abbatiæ, quandoquidem etiamsi bona dismembrata fuissent, & dismembratio aliquo tempore fuisset sortita effectum; tamen potest esse, quòd Abbatia spoliauerit postea Ecclesiam Lateranen. vel alio modo recuperauerit possessionem, cùm doceat nedum de prædicta antiquissima possessione, sed etiam de recenti ante spolium: & nitatur non solùm præsumptione continuationis, sed etiam habeat claras probationes possessionis continuatæ vsque ad annum 1530. quæ sufficiunt contra communitatem, de cuius possessione ante spolium non constat, & propterea non vrget quòd Ecclesia Lateranensis medio forsan tempore possederit, quia quomodocumque illam possessionem Abbatiæ recuperauerit, vnum quod docet de sua antiqua possessione, & de recenti quando per communitatem fuit spoliata.

4 Sed hoc quicquid sit, & concesso etiam, quòd ista exceptio dismembrationis quatenus probetur elidat intentionem Abbatiæ, & actionem spolij; responderunt Domini non esse dictæ exceptioni locum, quia dismembratio non fuit effectuata quoad fructus prouenientes ex terris laboratiuis, ad quas restricta est hæc disputatio, quod erit intelligendum ad effectum, & in casu dumtaxat de quo agitur, saluis semper iuribus Ecclesiæ Lateranen. de quibus suo tempore erit agendum particulariter. Strictè autem agendo quoad communitatem, quæ dat de iure tertij ad elidendam actionem Abbatiæ, verum est, quòd dicta communitas in ista exceptione est actrix, & per consequens illa concludenter probare tenetur, *l. in exceptionibus, de probat. l. 1. de except.* Dec. *consil. 57. numer. 4. & seqq.* Franc. *in cap. 1. num. 1. de præscript.* Aym. *consil. 226. num. 8.* Ad illum autem effectum non sufficit exhibere Bullam Bonifacij, quia ex illa non sequitur illud factum exclusiuum possessionis Abbatiæ, quo nititur communitas, vt dictum est, sed necesse est docere de effectuatione illius dismembrationis. Mohed *decis. 4. de consuetud.* Aym. *consil. 10. num. 5.* Cephal. *consil. 96. num. 15. lib. 1.* Gozad. *consil. 23. num. 9.* Boer. *decis. 346.* Guidopap. *consil. 134. numer. 5.* idque non solùm in genere, sed in specie etiam quoad istas responsiones ex terris laboratiuis, quia cùm agatur principaliter, non de effectuatione dismembrationis, sed de possessione istarum responsionum, debet interruptio probari in ijsdem illarum terminis, Corn. *cons. 181. numer. 74. vers. nec obstat, lib. 2.* Surd. *decis. 5. num. 9.*

Effectuatio autem non solùm non probatur concludenter, imò pleraque illam vel omninò excludunt, vel saltem reddunt admodum turbidam. Etenim vltra præsumptionem continuatæ possessionis, adest probatio, quòd Abbatia semper possedit, & adhuc hodie possidet multa bona quæ indicant dismembrationem factam de omnibus Abbatiæ bonis non fuisse effectum sortitam in totum. Item adsunt multæ probationes continuatæ possessionis respectu harum responsionum in specie; ista autem non se compatiuntur cum integra, & totali dismembrationis effectuatione, *d. l. 3. §. è contrario de acquir. possess.* Mohed. *decis. 20. de restitut. spoliat.* Achil. *decis. 21. numero 2. de probat.* & magis particulariter id suadet Bulla Sixti IV. de anno 1477. in qua narrata concessione Bonifacij facta Capitulo Lateranen. quòdque Capitulum illius vigore possedit castra, & loca ibi descripta, atque admissa resignatione Capituli de omnibus ab ipso possessis ibidem descriptis, illa applicauit Cameræ Apostolicæ: in descriptionibus autem in dicta Bulla contentis non leguntur loca Rigouiri, & Perani, de quibus agitur. Quod magnum est argumentum, illa bona non fuisse per Capitulum possessa, & sic in illa parte dismembrationem non fuisse sortitam effectum, aliàs enim expressio de illis sicuti de alijs facta fuisset, Dec. *in c. signanter, num. 7. de preben.* cum alijs per Rolan. *cons. 61. n. 10. lib. 3.*

Aliud non effectuationis argumentum desumitur ex alia eiusdem Sixti IV. Bulla de anno 1478. vbi narrando concessionem plurium castrorum, & villarum per ipsum factam Bartholomæo de Ruere eius nepoti, subdit monasterium de Ferentillo percipere ibidem decimas, & diuersos alios prouentus, ex hoc videlicet sequitur dismembrationem non habuisse effectum quoad omnia bona Abbatiæ, quia si monasterium percipiebat prouentus, ergo possidebat, Surd. *cons. 53. num. 3. lib. 1.* Cephal. *consil. 3. num. 71. lib. 1.* & argumentum benè concludit negatiuè, non fuit effectuata dismembratio in aliqua parte; ergo non in totum, vt per se patet, & deducit Euerard. *in loco à toto ad partem, num. 10.* Hoc etiam apertè demonstrat Bulla Leonis X. in qua nominatim significantur castra omnia, villæ, & loca per Capitulum accepta in vim dismembrationis Bonifacij, & dicitur successiuè illa fuisse per Capitulum renunciata, & per Sixtum IV. applicata Cameræ, atque Iulium II. restituisse illorum regimen, temporale dominium & iurisdictionem Capitulo; demùmque Capitulum agnoscens dicta castra esse sibi inutilia, cùm ex eis solùm summam ducat. 50. percipiat, cessisse illa Francisco Cibo, cuius successores hodie etiam illa possident; in hac enim Bulla non describuntur bona controuersa. Et quod magis est, non possunt in ea contineri, quia aliàs non esset verum quòd ex omnibus bonis perciperentur tantum scut. 50. cùm in istis bonis solis maior quantitas perciperetur, ad glos. *in l. 1. §. qui superstite, ff. de superfic.* Paris. *cons. 64. n. 44. lib. 5.* Neuiz. *cons. 38. n. 24.* 6

Hicque coadiuuatur ex testibus deponentibus bona quæ possidet Princeps Massæ successor Francisci Cibi, esse illa omnia, quæ possidebat Capitulum, atque ista effectuatio in hac parte non caret motiuo rationis, & verisimilitudine, quippe cùm in dismembratione statutum fuisset, quòd Capitulum solueret Abbati, & Monachis pro eorum sustentatione certam congruam in magna quantitate frumenti, vini, olei & aliarum rerum. Est satis verisimile, Capitulum quo se eximeret ab isto onere annuatim præstandi dictam congruam, dimisisse Abbati & Monachis istas responsiones. Ex his constitutis apparet magna cum ratione fuisse dictum hac in causa die 10. Maij 1591. coram R.P.D. meo Decano, non probabari effectuationem dismembrationis; concurrentibus enim in contrarium tot argumentis, non possunt communitati suffragari aliqua argumenta, quæ vice versa pro eius parte ponderantur, quia saltem præsumptiones, seu argumenta inuicem conquassantur, & intentio Abbatiæ 7

con-

concludenter probata non potest euerti, nisi per exceptionem æquè concludenter probatam, Oldrad. *cons.* 206. *num.* 2. *& cons.* 320. *num.* 2. Fulgos. *cons.* 177. *num.* 3. Corn. *cons.* 80. *num.* 3. *lib.* 3. latè Ias. *in l. Titia textores*, *numer.* 2. *& seqq. de leg.* 1.

8 Et nihilominus ne quid dubij supersit, ex abundanti etiam recipiunt argumenta communitatis commodas responsiones. Dum enim dicitur, quòd Papa Bonifacius, eo ipso quòd processit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, priuauit Abbatiam, etiam quod possessionem, ad Mohed. *decis.* 4. *de restitut. spoliat.* Respondetur hoc procedere quoad possessionem iuris, non autem quoad detentionem & insistentiam facti, vt fuit dictum in Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Decembris 1598. coram Orano, & sæpè in alijs causis: hic autem agitur de possessione quatenus est quid facti, vt iam dictum est.

9 Item dum arguitur à toto ad partem, & ex quo dismembratio habuit in genere effectum, infertur quòd effectuata etiam fuerit quoad istos fructus. Respondetur primò, argumentum de toto ad partem esse quidem probabile, sed non necessarium, iuxta glos. *in l.* 1. *in §. si ex dodrante, in vers. non necessarium*, *de collat. bonor.* & procedere secundùm quid, non autem simpliciter, glos. *in l. si quid earum, §. interemptum, ff. de leg.* 3. & in hoc casu excluditur necessaria vis argumenti, propter specificas probationes non effectuationis, & propter prædictam verisimilem rationem, quæ esse potuit cur ipsi fructus remanserint penes Abbatem & Monachos.

10 Secundò, respondetur aliàs deductis inhærendo in prædicta decisione coram D. meo Decano, bona dismembrata non fuisse ita connexa & indiuidua, quin separari potuerint. In rebus autem separatis & singularibus possessio vnius rei capta, non includit aliam rem singularem & separatam, iuxta not. *in l.* 3. *de acquir. possess.* Castrens. *cons.* 234. *sub num.* 1. *vers. nec sufficere videtur lib.* 2. & meliùs *cons.* 56. *in fine*, *& cons.* 81. *col.* 2. *eod. lib.* 2. vbi quòd possessio partis non arguit totum, quia non est probatio certa, Paris. *cons.* 37. *num.* 17. *lib.* 3. constitutio autem Procuratoris facta de anno 1304. per Vniuersitatem, & homines status Abbatiæ ad obediendum mandatis Ecclesiæ Lateranen. iuxta concessionem eidem Ecclesiæ Lateranen. facta à Bonifacio Papa concludere possit in iurisdictionibus, non autem in proprietatibus, seu fructibus, in quibus intrat recognitio non obedientiæ.

11 Non suffragatur etiam instrumentum anni 1306. in quo homines Rigouiti & Petani submiserunt se iurisdictioni communitatis, saluo iure & honore, quod dicitur habere monasterium sancti Petri, & Ecclesia Lateranen. cui dictum monasterium per S.R.E. est attributum, ibi enim præseruatur expressè ius monasterij. Vltra quòd dum dicitur monasterium fuisse attributum Ecclesiæ Lateranen. vel instrumentum falsum est, quia non monasterium, sed bona fuerunt attributa, ideòque nihil facit: vel est verum, & tunc Ecclesia Lateranen. repræsentabat monasterium tanquam Abbas. Atque idcirco non potest communitas vti hoc iure contra monasterium, & Abbatem. Sic & Bullæ Sixti IV. Iulij II. & Leonis X. Summorum Pontificum, quæ de ista dismembratione mentionem faciunt, non iuuant intentionem communitatis, quin potiùs illam destruuntur, quandoquidem in illis extant descriptiones locorum, & bonorum ex dismembratione acceptorum, inter quæ non leguntur Rigouitum & Petanum, vt dictum est, & denique locationibus, & testibus communitatis, fuit sufficienter responsum in decisione, & maximè vrget, quòd cùm illæ probationes sint genericæ, non suffragantur in stricta inspectione de fructibus ex cultura prouenientibus, circa quos constat de particulari Abbatis possessione.

12 Non enim releuat vniuersalis possessio, vbi de speciali constat, Abb. *cons.* 54. *num.* 3. *lib.* 2. *& cons.* 71. *num.* 3. *lib.* 2. Rot. *decis.* 2. *num.* 3. *de præscript. in nou.* Rebuff. *de decim. qq. num.* 3. *&* 4. Menoch. *retin. remed.* 3. *num.* 135. Et si Princeps Massæ, in quem fuerunt translata omnia bona quæ ex dismembratione Capitulum acceperat, non habet hodie, nec vnquam habuit responsiones, de quibus agitur. Istud est signum manifestum quòd illæ responsiones non possidebantur per Capitulum, nec in locationibus per ipsum factis continebantur. Nec omittendum est, quòd secundùm lecturam decisionis, testes aliàs contrarij reducuntur ad concordiam, quod est conforme regulis iuris. Atque ex his Domini censuerunt non constare de effectuatione dismembrationis in casu, & ad effectum de quo agitur; & persistendum esse in decisis.

Est decisio 223. *suprà par.* 2. *recent. & replicata in par.* 5. *diuers. aliàs post* 2. *tom. Consil. Farinac. decis.* 258.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Romana vigesimæ.

Die 11. *Maij* 1609.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio magistraliter docet an, & quando verba in litteris Apostolicis stent benè potiùs causatiuè, quàm conditionaliter.

SVMMARIVM.

Verba in litteris Apostolicis stant causatiuè, & non conditionaliter, tribus concurrentibus, nempe potestate proferentis. 2. *Certitudine rei contenta in verbis.* 3. *Quod emanauerit in materia de sui natura dispositiua, siue noui iuris inductiua, num.* 1.

Gratia vbi est directa vni non solet in ea alteri fieri, ibid. declara vt num. 3.

Stylus Curiæ valdè attendendus est in interpretandis litteris Apostolicis, num. 1.

Priuilegium, vt valeat, facienda est interpretatio, vt verba sint causatiuè potius, quàm conditionaliter, ibid. in fine.

Verba non refert esse directa potius vni, quàm alteri, quia non refert cum quo quis loquatur; sed in quem voluntatis intentio dirigatur, num. 4.

Argumentum de toto ad partem valet, num. 5.

Verba stant causaliter, & non conditionaliter ad euitandam incertitudinem, & inefficaciam dispositionis, ibid.

DECISIO CCXXIII.

QVia aliàs, nempe sub die 24. Martij 1608. in hac causa fuit dictum, verba *iuxta solitum*, de quibus in 1
breui directo bo. mem. Orsino, stare causatiuè, quia concurrunt tria ad id necessaria, nempe potestas proferentis, certitudo rei contentæ in verbis, & denique quòd emanauerint in materia de sui natura dispositiua, siue noui iuris inductiua; informantes pro DD. Orsinis (qui sub hac die voluerunt auditi super eisdem) restrinxerunt difficultatem ad vltimum caput, quod expugnare contendebant, asserentes respectu Camerarij non posse dici materiam dispositiuam, siue noui iuris inductiuam, quia Breue non emanauit ad illius fauorem, sed Orsini, pro quo multò plura continet, nec illi fuerunt directa verba, & quòd non solet in Curia in Breui directo vni, fieri gratia alteri, qui stilus est valdè attendendus in interpretandis litteris Apostolicis, *c. ex litteris*, cum ibi not. *de constitut.* & denique quòd in hoc casu cessat principalis ratio, ob quam in materia dispositiua Doctores *in decis. alleg.* nempe Put. *in c. Abbatia, n.* 8. *de verb. sign.* & alij volunt verba stare causatiuè, vt scilicet priuilegium aliquid valeat, & conferat, quia dato, quòd verba in proposito casu stent conditionaliter, adhuc Breue remanet validum, & collatiuum respectu Orsini.

Cæterùm his non obstantibus Domini steterunt in decisis, quia ex multis circumstantijs in alia decisione ponderatis apparere videbatur materiam nedum respectu Orsini, verum etiam aliorum fuisse dispositiuam, siue noui iuris inductiuam. Non obstat, quòd Breue videatur emanasse ad fauorem Orsini, ex quo multò plura continet ad fauorem illius, quàm aliorum, quia ex hoc non sequitur, quòd Papa minimè voluerit prouidere etiam alijs, quod patet ex eo, quia in dubium non reuocatur Papam in eodem Breui de nouo assignasse duo ex quibuslibet decem Thesaurario, & licèt in huiusmodi assignatione Papa vsus fuerit verbis diuersis, non propterea cessat esse verum, quòd intentio Papæ in hoc Breui fuerit prouidere alijs personis vltra Orsinum, & diuersitas verborum oritur à diuersitate causæ, ob quam fuit motus Papa ad fa- 2

 cien-

clendam talem concessionem, nempe Camerario, quia credidit esse solutum Thesaurario ob remunerationem laborum.

3 Non etiam facere videbatur, quòd Breue sit directum Orsino, & secundùm stylum non soleat Papa in literis directis vni, facere gratiam alteri: nam præter quòd iste stylus non est inconcussus in materijs, quæ habent inter se connexionem, vt patet ex multis exemplis deductis per informantes pro DD. de Caietanis, præter etiam quòd in hoc casu habemus stylum particularem, ex quo Papa in hoc eodem Breui facit sine dubio gratiam alteri, nempe Thesaurario, vt suprà dictum est, ponderabant Domini, quòd in hoc casu Orsinus non fuit merè extraneus, ita vt sit mirandum quare Papa volens facere gratiam Camerario, direxerit literas Orsino, sed fuit officialis, & minister Papæ, & ille penes quem stare debebant spolia, ex quibus facienda erat deductio ad fauorem Camerarij, vnde non est mirum si illi fuerint directæ literæ, & mandatum de soluendo.

4 Minus obstitit Dominis quòd verba non sint directa Camerario, quia non refert cum quo quis loquatur, sed in quem voluntaris intentio dirigatur, *l. cùm pater*, §. *donationis, de leg.* 2. & quando dispositio fit contemplatione vnius, licèt ad illum non dirigantur verba, ei nihilominus competit actio, *l. seruum legato*, §. *si testator, de leg.* 1. Bar. *in l.* 2. §. *viden. num.* 2. *ff. ad Tertul.* Bald. *cons.* 88. *num.* 2. *vers. tertio quia, vol.* 3.

5 Non denique obstat, quòd cesset ratio superfluitatis, & incertitudinis vitandæ, considerata per Doctores, quà valet argumentum de toto ad partem, *vulg. l. qua de tota*, cum ibi not. per scrib. *ff. de rei vendic.* & proinde sicut si totum Breue esset directum Camerario, ad euitandam incertitudinem, & inefficaciam literarum Apostolicarum fieret interpretatio, quòd verba starent causaliter, ex Butr. *in d.c. Abbate, num.* 8. cum alijs in alia decisione allegatis, eadem ratione debet fieri interpretatio, ne ista pars Breuis remaneat incerta & sine efficacia, & ne Papa videatur voluisse constituere Orsinum, qui alias secundùm subiectam materiam fungebatur vice meri executoris, orbitrium soliti, vel non soliti, & relinquere in suspenso ista duo, quia nullibi reperiuntur per Papam assignata, vt fuit ponderatum in alia decisione.

R. P. D. SACRATO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Tullen. monasterij.

Veneris 22. *Maij* 1609.

ARGVMENTVM.

Papæ narratiuæ in præiudicium tertij non statur quòd quis sit criminosus, seu inhabilis, & quid si asserat se informatum ex processu.

SVMMARIVM.

Papæ assertioni, seu narratiuæ aliquem esse criminosum, indignum, seu inhabilem, non statur in præiudicium tertij, num. 1. *vbi ampliatur hoc procedere etiamsi dixerit se informatum.*

Papæ asserenti quem inhabilem, seu criminosum, ex eo quòd legerit processum, an, & quando credatur in præiudicium tertij, ibid.

Error iuris non præsumitur in Papa, ibid. in fine.

DECISIO CCXXIV.

1 DVbitaui an verba, de quibus in literis coadiutoriæ, ibi, *ex ipso autem processu mature discusso deprehendimus*, &c. vsque ad verb. *ea enim sublata*, possent diei narratiua de facto proprio ipsius Papæ, ita vt omninò probarent inhabilitatem Abbatis, iuxta not. per scrib. *in clem.* 1. *de prob.* & pro negatiua fuit tentum, quia quando Papa narrat aliquem criminosum, indignum, & similia, tunc videtur asserere factum alienum, & consequenter talis narratiua non probat in præiudicium tertij, etiamsi Papa super eo fundet intentionem suam, Cranet. *cons.* 48. *numer.* 1. Mobed. *decis.* 16. *num.* 1. *de rest. spoliat.* Crescent. *decis.* 6. *de prob.* etiamsi videatur deponere tanquam informatus, quia nihilominus potuit decipi ad falsam relationem, Put. *decis.* 129. *in fin. lib.* 1. benè Ruin. *cons.* 30. *num.* 1. *cum pluribus seqq. vol.* 1. & quicquid dicendum foret si Papa assereret se vidisse, & legisse processum, & ex illo deprehendisse inhabilitatem Abbatis, de quo per Decian. *cons.* 18. *num.* 272. *lib.* 1. cessat difficultas in hoc casu, quia Papa non dicit per seipsum discussisse processum, nec natura verborum hoc importat pernecesse, cùm possint verificare in discussione processus facta per aliunde ordine Papæ, *ad reg. qui per alium*, cum ibi not. per scribent. *de reg. iur. in* 6. faciunt *l.* 1. §. *omnia C. de vet. iur. enud. l. non solum, in princ. ff. de liber. causa*, & quod. not. Bart. *cons.* 142. *num.* 3. *lib.* 1. qui intellectus corroboratur tum ex eo quòd Papa majoribus curis impeditus similes processus minimè videre solet, ad not. *in l. si quis donaturus, ff. de vsufr.* & in istis terminis Roman. *consil.* 350. *num.* 23. *vers. cum ergo*, tum etiam quia Papa non dicit in abstracto se deprehendisse inhabilitatem Abbatis, sed dicit deprehendisse ex ipso processu, propterea si crimina & inhabilitates Abbatis non verificabuntur ex ipso processo (ad quod tendit ista disputatio, & erit suo loco videndum, potius erit dicendum, quòd Papa non viderit processum, & asseruerit crimina Abbatis ad falsam alterius relationem, quàm affirmare quòd Papa viderit processum, & illa affirmauerit constare, si verè non constabat de illis, nam primo casu allegatur error facti, & circumuentio. Secundò verò casu erit error iuris, quod in Papa non admittitur, ita in puncto Ægid. q. 723. *incip. etiam extra Rotam, num.* 8. *vers. tertia imaginatio*. Et ex hoc cessant omninò tradita per Decian. *d. cons.* 18. quia ibi non extabant processus, & sententia, ex quibus Imperator asserebat se cognouisse crimina Scipionis, propterea in casu suo non erat locus huic argumento desumpto ex lectura processus.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Bononien. successionis.

Die 22. *Maij* 1609.

ARGVMENTVM.

De muliere, seu viro secundo nubentibus, an, & quando liberis primi matrimonij reseruare teneantur omne, quod ex primis nuptijs acquisiuerunt? & quid si filij secundis nuptijs consenserunt, tacendo præsertim, & non conquerendo?

SVMMARIVM.

Mulier, sine etiam vir secundo nubens quicquid ex primo matrimonio acquisiuit, tenetur liberis communibus reseruare, num. 2.

Mulier, seu vir secundo nubens quicquid acquisiuit ex primo matrimonio, non tenetur reseruare liberis communibus, quando ijdem liberi consenserunt parentum secundo matrimonio, num. 3.

Tacens non videtur consentire in præiudicialibus, n. 3. *Vbi præsertim concurrente metu reuerentiali, & ignorantia eius, cui per taciturnitatem renunciari prætenditur.*

Tacens sibi non præiudicat in aliquo, quando non tacendo, & conquerendo nihil obtinere posset, n. 4.

Statutum fori primæ instantiæ seruandum est, etiam in secunda instantia, num. 5.

DECISIO CCXXV.

SEntentiæ de partibus condemnantes hæredes q. Nicolai Scadinarij ad restitutionem tertiæ partis scutorum 800. receptorum per d. q. Nicolaum in dotem ab Isabella eius vxore, visæ fuerunt iustæ, & exequutioni demandandæ. Iustæ, quia mortua Isabella ius successionis spectauit ad Carolum eius filium masculum, exclusis fœminis, in vim statuti Bononiensis; & rursus mortuo Carolo idem ius transiuit ad tres sorores vtrinque coniunctas superstites, ex inde mortua Diamante altera ex dictis sororibus ad Seraphinum eius filium pro sua portione. 1

Non obstat excessus deductus ex eo quòd Nicolaus pater Caroli eidem successerit vnà cum sororibus, iuxta not. *in auth. defuncti. C. ad Tertull.* & proinde Diamantes non tertiam, sed quartam partem transmiserit ad filium, quia placuit responsio, quòd Nicolaus 2

laus per transitum ad secundas nuptias quoad bona à matre titulo lucratiuo profecta, fuit priuatus libera successione filij quoad proprietatem, & propterea debuit illam filijs primi matrimonij relinquere, *l. fœmine, §. illud etiam, C. de secund. nupt.* quæ l. licèt loquatur in fœmina, habet locum, & in masculo transeunte ad secundas nuptias, Dec. qui de communi, *cons. 97. numer.* 3. cum alijs cumulatis per Gabr. *tit. de secund. nupt. conclus. prima, num.* 2.

3 Non obstat, quòd illa pœna non habeat locum quando pater nupsit de consensu filiorum primi matrimonij, glos. *in auth. de non eligen. secund. nub. verb. copulantur*, cum alijs per Gabr. *d. tit. num.* 33. in septima limitatione filiorum non conquerentium de hujusmodi transitu ad secundas nuptias, ex latè cumulatis per eumdem Gabr. *d. tit. numer.* 34. & per Menoch. qui de magis recepta opinione testatur, *cons. 237. num.* 24. quia contraria opinio, quòd non sufficiat sola taciturnitas, videbatur magis vera, tum quia in præiudicialibus tacens consentire non videtur, ad trad. *in l. qui dotis, ff. sol. matrim.* tum multò minus in filijs, in quibus concurrit timor reuerentialis, *l. 2. cum ibi not. ff. de iust. & iur.* Frederic. de Sen. *cons.* 191. *num.* 1. tum denique quia ex taciturnitate inducitur renunciatio, debet constare, quòd filij scirent tale ius sibi competere, vt benè per Ias. *cons. 53. num. 10. vers. praterea si domina, lib.* 1. Boer. post alios *decis. 185. n.* 23. Menoch. *cons. 227. n.* 28.

4 Facere etiam videbatur, quòd filij per hujusmodi conquestionem nihil consequi posse videbantur; non impedire nuptias parentum, quia hoc illis non conceditur; non priuare parentem nubentem vsufructu, quia contrarium reperitur iure cautum, vt latè per Boer. *d. decis. 185. num. 10. in fine*, non etiam aliquid consequi circa proprietatem, quia hæc illis ita demum debetur, si superuixerint patri, *d. l. fœmina, §. illud, vers. quod si nullam*, & proinde cùm filij per conquestionem nihil possint obtinere, nihil videntur tacendo sibi præiudicasse, iux. distinct. Bar. & sequacium *in l. qua dotis, num. 22. vers. aut erat talis actus, ff. sol. matr.* Dyn. *in c. is qui tacet, numer. 5. de reg. iur. in 6.* Et hanc opinionem vltra Rip. & Soc. per Gabr. pro hac parte allegatos tenuerunt Boer. *d. decis. 185. num. 23. vers. alias præsentis*, vbi alleg. Paul. de Castr. & Io. de Aoan. Sarmien. Rot. Aud. *select. interpret. cap.* 4. nec dissentit Menoch. *d. cons. 237. n.* 25.

5 Stante iustitia sententiarum visum fuit esse locum exequutioni, non obstante quòd non sint tres conformes propter statutum Bononien. *sub rub. de instrum. testam. & laud. execut. demand. circa finem, §. saluo semper*, vbi prohibet vltrà semel appellare, quod quidem statutum visum fuit seruandum etiam in curia, vt fuit in specie decisum in causa Bononien. de Sauonantijs 17. Maij 1599. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino, & fuit ponderatum, quòd appellatio est de appendicijs illius instantiæ, cuius est sententia à qua interponitur, & ideò subiacet statutis fori, in quo lata est sententia, vt fuit in specie decisum in alia Bononien. coram Robusterio relata inter diuers. impress. 330. *numer. 2. part.* 2. & proinde non applicari videbatur decisio in causa Sabinen. dotis 13. Martij 1606. coram me, quia non loquitur in statuto tollente appellationem, sed dante certum modum in exequendo.

R. P. D. LVDOVISIO,
posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana incendij.

Mercurij 27. Maij 1609.

ARGVMENTVM.

In hac decisione magistraliter declaratur, quando, & quomodo probetur incendium ortum habuisse in vno loco potius, quàm in alio.

SVMMARIVM.

Incendium in quo loco originem habuerit coniecturis probatur, num. 1.

Incendium eo loco ortum fuisse præsumitur, in quo primò à testibus visus fuit, ibid.

Præsumptio adaptatur ad id, quod frequentiùs accidit, ibid. in fine.

Testes deponentes de eorum iudicio & credulitate, probant in his, quæ sunt difficilis probationis, num. 2.

Incendium quod ortum habuerit in vno loco potius quàm in alio, quomodo per testes probetur, num. 3. & 4.

DECISIO CCXXVI.

Post plures propositiones Domini circumscripto effectu, resoluerunt constare ignem ortum habuisse, & originem in apotheca D. Vincentij. Cùm enim in materia incendij attendantur indicia, & coniecturæ, Bald. *cons. 174. num. 2. vers. & verum interuenit, lib.* 2. Alexan. *cons. 50. num. 6. lib.* 1. Afflict. *decis. 53. num.* 3. etiam quando de ejus origine quæritur, Gabr. *cons. 159. num. 8. in fin. & num. seqq. lib.* 1. Indicium magnum præstat, quòd vt dicunt testes vtriusque partis, in dicta apotheca fuit visus ignis prius quàm in alia parte, Alex. *d. cons. 50. num. 3. ad fin.* Gabr. *vbi suprà num.* 15. Flamin. Rub qui alios refert, *cons. 11. num.* 163. Nec facit possibile esse, quòd habuerit originem in alio loco, licèt ibi primò non fuerit visus, quia ei communiter accidentibus primo videtur in loco, suæ originis, & præsumptio adaptatur ad id quod frequentiùs accidit, Bal. *d. cons. 174. n. 2. ante fin.* 1

Accedit, quòd ex parte superiori, & ex palatio fuerunt asportata multa bona mobilia, & ex apotheca D. Patriarchæ, certa quantitas fœni, præsente, & iubente D. Vincentio, & tamen ex ipsius apotheca nihil omninò extrahi, sed nec etiam aliquis illam ingredi potuit, quod est argumentum non leue illam fuisse longiori, & antiquiori tempore ab igne occupatam. Quinimò id expressè dicunt testes, quibus non obstat, quòd deponant de eorum iudicio & credulitate, quia licèt ita deponendo concludenter non probant, efficacissimum tamen præstant indicium, præsertim in materia difficilis probationis, Ang. *cons. 3. num. 2. & seqq.* Ias. *in rubr. ff. de iur. iuran. sub num. 9. vers. 7. limita*, Campeg. *de testib. reg. 209. in 4. fallentia*, & dixit Rota in vna Tendonen. fructuum 26. Octobris 1575. coram Lauretano. 2

Et hoc casu plenè probant, quasi iudicium est conjunctum cum sensu visus, Caputaq. *decis. 270. num. 6. par.* 3. & dant optimas rationes in Bald. & Salyc. *in l. testium, C. de testib.* Ias. *in d. rubr. num. 25. & seqq.* Quia concludunt non solùm quòd ignis inuaserat prius apothecam D. Vincentij, quàm superiorem partem domus, & aliam apothecam, sed etiam quòd ab illa in vtramque illorum deriuauit, nam quod ad superiorem partem & palatium primus testis examinatus pro D. Patriarcha iuxta 108. interog. dicit, *Hauendo veduto il foco prima in quel fondo sotto il n.* 1. (qui est apotheca D. Vincentij) *& hauendo veduto il restante del Palazzo sù ad alto sano.* 3. super 39. artic. *Viddi il foco nel num. 1. & poi andai sopra del Palazzo, & veddi che non ci era fuoco, ma in mezzo al tetto veddi il fumo che ascendeua ad alto verso la parte che risponde alla porticella del fondo del num.* 1. 4. testis iuxta 85. inter. *Tengo che il fuoco che hà abrugiato il Palazzo è venuto dal n.* 1. & paulò inferiùs, *per hauer' visto entrare il fuoco del fondo del num. 1. alle fenestre delle stanze superiori.* 3

Idem etiam quoad apothecam D. Patriarchæ contiguam apothecæ D. Vincentij, 2. testis iuxta inter. 69. dicit, *Il fuoco vsciua da vn luogo del muro commune, cioè che veniua per vn buco dal fondo, num. 1. nel fondo num.* 3. qui numerus designat apothecam Patriarchæ. 3. iuxta idem interrog. *Il Vincentio mandò per vn lenzzolo bagnato entro quel buco, il quale quando fu turato non si vedeua foco dentro al num.* 3. 5. testis pariter iuxta idem interrog. *Doppo che si auesse anco nell'altro al n.* 3. & subdit, *essendo nel fondo num. 3. vedino gran quantità de fumo che vsciua dalli buchi della muraglia commune, & veniua in d. rimessa al num.* 3. & idem testis iuxta 80. *Io viddi gettar dell'acqua dal fundo del num. 3. nelli buchi del muro commune, tra il d. num. 3. & num.* 1. cum quo concordat 1. testis D. Iustiniani, qui iuxta 11. dicit, *nella 2. bottega se buttaua grand'acqua nella muraglia che diuide la prima bottega, & sentiuase, nella seconda bottega non vi era fuoco, ma freno con freno*, &c. 4

R. P. D. SACRATO,
deinde S.R.E. Cardinali.

Romana releuationis.

Mercurij 27. Maij 1609.

ARGVMENTVM.

Debitore non soluente an, & quando creditor possit sine alia interpellatione pecunias ad cambium accipere in damnum ipsius debitoris, & quid contra fideiussorem, seu promissorem indemnitatis.

SVMMARIVM.

Interesse exigi non potest sine mora, num. 1.

Damnum quod quis sine sua culpa patitur, sibi nocere non debet, ibid. in fine.

Debitore non soluente tempore congruo, potest creditor pecunias ad cambium accipere in damnum ipsius debitoris, n. 2. vbi etiam an sine interpellatione.

Mora principalis debitoris de iure nocet etiam fideiussori, declara vt n. 3.

Causa remota, & occasionalis non attenditur, n. 4.

Interesse extra rem non debetur, ibid.

Fideiussor promittens indemnitatem, nunquid teneatur ad vsuras, n. 5.

Obseruantia non probatur per testes non specificantes actus, in quibus viderunt illam obseruari in specie, ibidem.

DECISIO CCXXVII.

1 Resoluerunt sententias ad fauorem Lupidi Molinæ latas esse confirmandas. Quia etsi Didacus Perez principalis debitor non soluerit in tempore, & Francus fideiussor soluerit pro illo, & Molina per prius promiserit releuare Francum à fideiussione per eum facta pro Didaco Perez, non propterea potuit Francus aduenien te tempore solutionis capere pecunias ad cambium super Molinam absque ejusdem Molinæ interpellatione, quia hoc esset exigere interesse à Molina absque illius mora, quod non licet, *l. lecta, ante finem vers. non enim in mora, ff. si cert. pet.* cum alijs latè per Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 4. vers. deinde si ea*. Neque in hoc videtur constituenda differentia inter lucrum cessans, vel damnum emergens, quia circumscripta mora debitoris damnum emergit absque illius culpa, & proinde illi imputari non debet, *l. quod te, ff. si cert. pet.* & tenuit in specie Rota in causa Romana cambior. 17. Decemb. 1589. coram Gypsio.

2 Non obstat, quòd possint capi pecuniæ ad cambium in damnum principalis debitoris tempore congruo non soluentis, Molied. *decis. 1. de vsur.* cum concord. allegatis, nam omisso an & hoc potuit fieri absque interpellatione, vt debitor possit deliberare an velit se à cursu vsurarum liberare per ea, quæ fuerunt dicta in causa Mediolanen. pecuniaria 27. Martij 1602. coram Litta, vbi aliæ decisiones allegantur, casus releuationis videtur valdè diuersus, quia principalis debitor cùm ab initio sit certus de die, quo cadit solutio, illo elapso videtur constitutus in mora, & culpa, tam respectu principalis creditoris, quàm fideiussoris soluere debentis, ad not. *in l. magnam*, cum sua materia, *C. de contr. stipul.* Releuator verò indemnitatis per aduentum temporis, quo fideiussor soluit, non videtur constitutus in aliqua mora, cùm ab initio non esset certus de dicta solutione, & propterea debito quod ex illa resultabat, propterea requirebatur interpellatio, juxta distinct. Bart. *in l. ita stipulatus* 115. *n. 43. ff. de verb. oblig.* Dec. *cons. 2. num. 5. vers. sed per cursum dies incertæ.*

3 Non obstat, quòd si principalis fuit morosus, ut patet ex prædictis, illius mora debeat nocere releuatori, qui est quodammodo illius fideiussor, & mora principalis de iure nocet fideiussori, Bart. *in l. centum Capua, ff. de eo quod certo loco*, nam præter quòd conclusio recipit multas distinctiones, de quibus per Ias. *ibidem*, Domini intelligebant hoc procedere respectu damni quod oritur immediatè, & absque nouo facto ex contractu cui accessit fideiussor, & in istis terminis loquuntur Bart. & sequaces, & proinde si ex mora Didaci Perez Francus coactus fuisset soluere mille vsuras creditoribus dicti Didaci, has omnes teneretur refigere Molina. Cæterùm vsuræ quas passus fuit Francus, & modò intendit recuperare à Molina, non proueniunt ex primo contractu, sed ex nouo, cui minimè accessit Molina, neque expressè, neque tacitè, hoc est, mediante mora incursa per interpellationem, vel per aduentum diei ab initio certi.

4 Et licèt primus contractus dederit causam huic nouo, attamen ista causa remota, & occasionalis non attenditur, *l. si sterilis, §. per venditionem, ff. de act. empt.* & in proposito dicit Bald. *in l. si traditio, numer. 8. vers. dummodo sit, C. eod. tit.* quòd interesse debet esse circa rem, & Alex. *cons. 114. num. 2. & 3. lib 3.* dicit, quòd vt teneatur releuator, damnum debet esse necessarium, & sine culpa releuati: hanc autem necessitatem siue non culpam minimè potest allegare Francus erga Molinam, quia potest esse quòd si Francus illam interpellasset, ipse statim soluisset, nec passus fuisset debitum stare sub vsuris. Et pro hoc intellectu, quòd Molina non teneatur nisi pro vsuris quæ immediatè proueniunt ex primo contractu, fuerunt ponderata verba obligationis ipsius Molinæ ibi à dicta obligatione, scilicet facta pro Perez ducatorum 122. & illorum cambijs, damnis, expensis, & interesse; cambia verò, quæ petit Francus, non sunt cambia ducatorum 122. acceptorum ad cambium à Didaco Perez, sed sunt cambia pecuniarum acceptarum à Franco.

5 Ad *l. quæro*, vbi Salic. *numer. 1.* & alii, *ff. locati*, concludunt, quòd promittens indemnitatem tenetur ad vsuras, fuit responsum quòd ibi agatur quando quis vltra sortem teneatur ad vsuras: in casu autem proposito non contendit Molina se teneri pro sorte tantùm, cum imò expressè promiserit cambia, damna, expensas, & interesse, sed dicit ista, quæ prætendit Francus, non esse de illis cambiis, & damnis, quæ ipse promisit releuare. Et quantum ad prætensam consuetudinem, quòd non sit necessario interpellatio, testes ad hoc dati non videbantur illam probare, tum quia non specificant actus, in quibus viderunt illam obseruari, Aegid. *decis. 64.* cum alis cumulat. per Crau. *cons. 134. num. 6. & 7.* Tum quia non deponunt concurrentibus circunstantiis, de quibus agitur, Alex. *cons. 196. num. 14. lib. 2.* non enim probant in specie quando fideiussor agit contra releuatorem, inter quem, & principalem debitorem adest diuersitatis ratio, vt patet ex prædictis.

VOTVM

Illustrissimorum, ac Reuerendissimorum DD. Cardinalium Arigonij, Pamphylij, & Seraphini.

ARGVMENTVM.

Equites sancti Stephani, non dicuntur regulares, nec Religiosi, & propterea beneficiorum secularium capaces sunt.

SVMMARIVM.

Milites S. Stephani sunt capaces beneficiorum secularium, n. 1. & per tot.

Milites sancti Stephani non sunt propriè, & verè regulares, ibid.

Religiosi propriè dicuntur qui tria vota, nempè Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ emittunt, ibid.

Religiosi non dicuntur, nec professi qui vxores ducere possunt, num. 2.

Equites Hierosolymitani largo modo dicuntur Religiosi, ibidem.

Rectores Hospitalium certum habitum deferentes, & matrimonio vtentes, nec etiam largo modo dicuntur Religiosi, ibidem.

Equites sancti Stephani licèt emittant verbum Castitatis, intelligitur hoc de castitate, & pudicitia coniugali, quæ non sufficit vt Religiosi dicantur, n. 3.

Regularis vt quis dicatur, necesse est, ut profiteatur obedientiam monachalem, ibid.

DE-

VOTVM CCXXVIII.

1 PVto milites sancti Stephani esse capaces beneficiorum secularium, quia ex resolutionibus aliàs in Rota factis tam coram R. P. D. meo Decano in vna Tirasonen. pensionis sub die 10. Decembris 1570. quàm etiam coram Reu. Orioten. in vna Lucana plebis sub die 22. Maij 1579. constat istos milites non esse propriè, & verè regulares. Licet enim habeant quendam viuendi modum à Papa approbatum, non ideò dicuntur habere regulam, cùm non profiteantur illa tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ, quæ pro basi, & fundamento, ac perfectione cuiuslibet Religionis necessaria sunt, *cap. ad monasterium, de stat. Monach.*

2 Maximè cùm proprio non careant, & in domibus cum vxoribus propriis viuant, quo casu non dici propriè professos, tradit Specul. dicens ita per Clemen. fuisse iudicatum *in tit. de stat. Monach. quæst.* 36. *sub num.* 42. & post Io. de Ligna, & Laurent. de Rodulphis *in Clem.* 2. *de præbend.* tradit Abbas *in cap.* 2. *sub num.* 11. *de foro compet. & in rubrica de regulari nu.* 4. vbi dicit, quòd licet Equites Hierosolymitani, qui matrimonio non vtuntur, & obedientiam promittunt, largo modo dici possent religiosi; tamen Rectores Hospitalium deferentes certum habitum, qui viuunt matrimonio, nec etiam largo modo dicuntur religiosi, quod etiam noluit Sum. Angel. *in verb. Religiosus, num.* 1. vbi ait viuentes sub certa regula, si vtantur matrimonio, non esse nec strictè, nec largo modo religiosos, & ex auctoritate Diui Thomæ *in* 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 4. *in fin.* dicentes, quòd illi modi viuendi, secundùm quos homines matrimonio vtuntur, non sunt simpliciter, & absolutè loquendo Religiones, tradit Sot. *de iustit. & iure lib.* 6. *quæst.* 5. *artic.* 3. *circa fin. vers. sed de Commendatariis equitibus*, vbi concludit, quòd votum perpetuæ continentiæ requiritur ad religionis perfectionem.

3 Vnde tollitur, quòd dici posset de promissione castitatis, quam faciunt isti milites in susceptione habitus, quia cùm habeant vxores, intelligitur tantùm de pudicitia, seu castitate coniugali, vt tradit Abb. *in dict. cap.* 2. *sub num.* 11. quæ non sufficit, vt patet ex suprà citatis; vltra quòd deficit etiam aliud votum substantiale paupertatis, quæ non permittitur ab istis militibus, nec seruatur, cùm habeant proprium, vt patet ex eorum statutis, & tradit Abb. *vbi suprà sub dicto num.* 11. Item deficit votum obedientiæ, quæ cùm promittitur restricta ad certos casus, non prodest ad hoc, vt quis dicatur Regularis, nisi talis profiteatur obedientia, quæ sit monachalis, hoc est, vt per eam omni suæ voluntati renunciatum, & omnia commissa voluntati superioris censeantur, *cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. Innocent. & Hostien. *in cap. consulit. qui clerici vel vouent.* Adeò quòd non sufficit, quòd simpliciter promittatur, cùm etiam canonici seculares illam promittant, *cap.* 3. *& cap. his, quæ de maioritate, & obedientia*, sed debet exprimi, quòd sit monachalis, Archidiac. *in cap. vt lex, num.* 3. 27. *quæst.* 1. Cardin. *in clement. prima, in secunda quæst. de relig. domibus*, Cardin. *in cons. vltim. de regul.* vnde tantò minus debet sufficere in istis militibus, quorum promissio est restricta iuxta statuta, & ordinationes militis, & per vsum matrimonialem seruari non potest, vt dicit Abb. *in d. cap.* 2. *de foro competenti, sub num.* 11. &c.

Seraphinus Oliuarius Rezalius Rotæ Decanus.
Hieronymus Pamphilius Rotæ Auditor.
Pompeius Arigonius Rotæ Auditor.

R. P. D. MARQVEMONTIO, deinde S.R.E. Cardinali.

Romana officii scriptoriæ.

Veneris 5. *Iunij* 1609.

ARGVMENTVM.

Officia empta in persona alterius, reseruata dispositione ad fauorem ementis, an & quando veniant in generali hæredis institutione facta per ementem.

SVMMARIVM.

Officium emptum in personam alterius, reseruata libera dispositione ementi, venit in generali hæredum institutione, num. 1.

Distingue. Nam decretum reseruationis dispositionis in officijs quæ emuntur, in persona alterius duobus modis apponitur. Primus modus est quando, apponitur decretum simpliciter quod libera dispositio spectet ad soluentem pretium, & tunc ex generali hæredum institutione censetur dispositum de officio, num. 2. *& num.* 4. *traditur ratio.*

Secundus modus est, quando apponitur decretum quòd soluenti pretium sit reseruata libera dispositio officij, non tamen simpliciter, & absolutè, sed cum conditione, & modo, quod non facta dispositione officium remaneat illi in cuius persona fuit emptum, & tunc per generalem hæredis institutionem non censetur dispositum de officio, num. 3. *& n.* 4. *traditur ratio.*

Præiudicium quod oritur ex spe probabili, est considerabile, num. 4.

Successio ab intestato capit omne id quod erat in bonis defuncti, ibid.

Institutio hæredis vniuersalis non capit ea quæ ad alium spectant, casu quo de illis specialiter non disponitur, num. 5. *& 6. vbi etiam in emphyteusi.*

Grauatus habens facultatem alienandi fideicommissum tempore alienationis dicitur habere dominium fideicommissi, num. 6.

Dispositio expressa probatur per verba generalia, num. 7. *Vbi id non firmatur, & declara vt ibid.*

Voluntas testatoris quæ non transiuit in dispositionem, non attenditur, num 8.

Testator censetur noluisse id quod non expressit, num. 9.

Voluntas posterior est potior, ibid.

Testatoris voluntas vbi verba sunt dubia recipit interpretationem ex dictis ante testamentum, num. 10.

DECISIO CCXXIX.

HIeronymus Gallus emit de suis proprijs pecunijs officium scriptoriæ super periculo vitæ Domini Matthæi Honesti, cum decreto quòd Matthæus dictum officium vendere, resignare, alienare, ac fructus, & emolumenta quæcumque exigere, aut se in eo, siue ei quouis modo intromittere, ipso Hieronymo non consentiente, nullatenus possit, sed dictus Hieronymus illud quandocumque sibi placuerit vendere, & resignare, alienare, & de eo disponere, ac fructus, & emolumenta quæcumque exigere, & in suos vsum, & vtilitatem conuertere posset: ita tamen vt si ipsum Hieronymum aliter de dicto officio non disponentem præmori contigerit, officium prædictum dicto Matthæo liberum remaneret. Decessit Hieronymus condito testamento, & scriptis hæredibus in omnibus suis bonis, iuribus, & actionibus, nulla tamen facta particulari dispositione de supradicto officio; hinc orta lite inter hæredes Hieronymi & Matthæum, A. C. pronunciauit officium debuisse, & debere remanere liberum Matthæo. Ab hac sententia cùm hæredes appellauissent, causa in Rota commissa fuit post plures propositiones, & re multum discussa Domini censuerunt sententiam esse confirmandam. Intentio quippe Matthæi fundata est in verbis decreti, quòd si Hieronymus de officio aliàs non disponens præmortuus sit, prædictum officium Matthæo liberum remanere debeat.

Nec facit, quòd per institutionem hæredum vniuersalium videatur Hieronymus disposuisse, *l. si quis prioris, §. certum, & §. illud, C. de secund. nupt.* not. Doct. *in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. in l. peto, §. fratre, ff. de leg.* 2. fuit dictum in causa Romana scriptoriæ 23. Maij coram fe. rec. Clemente Octauo tunc Rotæ iudice. 1

Etenim respondebant Domini strictè ad casum de quo agitur, decretum apponi duobus modis, in resignationibus & venditionibus officiorum, quando vni datur titulus officij empti ex aliena pecunia. Primus modus est, quando apponitur decretum simpliciter, quòd libera dispositio spectet ad soluentem pretium, tunc enim etiam ex generali dispositione effectuatur illa libera facultas disponendi de officio, quod per consequens transit ad vniuersalem successionem, & hic est casus prædictæ decisionis coram Clemente Octauo, & aliarum quæ allegabantur per informantes pro hæredibus. 2

Alio modo, & hic est casus noster, interponitur decretum quando soluenti pretium conceditur dispositio libera, non tamen simpliciter & absolutè, sed cum conditione & modo, quòd non facta dispositione officium remaneat illi, cuius nomine de alienis pecunijs emptum est, tunc per insti- 3

institutionem, & generalem dispositionem non censetur dispositum de officio, vt distinguendo dixit Rota in causa Romana vineæ de Pallude 2. Iunii 1589. & in Romana legitimæ 29. Nouembris 1599. coram Reueren. Patre D. Iusto.

4 Eaque distinctio ratione nititur, quia in primo casu, cùm non agatur de præiudicio alicuius, interpretatio quomodolibet larga fieri potest ad fauorem disponentis; in secundo verò casu capienda est strictè dispositio, quia agitur de præiudicio eius, cui officium est remansurum, si aliàs de illo dispositum non sit, quod præiudicium cùm oriatur ex spe probabili, est considerabile, Surd. *cons.* 267. *num.* 22. Sarnen. *de iur. quæsit. non tollen. quæst.* 4. *num.* 14. Item si in primo casu facultas non veniret in generali institutione, sequeretur quòd illam facultatem habens non fuisset ea vsus, quæ prætermissio, seu negligentia non præsumitur, ad *l. cùm indebito, de probat.* Id autem non contingit in secundo casu, quia etiamsi officium non veniat in generali institutione, non deficit tamen specialis de illo dispositio. Et quidem aliàs decretum supradictum nihil operaretur, vt benè quasi in terminis aduertit Siluan. *cons.* 14. *num.* 4. Ratio est, quia si officium comprehenderetur in generali institutione, veniret etiam ad succedentes ab intestato, quia viuente Matthæo, officium erat permansurum in bonis, & in hæreditate Hieronymi, Alex. *cons.* 332. *lib.* 5. Dec. *cons.* 143. *num.* 17. *& seq.* Illust. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 14. Franc. *decis.* 45. latè Surd. *cons.* 572. *num.* 30. Ideòque dicendum esset officium remansurum Matthæo in casu dumtaxat, quòd Hieronymus declarasset nolle de illo disponere, id autem non solùm nimis restringit verba decreti, sed etiam est illis directè contrarium, quia ex illis verbis, si Hieronymus aliàs de dicto officio non disponens, præmori contingat, officium liberum remaneat Matthæo, apparet Matthæo concessum officium sub conditione, si Hieronymus non disposuerit, ideòque Matthæum semper aliquod ius habuisse, non quidem liberum, sed implicitum, ita vt posset adimi, & censeretur adeptum sub contraria conditione, si Hieronymus disposuisset, & sic non requirebatur dispositio, seu factum, & declaratio Hieronymi, vt Matthæus haberet officium, sed è contrario necessarium erat eiusdem Hieronymi factum, & necessaria eius dispositio, vt Matthæus non haberet.

5 Supposito autem quòd ad effectum vt Matthæo non remaneret liberum officium, fuerit necessaria specialis dispositio Hieronymi, sequitur non obstare Matthæo institutionem hæredis à Hieronymo factam: quia in hæredis institutione regulariter non venit res quæ ad alium spectat, casu quo de illa specialiter non disponitur, Corn. *cons.* 165. *num.* 21. *lib.* 2. Aret. *cons.* 34. *n.* 10. Aym. *cons.* 19. *n.* 13. Couar. *in rubr. de testam. part.* 3. *n.* 19.

6 Non obstat, quòd dicitur decisiones in quibus datur prædicta distinctio, & Doctores in decisionibus allegatis loqui in bonis emphyteoticis, in quibus dominium est resolubile, & per mortem desiturum, quia fuit responsum sufficere ad effectum de quo agitur, quòd testator habeat dominium illius rei, licet resolubile, cùm facultate tamen disponendi, vt per Gabr. *cons.* 148. *num.* 5. *&* 8. *lib.* 1. satis enim est, quòd non dicatur disponere de re aliena, & quòd tempore dispositionis esset sua, vt de grauato facultatem alienandi fideicommissum, tradit Marcobrun. *cons.* 81. *n.* 21. *& seqq.* Deinde licet ibi emphyteota haberet dominium rei emphyteoticæ resolubile, habet tamen facultatem nominandi liberam, & non resolubilem, licet hic etiam dominium officij fuerit resolubile, non facta dispositione, quia ita voluit Papa, qui concessit, & Hieronymus qui emit: vnde etiam cessat quod dicitur in emphyteusi, pactum prouenire à prouidentia concedentis, quod noluit aliàs concedere, siquidem, & in emphyteusi concurrit voluntas accipientis, non minus quam concedentis, & in hoc casu Matthæus etiam quodammodo capit ex pacto, & prouidentia, videlicet ex concessione Papæ, & ex voluntate Hieronymi in casu non factæ prouisionis, quæ omnia dicta sint ex abundanti, quandoquidem discrimen illud bonorum emphyteoticorum, & allodialium non fuit consideratum in decisionibus, sed solummodo, an facultas nominandi esset simplex, vel cum additione, quòd nominatione non facta bona ad aliquem pertinerent.

7 Non obstat doctr. Salic. *in l. filia, C. famil. ercisc. n.* 2. vbi quòd per verba generalia probatur expressa dispositio: nam omissis alijs fuit responsum id procedere ex speciali ratione æquitatis seruandæ inter filios, vti dicit ibi Bald. qui etiam subdit aliam rationem, quod re creditur à voluntate præsumpta, & à iure speciali: ex qua ratione sequitur prædictam doctrinam non habere locum in casu isto, in quo donatio non est præsumpta, sed expressa in casu non dispositionis, & non venit in iure speciali, & quod plus est, si benè aduertatur Bald. ibi tenet contra Salicet. quia argumenta in contrarium proposita non soluit, ideòque videtur in secunda opinione residere.

Non obstant testes examinati ad probandam voluntatem testatoris, quia ista voluntas, quæ non transierit in dispositionem, non est attendenda, *l. quidam cum filium*, & ibi not. *ff. de hæred. instit.* Castr. *cons.* 160. *num.* 2. *lib.* 2. Quòd autem non transiuerit in dispositionem patet, quia ex prædictis requirebatur specialis prouisio, quę non adest, imò, sicut infrà dicetur, testator dicebat Matthæum esse sibi debitorem in pretio officij, sequitur quòd sentiebat officium spectare ad Matthæum, & per consequens, quòd ille disponere non cogitauit in vniuersa institutione. 8

Præterea illi testes nihil probant: Noratius nempè, qui dicit Hieronymum dixisse suæ voluntatis esse, quòd Matthæus sibi restitueret pretium officij, est vnus: illa autem mulier, quæ deponit quòd testator dixit, Matthæum esse sibi debitorem, & potuisse Hieronymum de illo credito disponere, sed non addit illa testis, quòd testator declarauerit se velle de illo credito disponere, & in effectu non disposuit.

Vltra quod est aduertendum Hieronymum testatorem prædicta dixisse ad liberandum se à molestijs quæ sibi inferebantur, vt Matthæo aliquid relinqueret, ad tradita per Honded. *cons.* 84. *num.* 9. & non censetur determinatè voluisse, quòd Matthæus illud pretium solueret, cùm id in testamento non expresserit, ad tradita per Bart. *in l. cum proponebatur n.* 2. *de leg.* 2. tantò magis attenta voluntate præcedentiæ, de qua deponunt testes examinati pro Matthæo, licet enim voluntas posterior si potior, *l. si quis eum, in princ. ff. de vulg. & pupill. l. per fideiussorem, ff. de cond. & demonstr. l. clare, C. de fideicom.* tamen in dubio præsumitur præseruantia, & non mutatio voluntatis, *cap. maiores, in fin. de baptis. c. licet, de procur. lib.* 6. 9

Nec facit, quòd voluntas testatoris recipiat interpretationem ex dictis ante testamentum: quia id procederet si verba essent dubia: hic autem verba non sunt dubia, cùm habeant à iure certam interpellationem, vt non comprehendant bona, quæ ad alium spectabant in euentum factę dispositionis. Nec sufficit, quòd verba institutionis essent apta comprehendere istum casum; negatur enim talis aptitudo, cùm non sufficiant verba vtcumque generalia, sed requiratur specialis dispositio. 10

Et ita fuit conclusum, &c.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Toletana Capellæ.

Veneris 5. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Puritas sanguinis à iure præsumitur, & qui impuritatem allegat, illam probare debet, non obstante statuto de quo in decisione.

SVMMARIVM.

Proœmium statutorum denotat causam finalem, n. 2.
Habilis, & idoneus ad beneficia quisque præsumitur de iure communi, ibid.
Qualitas à statuto requisita ad inclusionem, seu exclusionem illius, debet probari ab eo, qui se fundat in ea, ibid.
Contrarium est eadem disciplina, ibid. in fine.
Verba interpretanda sunt eo modo, quo dispositio reddatur rationabilior, n. 3. *in fin.*
Absolutus ex hactenus deductis potest iterum molestare ex nouis superuenientibus probationibus; secus si fuerit absolutus tanquam innocens, n. 4.
Argumentum à communiter accidentibus validum est in iure, num. 5.
Negatiua censetur probata per testes, dicentes se non vidisse, vel nescire ea, quæ si fuissent verisimiliter vidisset, vel non ignorasset, ibid. in fin.

Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, num.6.

Statuentium principalis intentio attenditur potius quàm verba, num.8.

Verba executiua non ampliant dispositionem, n.9. in fin.

Verba dubia, & ambigua statuti recipiunt interpretationem à verisimili statuentium mente, ibid. in fin.

DECISIO CCXXX.

1 FVit resolutum sententiam totalem esse confirmandam, quia nullitates non opponebantur, & iustitia videbatur clara, stante quòd nihil fuit deductum ad probandam impuritatem sanguinis Ioseph, quod non videretur plenè sublatum per decisionem in hac causa factam die 19. Ianuarij proximi, coram R. P. D. meo Marquemont. Quo verò ad intellectum statuti, super quo denuò insistebant informantes pro R. Capitulo, placuerunt Dominis decisiones sæpiùs in hac materia factæ, in quibus fuit dictum sufficere, quòd ex informatione capta per Commissarium deputatum à R. Capitulo non constet de impuritate, nec esse necessarium, quòd positiuè constet de puritate, & descendentia ab antiquis Christianis.

2 Considerabant enim Domini, quòd huiusmodi statuta non emanarunt ad includendos descendentes ab antiquis Christianis, sed ad excludendos descendentes à nouis, siue pœnitentiatis, quod patet tam ex eo, quòd descendentes ab antiquis Christianis, pro eorum admissione non indigebant huiusmodi statutis, & per prius passim admittebantur, quàm ex ipsomet proœmio statutorum, ex quo colligitur causa finalis, *l. fin. cum sua materia, ff. de hered. instit.* ibi, *dum eorum cœtui aliqui, quorum genitores Christianæ religionis tramites nefarie sunt transgressi, se temere aggregare curant, varia scandala, &c. oriri intuemur, ne similia sequantur, non modo in eos iuris rigorem seruare, verum seuerius secum agere dignum ducit, atque propterea statuta,* &c. Ex istis inferebatur, quòd ex quo statutum emanauit solùm ad excludendum, & prohibendum certum genus personarum ab ingressu Ecclesiæ Toletanæ, qui dicit prouisos esse, de illis debet probare, quia aliàs fundata est intentio prouisorum, in eo quòd sunt habiles de iure communi, tex. *in l. ab ea parte*, vbi plenè scriben. *ff. de probation.* & sicut qui adducit statutum pro sui inclusione, debet probare se esse de illis qualificatis, quos voluit includere statutum, ex latissimè cumulatis per Tiraq. *de retract. lignag.* §.8. *gloss.7. n.1.* pari ratione videtur, quòd qui dat de statuto, pro exclusione debeat probare, quòd ille quem vult excludere, habeat qualitatem quam voluit excludere statutum, vt contrariorum eadem sit disciplina, iux. not. *in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. etsi contra, ff. de vulg. & pup.* & in proposito dicit Corn. *cons.199. nu.65. vol.2.* quod qui se fundat in iure nouo, & correctorio, probare debet quòd concurrant requisita in illo iure nouo, & correctorio.

3 Confirmari videbatur iste intellectus, ex quo, quia si statutum voluisset admittendos facere, constare de puritate eorum ascendentium omnis ratio, & æquitas suadebat, vt illis relinqueretur facultas inducendi suos testes, & faciendi alia, quæ de iure competunt ijs, qui probare tenentur: non autem iniunaisset, prout fecit, onus deputato a Capitulo assumendi informationem cùm facultate examinandi testes sibi benè visos, & absque vlla participatione prouisi, non sine periculo, vel propter negligentiam, vel propter ignorantiam, quæ in factis alienis præsumitur præiudicandi prouisis, non solùm quoad ius quæsitum ex eorum prouisionibus, verùm etiam quoad perpetuam eorum, & familiarum ignominiam, quæ alias ob huiusmodi non admissionem incurritur: bona autem est illa interpretatio, per quam dispositio redditur rationabilior, tex. est in terminis edicti prætorij, *in l. Saluius Aristo*, & ibi not. passim scriben. *ff. de leg. præstan.* Bald. *in l. conuenticulam, n.4. vers. item est argumentum, C. de Episc. & Cler.*

4 Tertiò, idem intellectus suaderi videbatur ex alia parte statuti, vbi dicitur, quòd si admissi per nouam informationem reperti fuissent descendere ab infectis, statim ab eadem Ecclesia repellerentur; si enim statutum requireret positiuam probationem puritatis, ratio iuris expostulabat, quòd illa semel facta, & admisso prouiso tamquam puro non daretur noua inquisitio, prout in absoluto tamquam innocenti, vel tamquam non probato nocenti, quòd primo casu non possit repeti inquisitio, secundò verò sic distinguit Felin. post Bar. *in c. aduerso, n.4. vers. idem Bar. de except.* Ias. *in l. Iulianus, n.21. ff. de condict. indeb.* Clar. qui de commun. *in prax. crim. qu.57. in princ.* & allegant bonam rationem, quæ ea est, quòd primo casu est venire contra decisa, quod in iure non admittitur; secundò verò casu non est venire contra decisa.

5 Quartò, quatenus statutum exquireret probationem antiquæ Christianitatis, illa etiam saltem præsumptiuo, & ducto argumento à communiter accidentibus, quod in iure est validissimum, *l. ideò quia, ff. de legib.*, *l. singulis, ff. de except. rei iud.* Abb. *in c.2. n.4. de Cler. non resid.* glos. & Doct. *in l. neque natales, C. de probat.* resultare videbatur, si factis apud conciues, & vicinos diligentijs nihil impuri repertum fuit, quia est plusquam verisimile, quòd in illis partibus, vbi ista materia diligenter obseruatur, si adfuisset impuritas, conciues, & ordinarij de illa habuissent notitiam, prout videmus in teste, qui probat negatiuam, si dicatur nescire, vel non vidisse ea, quæ si fuissent, verisimiliter vidisset, vel non ignorasset, Aret. *in c. tertio loco, vers. sed ad primam*, & Felin. *ibi nu.5. de prob.* Paris. *cons.162. n.14. lib.1.* Boss. *in tit. de defens. reor. n.16.*

6 Ex prædictis tutis conclusionibus, à quibus statuta recipiunt interpretationem passiuam, iux. not. *in l. si serui. C. de noxal.* Paris. *cons.167. n.16. vol.4.* Rol. *cons.72. n.34. in fin. lib.3.* Cur. iun. qui de communi testatur, *cons.7. nu.8.* non solum videbatur confirmatus intellectus statuti sæpè approbatus à Rota, verùm etiam videbantur sublata pleraque ex illis, quæ in contrarium adduci solent. Et primò, quòd qui se fundat in qualitate statuti, debeat illam probare, & qui vult admitti tamquam talis, debet docere se talem cum similibus, quia vt suprà dictum est, conclusio retorquetur, cùm prouisi non se fundent in qualitate statuti. Sed RR. Capitulares, qui in vim statuti negant tradere possessionem.

7 Item cessat aliud, quòd licet essentialiter non debetur medium inter puritatem, & impuritatem, benè datur secundùm probationem, & inde non tenere consequentiam, non est probatus impurus; ergo est probatus purus, iux. tradita *in l. circa, de prob.* quia vt suprà dictum est, sufficit prouisis quòd non probetur impuritas, & quatenus esset necessaria probatio puritatis, illa saltem præsumptione, & ducto argumento à communiter accidentibus, resultat ex eo quòd facta generali inquisitione apud ciues, & notos, & super re, de qua verisimiliter habuissent notitiam, si adfuisset, illa non est reperta, & in istis terminis generalis inquisitionis non loquitur, *l. circa*, cùm sua materia, sed in priuatis probationibus; quæ contingunt inter actorem, & reum.

8 Item corruit ponderatio verborum ibi, *non nisi descendentes ex antiquis Christianis, &c. admittantur*, quasi quòd cum statutum loquatur per affirmatiuam, quæ resultat ex illis duabus negatiuis, non nisi, sit necessaria affirmatiua probatio, quia vis, & efficacia statuti non consistit in affirmatiua admissionis antiquorum Christianorum, cùm isti non indigeant statuto pro eorum admissione, sed vt taxatiua, siue negatiua, quæ resultat ex illa dictione *nisi*, quæ venit probanda per volentem excludere, per supradicta. Vltra quòd affirmatiua probatio adest retento quarto fundamento, de quo supra, & quicquid sonent verba, attenditur natura statuti, & principalis intentio statuentium, Roman. qui multis exornat, *cons.509. n.1. & seq.* & in terminis istius dictionis *nisi*, Bald. *in l. actione, n.2. C. de transf.*

9 Item non obstare videntur alia verba statuti, ibi, *donec informatio prædicta videretur, & extra constaret de qualitate sic admittendorum Clericorum, ipsi Clerici in dicta Ecclesia nullatenus admitterentur*, &c. quia verba ista non important nouam dispositionem circa ea quæ debent contineri in informatione, sed modum, & formam procedendi post perfectam informationem, ne scilicet daretur ingressus prouisis, & postea fieret, vel inspiceretur informatio, & proinde cùm sint verba executiua, non ampliant, *Clement. 1. in fin. de preb.* Dec. *cons.12. circa fin.* Caputaq. *decis.83. propè fin. par.1.* & cùm negari minimè possit, quin sint dubia, & ambigua, recipiunt interpretationem à natura statuti, & verisimili mente disponentium, & alijs regulis, de quibus suprà.

10 Quantum ad prætensam obseruantiam interpretatiuam testes illam concludere non videbantur cum suis requisitis, sed quod magis mouebat Dominos, erat, quia ex pluribus de-

decisionibus in hac materia factis apparebat de contraria obseruantia, & ita vtraque parte informante fuit conclusum.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Maceraten. expensarum.

Lunæ 15. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Acceptatio sententiæ, seu alterius actus, non præsumitur nisi probetur, & plenè quando agitur non de captando lucrum; sed de euitando damnum, nec infertur ex verbis enunciatiuis, & alijs, nisi per necesse acceptationem importent.

SVMMARIVM.

Actus acceptatio est quid facti, & non præsumitur nisi probetur, & quidem plenè, quando non agitur ad lucrum captandum, sed ad damnum vitandum, n. 1.
Acceptatio ex verbis non infertur, nisi verba pernecesse acceptationem importent, ibid. in fin.
Verba enunciatiua non disponunt, num. 2.
Actus acceptatio non inducitur per verba enunciatiua, ibid.
Promittens liberare à molestijs, tenetur etiam quòd molestia sint de facto, ibid. in fine.
Producens non censetur approbare contenta in productis, quando fuit facta ad alium finem, & præsertim in diuerso iudicio, num. 3.
Exigens vigore sententiæ, censetur illam approbare, declara vt num. 4.

DECISIO CCXXXI.

1 FVit dictum Asdrubalem non approbasse sententiam contra se latam, ita vt modò prohibeatur dare de illius nullitate, præmittendo quòd acceptatio est quid facti, quod non præsumitur, vnde debet per illum qui hoc allegat probari, *l. assecuratio, C. de non numerat. pecun. l. prima, C. de probat. c. cùm in iure, de offic. delegat.* cum alijs per Dec. *in l. quatenus, num. 3. ff. de reg. iur.* Et quidem plenè, cùm acceptatio non deducatur ad effectum lucri acceptantis, sed in illius damnum, quod nullo modo præsumitur voluisse facere, *ad l. cum de indebito, de prob.* Vnde concluditur, quòd ex quibusuis verbis, sine actibus Asdrubalis, non debet inferri ad prædictam acceptationem, nisi si, & quatenus verba, vel actus acceptationem pernecesse importent, Bart. *in l. prima, §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu.* Dec. *cons. 72. n. 5. & 452. num. 24.* Dec. *cons. 54. n. 65. lib. 2.* Bec. *cons. 106. n. 46.* Surd. *dec. 167. num. 4. & 5.*

2 Non importare igitur talem acceptationem, fuit dictum, verba enunciatiua huius sententiæ, de quibus in mandato procuræ facto per Asdrubalem in personas Guidi, & Alexandri, quia verba enunciatiua non disponunt, Angel. *in l. iurisgentium, §. quod ferè, in fine, ff. de pact.* Alex. *cons. 21. n. 4. lib. 1.* Dec. *cons. 359. n. 6.* Ruin. *cons. 167. n. 25. lib. 1.* Decian. *cons. 120. n. 19. lib. 3.* sicut nec minus ipsum mandatum, quia non fuit datum ad effectum approbandi sententiam, sed ad effectum exigendi ab Attilio, & Hieronymo de Cremesinis, propter molestias ipsi mandanti, per d. sententiam illatas, quæ etiam si fuissent de facto sufficiebant, vt molestatus posset obtinere, Socin. iun. *cons. 113. n. 35. cum duob. seqq. lib. 1.* Soccin. sen. *cons. 70. in princ. lib. 3.* Bart. *in l. Lucius, §. tres hæredes, n. 1. ff. ad Senatusconf. Trebell.* Alex. *cons. 52. n. 2. lib. 2.*

3 Et eodem modo respondetur ad productionem factam per Asdrubalem de eadem sententia contra Attilium Cremesinum, nempè quòd non fuit ad effectum illam approbandi, sed vt liberaretur à molestijs, siue de iure, siue de facto à Iulia sibi illatis, vnde succedit conclusio, quòd productio facta ad vnum finem, non nocet ad alium, de quo per Gulielm. de Cun. *in l. 2. C. de instit. & substit.* Flor. de Sanct. Petr. *in l. qui familia, ff. famil. hercis.* Soccin. sen. *cons. 244. n. 11. in fin. lib. 2.* Cephal. *cons. 236. n. 21.* Surd. *cons. 252. n. 17. & decis. 267. n. 4.* & multò minus in diuerso iudicio prout erat illud Socin. sen. *cons. 122. n. 8. lib. 4.* Cephal. *cons. 377. n. 73.* Achill. *decis. 2. de confess.*

4 Ex prædictis cessat etiam aliud, quòd Asdrubal vigore istius sententiæ exegerit à Cremesino, & quòd exigens vigore sententiæ illam censeatur approbare, ex Soc. sen. *cons. 220. n. 10. vers. quartum, & vltimum, lib. 2.* Crau. *cons. 237. n. 2.* cum alijs allegat. quia Asdrubal non exegit à Cremesino in exequutionem dictæ sententiæ, etenim in illa minimè fuit condemnatus Cremesinus, sed exegit propter obligationem Cremesini in casu, quo Ipse Asdrubal fuisset molestatus. Vlterius fuit ponderata protestatio Asdrubalis in schedula depositata pro solutione scutorum 500. iuxta tenorem sententiæ, in qua protestatione fuit dictum, quòd depositum fiebat metu mandati ad effugiendas vlteriores expensas, & animo repetendi, & sine præiudicio quorumcunque iurium, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ex quibus apparet, Asdrubalem nil minus nunquam cogitasse, quàm approbare prædictam sententiam.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Camerinen. spolij.

Lunæ 15. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Possessionis causam sibi mutasse censetur ex superueniente titulo magis proficuo, etiam absque alia declaratione, n. 1. & 2. vbi declaratur hæc conclusio.
Clausula constituti, *operatur, vt constituens constitutario se opponere non possit, num. 2.*
Spolium cessat, vbi quis fuit immissus authore prætore, ibid. in fin.
Subhastatio facta pecunia non præsente valet stante consensu creditoris in actu deliberationis, n. 4.
Pecuniæ *verbum latissimum est, ibid.*
Debitor, cuius bona subhastantur, debet à suo creditore liberari in actu deliberationis bonorum, n. 5.

DECISIO CCXXXII.

VIsum fuit non constare de spolio, quia non probatur primum extremum, hoc est, possessio filiorum Archangeli; licet enim testes dicant quòd bona, de quibus agitur, possidebantur à dictis filij vna cùm eorum matre: attamen cùm ista bona fuissent expressè hypothecata Eusebiæ vxori Archangeli, cum clausula *constituti*, potuit Eusebia sequuta morte viri retinere bona, mutando sibi causam possessionis, etiam absque declaratione, Soc. sen. *cons. 131. n. 3. & 4. lib. 1.* Dec. *cons. 400. nu. 4. cum pluribus seqq.* Rota in Maceraten. hæreditatis 11. Maij 1587. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio in Vrbeuetana bonorum 8. Nouembris 1593. coram Illustrissimo Mantica, in Asculana domus 11. Iunij 1602. coram R. P. D. meo Coccino, & in Narnien. hæred. 13. Maij 1607. coram R. P. D. meo Lancellotio, & Rota indistinctè sequitur hanc opinionem, quòd sine alia declaratione quis censetur mutasse sibi causam possessionis, & possedisse ex titulo sibi magis proficuo, Achill. *decis. 4. de caus. possess. & propriet.* Crescent. *decis. 5. n. 3. de restit. spol.* & fuit dictum in dictis Narnien. & Asculana. 1

Ex quibus patet decisionem in causa Romana hæreditatis de Beuilacqua 13. Maij 1591. coram Orano, quæ allegatur, non esse tutam in primo fundamento, & fuisse captam ex secundo motiuo, de quo in dicta decisione, nempè quando hæredes præuenerunt in capienda possessione, quæ præuentio non probatur in hoc casu, nec si probaretur, releuaret stante clausula *constituti*, quæ sicut operatur, quòd constituens non possit se opponere constitutario, Ang. *in l. quædam mulier, n. 2. vers. item attende, ff. de rei vend.* Soc. sen. *cons. 106. n. 2. vers. conuenit etiam, lib. 3.* Grat. *cons. 429. n. 12. lib. 2.* Eadem ratione videtur, quòd operetur contra illius hæredes, ad *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* & tenet in specie Anchar. *quæst. 23. per totam,* vbi plura ad propositum, Cessare etiam videbatur spolium, quia Baptista, & Ioannes Marius fuerunt immissi, auctore Prætore, quo casu cessat spolium, ex not. *in l. iusto possidet, ff. de acquir. poss.* 2

Et nullitates alias deductæ benè videbantur sublatæ per informantes pro dictis Baptista, & Mario. Prima est, quòd fuerit processum contra minores, non dato illis curatore, 3

cessa-

cessare videbatur, quia cùm fuerint acta illius instantiæ deperdita, non potest ex illorum reuolutione probari ista negatiua, & nihilominus datur conueniens sumus ea fide deputationis illius, & ex multis actis factis ab illo, & cum illo. Secunda nullitas, quod subhastatio fuerit facta pro maiori summa, tollitur, quia licet creditum principale non esset nisi scutorum 537. & deliberatio fuerit pro scutis 552. tamen illud plus fuit pro expensis mandati exequutiui, quæ fuerunt solutæ Gundulæ.

4 Tertia nullitas, quòd subhastatio non fuerit facta præsente pecunia, cessat stante consensu creditoris in actu deliberationis, vt fuit decisum in Perusina dotis prima Iulij 1608. coram R. P. D. meo Decano, licet enim text. *in l. à D. Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud.* requirat præsentem pecuniam: attamen cùm verbum *pecunia* sit latissimum, *l. pecunia appellat.* 4. vbi glos. *& l. pecunia verbum* 176. *& l. pecunia nomine* 222. *ff. de verb. signif.* comprehendi videtur omnis modus, per quem ille, cuius bona subhastantur, præsentaneè liberatur à suo creditore, ad not. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re indic.* & admisit Rota in Romana vineæ 18. Maij 1601. coram R. P. D. meo Ludouisio.

5 Cæterùm, quia liberatio creditoris debet interuenire in ipso actu, vt denotant verba *d. l. à D. Pio*, ibi, *non sicut post tempus pecunia soluatur*, & fuit latiùs dictum in eadem Romana vineæ de mense Aprilis, & Maij 1601. coram R. P. D. meo Ludouisio, qoatenus ad hoc caput reducatur difficultas, & non sufficiat primum fundamentum, erit videndum an per modum tentum in hoc negotio, ille, cuius bona fuerunt subhastata, possit dici liberatus à suo creditore in actu deliberationis.

R. P. D. LANCELLOTTO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Comen. legati.

Luna 22. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Legatum quando extinguatur per solutionem illius factam viuente testatore, & quæ dicatur causa finalis legati, & maximè legati pij.

SVMMARIVM.

Legatarius pro consequendo legato, dicitur habere fundatam intentionem in testamento, num. 1.

Legatum dicitur purum, quando conditio est apposita præstationi, non autem substantia legati, ibid.

Legatum conditionale quando conditio est impleta in vita testatoris dicitur purum, ibid.

Legatum extinguitur per solutionem illius factam viuente testatore, si solutio fuit facta ex eadem causa, pro qua fuit factum legatum, seu eo animo, quem testator habebat legandi, secus aliàs, n. 2.

Legatum cessat solum cessante causa finali legati, secus si cesset impulsiua, n. 2. & 3.

Legati ad pias causas causa finalis est salus, siue commodum animæ testatoris, n. 3.

Legati causa finalis non est ea quæ respicit commodum legatarij, ibid.

Legati pij causa finalis est amor Dei, & salus animæ; aliæ verò sunt impulsiuæ, n. 4.

Legati causa finalis non censetur onus quod ei non æquiualet, ibid.

Legati causa finalis illa dicitur, quæ est obligatoria, & cohæret legato, ibid.

Testator non præsumitur, quòd voluerit legatum diminui per solutionem factam in vita, quando habuit facultatem mutandi testamentum, & illud non mutauit, n. 5.

In legatis pijs per relictum vnius quantitatis non currit causa relicti alterius, ibid.

Legatum non præsumitur compensatum quando plura concurrunt, de quibus, ibid.

Testes debent deponere de eo quod in facto consistit, non autem iudicare, n. 6.

Voluntas testatoris nihil operatur, nisi transiuerit in dispositionem, num. 7.

DECISIO CCXXXIII.

1 CVm die 25. Maij præteriti ageretur de remissoria pro parte Ducis Alberti petita, ordinatum fuit, quòd de nouo disputaretur dubium, cùm præsupposito, quòd articuli essent verificati. Vnde proposita causa, & illis præsuppositis probatis, Domini adhuc steterunt in decisis sub die 26. Ianuarij præteriti, quòd legatum debeatur hospitali habenti intentionem suam fundatam in testamento bon. mem. Cardinalis Comen. qui ei legauit simpliciter scuta viginta millia ad vtilitatem pauperum inuestienda, *§. disponat, auth. de nupt.* cui legato non obstat, quòd inferius in eodem testamento post plura capitula, & diuersas dispositiones idem Cardinalis dixerit. Item declaro, quòd hospitale non possit aliquid de supradicto legato petere, nisi prius renunciauerit omnibus prætensionibus, quæ posset habere in æternum super mea hæreditate causa donationis, quam feci Ptolomæo, quia hęc declaratio continens hanc conditionem, siue modum, aut onus, & grauamen renunciandi, fuit adiecta exequutioni, & petitioni legati, siue præstationi, non autem substantiæ illius, ita vt legatum non potuisset peti ante dictam renunciationem, & adimplementum huius conditionis suspensiuæ petitionis, Bal. *cons.* 285. *aliàs* 286. *n. 4. lib. 3.* vbi quòd quando conditio est apposita præstationi, & non substantiæ legati, legatum est purum, & fuit dictum in vna Romana alimentorum 23. Aprilis 1572. coram bon. me. Cardinali Lancellotto, quæ habetur inter impressas, *decis.* 203. *n. 2. & 3. & 4. part. 2.* Boer. *decis. 38. n. 28. & 29.* Surd. *cons.* 268. *n. 55. & 61.* Vnde fit, quòd cùm fuerit remotum huiusmodi impedimentum, quia hospitale renunciauit in vita Cardinalis, legatum tanquam purum debeatur, quia ampliùs petitio non est suspensa, iuxta cons. Bald. in alia decisione allegatum 478. *num. 2. vers. præterea aduertendum, lib. 1.* & benè in istis terminis Aret. *cons. 93. n. 10. vers. sed in his non obstantibus*, & faciunt deducta per Angel. *cons.* 392. *n. 4.* Castr. *cons. 125. col. 2. vers. ita rite videtur*, Socin. *cons. 92. n. 8. vers. confirmatur, lib. 1.* Rum. *cons. 65. num. 12. vol. 2.* Aym. *cons. 101. n. 1. vers. sed præmissis*, Surd. *cons. 57. n. 19. & seq.*

Non obstat, quòd Cardinalis pro obtinenda renunciatione, & sic pro eadem causa, pro qua factum fuit legatum, soluerit quinquaginta millia libras, ita vt videatur in vita satisfecisse legato, ac inde legatum remanserit extinctum, vel saltim pro rata librarum 50. mill. solutarum fuerit diminutum, *l. Lucius Titius, la prima, ff. de leg. 2. l. filia legatorum, C. de legat. l. 1. §. adeo, ff. de dot. præleg.* cum vtrobique notatis, cum alijs similibus, quia hæc benè procederent, si solutio librarum 50. mill. fuisset facta ea eadem causa, pro qua fuit factum legatum, seu eo animo, quo testator habebat legandi, & hinc Bald. *in d. l. huius, in 2. notabil.* notauit ex illo textu, quod testator potest præuenire hæredem in exequutione legati; secus verò quando causa legandi est diuersa à causa solutionis factæ in vita, quia tunc stante diuersitate causæ, non obstante aliqua satisfactione facta in vita, debetur integrum legatum, Bald. *in d. l. Lucius, & d. l. filia legatorum, n. 4.* & declarat Castr. *in d. l. Lucius, n. 4.* & fuit resolutum in causa Comen. legati 20. Februarij 1606. coram R. P. D. meo Ludouisio, & facit, quia renunciatio non fuit causa finalis legati vtique ea adempta, vel viuo testatore impleta, legatum nihilominus debetur, quia causa finali legati dumtaxat cessante cessat legatum: secus autem cessante impulsiua, *l. cùm tale, §. falsam, & l. demonstratio, §. quod autem, ff. de condit. & demonstr.* Franc. *in c. cum cessante, de appell.* Grammat. *decis. 59. n. 3.* Cephal. *cons 81. num. 8.* cum alijs per Tiraq. *cessan. cau. limit. 1. n. 1. & 2.* & benè per Bertran. *cons. 171. n. 8. in fin. vol. 2. part. 2.* 2

3 Quòd autem solutio librarum 50. mill. facta fuerit ex diuersa causa ab illa, propter quam fuit factum legatum, patet, quia lib. 50. mill. fuerunt solutæ pro eleemosyna, & causa obtinendæ renunciationis, vt constat ex ipso instrumento. At causa finalis legati non fuit causa obtinendi renunciationem, sed cùm legatum fuerit factum loco pio, nempè hospitali, & mandatum quòd pecuniæ in stabilibus inuestirentur ad beneficium perpetuum pauperum Christi, causa finalis fuit amor in pauperes, & salus, siue commodum animæ ipsius testatoris, vt in indiuiduo considerat Angel. de Perus. *cons. 124. n. 4. ante medium, vers. circa quod considero*; onus verò, vel conditio renunciandi, non fuit causa finalis legati, sed fuit conditio, siue modus appositus petitioni, qui licet inducat formam respectu petitionis, non tamen est causa finalis legati, cùm causa finalis legati sit salus animæ ipsius Cardinalis, qui voluit

pecu-

pecunias pro pauperibus Christi inuestiri, vt per Angel. vbi supra, quia hæc tanquam respiciens commodum ipsius testatoris dicitur finalis Illustriss. Mantica, qui Ang. & alios citat de coniectur. vltim. volunt. lib.6. tit.14. n.14. vers. & causa respiciens commodum, & meritò, quia nullum maius commodum testatoris potest considerari, quàm animæ propriæ remedium, & salus, & sic patet non applicari, quod dicitur causam finalem non esse, quæ respicit commodum legatarij, quia hoc legatum præcipuè respicit commodum legantis vti factum in piam causam, & pro anima ipsius, imò respicit religionem erga Deum, Bart. in repetitio, l.1. num.10. C. de sacros. Ecclesiis, quo fit, vt legatum debeatur etiamsi cessauerit conditio apposita petitioni, cùm adhuc remaneat causa finalis legandi, Bertrand. d. cons.171. cum alijs suprà allegatis, Illustr. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit.2. num.27. vers. sed considera.

4 Quod comprobatur ex eo, tum quia in legatis pijs semper causa finalis legati est amor Dei, & salus animæ, aliæ verò sunt impulsiuæ, Abb. in cap. verum, num. 2. vers. si autem modus, de condit. appos. Bart. in l. 2. §. Titio, num.1. & ibi Alex. in additione, incipiente, non præsumitur finalis, ff. de donat. Ruin. cons.137. n.10. lib.3. Tiraq. cessan. caus. limit. 1. n.57. Tum quia cùm Cardinalis nihil æstimaret renunciationem ab hospitali faciendam, stante reuocatione donationis ab ipso facta, vt patet ex eius litteris missiuis, & ex ipso instrumento renunciationis, in quibus asserit, quòd pro certo habet fuisse radicitus sublatum omne ius, quod hospitali ex donatione competere potuisset, ac si nunquam facta fuisset. Sequitur, quòd renunciatio facienda, quæ non æquiualebat legato, non poterat esse causa finalis legati, cuius non censetur causa finalis onus, quod ei non æquiualet, vt per Benintend. decis.98. num.7. ita vt nulla alia causa finalis remaneat legandi, nisi animæ remedium, tum denique quia illa dicitur causa finalis, quæ est obligatoria, & cohæret legato, Bart. in l. demonstratio, §. quid autem iuris, in 3. quæst. & ibi Castr. idem Castr. in l. si quis seruum, n.1. in fin. vers. nam non est verisimile, ff. de condit. & demonstr. idem Bart. in l.1. in fin. C. de falsa causa, Socin. cons.159. lib.2. Gramatic. decis. 59. num.3. Illustriss. Mantica lib.6. tit.14. num. 15. vers. notandum. Cùm autem, vt dictum est, Cardinalis pro certo haberet nullum ius competere hospitali, & propterea ad nihil ei dandum pro obtinenda renunciatione se obligatum crederet, renunciatio non potest dici causa obligatoria, neque legato cohærens, & per consequens non est finalis.

Quod benè colligitur ex ipsa serie facti, & subsecutis circumstantijs, nam legatum ab initio fuit factum hospitali purè, & liberè pro beneficio pauperum Christi absque alia causa, aut aliquo onere: licet autem ex interuallo, & post plures dispositiones, & post diuersa capitula Cardinalis cogitauerit de obtinenda renunciatione, & super ea per modum declarationis disposuerit; tamen hoc non deseruit pro causa finali legati per prius perfecti, & stabiliti, ac in esse deducti. Rursus cùm post factam ab hospitale renunciationem, & solutas à Cardinali libras 50. mill. idem Cardinalis administratoribus hospitalis per suas litteras significauit, quòd dictam, & maiorem eleemosynam iam pro hospitali stabiliuerat, eosque certificauerit, quòd ipsa eleemosyna ipso viuente, vel mortuo, non modicum factura erat argumentum, apparet Cardinalem voluisse integrum legatum deberi, illudque esse augmentum, de quo in suis litteris mentionem fecit.

5 Addito præterea, quòd cùm testator cum hoc testamento, & eadem voluntate per decem annos, & vltrà post solutas libras 50. mill. continuauerit, nec illud reuocauerit, aut aliquid respectu legati 20. mill. scutorum disposuerit, imò cùm in extremo suæ vitæ requisitus ab Illustr. Cardinali Saulio, vt testamentum conderet, responderit illud esse conditum, & locum, vbi reperiebatur, designauerit, satis apparet ipsum voluisse cum illa dispositione decedere, nec legatum hospitali factum in aliquo minuere, Castr. cons.214. n.2. in fin. & cons.148. vers. præterea, lib.2. cum allegatis per Illustriss. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit.1. num.12.

Quibus consideratis, & attento, quòd sumus in legato pio ad beneficium pauperum facto, quod est fauorabile, & latè interpretandum, quòdque legatum factum pro pauperibus Christi recipit duplicationem, & augmentum, quia illis possunt relinqui plures quantitates, nec per relictum vnius quantitatis, cessat causa relicti alterius, vt considerauit Rota in allegata causa Comen. legati coram R. P. D. meo Ludouisio, & inspecto amore, quo Cardinalis hospitale prosequebatur, benè probato ex prima substitutione ad fauorem hospitalis, ex verbis instrumenti renunciationis, ex litteris missiuis à Cardinali administratoribus hospitalis scriptis, ex libris 1000. annuis assignatis, non est præsumendus animus compensandi legatum, sed potius multiplicandi, Corn. cons.288. vers. nec est verisimile, & cons.292. vers. iuuantur hæc, lib.1. cum alijs relatis à Menoch. de præsumpt. præsumpt.110. n.12.

Non obstant articuli, qui habentur pro probatis, nam 6
dum vsque ad septimum articulum articulatur, quòd hæreditas Cardinalis Duci obuenta, sit solùm scutorum 23. mill. in circa, hoc non facit, quin tempore testamenti, quod debet attendi, adessent pingues redditus, & opulentæ substantiæ nepotibus postea donatæ, quòd si Dux prætendit hæreditatem non esse soluendo, poterit vti beneficio inuentarij, vel alijs remedijs iuris, si quæ ei competunt. Dum autem in octauo ponitur esse verisimile, quòd Cardinalis voluerit Ducem exonerare legato 20. mill. scutorum, etiamsi testes hoc probarent, non releuaret, cùm illi debeant deponere, quod in facto consistit, non autem iudicare.

Dum in 9. & 10. articulis continetur Card. dixisse tam 7
suo Procuratori, quàm alijs personis, quòd cum hospitali transegerat mediante solutione librarum 50. mill. nedum ad effectum, vt hospitale renunciaret donationi, siue substitutioni ad sui fauorem factæ anno 1587. sed etiam, vt exoneraret Ducem à legato 20. mill. scutorum facto in testamento anni 1596. neque etiam huiusmodi articuli probati releuant, cùm huiusmodi verba non faciant dispositionem, sed in omnem euentum fuissent solùm tractatus, & voluntas testatoris, quæ remanet inefficax, quando non transit in dispositionem, Bald. in l. quidam cùm filium, in 3. notab. ff. de hæred. instit. & sæpè in his terminis fuit resolutum in Rota, & signanter in causa Romana de Rambogliettis 14. Ianuarij, & 29. Martij 1594. coram bo. mem. Litta, & in causa Romana educationis 13. Maij 1600. coram bon. mem. Cardin. Seraphino per cons. Oldrad. 119. maximè, quia nedum facilè erat Card. vel adimendo legatum, vel codicillando vnico verbo tractatum, & voluntatem in dispositionem reducere, sed etiam quia patet in eadem dispositione, & legato perseuerasse, nec fuisse contentum eleemosyna lib. 50. mill. data in transactione, quin voluisse illam non modicum recipere augmentum, vt suprà dictum fuit, quod potissimum in hoc legato integro 20. mill. scutorum verificatur, &c.

R. P. D. PENIA,

Abulen. beneficij.

Mercurij 1. Iulij 1609.

ARGVMENTVM.

Clausula *Constito*, quam probationem requirat, & ex quibus probetur obitus narratus ad effectum iustificationis gratiæ, & obitus in tempore certo, ex quo oritur reseruatio.

SVMMARIVM.

Clausula arbitrio *intelligitur prout de iure, n.1.*

Littera Apostolica, & Breue de capiendo possessionem nomine Cameræ, de iure habent exequutionem paratam, ibid.

Clausula Constito quòd obierit in mense reseruato, *requirit concludentem probationem vti fundamentum impetrantis, nec sufficit semiplena probatio, ibid.*

Amplia, etiamsi non adsit contradictor, num.4.

Obitus vbi debet probari ad effectum iustificationis gratiæ, sufficit semiplena probatio per testes de publica voce, & fama; vbi vero debet probari obitus in tempore certo, requiritur plena, & concludens probatio, n.1. & n.3. vbi ampliatur, etiamsi agatur de probando obitu in Hispania, & in loco remoto, licet secus si agatur de probando obitu in mari.

Exequutor stante clausula Constito *in procedendo, & iustificanda gratia tenetur procedere cum causa cognitione, & citato possessore, & efficitur mixtus, licet secus sit, si clausula* Constito *sit purificata, quia tunc fit merus exequutor in exequendo, n.2.*

Con-

Contradictor legitimus dicitur possessor ad effectum vt exequutor teneatur procedere cum causa cognitione, n. 4.
Clausula Constito *facit conditionem, ibid.*
Conditio debet plenè probari, ibid.
Obitus in mense reseruato probatur per testes de publica voce, & fama, quando fama est plenè, & legitimè probata, num. 5.

DECISIO CCXXXIV.

VAcantibus de mense Octobris 1603. per obitum Baldassaris Fernanderi extra Rom. Curiam parochiali Ecclesia sancti Andreæ oppidi de Olmedo Abulen. diœcesis, & quodam simplici beneficio in parochiali Ecclesia S. Ioannis eiusdem oppidi pro collatione parochialis; fuit ab Ordinario factus concursus, & approbatus Petrus Polus de beneficio simplici, fuit à Papa prouisus D. Franciscus Municus, ad cuius fauorem fuit concessum Breue de capienda possessione nomine Cameræ cum solita clausula, *Constito*, quòd Baldassar obijsset in dicto mense Octobris, & in possessione beneficij Auditor Cameræ vnus de exequutoribus Breuis pro eius executione dedit consuetum monitorium directum Iosepho Basso Archidiacono coexecutori, cui fuit præsentatum, & ab eo petitum, vt testes super obitu Baldassaris in mense Octobris, & super possessione in dicto beneficio reciperet, quos examinauit non citato Laurentio de Casillo qui tunc erat in possessione beneficij, cui fuit intimatum monitorium, quo reproducto, & quibusdam alijs testibus in Curia pro maiori Breuis iustificatione examinatis, A. C. sententiam declaratoriam tulit contra Laurentium. Introducta deinde causa in Rota cum clausula, *Parito Breui arbitrio Rotæ*, dubitaui an esset locus arbitrio ad effectum, vt non retardaretur executio Breuis? & Rota solo Munico informante, contra ipsum respondit.

1 Ratio fuit, quia licet clausula *arbitrio Rotæ*, intelligatur, prout de iure, & de iure quando Breue est iustificatum, habeat executionem paratam sicut litteræ Apostolicæ, Mohed. *decis.* 13. *incip. resolutum fuit*, *vers. quia littera Apostolica, vt lit. pend.* nihilominus, quia in Breui aderat clausula *Constito*, quòd Baldassar obijsset in mense Octobris reseruato, requirebatur concludens probatio, quia cùm sit fundamentum impetrantis, debet reseruatio ratione mensis probari concludenter, & non sufficit semiplena probatio per publicam vocem, & famam, Put. *decis.*266. *incip. in vna Vrgellen. num.*3. *lib.*3. Paleot. *decis.* 266. *incip. Dubitaui an probetur*, Rota in vna Pampilonen. beneficij de Allodie 8. Maij 1587. coram bon. mem. Cantuccio, & in causa Giennen. Canonicatus die 11. Martij 1587. coram Robusterio, & in vna Abulen. beneficiorum die 26. Nouembris 1599. coram me, & in vna Salamantina beneficij de Apriles die 3. Iulij 1600. coram me, in qua fuit dictum Rotam semper consueuisse seruare hanc distinctionem, quia aut agitur de probando obitu alicuius ad effectum iustificationis gratiæ, & tunc sufficit semiplena probatio per testes deponentes de publica voce, & fama: aut agitur de probando tempore obitus, seu de obitu in tempore certo, & tunc requiritur plena, & concludens probatio, iuxta doctrinam Bald. *cons.*68. *incip. ad euidentiam, num.*3. *in fin. lib.*3. & ad hoc sunt decisiones Rotales allegatæ.

2 Et ideò non placuit, quod dicebant informantes pro Munico, quòd executor potuit extraiudicialiter se informare, & procedere, & examinare testes, non citato possessore, quia in procedendo, & iustificanda gratia exequutor Breuis est mixtus, & tenetur procedere cum causæ cognitione, & citato possessore, licet secus esset si clausula *Constito* esset purificata, quia tunc fit merus executor in exequendo, Anchar. *cons.*297. *incip. efficacibus, & quasi inconuincibilibus rationibus, n.*7. & 8. Lap. *alleg.*60. *nu.*2. & 3. & fuit dictum in causa Celsonen. Præceptoriæ die 4. Februarij 1605. coram Coccino.

3 Rursus non placuit, quod dicebatur hic sufficere leuiorem probationem, cùm ageretur de probando obitu in Hispania, loco videlicet remoto; vbi propterea fit difficilis probatio, quia fuit dictum istam non esse difficilem probationem, & allegata in contrarium procedere in obitu, vel morte contingente in mari, vel in partibus remotissimis, cum quibus non est tam frequens commercium, sicut cum Hispanis.

4 Præterea Rota non admisit fundamentum illud, quòd cùm non adesset legitimus contradictor, sufficeret leuis probatio, ex deductis in causa Placentina Canonicatus die 13. Aprilis 1587. coram bon. mem. Orano; tum quia hic aderat possessor, qui ad hunc effectum dicitur legitimus contradictor; tum quia quando agitur vigore Breuis habentis clausulam *Constito*, semper requiritur plena probatio, etiamsi non adsit contradictor, vt fuit resolutum in causa Toletana beneficij die 30. Octobris 1602. coram bon. mem. Litta, & in causa Elnen. beneficij die 27. Maij 1602. coram D. Ludouisio, in qua etiam respondetur ad decisionem in causa Placentina coram Orano, quæ non loquitur in terminis Breuis. Et ratio est, quia clausula *Constito* facit conditionem, Socin. *cons.*99. *incip. Serenissimus Rex Romanorum, num.*10. *lib.*3. & notum est conditionem debere semper perfectè purificari, & propterea non sufficit semiplena probatio, *l. Lucius, ff. de condition. & demonstr.* & hæc ratio fuit allegata in causa Giennen. Canonicatus die 11. Martij 1587. coram Oriolen. quibus ita se habentibus, non potest fieri fundamentum in decisione Cæsaraugustana coram D. meo Iusto.

His ita constitutis clausula *Constito* in casu proposito 5
non poterat dici iustificata per testes examinatos in partibus coram exequutore, quia examen fuit nullum, propter non citatum Laurentium beneficij possessorem, nec poterat dici iustificata per testes examinatos in Curia, nam primus solùm deponebat de auditu, secundus verò, & tertius non probant famam, cùm solùm deponerent per verba præsentis temporis: sublata autem probatione famæ adminicula deducta ex testibus in partibus nulliter examinatis, & ex litteris, & ex fide concursus non suffragabantur. Nam quod dixit Rota *decis.*666. *lib.*3. *part.*3. per testes de publica voce, & fama plenè, & concludenter probari obitum ad effectum reseruationis, intelligitur, dummodò fama sit plenè, & legitimè probata.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Viterbien. beneficij.

Mercurij 1. Iulij 1609.

ARGVMENTVM.

Mors probanda est ab ea, cuius intentionis est fundamentum, & illa præsumptio, quòd quis neque ad centum annos viuere præsumatur, non habet locum vbi quis suam intentionem plenè, & concludenter probare debet.

SVMMARIVM.

*Possessio instrumentalis manutenibilis non est, alio existente in possessione, n.*1. *& n.*2. *vbi tamen quòd plenè, & concludenter probari debet aliena possessio.*
*Mors ab allegante probari debet, quia viuere quis præsumitur vsque ad centum annos, num.*2.
Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum possidentis, ibid.
Præsumptio iuris non sufficit vbi opus est plena probatione, ibid. in fine.
*Præsumptionum multiplicatio non est admittenda, n.*3.
*Iudex exequutor habet pro se præsumptionem, n.*4.
Præsumptio vna tollitur per aliam contrariam præsumptionem, ibid.

DECISIO CCXXXV.

FVit resolutum mandatum de manutenendo esse dandum Dionysio, de cuius possessione constat per publ. instrumentum, *l. prædia, ff. de acquir. poss. cum concord.* Non obstat, quòd possessio instrumentalis alio existente in possessione minimè sit manutenibilis, ex deductis in causa Sabinen. Pontis coram Illustrissimo Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.*390. *part.*1. & quòd appareat de possessione Nicolai, per cuius obitum Dionysius dicit se impetrasse tam ex confessione eiusdem Dionysij, quàm ex multis in facto relatis, quia fuit responsum probationes non percutere tempus post adeptam possessionem instrumentalem per Dionysium. 1

Et quatenus replicabatur sufficere dictam anteriorem possessionem Nicolai, stante quòd non constat de illius 2

lius morte, cùm quis præsumamr viuere vsque ad centum annos, glos. *in l. 2. §. si dubium , in verb. liquerit , ff. quemadmod. testam. aper.* Dec. *cons.* 575. *num.* 10. præsumatur continuata vsque ad obitum, DD. *in l. fine possidetis , C. de probat.* Natt. *cons.*235. *num.* 18. Alciat. *de præsumpt. reg.*21. *præsumpt.* 21. *num.* 5. *vers. nec obstat.* Fundata videtur intentio Dominorum de sancta Cruce, nisi mors Nicolai per Dionysium probetur. Fuit responsum tribus modis. Primus est quòd ex quo Dionysius fundat suam possessionem in apprehensione per pub. instrum. qui dicit hoc illi non suffragari, quia alius possidet, debet hoc pleuè, & concludenter probare, *l. ei qui*, cum ibi not. per Scrib. *de prob.* & in specie fuit dictum in Hipporregien. Capellæ sancti Martini 6. Aprilis 1609. coram R. P. D. meo Decano. Cùm igitur Domini de sancta Cruce teneantur plenè probare vitam Nicolai, non suffragantur sibi allegata iura, quia ex illis non resultat, nisi quædam præsumptio, quæ non suffragatur vbicunque est opus plena probatione, vt in istis terminis tradunt Alex. *cons.* 27. *num.* 7. *vers. sed vbi probaret , lib.* 7. Gabr. *de præsumpt. conclus.* 16. *num.* 6. Achill. *decis.*1. *de prob.* & fuit dictum in Tirasonen. decimarum coram Robusterio relata inter impress. *diuers.* 102. *num.*6. *part.*1.

3 Secunda responsio fuit, quòd ista esset multiplicatio præsumptionum, quæ in iure non admittitur, *l.* 2. *C. de iure dot.* fuit latè dictum in causa Vladislauien. matrimonij de præsenti anno coram R. P. D. Caualerio, oportet enim præsumere, quòd Nicolaus vixerit, & rursus quòd ex eo, quòd nunc viuat præsumere quòd possessor sit idem.

4 Tertiò fuit dictum, quòd Ordinarius tanquam exequutor Apostolicus dedit hanc possessionem Dionysio, quod præsumitur pro illo tanquam exequutore, Abb. *cons.* 41. *num.* 1. *in fin. vers. sed in casu nostro , lib.* 1. & faciunt notata *in l. iuste possidet , ff. de acquir. poss.* & etiam tanquam Ordinario informato de statu rerum, & personarum suæ diœcesis, Felin. *in c. auderet , num.* 15. *vers.* 14. *conclusio , de rescript.* Verall. *decis.*406. *par.*2. maximè ad istum effectum, in quo non agitur de iustificatione gratiæ Dionysij principalis, sed incidenter, ad not. per Bart. *in l. quidam in suo , num.* 4. *de cond. instit.* Alex. *cons.*10. *col.* 2. *vers. quin imo tunc , lib.* 4. & proinde quæque præsumptio quæ ex allegatis in contrarium oriri posset, tollitur ex ista contraria præsumptione, Bart. *in l. Diuus , num.*3. *ff. de in integr. restit.* Dec. *cons.*470. *num.*10.

5 Quantum ad illa, quæ fuerunt pro parte Dominorum de sancta Cruce adducta ad probandum iuspatronatus familiæ sanctæ Crucis, & quòd propterea non potuerit prouideri Dionysio tanquam de libero, visa fuerunt concernere petitorium, & nullatenus ita clara, vt possent impedire hoc summarijssimum, & priuilegiatissimum iudicium, in quo illud singulare quoad materiam beneficialem cautum reperitur, vt reddatur, nulla habita ratione tituli, Abb. *in cap. querelam , in* 3. *notab. de elect.* fuit dictum in Bononien. iurisdictionis 1. Februarij 1574. coram Illustrissimo Lancellotto relata inter impress. diuers. 595. *n.*1. & 8. *part.*1.

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. rec. Gregorio XV.

Mediolanen. decursus aquarum.

Mercurij 4. Nouembris 1609.

ARGVMENTVM.

Instrumenti exemplum ab alio exemplo extractum etiam legitimè, & solemniter extractum nullam facit fidem, etiam quòd sumptum, à quo fuit extractum hoc exemplum, fuisset solemniter ab originali exemplatum, & de producente scripturam, quòd eam approbare non censeatur, nisi quatenus eadem scriptura probet, præsertim in alio iudicio, & quando per compulsum, aut in parte, & partibus producta fuerit.

SVMMARIVM.

Instrumenti exemplum ab alio exemplo extractum etiam legitime, & solemniter extractum, nullam facit fidem, etiam quòd sumptum, à quo fuit extractum hoc exemplum, fuisset solemniter ab originali exemplatum, n.1. & 2.

Instrumentum ab originali legitimè, & solemniter sumptum, & exemplatum probat, n.3.

Producens instrumentum informe, & non faciens fidem, non censetur illius fidem approbare, quia productio eatenus nocet, quatenus scriptura probet, n.4.

Producens scripturam per compulsum, vel cum clausula, in parte, & partibus, *non censetur approbare contenta in ipsa scriptura, n.5.*

Productio scripturæ facta in vno iudicio, non nocet producenti in alio, ibid.

DECISIO CCXXXVI.

1 Domini resoluerunt instrumentum anni 1472. non esse in forma probanti, quia vt in eius principio, & fine apparet, est exemplum, ab alio exemplo extractum, & propterea fidem non meretur, *l.* 3. *C. de diuers. rescr.* not. *in auth. si quis in aliquo , C. de eden.* Alex. *cons.* 138. *num.*4. *lib.*1. Corn. *cons.*24. *num.*17. *lib.* 4. Caputaq. *decis.*234. *num.*2. *part.* 3. fuit dictum in Montis Regalis iurisdictionis 24. Nouembris 1597. coram R. P. D. meo Decano, quia vt dicit Bald. *in d. l.*3. *n.*2. *in fin.* est simile testimonio de auditu auditus, quod non facit fidem, & procedit quantumcunque sit solemniter, & legitimè extractum, Put. *decis.*159. *n.*4. *lib.*1. & 152. *n.*3. *lib.*3. Ant. Ang. *de fid. instr.* §. *de exemplis , num.*5.

2 Non obstat, quòd sumptum a quo fuit extractum hoc exemplum, fuisset solemniter ab originali exemplatum, quo casu, secundùm Bart. *in d. auth. si quis in aliquo ,* fides exemplo exempli datur, quia in hoc Bart. opinio est communiter reiecta, vt testatur Card. Abb. *in addit. ibid.* ad Bart. & Dec. *sub num.*30. Anchar. iun. *quæst.*17. *n.* 10. *part.*1. *eod. tit.* Cagnol. *in d. auth. num.*53. *circa med.* quæ opinio contra Bart. est canonizata, & seruatur in practica, & tanquam communem sequuta, vt Rota in vna Regien. præcedentiæ 20. Decembris 1587. relata inter diuers. *decis.*733. *part.*1.

Non obstat *cap. fin. de fid. instrum.* vbi scriptura cum solemnitatibus ibi positis ab originali exemplata habetur pro originali, quia est verum quantum ad hoc vt illi fides indubitata habeatur, non autem vt ex ea exemplum possit extrahi, quod probet, vt per Paul. de Castr. *in d. l.* 3. *sub n.*3. Dec. *vbi supra.*

4 Non potest hæc scriptura, vt prætenditur, pro parte Illustrissimi Commendatarij fidem recipere ex eo, quòd fuerat pluries per monasterium producta, & propterea non videatur hodie non posse impugnari, Guid.Pap. *decis.* 503. cum alijs adductis, quia productio exterius nocet, quatenus scriptura probat, Bart. *in l. post legatum , num.*2. *vers. respond. ff. de his quib. vt indign.* Imol. *in cap. cum Venerabilis , n.*25. vbi Abb. *n.*36. Felin. *n.*25. *vers. intellige* 2. Dec. *num.*23. *circa fin.* qui de communi, *de except.* Alex. *cons.*124. *num.*5. *lib.*7. Socin. *cons.*92. *num* 9. *lib.*3. Ægid. *decis.*395. Caputaq. *decis.*199. *part.*1. fuit dictum in vna Tusculana vineæ 27. Octobris 1581. coram Lauretano.

5 Accedit, quòd ex dictis productionibus, prima quæ fuit facta coram arbitris, non debet operari in iudicio isto, cùm nec etiam in iudicio vno facta noceat in alio, Cephal. qui alios allegat, *cons.* 377. *num.* 86. Rim. iun. *cons.*213. *num.*20. Achill. *decis.*2. *de confess.* & quia facta est per compulsum, Caputaq. *decis.* 194. *num.* 5. *part.* 1. fuit dictum in causa Burgen. 12. Maij 1586. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Aliæ verò, quarum altera est facta coram Iacobello Vicario Mediolani in prima instantia, altera coram Masehardo in secunda, sunt verbales, iuxta notorium stylum illarum partium sæpiùs in Rota allegatum; & signanter in vna Mediolanen. rescissionis contractus coram R. P. D. meo Sacrato 14. Decembris 1601. & in Mediolanen. bonorum emphyteoticorum 10. Iunij 1602. coram me, sunt etiam factæ cum solita clausula in parte, & partibus, & propterea tantò minus nocent, Rot. *decis.*3. *de fid. instrum. in nou.* Felin. *in c. cum Venerabilis , sub num.*24. *vers. limita* 2. *de except.* Quæ dicuntur de obseruantia istius scripturæ, Domini reseruarunt particulariter, &c.

R. P. D.

R. P. D. LVDOVISIO,
posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana sponsionum.

Veneris 13. Nouembris 1609.

A R G V M E N T V M.

Referens non debet attendi vbi adest relatum etiam in his, quæ pendent à potestate referentis, & vbi relatum non concordat cum referente, præsumitur error.

S V M M A R I V M.

Relatum, & non referens attendi debet, n.1.
Ampliа procedere etiam quando referentes habent potestatem disponendi, n.2.
Societas super re non existente contrahi non potest, numero 3.
Non entis nullæ sunt partes, ibid.
Testis vnicus non probat plene, etiam in facto proprio, numer.4.
Scriptura continens creditum debet esse apud creditorem, non autem apud debitorem, ibid.
Sanctius est aliquem non lucrari, quam alium damno affici, num.5.
Error præsumitur vbi relatum est diuersum à referente, numer.6.
Dolus excluditur in errore etiam iniusto, ibid.
Error facti alieni dicitur iustus, ibid.

D E C I S I O CCXXXVII.

1 SEntentias esse iustas Domini nullo contradicente resoluerunt: iustitia autem redditur clara ex decisionibus in causa factis; cùm enim, vt in eis dicitur, apocha, in qua Arnaldus admisit in socium Maroldum, expresse se referat ad schedulas in his verbis, *& altrimente come in dette polize se contiene*, attendendum est quid contineatur in schedulis relatis, non quid scriptum sit io apocha referente, *l. si ita scripsere, ff. de condit. & demonstr. auth. si quis in aliquo, C. de eden. l. Abbas, de verb. signif.* Paris. *cons.94. n.21. lib.1.* & vbi referens aliter loquitur quàm relatum, respiciendum est ad relatum, Castren. Aret. Alex. & alij cumulati à Surd. *cons.313. num.50.*

2 Non obstat, quòd dicitur hoc noo procedere quando referentes habent potestatem disponendi, quia quicquid dicant Alciat. & Bertazz. ex aduerso allegati, verior & receptior est sententia, quòd etiam tunc sit inspiciendum relatum. Nam vbi apparet in eo aliter contineri quam sit expressum in referente, expressio præsumitur ab errore processisse, Alex. *cons.9. sub n.12. lib.5.* Decios *cons.63. sub num.16. vers. & licet referens*, Rip. *in l. admonendi, nu.36. ff. de iur. iuran.* Paris. *cons.7. num.5. lib.3.* Curt. iun. *cons.92. num.10. circa med.* Be loo. *cons.25. post num.3.* Neuiz. *cons.12. n.10. circa med.* Aym. *cons.956. num.3. & 4.* Menoch. *cons.1. num.95.* & tenuit Rota in pluribus causis relatis in decisione in hac causa facta 19. Nouembris 1607. coram D. meo Ortembergo.

3 Vlteriùs noo est verum, quòd versemur in referente rem, de qua partes potuerunt disponere, quia quòd tioeretnt societas super schedulis affirmatiuis, qui non extant in rerum natura, non pendet à voluntate partium, quia societas super re non existente contrahi non potest, *l. verum, in fin. ff. pro soc.* & cùm Arnaldus nollet de suo io aliquo teneri, sed tantùm facere Maroldum participem de lucro, non poterat fieri aliqua participatio, cùm non entis nullæ sint partes, *l. eius qui in prouincia, in fin. ff. si cert. petat.* cùm autem exhibitæ fiot non solùm schedulæ negatiuæ, quarum causa Arnaldus soluit summas in sponsionibus contentas, sed etiam contra schedulæ affirmatiuæ: Maroldus autem non doceat de schedulis, quæ affirmatiuas contrariis arguant, apparet de manifesto, & palpabili errore.

4 Non obstat depositio Caroli ostenden. testis inducti ab Arnaldo super recognitione schedularum, qui super interrogatoriis dicit schedulas affirmatiuas remansisse penes Corradum fratrem Arnaldi, quia omissa suspicione, quæ contra ipsum oritur, ex eo quòd noluit se examini subiicere, nisi priùs Arnaldus declararet penes acta se non vsurum illo examine contra ipsum, est vnicus, & plenè non probat, etiam in facto proprio, Achill. *decis.3. de testib.* Caputaq. *decis. 271. num.3. part.3.* fuit dictum in vna Ianuen. matrimonij 16. Maij 1583. coram bon. memor. Cardinali Seraphino, & cùm prius dixerit, quòd ludendo cum Corrado ipse sustinebat partem affirmatiuam, & Corradus negatiuam, dum postea deponit schedulas negatiuas mansisse in manibus suis, & affirmatiuas in manibus Corradi, deponit contraria, vel admodum inuerisimilia, quia in sponsionibus affirmans debet tenere, & conseruare schedulas affirmatiuas, vt veniente casu, & purificata conditione possit illas exigere, & è conuerso negans negatorias; hoc enim vltra quòd semper fuit seruatum, est etiam rationi & iuri consonum, quia scriptura continens creditum, debet esse apud creditorem, non autem apud debitorem, ad not. *in l. plures apocha, C. de fide instrumentor.*

Nec etiam facit, quòd alij testes dicant sponsiones negatiuas & affirmatiuas fuisse factas ab eisdem personis. Nam primus non deponit, quòd fierent cum eisdem personis, imò dicit hoc ignorare. Secondos & tertios non dicunt, quòd sub eadem quantitate fuerint affirmatiuæ & negatiuæ cuio eisdem personis, quia penitus ignorant quantitatem, & certè multum esset inuerisimile, quòd eodem tempore inter easdem partes in eadem summa fierent affirmatiuæ, & negatiuæ sponsiones, quia tanquam contrariæ se inuicem eliderent, fieret circuitus inutilis. Item esset facilior, etiam & promptior restitutio, vel laceratio schedularum; & quòd isto casu Arnaldus non habuerit à Carolo schedulas affirmatiuas, patet, quia Carolus negatiuas non exegisset ab Arnaldo, si Arnaldus ab eo habuisset affirmatiuas, fuisset enim locus compensationi, quam verisimiliter apposuisset ad euitandam solutionem, vel saltem si soluisset, exegisset etiam ipsi affirmatiuas.

Nec dicendum quòd Arnaldus eas secretò exegerit in fraudem Maroldi, quia vltra quòd hoc non est præsumendum, vt dicitur in decisione D. mei Ortemberg. Carolos qui ausus est deponere de schedulis affirmatiuis, deposuisset etiam de earum solutione si facta fuisset.

Non potest esse locus prætensis damnis & interesse, quia Maroldus nihil damni pati potuit, & minus lucri iacturam facere ex eo, quòd non esset particeps societatis schedularum affirmatiuarum, cùm nulla fuerit societas inita super affirmatiuis schedulis non existentibus, & vbi aliquod lucrum considerari posset, sanctius & melius est Maroldus non lucrari, quàm Arnoldum damno affici, *l. vt si quis, §. sed si adita, ff. de religios. & sumpt. fun.* Paul. de Castr. *cons.106. infra lib.1.* Aym. *cons.33. numer.23. in fin.* 5

Non etiam potest, vt ex aduerso prætenditur, considerari aliquis dolus in Arnaldo, quia cùm appareat de errore ex quo aliter repertum fuit in schedulis relatis, quàm esset scriptum in apocha referente, Signorol. *cons.157. circa princ.* cum superiùs adductis, error etiam iniunctus excludit dolum, *l. sed etsi sæpe, ff. de pet. hæred. l. igitur, ff. de lib. caus.* Corn. *cons.181. sub num.8. lib.3.* Aym. *cons. 366. n.35.* quamuis in casu isto sit iustus, cùm sit facti alieni, *l. fin. ff. pro suo, l. Verius, ff. de probat.* & successerit in ios alterius, *l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* Quæ de varietate schedularum dicuntur, sunt sublata io decis. D. Ortemberg. Alia bene tolluntur ex d. decisione, & ex traditis per informantes pro parte Arnaldi, &c. 6

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana donationis, seu promissionis.

Veneris 27. Nouembris 1609.

A R G V M E N T V M.

Donatio semper debet interpretari in id quod minimum est, vbi est dubia, declaratur ex assertione donantis.

S V M M A R I V M.

Donatio non præsumitur, & vbi probatur, capitur interpretatio in id, quod est minimum, n.1.
Relatio debet fieri ad proximiora, n.2.
Fallit vbi aliqua ratio in contrarium vrget, num.3.

Verba quæ stant demonstratiuè non inducunt aliquam obligationem, *n.4.*

Donantis declarationi statur vbi dubitatur quid voluerit donare, *num.5.*

Assertioni viri probi standum est, ibid. vbi de assertione Cardinalis Baronij.

Dictio quando *importat conditionem*, *n.6.*

DECISIO CCXXXVIII.

1 ROta censuit non constare de obligatione, seu donatione bon. mem. Cardinalis Baronij ad fauorem Venerabilis Monasterij S. Iosephi ad effectum, de quo agitur: intentio siquidem monasterij est, pium illum Cardinalem donasse scuta 500. in casu solutionis cuiusdam viridarij, quod monasterio contiguum pro adimplendo illius spatij emptum fuit. Cùm autem donatio non præsumatur, & quando etiam probata est, capi debeat interpretatio in id, quod est minimum, Butr. *cons.* 65. Aym. *cons.* 106. *num.* 11. latè Menoch. alios cumulans *cas.* 88. *nu.* 1. *& seqq. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. visum fuit ea, quæ in hoc casu pro perficienda probatione deducta fuerunt, non concludere.

2 Fit enim maximum, & potissimum fundamentum in mandato, per Cardinalem subscripto, quod habet hæc verba: *Pagarete al Reuerendo Padre Soto scudi 16. boloni 20. moneta, quali sono per li frutti di sei mesi maturati à dì 16. Aprile prossimo passato delli scudi 500. che li donamo per seruitio del monasterio di san Gioseppe per pagare il Giardino comprato, &c.* In hoc quippe mandato considerantur illa verba, *che li donamo*, adaptanda non ad fructus, sed ad scuta 500. quorum expressioni sunt proximiora, ad not. per Bart. *in l.* 1. §. *hoc edicto*, *in fin. de postul.* Item consideratur illa ratio, seu causa, *per pagare il Giardino*, quæ conuenit non fructibus, sed sorti principali, ex qua pretium viridarij erat soluendum.

Verùm animaduertebatur in primis colligi ex tota rei serie, atque ex probationibus hinc inde factis, quòd cùm pecuniæ in numerato non essent, & tamen pluribus de causis vrgeret necessitas emendi prædictum viridarium, optimus ille, & piissimus Cardinalis monuit Reuerendum Patrem Sotum, ne emptionem differret, quin potiùs acciperet pecunias ad censum exsoluendas aliquando, vel ex Monialium admittendarum dotibus, vel aliquo alio subsidio, quòd suis ancillis non defutura diuina bonitas esset præstitura, & addidit, quòd ipse quidem si nummos præsentes haberet, prompto, & alacri animo enumeraret illa scuta 500. nec sineret illa capi ad censum, interim autem ne monasterium sentiret aliquod incommodum ex fructuum præstatione, dum expectatum prædictum subsidium se potius facturum vltrò obtulit dictæ præstationi.

3 Quod igitur attinet ad supradicta mandati verba, existimarunt Domini, illa esse referenda, & restringenda ad fructus, pro quibus mandatum emanauerat, non autem ad sortem principalem, quæ sicuti, & illa causa, *per pagare il Giardino*, enunciatiuè tantùm, seu demonstratiuè fuerat expressa, vt designaretur, quis esset ille census pro cuius fructibus soluendis pecunias Cardinalis donabat, *l. quidam testamento* 96. *de leg.* 1. *l. fin.* §. *Titia, in fin.* vbi Bart. *n.*3. *ff. de liberat. legat.* Dec. *in cap. requiris n.*21. *de appell.* Ias. *in l.* 1. *n.*3. *C. de summ. Trin.* Surd. *decis.* 296. *n.*32.

4 Nec obstat, quòd relatio facienda sit ad proxima, nam id fallit, quando aliqua ratio in contrarium vrget, *l.* 1. §. *per procuratorem*, *ff. de acq. poss.* Surd. post alios *cons.* 200. *num.*2. & in hoc casu vrget maximè, nedum tota rei series, verùm etiam, quia referendo donationem ad fratres, istud mandatum conuenit cum aliis omnibus mandatis præcedentibus, quæ restrictam expressè habet donationem ad fructus, per hæc verisimilia verba, *quali se li donano per pagar li frutti di vn censo per il monasterio di san Gioseppe.* Hanc quippe donationem pecuniarum pro soluendis fructibus census, frustrà fecisset Cardinalis, si fuisset debitor census, quia donatio est actus liberalitatis, & voluntatis spontaneæ: fructuum autem solutio necessario incumbit census debitori.

5 Verùm si quæ subesset adhuc difficultas ex prædictis mandati verbis, nec esset perspicuum quid Cardinalis donauerit, omnis dubitandi ratio certè sublata est ex declaratione ipsiusmet Cardinalis, cuius memoria in benedictione est, qui, vt testes benè deponunt, sæpiùs obseruauit non donasse scuta 500. sed tantummodo pecunias, è quibus soluerentur fructus census; & quod magis est, iussit, atque ordinauit, quòd partita istius census deleretur ex nota suorum debitorum, in qua, ad instantiam administratorum monasterij fuerat posita. Cui declarationi Rota plurimum deferebat, non solùm quia de iure statur declarationi donantis, vbi dubitatur quid voluerit donare, Aym. qui alios allegat, *cons.* 234. *num.* 4. Alex. *cons.* 52. *num.* 21. *lib.* 4. facit glos. communiter recepta *in l. admonendi*, *ff. de iur. iur.* vbi volens disponere actum, si refert se illum fecisse certo modo, statur suæ relationi, sed multò magis ob notissimam probitatem, & innocentiam vitæ integerrimi illius Cardinalis, cuius cùm largissimè se profunderet misericordia in pauperes, & munificentia in quælibet opera pietatis, non est cursurum beneficium apud illas religiosissimas Deo dicatas Virgines tam benè collatum fuisset adeò constanter, & ex animi sui sententia negaturus, si re vera collatum extitisset, ad glos. fin. *in cap. expedit.* 12. *quæst.* 2. & aliam glos. *in l. Titio fundus*, *in verb. actiones*, *ver. erat homo*, *cui videbatur credendum*, *ff. de cond. & demonstr.* Itè Ias. alios referens *in l. iubemus*, *num.* 10. *& seq. C. de iud. & in l.* 1. *numer.* 17. *ff. de eo per quem factum erit*, Felin. *in c. in litteris*, *n.*5. *de test.*

Non obstant testes examinati ad fauorem monasterij. Primus enim deponit, Cardinalem dixisse Reuerendo Patri Soto, *che se gli si fusse trouato danari pronti, gl' haueria dato scudi 500. à tale effetto, mà che non l'hauendo, sollicitasse di fare vn censo à suo nome*, nihil probat, quia est vnicus in suo dicto, quod etiam est ambiguum, quia illa verba *à suo nome*, tam intelligi possunt nomine dicti Reuerendi Patris Soti, quàm nomine Cardinalis, etsi ambiguitas est declaranda ex subsequen. Census fuit factus nomine dicti Reuerendi Patris, & in illo nec quidem nominatus fuit Cardinalis, qui etiam toto annò, prius quàm è vita decederet, cessauit à fructuum solutione, postquam illam ex sua mera liberalitate profectam animaduertit trahi in debitum necessarium, & in obligationem etiam sortis principalis, quæ præsertim restitui poterat ex dotibus Monialium admissarum post census creationem.

Depositiones autem duorum Monialium nihil etiam 6 vrgent, quia in effectum non concludunt de aliqua donatione, sed vna dicit, quòd Cardinalis dicebat velle soluere, & donare scuta 500. Altera deponit, Cardinalem dixisse, quòd volebat soluere census, sed vtraque cum additione, quando Deus sibi commoditatem largiretur. Ideoque considerata dictione, *quando*, quæ importat conditionem, vt per Bart. *in l.* 1. *numer.* 17 *ff. de cond. & demonstr.* apparet nos versari non in perfecta donatione, sed in pio donandi proposito, si quando id faciendi facultas suppeteret, idque manifestissimè colligitur, ex quo secundùm prædictas depositiones idem Cardinalis dicebat, se velle non solùm soluere pretium viridarij, quando haberet pecunias, sed etiam altiùs tollere muros totius monasterij.

Huiusmodi autem promissionibus, qualescunque illæ essent, vltra quòd Cardinalis satisfecit ex aliqua parte, quando post emptionem viridarij soluit prædicto monasterio notabiles pecuniarum summas, occasione sacri Religionis habitus ibi suscepti per duas Virgines suas pronepotes ex sorore; præterea nunquam euenit optimo Cardinali illa commoditas rei pecuniariæ, quinimo annuis redditibus Ecclesiasticis in pauperum subsidia, sacrorumque ædium, & ornatum toto Cardinalatus tempore sanctâ effusione consumptis, admonitus tandem à veteribus amicis, quò res familiares essent redactæ, adhuc efficere, nec sine difficultate potuit iusta, & prouida cohibitione liberalitatis, vt distrahendis æris alieni nexibus, pecuniæ satis confici posset, priusquam moreretur. Atque ista scut. 500. summa, si hodie iuxta monasterij intentionem præstanda foret, vix sufficeret tanti Cardinalis residua hæreditas constituendæ doti alterius neptis eiusdem ab ipso viuente in alio monasterio educationis causa immissæ, quæ ibi permanere, & cœli sponso altissimo Deo famulari concupiscit.

Atque ex his, &c.

R.P.D.

R. P. D. PENIA.

Tiburtina castri sancti Poli.

Veneris 27. Nouembris 1609.

ARGVMENTVM.

Traditur distinctio seruitutum, & quæ dicatur seruitus realis, & an seruitus realis liget successorem, & quando dominus castri ligetur statutis castri, & an talia statuta extendantur etiam extra territorium castri ad vnita, & annexa ipsi castro.

SVMMARIVM.

Seruitus alia est personalis, quæ debetur à persona personæ, alia est merè realis, quæ debetur à re rei, siue sit vrbana, siue rustica, alia vero mixta, quæ debetur à re personæ, n.1. & 3.

Seruitutes personales & mixtæ, aliæ sunt nominatæ, aliæ innominatæ, de quibus n.1.

Seruitus mixta perpetua dicitur ea, quæ est ad commodum vniuersitatis, n.2. & 4.

Vniuersitas nunquam moritur, n.2.

Vsusfructus legatus vniuersitati durat per centum annos, ibid.

Seruitutes lignandi, piscandi, pascendi, & aliæ similes, dicuntur seruitutes separatæ, n.3.

Seruitus dicitur potius realis perpetua, quàm personalis, quando non est actum vt cum persona finiatur.

Successor illius qui fuit ligatus ex conuentione cum subditis facta, dicitur etiam ipse dicta coniunctione ligatus, numer.5.

Successor singularis non ligatur coniunctionibus initis cum antecessore, nisi res ipsa sit specialiter obligata, n.6.

Seruitus vt dicatur realis requiritur prædium dominans, & prædium seruiens, num.7.

Seruitus verè realis non potest prædio vltra constitui quàm quatenus prædio vsui esse possit ad amœnitatem, vel vtilitatem, ibid.

Seruitus verè realis obligat etiam successorem, ibid.

Seruitus etiamsi sit personalis, transit ad successores, numer.8.

Successor non obligatur ex concessione facultatiua facta per authorem, n.9. limita tamen in casu de quo loquitur Ias. ibi relatus.

Societas dicitur conuentiones, quæ fiunt inter dominum, & vasallos super iure colendi agros, n.10.

Societas non dicitur propriè inter colonum partiarium, & dominum, sed quædam societas sub contractu locationis inclusa, quæ sapit naturam locationis & conductionis, & transit ad heredes tam domini, quàm coloni partiarij, ibid.

Dictio quasi *denotat improprietatem, ibid.*

Seruitutem super re sua dominus imponere non potest, numer.11.

Statuta conuentionalia possunt fieri per vasallos cum domino, quando illa fuerunt condita per viam transactionis, num.12.

Statuta siue loquantur in rem, siue in personam, non afficiunt bona sita extra territorium, ibid.

Castri naturam sequi dicitur quod fuit vnitum, & annexum castro, vel saltem dicitur de pertinentiis castri, ibidem.

Statuta castri habent etiam locum in ijs, quæ sunt de pertinentijs, vel iurisdictione castri, ibid.

Statuta conuentionalia habent vim contractus, & extendunt vires extra territorium, ibid.

Confœderationes ciuitatum vt statuta earum inter eas seruentur, valent, n.13.

Seruitutem iuris pascendi in territorio vnius castri possunt habere homines alterius castri, n.13.

Subscriptio non requirit tempus, seu diei notationem, numer.14.

Verbum promitto *importat stipulationem, ibid.*

Stipulatio de solemnitate intrinseca requirit patientiam, & præsentiam partium, quæ præsumitur nisi probetur absentia, ibid.

Solemnitates necessariæ præsumuntur ex lapsu 30. annorum, vna cum obseruantia subsequuta, ibid.

Dominus castri ligatur conuentionibus & statutis promissorijs inter ipsum & vasallos, n.15.

DECISIO CCXXXIX.

IN hac causa fuerunt factæ plures decisiones, quas informantes pro faciliori resolutione Dominis exhibuerunt; tandem præsuppositis statuto castri sancti Poli, & illius proœmio cum subscriptione Abbatis Farfensis olim eiusdem castri domini.

Et decisione facta die 23. Martij 1590. coram D. Cardinali Platto tunc Rotæ Auditore & huius causæ iudice.

Et instrumento venditionis factæ per bon. mem. Paulum Iordanum Vrsinum Cardinali Cęsio de Castro, & prędio, seu tenuta Marcellinæ.

Et quasi possessione onerum firmatorum super tenuta, ante, & post tempus venditionis.

Et quòd D. Paulus Iordanus acquisiuerit tenutam à Ioanne Antonio de sancto Seuerino, qui eam emerat à prædicto Abbate.

Et aliis hinc inde deductis, dubitatur,

An dicta statuta ligarent Paulum, & illius successores respectu tenutæ Marcellinæ in casu, & ad effectum de quo agebatur. Effectus autem erat videre non in abstracto, sed in concreto, an in diminutione valoris foret habenda ratio onerum, vel seruitutum tenutæ Marcellinæ, & an testes, qui illa in toto, vel in parte ignorabant, probarent valorem prædictæ tenutæ.

Dubium fuit sępè propositum, nempe die 13. Iunij 1607. & die 9. & 23. Iunij 1608. & propter difficiles iuris articulos, qui vtrinque fuerant excitati, non fuit capta resolutio. Demum in hac propositione re maturè discussa, Rota censuit statuta ligasse D. Paulum & successores, etiam respectu tenutæ Marcellinæ. Et quoniam informantes pro D. Don Virginio prætendebant articulum versari in seruitute personali, quæ non transit ad successores, pro parte verò D. Ducis Cæsij contendebatur versari in seruitute reali, vel saltem mixta.

Præmissa tripartita illa, & communi seruitutum differentia, vt alia sit seruitus merè personalis, quæ debetur à persona personæ, *l. 1. & sequen. ff. de stat. homin. l. 1. & seqq. ff. qui sint sui, vel alieni iuris, §. 1. & seq. Instit. de iur. personar.* glos. communiter recepta *in l. 1. ff. de seruit.* Alia sit merè realis, qualis est, quæ debetur à re rei, siue sit vrbana, siue rustica, vt declarant magistraliter Doctores, & signanter Bart. *in l. 1. ff. de seruit.* & Faber. *in §. æque si agat. Instit. de action.* & Anton. Gomez *tom. 2. var. resol. cap. 15. num. 1. & 22.* Tertia verò mixta, quæ debetur à re personæ, & inter seruitutes personales, & mixtas alias esse nominatas, vt vsusfructum, vsum, & habitationem, alias verò innominatas, vt ius pascendi, ligna cædendi, calcem coquendi, arenam fodiendi, & similes, Bald. *in rubr. C. de vsufruct. n. 3. & in l. si plures, num. 12. C. de cond. insert.* latè Cæpoll. *tract. de seruit. vrban. prædior. cap. 9.* In casu autem proposito, natura, & circumstantiis contractus, de quo agebatur, inspectis, Rota censuit seruitutem hanc ad genus mixtarum perpetuarum potiùs fuisse referendam. 1

Primò, quia non poterat in dubium reuocari, quin fuerit concessa ob commoditatem, & vtilitatem castri, seu vniuersitatis, vt sæpè dicebatur in statutis, & signanter *cap. 23.* ibi, *A loro commodità*, & ideò cùm vniuersitas nunquam moriatur, perpetua erat censenda, Bald. *cons. 202. incip. ad euidentiam vers. item quia seruitutes lib. 2.* Ias. *in d. §. æque, n. 6. Instit. de action.* Batt. Cæpoll. *tract. de seruit. vrban. prædior. c. 2. n. 1. 2. & 5.* & in terminis Ludouicus de Casanate, *cons. 42. incip. in subtili seruitutum tractatu, n. 23.* vbi affirmat Zasij opinionem veram eo respectu, vt seruitus ista communitati debita, sit perpetua, cùm communitas nunquam moriatur, *l. proponebatur, ff. de iudicijs.* Non tamen eo respectu, vt videatur à re rei, cùm clarè dicat deberi à re personis, quem sensum videtur habuisse Rota in decisione in hac causa facta coram bo. mem. Litta die 16. Februarij 1604. Nec refragatur Cæpolla, *de seruitut. vrban. prædior. cap. 4. de vsufruct. in fin.* dum sensit legatum vsusfructus relictum communitati durare per centum annos, quia quicquid sit de ista opinione, hic non agebatur de vsufructu legato, sed de seruitute constituta per viam conuentionis. 2

Secundò pro mixta seruitute excludente obligationes personales, ponderabantur verba multorum statutorum ipsius castri, nam *cap.23.* ita cautum legebatur; *& essi huomini possano vsare detti tenimenti con qualunque bestia senza altro pagamento, ò seruitio, eccetto nelli porci, per li quali detti huomini debbano pagare per la spiga, e per la gianda secondo che in questi statuti sarà ordinato*, & paulo pòst in eodem statuto, *e che li detti huomini possano nelli detti tenimenti, luoghi, e selue tagliare, e cogliere qualunque poma, e frutti à fossero, à loro commodità senz' altro pagamento*, & paulo pòst ibidem; *Che gl' huomini non possano tagliar traui per forastieri senza licenza del signore*; & subditur in fine, *in ogni altro modo detti huomini possano vsare li tenimenti, e selue predette, à loro commodità*, & cap. 36. *che gl' huomini possano vsare dette tenimento, come vogliono secondo è stata loro antica consuetudine reseruata al signore la festa parte delli lauori, la raggione della spiga, e che gl' huomini paghino al prefato signore dodici denari per porco per la gianda di detto tenimento, ò ci sia, o non ci sia*. Et cap. 43. remittitur arbitrio hominum pascere porcos facta certa solutione, vnde resultat conseruatio iurisdictionis ipsius communitatis, &c. & cap. 44. statuitur, *che gl' huomini, ch' hanno pecore, o altre bestie armentine non le possano mettere in dette selue da 15. d' Ottobre in fino alla festa di san Nicolà, riseruata à chiaschedun pastore quattro bestie armentine, e li aratori, quali possano andare per tutto d' ogni tempo*.

3 Ex istis enim statutorum verbis apparebat, tenutam Marcellinam seruire hominibus castri S. Poli, & consequenter seruitutem fuisse mixtam, cùm prædium seruiat personis, & hominibus castri in perpetuum, & ampliùs quòd quando indeterminatè est facta concessio hominibus ad vsum personæ respectu animalium, & non determinatè ad certum numerum animalium, vt in dictis statutis, ibi, *che possano vsare*, quod verbum pertinet ad vsuarium, Cæpolla *de seruit. vrban. prædior. cap. 5. num. 2. vers. item scias*, acquiritur seruitus cum illa qualitate, nec cessat concessio ex eo, quòd certa genera animalium possint pascere, sufficit enim, quòd respectu illius generis concessio fuerit secundùm necessitatem personarum castri, alias enim non darentur seruitutes separatæ lignandi, piscandi, pascendi, & aliæ quæ pro furnis, & molendinis competunt, quæ omnes sunt seruitutes distinctæ & separatæ, ex deductis per Cæpollam *de seruit. vrban. prædior. cap. 9. nu. 2.* & tamen omnes possunt esse in eodem prædio.

4 Tertiò seruitus personalis excludebatur ex eo, quòd in in hac concessione dabatur facultas pascendi boues aratorios quocunque anni tempore, quod cùm ideo fiat, vt prædia colantur, ista seruitus non personalis, sed potiùs onus reale perpetuum erat censendum, præsertim cùm non esset actum, vt cum persona finiretur, *l. pecoris, de seruit. rustic. prædior.* vbi notant Bart. & Doctores. Placuit etiam doctrina Bald. *in l. si plures, num. 13. C. de condit. insert.* vbi cùm aliquando Veneti concessissent Placentinis transitum per quendam pontem, quem tunc Veneti possidebant absque solutione alicuius vectigalis, & postea pons ille factus esset de districtu Paduano, & Paduani peterent vectigal, & Placentini dicerent se non teneri, quia ista seruitus perpetuò fuit concessa, pro Placentinis respondit Bald.

5 Et ex prædictis iure fuit firmata regula contra Dominum Paulum, & eius successores, quòd per statuta etiam respectu tenutæ Marcellinæ fuerint ligati, quoniam quilibet successor, & habens causam, à ligato ex conuentione cum subditis facta per antecessorem remanet ligatus, *cap. 2. de probat.* vbi Abb. & Felin. *notab. 1.* Zabarell. *cons. 147. numer. 2. in fin.* Gabriel. *de iure quæsito non tollen. conclus. 5. num. 2.* Natta *cons. 122. incip. in præsenti causa, numer. 5. lib. 3.* & aptiùs ad hunc casum Bald. *d. cons. 202. numer. 2. vers. amplius est subtilius, lib. 2.* vbi, quòd successor territorij, & iurisdictionis dicitur successor vniuersalis.

6 Non obstat potissimum fundamentum, quo vtebantur informantes pro D. Don Virgilio, quòd obligatio onerum, aut seruitutum, de quibus agebatur, ideo fuerat personalis, nec transiuerat ad Dominum Paulum, & eius successores, quia quoad tenutam Marcellinæ erat singularis successor, cùm illam emerit à Sanseuerino, per regulam, quòd singularis successor non ligatur conuentionibus initis cum antecessore, nisi onera sint realia, ita vt tenuta illis specialiter sit obligata, *l. emptorem, C. locati*, vbi Bald. *in princip.* & Alex. *in l. si filio, §. fin. ff. solut. matrim.* Bart. *in l. Mela, §. fin. num. 3. ff. de alim. & cibar. legat.* Cæpolla *de seruit. vrban. prædior. cap. 2. numer. 5.* Ias. *in §. atque, numero 9. & 13. cum pluribus sequen. Instit. de action.* vbi Bartoli opinionem dicit communem.

Quia fuit responsum primò, quòd licèt ista seruitus non 7
non posset dici merè realis, ex quo in tali seruitute requiritur prædium dominans, & prædium seruiens; per seruitutes enim reales prædia prædiis seruiunt, & res rebus, non potest enim vltrà constitui seruitus verè realis, quàm quatenus prædio vsui esse potest ad vtilitatem, vel ad amœnitatem, *l. ergo, & l. veluti, ff. de seruit. rustic. prædior. l. hoc iure, de aqua quotidiana & æstiua, l. luminum, ff. de seruit. vrban. prædior.* vt benè explicat Iacobus Cuiacius *ad legem octauam de seruit. & tract. 9. ad Africanum, in principio, in explicatione l. cùm esset, §. per plurium, ff. de seru. rustic. prædior.* & cùm in casu proposito homines castri S. Poli possent ligna scindere, glandes colligere, & depascere in tenuta Marcellinæ, nec ad prædia ipsorum haberetur respectus, & ideo ista concessio non posset dici seruitus merè realis, cùm adesset prædium quidem seruiens, quæ est tenuta Marcellina; sed deesset prædium dominans hominum castri S. Poli, licèt enim id esset verum in facto, non tamen inde inferebatur, quòd esset seruitus personalis, cùm concessio remaneret sub genere seruitutis mixtæ, & esset onus quoddam afficiens prædium, & obligatio quædam perpetua ipsi prædio inhærens, & consequenter obligans successorem.

Secundò fuit dictum non fuisse admittendam illam con- 8
sequentiam, non est seruitus, seu obligatio realis, sed potiùs personalis, ergo non transit ad successores, ea enim cum iuris regulis pugnare videbatur, *l. venditor, ff. commun. prædior.* vbi licèt mari seruitus imponi non possit, tamen si vni fundo lex dicta sit, ne contra alium fundum piscatio exerceatur, hanc legem seruari oportet, tam per eum, qui illam recipit, quàm per illius successores, & ne superesset occasio dubitandi iurisconsultus expresè dixit obligari per stipulationis, vel venditionis legem personas tam possidentium, quam in ius eorum succedentium. Item *in l. cùm essent, §. per plurium, ff. de seruit. rustic. prædior.* species ponitur huic articulo valde accommodata, dicitur enim prædium dominio prædij seruire non posse. Item seruitutis seruitutem non posse constitui, ideòque eum qui aquæductum per alienos fundos habet, non posse dominis illorum fundorum, nec etiam aliis concedere haustum aquæ, sicque constituere illam seruitutem. Additur tamen pacto, vel stipulatione interuenientibus hoc concedi solere: vnde in proposito licèt verum esset hæc onera non censeri seruitutes, aut concessiones merè reales; non tamen inferebatur non esse onera realia perpetuam obligationem inducentia, quæ possit ad successores transire ex conuentione, & pacto inter dominum, & homines castri inito, Cùm ergo ex his constaret articulum versari non in concessione facta personæ singulari, sed communitati, quæ nunquam moritur, *l. proponebatur, ff. de iudic.* licèt sine veri præiudicio concederetur istam concessionem, siue seruitutem magis accedere ad naturam seruitutis personalis; adhuc tamen ob prædictas rationes semper durabat, & afficiebat successores, Dec. *cons. 265. incip. In causa Magnifici*, Paris. *cons. 27. incip. In præsenti consultatione, num. 153. lib. 1.* Ludou. de Casanate *dicto consilio 42. numer. 53.*

Rursus non obstabat Ias. *consil. 89. incip. In præsenti con- 9
sultatione, lib. 3.* vbi scripsit concessionem facultatiuam factam domino cuiusdam prædij non obligare singularem successorem concedentis, quia placuit responsio, quòd Iason considerauit concessionem fuisse factam intuitu meritorum illius, cui fuerat facta concessio, quæ propterea erat merè & propriè personalis: sed hæc concessio communitati, seu hominibus castri facta dissimilis erat naturæ, cùm in ea strictè, & propriè non intelligeretur illa personalitas, seu singularitas in casu Iasonis considerata, quia reuera ex verbis conuentionis, & statutorum patebat non fuisse factam contemplatione solùm illorum hominum, qui tunc contraxerant, sed ob perpetuam commoditatem, &

vtili-

vtilitatem hominum castri tunc præsentium, & futurorum.

10 Minus vrgebat, quod dicebant informantes pro domino Don Virginio, quòd conuentiones, de quibus in dictis statutis, nihil aliud importarent, quàm contractum societatis, *l. cum duobus* 52. §. *si in coeunda*, *ff. pro socio*, *& in l. si merces*, §. *vis maior*, vbi Bart. *numer.* 9. *ff. locati*, & consequenter morte concedentis fuisse finitas, nec transire ad successurem. Quia fuit responsum, primò ex Balbo *in l. certi iuris*, *quæst.* 3 *num.* 8. *C. locati*, dominum, & colonum partiarium non esse propriè socios, per textum *in dicto* §. *vis maior*, ponderando dictionem *quasi*, quæ regulariter denotat improprietatem, vt in puncto considerat Aretinus, *in* §. *item Seruiana*, *num.* 9. *vers. non obstat*, *quòd sint socij*, vbi Ias. *numer.* 19. *Instit. de action.* & ideo potiùs esse quandam societatem velatam sub contractu locationis inclusam, & naturam locationis, & conductionis sapere, & consequenter transire ad hæredes locatoris, & coloni partiarij, *l. viam*, *C. locat.* vbi Baldus, *& in dicta l. certi iuris*, *num.* 8. *vers. non obstat*. Secundò fuit responsum ex prædictis cessare difficultatem, nam cùm concessio fuerit facta ad fauorem communitatis, nunquam deficientis quocunque nomine appelletur, censetur, & est perpetua, & ideo transit ad successores.

11 Ad illud, quòd Abbas Farsensis non potuerat imponere hæc onera, seu seruitutes, quia erat dominus castri, & tenutæ, & sic res sua sibi seruire non poterat, *l. in communi*, *ff. de seruit. vrban. prædior.* fuit responsum, quòd licèt Abbas esset dominus castri, non tamen habebat iura communitatis dicti castri, in cuius fauorem seruitutes, seu onera super tenuta imposita reperiuntur. Multa alia deducebant informantes pro Dominio Don Virginio, quæ sæpiùs fuerant deducta, & decisa, & ideo non fuerunt in dubium reuocata, sed præsupposita, vt quod statuta, de quibus agebatur, fuerant subscripta ab Abbate Farsensi tunc domino castri S. Poli, & tenutæ Marcellinæ, hoc enim iam fuit decisum in hac causa coram fel. record. Clem. Papa VIII. tunc Rot. Auditore, & huius causæ iudice die 28. Maij 1582. Paulum verò Vrsinum prædicti Abbatis fuisse successorem.

12 Rursus non fuit reuocatum in dubium, id quod iam bis fuerat decisum, statuta hæc fuisse condita per viam transactionis, & de iure incolas, & homines castri potuisse facere statuta conuentionalia cum domino, vt per Bartolum, & alios communiter id tradentes *in l. omnes populi*, *q.* 1. *ff. de iust. & iur.* neque obstare, quòd statuta siue loquantur in rem, siue in personam, non afficiant bona sita extra territorium statuentium, Præt. *decis.* 351. *in c. Dubitans* 20. *Octobris*, *num.* 1. *lib.* 1. Gozadinus *cons.* 49. *incip. Circa primum videtur*, *n.* 7. *&* 8. qui testatur de communi, & in prædicta decisione facta coram Piatto, in qua præsupponebatur fuisse decisum, tenutam Marcellinæ non esse de territorio castri S. Poli, quoniam in eadem decisione fuerat assertum, tenutam esse sub castri iurisdictione, quinimò fuit etiam vnita castro cum expressa conditione, & pacto inito cum vasallis, vt non posset diuidi, vel separari à dicto castro ex quauis causa etiam vrgentissima, prout *in c.* 37. *incip. Che lo prefato*, ideòque sortita fuit naturam, vel qualitatem castri, vel facta fuit de pertinentiis castri, *c.* 1. § *è contrario*, *de inuestit. de re alien. fact.* vbi Afflict. *n.* 5. Molina *de primog. Hispanorum*, *lib.* 1. *c.* 26. *n.* 4. *&* 12. Ioan. Garzias, *de expensis*, *& melioramentis*, *c.* 22. *n.* 5. *&* 6. & ad effectum vt in ea locum habeant statuta castri, sufficit quòd sit de pertinentiis castri, vel etiam quòd sit de iurisdictione castri, Aret. *cons.* 77. *incip. Et ratio scribendi*, *n.* 3. *&* 4. quòd maximè locum habet in statutis conuentionalibus, quæ habent vim contractus, quæ propterea extendunt vires extra territorium, Marsil. *in l. fin. n.* 73. *ff. de iurisd. omn. iudic.*

13 Ex eo etiam videbatur cessare difficultas, quòd Abbas Farsensis, qui approbauerat, & subscripserat statuta, & fecerat conuentionem cum hominibus castri, erat etiam dominus tenutę Marcellinæ, ideòq; proculdubio potuit consentire, & efficere, vt statuta haberent etiam vires in prędicta tenuta, quemadmodum valent ciuitatum confœderationes, vt statuta earum inter eas seruentur, Bart. *in d. l. omnes populi*, *nu.* 44. *ff. de instit. & iur.* & sicut homines vnius castri possunt habere seruitutem pascendi in alio territorio, Couarruuias *pract. q. c.* 37. *n.* 6.

Nec ad rem pertinebat, quod prætenderetur, Abbatem Farsensem tempore, quo statuta subscripsit, non fuisse amplius dominum tenutæ, quoniam contrarium fuit in hac causa decisum cor. fel. rec. Clem. VIII. die 28. Maij 1582. vbi Rot. formauit subscriptionem statutorum factam per Abbatem Farsensem præsumi factam tempore habili, quo erat dominus castri S. Poli, & tenutæ Marcellinæ. Accedebat etiam, quia ex prooemio statutorum in hac articuli propositione præsupposito de vetustate illorum antiquitate constare videbatur.

Nec restagabatur, quòd in subscriptione non adesset dies, nec probaretur præsentia partium, vel causæ cognitio, quia in subscriptione non requiritur temporis, seu diei notatio, cùm sufficiat subscriptio, *c. fin. de constit.* & hæc, & aliæ huiusmodi difficultates iam fuerunt sublatæ in decisione in hac causa facta die 20. Maij 1580. coram bon. mem. Vicecomite, vbi fuit decisum statutum habere requisita ad validitatem statutorum; & quantum ad præsentiam partium dicebatur in subscriptione contineri verbum *promitto*, quòd importat stipulationem, quæ de solemnitate intrinseca requirit patientiam & præsentiam partium, quæ propterea præsumitur interfuisse, nisi probetur absentia, Imol. *in l. his verbis*, *ff. de duobus reis*, Felin. *in cap. tener*, *num.* 8. *vers. fallit secundo*, *de sent. & re iudic.* & stante cursu amplius quam 30. annorum, & obseruantia subsecuta, & præsentia partium, & causę cognitio, & cætera necessaria interuenisse præsumuntur, & omnia fuisse solemniter acta, Gabriel. *de præsumpt. conclus.* 1. 14

Hinc fuit illatum subscriptionem fuisse validam, & ex illa Abbatem Farsensem dominum castri, & tenutæ Marcellinæ statutis fuisse ligatum, etiam quoad tenutam Marcellinam ratione potissimum conuentionis, & statuti promissorij inter ipsum, & vasallos facti, Bart. *in l. quod semel*, per illum text. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* Aretin. *in cap. nouit. num.* 23. *&* 26. *de iudic.* Roman. 436. *incip. Quod indultum*, *n.* 16. Crau. *cons.* 241. *nu.* 12. *incip. Princeps Illustrissimus*, &c. 15

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana relocationis.

Mercurij 2. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

De locatione facta à confraternitate nunquid requirat solemnitates requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

Statutum Papale, & de mandato Papæ conditum est aptum ligare res, causas, & personas Ecclesiasticas, n. 1.

Alienatio facta à confraternitate nunquid requirat solemnitates requisitas in alienatione bonorum Ecclesiæ, *numero* 2.

Satutum generale non trahitur ad casus habentes specialem prouisionem, & priuilegium, ibid. in fine.

DECISIO CCXL.

CVm præsumptio quòd Archiconfraternitas soleat distrahere sine solemnitatibus, censuerunt Domini confraternitatem teneri relocare cum antiquis pactis, & conditionibus Annæ, & sororibus, tanquam de sanguine vltimi inuestiti in vim statuti vrbis, *cap.* 124. *lib.* 1. Quod quidem statutum cùm sit Papale tanquam conditum de ordine, & mandato Papæ, est aptum ligare res, causas, & personas Ecclesiasticas in iis, in quibus non reperiuntur priuilegiatæ, vt tenuit Rota in causa Romana de Comitibus rel. inter diuers. impress. *decis.* 452. *part.* 1. & in alia Portuen. Plani coram Robusterio, confirmata *in decis.* 371. *n.* 3. *ead. p.* 1. *diuers.* & vltimo loco in Romana separationis thori coram R. P. D. meo Marquemontio in duabus resolutionibus. 1

Et proinde non fuit necessarium ingredi quæstionem, an ista confraternitas sit locus pius, vel ne? quia de potestate statuentis etiam quoad loca pia non potest dubitari ex prædictis, nec minus de voluntate stante quòd, vt supponitur, in facto confraternitas alienat sine solemnitatibus, vnde cùm circa alienationem minimè habeat 2

ſpecialem prouiſionem, ſiue ſit locus pius, ſiue non, debet comprehendi ſub generali diſpoſitione ſtatutorum, ſicut veniunt res, cauſæ, & perſonæ, vt in allegatis deciſionibus. Atque hinc corruere videbatur fundamentum ex deciſione in cauſa Romana relocationis die 13. Martij 1595 coram Gypſio, in qua fuit dictum huiuſmodi ſtatuta non habere locum in bonis Eccleſiaſticis, quia hoc ideo eſt, quia ſuper bonis Eccleſiæ adeſt ſpecialis prouiſio, nempe *in extrauag. ambitioſa, de bon. Eccleſ. non alien.* & ſtatutum generale loquens non debet trahi ad caſus habentes ſpecialem prouiſionem, & priuilegium, ad not. *in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſtam.* Put. *deciſ.* 106 *num. 2. & 3. lib. 3.* & ita fuit concluſum, non tamen ſine contradicente.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Ieroſolymitano.

Ianuen. Cenſus.

Mercurij 2. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor obligans ſe tanquam principalis, tenetur ad omne id, ad quod tenetur principalis: & ex pluribus delinquentibus vnuſquiſque tenetur in ſolidum ad damna, & intereſſe.

SVMMARIVM.

Promittens ſoluere ad omne mandatum iudicis, ſoluere tenetur mandato relaxato, n. 1.

Fideiuſſor obligatus tanquam principalis, ſoluere tenetur eodem modo, quo tenetur principalis, n. 2.

Relinquentes ſi plures fuerint, eorum vnuſquiſque in ſolidum tenetur ad damna, & intereſſe, n. 3.

Damno dato à pluribus, ſi diſcerni non poteſt an damnum ſit datum ab vno potius quàm ab altero, quilibet in ſolidum tenetur, ibid.

Partis appellatione quandoque continetur totum, quando aliàs promiſſio eſſet fruſtratoria, n. 4.

DECISIO CCXLI.

1 DVbitaui, an mandatum relaxatum ſit exequendum contra Auguſtinum Rochettum pro ſumma in eo contenta, vel pro qua parte? Et Domini pro tota ſumma exequendum eſſe cenſuerunt; cùm enim ſe obligauerit de reficiendo Domino Antonio Plaxio omnia damna, expenſas, & intereſſe, ad omne meum mandatum executiuum ad inſtantiam Domini Antonij videtur factus locus ſupradictæ obligationis, & conſequenter mandatum exequendum pro ſumma in eo contenta, ad tradita per Dec. *reſponſ. 56. numer. 14. lib. 2.*

2 Non obſtat, quòd Auguſtinus ſit fideiuſſor Pauli, qui dedit mandatum ad ſe obligandum pro ſua rata tantùm, & quòd ideo ſicut mandatum non poſſet exequi contra Paulum, niſi pro ſua rata; ita nec contra Auguſtinum, ne in plus teneatur fideiuſſor, quàm principalis; quia fuit reſponſum Auguſtinum ſe obligaſse tanquam principalem, purè, & abſolutè, non autem limitatè ad ratam Pauli, vnde cùm ipſe non ſit ſimplex fideiuſsor, ſed principalis, ex quo tanquam talis ſe obligauit, tenebitur iuxta ſuam obligationem, non habito reſpectu ad illam Pauli, nec erit locus regulæ prædictæ, quæ procedit in fideiuſsore, non autem in eo, qui ſe obligauit tanquam principalis, Illuſtriſſimus Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 9. num. 12.*

3 Vlteriùs etiam, quòd obligatio Auguſtini eſset reſtringenda ad ratam Pauli, tamen adhuc teneretur pro tota ſumma contenta in mandato, quia cùm agatur de damnis, expenſis, & intereſse, prouenientibus ex delicto propter recurſum habitum ad iudices laicos pro impedienda executione mandati Rotalis, rata Pauli importabit totam ſummam, cùm hoc caſu quilibet ex delinquentibus teneatur in ſolidum, *l. 1. §. ſi plures, ff. de eo per quem fact. erit, l. ſi ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam.* Felin. *in cap. ſicut dignum, num. 15. de homicid.* Rondegal. *in l. eandem n. 301. & ſeq. ff. de duob. reis,* quoties enim non poteſt diſcerni damnum datum ab vno, & damnum datum ab alio, quilibet inſolidum tenetur, *l. ſi plures, ff. arbor. furt. cæſar.* Innoc. *ind. cap. ſicut dignum,* Alex. *conſ. 103. num. 2. verſ. & plus dicit, lib. 1.*

Quæ confirmantur ex eo, quòd Paulus dedit mandatum ad obligandum ad effectum obtinendi abſolutionem à cenſuris, quæ cùm non poſſet obtineri, niſi refectis omnibus damnis, expenſis, & intereſse, dicta eius rata ad totam ſummam videtur referenda, cùm aliàs d. abſolutione non habita, effectus eius obligationis redderetur fruſtratorius, nec eſt nouum, quòd appellatione partis quandoque tota ſumma contineatur, *l. 2.* vbi Iaſ. *in princ. & n. 5. C. de hered. inſtit.* Cephal. *conſ. 299. n. 27.* 4

Ex quibus ita concluſum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
poſteà S. R. E. Cardinali.

Romana palatij de Aquila.

Mercurij 2. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Filius quando ſibi præiudicet quoad legitimam, acceptando teſtamentum paternum? Et quando in filio præſumatur ſcientia, vel ignorantia diſpoſitionis paternæ? Et quid operetur clauſula, *& omni meliori modo*, & an & quando fideicommiſſum probetur ex confeſſione?

SVMMARIVM.

Legitima debetur filio in bonis patris abſque onere, numero 1.

Filius acceptando diſpoſitionem paternam non poteſt amplius variare, & tollere ius quæſitum fideicommiſſariis, num. 2.

Probatio debet per neceſſe concludere, nu. 3.

Poſſeſſio præſumitur ex titulo magis vtili, ibid.

Declaratio trahitur retro vſque ad initium actus, ibid.

Filius per acceptationem tacitam paternæ voluntatis non cenſetur præiudicaſſe quoad legitimam, etiamſi in teſtamento illius detractio prohibeatur, niſi ſpecialiter illi renunciauerit, n. 4.

Hæres per ſimplicem hæreditatis aditionem non tenetur ſeruare præcepta teſtatoris iure improbata, ibid.

Filius per ſimplicem hæreditatis aditionem non præiudicat ſibi in legitima, ibid.

Fallit quando pater inſtituit filium in tota hæreditate, prohibita ei legitima detractione, quam ſi filius facere vellet, in ſola legitima illum hæredem inſtituerit, num. 5.

Filius tacitè approbando teſtamentum paternum non cenſetur renunciare illi iuri, quod ex poſterioribus codicillis competere neſciebat, num. 6.

Poſſeſſio mutari poteſt ſuperueniente noua cauſa poſſeſſionis, ibid.

Filius non præſumitur ignorare teſtamentum paternum, quando poſt patris mortem plures filij non diuidunt æqualiter, nec eo modo, quo ab inteſtato ſuccederent, numer. 7.

Scientia teſtamenti non infert ad ſcientiam codicillorum, ibidem.

Obſeruantia interpretatiua non eſt locus in claris, n. 8.

Clauſula & omni meliori modo, *operatur vt actus ſuſtineatur eo modo, quo ſuſtineri poteſt, ibid.*

Confeſſio erronea non præiudicat confitenti, nec eius hæredi, ibid.

Fideicommiſſum non probatur ex confeſſione erronea, vbi non eſt in poteſtate confitentis facere fideicommiſſum, ibidem.

DECISIO CCXLII.

FVit dictum, quòd per mortem fratris Aſcanij non fuit ſuper palatio de quo agitur, purificatum aliquod 1
fideicommiſſum vigore teſtamenti, & codicillorum quondam Hieronymi ad fauorem Adriani, inhærendo ſiquidem deciſioni aliàs in hac cauſa factæ coram Reuerendo Patre Domino meo Lancellotto fuit conſideratum, quòd licèt Hieronymus in ſuo teſtamento reliquiſſet Mutio filio ſuo in eius hæreditaria portione palatium prædictum cum onere fideicommiſſi, tamen in ſecundis codi-

codicillis, quos postea fecit, declarauit, quòd si dictus Mutius vellet potiùs habere legitimam portionem liberam ab omni grauamine fideicommissi, in tali casu deberent officia empta in eiusdem Mutij personam computari in dictam eius legitimam, atque supplementum illius compleri ex dicto palatio, & alijs bonis in dictis codicillis expressis. Vnde cùm Mutius acceperit possessionem palatij, & postea in actis declarauerit, se potiùs velle suam legitimam liberam, quàm pinguiorem bonorum portionem subiectam fideicommisso, atque ad computum dictæ suæ legitimæ istud palatium retinuerit, nullum remansit fideicommissum super palatio, siue codicillos attendamus, siue dispositionem iuris communis, quæ filijs legitimam in bonis patris defert, atque attribuit liberam ab omni onere, *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. l. cùm ratio, ff. de bon. damnat.*

2 Non obstat, quòd de tempore dictæ declarationis Mutius iam possedisset palatium quasi per decem annos, vnde infertur, quòd iam acceptauerat dispositionem paternam cum onere fideicommissi, qua acceptatione stante, non potuit ampliùs variare, & tollere ius quæsitum fideicommissarijs per dictam acceptationem, *l. vlt. ff. de pact. l. Stichum, §. fin. de nouat.* Rom. *cons.* 125. *num.* 1. Soc. Iun. *cons.* 122. *num* 9. *& seq. lib.* 1. Mol. *de primog. Hispan. c.* 4. *num.* 37. *lib.* 2.

3 Fuit enim responsum, quòd possessio palatij fuit actus æquiuocus adaptabilis tam dispositioni contentæ in secundis codicillis, quàm institutioni, quæ in testamento habebatur, sicque cùm fieri potuerit citra ius, & nomen hæredis, prædicta illatio acceptationis non concludit per necesse, ideòque non suffragatur Adriano authori, Abb. *c.* 2. *in fin. de cons.* Fel. *in c. cum Bertoldus, n.* 36. *de re iud.* Dec. *in c. in præsentia, num.* 58. *de probat.* Quinimo cùm titulus legitimæ, atque possessio in vim codicillorum esset Mutio magis vtilis, vt fuit in prædicta decisione Domini mei Lancellotti animaduersum, omnis ratio suadet Mutium maluisse illum titulum, illumque possessionem, Bart. *in l. gerit, n.* 21. *de acq. hered.* Alex. *cons.* 8. *num.* 14. *lib.* 3. Aym. *cons.* 322. *num.* 10. quod maximè dicendum est stante prædicta eiusmet Mutij declaratione, quæ trahitur retrò vsque ad initium actus, ex cumulatis per Surd. *decis.* 29. *per totam.*

4 Quin etiam dato sine veri præiudicio, quòd Mutius possessionem in vim testamenti accepisset, tamen per istam paternæ voluntatis tacitam acceptationem non fecisset sibi præiudicium, quo minus legitimam quandocumque detrahere potuisset, etiamsi talis detractio expressè in paterno testamento fuisset prohibita. Ratio est, quia cùm filius numquam excludatur à legitima, illiusve supplemento, nisi specialiter illi renunciet, *l. si quando, §. & generaliter, C. dicto tit. de inoff. testam.* cum ibi not. Mutius per acceptationem tacitam prætensæ dispositionis non renunciauerat legitimæ, de qua ipso iure lex reijcit omne onus, omnemque prohibitionem. Est enim generale, quod per simplicem hæreditatis aditionem hæres non tenetur seruare præcepta testatoris iure improbata, *l. Seius, & Augerius,* vbi Bart. & alij notant, *ff. ad leg. Falc.* Bal. *in l. prima, n.* 8. *C. de his quæ pœn. nom. & cons.* 161. *lib.* 5. Bertach. *in repet. dicta l. Seius, §. si vero plus, num.* 12. qui ad hoc inducit text. *in l. dotale, §. fin. ff. de fund. dot.* & sic in specie, quòd per simplicem hæreditatis agnitionem non præiudicetur filio in legitima, tradidetunt Anch. *cons.* 152. *num.* 8. Paris. *cons.* 43. *num.* 16. *& 50. cum seqq. lib.* 2. Ruy. *cons.* 57. *num.* 2. *vol.* 2. Alex. *cons.* 89. *circa fin. vol.* 4. Cephal. *cons.* 188. *num.* 30. & quamplures refert Illustr. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *num.* 8. *tit.* 8. & Crass. *de success. §. legitima, q.* 38. *num.* 21. vbi inter alios citantur Rom. & Ferdin. Vasquez, qui testantur de communi.

5 Nec obstant aliqui, qui contrarium senserunt, loquuntur enim in casu, quo testator instituit filium in tota hæreditate prohibita et legitima detractione, quam detractionem si filius facere vellet, tunc in sola legitima illum hæredem instituit, quippe multi tenuerunt hanc dispositionem à patre fieri posse, & imputet sibi filius, qui cùm habere posset legitimam liberam, maluit eligere totam hæreditatem cum onere fideicommissi, Soc. Iun. *cons.* 122. *num.* 2. *dub. num.* 8. *lib.* 1. Dec. *cons.* 688. Guald. *de art. test. tit.* 5. *caut.* 31. *num.* 6. & alij per Gabr. *de legit. concl.* 1. *num.* 59. bene Cucch. *de legitim. tit. legitima nullum grauamen admittit. n.* 29. Eugen. *cons.* 38. *num.* 7. *&* 11. Sed quicquid sit de veritate illius opinionis, ille non est casus noster, quia non constat, quòd bona Mutio relicta in testamento excederent legitimam, quin potiùs contrarium apparet ex dictis codicillis, in quibus assignantur pro legitima illamet & bona, quæ institutionis titulo in testamento relinquebantur.

Deinde in dicto testamento Hieronymus non fecit aliquam dispositionem in casu, quo Mutius nollet stare prohibitioni detractionis legitimæ, neque in tali casu illum iussit esse contentum legitima, neque in illa ipsum instituit, ideòque si Mutius possedit vigore testamenti, sequitur quòd non præiudicauit sibi quo minus legitimam detrahere posset; si verò possedit vigore secundi codicilli, possessio potiùs fuit ex titulo legitimæ, & per consequens non grauata fideicommisso, quia ipse sic declarauit, & erat illi vtilior talis possessio, vt dictum est.

6 Accedit prædictis, quòd Mutius de tempore captæ palatij possessionis non habebat scientiam, & notitiam contentorum in patris codicillis, prout ipse professus est in sua declaratione, ideòque paterni testamenti tacita approbatio non potuit operari renunciationem illius iuris, quod sibi ex posterioribus codicillis competere nesciebat, Bar. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 12. *&* 17. *de verb. oblig.* Dec. *cons.* 495. *num.* 20. Decian. *cons.* 3. *n.* 119. *lib.* 1. Verùm saltem talis approbatio non fuit impedimento, quin superueniente codicillorum scientia Mutius sibi mutare potuerit causam possessionis à titulo testamenti, & institutionis ad titulum codicillorum, & legitimæ, Ruy. *cons.* 61. *num.* 13. *lib.* 1. Bero. *cons.* 53. *num.* 11. *&* 29. *lib.* 3. Achill. *decis.* 4. *n.* 1. *de caus. poss. & propr.* Put. *decis.* 451. *lib.* 4. & meliùs in nostris terminis Ias. post plures, quos refert *in l. fin. sub num. primo, C. de iur. codicill.*

7 Non obstat, quòd dicitur non esse admittendam in filio testamenti paterni ignorantiam, quando, vt hoc in casu, plures filij non diuidunt æqualiter, nec eo modo, quo ab intestato succederent, Bart. *in dicta §. duo fratres, in* 3. *quæst. vers. pone quod*, omisso enim, quòd post Rom. Ias. *ibi num.* 57. reprehendit hoc dictum Bart. item omisso quòd aduersùs confessionem Mutij Adrianus eius hæres venire non potest, fuit responsum, quòd vis non sit in hoc casu in ignorantia testamenti, sed codicillorum, quorum scientia non potest inferri ex agnitione inæqualis diuisionis, quia talis diuisio non fuit disposita in codicillis, atque ex scientia testamenti non potest præsumi scientia codicillorum, vt in eodem §. *duo fratres*, agnoscit idem Bart. *num.* 16. Sed in omnem euentum, si Mutius habuit notitiam codicillorum, in quibus eadem bona iure legitimæ absque aliquo onere illi relinquebantur, danda esset aliqua ratio, quare contra declarationem ab ipso factam præsumere debeamus, quòd illa potius grauata fideicommisso vigore testamenti capere voluerit, quàm libera in vim codicillorum.

8 Hinc nec obstat obseruantia deducta, ex quo Ascanius mortuo Mutio accepit possessionem palatij vti fideicommisso subiecti, siquidem non est locus coniecturis, neque obseruantiæ interpretatiuæ, vbi Mutij clara, & expressa adest declaratio. Et nihilominus responderur ex abundanti, quòd Ascanius non se restrinxit ad solam fideicommissi causam, sed addidit clausulam, *& omni meliori modo*; quæ operatur, vt actus sustineatur eo modo, quo potest sustineri, vt in hoc casu illa Ascanij possessio iure hæreditario sustineri potest, Fely. *in c. cùm super, num.* 11. *de off. deleg.* Aym. *cons.* 30. *circa fin.* Verall. *decis.* 273. *lib.* 1. *in manuscr.* Cæs. de Graff. *decis.* 1. *n.* 4. *de elect.* Demum causa illa possessionis ab Ascanio expressa vti erronea neque ipsi, neque eius hæredibus detecto errore præiudicaret, *l. si post diuis. C. de iur. & fact. ignor. l. non probatur, ff. de confess.* Ias. *in l.* 1. *&* 2. *vers.* 3. *subtilius; C. de error. calcul.* Nec enim in potestate Ascanij fuit per suam protestationem ibi facere fideicommissum, vbi non erat, Roy. *cons.* 128. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 2.

9 Non obstat, quòd Ascanius non potuisset habere palatium, nisi vigore fideicommissi, quòdque aliàs Tiberius Mutij frater debuisset cum Adriano Fabij alterius fratris filio succedere. Hæc enim sunt extra dubium, cùm Religioni satis sit, quòd palatium fuerit repertum liberum in hæreditate Ascanij. Et nihilominus si Tiberius ex aliqua causa non curauit petere palatium, & forsan ne ab

ipso viceuersa peteretur supplementum legitimæ Murij, quam idem Mutius in sua declaratione dudum petierat, non potest ex non petitione Tiberij desumi valida fideicommissi declaratio, maximè cùm forsitan Tibertus si palatium oon habuit, habuerit tamen suam portionem in alijs bonis, quæ Mutius possidebat.

Atque ex his fuit decisum in principio, &c.

R.P.D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien de Amorinis.

Veneris 4. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Legatum quando possit solui in bonis vbi pecunia fuit legata, & quando censeatur legata pecunia, vel potiùs bona.

SVMMARIVM.

Legatum debet solui in specie legata, non autem in alia, inuitis legatarijs, n.1.

Solutio potest fieri de bonis vbi pecuniæ sunt in obligatione, & bona in facultate soluentis, n.2.

Dic id procedere in contractibus, non autem in legatis, in quibus electio est legatarij, n.3.

Dic secundo id non procedere, quando constat de mente testatoris volentis legatum solui in pecunia, tunc enim non est locus facultatiuo bonorum solutioni, n.4.

Legatum censetur relictum in pecunia, non autem in bonis, quando legatum factum est in summa certa, & quando testator vsus fuit verbis dare, & soluere, *n.5.*

Testator censetur in vno casu noluisse id quod quando voluit, in alio expressit, ibid.

Dicto de, *latius patet, quàm dictio* in, *ibid.*

Verba adiecta causa demonstrationis non restringunt legatum dispositiuè factum, n.6.

Pecunia etiam dicitur de bonis testatoris, ibid.

Hæres cum beneficio legis & inuentarij potest soluere legata in bonis, n.7.

Fallit in hæreditate opulenta, ibid.

DECISIO CCXLIII.

1 TEstator legauerat his verbis. Reliquit singulis filiabus legitimis, & naturalibus natis, & nascituris quandocunque ex prædictis Iulio Cæsare, & Alexandro, vel altero eorum scuta 1000 auri in auro, cum apparatibus concedentibus pro qualibet earum, quas dotes, & mobilia voluit per dictos fratres de communibus bonis hæreditariis dari, & solui tempore, quo nubent, omni excusatione, & contradictione cessante. Cùm filiæ Alexandri in Monasterio collocandæ peterent à Iulio Cæsare illarum patruo partem illius legati pro rata illum tangente post relaxatas executoriales tanquam completam executionem, opposuit Iulius Cæsar se velle soluere prædictum legatum in tot bonis stabilibus: puellis autem ex aduerso instantibus, vt solutio fieret in pecunia numerata, proposui super illa controuersia dubium; & Rota censuit legatum deberi in pecunia, nec solui posse in bonis stabilibus, quia cùm legata fuerit pecunia, nempe scuta 2000. auri in auro, non est admittenda alia solutio inuitis legatariis, *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. l. promissorum, in fine, ff. de const. pecu. l. eius à quo, C. de solut.*

2 Non obstat, quòd testator voluerit istud legatum solui de communibus bonis, ex quo infertur, quòd licèt pecuniæ sint in obligatione, tamen bona sunt io facultate soluentis, per tex. *in l. si quis stipulatus fuerit decem in mollo, ff. de solut.* Ruyn. *cons. 65. lib. 2.* & fuit dictum in causa Romana donationis sc. 10000. quarta Februarij 1575. cor. fe. re. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore.

3 Omisso siquidem an Iulius Cæsar ita fuerit in mora, vt non possit amplius offerre solutionem in bonis, iuxta distinctionem; de qua in dicto text. fuit responsum, quòd dispositio ipsius legis procedit in contractibus, non autem in legatis, in quibus electio est legatarij, gloss. *in l. plerumque, in fine, ff. de iur. dot.* Alex. *in l. qui duos, de leg. 1.* Fel. *in cap. inter cæteros, numer. 4. de rescr.* Fuit dictum in vna Pisana legati 22. Maij 1593. coram Illustrissimo Pamphilio, & de magis communi testatur Corn. *consil. 215. num. 2. lib. 4.* sequitur Aym. *cons. 187. numer. 6.*

4 Deinde dispositio prædictæ l. non procedit quando, vt in hoc casu, constat de mente testatoris volentis legatum solui in pecunia, tunc enim non est locus facultatiuè bonorum solutioni, vt per Siluestr. Aldob. *cons. 115. num. 31.* quem approbauit Rota in causa Rauennatensi donationis 12. Iunij 1599. coram Reuerendiss. P. D. meo Lancellotto.

5 In proposito autem, quòd testator voluerit pecuniam legare, & non bona, patet non solùm ex quo legatum factum est in scutis 2000. vt dictum est. Item ex quo adiecta sunt verba *dare, & soluere*, quæ potius important numerationem, vt fuit in prędicta decisione Rauennatensi decisum, verùm etiam, quia in hoc ipso testamento testator voluit relinquere arbitrio hæredis, vt dotes in bonis stabilibus soluere posset, id expressè declarauit in alio legato dotium relictarum neptibus suis ex filiis prædefunctis. Ideòque expressisset etiam in hoc casu si id voluisset, *l. 1. sin autem, C. de caduc. tollen. cap. ad audientiam, de decim.* & inter ista duo legata dotium adest ratio diuersitatis, quia hic agitur tantùm de scutis 2000. pro qualibet puella, ibi autem 15000. cuilibet relinquuntur, quæ non ita facilè haberi possunt in numerato. Item ibi testator legauit in tot bonis stabilibus, hìc autem de bonis: dictio autem *de*, latiùs patet, quàm *in*, *§. hac actione, ff. de vi bon. rapt.* Ideòque legatum de bonis potest verificari, in pretio redacto ex bonis.

6 Et quidem illa verba, *voluit dari, & solui de bonis communibus hæreditariis*, non fuerunt apposita pro concedenda facultate soluendi io bonis, sed ad declarandum mentem testatoris volentis, quòd dotes filiarum cuiuslibet fratris soluerentur ab vnoquoque fratre pro medietate, ne scilicet patruus posset prætendere filiam esse dotandam de portione sui patris, quod etiam suadetur ex quo apparatus condecentes, de quibus in legato fit mentio, manifestum est, quòd non possunt dari in tot bonis stabilibus hæreditarijs, vnde cùm bona sint adiecta causa demonstrationis, non restringunt legatum prius dispositiuè factum in pecunia, Castr. *consil. 338. lib. 1. numer. 3.* Dec. *consil. 182. num. 1. & consil. 323. numer. 6.* Atque alij cumulati in addit. ad Mandel. *cons. 274. numer. 1.* bonus tex. *in l. quidam testamento 96. de leg. 1.* & in omnem casum etiam pecunia est de bonis testatoris, Aym. *d. cons. 187. vers. sed pro primo l. 1.* vbi not. Doct. *Cod. de vsufr.*

Concurrit etiam alia declaratio à testatore facta, dum mandauit, vt pecuniæ spectantes ad hæreditatem ponantur penes montem Pietatis pro soluendis debitis, & legatis, cum expressa, & amplissima prohibitione alienationis bonorum immobilium, etiam pro soluendis legatis, pro quibus quatenus non sufficerent illæ pecuniæ, declarauit quæ bona essent alienanda pro illis soluendis, quippe sic clarè colligitur, quòd testator non cogitauit de solutione in bonis facienda, nisi quatenus expressit. Deinque concurrit obseruantia subsequuta, quia ipsemet Iulius Cęsar alias dotes soluit in pecunia, & fauor concurrit dotis constituendæ Monasterio, quæ regulariter, & maximè ex vsu ciuitatis Bononiæ dari consueuit in pecunia, nòn autem in bonis.

7 Non obstat, quòd Iulius Cæsar vti hæres cum beneficio l. & inuent. possit soluere in bonis, *l. fin. §. si prædictam*, vbi Doct. *Cod. de iur. delib.* quia id non habet locum in hæreditate opulenta, vt latissimè Surd. qui alios cumulat, *decision. 30. n. 9. 14. & 32.* At in hoc casu non agitur de cogendo hærede vltra vires, aut res hæreditarias, sed solummodo postquam ipse noluit numerare pecuniam, deuentum fuit ad subhastationem tot bonorum hæreditariorum, ex quibus dicta pecunia conficeretur vsque ad debitatum dotium quantitatem. Atque ex his, &c.

R.P.D.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R.E. Cardinali.

Viterbien. celebrationis Missarum.

Veneris 11. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Archidiaconus, siue sit Sacerdos, siue non, præcedere debet Archipresbyterum, & si Sacerdos fuerit in celebratione Missarum, Episcopo absente, præferendus est Archipresbytero.

SVMMARIVM.

Archidiaconus Sacerdos præferendus est Archipresbytero in celebratione Missarum, absente Episcopo, n.1. & per tot.

Archidiaconus præcedere debet Archipresbyterum, siue ipse Archidiaconus sit Sacerdos, siue non, n.2. in fine, & num.3.

Archipresbyter in his quæ spectant ad ordines, dicitur maior Archidiacono, n.5.

Archidiaconus non est necesse, quòd sit Sacerdos, ibid.

Qualitas accidentalis attendenda non est, declara vt num.6.

DECISIO CCXLIV.

1 Stante, quòd modernus Achidiaconus Viterbien. est Sacerdos, dubitaui an in celebratione Missarum solemnium, absente Episcopo, ipse sit præferendus Archipresbytero? Et licèt pro resolutione ad fauorem Archidiaconi sufficere viderentur decisiones Sacri Concilij, super litibus quæ dabantur, nec Rota contra illas fuisset aliquid vnquam attentatura; nihilominus quia informantes pro Archipresbytero inculcabant multas iuris conclusiones, quibus instabant satisfieri per decisiones Rotales, iux. constitutionem Pij IV. ac etiam super hoc porrexerunt memorialia Sanctissimo, qui iussit fieri iustitiam, Domini examinando quæstionem, censuerunt prætensionem Archidiaconi esse iustam, & benè fundatam auctoritate, & ratione.

2 Auctoritate Hostien. *in c.1. n.5. vers. quid si Archidiaconus, de off. Archip.* quem ibi sequuntur Io. Andr. Anchar. Butr. & alii passim, & vanitas videbatur dicere, quòd Hostien. non loquatur de celebratione Missarum, sed de simplici præcedentia, quia contrarium colligitur ex eius verbis immediatè præcedentibus, in quibus ponit regulam officij celebrationis Missarum ad fauorem Archipresbyteri, & postea format quæstionem, quid si Archidiaconus esset Sacerdos, & tunc dicit quòd Archipresbyter ei cedere debet, quod est intelligendum retentis eisdem terminis, & vt exceptio sit de regula, & sic vt cedat quoad celebrationem Missarum, & facit quia distinctio, an sit Sacerdos, vel ne, minimè erat necessaria quoad præcedentiam, cùm nemo sit qui nesciat præcedentiam deberi per Archipresbyterum Archidiacono, siue ipse Archidiaconus sit Sacerdos, siue non. Et ita Hostien. intelligunt Beto. *cons.22. num.31. lib.1.* Illustrissimus D. meus Cardinalis Tuscus *verbo Archid. conclus.482. num.15.* Eandem conclusionem ad fauorem Archidiaconi firmat glos. *in c. Pontifices, verb. quæ licita, iunct. gloss. in verb. quæ Sacerdotes 7.q.1.* & ne videretur oblita casus, in quo adesset dignitas Archipresbyteralis, allegat textum *in c. perlectis 25. dist.* vbi de Archipresbytero, & illius officio sit particularis mentio.

3 Ratio etiam non videtur deficere pro Archidiacono, quippe quia ipse, simpliciter loquendo, est dignior, & eminentior Archipresbytero, & ob hanc rationem illi in Ecclesia & extrà præcedere debet, & admittunt omnes *in d. c.1.* & latiùs prosequitur Barbat. *cons.5. lib.2. per totum.* Conuenire igitur videtur Maiestati Sanctissimi Sacramenti, & decentiæ Ecclesiæ, vt per digniorem celebretur, nisi aliàs obstet defectus ordinum.

4 Nec obstat quòd hoc munus specialiter reperiatur demandatum Archipresbytero, *d. c.1. vers. in Episcopi sui absentia*, quia non propterea prohibetur Archidiacono, si ex alijs iuris regulis potest ad illum spectare, & non est nouum in iure, quòd idem officium pluribus competat, ordinatiuè tamen, ita vt vnus alteri præferatur, vt in terminis celebrationis Missarum prosequitur Bero. *d. cons.22. num.23. cum pluribus seqq. lib.1.*

5 Non obstat quòd celebratio Missarum sit de ijs, quæ spectant ad ordines, & in istis Archipresbyter dicatur maior Archidiacono, glos. Host. & alij *in d.c.1.* quia DD. loquuntur cum præsupposito, quòd Archidiaconus sit qualis necessitas illius dignitatis illum expostulabat, hoc est, simplex Diaconus, non enim ex necessitate tenetur suscipere sacerdotium, *c. gesta, c. vbi 7. dist.* cum concord. secus si fiat Sacerdos, quia tunc respectu ordinis non est ampliùs minor, sed par, vt benè se ipsum declarat Hostien. *d. c.1. num.5. vers. cum sit par in ordine*, quem alij sequuntur. Et facit quia ordo sacerdotalis non inest dignitati, sed personæ, in cuius anima imprimitur character, & ideò licèt vna dignitas requirat personam maioris ordinis, quàm altera, non propterea, loquendo propriè, dici potest quòd vna dignitas sit ordine sacro maior, quàm altera.

6 Atque hinc corruit aliud fundamentum, quòd qualitas Sacerdotis in Archidiacono sit accidentalis, cùm illam ex necessitate suæ dignitatis non teneatur suscipere, & proinde non sit attendenda, ad not. *in l. qui habent, ff. de tutel.* Abb. *in c. si quis contra, sub n.2. de for. compet.* quia si considerentur solæ dignitates, nullo modo eis inest ordo sacer; si verò attendantur personæ, vtrique inest accidentaliter, vnde cùm in hoc sint pares, ille debet præferri, qui in cæteris est dignior, per prællegata. Et ita fuit conclusum.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
postcà S. R.E. Cardinali.

Lucana bonorum.

Veneris 11. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Quod temporis spatium requiratur, vt Ecclesia contra aliam Ecclesiam præscribat, & quid operetur error iuris in præscriptione, & plura recensentur ex quibus interrumpitur præscriptio.

SVMMARIVM.

Ecclesia vt præscribat contra aliam Ecclesiam, requiritur spatium 40. annorum, n.1.

Possessio mutatur, ex mutatione tituli, n.2.

Præscriptio interrumpitur per possessionem ab altero captam, ibid.

Annus inceptus non habetur pro completo in materia præscriptionis, n.3.

Præscriptio interrumpitur per litem motam, ibid.

Ecclesia, seu Prælatus dicitur possidere ciuiliter bona Ecclesiæ, n.4.

Possessio interrumpitur etiam per solam possessionem ciuilem, ibid.

Præscriptio contra Ecclesiam non currit absque bona fide, siue priuatus, siue alia Ecclesia præscribat, n.5.

Error iuris non causat bonam, neque malam fidem, sed medium quandam statum, quoad inchoandam præscriptionem non sufficit, ibid.

Error iuris nocet in præscriptione 40. annorum, ibid.

DECISIO CCXLV.

1 Pro informante, scilicet præscriptionem non obstare Ecclesiæ sancti Michaelis, ad hoc enim, vt Ecclesia contra aliam Ecclesiam præscribat, requiritur tempus 40. annorum, *c. ad aures, c. illud, & c. de quarta.* cum ibi not. *de præscr. auth. quas actiones, C. de sacr. sanct. Eccles.* Puri. *decis.252. num.3. lib.3.* hoc autem temporis spatium non habent in casu, de quo agitur, RR. Patres S. Romani, cùm lis à moderno Rectore illis mota fuerit de anno 1599. & ipsi cœperant possidere de anno 1588. quo decessit Pellonus, vel saltem de anno 1570. quo dictus Pellonus ad fauorem Monasterij cessit, & renunciauit omni & cuicumque iuri sibi competenti super istis bonis, reseruato sibi vsufructu, & cum onere soluendi Monasterio scuta 12. quolibet anno.

Nec

Nec possunt iuuari anteriore possessione Pelloni, quæ cœpit de anno 1531. quia cùm Pellonus possideret ex impetratione beneficij, & fratres dicti S. Romani acceperint bona ex testamento Peregrini, stante illa iurium, & titu-
2 lorum diuersitate fuit inducta, & creata noua possessio, quando Monasterium bona apprehendit, Abb. *in c. in princ. de solut.* Rota *decis.* 1. *in fin. de locat.* Sarnen. *in reg. de trienn. q.* 11. *n.* 14. *&* 15. Vltra quòd statim mortuo Pellono, Rector, qui tunc existebat S. Michaelis, habuit realem, & actualem bonorum possessionem, quam licèt postea relaxauerit ad fauorem Monasterij, tamen ex huiusmodi relaxatione Rota cor. Illustrissimo Cardinali Pamphilio sensit, Ecclesiam sancti Michaelis fuisse spoliatam, & sufficit, quòd per illam possessionem Rectoris sancti Michaelis fuerit factus locus interruptioni præscriptionis à Pellono inchoatæ, gloss. 2. *in l. naturaliter, ff. de vsucap.* Balb. *de præscrip.* 3. *part.* 6. *par. princ. in princ. n.* 4.

3 Minus dici debet, quòd Pellonus solus per se compleuerit præscriptionem, procedendo ab anno 1531. quo fuit immissus ab anno 1588. quo obijt, nam & ista præscriptio non suffragatur Monasterio venienti, vt dictum est, ex alio titulo, & cùm Pellonus cesserit omni iuri ad fauorem Monasterij de anno 1570. quo tempore ad complementum quadragenariæ possessionis deficiebant octo menses, vel incirca, non potest dici quòd ille absoluerit præscriptionem, quia in hac materia odiosa annus inceptus non habetur pro completo, *l. in omnibus la prima, ff. de act. & oblig. l. in vsucap. in princ. ff. de diuer. & temp. præscript.* gloss. *in rubr. ff. de diuer. & temp. præscr.* Bart. *in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, vers. venio ad* 4. *ff. ex quibus caus. maior.* Accedat quòd Pellono ipsi fratres S. Romani mouerunt litem, quæ per plures annos in partibus, & in curia durauit, ita vt per illam fuerit sine dubio interrupta præscriptio, *c. potest* 16. *q.* 13. *l. cum notissimi, in princ. & §. imò C. de præscript.* 30. *annor. glos. fin.* ibique Doct. omnes *in dicto c. illud, de præscrip.*

4 Præterea non processit ista Pelloni præscriptio, quia Rector sancti Michaelis remansit in possessione Altaris sancti Nicolai, cui bona legata fuerunt, ibique continuè celebrauit, & fecit celebrare Missas, vt testes deponunt, atque retinuit etiam possessionem ciuilem bonorum ad dictum Altare spectantium, Nat. *cons.* 562. *n.* 13. Anchar. *in reg. beneficium, n.* 11. *de reg. iur. in* 6. Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 13. Ferret. *cons.* 14. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Bertach. *de Episc. lib.* 3. *par.* 1. *q.* 56. ista autem ciuilis Ecclesiæ possessio fuit de per se sufficiens ad impediendum Pelloni præscriptionem, *l.* 1. *§. per seruum qui in fuga,* & ibi not. Bart. *in fin. & in l.* 3. *§. ex contrario,* vbi plenè Alex. alijque Doct. *ff. de acq. poss. gloss. magna circa fin. C. de seru. fugit.* Ruy. *in c. sine possessione, de reg. iur. in* 6. Aret. *in §. primo, Instit. de vsucap.* Corn. *cons.* 16. *col.* 3. *vol.* 2.

5 Denique cùm in præscriptione contra Ecclesiam requiratur bona fides, siue priuatus, siue alia Ecclesia præscribat, vt *in dicto c. ad aures,* not. & Abb. trad. latè Balb. *dicto tract. de præscript.* 2. *part.* 3. *par. princ. §. sexto quæro, num.* 9. illa deficit tam respectu Pelloni, quàm fratrum S. Romani, cùm & isti & ille habuerint scientiam, & notitiam testamenti, in quo bona erant legata prædicti Altari sancti Nicolai vnito Ecclesiæ sancti Michaelis. Nec sufficeret si allegaretur iuris error, quia ex illo nihil ad summum elici potest, nisi medius status, nec bonæ, nec malæ fidei, qui non sufficit ad inchoandum præscriptionem, Couar. *in reg. possessor. §.* 7. *sub n.* 6. *vers. nam cum ad mixtum, de reg. iur. in* 6. & quòd in hac 40. annorum præscriptione iuris error noceat, quamplurimos cumulat, & de magis communi testatur Gabr. *de præscript. conclus.* 14. *num.* 4.

6 Nec suffragatur Monasterio concordia inita cum Pellono, & Apostolica auctoritate confirmata, siquidem non potest Ecclesiæ sancti Michaelis præiudicare res inter alios acta, maximè super bonis ad ipsam spectantibus, Rectore ipsius non vocato, & in prædicta confirmatione sicuti regulariter in alijs omnibus fuit præseruatum ius tertij, & per consequens dictæ Ecclesiæ, cui Papa proculdubio non habuit intentionem præiudicandi.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Colimbrien. sponsalium.

Mercurij 14. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Testes vitæ probabilis requiruntur vbi agitur de cogendo quem vt cum alia matrimonium contrahat, nec debet cogi is, qui sponsalia contraxit per verba de futuro, ad contrahendum matrimonium, vt verba de præsenti, vbi subest aliqua iusta causa, vtputa odium ex parte sponsi, vel sponsæ, cum sponso, vel sponsa.

SVMMARIVM.

Probatio integra requiritur vbi agitur de cogendo aliquem, vt cum alia matrimonium contrahat, n. 1. *Vbi quòd tunc testes debent esse bonæ conuersationis, & vitæ probabilis.*
Testis familiaris vilis ac malæ famæ non probat, n. 2.
Testis retractio minuit de fide illius, n. 3.
Arbitrio iudicis multum defertur in materia testium, ibid.
Soror repellitur à testimonio pro sorore in materia sponsalium, n. 4.
Subornatio testium aliàs facta inducit suspitionem subtractionis in alijs testibus, n. 5.
Matrimonia coacta difficiles solent exitus habere, n. 6.
Matrimonium contrahere non sunt cogendi qui sponsalia contraxerunt, quando subest aliqua iusta causa, ibid. Vbi ponderatur pro causa maleuolentia & odium inter sponsos.
Sponsalia dicuntur clandestina si in eis nullus testis apertus interfuit, ibid.

DECISIO CCXLVI.

CVm præsupposito, quòd sententiæ sint validæ, & quòd testes in dicto probent sponsalia de futuro inter Thomam, & Isabellam, proposui dubium, an sententiæ latæ ad fauorem Isabellæ sint confirmandæ, vel infirmandæ? Et solo Thoma informante Rota censuit dictas sententias esse confirmandas, atque iure merito Metropolitanum Bracharen. qui in secunda instantia tulit sententiam, absoluisse Thomam à petitione Isabellæ.

Tendit enim dicta petitio ad effectum cogendi Tho- 1
mam, vt cum Isabella contrahat matrimonium, quo casu quia agitur quasi de statu hominis, requiritur integra probatio, glos. not. *in c. mulieri, in vers. absolutio, in fin. de iur. iur.* quam esse communiter receptam dicit quamplurimos cumulans Dec. *cons.* 133. *n.* 2. & testes debent esse bonæ conuersationis, & vitæ probabilis. Ita quòd non sit verisimile, quòd pro aliquo velint falsum deponere, *c. licèt* 1. *in literis, de test. c. primo de consang. & affin.* Feiy. *in rubr. de sponsal. n.* 5. Alex. de Neuo *cons.* 11. *num.* 14. *& cons.* 12. *n.* 11.

In propositum autem sententiæ fundatæ sunt in depositio- 2
nibus trium mulierum, quarum vna inseruiuit Isabellæ, eiusque patri, & est vilis, inhonesta, & malæ famæ, ideòque non probat, *dicto c. in literis,* ibique gloss. Innoc. Io. Andr. & alij, Mil. *in verb. testes familiares producentes,* Dec. *dicto cons.* 133. *num.* 4. *vers. Lucia pedissequa,* Alex. *cons.* 105. *num.* 4. *lib.* 5. Addentes ad decisionem Capellæ Tolosanæ 4. sub numero primu, Rip. *in l. si constante n.* 24. *ff. solut. matr.* Ruyn. *cons.* 18. *n.* 17. *lib.* 5.

Alia æquè inhonesta, vilis, & malæ famæ, præterea 3
se retractauit, & coram ordinario sponte deposuit se aliàs circa ista sponsalia falsum deposuisse, inductam precibus Isabellæ, addidique facere se hanc retractationem; quia cùm instaret sanctissimi Iubilæi indulgentia, non inueniebar confessarium, qui aliàs vellet eam absoluere: non potest autem negari, quin ista decantatio multum minuat de fide testis, præsertim cùm in hac materia plurimum iudicis arbitrio deferatur, vt ait Hostien. *in c. super eo il* 2. *num.* 3. *in fin. de test.*

Tertia testis in moribus, & in fama non patitur exce- 4
ptiones, sed est soror germana Isabellæ, cum illa commorans in domo paterna, ideòque suspecta ob nimiam affectionem erga sororem, quæ in maritum petit Thomam

mam, à quo natalibus, & diuitijs superatur, ad text. & ibi not. *in dicto c. super eo, de test.* vbi Hostien. *in princ.* not quòd ibi dicitur in matrimonio fuisse ex casus contingentia, sed etiam fore idem dicendum in sponsalibus, tradit Alex. *dicto cons.* 150. *num.* 4. *lib.* 5. Dec. *dicto cons.* 183. *num.* 4. Imol. *cons.* 135. *num.* 5. Franc. Aret. *cons.* 13. *num.* 10. & faciunt not. per Bald. *in l. parentes, in princ. C. de test.*

5 Atque istæ exceptiones eò magis sunt attendendæ, quia in hoc casu subest maxima suspicio subornationis, adest enim prædicta retractatio depositionis factæ ad preces Isabellæ. Adest alia testis Isabella Simonis, quæ licèt inducta ab Isabella actrice, deponit tamen, dictam actricem dixisse sibi quòd non habebat testes, qui deponerent de istis sponsalibus, & petiuisse numquid ista Isabella testis non esset aliquid de illis depositura, quando opus esset, quod illa facere abnuit, quia nihil sciebat. Hinc enim præsumi potest actricem, quæ istas duas mulieres subornauit, aut subornare tentauit, id ipsam etiam quoad alias perfecisse, ut benè in simili dicit Guidop. *cons.* 75. *num.* 4. Item prædicti sermones inter istas Isabellas fuerunt statim post sequuta asserta sponsalia, & si tres prædictæ testes fuis-
6 sent condoctæ ab actrice ad effectum, ut possent de sponsalibus testificari, prout illæ deponunt, actrix non dixisset Isabellæ, se non habere testes, quibus suam intentionem probare posset.

Accedit, quòd licèt quoad contextum hujus facti dictæ tres testes inter se conveniant, tamen augetur suspicio præmeditatæ, & compositæ fictionis, ex quo interrogatæ de accessu ad locum, & de alijs circumstantijs, quas non præoccupauerunt cogitare, singulæ deponunt diuersa, & inter se non cohærentia.

Denique de istis sponsalibus nulla per sex annos fuit facta mentio, donec occasione aliorum sponsalium à Thoma contractorum cum quadam muliere, quam vnus ex Isabellæ consanguineis in vxorem ducere concupiuerat, fuit ista lis inchoata, & medio tempore aliqui testes deponunt, quòd Isabella tractauit de nubendo alijs viris, ita vt omni ex parte admodum turbida, & inuerisimilis reddatur prædictarum mulierum depositio, quæ cùm etiam contineat, quòd in actu assertorum sponsalium ipsæ testes erant adeò absconditæ, vt eas Thomas videre non posset, obstantibus saxis, & trabibus intermedijs, quivis facilè intelligit, qua fide dignæ sint, quæ adeò constanter deposuerunt vidisse in occulto, & in tenebris ad dimidiam noctis horam illa omnia, quæ in earum dictis continentur. Nec immeritò supradicta retractio occasione Iubilæi facta fuit inter alia specialiter, quia testis falsò dixerat, se vidisse Thomam, & Isabellam eum manibus adhærentibus.

7 Aduertebant etiam Domini, quòd cùm versemur in assertis sponsalibus quæ Thomas semper impugnauit, sustinendo litem in pluribus instantijs, veniendo ad curiam, & faciendo alias omnes sibi possibiles diligentias, non debet cogi ad contrahendum matrimonium, stante præcipuè, quòd inter ipsum, & Isabellam maleuolentiæ, atque odij semina exorta sunt, ex quo ipse illam in honestatis maleficij, aliarumque turpium rerum oppositione fœdauit, testibus super illis materijs iudicialiter inductis, & examinatis: siquidem matrimonia coacta, vt plurimum exitus parum felices sortiuntur. Ideòque si etiam plenè, & ritè probatis sponsalibus, Ecclesia tamen abstinet à coactione matrimonij, vbi subest iusta causa ad not. per Doct. *in c. requisiuit, de sponsal.* vbi Abb. *n.* 3. *collect. c.* 2. *col.* 2. *eod. tit.* Gabr. *cons.* 186. *n.* 1. *lib.* 2. Couar. *super* 4. *decr. par.* 1. *c.* 4. *nu.* 4. fuit dictum in Vlixbonensi matrimonij 1599 coram bon. mem. Litta, & in Mediolanensi sponsalium de anno 1607. coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio, multò magis à dicta coactione abstinendum est in hoc casu, in quo agitur de sponsalibus clandestinis, cùm illis nullus testis apertus interfuit, ad trad. per Bald. *cons.* 142. *n.* 13. *lib.* 2. vt quorum subsistentia innititur solis prædictarum mulierum depositionibus, quæ nullo iuris, vel facti adminiculo coadiuuantur, sed pluribus debilitantur exceptionibus, & concurrentibus circumstantijs quasi funditus destruuntur.

Atque ex his fuit conclusum pro reuocatione sententiarum, &c.

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Barchinonen. confinium.

Veneris 18. Decembris 1609.

A R G V M E N T V M.

Absoluendus est excommunicatus ob non paritionem, si postea paruerit; sed numquid sit obligatus præstare cautionem de parendo in futurum, an verò sufficiat simplex obligatio,

S V M M A R I V M.

Absolutio censurarum dari debet excommunicato propter non paritionem litterarum Apostolicarum, si postea illis paruerit, num. 1.

Condemnatus ad non molestandum, & perturbandum possessorem, si molestet, aut perturbet, an possit in futurum condemnari ad præstandum cautionem de amplius non molestando, & non perturbando, ibid.

Depositum non admittitur in parte cum obligatione de soluendo residuum postquam debitum fuit liquidatum, num. 2.

Oblatio sola non sufficit, quando agitur ad aliquid consequendum, sed necessaria est actualis solutio, vel depositum, Declara vt n. 3.

DECISIO CCXLVII.

EX adductis pro parte vniuersitatis visum fuit constare 1
de paritione, & inde debitam esse absolutoriam, iux. not. *in c. qua fronte, de appell. & in c. solet, de sent. excommunic. in* 6. cum concord. Ad illud quod objiciebatur non fuisse per vniuersitatem præstitam cautionem de non veniendo in futurum suo prætenso iure decimandi intra fines, de quibus agitur, iuxta doctrinam Innoc. *in c. cùm nostris, nu.* 3. *vers. si autem talia sunt incorporalia, de concess. præb.* fuit responsum quòd quicquid sit de intellectu illius conclusionis, de quo latè Modern. *de retin. poss. remed.* 3. *q.* 91. *num.* 8 t. cessare difficultatem in hoc casu, quia vniuersitas non reperitur condemnata ad dandam talem cautionem, vnde pro paritione sufficit sibi præstare illud quod habetur in sententia, etiamsi alias in aliquo pluris condemnari potuisset, vt in specie resoluit Rota in causa Burgen. Iurisdictionis 10. Decembris 1597. coram bon. mem. Peregrino.

Secundò opponebatur non sufficere in hoc casu depo- 2
nere aliquid pro fructibus decursis, cum obligatione de soluendo residuum, postquam erit facta liquidatio, iux. decis. Capic. 17. *num.* 5. dicebatur enim fructus esse certos in hoc casu stantibus libris distributionum quæ fiunt inter Presbyteros de vniuersitate, pro quo allegabatur decis. Cæs. de Grass. 5. *de restit. spoliat.* Sed fuit responsum non apparere de existentia huiusmodi librorum saltem de tempore præsenti, & quatenus appareret, esset necessarium pro liquidatione, quòd in illis fuerint annotati fructus decimales percepti intra fines, de quibus agitur distinctè ab alijs per eandem vniuersitatem in locis circumstantibus perceptis, neque hoc sufficeret, nisi vlteriùs isti fuerint distinctè venditi, & distinctè annotatum illorum pretium, & istæ difficultates non fuerunt ponderatæ in decisione Cæs. de Grass. fortè quia ibi non concorrebant.

Tertiò dicebatur intentionem vniuersitatis esse in hoc 3
casu aliquid consequi, nempe absolutoriam, & quòd ad consequendum non sufficit oblatio, sed est necessaria actualis solutio, vel depositum, *l. si à te, C. de pact. inter empt. & vendit.* Boer. *decis.* 124. *n.* 22. Cephal. *cons.* 207. *n.* 1. fuit responsum, illa iura procedere, quando agitur ad consequendum aliquid quod à tertio aufertur, secus quando agitur ad consequendam absolutoriam à censuris, quæ absolutio principaliter tendit in beneficium animæ obtinentis absque eo, quòd aliquid depereat parti, vnde non est indulgendum eius malitiæ, si se opponit, ita glos. *in d. c. solet. verb. decedat, circa fin. de sent. excom. in* 6.

Infrà in eadem causa habetur altera decisio sub die 23. Ianuarij 1612. coram eodem Card. Sacrato, est decis. 405.

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Toletana Capellaniæ.

Veneris 18. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Declaratoria excommunicationis ob non paritionem litterarum Apostolicarum quando concedatur, & quando etiam ab ea liceat appellare.

SVMMARIVM.

Declaratoria censurarum, & excommunicationis datur contra non parentem litteris Apostolicis, & earum exequutorialibus, n.1. Vbi tamen quòd hoc procedit, quando seruatis terminis substantialibus non docetur de paritione.

Appellatio datur à declaratoria excommunicationis conditionaliter lata, nisi infra tot dies paruerit pendente d. termino, declara vt n.2.

Appellare non licet ab exequutione rei iudicata, ibid.

Appellare non licet à declaratoria excommunicationis lata pro exequutione rei iudicata, ibid.

Absurdum vt euitetur semper facienda est interpretatio, ibid.

Appellatione prohibita à sententia, non censetur prohibita appellatio à sententia interloquutoria, declara vt n.3.

Restitutio in integrum petita post cœptam exequutionem, & post decretas & relaxatas exequutoriales, exequutionem non impedit, n.4.

DECISIO CCXLVIII.

1 CEnsuerunt Domini dandam esse declaratoriam, quia de sententia Capituli in parendo mandatis Rotalibus, imò potiùs Apostolicis, constat nedum ex eo quòd intimatis sibi litteris exequutorialibus, & seruatis terminis substantialibus non docetur de paritione, iux. not. per Felin. *in c. ad probandum, n.6. de re iud.* Cresecen. *decis. prima, de sequestr. poss.* Mohed. *decis.1. de sent. excom.* Verùm etiam de dicta sententia apparet ex actibus positiuis in facto relatis pro parte Ioseph, qua sententia statore ritè proceditur ad censuras Ecclesiasticas, glos. *in c. duo, verb. videbatur 96. distinct.* Abb. *in c. 1. num. 10. de iud.* vbi etiam Rip. *num. 29.* latè Conar. *in c. alma mater, par. 1. relect. 9. num 3. vers. quinto hic aperitur*: iste enim est vnus ex præcipuis modis, quibus sancta Mater Ecclesia consueuit sententes deducere ad viam salutis, *c. dilecto*, vbi glos. *in verb. Ecclesiastice*, Gemin. *num. 3.* Franc. *num. 2. & in 4. notab de sentent excom. lib. 6.*

2 Non obstat quòd censuræ non fuerint simpliciter fulminatæ contra Capitulum, sed conditionaliter, nisi infra tot dies paruerit, quo termino pendente licuit Capitulo appellare, & inde suspendere effectum censurarum, *c. præterea il 2.* vbi latè Scrib. *de appell.* quia ille tex. non loquitur de censuris latis pro executione rei iudicatæ, quo casu cum materia de sui natura non sit appellabilis, *l. ab executore*, vbi Scrib. *ff. de appell.* appellatio interposita nihil operatur, vt dicit in specie Gemin. *cons. 99. n. 1. in fin.* & facit, quia in qualibet materia illa semper est capienda interpretatio, per quam absurdum euitetur, *l. non absurdum*, vbi Scrib. *ff. de bon. libert.* Absurdum autem esset dicere, quòd Papa per dictum textum voluerit quòd iudicium semel terminatum, denuò mediante appellatione interponenda a censuris ferendis pro executione rei iudicatæ reuiuiscat, & per nouas instantias protrahatur, contra regulam, *l. certi iuris, C. de iud.* Hinc videtur quòd licèt ponatur regula, quòd liceat appellare à declaratoria incursus censurarum, limitatur tamen si declaratoria est lata vigore executorialium, & rei iudicatæ, Lancellot. *de attent. par. 2. c. 12. limit. 21. n. 27.*

3 Non obstat quòd declaratio incursus censurarum sit interlocutoria, & consequenter per commissionem Rotalem prohibentem appellationem non censeatur prohibita appellatio ab interloquutoria, Abb. *in c. Pastoralis n.6. de appell.* cum concord. quia allegata procedunt quando est prohibita appellatio à sententia, ea ratione quòd sub nomine sententiæ in materia stricta non venit interloquutoria, secus si simpliciter, & indefinitè sit prohibita appellatio, vt in hoc casu, ita distinguit Abb. quem alij sequuntur, *loco supracitato*, & in omnem euentum conclusio esset intelligenda de alia interloquutoria, quàm illa quæ venit pro exequutione rei iudicatæ super negotio principali, quia alias esset per indirectum tollere omnem efficaciam rescripti auferentis facultatem appellandi.

Minus facit quòd Capitulum in actu executionis implorauerit beneficium restitutionis in integrum, quod non censetur sublatum per prohibitionem appellationis; nam præter quòd euentus Signaturæ Sanctissimi docuit, quòd ista exceptio non poterat retardare virtutem executorialium Rotalium, in omnem casum ista restitutio debebat fieri ante cœptam executionem, aliàs non habuit vim retardandi. Rip. *in l. 4. §. condemnatum, num. 30. ff. de re iud.* Put. *decis. 285. lib. 2.* Cæl. de Grass. *decis. 1. num. 14. de rest. r. in integr.* Cœpta autem dicitur exequutio ex ipso quòd sunt decretæ, & relaxatæ executoriales, vt tenuit Rota in vna Carthaginen. Decanatus 18. Decembris 1587. coram bo. me. Bubalo. 4

Minus facere visum fuit quod dicitur ad Capellanos, non autem ad Capitulum spectare tradere possessionem, quia contraria obseruantia visa fuit probari, ex multis in facto relatis pro parte Ioseph.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana incendij.

Veneris 15. Ianuary 1610.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

Ignis præsumitur habuisse originem in loco, vbi fuit primùm visus, num. 1.

Ignis origo probatur indiciis, & coniecturis, ibid. vbi plures enumerantur coniectura.

DECISIO CCXLIX.

DOmini steterunt in decisis, constare ignem ortum habuisse in apotheca D. Vincentij, circumscripto tamen effectu, quia ex eo quòd ignis primùm visus fuit in apotheca D. Vincentij, surgit præsumptio originis, Alex. & alij in decis. adducti, quibus additur Cathesac. inter cons. Calcan. 63. *sub num. 2.* Quæ præsumptio quando sola non sufficeret, attamen fulcita pluribus adminiculis & dictis testium, concludentissimè probat dictam originem, quæ alijs indicijs & coniecturis probatur, Gabr. *cons. 159. num. 8. in fin. & num. seq. lib. 1.* Maximum autem indicium inter alia, imò euidentem demonstrationem faciebat, quòd dum ignis erat in apotheca D. Vincentij, ipse procurabat ne intraret in apothecam D. Patriarchæ, prohibendo illi aditum ex foraminibus in pariete communi, existentibus cum quibusdam linteaminibus madefactis, extrahendo fœnum à dicta apotheca, quæ extractio, & aditus ipsi propter ignem fuit prohibitus in apotheca propria ipsius D. Iustiniani. 1

Non obstat quòd coniecturæ debeant esse concludentes, quia visæ sunt Dominis tales, quæ possunt deseruire pro ea probatione, quæ in hac materia haberi potest, & longè superant coniecturas ex aduerso adductas. Illa enim coniectura, seu præsumptio quòd præsumatur ignis accensus culpa inhabitantium, vltra quòd tangit effectum de quo hodie non agitur, procederet in igne reperto in domo D. Patriarchæ, alias enim esset inducere præsumptionem præsumptionis, quòd sit culpa habitantium, & ortum in loco vbi habitatur. Altera coniectura quod præsumitur potiùs ignis processisse in apotheca D. Patriarchæ, quia fœnum erat recens, seu nouum, quod absque causa extrinseca & ex se aptum est ad comburendum, tollitur, quia testes dicunt quòd ignis non erat in apotheca D. Patriarchæ, quando erat in illa D. Vincentij, & fœnum nouum non solet generare flammam, sed inter se comburitur, & quando generasset flammam, penetrasset per foramina cum apotheca D. Vincentij, non è contra, prout dicunt testes. Alia coniectura, seu obiectio, quòd cùm apotheca D. Patriarchæ esset murata ex parte anterio-

sio-

riori, non poterat ignis in ea bene videri, pariter cessat, quia testes loquuntur de tempore quando erat aperta, ac D. Vincentius & alij erant in ea pro impediendo ingressum ignis.

Non facit quod dicitur de vacuo existente retro apothecam D. Patriarchæ, ex cuius superiori parte possibile sit, quòd ignis fuerit proiectus in fœnum sibi existens, quia istud possibile non attenditur propter coniecturas contrarium suadentes, & quia probatur quòd de tempore quando ardebat fœnum D. Vincentij, non erat ignis in apotheca D. Patriarchæ. Non est verum quòd testes qui viderunt ignem orientem ex fœno D. Vincentij, non inspexerint fundum, seu apothecam D. Patriarchæ, quia contrarium conuincitur ex illorum lectura.

Alia bene tolluntur per informantes, &c.

R. P. D. COCCINO,

Spoletana dotis.

Veneris 15. Ianuarij 1610.

ARGVMENTVM.

Donationem dotis non præsumitur ex simplici cōfessione facta constante matrimonio receptæ dotis, nisi in contrarium sint vrgentes coniecturæ, & quæ.

SVMMARIVM.

Confessio receptæ dotis facta constante matrimonio in dubio non censetur facta ad probationem veritatis, n.1.

Confessio facta constante matrimonio de dote recepta, an præsumatur facta animo donandi, vel potiùs sub spe futuræ numerationis, n.2. & 3.

Exceptio non numeratæ dotis post solutum matrimonium de iure Cod. habet locum intra annum, n.4.

Exceptio non numeratæ dotis iure auth. & nouissimo intra quantum tempus competat, n.5.

Dos vt congrua dicatur, qualis esse debeat, n.6.

Donatio quando ex confessione receptæ dotis non præsumatur, num.7.

Reuocatio actus debet parti intimari, n.8.

Intimatio non requiritur vbi adest scientia, ibid.

Scientia præsumitur quando reuocatio est facta apud Notarium, apud cuius acta lis pendet, aliàs non, ibid.

Ignorantia facti præsumitur nisi probetur contrarium, ibid.

DECISIO CCL.

1 Non potest controuerti, quòd confessio dotis facta constante matrimonio à marito, nulla præcedente promissione, in dubio non censetur facta ad probationem veritatis, vt sæpiùs conclusit Rota, teste Veral. *decis.12. lib.1.* in manuscr. Plat. *decis.192.* aliàs 594. *lib.3. par.3.* Gabr. *cons.163. num.20. lib.2.* nouissimè Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib.11. tit.20. num.20.* in quibus locis testatur ita omnes tenere.

2 Sed difficultas est an huiusmodi confessio fuerit facta sub spe futuræ numerationis, vel animo donandi? Et Rota numquam firmauit huiusmodi articulum satis controuersum, & dubium. Nam Gabr. *cons.163. n.8.* dicit quòd aut potest facilè percipi, quæ opinio communior, & ille procliuior sit, quòd dicta confessio sit facta animo donandi, & Menoch. *lib.3. præsumpt.12. n.50.* dicit contrariam sententiam, nempe quòd confessio sit facta sub spe futuræ numerationis, sibi magis probari, & Rebuff. dicit quòd hæc opinio est magis vera, & contraria sit magis recepta, & propterea difficile esset in iudicando ab ea recedere.

3 Et propterea omissa hac quæstione, pro resolutione dicebant Domini, quòd quatenus tenenda esset opinio, quòd confessio dotis, facta constante matrimonio, censeretur facta animo donandi, hoc esset verum in dubio: secus autem concurrentibus coniecturis in contrarium, vt dicit Gabr. *vbi suprà, n.41. & 48.* Illustrissimus Mantica pariter *loco allegato n.19.* Salyc. *in verb. si mater, n.1. vers. & vltra,* vbi Apostil. *in verbo verisimile,* Alex. *cons.18. n.3. vol.3.* Socin. sen. *cons.65. n.8. vol.1.* Bal. *in l.1. n.4. vers. vnde quæritur, C. de priuil. dot.* Mohed. *decis.2. n.6. de confess.* latissimè Surd. *cons.489.* Gozad. *cons.42. n.13. vers.4. instrum.* & tenuit Rota in causa Amerin. *num.17.* sub die 4. Maij 1579. coram Cantuccio.

Licèt autem ponderatis coniecturis excludebat, quòd dicta confessio fuerit facta animo donandi, sed potiùs causa cognoscendi bonam fidem ad probandam numerationem, vel saltim dictæ coniecturæ efficiunt, vt confessio censeatur facta sub spe futuræ numerationis, quo in casu isto operatur eundem effectum, cùm sint lapsa tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, & contrarium non appareat probatum, glos. *in l.1. in verbo facit. C. de dot. caut. non numerata,* Couar. *variar. resol. lib.1. cap.17. num.5. in fine, vers. quod si velimus,* Illustrissimus Mantic. *d. lib. de tacit. & ambig. conuent. n.9.* Menoch. *alleg. lib.3. præsumpt.12. n.75. vers. ceterùm si probamus,* licèt sit quando confessio fuit facta animo donandi, ex allegatis per eundem Menoch. *loco proximè citato, n.74.* 4

Quòd autem sint lapsa dicta tempora, satis patet. Nam etsi de iure Codicis intra annum à die soluti matrimonij locum habeat dicta exceptio, *l. vlt. C. de dot. caut. non numerat.* tamen de iure nouissimo authent. locum habet, si matrimonium intra biennium vsque ad decennium, vt in casu nostro, & querela conceditur hæredibus mariti intra tres menses post matrimonium dissolutum, *auth. quod locum, eodem tit.* quod Gozad. *cons.25. nu.2.* Plat. *inter cons. vlt. volunt. lib.1. cons.178. num.42.* & propterea cùm hæredes mariti nihil opposuerint intra dictum tempus, eis obstat d. exceptio etiam quòd confessio sit facta constante matrimonio, Soc. sen. *cons.82. in princ. num.1. & seqq. lib.3.* hæc enim videtur quædam tacita renunciatio, Ceph. *cons.464. n.8.* Mantic. sæpiùs alleg. loc. *num.10.* 5

Quòd autem hic adsint coniecturæ, satis suadetur, quia Aloysius pater Franciscæ, erat diues, & alias filias nuptui tradidit, cum simili, & maiori dote, vt deponunt testes in summario, *num:5.* & Guidobaldus tanta erat dignus dote, cùm in primo matrimonio similem dotem scut. 2000. habuerit, nec decreuerat in officio, cùm de tempore secundi matrimonij esset à secretis inclytæ Reipublicæ Ragusinæ, & in eadem ciuitate vxorem duxit, vnde fit quòd ista dos censeri debeat competens & congrua, & non excessiua, cùm sit conformis dignitati natalium facultatibus patris donantis, & qualitatibus mariti, & secundùm quantitatem alijs filiabus Aloysij datam, *l. quæro, ff. de iur. dot. l. filiæ pater, ff. de leg.3.* Fulgos. *cons.52. n.1. ante finem, vers. & Notarium,* cum alijs per Thesaur. *decis.192. n.1.* 6

Et hæc coniectura augetur ex confessionibus Guidobaldi, & suorum hæredum, de quibus deponunt testes *in summ. num.12. & 14.* Et ex mandato per eundem Guidobaldum ad ratificandum confessiones dotis, & acceptatione litterarum cambij facta per eosdem hæredes, qui promiserunt computari dictam dotem in certis stabilibus per priùs Franciscæ assignatis, & detegitur veritas huius facti iunctis prædictis & seqq. Nam in ciuitate Ragusina adest statutum quòd dotes non excedant summam scut. 1000. vt deponunt testes in summ. *num.3.* qui dicunt quòd propterea in prædictis matrimonialibus fit confessio à marito pro scutis 1000. tantùm, & postmodum pro residuo dotis, aut fiunt scripturæ priuatæ, aut fiunt litteræ cambij ab ipsismet viris eisdem etiam directæ, prout fuit factum in casu isto post nouem menses. Vnde fit, quòd cùm dos sit congrua, habita ratione ad omnia prædicta, & concurrant etiam alia adminicula, & causa, ex qua modo prædicto fuerit contractum, cesset coniectura donationis, vt per Salyc. Dec. Alex. & Socin. *loc. recitato.* Vbi dicunt, quòd si maritus emit bona, & dicat emere de pecunia vxoris, intrat præsumptio donationis, nisi constet mulierem aliunde habere pecuniam; ita in proposito cùm dos videatur congrua & digna viro excessa præsumptio donationis cùm præsumptio contraria magis videatur præualere, vt per Salycet. & alios allegatos. 7

Neque prædictis resistit, quòd confessiones dotis fuerunt reuocatæ per Guidobaldum, quia aut ex prædictis probatur, quòd confessio fuit facta ad agnoscendam bonam fidem, & ad probandam numerationem, & parum refert dicta reuocatio: aut prædicta probant 8

con-

confessionem fuisse factam sub spe futuræ numerationis, & etiam parum refert cùm non fuerit parti intimata, Bald. *in l. in contract. §. final.* & ibi etiam Castren. *C. de non numerat. pecun.* neque pro intimatione inseruit quòd reuocatio fuerit facta in actis cuiusdam Notarij, vnde præsumitur scientia, & vbi adest scientia, non requiritur intimatio, vt per Put. *decis.* 110. *lib.* 2. sed an sufficiat in hoc casu scientia prædicta, in omnem euentum prædicta procederent, si lis penderet, & apud acta Notarij causæ fuisset facta reuocatio: hìc autem reuocatio non fuit facta penes acta Notarij causæ, vnde nullo pacto potest inferri ad scientiam, cùm pro ignorantia acti præsumatur, nisi probetur contrarium, iuxta notata per Bart. *in l. si quis patrem, in fin. ff. ad Maced.* Fulgos. *cons.* 198. *col.* 2. *circa med. vers. & sic fuit*, Alex. *cons.* 12. *in fin. lib.* 2.

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Cæsaraugustana dismembrationis.

Sabbati 23. *Ianuarij* 1610.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione ponuntur quatuor casus, in quibus attentata in primis, & ante omnia reuocanda non sunt; quando, & quomodo dicti casus procedant, magistraliter declaratur.

S V M M A R I V M.

Attentata in primis, & ante omnia purganda sunt, num. 1.

Attentata in primis, & ante omnia non sunt reuocanda, quando sunt turbida, ibid. vers. & licet.

Attentata in primis, & ante omnia non sunt reuocanda quando constat de non iure petentis reuocationem, ibid. vers. & licet, & num. 2. *vers. Non alia. Vbi declaratur hoc procedere, quando de non iure petentis reuocationem constaret clarè, & manifestè, & per rem iudicatam, aliàs secus.*

Attentata in primis, & ante omnia non sunt reuocanda, quando materia attentatorum dependet à cognitione negotij principalis, n. 1. *vers. & licet, & n.* 3. *vbi declaratur hæc conclusio.*

Attentata in primis, & ante omnia non sunt reuocanda, quando ex reuocatione diminueretur cultus diuinus, n. 1. *vers. vel etsi aliàs, declara vt n.* 4.

Clausula arbitrio Rotæ *minuit de iuris rigore, num.* 1. *in fine.*

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, n. 4.

D E C I S I O CCLI.

1 CEnsuerunt Domini non esse locum arbitrio pro retectione attentatorum, quia omnes iuris regulæ clamant quòd in primis, & ante omnia purgentur attentata, de quibus latè per Scrib. *in c. non solùm, de appell. in* 6. & per Modern. *de attent. par.* 3. *cap.* 30. *num.* 168. & per Rota *decis.* 2. *de restit. spol. in nouis*, vbi addentes in verbo *possedisse*, cumulant plura priuilegia materiæ purgationis attentatorum. Et licèt à prædictis regulis declinetur, vel quando attentata sunt turbida, Modern. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *nu.* 60. vel quando constat de non iure petentis reuocationem, Rota *decis.* 7. *vt lit. pend. in antiq.* vel quando materia attentatorum dependet à cognitione negotij principalis, Capic. *decis.* 72. Modern. *vbi suprà q.* 19. *per totam*, vel etsi aliàs diminueretur diuinus cultus, glos. *in c. peruenit il* 2. *verb. assignet.* vbi etiam Præposit. *num.* 1. *de appell.* & prædicta eò magis, stante clausula *arbitrio Rotæ*, quæ minuit de iuris rigore, Crescen. *decis.* 4. *de test.* cum concord. ad prædicta omnia allegatis: nulla tamen ex allatis limitationibus visa fuit applicari ad propositum casum.

2 Non illa quòd attentata sint turbida, quia imò visa fuerunt clarissima, ex duabus decisionibus coram me in hac causa factis, cum quibus fuit dictum concordare aliam decisionem in causa Cremonen. iurispatronatus 26. Februarij 1603. coram R. P. D. meo Ludouisio. Non alia quòd constet de non iure petentis, quia ad istum effectum defectus iuris debet esse clarus, & manifestus, Io. Monach. *in c. cupientes, n.* 142. *de elect. in* 6. Rota *d. decis.* 2. *de restit. spol. in nou.* & ideò requiritur res iudicata, vel confessio partis, Modern. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *q.* 1. *num.* 65. vbi allegat decisiones Rotales. In casu autem proposito nedum non constat de malo iure parochialis, sed nec aliquid super illo est disputatum, vel cognitum.

3 Ad aliud quòd attentata pendeant à negotio principali, nempe à validitate litterarum Sixti PP. V. quia si fuerunt validæ, potuit collegiata adire ordinarium Turulen. exequutorem deputatum in prædictis literis, & cum illius mandato capere possessionem, fuit responsum, parochialem pro nunc se restringere ad attentata per Cæsaraugustanum, & petere fructus perceptos per collegiatam in vim executorialium Cæsaraugustani, constat ex eo quòd fuerunt percepti de manu œconomi deputati à Cæsaraugustano, vt patet ex quitantijs Procuratoris Capituli, & mandato facto ipsi œconomo vt solueret, vnde quicquid fieri potuerit in vim possessionis traditæ à Terul. intrat regula, Quod potuit volui; si tamen hoc potuit collegiata, de quo aliàs. Nec applicantur quæ aliàs dicuntur de sustinendo actu in vim potestatis magis sufficientis, quia non habent locum quandocumque agens declarauit se vti potestate, quæ postea detegitur insufficiens, Put. *decis.* 383. *num.* 4. *lib.* 2. Achil. *decis.* 7. *de procur.*

4 Ad vltimum, quòd agatur de diminutione cultus diuini, ad tex. *in c. peruenit*, cum ibi not. *de appell.* fuit dictum, quòd ille textus vel procedit quando frustratoriè, & delationis causa appellatur, vt patet ex illis verbis, ibi, *cùm autem*, &c. Vel quatenus generaliter intelligatur; quandocumque scilicet agatur de cultu diuino, erit intelligendum, quando scilicet proceditur per viam visitationis, non autem si procedatur per viam formalis iudicij, vt latè per Modern. *de attent. par.* 2. *c.* 12. *limit.* 18. *per totam*, vbi allegat decisiones Rotales. Vltra quòd idem fauor cultus diuini militat etiam pro parochiali, vnde intrat conclusio, quòd inter æqualiter priuilegiatos attendantur communes regulæ, *l. sed & milites, vers. æqualitas, ff. de excus. tut.* Anchar. *cons.* 37. *in prin.* Roman. *cons.* 385. *n.* 4. Rimin. iun. *cons.* 278. *num.* 72. Rota in specie apud Cresc. *decis.* 1. *de paroch. in fine*. Nam, vt dicit Anchar. *d. cons.* 37. *num.* 2. non est verisimile, quòd Princeps voluerit priuilegium habere locum contra alterum, qui est dignus eodem fauore.

R. P. D. M A R Q V E M O N T I O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. decimarum.

Luna 8. *Februarij* 1610.

A R G V M E N T V M.

Noualia quæ dicantur in materia decimarum, & quid debeant deponere testes vt probent noualia.

S V M M A R I V M.

Nouale, iuxta definitionem canonum, dicitur ager de nouo ad culturam redactus, de quo non constat memoria, quod aliquando cultus fuerit, num. 1. *&* 2. *Vbi quod testis deponens de noualibus, debet deponere cum dicto requisito.*

Testes non sufficit quod proferant verbum iuris, nisi rationem reddant quæ factum concludat, n. 2.

Factum non debet attendi, sed quid debuerit fieri, ibid.

Nouale in materia decimarum vt constituatur, non sufficit quod vsque tunc terra illa fuerit inculta, sed requiritur, quod ex illa nihil fuerit solutum, vel debitum nomine decimarum, n. 3.

Nemora & sylua si redigantur ad culturam, non mutatur illarum terrarum natura quoad decimas, ibid.

D E C I S I O CCLII.

1 ROta censuit non constare de noualibus, quicquid enim Iurisconsulti *in l. sylua, §. noualis, de verb. signif.* Virg. *in Georgicis*, & alij authores intellexerint per nouale, certè in hac decimarum materia non est recedendum

dum à definitione canonum, quam communiter amplectuntur omnes Doct. scilicet noualem esse agrum de nouo ad culturam reductum, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuerit, *cap. quid per nouale, de verb. signif. c. vlt. de priuil.* Ruyn. *cons.* 163. *n.* 16. *lib.* 5. Abb. *cons.* 71. *num.* 20. *lib.* 2. Hinc Innoc. *in cap. veniens, n.* 1. *de verb. signif.* dicit ad effectum, vt testes probent noualia requiri, quòd deponant nullum, qui viuit, vidisse, vel audiuisse, quando loca illa fuerunt culta, & quòd numquam viderunt aliquos, qui dicerent se vidisse illa loca coli, vel audiuissent ab alijs suorum in infinitum, vel etiam ab his, qui secum conuiuebant, & Innoc. sequuntur Ruyn. *d. cons.* 163. Ferrett. *cons.* 195. *n.* 2. *lib.* 1. & alij allegati per informantes.

2 In proposito igitur, quamuis dentur alij testes, qui deponunt adesse noualia intra parochias, de quibus agitur, tamen cùm nihil dicant de prædictis requisitis, non releuant, Paris. *cons.* 73. *num.* 39. *lib.* 4. Non enim sufficit, quòd proferant verbum iuris, nisi rationem reddant, quæ factum concludat, Aym. *cons.* 6. *num.* 123. Sicuti testes qui deponunt adesse consuetudinem, non probant, nisi deducant factum, vt per Decian. *resp.* 51. *num.* 11. *lib.* 2. Idque eò magis dicendum est, quia isti testes, quando recesserunt ab illa simplici noualium expressione, ostenderunt se non intelligere quid veniat appellatione noualis, quia hoc nomine comprehenderunt terras, quæ olim pascuæ fuerant, & è quibus cùm aliqui fructus perciperentur, sequitur quòd soluebatur, vel solui debebat decima, quia attendi debet, non quid factum sit, sed quid debuerit fieri, *c. peruenit, de decim.*

3 In hac autem materia non sufficit ad constituendum nouale, quòd terra vsque tunc inculta fuerit, sed requiritur prætereà, quòd ex illa nihil fuerit solutum, nec etiam debitum nomine decimarum: vnde si pascua, prata, siluæ, nemora redigantur ad culturam, non mutatur earum terrarum natura quoad decimas, quæ semper illi persoluendæ sunt, cui ante culturam soluebantur, Abb. *in dicto c. quid per nouale, num.* 1. *vers. nota tria,* Paris. *dicto cons.* 73. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 4. Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *num.* 22. Couar. *var. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 13. & fuit dictum in causa Conchen. decimarum de Borella 21. Maij 1601. coram Reuerendo Patre Domino meo Ortimbergo.

Stante autem, quòd non constat hoc casu de noualibus, remanet superflua secunda pars dubij, qua quærebatur, quænam terræ essent nouales, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Alexanen. pensionis.

Veneris 12. Februarij 1610.

ARGVMENTVM.

Pensiones decursæ in vita prædecessoris, an & quando possint exigi à successore, & quæ probatio requiratur pro probanda quasi possessione exigendi ad effectum, vt litteræ reseruationis pensionis non sint iustificandæ.

SVMMARIVM.

Successor non tenetur ad pensiones decursas tempore prædecessorum, nisi constet de diligentiis debitè factis contra antecessorem, seu eius hæredes, n. 1.

Pensionis exactioni locus non est, nisi stante quasi possessione exigendi, vel iustificatis litteris reseruationis, numero 2.

Litteræ reseruatoriæ pensionis præsumuntur iustificatæ stante pacifica possessione 30. *annorum, ibid.*

Quasi possessio exigendi pensionem, debet plenè probari, nec sufficiunt quitantiæ pensionarij, nisi probata scientia titularis, de cuius pecunijs dicitur facta solutio, n. 3.

DECISIO CCLIII.

1 Rota censuit Dominum Episcopum Alexanen. non teneri ad pensiones, de quibus in dubio: nam quoad terminos decursos de tempore Episcoporum antecessorum, fuit olim dubitatum, an pro illis agi possit contra successorem, ut per Cassad. *decis.* 4. *num.* 3. *de locat.* Cresc. *decis.* 3. *de solut.* Gig. *de pens. quæst.* 39. *in fin.* & licèt dubitatio fuerit sublata per recentiores decisiones, in quibus fuit dictum agi posse contra successorem quandiu constat de diligentijs debitè factis contra antecessorem, vt in causa Zamorensi pensionis 6. Martij 1587. coram bon. mem. Orano in Cæsaraugustana 13. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Pamphilio in Nazarena 15. Ianuarij 1607. coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino; tamen huiusmodi decisiones non possunt suffragari Ascanio pensionario, siue eius hæredibus, qui hoc iudicium incoharunt, quia non constat, quòd contra Episcopos Alexanen. antecessores Domini Episcopi moderni, fuerint factæ requisitæ, & sufficientes diligentiæ.

Quo verò ad terminos decursos de tempore dicti Domini moderni Episcopi, nec illi etiam debentur, quia cùm ipse non consenserit pensionis reseruationi, nec Ascanius sit in possessione exigendi, non est contra Episcopum locus exactioni pensionis, nisi iustificatis priùs literis translationis, & forsan etiam reseruationis. Iustificatio autem in hoc casu non datur expressa, nec est locus præsumptæ. Quia pro illa requiritur pacifica possessio per 30. annos, quæ hic non adest, & hæc omnia fuerunt considerata, in quibusdam causis pensionum, videlicet in Salamantina 26. Martij 1593. coram Giptio in Laudensi 29. Martij 1599. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano in Brixiensi 29. Nouembris del 93. coram Illustrissimo Millino & Neritonensi 5. Nouembris 1601. coram Litta. 2

Non obstant duæ quitantiæ de anno 1571. ex quibus infertur, Ascanium fuisse in quasi possessione exigendi, quia talis quasi possessio est probanda concludenter pro parte pensionarij, ex solutionibus per titularem factis, vt fuit dictum in Toletana pensionis 5. Decembris 1609. coram bon. mem. Iusto: ideòque non sufficiunt quitantiæ Ascanij, nisi aliunde constet de scientia, vel ratificatione Episcopi Sangalletti, de cuius pecunijs asseritur fuisse factam solutionem, Veral. *decis.* 175. *par.* 3. fuit dictum in Parmensi pensionis 5. Decembris 1594. coram Illustrissimo Pamphilio, & in alijs causis, &c. 3

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Terulen. beneficij.

Veneris 12. Februarij 1610.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus acquiritur ex fundatione & dotatione, non autem ex augmento dotis, nec sufficit dotis assignatio, nisi constet de assignationis effectuatione: & an ius patronatus altaris siti intra Ecclesiam, acquiratur ex dotatione: & quæ probatio iuris patronatus requiratur vt excludatur reseruatio.

SVMMARIVM.

Reseruatio vt excludatur ex iure patronatus requiritur plena, & concludens probatio iuris patronatus, nec sufficit quasi possessio præsentandi, n. 1.

Tituli inualidi productio inficit præsumptionem alterius tituli, & alias probationes, n. 2.

Ius patronatus de iure non competit, nisi ex dotatione & fundatione, siue ex constructione, vel fundi datione, n. 3.

Vnire sicut optare intelligitur de pluribus, ibid.

Beneficia præsumuntur dotata, ibid.

Fallit in altaribus sitis intra Ecclesiam, quæ possunt esse sine dote, ibid.

Ius patronatus non acquiritur ab eo, qui dotat Altare situm intra Ecclesiam, vide remissiue, ibid.

Ius patronatus non acquiritur ex augmento dotis exiguo, n. 4.

Ius patronatus non acquiritur ex assignatione dotis, nisi constet de assignatione effectuationis, n. 5.

Instrumenta, seu alia iura debent produci integra, n. 6.

DE-

DECISIO CCLIV.

1 BEneficium, de quo agitur, vacauit in mense Iulij, deque illo vti Sedi Apostolicæ reseruato, Dominus Orentius fuit prouisus; vnde cùm non sufficiat præsentatio existentium in quasi possessione præsentandi, sed requiratur plena iurispatronatus ex fundatione, vel dotatione probatio ad excludendam reseruationem, vt fuit dictum in causa Valentina de Cariet. 4. Iunij 1602. coram Reuerendo Patre Domino meo Lancellotto, & in Compsan. iurispatronatus 23. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Litta. Ideò dubitaui an in hoc casu constet de iurepatronatu? Et sulo Domino Orentio informante, fuit resolutum negatiuè.

2 Licèt enim in actis exhibita fuerit particula testamenti Ioannis Nauarri olim parochi, siue Vicarij oppidi de Alcala, in quo ordinatur, quòd ex bonis dicti testatoris accipiantur quædam pecuniæ, quæ ad censum ponantur ad effectum, ut fructus vniant, & incorporentur Capellaniæ dictæ de Maria Calza, fundatæ & institutæ in Ecclesia parochiali dicti oppidi de Alcala. Quòdque Dominus, & iudex dicti oppidi, & frater ipsius testatoris sint patroni; tamen hic titulus non fuit visus sufficiens ad probandum ius patronatus, imò illius productio inficit alias probationes, resultantes ex enunciatiuis ordinariorum, & præsentationibus effectuatis, Cresc. *decis.* 22. *num.* 3. *de probat.* Put. *decis.* 140. *num.* 2. *lib.* 3. de quibus proinde probationibus non est opus agere, nec inspicere an sufficerent in patronatu priuato, & an versemur in huiusmodi patronatu, vel potiùs in patronatu, qui ob suspicionem vsurpationis indigeat requisitis Concilij.

3 Quòd autem ille titulus testamenti non sit sufficiens, deducitur quia iuspatronatus de iure communi non competit, nisi ex dotatione, & fundatione, siue ex constructione, vel fundi datione, Dor. *in c.* 3. *de iur. patr.* Abb. *cons.* 54. *num.* 3. *par.* 1. & alij per Lamber. *lib.* 1. *par.* 1. *q.* 1. *art.* 6. *& quæst.* 2. *art.* 2. *num.* 1. Sed ex prædicto testamento non probatur fundatio Capellaniæ, quia dicitur in eo expressè, quando dicta Capellania erat fundata, non probatur etiam dotatio, sed solummodo quoddam augmentum dotis, vt indicant illa verba *vniri*, & *incorporari Capellania iam instituta*, quæ præsupponunt adfuisse aliquam dotem, cui vnio, & incorporatio esset facienda, quia vnire, sicuti optare, intelligitur de pluribus, vt per Rebuff. *in praxi de vnione, in princ.* & quidem de iure est, quòd beneficia præsumantur dotata, quod quamuis fallere possit in altaribus sitis intra Ecclesiam, quæ possunt esse sine dote, vt per Lambert. *par.* 1. *art.* 1. *q.* 3. *num.* 5. tamen omissa disputatione, an eo casu dotans altare acquirat iuspatronatus, quam disputationem attingit Lambert. *n.* 6. *sequent.* adhuc fallentia non satis quadrat huic casui, propter verba suprà considerata, & multo magis, quia altare vltra illos fructus legatos in pecunia habet quamplures alios redditus in fundis, & rebus soli, ita vt magis opportunum sit accipere verba *vniri*, & *incorporari* in sua propria significatione, quàm illam impropriare ad effectum, vt modicum legatum habeatur pro non augmento, sed pro dote, & beneficium remaneat non liberum, sed in seruitute contra regulas, & præsumptiones iurispatronatus.

4 Modicitas verò legati est perspicua, fructus enim pecuniæ legatæ vix constituunt summam scutorum aureorum nouem, quibus stantibus, sequitur certissima conclusio, quòd ex augmento dotis, maximè adeò modico, & exiguo, non efficitur quis patronatus, sed tantùm dicitur benefactor, glos. *in cap. piæ mentis* 16. *quæst.* 7. Abb. *in cap.* 3. *n.* 4. *de Eccles. ædif.* Lambert. *de iur. patr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 12. *n.* 1.

5 Accedit quòd non constat de aliqua Ordinarij approbatione, & quod plus est, non constat prædictum legatum fuisse effectuatum, seu adimpletum, quòd in fundatione iuspatronatus esset plenè, & concludenter probandum, vt fuit dictum in prædicta Compsana iurispatronatus coram Litta. Nec potest præsumi effectuatio ex obseruantia subsequuta, quia ad hunc effectum dicta obseruantia deberet esse proxima. Ex præsentationibus autem, quæ dantur, magis antiqua est post annos 70. à die conditi testamenti, vltra quòd præsentationes factæ sunt ad capellam sanctorum Apostolorum Simonis, & Iudæ, quæ est ad Altare maius. Potest autem dici verisimiliter, quòd testator non legauit Altari maiori, aliàs enim non omisisset hanc expressionem insignem, nec vsus fuisset illo circuitu inutili verborum, *Capellania dicta de sancta Maria Calza fundata, & instituta in Ecclesia parochiali oppidi de Alcala.*

Denique exhibita tantùm fuit particula testamenti, 6
non autem integrum testamentum, prout fieri debuerat, ad not. *in cap. contingit, de fid. instr.* Rom. *cons.* 305. *n.* 7. Alex. *in rubr. de nou. oper. nunc. n.* 35. & dicta particula est copia extracta lite pendente absque compulsorialibus, atque ex illa apparet testamentum fuisse minus validè, & solemniter factum, cùm in eo duo tantùm testes interuenerunt.

Itaque ex prædictis fuit resolutum pro informante, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Tullen. monasterij.

Lunæ 15. Februarij 1610.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Curiam secularem ipso iure priuatus remanet beneficio, quod prætendit. Requiritur tamen declaratoria, sine qua iudicium possessorium non retardatur. Plura de absolutione cum clausula, *Dummodo alteri non sit ius quæsitum*, & de gratia restitutoria, quando restitutus ex ea dicatur ad beneficium admissus ex nouo titulo.

SVMMARIVM.

Clausula, Dummodo alteri non sit ius quæsitum, *non præseruat ius accidentale, & extrinsecum exceptionis dilatoriæ, sed tantum ius intrinsecum, & quæsitum in ipsa re, num.* 1.

Recurrens ad iudices seculares priuatur omni iure suo, & ipso iure; declaratoria tamen est necessaria, n. 2.

Sententia declaratoria requiritur in pœna qua ipso iure incurritur, ibid.

Gratia absolutoria, & reintegratoria cum verbis amplissimis facta delinquenti restituit, & reponit ipsum delinquentem in omni iure, quod alteri collatum non est, num. 3.

Restitutus ad beneficium, quod amiserat, dicitur illud habere ex nouo titulo, declara vt n. 4.

DECISIO CCLV.

STante absolutione concessa Ioanni cum clausulis re- 1
stitutorijs amplissimis, censuerunt Domini non amplius illi obstare recursus ad iudices laicos, nam aut apponuntur dilatoriè, ne scilicet Ioannes tamquam excommunicatus audiatur, & obiectum tollitur ex ipsamet absolutione, cuius effectus non videtur sublatus, ex eo quòd absolutio sit concessa cum clausula, *Dummodo alteri non sit ius quæsitum*, quia istud ius accidentale, & extrinsecum exceptionis dilatoriæ non præseruat, sed tantùm ius intrinsecum, & quæsitum in ipsa re, vt per Sarn. *in reg. de iur. quæs. non tollen. quæst.* 3. *in princ. & per totam*, Ægid. *cons.* 34. *sub n.* 21. *in fine*, Rota in causa Salamantina obseruationis beneficiorum 14. Nouembris 1583. relata inter diuers. impress. *decis.* 759. *num.* 4. *part.* 1. & in specie in causa Valentina pensionis 13. Iunij 1602. coram bon. mem. Litta.

Aut verò datur de huiusmodi recursibus peremptò- 2
riè, quia scilicet Ioannes effectus fuerit per sacros Canones dignus priuatione, iuxt. not. per Scrib. *in c. si diligenti, de for. compet. in c. insolita* 11. *quæst.* 1. imò ipso iure priuatus per constitutiones Martini V. Innoc. VIII. & aliorum summorum Pontificum, & duplex cadit responsio. Prima est, quòd etiamsi incurratur pœna priuationis ipso iure, adhuc est necessaria sententia declaratoria facti, per quod incurritur talis priuatio, *c. cum secundum, de hæret. in* 6. glos. *in clem. præsenti, verb. consti-*

ftiterit de cenf. & Clement.2. de pæn. Ioan. Andr. *in cap.* 1. *num.9.* & ibi Gemin. *§.fin. num.*10. *de homicid. in* 6. latè Felin. *in cap. Rodulphus num.*35. *verf. fed declaratoria*, *de refcript.* qua declaratoria minimè fequuta non debet retardari iudicium poffefforium, vt fuit in fpecie dictum in prædicta Valentina penfionis coram Litta *in fin. decif.*

3 Secundò fuit dictum, quòd etiamfi recurrentes priuentur fuo iure, non propterea dicunt facræ Conftitutiones, quòd illud fine nouo, & canonico titulo quæratur colliti-ganti, inde fuquitur quòd gratia abfolutoria, & reintegratoria, quæ fuperuenit cum verbis ampliffimos, iftud ius, quod nemini collatum reperitur, reftituat, & ibi vnde ablatum eft reponat, vt per Scribentes *in cap. quamuis de refcript. in* 6. Iaf. poft Specul. *in l. pofthumo num.*38. *in fin. C. de bon. poff. contra tab.* Rol. *conf.*45. *num.*29. *lib.*4. Odd. qui de communi *tract. de reftitut. in integr. p.2.quæft.* 48. *art.*3. *num.*32. Atque hinc ceffat Roman. *conf.*369. *n.* 39. *cum plurib. feqq.* tum quia non loquitur ad effectum impediendi iudicium poffefforium, tum quia non loquitur quando medio tempore fuperuenit gratia abfolutoria, & reintegratoria.

4 Pari modo ceffat fundamentum claufulæ, *fine præiudicio iuris tertio quæfiti*, quia, vt fupra dictum eft, ius quod amittitur per recurrentem, non quæritur colliriganti. Et ceffat etiam aliud, quod dicitur, priuato Ioanne intrare coadiutoriam Francifci cum decreto futuræ fucceffionis, quod decretum debet habere locum tam in cafu priuationis, quàm in cafu mortis, quia refpondetur totum pendere à validitate coadiutoriæ, quia fi fuit fubreptitia, vt prætendit Ioannes, nihil poteft operari, neque etiam in cafu priuationis, vnde res incidit in negotium principale, de quo erit fuo loco agendum.

4 Minus facit alia præferuatio, de qua in abfolutoria Ioanni, nempe quòd per illam nullum ius nouum quæratur ipfi Ioanni in Abbatia: vnde infertur, quòd ex quo Ille, qui reftituitur ad beneficium, dicitur illud habere ex nouo titulo, Anchar. *in cap. ex infinuatione num.*4. *de fimon.* quòd gratia conceffa Ioanni non illi debeat fuffragari refpectu acquifitionis Abbatiæ, fed folùm quoad aliàs pœnas, in quibus ob dictos recurfus incidiffet. Refpondetur enim primò conclufionem in contrarium allegatam procedere quotiefcumque Princeps vtitur verbis denotantibus nouam conceffionem, fecus fi folùm vtatur verbis reftitutorijs, prout in cafu, de quo agitur. Tunc enim per fictionem iuris quodammodo poftliminij videtur, quòd antiquus titulus nunquam abfuerit à reftituto, & ifta eft communis diftinctio, vt plenè per Odd. *tract. de reft. qu.*98. *art.*2. *per tot.* & in terminis benefic. Ecclefiaftici *d. art.*3. *num.*34. Secundò fuit dictum, quòd in omnem euentum claufula intelligeretur de alio iure nouo, quàm contento in plenaria reftitutione, quam ex tunc concedebat Papa, & hoc ad euitandam repugnantiam, & fubitaneam correctionem, iuxta not. *in l. non ad ea*, *ff. de cond. & demonftr.* Bart. *conf.*205. *num.*5. *lib.*1. Roman. *conf.*104. *fub n.*1. *verf. hoc autem probatur*, Alex. *conf.*142. *num.*12. *lib.*6. *&c.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,

poftea S. R. E. Cardinali.

Firmana Altaris de Dorijs.

Lunæ 15. *Februarij* 1610.

. ARGVMENTVM.

Iurifpatronatus quafi poffeffio quando fuffragetur præfentato, & inftituto, & in probatione jurifpatronatus, quantum valeant enunciatiua antiquiffima.

SVMMARIVM.

*Præfentatus, & inftitutus ab exiftente in quafi poffeffione præfentandi, & inftituendi, fi examinatus fuerit repertus idoneus, admittendus eft ad beneficium iurifpatronatus, num.*1.

*Quafi poffeffio iurifpatronatus probatur ex vnica præfentatione vltima effectuata, n.*2.

*Quafi poffeffio iurifpatronatus non fuffragatur, quando beneficium vacat in menfe referuato, declara vt n.*3.

Iuspatronatus dicitur legitimè conftare, & præfumitur ex fundatione, & dotatione, ibid.

*Iuspatronatus cenfetur probatum ex enunciatiuis antiquiffimis, concurrentibus adminiculis, n.*4. 5. *& 6. vbi ponuntur plura adminicula.*

*Enunciatiua in antiquiffimis habent vim famæ, & probant concurrentibus adminiculis, num.*4.

*Iurifpatronatus quafi poffeffio cenfetur probata ex præfentationibus, & inftitutionibus antiquis, etiam quod non conftet de earum effectuatione, n.*5.

*Iurifpatronatus vfurpatio iuxta Concilium Tridentinum non præfumitur in priuatis perfonis, n.*7.

*Præfentatus in iurepatronatus, quando teneatur docere defcendentiam à fundatore, vel antiquioribus patronis, num.*8.

DECISIO CCLVI.

DOmini dixerunt inftitutionem factam de perfona D. Dominici Dorij ad Capellam, feu Altare fub inuocatione Sanctorum Ioannis Baptiftæ anteriori, & Mariæ Magdalenæ in Ecclefia Sancti Georgij caftri Portus firmi, effe confirmandam, quia ipfe eft Clericus ab examinatoribus Vrbis repertus idoneus, & fuit præfentatus, & inftitutus ab exiftenti in quafi poffeffione præfentandi, & inftituendi, *c. confultationibus*, cum ibi not. *de iur. patr.* Lap. *alleg.*95. *in fin.* fuit dictum in Lunenfi Sarzanen. Capellæ 1. Martij 1601. coram R.P. D. meo Sacrato, & in Barchinonen. penfionis 28. Iunij 1606. coram Iufto, & 26. Iunij 1609. coram R.P.D. meo Coccino. 1

Quafi poffeffio non poteft controuerti, quia Dominicus fuit præfentatus à Dorio eius fratre, qui de anno 1574. præfentauerat Gisbertum, per cuius obitum cum poftea de anno 1584. hæc eadem Capella vacaffet, idem Dorius præfentauit Andream Mariam, quo moriente contigit illa vacatio, quæ dedit caufam huic liti. Item Dominicus fuit inftitutus à Capitulo Firmano mediante perfona vnius Canonici tunc Præpofiti, & eodem modo fuerunt factæ inftitutiones in prædictis annis 1574. & 1584. ficque pro quafi poffeffione tam præfentandi, quàm inftituendi, concurrunt duo actus vltimi, & immediati, atque effectum fortiti, licèt vnus tantùm fufficeret. 2

Et vbi neceffaria fit probatio iurifpatronatus, quia beneficium vacaffe dicitur in menfe referuato, quo cafu non habetur ratio, quafi poffeffionis præfentandæ, cùm illa fuffragari non poffit propter claufulas ampliffimas regulæ octauæ, Verall. *decif.*29. *&* 236. *lib.*1. manufcript. fuit dictum in Valentina parochialis de Carlet 4. Maij 1601. coram Reuerendo Patre Domino meo Lancellotto, quicquid de illa referuatione, quam informantes pro Dominico non amittunt. Tamen in omnem euentum Domini dixerunt, eam non obftare, quia cùm conftet legitimè de iurepatronatus, præfumitur ex fundatione, & dotatione, Feder. de Sen. *conf.*234. *num.*5. Abb. *conf.*76. *par.*2. Guidop. *decif.*118. Put. *decif.*404. *lib.*2. & alij in Iacen. portionis de Anzo 16. Decembris 1602. coram Illuftriffimo Mellino, ideòque fub regula octaua non comprehenditur. 3

Quòd conftet de iurepatronatus deducebatur ex tribus enunciatiuis antiquiffimis vltra 100. annos, neque de annis 1474. 1487. & 1499. quæ cùm habeant vim famæ, probant in antiquis iufpatronatus, concurrentibus adminiculis, Bald. *in l. cum fuper, C. de rei vendic.* Caffad. *decif.*2. *de probat.* Dec. *conf.*717. *in fin. & conf.*126. *num.*3. Achill. *decif.*2. *de iurepatr.* & fuit refolutum in caufa Iacenfi portionis de Anzo 4. Maij 1601. coram Illuftriffimo Domino Mellino, & in caufa Tirafonenfi Capellæ, Veneris 14. Decembris 1602. coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio. 4

Et iftæ enunciatiuæ fatis probant, cùm recipiant fomentum ex inftitutionibus, in quibus fuit enunciatum, Put. *decif.*149. *lib.*5. Achil. *dict. decif.*7. *de iurepatronat. & decif.*1. *de confuetud.* Nec facit, quòd non doceatur de illarum inftitutionum effectuatione, quia cùm ius fit in fola antiquitate enunciationis, non eft neceffe quòd conftet de effectuatione, vt fenfit Put. *decif.*13. 623. *lib.*3. & fuit dictum in his terminis expreffè in Lucana Capellaniæ 27. Martij 1609. coram Reuer. Patre Domino Iufto bon. mem. &c. 5

Adminicula verò concurrunt in hoc cafu ex alijs pluribus enunciatiuis, & præfentationibus vltra annos 60. ex 6

sententia lata à fel. record. Sixto V. tunc Episcopo Firmano, quæ cùm deseruire debeat solummodò pro adminiculo, non obstant, quæ aduersus illam proponuntur exceptiones. Atque ex prædictis duabus vltimis præsentationibus effectuatis, & ex quo non apparet, quod de ista Capellania vti de libera aliqua vnquam prouisio facta fuerit, & quod plus est, aliqui ex Dominis animaduertebant ex abundanti vltra vltimum statum prædictarum duarum prouisionum, concurrente etiam in hoc casu antiquissima possessione ex multiplicatis præsentationibus effectum sortitis spatio 40. annorum, & vltra, præter alias præsentationes, de quarum effectuatione non constat. Nam de anno 1487. fuit præsentatus Philippus Antonius, & ista præsentatio habuit effectum vsque ad annum 1599. quo tempore dictus Philippus resignauit ad fauorem Bartholomæi. Nec dicatur resignari posse ius, quod quis habet, atque idcircò non benè inferri à resignatione ad effectuationem. Quando enim resignatio fuit facta longè post præsentationem, tunc cessat præsumptio, quòd solùm ius resignatum fuerit, vt fuit dictum in causa Reatina beneficij 2. Maij 1603. & in causa Pientina iurispatronatus 28. Ianuarij 1608. coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino.

7 Alia præsentatio effectuata de anno 1530. quo præsentatus fuit Franciscus Marini, per cuius obitum de anno 1537. fuit præsentatus Antonius Petri Dominici de Portu, & ista etiam præsentatio potest dici effectuata, quia quando de anno 1574. fuit præsentatus, & institutus ille Gilbertus, de quo supra fuit facta mentio, tunc Capellania vacabat per obitum Antonij Bosij de Portu, concurrentibus enim tribus demonstrationibus nominis patriæ, & altaris, satis dici potest, quòd iste præsentatus de anno 1537. & mortuus de anno 1574. fuerit vnus idemque homo Antonius Bosius de Portu filius Petri Dominici, & secundùm hanc lecturam habentur præsentationes effectuatæ per annos quasi 40.

Non obstat, quòd præsentationes fuerint factæ pro duabus vocibus per communitatem Portus Firmi. Ideòque propter præsumptam vsurpationem fieri debeat probatio illius iurispatronatus, iuxta requisita Concilij Tridentini. Fuit enim responsum, quòd cùm tertia vix fuerit penes priuatam familiam, vsurpatio præsumitur facta non libertate Ecclesiæ, sed iure priuatæ familiæ. Quia si nullum extitisset iuspatronatus, communitas non fuisset passa aliquos compatronos, sed ipsa solùm ius præsentandi vsurpasset, vt multis argumentis deducit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. num. 15. & 16.* ideòque istis priuatis hominibus nocere non debet vsurpatio, quæ in sola communitate præsumeretur, vt in alijs causis Rota resoluit, & nuper 8. concurren. mens. in causa Fesulana parochialis coram Reuerendo P. Domino meo Caualerio, & in hoc casu magis admitten. est, quia in prima præsentatione de anno 1574. nulla fit mentio communitatis; & prædicta sententia fel. record. Sixti V. declarat iuspatronatus spectare ad Dorios, non autem ad communitatem, atque in vim illius sententiæ soli Dorij præsentarunt quoties exindè contingit Capellaniæ vacatio.

8 Demum non obstat, quòd Dorius non doceat se descendere ab illis patronis, qui in prædictis antiquis vacationibus præsentarunt. Quia stante quasi possessione præsentandi, in qua ipse existit, & stante quòd constat in genere de iurepatronatus, non tenetur aliam descendentiam probare à fundatore, vel antiquioribus patronis, vt fuit dictum in Gerundensi beneficij de Ceruiano 15. Decembris 1599. coram Illustrissimo Seraphino, & in dicta Tirasonensi Capellaniæ coram Reuerendo Patre Domino Pamphilio.

R. P. D. LANCELLOTTO,

postea S. R. E. Cardinali.

Firmana iuris conferendi.

Lunæ 1. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in iure conferendi; datur etiam in præiudicium Episcopi probata possessione, & titulo etiam putatiuo, & ad præscribendum colorato.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenendo in iure conferendi datur etiam inferiori ab Episcopo probata possessione conferendi, & titulo, num. 1.

Pertinentiarum appellatione, quando est facta de monasterio Ecclesiastico, veniunt etiam spiritualia, num. 2. in fine.

Manutentio conceditur ex titulo etiam putatiuo, siue colorato ad præscribendum, n. 3.

Testes dicentes quem esse in possessione conferendi, & collationes habuisse effectum, probant possessionem, præsertim si testes fuerint periti, & informati, num. 4. vbi amplius quod non est necessarium, quod aliam reddant rationem.

Causa vniuersalis attenditur in possessione iuris conferendi, & non exercitium, num. 5.

DECISIO CCLVII.

DIxerunt Domini mandatum de manutenendo in quasi possessione conferendi Ecclesias, & beneficia in priuilegio Abbatiæ Sancti Sabini contenta concedendum esse Capitulo, & Canonicis, à quibus exhibetur titulus ad hunc effectum sufficiens, & docetur de possessione, quo casu etiam inferiori datur manutentio, non obstante assistentia iuris, quam habet Episcopus ad sui fauorem, iuxta textum *in cap. cùm persona, §. quod si tales de priuileg. lib. 6.* & ibi notant Doctores, Geminian. *in §. vltimo in fin.* Franc. *num. 3.* Anchar. *in 12. notabili,* & fuit resolutum in causa Salamantina iurisdictionis 17. Decembris 1582. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & sæpè in alijs. 1

De titulo autem, siue priuilegio constare ex concessione facta ab Episcopo Firmano Abbati, & Monasterio Sancti Sabini, necnon ex indulto Innocentij IV. exemptionis eiusdem Monasterij ab Episcopo Firmano, cum facultate eligendi, & instituendi Capellanos in Ecclesijs ad monasterium spectantibus, quod monasterium fuit deinde Capitulo Firmano vnitum, vnione minimè restricta ad merè temporalia, sed generali etiam de omnibus iuribus, & pertinentijs, quorum appellatione, maximè quando est facta de monasterio Ecclesiastico, veniunt etiam spiritualia, Ioan. Calder. *cons. impresso inter alleg. cap. post alleg. 139. num. 18. & 21.* 2

Neque in hoc iudicio possessorio attendenda sunt deducta contra donationem Episcopi, exemptionem Innoc. IV. & vnionem, quia hæc discutienda erunt in petitorio, cùm ad effectum manutentionis sufficiat titulus putatiuus, siue coloratus, & habilis ad præscribendum, vt post Innoc. & alios tradit Felin. *in c. veniens, el 2. n. 13. de test.* & fuit dictum in causa Caputaquen. vnionis 23. Martij 1609. coram R. P. D. meo Marquemontio. Vltra quòd ex lapsu 400. annorum, & vltrà præsumitur beneplacitum Apostolicum, & alia solemnia. 3

Possessionem verò Capituli probari ex testibus, præcipuè verò ex sexto benè informato tanquam Aduocato Capituli, qui iuxta 14. deponit beneficia, quæ nominatim recenset esse subiecta Capitulo, inter quæ adsunt sex ex illis quæ sunt in prædicto indulto Sancti Sabini comprehensa, & super secundo, & tertio, dicit Capitulum esse in possessione conferendi beneficia sibi subiecta, & quòd collationes habuerunt effectum, item ex septimo teste deponente, iuxta 14. Ecclesiam Sancti Leonis, quæ est vna ex illis, de quibus deponit sextus testis, esse ad collatione Capituli, & super secundo de possessione, item ex octauo dicente, iuxta 14. Abbatem, & Priorem contulisse beneficia expressa in concessione illis facta ab Episcopo, & inter alia tres Ecclesias, quæ sunt ex illis 6. à sexto teste nominata, & subdit quòd Capitulum conferebat, & confert vigore facultatum Abbati, & Priori concessarum, per quos testes dicentes Capitulum esse in possessione conferendi, & collationes habuisse effectum, probatur possessio, Cæsar. de Grass. *decis. 14. de testib.* & cùm hæc possessio à testibus, præsertim peritis, & informatis, facilè possit percipi, discursu intellectus non est necessarium, quòd de ea deponant cum redditione rationis, Felin. *in c. cùm causam el 1. num. 14. vers. modo hanc fallentiam tempora, de testib.* maximè cùm sit verisimilis propter indulta 4

præ-

præcedentia Felin. *in cap. tertio loco num.* 10. *verf. & ex isto textu, de probat.*

5 Ex qua possessione conferendi Ecclesias in indulto Sancti Sabini contentas resultat, quòd sit danda manutentio, etiam respectu aliarum Ecclesiarum in eodem indulto specificatarum, cùm attendatur causa vniuersalis, non exercitium, iuxta notata *in cap. auditis de præscript.* & fuit resolutum in causa Hispalen. iuris votandi coram bon. memor. Cantuccio, & in causa Assisien. canonicatus 14. Iunij 1600. coram Reu. P. D. meo Sacrato, & in alijs.

6 Alia in contrarium adducta euacuant Scribentes; nam, nempè quòd non probatur quadragenaria tollitur, quia non est necessaria in tali possessorio retinendæ. Quòd testes sint singulares, nihil facit, quia vltra, quòd sunt contestes, sufficerent etiam singulares in hoc interdicto; quòd non probetur, identitas beneficiorum cessat, quia de contrario constat quoad illa sex beneficia. Quòd adsunt contrarietates in dicto, non officit, quia non adsunt releuantes, quòd non probetur scientia, patientia Archiepiscopi, etiam cessat, quia præsumitur ex visitationibus, & ex multiplicitate actuum, & longinquitate temporis. Quòd priuilegia non sint in forma probanti, tollitur etiam, quia fuerunt exhibita originalia, & denique quòd testes patiantur exceptiones, non teleuat, quia non adsunt considerabiles, nec admittuntur in hoc iudicio, vt deducunt informantes pro Capitulo. Ex his fuit resolutum, non posse dari manutentionem Reuerendissimo Archiepiscopo, quia assistentia iuris super qua ipse se fundat est multum offuscata, & reddita turbida, quo casu Rota sæpè censuit denegandam manutentionem, vt in causa Montis regalis iurisdictionis coram R. P. D. meo Decano, & in alijs pluribus.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Messanen. iurisdictionis.

Lunæ 1. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Parochus vniuersalis vt quis dicatur, plura concurrere debent, de quibus particulariter in summario.

SVMMARIVM.

Parochum vniuersalem, quem esse probatur ex pluribus, de quibus n. 1. *&* 2.

Ecclesia non præsumitur collegiata, nisi concurrant signa requisita, n. 3.

Parochus, vt quis dicatur, debet exerceri curam suo nomine, non autem alieno, num. 4.

Parochus is dicitur, qui suo nomine singulariter, non autem cum alijs ad regimen Ecclesiæ parochialis assumitur, num. 5.

Cura animarum quando est penes Canonicos, talis cura dicitur manere penes Collegium, non autem penes singulos Canonicos, n. 6.

DECISIO CCLVIII.

1 Fuit dictum, sententiam Domini Archiepiscopi Rheginensis esse confirmandam. Primum enim caput, quòd continet Archipresbyterum terræ castri Regalis esse verum Rectorem, & parochum totius terræ præfatæ, illique incumbere curam omnium animarum, atque Sacramentorum omnium administrationem, iustificatur ex testibus datis in summario Archipresbyteri, *num.* 1. *&* 2. qui benè deponunt de certa scientia, Archipresbyterum esse parochum vniuersalem, aliasque Ecclesias esse dependentes ab Ecclesia Archipresbyterali matrice, & esse dumtaxat coadiutrices illius erectas pro maiori populi commoditate. Et dicti testes plura specificè enumerant, quibus eorum depositio verificatur, nempè matrimonia fuisse semper in toto castro, illusque districtu celebrata de licentia Archipresbyteri, eundemque distribuisse signa, seu, vt ipsi dicunt, bulletinos tempore Paschali Resurrectionis pro recognitione eorum, qui præceptum Ecclesiæ adimpleuissent. Demumque Presbyteros, aliarum Ecclesiarum esse amouibiles, ipsosque etiam à dictis Ecclesijs pro libito discedere.

2 Coadiuuantur etiam dictorum testium depositiones ex edictis Archipresbyteri, vt omnes incolæ recipiant Sacramenta, & ex visitationibus Ordinariorum, in quibus mandatum fuit Archipresbytero, vt in Ecclesijs castri reficeret fontem baptismalem, aliaque adimpleret, quæ ad ipsum non pertinerent, nisi cura animarum, & Sacramentorum administratio penes ipsum resideret. Denique concurrit prouisio Apostolica Archipresbyteri cum enunciatiua assertione, quòd illi incumbat cura etiam iurisdictionalis Archipresbyteratus, & aliarum Ecclesiarum oppidi, quæ assertio frustra restringitur ad curam iurisdictionalem, quia talis restrictio non potest admitti propter dictionem *etiam*, quam notum est esse ampliatiuam.

3 Secundùm autem sententiæ caput, quod continet Ecclesias Sanctissimi Saluatoris, Sancti Nicolai, & Sanctæ Marinæ, non esse collegiatas, neque parochiales, & Sacramenta in illis administrari à Presbyteris ibi descriptis, tanquam dependentibus ab Archiepiscopo, est etiam iustificatum. Quia quòd Ecclesiæ non sint collegiatæ, est in confesso inter Partes, & in omnem euentum sufficeret pro iustificatione iuris præsumptio, quæ collegiatam non admittit absque signis requisitis, quæ hic non adsunt. Quò verò ad parochialitatem, licèt prædictæ Ecclesiæ, & Presbyteris illis interuenientes habeant potestatem fori pœnitentialis ligandi, & soluendi, atque etiam certum populum, siue certas familias quilibet ex illis Ecclesijs attributas, tamen deficiunt in duobus requisitis necessarijs.

4 Quorum primum est, quòd ad effectum parochialitatis, & vt Presbyteri dictis Ecclesijs interuenientes dici possint parochi, seu Curati, deberent exercere curam suo nomine, non autem alieno, vt ex text. *in cap. extirpandæ, §. qui verò de præbend.* Archid. *in clement.* 1. *num.* 4. *de offic. vicar.* Mil. *in repert. in verb. Ecclesia parochialis*, Rebuff. *in praxi tit. de non promoto intra annum num.* 36. In hoc autem casu testes, & in specie decimustertius, & decimussextus deponunt, quòd Presbyteri inseruiunt his Ecclesijs deputati pro adiutorio Archipresbyteri parochi Vniuersitatis, & in deputationibus Ordinarij, quæ datæ fuerunt in summario Presbyterorum, vocantur tantùm Capellani.

5 Alterum requisitum, quod deficit, est quia Rector, & parochus is dicitur, qui suo nomine singulariter, non autem cum alijs ad regimen Ecclesiæ parochialis assumitur; ita vt si duo, vel plures præficiantur, qui confessiones audiant, baptizent, & alia ad curam spectantia faciant, non tamen dicuntur Curati, quia in vna Ecclesia vnus debet esse Sacerdos, sponsus, & Rector, qui curam habeat, vt pluribus allegatis copiosè traditur *in decis.* 52. *num.* 57. *part.* 2. *diuers.* Vnde cùm in qualibet ex illis Ecclesijs commorentur plures Presbyteri, qui omnes insimul curam exercent, & Sacramenta administrant, non potest dici, quòd Ecclesiæ sint veræ, & de per se parochiales, quòdque dicti Presbyteri sint parochi, seu Curati.

6 Non obstat Oldr. *consf.* 67. *n.* 1. & Put. *decis.* 290. *lib.* 5. vbi quando Canonici habent curam animarum, talis cura dicitur manere penes Collegium, non autem penes singulos Canonicos: vnde infertur à simili in hoc casu curam residere penes vniuersos Presbyteros in qualibet Ecclesia residentes, iam enim dictum fuit, istos Presbyteros non facere Collegium. Nec facit, quòd in quibusdam conuentionibus factis inter Archiepiscopum, & Partes enuncietur Capitulum Sancti Saluatoris, Sancti Nicolai, & Sanctæ Marinæ. Nam illa enunciatio est ad effectum distinguendi Presbyteros in qualibet ex dictis Ecclesijs commorantes ad effectum ordinandi processiones, & similes actus solemnes, sed non ideò sequitur, quòd ijdem Presbyteri constituant capitula ad effectum iuris, cùm non doceatur, quòd habeant arcam communem, sigillum, & alia requisita. Nec etiam prouidentur in titulum, quinimò sint, vt dictum est, amouibiles, & ipsi pro libito absque aliqua Ordinarij licentia possint discedere.

7 Quantum ad vltimum caput sententiæ, quod habet in dictis tribus Ecclesijs, & alijs existentibus in districtu dictæ terræ castri Regalis, Sacramenta posse administrari de mandato Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Mes-

Messanen. per Presbyteros ab eodem Archiepiscopo approbandos, & eligendos pro adiumento Archipresbyteri, penes quem omnimoda cura resideat. Videbatur etiam iustificatum sufficienter tam ex prædictis, quàm ex deputationibus fieri solitis per Ordinarium, quas ipsimet Presbyteri produxerunt, & tamen quia circa illud caput fuit perfunctoriè duntaxat informatum, quia re vera non~ tangit propriè controuersiam inter Archipresbyterum, & Presbyteros, si partes velint super illo particulariter audiri, & doceant sua interesse, poterunt audiri, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. rec. Greg. XV.

Romana deuolutionis domus.

Luna 1. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Nominandi ad emphyteosim ius potest subhastari, non obstante quòd sit ius personale, & quando personalia possint cedi.

SVMMARIVM.

Nominandi ius ad emphyteosim potest, accedente domini consensu in alium transferri, n. 1. vbi etiam mediante subhastatione.
Factum iudicis reputatur factum partis, ibid.
Personalia non sunt cessibilia, n. 2.
Declara vt procedat in cessione voluntaria, secus in necessaria, mediante subhastatione facta per iudicem, ibid.
Declara secundo, vt non procedat in facultate eligendi per viam iuris, n. 3. vbi quod ius eligendi competens ex contractu potest cedi.
Declara tertio, vt non procedat in iure persona inhærenti ratione rei, num. 4.

DECISIO CCLIX.

PRoposui dubium, an Laurentius Cataneus habuerit facultatem nominandi de anno 1589. Difficultatem fecit subhastatio domus per priùs facta ad instantiam creditorum ipsius Laurentij, per quam prætendebant Moniales Sancti Laurentij fuisse abdicatam ab eo dictam facultatem. Sebastianus autem aduersarius contendebat non solùm quòd non fuerit subhastata, sed quòd neque subhastari potuerit. Domini resoluerunt ius nominandi potuisse subhastari, & reseruarunt particulariter videre si fuerit subhastatum.

1 Quòd enim sit subhastabile, non videtur habere difficultatem, consentientibus præsertim subhastationi Monialibus, ad quas spectat dominium directum, sicuti enim accedente consensu, potuisset Laurentius ius istud, & omne aliud cedere, & in alium transferre, Anchar. *cons. 63. num. 1. & seq.* Paul. de Castr. 329. *num. 2. part. 2.* pari ratione potuit, & per iudicem subhastari, quod enim fit à iudice adiudicante rem creditori, vel licitatori, censetur factum ab ipso debitore, *l. si ob causam*, vbi Bart. Bald. & alij *C. de euict. l. si pignora, ff. eod. tit. l. eleganter in princip. ff. de pign. act.* cum cumulatis per Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 54. n. 13.*

2 Non obstat, quòd dicitur facultatem nominandi vti quid personale non esse cessibilem, per *l. si stipulatus fuerim, ff. de verb. oblig.* quia ille text. non habet locum in subhastatione facta per iudicem, vt per Ias. ibi *sub num. 1. vers. secundo limita*, procedit enim in cessione voluntaria, non necessaria, vt dicit Ias. & latè Tiraquel. *de retr. lignag. 226. glos. 1. num. 12. & seqq.*

3 Rursus locum habet in facultate eligendi competente per viam meri facti, non autem in electione, quæ competit per viam iuris, vt declarat Bart. *in dict. l. in prima oppos.* quem omnes sequuntur, teste Ias. *sub num. 1. circa med.* & propterea ius eligendi quod competit ex contractu, prout est illud de quo agitur, est cessibile, *l. si sit, §. vlt.* & ibi not. *ff. de legib. l. vlt. §. 1. ff. de verb. oblig.* Bald. *cons. 93. in quodam contractu num. 1. lib. 1.* Tiraq. *dict. §. 26. glos. 3. num. 33.*

4 Accedit quòd ista facultas nominandi Laurentio competebat ratione domus in emphyteusim ab eo receptæ, omne autem ius etiam personæ inhærens est cessibile~, quando inhæret ratione rei, Rol. post Specul. & Gozad. quos allegat *cons. 28. n. 26. & 31. lib. 2. &c.*

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana domus.

Veneris 5. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Monitus dimittere possessionem comprobatur à monente possessor, & exindè probatur possessio contra monentem, etiamsi fuerit monitus tanquam possessor vitiosus, quia dicta qualitas reijcitur.

SVMMARIVM.

Manutentio debet dari possidenti de tempore motæ litis num. 1.
Possessio probatur ex monitorio de dimittendo possessionem contra monentem, num. 1. & 2. vbi, licèt possessor in monitorio appelletur vitiosus.
Priuatio præsupponit habitum, n. 1.
Possessio præsumitur iusta, & non vitiosa, n. 2.
Confessio qualificata potest acceptari, resecta qualitate, quando præsumptio est contra qualitatem, ibid.
Possessio probatur per confessionem contra confitentem, numero 3.
Probationes leuiores sufficiunt in iudicio manutentionis, ibid.
Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum, num. 4.
Exequutio nulla non priuat possessione, n. 5.

DECISIO CCLX.

PRo Antonio informante fuit resolutum, dandum esse 1
illi mandatum de manutenendo in possessione~ domus, in qua existebat tempore motæ litis, *§. retinendæ, Instit. de interdict.* de qua constat in monitorio illi facto per partem aduersam, quòd Antonius deberet dimittere possessionem domus, quam si dimittere debebat, necessariò erat penes ipsum, cùm priuatio præsupponat habitum, *l. manutentione, ff. de iust. & iur. l. decem, ff. de verbor. oblig.* vt in fortioribus terminis ad effectum spolij dixit Rota coram me in Anconitana bonorum 16. Februarij anni præteriti.

Præsertim, quia in monitorio pars aduersa appellat An- 2
tonium detentorem, & occupatorem domus, licèt enim ex his verbis videatur confiteri possessionem vitiosam~, attamen ista confessio cùm habeat præsumptionem contra se, quia possessio præsumitur iusta, & legitima, non vitiosa, *l. merito, ff. pro soc.* Ayni. *cons. 150. num. 5.* potest acceptari confessio respectu possessionis, reiecta qualitate vitij, Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsiit, ff. de lib. leg.* & propterea ex his verbis probari possessionem ad effectum manutentionis, tenuit Rota in vna Pennen. & Adrien. beneficiorum relata inter diuers. *decis. 802. part. 1.* & in Romana domus 2. Decembris præteriti, coram R. P. D. meo Pamphilio.

Concurrunt plures aliæ confessiones, & in narratiua 3
commissionis appellationis à sententia D. Triuultij, & in pluribus citationibus factis Antonio pro restitutione pensionis exactæ, quæ confessiones indubitanter probant possessionem aduersus confitentem, non solùm quando agitur de manutentione, vt in dicta Pennen. & Adrien. sed etiam vbi agitur de restitutione in spolio, Caputaq. *decis. 36. lib. 2.* in manuscript. Concurrit sententia R. P. D. Alæ, per quam condemnatur Antonius ad restitutionem scutorum 280. & pensionibus per ipsum perceptis. Concurrunt alia ponderata per informantes, ex quibus apparet possessionem fuisse concludentissimè probatam, licèt in hoc summarijssimo sufficiant leuiores probationes, Menoch. *de retin. remed. vlt. sub num. 34.* Couarr. *pract. quæst. c. 17. num. 4.*

Vnde non potest denegari Antonio Manutentio, quæ 4
datur etiam in gradu restitutionis in integr. Cæsar de~ Grass. *decis. 4. in fin. de caus. possess. & propriet.* fuit dictum in Romana census 6. Nouembris, & 15. Ianuarij 1607. coram R. P. D. meo Decano, & in Bononien. census

25. Iunij coram R. P.D. meo Sacrato, præsertim cùm res iudicata quæ posset allegari, reddatur satis turbida, ex sententijs in contrarium latis ad fauorem Antonij, ita vt donec in Rota discutitur de earum iustitia, non videatur deneganda manutentio.

5 Non obstat mandatum de immittendo in possessionem domus relaxatum per R.P. D. Gipsium confirmatum à R. P. D. Ala, quia illud erat directum ad accipiendam possessionem domus acquisitæ per Michaelem, vnde non posset exequutari super domo de qua agitur acquisita per Andream diuersa omninò ab illa, & propterea exequutio huiusmodi est nulla, non priuauit Antonium sua possessione, Gabr. *cons.*31. *num.*7. *lib.*2. Honded. *cons.*20. *num.* 24. *lib.*1. *&c.*

R. P. D. LVDOVISIO.

postea fel. rec. Gregorio XV.

Romana Census.

Lunæ 8. *Martij* 1610.

ARGVMENTVM.

Census præsumitur simulatus ex eo, quòd dicatur pecuniam non fuisse numeratam, si illam numeratam fuisse Notarius attestetur, aliaque nonnulla circa eandem sensus simulationem, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

*Restitutio in integrum conceditur constito de bono iure petentis eam, n.*1.
*Instrumentum facit rem certam, & manifestam, n.*2.
Pecuniam numeratam esse Notario asserenti creditur, nisi contrarium probetur, ibid.
*Testes reprobantes instrumento debent esse omni exceptione maiores necessariò, & concludenter probare, n.*3.
*Simulatio non præsumitur vbi non simulandi causa adest, num.*4.
*Simulatio non præsumitur ex actu qui sine fraude fieri potest, num.*5.
*Proximorum consensus à statuto requisitus in contractibus mulierum, si non interuenerit, contractum non vitiat, nisi probetur mulierem non solùm tempore contractus, & in loco contractus habuisse proximiores, sed etiam quòd illi poterant interuenire, n.*6.

DECISIO CCLXI.

1 DOmini dixerunt constare de causis restitutionis in integrum ex bono iure Bartholomæi, & Mariæ coniugum, Caputaq. *decis.*94. *par.*3. & propter iniustitiam sententiæ contra ipsos latæ, Guidop. *decis.*215. *sub n.* 8. *&* 368. fuit dictum in vna Auximana dotis 14. Martij 1575. coram bo. me. Cardinali Seraphino.

2 Bonum ius autem est clarum ex publico instrumento, quod facit rem certam, & manifestam, *cap. cum dilecti*, vbi Abb. *num.*2. *de donat.* Bart. *in l.*1. *num.*8. *ff. de oper. nou. nunciat.* Bald. *in l. interest num.*2. *C. de solut.* Alexand. *cons.*135. *num.*5. *lib.*6. & in nostris terminis dixit Rota in Beneuentana census 16. Decembris 1594. coram Illustrissimo Cardinali Mantica in Bononien. 24. Aprilis 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in Romana census 10. Ianuarij 1605. coram R.P. D. meo Lancellotto. In quibus fuit dictum satis constare de numeratione pecuniæ, postquam Notarius de ea in instrumento attestatur, & propterea pars aduersa, quæ dicit censum erectum sine pecuniæ interuentu, id habet apertissimè probare, vt fuit dictum in illa Beneuentana, & in alijs supradictis decisionibus.

3 Tales autem non sunt probationes, quæ in contrarium adducuntur. Nam testes ad hoc inducti non sunt contestes, aliqui non sunt formiter examinati aliqui, vt filia Sextiliæ, habent interesse, cùm ipsa esset creditrix, & tamen testes qui deponunt contra contenta in instrumento, debent esse omni exceptioni maiores, *l. optimam*, *ad finem*, vbi Bald. *C. de contr. & com. stipul.* Bart. *in l.*1. §. *si quis neget num.*12. *ff. post quemadmod. test. aper.* Ias. *cons.* 124. *num.*2. *ad fin. vers. sed istud obiectum lib.*1. Corn. *cons.* 261. *num.*24. *lib.*4. fuit dictum in terminis istis in vna Foroliuien. census 13. Nouembris 1589. coram bon. mem. Litta, & in vna Bononien. census 13. Nouembris 1598. coram R.P.D. meo Decano. Aliqui etiam non deponunt concludenter, vt benè perpendunt informantes pro Bartholomæo, & Maria, & licèt testes semper debeant concludere, regula *neque naturales*, *C. de probat. & cap. in præsentia eod. tit.* Attamen præcipuè vbi agitur de probando contra instrumentum, debent necessariò, & concludenter deponere, Alex. *cons.*33. *num.*15. *lib.*3. Menoch. *de arbitr. cas.*105. *n.*2.

Coniecturæ adductæ pro simulatione non placuerunt 4
Dominis, præcedens enim pactio de accipiendo ad censum summam, in qua Sextilia remansit debitrix, non concludit simulationem, imò potiùs illam excludit, quia legitima causa capiendi pecunias ad censum, prout plerumque contingit, est solutio æris alieni, & debitum erat verum, & reale: præexistens autem causa, quæ vera fuit, tollit suspicionem simulationis, quæ etiam non habet locum, vbicumque census potuit realiter, & verè constitui, vt fuit dictum coram me in alia Romana census 26. Nouembris 1604.

Neque etiam argui potest simulatio, ex eo quòd mer- 5
catores creditores Sextiliæ emerint censum ab illo, ad cuius fauorem eum constituerat Sextilia, quia vltrà quòd hoc est factum per plures menses post eius creationem, istud nihil concludit, quia potuit fieri validè, & sine fraude, vnde cessat suspicio simulationis, & fraudis, *l. qui autem, in princ. ff. de his, quæ in fraud. cred.* & fuit dictum in allegata Romana census. Decisio autem ex aduerso allegata in causa Senogallien. census coram R. P. D. meo Decano non applicatur, quia, vt ex eius lectura apparet, multa ibi concurrebant, ex quibus oriebatur maxima præsumptio, quòd realiter pecunia non interuenisset, quæ cessat in casu nostro.

Non obstat, quòd obijcitur censum fuisse impositum à 6
Sextilia, non adhibitis solemnitatibus statuti, quia contrarium apparet ex decreto iudicis, & præsentia curatoris, ad id specialiter constituti. Nec releuat, quòd non interuenerunt propinqui, quos constat ex depositionibus testium extitisse tempore constitutionis census, quia non sufficit quòd extarent, sed debet probari, quòd potuissent celebrationi instrumenti interuenire, Paul. de Castr. *cons.* 124. *in* 2. *dub. lib.*1. Corn. *cons.*306. *n.*8. *lib.*1. & fuit dictum in Romana census 23. Februarij anni præteriti coram me: hoc autem testes non deponunt. Ex quibus fuit conclusum constare de causis restitutionis in integrum, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Calaguritana beneficiorum de Antel.

Die 10. *Martij* 1610.

ARGVMENTVM.

Beneficij valor, & redditus, fructuumque liquidatio, quomodo probetur, hæc decisio, quæ singularis est, singulariter docet.

SVMMARIVM.

*Beneficij valor, & redditus est difficilis probationis, & ideò sufficiunt leuiores probationes, & coniecturæ, n.*1.
Beneficij valor, & redditus præsumitur, & arguitur à solito aliorum beneficiorum eiusdem naturæ, ibid.
*Beneficij valor optimè probatur per eos, qui illius redditus administrarunt, num.*2.
Beneficij valor probatur per librum Capitularem Ecclesiæ, ibid.
Possidens præsumitur percipere fructus rei quam possidet, ibid. in fine.
*Distributiones quotidianæ non debent, nisi quando is, qui eas petit, per prius protestatus fuerit se esse paratum residere, n.*3.
*Fructus in remedio manutentionis non veniunt, nisi à die petitionis mandati de manutenendo, num.*4.

DECISIO CCLXII.

LIquidationem esse faciendam ad rationem ducatorum 1
biscentum singulis annis, & à die motæ litis dixerunt Domini. Ad rationem ducentorum, quia in hac materia,

ria, quæ est difficilis probationis, & in qua propterea sufficiunt leuiores probationes, & coniecturæ, Bald. *in l.2.n.16.C. de fruct. & lit. expens.* Natt. *cons.*510. *n.*7. cum alijs per Surd. *cons.*293. *n.*31. *lib.*2. testes dati satis superque dictum valorem probare visi fuerunt, nam præter quòd concludunt in dicto, addunt bonas rationes, nempè à solito aliorum beneficiorum eiusdem naturæ, Bald. *cons.*223. *n.*5. *lib.*2. Corn. *cons.*301. *in fin. lib.*3. Natt. *d. cons.*510. *n.*7. Surd. *dict. cons.*282. *n.*26. Achill. *decis.*22. *de test.* Item à communi reputatione, Alex. post Bart. & alios *in l. pretia rerum n.*9. *in fin. vers. & ibi habes, ff. ad l. Falcid.*

2 Et aliqui etiam deponunt de particulari notitia, & administratione fructuum beneficij, de quo agitur, vnde quoad istos non erat necessaria alia ratio eorum dicti, Felin. *in c. ad aures n.*17. *vers. vnde in proposito de rescr.* Pinell. *in l.*2. *p.*3. *cap. fin. num.*11. *C. de rescind. vend.* & cum illis concordant partitæ libri Capitularis formiter extractæ, quibus multum solet deferri in hac materia, vt nouissimè in Perusina beneficij præsentis mensis coram R. P. D. meo Decano, & alibi sæpè. Actualis verò perceptio fructuum visa fuit probata eo ipso, quòd constat Doctorem Grabalos fuisse in possessione, Ægid. *decis.*704. Rot. *decis.*25. *vers. sed præsumitur de prob. in nou.* vltra quòd testes etiam de actuali perceptione nonnihil dicunt.

3 Nec visum fuit subsistere in facto, quòd testes in prædicto valore computent distributiones quotidianas, quæ non debentur nisi quando is qui petit, per prius protestatus fuit se esse paratum residere, vt & in Calaguritana Thesaurariæ 22. Maij 1579. coram Clem. PP. VIII. quia vnus tantùm est testis, qui hoc dicat, nempè sextus, vnde pro Didaco, & litis consortibus remanent alij, qui de hoc nihil, imò ex eorum dicto apparet illos non computare distributiones, tum quia dicunt fructus consistere in hordeo, auena, & similibus, quæ diuiduntur inter beneficiatos in quolibet semestri; tum quia deponunt de arrendamentis in dicta summa, in quibus proculdubio minimè comprehenduntur distributiones quotidianæ, quæ sunt incertæ, cùm non dentur nisi inseruientibus, & etiam quia consistunt in pecunijs.

4 Quantum ad tempus motæ litis, quod fuit de anno 1594. dicebatur per informantes pro Doctore Grabalos, quòd illa lis fuit tantùm super petitorio, & quòd mandatum de manutendo non fuit petitum, nisi de anno 1607. & proinde quòd non nisi à die petitionis dicti mandati veniebant fructus in hoc remedio manutentionis, reseruatis reliquis in iudicio ordinario loco damnorum, & interesse, vt in Licien. re decimæ 14. Octobris 1588. coram bon. mem. Seraphino. Cæterùm quicquid dici posset de intellectu illius decisionis, visum fuit Dominis, quòd manutentio fuerit in hoc casu intentata vsque ab initio, vt patet ex verbis protestationis Procuratoris litis consortium, de qua in processu compulsato *fol.*441. ibi, *peto semel, bis*, &c. *ne inquietet, perturbet, nec molestet meos principales in prædictis beneficijs, & nos relinquat*, &c. *gaudere, & percipere dicta beneficia, & illis inseruire in quieta, & pacifica possessione, quam illorum habemus*, & in commissione præsentata in Rota de anno 1595. idem habetur in substantia, vnde obiectum cessat ex facto.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana vsusfructus.

Lunæ 15. *Martij* 1610.

ARGVMENTVM.

Transactio facta super re non dubia non valet. Ad hoc autem, vt res dicatur dubia, sufficit modica dubitandi occasio, & qualibet pensio, etiam non iuridica, & est singularis decisio.

SVMMARIVM.

*Transactio super re minimè dubia dicitur mera donatio, requiritque propterea solemnitates requisitas in donationibus, num.*1.

*Vxor non potest priuare suum virum vsufructu, quem post eius mortem habet in dote, ex statuto Vrbis lib.*1. *c.*132. *&* 134. *ibid.*

*Transactio, vt dicatur facta super re dubia, sufficit modica dubitandi occasio. Item & lis, & pretensio etiam non iuridica, n.*2.

Vxor de iure communi de sua dote potest ad libitum testari, ibid.

*Statutum correctorium iuris communis restringendum est, vt minus ius commune lædat, quàm sit possibile, n.*3.

Transactio satis dicitur facta super re dubia, quando vnus Doctor excellens contradicit alijs pluribus.

*Simulatio non præsumitur, vbi non adest causa simulationis, num.*4.

DECISIO CCLXIII.

1 FVit resolutum dispositionem Hieronymæ ad fauorem filiarum, in qua priuat maritum vsufructu, sustineri vigore transactionis initæ inter eundem maritum ex vna, & dictas filias ex altera, in qua quidem transactione, maritus recepta quarta parte dotis contentus fuit, vt in reliquis haberet locum dispositio materna, licèt enim Domini admitterent conclusiones, quòd transactio inita super re minimè dubia dicatur mera donatio, & consequenter quòd tali casu sint necessariæ solemnitates aliàs requisitæ in donationibus, tam ex disponente iuris communis, quàm ex forma statutorum, quæ quidem solemnitates non interuenerunt in hoc casu, & licèt etiam admitterent pro magis vera opinione, quòd stante statuto Vrbis *lib.*1. *c.*131. *&* 134. vxor non potuerit priuare dictum maritum vsufructu, ex traditis per Castr. *in l. si cum dotem n.*12. *ff. solut. matr.* Cagnol. *in l. fin. num.*100. *C. de pact.* Ias. *cons.*127. *num.*13. *vol.*1. Dec. *cons.*386. *num.*7. *vers. vltimo*, cum alijs per Rolan. *de lucro dot. q.*82. *per totam.* 2

Attamen res non visa fuit ita clara, vt non potuerit esse locus transactioni, quia ad istum effectum sufficit modica occasio dubitandi, & lis ac prætensio non iuridica, *l.*2. vbi glos. *in verb. nulla*, Bart. & Bald. *num.*1. Ias. *num.*1. *&* 2. *C. de transact.* Alex. *cons.*20. *n.*3. *lib.*3. *& cons.*41. *n.*4. *lib.*6. de communi testantur Paris. *cons.*3. *num.*24. *vol.*4. Osasch. *decis.*91. *n.*23. & fuit dictum in Gerunden. anniuersariorum 24. Nouembris 1586. coram bo. me. Orano. Occasionem autem dubitandi videbatur dare, quòd mulier de iure communi potest testari ad libitum de sua dote, vt latè probat Ias. *d. cons.*127. *num.*5. *lib.*1. vnde sequitur quòd istud statutum tanquam correctorium iuris communis veniat restringendum, & quòd si potest verificari in casu testati, & intestati, sufficere debeat quòd verificetur in casu intestati, ne aliàs tollat testamenti factionem, quod est magis odiosum, quàm moderare successiones ab intestato, ad not. *in l. vel negare, ff. quemadmodum testam. aper.* 3

Et licèt Doctores supra in princ. allegati distinguant an statutum vtatur verbo *succedat*, an verò vtatur verbo *lucretur*, sicut loquitur statutum Romanum: attamen ratio exorbitantiæ materiæ, & correctionis iuris communis, quæ æqualiter militat in vtroque casu, facit aliquam difficultatem, & in terminis verbi *lucretur*, adest auctoritas Alexandri Doctoris eximij *in addit.* ad Bart. *in l.*1. *ff. de dot. præleg. sub littera R.* vnius autem Doctoris excellentis dictum præbet iustam causam litis, & rem dubiam facit, Bero. *cons.*1. *num.*3. *vol.*2. Anchar. *in Clem. ne Romani n.*1. *&* 2. *de elect.* Ias. *in l. properandum, §. sin autem alterutra n.*8. *C. de iud.* Felin. *in c. super his n.*19. *vers. facit quod notat Petrus de accusat.* & Marsil. *in l. patre, vel marito n.*32. *ff. de quæst.* 4

Quæ dicebantur de simulatione dictæ transactionis, nullam visæ fuerunt habere dubitationem, quia non apparet causa simulandi, quæ in primis est necessaria, iuxta cons. Bart. 45. sæpè approbatum in Rota, & quia apparet de effectuatione circa solutionem quartæ partis dotis promissæ in dicta transactione, & pensionum assignatarum per maritum filiabus loco dotis maternæ per duas apochas priuatas dicti mariti obligatione Camerali, & iuramento vallatas sub diebus 24. Augusti 1606. & 24. Februarij 1607. & quia concordia fuit tractata per bon. me. Littam Auditorem Rotæ, & in illa pro dictis filiabus interuenit D. Torquatus Flørauantes, vir notæ probitatis in Curia, & præcipuè apud Collegium nostrum, cuius negotia multis ab hinc annis gerit.

R. P. D. PIROVANO.

Tirasonen. Canonicatus.

Lunæ 15. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Litteris Apostolicis paritum dicitur quando possessio beneficij dimittitur, & fructus percepti restituuntur, & quando hæc dicantur facta.

SVMMARIVM.

Littera Apostolica remota omni exceptione, exequenda sunt num. 1.

Litteris Apostolicis vt paritum dicatur duo requiruntur, possessionis scilicet dimissio, & fructuum restitutio, numero 2.

Possessio transfertur per verbalem traditionem eius, qui tradere poterat, ibid.

Consensus quòd possessio alicui tradatur, habet vim ratificationis, & mandati, n. 3.

Deponens pecuniam creditore eam recipere nolente consequitur liberationem, n. 4.

Depositum expensarum litis habet vim solutionis, numer. 5.

Possessionem dimittere non dicitur qui protestatus est se velle retinere ciuilem, nolens se habere pro spoliato, declaratur num. 6.

DECISIO CCLXIV.

1 PRæsupposito Breui, & sententia A. C. ac mandato de immittendo, quę remota omni exceptione exequutioni demandanda veniebant, *cap. si capitulo*, vbi glos. *in verb. exequatur de concess. præbend. in 6.* Sarn. *in tract. Breuis num. 4.* Mohed. *decis. 13. vt lit. pend.* Dubitatum, an constaret de sufficienti paritione Breuis, quando duo solet continere, possessionis, scilicet dimissione, & fructuum restitutionem, vt sæpius in Rota fuit resolutum, & præsertim coram R.P.D. Ludouisio in Vrgellen. iurispatronatus 10. Decembris 1607. qui alios refert.

2 Domini vnanimes dixerunt sufficienter esse paritum, nam respectu possessionis concludenter probatur ex instrumento, quod datur in summario *num. 1.* in quo Hieronymus Hippensa dimisit possessionem, ac consensit, quòd Alphonso Frances traderetur actualis, & corporalis possessio Canonicatus, quod sufficit, quia concurrit vtrumque medium ad possessionem transferendam, traditio scilicet verbalis ab eo, qui poterat tradere, *l. quod meo, §. si venditorem, ff. de acquir. possess.* & in terminis beneficij Rebuff. *de matern. possess. in præfat. num. 64. vers. Item aduertendum est*, Couar. *variar. resol. lib. 3. cap. 16. num. 10. vers. sed si Prælatus, & in fin. vers. tunc acquiritur*, Mascard. *de probat. conclus. 1184. num. 19.* Put. *decis. 250. lib. 1.*

3 Item & consensus, quòd possessio Alphonso Frances traderetur, qui operatur in vim ratificationis, & mandati, Innocent. *in cap. ex parte, de rescript.* & voluit glos. *in l. quo enim, ff. rem ratam haberi*, Cæpoll. *de seruitut. rustic. prædiorum cap. 9. de iure pascendi*, & post eos Mascard. *de probat. conclus. 1153. num. 2. & 1589. num. 18.* Et eò magis omnis scrupulus remouebatur ex libello, & petitione Alphonsi, de quibus in summario *num. 2.* dum apparet de effectuatione dimissionis possessionis, ex quo post dimissionem Hieronymi Hippensæ accepit possessionem huius Canonicatus de mense Aprilis 1608. quòd de per se sufficeret, Mohed. *decis. 9. de rerum permutat.*

4 Quo verò ad fructuum restitutionem dixerunt Domini fuisse etiam sufficienter paritum, quia die 15. Augusti 1609. idem Hieronymus Hippensa coram Notario, & testibus obtulit Alphonso summam liquidatam, scilicet solidos 659r. in pecunia numerata, & quam Notarius coram Alphonso, & testibus numerauit, & recusante Alphonso sine causa rationabili, eam recipere, factum fuit per Hieronymum reale depositum, quo stante dicitur consequutus liberationem, Gabr. *cons. 57. num. 6.* Rota *diuers. 476. num. 1. part. 1. & decis. 71. num. 10. par. 2.* Gabr. *de solut. conclus. 8. num. 1.* latissimè Menoch. *de arbitr. cas. 23. num. 22. in addit.*

Pro expensis etiam Hieronymus obtulit, & deposuit solidos 336. illius monetæ, & solidos 60. pro suis dietis, licèt absque tali expensarum reali deposito non etiam potuisset notari de insufficienti paritione, vt dictum fuit in illa Vrgellen. iurispatronatus coram R.P.D. meo Ludouisio 10. Decembris 1601. & ita fuit conclusum vna tantum parte informante. 5

Iterũ verò proposito dubio die Veneris 26. Martij 1610. vtraque parte informante, Domini dixerunt standum esse in decisis. Nec obstare, quòd Hippensa dum relaxauit actualem, & naturalem possessionem, protestatus est se retinere ciuilem, quam nullo pacto intendebat dimittere, sed volebat illam recuperare, nolens se haberi pro spoliato quæ omnia videbantur contraria, & impedire effectum paritionis allegandum ex parte Alphonsi ita fuisse resolutum in Barchinonen. confinium 17. Iunij 1609. coram Ortembergo. Quia motiuum dominorum non placebat; tum ex eo, quòd allegatæ decisiones non poterant applicari; tum etiam quia protestationes emanatæ erant ad præsentationem iurium etiam in possessione, quatenus compatibilia essent cum paritione, quod etiam optimè dignoscebatur ex subsequentibus verbis, ibi, *consensit, quod dicto Alphonso tradatur illius possessio actualis, & corporalis, & quod per ipsum non stat, &c.* 6

Demum, quæ proponebatur de inualida oblatione, & deposito, contemplatione Alphonsi non habentis legitimum mandatum à Domino Commissario Cameræ, Domini dixerunt intrare effectum paritionis, ex quo liquidatio fructuum, instante dicto Alphonso, facta fuerat, & Hippensa quantum in se fuit fructus à se abdicauit medio depositi veri, & realis, per quod tam dicto Commissario, quam Alphonso consultum erat. Et ita fuit resolutum, &c. 7

R. P. D. PIROVANO.

Anersana iurispatronatus.

Lunæ 15. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditio quibus positiuis actibus probata censeatur ad effectum successionis in iurepatronatus.

SVMMARIVM.

Filij æquè admittendi sunt ad successionem proprij parentis, & consequenter in successione iurispatronatus, n. 1.

Iuspatronatus tanquam hæreditarium non potest transire in eum, qui hæreditatem non adiuit, n. 2.

Hæreditas dicitur adita ex præsentatione ad iuspatronatus, ibid.

Iuspatronatus tanquam hæreditarium non potest ab alio, quàm à vero hærede exerceri, n. 3.

Hæreditas aditur, non solum verbis expressis, sed etiam ex actu hæreditatis aditionem significante, ibid.

Aditionis hæreditatis titulus præsumetur in eo, qui hæreditatem, vel hæreditarias res cedit, aut donat, n. 4. & 5.

Testes quomodo deponere debeant volentes probare aliquem repudiasse alterius hæreditatem, n. 6.

Dos materna tanquam creditum hæredis; non confunditur per aditionem paternæ hæreditatis, ibid. in fine, & num. 7. vbi de eadem materia.

DECISIO CCLXV.

COmpetere Antonio Guerratio ante transactionem iuspatronatus super Capella Sancti Ioannis Baptistæ, fuit aliàs resolutum coram R.P.D. bo. me. Litta Lunæ 23. Iunij 1603. Iterùm per me dubio in Rota proposito, Domini pro informante inclinarunt, persistendo in decisis. Nam cùm Antonius, & Ioan. Paulus sint æquè filij Nicolai, prout Iacobus, à quo descendunt Lucretia, Ioanna, & Claudia, quæ litem mouerunt dicto Antonio super iurepatronatus, nec super hoc contingat aliqua dubitatio, æqualiter ad proprij parentis successionem admittendi sunt, *§. 1. vers. si quis igitur, Auth. de hæred. ab intest. & Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. in pr.* Grass. *de success. ab intest. quæst. 1. num. 1. & in §. suitas quæst. 7. nu. 1.* & in stirpes, non autem in capita, *Clem. 1. de iurepatr.* vbi glos. Abb. & Butr. notant, consequenter à successione iurispatronatus dictæ capellæ non erunt remouendi

tanquam in iure hæreditario consistente, *cap. perlatum*, *cap. quoniam de iurepatr.* Abb. *in dict. cap. perlatum num.*2. dicens transire ad quoscumque hæredes, *cap. ex literis, c. cum saeculum eod. tit.* Couarr. latè comprobans *var. resol. lib.*2. *cap.*18. *n.*6.

2 Nec obstant, quæ primò deducebantur pro parte fœminarum, scilicet Antonium patris hæreditatem minimè adiuisse, & sic iuspatronatus tanquam hæreditarium illi cohærere non posse, glos. *in cap. considerandum* 16. *quæst.* 7. Abb. *in cap.* 1. *de iurepatr.* Aretin. *in cap. significasti col.* 1. *de testibus*, Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 23. quia responderur dum Antonius coram suo Ordinario præsentauit Ioan. Baptistam filium suum de anno 1588. 26. Ianuarij, atque effectum habuit, & per illius obitum secundo loco præsentauerit Nicolaum Antonium Marianum, satis dicitur ex iteratis præsentationibus patris hæreditatem adiuisse, vt in decisione supradicta optimè comprobatur.

3 Maximè quia iuspatronatus tanquam hæreditarium non poterat ab alio, quàm à vero hærede exerceri, Couar. *dict. cap.* 18. *num.* 6. & consequenter tanquam ex actu differenti ita declaratur quis hæres, prout si verbis expressis se hæredem pronunciaret, Bart. *in l. gerit num.* 19. *ff. de acquir. hæredit.* Ias. *cons.* 112. *nu.* 2. *vol.* 4. Crauet. *cons.* 148. *num.* 10. & Doctores *in l.* 1. *&* 2. *C. de repud. hæred. & in l. potuit, C. de iur. delib.*

4 Sed animus Antonij circa actum aditionis multò magis comprobatur ex donatione facta Dragonetto de hoc ipso iurepatronatus, quia in eum, qui cedit, vel donat hæreditatem, vel hæreditariam rem, præsumuntur titulo aditionis iura hæreditaria transijsse, Corn. *cons.* 211. *num.* 2. Crauett. *cons.* 200. *num.* 2. Menoch. *cons.* 1. *n.* 489. *volum.* 1.

5 Et hoc ipsum visus est declarare Ioannes Paulus in suo testamento, dum fecit hæredem Antonium fratrem, specificando in generalitate bonorum etiam iuspatronatus, his verbis, *super quo iure eligendi Capellanum competit dicto testatori vna integra vox*, quæ particularis expressio cum aditione hæreditatis dicti Ioannis Pauli sequuta infert alios fratres, Antonium, & Iacobum esse cohæredes pro alijs duabus, *l.* 2. *ff. si pars hæred. petat.* Thesaur. *decis.* 4. *n.* 8. *vers.* 3. *in hanc rem.*

6 Ad ea autem, quæ dicuntur per fœminas constare de repudiatione Antonij & verbo, & facto, quia testes deponant de auditu ab eodem Antonio se hæredem patris non fuisse, & residuum dotis maternæ ab hæredibus sui patris petijsse. Respondetur ex deductis in decisione in hac causa facta, quæ maximè etiam videntur procedere respectu verborum ab Antonio expressorum, cum testes non concludant de tempore, nec ad quorum instantiam, nec quòd in iudicio, vel extra dixerit se nolle esse hæredem, quòd valdè necessarium erat, *l. fin. ff. de interrog. action.* vbi glos. fin. & Alex. *cons.* 212. *num.* 22. *lib.* 6. Ex respectu actus petitionis residui dotis magis etiam remouetur dubium repudiationis, quia dos materna siue deferatur iure successionis, siue dispositione legis, tanquam creditum hæredis non confunditur per aditionem paternæ hæreditatis, Bart. Castr. Imol. *in l. Stichum,* §. *aditio, ff. de solut.* Soc. iun. *cons.* 170. *n.* 5. *vol.* 2.

7 Propterea sicuti de corpore bonorum hæreditariorum, poterat Antonius vel separationem sui crediti dotalis petere, Alex. *in l. debitori col.* 1. *vers.* 2. *sequeretur, C. de pact.* vbi Ias. *col.* 1. *in fin.* Dec. *n.* 37. Castr. *cons.* 204. *col. penult. vers. vnde propositum vol.* 2. vel auctoritate legis sibi ipsi soluere, *l. filiusfamilias,* §. *diui. ff. de legat.* 1. Menoch. *cons.* 183. *num.* 35. Surd. *decis.* 224. *n.* 18. eodem modo potuit sine præiudicio aditæ hæreditatis, à cohæredibus petere, & repetere maternam dotem sibi debitam, esto, quòd totam etiam petijsset, quia non consequitur, totam petijt; ergo ad repudiationem necessariò infertur, sed per exceptionem de plus petitionibus veniebat moderanda petitio.

8 Postremò autem loco circa simoniam apposita non egent responsione, cùm fuerint sublata ex decisione R. P. D. Littæ in hac causa pariter facta 15. Nouembris 1602. atque ita fuit conclusum, competere Antonio iuspatronatus ante transactionem, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Leodien. Canonicatus.

Lunæ 15. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Concordatis Germaniæ Papa indubitanter derogare potest, non tamen præsumitur derogasse, nisi specialiter derogauerit. Gratia autem perindè valere non est noua gratia, nec propterea requirit nouum partis consensum.

SVMMARIVM.

Concordatis Germaniæ Papa derogare potest, n. 1.

Papa in beneficialibus habet amplissimam facultatem, ibid.

Papa dicitur vniuersalis Ordinarius, ibid.

Papa non præsumitur assensisse concordatis Germaniæ, vt sibi penitus manus ligauerit, ibid.

Concordata Germaniæ habent vim contractus, declara vt ibid.

Spiritualia non cadunt in commercio; sed expediuntur per viam gratiæ, ibid.

Concordatis Germaniæ Papa derogare non præsumitur per generalem derogationem; nisi fuerit specialis, ibid. in fine.

Regula de iure quæsito non tollendo, non procedit, quando prætensum ius est euentuale, num. 2.

Gratia perindè valere, non requirit partis nouum consensum, num. 3.

Gratia perindè valere, non est totaliter noua; sed quoddam adminiculum primæ, ibid.

Consensus colligitur tacitè ex actibus subsequentibus, ibid. in fine.

DECISIO CCLXVI.

Domini tenent gratiam perindè valere, obstare, quia 1
firmat coadiutoriam cum futura successione, qua stante non adfuit, quòd vacaret post mortem coadiuti, ita vt potuerit Ordinarius conferre. Non obstant concordata Germaniæ, quia respondetur constare de explicita voluntate Papæ illis derogandi, dum Papa in narratiua perindè valere dicit, quòd suo prædecessori fuerat narratum gratiam coadiutoriæ fuisse nullam ob non derogationem concordatis inter Sedem Apostolicam, & Episcopum, ac Clerum Leodien. & seu eandem Sedem, ac nationem Germanam, & quòd d. prædecessor concessit, quòd litteræ coadiutoriæ valerent, perindè ac si de concordatis, & alijs prædictis specialis mentio facta fuisset, & illis ad effectum prædictum expressè derogatum fuisset, quam prædecessoris sui voluntatem, & derogationem Sanctitas sua voluit suum sortiri effectum; cùm autem constet de voluntate Papæ, non est dubitandum, quin potuerit dictis concordatis derogare, propter amplissimam potestatem, quàm habet Papa in beneficialibus, *cap.* 2. *de præbend. in* 6. *Clement.* 1. *in fin.* & ibi Cardin. *num.* 11. *vt lit. pend.* Gemin. *in cap. si gratiosè num.* 16. *de rescript. in* 6. Alexand. *cons.* 219. *num.* 4. *vol.* 6. Gabr. *cons.* 187. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Sarn. *regul. de iur. quæs. non tollend. quæst.* 1. *vers. illud tamen, il* 1. Mohed. *decis.* 4. *num.* 2. *de restitut. spol.* cùm sit vniuersalis Ordinarius *cap. cuncta per mundum, & cap. per principalem q.* 9. 3. glos. *in cap. Felicis,* §. *fin. verb. priuata de pæn. in* 6. benè Abb. *in cap. quia diuersitatem num.* 5. *de concess. præb.* Ægid. *decis.* 754. *num.* 1. Mohed. *decis.* 1. *num.* 9. *de concess. præb.* Caputaq. *decis.* 82. *num.* 3. *part.* 2. Neque taliter videtur assensisse dictis concordatis, vt sibi penitus ligauerit manus, ad not. *in cap. dudum, vers. nos igitur de præbend. in* 6. *cap. quamuis, il* 2. & ibi glos. *fin. eodem tit.* Lap. *alleg.* 84. *num.* 4. Cassad. *decis.* 8. *num.* 2. *in fin. de præbend.* Caputaquen. *decis.* 337. *num.* 8. *&* 61. *num.* 5. *part.* 2. & fuit in specie decisum in causa Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram D. de Rubeis, vbi aliæ decisiones Rotales recensentur, & quæ aliàs dicuntur, quòd concordata Germaniæ habent vim contractus, vel non sunt vera, quia spiritualia non cadunt in commercio, sed expediuntur per viam gratiæ, Pur. *decis.* 52. *num.* 4. *lib.* 1. & Papa

per

per huiusmodi concordata nihil de nouo acquisiuit, sed multum de iure suo remisit, vnde remanet merum priuilegium, ad not. *in cap. Abbate de verb. signif.* & per Host. *in summ. tit. de priuileg. num.* 1. vel quatenus sustineri possit nomen contractus, hoc est impropriè, & ad effectum vt Papa difficilius derogare præsumatur, & proindè non sufficiant clausulæ generales, sed requiritur specialis mentio concordatorum Germaniæ, iuxta decis. in alia Leodien. Canonicatus 25. Martij 1607. coram D. meo Marquemontio, quæ propterea non obstat quando constat de expressa voluntate Papæ, vt in casu proposito.

2 Ad illud quòd non fuerit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo, respondetur respectu prouisorum post mortem coadiut. minimè fuisse necessariam derogationem, cùm illis non esset adhuc aliquod ius quæsitum, neque in re, neque in spe; respectu verò collationis minus fuit necessaria derogatio dictæ regulæ, tum quia sufficit derogatio concordatorum, à quibus Ordinarius prætendit suum ius, Rota apud Paleottum in causa Monasterien. Canonicatus inter diuers. impress. *decis.*492. *num.*10. *lib.*3. *part.*3. tum quia istud prætensum ius erat euentuale, cùm vacatio per mortem coadiut. posset cadere in mense Apostolico, sicut in mense Ordinarij, vnde non intrat regula *de iur. quæsit.* Put. *decis.* 356. *num.* 6. *lib.*1. Sarn. *regul. de iur. quæs. non tollend. quæst.*4. *vers. & ratio istius opinionis*, facit decis. Ægid. 749. *vers. confirmatur*, Rot. *decis.*25. *num.*2. *in fin. de rescript. in nou.*

3 Ad aliud quòd in gratia perinde valere, tanquam reualidatoria actus nulli requireretur nouus consensus coadiuti, ex decis. Caputaq. 211. *p.*1. respondetur illam decisionem procedere in contractibus qui respiciunt suam substantiam à consensu partium, iuxta notat. per glos. *in l. contractus, verb. transactionem, C. de fid. instrum.* vnde consensus videtur præstitutus in indiuiduo pro substantiando illo contractu, qui si ex aliquo accidenti corruit, necesse est etiam vt corruat consensus tanquam super illo actu indiuiduo præstitutus, secus in gratia Apostolica, quia illa respicit suum esse à potestate Papæ, & consensus partis non requiritur pro substantia actus, sed per viam simplicis consensus, vnde sufficit quandocunque, & quomodocunque de illo apparere, Felin. post alios *in cap. de causis num.*3. *in fin. de offic. deleg.* magis in specie Mohed. *decis. n.*1. *de renunc.* Consensus autem super istis gratijs reualidatorijs colligitur, tum quia semel præstitus præsumitur durare, nisi contrarium probetur: tum quia si per primum actum non satisfit menti disponentis, intelligitur de secundo; tum etiam quia gratia reualidatoria non est res totaliter noua, sed quoddam adiunctum primæ, ad quę omnia allegat bona ura, Caputaq. *decis.*213. & 214. *part.*1. Quibus accedit, quòd coadiutus in proposito casu passus fuit coadiutorem capere possessionem, & in illa continuare, vnde ex istis subsequutis satis colligitur consensus coadiuti; ad *l. Paulus, ff. rem rat. haber.* etiamsi consistat in patiendo, Paris. *cons.*52. *lib.*4. Circa verificationem narratiuæ ætatis, & infirmitatis coadiuti satisfactum videtur ex testibus, quorum summarium datur.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. pecuniariæ.

Die 19. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Minoris fideiussio, quando valeat, præsertim si sit mercator, hoc præcipuè in hac decisione resoluitur. Cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

*Confessionis nulla maior est probatio, n.*1.
*Minoris fideiussio de iure non valet, num.*2.

DECISIO CCLXVII.

1 DOmini resoluerunt præcepta librarum tria millia quingenta quadraginta octo, relaxata per D. V. Legatum Bononien. contra Ludouicum de Horatijs esse essequutioni demandanda. Et quantum ad iustitiam, de illa apparere visum fuit ex propria ipsius Ludouici confessione, dum constituit se debitorem in prædicta summa erga matrem, qua confessione nulla maior probatio, *l.*2. *C. de transact.* cum concord. & circa illam nullæ sunt partes iudicis, nisi in exequendo, *l.*1. vbi Bart. *num.*2. *C. de confess.* Castr. *in l. post rem num.*1. & 3. *ff. de re iudic.* Boer. *decis.*295. *num.*9. Surd. *cons.*71. *num.*37. & *seq. lib.*2. maximè inter mercatores, Bald. *cons.*348. *n.*3. *lib.*1. Rot. Ianuen. *decis.*2. *n.*3.

2 Nec obstare, quod contineat fideiussionem minoris, quæ de iure non valet, quia negabatur esse materiam fideiussoriam, cùm Ludouicus fateatur se recepisse merces à Muto, vnde apparet ipsum fuisse principalem. Item dicebatur mero iure valere fideiussionem minoris non habentis curatorem, *l. si curatorem*, vbi Scribentes *C. de in integr. restit.* & licèt minor læsus veniat restituendus, & læsus dicatur eo ipso, quòd fideiussit: attamen non apparet, quòd talis restitutio fuerit vnquam petita in proposito casu. Tertiò dicebatur, quòd mercator non iuuatur beneficio minoris ætatis, nec restituitur, Bart. Bald. & Aret. *in l.*1. *C. qui, & ad quos*, Roman. *cons.*318. *num.*2. & *per totum*, Mant. *singul.*52. cum alijs per Odd. *de restitut. in integr. quæst.*23. *num.*22. *part.*1.

3 Non etiam obstare, quòd Ludouicus non teneretur in solidum, sed ad summum pro sua tantùm parte, cùm haberet socios in mercatura; quia fuit responsum, primò ex promiscua gestatione, & administratione quemlibet teneri in solidum, vt fuit dictum in causa Romana pecuniaria 23. Martij 1607. coram D. meo Ludouisio, per doctrin. Bald. *in rubric. C. de exercit. act. num.* 26. cum alijs ibi allegatis. Secundò cessare difficultatem in hoc casu, in quo Ludouicus constituit se debitorem totius summæ.

4 Quæ dicebantur, quòd obligatio Ludouici fuerit facta per metum non fuerunt per Dominos habita in consideratione, cùm de hoc nullus detur fumus, & metus sit de ijs, quæ non præsumuntur, *l.*2. *C. de ijs, quæ vi metusve caus.* cum vulg. & hæc quoad iustitiam. Quo verò ad processum opponebatur primò, quòd præcepta fuerunt relaxata pendente dilatione, quæ ex forma constitutionis legati ipso iure currit: sed fuit responsum, quòd in huiusmodi scripturis potest iudex abbreuiare, vt in eadem constitutione habetur, maximè contra confessum, *Clem. sæpè de verb. sign.* Roman. *cons.*419. Rot. *decis.*23. *de rescript. in antiq.*

5 Secundò dicebatur, quòd promissio Ludouici fuit in tot Venetis, moneta sic appellata in partibus Orientalibus, vbi fuit facta promissio, & tamen præcepta fuerunt relaxata in tot libris Bononiensibus, nulla præcedente liquidatione, oam præsupposito quòd lib. 3548. pro quibus fuerunt relaxata præcepta, verè non excedant summam Venetorum promissam per Ludouicum, de quo datur magnus fumus ex fide mercatorum, & poterit res meliùs verificari in facto, non videbatur Dominis ex hoc annullare dicta præcepta, quia Ludouicus ex hoc non opposuit in partibus, vnde visus fuit remittere hanc solemnitatem, *ad reg. qui tacet de reg. iur. in* 6. & videmus in simili, quòd valet processus gestus cum eo, de cuius mandato non constat si minimè opponatur, Bart. *in l. post mortem*, §. *neque in fin. ff. de adopt.* Calder. *cons.*4. *de procur.* Roman. *cons.* 215. *num.*4. *vers. tertiò ad idem*, Achill. *dec.*6. *n.*4. *de procur.*

6 Tertiò dicebatur, quòd, & data iustitia, & solemnitate processus adhuc non esset locus executioni, cùm materia sit appellabilis, pro quo sufficit dicere, quòd appellatio non reperitur in hoc casu expressè prohibita, ad *l. & in maioribus, C. de appellat.* glos. *in l. qui restituere, vers. restituitur in fin. ff. de re iud.* Sed ad hoc fuit responsum, appellationem esse prohibitam ex statuto Bononien. ex quo agitur inter mercatores, prout in terminis dicti statuti est cons. Socin. iunior. *cap.*138. *num.*8. *lib.*3. quam etiam ex constitutione Legati Bononien. quæ non videtur cessare ex eo, quòd contra formam illius non fuerit præstita fideiussio, quia hoc intelligitur si petatur, *l. si quis filium*, §. *stipulatio, ff. de collat. bon. l.*2. §. *quod ait prætor. ff. quorum legat.* Castren. *in l. vniuersis num.* 6. Ias. *num.*3. *C. de precib. Imper. offer.* Alexand. *cons.*96. *num.* 1. *lib.*4.

7 Minus facere videbatur, quòd non potuerit deueniri ad præceptum personale, nisi factis diligentijs in rebus, quia

concurrentem quantitatem alimentorum, Cuman. *in dict. l. diuortio num.6.* & istam differentiam, an in primo anno, vel post, sint præstita alimenta, & necessitatem præstandi, quæ viget pendente anno, cessatque eo lapso, latiùs perpendit Ias. *ibi num.18. ante fin. vers. & istud fundamentum.* Quando enim durat aonus, pendet duratio legalis data hæredibus, vnde interim debent omne commodum habere, Salyc. *in l. vnica sub num.3. vers. aliqui contra, C. de re vxor. action.* Et sicut eo tempore tenentur præstare alimenta, etiamsi fructus dotis non sufficiant, Bart. *in dict. l. diuortio in fin.* quem sequuntur Angel. Imol. Roman. Alexand. & alij citati à Surd. *vbi supra num.32.* Ita si è conuerso fructus dotis excedat impensam alimentorum, spectare debent omnes ad ipsos: vbi autem cessat onus, & necessitas alendi vxorem, cessat etiam lucrum fructuum, Ias. *in dict. l. diuortio sub num. 17. vers.3. conclusio.* Hinc est, quòd etiam pendente anno luctus quando dos consistit in immobilibus, quo casu statim reddi debet, & non expectatur annus, neque cadent delatio, & onus alimentandi, si mulier receperit alimenta ab hæredibus mariti, ipsi non lucrantur fructus dotis, sed fit compensatio cum alimentis vsque ad concurrentem quantitatem, Ang. *cons.* 142. Bald. post Bart. *in dict. l. diuortio num.5.* & Imol. *num.* 15. *in fin. cum seq.* & hæc tantò magis procedunt in D. Victoria, quæ egit contra D. Prosperum pro restitutione dotis, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Pacen. decimarum.

Lunæ 26. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Episcopus de iure excepta quarta non habet intentionem fundatam super decimis suæ diœcesis, nisi probet, vel decimas verè esse in nullius parochia, vel esse incertum, quòd sint in parochia alicuius, & quomodo hoc probetur.

SVMMARIVM.

Territorium temporale differt à territorio spirituali, & propterea de territorio temporale non bene infertur ad spirituale, num. 1.

Decimæ, excepta quarta, non spectant ad Episcopum in sua diœcesi, num. 2.

Episcopus in sua diœcesi habet decimas, quando non apparet de certo Rectore, quod quando verum sit, ibidem, & per tot.

Decimæ existentes in parochia alicuius assignandæ sunt illi parochiæ, in cuius territorio existunt, ibid. in fine.

Episcopus non potest ad propriam vtilitatem conuertere decimas suas diœcesis, nisi probet, vel eas vere esse in nullius parochia, vel esse incertum, quod sint in parochia alicuius, & quomodo hoc probetur, num. 3. & per tot.

Conditionis implementum probari debet ab eo, qui fundat se in dispositione conditionali, ibid. in fine.

Æquiparata æqualiter determinanda sunt, n.4.

Decimatorum est quodlibet prædium, n.5.

Fur, & latro actore non probante absoluendus est, & in sua possessione manutenendus, ibid.

DECISIO CCLXX.

1 FVuit resolutum sententiam latam ad fauorem Capituli, & D. Episcopi super decimis territorij, de quo agitur, esse reuocandam. Et quantum ad Capitulum, Domini transiuerunt cum decisione in hac causa coram me facta sub die 12. Decembris 1608. contra quam nihil fuit deductum, quod videtur vrgere, & signanter dictum fuit nihil facere, quod territorium de quo agitur, sit in confinio territorio de Royas, & quòd locus sit sub iurisdictione ciuitatis Pacen. nam neque vicinitas arguit esse sub iurisdictione, siue de territorio, alias daretur processus in infinitum, quia quodlibet territorium cùm sit finitum, necesse est quòd habeat vicinos confinantes. Neque si probaretur esse de territorio, inferretur aliquid ad fauorem Capituli, cùm de territorio temporali non benè inferatur ad territorium speciale, siue diœcesum, glos. *in Clem. ne Romani, verb. diœcesis de elect.* Butr. *in c. querimoniam num.6. de iurepatr.* Felin. *in c. cum causam num.12. de probat.* vltra quòd nec apparet, quòd Capitulum habeat aliquod ius super decimis diœcesis, vt fuit ponderatum in alia decisione.

Quantum ad Episcopum fuit consideratum, quòd ex- 2
cepta quarta, ipse non potest dici habere fundatam intentionem super decimis suæ diœcesis, Hostien. *in cap. cùm contingat num. 1.* & ibi Ioan. Andr. *num.4.* Ancbar. *num.5.* Butr. *num.7. de decim.* & per plura argumenta fuit ponderatum in præterita decisione coram me facta. Ad decisionem in causa Oscen. decimarum della Piedra 21. Martij 1569. coram Rubeo in Bolnonien. decimarum 25. Martij 1591. coram Illustrissimo Mantica, & in Carthaginen. decimarum 28. Iunij 1593. coram bon. memor. Orano, dicentes Episcopum habere fundatam intentionem super decimis suæ diœcesis, quando non apparet de certo Rectore, fuit responsum illas decisiones esse intelligendas iuxta terminos *cap. quoniam de decim.* in quo principaliter fundantur, & propterea Domini ex professo assumentes intellectum *dict. cap. quoniam*, considerarunt, quòd in illo duo proponuntur casus. Primos est, quando certum est decimas esse in alicuius parochia, & tunc sine aliqua difficultate sunt assignandæ illi parochię, intra cuius fines sunt, & iste non est casus, de quo agitur.

Secundus casus resultat ex illa aduersatiua *alioquin*, 3
ibi, *alioquin secundum discretionem à Deo datam*, &c. & iste secundus casus duobus modis intelligitur à Canonistis *in dict. cap. quoniam*, vno modo, *alioquin*, id est, si non sint intra certam parochiam, vt intelligunt ibi Innocent. *super dict. verb.* Ioan. Andr. *num.2.* Abbas antiquus *super eodem verb.* Card. *in principio*, & Abb. Panormit. *num.4.* Secundò modo intelligitur sicut explicatur ab Hostien. *ibid. num.2.* Ioan. Andr. *pariter num.2. vers. vel si incertum est.* *Alioquin*, id est, si incertum est, de cuius parochia sint, quicunque intellectus attendatur, non potest Episcopus conuertere ad propriam vtilitatem decimas, nisi probet, vel decimas verè esse in nullius parochia, vel esse incertum, quòd sint in alicuius parochia; nam attento primo intellectu, negatiua erit de sua intentione, & proindè similiter regulas iuris ab illo probanda, vt per Scribentes *in l. in illa, ff. de verb. obligat.* Innocent. *in cap. super litteris*, vbi etiam Felin. *num.* 16. *de accus.* Socin. iun. qui de communi *cons.67. num.4. volum.4.* Tantò magis, quia Canonistæ exponunt illam dictionem, *alioquin*, per modum conditionis, id est, si non sint parochia, conditionem autem esse impletam debet probare ille, cui aliquid reperitur datum sub conditione, *l. eum qui nouissimus, ff. ad Trebell. c. si constiterit*, vbi Felin. *num.5. de accus.* Socin. iun. *d. cons.67. n.1. vol.4.* Illustrissimus Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.16. n.5.*

Si verò attendatur intellectus Hostiens. quòd saltem 4
Episcopus possit per se retinere decimas, si sit incertum, an decimæ sint intra alicuius parochiam, & Hostien. erit intelligendum prout ipse semetipsum declarat; nempè quòd Episcopus debeat facere super hoc diligentem inquisitionem iuxta formam *cap. cum causam de probat. & c. 1. de relig. dom.* in quibus iuribus datur modus probandi aliquid esse intra fines, vel extra, & ibi dicitur, hoc esse faciendum per testes, scripturas, famam, & alia, & sic in effectum Hostien. concurrit cum alijs, quòd Episcopus ex eo solùm, quod decimæ sint in sua diœcesi, non potest absque eo, quòd præcedat aliqua probatio, sibi de facto imbursare decimas. Quòd etiam colligitur ad alia parte eiusdem *cap. quoniam*, nempè quia textus æquiparat assignationem alteri Ecclesiæ faciendam, & imbursationem ipsius Episcopi, ibi, *alioquin, &c. alteri Ecclesiæ deputare, vel ad opus tuum retinere poteris.* Et proindè sicut nemo dicet, quòd quælibet Ecclesia diœcesis habeat taliter fundatam intentionem super decimis totius diœcesis, vt absque aliqua causæ cognitione possint decimæ totius diœcesis illi adiudicari, ita neque hoc poterit facere Episcopus pro seipso, quia cùm isti diœcesatus æquiparentur in iure, æqualiter debent determinari, Roman. *cons.* 129. *in princip.* Ias. *in §. ex malefic. num.18. Instit. de action.* Rip. *in l. si constante num.69. ff. solut. matrim.* Socin. *cons.* 1. *num.22. lib.1.* Ex quibus inferebatur, quòd cùm pro par-

parte D. Episcopi, nulla appareat facta probatio super eo quòd territorium, de cuius decimatione agitur, minimè sic intra fines alicuius parochiæ, vel saltem inquisitum, an sit incertum quòd sint intra fines alicuius parochiæ, non potuerunt illi per sententiam decem adiudicari, prout factum fuit.

5 Nec mouit Dominos, quòd in genere sit certum, deberi decimas alicui Ecclesiæ, ex quo de iure quodlibet prædium est decimatorium, etsi apparet de malo iure, & de peccato negantis soluere decimas, quia fuit responsum, actori, prout est D. Episcopus, in hac causa non sufficere docere de mlao iure rei, cùm & fur, & latro, actore non probante, sit absoluendus, *l. final. C. de rei vindic. l. instâ*, cum ibi not. *ff. uti possid.* Bald. *cons.* 385. *num.* 2. *vers. respondeo lib.* 2. Neutz. *cons.* 81. *num.* 29. Secundò dicebatur, nec dominum prædij iniustè retinere decimas antequam Episcopus faciat suas probationes, etenim si solueret, ita ex abrupto posset dari casus, vt superueniente postea vero parocho, ipse denuò cogeretur soluere decimas.

6 Non obstat, quòd negligente Rectore, possit Episcopus agere ad decimas, Rebuff. *quæst.* 7. *num.* 12. *de decim.* quia hoc est verum, & si quatenus Episcopus agat nomine Ecclesiæ parochialis, & tanquam illius Procurator, ad effectum vt conuertatur in illius vtilitatem, non autem propriam, vt fuit Episcopus in hoc casu, Hostien. *in cap. dudum, & in cap. cum contingat num.* 1. *de decim. cum concord.* Ex quibus, & alijs latè deductis pro hac parte in discursu in hac causa per me facto de ordine Dominorum sub die 23. Februarij 1609. quæ etiam placuerunt in hac propositione, fuit conclusum contra sententiam ad fauorem D. Episcopi, & R. Capitul. latam, &c.

Est decisio 202. *supra in hac parte.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana alimentorum.

Mercurij 20. *Aprilis* 1610.

ARGVMENTVM.

Alimentorum legatum an sit taxandum pro victu tantùm legatarij, an verò etiam pro expensis famulatus.

SVMMARIVM.

Alimenta taxanda sunt secundùm qualitatem, & decentiam personæ, n. 1.

Alimenta secundùm qualitatem personæ taxanda sunt etiam pro famulatu, ibid.

DECISIO CCLXXI.

1 Rota taxauit alimenta legata per quondam Fabium Arronium Iuliæ nepotis in scutis 12. menstruis, nam etsi pro eius sola persona minor summa forsan sufficeret, attamen cùm in hac materia attendatur præcipuè decentia, & honestas personæ, Rota in causa Albanen. alimentorum 13. Octobris 1578. coram Robusterio relata inter *diuers. impress. decis.* 485. *num.* 3. *part.* 1. non visum fuit Dominis, quòd Iulia teneretur sibi ipsi parare cibos in coquina, vel ad plateas accedere pro emendis victualibus, vnde visum fuit necessarium, quòd babeat famulam: quando autem attenta qualitate personæ necessarius est famulatus, tunc in legato alimentorum veniunt etiam expensæ necessariæ pro famulis, Surd. post alios *tract. de alim. tit.* 4. *quæst.* 18. *num.* 9. *& seq.* & fuerunt allegatæ decisiones in Romana legati 23. Octobris 1582. coram Illustrissimo Pamphilio, & in Fulginaten. de Iacobillis 27. Maij 1597. coram bo. me. Litta. Circa facultates legantis; quæ etiam videntur attendendæ in hac materia, *l. si quis a liberis, §. sed & si filius*, cum ibi not. per Scribentes *ff. de lib. agnoscen.* non fuit difficultas, cùm sit notum dictum Fabium vltra mobilia notabilis valoris reliquisse hæreditatem annui redditus scutorum quingentorum, & vltra.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Parmen. status.

Veneris 30. *Aprilis* 1610.

ARGVMENTVM.

Attentata reuocari debent, non obstante clausula, *arbitrio*; nec est opus docere de iure collitigantis petentis reuocationem, & vbi etiam constat de non iure, reuocari debent ex officio iudicis.

SVMMARIVM.

Arbitrium intelligitur provt de iure, n. 1.

Attentata debent in primis, & ante omnia reuocari, aliàs iudex iniustè facit, & appellari potest, ibid.

Fallit stante clausula arbitrio, *si aliqua concurrat ex causis, de quibus remissiue, ibid.*

Attentans eodem tempore, ius iudicem, & partem offendit, ibid.

Attentatum dicitur quod fuit factum lite pendente, ac post inhibitionem, num. 2.

Dictio taxatiua omnia alia excludit, ibid.

Iudex laicus non potest cognoscere de iuribus matrimonij, n. 3. *& 4. vbi etiam si principalis causa sit illi commissa, & agatur incidenter de articulo matrimonij.*

Excusatio non potest peti ab eo, qui iudicis decretum violauit, num. 4.

Attentata vt reuocentur, sufficit sola litis pendentia absque alia prolatione iuris litigantis, n. 5.

Attentatorum reuocatio vt impediatur per exceptionem non iuris, sufficit quòd exceptio non iuris indigeat discussione, ibid.

Attentatorum reuocatio vt impediatur per exceptionem non iuris, de non iure debet constare, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, ibid.

Attentata vbi constat de non iure petentis, illorum reuocationem reuocantur ex officio iudicis, ibid. vbi maximè si cassantur propter spretum inhibitionis, ibid.

Attentata non purgantur per declarationem, ibid.

DECISIO CCLXXII.

Fvit vnanimi Dominorum sententia resolutum, non 1
intrare arbitrium, quia cùm illud intelligatur provt de iure, Bart. *in extrauag. ad reprimen. in vers. videbitur num.* 8. Peregr. *decis.* 329. *lib.* 2. Paleott. *decis.* 290. esset contra ius, si attentata in primis, & ante omnia non reuocarentur, vt dicit Dec. *in cap. an sit num.* 8. *post med. de appellat.* & iudex aliter faciens faceret iniustitiam, Io. Andr. *in cap. non solum de appell. in* 6. Franc. *in c. consuluit num.* 7. *& in c. dilecti num.* 3. *eod. tit.* Afflict. *decis.* 98. *num.* 5. ac liceret appellare, Bero. *cons.* 51. *num.* 5. *infra lib.* 3. Et arbitrium quod aliàs suadente æquitate moderatur, & mitigat iuris rigorem, non ita de facili intrare debet pro attentante, qui eodem tempore ius, iudicem & partem offendit, ad not. *in c. cordi de appell. in* 6. Franc. *in c. bonæ num.* 14. *& 39. de appellat.* Natt. *cons.* 568. *num.* 4. Præsertim nulla subsistente causa ex illis, propter quas Rot. in hac materia aliquando vtitur arbitrio, relatis Cæsaraugustana dismembrationis 23. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Sacrato.

Quòd autem sententia Prætoris Ianuæ cum omnibus 2
præcedentibus eo subsequentibus sit attentata, negari non potest, quia lata pendente lite in Rota per commissionem auocatoriam, signatam manu Papæ vsque de anno 1530. *tot. tit. ff. & C. vt lit. pend.* Et quia vltra generalem inhibitionem emanauit de anno 1531. particularis, ne procederetur coram Magistratibus Ianuæ super litis, seu computis Sancti Georgij, *cap. non solum, in fin. & cap. Romana, §. sed si obijciatur de appellat. in* 6. Rot. *decis.* 20. *& 31. de appell. in nou.* Decretum autem moderationis Rotalis non solùm non excusat Dominos Pallauicinos, sed eos in multis accusat. Illud enim reuocat, & moderatur inhibitionis limitatæ effectum in eo expressum, cùm dictione taxatiua, *tantùm*, nempè vt fructus decursi consignarentur D. Paulo Serræ, ad finem vt transmitteretur ad vrbem deponendi in montem pietatis,

vt

vt inuestirentur in tot bonis stabilibus, seu montibus non vacabilibus sub nomine, & ad commodum hæredum, seu Fideicommissariorum q. Ioan. Francisci citra innouationem iurium vtriusque partis, ac sine præiudicio quorumcumque ipsarum iurium, ita vt per talem transportationem non minueretur ius vnius partis, nec augeretur alterius: vnde cùm dictum decretum, & moderatio sit restricta ad dictum effectum, omnes alios excludit, non solùm in vim taxatiuæ in ea appositę, *l. qui in aliena, §. libertos, ff. de neg. gest.* Rom. *cons.* 456. *n.* 1. Socin. *cons.* 5. *n.* 5. *lib.* 4. Decius *cons.* 328. *nu. seq.* sed etiam quia expresse præseruar inhibitiones quoad omnes alios effectus. Acta autem, & petitio pro parte DD. de Pallauicinis, ac sententia Prætoris in omnibus repugnat formæ decreti; in eo enim non dicitur quòd pecuniæ consignentur Paulo Seruæ Procuratori Pallauicinorum, vt fuit petitum, & obtentum, sed fuit dictum simpliciter quòd consignarentur Paulo Seruæ, quòd ideò fuit ita simpliciter dictum, quia Paulus erat in actis huius causæ constitutus Procurator vtriusque partis, & exactio per ipsum facta non erat adscribenda DD. de Pallauicinis magis quàm DD. Rangonibus.

3 Fuit etiam in alio excessum, & recessum à decreto, quia illud loquitur de fructibus tunc decursis, sententia autem disponit etiam de in futurum decurrendis ad fauorem Marchionis Alphonsi cum graui, & successiuo præiudicio DD. de Rangonibus. Mandat etiam sententia, quòd Marchio Alphonsus declaratur creditor sortis principalis in libris Sancti Gregorij, quod non solùm est præter verba decreti, & contra taxatiuam in eo appositam, sed etiam repugnat menti Rotæ, quæ fuit seruare æqualitatem in omnibus inter partes, ita vt vna pars non acquireret, nec altera quicquam amitteret. In decreto etiam verbum nullum quòd Marchio posset petere obtinere declarari descendens à testatore ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, prout fuit in dicta sententia declaratus, & nihil absurdiùs, & magis repugnans menti Dominorum. Hoc enim erat auocare causam ab hoc tribunali, & remittere iudicibus laicis, qui cognoscerent de viribus matrimonij contra dispositionem *cap. lator, qui fil. sint legit.*

4 Non obstat quod dicitur de legitimatione personarum necessariò facienda coram illo Magistratu, quia vltra quòd fuit in alijs multis vltra dictam legitimationem excessum, & attentatum; talis legitimatio non potuit, nec debuit fieri coram iudice laico, cùm verteretur circa quæstionem matrimonij, & tamen quando aliàs causa fuisset iustè in foro introducta, articulus legitimitatis fuisset cognoscendus coram iudice Ecclesiastico, iuxta terminos *dict. cap. lator.* Tandem non erat necessaria coram illis iudicibus neque hæc, neque alia legitimatio personarum, quia secundùm mentem Rotæ, & tenorem decreti, debebant pecuniæ de communi consensu vtriusque partis super eis prætendentis transferri ad vrbem, & quando hoc pacto non potuisset obtineri translatio, quod non constat, quia non fuit hæc via intentata. Non propterea debebant Pallauicini aliquid moliri, aut attentare contra formam decreti propria authoritate, & in sua parte ac Rota inconsulta. Cùm igitur Pallauicini in prædictis, & alijs pluribus adductis per informantes pro Rangonibus violauerint decretum, frustrà ab eo excusationem quærunt, *l. auxilium, ff. de minor.* Prout etiam à Breuibus S.D.N. quę mandant pecunias solui iuxta decretum Rotalis, pro eius exequutione emanarunt.

5 Non obstat quòd dicitur non constare de interesse DD. de Rangonibus ad impugnandum istam exactionem ex capite attentatorum, quia pro reuocatione attentatorum sufficit sola litis pendentia absque alia probatione iuris litigantis, Franch. *in cap.* 1. *num.* 5. *vt lit. pend.* Lancell *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *ampliat.* 6. tunc nec dicitur constare de non iure ipsorum, & propterea non esse ad eorum instantiam reuocanda attentata, Cassad. *decis.* 3. *num.* 4. *de restit. spoliat.* quia cùm lis pendeat indecisa, de nullius partis iure potest dici constare, & sufficit, quòd exceptio non iuris indigeat discussione, ad effectum quòd non retardet reuocationem, Paleott. *decis.* 87. *orta,* Lancell. *de attentat. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 1. *num.* 62. Debet enim constare de notorio non iure per confessionem, vel rem iudicatam, non ex alijs probationibus, vt latè per Lancell. *ibi num. seqq. cum pluribus seqq. & num.* 83. & 84. Vbi etiam constaret de notorio non iure Dominorum de Rangonibus, ita vt ad eorum instantiam non essent reuocanda attentata, reuocarentur ex officio propter spretum iurisdictionis, Rot. *decis.* 2. *ad finem, de restitut. spoliat. in nou.* Franc. *in cap. bona sub num.* 15. *de appell.* præsertim ob spretum inhibitionis Rotalis, vt fuit dictum in vna Senogallien. attentatorum coram sel. record. Clem. VIII. relata per Lancellott. *vbi supra sub n.* 55. Declaratio quam fecit D. Alphonsus non fuit habita in consideratione apud Dominos, quia illa non potest deseruire pro declaratione, cùm attentata sint clara, neque pro purgatione, quia iste non est modus purgandi attentata, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Viterbien. iurispatronatus,

Mercurij 4. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruationibus Apostolicis, secus si laicale; quando autem dicatur, & quomodo cognoscatur, an iuspatronatus sit Ecclesiasticum, vel laicale; hæc decisio, quæ magistralis est, magistraliter etiam docet.

SVMMARIVM.

Episcopus in dubio præsumitur erexisse iuspatronatus de redditibus Ecclesiasticis, & non de patrimonialibus, & ideò in dubio iuspatronatus ab Episcopo fundatum dicitur Ecclesiasticum, & non laicale, n. 1.

Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruationibus Apostolicis, secus si laicale, ibid. in fine, & n. 2.

Iuspatronatus præsumitur laicale ex quasi possessione laicorum in iure præsentandi, n. 3.

Possidendi causa magis attenditur, quàm ipse actus, ibidem.

Quasi possessio conferendi vnum ex beneficijs comprehensis sub indulto, continet quasi possessionem, etiam quoad omnia alia beneficia in eodem indulto comprehensa, ibidem.

Iuspatronatus dicitur laicale, & non Ecclesiasticum, quando Episcopus habens amplum patrimonium, expresse illud reliquerit suis hæredibus, n. 4.

Iurispatronatus electio fieri debet cum consensu Episcopi, ibidem.

Iuspatronatus ab Episcopo fundatum mixtim de redditibus patrimonij, & Ecclesiasticis non cadit sub reseruationibus Apostolicis, ibid.

Bona feudalia habentur pro allodialibus, quando est data facultas ad libitum disponendi de illis, num. 5. *in fine.*

Attendi debet in omni depositione, quod principaliter agitur, non autem quod venit ex post incidenter, n. 6.

DECISIO CCLXXIII.

QVòd iuspatronatus, de quo agitur, esset Ecclesiasti- 1
cum deducebatur ex eo, quòd fuit fundatum à quodam Scipione Episcopo Ceruiense, qui in dubio præsumebatur hoc fecisse de redditibus Ecclesiasticis, glos. *in cap.* 1. *verb. debent,* & ibi Innocent. *in princ.* Abb. *num.* 3. *de priuil. cler.* Bald. *in auth. licentiam num.* 3. *vers. aut bona non sunt districta, C. de Episc. & Cler.* Aret. *cons.* 31. *num.* 6. Alex. *cons.* 101. *num.* 2. *vol.* 7. Vnde resultabat quòd iuspatronatus diceretur Ecclesiasticum, *c. Apostolicos,* iuncta glos. *in verb. construxisse,* Archid. *num.* 3. Præposit. *num.* 2. 12. *quæst.* 2. Abb. *cons.* 57. *circa fin. lib.* 1. Felin. *in c. cum venerabiles num.* 37. *vers. & adde quod ædificans, de except.* & inde quòd cadere deberet sub reseruationibus Apostolicis, *c. dilectus,* & ibi glos. *verb. in concessione, vers. si vero pertinet,* Abb. *num.* 1. Butr. *num.* 13. *de off. leg.* Gemin. *in cap.* 2. *num.* 11. *de præb.* latè Cassad. *decis.* 4. *n.* 2. *de iure patr.*

Quibus non obstantibus Rota censuit iuspatronatus 2
esse merè laicale, & inde non includi sub reseruationibus Apostolicis, iuxta notat. per glos. *in cap.* 2. *verb. collatio,* & ibi Gemin. *num.* 11. *in fin.* Franc. *num.* 8. *de præb. in* 6.

in 6. Lap. *allegat. 96. num. 3.* Rebuff. *ad regul. 2. Cancellar. vers. item beneficia*, de communi testantur Abb. *in cap. dilectus num. 4. in fin. de offic. legat.* Put. *decis. 319. lib. 1.* Roch. de Curt. *tit. de iur. patron. vers. competens quæst. 24. num. 56.* & de magis communi Alexand. *cons. 75. in princip. volum. 4.* Mandos. *super regulis reg. 1. quæst. 8. num. 1.*

3 Quòd esset laicale, fuit deductum primò ex eo, quòd laici sint in quasi possessione præsentandi, vnde præsumitur dotatum de bonis patrimonialibus, nisi contrarium expresè probetur, glos. *in cap. sint manifesta 12. quæst. 1.* Put. *decis. 228. lib. 2. & 90. lib. 3.* Achil. *decis. 1. de iur. patron.* Mohed. *decis. 9. eo tit.* Crescen. *decis. 9. eod. titul.* Nec referre visum fuit, quòd laici non reperiantur in quasi possessione præsentandi ad Capellam, quæ modo vacat, sed aliam erectam per eundem Episcopum, quia cùm erectio, & dotatio fuerit facta vnico contextu, existimarunt Domini possessionem vnius suffragari quoad omnes, attendendo magis causam possidendi, quàm ipsum actum, iuxta notat. per Bald. *in l. 1. num. 24. vers. tu dic de emancip. lib.* & fuit latiùs deductum coram me in causa Assisien. Canonicatus de anno 1600. & facit simile, quòd probata quasi possessione conferendi vnum ex beneficijs comprehensis sub indulto videtur acquisita quasi possessio quoad alia sub eodem indulto comprehensa, Rota in causa Seguntina dimidiæ annatæ 4. Februarij 1594. coram bon. memor. Litta.

4 Rursus fuit dictum, quòd cùm in hoc casu notum sit Episcopum Ceruiensem habuisse satis amplum patrimonium, & ipse expresè reliquerit hoc iuspatronatus suis hæredibus, videtur asseruisse acquisitionem factam de bonis patrimonialibus, cui assertioni, stante ea, maximè cum adminiculo consensus Ordinarij in erectione iurispatronatus, ad tradita per Bald. *in l. fin. C. de præd. min.* Ias. *in l. mandata num. 6. ff. de offic. eius*, Alexand. *cons. 79. num. 6. volum. 1.* standum videtur Menoch. *de arbitr. in dict. casu 195. num. 6. lib. 2.* cum alijs per eum allegatis. Vel saltem præsumendum est, acquisitionem fuisse factam mixtim de redditibus patrimonij, & Ecclesiasticis, iuxta cumulatos per eundem Menoch. *d. casu 195. num. 7.* & res incideret in idem, quia ad effectum euitandæ reseruationis pars laicalis prænalet Ecclesiæ, Cassad. *decis. fin. num. 10. de probat.* Put. *decis. 157. lib. 3.* Achil. *decis. 3. num. 3. de iurepatron.* Simonett. *de reseru. qu. 9. num. 3.*

5 Tertiò fuit dictum, quòd etiamsi appareret hoc iuspatronatus fuisse fundatum in redditibus Ecclesiasticis, adhuc esse debere laicale, stante amplissima facultate, quam habebat Episcopus disponendi de redditibus Ecclesiasticis, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, videbantur isti redditus Episcopo declarante, prout declarauit ad fauorem hæredum positi extra naturam redditiuum Ecclesiasticorum, prout in simili, quòd bona aliàs feudalia habeantur pro merè allodialibus, si est data facultas de illis ad libitum deponendi, tradit Anchar. *cons. 125. num. 7.* Dec. *cons. 614. num. 9.* Rol. *cons. 42. num. 27. lib. 1.*

6 Non obstat, quòd retenta hac vltima responsione iurispatronatus nihilominus esset ex priuilegio, quia sustinetur in vim priuilegij Apostolici disponendi de redditibus Ecclesiasticis, & consequenter caderet sub reseruationibus Apostolicis, capiuut iuspatronatus ex priuilegio, vt latè fuit dictum in vna causa Compsana iurispatronatus coram R.P.D. Decano, quia fuit responsum in qualibet dispositione attendi quod principaliter agitur, non quod venit ex post incidenter, *l. verum est la 2. ff. de furt. cap. quantum*, vbi glos. *& cap. sæpè contingit 50. distinct.* cum alijs per Sarn. *regul. de iur. quæs. non tollen. quæst. 3.* & proindè cùm priuilegium tendat solùm ad facultatem liberè disponendi de redditibus Ecclesiasticis, ista dispositio ex post facta pro dote beneficiorum tanquam res accidentalis non videtur comprehensa in priuilegio, ex prædictis.

R. P. D. SACRATO,

postea S.R.E. Cardinali.

Anconitana pecuniaria.

Veneris 7. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

Cedens quando post cessionem possit contra suum debitorem agere, & quando cessio dicatur simulata, ex eo, quòd fuerit facta pro minori summa eius, quæ cessa fuit.

SVMMARIVM.

Exceptio translationis, & abdicationis crediti in alium probat contra transferentem, & abdicantem, n. 1.

Cedens etiam post cessionem, quando possit actiones directas penes ipsum remanentes exercere, ibid.

Cessio facta pro minori summa, ea, qua cessa fuit, præsumitur simulata, fallit consentiente debitore: item fallit, quando cessio fit non animo vexandi debitorem, n. 2.

DECISIO CCLXXIV.

1 DIxerunt Domini partitam scutorum 1000. non fuisse malè appositam in calculo ad creditum Marci, & Angeli, & in diminutionem crediti D. Marini, quia constat de cessione dicti crediti scutorum mille, facta per D. Marinum ad fauorem Ioannis Mariani: vnde obstat illi exceptio translationis, & abdicationis huiusmodi crediti, Bart. *in l. facta, §. si hæres num. 2. in fin. & num. 3. ff. ad Trebellian.* Roman. *cons. 102. in princip.* Guldop. *decis. 530. num. 2.* Crauet. *cons. 191. num. 3.* Nec obstare visum fuit, quòd possit cedens agere vigore directarum actionum, *l. quis ergo casus, ff. de pecul. l. fin. C. quando fisc.* cum alijs allegat. quia conclusio non procedit interueniente vno ex tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouat.* ita Salyc. *ibi num. 2.* Castr. *in l. fin. in princ. num. 4. ff. de eden.* Ias. *in l. si cum emptore num. 4. ff. de pact.* Ioseph. Ludouic. *de cession. & cessionar. conclus. vnic. vers. & cedens, & vers. quo vero ad cessionem*, in casu autem proposito interuenit solutio pretij cessionis quam fecit Ioannes Marianus cessionarius.

2 Minus facit quòd pretium cessionis minimè fuerit correspondens, quippè quia fuit tantum scutorum quingentorum, vnde præsumatur simulatio, *l. fin. C. mandat.* quia hoc non procedit consentiente debitore, Bald. & Angel. *in l. cum essent, §. 1. in princ. ff. de seruit. rust. præd.* Roman. *cons. 87. num. 2. & 3.* Gabriel. *de act. conclus. 5. num. 30. & 53.* Menoch. *de præsumpt. præs. 129. num. 42. lib. 3.* Rursus non habet locum conclusio quando cessio minimè fit animo vexandi debitorem, glos. *in l. per diuersas, verb. venditioni, C. mand.* Gabr. *d. conclus. 5. num. 15.* Menoch. *dict. præsumpt. num. 16.* in casu autem proposito ex multis circumstantijs appater, cessionem minimè factam fuisse animo vexandi, sed potiùs alijs ex causis, de quibus per Rimin. sen. *cons. 155. num. 12.* quæ & hìc benè applicatur.

R. P. D. SACRATO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Mediolanen. clericatus.

Veneris 7. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

De quasi possessione præsentandi in iurepatronatus, quanto tempore inducatur, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus censetur probatum ex quasi possessione præsentandi centenaria, n. 1.

Iurispatronatus probatio per publicam vocem, & famam, iuncta quasi possessione præsentandi quadragenaria dicitur plena, & concludens, n. 2.

Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione præsumitur, nisi contrarium probetur, n. 3.

Possidere quis præsumitur ex præcedenti titulo, alio titulo non apparente, n. 4.

Pos-

Possessione anteriori, & posteriori probata præsumitur possessio medio tempore, ibid.

Vltimi status beneficij mutatio non inducitur sine cursu saltim quadraginta annorum, n.5.

Quasi possessio in incorporalibus incipit à scientia, & patientia illius, cuius interest, ibid. in fine.

Beneficij status nunquid mutetur per prouisiones Apostolicas, num.6.

Descendentia probatur ex publica voce, & fama ad effectum pertinentia iurispatronatus, n.7.

DECISIO CCLXXV.

1 CVm præsupposito, quòd iura sint in forma probanti, quod si opus fuerit, particulariter videbitur, tentum fuit constare de iurepatronatus ex plusquam centenaria quasi possessione præsentandi, nempe ab anno 1445. vsque ad annum 1572. quæ longissima possessio in familijs, in quibus minimè cadit suspicio vsurpationis, sufficit, Bald. *in l. cum super num.3. C. de rei vindic.* Barbat. *cons.41. n.3. lib.1.* Federic. de Sen. *cons.234. n.1.* Dec. *cons. 117. in fin. & 173. n.1.* Abb. *cons.76. in princ. lib.1.* Cassad. *decis.2. n.6. de prob.* etiam post Concilium, quòd in casu, in quo cessat suspicio, nihil innouauit, vt per Gabr. *cons. 192. n.1. vol.2.* Rota in causa Tuden. iurispatronatus 13. Iunij 1572. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto relat. inter diuers. impress. *decis.331. n.1. p.2.* & in causa Sabinen. beneficiorum 15. Decembris 1581. coram Robusterio relat. *in decis.299. num.5. ead. par.2.*

2 Concurrentibus maximè testibus de publica voce, & fama, ad Put. *decis.60. num.5. & 140. n.1. lib.1.* Mohed. *decis.12. in fin. de iurepatr.* Achil. *decis.6. eo tit.* & faciunt DD. volentes quòd quadragenaria cum fama sufficiat, Alex. *cons.75. in fin. vol.4.* Corn. *cons.47. num.5. vol.3.* Bald. *tract. de præscript. par.1. quinta princip. num.4.* & fuit dictum in causa Lucana iuspatronatus 7. Maij 1604. coram R.P.D. meo Coccino.

Non obstat quod iuspatronatus non probetur ex fundatione, & dotatione, quia tale præsumitur, nisi contrarium probetur, Dec. *cons.117. n.3.* Cassad. *decis.7. n.7. de iurepatron.* Put. *decis.59. n.5. par.1.* & fuit dictum in causa Imolen. iurispatronatus 28. Maij 1604. coram Illustrissimo Seraphino relat. inter diuers. impreis. *decis.79. nu.11. par.1.*

4 Minus facit quòd præsentatio facta de Hieronym. anno 1542. minimè appareat effectuata ex quo ipse perprius fuerat prouisus tanquam de libero, & acceptauit præsentationem, & institutionem sine præiudicio quorumcunque iurium sibi competentium ratione sui anterioris tituli, nam præter quod sufficeret remanens possessio annorum 97. iunctis testibus per supra allegata fuit dictum non apparere, quòd ipse Hieronymus haberet alium titulum, vnde licèt ex huiusmodi præsentatione fuerit relictus locus docendi de meliori, & efficaciori titulo, non proindè sequitur, quòd si non docetur, possit dici Hieronymus tenuisse beneficium vigore alterius tituli, & quòd propterea fuerit interrupta quasi possessio iurispatronatus, quinimò præsumitur possedisse vigore d. institutionis, tum quia de alio titulo non docetur, ad not. per Crau. *cons.158. in fin.* Menoch. *de præsumpt. præs.101. num.4. vers. & cum non constet lib.3.* tum quia probatur anterior, & posterior quasi possessio, vnde præsumuntur media, nisi doceatur de contrario, Rot. *decis.11. n.2. de iurepatr. in nou.* fuit dictum in causa Papien. Archipresbyteratus 19. Febr. 1601. coram Illustr. Pamphilio, & in causa Einen. beneficij 18. Iunij 1601. coram me, & comprobatur etiam ex obseruantia subsequuta, quia idem Hieronymus resignauit beneficium Ludouico Cribello tanquam de iurepatronatus.

5 Non etiam facit, quòd Franciscus Biragus præsentatus de anno 1572. & qui habuit à Papa litteras derogationis pro medietate, cùm hoc quod doceret beneficium esse de iurepatronatus non potuerit illud verificare, & ob id de anno 1575. eundem Clericatum tanquam liberum à Sede Apostolica impetrauerit, qui quidem Franciscus resignauit Nicolao, quæ resignatio dedit causam præsenti liti, quia fuit responsum, aut hoc deduci pro probatione non existente iurispatronatus, & hoc nihil deseruire, cùm non teneat consequentia, Franciscus non potuit verificare iuspatronatus; ergo non aderat. Cùm imò contrarium appareat ex supra latè deductis. Aut verò deducitur ad docendum de mutatione status beneficij, quòd vltra alia requisita sunt necessarij saltem 40. anni, iuxta not. *in cap. cum de benefic. de præb. in 6.* Aut denique deducitur ad docendum vltimum statum, ita vt illius vigore potuerit sustineri resignatio facta per Franciscum, ad fauorem Nicolai, tanquam de libero, iuxta not. *in c. consultationibus de iurepatron. & in c. querelam de elect. cum concord.* & non potest, quia Franciscus non fecit statum cùm ingressus fuerit beneficium de consensu patronorum, nec appareat quòd ipsi habuerit scientiam prouisionis Apostolicæ factæ Francisco, & quòd ipse illius vigore prætenderet possidere beneficium, & in hoc acquieuerint; in istis verò incorporalibus quasi possessio incipit à scientia, & patientia illius, cuius interest, *l. quoties la seconda,* & ibi Bart. *num.1. ff. de seruit.* Dec. *cons.126. in fin.* Put. *decis.276. n.3. lib.1.* & fuit in specie dictum in prædicta Papien. Archipresbyteratus 19. Febr. 1601. coram Illustr. Pamphilio.

Minus obstat, quòd prædicta longa quasi possessio non probetur ex solis institutionibus ad præsentationem, sed interuenerint quædam prouisiones Apostolicæ; nam præter quòd obiectum non procedit vsque ad annum 1507. quo casu erat iam completa possessio 60. annorum, quæ iuncta cum testibus sufficeret, ex allegatis, nec prouisiones Apostolicæ ab inde citra non facientes mentionem libertatis mutarent statum, iuxta decis. Achil. 13. *de iur. patron.* Bellam. 117. *in princ.* cessat difficultas, quia in istis prouisionibus Apostolicis, vel præseruatur consensus patronorum, qui postea interuenit, vel iurispatronatus pro illa vice expressè derogatur, & ideò coadiuuant statum iurispatronatus, Lamber. *de iur. patron. lib.3. qu.7. art.7. n.6.* fuit dictum in causa Papien. Archipresbyteratus 9. Aprilis 1601. & in causa Maceraten. sacristiæ 26. Iunij 1602. coram Illustr. Pamphilio, & in supradicta Lucana iurispatronatus coram R.P.D. meo Coccino. 6

Quantum ad pertinentiam sufficere visi sunt testes de publica voce, & fama, & communi reputatione quòd isti qui præsentarunt, vel consenserunt in Ludouicum immediatum antecessorem Francisci, ex cuius resignatione venit D. Nicolaus. Nam descendentia probatur ex publica voce, & fama, & communi reputatione, Bar. *in l. filium, ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur.* Aret. *cons.37. n.1.* cum alijs per Cephal. *cons.137. n.45. lib.1.* & ad effectum pertinentiæ iurispatronatus sufficit probare descendentiam ab vltimis, qui præsentarunt; vt fuit dictum in causa Valentina beneficij Sancti Francisci 16. Ianuarij 1607. coram R.P.D. Ludouisio, & alibi sæpè. 7

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. rec. Greg. XV.

Romana dotis.

Lunæ 8. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditio de quibus actibus præsumatur; est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Hereditatis aditio probatur verbis enunciatiuis ab herede prolatis, secus si probata fuerit à tertio, n.1.

Hereditas adiri non potest per procuratorem, ibidem in fine.

Procuratoris confessio voluntaria, quamuis facta in iudice principali non nocet, n.2.

Hereditatis aditio non inducitur per actus, qui alio iure quam hereditario fieri possunt, ibid.

Vxor relicta à viro vsufructuaria, habere non debet nisi alimenta filijs institutis heredibus; mortuis autem filijs habet totum vsumfructum, n.3.

Possessio quæ capi potuit ex titulo fideicommissi, & etiam ex titulo hereditatis, quo titulo capta in dubio præsumatur, n.5.

Assertioni, & declarationi illius, qui actum fecit, standum est in his, quæ ab eius animo dependent, ibid.

Possessionibus non respondens non habetur pro confessa de stylo Rotæ, n.6.

Aditio hereditatis non præsumitur quando hereditas est damnosa, ibid.

DE-

DECISIO CCLXXVI.

1 VIsum fuit Dominis non constare, quòd D. Liuia adiuerit hæreditatem filij, aditio enim non probatur per illam comparitionem in iudicio, in qua dicitur pro D. Liuia de Vrsinis hærede cum beneficio legis, & inuentarij, quia licèt aliàs verbis enunciatiuis probetur, Bart. *in l. gerit sub num.* 14. *ff. de acquir. hæredit.* Matthesil. *not.* 84. Ias. *in l. ex his verbis sub num.* 8. *vers.* 8. *limita, C. de testam. milit.* hoc tamen verum, quando verba enonciatiua sunt probata ab eo cui delata est hæreditas, non autem à tertio, qui non potest alium facere hæredem, etiam si sit legitimus administrator, Ruin. *cons.* 113. *n.* 6. *lib.* 3. Quando autem ille comparens fuisset Procurator D. Liuiæ, quod non constat, clarum est hæreditatem per Procuratorem adiri non posse, *l. Paulus respondet per Procuratorem, ff. de acquir. hæredit.*

2 Nec etiam dicta confessio probat hæreditatem priùs aditam per D. Liuiam, quia confessio Procuratoris voluntaria non nocet, Ægid. *decis.* 695. *in princip.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 14. *vt lit. non contest.* & dicitur voluntaria, quamuis facta in iudicio, cùm ab eius arbitrio nullo præcedente iussu, & mandato iudicis processerit, Alexand. *cons.* 222. *num.* 16. *lib.* 2. Paris. *consil.* 115. *nu.* 21. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 31. *num.* 40.

3 Neque etiam probatur ex actibus qui dantur, quia potuerunt ab ea fieri alio iure, quàm hæreditario, *l. pro hærede, & l. si pupillus,* aliàs *Iulianus,* §. *fin. ff. de acquir. hæred.* Bald. *cons.* 224. *circa med. vers. si autem lib.* 2. Roman. *cons.* 154. *sub num.* 1. Habebat enim D. Liuia in bonis per filium viuentem possessis duplex ius vsusfructus, nempè sibi à Septimio marito relicti, quia licèt viuente filio ex consuetudine Bulgari esset restrictus ad alimenta, glos. *in l.* 1. *in fin. vers. denegari, C. si secund. nups. mul.* Attamen eo sine liberis defuncto euasit plures, & vniuersalis vsusfructus, ex cumulatis per Gabr. *de vsufruct. concl.* 3. *num.* 7. per Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 162. qui autem ratione vsusfructus retinet bona, non adit hæreditatem, Coru. *cons.* 1. *num.* 8. *lib.* 2.

4 Aliud autem ius habebat in bonis Septimij, nempè fideicommissi, cui per mortem filij sine filijs fuerat factus locus, in vim cuius fideicommissi ingressa fuit possessionem bonorum, & propterea non intrat præsumptio aditionis ex instrumento venditionis herbarum, & alijs, ex quibus colligi possit possessio tenutæ, aut acquisitio fructuum, quæ fieri potuerunt in vim legati vsusfructus, & substitutionis fideicommissariæ.

5 Non obstat decis. Pot. 447. *lib.* 1. cum alijs allegatis, per quas pars aduersa probare intendit, quòd supradicti actus non sint referendi ad titulum fideicommissi, sed hæreditatis, ex quo possessio non fuit capta authoritate iudicis, prout capere debet fideicommissarius, quia Put. & aliæ decisiones loquuntur in dubio, & quando fuisset possessio capta simpliciter sine aliqua declaratione: domina autem Liuia declarauit se acquirere possessionem iure fideicommissi, cui declarationi in hoc est standum, Alex. *cons.* 126. *num.* 4. *circa finem lib.* 7. Corn. *cons.* 77. *sub num.* 2. *lib.* 3. Aym. *cons.* 197. *num.* 4. qui in ijs quæ pendent ab animo facientis actum, statur eius declarationi, glos. *in* §. *sed aliæ, Instit. de act.* Bart. *in l. Pomponius, ff. de negot. gest.* Alex. *cons.* 133. *num.* 7. *in fin. lib.* 1. Socin. *cons.* 97. *num.* 22. *lib.* 4.

6 In venditione capsarum, & alijs contentis in positionibus quæ fuerunt habitæ pro confessatis, Domini nullam vim faciebant, cùm quæ vltra aliàs responsiones Curia, & Rota non obseruant, neque admittunt hunc stylum istius fictæ confessionis, Vestr. *in pract. cap.* 14. *num.* 4. *lib.* 5. Ex quibus & alijs adductis per informantes, Domini censuerunt non constare de aditione, præsertim cùm simus in hæreditate multum damnosa, quo casu facilè præsumi debet actus non esse factos animo adeundi in hæreditate, Natt. *cons.* 446. *num.* 20. cùm non præsumatur ita de facili animus adeundi in hæreditate debitis innoluta, Corn. *cons.* 29. *num* 8. *circa med. lib.* 4. Et non creditur quis velle adire, quando nihil est in hæreditate, idem Corn. *cons.* 46. *num.* 14. *lib.* 2.

7 Ex resolutione autem quòd non probetur aditio, resultat decisio alterius partis dubij, quòd sit facienda separatio casalis, vt detracta legitima, & Trebellianica debita creditoribus filij, sibi consignetur medietas ratione fideicommissi. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Neapolitana computorum.

Luna 10. *Maij* 1610.

ARGVMENTVM.

Remissoria concedenda est data articulorum releuantia, & quòd causa est profana, etiam non dato fumo de articulatis, etiam in secunda instantia, etiam quòd materia articulata sit inuerisimilis, dummodò possibilis, etiam quòd adsit suspicio calumniæ, dummodò res non sit nimis patens, & etiam in Regno Neapolitano.

SVMMARIVM.

Remissoria concedenda est, quando articuli sunt releuantes, & materia est profana, & isto casu non est necesse dari fumum de articulatis, num. 1.

Remissoria concedenda est in secunda instantia, etiam quod diu causa in prima instantia fuerit agitata, numer. 2.

Appellans potest in secunda instantia probare ea, quæ non probauit in prima, ibid.

Remissoria concedenda est, etiam quòd materia articulata sit inuerisimilis, dummodò possibilis, n. 3.

Remissoria non denegatur ob suspicionem calumniæ, nisi res sit nimis patens, ibid. in fine.

Remissoria concedenda est etiam in Regno Neapolitano, ac etiam non adductis prius aliquibus testibus ad curiam, vt illis coram Auditore examinatis Rota posse arbitrari, an sit danda, vel non danda remissoria, num. 4. *&* 5.

Consuetudo sapiens delictum non præsumitur, n. 4.

Doctori testanti de consuetudine non creditur, ibid.

Probatio plena, & concludens requiritur in obiectinis, ibid.

Testibus inuerisimilia deponentibus iudex credere non debet, ibid.

DECISIO CCLXXVII.

1 FVit resolutum dandam esse remissoriam, quia articuli sunt releuantes, vt patet ex deductis pro parte Iosephi, & etiam est profana, quo casu non est necesse dare fumum de articularis, Ant. Aug. *decis.* 123. lib. 1. Put. *decis.* 201. Vetall. *decis.* 68. *par.* 3. & fuit dictum in Maioricen. Sacristiæ 5. Nouembris 1603. coram bon. mem. Peuia, & in Virdunen. Capellaniæ 15. Ianuarij 1603. coram R. Bononien.

2 Neque ex eo, quòd causa diu pependerit in partibus, visa fuit posse denegari remissoriam, quia in progressu causæ quandocunque admittitur probatio, vnde solet dici, non deducta deducam, non probata probabo, *l. per hanc, C. de temp. & repar. appell.* vbi Bar. & Salic. *in summario,* Bald. *in princ. vers. non probata probabo,* latè Felin. *in c. Ioannes n.* 17. *cum seqq. ff. de fid. instrum.*

3 Sicut etiam visum fuit non posse denegari remissoriam sub prætextu inuerisimili materiæ articulatæ, ex eo scilicet, quòd nimis inuerisimile sit Iosephum sine mandato recepisse mutuo adeò magnam summam grani, vt continent articuli pro conficiendis negotijs D. Cardinalis; quia fuit responsum homines plerumque, vel ob singularem erga dominos suos affectionem, vel, quòd sæpius contingit, ob magnam spem remunerationis, facere pro dominis suis ea, quæ communiter fieri non consueuerunt: propterea non placuit Dominis sub hoc prætextu denegare remissoriam, maximè quia cùm res sit per se possibilis ex proposita inuerisimilitudine, nihil aliud resultaret, nisi quædam suspicio calumniæ, ob quam suspicionem nisi res sit nimis patens, Rota non solet denegare remissoriam, Ægid. *decis.* 24. Rota in Parisien. pecuniaria prima Iulij 1611. coram Illustrissimo Domino Cardinali Lancellotto.

4 Circa illud, quòd in Regno Neapolitano sit consuetudo subornandi testes, vt dicit Grammaticus *voto* 14. *incip. in causa Regij fisci num.* 11. *&* 12. & propterea vel sit deneganda remissoria, vel saltem non concedenda, nisi ad-

adductis priùs ad curiam aliquibus testibus, vt illis coram Auditore eaaminatis Rota possit arbitrari, an sit remissoria, vel non, vt allegando prædictum votu᷊ Grammatici, fuit conclusum in alia Neapolitana illegitimitatis 18. Maij 1607. coram R. P. D. meo Penia, fuit responsum, quòd prædicta praua consuetudo in Regno Neapolitano non præsumitur, quia facta non præsumuntur, *l. in bello*, §. *facta*, *ff. de capt. & postlim. reuers.* Corn. *consil.* 181. *num.* 4. *lib.* 1. & multò minus delictum, vel delicta, vt esset ista consuetudo, *l. merito*, *ff. pro soc.* Socc. iun. *cons.* 102. *in princ. lib.* 1. Et quoad dictum Grammatici vbi suprà, fuit dictum quòd regulariter non creditur Doctori attestanti de consuetudine, Aretin. *consil.* 32. *num.* 2. Dec. *consil.* 402. *sub num.* 15. Corn. *consil.* 83. *num.* 14. *lib.* 4. Purpur. *consil.* 315. *sub num.* 15. multò minus verò de praua, & damnabili, quia in obiectiuis requiritur plena, & concludens probatio, *cap. significasti*, *extrà de diuor.* Oldrad. *cons.* 209. *num.* 10. Innoc. *in cap. super litteris num.* 10. *de accus.* Bellam. *decis.* 528. Mohed. *decis.* 130. *num.* 1. quòd genus probationis non potest facere dictum vnius Doctoris, per prædicta. Et dicebant Domini, quòd Grammaticus proprio se ligone percutit, quia si adesset illa praua consuetudo in Regno Neapolitano, neque ipsimet Grammatico tanquam viro Neapolitano esset eredendum, nota & ipse᷊ præsumeretur subornatus ab habente interesse in causa, in qua consulitur arguendo à consuetis regionis, ex cumulatis per Euerard. *in loco à communiter accidentibus*, *per totum*, & vtendo arbitrio non adhibendi fidem testibus inuerisimilia deponentibus, quòd licere iudici, præsupponit idem Grammat. *dicto voto* 14. *num.* 8. *cum duob. seqq.* Domini arbitrati sunt non esse eidem Grammatico adhibendam fidem, cùm deponat nimis inuerisimilem᷊ consuetudinem de Regno tam pio, & nobili, vt est Neapolitanum.

5 Quo verò ad prædictam decisionem R.P. D. mei Peniæ fuit dictum, quòd ibi ex pendentia processus criminalis super subornatione testium relati in dicta decisione, & ex alijs circumstantijs aderat magnus timor subornationis, vnde nihil mirum si Rota voluit adhibere insolitas cautelas, prout per prius adhibuerat in alijs causis non᷊ Neapolitanis ibi allegatis, & licèt D. meus Penia allegauerit etiam votum Grammatici, hoc fuit per iocum, & ex abundanti, ex quibus Domini resoluerunt in remissorijs pro Regno Neapolitano non esse necessarias insolitas cautelas, nisi circumstantiæ casuum singularium aliter suadeant, prout non suadent in proposito casu.

R. P. D. P I R O V A N O,

Ariminen. bonorum,

Veneris 4. Iunij 1610.

A R G V M E N T V M.

De emphyteusi finita ob temporis lapsum, & de iure petendi renouationem, an & quando transeat in singularem successorem.

S V M M A R I V M.

Emphyteusis censetur deuoluta ob finitum tempus in inuestitura præfixum, renouatione non petita, num. 1.

Emphyteusis renouatio prohibita est à iure in Monachos tanquam personas potentiores, num. 2.

Ius petendi renouationem emphyteusi finita, an & quando transeat in singularem successorem, num. 3.

D E C I S I O CCLXXVIII.

1 Domini steterunt in decisis diei 23. Ianuarij 1610. approbantes fundamentum decisionis, bona scilicet fuisse deuoluta ob tempus finitum, constat enim bona fuisse concessa de anno 1570. Alexandro pro se, & eius filijs, & nepotibus ad 29. annos proximè futuros, qui cùm iam reperiantur elapsi, & post annum per nepotem Alexandri inuestituri petita non fuerit renouatio absque alia declaratione, bona censentur deuoluta, vt est de mente gloss. *in cap. longinquitate*, per illum text. 12. *quæst.* 2. & probatur *in cap.* 1. vbi Abb. *in vltimis verbis*, post Hostiens. *de precar.* Bero. *consil.* 118. *num.* 9. & 10. *vol.* 1. nec dissentit Dec. *consil.* 329. quando quis ex pacto tenetur petere renouationem, prout declarat Bero. *dicto num.* 10. quia eo casu pactum personam emphyteutæ efficit, vt teneatur petere renouationem, alias à iure suo cecidisse intelligitur, sequitur Corbul. post alios *de caus. priuat. ob non petit. inuest. inter legitim. temp. sub num.* 7.

a Nec obstat, quòd ex eodem pacto de renouando etiam lapso anno, adhuc dominus directus teneatur inuestituram renouare, cùm sit personale, & actio ea eo duret per 30. annos, Dec. *consil.* 229. *in princ.* quia quicquid sit respectu nepotum Alexandri in inuestitura comprehensorum, & qui hodie non prætendunt, nec petunt renouationem. Oliuetanis tamen huiusmodi pactum non deseruit; tum quia ab eis petita fuit renouatio biennio ante᷊ finitum tempus 29. annorum, & à Monachis alterius Monasterij, in quos tale ius translatum non fuerat, quibus etiam non tenebatur Archipresbyter tanquam non᷊ comprehensis in inuestitura renouare inuestituram᷊, prout optimè in decisione hæc omnia ponderantur, & probatur postremò ex Salyc. Clar. & Corbul. allegatis in᷊ ea; tum etiam quia ex dispositione iuris interdicebatur renouatio in Monachos tanquam personas potentiores, *l. fin.* §. *si autem duorum*, *C. de iure emphyc.* ibi, *ijs tamen personis, quæ non solent in emphyteoticis contractibus vocari*, *&c.* Natt. *cons. num.* 2. cum alijs allegatis post Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. ampliat.* 12. *num.* 1.

3 Nec prædictis resistere videtur, quòd si actio Reuerendis Monachis non deseruiebat ad petendam renouationem, tuti non remanebant in exceptione, quæ in singularem successorem transit ad eum effectum, Bald. *in l. si tibi*, §. *pactum num.* 2. *ff. de pactis*, *& in cons.* 456. *num.* 9. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 456. *num.* 19. qui alios allegat. Nam vltrà alias responsiones, quæ dantur per informantes pro Archipresbytero, illa Dominis placuit, quòd ideò ius petendi renouationem siue agendo, siue eacipiendo non transit in᷊ Rom. Monachos ob pactum personalissimum, & restrictum ad descendentes, scilicet filios, & nepotes Alexandri, & quòd propterea in singolares successores, non᷊ etiam mediante cessione transire potuit, quia media ad transferendum debent esse habilia, *l. nec vtilem*, *ff. ex quibus caus. maior. l. cùm quis*, §. *si debitorem*, *ff. de solut.* Bart. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres nu.* 24. *ff. de verbor. obligat.* quòd maximè videbatur procedere non superstite persona Alex. cedentis, quo casu sicuti Alex. hodie renouationem petere non posset ex sua persona, quia mortuus est, ita nec Oliuetani, nec eaceptio extendatur vltra pactum, Ias. *in l. si tibi*, §. *in his num.* 3. *ff. de pactis*, quòd nec eisdem Oliuetanis licebit ex persona nepotum, qui nec petierunt, nec petunt, pactum nihil operatur, vt in decisione firmatum fuit. Atque ex his, &c.

Est decisio 215. *supra par.* 1. *recent.*

R. P. D. O R T E M B E R G O,

Episcopo Attrebaten.

Perusinà dotis.

Luna 5. Iunij 1610.

A R G V M E N T V M.

Executio facta contra tertium possessorem, ipso non citato non valet.

S V M M A R I V M.

Executio facta in bonis à tertio possessis, ipso non citato nulla, & inualida est, num. 1.

Possessio auferenda est ab iniusto possidente, præcedente citatione, & causa cognitione, ibid. vers. Pro quo facit.

Possessio instrumentalis suffragatur, quando est capta de consensu possessoris, num. 2.

Possessionem alteri acquirere nemo potest sine mandato, sufficit tamen ratificatio, ibid. vers. Non obstat.

Protestatio facta post consummatam executionem nihil operatur, num. 3.

D E C I S I O CCLXXIX.

Relaxatum fuerat mandatum contra bona hæreditaria Modestæ, & bona propria Fuluij Perigli hæredis D. Modestę. Fuit autem exequutioni demandatum contra bona propria Hectoris Gratiani, quam executionem Domini reuocandam esse censuerunt vti factam in bonis possessis à tertio non citato, *l. cùm quæritur*, *& l. iudicat a quidem rei*, *ff. de except. rei iudic.* Bald. *cons.* 149. *n.* 1. *vers. soluti lib.* 3. Anchar. *cons.* 293. *n.* 1. Gabr. *cons.* 52. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. 1

Put. *decis.* 305. *num.* 6. *lib.* 1. *&* 155. *in fin. lib.* 2. fuit resolutum in causa Romana vineæ 2. Iulij 1606. cor. R.P.D. Decano.

Pro quo facit, quòd etiam ab iniustè possidente auferenda sit possessio, nulla præcedente citatione, aut causæ cognitione, Rom. *consil.* 158. *num.* 1. præsertim adhibita protestatione Fuloij, vt citaretur Hector possessor, Rolan. *cons.* 25. *num.* 56. *lib.* 2. Gozad. *cons.* 103. *num.* 10. *vers. & ideo*, Angel. Contard. *de mom. possess. quæst.* 24. *num.* 34.

2 Quòd ista bona fuerint Hectoris Gratiani, constat ex donatione facta illi, & Vincentio fratribus germanis per Modestam anno 1599. cum clausula *constituti*, & possessione capta per Vincentium etiam nomine Hectoris, quæ possessio instrumentalis sufficit, cùm sit capta de consensu Modestæ, quæ possidebat, & donabat, Butr. *in cap. ad sedem num.* 5. *de restit. spoliat.* Non obstat, quòd Vincentius non potuit acquirere possessionem Hectoris sine mandato, §. *ex his itaque*, *Instit. per quas pers. nob. acquir. l.* 1. §. *per procuratorem*, *l. possessio*, §. *etsi possessio*, *ff. de acquir. possess.* quia adest ratificatio ipsius Hectoris, quæ sufficit, *leg. communis seruus*, §. *fin. ff. de acquir. possess. & l. bonorum possessionem*, *ff. rem rat. hab.* Ruin. *consil.* 39. *in princ. & num.* 1. Gozad. *consil.* 14. *num.* 7. Aym. *consil.* 1. *num.* 16. *&* 17. Idemque Hector successit Vincentio mortuo ab intestato in possessionem omnium bonorum, quæ Vincentius viuens pro indiuiduo possidebat, & fructus percepit, vt deponunt testes summ. *num.* 11.

3 Non obstat, quòd Hector obtulerit se liti, & comparuerit ad defendendum Fuluiam, ideòque actiones potuerunt contra ipsum dirigi, quia hoc non fuit factum. Compartitio autem sequuta fuit longè post exequutionem factam ad illam impugnandam, producto titulo donationis, & institutionis possessionis; ideòque non potuit illam reddere validam, & operari actum contrarium verbis expressis animum declarantibus, vt fuit dictum in Montis Regalis iurisdictionis 5. Iunij 1606. coram R. P. D. Decano.

R. P. D. PIROVANO.

Nouarień. Canonicatus.

Luna 7. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Instrumentalis possessio manutenibilis est, nec valet Canonicatus possessionis adeptio non Capitulariter capta, aut non accedente Canonicorum patientia, & de consuetudine quòd non inducitur ex actibus diuersimodè seruatis, vel inferentibus ad plures, & diuersas clausulas.

SVMMARIVM.

Possessio probatur per instrumentum adeptionis illius, & possessio instrumentalis est manutenibilis, num. 1.

Possessio probatur per fructuum perceptionem, ibid. in fine.

Possessio iunior præsumitur clandestina, & manutenibilis non est, num. 2.

Possessio Canonicatus non capitulariter capta considerabilis non est, maximè non concurrente Canonicorum patientia, ibid.

Consuetudo non inducitur ex actibus diuersimodè seruatis, num. 3.

Consuetudo non inducitur ex actibus indifferentibus ad vnam, & aliam causam, num. 4.

DECISIO CCLXXX.

1 PRo Io. Baptista Barato fuit resolutum dandum esse illi mandatum de manutenendo in possessionem Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Sancti Victoris loci Intri Nouarień. diœcesis, quia de sua possessione capitulariter, & legitimè capta docet per instrumentum suæ possessionis, per quod probatur possessio, *leg. prædia*, *ff. de acquir. possess.* Put. *decis.* 360. *num.* 8. & est essentiale in remedio retinendæ, §. *retinendæ*, *Instit. de interdict. l. Attilius*, vbi Castr. *ff. de donat.* Et quæ possessio si dumtaxat esset instrumentalis, adhuc esset manotenibilis, Caputaq. *decis.* 173. *par.* 3. *& decis.* 323 *par.* 2. Mohed. *decis.* 12. *aliàs* 149. *de restit. spoliat.* Verùm, & cum ea concurrit perceptio fructuum ab ipso Barato per aliquos annos, ex qua actus possessionis magis certificatur, Ofasc. *decis.* 43. *num.* 5. decis. Perus. *num.* 14. *&* 15. *par.* 1. ac demum de titulo legitimo docet, qui ad manutentionem plurimum suffragatur, Thesaur. *decis.* 206. *in fine*.

Non obstat, quòd possessio Montani sit antiquior, & consequenter præferenda, & manotenenda, cùm possessio anterior impediat acquisitionem nouæ, & iunior præsumatur clandestina, *cap. licèt causam, de probat.* Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 725. Mohed. *decis.* 12. *de restit. spol.* Nam non videtur considerabilis illa possessio, cùm non fuerit capitulariter capta, Innoc. *in c. litteris num.* 8. Imol. *num.* 7. *de restit. spoliat.* Cassad. *decis.* 8. *de caus. poss. & propr.* Et sæpiùs fuit in Rota resolutum, præsertim in vna Conimbriceń. Canonicatus coram Fabio 5. Octobris 1549. inter impressas 3. *par.* 3. *lib.* 3. maximè quia non concurrunt pro Montano successiua Canonicorum patientia, aut consuetudo illius Ecclesiæ, vt videtur innuere idem Cassador. 2

Nec Domini fundamentum fecerunt in allegata per Montanum consuetudine dictæ Ecclesiæ ex instrumentis productis in summario *num.* 5. *&* 6. in quibus apparet per alios Canonicos possessionem bis capitulariter non fuisse captam, quia dicta instrumenta, nec antiqua sunt, & de contrario apparet ex possessione Barati, cui capitulariter fuit tradita, vnde non solet consuetudo induci, quando diuersimodè actus seruatur, Dec. *cons.* 8. *vol.* 2. *& cons.* 11. Crauett. *cons.* 96. *num.* 5. Ioseph. Ludouic. *sua concl.* 38. *vers. amplia* 3. 3

Et vbi etiam non datetur actus contrarius dictis instrumentis, tamen non inferrent necessariò ad concludendam consuetudinem, cùm possint sustineri ex alia causa, scilicet successiua Canonicorum patientia, vt ex Cassad. *decis.* 8. & consequenter tanquam probatio irreleuans non est attendenda, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc, Cod. vnde cogn.* Atque ita, &c. 4

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana vsusfructus, seu Saluiani,

Luna 7. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio summario, & possessorio, nisi in continenti probetur, exequutioque Cameralis obligationis non impeditur per exceptionem compensationis.

SVMMARIVM.

Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in iudicio possessorio quorum bonorum, *num.* 1.

Iuramento contrauenıri non potest absolutione non petita, etiam quod adsit læsio enormissima, num. 2.

Exceptio quando incontinenti probatur, admittitur in quolibet iudicio etiam summario, num. 3. *in fine.*

Maritus potest cogi ad restituendam dotem in eius vita in casibus, de quibus num 4.

Exceptio compensationis non admittitur ad retardandam exequutionem Cameralis obligationis, num. 5.

DECISIO CCLXXXI.

FVit tentum pro immissione ex Saluiano. Nam de credito cum hypotheca, & primo & secundo extremo non dubitabatur, & difficultas reducitur tantùm ad allegatam læsionem contra instrumentum, cuius vigore agunt, quam læsionem Domini non obstare dixerunt, quia exceptio requirens altiorem indaginem, & proinde non admittenda in hoc summario iudicio, *l. fin. C. quorum bonorum*, Rip. *in rubr. ff. de pignor. num.* 19. *prope fin.* cum alijs per Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *num.* 180. & per Rotam in causa Romana, seu Amerina domus 8. Iunij 1576. cor. bon. me. Card. Seraph. relat. inter diuers. impres. *dec.* 34. *n.* 23 *p.* 2. 1

Stante maximè iuramento de non veniendo contra contractum, quod operatur, vt nisi obtineatur absolutio, denegari debeat audientia, Anchar. *consil.* 382. *num.* 1. Alex. *consil.* 17. *num.* 3. *&* 5. *vol.* 3. fuit decisum in causa Signina Castrorum 26. Iunij 1602. coram Reuer. P. Dom. meo Ludouisio, & in Romana nullitatis obligationis 2

2. Iu-

2. Iulij 1604. coram R.P.D. meo Ortembergo, & procedit etiamsi allegetur enormissima læsio, quia non debet quis sub hoc prætextu facere se iudicem proprij iuramenti, & illi propria auctoritate contrauenire, vt aliàs tenuit Rota in causa Romana legitimæ de Vrsinis 20. Maij 1588. coram bon. mem. Bubalo per conf. Grat. 30 *num. 32. lib. 1.*

3 Non obstat replicatio, quòd imò læsio Fabij videatur incontinenti probata stante conclusione, de qua in alia decisione in hac causa facta, quòd Fabius non potuerit priuari ab vxore vsufructu suæ dotis, vnde eo ipso, quòd loco totius recepit quartam tantùm partem, apparet de læsione, nedum vltra tertiam, quòd sufficit ex statuto Vrbis *lib. 1. cap. 154.* verùm etiam vltra dimidiam requisitam de iure communi, iux. not. per Scrib. *in l. 2. C. de rescind. vendit.* quando autem exceptio incontinenti probatur, admittitur in quolibet iudicio etiam summario, Abb. *in cap. constitutis, il secondo num. 15. de appellat.* Gabr. *consil. 38. num. 12. vol. 2.* cum alijs per Menoch. *de adipisc. remed. vlt. num.* 48.

4 Quia ad hæc fuit responsum, læsionem non sequi eo ipso, quòd de iure communi Fabius foueat meliùs ius super vsufructu, quia fortè in progressu causæ, & iudicio ordinario desuper formando, filiæ potuerunt docere de causis, ex quibus sit recedendum à prædictis regulis, nempè vel quia Fabius fuerit ingratus erga vxorem, non adhibendo medicamenta, vel quia ex post malè fuerit versatus circa dotem vxoris, vnde potuerit cogi ad illam ante tempus restituere, iuxt. not. *in l. Imperator, ff. ad Trebell.* vel quid simile, vnde exceptio non visa fuit ita clara, vt per illam potuerit recedi à regulis Saluiani, de quibus suprà.

5 Sicut non obstare visum fuit aliud de compensatione ob alimenta præstita per Fabium filiabus. Nam præter quod regulariter exceptio compensationis minimè admittitur ad retardandam exequutionem obligationis Cameralis, ad decis. Cassad. *vnic. num. 2. de mut. petit.* Rota in causa Romana grani de Iustinis 22. Martij 1574. coram Robusterio relat. inter diuers. impress. *decis.* 227. *num.* 3. *par.* 1. & in causa Interamnen. mercium 4. Iunij 1597. coram R.P.D. meo Penia fuit dictum, Fabium ad hoc fuisse obligatum in vim testamenti Fabij senioris, vnde per huiusmodi alimentationem nullum contraxisse creditum cum filiabus, sed potius propriæ obligationi satisfecisse.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Anconitana spolij.

Mercurij 9. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Spoliatus à iudice nulliter, & iniustè procedente restituendus est, etiam quòd iniustitia fuerit in aliqua parte. Curator autem ad lites nullam habet auctoritatem consentiendi in translatione possessionis bonorum minorum.

SVMMARIVM.

Iudex nulliter, & iniustè procedendo habetur loco priuati, num. 1.

Spoliatus à iudice nulliter, & iniustè procedente, restituendus est, ibid.

Exequutio excessiua etiam in parte, in totum reuocanda est, ibid. in fine.

Subhastatis bonis debitoris, si exequutio fuit excessiua, numquid emptor teneatur debitori ad pretium excessum, an vero ad restitutionem rei emptæ, num. 2.

Possessio minoris translata cum consensu curatoris, & decreto iudicis, restituenda non est. Declara vt numero 3.

DECISIO CCLXXXII.

1 RESolutum fuit Iacobum esse restituendum, quia ex decisionibus in hac causa factis apparet mandatum contra Iacobum relaxatum cum omnibus inde sequutis fuisse nullum, & iniustum, vnde iudex taliter procedendo videtur fuisse loco priuati, Card. *in Clem. 1. §. fin. de celebr. Missar.* Felin. *in cap. Ecclesia sancta Maria, num. 30. de constit.* & inde spoliasse, *cap. conquerente, de restit. spoliat.* Oldrad. *consil. 227.* Felin. *cap. dilectus, il 1. num. 1. vers. fallit 2. de rescript.* Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune num. 59. ff. de acquir. possess.* & consequenter competit restitutio, sicut competeret spoliato à quocumque priuato, Felin. *in d. c. Ecclesia sancta Maria num.* 3. & in specie fuit decisum in causa Romana spolij 21. Februarij 1600. coram bon. mem. Iusto, vbi etiam fuit dictum, conclusionem habere locum, nedum quando executio est facta pro summa totaliter indebita, verum etiam quando excessum est in aliqua parte, per doctr. Bart. *in l. Iulianus, §. præter ait, ff. ex quib. caus. in poss. eatur,* Ruin. *consil. 160. num. 26. vol. 2.* concord. idem Bart. *in l. si non sortem, §. si certum, ff. de condit. & demonstr.* Put. *decis. 323. lib. 1.* Capyc. *decis.* 51.

2 Non obstat, quòd iniustitia respectu excessus minimè debeat nocere illi, qui bona subhastata emit bona fide, vnde ad summum remaneat tantùm Iacobo actio ad pretium, Bald. *in auth. & qui iurat. num. 47. vers. sed quid si fuit processum, C. de bon. auth. iud. possid.* Vincent. de Franch. *decis. 180. num.* 8. quia illa iura procedunt, quando legitimè fuit deuentum ad exequutionem, prout quando fuit facta exequutio pro vsuris iuramenti promissis, vt in casu Bald. Vel quando non dabatur appellatio ad effectum suspensiuum, vt in casu Vinc. de Franch. secus videtur dicen. quando iudex minus legitimè processit, quia tunc ille tertius videtur habuisse à priuato per iura superiùs allegata, facit gloss. *in cap. non solum, verb. reducendum, de appellat.* Afflict. *decis. 354. num. 21.* Cæs. de Grass. *decis. 6. nu. 9. de caus. possess. & propriet.* vbi dicitur ad effectum nullitatis actus illum attentare, qui habet causam à iudice attentante, etiam si sit tertius, qui regulariter non attendat.

3 Minùs facit, quòd Iacobus mediante persona sui curatoris consenserit subhastationi, vnde non competat sibi restitutio, prout in specie de possessione translata ex consensu curatoris, est decisio in causa Bononien. Terrarum coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *dec. 93. par. 1.* quia omisso, an illa sit decisio, vel potius discursus, fuit responsum. Primò, dictum consensum non probari aliundè, quàm ex assertione iudicis, cui non creditur extra ea, quæ sunt in actis, *cap. quoniam contra,* vbi Anchar. Imol. Abb. & alij in summario hoc notant, *de probat.* gloss. *in cap. cum à nobis, verb. vnius,* & etiam Abb. *num.* 2. & alij, *de test.* Secundò, quòd illa decisio loquitur in tutore, vel curatore, qui habet administrationem bonorum, vnde nimirum si possunt transferre possessionem, vt considerat d. decisio *sub num.* 13. secus in proposito casu, vbi curator erat tantùm deputatus ad lites, propterea non dicebatur habere administrationem bonorum, Put. *decis.* 130. *num. 3. lib.* 3.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Calaguritana liquidationis.

Mercurij 9. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Testis vnicus de facto proprio adminiculis non concurrentibus plenè non probat, sicut nec etiam plenè probat testis vnicus contra producentem.

SVMMARIVM.

Distributiones quotidianæ non debentur non residenti, & non facienti protestationem, de qua num. 1.

Testis vnicus contra producentem non probat plenè de stylo Rotæ, num. 2.

Testis vnicus de facto proprio, nec etiam plenè probat de stylo Rotæ, num. 2. & 3

Ignorans non dicitur approbare actum, quem ignorat, num. 2.

Cessante vna ex duabus rationibus alicuius dispositionis, non cessat ipsa dispositio, num. 3.

Testis vnicus de facto proprio plenè probat concurrentibus adminiculis, num. 4.

DECISIO CCLXXXIII.

1 DOmini approbarunt decisionem aliàs in hac causa factam super quantitate fructuum, nec obstare visum fuit, quòd sextus testis inductus per Didacum, dicat fructus pro maiori parte consistere in distributionibus quotidianis, quòd si esset verum, non deberentur Didaco, qui non fecit suas protestationes, iuxta decis. Put. 283. *lib.* 1. Mohed, 6, *de preb.* quia placuit responsio aliàs data, quòd iste testis, tanquam vnicus non posset plenè probare, stantibus maximè alijs per bonas rationes contrarium deponentibus.

2 Et quatenus replicabatur, imò testem vnicum debere plenè probare in hoc casu, quia inductus à parte, contra quam deponit, & etiam quia deponit de facto proprio, ex allegatis fuit responsum Rotam seruare contrarium in vtroque capite, prout de primo est decisio in causa Bononien. Portioni 8. Martij præsentis anni coram Reuerendo Patre Domino Pamphilio, vbi aliæ decisiones allegantur. De secundo sunt decis. Achill. 3. *de test.* Caputaq. 271. *par.* 3. Ratio primi esse potest, quia licèt inducens videatur approbare personam testis, non tamen videatur approbare dictum, tum quia illud verisimiliter ignorauit, & sine scientia non datur approbatio, *l. mater, vers. nec enim ff. de inoff. testam.* Alex. *cons.* 2. *num.* 9. *lib.* 4. Ias. *in l. nec is, §. heres num.* 9. *ff. de acquir. hered.* tum etiam, quia ex articulis & processu apparet inducentem prætendere contrarium illius, quod deponit testis, vnde non est dicendum, voluisse eodem tempore duo contraria, *ad* not. *in l. non ad ea, ff. de condit. & demonstr.* & pro prædictis est bonus text. *in l. si quis testibus vers. non admittenda, C. de test.*

3 Quantum ad sententiam ex eo, quòd quis deponat de facto proprio, nihil magis colligi potest quàm quòd ipse sit melius informatus cæteris: verùm lex non repellit vnicum testem, ex eo solùm quòd dubitet ipsum tanquam malè informatum potuisse decipi, sed etiam quia noluit tantum tribuere fidei vnius hominis in præiudicium tertij, vt per glos. *in cap. licet vniuersis*, & ibi Bal. *num.* 4. *de test.* Butr. *in cap. veniens il* 1. *num.* 8. *vers. quando autem alteri sit præiudicium eod. tit.* licèt igitur in teste deponente de factu proprio cesset prima ratio, non propterea cessat secunda, & proinde cessare non debet iuris dispositio, iuxt. not. *in l. si non lex, ff. de hered. instit.* glos. *in §. si verò altera verb. confusionem in fin. Auth. de nupt.* Bart. *in l. librorum num.* 1. *ff. de his qui not. infam.*

4 Quò verò ad fidem subscriptam ab aliquibus Calaguritanis, per quam prætendebatur adminiculata depositio prædicti testis ad perficiendam probationem, iux. alleg. decisiones Achill. 3. *de test.* & Caputaq. 271. *part.* 3. fuit dictum, posse procedere, nisi adessent alij testes, ex quorum dictis non obscurè colligitur contrarium. Vltra quòd nimis magna res visa fuit, quòd quatuor personæ possint attestari de natura, & quantitate fructuum omnium beneficiorum diœcesis Calaguritanæ, quæ sunt in maximo numero, itavt non potuerunt in aliquo decipi.

5 Quo verò ad secundam partem decisionis, à quo tempore scilicet deberet fieri liquidatio, Domini distulerunt resolutionem ad aliam propositionem.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Camerineñ. spolij.

Mercurij 10. *Iunij* 1610.

ARGVMENTVM.

Debitor, cuius bona ad creditoris instantiam subhastantur & liberantur, dicitur liberatus à debito, etiam quòd creditor non fuerit satisfactus in pecunia, si ipse idem creditor habuit fidem de pretio ad fauorem oblatoris.

SVMMARIVM.

Possessio patris de consuetudine Camerini nunquid censeatur continuata in filios, num. 1.

Doctori attestanti de consuetudine non creditur, præsertim de consuetudine loci, in quo ipse non versatur, ibid.

Debitor censetur liberatus per subhastationem, & deliberationem suorum bonorum factam ad instantiam creditoris, etiam quòd creditor habuerit fidem de pretio, num. 2.

Subhastatio, & deliberatio pignorum debitoris fieri potest etiam sine exbursatione pecuniæ, habita fide de pretio de consensu creditoris, ibid.

Subhastatio, & deliberatio pignorum debitoris censetur facta ab ipso debitore, cuius factum iudex dicitur supplere, ibid.

DECISIO CCLXXXIV.

PLacuit decisio in hac causa coram me facta sub die 15. Iunij 1609. Ad illud quod imò probetur possessio filiorum Archangeli, quia possessio eorum patris fuit continuata in eosdem filios, vigore consuetudinis Camerini, de qua attestatur Tiraq. *tract. le mort saisit le vif, in præfatione declarat.* 2. *num.* 6. fuit responsum de iure non credi Doctori attestanti de consuetudine, ex cumulatis per Bec. *cons.* 7. *num.* 29. Roch. *de consuet. sect.* 8, *num.* 9. *vers. & ex præmissis*, Mohed. *decis.* 2. *&* 3. *de consuetud.* maximè quando attestator de consuetudine loci, in quo ipse non versatur, Bec. *d. cons.* 7. *num.* 9. Rolan. *cons.* 57. *num.* 27. *volum.* 4. Crau. *cons.* 462. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 360. *num.* 94 Gabr. *de probat. conclus.* 4. *num.* 3. cum alijs per Honded. *cons.* 101. *num.* 39. *lib.* 1. Quæ verò fuerunt deducta contra responsiones quas dat decisio tribus nullitatibus aliàs oppositis immissioni datæ per iudicem Ioan. Baptistæ, & Ioanni Matio, visa fuerunt benè tolli per D. Franciscum Zenadorum in sua informatione facti. 1

2 Ad illud quod fuit reseruatum in decisione, an scilicet per modum tantùm in hoc negotio fuerit in actu deliberationis liberatus debitor, cuius bona fuerunt subhastata, ita vt possit dici satisfactum formæ, *l. à Diuo Pio, §. Sed si emptor, ff. de re iud.* fuit responsum creditorem sine dubio, & in terminis *d. l. à Diuo Pio*, posse habere fidem de pretio, Rota in causa Perusina dotis prima Iulij 1608. coram Reuerendiss. P. D. Decano, & fuit latiùs firmatum in alia decisione: fides autem de pretio videtur habita à creditore, eo ipso quòd consensit, vt rei subhastatæ possessio traderetur emptori absque exbursatione pretij, ad tradita per gloss. *in §. vendita, verb. fidem, Instit. de rer. diuis.* & ibi etiam Aret. *num.* 2. *in fin.* Atque hinc resultare videtur liberatio debitoris, saltem per viam delegationis, quæ fit ministerio legis, & iudicis, quia scilicet iudex qui supplet factum partis, *l. si ob causam, Cod. de euict.* Bart. *quest.* 14. *vers. contra, per totum*, videtur loco debitoris delegare emptorem rei subhastatæ, emptor verò mediante emptione videtur se obligare creditori, ad cuius instantiam fit subhastatio: creditor autem dum permittit tradi possessionem, sine numeratione acceptare emptorem in suum debitorem, per gloss. & Aret. suprà alleg. quibus tribus concurrentibus perficitur delegatio, & liberatus fuit prior debitor, iuxta not. per Azor. *in summ. tit. de nouat. in fine.*

Est apud Marches. de Commiss. par. 2. *fol.* 205.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Viterbieñ. Castrorum.

Luna 14. *Iunij* 1610.

ARGVMENTVM.

Arce vendita, seu concessa, quidnam venditum, seu concessum censeatur.

SVMMARIVM.

Arce vendita, & concessa, censentur etiam concessa omnia ea, quæ ad eiusdem arcis manutentionem, & naturam pertinent, num. 1.

Inquilini dicuntur possidere nomine locatoris, num. 3.

DE-

DECISIO CCLXXXV.

1 PRæsuppoſita deciſione in hac cauſa facta, in qua fuit dictum Sanctacrucijs eſſe dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione arcis, de qua agitur, dubitaui quomodo, & ſuper quibus eſſet danda dicta manutentio. Occaſionem dubitandi præbuit prætenſio D. Ducis, quòd Sanctacrucij non poſſent taliter manuteneri, vt ipſe impediretur in hac eadem arte habere tribunal erectum cum ſuo Officiali carceres, & carceratos retinere, habere milites pro cuſtodia arcis, apponere tormenta bellica in locis opportunis pro tuitione, & alia facere, quæ competunt in domo publica habentibus merum, & mixtum imperium, & totalem iuriſdictionem, prout ipſe habet in loco, vbi ſita eſt arx, iſta enim ſibi competere aſſerebat, tum ex natura rei, & quadam neceſſaria conſequentia, cùm iſta arx videatur deſtinata ad vſum prædictorum, & D. Dux vix illa expedire poſſit, ad tradit. per Abb. *conſil.62. num.15. verſ. nunc reſtat, part.2.* & per Tiraqu. *de retract. lignag. §.1. gloſſ.7. num.96.* & latiùs per Menoch. *præſumpt.99. lib.3.* tum quia & poſt apprehenſam poſſeſſionem per Sanctacrucios, Officiales Cameræ, cuius ceſſionarius eſt D. Dux, prædicta in hac eadem expediuerunt, vnde concurrit etiam poſſeſſio, quæ præcipuè conſideratur in materia manutentionis, *tot. tit. ff. & C. vti poſſid.*

2 Verùm prædictis non obſtantibus fuit dictum, Sanctacrucios eſſe ſimpliciter manutenendos abſque eo, quòd D. Dux prædicta expedire poſſit in hac arce plus, quàm in alijs domibus priuatis. Fundamentum reſolutionis fuit, quia eo modo vſque ad tempus motæ litis poſſiderunt Sanctacrucij, vnde ad eorum fauorem benè intrat interdictum *vti poſſidetis*, de quo ſuprà. Ad primum obiectum de conſequentia arcis cum iuriſdictione fuit dictum, regulam ſe habere, prout in allegatis iuribus, ſed non propterea vetari in iure, quin habens vtrumque non poſſit cedere arcem materialem vni, & iuriſdictionem alteri, vnde donec diſcutitur quid fuerit actum cum Camera, quæ fecit ceſſionem vtrique parti, non ſunt Sanctacrucij priuandi commodo eorum poſſeſſionis, quam habebant de tempore motæ litis, *§. retinendæ, Inſtit. de interd. cum vulg.*

3 Ad ſecundum de continuatione Officialium Cameræ in arce, & inde Ducis ceſſionarij Cameræ, fuit dictum, quòd illi Officiales poſt ceſſionem arcis factam per Cameram Sanctacrucijs, & poſſeſſionem per illos apprehenſam, continuarunt precario nomine, & tanquam inquilini Sanctacruciorum, vnde illis, non Cameræ poſſediſſe videntur, *l. quod meo, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Et quatenus fuit replicatum, quòd cùm Camera dictos Officiales per prius appoſuiſſet in eadem arce, retinuit per illos poſſeſſionem, ex quo non fuerunt expulſi, iuxta not. per gloſſ. *in l. peregrè, §. quib. ff. de acquir. poſſeſſ.* Vetall. *deciſ. 182. num.2. par.3.* dixerunt Domini illa iura procedere, quando poſſeſſor inuitus expellitur, ſecus ſi voluntariè, quia ſicut tunc non eſt neceſſe expellere ipſummet poſſeſſorem, *d. l. quod meo*, ita nec habentem cauſam ab eo, ad reg. *nemo plus iuris*, in caſu autem propoſito Sanctacrucij ingreſſi fuerunt poſſeſſionem tanquam ceſſionarij Cameræ.

4 Circa alia quæ proponebantur per informantes pro D. Duce, nempè quòd Sanctacrucij non poſſent in dicta arce tenere tormenta bellica, & alia genera armorum, quæ teneri ſolent in fortalitijs pro illorum præſidio, nec impedire, quin Dux in dicta arce faciat exequutiones, & omnia alia, quæ poteſt facere in domo cuiuslibet priuati domini, habuerunt prætenſionem pro valdè iuſta, & Sanctacrucij etiam in hoc dederunt manus.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.
Nonantulana bonorum.
Lunæ 14. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis an ſit tranſitoria ad hæredes extraneos ex tenore inueſtituræ colligitur, ex quibus verbis, & ex quibus clauſulis.

SVMMARIVM.

Emphyteuſis ad extraneos hæredes tranſitoria, poteſt etiam in teſtamento relinqui, num.2. Vbi quod in generali inſtitutione hæredis cenſetur comprehenſa.

Emphyteuſis an ſit ad extraneos hæredes tranſitoria, verba inueſtituræ inſpicienda ſunt, ibid.

Emphyteuſis cenſetur tranſitoria ad hæredes extraneos, quando in eius inueſtitura adſit clauſula ad habendum, *num.3.*

Emphyteuſis reputatur ad hæredes extraneos tranſitoria, quando eſt data in perpetuum, & quando præſertim adſunt verba geminata, num.4.

Emphyteuſis tranſit ad extraneos hæredes, quando in inueſtitura eſt poſita reſeruatio directi dominij immediatè poſt clauſulam, Quicquid placuerit faciendi, *num.5.*

Ita tamen, *dictiones ſunt aduerſatiuæ, & limitatiuæ præcedentium, num.6.*

Orationis vna pars aliam declarat, ibid.

Clauſula ad habendum, *non operatur, quando eſt poſita in exequutiuis, declara vt num.7. & 8. Vbi etiam quando cenſeatur poſita in exequutiuis, vel in diſpoſitiuis.*

DECISIO CCLXXXVI.

MOnachi Sancti Siluestri Nonantulani conceſſerunt 1
in emphyteuſim quondam Herculi, & Ludouico de Fontanis pro eorum, & cuiuslibet eorum filijs hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum vnam poſſeſſionem, &c. inueſtientes illos per impoſitionem pilei in eorum capite ad habendum, tendendum, &c. & quicquid dictis emphyteuſim, ſuiſque filijs, hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum de ipſa re perpetuo iure emphyteotico conceſſa de cætero placuerit faciendum, iure directi dominij eidem Monaſterio ſemper ſaluo, & quòd pro recognitione ſoluantur libræ, &c. itaut non liceat dictis emphyteutis, ſuiſque filijs, hæredibus, & deſcendentibus vendere, vel alienare ſine expreſſa licentia inueſtientium, vel alijs requiſitis, & interpellatis, qui ſi emere voluerint, præferantur ſolutis in totum ſolidis viginti minus; ſi verò emere noluerint, tunc liceat ipſis emphyteutis, ſuiſque filijs, hæredibus, & deſcendentibus, vt ſuprà, vendere, cuicumque, præterquam venerabili loco, &c. Dubitaui an Ioannes Marius hæres vniuerſalis inſtitutus ab vltimo inueſtito poſſet ſuccedere.

Et non erat difficultas apud Dominos, quin in generali inſtitutione non veniret emphyteuſis, de qua poteſt 2
teſtator diſponere in extraneos; per ea, quæ habentur *in cap.1. de feud. non hab. propr. nat.* Curt. iun. *conſil.4. n.1.* cum alijs per Crauett. *conſil.256. num.5.* ſed punctus erat, an in emphyteuſi, de qua agitur, poſſent ſuccedere extranei, qualis eſt Ioannes Marius, qui non eſt deſcendens ex inueſtitis? Et Domini diligenter ponderatis verbis inueſtituræ, quæ (etiam circumſcripta natura emphyteuſis) attendi debent, *cap.1.* vbi Bald. *de ſucceſſ. feud.* exornat Bec. *conſil.88. num.15.* & iungendo omnia ſimul, iux. not. *in l.2. ff. de excuſ. tutor. & in cap. cùm cauſam, de probat.* affirmatiuam partem amplexi fuerunt.

Et in primis fuit habita ratio clauſulæ *ad habendum, & quicquid placuerit faciendum*, quæ æquipollet clauſulæ, *& quibus dederit*, & facit emphyteuſim tranſitoriam ad hæredes extraneos, Pedem. *deciſ.164. num.1.* latiſſimè Bec. *conſil.88. num.20. verſ. ſecundò cum plurib. ſeqq.* & tenuit Rota in cauſa Romana domus S. Euſtachij 17. Februarij 1581. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & in Imolen. bonorum 2. Decembris 1605. coram me, & per prius in illa Bononien. emphyteuſis 16. Iunij 1596. coram bon. mem. Orano. 3

Secundò fuit ponderata illa dictio *in perpetuum*, quæ multùm ſolet conſiderari in hac materia, Socc. *conſ.266. num.37. verſ. ſecundò præmitto, vol.2.* Rota in Mediolanen. bonorum de Buſalora 7. Iunij 1585. coram Bubalo, & in dicta Bononien. emphyteuſis coram Orano, attenta maximè geminatione, ibi, *deſcendentibus in perpetuum de ipſa re perpetuo iure emphyteotico conceſſa de cætero placuerit, &c.* quę geminatio multùm operatur, iux. not. *in l. Baliſta, ff. ad Trebell.* & in terminis huius dictionis ponderauit Rota in dicta Romana domus S. Euſtachij. 4

Tertiò fuit ponderata reſeruatio directi dominij poſita immediatè poſt clauſulam, *quicquid placuerit faciendi*, 5

cùm enim exceptio declaret regulam, Roman. *cons. 498. in fin.* Alex. *consil. 28. num. 11. vol. 1.* reseruatio directi dominij satis declarat quòd sub clausula, *& quicquid placuerit*, continebatur facultas alienandi dominium vtile, facit reg. *l. cum prætor de iudiciis*, quam in terminis similis limitationis ponderauit Rota in causa Imolen. bonorum 8. Martij 1596. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Pamphilio.

6 Quartò, multum mouit Dominos expressa facultas alienandi in extraneos data in vers. *ita tamen*, quod manifestè conuincit inuestituram non fuisse restrictam ad solos descendentes, tum ex illis dictionibus *ita*, & *tamen*, quæ sunt aduersatiuæ, & limitatiuæ, *l. ita tamen, ff. de Trebell.* Paris. *cons. 17. num. 20 vol. 1.* Rebuff. *de verb. signif. l. 13. §. item si dominus, vers. ita tamen*, vnde & denotant præcedentem generalem facultatem in casibus non comprehensis in limitatione, vt in istis terminis firmauit Rota in dicta Imolen. coram Illustrissimo Pamphilio. Tum quia ex hac facultate alienandi per viam contractus apparet inuestituram minimè abhorruisse extraneos, vna enim pars dispositionis aliam declarat, iuxt. *l. qui filiabus de leg. 3.* cum vulg.

7 Non obstat quòd clausula *ad habendum*, &c. non operetur quando est posita in clausulis executiuis, Put. *decis. 369. lib. 1.* Rota in specie in causa Camerinen. domus 4. Iunij 1593. coram Gypsio, & quòd tunc dicatur esse in executiuis quando est posita in clausulis loquentibus de inuestitura, & de traditione possessionis, Pedem. *decis. 64. num. 3.* nam quòd clausula *ad habendum*, posita in clausulis merè exequutiuis, non operetur, admittebant Domini, sed negabant, clausulam in hoc casu censeri positam in exequutiuis, dicebantque non applicari decis. Pedem. in contrarium allegatam, quia loquitur quando clausula adijcitur ex interuallo post perfectam dispositiuam, secus si immediatè post, vt declarat illamet decisio *sub n. 1. in princ. & sub num. 2. in fin.* in casu verò proposito est adiecta immediatè post dispositiuam, & per verbum *inuestientes*, quod est continuatiuum sermonis, non autem inchoatiuum nouæ orationis, prout sunt illa verba, *de quibus*, &c. quæ ponderat decis. Pedemont. & in omnem euentum dicebatur non apparere, quòd in casu illius decisionis concurrerent alia plura, quæ concurrunt in hoc casu, & esse ponderandum totum tenorem inuestituræ, & omnia simul iungenda, iuxta conclusiones supra in principio firmatas.

8 Ad decisionem in causa Romana domus 9. Martij 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo fuit responsum, quòd clausula *ad habendum*, erat personalis, & restricta ad primos inuestitos, vnde nimirum si Modesta, quæ non erat de illis primis, minimè potuit vti dicta clausula. Item ibi aderat expressum pactum de non alienando, & quod finita emphyteusi per mortem vltimi inuestiti res locata cum omnibus melioramentis ad locantes reuerteretur, vnde nimirum si ad euitandam contrarietatem pactorum oportuit restringere vim, & effectum clausulæ *ad habendum*, quæ etiam non erat verbis tam amplis concepta, sicut in proposito casu.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ.

Veneris 18. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

In hac decisione, quæ singularis est, optimè declaratur quando maritus durante matrimonio pecuniam dotalem possit inuestire in aliquod prædium, ad effectum vt emptum prædium dicatur fundi dotalis.

SVMMARIVM.

Fundus dotalis non efficitur prædium emptum a viro ex pecunijs dotalibus; nisi tacitè, aut expressè fuerit actum quod esset fundus dotalis, & quando hoc tacitè, vel expressè actum dicatur, n. 1. & 2.

Prædium emptum nomine mariti & non vxoris, dicitur fundus dotalis, si sic voluit maritus emens, n. 3.

Fundus dotalis vt efficiatur non consistit in eo, quòd sit emptus nomine vxoris: sed quod fuerit emptus ex pecunia dotali, iuncto consensu mulieris etiam tacito, ibid.

Dotalis pecunia constante matrimonio commutari potest in fundum dotalem, si hoc sit vtile mulieri. Declara vt num. 4. & 5.

Decretum iudicis habet præsumptionem pro se, numer. 5. in fine.

Inuentarium bonorum non nocet scribenti, quando habet clausulam, quod non apponenda pro non appositis habeantur, num. 6.

DECISIO CCLXXXVII.

1 REsoluerunt, vineam quinque petiarum esse fundum dotalem, nam etsi verum sit, quòd prædium emptum à viro de pecunijs dotalibus, non efficitur eo ipso fundus dotalis, *l. ex pecunia, Cod. de iur. dot.* attamen receditur a regula si tacitè, vel expressè fuit actum, quòd esset fundus dotalis, *l. si æstimatis*, cum ibi not. per Scrib. *ff. solut. matrim.* Couar. *pract. quæst. cap. 28. num. 2. vers. sed ex contrario*, & ita declaratur text. *in l. res quæ, ff. de iur. dot.* vt ibi not. glos. *in verb. res*, cum qua transit Bald. & alij relati per Honded. *cons. 14. num. 50. lib. 1.* Bero. *cons. 164. num. 10. lib. 1.* Roland. *cons. 86. num. 15. lib. 4.* dixit Rota in Romana Saluiant interdicti quinta Decembris 1603. coram Reu. P. D. meo Lancellotto, in Romana vineæ 10. Decembris 1608. coram R. P. D. meo Caualerio.

2 In proposito casu fuit per auum legata dos Iuliæ in pecunia numerata, cum onere quòd pro securitate hæredum testatoris, qui erant substituti Iuliæ in casu decedentiæ sine filijs, pecuniæ inuestirentur, & ad istum effectum inuestiendi fuerunt depositatæ in Monte Pietatis, & inde cum decreto iudicis, & interuentu consanguineorum Iuliæ leuatæ, & in decreto iudex apposuit quod ex istis pecunijs pretium vineæ solueretur, & quòd illi remanere deberet fundus dotalis, & quod vendi, nec alienari posset, nisi facto reinuestimento ad fauorem ipsius Iuliæ, & ijs omnibus fuit præsens tam Iulia, quàm eius maritus, qui etiam vsus fuit dicto decreto leuando illius vigore pecunias quas inuestiuit in fundo, de quo agitur, vnde satis constat eum de consensu tam viri, quàm vxoris, qui vsi fuerunt dicto decreto, Dec. *cons. 385. num. 5* Put. *decis. 47. num. 2. lib. 3.* atque intrare de plano, *d. l. si æstimatis, & d. l. res quæ*, cum alijs supra alleg.

3 Non obstat, quòd prædium non fuerit emptum nomine vxoris, sed nomine ipsius mariti, quia non per hoc desiuit esse fundus dotalis, si aliàs interuenit voluntas mariti, & vxoris, Alex. *in l. cum dotem, §. fin. num 4. vers. secundo saluari potest, ff. solut. matrim.* facit quia ius faciendi fundum dotalem non consistit in eo quòd fundus sit emptus nomine vxoris, *d. l. ex pecunia, Cod. de iur. dot.* sed in eo quòd sit emptum ex pecunia dotali, iuncto consensu mulieris, etiam tacito, iuribus suprà allegatis. Neque in hoc refragantur decisiones in causa Romana, seu Interamnen. fundi dotalis 10. Februarij 1589. coram Illustrissimo Plato, vel alia Romana recuperationis dotis 10. Maij 1595. coram bon. mem. Orano, quia non loquuntur quando ex circumstantijs apparet fuisse actum quòd esset fundus dotalis, non obstante quòd fundus staret sub nomine viri.

4 Minus facit, quòd constante matrimonio ita demum commutari possit pecunia dotalis in fundum, si hoc vtile sit mulieri, *l. ita constante, ff. de iur. dot.* cum alijs per Roland. *cons. 86 num. 5. lib. 4.* In casu autem proposito nedum non probatur vtilitas, sed imò apparet de inutilitate, & damno, quia ante permutationem mulier habebat obligatam ipsammet vineam absque periculo peremptionis, vt considerat Rub. *consil. 5. num. 2.* quod quidem periculum post permutationem cœpit spectare ad ipsam mulierem tanquam dominam, *l. quod si per eam*, cum ibi not *ff. de iur. dot.* quia responsum fuit, aut vim fieri in eo, quòd pecuniæ fuerint conuersæ in fundum, & hoc non potest dici damnosum mulieri, tum quia hoc modo effectæ fuerunt fructiferæ; tum quia maius periculum capitale imminet pecunijs, quàm bonis stabilibus, vt de se patet, tum denique, quia iuxta mandatum illius, qui legauit istas pecunias debebant inuestiri, vnde actus fuit nedum vtilis, sed necessarius.

5 An verò sit difficultas in eo, quòd potius debuerit inuestiri in bonis extranei, quàm ipsius mariti, ratione ponderata per Ruben. *vbi supra*, & deberet probari, quòd tunc adesset, vbi posset fieri inuestimentum magis tu-

tum

eum pro muliere, quia vt valeat permutatio, non est necesse, quòd appareat de vtilitate, sed sufficit non constare de damno, Gloss. *in l. ita constante*, cum alijs per Simon. de Praet. qui de communi, *cons. 49. n. 5.* concurrente maximè decreto iudicis, qui cum interuentu consanguineorum mandauit pecunias inuestiri in hac vinea; pro quo decreto praesumitur, Socc. sen. *cons. 158. num. 17. vol. 2.* Gemin. *cons. 7. num. 4.* Anchar. *cons. 363. n. 2.* Ruin. *cons. 70. num. 9. vol. 4.*

6 Ad alia, quòd Iulia posuerit hanc vineam in inoentario bonorum mariti, fuit dictum quòd coostito, quòd aliàs vinea esset dotalis, proot constare videbatur ex praedictis, mulier non potuit sibi praeiudicare, maximè attenta clausula, quòd non apponenda habeantur pro non appositis, quae praeseruat ab omni praeiudicio, Castr. *in l. fin. §. cum igitur, Cod. de iur. delib.* Angel. *in l. 1. §. hac stipulatio num. 24. ff. si cui plusquam per legem Falcidiam*, Grat. *consil. 25. num. 2.*

R. P. D. P I R O V A N O.

Auersana iurispatronatus.

Luna 18. Iunij 1610.

A R G V M E N T V M.

Haeres, an & quando per sui crediti petitionem haereditatem repudiare censeatur.

S V M M A R I V M.

Hereditati paterna renunciatum censetur à filio herede per petitionem integra dotis materna, seu alterius sui crediti, num. 1. declara, vt num. 2.

Heres non censetur renunciare, & repudiare hereditatem per petitionem crediti, quod ex necessario consequenti sit compatibile cum hereditate.

D E C I S I O CCLXXXVIII.

1 Binae decisiones in hac causa factae placuerunt Dominis, quia propterea noluerunt ab eis recedere, ex eisdem fundamentis, & maximè quia exaduerso nihil releuans deductum fuerat. Nam quae dicebantur ex actu petitionis integrae dotis maternae per Antonium aduersus Iacobum fratrem tanquam Nicolai patris haeredem, vt per eum repudiatio necessariò inducta videtur, per text. *in l. illud, ff. de acquir. heredit.* Paul. de Castr. *in l. debitori, in fine, de pactis*, Socc. sen. *consil. 45. n. 4. vol. 4.* Bald. *in l. vt debitum, Cod. de hered. act.* quos omnes pro hac conclusione refert Illustrissimus Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 14. num. 29. & 30.*

2 Ex ijsdem patet responsio, quia Gloss. *in l. vt debitum*, Castr. *in d. l. debitori*, Bald. & alij allegati, declarant conclusionem, haereditatem scilicet censeri repudiatam, nisi protestetur, quòd non intendit repudiare, vel quaestionem haereditatis sibi reseruauerit, quae reseruatio, aut protestatio esto, quòd non legatur in processu petitionis maternae dotis, concurrit actus fortior, scilicet aditio haereditatis ante motum iudicium, & declarata per actus necessarios, & differentes ex praesentatione ad iuspatronatus merè haereditarium, Couarr. *lib. 2. cap. 18. num. 6.* cum alijs in supradictis decisionibus allegatis, cui aditioni Antonius non potuit renunciare, quia semel erat adita haereditas, *l. 1. §. decretalis, de success. edict.* Soccin. iun. *consil. 4. num. 2. vol. 3.* nec voluisse praesumitur, cùm sit quaedam renunciatio, *l. cum de indebito, ff. de probat. l. tres fratres, ff. de pact. cap. quia circa, de priuileg. cap. super hoc, de renunciat.* propterea dum Antonius egit contra Iacobum pro consequutione sui crediti, vel quia bona paterna per eundem Iacobum essent occupata, vel quia super eisdem bonis assumpserit onus soluendi dotes, quamuis aliquo casu inferri posset ad praeposteram actionem, vt dicit gloss. *in dicta l. vt debitum*, non tamen ad repudiationem actus ille nec verè, nec praesumptiuè concludere potest, stante praeambula aditione.

3 Praetereà videtur etiam conclusionem non deseruire, vbi petatur creditum, quòd ex necessariò consequenti sit compatibile cum haereditate, prout est dotale, quòd ab ipsa haereditate separari potest, ex deductis in praecedenti decisione, & admittunt Bald. & Castr. *in dicta l. debitori, in fin. Cod. de pact.* Nam Castr. declarando glossam *in d. l. vt debitum*, & Soccin. & Illustrissimus Mantic. sequendo Castr. voluerunt si quis sciens se haeredem ab intestato, vel ex testamento petat, à cohaerede creditum suum, quòd censeatur haereditatem sibi delatam repudiasse, arg. *l. illud, ff. de acquir. heredit.* qui text. loquitur de consequenti necessariò, videlicet de eo, qui deliberat super legitima haereditate, vt sciens censeatur repudiasse testamentaria, quia ex vtroque capite haereditatem capere non potest, quod non contingit in creditore, qui potest & creditum, & haereditatem consequi, & propterea Domini steterunt in decisis, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Tirasonen. Canonicatus.

Veneris 18. Iunij 1610.

A R G V M E N T V M.

Canonicatus Ecclesiae Collegiatae de iure non pertinent ad solius Episcopi collationem, & quid si consuetudine, pacto, aut priuilegio conferendi facultatem acquisiuerit, numquid reseruationem in vim alternatiuae excludat, & quando.

S V M M A R I V M.

Canonicatus Collegiata Ecclesia de iure non pertinent ad solius Episcopi collationem, num. 2. nisi consuetudine, aut pacto Episcopus dictos Canonicatus conferendi facultatem acquisiuerit, num. 3.

Episcopus habens vigore pacti, aut consuetudinis facultatem conferendi Canonicatus Ecclesia Collegiata, excludit reseruationem in vim alternatiua, num. 4.

Regula derogatiua comprehendens tantummodo octo menses Sedi Apostolica reseruatos, non debet extendi ad alios menses non reseruatos, num. 5. & 6.

Clausula reuocatoria alicuius legis reuocare tantum videtur, quantum cum l. reuocante repugnantiam continet, & non in plus, num. 6.

Alternatiua intrat ex quasi contractu inter Papam, & Episcopum in tantum, vt sequuta acceptatione Episcopus non possit illi renunciare, num. 7.

Testes super negatiua deponentes, & negatiuam non coarctantes non probant, num. 9.

Pacta, & transactiones posteriores derogant prioribus, num. 10.

D E C I S I O CCLXXXIX.

Vacante Canonicatu Collegiatae Ecclesiae sanctae Mariae Maioris Ciuitatis Calataiubij Tirasonen. dioecesis per obitum extra curiam q. Michaelis Gothor de mense Octobris 1606. Dominus Hieronymus Hippensa de dicto Canonicatu ab Ordinario alternatiua gaudente fuit prouisus. Dominus Alphonsus Frances ex post eundem Canonicatum per eundem obitum vel in mense Octobris reseruato vacantem à Sede Apostolica impetrauit, & sub die 22. Ianuarij 1607. Breue de capienda possessione nomine Camerae obtinuit, & super eo declaratoriam cum mandato de immittendo ab A. C. reportauit. Introducta causa in Rota per appellationem parito priùs Breui, dubitaui, an constet de reseruatione. Informantes pro Alphonso praetendebant satis constare de reseruatione ad exclusionem alternatiuae Episcopi, eo ipso, quòd demonstrauerint Canonicatum, de quo agitur, non spectare ad liberam Episcopi collationem, prout verba regulae octauae clarè disponunt. 1

Quod apertè probari dicebant. Primò, quia Canonicatus Collegiatae non pertinent de iure ad liberam solius Episcopi collationem, Dec. *respons. 6. num. 11. & 12.* Cassad. *decis. 22. de praebend. num. 3* Secundò, quia concordia Episcopi, & Capituli confirmata à Sixto IV. & Leone X. in qua libera Episcopi collatio fundatur, iuribus non subsistit, nec vsu recepta fuit. Tertiò, si adhuc vsu recepta esset, fuisset tamen ab ea recessum per posteriores concordias anni 1595. & 1606. 2

His omnibus benè ponderatis, Rota tamen censuit non constare de reseruatione; nam quamuis collatio Canonicatuum in Collegiata liberè non spectet ad Episcopum, nō tamen prohibetur, quin consuetudine, aut pacto Episcopi possint acquirere iura liberae collationis, vt admittit praecitatus Cassad. & benè probat R. P. D. meus Caualerius in alia Tirasonen. Canonicatus, quę paribus terminis 3

regulatur, & ad quam vti accuratè, & diligenter extensam debuissem in cæteris etiam me referre, cùm additioni locus non videatur relictus.

4 Quòd itaque ex pacto libera collatio sit acquisita Episcopo Tirasonen. clarè videntur probare verba concordiæ initæ inter Episcopum, & Capitulum, & eius confirmationis Sixti IV. & Leonis X. fel. rec. dum Episcopus Tirasonen. simul, & Decanus, ac Capitulum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Maioris Calataiubij ad augendum cultum diuinum desiderantes, vt portiones, seu simplicia beneficia dictæ Ecclesiæ, tunc ad collationem, & omnimodam dispositionem Episcopi Tirasonen. pertinentia, cùm aliter, quàm per obitum vacabant, & cùm illas, vel illa obitu vacare contingebat ad collationem, prouisionem, ac omnimodam dispositionem Episcopi, Decani, & Capituli communiter spectabat, nunc remaneant ad solam præsentationem Capituli; institutio verò pro filijs Parochianorum sufficientibus, & idoneis, ad ea præsentandis, & instituendis ex auditu fuerunt, & per modum recompensatiuum, ne Episcopus damnum pateretur, concessum fuit, quòd deinceps perpetuis futuris temporibus duos priores Canonicatus, & præbendas, quas per obitum in mense, qui ordinariè cedebant dispositioni vacare contigerit, ad liberam Episcopi collationem remaneant absque eo, quòd Decanus, & Capitulum quouis modo intromittere se in illis possint. Per hanc autem liberè Canonicatus conferendi facultatem, benè deseruit virtus alternatiuæ ad exclusionem reseruationis, cùm qualitates regulæ octauæ conuenire probentur, Bart. *in l. 1. §. quod autem ait Prætor, ff. ne quid in flumine pub. & l. prætor, §. docere, ff. vi bonor. raptor.* Dec. *consil.* 520. *num.* 11. Ias. *consil.* 164. *num.* 7. *lib.* 2. & sæpiùs fuit resolutum in Rota, præsertim in Salamantina alternatiuæ, & Sunen. Sarzanen. allegatis per R. P. D. meum Caualerium.

5 Cæterùm, quæ postmodum dicebantur pro Alphonso ad confirmandam concordiam, non videbantur obstare. Nam quicquid sit prouisio illa, siue sit confirmatio conuentionum inter Episcopum, & Capitulum, & ex ea cesset argumentum reseruationis, quia duo priores Canonicatus sunt de libera Episcopi collatione; si verò indultum, vel priuilegium nuncupetur, quia præter conuentionem indulgeatur Episcopo ius conferendi duos priores Canonicatus, & à simultanea collatione separentur, non propterea necessariò inferri videtur ad reseruationem, quia regula derogatoria cùm comprehendat tantummodò octo menses Sedi Apostolicæ reseruatos, in quibus vigore illius Papa habet interesse, non debet alium operari effectum circa menses non reseruatos, *Clem.* 1. *de præbend. cap. transmissæ, de verbor. signific. l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* Rom. *cons.* 322. *num.* 4. *vers.*

6 Secundò, quia & quatenus clausula reuocatoria alicuius legis reuocare videtur, quatenus cùm lege reuocante repugnantiam continet, & non in plus, Bart. *in extrauag. ad reprim. super vers. non obstan. l. vnic. §. his tantummodò, cum gloss. Cod. de Latin. libert. tollen,* gloss. *in auth. de hæredib. ab intest. circa principium, in verbo vacantibus*, quam dicit singularem Roman. *consil.* 57. *n.* 2. Cùm itaque priuilegium conferendi liberè duos priores Canonicatus sit limitatum intra menses, qui ordinariè cedere debent dispositioni Episcopi, & trahatur ad alium effectum, nempè ad menses reseruatos, nec contineat repugnantiam, quia Papa in mensibus Episcopi ordinariè non confert, propterea sub regula derogatoria non videtur comprehensum ad inducendum denuò simultaneam collationem, vt exindè cessante alternatiua intret reseruatio.

7 Non obstat, quòd mensis Octobris non sit de quatuor ordinarijs Episcopi, ad quos videtur restricta concordia, quia facilè soluitur obiectum, tum ex responsione R. P. D. mei Caualerij, vt scilicet intelligantur concessi omnes menses, qui quocumque modo spectant ad Ordinarium, siue sint illi quatuor, siue illi sex vigore alternatiuæ; tum etiam quia alternatiua intrat ex quasi contractu inter Papam, & Episcopum, vt sequuta acceptatione, non etiam Episcopus possit voluntariè illi renunciare, Put. *decis.* 88. *num.* 1. *lib.* 3. Calder. *consil.* 22. *an si Papa, de præbend.* & fuit resolutum in vna Sulmonen. alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Reuerendo Patre Domino Lancellotto, quo casu, si ex conuentione alterantur menses ordinarij, non alterabitur effectus priuilegij, quia semper verificatur in mensibus ordinarijs; propter naturam subrogationis, *l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. cap. Ecclesia, il* 1. *vt lit. penden.* Bald. *in l. vltim. Cod. si manc. ita fuer. alien.* Dec. *consil.* 3. *num.* 2. *versic. prima est.*

Cessat & pariter aliud fundamentum de non vsu concordiæ ex pluribus continuatis, & distinctis collationibus de duobus primis Canonicatibus, & testibus de voce, & fama ex multiplicatis Capituli assertionibus, quæ omnia dantur in summario, & ad visum, & effectuationem concordiæ, fuerunt benè considerata per R. P. D. meum Caualerium. Collationes autem simultaneæ factæ de anno 1574. & 1584. in summario Domini Alphonsi *num.* 7. & 8. non probato prius postpositas fuisse collationes de duobus primis Canonicatibus, visæ fuerunt irreleuantes. 8

Quibus nec testes dati in summario *num.* 16. supplere videbantur, tum quia non benè informati, dum non audent asseuerare, quo iure solus Episcopus conferat Canonicatus; tum quia negatiuè concepta est eorum depositio, scilicet quòd non audiuerint adesse contrariam publicam vocem, & famam, quæ non sufficit, cùm possit adesse, & quòd ipsi non audierint, nec coarctant negatiuam, prout esset necesse ad hunc effectum, Dec. *consil.* 107. *col. fin. & cons.* 177. *col. vltim. & cons.* 534. *col. fin.* Paris. *consil.* 13. *in fine lib.* 3. 9

Postremæ verò duæ concordiæ annorum 1597. & 1606. si probarentur contrariæ antiquæ concordiæ per SS. PP. Sixtum, & Leonem confirmatæ, prout concludenter per Dominum Alphonsum, ad hunc effectum probari debent, *l. eum qui, ff. de probat. l. cum hic status, §. pœnitentiam, ff. de donat. inter virum, & vxorem, cap.* 1. *vbi gloss. in verb. non timore, quod met. caus. cap. maiores, §. vltimo, de baptis.* posset allegata iuris conclusio applicari, quòd per posteriores prioribus esset derogatum, *l. pacta nouissima*, vbi Dec. *num.* 2. *Cod. de pact.* Alexan. *in l. iuris gent. §. adeò num.* 6. *de pact.* Verùm contrarietatem, & repugnantiam inter hasce concordias nec verba, nec sensus, aut secundo iudicare videntur, quia in confirmatione Sixti, & Leonis separantur à simultanea collatione, duo tantùm priores Canonicatus, remanente tamen collatione aliorum Canonicatuum, & præbendarum in hoc robore, sub quo residuo simultaneæ collationes inter Episcopum, & Capitulum ante annum 1593. & in eo anno legitur nouus modus, qui fit de libera vtriusque tam Episcopi, quàm Capituli collatione; vnde licèt in vltimis concordijs fiat mentio simpliciter de prouisione spectante ad Episcopum solummodò, quia tamen vis liberè conferendi potest se habere, & ad priores Canonicatus, & ad Canonicatus contingentes Episcopo per diuisionem simultaneæ collationis, cessare videtur omnis contrarietas ex verbis, cùm habeant vnde possint particulariter referri ad liberam, scilicet super alijs Canonicatibus collationem, vt meritò fienda sit omnis interpretatio pro Episcopo, nec voluerit iuri suo sine causa renunciare, vt benè considerauit R. P. D. meus Caualerius ex decis. Tiraq. & alijs per eum adductis, maximè præcedente acceptatione alternatiuæ, in cuius præiudicium nihil poterat firmare Episcopus sine consensu Sanctissimi, vt fuit resolutum in allegata Sulmonen. alternatiuæ coram Reuerendo Patre Domino meo Lancellotto. 10

Quia tamen ab huiusmodi interpretatione pendebat resolutio articuli reseruationis, Domini voluerunt particulariter videre, An postremæ duæ concordiæ obstent, &c.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.
Romana stupri, seu dotationis.
Veneris 18. Iunij 1610.

In hac decisione agitur de probatione stupri, quam facere volebat, qui cùm puella rem habuisse confessus fuerat, sed recusabat dotem dare, sub prætextu, quòd ab alio priùs stuprata fuerit.

SVM-

S V M M A R I V M.

Stuprum non censetur probatum ex eo, quòd puella sit solita stare ad fenestras, recipiendo salutationes transeuntium, & similia, n.1.

Præsumptionem habens contra se, si voluerit contrarium probare grauatur manifesta, & concludenti probatione, ibid.

Testes examinati in vno iudicio lite pendente, in alio nihil probant in iudicio in quo pendet lis, n.2.

Testes meretrices nullam merentur fidem, ibid.

Fides simplex de iure fidem non facit, ibid. in fine.

Primum dictum rei inquisiti attendendum est potius quàm secundum, declaratur n.3.

Mulier sine statutarijs solemnitatibus non potest confitendo sibi præiudicare, n.4.

DECISIO CCXC.

1 DOmini persliterunt in decisis in hac causa sub die 19. Martij proximi. Ad ea multa, quæ fuerunt deducta circa ornamenta Agathæ, per mansionem ad fenestras, salutationes transeuntium, & similia, fuit dictum, quòd etsi ista demonstrarent quendam iuuenilem ardorem, aut muliebrem leuitatem, non propterea concludunt ad deflorationem, prout videtur necessarium in hoc casu, tum quia Agatha habet iuris præsumptionem pro sua virginitate, ex alleg. in alia decisione, vnde manifesta requiritur probatio, *l. non est verisimile in princ.* & ibi glos. *verb. præsumptioni, ff. quod met. caus. cap. quia verisimile,* vbi Abb. *n.2. de præsumpt.* Ias. *in l. si extraneus num.15. ff. de condict. caus. dat. & caus. non sec* Dec. *cons.574. num.5.* Cephal. *cons.338. num 41.* tum quia habet probationes, nedum præsumptiones, in alia decisione ponderatas, quæ faciunt, vt Sixtus ad arctiorem probationem astringatur, Curt. iun. *cons.52. num.6. in fin. & num.7.* Crau. *cons.134. num.9. in fin. & n.10. cum concord.*

2 Quantum ad malam famam Agathæ, de qua deponunt duæ mulieres examinatæ pro informatione curiæ in Tribunali A. C. lite pendente in Rota fuit dictum, quòd testes sic examinati, & parte minimè citata, non probant in hoc iudicio, Achil. *decis.1. de test.* latè cumulati per Honded. *cons.10. num.5. lib.1.* Vltra quòd illæ fœminæ, vt asseritur, sunt meretrices, vnde nullam videntur mereri fidem, maximè in ista materia, vbi si adfuisset ista fama, non ignoraretur ab alijs. Fides, quæ datur de quadam muliere sæpiùs visa super tecto Agathæ colloquente cum viro stante super alio tecto nihil concludit quoad effectualem inhonestatem, maximè in loco tam patenti, & distanti, sed nec nominat Agatham, vnde potest verificari in alia muliere, & in omnem euentum cùm sit simplex fides, de iure non facit fidem, *l.3. §. idem diuus, ff. de test. l. instrumenta, C. de prob.* cum vulg.

3 Obiectum fugæ Agathæ, & recessus in domum mulieris inhonestæ, visum fuit sublatum ex breuitate temporis inter fugam Agathæ & alijs ponderatis in alia decisione, ex quibus concluditur, vel Agatham arripuisse fugam cum consensu, & auxilio Sixti, vel saltem post dictam fugam neminem ante Sixtum habuisse accessum ad Agatham. Confessio Sixti quidquid ex aduerso detorqueretur, visa fuit subsistenda ex verbis formalibus in alia decisione relatis, & quantum ad ea, quæ idem Sixtus in subsequentibus constitutis addidit de mala conditione Agathæ, fuit responsum, quòd prius constitutum erat attendendum, tum quia primum, ad cons. Bar.86. *per tot.* Cæsar. de Grass. *decis.3. n.3. de sponsal. & matrim.* tum quia tempore minus suspecto, ad not. *in cap præterea,* vbi Imol. *num.5.* & alij, *de test. cogen.* & per Angel. Aret. *cons.115. num.14.* tum quia magis verisimile ex pluribus in alia, & in præsenti positione ponderatis, *l. fin. in princ. C. de contrah. & committen. stipul.* Bald. *in l. scriptura num.8. C. de fid. instr.* Decian. *cons.96. n.3.*

4 Circa confessiones Agathæ Domini se referebant ad aliàs dicta, & quantum ad replicationem circa statuta Monasterij: fuit dictum etiam illo circumscripto obstitisse statutum Vrbis, si aliàs prætenditur, quòd ex huiusmodi confessione Agatha sibi præiudicauerit in actione dotis, ad decis. Put.7. & 55. *lib.3.* & Crescen.2. *de confess.* & quidquid dicendum foret si Agatha hanc vnam confessionem fecisset, cùm fecerit plures, præualere debere primam, ex allegatis in alia decisione. Et circa contrarietates inter examen Agathæ, & contradictiones inter ipsam, & testes pro informatione curiæ examinatos, omisso an possint conciliari iuxta deducta per informantes pro Agatha, fuit responsum intentionem Agathæ non fundati in proprijs confessionibus, sed in alijs latè ponderatis pro illa, vnde parum referre, quòd ipsa fortè ad euitandam pœnam fuerit sibi parum constans in suis examinationibus, dummodo tales confessiones sibi non noceant, prout non nocere ex prædictis fuit conclusum. Cætera minoris momenti benè visa fuerunt sublata per informantes pro Agatha.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà san. mem. Gregorio XV.

Rumana retractus.

Veneris 18. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Retrahendi tempus datum à Bulla Gregoriana ad faciendum depositum, minimè currit quando negata qualitate vicinitatis super ea discutitur principaliter, & de per se in diuerso iudicio, secus si incidenter, & per viam exceptionis in eodem iudicio.

S V M M A R I V M.

Retractui iuxta formam Bullæ Gregorianæ locus non est nisi adimpletis requisitis in dicta Bulla, n.1.

Retrahendi tempus datum à Bulla Gregoriana ad faciendum depositum minimè currit quando negata qualitate vicinitatis super ea discutitur principaliter, & de per se in diuerso iudicio, secus si incidenter, & per viam exceptionis, n.2. & per tot.

Iudicia dicuntur diuersa quando diuersæ sunt commissiones, & diuersæ sententiæ, ibid. in fine.

Iudicij qualitas ex intentione, & persona actoris, nec non etiam ex prosequutione facta in causa metiendum, & declarandum est, n.3.

Exceptio non facit causam de per se, sed de ea iudicatur vt de principali, n.4.

Pronunciare non tenetur iudex in exceptione incidenter opposita, sed & omissa ad vlteriora procedere super principali negotio, n.5.

Incidens exceptio assumit naturam, & qualitatem causæ principalis, n.6.

Nullitas incidenter deducta via appellationis assumit naturam appellationis, & secundum eam regulatur, secus si principaliter deducatur, ibid.

Retractus iudicium supersederi debet pendente alio iudicio retractus præiudiciali, n.7.

DECISIO CCXCI.

DOmini recedentes à decisione facta sub die 17. Ianuarij præteriti resoluerunt, quòd D. Petrus de 1
Valle tenebatur facere depositum infra annum, vt requirit constitutio Gregoriana, cuius vigore cùm vellet retrahere domum, de qua agitur, debuit omnino eius formam adimplere, & seruare requisita, *cap. frustra de regul. iur. lib.6.* Bar. *in l.1. §. quod autem ait prætor. ff. ne quid in flum. publ.* cum cumulatis per Surd. *in decis.168. n.12.* quòd depositum fieri debet etiam quando controuersia super retractu fuit in iudicium deducta, iuxta obseruationem Cameræ, quæ præsupponitur.

Non obstat, quòd fuerit negata qualitas vicinitatis, 2
ex qua oritur ius retrahendi, & propterea dom ea discu-
titur, non videatur currere tempus datum ad deponen- 3
dum, iuxta decisionem Put. & alia allegata, quia Domini dicebant controuersiam super vicinitate posse dupliciter constringere, principaliter & de per se, aut incidenter & per viam exceptionis, iuxta not. *l. in Cod. de ordin. iudic. in l.2. Cod. de ordin. cognit. & in cap.1. eod. tit.* Secundùm primum modum lis erat in casu decisionum Put. ibi enim fuerant duo intentata iudicia, & contingebat disputari de vicinitate in iudicio separato à iudicio retractus, vt ex lectura dictarum decisionum patet, & præsertim *in decis.50. & 200. lib.2.* & hodie verificantur in facto per exhibitionem duarum commissionum diuersarum, & sententiarum separatim latarum in vtroque iudicio.

In

3 In casu autem de quo agitur fuit vnicum iudicium super retractu intentatum, vt indicat monitorium, & intentio actoris, ex cuius persona metiendum est iudicium, *l. 1. ff. si pars hered. pet.* Cassad. *decis. 3. num. 2. de iudic.* ex libello deprehenderetur, Specul. *de libell. concept.* §. 1. *in princ.* Hostien. *in sum. eod. tit. in princ. not. in l. edita, Cod. de eden. & in cap. fin. de libell. collat.* hoc etiam indicat tota series processus relata per informantes. Clarum est enim ex prosequutione facta in eam declarari quale iudicium fuerit motum, Abb. *in cap. cæterum num. 2. vers. debet enim intelligi de iud.* Felin. *in rubr. de præscript. num. 8.* fuit dictum in vna Bononien. iurisdictionis vltima Ianu. 1578. coram Cardinali Lancellotto.

4 Negatio autem vicinitatis in casu isto non facit aliud iudicium à iudicio retractus, cùm exceptio non faciat causam de per se, sed de ea iudicetur vt de principali, Bal. *in l. 3. in addit. num. 6. ff. ad exhibend.* & fit vnicum iudicium, Paul. de Castr. *in l. filio præterito num. 6. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.* Ex quo dicebant Domini non posse inferri à casu decisionum, Put. ad casum qui agitur omnino diuersum, *l. Papinian. exul. ff. de minor. l. si maritus, l. 1.* vbi Bal. *C. de donat. inter vir. & vxor.*

5 Non obstat, quòd dicunt informantes pro D. Petro non posse considerari diuersitatem rationis inter vtrumque casum, quia imò maxima viget, quando enim quod incidenter & per viam exceptionis deducitur, non est necesse super eo pronunciare, nec pronunciari solet, *d. l. 1.* vbi Bal *in fin.* Salic. *num. 9.* Paul. de Castr. *in d. l. filio præterito sub num. 6.* Abb. *in cap. 1. num. 11. circa finem de ordin. cogn.* vbi Imol. *num. 4. & sub num. 6. vers. sed an sit necesse,* dicit quod ita communiter tenetur, Bero. *cons. 34. sub num. 8. vers. sed quando except. lib. 30.* Rim. sen. *cons. 377. num. 8. cum seqq.* Aym. *in prax.* §. 18. *cap. 2. ad finem,* Falcon. *lib. 1. controuers. iur. cap. 43. vers. prima conclusio,* sufficit enim quod pronuncietur super principali, quia de necessitate, & tacitè censetur pronunciatum super incidenti, Bal. *in d. l. 1. num. 13. & in l. 2. in 2. & 3. notab.* vbi etiam Albet. *col. 3. in princ. vers. secunda quæst.* & Salyc. *post num. 2. eod. tit.* Imol. *in d. cap. 1. num. 6.* Vnde cùm vnicum sit iudicium, necesse non est, quòd expectetur decisio super qualitate vicinitatis, vt currat tempus ad retrahendum, aliàs dicere cogerentur, quòd tempus deponendi non curreret, nisi post finitum negotium retractus per sententiam, & rem iudicatam, quod esset valdè absurdum.

6 Accedit, quòd incidens assumit naturam & qualitatem causæ principalis, vt latè per Rimin. iun. *cons. 655. num. 120. & seq.* sic nullitas incidenter deducta via appellationis, assumit naturam appellationis, & secundùm eam regulam, licèt secus si principaliter deducatur, Anton. de Butr. *in cap. exhibita sub num. 16. de iudic.* Contard. latè *in l. vnic. limit. 7. num. 6. cum nonnullis seqq. Cod. si de mom. possess.* Ex quo infertur, quòd vicinitas per viam exceptionis deducta non potest dici præiudicialis iudicio retractus, ita vt dum cognoscitur qualitas vicinitatis sit super eo supersedendum, & propterea interim non currat tempus præfixum ad deponendum.

7 Quando verò vicinitatis quæstio principaliter mouetur in iudicio separato, vel cumulatiuè, quod idem est ad effectum de quo agitur, vt per Paul. de Castr. *in d. l. filio præterito num. 6. in fine,* quia iudicium super vicinitate est præiudiciale iudicio retractus, vt dicit decis. Put. 50. *lib. 2.* pendente iudicio præiudiciali superseden. erat in iudicio retractus, *l. 1. Cod. si quis aliqu. test. prohibit.* Anchatan. *cons. 62. num. 8.* Aym. *cons. 280. numer. 2. & per tot.*

8 Alia quæ ex aduerso adducuntur, vel loquuntur in diuersis iudicijs, vel loquuntur in terminis iuris communis, in quibus potest procedere, quòd pendente lite tempus non currat, & propterea non applicantur ad casum nostrum, quia depositum, vt præsupponitur, debet fieri lite etiam pendente inter vicinum & emptorem super retractu, & ita fuit conclusum, D. Petrum fuisse obligatum infra annum à die quo sciuit venditionem factam D. Horatio deponere pretium, neque excusare sub prætextu negatæ vicinitatis, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Leodien. Canonicatus.

Lunæ 21. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Duobus iudicibus delegatis vno recusante potest alius procedere; sic & duobus Notarijs ad examinandum electis, sufficit subscriptio examinis ab vno solo Notario facta, altero à parte non conducto.

SVMMARIVM.

Iudices duo insolidum, si deputati fuerint, vno recusante, alius procedere potest, n. 1.

Iudex, qui semel se excusauit ab onere iudicandi in causa sibi commissa, potest postea pœnitentia ductus illam acceptare, ibid.

Vtile per inutile non vitiatur in his, quæ spectant ad solemnitatem, ibid. in fine.

Duobus Notarijs deputatis ad examen testium, si vnus tantum dictum examen subscripserit, valet examen, si pars recusauit conducere suum Notarium, num. 2.

Testes vigore remissoriæ examinandi possunt examinari in loco non deputato; parti tamen intimato, n. 3.

DECISIO CCXCII.

CVm aliàs informantes pro Gulielmo, & Ricardo instetissent per me subscribi dubium, an testes remissoriales fuissent validè examinati, postea verò citati ad informandum non comparerent, Quirino tantùm informante fuit conclusum pro validitate examinis. Et quantum ad primum obiectum, quod Decanus Cathedralis prima vice recusasset onus remissoriæ, & postea non posset illud reassumere, neque alij coniudices procedere, fuit dictum neutrum subsistere. Non primum, quia iudices erant deputati insolidum, vnde vno recusante potuit alius procedere, *c. prudentiam, §. adijcimus, de off. deleg. c. plures, eo tit. in 6.* Non secundùm, quia nullo iure cauetur, quòd ille qui semel se excusauit, non possit iterùm acceptare iurisd. vltra quòd remansit alter, penes quem erat tota iurisdictio, & in istis quæ spectant ad solemnitatem, vtile per inutile non vitiatur, Felin. post Bald. & alios *in cap. cum dilecta n. 14. vers. & dicit Paulus de rescript.* 1

Quatum ad secundam nullitatem deductam ex eo, quòd processus non sit subscriptus ab vtroque Notario, vltra quòd non concernit præcisè validitatem examinis, in quo interuenit vterque Notarius, fuit dictum quòd ex quo altera pars recusauit conducere suum Notarium, valebant gesta per vnum tantùm, vt aliàs fuit decisum in causa Agrigentina illegitimitatis 9. Iunij 1597. coram Orano; sufficit etiam, quòd processus reperiatur ab vtroque iudice subscriptus, Rot. in causa Catanien. antiquæ illegitimitatis 29. Maij 1598. coram eodem Orano. 2

Quoad tertiam nullitatem, quòd testes non sint examinati in domo Decani Cathedralis loco deputato, sed in domo Decani sancti Ioannis, fuit dictum, quòd ex quo ille locus non fuit positus in rotulo Remissoriæ, sed fuit electus à iudicibus Remissoriæ, potuerunt iudices ab huiusmodi electione recedere, & alium locum deputare, si tamen ista noua deputatio fuit intimata partibus, Rot. in Legionen. S. Facundi 19. Martij 1590. coram Illustrissimo Pamphilio. 3

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. recor. Gregorio XV.

Romana prætensi erroris calculi.

Lunæ 21. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Inuentarium non afficit non citatos, & vt suffragetur, debet continere omnia in hæreditate reperta. Item statut. vrb. de contract. minor. habet locum in diuisione, permutatione, ac in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest, & in ratificatione, nec statuto satisfit per

de-

deputationem curatoris, vbi adsunt consanguinei, & an habeat locum in contractu gesto inter minores,& an minor maior factus censeatur ratificasse contractum in minori ætate gestum absque solemnitatibus.

S V M M A R I V M.

Inuentarium non afficit non citatos, quorum interesse erat certum, num.1.

Inuentarium, vt suffragetur debet continere omnia bona in hæreditate reperta, maxime ad effectum, vt ex eo possit desumi concludens probatio quantitatis bonorum hæreditariorum, n.2.

Amplia etiamsi omissio non fuerit dolosa, sed erronea, ibid.

Statutum vrbis cap.151.lib.1.de contract. minor. sine cert. solemnit. non valit. *habet locum in diuisione, transactione, & permutatione, ac in quolibet contractu, in quo minor lædi potest, n.3.*

Diuisio est species transactionis, ibid.

Diuisio est permutatio, ibid.

Ratificatio contractus requirit easdem solemnitates, quæ requiruntur in celebratione ipsius, n.4.

Ratificatio reconciliat ea, quæ pendet ab animo, non autem ea quæ pendent ex aliqua forma, vel ex aliqua anteriori potentia, ibid.

Consanguineus habens interesse non debet adhiberi pro authorizanda persona minoris in ipsius contractu iuxta formam statuti, ibid.

Contractus minoris, vbi impugnatur ex eo, quòd non interuenerint consanguinei iuxta formam statuti debet probari, quod de dicto tempore adessent consanguinei, qui interuenire potuissent, n.4.

Statuto vrbis requirenti interuentum consanguineorum, & decretum iudicis in contractu minoris non satisfit per deputationem curatoris, vbi consanguinei interuenire possunt, nec per decretum iudicis absque interuentu consanguineorum, n.5.

Priuilegiatus non potest vti priuilegio contra æquè priuilegiatum, n.6.

Fallit primò, quando vnus tractat de damno, alter de lucro, ibid.

Fallit secundò, quando vterque tractat de damno, alter tamen conuenitur, quia potior est causa eius, qui conuenitur, ibid.

Excipere de iure tertij non licet, ibid.

Maior, vt vtatur iure minoris duo requiruntur, quòd sint litis consortes, & quod res sit indiuidua, ibid.

Minor censetur ratificasse actum in minori ætate gestum, si per plures annos maior factus tacuit, n.7.

Fallit vbi statutum præsumit in actu gesto à minore dolum, ibid.

Fallit secundò, vbi vltra omissionem decreti iudicis actus est nullus ex alio capite, ibid.

Fallit tertio non probata scientia nullitatis, ibid.

Restitutio acceptorum non debet fieri ab impugnante contractum ex capite nullitatis, num.8.

D E C I S I O CCXCIII.

1 VIsum fuit Dominis iura à Michaele Angelo exhibita, illi non suffragari; nam inuentarium non afficit Alexandrum, & alios fratres non citatos in eius confectione; quorum tamen interesse erat certum & notum, Bart. *in l. fin. §.cùm igitur num.3.de iure deliber.* Bal. *in auth. sed cum testator, C. ad l. falcid.* Dec. *cons.633.num.8.* Aym. *cons.225. num.1.* fuit dictum in Romana restitutionis dotis de Rusconibus 17. Martij 1600. coram Reu. P. D. meo Sacrato, & eo minus, quia non continet omnia bona hæreditatis; nam fuit omissum ius Gazaga, quod potissimum est, & principalissimum ius Hebræorum in vrbe, & erat notabilis valoris, cùm fuerit à Michaele Angelo venditum pretio scut.2700.

2 Clarum est enim in inuentario esse describenda omnia bona & iura in hæreditate reperta, *l. si quis intra, C. de bon. præscript. l. fin. §. sin autem dubius, C. de iure delib. l. fin. C. de arb. tut.* Dec. *cons.633.num.10.* cum alijs per Honded. *cons.34.n.12.lib.1.* præsertim quia non agitur ad effectum, vt Michael Angelus per talem omissionem dicatur amisisse beneficium inuentarij, sed solùm vt ex eo non possit desumi concludens probatio quantitatis bonorum hæreditariorum, prout alias distinxit Rota in dicta Romana de Rusconibus 18. Martij 1602. & in vna Bononien. dotis 11. Decembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Ortimbergo, & procedit quando etiam omissio non fuisset dolosa, sed erronea, prout in libris rationum, & in alijs sæpiùs resoluit Rota, & signanter in Vrbinaten. redditionis computorum 19. Nouembris 1602. coram R. P. D. meo Lancellotto, in Romana pecuniaria 9. Decembr. eiusdem anni coram me, & in Papien. bonorum 1. Iulij 1605. coram R. P. D. meo Ortimbergo.

3 Idem fuit conclusum, quoad instrumentum diuisionis, quia tempore celebrationis, Alexander & alij fratres erant minores, nec fuit seruata forma statuti vrbis *in cap.151. lib.1.* Domini enim non dubitabant statutum habere locum in diuisione, cùm procedat in quolibet contractu, in quo minor lædi potest, Put. *decis.162. in 2. dub. lib.1.* fuit dictum in Romana releuationis indemnitatis 22. Maij 1602. coram Reu. P. D. meo Ortimberg. & Camerinen. translationis 24. Maij 1606. coram me. In qua referuntur aliæ decisiones. Et facit quia habet locum in transactione, Put. *decis.4. de constit.* Caputaq. *decis.195. part.2.* fuit resolutum in dicta Camerinen. & per consequens etiam in diuisione, quæ est species transactionis, *l. tres fratres*, vbi Bart. Alex. & Ias. *ff. de transact.* Fulgos. *cons. 120. in princ.* Tiber. Decian. *cons.104. lib.1.* Item habere locum in permutatione, tenuit Rota in Romana de sancta Cruce coram D. meo Sacrato: diuisio autem est permutatio, *l. cum pater, §. hæreditatem post mortem*, & ibi Bart. & Bal. *ff. de legat.2.* latè Tiraq. *de retract. lignag. §.32. glos. vnic. num.88.*

4 Nec facienda est vis, quòd instrumentum sit potiùs acceptationis, & approbationis diuisionis per priùs factæ, quia eadem solemnitas est necessaria in ratificatione contractus, quæ requiritur in celebratione ipsius contractus, *l. si vt proponis, C. de nupt. l. nuptiæ, ff. de rit. nupt.* Rom. *cons. 12. num.6.* Aret. *cons.128. num.1.* Dec. *cons.136. num.6.* Bero. *cons.134. lib.1.* fuit dictum in vna Camerinen. prædij 10. Nouembris 1597. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, Nam, vt dicit Bal. *in l. mancipia per illum textum, Cod. de rebus alienis*, ratificatio reconciliat ea quæ pendet ab animo, sed non ea quæ pendent ex aliqua forma, vel ex alia anteriori potentia, & infert ad ratificationem minoris, & idem dicit ibi Salyc. Defectus autem est circa interuentum consanguineorum, qui à statuto requiritur. Nam fuit adhibitus D. Vgo Boncompagnus, qui vti habens interesse expresè reijciebatur à statuto, & quando non fuisset expresè rejectus, non erat admittendus, Guil. *de remed. in repet. cap. Raynutius num.254. de testam.* latè Lambert. *de contract. mul. glos.10. num.30.* interesse autem est clarum ex partitis sui crediti summa scutorum sex millium in circa continentibus positi pro veris & canonizatis in dicto instrumento, qui aliunde non iustificantur. Accedit quòd D. Vgo solus interuenit, statutum autem requirit præsentiam duorum consanguineorum, & licèt probari debeat, quòd vltra ipsum Vgonem adessent alij consanguinei qui stipulatione interuenire potuissent, vt fuit latè deductum in Romana census scut. 23. Februarij præteriti coram me; tamen concludentissimè probatur per tres testes præsentia de illo tempore D. Pauli Ghislerijs, & alterius consanguinei.

5 Deputatio curatoris non supplet defectum consanguineorum quando possunt interuenire, sed quando adhiberi non possunt, vt expresè cantat statutum, decretum iudicis non releuat, quia cùm statutum duo requirat, decretum, & præsentiam consanguineorum, non sufficit quòd alterum tantùm interueniat, *l. si hæredi plures, ff. de condit. & demonstr. cap. vbi periculum, §. certum de elect. in 6.* glos. & Doct. *in l. mancipia, C. de seru. fugit.*

6 Non obstat, quòd in stipulatione interuenerit Franciscus Maria alter frater, qui pariter erat minor, & priuilegiatus non possit vti priuilegio contra æquè priuilegiatum, quia vltra quòd regula non procedit quando vnus tractat de damno, alter de lucro, vel quando (vt saltem est casus de quo agitur) vterque de damno, alter tamen conuenitur, quia potior est causa eius, qui conuenitur, vt latè per Lamberteng. *de contract. mulier. in fin. n.125.* Franciscus Maria non est in lite, & cum eo non agitur, vnde in hoc Michael Angelus dat de iure tertij, quod non licet, *l. loci corpus, §. competit, ff. si seruit. vend. l.1. & 2. ff. si ager vectig. l. cùm seruum, Cod. de seru. fugit.* Et vt maior vtatur

iure

iure minoris, duo requiruntur, quòd sint litis consortes, & quòd res sit indiuidua, vt per Afflict. *decis.* 213.

7 Non obstat, quòd Alexander & alij maiores facti per plures annos tacuerint, & ob id censeantur ratificasse divisionem, iuxt. *l. fin. C. si maior. fact.* quia statutum præsumit dolum, quo dato, non intrat præsumptio, *d.l.* Roman. *cons.* 54. *in fin.* Ruin. *cons.* 170. *sub num.* 29. *lib.* 1. Curt. iun. *cons.* 50. *num.* 9. Caputaq. *decis.* 1. *part.* 3. fuit dictum in Romana donationis de Cuppis 5. Iulij 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio pract. per dispositionem *d.l. fin.* suppletur tantùm defectus decreti iudicis, non autem tolluntur aliæ nullitates, ex recepta DD. sententia, de qua latè per Surd. *cons.* 49. *num.* 29. quam sequuta est Rota in supra allegata Camerinen. transactionis, præsertim non probata scientia nullitatis, Surd. *ibi n.* 32. qui alios congerit, vt fuit dictum in dicta Camerinen. transactionis.

8 Quæ dicuntur de restitutione facienda receptorum in primis, & ante omnia, iuxt. *l. si diuersa, C. de transact.* non applicantur, quia non agitur de rescissione, sed de nullitate contractus, vt fuit dictum in vna Tirasonen. decimarum de Tudela 4. Februarij 1577. coram Robusterio in Mediolanen. legati 1593. coram Gipsio in Rauennaten. bonorum de Viuolis 11. Decembris 1606. coram R. P. D. Manzanedo, & in alijs sæpissimè, &c.

R. P. D. SACRATO,
Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana annuæ præsentationis,

Lune 28. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Fideicommissaria bona quando possint ex causa dotis alienari,

SVMMARIVM.

Fideicommissaria bona possunt ex causa dotis mulieris descendentis à fideicommittente alienari in subsidium, quatenus scilicet alia bona non adfuerint, n. 1.

Fideicommissaria bona possunt ex causa dotis alienari, quatenus fructus bonorum fideicommisso subiectorum non fuerint sufficientes, n. 2.

Fatalia non currunt consultore electo iuxta formam statuti vrbis, nisi a die quo consultor acceptauit, & acceptatio fuerit parti notificata, n. 3.

DECISIO CCXCIV.

1 CEnsuerunt Domini posse Magdalenos, quatenus sint vocati ad fideicommissum, dare de nullitate subhastationis & dationis in solutum; nam etsi pro dote mulieris descendentis à fideicommittente possint alienari bona fideicommisso subiecta, *l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. auth. res quæ, C. commun. de leg.* & alienatio, siue subhastatio in proposita facti specie fuerit facta ex dicta causa: attamen nihilum interfuit fideicommissarium, quòd alienatio fuerit facta seruatis seruandis, hoc est, quatenus non adfuerint alia bona, *d. auth. res, quæ, ibi, sed si liberis portio non sufficit, C. commun. de leg. §. si vero,* & ipsam ibi alienam non habens substantiam, *auth. de restit.* Bald. *cons.* 468. *vol.* 4. Alex. *cons.* 56. *n.* 3. *vol.* 1.

2 Et quatenus fructus bonor. fideicom. subiect. non fuerint sufficientes, ad *l. mulier, §. cum proponeretur,* ibi, *potius fructibus hoc expensum ferendum,* & ibi not. glos. Cuman. Castr. Alex. & alij, *ff. ad Trebell.* Roman. *cons.* 232. *circa fin.* non quòd dos fuerit congrua, ne aliàs vltra necessitatem fideicommissum dilapidaretur, *d. auth. res quæ,* in illis verbis, *pro modo honestatis personarum congruo,* & ibi glos. *in verb. obligationem,* Salicet. *num.* 2. Ias. *num.* 27. *Cod. comm. de leg.* Ruin. *cons.* 137. *num.* 17. *vol.* 2. cum alijs per Rolan. *cons.* 19. *num.* 7. *volum.* 4. Non quia fortè Magdaleni obtulissent dotem, & sic fecissent cessare remedium subsidiarium alienationis fideicommissi. Item quòd subhastatio, & datio in solutum fieret iusto pretio (non autem pro tertia parte pluris, prout dicitur fuisse factum) vt tantò minus diminueretur de fideicommisso. Ex quibus non visum fuit posse repelli Magdalenos, eo prætextu, quòd eorum non intersit, an subhastatio, & datio in solutum fuerit nulla, vel ne.

3 Secundò opponebatur non posse Magdalenos post annum dare de nullitate obstante statuto vrbis; *lib.* 1. *cap.* 189. Sed in hoc fuit approbata responsio, quòd cùm fuerit petitus consultor, nec alibi appareat, quòd ipse acceptauerit, non potuisse ante acceptationem currere fatalia, obstante eodem statuto *lib.* 1. *cap.* 185. Quinimò non sufficeret dicere de acceptatione, nisi etiam appareret hoc peruenisse ad notitiam partis, vt latè per Alex. qui loquitur in specie, *cons.* 34. *num.* 5. *vers. super eo, & num.* 6. *lib.* 1.

R. P. D. PIROVANO.

Firmana iurispatronatus.

Luna 28. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

De probatione obseruantiæ in præsentationibus patronorum effectuatis.

SVMMARIVM.

Obseruantia in præsentationibus factis à patronis, & earum effectuationibus, ex quibus actibus probata censeatur, num. 2.

Præsentationis effectus dicitur probatus quando ex persona vnius præsentati fit postea præsentatio, & institutio alteri, ibid.

Obseruantia probata dicitur per plures actus vniformes, iuncto cursu tanti temporis, de quo ibid in fine.

Obseruantia probata per duos, vel tres actus, vt inducta dicatur, quantum tempus requiratur, ibid.

Soluens dicatur approbare causam, pro qua soluit, n. 3.

DECISIO CCXCV.

QVamuis primo loco fuerit decisum, Gabrielem ad altare SS. Stephani, & Antonini esse instituendum, quia respectu sancti Antonini constabat de illius patronatu ex dotatione, & fundatione; respectu verò sancti Stephani apparebat de illius vnione per 40. annos ante Concilium Tridentinum effectuata. Attamen dubio iterum proposito, Domini valdè dubitarunt vnionem fieri non potuisse per Ordinarium de beneficio libero ad beneficium de iurepatronatus. Et quia fundamentum Gabrielis nedum versabatur super auctoritate Ordinarij, sed etiam super præsumpta confirmatione Apostolica, quæ ex obseruantia, & cursu nonaginta annorum deducebatur, placuit Dominis strictè videre de obseruantia. De qua constare dixerunt, quia ab anno 1514. quo tempore beneficium sancti Stephani vnitum fuit per Ordinarium Firmanum beneficio sancti Antonini de iurepatronatus, & cum consensu Capituli Firmani, cum obligatione solidorum 16. singulis annis soluendorum Episcopatui Firmano pro recognitione dominij. 1

Apparet vnionem effectum habuisse, cùm de anno 1518. vacantibus beneficijs per resignationem, reperitur facta institutio ad præsentationem dominorum de Paganis in personam Angeli de Paganis, qui Angelus 1552. beneficia resignauit, & per illius resignationem fuit præsentatus, & institutus Horatius Paganus, quo defuncto de anno 1557. fuit præsentatus, & institutus Iacobus Philippus de Montegiberto, per cuius obitum de anno sequenti fuit præsentatus Papirius Paganus, quo postremo loco decedente, & vacantibus dictis beneficijs, præsentationes, & institutiones de anno 1604. factæ fuerunt; prout omnia ex summario 3. 4. & 5. benè iustificantur, ita vt non videatur dubitandum, quin supra 90. annos vniformiter de dictis beneficijs sanctorum Stephani, & Antonini prouisum fuerit, quæ ad probationem obseruantiæ sufficiunt, tum ex multiplicatis prouisionibus per cessum, & decessum immediatè effectuatis ad patronorum præsentationem, seu de patronorum consensu secutis, qui consensus idem operatur, cùm habeat vim præsentationis, Crescen. *decis.* 27. & fuit resolutum sæpius, præsertim coram Bubalo in Ferulana iurispatronatus 7. Februarij 1583. ex quibus concludenter probari obseruantiam, tenuerunt Domini in vna Lucana Decanatus cor. bo. me. Clemente VIII. 21. Maij 1578. inter impressas 534. *n.* 3. *&* 4. *part.* 1. & in Bononien. iurispatronatus coram Robusterio 21. Martij 1574. inter impressas 598. *num.* 9. *part.* 1. vbi eo modo dicitur probari effectus primæ præsentationis, quando ex persona vnius præsentati fit postea præsen- 2

sen-

ſentatio, & inſtitutio alteri, ex Oldrad. *conſ.* 229. & Lambert. qui allegantur in ea, & eſt regulare probari obſeruantiam, quando actus ſunt plures, & vniformes, Alex. *conſ.* 5. *num.* 7. *&* 9. *lib.* 5. Rip. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres n.* 49. *ff. de verb. oblig.* Ioſeph. Ludou. *ſua concluſ.* 38. *verſ. ampliatur* 3. Tum etiam ex decurſu tanti temporis 90. ſcilicet annorum, quod nedum ad probationem obſeruantiæ ſuffragatur, quæ minori tempore contenta eſt ſi concurrant duo, vel tres actus, Rota in nou. *deciſ.* 6. vbi add. *num.* 7. *de conſuetud.* Ioſeph. Ludou. *d. concluſ.* 38. *verſ. ampliatur* 2. ſed etiam ad eius præſcriptionem legitimè probandam, vt benè probauit in terminis vnionis Oldrad. *conſ.* 296. *num.* 3.

3 Vltra quòd etiam adminiculatur obſeruantia vnionis ex ſolutione ſolidorum 16. annorum pro Archiepiſcopo Firmano in ipſa vnione reſeruatorum, vt ex quadam fide, cuius copia datur in ſummario *num.* 9. quæ ſolutio ſatis videtur probare vnionem obſeruatam fuiſſe ab Epiſcopo Firmano eo modo, *l. ad ſolutionem, Cod. de re iud.* Crauet. *conſ.* 158. *num.* 4.

Super effectu autem eius obſeruantiæ Domini nihil voluerunt deliberare, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

poſteà ſan. mem. Gregorio XV.

Romana cenſus.

Veneris 4. *Iulij* 1610.

ARGVMENTVM.

Cenſus non cenſetur extinctus per depoſitum ſortis non integrum, nec factum citata parte.

SVMMARIVM.

Depoſitum factum non citata parte non releuat, n. 1.

Depoſitum non integrum non releuat, num. 2. *&* 4. *vbi etiamſi deficiat in vno nummo.*

Negatiua non ſolutionis non eſt probanda per creditorem; ſed affirmatiua per debitorem, n. 3.

Subhaſtatio facta pro plus debito, etiamſi excedat in minimo, nulla eſt, num. 5.

DECISIO CCXCVI.

1 ANtonius Gibertus de anno 1565. emit domum à Peregrino Solognia, & pro reſiduo pretij quod erat ſcutorum 929. impoſuit ſuper omnibus bonis ſuis cenſum ſcutorum 8. pro quolibet centenario dictæ ſummæ; quem cenſum pro ſoluto dedit venditori, de anno 1565. Gibertus vendidit dictam domum D. Iuliæ Ceruariæ, qui ad computum pretij aſſumpſit in ſe onus dicti cenſus de anno 1567. D. Iulia viuente Peregrino venditore de eius ordine ſoluit ſcut. 450. de ſorte, & pretio dicti cenſus Gregoriæ & Paulinæ ipſius vxori & cognatæ reſpectiuè.

2 Defuncto Peregrino cùm D. Iulia moleſtaretur à pluribus D. Peregrini creditoribus, coram Cardinalibus Congregationis atque Solonis, de eorum mandato depoſuit ſcut. 479. quod erat reſiduum pretij cenſus, & quod fuit dictis creditoribus conſignatum mortua D. Iulia Hoſpitale ſancti Iacobi incurabilium vti hæres D. Peregrini Solognæ conuenit Illuſtr. D. Cardinalem Verallum, & D. Ioan. Baptiſtam fratrem hæredes Iuliæ pro fructibus dicti cenſus, & obtinuit mandatum, quod fuit exequutum ſuper quadam eorum domo, quæ fuit ſubhaſtata, prædicti hæredes habita poſt longum tempus notitia depoſiti facti per D. Iuliam iudicium monerunt contra d. Hoſpitale pro recuperatione pecuniarum ſolutarum mediante ſubhaſtatione vnà cum damnis & intereſſe, quod iudicium terminari obtinuerunt cum voto Rotæ. Propterea propoſui dubium, an Hoſpitale teneretur ad dictam reſtitutionem, pro qua obtinenda pro parte hæredum allegabatur extinctio cenſus per ſolutionem ſcutorum 450. factam Gregoriæ & Paulinæ, de ordine venditoris per depoſitum ſcutorum 479. factum de an. 1572. cùm in prædictis duabus partitis contineatur ſumma ſcu. 929. quæ eſt integra ſors principalis, ſeu pretium dicti cenſus, & propterea non deberentur ampliùs aliqui fructus, & competeret reſtitutio indebiti ſolutorum: ſed contrarium fuit reſolutum, quia depoſitum factum fuit Hoſpitali non citato, quod tamen citari debuit, Iaſ. *conſ.* 9. *col. penult. verſ.* 2. *& meliùs lib.* 1. latè Rolan. *conſ.* 63. *n.* 31. *&* 32. *lib.* 1.

Neque obſtat, quòd comparens pro Hoſpitali dixerit repudiaſſe hæreditatem Peregrini, quia quando fuiſſet verus Procurator, talis aſſertio non præiudicaſſet principali: rurſus depoſitum non fuit integrum, cùm non fuerit factum vnà cum fructibus decurſis, *l. acceptam in princ.* & ibi gloſ. *in verſ. vſuris*, & Bald. *in* 6. *oppoſ. num.* 19. Paul. de Caſtr. *num.* 2. *C. de vſur.* 3

Nec facit quòd non probetur, quòd tempore depoſiti deberentur aliqui fructus, qui non fuerint ſoluti, quia Hoſpitale habet fundatam intentionem ſuper non ſolutione tanquam creditor, & non habet probare negatiuam non ſolutionis, ſed affirmatiuam ſolutionis, ex cumul. per Gabr. *de probat. concluſ.* 6. *in prima limitat. num.* 15. *& ſeq.* 4

Nec facit inueriſimilitudo adducta ex eo, quòd fuerit actum pro ſorte, & non pro fructibus, quod non fuiſſet factum ſi Iulia fuiſſet etiam debitrix fructuum, quia vltra quòd non ſolùm non ſufficeret ad probandam ſolutionem, tollitur etiam quia vltra ſortem principalem ſcut. 479. fuerunt etiam petita ſcut. 21. pro fructibus, quæ ſcuta 21. ſufficerent ad effectum vt depoſitum non dicatur integrum, & non releuet, cùm ſatis ſit quòd deficiat vnus nummus, ex cumulat. per Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *gloſ.* 6. *num.* 23. *& ſeqq.* per Foller. *de cenſib. in verb. inſtrumentum gratiæ num.* 49. 5

Accedit, quòd mandatum fuit obtentum pro fructibus decurſis ante prætenſam extinctionem, quod non ſolùm præſumi deberet pro validitate mandati & ſubhaſtationis, ſed etiam probatur ex calculo facto in reſponſione facti pro parte Hoſpitalis. Verùm iſte calculus non comprehendit ſummam ſcut. 393. in mandato comprehenſam, nam ſi ſcutis 70. debitis pro reſiduo pretij addantur ſcuta 112. quæ prætenduntur deberi pro fructibus decurſis à die 8. Octobris 1565. vſque ad diem 11. Martij 1567. quando fuerunt ſoluta ſcut. 450. ad computum ſortis principalis cenſus, & ſcut. 210. pro fructibus reſidui cenſus decurſis à die 11. Martij 1567. ad diem 29. Martij 1571. quando fuit factum depoſitum, iſtæ ſummæ coaceruatæ non aſcendunt ad ſcut. 393. ſed tantùm ad ſcut. 383. & propterea quando cenſus fuiſſet per depoſitum extinctus, apparet notorius exceſſus mandati, qui etiam in minimo vitiat mandatum & ſubhaſtationem inde ſequutam, vt fuit latè deductum in Melphien. ſpoliorum 10 Octobris 1576. coram Cantuccio, in Aſſiſien. ſubhaſtationis 15. Nouembris 1596. coram Orano, & in Romana ſpolij 21. Februarij 1600. coram Iuſto, & ſicuti non poſſet ſuſtineri ex fructibus poſt extinctionem decurſis, ita neque ex debitis ante diem 8. Octobris 1565. cùm petitio ſit reſtricta ad fructus poſt dictam diem decurſos, &c. 6

R. P. D. SACRATO,

poſteà S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ.

Veneris 12. *Nouembris* 1610.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione, quæ magiſtralis eſt, plura explicantur notanda, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Decretum iudicis cenſetur approbatum in totum per ſimplicem eiuſdem decreti vſum, abſque declaratione, vel proteſtatione, num. 1.

Fundus dotalis dicitur, quando ille emitur ex pecunia dotali, marito & vxore præſentibus, & non contradicentibus, ibid.

Iudex non impartitur officium ſuum, niſi petenti, n. 2.

Iudex per ſuum decretum in contractu mulieris cenſetur interueniſſe, ne ipſa mulier propter fragilitatem ſexus patiatur aliquod detrimentum, ibid.

Fundus emptus de pecunijs vxoris non eſt dotalis, n. 3.

Præſumitur de præſenti in præteritum, ſtante præſertim decreto iudicis, n. 4.

Fundus dotalis dicitur ſi fuerit emptus de pecunia dotali, & de voluntate vxoris, etiam quod non fuerit emptus nomine vxoris, n. 5. *vbi ampliùs quod ſufficit voluntatem vxoris acceſſiſſe ex poſt facto.*

Creditores mariti non poſſunt venire contra fundum dotalem

talem dando de iure fideicommissariorum, num.6.
Mulier non potest, nec tacitè, nec expresse suis iuribus dotalibus praeiudicare, num.7.

DECISIO CCXCVII.

1 DOmini persliterunt in decisis in hac causa, sub die 18.Iunij proximi, etiamsi non adesset mandatum testatoris de inuestiendo alijs fundamentis, de quibus in prædicta decisione. Ad illud quòd decretum iudicis fuerit approbatum respectu exactionis, non antem respectu eius, quòd fundus deberet esse dotalis, fuit responsum, quòd simplex vsus absque declaratione, vel protestatione inducit approbationem quoad omnia, *l. si praecedente in fin. ff. mand.* Bald. *cons.184. num.5. vol.2.* Alex. *cons.117. num.12. vol.5.* latè Crauett. *cons.237. num.2. & 3.* vltra quòd sufficeret sola præsentia vtriusque coniugis absque contradictione, quæ habet vim consensus, ex reg. *cap. qui tacet de regul. iur. in 6.* quæ præcipuè habet locum in iudicialibus, *cap.2.* & ibi glos. *verb. reclamante de accus. in 6.* Bart. *in l.1. n.6. C. de relat.* Ias. *in repet. l. admonendi n.20. ff. de iur. iur.* Dec. *in c. quoniam contra n.38. vers. & praedicta de prob.*

2 Ad aliud, quòd iudex non potuerit facere fundum dotalem, cùm partes hoc non peterent, & iudex non impartiatur officium suum, nisi petentibus, ex *l. vt fundus in fin. ff. communi diuid.* cum alleg. fuit responsum duobus modis. Primò, quidquid sit in alijs materijs, conclusionem non posse habere locum in ista, in qua iudex interuenit ne mulier pro fragilitate sexus detrimentum patiatur, iuxta statutum Vrbis, *lib.1. cap.151. in princ.* atque exinde videtur iudex adhibitus, vt suppleat ex officio, quia aliàs mulier ex sui fragilitate, nescit petere quæ sibi futura sint proficua. Secundò, fuit dictum præsentiam sine contradictione, & vsu decreti supplere instantiam, ex suprà allegatis.

3 Ad tertium, quòd iudicis intentio non fuerit, quòd fundus efficeretur dotalis, quia non stetit in simplicibus verbis, quòd fundus deberet esse dotalis, sed addidit alia verba, ibi, *tanquam emptus de proprijs pecunijs Iuliae*, vnde inferebatur, quòd cùm ista ratio non concludat per necesse fundum dotalem, iuxt. not. *in l. ex pecunia, Cod. de iur. dot.* minus concludebat dictum, fuit responsum, prædicta verba non stare taxatiuè, sed demonstratiuè, quod patet tam ex claritate verborum præcedentium, quàm subsequentium, ex quo iudex vetuit ne vinea posset vendi, aut alienati sine licentia Margaritæ, & facto reinuestimento ad fauorem Iuliæ, quod propriè denotat naturam fundi dotalis, *l. dotali, ff. de fund. dotal.*

4 Ad quartum, quòd ita demum efficiatur fundus dotalis, si expediat mulieri, placuit responsio data in decisione, quòd in hoc præsumatur pro decreto iudicis, stante maximè præsenti statu, in quo apparet de maxima vtilitate mulieris; nam etsi status præsens non probet præteritum: attamen concurrente præcipua coniectura decreti iudicis, de quo suprà, videtur quòd ex statu præsenti possit præsumi in præteritum, Salic. *in l. ex persona iuxt. fin. C. de prob.* Alex. *cons.16. num.1. in fin. lib.5.* Alciat. *de praesumpt. reg.26. num.5.* Rota in causa Bononien. iuris macinandi 23.Maij 1578. coram Cantuccio relat. inter diuers. impres. *decis.70. num.11. part.2.*

5 Ad quintum, quòd vinea minimè fuerit empta nomine vxoris, fuit dictum, sufficere quòd fuerit empta de eius voluntate ad istum effectum, licèt non interuenerit eius nomen, Alex. *in l. si cùm dotem, §. fin. num.4. circa med. ff. sol. matrim.* Campeg. *de dote part.4. quaest.8. num.1. vers. secundo saluari potest*, de voluntate autem constat tam ex præmissis, quàm ex subsequutis, ex quo Iulia in quitantia declarauit, se accepisse pecunias pro soluendo pretio vineæ, quæ voluntas etiam ex post facto sufficit ad præteritum effectum, Alex. *d. §. fin. num.4. vers. primo quia*, Campeg. *vbi suprà n.1. circa med. vers. puto tamen*. Quinimò etiamsi vinea verè effecta fuisset mariti, adhuc potuit commutari, & effici fundus dotalis, *l. ita constante, cum l. seq. ff. de iur. dot. l. si mulier, ff. de pact. dotal.* cum alijs per Paris. *cons.128. n.1. & 2. lib.1.*

6 Ad sextum, quòd scuta 500. tamquam fideicommisso subiecta non possint inuestiri in vinea, taliter quòd fieret fundus dotalis, omisso an istæ pecuniæ, quæ succedebant loco legitimæ, potuerint grauari fideicommisso, & ex hoc impediretur conuentio inter maritum, & vxorem quòd fundus deberet esse dotalis, fuit dictum, quòd in omnem euentum non possent creditores mariti, qui modò veniunt ad causam, dare de huiusmodi iure fideicommissariorum, Oldrad. *cons.139. num.7. vers. nec etiam*, Dec. *cons.248. num.8. vers. non obstat quod dominus*, Soc. iun. *cons.71. num.7. lib.2.* maximè modo quòd ipsemet substituti consenserunt protestando, quòd fieri deberet inuestimentum.

7 Ad septimum, & octauum, quòd Iulia posuerit hanc vineam in inuentario mariti, & quòd post mortem illius egerit pro scutis 500. pro suis dotibus, non autem pro vinea, fuit dictum ex prædictis constare de errore, & quòd mulier nec etiam expressè potuisset sibi præiudicare in suis iuribus, ad text. *in l. vnic. §. sed & cùm lex, C. de rei vxor. act. §.1. in fin. Instit. quib. alien. licet vel non l. etiam, ff. de fund. dot.* Bald. *in l. si praedium in princ. Cod. de iur. dot.* vnde multò minus tacitè, & inscienter, iuxt. not. *in l. nonnumquam, ff. de condit. & demonstr. l. expressa, ff. de reg. iur.* Surd. *cons.403. num.80. lib.3.*

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. recor. Gregorio XV.

Romana census, seu exequutionis.

Lunæ 15. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

Præsentia alicuius de certo tempore probatur ex pluribus, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Praesentia alicuius probatur ex verbis instrumenti sedens; *num.1.*
Praesentia necessario arguitur ex actu qui per absentes fieri non solet, ibid.
Instrumentum probat rem ita gestam, & factum ipsum non solum pro, sed etiam contra quemcumque, ibid.
Notarij scripturae standum est, num.2.
Stylus probatur per attestationem Notariorum, ibid.
Styli informationem potest iudex partibus non vocatis, & extraiudicialiter se informare, ibid.
Praesentia probatur ex pluribus, de quibus n.3.
Tempus medium probatis extremis praesumitur, ibid.

DECISIO CCXCVIII.

1 DOmini concorditer resoluerunt constare de præsentia bon. mem. Cardinalis Caetani in Vrbe die 18. mensis Martij anni 1591. in quo D. Dux sancti Gemini fideiussor accessit censui de quo agitur; quia eadem die Cardinalis sedens fecit decretum, quòd quædam bona restituerentur, Notario & testibus præsentibus. Verba enim *sedens*, &c. ex sui natura importans præsentiam, & eam probant, iuxta tradita per Felin. *in cap. tenor sub num.3. vers. fallit primò, de re iudic.* Imol. *cons.8. num.5.* Menoch. *praesumpt.19. num.7. lib.6.* Præsertim, quia decreta absentis interponi non solent, nec possunt: vnde ex interpositione necessariò arguitur præsentia, Paul. de Castr. *in l. Titia, §. penult. ff. de verbor. oblig.* Paris. *cons.154. num.11. lib.5.* Felin. *vbi suprà in secunda fallentia*, Menoch. *d. praesumpt.19. num.6.* & instrumentum dicti decreti probat præsentiam Cardinalis, non solùm inter partes, inter quas fuit interpositum, sed etiam quoad omnes, quia probat rem ita gestam, & factum ipsum pro & contra quemcumque, Bart. *in l.2. in prima lectura num.12*, vbi etiam Purpurat. *num.96. & 98.* Cagnol. *num.110. Cod. de eden.* Aymon. *cons.65. num.6.* Couarr. *practicar. quaest. cap.20. in fin.*

2 Nec potest prætendi decretum factum fuisse alia die, quia cùm Notarius scripserit de die 18. standum est eius scripturæ, iuxta trad. per Felin. *in cap. quoniam contra n.35. de probation.* Dec. *cons.88. num.9. in fin.* & concurrit fides Notariorum Cameræ, quòd verè & realiter decreta huiusmodi solent scribi & adnotari sub eademmet die, in qua interponuntur, statur autem Notariorum attestationi & probationi styli, Rimin. iun. *cons.33. num.15. & seqq.* decis. Pedemont. 22. *num.16. in fine*, & de eo potest iudex partibus non vocatis, & extraiudicialiter se informare, Bart. *in l.3. in fine, ff. de testib.* Bald. *in l.1. in fine, C. vt qui des. Aduoc.* Boer. *cons.8. num.17.*

3 Hanc præsentiam probat tertius testis, qui dicit se de
hoc

hoc perfectè recordari, & reddit bonam rationem, quia quotidie tractabat cum Cardinali de re ardua, nempe de conducendo frumento ad vrbem in maxima penuria laborantem. Adsunt alij duo testes familiares, stantes in continuo seruitio Cardinalis, & propterea optimè informati, qui deponunt de præsentia in Vrbe per totum mensem Martij,& subdunt quòd non potuisset esse absens quòd ipsi nesciuissent, quia erant famuli inseruientes mensæ. Adduntur plura adminicula ex pluribus subscriptionibus factis per Cardinalem sub dicta die 18. probatur etiam præsentia in Vrbe paulò ante, & paulò post dictam diem, ita vt valdè verisimilis fiat præsentia de dicto tempore, ad not. *in cap. inter dilectos, de fid. instrument.* & per Alciat. *reg. 2. præsumpt. 22.* &c.

R. P. D. SACRATO,
Postea S. R. E. Cardinali.

Leodien. Fideicommissi.

Luna 19. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

Magistralis est hæc decisio, & exactissimè docet, an & quando qualitas in præcedenti dispositione apposita censeatur repetita in subsequenti.

SVMMARIVM.

Clausula apposita in præcedenti dispositione, quòd censeatur repetita in subsequenti, requiritur aut identitas rationis, aut vis ex natura sermonis, num. 1.

Pater præsumitur, quòd semper pro filio capiat bonum consilium, non sic in fratre, num. 2.

Qualitas adiecta in prima dispositione censetur repetita in secunda, quando iam prima, quam secunda dispositio ab vnico verbo legitur, & sub vnica oratione continetur, declara vt num. 3. & seqq.

Qualitas apposita in præcedenti dispositione non censetur repetita in subsequenti, quando inter vnam, & alteram dispositionem adest ratio diuersitatis, etiamsi alias sermo esset de sui natura repetitiuus, dummodo secunda dispositio aliquid operetur, num. 4.

Relatio non censetur facta ad omnia contenta in relato, stante diuersitate rationis, ibid.

Oratio vnica non æquè determinat omnia determinabilia stante diuersitate rationis, ibid.

Qualitates duæ si apponuntur in vna parte orationis, si in alia sequenti fit mentio de vna tantum qualitate, altera censetur consultò omissa, n. 5.

Verba semper interpretantur ne sequatur absurdum, vel repugnantia, num. 6.

Testator quando in testamento suo plures vocauit habens facultatem disponendi, non potest vni soli gratificari, ibid. in fine.

DECISIO CCXCIX.

1 VErba testamenti nobilis quondam Ioannis de Renesse erant infrascripta, quod D. Renatus de Renesse hæc dominia, & bona non poterit hypothecæ, seu pignori apponere, vendere, aut alienare, neque grauare, nisi donatio, siue dote ad vsum, seu in rem vxoris eius vita durante, aut in euentum quo esset captiuus personaliter, sed post eius mortem deuoluentur ad liberos eius legitimos, quemadmodum præteritus Renatus ea de re statuet, & disponet, aut si de ijs non disposuisset ad eos, ad quos secundùm consuetudinem patriæ, & iura feudorum, ea debent per successionem deuolui, & casu quo præteritus Renatus non relinquat legitimos liberos, aut ijdem liberi moriantur non relictis vlterius legitimis liberis, tunc ad prædicti Renati fratres & sorores, aut eorum defectu ad eorum liberos, aut liberos liberorum, prout id iuxta iura patriæ, aut iura feudorum prouinciæ, sub qua ea sita sunt, & forum sortiuntur, fieri oportebit. Orta fuit controuersia, an per mortem Renati sine filijs factus esset locus fideicommisso ad fauorem Federici, & fratrum, ita vt Renatus non potuerit disponere ad fauorem Renati iunioris sibi ex fratre nepotis, & tota difficultas consistebat in eo, an facultas disponendi inter liberos data Renato censeretur repetita, etiam quoad fratres eiusdem Renati, & coram liberos, & quia causa erat grauis, & hinc inde acerrimè informabatur, non potui per aliquas vices habere resolutionem; tandem sub hac die fuit conclusum ad fauorem Federici, & fratrum. Mouit Dominos, quia ad inducendam repetitionem alterum est necessarium, nempe aut identitas rationis, aut vis & natura sermonis, Bald. *cons. 153. n. 2. vol. 5.* Bart. *in l. in repetendis per tot. ff. de leg. 3.* Natt. *cons. 570. num. 7.* Illustriss. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 180. n. 22. & 23.*

Quantum ad primum fuit consideratum non esse eandem rationem, quòd testator voluerit dare facultatem disponendi inter fratres sicut inter filios, quia inter filios testator potuit præsumere prout præsumit lex, quòd pater fuisset capturus bonum consilium pro illis, *l. patri furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. nec in ea, ff. de adulter.* Castr. *cons. 275. num. 6. lib. 1.* Dec. *cons. 26. num. 2.* Soc. Iun. *cons. 72. num. 21. lib. 3.* Bero. *cons. 50. num. 40. lib. 1.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 2. num. 6.* Inter fratres autem ista præsumptio non reperitur à iure approbata, imò potiùs reprobata, Corn. *cons. 161. num. 9. lib. 3.* Ruin. post Alberic. & alios *cons. 243. num. 52.* Alciat. *d. præsumpt. 2. num. 6.* quod tantò magis videtur habere locum in hoc casu, quòd Federic. & alij erant filij testatoris, & ipsi cogniti, vnde nulla cadit verisimilitudo, quòd istos voluerit relinquere arbitrio alterius, & intrat præsumptio, de qua suprà, quòd ipsemet pater voluerit capere consilium pro illis. 2

Quantum ad secundum informantes pro Renato eo potissimum fundamento nitebantur, quòd vocatio filiorum, & fratrum Renati senioris regatur ab vnico verbo *deuoluentur*, & personæ sint coniunctæ per dictionem, *&*, vnde inferebatur, quòd ista sit vnica oratio, & quòd qualitas adiecta in prima dispositione censeatur repetita in secunda, per doctr. Bart. *in l. in repetendis, ff. de leg. 3.* & clariùs *in l. Seia, § Caio num. 3. cum seqq. ff. de fund. instr.* Aret. *cons. 1. num. 10.* cum concord. qui fuerunt allegati. Cæterùm Domini omisso an doctrina Bart. sit omnino tuta, cùm ipsemet alibi contrarium senserit, vt aduertit Illustrissimus Mant. *de coniect. lib. 10. tit 6. num. 16.* & an procedat quando personæ comprehensæ in illa oratione sunt diuersi gradus, ex cumulatis per Decian. *cons. 1. num. 144. cum seqq. lib. 2.* & quando vocatio est facta in diuerso casu, Soc. Iun. post alios *cons. 142. num. 24. vers. tertio etiam lib. 3.* maximè si casus non possunt simul concurrere, sed vnus venit in defectum alterius, Bero. post eundem Bart. & alios *cons. 120. num. 75. vol. 2.* 3

Responderunt repetitionem etiam in eadem oratione non habere locum quando assignari potest diuersa ratio inter personam, & personam, vel casum, & casum, ita in terminis doctr. Bart. distinguit Crau. *cons. 443. num. 6.* Molin. *de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 59.* & pro regula quòd stante diuersitatis ratione non fiat repetitio, etiamsi aliàs sermo esset de sui natura repetitiuus, dummodo secunda dispositio sine repetitione remaneat vtilis, & apta aliquid operari, firmant Alex. *cons. 180. n. 11. lib. 6.* Decian. *cons. 17. n. 37 lib. 1.* & latiùs *cons. 1. num. 149. lib. 2.* Paris. post Bart. Dec. & alios *cons. 38. num. 28. lib. 2.* Bero. *cons. 120. num. 74. vers. præterea quando vol. 2.* & idem in terminis relationis, quòd stante diuersitatis ratione non fiat quoad omnia, latè Ruin. *cons. 64. num. 9. lib. 3.* & placuit etiam simile de determinatione, cuius natura licèt sit, omnia determinabilia æqualiter determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* attamen id minimè facit si est diuersitas rationis in determinabilius, Dec. *cons. 457. num. 12. vers. secundo responderi potest,* Rol. *cons. 74. n. 13. lib. 2.* Paris. *cons. 110. n. 15. lib. 3.* cum alijs per Surd. *cons. 426. n. 41.* & fuit coram me dictum in causa Terulen. pensionis 15. Decembr. 1600. Quanta autem differentia sit inter filios, vel inter fratres circa facultatem disponendi concessam Renato seniori, patet ex supradictis. 4

Secundo principaliter fuit dictum non esse locum doctrinæ Bart. & aliorum in proposito casu, quia quando in vna parte ponuntur duæ qualitates, tunc si de vna tantùm fiat mentio in sequenti dispositione, altera censetur consultò omissa, per reg. *l. cum prætor, de iud.* ita Cuman. *cons. 112. incip. ciuis quidam num. 1. vers. sed & tertio,* Alex. *cons. 188. n. 10. lib. 6.* Anan. *cons. 8. n. 5. vers. sed his non obstantibus,* Surd. *cons. 200. n. 26.* Illustrissimus Mantic. *d. lib. 10. tit. 6. num. 30. in fin.* Cùm igitur in proposito casu testator inuitauerit filios Renati, quemadmodum Renatus inter illos disponet, & illo non disponente secundum 5

con-

consuetudinem patriæ, & iura feudorum, & in vocatione fratrum Renati, & aliorum substitutorum adiecerit modum, seu qualitatem consuetudinis patriæ, & iurium feudorum, & omiserit aliam circa dispositionem à Renato faciendam, meritò illa censetur consultò omissa, per iura præallegata.

6 Fuit etiam consideratum, quòd licèt facultas disponendi concessa Renato censeretur repetita quoad fratres, & alios substitutos, adhuc ipse non potuisset relinquere omnia bona fideicommisso subiecta Renato iuniori, quia verba semper debent intelligi ne sequatur absurdum, *l. nam absurdum, ff. de bon. libert. l. 2. C. de condit. insert. cap. in Genesi de elect.* vel ne seqoatur repugnantia, *cap. inter dilectos, §. veterum de fid. instr.* cum concord. Esset autem nedum absurdum, quòd Renatus potuerit præponere remotiores proximioribus, sed etiam repugnantia, quia testator demum vocat filios fratrum si ipsi fratres non extitissent ibi, aut in eorum defectum ad eorum liberos, vnde in omnem casum debuisset Renatus disponere inter fratres, non autem illis exclusis relinquere nepotibus ex eisdem fratribus. Secundò dicebant aliqui ex Dominis neque inter pares in gradu potuisse Renatum omnia relinquere vni, quia testator semper vocauit plures, ibi, *post eius mortem deuoluentur ad liberos eius legitimos*, & ibi, *ad prædicti Renati fratres. & sorores*, & ibi, *in eorum defectum ad eorum liberos, aut liberos liberorum*, quando autem testator vocauit plures, quòd habens facultatem disponendi non possit gratificari vni soli, tradunt Castr. *cons. 97. incip. super primo quæsito num. 3. vol. 1. in l. Gallus, §. quod si num. 11. & seq. ff. de lib. & posthum.* Illustrissimus Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 18.* & fuit magis in specie decisum in causa Romana successionis 5. Nouembris 1608. coram R. P. D. meo Ortembergo.

R. P. D. MARQVEMONTIO, deinde S. R. E. Cardinali.

Messanen. iurisdictionis.

Mercurij 10. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

Ecclesia parochialis vt sit, plura concurrere debent, & an Episcopus possit habere curam particularem vnius parochialis, & apud quem dicatur residere cura animarum, vbi de alio non apparet.

SVMMARIVM.

Ratio potius quàm dictum testis debet attendi, n. 1.

Parochus propriè tenetur perquirere, an sui parochiani tempore Paschatis suscipiant Eucharistiæ Sacramentum, ibid.

Ecclesiarum pertinentia probatur ex onerum solutione, num. 2.

Cura Ecclesiæ parochialis non potest esse penes eos, qui ad nutum amouentur, num. 3.

Episcopus non potest habere curam animarum particularem vnius parochiæ, cùm illa sit incompatibilis cum Episcopatu, num. 4. vbi reprobatur cons. Oldrad. 67.

Parochialitas de iure non præsumitur, & est probanda, num. 5.

Ecclesia non dicitur parochialis quæ non habet parochum qui singulariter, & suo nomine curam in illa exerceat, num. 5.

Ecclesia parochialis non dicitur, quæ non habet limites distinctos, num. 6.

Cura animarum vbi de alio non apparet dicitur residere penes Ecclesiam matricem, num. 7.

DECISIO CCC.

CVm præsupposito, quòd Ecclesia sanctæ Mariæ Archipresbyteralis nuncupata sit parochialis, quòdque Archipresbyter sit dictæ Ecclesiæ verus, & perpetuus parochus, Domini steterunt in decisis die 1. Martij proximè præteriti, ex rationibus tunc deductis.

1 Quantum enim ad primum caput sententiæ, claræ sunt dispositiones plurium testium, qui magno consensu dicunt, Archipresbyterum esse solum parochum in toto castro, & districtu castri Regalis, nec subsistit, quòd rationes, quas ipsi reddunt, concludant circa iurisdictionem, non autem circa curam, ideòque intrat regula, quòd in testibus ratio potius, quàm dictum attendi debet, per Ayni. post Bald. & alios *cons. 56. n. 54. in fin.* Nam inter alia deducta in decisione reassumebant Domini præcipuè illud factum, quod specificè testes signant, videlicet, Dominum Archipresbyterum quotannis distribuisse signa, seu, vt ipsi dicunt, bullettinos, tempore Paschalis resurrectionis pro recognitione eorum, qui præceptum Ecclesiæ adimpleuissent, quæ res propriè spectat ad parochum, ad text. *in cap. omnis vtriusque sexus*, & ibi not.

2 Præterea depositiones testium coadiuuantur multis adminiculis aliàs consideratis, quibus nunc additur, quòd Archipresbyter soluit cathedraticum pro omnibus Ecclesijs, tam intra, quàm extra castrum Regale existentibus ad eum spectan. inter quas connumerantur Ecclesiæ, de quibus agitur, & non est dubium, quin ex onerum solutione probetur pertinentia, vt fuit dictum in Vlixbonensi iuris conferendi 2. Decembris 1605. coram bon. memor. Litta per text. *in Clem. 1. de iur. patr. & cap. 1. de Eccles. ædif.* Abb. *in cap. eam te num. 13.* Butr. *num. 14. de ætat. & qualit.*

3 Postremo cùm cura non possit esse penes Presbyteros istarum Ecclesiarum, quia in qualibet Ecclesia sunt plures, & amouibiles, & sine titulo, & pro libito discedunt ab Ecclesijs, & deserunt curam, quam non proprio nomine, sed alieno exercent, consequens est, vt sit penes illum Archipresbyterum, qui de suo iure dat multas probationes. Hæc enim cura necesse est, quòd penes aliquem resederat, & in hoc casu non requiritur alius, qui possit illam vendicare, vt in simili causa fuit ponderatum coram bon. mem. Cardinali Seraphino die Lunæ 14. Decembr. 1598. in Pampilonensi de Stella.

4 Nec obstat, quòd ex consilio Oldr. 67. dicitur istam curam esse posse penes Episcopum; nam Episcopus, qui habet curam totius diœcesis, non potest habere curam particularem vnius parochiæ, cùm illa sit incompatibilis cum Episcopatu, vt dixit Rota in supradicta Pampilonensi, in qua fuit allegata alia decisio in causa Pampilonensi de Pongorra coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & prius etiam fuerat dictum coram Robusterio in Toletana iuris nominandi 28. Ianuarij 1583. quæ est *decis. 309. part. 2. diuers.* vbi in specie prædictum consilium Oldradi reprobatur.

5 Secundum autem caput sententiæ, quòd Ecclesiæ sancti Saluatoris, sancti Nicolai, & sanctæ Marinæ non sint parochiales, remanet iustificatum, ex quo parochialitas, cùm de iure non præsumatur, probanda est, Bellam. *decis. 676. per tot.* hic autem ad perfectionem talis probationis deficiunt duo requisita, videlicet quòd istæ Ecclesiæ habeant parochum, qui singulariter, & suo nomine curam in illis exerceat, ex iuribus in prima decisione allegatis.

6 Insuper nec propriè est in dictis Ecclesijs certus populus; nam distinctio limitum non habetur, & hæc vel illa domus non est huic, vel illi Ecclesiæ semper attributa, sed duntaxat singulis Ecclesijs certus non domorum, aut familiarum, sed personarum numerus assignatur, nec personæ sunt semper eædem, sed sæpè, & pro libito immutantur, signum manifestum, quòd istæ sunt Capellæ extructæ pro succursu, & auxilio matricis Ecclesiæ, atque vt magis commodè, & minori turba fidelibus sacramenta possint ministrari, Lap. *alleg. 66.* Abb. & Butr. *vbi suprà*, Rebuff. *de decim. quæst. 6. n. 11.*

7 Quamdiu igitur dictæ Capellæ, seu Ecclesiæ non probant parochialitatem cum suis requisitis, cura totius Plebanatus censetur existere penes Ecclesiam matricem, quæ est vera parochia, etiamsi prædictæ Ecclesiæ auxiliatrices habeant curam certarum personarum, Abb. *cons. 58. par. 1. col. fin. vers. secundò possunt intelligi*, per text. & glos. *in c. ex transmissa de præsumpt.*

Non obstat, quòd istæ Ecclesiæ in quadam concordia de anno 1571. dicantur parochiales; nam id intelligendum est ratione fori pœnitentialis, & sacramentorum, quæ in illis administrantur, cùm enim deficiant alia requisita parochialitatis, declaratio illius enunciatiuæ aliunde petenda est, & habetur in visitatione facta de an. 1601. vbi dictæ Ecclesiæ dicuntur sacramentales, & Ecclesia Archipresbyteralis dicitur Ecclesia parochialis matrix. Item R. Archiepiscopus Messanensis et exerat ante biennium prædictas Ecclesias in parochiales, quam erectionem

non

non fuiſſe validam conſulenti Archipresbytero, reſpondit ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum ſac. Concilij Interpretum, quod eſt argumentum manifeſtum, nec eſſe, nec haberi pro verè parochialibus.

Et quidem in dicta concordia enumerantur plures præeminentiæ Eccleſiæ Archipresbyteralis, inter quas animaduerſione dignum eſt, quòd in feſtiuitatibus ſacratiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Aſſumptionis B. Virginis Mariæ cautum eſt expreſsè ne in dictis Eccleſijs Veſperæ poſſint celebrari, ſed quòd omnes illarum Eccleſiarum Clerici conuenire debeant ad Eccleſiam Archipresbyteralem: ſi enim illæ Eccleſiæ eſſent veræ parochiales, fuiſſet omninò inconueniens, quòd Rector, & alij Clerici, qui plures in qualibet dictarum Eccleſiarum exiſtunt, desererent ſuum populum, illumque celebratione diuinorum officiorum priuarent in feſtiuitatibus adeò ſolemnibus.

Quantum ad tertium caput ſententiæ, nihil eſt addendum deciſioni, ſententia enim diſponit Presbyteros eſſe approbandos, & eligendos ab Archiepiſcopo Meſſanenſi Ordinario, nec quoad hoc facit de Archipresbytero, aut de illius conſenſu aliquam mentionem, & quatenus diſponit per dictos Presbyteros ſic electos, & approbatas adminiſtrari poſſe ſacramenta in dictis Eccleſijs pro adiumento Archipresbyteri, penes quem omnimoda cura reſideat, remanet ſatis iuſtificata, ex ſupradictis, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

poſteà fel. rec. Gregorio XV.

Anconitana bonorum Sancti Apollinaris.

Lunæ 29. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

Spoliatus à iudice vt reſtituatur, debet probare iniuſtitiam, ſeu nullitatem ſententiæ, vltra alia duo extrema, & plura adducuntur ad probandam iniuſtitiam, & nullitatem ſententiæ latæ contra pupillos, & ſubhaſtationis, & deliberationis bonorum pupillorum.

SVMMARIVM.

Secundum extremum in ſpolio probatur per reintegrationem factam de mandato iudicis, n. 1.
Secundum extremum in ſpolio probatur ex ſuſtentatione litis, iunctis adminiculis, ibid.
Spoliatus à iudice vltra duo extrema debet probare, quòd iudex nulliter, & iniuſte proceſſerit, n. 2.
Mandatum iudicis exceſſiuum corruit in totum, ibid.
Sententia lata contra minores, ſeu pupillos indefenſos, nullo illis dato curatore nulla eſt, n. 3.
Fallit vbi conſtat pupillis nullas competere defenſiones, ibid. vbi quod de hoc conſtare debet notoriè.
Deliberatio vt valeat debet præcedere liquidatio crediti, num. 4.
Subhaſtatio rei minoris vt de iure valeat debet ſtare ſub haſta ſpatio 20. dierum, ibid.
Solemnitates requiſitæ in ſubhaſtatione non probantur per aſſertionem nuntij, n. 5.
Notario non creditur extra ea quæ ſpectant ad eius officium, ibid.
Sententia non transportatis actis alterius inſtantiæ nulla eſt, num. 6.
Spolium vltimum debet prius purgari, ibid.

DECISIO CCCI.

1 FVit reſolutum Leonis competere actionem ſpolij, & illos eſſe reintegram. Ratio reſolutionis fuit, quia de primo extremo conſtat, vt fuit reſolutum per duas deciſiones; & ſecundum, vltra quod non controuertitur, probatur ex reintegratione Rectoris vigore ſententiæ bon. mem. Iuſti, iuxta *deciſ. 802. num. 1. part. 1. diuerſ.* & ex ſuſtentatione litis, iunctis adminiculis, Verall. *deciſ. 369. part. 2.* & fuit dictum in Tuden. decimarum 13. Nouembris 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Platto, & in Mediolanen. ſpolij 26. Iunij 1609. coram R. P. D. Lancellotto: vnde ſequitur illos eſſe reintegrandos ad eorum poſſeſſionem, *cap. conquerente, & cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat.*

Verùm quia pro parte Rectoris ad impediendam rein- 2
tegrationem apponebatur illa duo extrema non ſufficere in iſto caſu, in quo interuenit authoritas iudicis, ſed tertium debere probari, nempè quòd iniuſtè, & nulliter fuerint per iudicem priuati, Dec. *conſ. 449. n. 30.* Abb. *in d. c. conquerente, ſub n. 8. verſ. aduertendum tamen eſt*, cum alijs adductis. Dixerunt DD. ſatis conſtare de iniuſtitia, & nullitate, ſiue attendamus immiſſionem Rectori conceſſam vigore brachij ſecularis ab A. C. relaxati, ſiue reintegrationem eiuſdem emanatam à bon. mem. Iuſto, tum ratione exceſſus, cùm mandatum fuerit relaxatum pro ſalmis 16. grani pro anno 1592. & tamen vigore inſtrumenti Leonij ad ſummum fuiſſent debitores in ſalmis 15. qui exceſſus facit, vt mandatum in totum corruat, vt fuit reſolutum in Romana ſpolij bonorum 21. Februarij 1600. coram Iuſto, & in Burgi ſancti Sepulchri 28. Maij 1607. & in Cornatana bonorum 16. Iunij 1608. coram me; & alibi ſæpiùs. Nec poteſt ſaluari ex reſiduo annorum præcedentium, quia in actis conſtat de quitantia pro reſiduo.

Tum ex eo, quòd fuit proceſſum contra pupillos, & 3
minores indefenſos, & nullo illis dato curatore, Creſcen. *deciſ. 9. num. 3. de ſent. & re iudic.* & fuit dictum in Burgi ſancti Sepulchri, & in Cœnetana ſuprà allegatis. Nec releuat, quod id non procedat vbi conſtat pupillis nullas competere defenſiones, vt in Capen. ſeu nullius bonorum 11. Februarij 1602. coram me; ſiquidem ibi vltra quòd conſtabat nullas competijſſe defenſiones, aderat curator qui comparuerat acerrimè cauſam defendendo, quod ceſſat in caſu iſto, in quo nemo comparuit, nec datus fuit curator, qui comparere potuiſſet. Quinimò in mandato legitur illud fuiſſe relaxatum, citatis Leonijs per edictum; de qua tamen citatione per edictum, aut de aliquo proceſſu etiam in exequutiuis neceſſariò non conſtat ex actis tranſportatis, & coram bon. mem. Iuſto fuit proceſſum in contumaciam, nemine pro ipſis informante, & quoad defenſiones nedum non conſtat illis non competijſſe, prout in dictæ Carpen. ſeu nullius, de quo tamen conſtare notoriè debuiſſet, Put. *deciſ. 248. lib. 2.* ſed imò conſtat de contrario, nam reintegratio coram Iuſto fuit ex falſa cauſa, vt in deciſionibus vltimo loco factis ſuper primo extremo, & coram A. C. vltra iniuſtitiam mandati ratione exceſſus, de quo ſuprà, non eſt certum quòd prima die Auguſti, qua Leonij fuerunt citati in partibus, ceſſiſſet dies conſignationis frumenti, quæ erat facienda tempore recollectionis, quæ à communiter audientibus de dicto tempore non ſolet eſſe perfecta.

Quibus accedit nullitas deliberationis bonorum, nulla 4
facta liquidatione valoris frumenti, quod erat in obligatione, quæ liquidatio fuit neceſſaria, ex deductis in Romana vineæ Octobris 1605. coram me, & in Aſculana prædij 22. Iunij 1609. coram R. P. D. meo Sacrato, & nulla præuia ſubhaſtatione, & deliberatione, & ſine citatione partis, nulliſque datis dilationibus, aut ſeruatis terminis requiſitis, tum ex forma ſtatuti Anconitani, tum de iure communi, ſecundùm quod res minoris debet ſtare ſubhaſta ſaltim per 20. dies, *Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* Surd. *conſ. 49. num. 19.* cum alijs allegatis.

Nec ſtandum eſſe cenſuerunt Domini aſſertioni Nun- 5
tij referentis coram Notario ſe ſub die 29. Martij tunc præteriti vigore brachij ſecularis in apotheca Iacobi Iachelli vendidiſſe ad extinctionem candelæ, ſeruatis ſeruandis, Hieronymo maſculo præſente, & ita eſſe confitendum, ſiquidem de his ſolemnitatibus aliunde quàm ex aſſertione Nuntij conſtare debet, Surd. *vbi ſuprà*, & addit. ad Roman. *conſ. 447. in verbo Nuncio*. Et quoad Notarium licet nec etiam illius aſſertioni ſtandum ſit, cùm id non ſpectet ad eius officium, ceſſat difficultas quòd ipſe eſt rogatus ſolùm de relatione Nuntij, non autem de actu ſubhaſtationis, aut deliberationis.

Et tandem ad hoc vt Leonijs competat actio ſpolij, & 6
ſint reintegrandi, ſufficit nullitas reintegrationis bon. mem. Iuſti, quæ emanauit ex falſa cauſa, prætextu quòd non conſtaret de primo extremo, cuius contrarium fuit reſolutum. Et quia coram eo non fuerunt tranſportata acta facta coram Raguſino, Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 9. n. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & fuit dictum in Bononien. de Herculanis 1. Iunij 1589. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Platto, & iſtud ſpolium tanquam vltimum, debet priùs

purgari, Abb. & alij *in cap. ferendæ, de ord. cognit.* Card. *conf.10. n.2. vers. de except. enim*, Alex. *conf.6. n.11. lib.3.* Afflict. *decis.403. n.18.* Bero. *cons.57. n.21. lib.3.* & fuit dictum in Romana sancti Thomę 21. Februarij 1603. coram D. meo Coccino. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. PENIA,

Burgen. fructuum anni cum dimidio.

Lunæ 29. Nouembris 1610.

ARGVMENTVM.

Summarium deseruit loco argumenti.

SVMMARIVM.

Priuilegium habens percipiendi fructus primi anni beneficiorum vacantium, debet illos percipere de manu eorum, quibus intra dictum tempus beneficia collata fuerunt, num.1.

Facultas capiendi possessionem, seu fructus, liberè intelligitur, nisi possessio sit plena, n.2.

Facultas capiendi liberè fructus, etiam possessione plena, non habet locum vbi per possessorem sunt faciendæ detractiones, num.3.

DECISIO CCCII.

1 IN decisione in hac causa facta sub die 1. Februarij 1610. fuit resolutum Capitolum Burgen. vigore priuilegiorum Apostolicorum posse percipere fructus vnius anni cum dimidio de beneficijs vacantibus propria authoritate, possessione vacua: sed quia tunc fuerat dubitatum, an idem esset censendum possessione plena, disputato super hoc dubio die 29. Nouembris, Rota censuit Capitulum, possessione plena, non posse fructus propria authoritate capere. Quamuis enim generalitas verborum contentorum in priuilegijs Apostolicis esset apta id significare, possessione vacua propter dictionem *liberè*, & alia tunc in decisione ponderata; possessione tamen plena aliud ratio iure constituebat, vt Capitulum de manu possidentis fructus accipere debeat, iuxta doctr. Archid. *in cap. si propter, n.5. vers. per ista infero, de rescript. lib.6.* vbi concludunt habentem priuilegium percipiendi fructus primi anni beneficiorum vacantium debere illos percipere de manibus eius, cui infra illum annum beneficium fuerit collatum, cuius doctrinam amplexa fuit Rota in causa Burgen. liquidationis fructuum die 16. Decembris 1574. coram bonæ memoriæ Cantuccio.

2 Non obstabat dictio, *liberè*, in alia decisione ponderata, quia fuit responsum.

Primò, quòd cùm recipere debeat interpretationem à iure communi, debet intelligi, nisi possessio sit plena, Mohedan. *decis.7. n.3. vers. Nec obstat, de restitut. spoliat.* & præsertim ne lædatur tertius, vt fuit dictum in causa Cæsaraugustana dismembrationis die 26. Iunij 1606. coram D. meo Sacrato.

Secundò dicebatur, quòd licet dictio *liberè*, tribueret facultatem percipiendi fructus propria authoritate, etiam possessione plena; tamen non haberet locum, quando possessor prætenderet detractiones, vt in casu proposito, in quo super Archidiaconatu fuerat imposita pensio 500. ducatorum, & insuper concessio fuerit facta citra præiudicium iurium Cameræ Apostolicæ, vt fuerat consideratum in causa Burgen. fructuum die 16. Decembris 1588. coram bon. mem. Bubalo, & faciunt tradita per Surd. *cons. 265. incip. sententia D. iudicis, n.34. lib.2.*

3 Et ex his tollebatur prætensa modicitas præiudicij ex aduerso repræsentata. Quibus accedebat, quia si possessione existente plena Capitulum propria authoritate posset percipere fructus prouisi, de reo, & possessore fieret actor, & cogeretur recipere medietatem fructuum, nec videbatur conformis voluntati Pontificis concedentis priuilegium, in quo datur facultas Capitulo, vt possit continuare in perceptione fructuum vsquequò prouisus non acceperit possessionem beneficij, quod etiam considerauit Rota in prædicta causa Burgen. fructuum coram bonæ mem. Bubalo.

Ex quibus deducebatur idem indultum præsupponere, quòd capta possessione per prouisum, non liceat Capitulo continuare perceptionem fructuum propria authoritate, quæ autem adducebantur per informantes pro Capitulo ad hanc difficultatem superandam non accommodabantur ad terminos Bullæ, præsertim cùm inde sequeretur, quòd indultum non esset de annata anni cum dimidio; sed vlterioris etiam temporis, vnde magis grauarentur beneficia, quod non fuerat de voluntate concedentis præsumendum, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà san. mem. Gregorio XV.

Parmen. status.

Veneris 3. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Attentata quando purgentur per cessionem attentantis, & vbi debeant reuocari, si fuerunt in partibus coram alio iudice commissa.

SVMMARIVM.

Attentata possunt reuocari per legitimam attentantis cessionem, num.1. vbi maxime, si fuerint per Procuratorem commissa.

Attentata purgantur in eo tribunali, cuius iurisdictio fuit spreta, etiamsi alibi fuerint commissa, n.2.

Attentata commissa per sententiam ab alio iudice latam, possunt reuocari alias quàm per reuocationem sententiæ ab eodem iudice faciendam, num. 3.

Reuocare à se gesta quis difficile velle præsumitur, ibid.

Attentatorum reuocatio spectat ad eum iudicem, cuius maiestas fuit læsa, num.4.

Iudex postquam est functus officio suo, non potest reuocare suam sententiam, ibid.

Sententia lata super statu personæ facit ius quoad omnes, ibid. fallit quando fuit lata absque legitimo defensore, num.5.

Sententia est nulla ipso iure, num.6.

Sententia nulla nullum parit iuris effectum, ibid.

Attentata debent quoad omnia purgari, num.7.

Attentata non censentur reuocata per renunciationes defectiuas, ibid.

Attentata non purgantur per cautionem conditionalem, num.8.

Attentata non purgantur per cessionem, cedens debet renunciare omni iuri, quod ex actu attentato sibi competere potest, ita vt ex eo nec ipse commodum, nec aduersarius damnum, seu interesse pati possit, n.9.

Attentatorum reuocatio debet continere perpetuum silentium, & in pristinum reuocatio, ibid.

Attentata non censentur reuocata per cessionem obscuram, & periculosam, n.10.

Attentatorum reuocatio debet fieri ab attentante, n.11.

DECISIO CCCIII.

1 DOmini non dubitabant attentata purgari posse per legitimam attentantis cessionem, Achil. *decis. 23. de appell.* Paleott. *decis.358.* Mandos. *in commiss. exclusiua attentatorum, circa med.* Lancell. *de attentat. part.3. cap. 29. n.24. & seqq.* Et tantò magis, quando fuerunt per Procuratorem commissa, Lanc. *ibi n.27.*

2 Admittebant etiam posse Dominos Pallauicinos cessionem facere in Rota apud acta istius causæ, quamuis fuerit in ciuitate Ianuæ attentatum, hoc enim innuunt decisiones Achil. & Paleott. & ita fuit seruatum in vna Calaguritana de Archeso coram R.P.D. meo Coccino pendente secunda Decembris 1605. in vna Toletana Capellaniæ de Pastraoa 22. Iannarij 1605. coram R. P. D. meo Pamphilio in vna Burgen. visitationis de Couarrunias 23. Martij 1609. coram R.P.D. meo Pitouano, & in Tirasonen. legati 19. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Caualerio, & sæpiùs in alijs, conuenit enim attentata purgari in eo tribunali, cuius iurisdictio fuit spreta, ad latè tradita per Lanc. *de attentatis, part.3. c.27. n.39 cum plur. seqq.*

3 Nec placuit, quòd prætendebatur pro parte DD. de Rangonibus sententiam latam à Prætore Ianuæ deberi ab eodem reuocari; esset enim non solùm nouum, & inauditum, sed etiam valde dictum, quòd Pallauicini tenerentur ad factum dicti D. Iudicis, contra regulam *l. stipulatio ista in 2. respons. ff. de verb. oblig. §. si quis alium, Instit. de inutil. stipul.* Et ad factum reuocationis propriæ sen-

ten-

tentiæ, cùm tamen quilibet sit potius pronus ad defendendum, quàm ad reuocandum à se gesta, vt in proposito per Lancell. *decis.27. sub n.48.*

4 Præsertim quia potest Rota reuocare dictam sententiam, & quidem congruentius, tum quia reuocatio spectat ad eum iudicem, cuius maiestas fuit læsa, Mandos. *in d. commissione exclusiua attentatorum in voto eidem* R. P. D. Lancell. *d. c. 27. n.39. & seqq.* Tum quia prætori, qui siue benè siue malè functus est officio suo, non conuenit reuocatio suæ sententiæ, *l. Paulus la 1. & l. index postquam, ff. de re iudic. l. diui fratres, ff. de pœnit.*

5 Nec facit, quod obijcitur de præiudicio perpetuo resultante ex dicta sententia, vti lata super statu personæ, quæ facit ius quoad omnes, iuxta *l. ingenuum, ff. de stat. homin.* quia vltra quòd potest à Rota reuocari, cùm sit lata Rangonibus legitimis defensoribus non comparentibus, non facit ius respectu tertij, Bar. *in d. l. ingenuum, in fine,* Bal. *n.6.* Ang. *circa fin. vers. quadam in processu,* Alex. *in l. sæpe, post n.76. & n.78. ff. de re iud.*

6 Accedit, quòd dicta sententia vti attentata est etiam nulla ipso iure, Lancell. *de attentat. par.2. cap.* 12. *ampliat.17. & part.3. c.13. n.7. & seq.* Propterea nullum potest vnquam iuris effectum parere, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. non putauit, §. non queuis, ff. de bon. poss. contr. tab.*

7 Domini tamen dixerunt cessiones exbibitas à Palluicinis non esse legitimas, ex pluribus. Primò, quia sunt restrictæ ad actus factos coram Officialibus, & Magistratu sancti Georgij, & non comprehendunt sententiam latam à Prætore Ianuæ, neque actus coram ipso factos, cùm tamen attentata sint quoad omnes processus purganda, Put. *decis. penult. lib.2.* Et renunciationes defectiuæ non suffragentur attentanti, Cæs. de Graff. *dec.5. n.2. de restit. spoliat.*

8 Secundò, quia sunt conditionales quatenus sit recessum à decreto Rotali, & eius formæ contrauentum: conditionalis autem cessio non admittitur ad purgationem attentatorum, vt post Bal. & alios adductos tradit Lancell. *de attent. part.3. cap.29. n.31.* Et multum deseruit decis. Paleott. 273. *communitas,* &c. quæ licet loquatur in purgatione spolij, attamen à fortiori concludit in purgatione attentatorum, vt arguit ibi Lancell. Et facit, quia cessio conditionalis relinquit post se discussionem, & litem super purificatione, & liquidatione conditionis, quod non conuenit purgationi attentatorum, vt per Cæsar. de Graff. *d. decis.5. n.3. & 4.* Lancell. *d. cap.29. n.73.*

9 Tertiò, in dictis cessionibus dicunt Pallauicini nolle vti actis in præiudicium litis pendentiæ in Rota, ex quibus verbis innuitur eos aliquid sperare ex dictis actis, & tamen, vt per cessionem purgentur attentata, cedens debet renunciare omni iuri quod ex illis sibi competere posset, ita vt nullo vnquam tempore neque attentans ex dictis actis commodum sentire, neque attentata passus aliquod interesse pati possit, Paleott. *decis.389.* Lancellot. *vbi supra, n.25.* Et purgatio attentatorum debet continere perpetuum silentium, Paleott. *decis.358.* Lancellott. *ibi sub n.73.* & reponere in pristinum statum, *c. bona, de appellat.* Alex. *cons.89. in fin. vers. Et hoc concludo, lib.1.* Dec. *cons. 163. n.1.* Lancellott. *d. cap.29. n.77.*

10 Quartò, quia ex illis verbis firma semper remanente dispositione fideicommissi suboritur suspicio ne Pallauicini intendant vti illis attentatis quæ concernunt fideicommissum, & declarationem super eo factam Ianuæ, quia aliàs essent inutiliter apposita, cùm clarum sit in cessione attentatorum non posse censeri renunciatum dispositioni fideicommissi, vnde saltem obscura, & periculosa sunt reijcienda, Cæsar de Graff. *decis.5. n.3. & 4.*

11 Quintò, cùm acta facta in ciuitate Ianuæ fuerint facta, & nomine Alexandri, & Ciri filiorum Pallauicini, sunt etiam eorum nomine purganda cum legitimo, & sufficienti ipsorum mandato, Paleott. *d. decis.358.* Lancell. *vbi suprà n.30.*

Reuocatio Domini Serræ, & aliorum Procuratorum in ciuitate Ianuæ, non tollit attentata ab eis perpetrata, & restitutio scripturarum obtenta ab Officialibus montis sancti Georgij non tollit actus factos coram Prætore, in quibus consistit radix, & substantia attentatorum scripturæ enim coram Officialibus productæ nil aliud sunt, quàm exemplum decreti, & exequimini ipsius Prætoris, & poterunt Domini Pallauicini cum ijsdem scripturis restitutis, vel alijs extractis ab originalibus coram prætore iudicium prosequi, aut, &c.

Ex quibus, & alijs adductis per informantes resolutum fuit attentata non esse sufficienter purgata, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Tirasonen. Canonicatus.

Veneris 10. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur quando calumniosè non petitur, & calumnia non præsumitur vbi articuli sunt releuantes.

SVMMARIVM.

Remissoria quando non est calumniosa, & articuli sunt releuantes tam in 1. quàm in 2. instantia, n.1. & 2.

Remissoria ob calumniæ præsumptionem non ita de facili denegatur, si articuli sunt releuantes, n.2. & 3. vbi ponitur exemplum releuantiæ articulorum.

Remissoria non conceditur ad probandum illud, quod per scripturam probari potest, declara vt n.4.

DECISIO CCCIV.

Resolutum fuit dandam esse remissoriam Domino Alphonso Frances, quia denegari non solet, quando calumniosa non est, *l. iudices, cum auth. sequenti, C. de fid. instrum.* Verall. *decis.59. part.* 3. Cassador. *decis.3. de dilat.* & quando articuli sunt releuantes, Caputaq. *decis.56. & 68. part.3.* Rota in Bracharen. decimarum coram bo. me. Cardinali Pamphilio 20. Maij 1591. & in Toletana decimarum coram R.P.D. meo Ortembergo 27. Maij 1608. etiam in prima, vel secunda instantia, concurrere obligatione de stando vnicæ sententiæ, Caputaq. *decis.57. part.3.* Cassad. *de dilat. decis.3. nu.2.* Achill. *decis. 97. aliàs 4. de dilat.* Mandos. *de commis. pro messissima, vers. in tertia iactantia.* 1

Calumnia visa non est constito de releuantia, vt sæpiùs fuit decisum, & signanter in illa Toletana mercedis 4. Iulij 1597. coram R. P. D. Corduba, vltra quòd Rota ob præsumptionem calumniæ non ita de facili solet denegare remissoriam, Cæs. de Graff. *decis.1. de dilat.* Ægid. *decis. 624. in fin.* & fuit dictum in supra allegata Bracharen. coram bo. me. Cardinali Pamphilio in Pampilonen. decimarum coram eodem 23. Iunij 1600. 2

Releuantia autem sufficiens videtur probata, quia etsi de collationibus duorum primorum Canonicatuum, anni scilicet 1579. & 1580. satis appareat ex scripturis, de quibus in actis, illa tamen de anno 1580. quæ legitur facta per resignationem Gynnesij de Gado ex parte Alphonsi non admittebatur tanquam effectum sortita, quod ex eo deducebatur, quia Gynnesius de anno 1585. vti talis Canonicus sede Episcopali vacante, interfuit collationi factæ de simili Canonicatu ad fauorem Hieronymi Lopez, vt ex instrumento, quod datur in summario *num.* 1. & de anno 1589. possessioni alterius traditæ, scilicet Ioanni Constan, in qua simul etiam interuenit Christophorus Perez, ad fauorem cuius legebatur facta resignatio de anno 1580. vt ex eodem summario *num.* 2. Vnde benè deseruiebat articulus ad elidendam præscriptionem, quòd Gynnesius medio tempore non retrocesserit, & ad probandam negatiuam, quòd prouisio facta de anno 1584. per Episcopum, & Capitulum simul non fuit de tertio, sed de secundo Canonicatu, vt exinde ostenderetur inobseruantia concordiæ Sixti IV. & Leonis, & consequenter ius simultaneæ conferendi inter Episcopum, & Capitulum, ex quo necessariò inferri posset Canonicatum, de quo agitur, vti vacatum in mense Octobris reseruationi subiacere. 3

Nec obstare visum fuit, quòd cùm huiusmodi collationes possint probari per scripturam, remissoria non sit concedenda ad parcendum laboribus, & maximis sumptibus, qui sunt in remissionibus prosequendis, vt considerauit Ægid. *decis.9.* & fuit dictum in vna Vlisbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram R. P. D. meo Lancellotto, & coram eodem in Toletana Canonicatus 13. Nouembris 1609. Quia pro responsione fuit dictum, quòd actus Capitulares, & instrumenta collationum probant quidem affirmatiuam, quòd talis, vel talis fuerit prouisus de Canonicatu in dicta Ecclesia magis de vno tempore, quàm de alio, sed non concludunt negatiuam, quòd 4

non vacanerit alius Canonicatus, quia hoc non continetur in dictis instrumentis, & ab Alphonso ad hunc effectum erat probanda, vt in alia decisione fuit consideratum, quo casu nihil impedit probati per testes, *l. fin. C. de fideicommis.* Paris. *cons.* 13. *in princ. lib.* 3. Alex. *cons.* a19. *col.* 5. *lib.* 6. Herc. *de proband. negat. n.* 174.

5 Demum accessit oblatio de stando vnicæ sententiæ, quæ omnia fecet uni causam remissoriæ fauorabilem, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Romana donationis de Iacomellis.

Veneris 10. *Decembris* 1610.

ARGVMENTVM.

Est singularis decisio, & singulariter docet, an & quando donatio facta à patre de suis bonis in præiudicium legitimæ filiorum, possit tanquam inofficiosa à filijs reuocari.

SVMMARIVM.

Donatio restricta ad certa bona non potest dici omnium bonorum; nec trahitur ad futura, n. 1.

Donatio patris non potest tanquam inofficiosa reuocari à filijs, nisi probauerint donantem tempore donationis non habere alia bona præter donata, quæ possent sufficere pro legitima, num. 2. *vbi etiam quod hoc casu sufficit patrem tempore donationis, habuisse alia bona, licet postea amiserit*, & n. 3.

Negatiua probanda est per illum cuius intentionis est fundamentum, ibid.

Donatio patris non potest argui inofficiosa, si tempore donationis habeat alia bona pro supplemento legitima, etiam quod postea totum patrimonium exhausisset, n. 4.

Querela inofficiosa donationis facta à patre tollitur à statuto vrbis, volente filias esse contentas dote sibi à patre constituta, n. 5.

Donatio inofficiosa facta à patre non potest reuocari in totum, sed tantum vsque ad supplementum legitima, num. 6.

Donatio facta à patre quando dicatur inofficiosa re, & consilio, ibid. *vbi etiam quid isto casu præsumatur.*

Confessio donantis facta post donationem non nocet donatario, ibid.

Confessio cedentis facta post cessionem non nocet cessionario, num. 7.

DECISIO CCCV.

1 Resoluerunt donationem Petri quoad bona ipsius donantis fuisse validam, siquidem habet omnes solemnitates requisitas de iure communi, & statutario, & de hoc non potest dubitari: sicut nec etiam dici potest omnium bonorum auferens facultatem testandi, cùm ex sui facie sit restricta ad certa bona, nec comprehendat futura, Bar. *in l. fin. num.* 11. & Bald. *n.* 19. *C. de pact.* Ruin. *cons.* 13. *n.* 3. *lib.* 2. Clar. *in* §. *donatio, quæst.* 19. *vers. ex hac ratione.*

2 Quantum ad inofficiositatem fuit dictum, illam non obstare; primò, quia non probatur, quòd donans tempore donationis minimè haberet alia bona præter donata, quæ possent sufficere pro legitima, si enim habebat, cessauit inofficiositas, Bald. *in l.* 1. *num.* 8. *C. de inoffic. donat.* Castr. *in auth. vnde si parens n.* 3. *C. de inoffic. testam.* Soc. iun. *cons.* 67. *n.* 55. *vol.* 2. Clar. *d.* §. *donatio, quæst.* 24. *vers. aut vero*, Gabr. *cons.* 137. *n.* 21. *lib.* 2. cum alijs, Honded. *cons.* 47. *n.* 19. Et pro hoc sufficit habuisse tempore donationis, licet postea amiserit, Angel. *in auth. de immens. donat. in princ. n.* 6. *in fine*, Bald. *in d. l.* 1. *n.* 9. Castr. *n.* 7. Salyc. *n* 9. *in fin. C. de inoffic. donat.* Crau. *cons.* 40. *nu.* 10. cum alijs per Bec. *cons.* 68. *n.* 3.

3 Et ista probatio, quòd donans tempore donationis alia bona non haberet, spectat ad dantem de inofficiositate, quia negatiua venit probanda per illum, cuius intentionis est fundamentum, Bar. *in l.* 1. §. *docere, ff. ne quis eum*, Anchar. *cons.* 254. *num.* 3. Dec. *cons.* 649. *num.* 2. Put. *decis.* 427. *lib.* 3. latè Couar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 2. & 4. & tangit in specie Gab. *d. cons.* 137. *n.* 20. *lib.* 2. In casu autem proposito dicebatur nedum apparere quòd non adfuerint alia bona, quàm donata, sed imò ex inuentario bonorum Petri, licet non percutiat tempus donationis, sed mortis dati summam de contrario.

Secundò fuit dictum cessare querelam inofficiosi, quia 4
Petrus tempore mortis ab intestato habuit quantitatem sufficientem pro supplemento legitimæ filiarum, vt apparet ex prædicto inuentario, quod tollit querelam, etiamsi tempore donationis totum patrimonium exhausisset, gloss. *in l.* 1. & ibi Bald. *n.* 10. Castr. *n.* 10. *in fin. C. de inoff. donat.* Angel. *d. auth. de immens. donat. in princ. num.* 7. *vers. in contrarium*, facit Ias. *cons.* 125. *in fin. lib.* 1. Gabr. *cons.* 137. *num.* 26. *lib.* 2. cum alijs cumulatis per Bec. *d. cons.* 68. *num.* 3.

Tertiò dicebatur statutum vrbis *lib.* 1. *cap.* 141. dum 5
vult, filias esse contentas dote sibi à patre constituta, nec posse petere supplementum legitimæ, tollere etiam querelam inofficiosi in hoc casu, quo filiæ Petri fuerunt dotatæ, quia valet argumentum de querela ad supplementum legitimæ, ibi etiam cessat querela inofficiosi, vt benè ad propositum argumentatur Croit. *cons.* 120. *n.* 6. & facit Corn. *cons.* 66. *n.* 15. *lib.* 2.

Postremò dicebatur, quòd in nullo euentu posset reuo- 6
cari in totum donatio, sed tantùm vsque ad supplementum legitimæ filiarum, cùm non sit inofficiosa re, & consilio, Bar. & Bald. *in d. l.* 1. *sub num.* 3. *C. de inoffic. donat.* Soc. Iun. *cons.* 67. *n.* 56. *lib.* 2. Rimin. iun. *cons.* 42. *num.* 97. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 137. *n* 22. *lib.* 2. Bec. *d. cons.* 68. *n.* 6. cum alijs cumulatis per Honded. *cons.* 43. *à nu.* 22. *vsque ad fin. lib.* 1. vbi communem testatur, minimè autem esse inofficiosa consilio præsumitur, nisi probetur, Aret. *cons.* 47. *n.* 2. & 3. Rimin. iun. *cons.* 42. *n.* 97. *vol.* 1. cum alijs per Honded. *cons.* 43. *num.* 25.

Neque enim videbatur probata inofficiositas consilio ex 7
litteris per Petrum post donationem conscriptis, nam inter multas responsiones quæ dabantur, illa visa fuit tollere omnem difficultatem, quòd confessio donantis post donationem non debet nocere donatario, sicut dicitur de confessione cedentis, quæ facta post cessionem non nocet cessionario, Butr. *in c. quamuis, num.* 3. *de sent. & re iud.* Castr. *cons.* 134. *n.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 46. *n.* 4. *lib.* 5. Afflict. *decis.* 163. *in fine.*

R. P. D. ORTEMBERGO,

Episcop. Attrebaten.

Terdonen. bonorum.

Mercurij 15. *Decembris* 1610.

ARGVMENTVM.

Mandatum Papæ re integra illius morte expirat, sic & commissio delegati non præsentata expirat morte ipsius delegati.

SVMMARIVM.

Commissio delegati in actis non præsentata, per delegati mortem expirat, n. 1.

Rescriptum recipit interpretationem iuxta supplicationem, num. 2.

Papa non censetur sanare defectus, quos ignorat, ibid.

Mandatum Papæ re integra morte illius expirat, n. 3.

DECISIO CCCVI.

Fuit resolutum licentiam alienandi concessam Episco- 1
po per delegatos fuisse nullam ex defectu iurisdictionis, propterea quòd illi processerunt in vim simplicis commissionis Greg. XIII. felicis recordationis, quæ cùm non esset præsentata, per mortem illius expirauerat, Fel. *in cap. cæterum, num.* 13. *de rescript.* Bald. *in l. beneficium in* 1. *lect. num.* 15. *ff. de constit. princip.* Dec. *in cap. relatum, num.* 22. *vers. & ista conclusio intelligitur, de off. deleg.* Gab. *conclus.* 1. *num.* 7. *de præben. lib.* 6. & fuit resolutum in Romana pecuniaria 17. Decembris 1588. coram Illustrissimo Cardinale Mantica.

Nec suffragantur litteræ Sixti V. quibus demandauit 2
Vicario, & Archidiacono Papien. executionem litterarum Gregorij, nam illæ non continent nouam gratiam, nec tribuunt nouam iurisdictionem, sed prosequuntur antiquam, vt in simili tradit Oldrad. *cons.* 136. *n.* 7. & 12. *vers. quia vt dictum est*, pro quo facit, quòd nihil fuit narratum, habetur de defectu iurisdictionis, sed tantùm petitum mutari nomina, quæ in literis Gregorij erroneæ erant

ex-

expreſsè, vnde non eſt dicendum plus fuiſſe conceſſum, quàm petitum, cùm reſcriptum intelligendum ſit iuxta ſupplicationem, Surdus poſt alios alleg. *conſ.49. num.24.* Creſc. *deciſ.8. num.5. de preben.* Et Papa non cenſetur ſanare defectus, quos ignorat, Pariſ. *conſ.149. n. 33. lib.4.* fuit dictum in Papien. Prioratos ſancti Michaelis 6. Iunij 1607. coram R. P. D. Lancellotto, & ita ſenſiſſe Papam, clarè conſtat ex verbis, quibus vtitur dum mandat reaſſumi proceſſus habitos, quæ non conueniunt negotio nondum cœpto.

3 Nec obſtat, quòd gratia ſi ineoidentem ſtatim locum habeat, etiamſi euidens Eccleſiæ vtilitas non probetur, quia illud prouidet quando reſcriptum fuit præſentatum, & res eſt in eo ſtatu, vt confirmari poſſit, aliud eſt ſi reſcriptum non ſit præſentatum, quia tunc mandatum re integra morte Summi Pontificis expirat, *c. licet vndique, de offic. deleg.* & perinde eſt, ac ſi non fuiſſet obtentum.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Terulen. penſionis.

Veneris 15. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Priuilegium Equitum Lauretanorum retinendi penſiones matrimonio non obſtante, comprehendit etiam penſiones reſeruatas ſuper Regio patronatu.

SVMMARIVM.

Priuilegium Equitum Lauretanorum retinendi penſiones matrimonio non obſtante, comprehendit etiam penſiones reſeruatas ſuper regio patronatu, n.1. & per tot.

Tranſlatio penſionis non requirit derogationem, & expreſſionem, ſicut requirebat penſio tranſlata, quia non dicitur noua penſio, ibid.

Generalis diſpoſitio beneficiorum non comprehendit beneficia, quæ ſunt de iurepatronatus, maximè regio, declara, vt ibid. in fine.

Tranſlatio penſionis requirit omnes ſolemnitates, ſicut reſeruatio, n.2.

Oratio reſpiciens plura determinabilia inæqualiter illa determinat, quando ratio determinationis eſt inæqualis, & diuerſa, n.2. in fine.

DECISIO CCCVII.

1 FVit reſolutum priuilegia tribuentia militibus Laoretanis facultatem retinendi penſiones matrimonio contrahendo, & bigamia non obſtante, comprehendere penſiones legitimè reſeruatas ſuper patronatu regio, fundamentum deciſionis fuit, quia Papa per huiuſmodi diſpenſationem non reſeruat nouam penſionem, ſed remouet illud obſtaculum, quod facit ne penſionarij poſt contractum matrimonium poſſint retinere penſiones, & iſta remotio obſtaculi ante extinctionem non dicitur noua gratia in præiudicium patroni, & per conſequens nec derogatio, nec expreſſio iuriſpatronatus eſt neceſſaria ſecundùm magis communem opinionem, de qua poſt multos relatos teſtatur Couar. *pract. quæſt. c.36. num.12.* Sylua *de benef. par.3. quæſt.11. n.61.* & tenuit Rota in cauſa Firmana penſionis 21. Iuoij 1593. coram R. P. D. Mellino, & in terminis, quòd hæc priuilegia comprehendant penſiones reſeruatas ſuper beneficijs de iurepatronatus, fuit tentum in cauſa Lucana penſionis 17. Februarij 1592. coram bo. me. Orano, facit deciſio Creſcent. 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* vbi dicitur quòd in tranſlatione penſionis non eſt neceſſaria expreſſio, neque derogatio, quæ in prima, quia penſio tranſlata non dicitur noua penſio, ſequitur Ant. Aug. *in repert. tit. de tranſlatione penſionis.* Ex quibus patet magis receptam opinionem eſſe contra deciſionem Rot. 21. *de præbend. in nouis*, prout etiam multi ex Dominis tunc fuerunt in contrario voto, fundamentis de quibus per compilatorem *ibidem*, & Ægid. *deciſ.751.* Nec obſtat, quòd ſub generali diſpoſitione beneficiorum non veniant illa quæ ſunt de iurepatronus, maximè regio, quia illud intelligendum videtur quatenus patrono præiudicetur, Achill. *deciſ. 1. de diſpenſ. in manuſcript.* & in terminis iuriſpatronatus Regij eſt deciſ. Simonet. 33.

2 Vltimò dicebatur, quòd priuilegia ſub eodem contento verborum concedunt facultatem retinendi, & transferendi penſiones, ex quo inferebatur, quòd ſicut non eſt veriſimile quod in facultate transferendi PP. voluerit comprehendere penſiones reſeruatas ſuper beneficijs quæ ſunt de iurepatronatus, maximè regio, cùm tranſlatio ſit magis præiudicialis patrono, & requirat omnes ſolemnitates ſicut reſeruatio, Ferret. *conſ.53. num.11.* ita tamen eſt veriſimile, quòd Papa in diſpenſatione ſuper retentione intellexerit de penſionibus reſeruatis ſuper patronatu regio, quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet omnia æqualiter determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* cum ſimilibus. Verùm Domini vltra quòd non admittebant d. diuerſitatem inter facultatem retinendi, & transferendi, ſtantibus ſupra allegatis deciſionibus Creſcentij, & Orani, reſpondebant, quòd & illa præſuppoſita non erit inconueniens, nec inueriſimile quòd Papa, qui omnia iura habet in ſcrinio pectoris, tanquam certus diuerſæ naturæ, & imparitatis rationis determinabilium voluerit illa ſub eadem determinatione inæqualiter determinare, Doct. *in d. l. iam hoc iure*, Pariſ. *conſ.110. num. 15. lib.3.* Ruin. *conſ.3. num.10. lib.2.* Roland. *conſ.74. n.13. & 15. lib.2.* &c.

R. P. D. PIROVANO,

Abulen. penſionis.

Mercurij 15. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Commiſſa cauſa cum clauſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionum, & cum incidentibus*, &c. cenſetur etiam commiſſa executio, etiam quòd in literis reſeruationis fuerit datus particularis executor, executiuumque iudicium nunquid vulneretur per vnicam ſententiam, an verò requiratur res iudicata, & alia nonnulla de vi, & efficacia clauſulæ *Arbitrio Rotæ.*

SVMMARIVM.

Cauſa penſionum eſt executiua tum ob reuerentiam quæ debetur literis, tum quia ſunt liquidæ ob conſenſum partis, num.1.

Cauſa alimentorum dicitur executiua, & ideò in commiſſionibus ſignatura apponit ſemper clauſulam ſine retardatione ſolutionis, *n.2.*

Iudicium executiuum præſeruatur in omnibus inſtantiis, donec cauſa per rem iudicatam fuerit terminata, ibid.

Clauſula cum incidentibus, emergentibus, dependentibus atque connexis, *in commiſſione operatur vt commiſſa cenſeatur executio, etiamſi datus fuiſſet particularis executor, n.3.*

Executoris in litteris Apoſtolicis dati facultas transfertur in Auditorem, cui commiſſa eſt cauſa dd. litterarum, ibid. Vbi etiam an iſto caſu Auditor habeat facultatem exequendi priuatiuè ad executorem litterarum Apoſtolicarum, vel cumulatiuè.

Clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, *ſuſpendit iuriſdictionem vſque dum penſio ſoluatur, ibid. in fine, & n.4. declara vt n.5.*

Iudicium executiuum nunquid vulneratum cenſeatur per vnicam ſententiam, an vero requiratur res iudicata, num.4.

Arbitrium non intrare quando tacitè Rota declaraſſe cenſeatur, n.5.

Clauſula arbitrio Rotæ, *an operetur vt aliquid remittatur de rigore iuris ex rationabili cauſa, n.6.*

Compenſatio non admittitur quando materia non eſt liquida, ibidem.

DECISIO CCCVIII.

DOmini reſoluerunt mandatum eſſe exequendum, 1
quia ab initio cauſa fuit commiſſa in Rota cum clauſula *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, cuius materia exequutiua eſt; tum ob reuerentiam, quæ debetur literis Apoſtolicis *cap.51.* vbi gloſſ. *in verb. exequatur, de conceſſ. præbend. in 6.* Sarnen. *in tract. breu. n.4.* Mohed. *dec. 13. vt lit. pendent.* tum quia literæ ſunt liquidæ ob conſenſum partis, ad quem Papa reſpexit, quouſque contra eas

sit res iudicata, Cassad. *decis.* 10. *n.* 8. *de rescript.* Gig. *de pension. quæst.* 35. *num* 9. *& quæst.* 85. *in princ.* & Did. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 9. *vers. quoties vero.*

2 Tum denique, quia huiusmodi pensio succedit loco alimentorum, quia fuit assignata, vt pensionarius commodius viuere possit, pro quibus pariter executiuè agitur, Roman. *cons.* 388. *n.* 5. *de pension. quæst.* 95. *n.* 4. & de stylo signaturæ in commissionibus apponitur semper clausula illa, *sine retardatione solutionis*, ad hunc effectum, ne interim solutio omittatur, vt refert Staphil. *de lit. grat. & instit. fol.* 153. & Gomes *tract. vtriusque signaturæ*, *fol. penult.* & post eos Didac. *d. lib.* 2. *var. resol. cap.* 1. *n.* 9. *in fin.* adeò quòd iudicium exequutiuum præseruatur per omnes instantias, donec causa per rem iudicatam fuerit terminata, ex eodem Cassad. *decis.* 10. *n.* 8. *de rescript.* & fuit dictum in Nouarien. decimarum 15. Decembris 1573. coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna ciuitatis Castelli pensionis coram R. P. D. meo Caualerio 26. Nouembris 1607.

3 Non obstat defectus iurisdictionis in expeditione mandati, qui opponebatur, quia facultas exequendi non erat per commissionem translata, sed penes exequutorem literarum præseruata remanserat, Gig. *de pension. quæst.* 69. *num.* 5. Lancell. *de attent.* 2. *part. cap.* 20. *ampliat.* 1. *n.* 28. Quia dictum fuit, quòd cùm ex tenore commissionis causa commissa fuerit in Rota cum clausula *cum incidentibus, emergentibus, & dependentibus, atque connexis*, etiam quoad partes exequutoris causa censetur commissa, Put. *decis.* 34. *lib.* 1. & fuit dictum in Neritonen. pensionis 3. Martij 1608. quæ conclusio etiam procederet, si datus fuisset particularis exequutor, quia siue facultas exequutoris sit totaliter translata in Auditorem stante lite, vt benè probat Bonifac. *in Clem. auditor. in fin. de rescript.* dicens ita fuisse iudicatum, Sarnen. *de triennal. quæst.* 53. *n.* 11. siue cumulatiuè, secundùm Felin. *in cap. pastoralis, col.* 1. *&* 2. *de offic. ordin.* & Dec. *cons. n.* 3. & fuit consideratum in vna Legionen. Canonicatus coram Illustrissimo Cardinali Arigonio 25. Octobris 1594. & sufficit, vt propterea ex vi emanatæ inhibitionis iuxta formam commissionis ligata remaneat iurisdictio particularis exequutoris, ex eodem Gig. *de pension. quæst.* 69. *n.* 4. & Lancellott. ex aduerso allegat. Nec contrarium sentit Gomes. *in compend. vtriusque signaturæ*, *n.* 84. *&* 85. *vers. confirmatur ista opinio*, dum dicit, quòd clausula *sine retardatione*, qualificat iurisdictionem, quia benè deseruit in modo procedendi, vt suspendat iurisdictionem, vsquedum impleatur, vt considerauit Rota ita intelligendo Gomesium in vna Cæsaraugustana pensionis coram R. P. D. meo Manzanedo 4. Iunij 1608. sed non ad effectum separandi iurisdictiones, vt exinde non possit Auditor relaxare mandatum, quod non dicit Gomes.

4 Non obstat, quòd alia ratione defectus iurisdictionis sit considerabilis, quia iudicium exequutiuum remansit vulneratum per sententiam Rotalem, quæ etsi reuocata per sententiam Domini mei Lancellotti, non tamen vulnus fuit sanatum, vt considerarunt Domini in vna Anconitana assecurationis coram Domino meo Coccino, vt propterea inoleuerit stylus signaturæ, quando est lata sententia contra pensionem, vt in commissione appellationum rescribatur absque clausula, *sine retardatione*. Quia responsum fuit viam exequutiuam per clausulam *sine retardatione*, appositam in omnibus commissionibus fuisse præseruatam taliter, quòd iudex non habet facultatem pronunciandi super denegatione pensionis, sed tantùm super meritis pensionis, cuius sententia non afficit, donec superueniat res iudicata, Cassad. *dicta decis.* 10. *n.* 8. *de rescript.* cum alijs suprà allegatis, & maximè concurrente quasi possessione exigendi pensiones, in qua Franciscus reperiebatur, & conseruandus est, non obstante sententia super nullitate pensionis, vt fuit dictum in Tullen. pensionis coram Domino meo Ottembergo 22. Iunij 1609.

5 Non obstat, quòd postrema commissio fuerit data cum clausula *sine retardatione*, sed modificanda arbitrio Rotæ, de quo cùm ante omnia tanquam de articulo præiudiciali esset agendum, & omissum fuerit, nullitas causatur propter omissum cognoscendi ordinem, Abb. *in cap. tuam, num.* 12. *de ordin. cognit.* Barbat. *in cap. exhibita*, *num.* 19. *de iud.* Crauett. *cons.* 519. *n.* 8. Menoch. *cons.* 301. *nu.* 41. *&* 42. *lib.* 4. Quia dixerunt Domini sufficienter fuisse cognitum non intrare arbitrium; tum per communicationem negotij, cùm DD. ante expeditionem mandati, quod sufficit, vt aliàs fuit resolutum in Anconitana bonorum 12. Iunij 1601. coram Domino meo Manzanedo; tum etiam quia dubium pluries fuerat disputatum, & bis resolutum super negotio principali, adeò quòd non esset necessaria noua, & superflua disputatio, ad quam Domini non arctantur, ex Bulla fel. rec. Pij IV.

Demum non obstat, quòd saltem debet esse locus arbi- 6
trio in compensando pensiones solutas ante Clericatum, pro quibus fuit resolutum non deberi, vt aliquid remittatur de rigore iuris rationabili causa suadente, Cæs. de Grass. *decis.* 8. *de re iud. in fin.* & fuit dictum in vna Tirasonen. Canonicatus coram bon. mem. Scoto 12. Nouembris 1607. & in terminis pensionis fuit consideratum in causa Compostellan. pensionis 12. Octobris, & 7. Nouembris 1584. & 15. Martij 1585. coram bon. mem. Cardinali Seraphino. Nam quousque res iudicata non superuenit, quæ requiritur ad impediendam solutionem pensionis, ex Cassad. *d. decis.* 10. *num.* 8. *de rescript.* cum alijs allegatis, non potest dici mandata resoluta, maximè quia Franciscus non acquieuit decisioni factæ, & agitur, non de suspensione, sed de compensatione, quæ difficilius admittitur, quando materia non est liquida, prout non est ante rem iudicatam, *l. constat, de compensat. l. eius, C. de solut. l. cum alter. de compens.* Surd. *decis.* 117. *n.* 2. ex qua ratione solutio integræ pensionis retardari non potest, etiam quòd lata fuerit sententia super nullitate illius eodem modo, nec quoad partem interim erit grauandus Franciscus, cùm respectu partis idem iudicium esse debeat, vulgata regula *l. quæ de tota*, *ff. de rei vendic.* cum allegatis per Euerardum *in sua centur. in loco à toto ad partem.*

Atque ita resolutum fuit, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Farsen. seu nullius beneficij.

Mercurij 15. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Collatio si non fiat ab Ordinario intra sex menses, deuoluitur, ita vt non possit Ordinarius elapso dicto tempore amplius conferre, etiamsi Papa non contulerit, & dictum tempus currit solùm à die scientiæ, vel à die quo scire debuit; nec deuolutio impeditur per vnionem nullam, & an vnio pro Collegiata erigenda valeat, vel ne.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum conceditur vbi constat de bono iure illam petentis, *n.* 1.

Collatio beneficij facienda ab Ordinario, si non fiat infra sex menses deuoluitur, *n.* 2.

Vnio nulla non præstat impedimentum deuolutioni collationis, *ibid.*

Tempus ad conferendum collatori currit à die scientiæ, & à die quo scire debuit, *ibid.*

Vnio facta pro Collegiata erigenda nulla est, *n.* 3.

Collatio beneficij vbi est deuoluta per lapsum sex mensium, non potest fieri amplius per ordinarium, etiamsi a Papa beneficium non sit collatum, *n.* 4.

DECISIO CCCIX.

PRætermissis nullitatibus propositis aduersus senten- 1
tiam Reuerendi Patris Domini Hortensij, quæ Dominis non placebant, fuit dictum constare de causis restitutionis in integrum, propter bonum ius, quod fouet dominus Soderinus, qui post latam dictam sententiam venit ad causam pro suo interesse, ad decis. Put. 33. *num.* 64. *lib.* 1. & notata per Odd. post alios, *de restit. in integr. part.* 2. *quæst.* 73. *art.* 2. *num.* 136. *& quæst.* 79. *art.* 1. *num.* 16. Bonum ius resultat ex prouisione Apostolica facta quondam Attilio, cuius Soderinus est resignatarius. Et dicta prouisio iustificatur propter deuolutionem, de qua constat, ex quo Illustrissimus Commendatarius beneficium istud, quod vacauit per obitum Pauli Corelli, non contulit intra sex menses à die vacationis, & scien-

scientiæ, atque notitiæ illius, *cap. 2. de concess. præb. cap. sicut, c. licet, c. literas, & c. fin. de suppl. negl. prælat.* Rebuff. *in praxi tit. de deuol. n.4.*

2 Notitia vacationis est certa, quia Illustrissimus Commendatarius contulit aliud beneficium, quod vacauit per obitum eiusdem Pauli Corelli, & de isto beneficio petitam collationem facere recusauit, eo prætextu, quòd esset vnitum, qui prætextus stante quòd vnio erat nulla, & inualida, non præstitit impedimentum deuolutioni, vt fuit in his terminis dictum in causa Mediolanensi beneficij 5. Iunij 1596. coram Orano. Paria sunt enim in hac materia scire, vel debere scire, ideòque receptum est currere tempus collatori à tempore, quo scire debuit, Rot. *decis. 13. de irrepar. in antiq.* Bising. *decis. 10. de preben.* Rebuff. *dicto tit. de deuolut. n.10.*

3 Quòd autem inualida esset vnio facta de isto beneficio per bon. mem. Cardinalem Farnesium, constat ex pluribus, sed præcipuè ex quo fuit facta Collegiatæ erigendæ, vt aliàs tenuit Rota in causa Gien. præstimonij 17. Aprilis 1594. coram Illustrissimo Blanchetto, & in Aquinatensi beneficij 13. Iunij 1607. coram me, & insuper fuit reuocata per regulas Cancellariæ, quæ postea Collegiata nondum erecta, & vnione, necdum consummata superuenerunt.

4 Non obstat, quòd Illustrissimus Commendatarius contulerit hoc beneficium antequam de illo Papa prouideret. Etenim cùm stantibus prædictis dictum beneficium esset deuolutum ad Papæ collationem, non potuit ampliùs mora purgari per Illustrissimum Commendatarium, nec per eum fieri aliqua prouisio post elapsos sex menses, DD. *in c. 2. de concess. preben.* Card. *in clem. si de beneficio, in 1. not. de preben.* Rebuff. *d. tit. de deuolut. n.27. & seqq.* &c.

R. P. D. PIROVANO,

Leodien. salarij.

Veneris 17. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Salarium non conuentum Aduocato debetur, ad quam summam taxari debeat, & quando solutum præsumatur, & alia ad hanc materiam magistraliter in hac decisione declarantur.

SVMMARIVM.

Aduocato debetur salarium etiam non conuentum, *num. 1. declara vt num. 2.*

Aduocato debitum salarium taxari debet pro modo litis pro Aduocati facundia, forique in quo lis versatur consuetudine, n. 2. & 3.

Abbas successor non tenetur ad debita sui antecessoris, nisi quatenus fuerint contracta pro vtilitate, vel necessitate Monasterij.

Salarium Aduocato debitum potest taxari vsque ad summam scutorum centum, n. 4.

Salarium Aduocato debitum ex quibus præsumatur solutum, ibid.

Testis vnicus, singularis, & de auditu nihil probat, n. 5.

Confessio in concursu testium tollit omnes alias eorum probationes, ibid.

Testes contra partis confessionem nihil probant, ibid.

Salarium Aduocato non debetur, nisi appareat specialiter de causis, in quibus inseruiuit, n. 6.

Salarium non conuentum non debetur alteri quàm Aduocato, ibid.

DECISIO CCCX.

1 DOmini amplectendo partem negatiuam dixerunt salarium non deberi hæredibus de Nasque, nam, etsi regula sit, quòd Aduocato debeatur salarium etiam non conuentum, *l. 1.* & ibi Batt. *de var. & extraord. cogn.* Fedet. de Sen. *cons. 218. n. 1. & 2.* Put. *decis. 21. lib. 3. in fin.* Natt. *cons. 376. per totum*, Alex. *cons. 109. n. 2. vol. 6.*

2 Tamen in modo constituendi tria videntur considerari in text. *d. l. 1. de var. & extraord. cogn.* scilicet pro modo litis, pro Aduocati facundia, & fori consuetudine, ac iudicij, in quo erat acturus, & meritò, quia ex prædictis circumstantijs magis venit honorandus Aduocatus, vel minus pro modo concursus qualitatum, vt benè probat Sot. *de iust. & iur. quæst. 8. n. 4. lib. 5.* Lanc. Politus *in tra.*

de Aduocat. cap. 3. Gugliel. Rouel. *de instit. & ininst. rubr. de aduocat. quæst. 51. ver. nouum dictum*, quæ maximè videntur obseruanda, cùm hodie agatur contra Abbatem successorem non obligatum pro debitis antecessoris, nisi quatenus fuerint contracta pro vtilitate, vel necessitate Monasterij, Abb. *in cap. ex præsentium, n. 5. de pignor.* glos. *in cap. 1. de solut.* Put. *decis. 21. lib. 3.* Mobed. *decis. 4. de offic. vicar.*

In casu autem de quo agitur, quamuis testes pro parte dictorum hæredum videantur deponere, quòd dictus Stephanus fuerit famosus, & insignis Aduocatus curiæ Leodien. & assumptus solus Aduocatus in causis huius Monasterij, & quòd inseruierit in omnibus causis, & negotijs tam iudicialibus, quàm extraiudicialibus, tam de tempore Henrici Natalis, quàm Iacobi Thomæ Abbatum, pro annis, scilicet in totum 16. non tamen specificant causas, & negotia, ex quibus dignosci possit qualitas laboris, & præstiti seruitij, vt pro modo eorum iudex possit salarium liquidare, prout cauetur *in d. l. 1.* Rota passim solet considerare, vt in Oscen. salarij coram R. P. D. meo Lancelotto 21. Maij 1610. 3

Et si pro modo seruitij præstiti in patrocinio causæ Nullifodinæ, quæ probatur, & admittitur pro parte Monasterij, sed concordata per transactionem anno primo Abbatiæ dicti Iacobi, scilicet 1576. salarium esset constituendum in ratione vsque ad scuta centum, ad quam summam posse liquidari, animaduertit Bart. *in allegat. l. 1. §. si cui cautum, ff. de var. & extraord. cogn.* de eo adhuc Stephano satisfactum videtur; tum ex quantitate librorum, à Monasterio habitorum; tum ex quantitate librorum eiusdem Monasterij ab eo asportatorum, & receptione talarorum 20. ab Abbate Natali, de quibus omnibus deponunt testes monasterij dati in summario *num. 6.* Tum denique, quia toto tempore annorum 16. nec petijt, nec conquestus est Stephanus de salario sibi non præstiti, ex quibus iuris præsumptione satisfactum illi videtur, vt considerauit Rota in vna Romana mercedis coram Binatino, inter impressas 559. part. 1. diuers. & Grannt. referens, & sequens eandem decis. *theorema 12. n. 10.* 4

Non obstat, quòd aliæ etiam causæ fuerint specificatæ, & probatæ, cùm in summario hæredum *num. 6.* testes deponunt de lite super quadam domo ad inter signum amoris, & super quodam vectigali Pontis Aurotti. Quia fuit dictum, quòd vnicus est ille testis, & singularis, & de auditu deponit, iuxta 13. interrogatorium, cui regulariter non creditur, *cap. licet, cap. veniens, cap. iusiurandi, de testibus*, Gabr. *eod. tit. conclus. 1. n. 1.* Concurrit propria Stephani confessio, & declaratio, vt in summario Abbatis *n. 4.* etiam medio iuramento, quòd scilicet non haberet causas, in quibus inseruierit, propter illam Nullifodinæ in concursu videtur tollere alias probationes, Roman. *cons. 391. in fin. n. 8.* Marant. *de ordin. iudic. in 5. art. 2. par. ind. post n. 21.* & ab ea non esse recedendum, Alex. *cons. 99. lib. 5.* Cranett. *cons. 171. n. 10. vers. quando enim*, Verali. *decis. 283. n. 6. part. 3.* 5

Demum non obstat, quòd Stephanus inseruierit nedum in munere Aduocati, sed etiam pro Consiliario, quo casu duplicandum esset salarium, & iusta esset illius petitio, Rom. *cons. 25.* Cagnol. *in l. diem functo, n. 159. ff. de offic. Assess.* Quia responsum fuit, quòd aut prætendit salarium tanquam Aduocatus, & tunc sine specificatione causarum in quibus inseruierit nihil deberi, aut contendit illud sibi deberi vti Consiliarius, & tunc tanquam non conuentum habere non potest, cùm sit speciale in Aduocato, vt benè probat Feder. de Sen. *dict. cons. 218.* cum alijs allegatis in principio decisionis, &c. 6

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Cæsaraugustana pensionis.

Veneris 17. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Facultas retinendi pensiones etiamsi pensionarius matrimonium cum quacumque muliere nullo sibi iure prohibita contraxerit, habet locum etiam in matrimonio contracto cum vidua.

S V M M A R I V M.

Molieris *verbum comprehendit etiam viduam, num. 1. Vbi quod magis comprehendit viduam quàm virginem, & quod virgo non comprehenditur nisi extensiuè.*

Dictio etiam *est extensiua, ibid.*

Dictio vniuersalis *omnia comprehendit, quando aliàs non potest habere considerabilem effectum, & perinde est, ac si omnia fuissent expressa, n. 2.*

Pensio vbi amittatur per contractum matrimonij, vis non stat in qualitate matrimonij cum vidua vel virgine, sed in ipso contractu matrimonij, n. 3.

Clericus qui de clerico aliquid ostendere non tenetur, exemplificatur in eo qui viduam duxit, n. 4.

Clausula derogatoria licet non amplient gratiam, tamen illam declarant, ibid.

Bigamia quæ contrahitur non per iteratas nuptias, sed per matrimonium cum vidua, est facilius dispensabilis, num. 5.

DECISIO CCCXI.

VNa tantùm parte informante, altera etiam sæpè citata, fuit dictum sententiam Rotalem esse confirmandam, cùm de illius iustitia constet ex decis. Domini mei Lancellotti, in qua pluribus rationibus fuit deductum per contractum matrimonij inter Petrum, & Antoniam non fuisse extinctam pensionem ad fauorem eiusdem Petri reseruatam, quia per fel. rec. Clementem Octauum fuit ei indultum, vt certas pensiones ibi expressas retinere liberè, & licitè valeat, etiamsi matrimonium cum quacunque muliere nullo sibi iure prohibita contraxerit, & carnali copula consumauerit.

1 Nec obstat, quòd Antonia esset vidua, quando Petrus cum illa contraxit matrimonium, nam verbum *mulier* appositum in indulto, aptum est comprehendere etiam viduam, vt optimè fuit in decisione notatum, & benè in proposito D. Ambros. *epist. lib. 1. Mulier*, inquit, *secus est, virgo secus*, & vidua mulier dicitur *in l. filii, §. vidua mulier, ff. ad municip.* & non solum *in l. ex empt. §. si quis virginem, ff. de act. empt.* aliàs allegata, sed etiam *in l. si collectaneus, ff. de manumiss. vind.* distinguuntur ab inuicem mulier, & virgo. Atque quod magis est, mulier magis propriè significat corruptam, neque virginem capit, nisi extensiuè, vt patet ex *l. seruis legatis, §. mulieribus, ff. de leg. 3.* vbi dicitur legatis mulieribus etiam virgines deberi, ponderando dictionem, *etiam*, quam, notum est, esse extensiuam, *l. extraneum, C. de vulg.* & simil. & ad eandem extensionem facit etiam *l. argumento, §. muliebri, ff. de aur. & arg. lega.*

2 Vnde cùm sequatur etiam vniuersalis dictio *quacumque*, non est verisimilis illa interpretatio, quòd Pontifex voluerit cum Petro dispensare in eo tantùm casu, si matrimonium contraheret cum virgine, præcipuè quia dictio *vniuersalis* non potest habere aliquem effectum considerabilem, nisi comprehendat viduas, vt fuit in dicta decisione animaduersum, & propterea perinde esse, ac si de viduis facta fuisset specialis mentio, *l. 2. & 3. ff. de lib. & posth. c. ex parte N. de offic. deleg.* Paris. *cons. 141. num. 6.* Cagnol. *in l. in toto iure n. 11. de reg. iur.*

3 Concurrit etiam ratio efficacissima, quòd ad effectum retinendi pensiones, nihil refert an matrimonium fuerit contractum cum virgine, vel cum vidua, quia incompatibilitas consistit in ipso matrimonij contractu, non autem in qualitate mulieris, Gig. *de pens. quæst. 54.* ideòque cùm Papa dispensauit in casu contracti, & consummati matrimonij, cum quacunque muliere, vrgens insurgit ratio, quòd voluerit etiam comprehendere casum matrimonij contracti cum vidua.

4 Idque amplius suadetur ex quo voluit Petrum retinere pensiones, non obstante, quòd non incederet in habitu, & tonsura, & sic noluit Petrum compellere ad ostendendum aliquid de clerico: clericus autem, qui aliquid de clerico ostendere non tenetur, exemplificatur in eo, qui viduam duxit, glos. magna *in cap. Ioannes, de cler. coniug.* Deinde derogat constitutionibus Pij IV. Constitutio autem illius sanctæ memoriæ Pontificis in ordine Bullarij septuagesima tertia, facit mentionem de facultatibus retinendi pensiones concessis militibus coniugatis etiam bigamis. Hinc sequitur declaratio, quòd in hoc casu censeri debeat concessa dispensatio etiam in casu bigamiæ, quia clausulæ derogatoriæ, licet non amplient gratiam, tamen illam declarant, Castr. *in l. in his, n. 2. de legib.* Mandell. *cons. 585. n. 20. & seqq. vol. 3.*

5 Quæ omnia eo magis in hoc casu admittenda sunt, quia ista bigamia, quæ contrahitur non per iteratas nuptias, sed per contractum matrimonij cum vidua, est interpretatiua, & facilius dispensabilis, Fely. *in c. postulasti, n. 12. de rescript.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 37.* latè Modern. Cordub. *de matrim. vol. 2. lib. 7. q. 84. in princ. & n. 7.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ.

Veneris 17. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur possidenti tempore motæ litis, & titulus habitus à testatore, facit quem legitimum contradictorem.

S V M M A R I V M.

Constitutum transfert possessionem, n. 1.

Mandatum de manutenendo datur ei qui possidet de tempore motæ litis, ibid.

Iudex non rectè procedens, non priuat possessorem sua possessione, num. 2.

Contradictor legitimus dicitur qui habet titulum ab ipso testatore, ibid.

Donatio inter viuos facta, non ita de facili reuocatur, n. 3.

Maximè si est facta loco pio, ibid.

Possessio sola attenditur in iudicio manutentionis, n. 4.

DECISIO CCCXII.

1 DOminis dixerunt mandatum de manutenendo esse concedendum Monasterio sanctæ Susannæ in possessione vineæ, de qua agitur, siquidem dicti Monasterij possessio est clara, tam ex *constituti* clausula ad illius fauorem apposita in instrumento donationis, per quam verè possessio transfertur, *l. quod meo, ff. de acquir. possess. l. certi, §. 1. de precario, c. cum venissent, de rest. spol.* & alijs per Tiraq. congestus *de iure constituti, par. 2. ampl. 1. n. 1. & seqq.* quàm ex actuali, & corporali possessione capta nomine dicti Monasterij, & in qua existebat quando fuit concessa immissio Ecclesiæ sancti Iacobi: probata autem possessione de tempore motæ litis vulgata est conclusio, manutenendum esse possessorem, *§. retinendæ, instit. de interd.* & simil.

2 Neque obstat prædicta immissio, quia Monasterium non habuit se pro spoliato, & non fuit priuatum sua possessione per iudicem minus rectè procedentem, *l. fin. C. si per vim, vel alio modo, l. fin. C. de commin. epist.* Bal. *cons. 135. n. 2. lib. 2.* Fely. *in c. dilectus, il primo, n. 1. de rescript.* Ruin. *cons. 17. n. 5. lib. 5.* Quòd autem iudex iniustè processerit, apparet ex quo non habuit Monasterium pro legitimo contradictore, cùm tamen vigore donationis, & sic tituli habiti ab ipsomet testatore, cuius Ecclesia sancti Iacobi est hæres. Atque in vim constituti, & possessionis realis esset verè contradictor legitimus ad impediendam dictam immissionem, Bart. *in l. fin. n. 9.* & Bald. *n. 49. C. de edict. diu. Adr. toll.* Soc. iun. *cons. 77. n. 161. lib. 1.* Neuiz. *cons. 8. n. 73.* vbi loquitur in terminis donationis, Menoch. *adipisc. remed. 4. n. 586. & 588.*

3 Non obstat, quòd donatio fuerit ab ipso donante reuocata in testamento, nam fuit responsum, donationem inter viuos factam pio loco, & iuratam, non facilè reuocari, *§. alia autem donationes, Instit. de donat. l. 1. & l. Arist. ff. eod. l. 2. & 3. C. de reuocanda donatione,* Abb. *in c. relatum, de testam.* Angel. Aret. *cons. 4. n. 22.* Gabr. *concl. 1. de iur. iur.*

4 Nec facit, quod opponitur de nullitate, seu inualiditate donationis, nam de illa inualiditate non constat, & non est discutienda in hoc summarijssimo iudicio, in quo sola possessio attenditur, Castr. *cons. 3. n. 2.* Bald. *in c. licet, n. 30. de probation.* fuit dictum in Romana vineæ 23. Iunij 1581. coram Robusterio.

5 Atque hæc Domini intelligunt quantum ad quatuor partes vineæ in donatione comprehensas, quia quoad quintam partem, quam sibi testator reseruauit ad effectum testandi pro anima, possessio legitima est penes Ecclesiam, & sic vtraque pars pro indiuiso, quolibet tamen in sua portione respectiuè possidebit, &c.

R. P. D.

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fan. mem. Gregorio XV.

Romana pecuniaria.

Veneris 17. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Sententia an & quando valeat, quando condemnat, vel absoluit in parte, & an actor possit ex pluribus actionibus in libello expressis omissa via priùs electa eligere aliam.

SVMMARIVM.

Actor quando ab initio deduxit omne ius, potest omissa via, quam prius elexit aliam aggredi, absque eo, quod teneatur ad refectionem expensarum, n. 1.

Sententia debet condemnare, vel absoluere in toto, non autem in parte, n. 2.

Fallit quando sunt plura capitula separata, ibid.

Fallit secundo quando plures simul conueniunt, quia potest vnius ferri sententia, & respectu alterius differri, ibidem.

DECISIO CCCXIII.

1 CVm Petrus Antonius Buffus fuerit in decisione in hac causa facta declaratus creditor Michaelis Confalonerij in scutis 1394. orta fuit longa controuersia super nonnullis partitis, qua pluries proposita, & dum adhuc durabat desuper disputatio, Hieronymus hæres Petri Antonij petijt aduersarium condemnari in summa quæ non erat controuersa, & 7. Iulij, quæ fuit Rota Memorialium, feci super hoc verbum cum Dominis, qui vtraque parte informante ordinarunt vt super quantitate liquida condemnarem aduersarium, & quia dicebat quantitatem liquidam ascendere ad summam scut. 540. tantùm, licet Buffus prætenderet multum excedere, tuli sententiam, in qua condemnaui Confalonerium ad soluendum dictam summam liquidam scut. 540. reseruando iura si quæ competerent Buffo pro residuo, & alijs præsentationibus: sed quia sententia prætendebatur nulla, quia Confalonerius fuerat citatus ad sententiam pro die secunda iuridica, quæ cadebat sub die 5. Iulij, & Notarius adnotauerat productionem citationis sub die 7. eiusdem, & sub ea promulgationem sententiæ, Buffus adijt signaturam Sanctissimi, & obtinuit, vt reiecta dicta nullitate arbitrio Rotæ procederem ad exequutionem sententiæ, & cùm 12. Nouembris proposuissem dubium, an esset locus arbitrio? Domini ordinarunt quòd videretur de bono iure, super quo causa iterum proposita, Rota resoluit constare de bono iure Buffi, quia de suo credito apparet non solum ex libris Petri Antonij per Confalonerium productis, sed etiam ex diuisione inter Michaelem, & Neapolionem.

2 Non obstat, quòd Buffus ab initio petierit tanquam socius, quia postea declarauit se velle consequi tanquam creditorem, & stante commissione, in qua ab initio omne ius suum censetur deduxisse prosequutio ex vno capite, non obtulit aliud, vt censuit Rota in vna Ceruien. bonorum 17. Iunij 1583. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, vbi etiam fuit dictum Rotam partim seruare, vt ille qui omissa vna via, aliam aggreditur, non teneatur ad refectionem expensarum, & quòd Buffus potuerit hoc facere, fuit particulari decisione resolutum.

3 Non obstat, quòd non potuerit super parte crediti pronunciari, sed debuerit ferri sententia super toto, *l. in hoc iudicio, famil. hercisc. l. etiam, ff. de minor.* quia non procedit quando sunt plura capitula, tunc enim cùm censeantur tot portiones, quot capitula, sententia super aliquibus lata, alijs omissis valet, Abb. *in cap. cum inter, sub numer. 23. vers. Ego capiendo*, vbi etiam Felyn. *post num. 6. vers. fallit primo, de re iudic.* Et dixit Rota in vna Melphien. Sicut autem quando plures simul conueniunt, potest respectu vnius ferri sententia, & respectu alterius differri, *l. non idcirco, in principio*, & ibi Bart. & alij, *ff. de iud.* Dec. *cons. 298. numer. 1.* Caputaq. *decis. 8. num. 1.* ita etiam quando ab vno petuntur plures res, seu summæ ex diuersis causis. Ex quibus Domini resoluerunt constare de bono iure Buffi, & esse locum arbitrio, & exequutioni, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Romana de Columna.

Lunæ 20. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Tutor deputat actorem ad lites motas, & certas cum decreto iudicis, quod etiam post deputationem interuenire potest, & valet deputatio etiam non confecto inuentario à tutore.

SVMMARIVM.

Tutor potest cum decreto iudicis deputare actorem ad lites, num. 1.

Decretum iudicis requisitum ad authorizandum actum ex interuallo post actum interuenire non potest, secus si requiratur ad confirmationem actus, n. 2.

Actor ad lites deputari non potest, nisi ad certas lites motas, non autem ad incertas, & mouendas, n. 3.

Tutor de confecto inuentario potest deputare actorem ad lites, num. 4.

Tutores de consuetudine possunt se immiscere in administratione bonorum pupilli etiam non petita licentia a iudice, licet tanquam suspecti possint remoueri, ibid. in fine.

DECISIO CCCXIV.

DOmini, resoluerunt constare de legitimo mandato respectu litis motæ, quia Domini Benedictus de Benedictis, & Dominicus de Laurentijs comparentes fuerunt constituti actores ad lites ab Illustrissimo D Cardinali Montalto, qui ex speciali indulto Sanctissimi fuit cum decreto iudicis deputatus curator Excellentissimo Comiti Stabili, & prout ex summario, quod datur *nu. 1. & 2.* cum decreto iudicis constituit eos actores, quod potuit facere, 1
l. neque tutores, C. de procur. §. fin. Instit. de curat. l. decreto, ff. de administr. tutor. l. si actor. C. de appell.

Non obstat, quòd decretum interpositum minimè fuerit in die 24. Augusti 1610. quo deputati fuerunt actores, sed in die 27. eiusdem mensis, & sic ex interuallo, quòd non valet postquam requiritur ad anctorizandum actum, *l. decreto prætoris, ff. de admin. & peric. tutor. l. tutor interposito decreto, ff. quando ex fact. tutor.* Quia pro responsione fuit dictum, quòd cùm decretum iudicis veniat ad confirmationem actoris à tutore constituti, non autem ad anctorizationem ipsius actus, vt benè probauit Castr. *in l. actor. n. 1. ff. rem rat. haber.* ponderando text. in illis verbis, *à tutore datus, l. si autem, ff. de aqu. pluu. arcend. l. 2. C. de iur. fisci, lib. 10.* sequitur decretum potuisse apponi ex interuallo, Roman. *cons. 50. n. 2.* Socin. sen. *cons. 15. num. 46. vol. 1.* Tiraq. *de ll. connub. glos. 6. n. 9.* Simonc. *de decret. in præfat. n. 39.* dicens hoc esse de natura confirmationis, vt possit ex interuallo sequi actus. 2

Non obstat, quòd deputatio actorum fuerit facta ad omnes lites, & causas tam motas, quàm mouendas, super quo actu, vti super re incerta respectu futurarum litium, & causarum, decretum interponi non potuit, vt præcisè visus est firmare Feder. de Sen. *cons. 100. n. 4.* Quia dictum fuit sustineri, quoad lites motas, quæ sunt certæ, prout iam præsens causa mota fuerat ante constitutionem actorum, vt benè probatur, quia Illustrissimus Cardinalis in ea constitutione omnia acta hujus causæ ratificauit. 3

Demum tollitur, quòd cùm Illustrissimus curator Inuentarium non fecerit, non ideo potuerit deuenire ad deputationem actorum, ex Gabr. *cons. 25. numer. 6. & seqq. lib. 2.* quia deputatio actorum valet etiam non confecto inuentario, Put. *decis. 287. lib. 1.* Alban. *consil. 21. numer. 8.* dicens hodie de consuetudine tutores se immiscere in administratione bonorum pupilli, etiam non petita licentia à iudice, licèt tanquam suspecti possint remoueri, &c. 4

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Sancti Seuerini bonorum.

Die 20. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

De vsufructuario, & legatario quando propria auctoritate possint legatum, & vsumfructum accipere.

SVMMARIVM.

Iudex immittendo vnum in possessionem censetur alium sua possessione priuare, n.1.

Possessio dum in esse deducitur est quid facti. Acquisita tamen dicitur iuris, & iuris appellatione venit, n.2.

Possessio vsufructuarij dicitur naturalis, & est compatibilis cum possessione ciuili, ibid.

Possidere possunt insolidum duo, diuersis tamen respectibus, ibid.

Iudex grauando, & non ritè procedendo, non priuat quemquam sua possessione, nisi is habuerit se pro spoliato, num. 3.

Remedium l.finalis, C.de edict. Diu. Adr. tollen. non competit contra titulo possidentem, n.4.

Legatarius non potest auctoritate propria rem legatam accipere, sed debet eam capere de manu hæredis, ibid.

Possessio vitiosa non est possessio, ibid. in fin.

Vxor legataria vsusfructus existens viuente viro in possessione vsusfructus, potest mortuo viro propria auctoritate retinere eundem vsumfructum, n.6.

Retentionis priuilegium est fauorabilibus, quàm priuilegium immissionis, ibid.

Possidere possunt duo insolidum diuersis respectibus, ibid.

Vsusfructus deseruiens loco alimentorum potest ab vsufructuario capi propria auctoritate, ibid. in fin.

Legatarius potest auctoritate propria capere legatum de consensu testatoris, vel hæredis expresso, aut tacito, num. 7.

Legatarius relictus à testatore administrator potest auctoritate propria legatum accipere, ibid.

DECISIO CCCXV.

1 PRo manutentione Fuluiæ fuit conclusum; nam eius possessio ante sententias non controuertitur, sed tantum an illam amiserit per sententias latas ad fauorem Equitis, & immissionem dd. sententiatum vigore illi concessam, & licèt regula sit, quòd iudex immittendo vnum, priuet alium eius possessione, iux. not. *in l.clam.possidere*, *§.qui ad nundinas*, vbi in specie Angel. *n.2.* Ias. *num.20. ff. de acquir.poss.* attamen visum fuit casum esse extra terminos d.regulæ *ex duobus*.

2 Primò, quia fuit data immissio sine præiudicio iurium Fuluiæ quoad vsumfructum, per quem videtur præseruata etiam eius possessio, nam etsi possessio dum in esse deducitur, sit quid facti, acquisita tamen dicitur iuris, & iuris appellatione venit, Bar. Ang. Imol. Cast. Alexan. & Ias. *in l. 1. ff. de acquir. poss.* & est communis opin. vt per Socin. iun. *ibi num.18.* Rip. *num.26.* Couar. *in reg.possessor*, *in initio 2.par.relect. num. 3.* Neque vt ex aduerso prætenditur, est præseruatio contraria facto, quia possessio vsufructuarij cùm sit naturalis, *l.naturaliter*, *in princ. ff. de acquir.poss.* Castr. *cons.396. in princ.par.2.* est compatibilis cum possessione ciuili Equitis, *l.fin.ff.vti possid.glos.1. in l.si duo, iux.fin. ff. eod.tit.* & est regulare, quòd duo etiam insolidum possunt eandem rem possidere, diuersis respectibus, Bar. *in d.l.si duo, num.4. vers.si constaret, ff. vti possid.* Oldrad. *cons.257.num.41.* Alex. *cons.99 num 9.vers. num licèt, vol.5.* Soc.iun. *in l.1. num. 341. ff.de acquir.poss.* Cæs. de Grass. *decis.5. n.7. de caus. poss. & propriet.* & fuit dictum coram me in causa Romana bonorum de sancta Cruce 4. Iunij proximi, & quatenus istæ possessiones essent incompatibiles stante clausula, *sine præiudicio*, potiùs viriaretur immissio, quàm retentio, quia immissio videtur data sub conditione, ita Put. *decis.32. lib. 2. per l. qui absenti, §.1. ff.de acquir.hered.*

3 Secundò fuit dictum non intrare prædictam conclusionem, quia etiamsi iudex voluisset priuare Fuluiam sua possessione, non potuisset, quia in effectu grauasset, & iudex grauando non priuat quemquam sua possessione, quia tunc est loco priuati, & grauatus manutenetur contra factum iudicis, nisi habuerit se pro spoliato, vt fuit dictum in causa Pennen. & Adrien. beneficiorum 4. Iul. 1584. coram bon. mem. Cardinali Seraphino relat. inter diuers. impress. *decis.802. num.7. vers. quia pro responsione part.1.* in causa Romana domus 5. Nouembris 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto, & alibi sæpè.

Quòd autem grauasset, deducitur ex eo, quòd ipsa 4
possidebat, cum titulo sui legati vsusfructus, & contra titulo possidentem non competit remed. *l. fin.* cuius vigore fuit immissus Eques, per text. *in d.l. fin. versic. non autem legitimo modo*, & ibi Bart. *num.21.* Dec. *num.41.* Socin. iun *cons.77. num.161. lib.1.* Menoch. *de adipisc. remed.4. n.588. & seq.* & fuit dictum in causa Romana vineæ 21. Aprilis 1589. coram R. P. D. Comitulo.

Nec obstare dicebatur, quòd regulariter legatarius mi- 5
nimè sit legitimus contradictor aduersùs remedium *l. fin.* Dec. *cons.424. num.17. & seq.* cum concord.alleg. quia hoc ideò est, quia regulariter legatarius non potest capere possessionem propria auctoritate, sed debet capere de manu hæredis, Alex. *cons. 58. num. 8. lib.3.* Soc. *cons. 131. num.17. lib.1.* Dec. *cons. 607. num.1.* nimirum igitur si tamquam vitiosus possessor minimè potest impedire immissionem, quia vitiosa possessio non est possessio, ad not. *in l.4. §. condemnatum, ff. de re iud.* vnde licèt adsit titulus, deficit alterum requisitum ad impediendam remissionem, hoc est, possessio.

In proposito autem casu ista mulier viuente marito, erat 6
in possessione istorum bonorum, vnde illo mortuo potuit sine vitio ratione sui vsusfructus retinere eorumdem bonorum possessionem, vt in terminis vxoris legatariæ vsusfructus, post Alciat. *cons.607.* firmat Surd. *consil.252.n.21.* & ante illum Bero. *cons.60. num.5. vol.2.* cessat enim temeritas, cuius causa improbatur apprehensio legatarij, & intrat priuilegium retentionis, quæ quandocumque à vitioso principio non procedit, est fauorabilior, quàm immissio, vt latè per Surd. *d. num.21. cum seqq.* & in terminis creditoris defuncti, quòd si reperiatur in detentatione sine vitio, contra illum non detur immissio, quæ sit præiudicialis suæ detentationi, & sic quòd vterque, prout in hoc casu, debeat possidere, diuersis tamen respectibus fuit decisum coram me in Romana bonorum de sancta Cruce suprà allegata, & etiamsi Fuluia posset dici per existentiam nepotis simplex alimentaria, iuxta consuetudinem Bulgari, vt prætendunt informantes pro Equite, adhuc dicebantur habere locum conclusiones suprà firmatas, quia istud genus alimentorum, quod subrogatur loco vsusfructus, capitur per alimentarium propria auctoritate, Dec. post alios *consil. 418. num. 3.*

Prædictis addebatur, quòd legatarius potest capere pos- 7
sessionem propria auctoritate, si accedat consensus etiam tacitus testatoris, Ias. *in l.quoties, num. 8. C. de hered. instit.* Rip. *in l.1.num.10. & seqq. ff quorum legat.* Dec. *consil. 418. num.4.* Bero. *cons.60. num.9. lib.2.* Honded. *consil.28. num.10. lib.3.* Surd. *cons.265.n.11. circa med.* Sicut etiam si accedat consensus expressus, vel tacitus ipsius hæredis, Castr. *cons.152.num.3. vol.2.* Rip. *in d.l.1. num.7. ff. quorum legatorum*, & tradunt Alex. *in l.restituta, num.6. ff.ad Trebel.* Paris. *cons.53. num. 111. & seq. lib.3.* Honded. *cons.28. num.32. lib.2.* In casu autem proposito dicebatur, vtrumque concurrere, testatoris, dum voluit quòd ipsa vsque ad certam ætatem hæredis administraret, Dec. *consil. 418. num.5.* Ruin. *cons.119 num.6. lib.3.* hæredis, dum passus fuit illam per multos annos administrare, ex traditis per Gabr. *tit.de præs. conclus.1. num.2. cum pluribus seqq.* Paris. *d.cons.53. n.111. lib.3.*

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Casalen. irregularitatis.

Die 29. Decembris 1610.

ARGVMENTVM.

Irregularitas non incurritur ex sola assistentia in homicidio, nisi assistens aliquid operatus fuerit,

rit, & in duo assistentia præsumitur potius casualis, quàm ex proposito.

SVMMARIVM.

Irregularitas non incurritur per solam assistentiam in homicidio, nisi probetur participatio, n.1.

Clericus dans operam rei illicitæ, tenetur etiam de homicidio casuali, & præter intentionem sequuto, quando opus illicitum fuit causa homicidij, aliàs secus, num.2.

Irregularitas incurritur ex solo interuentu in homicidio, licèt quis non percusserit, declara dummodo assistens directè, vel indirectè delicto cooperatus fuit, aliàs secus.

Assistere homicidio præsumitur quis potiùs casualiter, quàm ex proposito, num.4. vbi etiam bene declaratur quando quis dicatur casualiter in homicidio interuenisse.

Testis laicus à iudice laico examinatus contra Clericum nihil probat, ibid.in fine.

Testibus deponentibus de aliquo facto in specie magis creditur, quam deponentibus in genere, n.5.

Sententia non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta, nec potest transire in iudicatum, n.6.

Verba sentent.a dispositiua attenduntur, & non narratiua, num.7.

DECISIO CCCXVI.

1 CEnsuerunt Domini, Conradum Molam non incurrisse irregularitatem. Nam quòd ipse patrauerit aliquod homicidium, non probatur in processu, sed tantum quòd illi interfuit, quæ interessentia nisi probetur, participatio nullius est considerationis, c.vltimo, in fin. 23.quæst.8. Innoc. in c.sententiam, nu.1. in fin. verb.intersit. tit. ne cler.vel Monach. Specul. tit. de dispens. §.4. num.9. Abb. in c.Petrus, num.1. vers. secus videtur, de homicid. Felyn. in c.sicut dignum, num.6. vers. & omnia ista, eod. tit. Federic. de Sen. cons.168.in princ. latè Paris.cons.152.n.30. 31. & 35.lib.4.

2 Non obstat, quòd homicidia sequuta fuerint occasione chorearum, quibus non licebat Conrado, cùm esset Clericus, interesse, & proinde tanquam dans operam rei illicitæ, teneatur de homicidio etiam casuali, & præter intentionem sequuto, D.Thom. 2.2. quæst.64. art.8. Nauar. in manuali c.27. num.221. Tolet. lib.1. instr. Sacerd. c.80. Vgol. de irregular. c.18. num.8. & seqq. Malol. de irregular. lib.5. & c.48. §.3. num 6. quia hoc procedit quando opus illicitum fuit causa homicidij, prout ludus noxius, indiscreta correctio, & similia; secus si opus illicitum nullo modo fuit causa homicidij, vt latè explicat Couar. super clem. si furiosus, §.4. num.9. vers. illud sane, & num. 10. per tot. de homicid. benè Nauarr. consil. 21. n.4. eod.tit.

3 Vnde cessat aliud, quòd ad incurrendam irregularitatem sufficiat interuenisse homicidio, licèt quis non percusserit, Tabien. verb.irregularitas 2. num.21. Malol. de irregularit. lib.5.c.48. §.4. num.1. Specul. tit. de dispens. §. iuxta num. 56. quia debent intelligi de eo assistente, qui directè, vel indirectè delicto cooperatus fuit, puta animando percussores, vel quid simile: secus de casualiter repertoin loco vbi committitur delictum, per supra in allegata.

4 Quòd autem Conradus casualiter, & non animo codiuuandi fuerit repertus in loco delicti, nedum præsumitur eo ipso quòd contrarium non probatur, ad not. in l. merito, ff.pro soc. Felin. in c.sicut,num.6. vers. & omnia ista, de homicid. cum alijs per Paris. cons. 152. num. 32. & seqq. lib.4. sed etiam suadetur ex serie facti, etenim homicidia fuerunt perpetrata in birruarios occasione improuisi eorum accersus ad locum, vbi ducebantur choreæ, & captura, quam tentarunt facere de quibusdam armatis armis prohibitis, vnde ipsi ad euadendas manus birruariorum exploderunt tormenta bellica, vulgò sclopos nuncupata, & facit quòd appareat de alia causa conuenientdi in illo loco, hoc est, quia ducebantur choreæ, & quòd Conradus accessit ad locum sine armis, vt deponunt quatuor testes in Curia Episcopali examinati, quorum dictum minimè potest labefactari, ex eo quòd quidam testis Sondra nuncupatus, contrarium dixerit in Curia seculari, tum quia vnicus contra quatuor, tum quia periurus, cùm per prius medio iuramento contrarium deposuerit, tum denique quia examinatus fine iurisdictione, hoc est, à iudice laico contra Clericum, cap at si Clerici, & ibi Bald. num. 2. de iud. Oldrad. consil. 157. in fin. Gemin. consil. 142. num. 2.

5 Et ex eisdem cessat fundamentum, quòd posset fieri super relatione Baroncelli facta in eadem Curia, nempe se repetijsse omnes ibi assistentes armatos. Vltra quòd in omnem euentum cùm ipse deponat in genere de omnibus, magis crederetur prædictis quatuor testibus tanquam in specie deponentibus, Bald. consil. 69. numer. 1. vers. & hoc probatur lib.5. Alex. cons.184. n.4. lib.2. Dec. cons.466. n.37.

6 Non obstat aliud motiuum, quòd Conradus super huiusmodi facto reportauerit in Curia Episcopali contra se condemnationem, à qua cùm non appellauerit, res videatur occasione rei iudicatæ effecta notoria, quia respondebatur primò, sententiam quoad materiam homicidij non iustificari ex actis, vnde tanquam notoriè iniustam minimè potuisse transire in iudicatum, ad l. si expressim, & ibi Bar. ff. de appel. & relat. Cæs. de Graff. decis.2. n.7. de dilat. & decis.3. n.3. de reb. Eccles. non alien. fuit dictum in causa Bononien. de Papinis 8. Nouembris 1577. coram Illustrissimo Seraphino relat. inter diuers. impress. decis.311. num.3. par.2.

7 Secundò dicebatur, non apparere quòd Conradus fuerit condemnatus propter homicidium, cùm de hoc nihil in dispositiua sententiæ, quæ sola dispositiua attenditur, Roman. cons.157. num.2. Federic. de Sen. cons. 220. in fin. & fuit dictum in Romana, seu Amerien. domus 8. Iunij 1576. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. decis.34. n.12. par.2. & posse esse, quòd fuerit condemnatus ob solam interessentiam choreis, & scandalo ex eius carceratione, & ductu ad iudices laicos sequuto, quod etiam fit verisimile ex pœna breuis exilij, & paruæ pecuniæ inflictæ in dicta sententia, quæ pœna non correspondet magno delicto, quod aliàs commisisset Contadus, si participasset de homicidio. Et ita fuit conclusum Conrado solo informante, cùm pars aduersa pluries citata non curasset comparere, fuit tamen habita ratio cuiusdam discursus per incertum auctorem contra Conradum formati, & per eundem Conradum dato in Rota, vt patet ex responsionibus supradictis.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Romana pretij Clericatus.

Lunæ 24. Ianuarij 1610.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Attentata post factam inhibitionem nulla sunt, etiam respectu illius, qui cum attentatore participauit, n.2.

Præsens, & tacens sibi non præiudicat in præiudicialibus, num.3.

Obligatio generalis trahitur etiam ad nomina debitorum, num.4.

Creditori posteriori, & magis in exigendo diligenti fieri potest solutio, solutaque pecunia ab illa repeti non potest, declara vt n.5.

Creditor recipiens pignus à suo debitore, non per hoc censetur renunciare hypothecæ, quam habet super alijs rebus, nec aliquid innouare, n.6.

DECISIO CCCXVII.

1 CVm D. Stella multas societates officiorum super suo Clericatu Cameræ contraxisset, & postmodum vt satisfaceret P. Antonio Labiæ creditori paterno, & ad cuius fauorem ipse D. Stella pro parte etiam erat obligatus, eumdem Labiam procuratorem vti in rem propriam, & irreuocabilem constituisset ad vendendum dictum Clericatum Cameræ, prædicti creditores ex causa societatis officiorum prætendentes, se esse anteriores Labia, obtinuerunt per A. C. inhiberi Procuratori à Labia constituto ad resignandum dictum Clericatum ne auderet illud resignare, neque de eo, aut de illius pretio disponere, nisi

nusque illud percipere. Post hæc inter D. Stellam, & Labiam fuit deuentum ad conuentionem, quòd per Sanctissimum D. N. apponeretur decretum liberæ dispositionis officij ad fauorem Labiæ, prout successiuè accedente consensu D. Stellæ fuit appositum. Item Labia prætendit mediante publico banco Venetiarum, pretium Clericatus (ita mandante D. Stella in prædicto contractu) patri & fratribus dicti D. Stellæ exbursasse, & versùs illud ad computum sui crediti ab eisdem recepisse. Ea propter inter alia orta fuit dubitatio, an Labia potuerit hoc pretium sibi soluere, & appropriare in præiudicium creditorum D. Stellæ, de quibus suprà? Et negatiuè fuit resolutum, ex duplici capite.

2 Primò, quia Labia fuerat expressè inhibitus, ne auderet de pretio Clericatus disponere, vnde quicquid contra formam prædictæ inhibitionis fecit, est nullum, & attentatum, *c. non solum, in fin. de appell. in 6.* Roman. *cons.* 330. *num. 4. vers. quoad secundum*, Dec. *cons.* 103. *num.* 1. Rot. *decis.* 395. *lib.* 2. Nec satisfecit responsio, quòd inhibitio fuerit illi facta tanquam Procuratori D. Stellæ, vnde Labiam non afficiat in hoc secundo negotio, quod gessit tanquam principalis, quia fuit responsum, primò ex serie facti apparere, quòd illa procura erat facta ad eius vtilitatem, secundò sufficere, quòd cùm D. Stella attenrante participauerit, Abb. *in c. bonæ, num. 16. vers. aut appellatio*, & ibi Præposit. *num.* 18. *vers. vel aliter potest solui, de appellat.* Bisignet. *decis. 4. numer. 5. eod. tit.* Felin. *in cap. cum super, numer.* 11. *de sent. & re iud.* Afflict. *decis.* 354. *num.* 21. Cæs. de Grass. *decis. 6. num. 8. & 9. de caus. poss. & propriet.*

3 Non obstat, quòd pars dictorum creditorum fuerit præsens consensui præstito per D. Stellam supplicationi, nam præter quòd ista præsentia non benè videbatur probata, adhuc dicebatur non obesse, quia in præiudicialibus sola præsentia non nocet, *l. sicut, §. non videtur*, vbi Bart. *num.* 2. & alij, *ff. quibus mod. pign.* Alex. *cons. 20. n. 12. vol. 3.* Ias. *in l. cum rem alienam, num. 5. versic. nunc limita, C. de legat.* Socin. *cons.* 46. *num.* 18. *lib.* 4. maximè quia non fuit actum de appropriatione pretij officij, quod est illud, de quo modò quæritur.

4 Secundò principaliter non potuit Labia sibi appropriare pretium, quia dum D. Stella consensit liberam dispositionem clericatus ad fauorem Labiæ, sequuto beneplacito Apostolico dominium clericatus fuit translatum in Labiam, vt datur pro præsupposito ab vtraque parte, & hoc stante D. Stella effectus fuit cre[illegible] Labiæ pro pretio, quod creditum in vim generalium obligationum de iuribus præsentibus, & futuris factarum per D. Stellam ad fauorem creditorum ex causa societatis officiorum cœpit esse obligatum illis, iuxta not. *in l. nomen*, vbi Bart. *n.* 3. Salycet. *num. 1. C. quæ res pign. oblig. poss.* Bald. *consil. 25. n. 5. volum.* 1. Anchar. *consil.* 101. *num. 6. & 7.* Castr. *cons.* 198. *num. 1. lib.* 1. Dec. *cons.* 399. *num.* 10. Negus. *de pignoribus, membr. 2. part. 2. num.* 8. & hoc stante non potuit ex post consumi ad fauorem ipsius Labiæ (vt prætenditur) posterioris.

5 Nam etsi verum sit, quòd teneat solutio facta posteriori creditori, nec possit pecunia sic soluta per anteriores auocari, iuxta decisionem 190. sæpè approbatam; hoc tamen non procedit de stricto iure, sed ex quadam æquitate, & concurrente bona fide, vt per Afflict. *ibi*, Iosephus Ludouicus decis. Perus. 45. *num.* 2. Paris. *cons. 69. in princ. vol.* 4. Surd. *cons. 4. num. 42. & seqq.* & per Rot. *decis.* 548. *num. 2. part. 3. lib. 3. diuers.* & fuit dictum in causa Romana pecuniaria 19. Nouembris 1593. coram R. P. D. meo Decano: bona fides autem in proposito casu cessat, tam ex prædicta inhibitione, quàm ex serie facti, ex qua appatet Labiam habuisse plenam notitiam mali status illorum de Stella, & istum secundum contractum fuisse præcipuè excogitatum vt satisfieret Labiæ posteriori, omissis anterioribus creditoribus, nam in specie in conuentionibus initis inter Dominum Stellam ex vna, & Labiam ex altera, expressè dicitur, *acciò esso Signor Labia creditore degli Signeri*, &c. *Stella dia credito à detti sesseri di 30000. scudi d'ore delle stampe à conto di quelli li denono.*

6 Et non obstat, quòd D. Philippus vnus ex creditoribus habuerit loco pignoris annulum pretiosum, quia non per hoc videatur renunciasse hypothecæ super alijs rebus, vel in aliquo nouasse, *l. si Stichum, §. idem Celsus*, & ibi not. Castr. *num.* 2. Imol. *numer. 4. ff. de nouat.* Rot. in causa Romana Cur. de Sabell. 13. Iunij 1576. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis.* 30. *num.* 3. *part.* 2.

R. P. D. LVDOVISIO;

posteà san. mem. Gregorio XV.

Cæsaraugustana dedicationis.

Lunæ 24. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Habes in summario.

SVMMARIVM.

Ecclesiæ Cathedrales plures in eadem diœcesi esse non possunt, num. 1.

Quasi possessio priuatiuè vt acquiratur sufficit prohibitio implicita, ibid.

Possessio vnius non continet prohibitionem possessionis alterius, quando possessiones sunt inuicem compatibiles, ibid.

Ecclesia Cathedralis si cathedralitatem amittat, an retineat prærogatiuas Cathedralitatis, n. 2. vbi remissiuè.

Actus præsumitur factus eo modo, quo validè & legitimè fieri potest, ibid.

Ecclesia Cathedralis potest esse Collegiata, & parochialis, num. 3.

DECISIO CCCXVIII.

DOmini steterunt in decisis, rationibus de quibus in decisione. Non obstat, quod objicitur testes fuisse examinatos, & iura compulsata extra terminum, hoc enim ex facto tollitur, quia licèt Nuntius dederit terminum 40. dierum: attamen illum statim prorogauit ad altos 40. & iste terminus ita prorogatus 80. dierum incipiebat die 16. Decembris, & currebat vsque ad diem 4. Martij inclusiuè: testes autem omnes iurauerunt de mense Februarij, vno excepto, qui iurauit die 3. Martij, & compulsatio scripturarum cœpta die prima Martij consummata fuit & perfecta die 4. eiusdem. Quibus scripturis coram Nuntio productis, nihil fuit oppositum pro parte Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & dicta testium recipiunt adminiculum veritatis ab antiquis historijs loquentibus de multis prærogatiuis & præeminentijs, quas habuit Ecclesia del Pilar, quæ fuit antiquitus Cathedralis.

1 Non obstat, quòd cùm ista celebratio fuerit facta ab Ecclesia sancti Saluatoris, vti de festo dedicationis Sedis, id est, Ecclesiæ effectæ Cathedralis, ista quasi possessio in vim prærogatiuæ Cathedralitatis, quæ vni tantum Ecclesiæ competere potest, (cùm non sit dare in eadem diœcesi plures cathedrales) videatur continere prohibitionem implicitam quoad alias Ecclesias, quæ sufficit ad acquirendum quasi possessionem priuatiuè, vt dixit Rota in Hostien. littoris maris 20. Decembris 1574. coram Rubeo, & Calder. *cons. 2. de præscript.* & alijs tunc allegatis; quia respondetur Ecclesiam del Pilar non celebrare festum ratione cathedralitatis, sed vti propriam Ecclesiæ dedicationem, vt in qualibet Ecclesia celebratur, vnde sequitur quod cùm celebratio competat vtrique Ecclesiæ diuersis respectibus, vna possessio non potest continere prohibitionem alterius, sed sunt compatibiles, DD. *in c. licet causam, de probat.* Bart. *in l. si duo, sub num. 4. ff. vti possid.* Rip. *in l. a[illegible] prætor, n. 15. ff. de re iudic.* Cæs. de Grass. *decis. 33. n. 7. de caus. possess. & propriet.*

2 Non obstat, quod dicitur Ecclesiam del Pilar facere celebrationem propter cathedralitatem quam amisit, quia omisso an id facere possit, & in hoc conseruari prærogatiuam antiquæ cathedralitatis, iuxta trad. per Ioan. de Platea *in l. 1. & 11. C. de præfect. prætor. lib.* 12. Guidopap. *decis.* 377. & dato quòd facere non posset, posset autem (vt negari non potest) vti propriam dedicationem, quasi possessio celebrandi censeri debebit eo nomine vti legitimè fieri potuerit, Signorol. *cons. 75. num. 10 post med.* Aym. *cons. 322 post n. 3.* Cæs. de Grass. *decis. 19. n. 5. de probat.* Et est regula generalis, quòd actus præsumitur fieri eo modo, quo validè & licitè fieri potest, *l. quoties, ff de reb. dub. l. merito, ff. pro soc.* Corn. *cons. 237. sub n. 3. vers. & qui potest facere, lib.* 1. Rimin. sen. *cons. 42. n. 12.*

Num

3 Non releuat quod dicitur probari ex litteris quibusdam Cardinalium, Ecclesiam del Pilar fuisse parochialem, & Collegiatam, quia quando probaretur, non excluderet cathedralitatem, cùm vt notum est, & pluribus exemplis constat, ista sint compatibilia, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Tuden. parochialis.

Veneris 26. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Donatio iurispatronatus etiam in extraneum valet, accedente consensu Episcopi. An iuspatronatus probetur per sententiam inter alios latam, & per illius quasi possessionem? & an etiam illegitimi sint incapaces iurispatronatus?

SVMMARIVM.

Donatio iurispatronatus facta à patronis cum consensu Episcopi, etiam in extraneum non comprehensum in fundatione, valida est, n. 1.

Sententia lata super iurepatronatus tanquam super statu beneficij facit ius, quoad omnes, num. 2.

Iurispatronatus quasi possessio sufficit ad illius probationem, declara vt num. 3.

Iurispatronatus quando incapax sit Filius illegitimus, num. 4.

Filij spurij, & illegitimi vigore constitutionis Pij V. prohibentur patri succedere, quomodo hoc intelligatur, num. 5.

Filij illegitimi in partibus Hispaniarum nati ex soluto, & soluta succedunt patri non existentibus filijs illegitimis, ibid.

Collusionis probatio debet esse admodum concludens, n. 6.

DECISIO CCCXIX.

1 CEnsuerunt Domini constare de iurepatronatus Aluari Prægi, qui præsentauit Ioannem Mendez, siquidem Lupus Garzia Sarmiento obtinuit vsque de anno 1572. donationem istius iurispatronatus à patronis, cum consensu Episcopi, per quem modum transfertur iuspatronatus in extraneum non comprehensum in fundatione, *c. illud, de iur. patron.* Caputaq. *decis. 287. numer. 1. part. 1.* cum concord. quæ quidem donatio habuit effectum, nam vacante Ecclesia per dimissionem cuiusdam Ioannis Mondragon, dictus Lupus donatarius præsentauit Ordinario Martinum de Padilla, qui fuit institutus, & obtinuit possessionem, quam continuauit per plures annos vsque ad obitum, tandem prædictus Lupus cum consensu Episcopi donauit hoc idem iuspatronatus Garziæ Prægo, cuius filius & hæres fuit Aluarus, qui præsentauit Ioannem Mendez.

2 Non obstat, quòd minimè probetur iuspatronatus spectare ad illos, qui de anno 1572. donarunt Lupo Garziæ, quia respondetur, imò constare ex sententia Ordinarij citato fiscali ad fauorem Lupi latæ, quæ canonizat illorum iuspatronatus, & tanquam super statu beneficij facit ius quoad omnes, Lambert. *de iur. patr. lib. 1. part. 2. q. 11. art. 9. n. 2.* Abb. & Felin. *in c. super eo, il 1. num. 2. de test.* Put. *decis. 98. n. 11. lib. 1.* cum alijs in decisione in hac causa facta allegatis.

3 Nec videbatur opponi nullitas post 30. annos, Aug. *in l. sicut, num.* 10. *C. de præscript.* 30. *&* 40. *ann.* Gabr. *concl. 4. num. 34. cum plurib. seqq. tit. de sent.* Cassad. *decis. 3. n. 1. de procur.* Put. *decis. 338. lib. 2.* Vltra quòd sufficeret quasi possessio Lupi donatarij, cùm enim beneficium præsupponatur de iurepatronatus, vt fuit resolutum in hac causa 21. Maij proximi, sola quasi possessio sufficit, vt fuit decisum in causa Geruden. beneficij de Ceruiano 15. Decembris 1599. coram bonæ mem. Cardin. Seraphino, in Oppideo. iurispatronatus 10. Iunij 1605. coram Litta, in Firmana Altaris 15. Februarij proximi, coram R. P. D. meo Marcomontio. Decisio verò in causa Romana de Publicolis coram Reuerendissimo Pacen. cum alijs quæ allegantur, procedunt quando iuspatronatus non probatur, & allegatur sola quasi possessio præsentandi, Iux. *c. consultationibus, de iurepatron.* cuius dispositio in hoc est sublata per sac. Conc. Trid. vt in præfata Romana de Publicolis, & alijs.

Non etiam facit, quòd Aluarus Prægus esset illegitimus, nam aut ex hoc prætenditur fuisse incapacem de iure communi, & cùm esset natus ante sacerdotium patris, & sic ex soluto, & soluta, vt dicunt testes in summario Ioannis Mendez, *num. 7.* non fuit incapax acquisitionis iurispatronatus, Bald. *in l. eam quam, num 7. circa fin. C. de fideicomm.* Roch. de Curt. *tract. de iurepatronat. verb. competens alicui, num. 9.* Paul. de Citadinis *eod. tr. p. 9. ampl. 9. num. 9.* Gig. *de pens. q. 16. num. 2.* Lambert. *d. lib. 1. par. 1. art. 13. 4. 7. num. 4. & 5.* fuit dictum in causa Ianuen. iurispatronatus 12. Febr. 1607. coram R. P. D. Lancellotto. 4

Aut verò prætenditur fuisse prohibitus succedere in vim constitutionis Pij PP. V. reuocatoria facultatum testandi ad fauorem illegitimorum, & minus visum fuit subsistere, quia illa constitutio tollit tantùm facultates testandi competentes ex iure speciali, vt fuit decisum in causis relatis inter diuers. impress. *decis. 487. nu. 1. & 505. num. 15. & seqq. par. 1.* Successio autem Aluari in hoc iurepatronatus non fuit ex iure speciali, sed ex lege generali, quia in partibus Hispaniarum nati ex soluto, & soluta, legitimis non extantibus, succedunt patri, vigore *l. Tauri 10. in fin.* vnde potuit hoc iuspatronatus cum vniuersitate bonorum paternorum transire in Aluarum, & quicquid dicendum esset, si iuspatronatus fuisset acquisitum ex bonis Ecclesiasticis, cessat difficultas in hoc casu quia apparet de acquisitione à Lupo absque vlla immixtione bonorum Ecclesiasticorum. 5

Quæ dicebantur de collusione benè visa fuerunt tolli per informantes pro Ioanne Mendez, qui singulis coniecturis responderunt, & in hac materia, quæ sapit delictum, probationes debent esse admodum concludentes, *c. audiuimus, de collus. deteg.* Caputaq. *decis. 25. lib. 1.* in manuscript. 6

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Hortana successionis.

Veneris 28. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Substitutio vniuersalis non refertur ad institutum in re certa, & an in casu decis. mater censeatur exclusa ab hæreditate filij.

SVMMARIVM.

Mater succedit in hereditate filia ab intestato, num. 1.

Fallit stante substitutione pupillari facta per patrem, ibidem.

Institutus in re certa dato coharede vniuersali non datur heres, nisi ex lata & impropria significatione, n. 2. vbi quod verbum hæres significat quid vniuersale.

Verba sunt strictè interpretanda vbi agitur de excludenda matre ab hereditate filii, ibid. vbi quod excludere matrem à luctuosa hereditate filii iniquum est, & num. 6. vbi quòd non admittuntur coniectura, & præsumptiones ad excludendam matrem, & num. 8.

Dictio dicti *restringit, & refertur ad suprà expressos, num. 3.*

Relatio debet fieri ad proximiora, ibid.

Testatoris mens declaratur ex vsu ipsius loquendi, num. 4.

Substitutio recipit declarationem ab institutione, ibid.

Relatio non fit ad omnia superiùs expressa, quando resultat aliquod incompatibile, num. 5.

Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando per eam sequitur effectus contrarius intentioni disponentis, ibid.

Substitutio non extenditur de persona ad personam, num. 6. vbi maximè si substitutio sit directa.

Substitutio non extenditur quando adsunt verba tunc & eo casu, ibid.

Legatum dotis factum à patre, qui filiæ non reliquit legitimam, est purum, quia censetur relictum pro legitima, num. 7.

DE-

DECISIO CCCXX.

1 SEntentiam A. C. ad fauorem Helenæ latam, confirmandam esse dixerunt Domini, illi enim debita erat hæreditas filiæ ab intestato defunctæ, *toto tit. ff. & C. ad Sen. conf. Tertull.* Neque obstat pupillaris substitutio, quæ prætenditur facta dictæ filiæ à patre, per quam remaneret exclusa in totum à successione, *l. Papinianus*, §. *sed nec impuberis, ff. de inoff. testam. l. precibus, C. de impub. & ali. subst. c. si pater, de test. in 6.* quia hæc substitutio non reperitur, & cùm testator expressè non substituerit, credendum est, quòd voluerit suam voluntatem esse conformem debito filiæ, ita vt sicut ipsa matrem non exclusisset, ita neque ipse eam excludere voluerit, Menoch. *cons.* 55 t. *n.* 19. & 20.

2 Neque potest dici filia comprehensa sub illa substitutione pupillari, quam fecit post mortem hæredum ad fauorem Nepi fratris sui, quæ cùm ipsa fuerit in certa quantitate pecuniæ solùm instituta, dato cohærede vniuersali, non potest dici hæres, neque sub nomine hæredum venit, *l. quoties, C. de hæred. instit.* latè Menoch. *de adipiscen. poss. remed.* 4. q. 19. & 20. Mich. Graff. *de comm. in §. hæreditas*, q. 3. *num.* 7. Et quando institutus in re certa posset dici hæres, hoc esset ex lata quadam & impropria significatione, quia verbum *heres*, ex propria vi significat quid vniuersale, Bald. *in d. l. quoties, post num.* 7. Ias. *sub num.* 3. Vbi autem agitur de excludenda matre ab hæreditate filij, verba non sunt largè, & impropriè accipienda, Ruin. *cons.* 110. *num.* 8. *lib.* 3. sed strictissimè est procedendum, vt post Bald. *in cap.* 1. *in princ. de success. feud.* dicit Dec. *cons.* 466. *num.* 1. *post med. & num.* 9. Iniquum enim & crudele est excludere matrem à luctuosa hæreditate filij, & addere afflictionem afflicto, vt suor verba Baldi *in l. precibus, num.* 85. *C. de impub.* & impium ac odiosum dicit Beto. *cons.* 79. *post n.* 15. *lib.* 2.

3 Præsertim quia testator est loquutus de hæredibus non cum aliquo signo vniuersali, sed potiùs restrictiuè per illam distinctionem *dicti*, Aym. *cons.* 98. *num.* 8. quæ dictio cum sit relatiua ad hæredes superiùs nominatos, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. l. fin. C. de instit. & substitut.* debet facere relationem ad posthumos masculos superiùs proximè & immediatè expressos, non ad posthumam fœminam multum remotam, *l. talis scriptura, ff. de legat.* 1. glos. *in l.* 1. *ff. de legat. præstan.* Bart. Castr. & alij *in l. hæredes palam, §. sed si notam, ff. de testam.*

4 Quod suadetur ex modo loquendi quo vsus est testator, dum dixit (casu quo dicti hæredes, seu hæres, qui correspondet verbis, quibus vsus est in institutione posthumorum masculorum, posthumum, seu posthumos hæredem, seu hæredes,) non ita loquutus est de posthuma, quia de ea tantùm in singulari numero mentionem fecit. Vsus autem loquendi, testatorem attendendum esse pro declaranda eius mente, *l. si seruus plurium*, §. *fin. ff. de legat.* 1. Roman. *cons.* 179. *sub n.* 5. *vers.* 3. *inspicienda*, Paul. de Castr. *in l. hæredes palam, §.* 1. *n.* 5. Alex. *n.* 9. *in* 5. *notab. ff. de testam. & substitut.* declarationem atque intelligentiam recipit ab institutione, *l. qui liberis, in fin. ff. de vulg. l.* 1. vbi Bart. *C. de impub. & al. subst.* Dec. *cons.* 186. *post n.* 4. Ruin. *cons.* 168. *n.* 4. *lib.* 2.

5 Nec potest fieri relatio ad omnes hæredes suprà institutos, quia inter ipsos adest etiam Nepus ipse vocatus per substitutionem, vnde sequeretur quòd esset sibimet substitutus. Relatio autem non fit ad omnia superiùs expressa, quando resultaret aliquod incompatibile, Ias. *in l.* 1. *sub num.* 8. *vers. istam regulam, C. de liber. præter.* Rursus posset sequi aliud inconueniens, quòd posthuma fœmina excluderet Nepum, nam cùm æquiparata sit locus substitutioni ad eius fauorem factæ, ipsos hæredes inuicem substituerit si esset natus posthumus masculus, & posthuma fœmina, ac mortuus esset masculus, fœmina deberet admitti, excluso Nepo ad hæreditatem masculi, & tamen testator voluit quòd Nepus illam excludat, non existente masculo, quia ipsum vniuersaliter hæredem instituit, & posthumam particulariter, vnde succedit regula, quòd relatio non fit ad omnia præcedentia, quando per eam sequeretur effectus contrarius intentioni disponentis, Oldrad. *cons.* 152. *n.* 2. *in fin.* Bald. *cons.* 107. *col. fin. vers. sed contra hoc opponitur lib.* 2. Dec. *cons.* 163. *n.* 21. Socin. iun. *cons.* 81. *n.* 21. *lib.* 3.

6 Non obstat, quòd testator reliquerit Helenæ scuta 25. Ita vt non posset prætendere aliquid tam ratione legitimæ, quàm alia quauis ratione super hæreditate, & bonis ipsorum hæredum, quia responsio patet ex supradictis, quòd vbi testator fecit mentionem de hæredibus, non intelligit de posthuma fœmina, quæ potius dicitur legataria, quàm hæres: cùm autem verba substitutionis non comprehendant filiam posthumam, non est agendum de coniecturis & præsumptionibus, quia non admittuntur contra matrem, Oldrad. *cons.* 142. *in fin.* Rip. *in l.* 2. *num.* 46. *ff. de vulgar.* Neque de extendenda substitutione, cùm non sit licita extensio de persona ad personam, iusta magis communem, de qua per Menoch. *cons.* 97. *num.* 92. Rimin. iun. *cons.* 567. *numer.* 16. Honded. *consil.* 51. *num.* 61. *lib.* 1. & tantò minùs quando agitur de extensione substitutionis directæ, vt per Honded. ibi, *num.* 66. & omnem extensionem excludunt verba illa, *tunc & eo casu*, Anchar. *cons.* 356. *numer.* 3. *ante med. vers.* 3. hoc probat Ruin. *consil.* 112. *sub num.* 5. *lib.* 3. Socin. iun. *cons.* 190. *num.* 9. *lib.* 2. Paris. *cons.* 66. *num.* 4. *lib.* 3. cum alijs adductis.

Non obstat, quòd legatum pro dote videatur conditionale, neque debitum ante tempus nuptiarum, & propterea non esse transmissibile ad hæredes, quia hoc non obtinet in legato facto à patre, qui filiæ legitimam non reliquit, hoc enim casu legatum est purum, quia censetur relictum pro legitima, quæ sine onere ex conditione debetur, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testamen.* ita Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, num.* 4. *vers. sed si aliàs, ff. de condit. & demonstr.* Socin. *cons.* 92. *num.* 8. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 53. *num.* 12. *lib.* 2. Couar. *in cap.* 3. *num.* 11. *vers.* 8. *à mente, de testam.* cum alijs per Menoch. *præsumpt.* 146. *num.* 31. *lib.* 4. 7

Et Domini in istam sententiam libenter descenderunt, ne mater à luctuosa hæreditate filiæ excludatur, pro qua ius in dubio præsumit, & omnem præsumptionem contrariam, & quemlibet tacitum intellectum tollit, vt dicit Ang. *cons.* 28 t. Mart. *n.* 6. & fauorabilis est in hoc casu matris, Dec. *cons.* 245. *in fine*, ita vt in dubio non sit excludenda à dicta hæreditate, Curt. iun. qui com. conclusionem dicit, *cons.* 134. *n.* 6. &c. 8

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. pecuniaria.

Veneris 28. *Ianuarij* 1611.

ARGVMENTVM.

Magistralis est hæc decisio, & magistraliter etiam docet, quando liber mercatoris, seu priuatus probet solutionem pecuniarum ad fauorem scribentis.

SVMMARIVM.

Compensatio debiti, & crediti inducitur ex compositione partitarum in libris mercatorum, num. 1.

Mercatorum libris non creditur ad eorum fauorem quoad solutionem pecuniarum, quando creditum constat aliunde, quàm ex eisdem libris, declara vt numero 2.

Liber priuatus, & præsertim mercatoris plenè probat etiam contra tertium, concurrentibus adminiculis, vtputa morte scribentis, eiusdem bona fama, nobilitate, & legalitate, & verificatione aliarum partitarum, num. 2. *&* 3.

Scriptura qualibet priuata probat ad fauorem scribentis, concurrentibus adminiculis, n. 3.

Socius contra socium non potest aliquid prætendere, nisi solidatis computis, & rationibus societatis, n. 4.

DECISIO CCCXXI.

FVit conclusum constare de solutione librarum 2703. quas ad Bonsilium spectantes q. Antonius Maria Caprara exegerat, nam ex libris eiusdem Capraræ constat ipsum exegisse dictam summam, & de ea constituisse creditorem Bonsilium, & vice versa eundem Capraram soluisse ipsi Bonsilio, & pro eo eandem quantitatem, ac etiam maiorem, vt patet ex partitis contrapositis debiti, crediti, ex qua contrapositione inducitur compensatio, & 1

& debiti, & crediti extinctio, præcipuè inter mercatores, Socin. *cons.65.col.2.lib.4.* Rota Ian. *decis.16. num.7.* Imol. *in l.prima, num.9. vers. item addit. de solut.* compensatio autem est solutio, *l.si debitor, ff.qui pot.in pign.habean. l.verum, ff.de compensat. l.si consistas, eod. tit.* Bart. *in l. diuortio, §.ob donationes, n.2 ff.solut.matr.* Alex.*cons.12.num. 12. lib.2.* quod sine difficultate procedit vbi agitur de liberatione inducenda, vt hic Rota *diuers. decis. 389. num. 2.post primum.*

2 Noo obstat, quòd aliàs dicebatur creditum Bonfilij aliunde, quàm ex libris Capraræ, videlicet ex apocha ipsius Capraræ manuscripta probari, & ideò eiusdem Capraræ libros non probare in eius fauorem contra Bonfilium tertium, fuit enim responsum librum priuatum probare concurrentibus adminiculis, vt tradit Rot.*decis. 776.num.3.part.1.diuers.* latè Surd. *decis. 199.* Adminicula autem in hoc casu sumuntur ex morte scribentis, quæ multum facit pro veritate scripturæ, seu libri, ex cumul. per Aym. *cons.158. num.7.* & Bec. *cons 47.numer.12. & 13.* atque ex bona fama, nobilitate, & legalitate dicti Capraræ per testes probata, Socin. *cons.160.num.3.lib.2.* Boer. *decis.105.num.6.* Anchar.iun. *quæst.55.num.8.par.1.* Bec. *vbi suprà, n.13.* Demumque ex verificatione maioris partis partitarum, Gabr. *de præsumpt. conclus.5.n.1.* Menoch. *lib.3.præsumpt.63.in princ.* facit quod in teste dicitur, & si in vno reperiatur verum dixisse, præsumatur etiam in alijs, vt per Decian. qui alios congerit *cons.62.n.31.lib. 3.* Surd.*vbi suprà, n.15.*

3 Non obstat, quòd liber non habeat requisita à statuto Bonon. quia respondetur illius fidem non nisi statuto, sed adminiculis, quibus concurrentibus quælibet priuata scriptura probat ad fauorem scribentis, vt præter suprà allegatos dicitur *in decis.vltima, par.1.diuers.* Et vt dictum est, iste liber iustificatur in quamplurimis partitis ex alijs libris aliorum mercatorum, & in specie illorum de Maluasia, quorum libri sunt approbati a foro mercatorum, & habent requisita statuta.

4 Non obstat, quòd iste liber sit socialis, qui continet rationes hinc inde reddendas, & consequenter creditum Bonfilij, quod est liquidum, & certum ex causa exactionis pretij frumenti, & probatur per apocham, non sit compensandum cum debitis illius societatis, in qua etiam Bonfilius prætendit remanere creditor, vt retulit peritus pro illius parte electus, fuit enim responsum dictum librum non esse socialem, & propterea vice versa Bonfilium non posse contra partitas ibi descriptas ad suum debitum contraponere debitum sociale, Bart. & alij *in l. eius, C.de compens.* Rota Ianuen. *decis 16. num.3.* &c. Deinde quod attinet ad rationes societatis, apparet alios duos peritos, qui totum negotium viderunt, creasse debitorem Bonfilium in magna & notabili summa, vnde concludebant Domini creditum Bonfilij fuisse solutum, & in omnem euentum, quatenus etiam dictus liber Capraræ contineret negotium societatis, non fuisse tamen condemnandos hæredes d. Capraræ ad solutionem prædictæ summæ, donec solidarentur rationes societatis, ita vt cognosci indubitanter possit, quis remaneat creditor, vel debitor. Et ita fuit conclusum, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Nonantulana bonorum.

Lunæ 31. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Clausula *Ad habendum*, comprehendit omnes modos alienandi, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, si sit apposita in dispositiuis, secus si in exequutiuis, & quando dicatur apposita in exequutiuis, vel in dispositiuis?

SVMMARIVM.

Clausula Inuestientes, &c. *in emphyteusis inuestitura apposita respicit exequutionem, n.1.*

Clausula non dicitur posita in exequutiuis, quando ponitur ante perfectam dispositionem, ibid.

Causatum regitur à causa suæ causa, ibid.

Clausula An stet exequutiuè, vel dispositiuè, *non solum attenditur conceptus verborum, sed etiam attenduntur clausulæ, quæ illam hinc inde concomitantur, ibid. in fin.*

Clausula Ita tamen, *apposita post clausulam* Ad habendum, *euacuat clausulam præcedentem, n.2.*

Clausula Ad habendum, *importat facultatem alienandi per viam vltimæ voluntatis, num.2. & 3.*

Emphyteusis concessa pro filijs, & hæredibus, non transit ad extraneos hæredes, n.4.

DECISIO CCCXXII.

Domini persliterunt in decisis sub die 14. Iunij proximi. Nec subsistere visum fuit, quòd clausula *Ad habendum*, sit posita in exequutiuis, cùm adhæreat clausulæ *Inuestientes*, &c. quæ clausula respicit executionem, iuxta decis. Pedem. 164. *num.* 3. quia ad hoc fuit in specie responsum in alia decisione, & in hoc placuit doctr. Laderch.Imolen. *cons.1. num.14.* nempe quòd clausula non possit dici in executiuis, si ponitur ante perfectam dispositionem, nam inuestitura dicit, *concesserunt N. & N pro eorum, & cuiuslibet eorum filijs, hæredibus, & descendentibus in perpetuum vnam possessionem*, &c. *inuestientes ad habendum*, &c. vnde patet clausulam *Ad habendum*, contineri in periculo dispositionis, nam verbum *concesserunt*, in quo stat dispositio, regit verbum *inuestientes*, & verbum *inuestientes* regit clausulam *Ad habendum*; ergo clausula *Ad habendum*, regitur à verbo *concesserunt*, sicut causatum regitur à causa suæ causæ, de quo per Scriben. *in l. manumissiones, ff. de iustit. & iur.* & contraria procedunt quando post perfectam orationem incipit noua periodus, veluti per clausulam *Quæ omnia, & singula*, vel *quas res*, &c. Tantò magis, quia in hoc casu clausulam *Ad habendum* subsequuntur institutio canonis, pacta circa alienationem inter viuos, & similia, quæ tangunt ipsam dispositionem; ad cognoscendum enim an ista clausula stet executiuè, non solùm attenditur conceptus verborum, sed clausulæ, quæ illam hinc inde concomitantur, an scilicet sint executiuæ, vel dispositiuæ: vt per *d.decis.Pedem.164. n.3. vers. si fuerint scripta, in medio.* 1

Ad aliud quòd post clausulam *Ad habendum*, &c. subsequatur clausula *Ita tamen*, in qua cauetur, quòd inuestitis non liceat alienare sine licentia inuestientium, qui si emere voluerint præferantur, &c. vnde infertur, quòd per d. clausulam *Ita tamen*, euacuetur vis clausulæ *Ad habendum*, & reducatur ad solam alienationem inter viuos, cum moderamine tamen petendi licentiam, & præferendi domini directi, per cons. Decij 171. aliàs 170. *n. 3. vers.4.* & vltimò quæ sequuntur alij, de quibus per Corbel *de caus. priuat. ob alien. irrequis. domino, lim.3. num.2.* fuit responsum, doctrinam Decij in hoc minimè esse sequendam, quia inducit superfluitatem, imò subitaneam correctionem, & repugnantiam in sermone, contra regulas iuris *superfluitatem*, quia secundùm istum intellectum clausula *Ad habendum*, nihil operaretur; cùm enim in clausula *Ita tamen*, contineatur facultas alienandi inter viuos, cùm moderamine tamen, de quo ibi, frustrà præmittitur clausula *Ad habendum, & quicquid placuerit faciendum*, si ex illa nihil magis inuestitus potest facere, quàm contineatur in clausula *Ita tamen*, subitam correctionem, & repugnantiam, quia clausula *Ad habendum*, importat facultatem alienandi per viam vltimæ voluntatis, & etiam inter viuos alio modo, quàm per venditionem, ex allegatis in alia decisione, vnde si per clausulam *Ita tamen*, auferretur talis facultas, & reduceretur ad solam venditionem, sine dubio esset repugnantia, & subita correctio, quia esset dicere, concedo vt possis alienare per viam vltimæ voluntatis, & immediatè subiungere, volo vt possis alienare per viam vltimæ voluntatis: verus est igitur intellectus, quòd clausula *Ad habendum*, &c. tanquam generalis comprehendit omnes modo alienandi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, tam per viam venditionis, quàm donationis, permutationis, & similium, & quòd clausula *Ita tamen*, limitat, & restringit modum alienandi per viam venditionis, quia in eo cadit æquitas, quòd dominus directus præferatur, & in cæteris remanet regula generalis pro inuestito, & quoniam ad cumulatos pro Decio *loco supra citato*, ipsi non sequuntur illum in hoc, quòd clausula *Ita tamen*, destruat in totum vim clausulæ *Ad habendum*, sed in eo quòd in 2

casu

casu venditionis debeat requiri licentia, & præferri dominus, si emere voluerit.

3 Ad tertium, quòd clausula *Ad habendum*, non possit comprehendere alienationem per viam vltimæ voluntatis, ex quo circa hæredes est specialiter cautum in inuestitura, per idem *cons. 171. n. 3. vers. secundo respondetur*, fuit responsum. Aut prætendi, quòd in verbo *hæredibus* comprehendantur hæredes extranei, & Fontani habent intentum, & non curant de modo, dummodo idem sequatur effectus. Aut verò non comprehenduntur, & cessat obiectus particularis expressionis, & remanet ius generalitatis clausulæ.

4 Ad vltimum, quòd emphyteusis concessa pro filijs, & hæredibus non possit transire ad extraneos, iux. communem, de qua per Alex. *in l. quod dicitur, n. 21. ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. si non fortem*, §. *libertus*, *num. 35. ff. de condict. indeb.* fuit responsum, istos de Fontanis non venire tanquam comprehensos sub verbo *hæredibus*, sed tanquam institutos ab illo, qui habebat inuestituram cum clausula *Ad habendum*, & quicquid placuerit faciendum, stante maximè defectu lineæ primo loco inuestitorum. Et ita fuit conclusum.

R. P. D. PIROVANO,

Vladislauien. prædiorum.

Veneris 4. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Possessio probatur per testes deponentes de actibus possessorijs, imò etiam per verba iuris, dicendo aliquem esse in possessione, & in eadem materia nonnulla notanda.

SVMMARIVM.

Producens scripturam censetur confiteri, & approbare omnia contenta in scriptura producta, n. 1.

Possessio probatur per testes deponentes de actibus possessorijs, imo etiam per verba iuris, vtpute dicentes aliquem esse in possessione, ibid. in fine.

Possessio acquiritur ex actibus possessorijs, etiam sine causa, num. 2. ante finem.

Possessio probatur per solutionem pensionis rei locatæ, ibid. in fine.

Dictio, post, *nunquid excludat tempus mediatum, & an intelligi debeat mediate, vel immediate, num. 3.*

Heredes sui dicuntur se immiscere in hereditate, non autem acquirere possessionem hereditatis, ibidem in fine.

DECISIO CCCXXIII.

1 PLacuit Dominis decisio in hac causa facta, & iterum dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam, moti ijsdem fundamentis, considerantes præterea probationem possessionis dd. sororum plurimum adiuuari ex decreto Petrochoniæ pro parte Abbatis producto coram Nuncio, in quo habentur hæc verba, *Ac ipsamet actrices erant in possessione continua, & pacifica*, quæ benè probant, tum confessionem Abbatis circa possessionem tanquam actus ealore productionis approbatus, *cap. cum Venerabilis*, vbi Felin. post Innocent. & Abb. *de except. num. 22.* Lap. *allegat. 119. num. 1. in fine*, Roman. *consil. 23. num. 1.* Mandos. *in addit. ad eundem*, & plenè Innoc. *in cap. cum olim, num. 5. de censibus*. Tum etiam quia explicant actum possessionis, quamuis per verba iuris, quod tamen sufficit, Innocen. *in cap. cum causam, num. 3. vers. sicut est si dicit, de testibus*, Felin. *in proœm. decret. num. 2.* Abb. *in cap. cum ad sedem, num. 21. vers. vltimo circa istam materiam, de restit. spoliat.* Hoc enim videtur consequens ad esse possessionis, quòd quis insistat & detineat. Propterea qui dicit aliquem esse in possessione, dicit omnia quæ sequuntur, ex ea scilicet insistentiam, & detentionem, vt ad rem hanc considerant Alexand. *cons. 51. num. 6. vol. 1. & cons. 112. num. 3. vol. 6.* Bald. *cons. 351. n. 3. vol. 5.*

2 Nec dicatur illa verba decreti, fuisse verba mulierum enunciata in citatione, super eo quod ipsæ prætendebant, quæ illis non suffragantur, cùm exinde illorum prætensionem tanquam iniustam, non sustinuerint, & Abbas absolutus fuerit à petitis pro parte dictarum sororum. Quia est aduertendum, quòd verba illa non sonant in relationem, sed in assertionem, ibi, *Super quæ bona ipsæ actrices iura certa*, &c. & paulò infrà, *Ac ipsamet actrices erant in possessione continua, & pacifica*, vltra quòd absolutio à petitis per dd. sorores, non emanauit super facto acquisitionis possessionis, scilicet quòd non appareret de ingressu, vel apprehensione; verùm super iniustitia illius quæ non tollit actum possessionis, quamuis exinde comperiretur patrem dd. sororum prædicta bona obtinuisse sine consensu integri conuentus, & sine confirmatione & assensu Regio, vt in decreto absolutorio inuenire videtur. Nam Bart. *in l. 3. in princ. num. 2. ff. de acquir. possess.* & Roman. Aretin. Alexand. sequentes Bar. *in l. is qui putat, ff. de acquir. hæredit.* vbi Ias. *num. 5.* Surd. *cons. 93. num. 11. & seqq.* considerant quod ad acquirendam possessionem, quod factum perfectè interueniat, non autem veritas causæ, cum etiam sine ea benè procedat, & acquiratur possessio, Bart. *in l. quod meo, numer. 1. ff. de acquiren. possess.* Ias. *in l. 3. § genera, num. 3. ff. eod. tit.* Considerabant etiam DD. pro alio adminiculo solutionem florenorum 300. factam tutori mulierum per Arrendatarium, de qua deponit idemmet Arrendatarius, & per quam solet probari possessio, Bart. ac cæteri *in l. qui vniuersas*, §. *quod per colonum, ff. de acquiren. possess.* Roman. *consil. 70. num. 10.* Orian. *de testam. num. 93. vers. item probatur possessio*, Marsil. *in rubr. de probationib. num. 257. & seqq.*

Quæ autem pro parte Abbatis deducebantur, non 3 fuerunt Dominis visa releuantia ad reddendam æquiuocam probationem possessionis dd. sororum. Nam quòd testes deponentes super hoc primo extremo, solùm dicant eas fuisse in possessione per aliquot dies post obitum patris, & ex natura illius dictionis *post*, non sit excludere tempus mediatum, etiam post captam possessionem per Monasterium, Gemin. *in cap. si post, in princ.* & ibid. Franc. *num. 1. de confess. lib. 6.* Felin. *in cap. 5. licet causam, ante num. 9. vers. idem de teste qui dicit, de probation.* Fuit dictum, quòd etsi dictio *post*, intelligi possit mediatè, potest etiam intelligi immediatè, vt dicit idem Gemin. *in cap. 1. num. 8. de restit. spoliat. lib. 6.* Vnde in casu de quo agitur tempus mediatum post captam possessionem per Abbatem non erat considerabile, tum quia possessio mulierum secundùm sermonis proprietatem verificari non poterat, quamuis potuissent facere aliquem actum turbatiuum, vt fuit consideratum in alia decisione pro hac causa facta; tum etiam quia filij post obitum patris non solent facere actum nouæ apprehensionis, sed possessionem acquirere per immixtionem, quæ propria est suorum hæredum, *§. extraneis, cum glos. Instit. de hæred. qualit. & differ. & in rubr. ff. de acquir. hæredit.* Grass. *de success. ab intest. p. 2. in verbo acquisitio hæreditatis, num. 2.* Maximè concurrente decreto mentionem faciente de pacifica possessione mulierum, ac solutione coloni florenorum 300. quæ omnia ostendunt depositionem testium esse intelligendam de possessione mulierum immediatè post obitum patris.

Quod dicitur de implicitate possessionis mulierum 4 propter distantiam loci vbi morabantur à loco terrarum, non videtur concludere nisi probata distantia, per quam non potuerit spacio sex dierum ad illas accedere: vltra quòd cessare implicitatem Abbati esset fatendum, quia eadem facilitate, qua dictus Abbas cùm longiùs distaret, quam ipsæ mulieres à loco terrarum, illuc peruenit immediatè post sex dies, eadem & commodius tanquam viciniores potuerunt dd. sorores ad eundem locum se transferre.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Segobien. habitus.

Veneris 4. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

De transumpto, & copia instrumenti etiam parte non citata extracta; quod fidem facit, quando is, qui in manibus habet originale, impedit ne extrahatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

Copia instrumenti statur, quando is qui habet originale in manibus contra debitum iuris, recusat illum exhibere, n. 1. & 2.

Contumacia in parendo mandato iudicis contumaci prodesse non debet, num. 2.

Impediens se citari habetur pro citato, & iniustè opponens se immissioni habetur pro expulso, ibid.

Instrumenti transumptum etiam factum sine citatione partis, quando erat periculum in mora ne originale occultaretur, fidem facit, num. 3.

Iurisdictione concessa censetur etiam concessa omnia ea, sine quibus iurisdictio concessa exerceri non potest, n. 4. in fine.

D E C I S I O CCCXXIV.

1 CVm Ioannes Alphousus de Aquilar vigore compulsorialium non potuisset habere processum de partibus, habita notitia quòd illius copia authentica, siue originale reperiebatur hic Romæ in manibus Oratoris Religionis, instetit pro illius exhibitione, & cùm Orator recusauerit illud exhibere, ignoratur, quo artificiu illud habuit in manibus, fecitque illum transumptari à publico Notario, adhibitis duobus testibus, qui recognouerunt manum Secretarij Religionis qui processum conscripsit, necnon trium fratrum, qui se subscripserunt, & etiam sigillum Assembleæ Religionis. Nec non fuerunt pro parte eiusdem Ioannis examinati testes deponentes de existentia huius processus penes Oratorem. Ideòque dubitaui, an processui sic transumptato esset adhibenda fides? & pro affirmatiua fuit tentum, nam quando pars habet originale in manibus, & illud contra debitum iuris negat exhibere, statur simplici copiæ, Bald. *in l. publicati, num. 8. C. de testam. ordin.* Ias. *in auth. si quis in aliquo, sub num. 5. vers. septimo fallit. C. de eden.* Dec. *cons. 36. sub num. 2. vers. quinto, & vltimo*, & fuit decisum in causa Valentina admissionis coram Fabio relata inter diuers. impress. *decis. 160. par. 3. lib. 2.*

2 Cuius conclusionis duplex ratio assignari potest. Prima est, quia pars non debet ex sua contumacia in parendo mandato iudicis circa exhibitionem commodum reportare, *c. 2. de dol. & contum.* Anchar. *cons. 211. n. 2.* Abb. *cons. 3. num. 7. vers. sed præsupposito, lib. 2.* vnde videmus quòd impediens se citari habetur pro citato, *cap. quoniam frequenter, §. pono*, vbi Abb. *num. 3. vt lit. non contest. Clem. 1. de iud.* Bart. *in l. 1. §. sed & Aristo, ff. quod vi aut clam.* Crescen. *decis. 18. n. 2. de sent. & re iud.* & iniustè opponens se immissioni habetur pro expulso, *l. qui vniuersas, §. item cum prætor*, cum ibi not. per Angel. *in fin. ff. de acqu. poss.* Abb. *in cap. cum aliquibus, n. 10. in fin. de sent. & re iud.* Mohed. *decis. 4. num. 4. de restit. spoliat.* cum multis similibus. Altera est, quia agitur de modico præiudicio partis, nam si copia minimè concordat cum originali, potest mediante exhibitione originalis procurare correctionem, vt fuit consideratum in prædicta Valentina coram Fabio.

3 Et prædicta eò magis videbantur procedere, quia ista non est simplex copia, in quibus terminis loquuntur præcitatæ auctoritates, sed transumptum factum à publico Notario cum recognitione manus & sigilli, prout suprà, vnde licèt deficiat citatio partis, & aliæ solemnitates, de quibus per scriben. *in auth. si quis in aliquo, C. de eden.* attamen negari non potest, quin propter auctoritatem Notarij, & dictum testium medio iuramento non sit adhibenda maior fides, quàm simplici copiæ. Vltra quòd stante contumacia partis, & quòd erat periculum in mora, ne scilicet originale occultaretur, posset attentare quòd huiusmodi solemnitates non fuerint necessariæ, ex traditis per Innocen. *in cap. fin. n. 4. vers. posset tamen dici, de fid. instrum. & in cap. adoptionem, num. 3. de accus.* Oldrad. *cons. 65. num. 3. & 5.* Dec. *cons. 36. sub n. 2. vers. tertiò respondetur*, Abb. *in cap. 1. num. 28. & seq. de iud.* cum alijs per Gabr. *conclus. 1. n. 302. & 430. de citationibus.*

4 Quantum ad illud, quòd quando religio reprobat aliquem, probationes non debent ostendi, iuxta constitutionem, cuius copia data fuit, responsio fuit, constitutionem esse intelligendam quando vlteriùs de receptione non est tractandum, vt habetur in fine d. constitutionis, secus si per Papam committatur causa appellationis, nam tunc sicut Papa non obstante prædicta constitutione vult, quòd cognoscatur de iustitia reprobationis, ita per necessarium antecedens vult, quòd videantur acta, sine quibus de prædicta iustitia cognosci non posset, ad reg. *l. cui iurisdictio*, vbi Bart. *in princ.* Ias. *n. 2. ff. de iurisd. omn. iud. c. præterea*, & ibi glos. *verb. simpliciter, de off. & potest. iud. deleg.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Ariminen. bonorum.

4. Februarij 1611.

A R G V M E N T V M.

Plura adducuntur, ex quibus probatur dominium etiam ad effectum rei vendicationis, & deuolutionis contra tertium, & quæ probatio dominij requiratur. Ubi de dominio incidenter agitur, & an locatori, seu dominio directo, competat remedium reintegrandæ, si denegetur rei locatæ restitutio.

S V M M A R I V M.

Dominum probatur etiam contra tertium ex instrumento concessionis, concurrentibus adminiculis, n. 1. 2. & 3. plura referuntur adminicula.

Confessio nocet confitenti, ac eius hæredibus, n. 1.

Dominium probatur ex confessione, ibid.

Dominium probatur ex solutione canonis spatio annorum 30. etiam contra tertium tamquam præscriptum, n. 3.

Libro Ecclesiæ legitimè tento datur plena fides, ibid.

Dominium ad effectum rei vendicationis non probatur ex instrumentis locationum confessionibus, ac solutionibus canonis, n. 4. Vbi reducuntur ad concordiam decisiones, quæ inter se videntur contraria.

Locator agens remedio l. si quis conductionis, C. locat. sufficit quòd probet locationem finitam, & contumaciam conductoris, & tunc pro dominij probatione sufficiunt coniecturæ, n. 5.

Dominium vbi de eo incidenter agitur, probatur præsumptionibus, ibid.

Locatori, seu domino directo, si finito tempore locationis, seu emphyteusis denegetur rei restitutio, competit remedium reintegratorium, etiam non probato dominio, num. 6.

D E C I S I O CCCXXV.

VIsum fuit Dominis satis constare de dominio Ecclesiæ sanctæ Paulæ, licèt enim plenè, & concludenter probari deberet, tamen multa insimul concurrunt, quæ videntur istiusmodi probationem perficere. Dant enim instrumentum concessionis in emphyteusim factæ Alexandro Passolino de anno 1570. ad annos 29. in quo idem Alexander illas terras recipit ab Archipresbytero plebis sanctæ Paulæ tamquam de directo dominio, & proprietate dictæ plebis.

Regulariter autem Instrumentum concessionis concurrentibus adminiculis, probat dominium etiam contra tertium, latè Rip. *in l. 3. §. rem aliquam, num. 39 de acq. poss.* cum alijs allegatis in causa ciuitatis Castelli bonorum 12. Februarij 1590. coram bon. mem. D. Cardinali Pamphilio, & nuper in causa Ferrariensi pretij 3. Decembris 1610. coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino, atque in eadem causa priùs coram Illustrissimo Domino Cardinali Mellino, quod multò magis procedit in hoc casu, stante confessione Passolini, quæ nocet Monachis eius donatarijs, & successoribus, & quæ per se etiam probat dominium Ecclesiæ, vt de recognit. notat Bald. *in l. censualis, C. de donat.* Bart. *in l. rura. C. de omni agro deserto lib. 11.* Guidopap. *decis. 272. n. 3.* & de confessione Bart. *in l. falsa, C. de iur. & fact. ignor.* Bald. & Imol. *in l. cum tale, §. falsam, ff. de cond. & demonstr.* Ruin. *cons. 161. in princ. lib. 1. & cons. 178. n. 18. lib. 2.* Aym. *cons. 157. num. 2.* 1

Adminicula autem non desunt, videlicet plura instrumenta concessionum de iisdem terris factarum ab Archipresbytero diuersis personis, cùm eadem expressione, 2

quòd sint de directo dominio, & proprietate dictæ plebis, & signanter de annis 1548. & 1562. quarum etiam probatur effectuatio ea canonum solutionibus. Item inuentarium bonorum dictæ Ecclesiæ sanctæ Paulæ factum de anno 1571. de mandato visitatoris Apostolici, ea quo reperiuntur adnotati omnes canones, qui pro istis bonis soluuntur. Item petitio renouatur cum oblatione ipsorummet Monachorum de soluendo laudemium.

3 Sed his omnibus maximum robur addit solutio canonum facta Ecclesiæ ab Alexandro, & alijs diuersis personis, & continuata per annos plusquàm quadraginta, nempe ab anno 1548. vsque ad annum 1599. siquidem ex canonum solutione per annos triginta, probatur etiam contra tertios dominium tamquam præscriptum, *l. si quis emptionis*, *C. de præscrips.30. annorum*, Speculin *tit. de emphyt. §. nunc aliqua*, *vers.53. & vers.57.* Alex. *cons.8. num.2. vol.3.* optimè Din. *consil.127. sub num.1.* vbi expresè agit de rei vendicatione. Non obstat, quòd solutiones probatæ duntaxat existant ex libro ipsius Ecclesiæ, quia similium librorum fides admitti solet, vt per Rom. *vbi suprà*, Dec. *cons.346. col. antepen. vers. quartò ista conclusio*, Aym. *cons.186. num.4. & cons.434. num.14.* maximè quando in hoc casu liber scriptus est manu Notarij publici, & benè atque legaliter tentus, & custoditus apparet, vt fuit consideratum in prædicta decisione ciuitatis Castelli, atque ipsi Monachi hunc librum approbasse quodammodo videntur, quando in partibus canonem recipi, atque illius solutionem in dicto libro describi, seu notari petierunt.

4 Non obstat decisio Veralli 180. *par.1.* quia in alijs postea causis coram Illustrissimo Mellino, & bon. mem. Orano allegata, & amplexa fuit, vbi dicitur ea instrumentis locationum, solutionibus, & alijs confessionibus, & adminiculis non probari dominium ad effectum rei vendicationis, similes enim decisiones ad concordiam reducuntur cum alijs innumeris, in quibus fuit dictum probari dominium per instrumentum concessionis, concurrentibus adminiculis, intelligendæ sunt, quando poterat subesse suspicio, vel aderat possibilitas, quòd bona in possessorem aliunde quàm mediante Ecclesiæ dominio prouenissent, vt puta, quia transierunt per plures possessores sine facto Ecclesiæ, ita vt nec identitas perspicua, nec proprietas certa appareт. Hìc autem sumus in concessione admodum decenti, & manifestum est, bona non deuenisse ad Passolinum, neque ad Monachos eius donatarios, nisi vigore, & titulo dictæ concessionis, & ante illam constat de dominio Ecclesiæ per plures alias concessiones diuersis personis factas, & effectum sortitas.

Vltra quòd in omnem euentum dictæ decisiones non excludunt legitimas portiones dominij, inter quas est illa de continuata canonis solutione, vt suprà dictum est, & quamuis excludant probationem ea solutionibus, tamen id potest accipi de solutionibus factis ab eadem persona, nec continuatis per tantum temporis spatium. Nec dicatur in decisione Veralli 281. tradi modum probandi ad hunc effectum dominij, ibi enim agitur solùm de probatione dominij acquisiti per emptionem, sed non ideo excluduntur aliæ probationes, cùm in iure dentur alij plures acquirendi modi per donationem, hæreditatem, legatum, donationem in solutum, vsucapionem, præscriptionem.

5 Et nihilominus vbi insistendum foret prædictarum decisionum strictæ & rigidæ lecturæ, placebat aliquibus ex Dominis, huiusmodi probationem non esse in hoc casu necessariam, quia cùm rei vendicatione non fuerit expressè actum, potest Archipresbyter experiri condictione, ex *l. si quis conductionis. C. locati*, vel ex *l. conductores. ff. eodem*, & *l. non abs re*, *C. vnde vi*, in qua sufficit probatio locationis temporis finiti, & contumaciæ non restituentis, & pro dominij verificatione sufficiunt coniecturæ, ut de communi post quamplures, quos allegat, testatur Menoch. *de recuper. remed. num.32.* & ratio est certissima, quia ubi dominium incidenter deducitur, sufficiunt præscriptiones. Bart. Imol. *l. si quis in suo*, *n. 1. vers. secundo casu. de cond. instit.* Socin. *cons.112. num.22. & 23. lib.4.* Boer. *q.42. num.81.*

Insuper cùm ejusdem Archipresbyteri intentio sit fundata in tempore finitio ea renovatione non rectè petita, vt iam fuit bis decisum, etiam non probato dominio competit ipsi remedium rei integratorium, si denegatur restitutio rei concessæ, vt fuit dictum in causa nullius feudi 3. Martij 1595. coram Domino bon.mem. Cardinali Pamphilio. Atque ea his fuit conclusum pro Archipresbytero cum vtraque parte informante, causa item proposita fuisset, &c. 8

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana prætensi erroris calculi.

Veneris 4. Februarij 1611.

A R G V M E N T V M.

Plura deducuntur contra inuentarium ad effectum vt non sit illi adhibenda fides, & an statutum de vrbe de contract. minor. sin. cert. solem. non valet, habeat locum in diuisione.

S V M M A R I V M.

Acta facta contra minorem illi non nocent, n.1.

In inuentarij confectione debent citari ij quorum interesse est certum, ibid.

Iudæi in vrbe non solent conducere domum ab alio Hebræo inhabitatam, nisi de consensu habitantis, & obtentu ab eodem cessione iuris Gazaga, n.2.

Statutum vrbis de contractibus minorum & mulierum sine certa solemnitate non valituris, habet locum etiam in diuisione, & in omni contractu, in quo minor lædi potest, num.3.

Diuisio est actus notorius, non tamen est notorius in modo diuisionis, & in ea datur læsio, ibid.

Nullum quod est non potest parere aliquod præiudicium num.4.

Decretum ex falsa causa interpositum non valet, n.5

D E C I S I O CCCXXVI.

DOmini sine vlla difficultate vnanimiter steterunt in decisis, rationibus de quibus in decisione. Quibus non obstat, quòd dicitur, onus faciendi inuentarium fuisse in testamento iniunctum factori, quia hoc in eo non legitur, imò incumbebat Michaeli Angelo maiori filio, in cuius possessione erant bona hæreditaria. 1

Nec tollit defectum citationis in inuentario requisitæ monitorium, quod dicitur executum ad instantiam Alexandri, & aliorum fratrum pro confectione inventarij, quia ultrà quòd non constat de ejus reproductione, saltem legitima, nec ipsum monitorium, nec citatio postea subsequuta ad consignandum bona iuxta formam inuentarij, &c. noceret dictis Alexandro, & alijs tunc minoribus, ad *l. cùm & minores*, *C. si adversus rem iudic. l. acta*, *§. contrà*, cum ibi notat. *ff. de re iud.* inuentarium fieri debebat seruatis de iure seruandis, & sic citatis fratribus Michaelis Angeli specialiter, cùm eorum interesse esset certum, monitorium enim concludebat de legitimo, & valido inuentario, quia aliàs paria fuissent non facere, & minùs legitimè, & inualidè.

Minùs etiam releuant, quæ contra non integritatem inuentarij obiiciuntur, præsupponendo tamen, vt in decisione dicitur, dari de non integritate, non ad effectum, vt Michael Angelus dicatur amisisse beneficium inuentarij, sed ad tollendum fidem propter eius imperfectionem, & diminutionem, vt in Romana de Ruscombus, & in Bononien. dotis in decisione allegatis.

Nam ab omissione iuris Gazaga non excusatur, dum obijcitur ius istud non fuisse considerabile, cùm in instrumento locationis fuisset illi expresè renunciatum ad fauorem locatoris, quia renunciatio vel non valuit, vel erat futura sine effectu, cùm inter Hebræos non admittatur violatio d. iuris, & nullus Hebræus conducat domum ab alio Hebræo inhabitatam, nisi de consensu habitantis, & obtenta ab eodem cessione dicti iuris Gazaga. 2

Nec releuat, quod dicitur tale ius fuisse acquisitum

per

per ipsum ex noua reconductione domus nomine proprio, quia quando hoc esset verum, illud fuisset factum post mortem patris, & non tollitur, quod tale ius non fuisset repertum in hæreditate patris, sed nullibi etiam constat de allegata reconductione, neque est verisimile. Imò repugnat locationi factæ de anno 1585. quæ erat facta ad 12. annos futuros, & illis finitis ad alios 12. annos, vt legitur in instrumento locationis, qui terminus durabat vsque ad annum 1609. Ad quid enim reconducere de anno 1592. cùm superessent 17. anni locationis antedictæ.

Remissio iuris Gazaga, quam dicit Michael Angelus sibi factam pro commodo, & incommodo in se suscepto occasione pignorum derelictorum, & prætensorum debitorum decoctorum, non probatur, quia fides quæ datur non facit fidem, & probata non releuarent, quia Alexander, & alij minores, non poterant aliquid remittere, non seruatis solemnitatibus statutarijs.

Vltra defectus inuentarij in decisione allegatos Domini alium considerabant, quia in eo non fuit descriptum ius fœnerandi hæreditarium notabilis æstimationis.

Contra instrumentum diuisionis subsistunt nullitates designatæ in decisione, videlicet defectus consanguineorum requisitorum ex forma statuti, qui defectus est tam in committendo, quàm in omittendo. In committendo, quia D. Vgo Boncompagnus habebat notabile interesse ratione sui crediti scutor. 6000. in circa, & ex d. instrumento consequebatur non solùm probationem sui crediti, quæ per prius patiebatur difficultatem, sed etiam promissionem de soluendo.

Nec facit quod ex aduerso dicitur, creditum probare per alias scripturas, quia vltra quòd fuer scripturæ informes non continentes causam debiti, nec integram sommam, illarum vigore non habuisset executionem paratam, prout ex dicto instrumento. In omittendo etiam fuit peccatum, quia defecit alter consanguineus, cùm statutum duos requirat, & licèt probare debeat quòd adfuisset alius qui fuisset habilis ad interueniendum stipulationi, hoc quidquid exemplo dicatur, & obijciatur, visum fuit Dominis, quoad personam D. Pauli Ghislerij concludentissimè probare, & ipse hoc apertè, & clarè ostendit in sua depositione, quæ placuit.

Quod dicitur non fuisse necessarias solemnitates statuti in ista diuisione vti in actu necessario non subsistit; quia fuit abundè ostensum in decisione, statutum habere locum in diuisione. Et licèt actus diuisionis sit necessarius, tamen non est necessarium hoc vel illo modo diuidere, benè cadit læsio. Hinc videmus quòd in ea habet locum remedium, *l. 2. Cod. de rescind.* vt dicunt Bald. & Sallcet. *ibi*, & alij per Gabriel. *de emption. & vend. conclus.* 1. *num.* 25. & propterea iutrat statutum quod habet locum in omni contractu, in quo minor lædi potest, Put. *decis.* 161. *lib.* 1. cum alijs adductis in decisione.

4 Minus etiam facit, quod dicitur in probando facto quod probatur, vt ex aduerso prætenditur, per instrumentum nullum, quia quicquid sit, probaretur etiam factum nullum, & paria sunt non esse, vel nullum esse, & quod nullum est, nullum potest parere præiudicium.

5 Decretum iudicis licèt requiratur, tamen non sufficit, cùm statutum etiam requirat præsentiam consanguineorum, & ex abundanti fuit additum decretum non subsistere, cùm sit interpositum ex falsa causa, *l. sed & si preces*, *Cod. de præd. minor.* Alex. *consilio* 69. *numer.* 3. *lib.* 3. fuit dictum in Romana societatis officij 17. Iunij 1602. coram Reu. P. Domino meo Decano.

Falsitas autem causæ in eo deprehenditur, quia fuit suppositum iudici, quòd inter alia hæreditaria debita fuit vnum cum Laura incoronata scuta 400. monetæ, quod debitum fuit postmodum repertum proprium ipsius Michaelis Angeli, & non hæreditatis. Etenim illud contraxerat occasione societatis officij inter ad fauorem eiusdem Lauræ sub die 6. Iulij 1591. & quidem non hæreditario nomine, sed fideiubendo pro alijs post obitum communis patris, & hoc idem ipsemet Michael Angelus aliàs iudicialiter fassus fuit in officio Sillæ Notarij, &c. sub die 7. Octobris 1594. dum dixit *delli 400. scudi della Signora Laura incoronata detto Saluatore dice questa partita essere sua, & hauerla fatta dopò la morte di suo padre, si come appare per instrumento rogato al Beglio*, &c.

Cætera quæ contra decisionem deducebantur, benè fuerunt sublata per informantes pro Alexandro, & alijs, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Anconitana pecuniaria.

Lunæ 7. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Indemnitatis promissio facit vt quis censeatur obligatus ad sortem, & ad omne interesse in quo esset diminuta stipulatoris conditio, n. 1.

Instrumenta publica dicuntur probationes probatæ, *numero* 2.

Fideiussor qui pro solutione debiti accepit pecunias ad cambium, debet indemnis releuari à principali debitore iuxta eius promissionem, *nu.* 3.

DECISIO CCCXXVII.

Resolutum fuit relaxandum esse mandatum contra Dominum Alexandrum Barbadonum pro fructibus censuum, & pro liberatione à fideiussione; quia quoad censum scutorum 500. constat de originali debito Domini Alexandri, pro quo eruanauit census, scilicet vigore fideiussionis præstitæ per Dominum Dominicum Pauesium in vna parte de soluendis scutis 375. & quæ ab eodem Pauesio soluta fuere, vt ex publicis documentis, quæ dantur in summario, *num.* 1. & in altera pro scutis 375. quæ pariter ab eodem Pauesio soluta fuerunt, vt ex instrumentis in sommario, *num.* 2. pro quibus omnibus promisit Dominos Alexander conseruare indemnem dictum Pauesium, & releuare cum obligatione Camilli & iuramento, & quæ releuationes de per se sufficerent pro relaxatione mandati, quia promissio indemnitatis hoc habet præcipuum, vt quis censeatur obligatus ad sortem, & ad omne interesse, in quo esset diminuta stipulatoris conditio, Bald. & Salic. *in l.* 2. *Cod. de sent. quæ sine cert. quant. profer.* Paris. *consil.* 109. *num.* 38. & *consil.* 16. *nu.* 124. & *consil.* 76. *nu.* 21. *vol.* 3. Sord. qui prædictos allegat, *consil.* 150. *num.* 4. *vol.* 1. Vnde constito de creatione census pro exinguendo debito ex fideiussione contracto, satis liquidata videbantur damna Pauesij, quorum vigore iuxta formam obligationis Cameralis mandatum veniebat relaxandum. 1

Sed accessit præterea, quòd quicquid Pauesius circa constitutionem census in ea summa fecit, id omne de mandato speciali, & tanquam Procurator Domini Alexandri fecit, qui in instrumento mandati, quod datur in summario *n.* 15. promisit indemnitatem, & liberare fideiussores ex causa census, adeò quòd benè Pauesius in hac parte probauit suæ intentionis fundamentum ex publicis documentis, quæ dicuntur probationes probatæ, *cap. cum Ioannes, de fid. instrum. cap. cum dilecti*, vbi Abb. *num.* 2. *de donat.* Bald. *in l. interest*, *n.* 2. *C. de solut.* Alex. *consil.* 135. *nu.* 5. *lib.* 6. *sect.* 119. *lib.* 2. 2

Quo verò ad alterum censum scutorum 375. cuius instrumentum datur in summario *numer.* 7. fuit dictum relaxandum mandatum pro fructibus, quia in summario *numer.* 1. legitur promissio facta à Pauesio de iudicato soluendo, & Dominus Alexander Barbadonus promisit illum liberare dando ei facultatem accipiendi pecunias ad cambia, & recambia, & ideo cùm Pauesius postea coactus fuerit soluere, vt in summario *numer.* 2. benè potuit vigore promissionis accipere pecunias ad censum, pro quo Dominus Barbadonus tenetur eum liberare iuxta propriam obligationem, de qua in sum- 3

matio *nu.* 1. & prout de iure tenetur, ex Bald. Salic. & alijs suprà allegatis, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Messanen. Canonicatus.

Lunæ 7. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Verba vbi non adaptantur, cessat dispositio, n. 1.
Verba sunt strictè interpretanda in materia iuris communis correctoria, ibid.
Extensio non fit in materia iuris communis correctoria, etiam quod adsit identitas rationis, ibid.
Regula Cancellariæ XXV. non comprehendit tempus ante vacationem Prælaturæ, ibid.
Extensio in exorbitantibus minimè fit vltra casum expressum, etiamsi concurrat identitas rationis, ibidem in fin.
Extensio denegatur, non solum propter diuersitatem rationis, sed etiam propter minoritatem, numer. 3. Vbi hoc ampliatur procedere etiam in materia fauorabili, & extensibili.

DECISIO CCCXXVIII.

1 FVit resolutum gratiam Domini non esse iustificatam respectu vacationis, quia Canonicatus reperiebatur iam collatus Ioannis Mantigliæ, qui etiam ceperat illius possessionem. Non obstare visum fuit, quòd impetratio Mantigliæ fuerit ex causa resignationis ad sui fauorem factæ per D. Iustinianum iam examinatum, & approbatum ad Episcopatum Anglonen. & dicta resignatio sit nulla propter regulam Cancellar. 25. quia fuit responsum regulam loqui de beneficijs resignandis post vacationem Prælaturæ, ad quam resignans est promouendus, ibi, *inter illorum vacationis, & promotionis huiusmodi tempora*, &c. vnde cùm de tempore quo D. Iustinianus resignauit Canonicatum, adhuc minimè vacaret Episcopatus Anglonen. ex quo D. Iacobatius illius possessor non nisi per multos dies post illud resignauit ad fauorem d. D. Iustiniani, intrat conclusio, quòd vbi verba non adaptantur, cesset dispositio, de qua latè per Scrib. *in l. si seruus, §. non dixit, ff. de damn. infect.* maximè in materia correctoria iuris communis, in qua fit stricta interpretatio, Bart. *in l. si vero, §. de vero, num. 1. ff. solut. matrim.* Angel. *cons.* 107. & 302. *numer.* 1. Alex. *cons.* 54. *numer.* 9. *lib.* 7. & in terminis regularum Cassad. *decis.* 35. *numer.* 1. *super reg. & decis.* 16. *numer.* 5. *de præb.* Quod procedit etiamsi concurrat identitas rationis, idem Cassad. *decis.* 23. *numer.* 5. *in fin. & 6. de præb.* Et in indiuiduo quòd ista regula non comprehendat tempus ante vacationem Prælaturæ, est decisio Cremonen. pensionis relata inter diuers. impress. 704. part. 1. Ex quibus cessare videbatur fundamentum deductum ex identitate rationis, cùm in exorbitantibus minimè fiat extensio vltra casum expressum, etiamsi concurrat identitatis ratio, ex prædictis.

2 Cæterùm Domini nec etiam admittebant istam identitatem rationis ex duobus. Primò, quia ille, qui resignat postquam vacauit Prælatura, est magis certus de sua promotione, quia illa pendet à sola voluntate Summi Pontificis: ille autem qui resignat ante vacationem Prælaturæ, quam sibi sperat resignari, non est ita certus, quia potest esse, quòd illum, qui sibi promisit, pœniteat, vt sæpè euenit in facto, & sic in casu regulæ promotio pendet à voluntate duorum, nempè Summi Pontificis, & Prælati resignare debentis: extensio autem cessat, non solùm propter diuersitatem, sed etiam propter minoritatem rationis, Alex. *cons.* 29. *numer.* 4. *lib.* 6. Soccin. *cons.* 9. *num.* 15. *lib.* 3. Dec. *cons.* 284. *numer.* 2. Crau. *cons.* 17. *num.* 2. non solùm in materia stricta, prout est ista, ex suprà allegatis, verùm etiam in materia fauorabili, & aliàs extensibili, Crau. *dict. num.* 2. Honded. qui alios alleg. *cons.* 1. *numer.* 47. *lib.* 1. Altera diuersitatis ratio quæ videbatur posse considerari ex parte Summi Pontificis conditoris regulæ est, quia regula caperet resignationes faciendas ante vacationem Prælaturæ, sequeretur, quòd si quis resignaret beneficium, & postea illinc ad multos annos promoueretur, possent piscatores beneficiorum viuentium, qui nunquam desunt, prætendere, quòd talis promotus aliquando, vel à Papa, vel à Regibus, qui habent nominationes Prælaturarum, habuerit verbum de sua promotione, & ob id fecisse resignationem, & sic implerentur omnia litibus in præiudicium Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, qui debent vacare diuinis officijs: potest igitur esse quòd non sine mysterio Summi Pontifici ad obuiandum litibus huiusmodi, & vexationibus beneficiatorum restrinxerint regulam ad tempus post vacationem Prælaturæ, & ita arbitrati sunt Domini

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Valentina salarij.

Lunæ 21. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Salarium non conuentum an debeatur Procuratori, & quomodo debeat pro qualibet causa taxari.

SVMMARIVM.

Salarium non conuentum an debeatur Procuratori ad lites, opiniones sunt controuersæ, n. 1.
Salarium non conuentum debetur Procuratori qui litem agitauit in curia, ibid. Vbi maximè si constet de solito illius recipiendi salarium, & domini soluendi.
Salarium Procuratoris in qualibet causa non debet excedere centum aureos, nu. 2.
Salarium Procuratoris debet taxari arbitrio iudicis pro modo laborum, & temporis, quo causa durauit, num. 2.
Salarium non debetur pro tempore quo quis nullam operam impendit, num. 3.

DECISIO CCCXXIX.

LIcèt in iure sit controuersum, an sine conuentione debeatur salarium Procuratori ad lites, quia in hoc articulo videntur esse gloss. contrariæ, *in l. 1. §. Aduocatos, de var. & extraord. cognit. & in l. salarium, ff. mandat.* & opinionem negatiuam tenuerunt Bartol. *in dicto §. Aduocatos, numer.* 2. Bald. & Fulgos. *in d. l. salarium*, idemque Bald. *in dict. l. 1. Cod. mand.* Alex. *cons.* 109. *numer.* 3. *lib.* 6. Natt. *cons.* 376. *numer.* 7. & 8. Gabr. *de procur. conclus.* 5. *num.* 1. tamen in hoc casu Domini non dubitarunt, quin R. P. D. Ioannes Baptistæ Viuez debitum fuerit salarium, quia lis fuit agitata in curia, in qua Procuratoribus salaria solent præstari, & constat etiam de particulari solito d. R. P. Domino Viuez in recipiendo, & Regni Valentiæ in soluendo salarium. Ideòque intrant decisiones in causa Oueten. mercedis 12. Decembris 1605. coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino, & in Oscen. salarij 21. Maij 1610. coram Reuerendo Patre Domino meo Lancellotto, & sæpè in alijs causis. 1

Quo verò ad quantitatem salarij, quamuis etiam in iure dispositum sit, vt non excedat aureos centum in singulis causis, vt per glos. *in dicta l. salarium, in fin.* & Bald. *in l. 1. num. 9. Cod. mand.* quæ summa quantum importet reducta ad hodiernas monetas, variè tractatum est apud Alcia. *lib. 3. dispunct. cap.* 9. Budæum *de Asse lib.* 5. Cuiac. *lib. 19. obseru. cap.* 31. tamen receptum est id pendere ex iudicis arbitrio, qui salarium correspectiuum ad laborem debet taxare. Specul. *lib. 2. deposit. §. 7. num.* 32. Soccin. sen. *cons.* 196. *in fin. lib.* 2. Sylua. *cons.* 26. *num.* 2. *& seqq.* Mandell. *cons.* 174. *num.* 30. *in fin.* & quòd salarium debetur pro modo laborum, fuit dictum in Romana salarij 17. Nouembris 1568. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & quòd iustificatur tempus, quo causa durauit, fuit dictum in causa Toletana mercedis 14. Maij 1568. coram Sanctissimo Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, & nuper in causa Leodien. salarij 10. Decembris proximè præteriti coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano. 2

In

3 In proposito itaque, cùm Dominus Viuez laborem suum adhibuerit desensioni vnius dumtaxat causæ in qua duo tantùm dubia dicuntur fuisse disputata, visum fuit Dominis taxati posse salarium ad rationem scutorum centum pro quolibet anno, & considerarunt, quòd non fuit transmissus de partibus ad procurationem illius causæ, sed quando fuit constitutus Procurator iam residebat in curia, vbi suam industriam multa cum sua laude in aliorum tractatione negotiorum collocabat, vtpote primarius, & optimi nominis curialis, nondum tamen Prælatus, & illam taxationem posse fieri pro triennio, videlicet vsque ad illud tempus, in quo contra intentionem regni Valentiæ, cuius causam dictus Viuez defendebat, fuit concessum Dertusentibus mandatum de manutenendo. Ab illo enim tempore cùm nihil in causa gestum fuerit, & dictus Viuez nullam impenderit operam, nullum debetur salarium, Bart. *in l.1. ff. de var. & extraord. cognit.* Feder. de Sen. *cons.*218.*num.*1. & 2. benè Surd. *cons.*42.*n.*9. & 10. *lib.*1. Socin. *vbi supra*, & alij passim.

Non obstat protestatio Domini Viuez, quòd intendebat consequi annuum salarium scutorum 600. Nam vltra quòd illa protestatio fuit solummodo intimata Syndicis, qui non habebant facultatem constituendi salarium, cùm id spectaret ad Regni deputatos, vt iidem Syndici ad aliam intimationem quarundam literarum cambij per eundem Dominum Viuez directarum responderunt. Adhuc dicta protestatio clarum est, quòd pro tempore præterito non potuit etiam suffragari pro tempore futuro, quia Regnum non acceptauit dictam protestationem, neque illi consensit, sed simpliciter fuit responsum per dictos Syndicos, quòd facerent id quod deberent, ideòque non debet Regnum compelli, nisi ad solutionem illius summæ, quæ de iure potest esse debita.

Itaque fuit conclusum deberi salarium in scutis 300. in totum, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Bononien. euictionis.

Veneris 28. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Fideiussor de euictione non potest pro releuatione agere contra venditorem, etiam quòd soluerit, quando contra emptorem non opposuit exceptionem non denunciatæ litis, quam si opposuisset, non soluisset, siue agat, vt fideiussor, siue vt cessionarius emptoris.

SVMMARIVM.

*Fideiussor de euictione cum promissione indemnitatis liberandus est euictione sequuta, siue de iure, siue de facto, num.*1.

Promissor indemnitatis videtur promisisse facere quod damnum non eueniet, ibid.

*Emptor de euictione non potest agere, nisi lite denunciata venditori, n.*2.

Exceptio non denunciatæ litis ex persona cessionarii in materia euictionis opponi potest per venditorem contra cedentem, ibid.

*Fideiussor de euictione non potest pro releuatione agere contra venditorem, etiam quod soluerit quando contra emptorem non opposuit exceptionem non denunciatæ litis, quam si opposuisset, non soluisset, siue agat, vt fideiussor, siue etiam vt cessionarius emptoris, n.*3. & 4.

*Emptor vt de euictione agere possit, nunquid teneatur litem denunciare formiter venditori litem scienti, num.*4.

*Fideiussor soluens ex eo, quòd non opposuit exceptiones solutionem impedientes, agere non potest pro releuatione contra principalem. n.*5.

Fideiussoris appellatione in statutis non venit fideiussor de euictione, ibid. vers. quò vero.

DECISIO CCCXXX.

1 Domini censuerunt sententias Rotales esse confirmandas, quia ex fundamentis, & rationibus in decisionibus ponderatis remanent iustificatæ. Nec obstat, quòd dicebatur fideiussorem de euictione cum promissione indemnitatis esse liberandum, siue secuta fuerit euictio de iure, siue de facto, Abb. *cons.*43. *n.*1. *par.*1. Dec. *cons.* 323. *n.*3. Paris. *cons.*76. *n.*21. *vol.*3. Ofasc. *decis.*48. *num.*8. Surd. *cons.*150. *n.*9. Videtur enim promissor indemnitatis promisisse facere, quod damnum non eueniet, & tamen non esset sine damno stipulator, si cogeretur litem denunciare, & se defendere, vt considerat idem Surd. *cons.*345. *num.*32. *vol.*3.

Nam pro responsione fuit dictum, quòd aut Dominus Fuluius egit contra Dominum Pasqualinum venditorem, vti cessionarius Thomæ emptoris, & hoc casu sicuti emptor ad parandam sibi actionem de euictione tenebatur molestias, & litem venditori denunciare, *l. emptor. C. de euiction. l. si fondo, §.*1. *eod. tit. cap. fin. de empt. & vendit.* eodem modo, & cessionarius veniens ex iuribus cedentis hoc idem facere tenebatur, quia talis exceptio non denunciatæ litis ex persona cessionarij contra cedentem opponi poterat per venditorem, Bart. *in l. si quis in rem, n.* 3. *ff. de procurat.* Alex. *in l. si cùm dotem. §. si patri, num.*5. *solut. matr.* Thesaur. *decis.*221. *n.*1. Magon. *decis. Lucen.*1. Surd. *cons.*82. *n.*13. *vol.*1. 2

Aut fideiussor egit vigore promissionis ad releuationem sui interesse passi occasione pretij euictionis soluti, & tunc quia de facto non fuit exactum, prout loquitur Ofasc. Surd. & alij allegati, sed voluntariè soluit ad consequendam actionem per cessionem iurium emptoris, nec de iure poterat cogi ad soluendum propter defectum intimationis molestiarum, *dicta l. emptor. C. de euict.* sequitur dicendum si soluit non oppositis exceptionibus ex persona sui principalis, vt aduersùs eum nulla competat actio, *l. si fideiussor, in princip. ff. mandati*, Abb. *consil.* 82. *in fin. part.*1. 3

Et hoc siue attendamus factum, scilicet euictionis sequutæ, quia Dominus Fuluius se excusare non poterat, postquam pro euictione contra eum agebatur, ex qua exceptio non intimatæ litis nascebatur, vt perpendunt Alex. *cons.*57. *num.*1. *lib.*1. & Domini in vna Aquilana releuationis indemnitatis coram bon. mem. Robusterio 28. Iunij 1577. quam refert, & sequitur Illustrissimus Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib.*16. *tit.*15. *num.*2. *& sequenti*, siue respiciamus ius ipsum, quando scilicet emptor teneatur formiter venditori etiam scienti litem esse motam, illam denunciare, vt benè probat Felin. post alios *in cap. cùm M. num.*66. *de constit.* Couar. plenè *var. resol. lib.*3. *cap.*17. *num.*3. & hoc casu etiamsi Dominus Fuluius asserat se tale ius ignorasse, non excusatur, *dicta l. si fideiussor. vers. non malè tractabitur ff. mand.* 4

Nec dicatur Domino Fuluio obijci non posse omissionem exceptionis prædictæ, quæ opposita non profuisset, *l. fin. §.*1. *quis ord. in bonor. possess. seru.* Bald. *cons.*145. *col.*4. *num.*4. *vol.*3. Crauett. *cons.*246. *col. fin. in fine*, Surd. post alios, *cons.*345. *num.*27. Quia benè fuit responsum in decisionibus in hac causa factis, dum multæ defensiones venditoris demonstrantur, quibus poterat euictionem impedire; quo verò ad statutum Bononiæ sub rubr. *de priuil. fideiussorum*, placuit Dominis esse intelligendum de pura fideiussione, & certo debito, non autem de fideiussore euictionis, pro qua non competebat actio emptori, nec fideiussor incipiebat esse obligatus absque intimatione molestiarum facta venditori, *d. l. emptor. C. de euict.* & hic sensus benè conuenit dispositioni iuris, ne fideiussor soluat omissis exceptionibus sui principalis, vt suprà dictum fuit. Atque ita Domini vtraque parte informante censuerunt, &c. 5

R. P. D. SACRATO,

postcà S. R. E. Cardinali.

Bononien. administrationis.

Lunæ 28. Februarij 1611.

ARGVMENTVM.

Tutor, seu curator, cui à testatore remissa est redditio rationum cum clausula, *quòd non teneatur*, nec etiam de prætenso dolo non conficiendo inuentarium, & librum rationum, conueniri

non potest ad reddendam rationem, sed tantùm tenetur de dolo vero.

S V M M A R I V M.

Tutor, seu administrator, cui remissa est à testotore redditio rationum, cum amplissimis clausulis, non tenetur de dolo præsumpto, sed tantùm de dolo vero, n.1.

Tutor, seu administrator non tenetur reddere rationem, quando à testatore illi remissa est redditio rationum, cum clausulis, de quibus n.2.

Tutor, seu administrator non confecto inuentario, & non retentis computis, non potest molestari, quando à testatore sibi remissa fuit redditio rationum, n.3.

Dolus in omittendo dicitur dolus præsumptus, ibid.

D E C I S I O CCCXXXI.

1 CEnsuerunt Domini Bartholomæam non teneri reddere rationem, nisi probetur fuisse in dolo vero nam quòd testator possit liberare tutorem, siue administratorem vsque ad dolum præsumptum inclusiuè, tradunt Dec. *cons.177. num.3. & 191. num.4.* Gozad. *decis. 94. num.12.* Paris. *cons.48. nom.35. lib.1.* Couar. *lib. 2. var. resol. cap. 14. num.4. vers. quintum, & vers. vltimò omittendum non est*, Menoch. *cons.22. num.3. & 5. & tract. de præsumpt. præs. 164. n.9. lib.4.* Rimin. iun. *§.1. num.241. Instit. de donat.* Cagnol. qui de communi, *in l. contractus, n.101. ff. de reg. iur.*

2 Quod etiam in proposito casu colligitur ex verbis testamenti quæ sunt amplissima, siquidem testator fecit illam liberam analogistam, & immunem redditionem rationum, confectione inuentarij, retentione computorum, & à qualiber reddione rationis, & ab omni & quocunque onere tutricibus de iure, & ex forma statutorum quomodolibet incumbente, addens quòd si quomodolibet cogeretur ad aliquam redditionem rationis illius occasione, tam ratione administrationis, quàm curæ, aut etiam prætensi doli in aliquo commissi teneretur, ex nunc prout ex tunc eidem plenissimam liberationem reliquit, & quatenus ipsa quauis occasione, vel causa condemnaretur, voluit solui, & satisfieri de bonis, & hereditate ipsius testatoris, & ipsam immunem, & exemptam conseruari, &c. & prædictis verbis in se clarissimis accedit, quòd Bartholomæa erat persona coniuncta, hoc est, vxor testatoris, quo casu ex præsumpta mente testatoris pleniorem interpretationem recipere solent huiusmodi remissiones, Dec. *cons.177. nu.4.* Crau. *cons.193. nu. 9.* Gozad. *cons.94. num.14.*

3 Dolus autem verus non videbatur probatus in hoc casu, nam quòd Bartholomæa non confecerit inuentarium, aut non retinuerit computa, & similia, concernunt dolum præsumptum, quod propriè consistit in omittendo, *Bart. in l. tutor qui repertorium, in princ. n.7. vers. prætereà, ff. de administr. tut.* Dec. *d. cons. 177. num.3. & cons. 191. n.5.* Menoch. *d. præs. 164. n.9.*

R. P. D. P I R O V A N O,

Tirasonen. Canonicatus.

Luna vlt. Februarij 1611.

A R G V M E N T V M.

Iura quando dicantur in forma probanti, & legitimè extracta, plures in hac decisione firmantur conclusiones.

S V M M A R I V M.

Transomptom ex registro Apostolico plenè probat, n.1.

Iura extracta vigore compulsorialium parte citata facta recogitione coram compulsore cum aosculatione dicuntur in forma probanti, n.2.

Producens scripturas dicitur illas approbare, n.3.

Notarius successor in officio potest instrumenta antecessoris soi leoare, & publicare, parte non citata, & sine alia solemnitate, n.4.

Episcoporum scriba, seu Cancellarii solent se rogare de omnibus gestis ab ipso Episcopo, n.5.

Instrumentom extractum ex suo originali registro sic attestante Regente concellaria, seu scribania probat sine subscriptione Notarii, ibid.

D E C I S I O CCCXXXII.

1 DVbitatum fuit, an iura per Hieronymum Hyppensam producta sint in forma probanti? Et Domini dixerunt collationes esse benè extractas, reliqua verò iura esse in forma probanti, & postrema pars resolutionis benè iustificatur, nam quantum ad sumptum literarum confirmationis concordiæ extractum ex registro Apostolico, illud probat Rota *decis.10. de fid. instr. in antiq. & decis.28. de probat. in antiq.* Staphil. *de liter. inst. §. in primis, num.10.* Gomez *super reg. de non indic. q. 1. col.3. in princ. & qo. 11. in fin.* Cresc. *decis.2. de fid. instr.* Paris. *de resign. lib.10. q.1. n.18.*

2 Quo verò ad iura vigore compulsorialium extracta, cùm fuerint compulsata citata parte, facta recognitione coram compulsore cum ausculatione, & hæc siue coram bon. memor. Iusto, siue coram Domino meo Canalerio, benè dicuntur in forma probanti, *cap. fin. de fid. instrum.* Rota *decision. 1. eodem tit. in nouis, & decis.36. de probat. in antiquis.*

3 Si verò agatur de iuribus productis per Alphonsum Frances, & illa contra ipsum non indigent iustificatione, cùm ex calore productionis per partem factæ recipiant fidem, Vetall. *decis.188. part. 1.* Put. *decis.334. numer.2. lib.1.* Crauett. *de antiq. tempor. part.1. §. viso de verbis, num.78.*

4 Collationes verò Canonicatuum, quæ in prima parte resolutionis dictæ fuerunt benè extractæ, concludenter videntur probari, quia constat fuisse extractas à Notario successore in officio, & scribania regente Curiæ Vicariatus, & Officialatus generalis Tirasonen. qui propterea potuit de iure validè exemplari absque aliqua partis citatione, aliaue solemnitate, Bart. *in l. si quis ex argentariis, §. 1. n.3. de eden.* Dec. *in auth. si quis in aliquo, nu. 26. eodem tit.* Couar. *pract. quæst. cap. 19. num.3.* Et sæpiùs fuit resolutum in Rota in Derthusen. iuris conferendi 24. Maij 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in alia Barchinonen. beneficij 23. Februarij 1600. & in Tirasonen. Capellaniæ 2. Maij 1608. cor. Domino meo Pamphilio.

5 Non obstat, quòd istæ collationes careant subscriptione Notarij, vt propterea fidem non mereantur, cùm non appareat à quibus fuerint rogatæ, quia fuit responsum, prout in allegata Tirasonen. Capellaniæ, quòd cùm regens scribaniam attestetur illas extraxisse à suo originali registro illius Curiæ, iuris præsumptione censentur rogatæ à Notariis tunc temporis eandem scribaniam regentibus, iuxta decisionem in causa Taraconen. præpositurarum 6. Nouembris 1602. coram Domino meo Coccino, & in Gerunden. de Ceruiano coram bon. mem. Litta 4. Iunij 1604. præsertim cùm agatur de collationibus, quæ fiunt ab Ordinariis, quorum scribæ, seu Cancellarii solent se rogare de omnibus coram eis, & ab eis gestis, & non aliæ personæ, vt fuit dictum in dicta Gerunden. coram bon. mem. Litta, & in Tirasonen. Capellaniæ coram Domino meo Pamphilio, quæ loquuntur in istis terminis.

Atque ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Aoximana spolij.

Veneris 4. Martii 1611.

A R G V M E N T V M.

Bonæ fidei possessor facit fructus suos ante motam litem, etiam contra minores, & Ecclesias. In bona autem fidei dicitur esse is, qui credidit putatiuo curatori, vel aliàs in facto errauit.

S V M M A R I V M.

Possessor non mala fidei, sed bona, facit fructus suos contra quoscunque, etiam minores, vel Ecclesias, n.1.

Credens putatiuè curatori dicitor esse in bona fide, ibid.

Dictio supradictorum, *est relatiua præcedentium, & habet vim particularis, n.2.*

Bona fides causatur ex errore non iuris, sed facti, num.3. in fin.

Subhastatio bonorum non præcedente eorum æstimatione, nulla, & inualida est, n.4.

D E-

DECISIO CCCXXXIII.

1 NOluerunt Domini recedere à decisis, quia fundamenta decisionis, & in facto, & in iure benè subsistunt, nam Pinus nedum docuit de bona fide priuatiuè, quòd absit perfidia, & mala fides, quod sufficit ad acquisitionem fructuum, Bart. *in. l. sed si lege, §. scire, n.4. ff. de petit. hered.* Alex. *de præsumpt. regula 3 præsumpt.5. n.5.* Couar. *var. resol. lib.1. cap.3. n.8.* Bec. *cons.95. n.1.* sed de bona etiam fide positiuè ostendit, dum credidit putatiuo curatori, qui pro tali se gerebat in iudicio, *l. quæcumque, in fin. ff. de pub. in rem action.* & per quam possessor contra quoscunque, etiamsi sint minores, vel Ecclesiæ, fructus suos facit ante litem motam, prout de minore probat text. *in l.2. cum glos. C. si quis ignorans rem minor. esse comparauerit*, & de Ecclesia, siue eius bonis fuit dictum in causa Vlixbonen. nullitatis locationis prima Iulij 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.

2 Non obstant, quæ pro Ghirardellis ad diuersificandum factum adducebantur, vt exinde iuris conclusiones applicatæ subuerterentur. Et primò, quòd non fuerit citatus Iacobus Ghirardellus in adiudicatione bonorum, qui erat curator, & tamquam talis comparuerat, aliàs in iudicio contrarium videtur probari in primo processu de partibus *fol.*18. à tergo, dum iudex mandat citari omnes, & singulos tutores, & curatores hæredum Ioannis Baptistæ Ghirardelli, quia vult terminare concursum, & de executione citationis ex eodem processu apparet ex relatione nuncij dicentis se personaliter citasse supradictos, & quamuis nullus particulari nomine fuit in relatione expressus, ac Iacobus dumtaxat tutor legatur deputatus, vt in summario, *n.2.* cui non conuenit verbum *supradictos*, cùm sit nota plurium personarum, tamen, quia in illo iudicio aliàs citati fuere, & tam Iacobus, quam Simon comparuerunt tutorio, & curatorio nomine Africani, & Torquati de Ghirardellis, vt in primo processu de partibus *fol.*15. à tergo, & *fol.*12. à fronte, pro cautela licuit creditoribus instare, vt omnes citarentur, & benè iustificatur, qui fuerint tutores supradicti citati, ex quo nullus alius antè comparuerat in causa, præter Iacobum, & Simonem, fratres, & patruos carnales dictorum minorum, & ex natura vocis *supradictos*, quæ relatiua est præcedentium, Alex. *cons.*140. *n.4. vol.6.* Dec. *cons.465. n.8.* Craueit. *cons.98. n.8.* videntur ad oculos demonstrari, ut inquit Bald. *cons.304. n.2. vol.5.* & Ias. *in l. filiusfamilias, §. diui in 2. lect. n.151. de legat.1.* Menoch. *cons.82. n.158. vol.1.* Surd. *cons.163. n.14. vol.2.* quod sufficit, & in his, quæ requirunt particularem expressionem, Bart. *in l. qui liberis, §. hac verba, in fin. ff. de vulg. & pupill. substit. & in cons.7.* Andr. Martini *lib.1.* Alex. sequutus Bart. *in l. vltim. C. de hered. instit.* & *ibid.* Ias. *n.12.* Ruio. *cons.19. n.4. lib.2.*

3 Quo verò ad consignationem bonorum adiudicatorum, quæ legitur facta per Simonem in 2. processu de partibus *fol.*8. non autem per Iacobum, qui aliàs comparuerat tamquam verus tutor, & curator dictorum minorum, adeò quòd per scientiam veri tutoris videatur mala fides oriri, dum omissa fuit illius persona in actu consignationis, fuit dictum, licèt Simon verè non esset tutor, & curator, tamen quia patruus erat, & tamquam tutor, & curator aliàs comparuerat, & pro tali reputatus fuit ab ipso Pino, & pro tali videtur etiam admissus à iudice, postquam cum illius citatione processit ad consignationem, probabilis fuit credulitas Pini, & sufficiens pro conclusione malæ fidei, vti ex errore facti, & non iuris causata, secundùm glos. in allegat. *l. quicumque, ff. de publ. in rem act.* Felin. *in cap. de quarta, n.25. de præsc.* & alios in decisione prima relatos.

4 Demum non obstat æstimationem bonorum factam non fuisse per aliquem peritum pro pupillis electum, iuxta formam sententiæ adiudicationis. Item factam fuisse de prædio longè excedente valorem scut.600. &c. Quia licèt prædicta respiciant nullitatem, & inualiditatem subhastationis, prout de casu omissæ æstimationis est tex. *in l.1.* vbi talia notat, *C. si in causa iudic.* Afflict. *decis.358. n.5. vers. quarta ratio*, Bec. *cons.95. n.1.* & de læsione in iudicio subhastationis tradunt Castr. *in l. si quis, C. de rescind. vend.* Alex. *cons.117. n.8. vol.7.* Surd. *cons.39. n.3. & 4.* tamen nihil concludunt ad impediendam fructuum acquisitionem, cùm simul esse possit, quòd contractus resoluatur, prout præsens resolutus fuit, & acquieuit Pinus, & tamen fructus ante litem motam fecerit suos ex bona fide priuatiua, & positiua, vt suprà fuit dictum, ex allegatis in prima decisione.

5 De releuantia autem probationum, respectu liquidationis fructuum ante motam litem perceptorum, nihil fuit dictum, quia condemnatio non intrabat, & visa est superflua indagatio, &c.

Idest sub die 3. Decembris 1610. est decis.310. par.2. recent. impressa est etiam apud Cenc. & Duard. de Censibus decis.293.

R. P. D. PIROVANO,

Romana tutelæ de Sirtulis.

Veneris 4. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

Deficiente testamentario tutore pupillo dari debet proximior, & sic locus erit legitimæ, non autem datiuæ tutelæ.

SVMMARIVM.

Tutore testamentario deficiente dandus est legitimus tutor pupillis, & sic ipsi proximior, n.1.

Tutor datiuus dari non potest vbi adest legitimus, sed vbi semel locum habuit tutela legitima, non amplius legitimæ tutelæ, sed datiuæ locus est, declara vt n.2.

Tutrix sui nepotis esse non potest auia nupta, n.3.

Tutela officium virile est, ibid.

DECISIO CCCXXXIV.

FVit resolutum tutelam Francisci, & Elisabeth minorum de Sirtulis spectare ad auum maternum, cui vti legitimo, & proximiori deferenda videtur, nam postquam testamentariæ locus esse non potest, quia dati in testamento, videlicet Mozaniga prædecessit, & quoad Bellinum, Domini censuerunt non esse datum tutorem in testamento, ad legitimum, non autem datiuum proueniendum est, *l. tutela, in §. penult. cum seq. ff. de leg. tut. l. si tutor reip. §.1. ff. de tutel. & ration. distrah. l. non solum. §. si libertus, ff. de excus. tutor.* glos. magna *in l. si quis sub condit. ff. de testam. tutel.* Berous *quæst.66. in princ.* Gutier. *de tutela, cap.2. num.7. & 13.* 1

Non obstat, quòd cùm semel habuerit locum tutela legitima in matre, hodie non sit locus legitimæ, sed datiuæ, vt per Bart. *in dicta l. si quis sub conditione, num.1. ff. de testam. tutel.* & Bero. *quæst.66. n.3. vers. sed his non aduersantibus*. Quia fuit dictum, matrem non fuisse datam in tutricem filijs suis, sed in curatricem, præterea, quòd fuisset etiam tutrix legitima, quia ea decedente, reliquiæ prioris tutelæ penes eam non remanserunt, & funditus desiit esse tutrix, antequam à iudice alius tutor datus fuerit, legitimæ semper erit locus, iuxta distinctionem Bart. *in dicta l. si quis sub conditione, num.1. ff. de testam. tutel.* quam declarando sequitur Bero. *dicta q.66. n.5. in fine.* 2

Non obstat concursus aui, & auiæ, quia auus præferendus est, tum quia tutelæ officium virile est, *l. vltim. ff. de tutel.* & etiam munus publicum, *l.1. col. fin. ff. de muner. & honor.* Tum quia auia nupta reperitur, quæ ad exercitium tutelæ non admittitur, Bart. *in l. si quis sub conditione, n.9. ff. de testam. tutel.* &c. 3

Supra in par.2. recent. habetur altera decis. in hac causa sub die 5. Iulii 1610. coram eod. bon. mem. Pirouano, est in ordine decis.307.

R. P. D. PIROVANO,

Auximana fideicommissi.

Veneris 11. Martii 1611.

ARGVMENTVM.

In hac decisione duo præcipuè enucleantur. Primò quando, & quibus verbis fideicommissum perpetuum, & absolutum inductum dicatur.

Secundò, quando re vendita effectualiter non euicta agi possit de euictione, vel saltem retineri pretium donec libera tradatur.

S V M M A R I V M.

Substitutio reciproca facta alicui, si sine filijs decederet, eo decedente cum filijs expirat, n.2. declara vt n.3.

Fideicommissum perpetuum inter omnes descendentes de domo testatoris censetur inductum, quando testator vsus est verbis directis in rem, n.3.

Fideicommissum absolutum, & perpetuum, in quocumque casu censetur inductum, quando testator mandauit eius successionem semper, & in infinitum locum habere, num.4.

Fideicommissum perpetuum, & absolutum censetur inductum quando testator habuit respectum ad conseruationem propria domus, & familia, n.5.

Venditor de euictione non tenetur, nec contra venditorem de euictione agi potest, nisi re vendita effectualiter euicta, num.6. declara vt n.7.

Emptor potest agere contra venditorem, vt rem venditam pracisè tradat liberam ab omni onere, ibid.

Vendens rem simpliciter, censetur eam vendere tamquam liberam, & nemini obligatam, ibid.

Emptor potest retinere pretium rei vendita, donec res sibi libera tradatur, ibid.

Vendita res non dicitur libera, qua fideicommisso subiacet, ibid. in fine.

Emptor potest pretium rei vendita retinere donec durant molestia sibi illata super re vendita, n.8.

Euictionis periculum imminere dicitur per motam litem, siue super tota re, siue super parte, & tam in petitorio, quàm in possessorio, ibid.

D E C I S I O CCCXXXV.

1 ASsultus possidens bona fideicommisso supposita vendidit partem illorum Prospero de Ianuarijs, partem pretij penes eum relinquendo pro censu extinguendo, & pro residuo data dilatione ad soluendum. Post aliquot annos Torquatus vnus ex substitutis, & vocatis ad fideicommissum prædictum cœpit molestare Vincentium dicti Prosperi filium, & bonorum possessorem, dum eadem bona vendere præcogitabat: Guidus autem Asulti filius, & nunc hæres egit contra Vincentium pro adimplemento promissionis factæ per Prosperum eius genitorem; vnde dubitaui, an de fideicommisso perpetuo constaret, & tali, propter quod sit impedienda executio instrumenti venditionis.

2 Quoad primam partem dubij Domini dixerunt constare de fideicommisso perpetuo inter Asultum & Torquatum institutos, ac inter institutorum descendentes. Nam quamuis testator sub conditione, si alter ex institutis decederet sine filijs, per reciprocam institutos tantùm vocauerit, quæ Asulto postea decedente cum filiis resoluta videatur, *l. ex facto. §. si quis autem*, vbi Castren. *num.5. & 6. ff. ad Trebell. l. hæredibus, in princ. eodem tit. l. cùm vxori, C. quando dies legat. ced. l. pater filium, §. fundum, ff. de legat.3.* Oldrad. *cons.* 21.

3 Tamen ex subsequentibus verbis testamenti, ibi, *& semper in infinitum successio habeat locum in masculis & legitimis, & naturalibus de domo ipsius testatoris*, omnes descendentes videntur reciprocè vocati, cùm illa verba fuerint directa in rem, & sic onus rei iniunctum transit in quemcumque possessorem, & quilibet successor censetur eo onere grauatus. Paris. post Bald. Salic. Curt. & alios, quos allegat, *cons* 72. *n.* 89. *vol.*4. Cravett. *cons.* 112. *num.*1. *&* 2. & latiùs *cons.* 217. *num.* 5. Natt. *cons.* 508. *num.* 30. Cephal. *cons.* 191. *num.* 11. Bec. *cons.*24. *num.* 28. dicens conclusionem procedere etiamsi res per mille manus ambulauerit. Peregr. *de fideicom. art.* 13. *num.* 81. post Bald. *in l. precibus, num.*49. *C. de impub.*

4 Quæ maximè procedere dictum fuit, quia testator voluit, & mandauit, quòd successio semper in infinitum locum haberet, quæ verba cùm importent tractum temporis in futurum, satis operantur fideicommissum perpetuum, & absolutum in quocumque casu. Cuman. *in l. cùm ita, §. in fideicommisso, ff. de legat.*2. Sim. de Præt. *de interpret. vltim. vol. lib.*3. *interpret* 1. *dub.*1. *fol.*9. *num.*6. *& fol.*10. *n.*16. *&* 17. Gabr. *de fideicom. conclus.*9. *num.* 12. Surd. *cons.*315. *num.*14. aliàs dispositio redderetur inutilis, quia nec semper, nec in infinitum successio masculorum haberet locum, vt bene considerat Crauett. *cons.*22. *num.*7. Curt. iun. *cons.*48. *num.*3. quos Rota sequitur in vna Vbeuetana castri coram bon. mem. Cardinali Seraphino inter impressas 579. *n.*9. *&* 10. *part.*1. *diuers.*

5 Præterea testator nedum desiderauit successionem durare in infinitum inter masculos legitimos, sed inter masculos de domo ipsius, cuius propriæ familiæ contemplatio de per se sufficeret ad perpetuandum fideicommissum, per quod censerentur omnes gradatim, & successiuè grauati, Bald. *in l. quoties, n.*8. *C. de fideicommiss.* Gras. *de success. in §. fideicommissum, quæst.*4. *n.*21. Card. Mantic. *de coniect. lib.*6. *tit.*14. *n.*20. Surd. *cons.*96. *n.*16. *vol.*1. *& cons.*443. *n.*20. *vol.*3.

6 Circa secundam partem dubij stante veritate fideicommissi, dictum fuit sufficere ad impediendam executionem instrumenti venditionis. Nam licèt ante rem euictam de euictione emptor agere non possit, *l. si plus, vel minus, l. euicta, in princ.* vbi glos. *ff. de euiction. l. qui rem. C. eodem tit.* quia euicta non dicitur, nisi cum effectu possessori oblata verè sit, Crauett. *cons.*682. *num.*7. Thesaur. *decis.*85. id affirmans, etiamsi inter partes dictum fuisset, quòd lite mota super re vendita emptor posset recuperare pretium, quia nihilominus effectus rei oblatæ expectandus est.

7 Tamen agere potest, vt res libera, & omni onere soluta tradatur, ad quam venditor præcisè potest compelli, *l. si in emptione, §. vacua, & in §. final. cum l. seq. ff. de action. empt. l. si pater, C. eodem tit. l. ex iis prædijs, C. de euiction.* vbi dicit Bald. quòd vendens rem simpliciter censetur vendere tamquam liberam & nemini obligatam, quia res habet relationem ad pretium, quod pariter debet dari nemini obligatum, sed liberum, Alex. *cons.*64. *n.*11. *vol.*6. Dec. *cons.*483. *numer.*18. Ofasc. *decis.*24. *numer.*4. Tiraq. *de retract. consanguin. §.*1. *glos.*9. *num.*56. Surd. *cons.*36. *numer.*9. *vol.*1. succurritur enim emptori duplici remedio, primò, quòd res liberetur, alterum quòd non soluat antequam liberetur, vt dicit glos. *in dicta l. ex prædijs*, & vtcumque potest exercere eodem tempore, scilicet si venditor agat ad pretium per exceptionem rei non traditæ, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. l. qui pendente, de action. empt.* Surd. *eodem cons.*36. *num.*9. & agere, vt res libera tradatur, vel si libera tradi non potest, quia aliena, vel obligationi vinculata, ab emptione discedere, & interesse totius rei venditæ consequi, vt benè probant Bero. *cons.*158. *n.*39. *& seq. vol.*1. Curt. iun. *cons.*74. *num.*1. Surd. *cons.*13. *num.*23. *vol.*1. In præsenti autem casu cùm res vendita sit subiecta fideicommisso, & casu fideicommissi eueniente teneantur Asulti filius, & cæteri descendentes bona restituere, res libera dici non potest, ex quo post sequutam traditionem euinci semper poterit, *l. super fundo, C. de transact.* Surd. *dicto cons.*13. *n.*15.

8 Demum stante imminenti periculo, & timore euictionis, quod benè probatur ex lite mota per Torquatum, *l. fin.* vbi Bart. & Bald. *C. de rescind. vendit.* Azor. *in summ. C. de euict. num.*8. Bald. *in l. non idcirco, C. de contrah. emption.* quod sufficeret siue super tota re, siue super parte, & tam in petitorio, quàm in possessorio, vt fuit dictum in vna Romana vineæ 5. Iunij 1579. coram Robusterio inter impressas 281. *par.*2. *diuers.* non potuit, nec potest Vincentius Prosperi emptoris filius cogi ad contractus executionem in extinguendo censu, & pretij residuo exbursando, *l. post perfectam*, vbi Bart. & Salic. *C. de euict.* quia donec durant molestiæ, potest pretium retinere, *l. habitationum, C. de peric. & commod. rei vend.* Surd. *allegato cons.*34. *n.*14. & Rota eadem *decis.*281. *n.*6. *& seqq.* Atque ita solo Vincentio informante fuit resolutum, &c.

R.P.D.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.
Aprutina beneficij.

Veneris 11. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando dicatur litigiosum, & quando colligitanti competat subrogatio vigore regulæ de subrogandis, & quæ lis requiratur ad effectum dictæ regulæ, & an illa suffragetur.

SVMMARIVM.

Beneficium dicitur litigiosum quando lis est inter præsentatos, quorum quilibet petit ab Ordinario institui, numero 1.

Beneficium dicitur litigiosum quando quis petit beneficium vt suum, n. 2.

Beneficium dicitur litigiosum quando vt lis super titulo beneficij, ibid. Vbi quod dicitur esse super titulo beneficij si causa sit commissa cum clausula, quam & quas.

Subrogatio gratiosa in beneficio in iuribus defuncti debet dari colligeganti, n. 3. Vbi etiam præsentato.

Patroni lite inter præsentatos pendente non possunt alium in demortui locum præsentare, ibid.

Regula de subrogandis vt habeat locum sufficit litem fuisse iustam saltem coloratè, ibid.

Regula de subrogandis non habet locum ad fauorem intrusi, num. 4.

Intrusus dicitur, qui habet titulum à non habente facultatem, n. 5.

DECISIO CCCXXXVI.

1 NOn dubitarunt Domini quin inter q. Lautum, & Donatum lis fuerit, per quam beneficium, de quo agitur, fuit effectum litigiosum; quamuis enim patroni essent in causa, & contenderent super iure præsentandi, tamen lis erat principaliter inter prædictos Laurum, & Donatum, qui à dictis patronis præsentati fuerant coram Ordinario, à quo etiam petebant institui, & per consequens beneficium fuit effectum litigiosum, vt in his terminis fuit dictum in causa Mediolanensi beneficij 1. Iunij 1595. coram bo. me. Cardinali Seraphino.

2 Idque fortius procedit, quia Donatus obtinuit institutionem ab Ordinario, cuius sententia cum in gradu appellationis à Vicario Firmano reuocata fuisset, Donatus causam appellationis nullitatis, & iniustitiæ contra dicti Vicarij sententiam commisit in Rota cum clausula *quam & quas*. Inde enim litigiosum insurgit tam ex eo quòd stante sententia, & institutione Ordinarij, Donatus dicebat beneficium esse suum, iuxta doctr. Bald. *in auth. litigiosa, num. 1. C. de litigiosis*, quàm etiam ex quo per dictam clausulam *quam, & quas*, fuit introducta lis super titulo beneficij, quod propterea efficitur litigiosum, vt fuit dictum in causa Mediolanensi Capellaniæ 3. Iulij, & 6. Nouembris 1595. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in causa Elnen. præcepturiæ 28. Nouembris 1608. coram me.

3 Itaque existimant Domini eidem Donato dandam esse subrogationem in iuribus dicti Lauti colligantis, qui lite in Rota pendente, obiit tam vigore regulæ, quàm ex dispositione iuris communis *in cap. 2. vt lit. pend. in 6.* Maximè quia durante ista lite inter compræsentatos non possunt patroni aliquem in demortui Lauri locum præsentare, Caldor. *cons. 1. de iure patr.* Lap. *alleg. 55. num. 3.* Cassad. *decis. 3. numer. 5. vt lit. pend.* & ideo datur subrogatio præsentato superstiti, vt innitens tam suo iuri, quam mortui colligantis, non possit non iustè obtinere beneficium, vt sit contra Fely. Sarnen. *quæst. 13. num. 1. super reg. de subrogant.* Nec in hoc casu agendum est de lite calumniosa. Nam ad effectum regulæ sufficit, litem fuisse iustam saltem coloratè, vt pe Rebuff. *ad dictam reg. glos. 7. num. 3.* & sic adest iustitia plus quàm colorata, ex sententia & institutione Ordinarij.

4 Hoc autem dicunt cum præsupposito, quòd beneficium sit in diœcesi Aprutina, sicuti hucusque in hoc iudicio semper assertum fuit, & exposuit etiam Aldumbellus in memoriali, quod porrexit Illustrissimo Domino Cardinali Datario. Cæterùm si beneficium esset in diœcesi Montisalti, sicuti in hac positione allegarunt informantes pro Aldumbello, non deberetur subrogatio Donato, quia remaneret exclusus à regula, quæ verbis expressis excipit intrusos, prout erat Donatus, si beneficium non est de diœcesi Aprutina, quia habet titulum à non habente facultatem instituendi, Abb. *in c. quia diuersitatem in 2. not. de concess. præben.* Mandos. *super regula de subrog. q. 4. num. 2.* Sarn. *super eadem regula, q. etiam 4. & super regula de trienn. q. 47.*

Cæterùm quòd istud beneficium sit in diœcesi Montisalti, non fuit aliquo modo iustificatum, & informantes pro Donato docuerunt adesse quidem in d. diœcesi Montisalti quoddam beneficium nuncupatum S. Crucis de Monte, quod olim erat diœcesis Aprutinæ, sed illud, de quo agitur, nuncupatur sanctæ Crucis ad Massam, ideòque in his terminis fuit conclusum pro Donato, &c. 5

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.
Foroliuien. pensionis.

Lunæ 14. Martij 1611.

ARGVMENTVM.

In summario habes argumentum.

SVMMARIVM.

Pensio reseruata de consensu illius, qui in beneficio ius non habet, nulla est, n. 1.

Clausula dummodo, &c. *inducit formam, n. 2.*

Tacere aliud est, & aliud consentire, ibid.

DECISIO CCCXXXVII.

PEnsio fuit habita pro nulla tanquam reseruata de consensu Iulij nullum habentis ius in beneficio, ex decis. Guidob. 138. incip. *Albertus Vicedominus*, Achil. *decis. 6. num. 3. & 9. num. 1. de pens.* Versll. *decision. 300. part. 2.* 1

Non ius Iulij deregitur, quia ipse habuit prouisionem Apostolicam cum clausula accedente consensu medietatis patronorum, & tantum abest quòd habuerit dictam medietatem, prout de iure requiritur, ex infrà dicendis, quòd imò apparet de dissensu, quia Isabella patrona pro duabus ex tribus partibus alium præsentauit. Et licèt ipsa tacuerit per quatuor menses, non propterea videbatur DD. fuisse satisfactum clausulæ *dummodo*, &c. quæ inducit formam, & requirit verum consensum, qualis non est ille, qui insurgit ex lapsu temporis, qui est fictus, & improprius, cùm aliud sit tacere, aliud consentire, *regula is qui tacet*, cum ibi not. *de reg. iur. in 6.* quod in terminis firmauit Rota, vt per Gamb. *decis. 57. incip. die 26. Nouembris, &c. dubitatum est quando Papa.* Quibus non obstat decis. Pui. 415. *in fin. lib. 1.* quia non loquitur vbi consensus per verba expressa fuit positus in conditione, & inducta forma. Et ita fuit tentum vno tantùm informante, cùm pars aduersa citata non compareret. 2

Infrà in eadem causa adest decisio 356.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.
Brundusina pecuniaria.

Veneris 15. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Beneficium l. 2. ac tot. tit. C. quod cum eo, quando competat filio, & ex quibus filius d. beneficio renunciasse dicatur.

SVMMARIVM.

Filius qui in patria potestate existit, non potest condemnari, nisi in quantum facere potest, ex benef. l. 2. & tot. tit. C. quod cum eo, n. 1.

Fallit quando filius renunciauit beneficio, ibid. Vbi quod renunciasse dicitur per generalem renunciationem omnium legum, & per obligationem in solidum, & num. 2. per iuramentum.

Iuramentum habet vim specialis renunciationis, etiam in perso-

personis habentibus priuilegium ne conueniantur vltra quàm facere possint, ibid.

Pragmatica Regni disponens filiumfamilias non posse obligari absque consensu patris, non comprehendit obligationes iuratas propter defectum potestatis in laicis disponendi de iuramento, num.3.

Statutum quod filius non possit se obligare absque consensu patris, non habet locum, si filius & pater in eodem instrumento se obligent, ibid.

Filius validè fideiubet pro patre, ibid.

Beneficium l. 2. & tot. tit. C. quod cum eo qui in alien. potest. competit filio si conueniatur paulo post emancipationem, & ideo non iuuat conuentum ante emancipationem, num.4.

Absolutio à iuramento apposito in contractu suffragatur ad effectum agendi, sed non tollit vim quæ accessit contractui, num.5.

DECISIO CCCXXXVIII.

1 DEcisum fuit pro informante, videlicet infirmandum esse decretum Vicarij Brundusini, in quo decidatur Lucam Granafium debere gaudere beneficio legis 2. & toto titulo Cod. quod cum eo qui in alien. potest. quod quidem in eo consistit ne filius insolidum, sed duntaxat in quantum facere potest, condemnetur. Ratio decisionis est dicti decreti iniustitia, quæ manifesta est, ex quo Lucas dicto beneficio renunciauit in ipso suo obligationis, & fideiussionis instrumento, & propterea non potest illo gaudere, Com. *cons.* 128. *numero 6. circa med. lib.*3. Gozad. *cons.*88. *num.* 19. Franc. *decis.* 164. *num.5.par.1. & decis.*181. *num.*8. Renunciauit autem non solùm generaliter omnium legum auxilio, per quam renunciationem censetur in specie renunciatum huic beneficio, ne quis conueniatur, nisi quatenus facere potest, Rol. post alios *in tract. de lucr. dot. quæst.* 42. *numer.* 13. & promisit in solidum, quæ promissio id etiam beneficium excludit, vt per Franc. *dicta decis.* 164. *num.*8. sed etiam specificè dictis legibus, earumque dispositioni renunciauit.

2 Præterea adest in eius obligatione iuramentum, quod debet habere vim specialis renunciationis, argumento, *l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg.*2. Alex. in terminis huius dispositionis, *cons.*133. *num.* 11. *lib.*5. Scraph. *de iuram. priuil.*56. *num.*211. *tit.*5. *num.*7. vbi in specie dicit habere locum in personis habentibus priuilegium, ne conueniantur vltra quàm facere possint, Bald. *in l.* 1. *num.*12. *C. commod.* Pinell. *de rescind. vend. par.*3. *cap.*1.

3 Non obstant quæ de nullitate obligationis aliàs opposita fuerunt ex pragmatica Regni, disponentis filiumfamilias non posse se obligare, nisi cum expresso patris consensu. Nam vltra quòd obiectio tollitur ex facto, quia hic interuenit expressus consensus patris. Dici præterea potest, quòd pragmatica non comprehendit obligationes iuratas propter defectum potestatis in laicis disponendi super iuramento, Alex. *cons.*27. *num.* 7. Aym. *cons.* 272. *numer.* 20. cum aliis per Gabr. *de iur. iur. conclus.*5. *num.*1. *& de stat. conclus.* 11. *num.*1. Alciat. *in cap. cum contingat, num.*95. *de iur. iur.* Accedit quòd etiam extante statuto, quòd filius non possit se obligare sine consensu patris, & licentia, nihilominus tenet obligatio si filius & pater in eodem instrumento se obligant, Bald. *in l. fin. C. ad Maced.* & alij relati per Surd. *cons.* 50. *num.* 11. Demum pragmatica non videtur procedere, vbi filius fideiubet pro patre, quia ille casus vti non expressus remanet in dispositione iuris, iuxta quam filius validè fideiubet pro patre, *l. filiusfamilias*, vbi glos. *in verbo teneretur, C. de fideiuss.*

4 Non potest etiam Lucas gaudere supradicto beneficio dicti tituli, *quod cum eo*, quia competit filio, si conueniatur paulo post emancipationem, cuius rei rationem reddit Cuiac. *ad d. l.* 2. *C. quod cum eo*, & post alios Franc. *d. decis.*181. *n.*5. Lucas autem fuit conuentus ante emancipationem, quam procurauit confestim atque se sensit interpellatum.

5 Non obstat etiam quòd forsan absolutio à iuramento fuerit obtenta per Lucam, nam aliis omissis, satis est, quòd in omnem euentum absolutio suffragatur ad effectum duntaxat agendi, sed non tollit vim quæ accessit contractui, vt latè per Couar. *var. resol. lib.*1. *cap.* 4. *numer.* 6. Oldrad. *cons.* 120. *numer.* 2. Gabr. *consil.* 127. *numer.*33. *lib.*1. Et ex his fuit conclusum pro informante.

*In hac causa habentur duæ decisiones coram bon. mem. Burat. sub diebus 15. Nouembris 1613. & 21. Aprilis 1614. sunt inter eius impressas decis.*20. *&* 44.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Carthaginen. & Abulen. beneficiorum.

Veneris 15. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Sententia contra resignantem quando exequi possit contra resignatarium.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra resignantem afficit, & est exequutioni demandanda contra resignantem, num.1. Amplia, etiam quod resignatarius non haberet scientiam litis, d. num.1. Item siue possideat resignatarius, siue resignans, numer.4. Limita quando causa non fuit defensa per resignantem, numer.5. vbi ad istum effectum quando dicatur causa defensa.

Verba generalia sunt generaliter intelligenda, etiam quòd sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, num.1.

Ratio eadem similiter in vtroque casu ex expressione facta quoad vnum, potest argui ad intellectum alterius, numer.2.

Constitutiones ita intelligi debent vt operentur vltra ius commune, num.3.

Sententia lata super statu non præiudicat aliis, qui non interuenerunt, quando causa non fuit legitimè defensa, num.5.

Causa defensa non dicitur, quando vt plurimum comparuit Procurator, ibid. in fin. vbi ampliatur procedere etiam quòd in ipso actu sententia non comparuerit.

DECISIO CCCXXXIX.

FVit tentum, mandata, & executiones relaxatas ad 1
instantiam Hieronymi contra Cosmum afficere, & esse executioni demandandas contra resignatarios dicti Cosmi, propter constitutionem Greg. PP. XIII. 87. in ordine, cuius dispositio non videbatur posse euitari ex responsionibus, quæ dabantur per informantes pro dictis resignatariis, quarum prima erat, quòd requireretur scientia litis in resignatario, quia talis restrictio videbatur violare generalitatem constitutionis quæ colligitur tam ex ratione, ibi, *Ne litis prosequutio turbari valeat, aut differri*, quàm ex dispositiua, ibi, *Quod eo modo procedi potuit, quo potuisset si cessio facta non fuisset, & quicquid interim sic procedendo decretum fuerit, & expeditum, siue concedente, siue contra eum valeat omnino, & cum obtineat, & resignatarium afficiat non minus, quàm si ipso legitimè citato, contra eum decretum, & expeditum fuisset, & quod resignatarius nulla ratione se excusari posset.* Hactenus constitutio, cuius verba cùm sint generalia, & indistincta, generaliter, & indistinctè intelligi debent, etiam quòd sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, *l.* 1. *§. quod autem, ff. de aleator.* Dec. *cons.*27. *n.*7. Surd. *cons.* 271. *n.*28. & in materia odiosa, Crau. post alios *cons.*308. *n.*3.

Qui intellectus suaderi videbatur ex eo, quod eadem 2
constitutio vult non posse resignatarium excusari sub prætextu non acceptatæ gratiæ, vel eius ignorantiæ, aliud ignorantia litis: attamen cùm eadem ratio videretur in vtroque casu, dicebatur ex expressione facta quoad vnum, posse argui ad intellectum alterius, ex vulg. reg. *l. qui filiabus, ff. de leg* 1. Nec pro ratione diuersitatis deseruire posse videbatur, quòd magis excusabilis sit ignorantia litis alienæ, quàm acceptatio propriæ gratiæ, quia potest dari casus, quòd acceptatio propriæ gratiæ sit vndequaque excusabilis, puta si sit facta à Procuratore habente sufficiens mandatum, neque interuenit tantum tempus, quòd potuerit certiorare dominum.

Prædicta confirmabantur, quia restringendo constitu- 3
tionem, quòd non habeat locum, nisi data scientia litis, generatur præiudicium illi, qui passus est illum, à quo habet causam experiri, *c. penult. de re iud. l. sæpè*, cum ibi not. per Bart. Aug. Alex. & alios, *ff. eod. tit.* latè Cou. *pract. q. c.* 13. *num.*7. *&* 8. Constitutiones autem ita intelligi

ligi debent, vt operentur vltra ius commune, Bar. *in l. dies cautioni, §. prator ait, n.15. ff de damn. infect.* Abb. *consl.42. vers. facit ad hunc intellectum, lib. 2.* Alex. *cons. 30. n.2. lib.7.* cum aliis per Crao. *cons.201. n.13.*

4 Secunda responsio fuit, quòd constitutio debeat intelligi vt habeat locum quandiu resignatarius non capit possessionem beneficij, sed huic restrictioni videbatur obstare generalitas constitutionis per regulas, de quibus suprà, & etiam quia deuenit in specie ad mentionem possessionis, & fructuum, nec distinguit an possessio sit penes resignantem, aut resignatarium. Quinimò dum vult executionem posse fieri contra resignatarium, proculdubio præsupponit, quòd possessio iam sit penes illum, qui aliàs non haberet, super quo fieret executio, *ad l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet.* vltra quòd tunc termini sunt minus fortes, per decis. Mohed. *1. de sent. & re iud.* Crescen. *decis. 16. eod. tit.*

5 Tertia responsio, siue limitatio, quę afferebatur per informantes pro resignatarijs, fuit, quòd constitutio non deberet habere locum, quandocunque causa minimè fuit defensa per resignantem, recipendo ex hoc interpretationem passiuam ab illa conclusione, de qua per Scrib. *in l. ingenuum, ff. de stat. homin.* quòd sententia lata super statu, ita demum præiudicat alijs, qui non interuenerunt in causa, si fuit legitimè defensa: in casu autem proposito dicebatur causam non fuisse legitimè defensam, ex quo fuit aliquando propoposita causa in Rota, non informantibus Procuratoribus resignantis. Cæterùm, neo ista responsio visa fuit subsistere, quia ad effectum ne causa dicatur indefensa, sufficit quòd vt plurimum comparuerit Procurator, ad decision. Put. 306. *num. 5. & 6. lib.2.* Fab. *decision. 4. part. 2.* fuit dictum in causa Carpen. seu nollius bonorum 11. Februarij 1602. coram Reuerend. P. D. meo Ludouisio, sicut etiam non est necesse, quòd compareat in ipso actu sententiæ, si modò defensio illum actum præcessit, Salyc. *in l. si prases, numer. 4. vers. aut non fuerunt defensi, C. quomodo, & quando.*

Infra in eadem causa habes decisiones 435. & 721.

R.P.D. MARQVEMONTIO.

deinde S.R.E. Cardinali.

Einen. præceptoriæ.

Veneris 22. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Discutiuntur requisita ad obtinendam immissionem vigore subrogationis gratiosæ, & an regula reseruatoria mensium comprehendat beneficia manualia, & an beneficium manuale per collationem factam vti de perpetuo efficiatur perpetuum, & an omnia beneficia regularia sint manualia.

SVMMARIVM.

Subrogato gratiosè competit immissio in possessionem, probato clericatu obitu prædecessoris in possessione, & reseruatione, n.1.

Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarii, numer.2.

Testis vnus de visu iunctis cum tribus alijs de auditu, & publica voce & fama facit plenam probationem, numer.3.

Regula octaua Cancellaria non capit beneficia manualia, num.4.

Status vltimus beneficii sufficit ad effectum vt collatio facta tanquam de reseruato teneat, num.5. Vbi secus si de statu beneficii principaliter ageretur.

Status beneficii non mutatur per prouisiones Papa, ac Ordinarii, nisi concurrat mens, & voluntas mutandi, n. 6. Vbi quod dicitur non adfuisse voluntas, vbi non fuit facta mentio qualitatis beneficii.

Beneficium manuale si pro vna vice conferatur in titulum, & efficiatur perpetuum, seu cedente vacatione, redit ad manualitatem, ibid.

Beneficia regularia conferri debet manualia, n.7.

Declara non concludere, beneficium, est regulare; ergò manuale, cùm etiam aliqua beneficia regularia conferantur in titulum perpetuum, illa videlicet, qua vel curata sunt, vel electiua, ibid.

DECISIO CCCXL.

1 DAnda est immissio Iacobo in vim gratiosæ subrogationis, quia probat tria requisita ad istum effectum, videlicet suum clericatum, obitum in possessione eorum, quibus quoad ius, & possessionem subrogatus est, cum reseruatione beneficij.

2 De clericatu Iacobi constat, & literis patentibus sui Ordinarij, *cap.2.* & ibi glos. & Abb. *in 1. notab. de cler. peregr.* Felin. *in c. post cessionem, n.3. & 15. de probat.* Rebuff. *in praxi, tit. form. litterarum tonsura, nu.22.* Gram. *decis. 81. n.1.*

Quòd Ioannes Pardus, & Gaspar Denia possederint vsque ad eorum obitum exigendo, & percipiendo fructus præceptoriæ, de qua agitur, quódque ille de mense Octobris 1607. iste verò de mense Aprilis 1608. decesserint, probant testes, vnus de visu, tres autem de auditu, & publica voce, & fama, qui simul iuncti perficiunt semiplenam probationem, glos. *in cap. 1. de appell.* Cæs. de Graff. *decis.1, num.2. de spons.* Gabr. *de com. conclus. 1. nu. 8. de probat.* dixit Rot. in Corduben. beneficij 27. Octobr. 1606. coram me, & sæpè in aliis causis.

4 Reseruatio autem est parens, quia siue ex Ioannis, siue ex Gasparis persona capiatur vacatio, vterque obiit in mense reseruato, per regulam octauam; difficultatem facit sola qualitas præceptoriæ, quam vti manualem non cadere sub reseruatione, deduxerunt informantes contra Iacobum, ex Calder. *consil. 26. de probat.* Achil. *decision.9. de praben.* Felin. *in c. per tuas, num.4. circa fin. de maior. & obed.* & aliis in Celsonen. præceptoriæ 2. Ionij 1606. coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino.

5 Sed responsum fuit hanc manualitatem non probari, & potiùs constare, quòd hæc præceptoria sit solita conferri in titulum perpetuum, idque ex depositionibus testium, qui de publica voce, & fama dicunt præceptorias sancti Antonij in illis partibus non esse beneficia manualia, sed conferri in titolum perpetui beneficij, tam ab Ordinario, quàm à PP. & prouisiones factæ tanquam de reseruatis, quando vacarunt in mense reseruato, fuisse sortitas effectum, eiectis etiam illis, qui prouisi fuerunt, ab Abbate sancti Antonij, concomitatur depositiones testium vltimus status, continuatur etiam per longi temporis spatium, quo hæc præceptoria in titulum perpetuum collata extitit, & hæc probatio videtur sufficere ad effectum, vt collatio facta de præceptoria tanquam reseruata sustineatur, quicquid dicendum foret si de statu illius principaliter ageretur, Cald. *cons.23. de probat.* Rol. *decis. 49. de rescript. in antiq.* Mohed. *decision. 8. de priuil.* Put. *decision.206. lib.1.* Felyn. *in c. cùm te, col. fin. vers. similiter, de rescript.*

6 Non obstat, quòd prouisiones Papæ, & Ordinariorum non mutent statum nisi concurrat mens, & voluntas mutandi, Dec. *cons.26. in fine*, Achill. *decis.15. de surepat.* Gemin. *in c. cùm de beneficio, num.9. de praben. in 6.* Rebuff. *super concord. tit. de collat. §. volumus, in vers. regularia*, & in hoc casu non adfuit huiusmodi voluntas, cùm mentio non fuerit facta manualitatis, Cass. *decis. 4. de praben.* not. in Cæsaraugustana præceptoriæ 5. Nouembris 1607. coram bo. me. Iusto, Syl. *de benef. part. 3. quæst. 11. num. 124. & seqq.* Vnde dato, quod pro illis vicibus, quibus in titulum collata fuit, præceptoria effecta fuerit perpetua, tamen cùm postea vacauit, rediit ad manualitatem, vt per Achill. *dict. decis.9. n.7. & 8. de praben.* Hæc enim ratio esset optima, vbi constaret de statu manualitatis anteriori, sed huiusmodi status, vt dictum est, non probatur.

7 Nec facit, quòd cùm hæc præceptoria sit regularis, censeri debet manualis, ex latè deductis in dicta Celsonen. præceptoriæ coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino, etenim cùm aliqua etiam beneficia regularia conferantur in titulum perpetuum, illa videlicet, quæ vel curata sunt, vel electiua, Ægid. *decis.203.* Cassad. *decis.4. num.5. de elect. & decis.12. num.9. de probat.* Silu. *de benef. part. 3. quæst.21. num.2.* Paris. *cons.44. num.5. lib.4.* qualitas regularitatis non est sufficiens ad tollendum statum collatiuum, in quo reperitur hæc præceptoria; quia stant simul, quòd sit regularis, & collatiua perpetuò, &

cùm

cùm Iacobus fundet suam intentionem in depositionibus testium, & vltimo statu, non sufficit Francisco aduersario allegare exceptionem, quæ non concludit pernecesse, potest enim esse, quòd ista præceptoria sit actu, vel habitu saltem curata, vel electiua.

Et hæc eo magis placebant Dominis, quia iam in hac causa idem dubium eodem modo fuit decisum coram Reuerendo Patre Domino meo Decano; & in alia causa Pampilonensi præceptoriæ coram eodem Domino meo. Eædem rationes approbatæ fuere 21. Februarij proximè præteriti, quin & confirmata in vltima Rota prius quàm hæc decisio extenderetur, & in dictis decisionibus fuit responsum decisioni Celsonen. quòd in illo casu vel non aderat, vel non fuit deductus, & probatus status collatiuus, vt hic. Itaque fuit conclusum dandam esse Iacobo immissionem, &c.

☞ *Infra in parte adest decisio 362. in eadem causa.*

R. P. D. P I R O V A N O,

Leodien. Canonicatus Tongren.

Veneris 22. Aprilis 1611.

A R G V M E N T V M.

Manutentio danda est possessori ex mandato iudicis ritè, & rectè procedenti, & quando iudex dicatur ritè, & rectè, vel potiùs nulliter processiuè, in hac decisione benè declaratur.

S V M M A R I V M.

Possessio per instrumentum benè probata censetur ad effectum manutentionis, num. 1.

Possessio Canonicatus capitulariter habita legitimè dicitur habita, ibid.

Possidens de præterito præsumitur etiam possidere in futurum tempore motæ litis alio non possidente, ibid.

Iudex ritè, & rectè procedens potest aliquem sua possessione priuare, n. 2. secus si nulliter processit, n. 3.

Mixtus executor dicitur, & non merus, quando in litteris adest clausula, Amoto quolibet detentore, *quo casu debet idem executor citare, & appellationi deferre, ibid.*

Manutentio non datur possessori ex mandato iudicis qui nulliter processit, ibid.

Appellandi tempore durante capta possessio dicitur attentata, & reuocanda, ibid.

Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in summariissimo possessorio manutentionis, n. 4.

Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, declara vt num. 5.

D E C I S I O CCCXLI.

1 GEratdo Voscio dandum esse mandatum de manutenendo fuit resolutum, quia de possessione per eum capta sub die 13. Octobris 1608. apparet ex instrumento, de quo in summario *numer. 2.* quod benè comprobat, *l. prædia*, vbi Bart. *num. 1. ff. de acqu. possess. l. non idcirco*, vbi Bald. *in princ. C. de fid. instrum.* Put. *decis. 3. numer. 8. vol. 1.* maximè, quia capitulariter tradita fuit, prout de iure requiritur, gloss. *in cap. si capitulo, in verb. factum, de concess. præbend. in 6.* Cass. *de caus. possess. & propriet. decis. 8.* & in ea præsumitur continuasse vsque ad tempus motæ litis, non constito de possessione alterius, Rot. *diuers. decis. 62. num. 6. part. 2.* Put. *decis. 17. lib. 2.*

2 Non obstat, quòd Gerardus Neuarath fuerit immissus in possessionem de mandato iudicis, qui ritè, & rectè procedendo priuat possessione, Angel. *in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas, num. 2. in fin. ff. de acquir. possess.* Ferret. *cons. 5. numer. 9. in fin. lib. 1.* & tenuit Rota in vna Peoo. Adrien. beneficiorum inter impressas 802. *num. 7. part. 1. diuers.* quia pro responsione fuit dictum secus esse quando nulliter, & iniustè procedit.

3 In casu autem de quo agitur, nulliter processit, quia in litteris aderat clausula, *amoto quolibet detentore*, per quam tenebatur assumere partes iudicis tanquam mixtus exequutor, & citare, & deferre appellationi, Felin. *in cap. de cætero, num. 9. de re iudic.* Achill. *decision. 6. num. 2. & 5. super reg. de triennali.* habet enim hunc sensum clausula illa, vt teneatur iudex ordine iuris seruato procedere, Bald. *in rubr. de offic. deleg. num. 16.* Mohed. *decis. 7. num. 9. de restit. spoliat.* Vnde cùm exequutor ille non detulerit appellationi interpositæ per Voscium, qui propterea non habuit se pro spoliato, nedum non videtur manutenendus in sua possessione, Put. *decis. 419. in fin. lib. 2.* sed attentata possessio aduersarij, & nulla erit iudicanda tanquam capta intra decem dies datos ad appellandum, Lancell. *de attent. pendent. tempor. ad appelland. part. 2. cap. 11. per tot.*

Non obstant, quæ dicuntur de inualiditate prouisionis Voscij circa vacationem, quia respiciunt altiorem indaginem, nec admittuntur in summariissimo possessorio, Rota in vna Romana vineæ coram Robusterio inter impressas 641. *n. 8. par. 1. diuers.* 4

Non obstat decretum irritans, cui videtur subiacere prouisio Ordinarij, quòd inficit & titulum, & possessionem, Cassad. *decision. 1. numer. 2. de restit. spoliat.* Rota in Illerden. parochialis inter impressas 510. *numer. 5. lib. 3. part. 3. diuers.* Quia fuit dictum prædicta procedere, quando decretum irritans fuisset iustificatum, sed antè non tollit detentationem, & insistentiam facti, prout fuit resolutum in causa Parmen. Prioratus coram bon. memor. Orano 16. Februarij 1598. & in causa Cusentina capellaniæ 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo Millino, & ita vtraque parte informante Domini resoluerunt, &c. 5

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. de Bouils.

Veneris 22. Aprilis 1611.

A R G V M E N T V M.

De donatione inter virum, & vxorem, quando valeat, & quando etiam prohibitio alienationis extendatur ad alienationem per vltimam voluntatem tam ex testamento, quàm ab intestato.

S V M M A R I V M.

Donatio inter virum, & vxorem iuramento firmatur, numer. 1.

Donatio inter virum, & vxorem morte donantis confirmatur, dummodo in vita res donata tradatur, aut verè, aut fictè per constitutum, ibid.

Donatio inter virum, & vxorem valet, quando donans in vita sibi vsumfructum reseruauit, ibidem in fine.

Donatio non omnium bonorum, vel in qua donans sibi vsumfructum reseruauit, valet, etiam quod donans aliquod sibi non reseruauerit ad effectum testandi, numer. 2.

Donationis inofficiosæ querela quinquennio præscribitur, ibid. in fine.

Electus ex duobus, vnus solus dicitur, quando alter est incapax, n. 3.

Generalis institutio non traditur ad bona, quorum institutus est incapax, ibid.

Prohibitus alienare nunquid censeatur prohibitos ex testamento relinquere, numer. 4. vbi declaratur hæc conclusio.

Prohibita alienatione extra, vel intra certum genus personarum, nunquid sit prohibita successio ab intestato, n. 4. & 5. vers. Et nihilominus

Verbum, relinquere, *magis conuenit vltimæ voluntati, quàm contractus inter viuos, n. 4.*

Extensio de casu ad casum fieri potest ex identitate rationis expressæ in dispositione, ibid. in fine.

D E C I S I O CCCXLII.

CEnsuerunt Domini donationem factam per quondam Alexandrum Virginiæ eius vxori suffragari D. Carolo, nam quòd valuerit in persona Virginiæ, non obstantibus prohibitionibus inter virum, & vxorem, dicebatur posse firmari stante iuramento, iuxta receptissimam opinionem, de qua per Clar. *§. donatio, quæst. 9. vers. sed quid si in ipsa*, Gabr. *de donat. conclus. 3. num. 1.* Vltra quòd in omnem euentum fuisset confirmata morte donantis, *l. donationes, quas parentes, C. de don. inter virum, & vxo-* 1

& vxorem, & quamuis vt habeat locum conclusio, requiratur traditio inuita, *l.2. iuncta gloss. C. de dot. caut. non num.* attamen sufficit traditio ficta, Parif. qui de communi *conf. 128. nu. 8. lib. 1.* & sic sufficit constitutum, de quo in instrumento donationis, Dec. *conf. 201. num. 7.* Gabr. qui de communi *d. conclus. 3. in fin.* Surd. post alios *conf. 171. num. 18.* sicut etiam sufficit reseruatio vsusfructus, de qua pariter in eodem instrumento, Ang. *conf. 44. in princ.* Dec. *conf. 205. num. 1.* Parif. *conf. 90. num. 17. lib. 3.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 71. num. 5. & 61.*

2 Sicut etiam non visa fuit posse impugnari prædicta donatio, ex eo quòd abstulerit facultatem testandi, cùm non fuerit de omnibus bonis, maximè futuris, Clar. qui de communi, *in §. donatio, quæst. 19. vers. idem dicendum*, Honded. qui pariter de communi, *conf. 37. nu. 29. lib. 1.* item quia reseruatur vsusfructus, cuius fructus non veniunt in donatione, & proinde potuit donans de illis ad libitum testari, Roland. *conf. 65. num. 1. lib. 1.* latiùs Honded. *d. conf. 37. num. 33. cum duobus seqq.* Nec etiam visa fuit posse obstare inofficiositas, per ea, quæ latè fuerunt coram me deducta in causa Romana donationis de Iacomellis die 10. Decembris 1610. quæ hìc benè adaptantur, & cessat difficultas, quia post quinquennium non datur querela inofficiosi, *leg. finali, Cod. de inofficiosis donationibus.*

3 Quòd autem donatio suffragetur D. Carolo, fuit firmatum, quia ista donatio inter alias conditiones habet illam, quòd Virginia deberet disponere de bonis donatis inter filios communes, excepto D. Andrea, cui donans vetuit posse dari, vel relinqui, addendo rationem, quia ipse iam erat diues. Cùm igitur decesserit Virginia superstitibus tantùm Andrea, & Carolo, & Andreas ex dispositione donantis sit incapax, Carolus dicitur solus electus, *l. vnum ex familia, §. rogo, in fin. ff. de leg. 2. l. cum quidam, vers. planè, ff. eod. tit.* non enim habetur in consideratione personæ incapacis, siue eligere debens decedat intestatus, Menoch. post alios *præs. 27. num. 17. lib. 4.* siue testatus, quia generales institutiones non trahuntur ad bona, quorum institutus est incapax, *l. 2. C. de hered. instit.* Bart. *in l. fin. num. 8. ff. de his quibus vt indign.* Bero. *conf. 170. num. 8. lib. 2.* Surd. *decis. 11. num. 10. & 17.* & fuit dictum in causa Romana domus 17. Octobris 1586. coram Illustrissimo Domino Cardinali Blancherio.

4 Incapacitas autem D. Andreæ tam ex testamento, quàm ab intestato, videbatur satis clara, nam etsi controuersia sit inter Doctores, an prohibita alienatione sit prohibitum relinquere per viam vltimæ voluntatis, de quo per Bart. *in l. si ita quis, §. ea lege, numer. 7. ff. de verb. obligat.* Alex. *conf. 155. num. 1. lib. 2.* & Dec. *conf. 660. num. 8. & seqq.* & an prohibita alienatione extra, vel intra certum genus personarum sit prohibita successio ab intestato, de quo per Scrib. *in l. filiusfam. §. diui*, vbi præcipuè Ias. *num. 101. & seq. ff. de leg. 1.* attamen ex pluribus fuit dictum, cessare huiusmodi difficultates, nam quantum ad primum de successione ex testamento, illa sine dubio videtur prohibita tam ex eo, quòd verba sunt multum prægnantia, ibi, *modo aliquo disponere*, Surd. *decis. 254. num. 33. & conf. 48. num. 3.* quàm ex proprietate verbi *relinquere*, quod magis conuenit vltimæ voluntati, *l. 1. in fin. ff. de tab. exhib.* gloss. *in l. vnic. verb. relinquatur, C. de pœn. eius qui liber. mer. & in l. iubemus, §. fin. verb. derelinquat. C. de sacros. Eccles.* Bart. *in l. vnum ex familia, num. 2. ff. de leg. 2.* Alex. *conf. 54. num. 16. vol. 7.* Rebuff. *in l. propemodum 88. vers. reliquit, de verb. sign.* quàm etiam ex ratione generali expressa, nempe quia D. Andreas iam erat diues, & non indigebat bonis donatis, quæ ratio expressa facit extendi dispositionem ad omnes casus, in quibus viget eadem ratio, *l. regula, §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. illud, ff. ad l. Aquil.* cum alijs per Alex. *conf. 218. num. 22. vers. 2. pro hoc, lib. 2.* & Bec. *conf. 62. nu. 15.*

5 Quantum ad successionem ab intestato sufficeret dicere, illam non adesse in hoc casu, stante quòd vltima voluntas Virginiæ debet executioni demandari, non obstantibus impedimentis præstitis per D. Andream in condendo testamento, iuxta decisiones in hac causa factas. Et nihilominus fuit dictum etiam successionem ab intestato censeri prohibitam, quando prohibitio respicit personam certam, & determinatam, prout in hoc casu, *l. codicillis, §. matre*, vbi not. Bart. & alij, *ff. de leg. 2.* idem Bart. *in d. l. si ita quis, §. ex lege, nu. 7.* vbi etiam Imol. *num. 6. vers. in ea gloss. de verb. oblig.* Angel. *conf. 7. num. 5.* Alex. *conf. 59. num. 15. lib. 3.* Surd. *conf. 48. num. 4.* Item cessat successio ab intestato, quando prohibitio est facta fauore certarum personarum. Idem Surd. post alios *conf. 96. num. 33.* Minus videbatur, filios D. Andreæ tanquam non exclusos à donante, posse aliquid prætendere in hoc negotio, quia si attendamus successionem Virginiæ tanquam ex testamento, iuxta resolutiones in hac causa factas, ipsi non sunt nominati. Si verò successionem ab intestato, minus possunt venire, quia eorum pater tanquam proximior impedit successionem ab intestato, etiam respectu bonorum, quorum ipse est incapax, vt latè fuit decisum in causa Paduana feudi 19. Nouembris 1610. coram R. P. D. meo Lancellotto, & ita fuit conclusum sæpè citatis, & diu expectatis Procuratoribus D. Andreæ, qui informare recusarunt.

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. rec. Greg. XV.

Burgi sancti Sepulchri.

Veneris 29. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex summario.

SVMMARIVM.

Expensæ factæ in recursibus ad superiorem, sunt imputandæ ei, qui causam dedit recursibus, n. 1.

Expensæ factæ in esculentis donatis Procuratoribus, & Aduocatis, debent per dominum administratori, seu Procuratori refici, nu. 2.

DECISIO CCCXLIII.

Actum fuit de tribus partitis, videlicet scutorum 1631. altera scutorum 552. & tertia scutorum 551. positis ad debitum DD. de Balleonibus in redditione computorum fructuum Curt. Clusinæ, an iustè fuerint positæ, & earum sit habenda ratio, & 25. Iunij præteriti: Quoad primam fuit affirmatiuè resolutum; quoad secundam negatiuè.

Super tertia non fuit capta resolutio, & propterea cùm de ea particulariter dubitassem, DD. post binam propositionem, resoluerunt esse habendam rationem, ista enim partita est conflata ex pluribus alijs partitis minutis & modicis, vnde in ea bene militant tradita in resolutione primæ partitæ.

Et quoad partitas respicientes victum factoris, non 1
erat difficultas, in quo etiam pars aduersa non vrgebat, necessaria enim fuit opera & custodia factoris, & expensæ per ipsum pro suo victu adnotatæ visæ fuerunt verisimiles, illæ etiam quæ pro pluribus viaticis sunt descriptæ, visæ fuerunt verisimiles & compensan, quia propter plura impedimenta & molestias à Balleonibus præstitas, necessarius fuit sæpiùs recursus ad superiores, & propterea sunt imputandæ in damnum ipsum, qui causam recurrendi præbebant, Bart. *in l. cum quis, in princ. & num. 4. ff. de iudic.* Thes. *decis. 67. num. 4.*

Expensæ etiam aliæ factæ in remouendo impedimenta 2
quæ à Balleonibus de facto præstabantur contra rem iudicatam obtenta, vtique sunt reficiendæ, & sunt diuersæ ab illis, quæ fuerunt per R. P. D. meo Lancellottum taxatæ, & quamuis super aliquibus partitis posset esse aliquis scrupulus, vt in esculentis donatis Procuratoribus; attamen Domini dixerunt eas non omnino distare à solito litigantium, quorum valde expedit Procuratores sibi caros, & diuinatos reddere, eorumque diligentiam muneribus excitare & fouere, quod etiam prouidi patresfamilias faciunt, & propterea tales expensæ visæ fuerunt non omnino impertinentes, & gratis factæ, & hac de causa, ac etiam, quia modici momenti sunt, Rota censuit earum esse haben. rationem, & compensan. esse cum fructibus à Taurinis perceptis, præsertim attento effectu, quia prætendunt DD. de Balleonibus annullare subhastationem, & omnia priùs facta, sub prætextu quòd fuerit facta pro plus debito, ad quod emendum impugnant huiusmodi partitas, & quia in liquidatione per R. P. D. Lancellottum facta fuerunt reductæ, & mode-

moderatæ multæ partitæ ex illis, quas Taurini adducebant, vnde non sunt illæ quæ remanserunt ita scrupulosè examinandæ, &c.

R. P. D. SACRATO,

Deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de Iacomellis.

Veneris 29. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

De contractu minoris, seu mulieris celebrando cum certis solemnitatibus statutarijs, quòd dictæ solemnitates non habeant locum in contractu filij minoris cum patre, & pro solutione dotis ipsius filiæ, & alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Hæres non potest venire contra factum sui defuncti, numero 1.

Inuentarium plenè probat contra scribentem, nu.2.

Administrator bonorum aduentitiorum alicuius soluendo pro eo, cuius bona administrat, non potest ab eo, cui soluit, reportare cessionem, nu.3.

Præsumptiones non sufficiunt, vbi agitur de amissione iuris, ibid.

Filius, ergo hæres, hæc præsumptio non sufficit, vbi agitur de amissione iuris, ibid. in fine.

Consanguineorum appellatione veniunt cognati ex parte matris in statuto requirente in contractibus minorum consensum consanguineorum, nu.4.

Minorum, seu mulierum contractus, vt dicatur nullus propter defectum consensus priximiorum, probari debet tempore contractus adfuisse in loco proximiores, & quod potuerint interuenire, ibid.

Iudici admittenti excusationem, quòd in contractu minoris, seu mulieris non interuenerunt proximiores, quia habebant interesse, credendum est, nu. 5.

Filiofamilias minore contrahente cum patre non sunt necessaria statutaria solemnitates, quando contractus celebratur super solutione dotis, ibid.

DECISIO CCCXLIV.

1 RESoluerunt constare de dominio Petri Iacomelli, de quo in dubio. Quoad censum scutorum 128. ex impositione illius facta per Antonium Saxum vsque de anno 1554. & venditione illius Francisco Casali, quem censum Michael Casalis vt hæres dicti Francisci vendidit, siue cessit Petro Iacomello, de quo in dubio, & veritatem prædicti census vltra instrumenta prædicta probari ex inuentario bonorum Ioan. Iacobi Sixti filij, & hæredis Antonij, qui illum imposuit, nec posse controuerti à Hieronyma, quia fuit hæres Antonij mediante persona d. Ioannis Iacobi sui viri, ad not. *in l. cum à matre, C. de rei vendic. in l. si creditoribus, C. de seru. pignor. dat. manum.* Alex. *cons.87. num. 10. in fin. lib.6.* Ruin. *cons.* 132. *num. 7. vol.4.* Natt. *cons.*400. *nu.5. in fin.*

2 Et quatenus dicebatur non apparere, quòd Michael, qui vendidit censum, fuerit hæres Francisci, qui emit censum, placuit responsio, quòd ex quo Hieronyma in inuentario bonorum Ioan. Iacobi, descripsit censum vti spectantem ad dictum Michaelem Casalem, huiusmodi descriptio plenè probat contra describentem, *l. fin. C. arbitrium tutela,* Bald. *cons.407. num.6. lib.* 1. Alex. *cons.45. in prin. lib.*1. Dec. *cons.60. num.2.* Afflict. *decis.* 13. *in princ.*

3 Non obstat, quòd Petrus non potuisset reportare cessionem contra Hieronymam, cuius bonorum aduentitiorum ipse erat administrator, *Auth. minoris debitor, Cod. qui tutores, vel curatores*, quia d. auth. non habet locum quando administrator erat pater, prout erat Petrus in hoc casu, Salic. *in d. auth. numer.* 6. Bart. *in auth. vt hi qui obligat. se hab. perb. res min.* glos. *in auth. vt sine probibitione matris, in verb. matrum.* Angel. *in d. auth. minoris debitor, num.* 4. vltra quòd nec etiam probatur actualis administratio Petri in bonis filiæ, & licèt cùm esset pater talis præsumatur, ex quo cura ad illum spectat de iure: attamen quando agitur de amissione iuris, non sufficiunt huiusmodi præsumptiones, Rot. *decis.21. de dolo, & contum.* in antiq. Mohed. *decision. 4. de probat.* Put. *decis. 6. eodem tit.* Verall. *decis.* 110. *incip. iterum fuit dubitatum, lib. in manuscript.* & in simili *de præsumpt.* filius, ergo hæres, Bald. *cons.* 304. *in fin. lib.*3. Alex. *cons. 94. num. 6. vers. & licèt, volum.* 2. Roland. *cons.* 20. *num.8. lib.* 1. est etiam satis dubitabile an d. auth. habeat locum in actione reali, de quo per Bald. *cons.* 308. *vol.* 1.

Quoad alium censum scutorum 32. cùm fuerit impositus, & venditus à Hieronyma-met Petro, non videbatur quòd posset per illam controuerti dominium Petri, & quatenus dicebatur pro parte Hieronymæ non interuenisse solemnitates requisitas per statutum Vrbis in contractibus mulierum, ex quo non fuit vocatus quidam Sanctes Corbonellus cognatus ex parte matris, qui appellatione consanguineorum comprehenditur in statuto, vt latè per Honded. *cons.* 5. *num.* 12. *lib.* 2. fuit responsum non probari quòd ille Sanctes tunc temporis adesset in Vrbe, & commodè potuerit interuenire, prout Hieronymæ, quæ dat de nullitate contractus, ex illo capite incumbit onus probandi, Cornel. *cons.* 241. *num.7. lib.* 2. Crau. *cons.* 80. *num.* 14. Achill. *decis.* 4. *de præs.* fuit dictum in causa Romana census 23. Februarij 1609. & 8. Martij 1610. coram R. P. D. meo Ludouisio. 4

Quantum ad Sanctem, & Dominicum de Iacomellis, qui in eodem instrumento asseruntur non potuisse interuenire propter interesse, quod habebant, cùm iudex pro quo præsumitur, admiserit huiusmodi excusationem, fuit dictum esse illi standum donec contrarium probetur, Alex. *cons.* 80. *num.* 5. *volum.* 5. Rimin. sen. *cons.74. num.5. & 6.* Gozad. *cons.* 44. *num.* 8. *in fin.* Rot. in dicta Romana census 23. Februar. 1609. coram R. P. D. meo Ludouisio. Accedat quòd solemnitates statuti non videbantur necessariæ in contractu inito inter patrem, & filium, Bald. *in l. pactum quod dotale, numer.* 16. *Cod. de collat.* Alex. *cons.* 106. *in fin. lib.* 1. Dec. *cons.* 26. *nu.2. vers. & ad hoc,* Paris. *cons.*106. *num.* 30. *lib.* 1. latè Gabr. *de stat. conclus.* 2. *nu.* 1. Item quia census fuit impositus pro solutione dotis filiæ imponentis, ad decis. Put. 166. *lib.*3. Capmaq. 199. *part.*3. Ias. *in l.* 1. *n.* 9. *ff. solut. matrim.* Ruin. *cons.*194. *n.*4. *lib.*1. Paris. *cons.*81. *n.*9. *lib.*3. Gozad. *cons.*43. *n.*11. 5

6 Tertius census scutorum 12. singulis annis fuit de annos 1586. impositus à Ioanne Iacobo Saxo, cuius Hieronyma est hæres, & venditus Dominico de Petruccijs, & per ipsius filios postea cessus Petro, vnde intrant omnia, quæ dicta sunt suprà in processu. Et quantum ad creditum Petri in scutis 200. visum fuit de illo constare ex concordia inita inter Ioannem Baptistam ex vna, & Lauram quondam Iacobi Saxi filiam Hieronymæ, & ipsammet Hieronymam ex alia, in qua apparet quòd d. Ioannes Baptista remansit creditor in prædictis scutis 200. occasione alimentorum præstitorum d. Lauræ per 13. annos continuos, & aliorum necessariorum, pro quibus scutis 200. se etiam obligauit prædicta Hieronyma: istud autem creditum fuit cessum à Ioanne Baptista Petro, de quo in dubio, & ad effectum solemnitatum ob non interuentum consanguineorum in concordia, de qua proximè suprà, visæ fuerunt deseruire responsiones datæ supra occasione scutorum 32. & quoad creditum scutorum 128. de illo apparet per cessionem factam per Michaelem Casalem, Petro hæredi Francisci, qui cessit censum scutorum 28. quod creditum satis iustificatur ex eo, quòd non probatur solutio fructuum census decursorum, & in inuentario hæreditatis Ioannis Iacobi adest debitum scutorum 145. pro fructibus dicti census, &c.

Infra in eadem causa habes decis. 507.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana Casaletti.

Luna 28. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Vendito fundo, censentur etiam venditi fructus in eo pendentes, ac etiam maturati,

& quid

& quid si fuerit venditus cum grano seminato, & tamen in fundo non erat seminatum granum, & de venditore quod teneatur certiorare emptorem de qualitate rei venditæ.

S V M M A R I V M.

Fructus pendentes veniunt in venditione, & ad emptorem pertinent, num. 1. vbi etiam si sint maturi, & de proximo colligendi, ibid.

Vendito fundo cum grano seminato, si granum non fuit seminatum, venditor tenetur illud præstare, n. 2.

Verba semper interpretanda, vt aliquid operentur, numero 3.

Colonus super grano seminato habet actionem realem, numero 4.

Venditio rei alienæ valet in præiudicium vendentis, ibidem.

Venditor præsumitur vendidisse ius, quod habet, & non plus, declara vt num. 5.

Vendita præsumitur res in statu, in quo tempore venditionis reperiebatur, ibid.

Verba in dubio interpretanda sunt contra venditorem, numer. 6.

Venditor tenetur certiore emptorem de qualitate rei venditæ, ibid.

D E C I S I O CCCXLV.

1 DOmini perstiterunt in decisis in hac causa sub die 18. Maij 1609. quia in effectu fructus pendentes veniunt in venditione, & ad emptorem pertinent, *l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de act. empt. l. qui fundum, §. cum fundum, & l. cum manu, ff. de contr. empt. l. fin. §. non solum, ff. quæ in fraud. cred.* sunt enim pars fundi, *l. fructus, ff. de rei vind.* & quod de fundo dicitur, de fructibus est intelligendum, Bart. *in d. l. filiusfamilias, in fin. ff. de verb. signif.* Tiraq. *de retract. lignag. glos. 7. numer. 33. cum seq.* Et prædicta etiamsi sint maturi, & de proximo colligendi, Ias. *in l. diuortio, §. interdum, n. 17. ff. sol. matrim.* Contard. *in l. vnic. limit. 1. n. 69. & seq. C. de moment. poss.*

2 Quę tantò magis procedere debent in hoc casu, quia fuit venditum casale, exprimendo quòd erat grano seminatum, vnde sequitur quòd non solùm censeatur venditum casale, prout erat seminatum de tempore venditionis, sed imò si non fuisset verè seminatum, debuisset venditor illud tale præstare, Alciat. *cons. 119. lib. 8.* Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 27. num. 3.*

3 Nec satisfaciebat responsio, quòd illa verba *grano seminatum*, stent demonstratiuè, quia talis demonstratio erat omninò superflua, cum in instrumentum venditionis casale fuerit certis finibus designatum, nec appareat adfuisse aliud casale non seminatum, ita vt fuisset opus hac demonstratione ad euitandam dubietatem, vnde intrat conclusio quòd sit capienda interpretatio, vt verba aliquid operentur, de quo *in cap. si Papa, de priuileg. in 6. in l. si stipulatus, in princ. ff. de vsur.* Bald. *rubr. C. de contr. empt. num. 9.* Alex. *cons. 117. numer. 4. lib. 1.* Accedant dictiones repetitiuæ in parte dispositiua ponderatæ in alia decisione.

4 Ex quibus cessare videbantur, quæ ex aduerso latè deducebantur de actione reali competenti colono super grano seminato, nam quicquid sit de hoc, maximè in colono, qui nummis colit, ex alleg. per Illustrissimum Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 11. num. 11. & 15.* hoc non impedit venditionem, cùm & venditio rei alienæ, quoad præiudicium vendentis teneat, *l. rem alienam, ff. de contr. empt.* cum alleg. in alia decisione.

5 Et quatenus dicebatur esse præsumendum, quòd Comes venditor voluerit alienare solummodo ius, quod habebat, fuit responsum istam conclusionem non habere locum quandocumque alienatio fit ex causa lucratiua alienantis, nec appareat de scientia illius, in quem fit alienatio, Aret. *cons. 63. num. 6. vers. sed potest*, Alex. qui alios cumulat, *cons. 63. numer. 10. lib. 6.* aliàs res præsumitur vendita in statu, in quo reperitur tempore venditionis, Surd. qui alios alleg. *cons. 17. num. 17.* & quidem pleno iure, Bero. post alios *cons. 158. nu. 29. & 30. lib. 1.*

Et in dubio fit interpretatio contra venditorem, Castr. 6
cons. 417. circa fin. lib. 1. nam debuit, si nolebat, teneri, certiorare emptorem de qualitate rei venditæ, & interesse tertio in ea re competenti, Surd. post alios *cons. 13. num. 33. & 34.* Bec. *cons. 106. num. 12. in prin.* potuit enim emptor credere, quòd venditor possidens casale apposuisset semen de suo proprio, Surd. post Decian. & alios *decis. 282. n. 2. in fin.*

Quia tamen pro parte d. venditoris prætendebatur D. Episcopum emptorem habuisse scientiam, fuit reseruatum vt de illa videretur.

Est decisio 187. part. 1. recent. & ibi in eadem causa adest decisio 230. & 242. & infra in hac parte habentur duæ aliæ decisiones 370. & 397.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana census de Anguillaria.

Lunæ 2. Maij 1612.

A R G V M E N T V M.

Colligitur ex summario.

S V M M A R I V M.

Tertio non creditur se esse procuratorem, nisi doceat de instrumento sui mandati, ac parti illud intimato, numero 1.

Protestatio nihil fieri nisi verificatis, &c. & legitimatis, &c. operatur vt sit facienda legitimatio personarum, non obstante quod actor sit talis, nu. 2.

D E C I S I O CCCXLVI.

IN hac tertia huius causæ positione vtraque parte informante, & articulo multùm discusso, dictum fuit esse omnino standum in decisis, nam quasi possessio exigendi fructus census hodie probata est per exhibitionem ipsarummet Domini Palonij quitantiarum, quæ aduersùs ipsum in alio iudicio productæ fuerunt, & sic quoad hoc nulla prorsus remanet difficultas.

Quo verò ad allegatam census extinctionem, licèt ea vti saltem turbida, & altiorem indaginem requirens, non esset in hoc summarissimo iudicio admittenda, pręcipuè cùm iam fuit sublata per decisiones in negotio principali factas coram R. P. D. meo Manzanedo, tamen vt in hoc etiam aliqua ex parte satisfieret informantibus pro Dominis Biscis, Domini ex multis rationibus deductis vnam potissimam elegerunt, quæ videtur potentissima ad exclusionem illius assertæ extinctionis.

1 Ea verò ratio hæc est, quòd cùm depositum non fuerit factum nomine Domini Flaminij de Anguillaria, nec pro eo, sed à Dominis Biscis nomine proprio, cum quibus nullum Palonio interdecebat negotium, non tenebatur Palonius illos agnoscere in debitores, multò minus tenebatur suspicari, vel etiamsi id asseruissent, illis credere, quòd essent Procuratores Domini Flaminij, & sic non potuerunt ex simplici citatione ipsum constituere in mora ad effectum, vt depositum ei præiudicaret, nisi docto priùs in actis, quòd essent emptores castri cum accollatione huius census per ipsos facta, & nisi intimata priùs eadem accollatione Palonio, exhibito instrumento, in quo hæc omnia continebantur, Bart. *in l. quod te, num. 11. vers. & per hoc docui*, ibique Rip. *num. 55. & seqq.* & Ias. *numer. 35.* idem Bart. *in l. quia, §. morte, numer. 47. de oper. nunc.* Neuizan. *cons. 49. num. 3.* Boer. *decision. 10. numer. 1. & 2.* & alij per Surd. *decision. 240. num. 13. & decis. 179. numer. 4.* Magon. *decision. Flor. 103. n. 6.*

2 Et tanto magis quia Palonius sæpiùs fuerat protestatus, quòd nihil habeat agere cum Dominis de Biscis, & ideo nihil fieri, nisi legitimatis, & verificatis, &c. qua protestatione obstante, non sufficit quòd Domini de Biscijs essent verè emptores castri, & verè sibi accollassent censum, quia nihilominus constare debeat de hoc in actis, Guidob. *decis. 208.* Aym. *cons. 908. num. 1.* & fuit in Rota sæpè decisum, nec facit, quòd Palonius obtulerit se paratum recipere pecunias, quia iam fuit responsum aliud esse oblatam à quocunque solutionem acceptare, aliud verò hunc, vel illum in debitorem recognoscere.

Quòd

Quòd depositum esset necessarium propter inuestimentum faciendum in causam euictionis non vrget, quia Domini de Biscijs non deposuerunt vigore illius instrumenti, ex quo nasci poterat euictio, nec iuxta illius formam. Nec agendum est de inhibitionibus, & sequestris, nam vltra quòd satis erat consultum Dominis Biscijs adimplendo mandatum Domini Flaminij, id est, soluendo Palonio, & sufficiebat citare illos, de quorum interesse agebatur, præterea quatenus esset faciendum depositum, debebat fieri ad fauorem Palonij, cùm conditione, quòd pecuniæ non consignarentur, nisi reuocatis sequestris, & inhibitionibus, cùm enim Dominus Flaminius mandasset, vt solueretur Palonio in specie depositum genericè factum, suffragari non potuit.

Atque ex his fuit decisum dandum esse mandatum Domino Palonio de manutenendo, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Calaguritana de Autol.

Mercurij 4. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

In iudicio manutentionis, de quo tempore restituendi veniant fructus percepti.

SVMMARIVM.

Fructus in iudicio manutentionis veniunt non percepti à principio litis super petitorio, vel possessorio, sed tantum percepti post intentatam manutentionem, numero 1.

Fructus percepti lite pendente dicuntur mala fide percepti, & propterea restituendi sunt, num. 2. vbi declaratur hæc conclusio, & n.3. vbi de eadem materia.

DECISIO CCCXLVII.

1 TEnuerunt Domini in mandato de manutenendo venire tantùm fructus perceptos post intentatam manutentionem, non autem perceptos à principio litis super petitorio, vel possessorio ordinario, & hanc dixerunt esse regulam interdictorum, *l. 3. ff. de interd. l. 1. §. ex die, ff. de vi, & vi arm.* & in terminis huius interdicti retinendæ, Ioan. Fab. *super Instit. tit. de interd. §. retinendæ, numer. 14. vers. item fructus*, Rota in causa Licien. redecimæ 14. Octobris 1583. coram bon. mem. Seraphino in Turritana Tertiariæ 18. Decembris 1595. coram eodem, & in Signina Canonicatus 23. Ianuar. 1610. coram R. P. D. meo Caualerio, facit decis. Put. 61. *lib. 3.*

2 Non obstat, quòd prædicti fructus cùm sint percepti lite pendente, dicantur percepti cum mala fide, & proinde veniant restituendi, quia non negatur esse restituendos Ioan. Fab. *vbi suprà*, Rot. *in d. Licien. redecima*, Put. *d. decis. 61. in fine*, & licèt Bart. *in d. l. 3. vers. tu dic*, *de interd.* voluerit extendere prædictam conclusionem de malæ fidei possessore etiam ad interdictum, attamen, vt patet ex prædictis, eius doctrina non est tuta, & in effectu si text. *in d. l.* 3. haberet tantùm locum in bonæ fidei possessoribus, est superfluum, & de indubitabili, Menoch. verò *tit. de retin. remed. 3. num. 289.* allegat solùm Ioan. Fab. *in d. §. retinendæ*, qui dicit contrarium, vt suprà demonstratum est.

3 Quoad autem ad Rotam in causa Mediolanen. fructuum 13. Februarij 1595. coram bon. mem. Gypsio, licèt satis amplè loquatur, fuit dictum posse saluari, vt habeat locum in suo casu, quando scilicet fructus decursi petuntur principaliter, prout in pensionibus, vel annuis præstationibus decursis ante intentatam manutentionem: secus quando petitur aliqua res fructifera, quia tunc res ipsa principaliter petitur, & fructus veniunt ex quadam consequentia, vnde nil mirum, si in secundo casu non habetur eadem ratio fructuum, quæ habentur in primo, & ista distinctio fuit de mente Rotæ in prædicta Turritana Tertiariæ.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Concheo. beneficiorum.

Mercurij 4. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Aduersùs executionem litterarum Apostolicarum, quæ exceptiones admittantur, & non admittantur, & quomodo in hoc iudicio procedatur.

SVMMARIVM.

Gratia beneficij per resignationem vigore constitutionum Iulij II. Leonis X. & Clementis VIII. nulla, & inualida est, quando consensus resignantis non fuit extensus in libris Cameræ infra 15. dies à die missæ supplicationis ad registrum, num. 1.

Executio litterarum Apostolicarum non potest retardari per exceptionem requirentem altiorem indaginem, quia in ea proceditur ad instar l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. num. 1.

Exceptio quæ consistit in iure valdè controuerso, & intricato, æquiparatur dubio facto, n. 1.

Vacatio beneficij sufficit quòd iustificetur de facto, sub nu. 1. declara, vt n. 3.

Exceptio non oriens ex ventre litterarum, non impedit earum executionem, n. 1. ad finem.

Papa non præsumitur velle conferre beneficium minimè vacans, n. 2.

Exceptio quod testator non est mortuus, vel quòd non possidebat bona de quibus agitur, impedit immissionem, ex l. fin. C. de edict. D. Adr. ibid.

Exceptio non vacationis beneficij impedit executionem litterarum Apostolicarum, n. 2.

Gratia iustificari debet etiam in iudicio summario, in quo etiam iudex ex officio animaduertere debet, vt iustificetur, n. 4.

Exceptio in continenti probata admittitur vbi aliàs non esset admittenda, n. 5.

Exceptio non clarè probata, non impedit executionem litterarum Apostolicarum, ibid. in fine.

Remedium recuperandæ in beneficialibus requirit titulum saltim coloratum, num. 6.

DECISIO CCCXLVIII.

DOminus Gregorius narrata vacatione per resignationem Antonij si Cordoues obtinuit mādatum de prouidendo in forma Dignum, cùmque executionem suæ gratiæ non potuisset obtinere in partibus, causa in Rota mihi commissa sub die 5. Decemb. 1605. dedi dubium, an eius gratia esset iustificata? & Domini tenuerunt pro affirmatiua, præterquam quoad vacationem, quem articulum voluerunt particulariter videre, nam opponebatur, quòd consensus resignantis non fuisset extensus in libris Cameræ infra 15. dies à die missæ supplicationis ad registrum, iuxt. constitutiones Iulij II. Leonis X. & Clem. VII. & quòd prædictus defectus probaretur ex inspectione librorum iuxta formam in prædictis constitutionibus traditam, & consequenter quòd stante decreto irritanti, de quo in prædictis Bullis, resignatio fuerit inualida, & nullius roboris, & inde cessaret vacatio ex resignatione Antonij narrata à Gregorio, datoq; super hac difficultate particulari dubio, illique sæpè proposito, Domini nunquam fuerunt concordes, vnde cœpit Gregorius prætendere, quòd sua gratia quoad vacationem esset satis iustificata per consensum resignantis præstitum à tergo suarum litterarum, & quòd exceptio prædictarum Bullarum tanquam turbida, & requirens altiorem indaginem minimè possit retardare executionem suæ gratiæ, cùm in hac materia procedatur ad instar *l. fin. C. de edict. Diu. Adr.* vt per Mohed. *decis. 13. vt lit. pend.* Menoch. *de adipisc. remed. 6. n. 35.* in quo iudicio minimè admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, non solùm quando dubietas consistit in facto, vt per Surd. *ibid.* sed etiam quando consistit in iure valde controuerso, & intricato, quia tunc æquiparatur dubio facti, Put. *decis. 233. n. 3. p. 3.* Capic. *dec. 10. n. 19. & seq.* fuit dictum in vna Rom.

de

de Peruſchis 30. Maij 1580. coram bon.mem.Robuſterio. Cumulabantur etiam plures in Rota firmatæ concluſiones, quòd ſufficit iuſtificare vacationem de facto, Ægid. *decis.* 116. Rot. *decis.8. de elect.in antiquis*, cum alijs moderniotibus, & quòd exceptio non oriens ex ventre litterarum, reijcitur ad petitorium, Rot. *decis. 495. lib. 2.* cum concord. & quòd D. Gabriel, tanquam ille qui non poſſidet, minimè poteſt impedire ſummariam cognitionem, etiamſi habeat parem titolom, Bart. *in l.fin. n.21. verſ.primo caſu*, & ibi Dec. *num.40. verſ.& licèt*, *Cod. de edict. Diu. Adr.* cum alijs per Menoch. *de adipiſcen.remed. 4. num.559.*

2 Verum dato per me particulari dubiu ſuper hac prætenſione Gregorij, Domini cenſuerunt quòd non poſſet fieri aliqua expeditio ad illius fauorem, niſi reuolueretur articulus, an intrent Bullæ Apoſtolicæ, quia in effectu iſta difficultas concernit vacationem ex perſona reſignantis, quę in quocunque iudicio eſt iuſtificanda per Gregorium, cum Papa non intendat conferre beneficium minimè vacans, ad not. *in c.cum noſtris, in c.nulla, de conceſſ. præb. & in cap. deteſtanda, eod.tit. in 6.* vnde ſicut in remedio *l.fin.* admitterentur omnes inſpectiones concernentes, vel quòd teſtator non eſſet mortuus, vel quòd non poſſideret bona, in quibus peteretur immiſſio, vt latè tradunt ibi Scriben. ita debent in caſu propoſito admitti omnes exceptiones, quæ concernnnt non vacationem ex perſona reſignantis, cùm procedatur ad inſtar *d. l.fin.* vt ſuprà dictum eſt; facit quòd iſta exceptio oritur ex ventre gratiæ, cuius vigore agit Gregorius, in ea enim narratur vacatio ex perſona Antonij reſignantis, vnde poteſt opponi de non vacatione, etiamſi aliàs iſta exceptio non eſt (prout verè eſt) de natura huius iudicij, Bald. *in auth. præſente, n.4. C.de fideiuſſ.* Rom. *conſ.244. n.5.* Alex. *conſ.95.n.1. lib.1.* Dec. *conſ.356. n.4.* Caſſad. *deciſ.10. de reſcript.* Menoch. *de adipiſcen. remed.4. num.729.*

3 Non obſtat, quòd ſufficiat iuſtificare vacationem de facto, & Gregorius illam iuſtificauerit per conſenſum præſtitum per reſignantem mediante perſona ſui Procuratoris à tergo litterarum Gregorij, quia reſpondetur concluſionem, quæ etiam habet multas declarationes, procedere quandocunque non negatur vacatio ex perſona alicuius, ſed oritur dubium, an illa ſit iuris, vel facti, hoc eſt, an beneficium eſſet de iure, vel de facto penes illum ex cuius perſona vacat, de qua latè per Lap. *alleg.89.* vbi latiùs addentes: at in propoſito caſu non dubitatur quonam modo beneficium ſtaret penes reſignantem, imò vterque admittit, quòd penes illum ſtaret de iure, & de facto, ſed dicitur non vacaſſe per reſignationem, quia illa fuit contra formam conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ annullant reſignationes factas, non ſeruata forma ibi tradita, & habent decretum irritans, addentes vlterius, quòd moriente reſignante, vt mortuus eſt, in hoc caſo beneficium cenſeatur vacare per obitum, non autem per reſignationem, vnde patet, quòd Bullæ concernunt vacationem narratam, & iuſtificandam à Gregorio, & quòd diſcuſſio illarum non poteſt reijci ad petitorium, iuxt. deciſ. Put. 495. *part. 2.* cùm concernant vacationem iuſtificandam etiam in poſſeſſorio.

4 Ex quibus ceſſabat aliud quod dicebatur, D. Gabrielem non eſſe legitimum contradictorem in hoc iudicio, nam quicquid ſit de hoc, concluſio procederet ad effectum impediendi ſummariam cognitionem, & iudicium executiuum, non autem ad effectum opponendi, quòd iuſtificentur iuſtificanda etiam in iudicio ſummario, quod & iudex ex officio animaduertere debet, *vt in rubr. C. vt quæ deſunt Aduoc. iudex ſuppleat*, & ex prædictis ceſſare videbatur deciſ. in Romana de Peruſchis, & aliæ ſuprà allegatæ; quia non loquuntur de exceptione, quæ de ſui natura ſit admiſſibilis in iudicio ſummario.

5 Vlterius dixerunt Domini, quòd exceptio Bullarum erat in continenti probata, vnde veniebat admittenda, etiamſi aliàs non eſſet de natura iudicij, Bar. *in d. l. fin. n.21. verſ.ſed ſi probat poſſeſ. C.de edict.D.Adr.* Abb. *conſ. 55.n. 2.lib.2.* Rom. *conſ.244.n.6.& 327. n.7.* Gozad. *conſ.7. n.2.& 3.* Menoch. *d. remed.4. n.730. & 751.* & quòd non habeat obſtare prætenſa dubietas ex eo, quòd non eſſent in vſu, quia Bullæ præſumuntur vſu receptæ poſtquam ſunt publicatæ, Gozad. *conſ.16.n.16.* Benintend. *deciſ. 13. n.9. & 10.* fuit dictum in cauſa Papien. illegitimitatis 16. Ianuarij 1598. coram bon.mem. Card. Pamphilio, & proinde tanquam oriens ex replicatione Gregorij non debèbat obſtare qui ipſe in ea eſt actor, & proinde ſicut actio dubia non ſuffragatur, *cap. in præſentia de prob.* ita non debet ſuffragari exceptio niſi clarè probetur, Put. *deciſ.233. n.2. lib.3.* Afflict. *deciſ.63.* Socin. *conſ.59. n.4. verſ. nec refert*, Rot. in cauſa Romana, ſeu Ametina domus 15. Octobris 1577. coram Cantuccio relata inter diuerſ. impreſſ. *deciſ.57. n.5. & 6. par.2.* & in Romana bonorum de S. Cruce 4. Iunij 1610. coram me.

Quæ tantò magis procedere videbantur in materia beneficiali, in qua non datur vitioſus ingreſſus, vnde in remedio poſſeſſorio recuperandæ, quod eſt fauorabiliſſimum, requiritur titulus ſaltem coloratus, Ægid. *deciſ.49. & 99.* Put. *deciſ.99. num.8. p.1.* Rota *deciſ.7. n. 2. & 3. de præb. in nou.ac 20. de reſtit.ſpol.in antiq.* Caſſad. *deciſ. 4. n. 7.eod.tit.* Achill. *deciſ.8.n.3. ſuper reg.* Verall. *deciſ.306.n.1. p.3.* atque hinc indignum videbatur hoc tribunali, vbi iam guſtata fuit difficultas prædictarum Bullarum, dare immiſſionem contra illarum formam, niſi priùs reſoluto, quòd legitimè abierint in deſuetudinem. 6

In eadem cauſa habes ſupra deciſ.174. & infra deciſ.387. Et in par.5. diuerſ.aliàs poſt 2. tom. conſil. Farinac. adſunt aliæ duæ deciſiones coram eodem, ideſt 270. & 288. quæ vltima habetur etiam apud Marcheſ.de commiſ.par.1.fol.463.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S.R.E. Cardinali.

Tarentina Canonicatus.

Mercurij 4. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Alternatiua incipit currere à die acceptationis, ita vt ſi acceptetur in medio menſis, qui ceſſante alternatiua ſolet eſſe menſis ordinarij, ſtatim ille menſis deſinit eſſe ordinarius, & efficitur Apoſtolicus.

SVMMARIVM.

Alternatiuæ acceptatio probatur ex libro Alternatiuæ qui in dataria retinetur, num.1.

Alternatiua ſi acceptetur incepto iam menſe, qui ceſſante alternatiua erat ordinarius, & per alternatiuam efficitur reſeruatus incipit currere à die acceptationis, ita vt menſis ordinarius à d. die efficiatur reſeruatus, ibid.

Obitus probatur ex libro mortuorum cum adminiculis, num. 2.

Clericatus probatur ex litteris patentibus Clericatus, num. 3.

Habilitates proniſi probantur per aſſertionem Papæ, ibid.

Valor expreſſus per non exceſſum non probatur per probationem de aſcenſu, num.4.

Summa maior comprehendit minorem, ibid.

DECISIO CCCXLIX.

Dictum fuit gratiam Domini Vincentij eſſe iuſtificatam in ea parte, in qua narratum fuit Canonicatum vacaſſe de menſe Martij 1608. Epiſcopo gaudente alternatiua die 6. Martij dicti anni 1608. id enim probatur ex eiuſdem Domini Archiepiſcopi litteris recognitis, & acceptatis in dataria ex fide Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Arrigonij eo tempore Prodatarij, & ex libro Alternatiuæ, qui in dataria retinetur, quæ probatio ſufficit, vt dixit Rota in cauſa Ferrarienſi Prioratus 12. Martij 1608. coram R.P.D. meo Decano, & ſæpè in alijs cauſis, & hoc caſu concurrunt inſuper teſtes de dicta acceptatione deponentes, & ſtante acceptatione prædicta, menſis Martius à dicta die 6. fuit effectus Apoſtolicus, & reſeruatus, non obſtante, quòd ab initio eſſet ordinarij, vt fuit dictum in vna Segolien. beneficij 26. Maij 1604. coram R. P. D. meo Iuſto, Mandoſ. *conſ.18. in 1. & n.8.* faciunt trad. per Æneam de Fal. *de reſeru. q.4. prin. effect.* Bellam. *deciſ. 235. num. 1.* Sim. *de reſeru. q.29. n.4.* 1

Quòd autem Canonicatus vacaret per obitum q. Alexandri Morioi de dicto menſe Martij poſt diem 6. iuſtificatur per partitam extractam per Cancellarium ex libro exiſtente in Cancellaria Eccleſiæ Tarentinæ, in qua mortui adnotantur, hujuſmodi enim liber probat cum adminiculis, Rota *diuerſ. deciſ. 220. in princ. p.2.* Mandoſ. *ſuper reg. 18. q.10. num. 4.* fuit dictum in Illerden. portionis 2. 2

Iunij 1606. coram R. P. D. meo Decano, & fecit plus quàm adminiculum tertius testis, qui deponit D. Alexandrum mortuum esse 13. Martij 1608. & quòd ipse testis vidit eum mortuum in Ecclesia.

3 Quòd verò Dominus Alexander esset Canonicus Tarentinus, & obierit in possessione dicti Canonicatus, deponunt tres testes de certa scientia Clericatus Vincentij, & quòd ipse sit ciuis Tarentinus, probatur ex litteris testimonialibus sui Ordinarij, & ex testibus de communi reputatione, qui etiam viderunt eum incedere in habitu, & tanquam Clericum inseruire in celebratione diuinorum Officiorum in Ecclesia Cathedrali, & insuper vidit litteras sui Clericatus, quæ probatio est sufficiens, Verall. *decis.277.n.8.p.1.* Aliæ autem habilitates probantur, non solùm ex testibus, sed etiam ex ipsa Papæ assertione, vt dictum fuit in causa Tirasonensi Capellaniæ Lunæ 28. Nouembris 1605. coram R.P.D. meo Pamphilio.

4 Valor non iustificatur per non excessum, prout debet probari, postquam ita fuit narratum, cùm litteræ prouisionis exprimant Canonicatum non excedere quinquaginta ducatos. Ideòque non sufficit, quòd testes deponant per ascensum, quia non benè sequitur fructus ascendere ad ducatos quinquaginta; ergo non excedunt, in maiori enim summa inest minor, Couar. *var. resol. lib.1.* Lap. 2. *vers.in oppositum*, vt dictum fuit in Toletana quintæ partis 28. Iunij 1585. coram Cantuccio.

Atque ex his fuit dictum, gratiam Domini Vincentij esse iustificatam in omnibus, præterquam quoad valorem, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà san. mem. Gregorio XV.

Romana census.

Luna 9. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Societatis natura est, vt damna, & lucra inter socios sint æqualiter communia: pactum contrarium non valet, & propterea si vnus ex socijs totam summam à societate debitam societatis creditori soluerit, potest dempta sua portione ab alijs solutam summam repetere.

SVMMARIVM.

Fideiussor insolidum cum alijs obligatus soluens totam debitam summam, & à creditore cessionem reportans, potest dempta sua portione contra alios confideiussores agere ad restitutionem eius, quod pro illis soluit, n. 1.

Causa census magis attendenda est, quàm census ipse, ad effectum vt in eo obligati dicantur fideiussores, vel principales, num. 2.

Societatis natura est vt vnusquisque socius societatis detrimentum æqualiter patiatur, cum in ea damna, & lucra esse debeant æqualiter communia, ibid. & n. 4.

Societas ad certum tempus inita, etiam lapso tempore durat quoad effectus, & damna non diuisa, n. 3.

Pactum in societate appositum, quod damna, & lucra non sint æqualia, non valet, num. 4.

Obseruantia subsequuta potissima est ad declarandam voluntatem contrahentium, ibid. in fine.

Tutoris confessio adminiculata nocet pupillo, n. 5.

DECISIO CCCL.

1 RESolutum fuit mandatum A.C. siue R.P.D. Vulpij ab eo deputati esse exequendum, quia cùm D. Adrianus de Caualerijs vnà cum D. Gregorio Serlupio, & alijs esset insolidum obligatus pro solutione census D. Serlupij, qui integros fructus soluerunt, & cessionem obtinuerunt, potuerunt dempta eorum portione, & communicato damno, ex aliorum duorum obligatorum decoctione pro medietate agere contra D. Adrianum, siue eius hæredes, iuxta trad. per Bart. & Castrens. *in l. Modestinus, ff. de solut.* fuit dictum in vna Romana pecuniaria coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto 5. Iulij 1595. & coram Reuerend. Pacen. 2. Maij 1598. & sæpiùs in alijs.

2 Licèt enim Serlupij censum imposuerint, non tamen possunt dici principales debitores respectu Adriani, & aliorum obligatorum, quia fuit impositus pro soluendis cambijs, & societatibus officiorum contractis occasione affictus Casalis Campi mortui, in quo Serlupij, Adrianus, & alij erant socij, prout declarauit non solùm Gregorius Serlupius in impositione census, sed etiam Adrianus ipse in sua accessione & obligatione, ex quo sequitur magis attendendum contractum societatis, qui dedit causam impositioni census, quàm censum ipsum, Alex. *cons.215. num.4. & 5. lib.6.* Decis. Pedemont. 167. *num.25.* Rot. Lanuen. *decis.91. num. 8.* & propterea cùm ex natura societatis Adrianus teneretur non solùm releuare Serlupios pro sua rata & portione, sed etiam communicare sibi decoctionem aliorum duorum sociorum, *l. ob æs alienum, cum l. seqq. ff. pro soc.* DD. de Caualerijs tenentur ad solutionem medietatis fructuum census, æquitas enim non patitur, quòd DD. Serlupij, qui non habent maiorem participationem societatis, quàm illi, maius sentiant detrimentum, Gabr. *cons.63. sub n.14. lib.2.*

Non obstat, quod tempore impositionis census, affictus Campi mortui & societas eius occasione contracta esset finita, quia durabat adhuc communio in ipsis effectibus & damnis non diuisis, Ruin. *cons.77. sub num.5. lib. 4. vers. istud etiam comprobatur*, cum alijs adductis per informantes, & debet esse commune damnum non veniens occasione societatis, licèt post eam finitam contingat, vt latè per Surdum *cons.20. n.16.* 3

Non obstat, quòd dicitur D. Adrianum non fuisse socium belli & alterius decocti, quia contrarium deprehenditur ex declaratione ipsius, quando accessit obligationi census, cùm eos indemnes pro sua rata promiserit conseruare, & quando fuissent tantùm duo socij, Serlupius & Adrianus, & totus effectus societatis in eorum personis resedisset, Serlupius, qui habebat æqualem participationem cum Adriano, non debuisset maius damnum sentire, quàm Adrianus, hoc enim repugnat naturæ societatis, in qua damna, & lucra debent esse æqualiter communia, *l. verum, ff. pro soc.* cum concordan. vsque adeò quòd non valet pactum contrarium æqualitati, *l. si non fuerit §.1. pro soc. & §.1. inst. eod.* latè Corn. *cons.310. in princ. lib.4.* Accedit diuturna solutio medietatis fructuum dicti census facta à Dominis de Caualerijs, qui multum deseruit pro declaranda mente & intentione partium, Paul. de Castr. *cons. 363. in 2. dub. lib. 1.* obseruantia enim subsequuta potissima est ad declarandum voluntatem contrahentium, latè Illustrissimus Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.2. tit.1. n.5.* 4

Nec releuat, quòd solutio sit facta à tutore, quia vltra quòd dicitur facta à D. Dominico patre, & legitimo administratore etiam post excessum minoris ætatis, factum potiùs in hoc esset considerabile propter concomitantiam, & adminicula veritatis, vt de confessione dicitur, Achil. *decis.1. de confess. cum simil.* non est verum, quòd non fuerit actum vigore cessionis, quia eius instrumentum fuit in actis productum, & non ad alium finem, &c. 5

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana deuolutionis domus, seu palatij.

Veneris 13. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Emphyteotica res sine consensu directi domini donari potest absque caducitatis incursu, licèt donatarius antequam possessionem rei donatæ capiat, consensum prædictum requirere debeat, & laudemium soluere.

SVMMARIVM.

Emphyteotica res potest sine consenso directi domini alteri donari, absque deuolutionis periculo, sed antequam donatarius dicta res emphyteotica possessionem capiat, debet requirere domini directi consensum, & laudemium soluere, n. 1. & 2. & n. 5. vbi quod isto casu requiritur realis traditio, & non sufficit constitutum.

Directi domini consensus in alienatione rei emphyteoticæ habetur pro præstito si ipse dominus requisitus noluit consensum præstare, n. 3.

Pos-

Possessio rei emphyteoticæ in dubio præsumitur capta tempore licito, & citra incursum caducitatis, n.4.
Procurator generalis non potest facere incidere dominum suum in pœnam caducitatis, n.6.
Pactum intelligi debet secundùm naturam contractus, super quo interponitur, n.7.
Emphyteotica res an dicatur potius quàm censualis per adiectionem verborum canonis, seu responsionis, n.8.
Emphyteotica res alienari non potest, nec donari Ecclesiæ sine incursu caducitatis, num.9.

DECISIO CCCLI.

1 RESolutum fuit omnibus Dominis idem sentientibus sententiam Illustr. D. Vicarij esse iustam in prima parte, in qua declarat, non esse locum deuolutioni domus, seu palatij, quia Catalanus potuit ius suum donare Prioris & fratrum S. Marcelli directorum dominorum, non requisito consensu, glos. *in l. fin. in l. verbo alijs vendere*, vbi latè Ias. *n.70. & seqq.* qui dicit communem, *C. de iur. emphyteot.* Io. Andr. *in c. potuit, sub num.7. vers. in glos.* 3. & Ant. de Butr. *n.14. de locat.* Aret. *cons.41. n.1.* latè Clar. *in §. emphyteusis, quæst.15.* & Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. limitat.17.*

Et licèt donatarius antequam accipiat possessionem, debeat requirere, & obtinere consensum domini directi, aliàs est locus deuolutioni, Bald. *in d. l. fin. n. 6.* Salic. *n.5. in fin.* Ias. *n.63.* Imol. *in d. c. potuit, n.11. vers. sed aduerte*, Clar. *d. quæst.15. vers. arbitror tamen*, *ibi*, 4. *quòd prius quàm transferat possessionem*, prout etiam sub eadem pœna caducitatis tenetur soluere laudemium, Guidopap. *q. 46. num.1. in fine, vers. & eis soluere*, Clar. *d. quæst.15. vers. præterea, & 5.*

Attamen Archiconfraternitati Charitatis donatariæ non potest imputari defectus consensus, & solutionis laudemij, cùm interpellauerit fratres pro consensu præstando, & pro recipiendo laudemio, quod fuit in sacro Monte Pietatis depositum, quo facto iudex mandauit consensum haberi pro præstito, supplendo in hoc factum ipsorum, prout supplere potuit, Alex. *cons.57. n. 6.* & paria sunt, quòd consensum præstiterint, & quòd præstare tenerentur, licèt recusauerint, latè Menoch. *de arbitr. cas.182. num. 11. & 12.* Surd. *cons.182. num.86. & seqq.* Bertazol. *cons.5. num.15. lib.1.*

Nec docetur, quòd ante dictum consensum requisitum & depositum laudemium fuerit à Charitate capta possessio, prout deberet doceri, quia aliàs præsumitur tempore licito, & citra incursum caducitatis, *l. non solum, §. sed an probari*, & ibi Bart. *ff. de nou. oper. nunciat.* Bald. *in l. matri, num.4. C. de probat.* Roman. *cons.113. post num. 1. vers.3. quia.*

Et quod dicitur de consensu obtinendo ante traditionem possessionis, intelligi debet de actuali traditione, & reali translatione, non autem de ea quæ fit per constitutum, iuxta magis receptam opinionem, de qua latè Nicol. Balb. *inter cons. feud. diuers. cons.55. per totum, & præcipuè à num.9. vsque ad 14.* Bursat. *cons.26. num.1.* Rip. *cons.81. num.21. lib.1.* Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. tit. de caducit. ob rei alien. §. quid in emphyteuta*, quam opinionem æquiorem dicit Clar. *in §. emphyteusis, quæst.13. vers. sed quid si non interuenerit*, *in fine*, & dicit Guid. Pap. *q.101. sub numer. 2.* quòd secundùm eam iudicat Curia Parlamenti.

Et vbi contraria opinio esset attendenda, ea non obstaret Archiconfraternitati charitatis, quia non probatur illos, qui per constitutum acceperunt possessionem, habuisse ad hoc mandatum, quod speciale requirebatur, propter pœnam caducitatis, Oldrad. *cons.199. numer. 11.* Rom. *cons.60. num.2.* Lap. *allegat.127. numer. 5.* Fulgos. *cons.219. num.2.* Imol. *cons.84. in fine*, Alex. *cons.73. num. 8. lib.6.*

Non obstat pactum non alienandi, quia debet intelligi secundùm naturam contractus, super quo interponitur, Rub. Alexandrin. *cons.110. num.7. in fine*, Illustrissimus Mantica *de tacit. & ambig. conuention. lib. 2. tit. 2. n. 23.* & propterea non debet intelligi de donatione permissa emphyteutæ, præsertim quia concessio emphyteusis fuit facta ad habendum, vendendum, donandum, & disponendum, prout de huiusmodi rebus emphyteusis fieri solet, & ita pacta conciliantur, & euitatur contrarietas & correctio.

Non est verum, quòd Palatium fuerit donatum vti liberum, quia fuit donatum cum reseruatione canonis, seu responsionis ad fauorem aduersariorum. Neque obstat, quòd verba ista sint æquiuoca & promiscua, vt per Abb. *in c. constitutus, n.5. in fin. de censibus*, quia sufficere debet ad euitandum caducitatem, quòd expressio facta sit de canone, præsertim quia obseruantia subsequuta ex interpellatione consensus, oblatione & deposito benè demonstrant quòd intellexerunt de vero canone, & de directo dominio. 9

Non obstat, quòd donatio sit facta personæ de iure prohibitæ, prout est Ecclesia, glos. *in d. c. potuit*, *in verbo prohibentur*, vbi Imol. *num.25. de location.* Bal. *in auth. quas actiones, n.12. in fin. C. de sacros. Eccles. vers.3. modo*, & propterea ex tali donatione sit incursa caducitas, Bald. *ibi*, Ruin. *cons.143. sub num.10. vers.2. etiam lib.1.* Clar. *in §. emphyteusis, q.115. vers. arbitror tamen.* Quia hæc omnia cessant propter indultum Leonis X. per quod concessum fuit Archiconfraternitati Charitatis, vt quæcunque bona etiam feudalia & emphyteotica, etiam Ecclesiastica, possint illi, tam inter viuos, quàm mortis causa, dari, concedi, & relinqui liberè; ita tamen, vt teneantur ad eadem onera, ad quæ tenebatur donator. 9

Ex quibus vltimis verbis apparet Charitatem non solùm posse acquirere, sed etiam retinere huiusmodi bona, vnde sequitur malè fuisse iudicatum per iudicem in vltima parte sententiæ, dum declarat confraternitatem teneri vendere domum infra annum alteri priuato, & soluere laudemium, & ad vendendum ac soluendum respectiuè condemnat. Et ex his fuit resolutum pro iustitia sententiæ Illustrissimi Vicarij in prima parte, & pro iniustitia in vltima, &c. 10

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Nolana pensionis.

Veneris 13. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Probationes in vno iudicio factæ quando fidem faciant in alio contra diuersas, & de confessione, quòd interpretari debeat contra fundantem se in illa, vt minus confitenti noceat, quàm sit possibile, præsertim ad exclusionem delicti.

SVMMARIVM.

Translatio pensionis confidentialiter facta tanquam simoniaca, suffragari non potest, n.1.
Probatio facta in vno iudicio contra vnam personam, non probat contra aliam in alio iudicio, numer.1. & 2. in fine.
Probatio facta in causa, suffragatur etiam tertiò ad causam venienti, declara vt n.2.
Tertius veniens ad causam facit omnia acta sua, tam pro se, quàm contra se, ibid.
Iudicium dicitur diuersum, quando non solùm mutantur personæ, sed etiam finis iudicij, ibid.
Probationes factæ super statu fidem faciunt inter omnes, etiam qui non interuenerunt in iudicio, in quo probationes receptæ sunt, siue agatur de statu personarum, siue de statu rei, num.3.
Confessio probat contra confitentem, n.4.
Confessio interpretatur contra illum qui se fundat in confessione, vt quantò minùs confitenti noceat, ibid.
Confessio interpretanda est, vt per eam excludatur delictum, ibid. in fine.

DECISIO CCCLII.

CVm aliàs bon. mem. Cardinalis Spinola vigore suarum facultatum transtulisset pensionem scutorum centum, quam habebat super mensa Episcopatus Nolani in Ioannem Baptistam Palearium, Victorius Eques Hierosolymitanus, & frater D. Ioannis Baptistæ cœpit prætendere quòd illa translatio fuisset facta confidentialiter in personam Ioannis Baptistæ, ad effectum, vt ille Eques familiaris prædicti Cardinalis, qui tanquam regularis non poterat habere pensionem super Ecclesia seculari, 1

gauderet saltem pensionis commoditate, illam recipiendo de manibus Ioannis Baptistæ fratris sui, & introducta super hoc in Rota causa inter dictos fratres, examinatisque testibus, datoque dubio Rota sub die 10. Ianuarij 1610. censuit, prædictam translationem tanquam confidentialem, & simoniacam non potuisse suffragari Victorio, & proinde Ioan. Baptistam ab illius petitione fuisse absoluendum, vt in decisione desuper extensa, quo audito per D. Episcopum Nolanum in vim nouæ commissionis venit ad causam, allegando, quòd si translatio erat simoniaca, nec etiam suffragabatur Ioan. Baptistæ, & sic mensam Episcopalem fuisse liberandam ab huiusmodi onere, super quo dato per me dubio, Rota censuit, mensam non esse liberandam ex defectu probationis confidentiæ, quandoquidem probationes factæ inter Ioan. Baptistam ex vna, & Victorium ex altera, tanquam res inter alios acta, & in specie de probationibus, est text. *in c.inter dilectos, vers. nec attestationes, de fid.instr.* glos. *in l.2.verb. exhiberi, C.de eden.* Anchar.*cons.21.in princ.* Felin. *in c.causam, quæ il 1. n.18.de test.* Ruin.*cons.28.n.2.lib.4.*

2 Nec visæ fuerunt posse applicari limitationes, quæ per scribentes afferuntur in hac materia: & primò, quòd conclusio non habeat locum quando tertius venit ad causam pro suo interesse, quia tunc facit omnia acta sua tam pro se, quàm contra se, Innoc. *in c.cum super, n. 6.* Butr. *n.18. de re iud.* Mohed. *decis. 3. de iud.* fuit decisum in causa Hispalen. decimarum de Aiamonte 24. Maij 1606. & 26. Martij 1607. coram R.P.D. meo Ludouisio, nam Domini dixerunt, conclusionem procedere quando ille tertius venit ad causam coadiuuando, & prosequendo pro suo interesse ius alterius ex litigantibus, tunc enim non videtur aggredi nouum iudicium, sed illud idem, quod est cœptum prosequi, vnde nil mirum si gesta illuc vsque illum afficiunt, quia hoc videtur venire in necessariam consequentiam, & in istis terminis loquuntur DD. & Dec. ex aduerso allegatæ, & quando iste tertius vult excludere vtrumque ex primis litigantibus, tunc videtur quòd iudicium omninò nouum aggrediatur, cùm non solùm mutentur personæ, sed etiam finis iudicij, per text. *in l. & an eadem, in princ.* & ibi Bart. *in §. qui cum partem, ff. de except.rei iud.* Castr. *in l.cum quæritur, in princ. ff.eod.tit.* glos. *in l.iusiurandum, 34. in ordinatione, §.aut prætor. verb. vel personarum, ff.de iur.iur.* Innoc. *in c.fin. num. 2. de ordinat. cognit.* Abb. *cons.50. lib.1.* Bero. *cons.85. num. 20. & seqq. lib.3.* & consequenter probationes illuc vsque factæ non deseruiunt pro hoc nouo iudicio, Couar. *pract.quæst.c.13. in princ.* Rot. in causa Bettinorien. iurispatronatus de mense Decemb. prox. coram R.P. D.Vbaldo, facit decisio Bisignet.4. *de iud.* quam sequuta fuit Rota in causa Pacen. decimarum 5. Decembris 1605. coram R. P. D. Coccino.

3 Secunda limitatio, quæ solet dari prætéritæ regulæ, est quando probationes sunt factæ super statu, quia tunc faciunt fidem inter omnes, etiamsi non interuenerint in lite, *l.ingenium*, cum ibi plenè not. per Scrib. *ff. de stat. hom.* quæ conclusio deseruit non solùm quando agitur de statu personarum, vt *d.l.ingenuum*, sed etiam de statu rei, Ancli. *cons.336.num.1. & 2.* Cephal *cons. 180. n.2.* Achill.*decis.5. de re iud.* Cæs.de Graff. *decis.2. n.5. de iud.* Sed ad hoc fuit responsum, conclusionem non applicari, quia inter Ioannem Baptistam, & Victoriam, priores litigantes, non agebatur de statu rei, sed de pertinentia, validitas enim ab vtroque præsupponebatur.

4 Quantum ad literas Ioannis Baptistæ vnde elicitur confessio, quæ suffragaretur contra confitentem in quolibet iudicio, Felin. *in c.causam quæ, il 1. num.7. de test.* ex deductis pro parte Ioan. Baptistæ verba, de quibus in præteritis litteris, benè visa fuerunt poni in æquiuoco, quod sufficit contra illum, qui se in prædicta confessione fundat, *l.si quis intentione, ff. de iud.* Bart. *in l. inter stipulantem, §. 1. n.6. ff.de verb.oblig.* Ruin. *cons. 170. num. 9. lib.3.* Dec. *cons.118. num.5.* Caputaq. *decis.189. part.1.* Mohed. *d.decis.2.de restit. spoliat.* semper enim fit interpretatio vt confessio minus noceat confitenti, Roman. *cons. 455. n.4. & 6.* Mohed. *d.decis.2.de restit.spol.* maximè ad excludendum delictum, *l.merito, ff.pro soc.* Bart. *in l.non solum, §.sed vt probari, num 3. ff.de nou.oper.nunciat.* Roman. *cons. 353. in fin.* Alex.*cons.74. n.3. lib.2.* Dec.*cons.482. num.6.* Crau. *cons.208. num.8.* Boer. *decis.115. n.22.*

Infra in eadem causa adest decisio 403. *Et penes Marches. de Commiss. par.1. fol. 127. & replicata fol. 611. habetur altera sub die 10. Ianuarij 1610. coram eodem bon. mem. Card. Sacrato.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Ciuitatis Castelli bonorum.

Veneris 20. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

De muliere prohibita à statuto testari sine viri consensu, qualis, & quando iste consensus præstari debeat.

SVMMARIVM.

Consensus requisitus in aliquo contractu non pro forma, & solemnitate actus, sed dumtaxat pro interesse, & præiudicio alicuius sufficit, vt quandocunque & quomodocunque adhibitus sit, n.1.

Forma potest per æquipollens adimpleri in dispositione, quæ effectum considerat, ibid.in fine.

Consensus alicuius requisitus in aliquo contractu præsumitur interuenisse ex cursu triginta annorum, num.2. Vbi quid ex cursu decem annorum.

Consensus vbi requiritur in aliquo contractu, nunquid sola præsentia sufficiat, n.3. & 4.

Acquirere quis præsumitur potiùs ex titulo speciali ex testamento, quàm ex legis dispositione, n.3.in fine.

DECISIO CCCLIII.

IN hac materia præsupponendum est id, quod multis ex rationibus decisum fuit coram bon.me. Litta, videlicet in statuto, de quo agitur, consensum mariti requiri, non ad integrandam personam vxoris, sed solùm pro interesse filiorum. Hoc stante remanet firmum fundamentum decisionis vltimo loco factæ, quòd in hoc casu sufficit tacitus consensus, qui resultat ex præsentia, nam quando consensus non pro forma, & actus solemnitate, sed dumtaxat pro interesse, & præiudicio alicuius requiritur, sufficit, vt quandocunque & quomodocunque adhibitus fuerit, Alexand. Ias. & alij *in l.si quis mihi bona, §.iussum, de acq.hæred.* Rom. *cons.54.n.3.* Tiraq. *de legib.connub.glos.6.n.15.& seq.* optimè Put. *decis. 100. lib.2. n.6. & seqq.* vbi expresè tradit quando consensus requiritur propter alicuius præiudicium, non esse necessarium consensum formalem. Et quòd in hoc statuto consensus, & præsentia non inducantur pro forma, patet quia disponitur, vt sine præsentia, & consensu viri valeat testamentum, dummodo infra 15. dies insinuetur in actis. Et fortiùs dicit Put. *ibi n.6.* dato quòd consensus requireretur pro forma, tamen cùm requiratur propter effectum præiudicij, sufficit adimplere per æquipollens considerando effectum. 1

Non obstat, quòd in hoc casu non adsit lapsus 30. annorum, qui est necessarius ad effectum, vt consensus præsumatur quando requiritur propter præiudicium tertij. Nam quicquid sit de defectu paucorum aliquot mensium, quem in hac positione allegarunt informantes contra decisionem, respondetur non ideò minus subsistere resolutionem aliàs captam, dempto etiam fundamento, quod in illo triginta annorum lapsu completo fiebat, quando enim concurrit scientia, & patientia debentis consentire, quòd sufficiant anni decem, tenuerunt Butr. *in c illud, circa fin. de præsumpt.* Castr. *cons.202. n.4. vers. sed huic obstant, lib.1.* Alex. *cons.45. circa fin. lib.3. & in l.qui in alien. col.3. de acquir. hæred.* Ias. *in l.1. col.5. vers.3. singulariter limita, C.qui admitti.* 2

Sed hac etiam ratione circumscripta, quæ ex abundanti fuit posita in decisione præsupponendo factum quod tunc proponebatur, dixerunt Domini sufficere pro confirmanda resolutione primam decisionis partem, quæ in mariti præsentia fundatur, quia statutum contentatur, vt dictum est, qualicunque consensu, & consensus probatur non solùm ex lapsu 30. annorum, sed etiam alijs modis, & præcipuè ex præsentia, vt per Surd. Tiraqu. & alios allegatos. Vltra quòd in hoc casu concurrit alia probatio consensus, nedum ex ejusdem testamento tenoris per maritum conscripto, & alijs in decisione ponderatis, verùm etiam, & quidem præcipuè, ex actu positiuo, quia maritus habuit vsumfructum sibi relictum in te- 3

testamento vxoris, & non suffragatur dicere dictum vsumfructum etiam extra causam testamenti spectasse ad ipsum vti delatum sibi in bonis aduentitijs filiorum. Nam in concursu iuris communis, & specialis præsumitur, maritum potius habuisse vsumfructum iure speciali ex testamenti, quàm ex legis dispositione, vt per Menoch. *lib.6. præsumpt.6. num.6.* maximè quia titulus testamenti erat sibi magis proficuus, Alexand. *consil. 8. num. 19. lib.3.* Aymon. *consil.23. numer. 13.* & cùm constet de testamento, in quo ille vsusfructus fuit relictus, neque ex aduerso probatur, quòd pater illum reperit, vt sibi debitum in bonis filiorum, censeri debet captus in vim testamenti, maximè quia ista mulier habebat ex duobus matrimonijs filios, & maritus non poterat iure aduentitio habere vsumfructum in bonis spectantibus ad liberos, quos dicta mulier ex priori matrimonio susceperat.

4 Non obstat, quod proponitur, istum consensum à statuto requisitum simul cum præsentia seruire de vento, si sufficit consensus tacitus, qui ex præsentia resultat, nam quinimò si statutum contentum esset sola præsentia, sufficeret maritum fuisse præsentem, quamuis non consensisset, vel etiam dissensisset, *l. siciti, ff. de arb.* cum alijs per Tiraqu. *de leg. connub. glos.6. num. 36. & glos. 1. numer. 32.* Nec obstat etiam consideratio ex eo deducta, quòd in statuto veteri requireretur solùm præsentia, tamen in statuto nouo fuit inductum, vt etiam cum viri consensu testamentum fieret à muliere. Nam ex lectura statuti noni apparet, vim non esse in hac verborum differentia, quia in statuto nouo in quo refertur tenor statuti antiqui, bis, vel ter legitur, quòd eo statuto veteri disponebatur, vt mulier non posset testari sine præsentia, & consensu mariti, & ideò statuentes non fecerunt nouum statutum, vt præter præsentiam requirerent etiam consensum, imò habuerunt pro eodem, quòd statutum disponeret de præsentia simpliciter, vel de præsentia, & consensu simul, sed addiderunt veteri statuto pœnam annullatiuam testamenti, clausulam insinuationis, & alia nonnulla. Itaque fuit conclusum esse omninò standum in decisis, &c.

In hac causa supra in part.2. recent. habetur altera decisio sub die 18. Martij 1611. coram eodem bo. me. Card. Marquemontio, est in ordine decis.336. la prima.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Assisien. Panattariæ.

Veneris 23. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Summarium deseruit loco argumenti.

SVMMARIVM.

Societas non solùm expressè, sed etiam tacitè contrahitur, num. 1.

Administrator tenetur de administratis reddere rationem, num. 2.

Socij omnes tenentur de administratis per ministrum, quando ipse administrauit scientibus, & patientibus omnibus socijs, num.3.

DECISIO CCCLIV.

1 FVit dictum constare de societate inter Valerianum, Ascanium, & Panlutium de anno 1594. & Valerianum teneri de administratione dictæ societatis, nam quantum ad primam hujus resolutionis partem, licèt de societate non constet per publicum instrumentum, tamen cùm hujusmodi negotium non solùm expressè, sed etiam tacitè contrahatur, & probetur etiam per coniecturas, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.7. tit.2. in princ.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.56.* Rot. *decis.169. n.1. part. 2. diuers.* censeri debet in hoc casu plusquam probata ista societas ex pluribus testibus, qui de propria scientia, & de publica voce, & fama deponunt, ex literis ipsius Ascanij, ex fideiussione per ipsum Ascanium, & Paulutium facta Vrbano principali conductori Panattariæ, super qua fuit inita societas, & ex decreto Illustrissimi Legati Vmbriæ, in quo apparet, omnes fuisse conuentos, & condemnatos vti socios, & ibi etiam enunciatur, dictos fuisse confessos dictam societatem.

2 Quo verò ad secundam partem, cùm Vrbanus administrauerit societatem, & deputauerit pro ministris illius negotij Thomam Capsetium, & Leonem Brunum furnarum, seu pistorem, vt deponunt testes, & constat ex libro eiusdem Thomæ, non potest dubitari, quin de dicta administratione teneatur, *l. quædam sunt personæ, C. de eden.* Bal. *in rubr.500. & 152. lib.3.* Socin. *cons.192. lib.2.* Angel. *cons. 286. vol.1.* Anchar. *cons.147. n. 10.*

Non obstat, quòd Mannus in positionibus dixerit societatem fuisse administratam per omnes socios, nam ista confessio Manni non potest vllo modo præiudicare socijs, nec facit aliquam probationem. Non obstat, quòd Thomas deposuerit etiam Ascanium administrasse, nam ista depositio sine partis citatione nihil operatur. Itaque ex his fuit decisum vt suprà.

3 Sed pro terminanda tota causa, erit videndum magis strictè, an solus Vrbanus teneatur de administratis per ministros supradictos, quamuis enim clarum sit illos fuisse deputatos à solo Vrbano, tamen quia idem Vrbanus prætendit eam deputationem fuisse factam scientibus, & consentientibus Ascanio, & Pancratio, quo casu forsan omnes teneantur, per tex. *in l.1. §. magistrum, ff. de exercit. act.* latè Ruin. *cons.101. num.4. vers. non obstat dicere, lib. 1.* operæ pretium erit videre quomodo res se habeat in facto, & in iure.

Interim pro faciliori causæ decisione & directione erit per modum discursus aduertendum, quod ex relatione periti apparet istam societatem non esse damnosam, non habet enim aliud debitum, quàm scutorum 1200. in quibus Mannus est creditor. Ex aduerso autem habet credita æqualis summæ, hoc modo, granum in manibus prædicti Thomæ pro scutis paulò minùs 100. & pecuniam in manibus Vrbani vsque ad scutor. 452. & in manibus Leonis Bruni vsque ad scut. 315.

Quantum ad partitam, quæ est in manibus Vrbani, res videtur clara, quòd ipse eam soluere debet; quo verò ad granum controuersia in eo vertitur, quòd Thomas est lapsus facultatibus, ideòque ab ipso nihil potest recuperari, & cùm appareat dictum granum peruenisse ad quondam Vignatum sororium Vrbani, & asseratur fuisse positum in secunda societate, quæ inter easdem partes contracta fuit, expressè poterit circa hanc partitam pro recognitione bonæ fidei inter socios, vel per exactam librorum societatis reuolutionem intelligi, cuius damno cedere debet. Itaque restringetur præcipuè difficultas ad debitum Leonis Bruni, qui similiter adeò facultatibus diminutus est, vt solutio ab eo expectari non possit, ideòque remanet dubium, an Vrbanus, qui Leonem deputauit, eam partitam solus soluere debeat; an verò ad alios etiam socios spectet solutio, qui cùm essent præsentes, & quotidie de negotio istius Panattariæ tractarent cum Leone, asseruntur consensisse deputationi per Vrbanum factæ, & sic teneri vnà cum Vrbano, ex supradictis, de quibus volo quam primum consulere Dominos meos, quia dum isti socij certant inter se, Mannus caret suis pecunijs, quas sibi ipsi legitimè debitas esse notorium est, nec ipsi socij id negant, &c.

Infra in eadem causa habetur decis.536. & 590.

R. P. D. DAMASCENO.

Abulen. beneficiorum.

Veneris 27. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

Sententia lata pro mortuo, vel contra mortuum pro cædente, vel contra cædentem, est nulla quando agitur inter duos priuatos beneficiatos, & ad particularem vtilitatem; secus quando agitur de vtilitate Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

Cadens æquiparatur mortuo, & ideò licèt sententia lata pro mortuo est nulla, ita & pro cadente, nisi agatur de beneficio, quia tunc sententia dicitur lata pro ipsa Ecclesia, quæ semper viuit, n.1.

Sententia lata pro mortuo, vel pro cadente non valet; nisi agatur de beneficio, fueritque lata pro ipsa Ecclesia, ibid.

Sententia lata pro mortuo, vel contra mortuum, est nulla, quando agitur inter duos priuatos beneficiatos, & ad par-

particularem vtilitatem; secus quando agitur de vtilitate Ecclesiæ, n.2.

Sententia pro cadente etiam valet occasione fructuum, & expensarum, n.3.

Arbitrio Rotæ *clausula dat facultatem amplexandi substantiam, reiecta solemnitate, vel figura, ibidem in fine.*

DECISIO CCCLV.

1 CVm pro parte Ferdinandi fuisset oppositum, quòd sententia lata ad fauorem Francisci della Presa, erat nulla, stante quòd ante dictam sententiam fuit habitus recursus ad signaturam Sanctissimi, & obtenta commissio sanatoria Arbitrio Rotæ, vnde dedit dubium an esset locus arbitrio? quod fuit affirmatiuè resolutum, quia in effectu prædicta sententia visa fuit valida, nam etsi cedens æquiparetur mortuo, & sententia lata pro mortuo sit nulla, ex alleg. attamen conclusio non procedit quando agitur de beneficio, tunc enim sententia non dicitur magis lata pro mortuo, quàm pro ipsa Ecclesia, quæ semper viuit, & cuius interest liberari à malo Rectore, & proinde sententia est valida, Bald. *in l. 1. §. in primo, num. 17. C. de cad. tollen.* quem sequitur ibi Iacob. *in §. & cum triplici, in fin.* Socin. iun. *in l. eius qui, num. 13. ff. si cert. pet.* Surd. *cons. 99. num. 13. vol. 1.* Bec. *cons. 110. num. 3. vol. 1.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. num. 106.* Asin. *in praxi, §. 31. ampliat. 21. n. 2.*

2 Nec visum fuit subsistere, quòd Bald. sit intelligendus, quando agitur de statu Ecclesiæ, puta an sit libera, vel de iurepatronatus, quia imò Bald. loquitur quando agitur de pertinentia beneficij, vt patet ex illius verbi, ibi, *quia vnus contra alterum agendo dicebat suum esse*, & concurrit identitas rationis, quia sicut interest Ecclesiæ liberari ab illegitimo patrono, ita ab illegitimo Rectore; nec decisio Caputaq. 140. *p. 3.* contrarium firmat, dum dicit regulam quòd sententia lata pro, vel contra mortuum, sit nulla, habere locum quando agitur inter duos priuatos beneficiaros, & ad particularem vtilitatem, quia non per hoc sequitur, quòd habeat locum, quando agitur de vtilitate Ecclesiæ, prout in hoc casu, quinimò à contrario sensu decisio potiùs facit pro Ioanne.

3 Placuit etiam aliquibus ex Dominis, cæteris non contradicentibus, quòd non obstante vnione potuerit ferri sententia ad fauorem Francisci della Presa, occasione fructuum decursorum & expensarum, Put. *decis. 467. lib. 2. & decis. 80. lib. 3.* Thar. 110. *incip. quidam resignauerat*, Crescen. 13. *de procur.* Peregrin. 35. *lib. 1.* & inde canonizari bonum ius D. Francisci, & non ius Cosmi, tanquam antecedens necessarium pro condemnatione dictorum fructuum, & expensarum, iux. not. *in cap. præterea, de offic. deleg. & in l. illud, ff. de acquir. hered.* Ias. *in l. vnum, num. 32. ff. si cert. pet.* Felin. *in c. inter dilectos, num. 1. de fid. instrum.* attenta maximè clausula *arbitrio*, per quam datur facultas amplexandi substantiam, reiecta solemnitate, vel figura, glos. *in Clem. sæpè, verb. defensione, de verb. sign.* Rota in causa Toletana primitiarum 23. Febr. 1590. coram Illustrissimo D. Cardinali Plato.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Foroliuien. pensionis.

Mercurij prima Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi pensionem sibi reseruatam, an ipsum releuet ab onere probandi ius illius, qui pensionis reseruationi consensit.

SVMMARIVM.

Pensio dicitur nulla, nisi probetur ius illius, qui pensioni consensit, n. 1. fallit quando agitur contra illum, qui est successor iuris, & facti illius, qui consensit, ibid. & ad d. effectum quando quis dicatur successor facti, n. 2.

Præsentatus per obitum alicuius, non dicitur successor iuris illius, & quare, d. n. 1.

Consentiens pensioni si de tempore consensus nullum habeat ius super beneficio, pensio est nulla, nec reualidatur, si post consensum ius illi superueniat, num. 2. in fine.

Antecessor si possedit per triennium, non est necesse quod successor iustificet illius titulum, ibid. limita hoc procedere in successore in titulo beneficij, non autem in pensionario, ibid.

Quasi possessio exigendi pensionem sibi reseruatam ex causa cessionis, quando lædens teneatur iustificare ius cessum, num. 3.

DECISIO CCCLVI.

DOmini perstiterunt in decisis in hac causa sub die 14. Martij proximi, quòd scilicet pensio fuerit nulla, nisi probetur ius Iulij, qui consensit reseruationi pensionis, & ad illud quod D. Episcopus sit successor iuris, & possessionis D. Iulij, vnde non possit negare solutionem pensionis, iuxta decis. Achill. 1. *de pens.* fuit responsum, D. Episcopum neque esse successorem iuris, neque possessionis. Et quantum ad ius non obstat, quòd D. Episcopus fuerit præsentatus ad beneficium tanquam vacans per obitum Iulij, ex quo acceptando præsentationem, videatur magnifecisse ius D. Iulij, quia tripliciter respondetur; primò, præsentationem non fuisse factam simpliciter ex vacatione per obitum Iulij. Secundò, respondetur præsentationem potuisse verificari in vacatione de facto, iux. decis. Ægid. 116. sæpè approbatam à Rota. Tertiò, quòd potuit superuenisse ius Iulio post præstitum consensum, quòd non suffragaretur ad reualidandam pensionem, si ab initio fuisset nulla, vt infrà dicetur. 1

Quantum ad successionem possessionis fuit dictum, quòd D. Episcopus non est talis, quia ad istum effectum esset necesse, quòd Iulius tempore præstiti consensus fuisset in possessione, Achill. *decis. 6. de pension.* vbi dicit ita esse intelligendam suam decisionem primam, & *tit.* aliàs omnes beneficiati essent successores possessionis illorum, qui per prius possederunt beneficia, & inde superflua esset distinctio. Ad aliud, quòd Iulius fuerit triennalis possessor, vnde non possit ampliùs dubitari de validitate illius tit. iux. alleg. Lap. 89. fuit dupliciter responsum. Primò, quòd allegatio Lap. non iuuat, nisi successorem in titulo beneficij, Caputaq. *decis. 27. part. 1.* Cassad. *decis. 8. num. 3. super reg. & decis. 2. in princ. de caus. poss. & propriet.* Pensionarius autem non potest dici successor tituli illius, qui consensit pensioni, cùm aliud sit pensio, aliud titulus beneficij, vt de se patet, quinimò eodem tempore concurrunt, vnde non potest dici, quòd vnum veniat in successione alterius. Secundo fuit dictum, quòd ad effectum validitatis pensionis requiritur ius de tempore consensus, aliàs si pensio ab initio fuit nulla, non potuit per Iulium in præiudicium successoris conualidari, Cassad. *decis. 4. num. 5. de pension.* Illud autem ius Iulij de tempore consensus non probatur per possessionem triennalem, quia potuit superuenisse nouus titulus post præstitum consensum. 2

Quantum ad decisionem Salamantinam pensionis 16. Iunij 1582. coram bo. me. Bubalo, in qua habetur, quòd ille, qui est in possessione exigendi pensionem sibi reseruatam ex causa cessionis, non tenetur iustificare ius cessum, & Leo pensionarius sit talis, cùm fuerit sibi reseruata pensio ex causa cessionis facta per Alexandrum ad fauorem d. Iulij, fuit dictum, quòd illa decisio non explicabat circumstantias facti, vnde poterat verificari, vel quando pensionarius esset in possessione exigendi ab illo, qui negat pensionem, vel quando ageretur contra illum, qui esset successor iuris, vel possessionis illius, qui consensit pensioni, quorum neutrum concurrit in hoc casu, quia D. Episcopus nunquam soluit pensionem, nisi coactus per clausulam *sine retardatione solutionis pensionis*, de qua in sua commissione, nec etiam D. Episcopus est successor iuris, vel possessionis illius, qui consensit pensioni, vt suprà demonstratum est. 3

Est supra decisio 337. in hac parte.

R. P. D.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà san. mem. Gregorio XV.

Parmen. status.

Mercurij 1. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Attentata quoad refectionem expensarum, illiquidatarum quomodo purgentur, & quando reuocari debeant ex officio iudicis.

SVMMARIVM.

Attentata dicuntur purgata quoad refectionem expensarum per depositum Iulij, vnà cum præfixione termini facta parti ad ea liquidanda, n.1. vbi maximè si expensa non possunt per ipsum attentata liquidari.

Citatio non est necessaria vbi iudicium fuit factum præsente Procuratore partis, n.2.

Attentatorum reuocatio quæ fit ex officio iudicis, est remedium extraordinarium, cui non est locus, quando per viam ordinariam agi potest, ibid.

Iudex non solet officium suum impartiri, nisi ei qui est omni actione destitutus, ibid.

Attentata ita tolli debent, vt non solùm de iure; sed nec etiam de facto nocere possint, ibid.

DECISIO CCCLVII.

1 LIcèt resulutum fuerit attentata in ciuitate Ianuen. à DD. Pallauicinis facta posse purgari per eorum cessionem in Curia in actis causæ factam, & Marchio Alphonsus fecerit cessionem iuxta formam sibi à Rota & à patre præscriptam: attamen Rota censuit non posse procedi ad vlteriora in negotio principali, omissa enim refectione expensarum, in qua Domini non faciebant vim, tum propter earum modicitatem, tum quia Marchio Alphonsus deposuit Iulium, & fecit præfigi terminum dominis de Rangonibus ad eas liquidandum, quod videtur sufficere, ex trad. per Lancell. *de attentat. cap. 31. n. 57. & seqq.* Vbi allegat decisiones Rotales, cuius dicta licèt, absolutè loquendo, possent pati difficultatem, attamen in casu istu de plano procedere videntur quia si DD. Rangones fecerunt aliquas expensas, sunt factæ extra iudicium, & Dominis Pallauicinis penitus ignotæ, ita vt ipsis impossibilis sit liquidatio. Decisiones ex aduerso allegatæ loquuntur in restitutione fructuum, vel expensarum iudicialium, quæ possunt etiam per attentantem probari & liquidari.

2 Verùm quia Marchio Alphonsus attentauit etiam nomine Alexandri & Ciri, fuit dictum in decisione vltimo loco facta, quòd cessio debebat fieri etiam ipsorum nomine, cum mandato sufficienti, & isto casu ex natura negotij, & circumstantijs facti, visum fuit Dominis non sufficere reuocationem attentatorum ex officio nobilis iudicis factam; nam prætermissis ijs quæ opponuntur de defectu citationis Alexandri & Ciri, quia quando illa fuisset necessaria, iudice huiusmodi officium exercente, hoc casu non requirebatur, eùm decretum reuocationis fuerit factum præsente Marchione Alphonso ipsorum Procuratore, Bart. *in l. prolatam, num. 7. C. de sentent.* Ang. *in l. de vnoquoque, circa med.* & ibi Imol. *circa fin. ff. de re iudic.* Alexand. *in rub. C. de in ius vocan. num. 8.* fuit dictum hoc esse remedium extraordinarium purgandi attentata, Lancell. *de attent. par. 3. c. 21. num. 17.* cui non videtur esse locus, quando per viam ordinariam agi potest, iuxta reg. *l. in causa la 2. ff. de minor. & l. in prouinciali, §. sed in loco,* vbi Bar. & Doct. *ff. de non. oper. nunciat.* & tale officium non solet iudex impartiri, nisi illi, qui est omni actione destitutus, decis. Pedemont. 40. *n. 7.* latè Surd. *de alimen. tit. 3. q. 3. num. 24.* præsertim cùm isto casu non ita plenè prouideatur per remedium extraordinarium, sicut esset prouisum per remedium ordinarium cessionis, quia iudices illi non attendunt gesta in alijs tribunalibus, vt est notorium, & apparet ex spretu inhibitionis Rotalis; vnde per hanc reuocationem Domini de Rangonibus non sunt in plena securitate constituti, seu probabiliter suspicari possunt quòd aliquo tempore procedatur ad exequutionem attentatorum: attentata autem ita tolli debent, vt non solùm de iure, sed neque etiam de facto nocere possint, iuxt. decis. Rotæ relatam à Lancell. *de attent. p. 3. cap. 29. n. 42.*

Nec facit, quòd Marchio Alphonsus dicat se pro sua parte plenè purgasse attentata, & moram Alexandri & Ciri non debere ei nocere quo minus possit pro suo interesse iudicium prosequi, quia Domini hoc noluerunt admittere propter implicitatem negotij, cùm resolutiones, si quas fauorabiles obtineret Marchio, essent etiam ipsi Alexandro & Ciro profuturæ, & ad tollendam omnem suspicionem collusionis.

Nec verificatur, quòd Marchio adhibuerit omnem diligentiam, & fecerit omne suum posse pro obtinendo mandato ad cessionem faciendam, quia litteræ exhibitæ hoc non probant, illæ enim non continent aliquam recusationem, aut repugnantiam, sed potiùs necessitatem temporis ad consulendum & deliberandum de modo faciendi mandatum. Et propterea Domini resoluerunt non esse ad vlteriora procedendum, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Narnien. fideicommissi.

Lunæ 6. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Monasterium non excludit substitutum simpliciter, & sine conditione, si sine liberis decesserit, secus si substitutio non est simplex, sed addita conditione, si sine liberis decesserit. Exemplaris & magistralis est decisio.

SVMMARIVM.

Monasterium non excludit substitutum simpliciter, & sine conditione, si sine liberis decesserit, secus si substitutio non est simplex, sed addita conditione, si sine liberis decesserit, n. 1. & per tot. decisionem.

Monasterium an excludat substitutum cum conditione, si sine liberis decesserit, attendenda sunt verba conditionis, numquid dicat, sine veris filijs, *vel* sine filijs legitimis, & naturalibus, *aut* ex suo corpote natis.

Monasterium vicem liberorum obtinet, num. 3. declara vt n. 10. & 11.

Verba sunt semper interpretanda, vt aliquid operentur, & non sint superflua, n. 4.

Tacitum non est æqualis virtutis cum expresso regulariter, et n. 6. & 7. vbi præsertim, quando deducitur ad destructionem expressi.

Tacitum non habet vim expressi, quando agitur de inducendo aliquod speciale, n. 8. & 9 & 11. vbi idem quando inter tacitum, & expressum adest diuersa ratio.

Testator quod non dixit, non voluisse censetur, n. 10.

Testator non præsumitur habere eam pietatem erga Monasterium, quam habet erga descendentes, ibid.

Præsumptio non potest elici ex aliquo facto, nisi illud sit certum, & indubitatum, n. 12.

Ius de sui natura est certum quoad dispositionem, non quoad rationem, ibid.

Extensio in iure faciliùs datur, quàm de nouo creatio, numere 13.

Qualitas faciliùs datur, quàm substantia, ibid.

Fictio fictionis non datur, ibid. in fine.

Dolus futurus expressè remitti non potest, secus tacitus, n. 14. vbi infertur ad duo.

Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, ibid. in fine.

Præsumptio fabricatur super certitudine, non autem super alia præsumptione, n. 15.

Voluntas magis colligitur ex expresso, quàm ex tacito, & subintellecto, ibid.

Voluntas expressa magis latè interpretatur, quàm tacita, ibid.

Substitutio conditionalis faciliùs tollitur, quàm simplex, ibid.

Regula quòd non entis nullæ sunt partes, aut qualitates, ibid. in fine.

DECISIO CCCLVIII.

1 CVm Angela testatrix instituisset Paulam filiam suam, eique simpliciter & absque conditione, si sine filijs, substituisset Sanctiliam sororem ipsiusmet testatricis, Paula instituta ingressa Monasterium, & ibi defuncta, fuit disputatum, an Monasterium posset excludere Sanctiliam substitutam, iuxta terminos §. *sed hoc præsenti*, *auth. de Sanctiss. Episcop.* vnde desumitur auth. *nisi rogati*, *C. ad S.C. Trebell.* & iux. *c. in præsentiam*, *de probat.* & proponente bon. mem. D. Iusto, prima Iulij 1605. fuit tentum pro Sanctilia substituta: cùm autem fuissem subrogatus in locum D. bon. mem. Iusti, dubitaui an esset recedendum à dicta decisione, & quia articulus visus fuit exemplaris, & valdè difficilis, ac malè tractatus à Doctoribus pro parte substituti, vnde ad fauorem Monasterij emanauit communis opinio, de qua infrà, propterea non potui nisi post multas propositiones habere resolutionem a Dominis meis, qui visa causa ab omnibus, & benè discussa, tandem steterunt in decisis. Et pro resolutione fuit ponderatum, quòd res pendet à tribus inspectionibus. Prima est, an conditio, si sine filijs, conferat, & sit necessaria ad effectum, vt Monasterium possit excludere substitutum, quia si non confert, frustrà quæritur, an prædicta conditio sit, velne, & an sufficiat tacita, vel potiùs requiratur expressa. Secunda inspectio est, an possimus dicere verba tex. *d. §. sed hoc præsenti*, *& c. in præsentia*, esse taliter concepta, vt non possent adaptari ad conditionem tacitam, de qua *in l. cum auus*, *ff. de condit. & demonstr. & in l. cum acutissimi*, *C. de fideicomm.* Tertia inspectio est, vtroque affirmatiuè resoluto, an iura loquentia de conditione expressa possint deseruire in tacita, & subintellecta.

2 Circa primam inspectionem omnes consentire videntur quòd conditio, si sine filijs, conferat, & sit necessaria ad effectum, vt Monasterium possit excludere substitutum, siquidem admittunt quòd in casu, in quo dicta conditio neque expressè, neque tacitè insit, Monasterium non possit excludere substitutum, Bald. antesignanus eorum, qui in articulo principali tenent pro Monasterio, *in auth. nisi rogati*, *num. 20. C. ad S.C. Trebell.* Socin. *in d. l. cùm auus*, *num. 28.* Menoch. *de præsumpt. præs. 83. num. 56. & 58. lib. 4.* Rip. *in l. ex facto*, *§. si quis rogatus*, *num. 56. ff. ad Trebell.* Paris. *cons. 19. num. 96. lib. 2.* Fortun. Garz. *in repet. l. Gallus*, *§. & quid si tantum*, *num. 75. vers. distinguo*, *ff. de lib. & posthum.* Illustrissimus Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 6. vers. quod si conditio*, Intrigl. *de subst. centur. 3. q. 63. n. 59.*

3 Et ad hoc tendunt ea, de quibus latè per Scriben. Rip. præcipuè *numer. 37. in d. l. ex facto*, *§. si quis rogatus*, *ff. ad Trebell.* Illustrissimus Mantic. *d. tit. 7. num. 20.* Menoch. *de præsum. lib. 4. par. 83. num. 27.* vbi loquendo de successione Monasterij distinguunt an testator dixerit, sine veris filijs, vel sine filijs legitimis, & naturalibus, aut ex suo corpore natis, eum similibus; si enim conditio, si sine filijs, nihil haberet commune cum Monasterio, frustrà fierent huiusmodi distinctiones. Et ad hoc idem faciunt rationes, quæ pro decisione tex. *in d. §. sed hoc præsenti*, *& cap. in præsentia*, adducuntur per suprà allegatos, quippe quia Monasterium vicem liberorum obtinet, de quo etiam latè per Tiraqu. *in l. si vnquam*, *verb. susceperit*, *num. 42. C. de renoc. donat.* vel quia conditio, si sine filijs, tanquam contraria castitati, & vitæ contemplatiuæ reijciatur, in qua opinione residet Rip. *d. num. 37. vers. tu vero considera*, vt denique quia testator præsumitur deligere Monasterium, sicut filium instituti, & proinde sicut prætulit substituto filios instituti, ita voluisse præferre Monasterium, & hæc fuit opinio Castr. & aliorum, de quibus per Illustrissimum Mantic. *d. tit. 7. num. 7.* quæ omnes rationes sunt desumptæ à conditione, si sine liberis, vt de se patet.

4 Et pro conclusione hujus primæ inspectionis fuit ponderatum, quòd si conditio, si sine filijs, non conferret Monasterio, frustrà in præteritis iuribus fieret mentio de illa, & per breuiora verba fuisset dictum, quòd ingresso per institutum Monasterio cesset substitutio, quod argumentum à superfluitate vitanda, & ne alias verba stent sine virtute operandi in iure, est validissimum, *c. si Papa*, *de priuileg. in 6. c. legebatur*, & ibi glos. *verb. aduentus*, *de maiorit. & obed. l. si quando*, *ff. de leg. 1. l. cum antiquitas*, *in princ. C. de testamen.* Felin. *in cap. 1. num. 7. de rescript.* Roman. *consil. 180. num. 5.* Angel. Aret. *cons. 11. num. 9. & seqq.* Curt. iun. *cons. 16. num. 11. in fin.* Paris. *cons. 66. n. 9. & 10. lib. 2.* Rol. *cons. 61. num. 14. cum pluribus seqq. lib. 3.*

5 Quantum ad secundam inspectionem an *d. §. sed hoc præsenti*, *& c. in præsentia*, loquantur de conditione expressa, hoc satis patere visum fuit ex illorum lectura, nam §. *sed hoc præsenti*, ponit casum nedum in grauato descendente, sed etiam in extraneo, ibi, *sine liberis*, *seu alia quacunque persona*, in quo quidem extraneo non habet locum tacita conditio, de qua *in dd. ll. cùm auus*, *& cum acutissimi*, quæ in dicto & in ratione, quæ in illis assignatur, concludunt solùm quando grauatus est descendens, item patet ex illis verbis ibi adiectis conditionibus, *quibuscunque*, item & clariùs ibi, *pro non scriptis haberi*, &c. *& in c. in præsentia*, ibi, *& præcepit vt si absque liberis decedere*, &c. & hoc admittunt omnes suprà allegati, dum ponderant formulam verborum testatoris, an scilicet dixerit, si sine veris filijs, vel sine filijs legitimis, & naturalibus, aut ex suo corpore natis, & aliàs prout suprà in prima inspectione.

6 Quantum ad tertiam inspectionem an dd. §. *sed hoc præsenti*, *& c. in præsentia*, loquentia in conditione expressa possint, aut debeant deseruire in tacita, & subintellecta, iuxta terminos dd. ll. *cum auus*, & *cum acutissimi*, fuit dictum, regulam esse contra Monasterium, quòd non inferatur ab expresso ad tacitum, cùm tacitum non sit æqualis virtutis cum expresso, *l. est differentia*, *ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. l. penult. ff. de eustit. l. eum qui*, *in fin. ff. de verb. oblig. l. doli clam*, *ff. eod. tit. l. sanctio legum ff. de pœn. l. expressa*, *ff. de reg. iur. l. 1. C. de ijs qui in priorum credit. c. non potest*, *de prab. in 6. c. statutum*, *§. in nullo*, vbi glos. *verb. expressus*, *de rescrip. eod. lib. 6. clem. quamdiu*, & ibi glos. *in verb. expresso*, *de appellat.* gloss. & DD. *in l. cum oportet*, *§. non autem*, *C. de bon. quæ lib.* & in terminis huius conditionis, si sine filijs, latè Dec. *super d. cap. in præsentia*, *numero 102.*

7 Secundò, & multò minùs tacitum æquipollet expresso, quando tacitum deducitur ad destructionem expressi, *l. cum ex filio*, *§. filio*, vbi Bart. *in summario*, *ff. de vulg. & pupil.* Dec. *cons. 416. num. 10.* Crau. *consil. 32. num. 2.*

8 Tertiò, & magis de plano procedit conclusio quando quis intendit elicere ex illo tacito aliquod speciale, quod aliàs solet resultare ab expresso, Crau. *cons. 34. num. 3.* cum alijs per Bec. *cons. 39 num. 24. & 25.* facit regula de non multiplicandis specialibus, de qua *in l. 1. C. de dot. promiss.* Roman. *cons. 350. num. 16.* Alex. *cons. 13. n. 4. lib. 1.* Ruin. *cons. 29. n. 4. lib. 4.*

9 Quartò, & fortiùs, quando lex, quæ inducit tacitum, allegat rationem, quæ non conuenit casui, de quo tractatur, expressio enim habet vim restrictiuam ad casus, in quibus militat ratio, quæ exprimitur, *l. cum pater*, *§. dulcissimis*, & ibi Bar. *ff. de leg. 2. l. milites in argum. in princ. ff. de re milit.* glos. *in clem. 1. verb. eligatur*, *de elect.* Bar. *in l. 1. n. 4. ff. de legit. tut.* Franc. Aret. *cons. 161. n. 3. vers. moueor 1.* Dec. *cons. 379. n. 5. vers. & vlterius.*

10 Hæc autem omnia concurrere videbantur in proposito casu, nam quòd conditio, si sine filijs, de qua in dd. ll. *cum auus*, *& cum acutissimi*, sit tacita conditio, non eget probatione. Quòd tacitum deducatur ad destructionem expressi, est etiam clarum, quia cum hac tacita, & præsumpta conditione Monasterium intendit excludere expressam substitutionem Sanctiliæ. Similiter quòd agatur de eliciendo singulari ex ista tacita conditione, est etiam clarum, quia non est commune, nec regulare, quòd à filio inferatur ad Monasterium, sed imò singulare, & exorbitans, Butr. *in d. c. in præsentia*, *num. 6. de prob.* Rip. *in l. ex facto*, *§. si quis rogatus*, *num. 37. ff. ad Trebell.* Fulgos. *cons. 53. num. 1.* Barbat. qui de communi, *cons. 13. n. 12. & 13.* Bero. *cons. 114. num. 21. vers. secundo prædicta*, *lib. 2.* Bursat. *cons. 199. num. 15. decis. Pedem. 126. num. 12.* Intrig. *d. quæst. 63. num. 89.* faciunt trad. per Tiraq. *d. verb. susceperis*, *num. 45.* Sicut etiam applicatur regula de non multiplicandis specialibus, nam speciale est, quod conditio, si sine filijs, subintelligatur, cùm regulariter testator censeatur non voluisse quod non dixit, *l. Labeo*, cum ibi plenè not. per Scrib. *ff. de supellect. leg.* & est vulgare dictum, quod testamentum non cantat, neque ego

can-

cantabo, Alex. cons. 52. num. 12. & seq. lib. 4. Bal. in cap. per venerabilem, num. 21. de elect. Anchar. cons. 37. nu. 7. Roman. cons. 45. num. 14. in fin. & seq. Curt. sen. cons. 55. num. 23. Rol. cons. 56. num. 5. & seqq. vol. 2. Afflict. decis. 403. num. 5. Vnde ex conditione sic specialiter subintellecta, non est desumendum aliud, quod est speciale in ipsamet conditione, si sine filijs, etiam quando exprimitur, vt patet ex Butr. in d. cap. in præsentia, num. 20. cum alijs suprà allegatis. Atque hinc cessat doctr. Bar. in l. sub conditione, ff. de solut. quia nulla necessitas portat, quòd sub conditione ad fauorem filiorum veniat Monasterium, cùm hoc non sit commune, & regulare in materia filiorum, sed imò singulare, & exorbitans, vt supradictum est. Denique applicatur, & tertia conclusio, quòd tacitum non extendatur quando lex, quæ inducit tacitum, exprimit rationem, dd. enim ll. cum auus, & cùm acutissimi, exprimunt rationem earum dispositionis, scilicet paternæ pietatis, & ne testator videat alienas successiones proprijs anteponere, quod inconueniens non sequitur ex eo, quod substitutus anteponatur Monasterio, nec testator præsumitur habere eam pietatem erga Monasterium, quam habet erga descendentes, cap. quicunque 17. q. 4. Rol. cons. 190. in fin. lib. 1. Rip. in d. §. si quis rogatus, n. 37. vers. qua ratio, Soc. d. l. cum auus, n. 42. Bero. cons. 114. num. 21. lib. 2. Decis. Pedem. quæ de communi, decis. 126. num. 26. latè Tiraquel. in d. l. si vnquam, vers. libertis, num. 90. & seq. Illustrissimus Mantic. d. tit. 7. n. 13.

2 Non obstat, quòd ex identitate rationis fiat extensio de casu expresso ad casum tacitum, quia respondetur primò, conclusionem non procedere quandocunque agitur de multiplicandis specialibus, & de materia exorbitanti, vel quando lex, quæ inducit tacitum, reddit rationem minimè accomodabilem ad casum, ad quem prætenditur fieri extensio, vt patet ex suprà proximè allegatis. Secundò respondetur esse admodum controuersum apud Scribentes, quænam sit ratio decisionis, d. §. sed hoc præsenti, & cap. in præsentia, ex tribus opinionibus suprà in principio recitatis. Prima, quòd Monasterium sit loco filij, ab infinitis reprobatur, vt patet ex cumulat, per Rip. in d. §. si quis rogatus, num. 37. Illustrissimus Mantic. d. tit. 7. num. 6. Tiraquel. d. verb. susceperit, nu. 47. Emmanuel Costa in d. cap. si pater, verb. si absque liberis, num. 70. de testam. in 6. Alia opinio, quòd scilicet conditio, si sine filijs, reijciatur, & habeatur pro non scripta, ex eo quòd sit repugnans castitati, & vitæ contemplatiuæ, multis argumentis reprobatur ab Illustrissimo Mantic. d. tit. 7. num. 4. Postremò, quòd testator præsumatur diligere Monasterium sicut filios instituti, non habet multos sequaces, vt videre est ex Illustrissimo Mantic. d. tit. 7. num. 13. & dictæ opinioni multum obstat text. in d. §. sed hoc præsenti, dum in casu ingressus Monasterij inualidat, & pro non scripta haberi vult conditionem, si sine filijs, appositam à testatore; si enim lex fundaretur in æquali affectione, non cessaret conditionem appositam à testatore, sed adderet nouam, nempè si grauatus Monasterium ingressus non fuerit, & sic non faceret prout facit, vim in eo quòd scriptum habeatur pro non scripto, sed potiùs è converso vt pro scripto habeatur illud quod non est scriptum, quod aliquando consueuit facere lex, exemplum in d. l. cum auus, de condit. & demonstr. in fin. & hoc argumento vtuntur Doctores ad impugnandam dictam primam opinionem, quòd Monasterium sit loco filij, & vltra Rip. Mantic. Tiraquel. suprà alleg. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 19. num. 6. Præterea est ponderandum, quòd tex. in d. §. sed hoc præsenti, loquitur tam quando grauatus est de descendentibus, quàm quando non est, & quidem quando grauatus non est de descendentibus, posset procedere ista opinio, quòd præsumatur testator dilexisse Monasterium sicut filios instituti: sed quando grauatus est de descendentibus, quo casu descendentes ab illo descendunt pariter à testatore, tunc non intrat ista præsumptio, quòd testator censeatur diligere Monasterium sicut istos, per cap. quicunque, cum alijs suprà alleg. & consequenter malè infertur ab illis ad Monasterium.

Ex istis concludebatur, quòd cùm ratio decisionis d. §. sed hoc præsenti, & cap. in præsentia, sit adeò incerta, non potest per illam fieri extensio de casu ad casum, quia quando ex vno volumus elicere aliud, illud vnum debet esse certum, & indubitabile, Bal. in l. comparationes, num. 4. Salyc. num. 12. C. de fid. instr. Alex. cons. 76. num. 7. vers. quinimmo, lib. 3. Crau. cons. 32. num. 7. Menoch. de arbitr. casu 114. num. 29. Surd. cons. 135. num. 79. vers. secundo, Afflict. decis. 181. num. 5. Nec facit, quòd ius de sui natura sit certum, Bald. cons. 186. num. 3. in fin. vers. & licet quidam, lib. 2. Natt. cons. 502. num. 9. quia est certum, quoad dispositionem, non quoad rationem, cùm non omnium possit reddi ratio, l. non omnium, ff. de legibus, & aliquando stet pro ratione voluntas conditoris legis, l. prospexit, ff. qui & à quibus, l. 1. vers. pueritiam, & ibi glos. verb. ratus, ff. de postulan. Bald. in d. l. non omnium, in princ. Salyc. in l. si serui, n. 7. vers. secundo quia, C. de noxal. act. Felin. in cap. si quando, num. 12. vers. & placent. de rescript.

13 Cæterùm retenta qualibet ex præteritis tribus opinionibus, adhuc videbatur posse assignari ratio diuersitatis, quando conditio, si sine filijs, fuit expressa, & quando subintelligitur. Et quidem si retineatur prima, quæ & ipsa habet suos testes de communi, nempè Fulgos. cons. 53. num. 3. Ias. in auth. si qua mulier, num. 18. vers. ego non recedo, C. de sacros. Eccles. Dec. in d. cap. in præsentia, num. 190. Bero. num. 475. de prob. differentia erit, quia quando testator exprimit conditionem, si sine liberis, lex non facit aliud, quàm extendere proprietatem vocabuli, operando vt sub illa comprehendantur filij ficti, & ciuiles, prout secundùm lecturam istorum est Monasterium: at quando testator non exprimit conditionem, opus est vt lex faciat de nouo, & superinducat conditiones non expressas à testatore: certum autem est in iure faciliùs dari extensionem, quàm creationem de nouo, Alex. cons. 84. num. 5. lib. 5. Castr. cons. 457. in princ. lib. 2. Iason. in l. fin. num. 42. limit. 5. ff. de fer. Cagnol. in l. 2. num. 142. C. de pact. inter empt. & vend. Rol. cons. 4. n. 27. lib. 3. Rot. decis. 20. num 8. de præb. in nou. Boer. decis. 294. num. 8. sicut etiam faciliùs datur qualitas, quàm substantia, Angel. in l. si certis annis, num. 11. C. de pact. Socin. cons. 104. num. 10. lib. 2. Dec. cons. 442. num. 22. Crau. de antiq. temp. p. 1. num. 317. Cephal. cons. 170. num. 26. Natt. cons. 102. num. 3. Menoch. cons. 93. num. 15. Surd. decis. 322. num. 71. Neque hoc casu potest fieri vis super dd. ll. cum auus, & cùm acutissimi, quia vt suprà demonstratum est, iuxta illas subintelligitur conditio de naturalibus, non de fictis, & proinde sicut quando testator in conditione, si sine filijs, exprimit qualitates non competentes nisi naturalibus, non venit Monasterium, vt patet ex alleg. suprà in prima inspectione, ita & multò magis debet euenire quando conditio de naturalibus tantum subintelligitur, ne aliàs sit maior vis taciti, quàm expressi, & ne detur fictio fictionis, contra vulg. conclusiones, de quo per Crau. cons. 32. num. 2. & cons. 34. n. 3. Bec. cons. 39. num. 24 & seq. l. 1. C. de dot. promiss. l. cum post, §. gener. & ibi glos. verb. placuit, ff. de iur. dot. Roman. cons. 350. n. 16. Bero. cons. 160. num. 13. lib. 2. & propiùs ad istos terminos Dec. in d. c. in præsentia, num. 191. Felin. n. 42. de prob.

14 Si verò attendatur secunda opinio, quòd dd. §. sed hoc præsenti, & c. in præsentia, sint fundati in eo, quòd conditio, si sine filijs, aduersetur vitæ castæ, & contemplatiuæ, differentia erit, quia etiam in materia morali magis improbatur conditio expressa, quàm tacita, & implicita, exemplum in dolo futuro, quod expressè remitti non potest, secus tacitè, & implicitè, l. si vnus, §. illud, ff. de pact. Dyn. in reg. contractus 85. de reg. iur. in 6. Federic. de Sen. cons. 125. n. 5. Idem in pacto de futura successione, de quo per Alex. cons. 28. num. 7. vers. nec obstat, quod pactum, lib. 3. Dec. cons. 31. num. 4. vers. & sic fuit pactum, Idem in venditione iurispatronatus, de quo per Scriben. in cap. ex literis, de iur. patron. Bald. cons. 32. num. 3. lib. 1. Abb. quæst. 5. num. 5. vers. & primo, Gemin. cons. 45. n. 2. Lap. alleg. 129. num. 24. Aliud exemplum, de quo per Nauar. cons. 3. num. 1. de testam. facit quia testator quoniam in se est æqualiter, excludit tam filios, quàm Monasterium, & sic non aduersatus fuit vitæ contemplatiuæ, & licet superuenerint ll. cum auus, & cùm acutissimi, quæ supplent introducendo filios, nulla tamen lex inuenitur, quæ in hoc casu omissionis vtriusque suppleat pro Monasterio, & proinde res remanet in dispositione iuris, quòd scilicet casus omissus habeatur pro omisso, iuxta l. commodissime, ff. de lib. & posthum. cum alijs suprà allegatis.

Deni-

15 Denique si attendatur vltima opinio de præsumpta dilectione testatoris erga Monasterium, cùm ista dilectio sit colligenda ex conditione, si sine liberis, vt latè suprà in prima inspectione demonstratum est, ista dilectio magis colligetur quando testator expressit conditionem, si sine liberis, quàm quando illam tacuit, etiamsi à lege subintelligatur, quia primo casu voluntas erga filios est certa; secundo verò casu præsumpta tantùm, & faciliùs fabricatur præsumptio super certitudine, quàm super alia præsumptione, *l. quisquis, C. de donat. l. quædam mulier, ff. de rei vindic.* Roman. *cons.*160. *num.*13. *lib.*2. latè Surd. *cons.*135. *num.*78. *cum seqq.* & quòd voluntas magis colligatur ex expresso, quàm tacito, & subintellecto, tradunt Crau. *cons.* 34. *num.*2. *&* 3. Bec. *cons.*39. *num.*25. & dicit Castr. *cons.*334 *num.*5. *vol.*1. voluntatem expressam magis latè interpretari, & Ruin. *cons.*10. *num.*10. *lib.* 2. quòd ista est magis efficax, & apta parere maiores effectus. Secunda differentia est, quia quando testator exprimit conditinnem, si sine liberis, substitutio dicitur conditionalis, hac conditione, vsque ab initio: quando autem testator illam non exprimit, licet subintelligatur, iuxta terminos *l. cum auus, & l. cum acutissimi*; attamen fideicommissum non est conditionale ab initio, sed ita demum, si liberi superstites relinquantur, vt latè probat Emmanuel à Costa *in cap. si pater, verb. si absque liberis, numer.*71. *& in verb. Trebellianica, num.* 28. *de testam. in* 6. ex qua conclusione duæ resultant illationes. Prima est, quòd faciliùs debeat tolli substitutio conditionalis, quàm simplex, ad not. per Roman. *cons.* 256. *in fin.* Sarn. *in reg. de iur. quæs. non tollen. qu.*4. *in princ.* Dec. *cons.* 146. *num.* 4. Paris. *cons.* 5. *num.* 96. *lib.* 4. Cassad. *super reg. decis.* 24. *num.*2. *&* 3. Altera est, quòd defuncto sine filijs grauato, qui ingressus fuerat Monasterium, tacita conditio, de qua *in l. cum auus, & l. cum acutissimi*, nunquam dicatur fuisse in rerum natura, eùm vt dictum est, incipiat à die quo extant liberi, & consequenter, nihil potuerit operari ad fauorem Monasterij, per regulam quòd non entis nullæ sunt partes, aut qualitates, *l. eius qui in pecuniaria, ff. si cert. pet. l. sed & si manente, ff. de precar. l. si seruum, §. si modus, ff. de act. empt.* Roman. *cons.*91. *num.* 8. Fulgos. *cons.*93. *num.*1. *in fin.* Oldrad. *cons.* 203. *vers. ad secundam*, Card. *cons.*29. *n.*1. Curt. iun. *cons.*14. *num.*8. Alex. *cons.*30. *n.*5. *lib.*7.

16 Et enim prædictis rationibus visum fuit recedere à glos. *in l. cum acutissimi, verb. defuncti*, quam ibi sequuti fuerunt Buttig. *in fin.* Salyc. *num.*4. Barbat. *in addit. ad Bald. super ead. l. in princ.* Corn. qui de communi, *num.* 9. *C. de fideicom.* Bald. *in cap. in præsentia, numer.*18. *de prob.* Gomes, qui magis communem testatur, *vers. resol. tom.*1. *cap.*5. *de substit. fideicom. num.*34. *circa fin.* Greg. Lopez *in l.* 10. *tit.*4. *p.* 6. glos. *vers. item quod si grauatus*, Galliaul. *in l. Gallus, §. & quod si tantum, num.*19. *ff. de lib. & posthum.* nam glos. loquitur per transennam, & non disputat articulum, Bald. ponit rationem, quæ supponit illud, quod disputatur, dicit enim quòd substitutio censetur facta sub duabus conditionibus, si grauatus filios non habuerit, & si idem Monasterium non ingrediatur; verùm non probat per quam regulam, quando conditio, si sine filijs, in qua stat vis, vt suprà demonstratum est, non est expressa, subintelligatur conditio, si Monasterium non ingrediatur, eùm tot, & tanta in contrarium vrgeant, vt suprà dictum est. Cæteri verò sequuti sunt potius auctoritatem, quàm rationem. Hanc enim opinionem contra Monasterium, quam modò sequitur Rota, communem dixerunt Emmanuel Costa *in repetit. dict. cap. si pater, verb. si absque liberis, num.*70. *&* 71. *de testam. in* 6. quem sequitur Crass. *in §. fideicommissum, quæst.*40. *nu.* 2. sed nemo ex illis allegat auctorem, qui loquatur de hoc articulo, vnde potest dici, quòd opinio sit magis vera, non autem quòd sit magis communis.

Et ita, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Massilien. pecuniaria.

Lunæ 6. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

De confessione tutoris, & curatoris quando pupillo noceat, est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Tutoris confessio facta in instrumento, pupillo non nocet, nisi concurrant adminicula, n.1. & 2.

Prælati voluntaria confessio non præiudicat Ecclesiæ, nisi alia concurrant coniectura, & præsumptiones, n.2.

Tutoris confessio facta in iudicio per viam contentiosæ iurisdictionis, nocet pupillo, n.3.

Confessio vnius licet alteri non præiudicet, facit tamen aliquam coniecturam, n.4.

Verisimilitudo confessionis probat etiam in suspectis, & prohibitis personis, ibid.

DECISIO CCCLIX.

Rota censuit constare de causis restitutionis in integrum; quia visum fuit hodie satis constare de aditione hæreditatis Thomæ senioris, per Alexandrum, & Thomam iuniorem. De aditione enim Antonij, & Iuliani fratrum dicti Alexandri, & Thomæ iunioris non est dubitandum, & Rota aliàs etiam admisit; aditio autem respectu Alexandri, & Thomæ probatur ex confessione matris, & tutricis eorundem in instrumento procuræ; licet enim sit extraiudicialis, & emanauerit per modum voluntariæ iurisdictionis, quo casu pupillis non solet præiudicare, *l. Lucius, ff. de admin. tut.* & ibi Bart. idem Bart. *in l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess.* Ang. & Imol. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig.* attamen concurrentibus adminiculis plenè probat, vt fuit dictum in Romana tutelæ 12. Februarij 1582. coram fel. rec. Clem. VIII. 1

Sicuti in confessione Prælati voluntaria, quæ non præiudicat Ecclesiæ, *cap. præsentium, de testib.* Afflict. *decis.*168. *n.*4. *c.*136. in manuscript. si tamen pro ea concurrant præsumptiones & coniecturæ, probat, & præiudicium parit, Ruin. *cons.*124. *post n.*4. *lib.*1. dixit Rota in vna Imolen. iurispat. 28. Maij 1584. relata inter diuersas, *decis.*162. *part.*1. & in dicta Romana tutelæ. Sic confessio patris legitimi administratoris, quæ alias non præiudicaret filio, *l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess.* præiudicat quando iuuatur coniecturis, Ruin. *d. cons.*142. *nu.*4. Natt. *cons.*547. *sub n.*24. idem de confessione Procuratoris dixit Rota in vna Gerunden. pensionis 8. Septembris 1579. coram bo. me. Card. Seraphino. 2

Adminicula autem sunt plura, & vrgentia non solùm ex alijs confessionibus eiusdem tutricis, sed etiam ex confessione curatoris ad litem in responsione ad positiones, quæ per se sola plenè probaret, Rota Gen. *decis.*110. *n.*2. prout de responsione tutoris ad positiones, quòd pupillus sit hæres, tradit Soc. *cons.* 57. *num.*10. *lib.*4. Negari enim non potest, quòd non emanauerit per viam contentiosæ iurisdictionis, vt dicitur in dicta decis. Gen. quo casu confessio tutoris, & curatoris præiudicat quousque de errore non doceatur, Bart. *in d. l. certum, §. sed an & ipsos, n.*1. *in fin. & num.*2. *vers. vt confitentur*, vbi etiam Cuman. *n.*2. *in fin. & n.*3. *vers. sed numquid*, Abb. *in c. ex parte, n.*10. *vers. aut confitemur per viam contentiosæ iurisdictionis, de confess.* fuit dictum in Romana legati 11. Februarij 1602. coram R. P. D. meo Sacrato, & sæpè in alijs, & quamuis aliquid obijciatur contra hanc confessionem, ita vt forsan per se sola non sufficeret, negari tamen non potest, quin deseruiat pro magno adminiculo. 3

Accedunt plures assertiones, & confessiones Antonij 4
cohæredis factæ in diuersis instrumentis; licet enim confessio vnius alteri non præiudicet, *l. duobus, §.*1. vbi Ias. *ff. de iureiur.* Tiraq. *de retract. conuent. §.*4. *glos.*6. *n.*9. attamen facit saltem coniecturam, vt per Surd. *decis.*325. *n.*11. Concurrit etiam exactio pecuniarum ab ipsis facta vti hæredibus Thomæ senioris, vt constat ex instrumento, sub die 22. Martij 1593. & aliæ plures coniecturæ suadentes aditionem. Coadiuuatur etiam confessio tutricis magna

veri-

verisimilitudine ex aditione facta per fratres maiores cohæredes, de qua, vt dictum est, non dubitatur, & quam non fecissent, si hæreditas non esset lucrosa. Vnde non est verisimile, quòd tutrix eam neglexerit; verisimilitudo autem operatur vt confessio, quæ aliàs fidem non faceret, probet etiam in suspectis, & prohibitis, vt inter patrem, & filium, virum, & vxorem, Salyc. *in l. mater, C. de contr. empt.* Alex. *in l. edita, in fin. C. de edend. & cons.* 18. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 3. latè Tiraq. *in l. si vnquam in ver. donatione largitus, n.* 100. *& seq. C. de renoc. donat.* Ex quibus, & alijs deductis per informantes, fuit conclusum constare de aditione, & per consequens de causis restitutionis in integrum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO, posteà S. R. E. Cardinali.

Adrien. beneficiorum.

Lunæ 6. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Habes ex summario.

SVMMARIVM.

Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis, n. 1.

Possessio posterior, & capta alio existente in possessione non est manutenibilis, n. 2.

Vnio quæ fuit reuocata, nec habuit effectum, non habetur in consideratione, n. 3.

DECISIO CCCLX.

1 DAndum esse Domino Iuliano Castagnolæ mandatum de manutenendo, cùm de eius possessione constet capta eius nomine per Iosephum Mannochiam vti Procuratorem substitutum ab Oliuerio Procuratore constituto à Castagnola, cùm facultate substituendi, & ista possessio quamuis instrumentalis, tamen vti capta nemine contradicente, & dum possessio beneficiorum esset vacua, est manutenibilis, Mohed. *decis.* 12. *&* 20. *de restit. spol.*

2 Non obstat si forsan allegabitur possessio Capituli Adr. quia vti posterior, & capta dum Iulianus iam existeret in possessione, non est manutenibilis.

3 Non obstat etiam, si dicatur Iulianum iniustè possedisse beneficia, de quibus agitur, cùm fuissent vnita mensæ capitulari Adrien. auctoritate Reuerendissimi Episcopi vsque de anno 1597. & sic multis annis ante possessionem dicti Iuliani, quæ fuit capta de mense Martij 1610. Nam respondetur primum id respicere petitorium, deinde illam vnionem tunc fuisse factam de beneficijs, quare neque de iure, neque de facto vacabant, & vti non sortitum effectum fuisse reuocatum per regulas superuenientes fel. rec. Leonis XI. & D. N. & in similibus terminis fuit sæpè decisum, & signanter in causa Aquen. beneficiorum 19. Decembris 1608. coram me, & antea de eodem anno 23. Ianuarij. In causa autem Toletana Capellaniæ coram R. P. D. meo Pamphilio; & quidem post dictam vnionem plures contigerunt vacationes per resignationem ex causa permutationis, & fuit auctoritate Apostolica prouisus Iulianus, præterea in dicta vacatione non fuit expressus valor beneficiorum, & concurrunt aliæ difficultates suo tempore discutiendæ. Et ita fuit conclusum solo Domino Iuliano informante, cùm Procurator Capituli sæpiùs citatus non comparuisset.

R. P. D. PIROVANO.

Romana affictus Sermonetæ.

Veneris 10. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Verba quantumuis generalia restringuntur pluribus modis, de quibus in hac decisione, & de significatione dictionis *tantùm*.

SVMMARIVM.

Tantùm *dictionis natura est æqualiter diuidere, & vniformes partes facere, & in ea subintelligitur dictio* quantum, *num.* 1.

Correlatiua virtualiter recipiunt vniformem determinationem; & vnum sub altero continetur, num. 1. *in fine.*

Verba generalia recipiunt restrictionem ex mente, & voluntate contrahentium, n. 2.

Procemis narratiua censetur repetita in stipulatione, num. 3. *in fine.*

Verba generalia sunt restringenda ad causam, propter quam fuerunt pro rata, n. 4.

Verba generalia restringuntur ex natura actus, super quo proferuntur, ibid. in fin.

Promissio releuandi aliquem à molestijs extenditur etiam ad molestias datas de facto, n. 5. *in fin.*

DECISIO CCCLXI.

PRomoto R. P. D. Horatio Lancellotto Rotæ Auditore ad dignitatem Cardinalatus, non extensa resolutione in hac causa capta pro Dominis Santinello, & Iacobello, mandarunt Domini mihi in eius locum suffecto, vt muneri prædicto satisfacerem, quibus placuit recedendum esse à decisis. Verba enim instrumenti visa fuerunt clara, dum contrahentes in procemio concordiæ sibi ipsis proposuerunt, vt quisque eorum pro sua qualibet rata, & portione onus soluendi debita societatis in se assumeret, & exinde deuenerunt ad particulares conuentiones, & obligationes, quibus Baschius primò se astrinxit solutioni scutorum 5000. pro extinguendo censu nomine societatis contracto, Santinellus, & Iacobellus accollarunt, & assumpserunt in se vnusquisque ipsorum per formalia verba *tantum* ex debito remanente ad proportionem secundùm ratam participationis, & debiti vniuscuiusque ipsorum in dictu negotio, seu affictu, hoc est, vnusquisque ipsorum ad proportionem accollationis factæ per Baschium ad computum suæ ratæ portionis debiti respectiuè ad totum debitum sibi ipsis assumerent onus extinguendi tantùm ex debito remanente, ita vt si Baschius puta, quartam partem suæ ratæ partis debiti extinxisset, assumendo in se onus soluendi scuta 5000. eandem quartam partem ratæ eorum partis debiti tenebantur extinguere Santinellus, & Iacobellus propter illam dictionem *tantùm*, cuius naturæ est diuidere æqualiter, & facere accollationes vniformes, Surd. *cons.* 401. *n.* 12. *vers. contrariam, & num.* 14. *in fin. lib.* 3. quod idem fuit consideratum in decisione in hac causa facta 23. Ianuarij coram bon. mem. Litta, & quamuis in instrumento correspondentia alterius dictionis *quantum*, non legatur, illa tamen vti correlatiua virtualiter inest, & recipit vniformem determinationem, *l.* 1. vbi Bart. *C. de cupress. lib.* 10. Bec. *cons.* 45. *num.* 22. idem Surd. *cons.* 401. *n.* 15.

Vlterius Baschius firmata conuentione mutui oneris 2 voluit addi in concordia sequentia verba eius particularem fauorem, & commodum concernentia, videlicet, & pro eorum rata promittunt idem Comes, qui est Santinellus, & Iulius Iacobellus releuare indemnem ipsum Baschium ab omnibus alijs debitis restantibus, & paulò infrà; & omninò liberare, & eximere, quæ verba quamtumuis generalia, & apta comprehendere omnia debita, nemine recluso, tamen recipiunt eam restrictionem, quam contrahentes adijcere voluerunt, scilicet pro rata eorum, Ruin. *cons.* 20. *num.* 2. *vol.* 1. Surd. *cons.* 77. *num.* 26. *& d.* 122. *n.* 19. vnde releuantia, & indemnitatis promissio excedere non debet ratam partem participationis, & debiti, quia ad eam contrahentes restrinxerunt.

Non obstat ponderatio de qua in decisione Illustrissimi 3 Cardinalis, scilicet, quòd illa verba, *accollant in se vnusquisque tantum ex debito remanente ad proportionem secundùm ratam participationis*, magis sint referenda ad diuisionem oneris inter Santinellum, & Iacobellum, quàm ad restringendum promissionem indemnitatis; quia vltra quòd accollatio non fuit de toto debito, sed de parte debiti remanentis. Fuit etiam responsum, quòd cùm posita fuerint ad qualificandam obligationem mutuæ accollationis ad posteriorem obligationem de indemnitate tanquam diuersam deseruire non possunt, & si dicatur eundem sensum habere sequentia verba, ibi, *& pro eorum rata promittunt*, &c. Dominis non placuit prædicta interpretatio tanquam repugnans menti contrahentium in procemio concordiæ, quorum intentio fuit solùm, vt vnusquisque pro sua rata portione obligaretur, quæ eadem in stipulatione censetur repetita, *l. item quia*, vbi glos. & Bart. *ff. de pactis*, Socin. inn. *cons.* 79. *nu.* 60. *vol.* 3. Paris. *cons.* 18. *n.* 31. *lib.* 2. Soc. sen. *cons.* 249. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 2.

Præ-

4 Prætetea fuit consideratum nullam extitisse causam conseruandi indemnem Basehium à sua rata portione, pro qua remanebat debitor, & in notabili quantitate iuxta calculum aliàs in Rota firmatum, & consequenter, nec verisimile, quòd Santinellus, & Iacobellus voluerint sibi ipsis accollate summam excessiuam Baschio tangentem, & minus debita aliorum sociorum, de quibus nihil est dictum in concordia, quia hoc fuisset iactare suum, quod nemo præsumitur, vulg. *l. cum de indebito, ff. de probat. l. vltim. C. arbitr. tutel. cap. sollicitè, §. quia non est verisimile de restit. spoliat.* & ideò verba quantumuis generalia esse restringenda ad causam, propter quam fuerunt prolata, Crauett, *cons.* 236. *num.* 6. & fuit dictum in Perusina exequutionis 15. Iunij 1609. coram bo. mem. Iusto, maximè quando deseruire habent naturæ actus, quæ est, vt in societate æs alienum æqualiter soluatur, & diuidatur, Crauett. *cons.* 298. *n.* 5.

5 Nec dicatur si pro rata tantùm staret obligatio, quòd illa verba viderentur superflua, & sine effectu, cùm ex lege societatis absque noua pactione socij æqualiter ad debita persoluenda obligari censeantur. Quia non videntur stare sine effectu, cùm promptior, & plenior dicatur actio parata per obligationem indemnitatis, quàm per legem societatis, dum ex promissione releuandi etiam de facto molestatus agere possit contra promissorem, Abb. *cons.* 43. *in princ. part.* 1. Dec. *cons.* 323. *n.* 4. Olasc. decis. Pedem. 48. *n.* 8. Surd. *cons.* 150. *num.* 9. &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Elnen. præceptoriæ.

Veneris 10. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Legitimus contradictor quis dicatur in beneficialibus, præsertim ad impediendam immissionem prouisi Apostolici.

SVMMARIVM.

Contradictor legitimus, vt quis dicatur in beneficialibus ad impediendam immissionem prouisi, requiritur par titulus, n. 1. declara, vt n. 2.

Prouisus ab Ordinario non est legitimus contradictor cum prouiso à Sede Apostolica, ibid. declara, vt n. 2.

Prouisus ab Ordinario existens in possessione beneficij est legitimus contradictor contra prouisum Apostolicum, declara vt n. 2.

Legitimus contradictor quando quis dicatur in exequutione literarum Apostolicarum, ibid.

Papa per quascunque gratiosas prouisiones non præsumitur velle facere præiudicium Ordinarijs, ibid.

Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, n. 3.

Contradictor legitimus non dicitur qui non habet parem titulum ex eodem fonte prouenientem, declara vt n. 3.

Beneficium, & præceptoria de iure præsumitur manualis, nisi contrarium probetur, n. 4. vbi declaratur hæc conclusio.

DECISIO CCCLXII.

1 Dixerunt Domini Petrum non esse legitimum contradictorem ad impediendam immissionem Iacobi, cùm ad hunc effectum par titulus requiratur, vt per Bart. *in l. fin. n.* 21. ibique alios communiter, *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Put. *decis.* 302. *lib.* 1. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 58. Petrus, qui est prouisus ab Abbate S. Antonij, ordinario collatore, non potest concurrere cum Iacobo, qui habet à Sede Apostolica prouisionem cum gratiosa subrogatione in iuribus, possessioneque vltimi præceptoris.

2 Et licet ista regula, quæ est indubitata, inter duos prouisos, quorum vterque petit immissionem, fallat aliquando, quando contra prouisum Apostolicum instantem pro immissione opponit se prouisus ab Ordinario iam in possessione existens, sicuti etiam in remedio dictæ legis finalis, cuius ad instar proceditur in hac materia executionis literarum Apostolicarum, admittitur etiam contradictor ab alio fonte, puta ab alio testatore, vt per Ruin. *cons.* 28. *n.* 2. *vers. subdit.* Bart. *lib.* 5. tamen fallentia procedit, quando ille possessor allegat titulum, qui vel excludit prouisionem Papæ, vel illam reddit admodum turbidam, tunc enim quia Papa per subrogationes gratiosas, aut alias prouisiones non intendit facere Ordinarijs, vel illis, qui ab ipsis prouisi sunt, aliquod præiudicium, vt dixit Rota in Burgens. de Pancoruo coram Giptio, & in alijs causis, ideò in aliquo speciali casu, vel processum fuit ordinariè, vel certè data fuit possessori aliqua dilatio ad docendum de validitate dicti tituli, vt interim fuit supersessum paulisper in exequutione literarum Apostolicarum, & sic procedunt decisiones coram Orano, & aliæ, quæ possunt allegari.

Ista autem non applicantur in hoc casu, in quo licet Petrus sit possessor, tamen per duas decisiones fuit resolutum constare de notoria, & patente reseruatione præceptoriæ, de qua agitur, cùm illius vacatio contigerit mense Apostolico. Ideòque nec titulus Petri, nec possessio haberi deberet in aliqua consideratione, quia stante decreto apposito in regulis reseruatorijs inficitur titulus concessus ab Ordinario, & quæcunque possessio inde quæsita, vt fuit dictum in Insenen. Canonicatus 13. Maij 1588. coram Bubalo, Auersana bonorum 3. Iulij 1602. coram Reuerendo Patre Domino Decano, in Pampilonen. præceptoriæ. Et quidem si sufficeret possessio cum titulo ab Ordinario ad impediendam exequutionem literarum Apostolicarum, actum esset de huiusmodi exequutione, quia vt plurimum Ordinarij præueniunt in notitia renunciationis, & in conferendo, & regulariter in terminis dictæ l. finalis possessor cum titulo impare, idest, qui non sit ab eodem fonte, non habetur pro legitimo contradictore, nisi incontinenti doceat de titulo tali, qui excludat, & impediat immissionem petitam; atque dato quòd aliquo casu possit aliqualis dilatio, & paululum supersederi, vt dictum est; tamen hoc debet intelligi, quando datur maximus fumus boni iuris, & allegatur aliquid, quod turbidam reddat reseruationem, & si probabitur illum impediet. 3

At verò in hoc casu iam per annos aliquot agitatur ista lis, & tamen adhuc nihil probatum fuit, quod elidat, vel turbidam reddat reseruationem, imò nec oretenus fuit allegatum aliud, nisi quòd ista præceptoria est manualis ex iuris præsumptione, & per consequens non cadit sub reseruatione: sed huiusmodi allegatio non suffragatur, quia contra illam præsumptionem adest vera probatio, quòd præceptoria est collatiua, vt benè deponunt testes, & constat ex vltimo statu plurium collationum, quæ per spatium etiam longi temporis occurrentibus vacationibus successiuè factæ fuerunt per Sedem Apostolicam, nec ex iuris præsumptione necessario sequitur, quòd omnia beneficia regularia sint manualia, quia possunt esse electiua, aut iurata, prout latiùs hæc omnia fuerunt deducta in decisionibus. Itaque fuit conclusum dandum esse Iacobo immissionem ipso tantùm informante, sed Petri Procuratore sæpiùs citato, &c. 4

Supra in eadem causa est decisio 340.

R. P. D. LVDOVISIO,
posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana spolij de Pinis.

Veneris 10. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Spoliator repellitur ab agendo, etiamsi spolium non commiserit, sed ratificauerit, & ex pluribus inducitur ratificatio spolij, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Spolium à tertio commissum non repellit ab agendo, etiamsi sit factum à Procuratore, qui non videtur tale mandatum habuisse, num. 1. fallit quando dominus ratum habuit, ibidem.

Ratificatio æquiparatur mandato, etiam vbi mandatum speciale requiritur, ibid.

Spolij ratificatio inducitur ex adeptione possessionis vigore iudicij spoliatiui facta, n. 2.

Ratificatio non datur absque scientia specifica, & cum omnibus qualitatibus, n. 3.

Spolij ratificatio inducitur ex sustentatione litis super spolio, num. 4.

Spolium ratificatum dicitur per dominum ex eo, quòd habita notitia non contradixit, n. 5.

Spolij exceptio obstat agenti quousque spolium non est plenè purgatum, ibid.

DE-

DECISIO CCCLXIII.

1 FVit recessum à decisione vltimo loco in hac causa facta: licet enim verum sit spoliationem à tertio factam non repellere ab agendo etiam quòd sit facta à Procuratore, quia non videtur tale mandatum habuisse à domino, *l. si procurator, ff. de condict. indeb.* Ægid. *decis.* 550. *si procurator, num.* 1. Attamen est etiam verum non procedere quando dominus ratum babuit factum Procuratoris, Ægid. *ibi*, Lancellot. *de attentat. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 47. *cum duobus seqq.* Ratificatio enim mandato æquiparatur, *l. fin. ff. ad Maced. c. ratihabitionem, de reg. iur. in* 6. etiam vbi speciale requiritur mandatum, *l. quod si de speciali*, vbi Bald. *ff. de minor.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 10. *n.* 31.

2 Actus autem ratificatorij, & sententiæ, quibus mediantibus fuit commissum spolium, deducuntur ex obligatione quam fecerunt præsidens, & oblatæ de restituendo creditoribus prioribus, & potioribus in vim dictæ sententiæ ex adeptione possessionis domorum eiusdem iudicij spolitiui vigore, cùm perceptione pensionum per plures, & in alijs, qui actus data scientia spoliationis indubitatam ostendunt eius ratificationem.

3 Difficultas est in scientia præsidentis, & oblatorum, quia sine ea non datur ratificatio, Oldrad. *cons.* 329. *n.* 10. Bald. *in l. cum a matre, C. de rei vendic.* Natt. *cons.* 162. *n.* 31. *& seqq.* certa & specifica cum omnibus qualitatibus, latè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 36. *glos.* 2. *n.* 30. & in terminis nostris Lancell. *d. c.* 1. *n.* 75. *& seqq.*

4 Visum autem fuit Dominis scientiam præsidentis, & oblatorum probandam multis argumentis adductis pro parte illorum de Pinis, signanter autem ex eo, quòd contra ipsas fuit motum iudicium spolij in Rota, & illud sustinuerunt vsque ad sententiam inclusiuè, & non est verisimile quòd Procurator ipsis inconsultis talem litem ageret, vt per Lancell. *vbi suprà n.* 6. qui à prosequutione litis super attentatoribus inductæ arguit scientiam domini, & cùm scientia ratificationem attentatorum commissorum à Procuratore, quod dicit fuisse decisum in Rota in vna Legionen. iurisdictionis coram Robeo, & quòd per comparitionem, & defensionem iudicij super spolio colligatur scientia, & ratificatio spoliationis factæ à Procuratore, dixit Rota in Romana vineæ de Fabris 20. Decemb. 1604. coram R. P. D. meo Coccino.

5 Non solùm autem defendendo actum spoliatiuum Procuratoris, ratificarunt spolium per prædicta, sed etiam ex eo quòd post habitam notitiam non reuocarunt, vel contradixerunt, Ægid. *d. decis.* 550. Caputaq. *decis.* 53. *n.* 6. *&* 58. *par.* 1. *& decis.* 179. *par.* 3. Lancellot. *vbi supra, n.* 59. qui testatur ita resoluisse Rota coram Gropperio in vna Cæsaraogustana dignitatum, & videtur carere difficultate, quia præsidens, & oblatæ fuerunt condemnatæ ad purgationem spolij, & restitutionem domorum, cum fructibus perceptis per sententiam Rotalem, quæ transitum fecit in iudicatum, & cui ipsæ paruerunt quoad restitutionem domorum, vnde quamdiu non restituuntur etiam fructus, non est plenè purgatum spolium, illisque agere volentibus contra Pinos, obstat exceptio spolij, *cap.* 2. *& fin. de ord. cogn. c. frequens de restit. spol. in* 6.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. administrationis.

Veneris 10. *Iunij* 1611.

ARGVMENTVM.

De administratore, qui à redditione rationum liberatus fuit, nunquid teneatur restituere reliquatum, & cui incumbat onus probandi apud administratorem remanere reliquatum, & quid de statuto Bononien. lib. 4. tit. de tutelis, §. præterea.

SVMMARIVM.

Administrator, cui fuit remissa redditio rationum, nunquid teneatur restituere reliquatum, n. 1. *&* 2.

Administrator liberatus cum amplissimis clausulis à redditione rationum, licet teneatur restituere reliquatum: qui tamen dicit penes administratorem remanere, reliquatum probare debet, n. 2.

Tutores vigore statuti Bononien. tenentur reddere rationem, non obstante aliqua absolutione, vel dispositione testatoris. Quomodo hoc statutum intelligatur? n. 3.

Tutor durante tutela non tenetur reddere rationem sua tutelæ, ibid.

Extensio non datur in exorbitantibus à iure communi, ibid. & num. 4. *Vbi præsertim quando in vno casu est maior vis rationis, quàm in alio.*

DECISIO CCCLXIV.

1 DOmini perstiterunt in decisis in hac causa sub die 28. Februarij proximi, quòd scilicet Bartholomæa non teneatur reddere rationem, nisi ex parte DD. de Barzelinis, probetur dolus verus, ex deductis in prædicta decisione.

2 Et ad illud, quòd saltem teneatur restituere reliquatum, quicquid sit de hoc quando est legatum illud, in quo quis remanet debitor, prout in hoc casu dictum fuit cessare difficultatem, quia non probatur quòd adsit aliquid vltra illud quod restituit Bartholomæa, quod onus probandi incumbit DD. de Barzelinis tanquam fundamentum eorum intentionis, *l. si qui de prob. cum concord.* & in simili de illo qui dicitur ex fructibus perceptis factus locupletior, est cons. Angel. 160. *in fin.* Gabr. qui de magis communi, *cons.* 108. *nu.* 10. *cum pluribus seqq. lib.* 1. Menoch. qui pariter de communi, *tract. de recuper. remed.* 15. *num.* 186. Rota in causa Vrbeuetana legati 27. Octobris 1589. coram Illustrissimo Plato, aliàs si diceretur onus probandi incumbere illi, qui est liberatus in amplissima forma à redditione rationis, prout est liberata Bartholomæa destrueretur communis conclusio firmata in alia decis. quòd scilicet liberatio fieri possit, nam istud docere, quòd non adsit reliquatus, nihil aliud est, quàm reddere ipsam rationem, vt de se patet.

3 Quo verò ad statutum Bononiense *lib.* 4. *tit. de tutel.* §. *præterea*, quod mandat tutores reddere rationem, non obstante aliqua absolutione, vel dispositione testatoris, fuit responsum illud statutum non loqui de ratione ordinaria, quæ petitur à tutore post finitam tutelam, prout est casus, de quo agitur, sed de quadam ratione extraordinaria, quam statutum mandat reddi singulis annis, durante tutela duobus agnatis, siue cognatis, aut vicinis, & proinde cum casu, de quo agitur, minimè conueniant verba statuti, minus conuenit illius dispositio, *l. dies cautioni*, §. *toties, ff. de damn. infect.* Rom. *cons.* 197. *in princ. vers. circa præmissa*, Signorol. *cons.* 191. *num.* 5. Alex. *cons.* 8. *n.* 22. *lib.* 3. Dec. *cons.* 684. *nu.* 1. maximè cùm exorbitet à iure communi, secundùm quod tutor non tenetur reddere rationem durante tutela, *l. nisi finita, ff. de tutel.* & proinde non est trahendum extra suum casum, *cap. quæ à iure communi exorbitant, de reg. iur. in* 6. Gemin. *cons.* 62. *n.* 9. *vers. exorbitantia*, Abb. *cons.* 44. *in fin. lib.* 1. Oldrad. *cons.* 150. *n.* 3. Dec. *cons.* 32. *n.* 5. Bec. *cons.* 3. *n.* 43. Surd. *decis* 49. *num.* 10. & placuit simile, de quo in Bononien. Laudi 6. Aprilis 1609. coram bo. me. Iusto, vbi fuit dictum, quòd ille, qui promiserat tradere bilancium singulis annis, non poterat cogi ad seruandam conuentionem finita societate, & lapsis pluribus annis. Aliud simile fuit coram me dictum in causa Lucana bonorum 6. Nouembris 1602. nempè, quòd si quis habet locationem ad biennium, & à locatore spolietur re locata, & permittat labi biennium, non poterit postea petere restitutionem ad rem conductam, quia status rei est immotatus, & aliud pro alio restitueret, & ibi etiam fuit allegata alia similis decisio in Romana vineæ 7. Octobris 1587. coram bon. mem. Seraphino, & facit text. *in l. si vsusfructus mihi in biennium, vers. quia alius futurus sit, ff. de vsufr. leg.*

4 Placuit etiam multis ex Dominis alia responsio, quòd statutum tanquam exorbitans non habeat locum quando legatur illud, in quo administrator remanet debitor, cùm tali casu termini sint magis fortes, ex allegatis in alia decisione, & statutum exorbitans non trahatur de casu ad casum, ex suprà deductis, maximè quando in vno est maior vis rationis, quàm in alio, vt in terminis regularum Cancellariæ, fuit coram me dictum in causa Messanen. Canonicatus 7. Februarij proximi. Et licet Montentius super dicto statuto *in verbo absolutè*, teneat contrarium: attamen cùm nullam deducat rationem, nec Plo-

tus

tus per eum allegatus aliquid dicat, & in contrarium sint suprà adducta, visum fuit Dominis posse tutò recedi ab illius opinione. Et quantum ad illud, quòd Bartholomæa iam obtulerit reddere rationem, & propterea sit cogenda ad præstandum illud quod obtulit, fuit responsum, quòd oblatio non fuit simplex, sed cum multis protestationibus, & præseruationibus sui iuris, animo non admittendi aliquid de intentione aduersarij, & cum alijs, de quibus in dictis protestationibus.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Terulen. vicariatum, seu concursus.

Luna 13. *Iunij* 1611.

ARGVMENTVM.

De nullitate examinis testium ob defectum citationis factæ, & iuramenti præstiti in die feriata. An citationes superabundanter, & non necessariæ vitient actum, & quid si citatus dixerit se nolle contradicere.

SVMMARIVM.

Citatio exequuta in die Dominico nulla est, n.1.

Iuramentum testium receptum in die, in qua fuit facta citatio, non valet, num.2.

Dies termini non computatur in termino, ibid.

Citatio facta pro vna die, non inseruit pro alia die, n.3.

Iuramentum testium præstitum in die Dominico non valet, ibid.

Citationes nulliter factæ si ex abundanti facta fuerunt, & non necessariæ, non debent vitiare, n.4.

Citari per contradictas nemo debet, nisi in subsidium, & quando citandus est absens, n.5.

Citationis vim habet monitio iudicis, ibid.

Citatus si dixit se nolle contradicere, nunquid videatur approbasse actum, ad quem fuit citatus, n.6.

Renunciatio strictè interpretanda, vt quantò minus noceat renuncianti, ibid.

DECISIO CCCLXV.

1 PRo nullitate examinis fuit tentum. Primò, quia citatio ad videndum illos iurare, fuit executioni demandata die Dominico, quod fieri non potuit, cùm dies esset feriata in honorem Dei, quicquid sit in feriatis ob necessitates hominum, Guidop. *cons.* 36. *per tot.* Vant. qui de comm. *in tit. de nullit. ex defect. cit. n.*46. Balb. *decis.* 159. Rot. in causa Bononien. liberationis à fideiussione 9. Februarij 1607. coram R. D. meo Attrebaten.

2 Secundò, quia septem ex illis iurarunt io die, in qua fuit facta citatio, quod fieri non potuit, quia illa dies non computatur in termino, *l. cum qui Calendis in princ. ff. de verb. oblig. l.* 1. vbi not. Scrib. & præcipuè Ias. qui de magis communi testatur, *n.*20. *ff. si quis cantion.* & fuit in specie dictum in causa Beneuentana terratum 3. Decemb. 1599. coram me, & in Carthaginen. pensionis 13. Februarij 1604. coram bon. mem. Pamphilio.

3 Tertiò, quia alij testes fuerunt examinati in die, in quo non cadebat citatio, ad Felin. *in cap. in nomine Domini, n.*37. *de testam.* Alexand. *cons.*213. *n.*5. *lib.*2. Rot. *dec.* 15. *de testam. in nou.* Quartò, quia alij iurarunt die Dominico, vnde resultat nullitas iuramenti, Ioan. Andr. *in cap.* 1. *n.*2. & ibi Abb. *n.*9. *& seq. de fer.* Alex. *dict. cons.*213. *n.*4. *lib.*2.

4 Qoibus nullitatibus non visum fuit Dominis satisfactum, primò, ex eo, quòd Dominus Episcopus citatus in Curia non comparuerit, & proinde stante illius contumacia, potuit contra illum procedi per contradictas, atque hinc inferebatur, quòd citationes factæ in partibus, tanquam ex abundanti, & non necessariæ, licet nulliter factæ, non debeant vitiare, Rot. *decis.*15. *num.*2. *de dol. & contum. in nou.* & est regula generalis, de qua *in l.* . . . . *C. de rei vxor. act.* nam præter quòd non tollit defectum iuramenti præstiti in die Dominico per septem testes ex octo examinatis, & sic remanet tantum vnus.

5 Fuit responsum, quòd modus citandi per contradictas est subsidiarius, & in tantum habet locum, in quantum citandus est absens, Ægid. *decis.* 155. *incip. si principalis*, & ideò cùm D. Episcopus esset præsens in loco examinis, erat necessaria formalis citatio, & contraria possent procedere, si examen fuisset factum in curia. Nec visa fuit applicari decis. Put. 381. *lib.*2. quia ibi fuerat facta citatio coram iudice compulsore cum communicatione, quòd si non compareret infra nouem dies, iura extraherentur ipsa non citata, vnde nil mirum si lapsis nouem diebus fuit facta extractio absque alia citatione. In proposito autem casu nulla fuit facta talis comminatio.

6 Secundò principaliter ad prædictas nullitates respondebatur, quòd D. Episcopus citatus coram iudice remissoriali ad contradicendum examini, respondit quòd nolebat contradicere, ex quo infertur quòd examen prout erat, videatur approbasse, & ob id non possit illud ampliùs reprobare. Sed ad hoc fuit dictum, responsionem D. Episcopi posse intelligi, quòd nolebat contradicere coram illo iudice, non autem quòd nollet contradicere in Rota, prout contradixit, & istam interpretationem esse sumendam, quia ista est species renunciationis, quæ strictè interpretatur, & vt quantò minus noceat renuncianti, Calder. *cons.*5. *circa fin. de preb.* Dec. *cons.* 370. *n.*3. Grat. *cons.* 17. *n.*46. *vol.* 1. Dec. *cons.* 111. *n.*31. Surd. *cons.*62. *n.*15. Facit, quòd licet partes litigantes possint sibi præiudicare, non opponendo de nullitate, non propterea sequitur, quòd remanente eadem nullitate, pars quæ hodie non opponit, cras posset illam opponere, vt quotidie practicatur.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Tarentina Canonicatus.

Luna 13. *Iunij* 1611.

ARGVMENTVM.

Via executiua in beneficialibus cessat vbi adest legitimus contradictor, qui ad hunc effectum dicitur, cuius titulus prouenit ex eodem fonte, & is qui possidet.

SVMMARIVM.

Ordinariè est agendum in beneficialibus vbi adest possessor cum pari titulo, n.1.

Tituli dicuntur pares vbi proueniunt ex eodem fonte, & ex gratia Apostolica, n.2.

Contradictor legitimus dicitur qui possidet ad effectum vt sit ordinariè procedendum, ibid.

DECISIO CCCLXVI.

1 EX testibus de nouo examinatis dixerunt Domini esse sufficienter iustificarum valorem Canonicatus expressum in gratia Domini Vincentij, quæ per consequens remanet in omnibus iustificata; resoluerunt tamen non ideò dandam esse dicto Vincentio immissionem, quia ex aduerso comparet Dominus Prosper possessor cum pari titulo, quod efficit, vt omissa immissione, agendum sit iudicio ordinario, Bart. *in l.* . . *n.*21. *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* ibique Dec. *n.*40. *&* 41. Zuch. *n.*43. *&* 374. Mohed. *decis.*13. *vt lit. pend.* Put. *decis.*302. *&* 316. *lib.*1. Menoch. *adipisc. remed.* 4. *n.*565.

2 Non obstat, quòd tituli non sint eiusdem speciei, nec veniant ex eadem vacatione, cùm vterque quidem sit prouisus à Sede Apostolica, sed Vincentius ex vacatione per obitum Alexandri Moroni, Prosper autem per resignationem Rizzelli, qui in eadem vacatione per obitum Moroni fuerat ab Ordinario prouisus, nam sufficit, quòd vterque veniat ex eodem fonte, nempè ex gratia Apostolica, & oppositio esset consideranda, si ambo hodie peterent immissionem; sed cùm Prosper iam fuerit immissus, & reperiatur in possessione, est sine dubio legitimus contradictor ad impediendam immissionem Vincentij, Zuch. *in d. l. fin. n.*134. Rol. *cons.*78. *n.*27. *lib.*3. facit decis. Verall. 346. *n.*4. *par.*2. & fuit in his terminis dictum in causa Cedronen. Canonicatus 5. Iulij 1607. coram R. P. D. meo Coccino, & priùs in Oueten. Canonicatus 3. Maij eiusdem anni coram me.

Igitur procedendum erit ordinariè, & erit discutiendus articulus, in quo verè consistit huius causæ controuersia, an ex clausulis generalibus appositis in prouisione Apostolica, quam Prosper habuit ex causa resignationis, ipse possit capere vacationem per obitum Moroni. Nam ex prima decisione constat, quòd prouisio Ordinarij ad fauorem

Riz-

Rizzelli potuit ius aliquod acquirere Prospero, & versabitur difficultas circa regulam de mense, an videlicet ad effectum capiendi vacationem in mense vigore clausulæ, seu alio quouis modo, fuerit necessaria expressio mensis in hoc casu, in quo concurrunt aliqua specialia, de quibus suo tempore agetur. Et ita fuit decisum vtraque parte informante, &c.

Infra in hac parte adsunt in causa decisiones 379. & 393. & supra est decis. 349. quæ est pariter in causa.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana domorum.

Veneris 17. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Venditor census non potest cogere emptorem ad retrouendendum, nisi oblata sorte principali vna cum censibus decursis.

SVMMARIVM.

Promittens aliquid implere, nunquid possit per æquipollens adimplere, n.1.

Personas duas quis repræsentare potest, gesta tamen cum eo ex vna persona, non suffragantur ex alia, ibid. in fin.

Implere qui aliquid promisit, tenetur adimplere etiam in minimo, n.2.

Venditor census non potest cogere emptorem ad retrouendendum; nisi oblata integra sorte principali, vna cum censibus decursis, ibid. in fin. & n.3.

Debitum sortis principalis, & vsurarum est vnum & idem, & ideo diverso iure censeri non debet, n.3.

DECISIO CCCLXVII.

1 DOmini se restrinxerunt ad liberationem domorum à censu Alberinorum, in quo capite dixerunt non esse satisfactum à Turrino venditore, qui promisit domus esse liberas, & nihilominus adhuc durat prædictus census. Et quatenus replicabatur, fuisse satisfactum per æquipollens, ea quo remanserunt in manibus Valentini emptoris scuta 200. quæ excedunt pretium d. census, omisso an in materia implementi possit satisfieri per æquipollens, de quo per Scrib. *in l. si mater, C. de instit. & substit.* & per Bald. *cons. 113. lib. 1.* cessare visa fuit difficultas, quia prædicta scuta ducenta non remanserunt penes Valentinum emptorem libera, ita vt cum illis poterit se liberare à censu, iudex enim mandauit, quòd Valentinus dictas pecunias penes se retineret, donec fuerit per ipsum decisum, ad quem spectaret extinctio census Albernorum: vnde excluditur æquipollentia ex triplici capite. Primò, quia Valentinus non habuit penes se dictas pecunias tanquam emptor, sed tanquam depositarius, & non est nouum in iure, quod quis repræsentet duas personas, & quòd gesta cum eo ex vna persona non suffragentur quoad aliam, ita. not. per Scrib. *in l. tutorem, ff. de his quæ vt indign.* Bald. *cons. 167. n. 1. in fin. lib. 1. & 394. n. 2. lib. 4.* Roman. *cons. 88. in princ.* Castr. *cons. 256. in princ. & 312. n. 1. lib. 1.* Alex. *cons. 87. n. 19. & seq. lib. 6.* Calder. *cons. 8. in fin. de prab.* Lap. *alleg. 99. n. 2.* Surd. *decis. 310. n. 12.*

Secundò excluditur æquipollentia, quia Valentinus habuit in manibus pecunias de sui natura steriles, & infructuosas, & ex alia parte remansit super domibus census fructiferi, ad fauorem Alberinorum. Tertiò, fuit ponderatum quòd nec prædicta scuta ducenta æquabant onus census, computatis fructibus decursis, vnde cessat æquipollentia, etiamsi Valentinus dictas pecunias habuisset liberas, tam ex eo quòd in substantia non habebat in manibus summam æquiualentem oneri, & propter violationem fidei sufficit, quòd fuerit cessatum implere in minimò, Bald. *in l. iurisgentium, §. pacta, n. 1. vers. secundò not. ff. de pact.* Ias. *cons. 216. n. 1. vol. 2.* Alex. *cons. 105. n. 19. & 20. lib. 3.* Rol. *cons. 53. n. 21. 22. & 29. lib. 1.* Put. *decis. 357. in fin. lib. 1.* Menoch. *cons. 55. n. 6.* Surd. *cons. 101. n. 2.* Rot. in causa Perusina executionis 3. Decembris 1599. coram R. P. D. meo Decano; tum quia nec cum istis pecunijs potuisset se liberare à censu, quia censuarius non tenebatur extinguere censum nisi oblato sibi integro credito, *l. tutor, §. Lucius,* vbi Bar. & Bald. *ff. de vsur. l. in executione, §. quicunque, ff. de ver. oblig.*

Quæ conclusio procedit etiamsi debitor offerat totum capitale, deficiat tamen in obligatione vsurarum, quicquid in contrarium dixerit Castr. *in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. pet.* hanc enim tenuit glos. *in l. acceptam, verb. cum vsuris, C. de vsur.* Cyn. *in l. 1. n. 2. in fin.* Salyc. *n. 3. C. de solut.* Alex. *in d. l. quidam existimauerunt, num. 7. & 8.* Ias. *n. 4. vers. in ea glos. ad fin. & n. 6. vers. textus est clarus, ff. si cert. pet.* & pro hac opinione facit ratio quæ affertur per Scrib. in hac materia, quæ æquè militat in vtroque casu, quia scilicet interest creditoris non habere summam diminutam, item generalitas verborum, *d. §. Lucius,* vbi ponitur casus debiti centum cum vsuris, & statim subditur, quòd debitor minorem pecuniam, quam debebat, obsignauit, & sic non distinguitur, quòd obsignatio fuerit minor respectu capitalis tantùm, & dicit Alberic. *in d. l. quidam existimauerunt, n. 8.* quòd debitum sortis cum vsuris est vnum debitum, & allegat *d. l. Lucius,* vnde cùm sit vnum debitum non debet diuerso iure censeri, *l. eum qui ædes, ff. de vsucap.* & cùm *d. l. tutor, §. Lucius,* non distinguat, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publican. in rem act.* cum vulg. stante maximè identitate rationis, de qua suprà ad *l. ille aut ille, de leg. 3.* cum concord. *ad l. 1. C. de solut.* in qua se fundat Castr. responder Alex. *loco suprà citato,* quòd scilicet non loquitur quando creditor negat recipere. 3

Ad aliud, quòd census fuerit extinctus cum quodam Bernardino Calcaneo cessionario Alberinorum, fuit responsum non constare de cessione facta per Alberinos dicto Calcaneo, nec minus quòd concordia inter d. Calcaneum, & Turrinum venditorem habuerit effectum, quinimò quòd Alberini post illam egerunt ad fructus census. 4

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Vrbeuetana dotis.

Veneris 17. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Solutio in quam causam sit facta attenduntur indicia, & coniecturæ, & censetur facta in causam duriorem, & quænam dicatur causa durior.

SVMMARIVM.

Testis de facto proprio deponens magis probat, & facit plusquam semiplenam probationem, & iunctis adminiculis plene probat, n.1.

Solutionis causa probatur indicijs, & coniecturis, ibid.

Præsumptio semper militat contra occultantes probationes, ibid.

Solutionis causa vt cognoscatur multum attenditur congruentia, & conuenientia summæ solutæ, n.2.

Solutio debet cedere in causam duriorem, & durior dicitur ea, quæ est antiquior, & quæ habet instrumentum, & hypothecam, ac ea propter quam debentur vsuræ, ibid.

DECISIO CCCLXVIII.

DOmini concorditer perstiterunt in decisis, quia de solutione scut. 2800. constat ex confessione Comitis Ludouici, & præsumitur ex causa dotis ex pluribus indicijs in decisione relatis, quibus accedit venditio castri Aluiani D. Monaldi de consensu D. Comitis facta ad effectum satisfaciendi creditoribus de eius pretio, ex quo ipse Comes consecutus scut. 400. & longè distat à verisimili, quòd si fuisset creditor dotis, neglexisset eam petere, & consequi in dicto pretio.

Additur etiam depositio D. Tullij Ciceri expressè attestantis solutionem fuisse factam in causam dotis, qui cùm deponat de facto proprio, magis probat, Aym. *cons. 178. n. 7. circa med.* post Innoc. & alios quos allegat, & facit plusquam semiplenam probationem, Cæs. de Grass. *dec. 2. n. 11. de empt. & vendit.* fuit dictum in Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1596. coram bo. me. Cardinali Seraphino, & in Romana census de Anguillara 4. Iunij 1609. coram D. meo Marcomontio, & iunctis tot adminiculis probaret plenè in quacumque materia, Caputaq. *decis. 271. part. 3.* Cæsar. de Grass. *decis. 3. n. 6. de probat.* fuit dictum in Sutrina bonorum 5. Decembris 1586. coram Illustrissimo Cardinali Platto, nedum in probanda causa solutionis, ad quam sufficiunt coniecturæ, & indicia, vt fuit dictum in vna Romana pecuniaria 22. Octobris 1576. coram Robuste- 1

busterio, & tantò magis probatur causa solutionis, quia pars aduersa recusat exhibere apocham, ad cuius exhibitionem est adstricta obligatione Camerali, & quam apocham dicit dictus testis fuisse confictam super dote, vnde contra eam militat præsumptio, quæ est contra occultantes probationes, Bal. *in l. fraus, ff. de legib.* Aym. *cons. 6. n. 8.* cum alijs per Menoch. *præsumpt. 91. n. 4. part. 2.*

2 Non obstat, quòd ex aduerso obijcitur apparere ex libro Margarutij, quòd inter Monaldum, & Comitem Ludouicum extiterunt variæ causæ dati, & recepti, & solutionem potuisse fieri ex alia causa, & cessare, quòd dicitur in decisione præsumi ex causa dotis, cùm de alia non appareat, qui partitæ quæ exhibentur, sunt modicæ quantitatis, nullam proportionem habentes cum summa scutorum 2800. & ad dignoscendum causam solutionis multum attenditur congruentia, & conuenientia summæ solutæ, vt fuit dictum in Romana dotis de Mellinis 13. Martij 1581. coram Robusterio, & coniecturæ adductæ in decisione suadent particulariter solutionem cessisse in causam dotis. Vltra, quòd instat iuris præsumptio, quòd in eam cedere debet vti duriorem, tum quia antiquior, tum quia habet hypothecam, & instrumentum, & quia debebantur vsuræ propter onera matrimonij, vt benè deducunt informantes.

Non obstat, quòd dicitur contra partitam libri rationum adnotatam expressa in causam dotis, quòd non sit liber rationum hæreditatis Com. Lodouici, vt supponit decisio, sed liber Monaldi, quia hoc parum refert cùm fuerit talis partita, solùm pro adminiculo deducta, & negari non potest quin faciat adminiculum, cùm sit scripta à persona benè informata, qui vt dicunt testes, erat vir probus approbatus à Comite Ludouico, qui eius opera multum vtebatur, & mortuus est ante iudicium cœptum. Ex quibus, & alijs adductis per informantes, qui omnia ex aduerso obiecta tollunt, Domini steterunt in decisis, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana domorum.

Mercurij 29. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Verbalis oblatio de redimendo rem venditam pretio restituto an & quando sufficiat, & de quo tempore? An verò sit necessaria realis pretij restitutio in hac decisione, quæ notabilis est, benè declaratur.

SVMMARIVM.

Res iudicata per non appellationem inducitur, eique commissio causa habens clausulam prout de iure, *nihil nocet, num. 1.*

Pacto de retrouendendo termino præfixo, & lapso non potest venditor amplius redimere rem venditam, num. 2. & 3.

Pacto de retrouendendo pendente termino præfixo, an sufficiat verbalis oblatio, quod scilicet venditor vult rem venditam redimere, an vero sit necessaria realis pretij solutio, n. 3. & 4.

Ablatiuum absolutum importat conditionem in forma specifica, & non per æquipollens adimplendam, n. 3.

Clausula refectis expensis *in commissione posita non admittit oblationem verbalem, ibid. in fin.*

Pactum de retrouendendo est pars pretij, facitque rem venditam minus valere, n. 4.

Agenti ex causa onerosa magis succurritur, quàm in lucratiua, ibid. in fin.

Pacta quando dicantur correspectiua ex temporis vicinitate, num. 5.

Oblatio verbalis non pura, sed conditionalis, offerenti non prodest, n. 6. Vbi hoc idem ampliatur in deposito reali.

Oblatio verbalis de redimendo rem venditam requirit citationem specificam, & generalis non sufficit, n. 7.

Oblatio verbalis de redimendo rem venditam, nunquid fieri possit in vltima die termini, n. 8.

Citatio etiam nulliter facta constituit citatum in mora, num. 9.

DECISIO CCCLXIX.

Constat de re iudicata, non solùm propter duas conformes, quæ inter ciues, & incolas habent vim trium, ex dispositione statuti vrbis, *lib. 1. c. 178.* sed etiam, quia in secunda sententia non fuit appellatum, *Auth. hodie, C. de appel. c. quoad consultationem, de re iud.* Contra quam rem iudicatam Flaminia, & lios consortes non sunt amplius audiendi, *l. cùm quæritur, cum duabus seqq. de re iud.* & rei iudicatæ non præiudicat commissio causæ in Rota, cùm habeat clausulam *prout de iure, l. fin. C. sent. rescind. non posse, c. exhibita, de arbitr. l. causas,* vbi Alex. *n. 3.* Ias. *n. 6. & seqq.* Curt. iun. *num. 7. C. de transact.* Alex. *cons. 36. n. 10. lib. 6.* Nec obstant nullitates adductæ contra sententias, quia vltra quòd non sunt de tribus, & per consequens reiectæ per constitutionem Pij IV. & Clementis VIII. visæ fuerunt etiam Dominis multum turbidæ, placueruntque responsiones datæ per informantes. 1

Non obstant quæ pro iniustitia sententiarum deducuntur ex oblationibus factis pro redimendis domibus in vim pacti, nam omissa tertia, & alijs vlterioribus, quæ nullo modo releuare possunt tanquam factæ post lapsum temporis datum ad redimendum, Cagnol. *in l. 2. sub n. 11. C. de pact. inter empt. & vendit.* Gozadin. *cons. 94. n. 59.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. glos. 2. n. 43.* Præsertim stante pacto resolutiuo, quòd elapso quinquennio, & non facta redemptione promissio, & conuentio cesset, imò pro nulla, & non facta habeatur, & Iacobus non teneatur ad aliquam retrouenditionem. 2

Prima oblatio facta sub die 24. Maij 1600. quæ erat penultima dies termini præfixi ad redemptionem, neque etiam ipsa obstat, quia quicquid sit de illa opinione Ioan. Andr. & aliorum tenentium oblationem verbalem admitti in pacto de retrouendendo, cuius tamen contrarium tenuit Ancitar. *cons. 331. sub n. 1.* & alij adducti, Domini dixerunt non applicari casui de quo agitur, cùm in pacto conuentum sit expressè, vt in casu retrouenditionis restituatur integrum pretium duc. 1400. in moneta argentea, ex latè deductis per Decian. *cons. 10. n. 89. vers. non obstat vltimo, cum seqq. lib. 1.* & per Rolan. *cons. 53. à num. 41. vsque ad fin. lib. 1.* Quòd magis suadent verba illa pacti restit. &c. Illud ablatiuum absolutum conditionem importet, *l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* Bar. *in l. 1. in 3. q. ff. de condit. & demonstr.* quæ impleri debet in forma specifica, & non per æquipollens, *l. qui heredi, & l. Maeuius, ff. de condit. & demonstr.* Ruin. *cons. 110. n. 10. lib. 3.* cum alijs per Surd. *cons. 186. num. 19.* facit quod dicitur de clausula, *refectis expensis*, in commissione posita, quæ non admittit oblationem, Put. *dec. 119. in fin. lib. 1.* Tenuit Rota in vna Romana legitimæ coram Robusterio 16. Martij 1587. & in vna Romana rescissionis contractus 30. Octobris 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & sæpissimè in alijs. 3

Videbatur etiam Dominis consideratione dignum, quòd pactum de retrouendendo factum fuit non in ipso contractu venditionis, neque in eodem instrumento, sed in instrumento separato in alio loco, & coram alijs testibus, & in mera liberalitate emptoris ad faciendum, vt dicitur in instrumento, rem gratam venditori: vnde quicquid sit quando est positum in instrumento venditionis ex conueniente inita cum venditore, qui aliter non fuisset venditurus, quo casu res censetur minus vendita, propter dictum pactum, Socin *cons. 288. in fin. lib. 2.* Dec. *cons. 308. num. 3.* Ruyn. *cons. 66. post n. 9 lib. 3.* Et pactum habetur ex causa onerosa, & vti pars pretij, Ruin. *ibi*, Rolan. *cons. 96. n. 41 lib. 2.* Cephal. *cons. 370. n. 95.* illo casu ad casum istum, in quo pactum venit ex sola liberalitate emptoris, inferri non potest, quia agenti ex causa onerosa magis succurritur, quàm in lucratiua, ad not. per Iason. *in l. item quia, sub n. 1. vers. 2. limit. ff. de pact.* & causa onerosa est fauorabilior, *l. sciendum,* cum ibi notat. *ff. ex quib caus. maior.* Honded. *cons. 34. n. 18. lib. 1.* 4

Neque potest dici pactum retrouendendi correspectiuum ad venditionem priùs factam, ex eo quòd instrumenta sunt eadem die celebrata, quia cùm procedat à mera liberalitate, quæ omnem aliam causam excludit, & sic non à causa venditionis, vbi est diuersitas causæ, temporis vicinitas non inducit correspectiuitatem, Put. *decis. 271. n. 5. & seqq. & 490. sub n. 2. lib. 2.* 5

Accedit quòd oblatio prædicta non est pura, cùm non 6

inter-

interpellet solùm pro pretio recipiendo, sed etiam pro docendo de solutione pecuniarum assertarum in venditione, calculando, & alijs: vnde non releuat Grat. *cons.93.num.75.lib.1.* Gabr. *de solution. conclus.8. num.4.* Quod etiam habet locum in oblatione reali cum deposito, Bat. *in l.solutum num.5. ff. de solut.* Bal. *in l.accept. num.24. in fin.* Vbi etiam Paul. de Castr. *num.12. Cod. de vsur.* Gabr. *cons.57. num.6. lib.1.* fuit dictum in vna Bononien. damnorum & interesse 16.Iunij 1578. coram Lauretano, & in alijs. Et tantò magis, quia prædictæ conuentiones respiciunt instrumentum venditionis, cum quo nihil habet commune pactum de retrouendendo in instrumento, vt dictum est, separato positum.

7 Ex alio etiam non releuat prædicta oblatio, quia citatio quæ requiritur in oblatione, Tiraq. *de retract. lignag. §.8. glos.2. num.1.* debet esse specialis pro dicta causa, ita vt generalis nullo modo admittatur. Latè Tiraq. *ibi num.3. cum nonnullis seqq.* Citatio autem facta per partem aduersam fuit solùm ad dicendum contra iura, videndum fieri protestationem & interpellationem. Nec facit quòd in termino citationis pars interpellauerit, & obtulerit, quia interpellatio & oblatio non subsistit, tunc non fuerit facta parte præsente, nec præcedente legitima citatione.

8 Additur, quòd licèt oblatio possit fieri, non solùm vltima die, sed etiam vltimo momento, vt per Tiraqu. *d. glos.2. sub num.2.* Attamen hoc verum, nisi post illum actum remaneret aliquid faciendum, quod non posset citra terminum expediri. Idem Tiraq. *de retract. conuent. §.1. glos.7. num.4. in fin.* In casu autem de quo agitur, fuit in penultima die non solùm interpellatum pro pretio recipiendo, sed etiam pro docendo de solutione pecuniarum, & de calculando, quæ omnia sine dubio non poterant intra dictum angustum terminum expediri. Quæ ratio vltra sæpiùs adducta à fortiori, concludit in secunda oblatione, quæ facta fuit die 26. quatenus possit dici facta in termino, tantò magis quia post huiusmodi oblationes aduersarij siluerunt per triennium, & vltrà, ex quo apparet, oblationes factas fuisse ad deludendum emptorem, iuxta tradita per Tiraquell. *de retract. lignag. §.8. glos.2. n.7.*

Accedit quòd non solùm non constat de aliqua recusatione Virginiæ & litis consortium, sed neque de ea suspicari potuerunt, quia citata ad recipiendum, & retrouendendum, non recusauit, neque dixit nolle facere, sed potiùs ostendit separatam. Nec facit quòd de non sufficienti mandato Procuratoris ad istum actum opponitur, eo quia requiratur speciale. Nam vltrà quòd hoc censeri debet factum de ordine & communicatione principalis, sufficere debet saltem ad constituendum Cinos in mora, ad quod non requiritur speciale mandatum, ad *l. si quis solutione, §.1. ff. de vsur.* Ea trad. per Felin. *in c.cùm M.Ferrarien. num.45.* vbi etiam Rip. *n.141. de constit.* Io. Bolognett. *in l. non solùm, §. ...num.237. ff. de nou.oper. nunciat.* Et fuit dictum in Reatina castri Postæ 29.Maij 1589. coram Illustrissimo Cardinali Platto, & ad magis ostendendum, quòd pars volebat illudere emptorem, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Romana Casaletti.

Lunæ 20. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Emptor non soluendo pretium tenetur ad fructus recompensatiuos, iuxt. text. *in l.curabit, C. de act. empt.* Hæc conclusio ampliatur pluribus modis, de quibus in hac decisione, quæ singularis est.

SVMMARIVM.

Emptor retinendo rem, & pretium, tenetur ad fructus recompensatiuos pro rata pretij non soluti, iuxta l. curabit C. de act. empt. *num.1. Vbi hoc ampliatur procedere, etiam quod venditor non adimpleuerit promissa, & sit in aliqua mora, & num.2.*

Locupletari cum aliena iactura nullus debet, n.3. & 4.

Emptor retinendo rem, & pretium, tenetur ad fructus recompensatiuos, etiam de iure Canonico, n.4.

Emptor retinendo rem, & pretium, non tenetur ad fructus recompensatiuos, quando ei est facta dilatio ad soluendum, declaratur n.5. & 6.

Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, n.6.

Emptor retinendo rem, & pretium, nunquid teneatur ad fructus recompensatiuos, quando pretium est incertum, num.7.

Emptor retinendo rem, & pretium tenetur ad fructus recompensatiuos, etiam quod res vendita sibi tradita non fuerit libera, prout promissum erat, ibid.

DECISIO CCCLXX.

1 CVm D. Episcopus per tempus, de quo agitur, habuerit in manibus rem emptam, & pretium, Domini fuerunt in voto, quòd ipse teneretur ad fructus recompensatiuos pro rata pretij non soluti, iuxta *l.curabit, Cod. de act. empt.* cum ibi not. per Scrib. Nec obstate quòd D. Comes venditor fuerit in mora implendi multa promissa pro parte sua, vt apparet ex pluribus decisionibus in hac causa factis, quia fuit responsum, aut hoc deduci ad includendam culpam in venditore, & ea hoc non sequi, quòd debeat amittere fructus recompensatiuos, cùm hoc nullo iure cautum reperiatur: aut verò deduci ad excusandam moram emptoris in soluendo pretio. Et fuit dictum non suffragari, quia isti fructus debentur etiam sine mora, vt sunt verba expressa text. *in d. l. curabit*, & adnotauit Bald. *in l.2. Cod. de vsur.* cuius opinio communiter approbatur, vt dicit Cagnol. super *d. l. curabit num. 33.* Surd. *cons.101. n.23.*

2 Et quòd fructus recompensatiui debeantur etiam pro tempore, pro quo non fuit impletum pro parte venditoris, tenent Bald. *in d.l.2. n.4.* & ibi Paul. de Castr. *n.1. vers. quinimo dicit Bald C. de vsur.* Alca. *cons.147. n.4. lib.5.* Soc. *cons.176. n.4. lib.2.* Gozad. *cons.55. num.11.* Natt. *cons.384. num.11.* Cæphal. *cons.609. num.6. cum duob. seqq.* Cagnol. *in d.l. curabit num.31. & 33.* Gabr. *tit. de empt. & vendit. conclus.4. num.9.* Couar. *var. resol. lib.3. cap.4. num.6. vers.12.* Honded. *cons.30. n.44. lib.1.* Surd. *cons.101. nu.26. & 28. & decis.117. n.7.* Magon. *decis. Lucen.17. n.30.* & fuit decisum in causa Beneuentana pecuniaria 18.Iunij 1607. coram me, atque in Asculana pecuniaria 10. Decembr. 1606. coram R. P. D. meo Coccino.

3 Et in prædictis iuribus assignatur ratio, quippe quia per non implementum venditoris non minuitur vsus rei venditæ, & traditæ, cuius vsus contemplatione debentur isti fructus, ne scilicet emptor locupletetur cum aliena iactura, contra *l. nam hoc natura, ff. de condict. ind.* non enim sunt propriæ vsuræ, sed potiùs damni reparatio, Surd. *d.cons. 101. num.26.* & etiam quia quidquid sit quoad alios effectus, quoad fructus recompensatiuos venditor satis impleuisse videtur, tradendo rem liberam quoad perceptionem fructuum, & sibi imputare debet emptor si illam acceptauit, quia poterat abstinere donec per venditorem sibi totaliter impleretur, Rot. in d. Beneuentana coram me, Surd. *cons.101. n.4. & seq.* vbi alios allegat, latè Honded. *cons.30. n.17. & seq. vol.1.*

4 Nec facit, quòd isti fructus essent meræ vsuræ pretij non soluti, stante quòd per venditionem habita fide de pretio cum traditione rei fuit translatum dominium in emptorem, qui ratione prædicti dominij facit fructus suos, vnde non possunt peti tamquam fructus, cùm res sit aliena, & fructus sequatur dominium, quia fuit responsum dominium ex ministerio legis transire in emptorem, cum hoc onere, vt soluantur fructus recompensatiui, donec fuerit solutum pretium, vnde iure canonico toleratur, vt admonuit glos. *in d.l. curabit*, & communiter Scribentes, & quòd fructus in terminis *d.l. curabit*, debeantur etiam quando fuit translatum dominium habita fide de pretio, veriorem dicit Couar. *lib.3. var resol. cap.4. n.4. vers sed contraria sententia*, Lup. *de vsur. com.1. §.7. n.143.* Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. lib.4. tit.24. num.15.* & colligitur ea *d.l. curabit*, quæ obligat emptorem sub nomine vsurarum, quia si non præsupponeretur translatio dominij, obligaret ad restitutionem fructuum, & animaduertunt DD. proximè allegati, benè Honded. *cons.30. num.30. lib.1.*

5 Non obstat, quòd quando est data dilatio ad soluendum pretium, tunc non debeantur isti fructus, ex Socin. *cons.109. num.3. vers. & quod emptor lib.1.* Dec. *cons.119. num.7.* Gabr. *tit. de empt. & vend. conclus.4. num.21.*

& iste videatur casus stante, quòd D. Episcopus emptor in instrumento emptionis promisit soluere pretium facta mensuratione, & impletis quibusdam alijs per venditorem implendis, & non ante, nec aliàs, quia pro responsione fuit consideratum duas species dilationis reperiri, alteram quæ continet certum tempus, & determinatum ab initio, & in hac procedere doctrinas, quæ in contrarium allegantur, alteram verò incertam, & indeterminatam, & quæ de sui natura venit quantò citiùs implenda, & in ista non habere locum, quòd fructus non debeantur. Ratio differentiæ est, quia primo casu in danda dilatione videtur habita ratio fructuum percipiendorum, & ob id in aliquod plus augmentatum pretium.

6 Secundò verò casu, cùm venditor teneretur quantò prius implere, & præsumatur habuisse in animo facere quod tenebatur, non intrat præsumptio, quòd cauerit suæ indemnitati per augmentum pretij, Gabr. *cons. 57. num. 5. lib. 1.* facit quia istud pactum, quòd emptor non soluat pretium antequam sibi impleatur, nihil noui addit, quia inerat à lege, vt per text. & Scrib. communiter *in l. Julianus, §. offerri, de act. empt.* vnde sicut non obstante dilatione data à lege propter non implementum ex parte venditoris, concludunt communiter Scrib. suprà in princ. alleg. quòd debeantur fructus, ita dicendum est, deberi quando à venditore est data illamet dilatio, quam dat lex, quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, *l. aliquando, ff. de condit. & demonstr. l. 3. Cod. de fideiussor.* & quia non est date diuersitatis rationem, ad *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. ille, aut ille, ff. de leg. 3.* cum concord. & considerabat vnus ex Dominis, quòd venditor verè nullam dedit dilationem, quia verba non sunt concepta in venditorem, sed in emptorem, quia D. Episcopus dixit quòd promittebat soluere impletis quibusdam, & non ante, nec aliàs: vnde licèt virtute huius promissionis non possit agere venditor ante implementum, attamen non prohibetur agere de iure communi actione ex vendito, nisi sibi obstaret *d. l. Julianus*, cùm remedijs iuris nullatenus renunciauerit, & sic non applicatur materia dilationis.

7 Non etiam obstare visum fuit, quòd pretium soluendum à D. Episcopo esset incertum, cùm D. Comes semper renuerit facere debitas defalcationes, super quibus opus fuerit facere decisiones Rotales, quia non per hoc minuitur vsus rei, nec cessat emptor habere rem, & pretium, & venditor pati damnum, vnde in venditione facta pro pretio per tertium declarando, & sic incerta ab initio, quòd ante declarationem habeat locum, *l. curabit*, concluduntur Gabr. *d. cons. 57. num. 5. lib. 1.* Decis. Perus. 53. *num. 5.* Honded. *cons. 30. num. 28. lib. 1.* Sicut etiam ad istum effectum non obstat prætensum periculum euictionis in limine, Honded. *d. cons. 30. num. 34.* faciunt quæ tradunt de promissione dandi rem liberam, quòd non obstent, etiamsi res non appareat libera. Bald. *in d. l. 2. num. 4. Cod. de vsur.* Alex. *cons. 147. num. 4. lib. 5.* Paul. de Castr. *d. l. a nu. 1. vers. quinimo dicit Bald.* Bero. *in cap. 1. num. 126. de vsur.* cum alijs per Honded. *cons. 44. num. 14. lib. 1.* Et ratio vtriusque dicti est, quia ista benè excusant a mora soluendi pretium, sed non à fructibus compensatiuis, qui debentur sine aliqua mora, vt suprà probatum est.

8 Quæ dicebantur de expensis, & damnis passis per D. Episcupum, ex non adimplementis D. Comitis, visa fuerunt extra dubium, & concernere materiam omnino separatam, ex Surd. *d. cons. 101. num. 24.* & de se patet.

Plures decisiones habentur in hac causa, & præsertim decisio 187. 230. 241. part. 1. recent. & supra in hac parte adest decisio 345. & infra dua alia, scilicet 397. & 424.

ILL. ET R. D. CARD. LVDOVISIO,

posteà fel. recor. Gregorio XV.

Romana prætensi erroris calculi.

Luna 20. Iunij 1611.

A R G V M E N T V M.

Plures referuntur exceptiones contra testes tam circa personas, quàm circa dicta, de quibus particulariter in summario.

S V M M A R I V M.

Testis non probat negatiuam, nisi remoueat actum à sensu, dicendo, quod actus non potuisset fieri, quia ipse sciuisset, n. 1.

Testis referens se ad aliquam scripturam non probat, nisi coarctet de relate, n. 2.

Testi diminuitur fides si inuerisimilia deponat, n. 3.

Testis non probat vbi cessat ratio sui dicti, ibid.

Renunciatio iurium minoris non potest fieri absque speciali, & efficaci instrumento, n. 4.

Testis singularis non probat, ibid.

Minor non potest renunciare iuri suo absque solemnitatibus statutarijs, ibid.

Iudeus non potest ferre testimonium inter Christianos litigantes, n. 5.

Testis interessatus non probat, ibid.

Testis si non deponat de ijs, de quibus verisimiliter est informatus, redditur suspectus de falso, ibid.

D E C I S I O CCCLXXI.

POst secundam huius causæ decisionem primæ confirmatoriam M. Angelus curauit examinare nonnullos testes super articulis ab ipso in actis datis, quorum depositionibus prætendebat destruere omnia, quæ contra eum in duabus decisionibus fuerunt firmata; & cùm de ordine Rotæ tertia vice dubitassem, stantibus nouiter deductis, an esset standum, vel recedendum à decisis, Domini tertio loco persliterunt in resolutis, non obstantibus prædictis testibus, cùm non releuent, neque tollant motiua, & rationes decisionum.

Nam defectus non integritatis inuentarij, per eorum depositionem non est sublatus. Primus enim iuxt. 26. interrogatorium, expresè dicit se non recordari, an ante diuisionem fuerit factum aliquod inuentarium, & licèt alij duo videantur deponere super integritate illius, nihilominus cùm nitantur probare negatiuam, scilicet non adesse alia bona hæreditaria in inuentario describen. & iuxta idem interrogatorium secundus testis dicat, *Auanti che si venisse alla diuisione fu fatto l'inuentario come ho detto di sopra, & lo feci assieme con il detto Dauid, & per quello che ci viste perche cercarono minutamente, non puole essere restata cosa alcuna che non fosse scritta, & io credo certo che ne meno fuori de casa li sia restata cosa alcuna, che non fossi scritta nell'inuentario.* Et tertius testis pariter dicat, *se ci fossi qualche cosa fuori de casa occultata, e leuata io non lo so.* Non concludunt negatiuam; debebant enim remouere actum à sensu, dicendo quòd non poterant alia bona adesse, quin ipsi vidissent, vel sciuissent, glos. communiter recepta *in authent. de hered. & falcid. §. hinc nobis, in verbo & vidisse in fine*, Bal. *in l. 2. sub n. 7. Cod de bon. possess. secun. tabul.* Alex. *cons. 108. num. 10. lib. 2.* Dec. *cons. 94. n. 5.* Aym *cons. 21. n. 4.* Gabr. *de testib. conclus. 4. n. 8.* fuit dictum in Salamantina parochialis coram Orano 21. Iunij 1563. & coram me in Ianuen. iurisdictionis 13. Iunij 1607. 1

Vltra quòd isti duo testes super confectione inuentarij sunt inter se contrarij. Cùm secundus iuxta 18. interrogatorium dicat se illud confecisse simul cum Dauid factore de ordine Vgonis, & tertius iuxta 26. dicit, antequam deueniretur ad actum stipulationis instrumenti, erat per prius factum inuentarium omnium bonorum, de quo ipse rogatus fuerat ad instantiam Alexandri, & aliorum fratrum, ad quod se refert: vnde ratione istius contrarietatis redditur valdè suspecta eorum testificatio. Imò isti tertio testi in hoc non est credendum, cùm referat se ad dictum inuentarium per ipsos factum, & rogatum, quo non exhibito, eius dictum non valet, *auth. si quis in aliquo, C. de eden.* glos. & Doct. *in c. 1. de fid. instrum.* & fuit resolutum in sancti Angeli beneficiorum 17. Martij 1608. coram me. Et tantum abest, quòd iste tertius testis Notarius se rogauerit ante diuisionem de dicto inuentario, quòd in contrarium apertè conuincitur de mendacio ex inspectione inuentarij per M. Angelum exhibiti, quod appatet tantummodo factum à Dauid factore simul cum tertio teste absque interuentu, & rogitu alicuius Notarij. 2

Minus prædicti testes videntur iustificare debita descripta in lista fuisse vera, & realia. Nam primus circa hoc nihil deponit ad propositum, cùm iuxta 29. interrogatorium dicat, *le tengo che li debiti fossere veri, & reali. Perche si sarebbi dette queste è vere, & questo è false*, & sic attestatur de suo iudicio absque concludenti ratione sui dicti. Et quoad debitum cum Laura Incoronata subdit, *& se l'interrogato debite della S. Laura Incoronata sia de M. Angelo, o no, io non lo so.*

Se-

3 Secundus testis iuxta 28. interrogatorium dicit, *fu visto auanti si facessi l'instrumento, cioè nel contrattare del S. Moranzano S. Vgo & S. Alessandro vna lista data da quel Dauid Pellegrino delli debiti, & crediti cauati dal libro, & fu visto che detti crediti, & debiti, erano veri & reali*, & paulò infrà, *& li in quell'atto per la giustificatione de' detti debiti, & crediti non fu vista altra scrittura che la detta lista*, quod omninò inuerisimile, & impossibile videtur, vt tot debita ascendentia ad summam scutorum 17255. cum pluribus personis, ac diuersis temporibus & scripturis publicis & priuatis contracta, potuerint vnica tantùm lista per Dauid tradita iustificari absque alia visione scripturarum, & ratione istius inuerisimilitudinis diminuitur fides test. *l. ob carmen*, *§. fin. ff. de testib.* Rolan. *cons.7.num.17.lib.1.* Surd. *cons.1.num.10.* Maximè, quia idem testis in eodem interrogatorio nescit vnde iustificabatur creditum Vgonis, & tam super dicto debito, quàm super alio cum Laura incoronata, cessat ratio sui dicti, quia asserit de eis constare in inuentario, in quo nullum verbum legitur de dictis debitis, & propterea intrat regula, quòd cessante ratione dicti testis, non probat. Et quoad debitum cum Laura prædicta iuxta 29. interrogatorium dicit, *se poi realmente non spetta all'heredità, io me ne rimetto alle scritture ma io non ne sò cosa alcuna*.

4 Tertius verò testis nihilominus concludit super dicta iustificatione debitorum, ex quo super 28. interrogatorium deponit se nescire an Vgo tempore celebrationis instrumenti esset creditor Alexandri & aliorum, & iuxta 29. interrogatorium dicit, *se li debiti scritti nella lista fossero veri, reali, ò fittitij, io non lo sò, ne lo posso sapere*. Nec etiam præfati testes videntur probare remissionem iuris gazaga, quia dum super eo deponunt, restringunt eorum dictum ad remissionem factam per Vgonem, qui non poterat remittere iura minorum & pupillorum sine efficaci, & speciali mandato, de quo non constat. Et licèt tertius testis iuxta 20. interrogatorium, dum deponit quòd in actu remissionis istius iuris gazaga factæ per eundem Vgonem, dicat quòd ibi aderant Alexander & alij fratres, & quòd omnes fuerunt concordes; tamen in hoc est singularis, & de per se non probat, *cap. causam*, vbi gloss. *in verbo singulares, de probationib.* Gabr. *de testib. conclus.2. num.1.* vbi alios refert. Et in omnem casum etiamsi concludenter fuisset probata dicta remissio, adhuc tamen non valeret, cùm fuisset facta absque solemnitatibus statutarijs, ex quo Alexander & alij vti minores non poterant remittere iura sua, non seruatis dictis solemnitatibus, vt fuit dictum in secunda decisione huius causæ, quæ placuit Dominis.

Rursus etiamsi testes prædicti in aliquo constituerint aliquem gradum probationis, tamen ille destruitur per exceptiones releuantes, quæ contra ipsos opponuntur, & præcipuè contra secundum, qui est Hebræus, & vti talis non potest testimonium ferre inter Christianos litigantes, *cap. si hæreticus 2. quæst. 7. & l. quoniam, Cod. de hæret.* Est etiam interessatus, & agit de damno vitando, ex quo ipse in instrumento diuisionis accessit vti fideiussor principalis, principaliter, & insolidum pro M. Angelo ad fauorem Alexandri, & fratrum pro omnibus in instrumento contentis, & consequenter tenetur ad iustificationem omnium debitorum in dicto instrumento descriptorum. Redditur postremò iste testis valdè suspectus ac falsus, dum deponit quòd in inuentario fuerant descripta omnia iura hæreditaria, & nihilominus constat non fuisse appositum ius gazaga, & fœnerandi, de quibus iuribus satis verisimile videtur ipsum testem tanquam Hebræum, veram & indubitatam scientiam habuisse, cùm sint publica, & notoria inter ipsos Hebræos, & in eis detur successio. Contra tertium testem pariter opponitur suspicio falsitatis, ex eo quòd affirmat se rogasse inuentarium, & tamen contrarium claré, & manifestè apparet per ea quæ suprà diximus, quæ exceptiones & aliæ adductæ per informantes placuerunt Dominis.

Quod autem dicebatur non fuisse probatam habilitatem, & commoditatem consanguineorum, quæ interuenire potuissent stipulationi contractus diuisionis celebrati die prima Aprilis 1594. tollitur ex depositione testium ad hoc examinatorum pro parte Alexandri & aliorum, iuxta octauum interrogatorium, & super quarto articulo, qui explicitè deponunt, quòd D. Paulus potuisset interuenire stipulationi contractus dicta die, quorum primus est ipse D. Paulus, cuius depositioni multum est deferendum, cùm deponat de sua habilitate, &c.

R. P. D. SACRATO,
posteà S.R.E. Cardinali.

Carthaginen. præeminentiarum.

Die 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

De probatione possessionis præcedentiæ in stallo, & choro nonnulla notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Actor dicitur is, qui petit, & ad iudicium prouocat, n.1.

Præcedentiam, seu præeminentiam, qui prætendit in choro, debet docere de installatione, & certa sede in eodem choro, num.2.

Possidere prius dicitur aliquis, quando non apparet de alterius possessione, n.3.

Præcedentia in choro competit tantùm ratione possessionis, non autem ratione tituli anterioris, ibid. in fine.

DECISIO CCCLXXII.

Cvm de mense Aprilis proximi fuerit coram me resolutum constare Ferdinandum, & litis consortes esse in possessione Canonicatuum, licèt non appareret in quo stallo, cœperunt d. Ferdinandus, & litis consortes prætendere, quòd sola probatio possessionis illi sufficiat ad effectum præcedendi Doctorem Caxam, nisi ipse Doctor Caxa doceat de sua possessione, & loco præciso, in quo sedere debeat: vnde dato per me super hoc particulari dubio, Rota censuit possessionem, de qua suprà, non suffragari dicto Ferdinando, & litis consortibus, ad effectum, de quo agitur, & pro fundamento fuit ponderatum, quòd ipsi qui petunt & prouocant ad iudicium, dicuntur actores, *l. in tribus, ff. de iudic.* Bald. *in l. libertus patrono, in 2. not. ff. de in ius vocan.* Roman. *cons.217, num.1.* Dec. *cons.487. num.10.* & proinde illis incumbit onus probandi, *l. qui accusare, Cod. de edend. l.2. ff. de prob.* cum concord. 1

Vt autem quis dicatur esse in probatis in hac materia, debet docere de installatione in choro, & in certa sede, Innoc. *in cap. in litteris num.7. de restit. spol.* Abb. *in cap. 2. in fin. de consuet.* Mil. *in verb. possessio iuris prælaturæ*, Io. Baptista Ferretr. *cons.14. num.1. & 2.* fuit dictum in causa Carthaginen. Canonicatus 6. Aprilis 1609. coram R. P. D. meo Lancellotto, & subdit Mil. *loc. suprà cit.* & post eum Ferret. *d. cons.14. num.3.* non sufficere installationem in loco Capituli, quia esset signum partis subiectiuæ respectu vocis dandæ, non integralis, sicut quando fit in choro. Cùm igitur in proposito casu Ferdinandus & litis consortes minimè probauerint installationem in choro, etiam præcipuè respectu certæ sedis, conclusum fuit minimè esse in probatis. 2

Ad illud quòd ex quo non apparet de possessione Caxæ sufficiat Ferdinando, & litis consortibus docere de eorum possessione, quasi quòd eo ipso dicantur priores, quòd non apparet alios esse in possessione, *ad l. qui duos*, cum ibi not. per scrib. *ff. de reb. dub. l. proximus, ff. de verb. signif.* Fuit responsum quòd dum Ferdinandus, & litis consortes prouocant Caxam ad iudicium super præcedentia, eo ipso & per necessarium antecedens fatentur illum esse possessorem Canonicatus. Inepta enim esset petitio præcedentiæ contra aliquem tanquam Canonicum, si ille non esset in possessione Canonicatus, nam aliàs ista præcedentia competit tantùm ratione possessionis, non autem tituli anterioris, *cap.1. cum ibi not. de maior. & obed.* glos. *in cap. fin. in verb. antiquiores*, & ibi Doct. *de consuet. lib.6.* Ias. *cons.192. num.15. & 16. vol.2.* Rum. *cons.19. num.9. lib.1.* Menoch. *cons.51. num.39. & 40.* fuit dictum in causa Vicen. præcedentiæ 27. Aprilis 1594. coram bo. mem. Gypsio. 3

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Sancti Seuerini bonorum.

die 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas propter masculos sine confirmatione Sedis Apostolicæ nihil valet, præsumiturque conditum fauore agnationis, & ideò non existente aliqua persona de agnatione, admittuntur personæ exclusæ.

SVMMARIVM.

Statuta iuri communi contraria à Sede Apostolica non confirmata, non valent, num. 1. & 2.
Domus *verbum significat agnationem, præsertim quando sic suadet subiecta materia, n. 3.*
Statutum excludens fœminas propter masculos censetur factum fauore agnationis conseruandæ, ibid. vbi etiam quid si non adsunt personæ agnationem conseruantes.
Limitata causa, limitatum parit effectum, ibid. in fine.
Præcedentia restringuntur ab immediate sequentibus, n. 4.
Alius, alia, aliud, *dictio implicat similia, ibid. vbi etiam quid si adiungitur dictioni vniuersali,* Quicunque.

DECISIO CCCLXXIII.

1 CVm Eques Lancellotus prætenderet legitimam in bonis quondam Benigni, idque ex eo quòd ipse Eques esset hæres Vincentij filij sui legitimè suscepti ex Pietia filia d. quondam Benigni, quæ prædecessit patri. Dubitaui an prædicta legitima deberetur? & quia multæ præponebantur difficultates, & illa præcipuè, quòd obstaret Equiti venienti ex persona descendentis, & fœmina statutum S. Seuerini *lib. 5. rub.* 158. *de mulieribus dotatis, & in rub.* 159. *eod. lib.* quorum copia infra registrabitur, Domini, reseruato, quòd de reliquis particulariter videretur, resoluerunt prædicta statuta non obstare.

2 Primò, quia non constat, huiusmodi statuta fuisse à Sede Apostolica confirmata, quandoquidem non potest ciuitas illis subdita condere statuta iuri communi contraria, Bald. *in l. omnes populi n. 6. vers. & hæc opinio, ff. de iust. & iur. & cons. 407. n. 2. in fin. lib. 2.* Corn. *cons. 163. n. 2. ad fin. lib. 1. & cons. 172. num. 7. lib* 4. Rot. in causa montis Falischi hæreditatis 19. Martij 1584. coram bon. memor. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *decis. 780. part.* 1. quod eò magis videbatur necessarium in hoc casu, quia, vt testatur Bald. *cons. 47.* in formatione casus *lib. 4.* de hoc, vel simili statuto S. Seuerini Sedes Apostolica consueuit illud approbare, saluo iure petendi legitimam.

3 Secundò, etiam præsupposita validitate statutorum, adhuc fuit dictum illa non obstare, quia loquuntur quando extant filij masculi, aut nepotes, aut alij remanentes in domo patris dotantis, quod verbum *domus* significat agnationem, Bar. *in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de ver. signif.* Anchar. *cons. 152. n. 4.* Alex. *cons. 213. n. 3. lib. 6.* Barr. *cons. 96. num. 7. lib. 2.* præsertim quando subiecta materia id suadet. Illustr. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 17.* prout suadet in hoc casu, in quo sumus in statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, quod censetur factum fauore agnationis conseruandæ, Corn. *cons. 26. num. 4. lib. 4.* Ruin. *cons. 46. num. 5. lib. 3.* Paris. *cons. 41. num. 17. lib. 3.* Gratian. *cons. 26. num. 53. lib. 1.* Cephal. *cons. 343. num. 30. & seq.* Tiraqu. *de retract. lign. §. 1. glos. 9. nu. 196.* Rol. *cons. 70. num. 30. lib. 3.* Vbi autem non sunt personæ, quarum fauore est facta exclusio, cessat ipsa exclusio, & admittuntur personæ, quæ propter eos erant exclusæ, Bec. qui alios cumulat, *cons. 167. num. 18.* Capra in terminis huius statuti, *cons. 19. num. 12.* & facit vulgata regula, quòd limitata causa limitatum producit effectum, de qua *in l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. & in l. age cum Geminiano, C. de transact.* Angel *cons. 226. in fin.* Ias. *in l. si fundum per fideicommissum n. 20. ff. de leg. 1.*

4 Non obstat generalitas verbi *quoscunque*, de qua in secundo statuto, acta comprehendere hæredes extraneos, ex allegatis, quia illius ius restringitur per alia verba, ibi, *remanentes in domo*, quæ tanquam immediatè sequentia, & magis specialia restringunt præcedentia, *l. sed etsi adijciatur, ff. pro soc. l. fin. §. cui dulcia,* vbi glos. *ff. de tritic. vin. & oleo leg.* Gozad. *cons. 60. num. 22. ad fin.* Paris. *cons. 102. num. 10. & seq. lib. 1.* Item restringitur significatio verbi *quicunque*, per præcedentem dictionem *alias*, ibi, *contra filios, nepotes, & alios quoscumque remanentes in domo patris*, cùm enim natura dictionis *alias* sit implicare similia, *l. fin.* & ibi Bald. *n. 1. Cod. de his, qui à non dom.* glos. *in l. 3. verb. alia, C. de seru. fugit.* Anchar. *cons. 361. num. 3.* Aret. *cons. 116. num. 3.* Rum. *cons. 181, num. 1. lib. 2.* meritò dictio *quicunque* intelligitur de similibus expressis, veluti pronepotes, abnepotes, & simil. Capr. *d. cons. 19. n. 12.* & proinde nullus remanserit post Benignum, fuit dictum ex hoc capite non esse locum statuto.

Statutum sub rub. 58, lib. 5.

Item quòd nulla mulier dotata à patre, matre, fratre, qui sint de terra S. Seuerini, & eius districtu, possit venire ad successionem cum filijs prædictorum, vel alicuius eorum dotantium, vel dotantis dictam mulierem, nec etiam possit venire ad successionem de bonis paternis, vel maternis, cum prædictis, vel aliquo prædictorum, contra voluntatem dotantium, vel dotantis ipsam mulierem, nec etiam ab intestato ad successionem venire possit cum filio, vel filijs remanentibus in domo, rebus & possessionibus defuncti decedentis, seu decedentium, ipsa, vel sui hæredes; addimus huic capitulo quòd mater non admittatur, nec ipsa mater possit succedere in bonis filij, seu filiæ præmortuorum.

Statutum sub rub. 159. eod. lib.

Statuimus, & ordinamus, quòd mulieres dotatæ à patre, matre, fratre, & alijs quibuscumque personis suis consanguineis non possint venire ad successionem, nec petere partem quocunque iure bonorum patris, & matris ipsius mulieris, & etiam ab intestato contra voluntatem dotantis, & filij, seu filiæ, quæ nascerentur ex tali muliere dotata, & fuissent natæ, non possint petere ab hæredibus, & filijs institutis in testamento patris filiæ dotatæ, nec etiam aliquis ex persona ipsius filiæ matris dotatæ possit petere aliquid occasione debiti iure naturæ, & alia qualibet successione contra filios, nepotes, & alios quoscunque remanentes in domo patris dotantis.

R. P. D. PIROVANO.

Romana matrimonij,

Mercurij 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Matrimonij probatio debet esse plena, & concludens, quando agitur de illius fœdere, Concludens autem, & plena dicitur probatio illa, quæ ex libro parochi, & duobus testibus resultat, iuncta præsertim publica voce, & fama.

SVMMARIVM.

Matrimonij probatio debet esse plena, & concludens, quando agitur de fœdere matrimonij, n. 1.
Matrimonium plenè dicitur probatum ex libro parochi, in quo matrimonia describuntur, n. 2.
Libris mercatorum, & aliis plenè creditur, quando sunt approbati à lege generali, vel municipali, ibid.
Testes examinati parte non citata, faciunt præsumptionem, num. 3.
Testis deponens de facto proprio, & ratione officij gesto, plenè probat saltim iunctis alijs adminiculis, ibid.
Fama publica de per se facit semiplenam probationem, etiam quod non nominent à quibus illam audiuerint, n. 4.
Testes duo inter se quando sunt contrarij, vnus alterius fidem infringit, n. 5. declara vt n. 6.
Testes duo regulariter sufficiunt ad probationem cuiuscumque actus, ibid.
Matrimonium plenè probatum censetur per duos testes, qui illi præsentes fuerunt, parocho præsente, ibid.
Testibus contrarijs inter se existentibus creditur illis, qui numero plures sunt, ibid. in fine.
Testis in iudicio si varius fuerit ab eo, quòd extra iudicium dixerat, diminuitur de eius fide, nec caret falsitatis suspicione, n. 7.

Fa-

Fama censetur probata concludenter per testes, dicentes se ita publicè dici audiuisse, n.8. Vbi alia ad materiam probationis famæ.

Matrimonium noctis tempore celebratum non requirit tam exactam probationem, sicut quando ageretur ad dirimendum aliud matrimonium, ibid. in fine.

DECISIO CCCLXXIV.

1 FVit resolutum constare de matrimonio contracto inter Petrum Paulum Iannotium, & Prudentiam Liliam. Quia si agatur de fœdere matrimonij principaliter, in quo concludens probatio desideratur, *cap.1. cum glos. de consang. & affinit.* glos. *in l. mulieri de iur. iur.* Dec. *cons.* 133.*n.*2. Gemin.*cons.*27.*in princ.* Alex.*cons.*143.*num.*4.*&* 5. *lib.*2. Paris. *cons.*57.*n.*41.*lib.*4: cum alijs adductis per Menoch. *in cons.*199.*n.*1.*vol.*2.& tamen visa est Dominis concludens in casu proposito.

2 Nam datur fides parochi in summario *n.*1. testibus munita, & ex libro extracta, in quo solent matrimonia contracta describi, vbi legitur matrimonium inter supradictos per verba de præsenti celebratum, cui libro vti scripturæ legali, postquam à sacro Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* necessitatur fieri, & à parocho diligenter custoditi plena fides in iudicio videtur adhibenda, *cap. cum dilectus de fid. instrum.* & illum plenè probare affirmarunt Menoch. *cons.*199. *num.*3. Caual. *decis.* 12. *num.*23. *part.*2. ea ratione, quia fides adhibetur libris tum mercatorum, tum æstimi, quando à lege generali, vel municipali approbantur, quod obseruari inquit idem Caualcan. in huiusmodi libris qui approbantur à Concilio, & quando ordinatè conscripti reperiuntur, Rota in Colonien. status coram Robusterio inter impressas *decis.* 340 *num.*2.*part.*2.

3 His accedunt depositiones duorum testium, qui matrimonio præsentes fuerunt, etsi non formiter citata parte examinati, tamen præsumptionem faciunt pro matrimonio, Dec. *in cap. in nomine n.*27.*de testibus*, Caputaq. *decis.*208. *num.*7. *part.*1. concurrit & depositio eiusdem parochi, cui etsi singulari, ex quo testatur de facto à se ipso, & ratione officij, videtur adhibenda plena fides, secundùm Alex. *cons.*197.*n.*5.*lib.*7. Dec. *cons.*56.*n.*4. Soc. *cons.*31. *n.*33.*lib.*2. vel saltem instare videtur pro vehementi adminiculo, quod aliàs cum adminiculis pro plena probatione deseruiret, Castr. *in l. quicumque in fine, C. de seru. fugit.* Gabr. *de testib. concl.*1.*n.*18. Rota Bononien. *decis.*50.*n.*4.

4 Additur præterea publica vox, & fama, quæ de per se semiplenam facit probationem, etiam quòd testes non nominent à quibus illam audiuerint, Paris. *cons.*52.*in fin. lib.*3. Cassad. *decis.*3. *de probat.* Verall. *decis.* 208. *num.*7. *part.*2. de ea enim deponunt testes dati in summario, *num.* 1. *&* 4. nominando etiam personas, à quibus audiuerint, scilicet Circiullam famulum Petri Pauli, & Ioanninam, quæ assistebat Prudentiæ, dum infirmabatur, & interfuerunt matrimonio, ita vt tanquam procedens ab informatis, & ex opinione, quam sequitur Bart. *in l. de minor*, §. *plurimum num.*23.*ff. de quæstion.* & ex verisimili præsumptione secundùm Alexand. *cons.*143. *num.*7. *lib.*2. videtur attendenda. Ex quibus omnibus benè adminiculata remanet fides parochi, quatenus de illius sufficienti probatione aliqualiter posset hæsitari.

Non obstat, quòd fides parochi infirmetur ex eo, quòd Circiullas in fide nominatus pro teste, & ab ipso parocho in eius depositione neget matrimonium fuisse contractum, quo casu propter repugnantiam neutri videtur credendum, Bald. *in cap. cum causam num.*11. *de testibus*, Grammat. *cons. crimin.*26. *num.*21. Dec. *cons.*133. *num.*3. *&* 5. cum alijs allegatis, & vacillante fide propter defectum vnius testis tota probatio tanquam accessoria ad fidem corruere videatur.

Nam fuit responsum, negationem, seu verius contradictionem illius famuli non infirmare fidem ex libro extractam, ex qua remanent alij duo testes ad illius probationem, nempe presbyter Augustinus, & Ioanna de Meliolano, qui regulariter sufficiunt in quocumque actu probando, *l. vbi numerus, ff. de testibus cap. in omni extr. eod. tit. cap. placuit 2. quæst.*4. & sacrum Concilium in prædicto sentire videtur *in allegata sess.*24. *cap.* 1. *de reform. matr.* ..., *quam præsente parocho, & duobus, vel tribus testibus*, sufficere tenuerunt Domini in causa Tullen. matrimonij 14. Iunij 1585. coram Oradino, & in Papien. matrimonij prima Iunij 1594. coram Illustriss. Cardinali Millino, ex fide autem sufficienter comprobata & ex perfecto numero superexistenti cessat timor vacillationis, glos. *in l.* 1. §. *si quis neget, ff. quemadm. testam. apert.* vbi Bart. quem sequuti sunt Dec. Paris. Soc. & alij, de quibus per Menoch. *de arbitr. cas.*105. *n.*11.

Et hæc ipsa Circiullæ contradictio videbatur eò minus fidem parochi offendere, quia non carebat suspicione, vt domino suo complaceret; tum quia eiusdem Petri Pauli famulus erat, Abb. *in cap. inquisitionis*, §.3. *num.*9. *de accus.* Tum etiam, quia idem famulus prima die post contractum matrimonium illud inter vicinos propalauit, vt deponunt duo testes in summario Prudentiæ, *num.*2. quorum dictum etsi extraiudiciale, & singulare, diminuit tamen fidem dicto posteriori iudiciali, vt suspicione falsitatis carere non dicatur, Abb. *cons.*52.*n.*1. *lib.*1. Corn. *cons.* 170.*n.*15. *vers.*2. *detrahitur etiam eorum fidei*, Capel. Tholos. *decis.*326.*n.*1. 7

Demum non obstat famam sufficienter probatam non esse, quia testes in prima instantia examinati duntaxat dicunt exijsse publicam vocem postridie diei matrimonij, non autem successiuè esse continuatam. Primus autem testis in secunda instantia nihil probat, quia personas non nominat, secundùm Bart. *in l. de minore*, §. *plurimum n.*21. *ff. de quæst.* Rolan. à Vall. *cons.*3.*n.*51. *lib.*1. nec reddit rationem Clar. *in §. fin. quæst.*6. *vers. postremo*. Rursus vnicus tantùm testis famam probat, qui est de vltimis, & tamen duo saltem videntur adhibendi, aliàs vnus tantùm de fama non coniungitur, Gabr. *de probat. conclus.*1.*n.*31. Rimin. iun. *cons.*660.*n.*22. *&* 23. *vol.*6. Nam hæc omnia visa sunt Dominis posse iuridica responsione tolli, quia non vnus, sed plures testes, nempè secundus & quartus primo loco examinati, & primus de vltimis famam probat, qui duo primi testes etsi non interrogati, sufficere tamen, quòd dixerint publicè audiuisse, dum non excludunt continuationem famæ secundùm opinionem, quam seruat Rota, testantur Cassad. *decis.*3.*n.*7. *de probat.* Paris. *cons.*52. *in fin. lib.*3. Ferret. *cons.*168 *post n.*19. & de magis recepta sententia Bursatt. *cons.*87. *nu.*47. *vol.*1. quæ maximè etiam videbantur procedere, cùm ageretur de matrimonio noctis tempore celebrato, & probatio non tendebat ad dirimendum aliud matrimonium, in quibus casibus tam exacta iustificatio non desideratur, Laur. de Pin. *cons.*71.*n.*15. Ferret. *cons.*364.*n.*14. *& cons.*389.*n.*22 *lib.*2. Dec. *cons.*163.*n.*4. & hoc ipsum approbarunt Domini in vna Tullen. matrimonij coram piæ mem. Clemente VIII. inter impressas 209. *in princ. part.*1. *diuers.* Et ita resolutum, &c. 8

Infrà in eadem causa adest decisio 630.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Imolen. damnotum.

Mercurij 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Mulieris fideiussio iuramento vallata valida est; etiam quòd à Notario non fuerit certiorata de Velleiano. Et quid de contractu minoris iurato sine solemnitatibus Ægidianæ constitutionis celebrato, in hac decisione magistraliter declaratur.

SVMMARIVM.

Mulieris fideiussio iurata non valet, nisi fuerit certiorata à Notario de Velleiano, n.1. contrarium verius, num.2. & per tot.

Minoris contractus sine solemnitatibus etiam iuratus non valet vigore Ægidianæ, n.1. in fine, & n.5. vbi hoc declaratur.

Iuramentum semper seruari debet, quando fieri potest sine dispendio salutis æternæ, n.3.

Iuramentum non comprehenditur in constitutione simpliciter loquente, ibid.

Impuberis iuramentum firmat contractum nullum ab eo factum, n.3.

Statuta laicorum contra iuramentum nihil valent, n.4.

Iuramentum non se extendit ad ea, quæ sunt contra bonos mores, ibid. in fine.

Extensio de casu ad casum non fit in exorbitantibus à iure

communi, præsertim stante diuersitate rationis maioritate, vel minoritate, n.5.

Constitutio Marchia Cardinalis Carpensis, nunquid locum habeat in prouincia Romandiela, ibid. in fine, & n.6.

DECISIO CCCLXXV.

1 VT recederetur à decisione in hac causa coram me facta sub die 28. Iunij 1610. informantes pro DD. Saxatellis, duobus vrgebant fundamentis, primò quòd ita demum cessat Velleianum per iuramentum mulieris, si illa fuit de prædicto Velleiano certiorata, aliàs secus, Couar. post Io. Andr. Bald. Imol. Aret. & alios *in c. quamuis pactum, de pactis 2 par. relectionis cap. 3. n. 5.* alios de magis communi attestantes refert Gabr. *conclus. 3. n. 1. de iur. iur.* Secundò, quia in constitutione Ægidian. *lib. 5. cap. 25.* annullantur contractus etiam iurati, qui fiunt per minores sine certis solemnitatibus, & Cardin. Rodulphus eandem formam obseruari mandauit in contractibus mulierum.

2 Verùm Domini istis non obstantibus persliterunt in decisis. Et quantum ad primum obiectum placuit opinio contra Couar. quam ipse communem attestatur, & vltra eum idem attestantur Alex. *cons. 27. num. 8. lib. 1.* Gail. *pract. obseru. lib. 2. obseru. 77. n. 10.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 63. num. 3. & seq.* & in hac tanquam magis communi residet Gabr. *d. conclus. 3. in fine.* Et ista opinio visa fuit meliùs firmata textu, & ratione text. *in cap. ex rescripto de iur. iur.* cùm non satisfaciunt responsiones, de quibus per Couar. *d. cap. quamuis pactum,* nempe quòd in casu illius text. mulier expresse renunciasset beneficio Velleiani, vel tempore fideiussionis fuisset certiorata, quia præteritæ rationes sunt diuinatiuæ, cùm de hoc nihil in text. imò textus innuit rationem dispositionis esse merum iuramentum, ibi, *quam virum & vxorem ipsius monere curetis, vt sicut iurarunt, eandem conuentionem faciant adimpleri,* facit quia text. ponit virum, & mulierem sub eadem determinatione, vnde videtur in hoc eos ad par determinare, vulg. *l. iam hoc iure, cum concord.*

3 Quantum ad rationem fundamentum istius opinionis est, quia iuramentum semper debet seruari, quando fieri potest sine dispendio salutis æternæ, *c. si vero, c. cùm contingat, de iur. iur. c. quamuis de pact. in 6.* Anchar. *cons. 226. n. 3.* Alex. *cons. 149. n. 17. lib. 7.* & hinc est quòd constitutio simpliciter loquens non trahitur ad casum iuratum, Innoc. *in c. cùm inter, circa fin. de renunc.* Alciat. *in c. cùm contingat n. 57. de iur. iuran.* Alex. *cons. 125. num. 18. vol. 1.* Gozad. *cons. 32. n. 10.* Gabr. *tit. de statut. conclus. 5. n. 1.* Simile videmus in impubere, cui lex magis fauet quàm mulieri, *l. quamuis in lucro, C. de iur. & fact. ignor. l. fin.* vbi Salyc. *n. 1. C. ad Velleian.* Seraph. *de priu. iur. p. 99. n. 3.* & nihilominus illius contractus iuratus tenet absque alijs circunstantijs, *auth. Sacramenta pub. C. si aduers. vend.* cum ibi plenè not, per Scrib,

4 Quod eò magis procedit in constitutione laicali, in qua vltra defectum voluntatis, de qua suprà, concurrit etiam defectus potestatis, cùm laici non possint statuere contra iuramentum, Bal. *in auth. Sacramenta puberum n. 5.* & ibi Salyc. *num 26. C. si aduers. vend.* Bal. *in l. omnes populi n. 25. ff. de iust. & iur.* Alex. *cons. 125. n. 10.* Boer. *decis. 247. num. 8.* Seraph. *de priuileg. iuram. priu. 34. n. 2.* Et ex præteritis resultat responsio ad rationes Couar. cum alijs hic cumulatis per informantes pro DD. Saxatellis, nempe quòd simplex iuramentum mulieris non possit importare renunciationem S. C. Velleiani, nisi appareat mulierem habuisse notitiam beneficij sibi competentis, ex dicto S. C. idque ex vulg. regula, quòd iuramentum non trahitur ad incogitata, *cap. Quintauallis de iur. iuran.* Et quòd in generali renunciatione non venit ius, quod quis ignorabat sibi competere, cum similibus, quia ista præsupponunt, quòd intret Velleianum, & proinde fuerit necessarium de illo cogitare, vel illi renunciare: verùm, vt ex prædictis apparet, Velleianum non intrat in casu iurato tam ex defectu potestatis, quàm voluntatis legislatorum, vnde non opus fuit mulieri illi renunciare, vel de illo cogitare. Vltra quòd cùm iuramentum propter periculum animæ obliget præcisè, censetur cogitatum de omnibus quæ possunt obstare, præter ea, quæ sunt contra bonos mores, ad quæ non se extendit iuramentum, in quibus terminis loquitur *c. Quintauallis,* ex alleg.

5 Quantum ad secundum obiectum de constitutione Ægidiana, fuit dictum, quòd constitutio *d. cap. 25. lib. 5.* non loquitur de mulieribus, sed de minoribus, & quòd constitutio tanquam exorbitans à iure communi non erat trahenda extra suum casum, Gemin. *cons. 61. num. 9. vers. exorbitantia,* Abb. *cons. 44. in fin. lib. 1.* Oldrad. *cons. 150. num. 3.* Dec. *cons. 37. num. 5.* Bec. *cons. 3. num. 43.* maximè quando potest assignari ratio diuersitatis, iuxta not. *in l. illud, ff. ad l. Aquil.* Dec. *cons. 684. num. 2.* Paris. *cons. 38. num. 28. lib. 2.* quæ diuersitas constituitur etiam ex maioritate, vel minoritate rationis, Alex. *cons. 29. num. 4. lib. 6.* Soc. *cons. 9. num. 15. lib. 3.* Crauet. *cons. 17. num. 2.* fuit dictum in Messanen. canonicatus 7. Februarij proximi coram me, & in Bononien. administrationis die 10. Iunij proximi pariter coram me: maior autem est ratio in minore, quàm in muliere, quia lex magis fauet ætati, quàm sexui, ex suprà alleg. Nec obstat quòd in fine eiusdem *cap. in §. eandem formam,* extendatur constitutio de minore ad mulierem, quia ille §. est additio Cardinalis Carpensis, qui cùm esset Legatus Marchiæ, non potuit facere constitutiones, quæ ligarent Romandiolam, prouinciam diuersam, Bart. Bald. Salyc. & alij *in l. cunctos populos, Cod. de summ. Trinit. & fid. Catholic.* Gozad. *cons. 76. num. 12.* Socin. *cons. 74. num. 11. lib. 1.* Paris. *cons. 12. n. 47. vol. 3.* Quod fuit in terminis istarum additionum Card. Rodulphi decisum in causa Æsina fideicommissi de Georginis 14. Maij 1604. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano.

6 Circa verò illud, quòd additiones Cardinalis Rodulphi seruarentur etiam in prouincia Romandiolæ, fuit dictum, quòd talis obseruantia maximè cum suis requisitis non videbatur probata, & fides practicorum, quæ super hoc dabatur, de iure non faciebat fidem, *l. 3. §. idem Diuus, ff. de test. l. instrumenta, Cod. de prob. cum concord.*

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. decimatum.

Mercurij 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Ecclesia quòd sit parochialis quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Confessione nulla est maior probatio, n. 1.

Confessio facta in libello, in articulis, & in alijs actibus plenè probat contra confitentem, ibid.

Episcopi præsumuntur benè informati de statu Ecclesiarum suæ diœcesis, præsertim in actu citationis, n. 2.

DECISIO CCCLXXVI.

1 IN propositione dubij, ad quos spectent decimæ, informantes pro Capitulo Varisij, negarunt Ecclesias plebis esse parochiales, earumque Rectores parochos, ideòque die 27. Maij non fuit capta resolutio, sed fuit dictum meliùs, probetur parochialitas. Postea die 22. Iunij Domini dixerunt constare de parochialitate, moti sunt ex confessionibus in hoc iudicio repetitis, quando Capitulum citauit Rectores vti parochos, & Ecclesias appellauit parochiales in libello, in articulis, & in alijs actibus, nulla maior probatio, quàm partis confessio, Doctor. *in c. fin. de confess.* Bart. *in l. certum, §. si quis absente, ff. eod.* Gabr. *conclus. 1. num. 12. eod. tit.*

2 Non obstat, quòd Ecclesiæ Varisij non potuerint præiudicare confessiones, vel Reuerendi Præpositi illius Prælati, vel Procuratorum; nam id benè procederet, si parochialitas illius solùm confessionibus niteretur: sed dictæ confessiones sunt adeò adminiculatæ, imò absque illis tam clarè constat de parochialitate, vt de illa non possit dubitari, dantur enim testes, qui benè deponunt circa hanc Ecclesiam plebis qualitatem. Item attestationes fortiter extractæ ex visitationibus factis per Ordinarios, in quibus ponitur Ecclesia Varisij caput plebis, & in ea plebe 25. parochiales Ecclesiæ, & eorundem parochi: Ordinarij autem præsumuntur benè informati de statu Ecclesiarum suæ diœcesis, Ruin. *cons. 13. n. 6. lib. 4.* fuit dictum in Reatina beneficij 22. Iunij 1576. coram Illustriss. Blanchetto, præcipuè in actu visitationis, vt fuit consideratum nuper in Messanen. iurisdictionis coram me, & antea in Sabinen. decimarum 30. Aprilis 1589. coram bon. me. Cardinali Pamphilio,

Et

3 Et tollit omnem difficultatem, quòd pro parte Ecclesiæ Varisij fuit in hoc ipso iudicio coram Vicario Comensi producta fides, qualiter in actis Synodalibus factis ab annis 1604. citra reperitur inter alias plebes diœcesis Mediolanen. in tertia Regione plebs Varisij caput plebis, in qua reperitur Præpositus, & octodecem Canonici, & 25. parochiales Ecclesiæ, & totidem parochi, vltra alias plures Capellas, & Oratoria, deinde nominantur Præpositus, Canonici, & parochi, qui sunt illimet Rectores moderni, qui sunt in hac lite.

4 Non obstat, quod dicebatur non probari limites distinctos, habuit enim ipsummet Capitulum instrumenta ad probandum decimarum exactionem, in quibus specificè, & distinctè habentur territoria iuxta dominationes istarum parochiarum. An autem decimæ spectent ad dictas Ecclesias plebis, illarumque parochos, vel ad Ecclesiam S. Vicaris, Domini reseruarunt resoluendum post ferias, & interim Ecclesia S. Vicaris possit facere suas probationes, & in re graui, & magni præiudicij iura in vtriusque partis Rotali maturitate discutiantur, &c. Itaque ex his fuit conclusum constare de parochialitate.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Lucana iurispatronatus.

Mercurij 22. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Patronatus non potest post quatuor menses præsentare, qui tamen menses currunt solùm à die scientiæ vacationis, nisi ignorantia sit inuerisimilis, & quando quis dicatur triennalis possessor, non obstante lite.

SVMMARIVM.

Resignatio beneficij facta ab inquisito antequam sit per sententiam priuatus valet, & tenet, n. 1.

Præsentatio facta post quatuor menses non suffragatur, num. 2.

Tempus datum patronis ad præsentandum currit à die scientiæ, non autem à die vacationis, n. 3.

Fallit vbi ignorantia est inuerisimilis, ibid.

Triennalis possessor dicitur etiam quis stante lite quoad eum qui non fuit in lite, n. 4.

DECISIO CCCLXXVII.

1 ROta censuit, Dominum Cæsarem Seriustum non esse instituendum, quia licèt præsopponatur, beneficium esse de iurepatronatus, tamen non vacauit de tempore, quo Cæsar fuit præsentatus, erat enim de eo prouisus Dominus Iulius Cæsar Brauinus per resignationem Notarij, qui licèt esset carceratus, & inquisitus de homicidio, eo tempore, quo resignauit, cùm nondum fuisset per sententiam priuatus, potuit facere dictam resignationem, Rebuff. *in prax. tit. de modo amitt. benef. nu. 50. & seq.* Gabr. *cons. 196. per totum*, & præcipuè *circa fin.* Sarnen. *super reg. de annal. quæst. 42.*

Præterea dato etiam, non tamen concesso, quòd beneficium vacasset per priuationem, nec habenda esset ratio resignationis; nihilominus præsentatio non posset suffragari Domino Cæsari, vtpotè non facta in tempore, dicta enim vacatio per priuationem contigit de ann. 1601. præsentatio autem fuit facta de anno 1605. & sic nedum post sex menses patronis Ecclesiasticis concessos ad præsentandum, *cap. 1. §. verum de iurepatr. in 6.* sed etiam post annos quatuor.

Nec facit quòd illud tempus currat à die notitiæ, non autem à tempore vacationis, Rebuff. *de deuolut. n. 10. in fin.* Simon. *de iurepatr. n. 35.* & alij per Rotam *decis. 421. num. 1. part. 1. diuers.* vbi respondetur decis. primæ de iurepatr. in antiq. & alij in contrarium possunt allegari. Nam conclusio non procedit quando ignorantia est inuerisimilis, ad not. per Rotam *decis. 481. n. 3. part. 1. diuers.* vbi allegantur Rom. *cons.* 481. Grat. *respons. 42. n. 26. lib. 1.* Achill. *de supplen. neglig. Prælat. decis. vnic.* & alij.

Hic autem non est aliquo modo verisimilis ignorantia patronorum per spatium quatuor annorum, cùm ageretur de crimine graui, nempe de satellitibus interfectis mandato prædicti Notarij, qui erat vir nobilis, & homicidia fuerant facta in territorio Lucano, & tam patroni, quàm ipse Horatius erant ciues Lucani, atque inter patronos erant Canonici Ecclesiæ Lucani, intra cuius septa existit beneficium de quo agitur.

4 Et hæc posterior consideratio præsentationis non factæ in tempore, eo magis stringit, quia interim Iulius Cæsar Brauinus asseritur fuisse factus triennalis, quamuis medio etiam tempore lis fuerat inter ipsum, & Dominum Hieronymum filium; tamen quoad alios, & in specie contra Cæsarem, non impeditur quin dici debeat triennalis, Rebuf. *de pacif. poss. num.* 200. atque in omnem euentum ipsi tanquam possessori de tempore motæ litis sufficit excludere Cæsar per non ius ipsius.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Bononień. Fideicommissi de Pannolinis.

Luna 27. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Reijciuntur plures exceptiones oppositæ ad impediendam immissionem fideicommissarij in possessionem, de quibus particulariter in summario.

SVMMARIVM.

Melioramentorum occasione non datur retentio, vbi de illis neque in genere, neque in specie constat, n. 1.

Trebellianica censetur consumpta per perceptionem fructuum, spatio 20. annorum, ibid.

Dispositio conditionalis non docto de conditionis implemento non attenditur, n. 2.

Pactum resolutiuum operatur, vt contractus eueniente casu habeatur, ac si non fuerit factus, n. 3.

Ratificatio non præsumitur ex lapsu temporis absque obseruantia, ibid.

Transactio hæredis non nocet vocatis ad fideicommissum, num. 4.

DECISIO CCCLXXVIII.

POst decisiones in hac causa factas, cùm Dominus Albertus Budriolus de Pannolinis peteret executionem sententiarum, fuerunt per Dominos de Buttrigarijs propositæ aduersus illam petitionem aliquæ exceptiones, quæ licèt parum considerabiles viderentur, tamen vt dictis Dominis Buttrigarijs satisfacerem, dubitaui an illis competat aliquod ius, quod impediat exequutionem sententiarum; & ipsis sæpius citatis, nec comparentibus in hac penultima Rota, ante ferias proposui illud dubium, quòd solo Domino Alberto informante, Domini absque vlla difficultate censuerunt negatiuè resoluendum.

1 Nam in hac restitutione fideicommissi non potest prætendi aliqua retentio occasione melioramentorum, cùm de illis neque in genere constet, neque in specie, Cæs. de Grass. *decis. 5. n. 4. de reb. Eccles. non alien.* Paris. *cons. 28. n. 31. lib. 1.* non etiam ratione Trebellianicæ, quia cùm quidam Marius possederit bona restitutioni obnoxia per annos plusquam quadraginta, fructus tanti temporis spatio percepti, consumpserunt proculdubio Trebellianicam. Ad hunc enim effectum regulariter sufficit cursus annorum viginti, glos. *in auth. præterea, in verbo iusta, C. de sacros. Eccles.* Couar. *var. resolut. lib. 3. & 9. num. 5.* Aym. *cons. 145. n. 8.* Rebuff. *de reb. Eccl. non alien. num. 98.* Cagnol. *in l. 2. n. 233. C. de rescind. vend.* fuit dictum in Foroliuien. de Monsignanis 18. Nouembris 1603. coram Reuer. Patre Domino meo Decano.

2 Quod verò attinet ad transactionem aliàs factam inter iam possidentes ista bona, de quibus agitur, quòd adueniente casu restitutionis ad fauorem vnius ex cohæredibus per obitum alterius tunc restitui deberet tanta dictorum bonorum portio, quæ capiat valorem libratum quatuordecim, quòdque hæres illius, qui sine prole decesserit, censeatur ab aliqua pinguiore restitutione liberatus, omissis alijs responsionibus fuit dictum, illam transactionem fuisse factam cum pacto, & conditione, quòd haberet locum, si intra sex menses dictæ transactionis ratificatio per publicum instrumentum facta appareret, vnde cùm vsque hodie de illa ratificatione non constet, non potest fieri vis in tali conditionali dispositione, cuius imple-

mentum non ostenditur, *l.1. de reg.* Castr. *l. ex literis, Cod. quando dies leg. ced.* Surd. *decis.* 210. *num.* 5. Decian. *respons.* 21. *num.* 8. *lib.* 2. *& respons.* 1. *num.* 29. *lib.* 3. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 26. *num.* 3. dixit Rota in Asculana nullitatis laudi 5. Iulij 1599. coram bon. me. Domino Litta.

3 Et tantò magis, quia fuit adiectum pactum resolutiuum, vt si ratificatio facta, & notificata non fuerit, conuentio nullius sit valoris, & momenti, & pro infecta ipso iure haberi debeat, *l.1. & 4. ff. de leg. commiss. l. commissaria, C. de pact. inter empt. & vendit.* Gomes *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. nec dicta ratificatio præsumi potest ex lapsu temporis, quia ille solus non sufficit absque obseruantia, quæ in hoc casu non habetur, quia non euenit casus restitutionis, Rol. *cons.* 127. *lib.* 1. decis. Pedem. 173. *num.* 5. latè Gabr. *cons.* 36. *num.* 57. *& seq. lib.* 1. & in terminis, quòd lapsus temporis non sufficit, etiam quando non euenit casus, in quo haberi posset obseruantia, fuit dictum coram Reuerendo Patre Domino meo Coccino in Pientina iurispatronatus 22. Aprilis 1611.

4 Demum nec illi transigentes præiudicare potuerunt vocatis ad fideicommissum, & eludere apertam testatoris dispositionem, *l. Imperatores, C. de transact. l. precib. Cod. de impub. & alijs substit.* vbi Alex. *num.* 4. Salic. *num.* 5. Dec. *cons.* 1. *num.* 2.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Tarentina Canonicatus.

Lunæ 27. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Exemplaris est hæc decisio, & in ea plenè explicatur, an & quando capiens beneficium vigore resignationis, si de tempore resignationis iam illud vacauerat, possit illud capere vigore clausulæ, *vel alio quovis modo*, non facta mentione mensis reseruati, in quo beneficium vacauit, & an regula quæ vult fieri expressionem mensis in quo beneficium vacauit, habeat locum vbi beneficium vacauit in mense Ordinarij.

SVMMARIVM.

Clausula, vel alio quovis modo, *capit vacationem etiam per obitum & quemcumque vacationis modum, quando modus expressus saltem de facto iustificatur, n.1.*

Fallit quando beneficium vacauit in mense reseruato, nec de dicto mense fuit facta mentio, obstante regula, cuius decretum irritans habet locum vbi quis vult capere vacationem per obitum in mense, absque eo quod fuerit expressus mensis, etiamsi velit capere beneficium ex vacatione per clausulas generales, n.2.

Limita, fallentiam non procedere, vbi non datur concursus Ordinarij, vel eius prouisi, num.5. Vbi declaratur limitationem esse intelligendam quando beneficium est reseruatum alia reseruatione quàm ratione mensis, & affertur ratio, & n.6.

Leges fiunt ad obuiandum fraudibus, sed vbi facta sunt, debent habere locum etiamsi fraus non intercesserit, n.3.

Lex seruanda est, quia lex legem prospexit, ibid.

Lex simpliciter loquens, simpliciter etiam intelligenda est, & seruanda, ibid.

Clausulæ accessoriæ regulantur à gratia principali, n.4.

Regula octaua dum excipit vacationem per resignationem, intelligitur de resignatione valida, & vbi verè ius competijsset resignanti, ibid.

Regula octaua non potest dici odiosa, vel exorbitans, & ideo dum vult fieri expressionem mensium in qualibet vacatione, debet intelligi etiam de mensibus ibi non expressis, qui per alternatiuam de ordinarijs efficiuntur Apostolicis, n.7. & 9.

Constitutio omnis quæ emanauit ad obuiandum fraudibus, dicitur fauorabilis, n.7.

Regula octaua dum vult fieri expressionem mensis in quo contingit vacatio, non habet locum vbi vacatio contingit in mense ordinario, & ex alio capite beneficium est reseruatum, n.8.

Determinatio eadem fieri debet, vbi idem est ius, ibid.

Alternatiua operatur vt menses alternati subrogentur loco aliorum, n.9.

Subrogatum assumit naturam illius cui fit subrogatio, ibid.

DECISIO CCCLXXIX.

PRoposui dubium, quod in præcedenti decisione fuerat reseruatum, an clausulæ generales suffragentur Domino Prospero, qui prouisus ex causa resignationis vult capere vacationem per obitum in mense reseruato in vim clausularum generalium, quæ in dicta eius possessione habentur? Et Dominorum fuit vnanimis sententia, clausulas generales non suffragari. Quamuis enim illæ regulariter capere possint vacationes beneficij resignati ex alterius persona, etiam per obitum, quando resignatarius saltem de facto iustificat resignationem, vt est decisio Rotæ diuers. in manuscript. 164. incipien. 27. Februarij, Mohed. *decis.* 5. *de præben.* Rota *decis.* 1. *de rescript. in n.u. in* 6. Sarnen. *in reg. de public. quæst.* 16. Paris. *de resign. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 65. 1

Tamen illa capacitas impeditur in hoc casu, in quo constat, beneficium vacasse in mense Martij reseruato propter acceptationem alternatiuæ. Vnde cùm in gratia Domini Prosperi non fuerit de dicto mense facta mentio, obstat regula, cuius decretum irritans habet locum, vbi quis vult capere vacationem per obitum in mense absque eo, quòd fecerit expressionem mensis, vt per Put. *decis.* 169. *lib.* 2. *& decis.* 4. *super reg de mense*, idque procedit etiamsi velit capere beneficium ex vacatione per clausulas generales, Put. *decis.* 3. super d. reg. de mense, Cotta *decis.* 238. & in terminis clausularum generalium appositarum in principali gratia resignationis post plures positiones, in quibus res fuerat controuersa, & Domini fuerunt diuisi, tandem fuit resolutum obstare regulam coram bon. mem. Cardinali Paleotto *in decis.* 700. *diuers.* quam & alias refert Bursatt. *cons.* 394. *num.* 16. *lib.* 4. & de anno proximè præterito fuit resolutum prima Iulij 1610. in causa Oueten. beneficiorum coram R. P. D. Coccino. Et quidem magna cum ratione, quia aliàs aperiretur via maxima fraudibus si ex prouisionibus per resignationem, in quibus Papa solet sequi voluntatem resignantis, caperentur beneficia per obitum in mense reseruato vacantia, de quibus Papa si notitiam habuisset, disposuisset de illis liberè ad sui libitum, nec forsan ea concessisset resignatarij. 2

Nec obstat, quòd in hoc casu fraus admissa non fuerit, eo quòd verisimiliter nec Ordinarius, nec prouisus de tempore factæ prouisionis sciebant canonicatum spectare ad prouisionem Papæ; nam leges fiunt ad obuiandum fraudibus, sed vbi factæ sunt, debent habere locum, etiamsi fraus non intercesserit, lex enim est seruanda, quia lex legem prospexit, §.1. *ff. qui & à quibus manumiss.* Rol. *cons.* 99. *num.* 47. *lib.* 2. & regula, quæ simpliciter disponit, quòd exprimatur mensis, simpliciter etiam intelligenda est, & seruanda, Aym. *cons.* 46. *num.* 20. Anchar. *cons.* 371. *n.* 4. Surd. *cons.* 53. *n.* 6. 3

Non obstat, quòd in regula excipiatur vacatio per resignationem: vnde infertur, quòd sicut gratia principalis non requirit expressionem mensis, ita nec clausulæ illæ accessoriæ & dependentes à gratia principali, Put. *decis.* 25. *lib.* 3. Nam respondetur exceptionem esse intelligendam de resignatione valida, & quando ius verè competijsset resignatori, Rota *decis.* 700. *in fine*, Cotta *dicta decis.* 238. 4

Non obstat, quòd regula non habeat locum quando non datur concursus Ordinarij, vel eius prouisi, vt dicitur in decisione Toletana parochialis 21. Maij 1589. coram Illustriss. Mantica. Nam illa decisio non potest suffragari intentioni Prosperi, cùm in prima illius parte expressè dicatur, quòd quando non fuit facta expressio vacationis per obitum, sed solum ex causa resignationis, tunc si quis velit vigore clausularum generalium, capere vacationem per obitum, necessariò requiritur expressio mensis, ibique allegatur supradicta decisio Cottæ 238. Deinde quatenus in altera parte dictæ decisionis coram Illustriss. Mantica dicitur, regulam non procedere, quando non datur concursus prouisi ab Ordinario, hoc intelligendum est, quando beneficium est reseruatum alia reseruatione, quàm ratione mensis, & ita loquuntur decisiones, quæ pro limitatione afferuntur, vt est Put. *decis.* 53. *lib.* 2. *&* 25. 5

& 25. *lib.* 3. Peregr. Accoramb. 59. *lib.* 2. & dicitur in decisione Zamoren. Canonicatus 24. Maij 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, aliàs enim si ista limitatio veniret simpliciter intelligenda, sequeretur non esse necessariam expressionem mensis in mensibus reseruatis, in quibus Episcopi non possunt se intromittere, nec agitur de aliquo eorum interesse, quòd esset contra expressam regulæ dispositionem, quæ requirit expressionem mensis signanter, & specialiter in octo mensibus reseruatis, itaut in illis solis sit necessaria expressio, Pur. *dicta decis.* 33. *lib.* 2. & fuit dictum in Salamantina dimidiæ portionis 5. Decembris 1588. coram Giptio.

6 Et licèt verum sit illam expressionem mensis requiri, quia Papa non vult inferre præiudicium Ordinarijs, tamen regula non est restringenda ad illam vnicam causam, neque hoc dicunt decisiones, sed in genere considerant regulam fuisse inductam, vt Papa intelligant an ad eum, vel ad Ordinarium collatio spectet, quòd benè applicatur in hoc casu, in quo licèt non detur concursus prouisi ab Ordinario, tamen si Papa sciuisset, resignantem fuisse prouisum ab Ordinario in mense reseruato, & per consequens nullum ius ei competere, forsitan non admisisset resignationem, nec sub clausulis generalibus contulisset resignatario Canonicatum, sed de illo alicui alteri Clerico prouidisset, & in omnem euentum quæcumque tandem ratio mouerit Papam, verum est, quòd regula simpliciter loquens simpliciter est seruanda, vt dictum est.

7 Non obstat, quòd regula vti exorbitans, & odiosa sit restringenda, vt per Put. *decis.* 53. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. & intelligenda sit solummodò in octo mensibus ibi expressis, non autem in mense Martio, qui in dicta regula non exprimitur, cùm regulariter sit ordinarius, & solùm per acceptationem alternatiuę efficiatur Apostolicus, quia præterquam quod non est facilè admittendum, regulam esse exorbitantem, & odiosam, dum Papa reseruat sibi aliquot menses, vt prouidere possit pauperibus, vel benemeritis Clericis, dum vult ab impetratoribus fieri expressionem mensis ad effectum, vt intelligere possit, an prouisio ad se spectet, vel ad Ordinarium, & vt vnicuique quod suum est seruetur, & nemini fiat præiudicium, non videtur, quòd talis dispositio, vel odiosa, vel exorbitans à iure dici mereatur, quinimò omnis constitutio emanata ad euitandas fraudes, dicitur fauorabilis, Felin. *in cap. de quarto, num.* 15. *de præscript.* Verall. *dec.* 215. *par.* 3. Sarnen. *super regul. de inf. resig. quæst.* 17. *n.* 4. Paris. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 9. *& seqq.*

8 Præterea illa decisio loquitur de vacatione, quæ contigerat in mense ordinario, in qua certum est, non procedere regulam de mense, vt fuit dictum in supradicta Salamantina coram Giptio. Ratio est, quia absque mensis expressione, satis intelligit Papa prouisionem ad se spectare, & non fieri Ordinario præiudicium, cùm beneficium sit reseruatum ex alio capite: vnde fit, vt Ordinarius in illo se intromittere non possit, vbi verò versamur in beneficio, quòd sola ratione mensis reseruatum sit, tunc omninò necessaria est expressio mensis siue ordinariè, siue extraordinariè propter alternatiuam sit reseruatus, quia vtroque casu militat eadem ratio, nempè quòd Papa vult scire, an mensis sit Apostolicus, vel ordinarius. Ideòque eadem etiam determinatio debet habere locum.

Maximè quia in casu alternariuæ mensis alternati subrogantur in locum aliorum mensium: vnde intrat quòd subrogatum assumit naturam illius, cui est subrogatum, Castr. plenè *cons.* 43. *num.* 14. *& seqq.* Bero. *consil.* 110. *num.* 4. *in fine lib.* 2. & sic exempli gratia, Februarius, qui erat Apostolicus per alternatiuam, fit ordinarius, itaut in illo non sit amplius necessaria expressio, æquum est, mensem Martij, qui è conuerso fit Apostolicum, assumere etiam eam qualitatem, vt illius expressio in impetrationibus fieri debeat, ad trad. per Rimin. iun. *consil.* 113. *num.* 121.

Et ita fuit dictum, &c.

In eadem causa suprà habentur decisiones 349. 366. & infrà 393.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana societatis.

Lunæ 27. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Mutuans pecuniam societati, non tenetur in solutum recipere effectu societatis, & de potestate iudicis delegati, cum facultate procedendi de iure, & de facto de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

Socius ponens in societate suas pecunias, debet se reimbursare ex effectibus societatis, num. 1.

Mutuare pecunias societati quisque potest, etiam quòd sit tertius, nec propterea tenetur in solutum accipere effectus societatis, ibid.

Compensatio non admittitur de debito proprio cum debito societatis, ibid.

Iudex habens facultatem procedendi de iure, & de facto, videtur constitutus, tanquam arbitrator, num. 2.

Arbitrator potest iudicare secundùm veritatem sibi quomodolibet notam, ibid.

Clausula de plano, sine strepitu, & figura iudicij, *quid importet, ibid.*

Debitum alienum soluere quisque potest, etiam sine mandato, num. 3.

Compensatio non admittitur de illiquido ad liquidum, ibid. in fine.

Æqualitas maximè seruanda in contractu societatis, numero 4.

Exhibere quis non tenetur scripturas, non constito priùs de existentia earum apud eum, qui conuenitur ad exhibendum, ibid. in fine.

DECISIO CCCLXXX.

Censuerunt Domini sententiam D. Nappij esse iustam, & inde confirmandam: nam quod primo loco fuit oppositum, non potuisse Cæsarem condemnari in scutis 1657. ob totidem quæ erogauerat de suo in societate, in grano, & pecunijs, idque ex eo, quòd ex effectibus societatis debebat se reimbursare, ad *l. omne æs alienum*, §. *pro soc. cum concord.* non placuit Dominis, quia prædicta procedunt, quando quis posuit pecunias in societate tanquam socius, secus si tanquam tertius, prout fecit Ioffredus, nec videtur dubitandum, quin possit mutuare societati tanquam tertius, ad Lap. *alleg.* 99. Rot. Ianuen. *decis.* 31. *num.* 11. *& decis.* 75. *num.* 3. faciunt tradita per Bald. & Salyc. *in l. eius, Cod. de compens.* Sicut igitur si tertius mutuaret pecunias societati, non teneretur accipere in solutum effectus societatis, *l.* 2. §. *mutui datio*, cum ibi not. per Scrib. *ff. si cert. pet.* Ita Ioffredus, quia quando iura sunt diuersa, tunc non comprehenduntur, licèt cadant in eadem persona, *l.* 1. vbi Bald. & alij, *ff. de offic. procons. & leg.* Surd. *dec.* 153. *num.* 16. & quòd non fiat compensatio de debito proprio cum debito societatis, Rot. Ianuen. *decis.* 26. *num.* 30. Quòd autem Ioffredus posuerit prædictam summam in societate tanquam tertius, patet ex eo, quòd non fuit posita pro capitali, nec promissum aliquod lucrum, vel factum pactum de non petendo, vel restituendo ante finitam societatem, qui modus negotiandi includit merum mutuum, Petr. de Vbald. *tract. de duob. fratr. par.* 5. *num.* 20. Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 37.

Secundò dicebatur, quòd in eadem partita scutorum 1657. comprehenduntur scuta 703. tanquam soluta Mazzingho, neque de solutione constat in actis, necnon etiam, quòd non adfuit mandatum Cæsaris, vt solueretur Mazzingho, & quòd poterat fieri compensatio cum debito eiusdem Mazzinghi. Quantum ad creditum, & solutionem fuit responsum de vtroque constare ex partitis, & apocha priuata, & calculo periti, & illa sufficere, licèt non fuerint producta coram D. Nappio, quia cùm idem D. Nappius haberet in commissione facultatem procedendi de iure, & de facto, videbatur constitutus tanquam arbitrator, Bald. *in l. solam, in fin. Cod. de test.* Felin. *in cap.* 1.

cap.1. num.5. col.4. de constit. arbitrator autem potest iudicare secundùm veritatem sibi quomodolibet notam, Lap. *alleg.77. circa fin.* Bald. *consil.240. num.2. lib.1.* Hostiens. *in cap. Quintauallis num.6.* & ibi Abb. *num.7.* Imol. *num.11. de iur. iuran.* iunctis maximè verbis, de quibus in eadem commissione, ibi, *de plano, sine strepitu, & figura iudicij*, ad tradit. per Scrib. *in Clem. sæpe, de verbor. signific.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, vers. de plano, cum duobus seqq.* Roman. *cons.497. num.9.* Alex. *cons.6. num.2. vol.3.* Dec. *consil.449. num.14. in fin. & seqq.*

3 Quantum ad mandatum fuit dictum, quòd Ioffredus potuit soluere debitum alienum sine mandato, *l. soluendo, ff. de negot. gest. l. solutionem, ff. de solut.* Quantum ad compensationem fuit dictum illam fuisse factam quoad debitum Mazzinghi liquidum, quoad illiquidum autem non potuisse fieri, *l. fin. Cod. de compensat.* Felin. *in cap. ad nostram num.10. de iur. iur.* Paris. *consil.121. num.23. lib.1.* Roland. *cons.17. num.18. lib.1.*

4 Tertiò fuit impugnata sententia, quatenus condemnat Cæsarem in alia summa scutorum 1500. pro rata crediti Ioffredi, quia dicebatur debuisse assignari Ioffredo nomina debitorum societatis pro concurrenti summa, non autem facere debitorem societatis Cæsarem in scutis 3000. prout fuit factum, assignando eidem credita societatis pro concurrenti summa, ex hoc enim sequitur inæqualitas, quæ maximè in societate reprobatur, *l. verum, §. si cum tres, ff. pro soc. l.3. Cod. eod. tit.* Sed ad hoc fuit responsum, quòd tunc Cæsar esset administrator, ac dedisset in computis multa nomina debitorum, & pro summa 3000. nihil iustificauerit, quòd essent debitores, meritò fuit factus debitor societatis pro dictis 3000. aliàs esset in potestate administratorum confingere debitores societatis ad libitum, & cum illis frustrare socios. Ceterùm, quia partes non concordabant in facto quoad scuta 200. contenta in hac summa 3000. fuit dictum, quòd de istis particulariter videretur, & quatenus ad illud, quòd nomina debitorum contractorum per Ioffredum debebant compütari in contractis per Cæsarem, fuit dictum quòd cùm illa essent liquida, ista autem illiquida, non poterat fieri compensatio, ex suprà alleg. Quantum ad exhibitionem schedularum faciendam per Ioffredum, fuit dictum quòd cùm illas de mandato Cæsaris deposuerit penes Rutilium de Paulis, vt constat ex quitantia Rutilij, & litteris Cæsaris, non potuerunt cogi ad exhibendum, cùm nec haberet, nec dolo habere desierit, iux. not. *in l. ad exhibendum actione, Cod. ad exhib. & in l. Iulianus, in princip. ff. eod. tit.*

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Ierosolymitano.

Bononien. de Pannolinis,

Veneris 1. Iulij 1611.

ARGVMENTVM.

Reintegratio in possessione spolio agenti non datur quando repugnat eidem statuti dispositio,

SVMMARIVM.

Cessante causa finali legis, cessat quoque legis dispositio, num.1.

Sequestri medicina est cautio, num.2.

Statutum quod habet duas rationes, si vna cessat, remanet alia, & valet statutum, ibid.

Præsumitur semper pro iudice, & sententia, maximè quando sunt conformes, num.3.

Stylus solet in curijs variari, num.4.

DECISIO CCCLXXXI.

1 Die 5. Maij 1610. fuit resolutum reintegrationem D. Alberto non esse dandam: ipso autem non acquiescente decisioni, repropolui hodie causam super eidem. Et Domini in decisis standum censuerunt, ex potissimo fundamento decisionis, desumpto ex constitutione Bononien. ibi latè ponderata. Quibus non obstare visum fuit, quòd præcipuè opponebatur contra d. motiuum, nempè illam constitutionem non procedere, quando appellans non possidet, cùm in constitutione reddatur ratio suæ dispositionis, ne, inquam, pendente lite, possit possessor diutiùs vti, & frui bonis, vel pecunijs controuersis, & d. constitutionem ita interpretatam fuisse Rota Bononien. deducebatur ex aliquibus decisionibus datis eiusdem Rotæ, quin & ex quadam fide aliquorum causidicorum illius ciuitatis, quasi prædicta ratio fuerit finalis d. dispositionis, & illa cessante, prout in casu nostro cessare dicitur, cùm Albertus non possideret, quia bona erant in sequestro, videbatur d. dispositionem cessare.

2 Fuit autem responsum, prædictam rationem non fuisse finalem d. constitutionis, sed potius illa in constitutione expressa, & fauorem publicum recipiens, nempè vt finis litium, quantò citius poneretur, ad text. *in cap. fin. litium, de dolo, & contumac.* quæ ratio cùm militet æquè in possidente, prout & in eo qui non possidet, videtur intrare in nostro casu, quantumcumque bona sub sequestro essent. Vltra quòd sequestrum fuit appositum de anno 1561. & durauit vsque ad annum 1570. & quolibet anno fiebat, & executio fuit facta de anno 1575. de quo tempore non constat adesse sequestrum. Et quamuis adfuisset de illo tempore, poterat D. Albertus illud vitare, mediante cautione, *l. senatusconsulto, ff. de offic. præsid. l. si fideiussor, § final. ff. qui satisd. cogant.* Abb. *in cap. final. n.19. de sequestr. possess. & fruct.* quibus stantibus, quamuis constitutio duplici ratione fundetur, & altera deficiat, si tamen altera subsistit, & permanet, illa sufficit ad hoc, vt dispositio militet, iuxta text. *in §. affinitatis, Inst. de nupt.* vbi Aretin. *num.1.* gloss. *in l. si quis ad exhibendum, ff. de except. rei iud.*

3 Nec obstare videbantur prædictæ decisiones Rotæ Bononien. quia loquebantur in casu diuerso, nempè in executione facienda, & nos sumus in iam facta, quia per tres sententias conformes approbata, quæ multùm mouit Dominos pro iustificatione d. executionis, cùm præsumptio stet pro iudice, & sententia, *l. Herennius, §. Caia, ff. de euiction.* Menoch. *de præsumpt. 67. num.22. lib.2.* præcipuè pro tribus conformiter latis. Vlteriùs quia quicquid intellexit Rota Bononien. de dicta constitutione, hoc vnum est, non habere potestatem illam interpretandi, cùm fuerit condita à regimine ciuitatis, & ab eo interpretatio esset facienda, *l. final. C. de legib.*

4 Nec fides d. styli attendenda videbatur, cùm non attestetur de stylo de tempore executionis factæ, & stylus soleat in curijs variari, Felin. *in cap. Rodulphus num.22. vers. vbi autem, de rescript.* Mandos. *ad reg.33. quæst.8. n.5.*

Ex quibus Domini in decisis steterunt, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

deinde S. R. E. Cardinali,

Romana pretij vineæ.

Veneris 1. Iulij 1611.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex summario.

SVMMARIVM.

Executiuè contra non nominatum in instrumento agi non potest, num.1.

Fallit vbi non nominatus ratificauit omnia contenta in instrumento, ibid.

Ratificatio emptionis inducitur ex possessione rei emptæ, solutione pretij canonis, ac laudemij, num.2.

Factum iudicis factum partis reputatur, num.3.

DECISIO CCCLXXXII.

1 Domini dixerunt mandatum Reuerendi Patris Domini Cellesij esse iustum, non obstantibus exceptionibus pro parte Michaelis Angeli deductis, prima enim oppositio est, quòd executiuè non potuit agi contra Michaelem Angelum, qui neque cum Hieronymo, neque cum eius creditoribus contraxerat, *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* Surd. alios referens *decis.266. num.11.* Sed respondetur, quòd emptio fuit facta cum obligatione Camerali conuenta inter Hieronymum, & Aloysium ementem pro se, & persona nominanda, atque hanc emptionem posteà ratificauit, & in se suscepit Michael Angelus, ideòque omne ius, & actiones passiuæ, & actiuæ fuerunt in eum translatæ, perindè ac si ipse fuisset ab ini-

initio cum Hieronymo stipulatus, Anchar. *cons.* 127. *nu.* 1. Cæphal. *consil.* 325. *num.* 15. *lib.* 3. Rota Ianuen. *decis.* 127. *num.* 8. & in specie de obligatione executiua, Mohed. *decis. vlt. de proc.*

2 De ratificatione autem subseqnuta non potest dubitari, non solùm quia habetur expressa apocha Michaelis Angeli, per quam in se suscepit dictam emptionem, sed multò magis, quia accepit vineæ à Hieronymo venditæ possessionem, illiusque fructus etiam per aliquot annos recollegit, soinit landemium, atque censuatijs Hieronymi venditoris creditoribus annuos fructus suorum censuum, eo modo, quo inter Hieronymum, & Dionysium fuerat in instrumento conuentum, Alex. *cons.* 127. *num.* 2. *lib.* 5. Felin. *in cap. nonne, de præsumpt. num.* 10. Surd. *decis.* 220. *num.* 5. *&* 6. Cresc. *decis.* 1. *de procur.*

Vnde non obstat, quòd dicitur, apocham Michaelis Angeli habere relationem ad instrumentum stipulatum inter Hieronymum, & Aloysium, quæ tamen relatio verificari non potest, quia dictum instrumentum fuit factum quinque diebus post apocham. Nam vltra quòd ante supradictam apocham erant stabilia inter Hieronymum, & Aloysium capitula, super quibus posteà fuit extensum instrumentum. Præterea respondetur, dictum Hieronymum non agere præcisè in vim apochæ, sed fundare præcipuè suam intentionem in ratificatione instrumenti, quæ sequitur ex actibus supradictis, qui omnes facti fuerunt post instrumentum.

Non obstat secunda oppositio, quòd mandatum fuit excessiuum, respondetur enim quòd ex lege contractus initi inter Hieronymum, & Aloysium, & à Michaele Angelo, vt dictum est, ratificati, tenebatur Michael Angelus non solùm soluere creditoribus Hieronymi annuos fructus suorum censuum, sed debebat exbursare scuta centum singulis annis, & cùm iam anni quinque fuissent lapsi, nec in eam causam sortis principalis vila soiutio facta fuisset, remanebat sine dubio ex illo capite Michael Angelus in scutis quingentis debitor.

Præterea cùm pretium vineæ esset scutorum centum pro qualibet petia, & facta mensuratione, vinea esset reperta petiatum decem, & nouem cum dimidia, census autem ad soluendum assignati non excedunt scuta 1440. remanebant soluenda Hieronymo pro residuo pretij scuta 510. è quibus si demantur scuta quinquaginta quinque, quæ erant restituenda Aloysio, & scuta 74. soluta de ordine Hieronymi per Michaelem Angelum in tribus partitis, videlicet scuta 24. pro landemio, scuta 35. soluta Vniuersitati Barbitonsorum, & scuta 15. cuidam Valentino, supersunt 381. debita Hieronymo, quę si addantur scutis quingentis exbursandis, vt dictum est pro extinctione censuum, debitum Michaelis Angeli erat liquidum in scutis 881. & per consequens immeritò datur de excessu, cùm mandatum fuerit relaxatum dumtaxat pro scutis 820. Itaque parum iuuatet Michaelem, si forsan doceret de aliqua exigua summa per ipsum soluta vltra productas, quia iustitia mandati est adhuc capax scutorum 61. nec agendum est de pecunijs, quæ censuarijs creditoribus Hieronymi numeratæ fuerunt, erat enim, vt dictum est, Michael Angelus ad annuam solutionem fructuum obligatus, & propterea in eam causam imputandæ sunt solutiones, si quas fecit.

Non obstat, quòd mensuratio vineæ fuerit nulla,
3 quia duo periti hinc inde electi non fuerint. Nam in Capitulis non fuit restricta hæc facultas mensurandi ad præsentiam duorum perit orum, sed fuit dictum *da doi periti, ò da vno da elegersi communemente*; & licèt in instrumento agatur de duobus peritis, tamen ibi non agitur de agrimensoribus ad mensurandum vineam, sed de æstimatoribus pretij vineæ ad effectum solutionis laudemij: deindè illa conuentio benè procedit, quando partes comparent, & eligunt; secus verò quando vna pars est contumax, tunc enim conuentio non habet locum, sed iudex elegit ex officio, & factum iudicis factum partis reputatur, Bart. *in l. si ob causam, Cod. de euict.* latissimè Surd. *cons.* 49. *num.* 11. *vol* 1. Aym. *consil.* 5. *num.* 1. Plot. *cons.* 13. *num.* ... hìc autem Michael Angelus fuit citatus ad eligendum, & cùm illo non comparente iudex deputasset mensorem, fuit ei intimata deputatio, & posteà fuit eidem intimata dies, qua mensuratio erat facienda, fuit etiam citatus ad videndum mandari referri, & intimatus qualiter Dominus mandauit referri, demùmque qualiter per mensuratorem fuit facta relatio, quæ fuit posita in actis, vbi etiam hodie reperitur.

Quantum ad vltimam oppositionem de non adimplemento, fuit responsum quòd de dicto tempore mandati Cannetum erat liberum propter sententiam latam ad fauorem Hieronymi, & consensus vxoris fuit deductus in conuentionem sub conditione molestiarum, quæ cùm non superuenerint, vel de tempore mandati non durauerint, nihil refert, quòd ille consensus fuerit præstitus vnicus sufficienter.

Præterea circa hunc articulum transibant Domini cum ista responsione, non potuisse contra Hieronymum allegari non adimplementum, ex quo ipse non tenebatur, nisi adimpletis priùs per emptorem adimplendis, vt constare dicebant ex clausula instrumenti, quæ in fine posita censetur ad omnia referri.

Et sic fuit decisum, vt in principio dictum est, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Tirasonen. Canonicatus.

Veneris 1. Iulij 1610.

ARGVMENTVM.

De fide, & probatione instrumentorum ab originali extractorum sine subscriptione, & sigillo Notarij.

SVMMARIVM.

Protocollum dicitur originale instrumentum, num. 2. & 3.
Protocollum dicitur liber rogationum instrumenti, num. 3.
Beneficiorum collationes præsumuntur rogata a Notarijs per tempora regentibus scribanias, num. 4.
Instrumenta admissa pro authenticis, & secundùm illorum tenorem obseruata, plene probant, etiam quod sint minus solemnia, num. 5.
Instrumentum rogatum in præsentia testium plene probat, etiam sine subscriptione, & sigillo Notarij, num. 6.

DECISIO CCCLXXXIII.

CApta resolutione, collationes esse benè extractas, exindè emanauit alterum dubium, an eadem essent in forma probanti? & bis eo proposito nihil resolutum fuit, quia partes circa factum obscurè versabantur; demùm reproposito fuit dictum, collationes esse in forma probanti, quia originale registrum, à quo extractæ fuerunt memoratæ collationes, & prouisiones, Domini reputarunt protocollum, seu originalem librum, in quo Notarij per tempora scribanias regentes rogita collationum extendebant. 1

Primò in attestatione Notarij in iudicio compulsoriali, quæ datur in summario *num.* 5. habentur hæc verba, *fuerunt comprobata, & collationata dicta publica instrumenta, & littera, & scriptura compulsata, & extrahi mandata cum suis originalibus libris, registris, & protocollo*, ex quibus patet non tractari de scripturis ex simplici registro desumptis, sed extractis ex originalibus libris, & protocollis, quæ sonant in instrumento, & probant *cap. cum P. Tabellio, de fid. instrum.* Cynus *in l. contractus, in vlt. quæst. Cod. de fid. instrum.* Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edend.* Specul. *in tit. de instrum. edit. §. extenso, nu. 15. vers. illud quoque cum seqq.* 2

Et quamuis Notarij regentes scribanias in eorum subscriptionibus alij dicant prædicta instrumenta extraxisse à suo originali libro, seu registro secretariæ, alij à suo registro originali, non tamen videtur registrum copiatum propter verbum originali additum, quòd conuenit protocollo, vel libro rogationum, in quo instrumenta à Notarijs extenduntur. Nam Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, il secondo num.* 3. appellat protocollum originalem librum, Bald. verò *in rubr. Cod. de fid. instrum. num.* 39. Bero. *consil.* 1. *num.* 5. *vol.* 2. illud extensum in libro rogationum non habent pro scriptura originali, sed pro desumpta, propterea conueniunt verba illa Notarij dicentis, seu registro, & à suo originali registro, tanquam à secunda scriptura, quæ dicitur liber rogationum, & ex vtroque exemplata instrumenta benè probant, Bero. *dicto cons.* 1. *num.* 5. *vol.* 2. 3

auth.

auth. de Tabellion. §. illud, Alex. *consil.* 105. *in princip. vol.* 2. *& consil.* 79. *num.* 4. *vol.* 5. Felin. *in cap. Pastoralis, de iud. & in cap. quoniam, extra de probat. num.* 10.

4 Secundò, huiusmodi collationes si iuris præsumptione censentur rogatæ à Notarijs per tempora regentibus scribanias, vt fuit resolutum in causa Tirasonen. Capellaniæ coram R. P. D. Pamphilio 2. Maij 1608. eò quia soleant se rogare de omnibus gestis coram Episcopo, & non extraneç personæ, sequitur necessariò dicendum eas fuisse extractas à protocollo, & matrice, & non à libro copiarum, quia Notarij attestantur de originalibus registris exemplasse, quia verba non conueniunt simplici exemplo scripturæ, quòd originale non dicitur, quando authenticum iuris præsumptione potest censeri reconditum, & conseruatum in archiuo.

5 Tertiò, prædicta satis comprobantur ex instrumentis possessionum collationum prædictarum, quæ cùm fuerint in actis deducta per Hieronymum, & sint in forma probanti, quia vigore compulsorialium extracta, contineantque tenores collationum, videtur cessare omnis hæsitatio, tum quia concordant cum exemplatis per scribas; tum quia pro authenticis admissa, & secundùm illorum tenorem obseruata, quòd sufficit secundùm Bald. Cyn. Ias. etiam quoad dandam fidem instrumento minus solemni, de quibus per Crauett. *consil.* 101. *num.* 4. *consil.* 158. *num.* 1. Bec. *cons.* 103. *num.* 26. Ioseph. Ludou. *sua conclus.* 28. *vers. infertur quartò*.

6 Non obstat, quòd instrumenta collationum, quæ fuerunt exemplata in forma litterarum patentium, in fine cuiuslibet earum habent illa verba, *in quorum fidem præsentes litteras, siue hoc præsens instrumentum, manu nostra subscriptas, & sigillo munitas concessimus*: & tamen nec subscriptio, nec sigillum legitur in exemplis: vnde videtur dicendum, vel quòd registratio sit imperfecta, vel quòd non extent in libris collationes originales, quibus suppleri non potest archiui auctoritas, nec scribaniæ regens, ad quem pertinet, dumtaxat dare transsumptum iuxtum, prout in archiuo, Verall. *decis.* 41. *par.* 1. cum alijs allegatis per informantes pro Alphonso. Nam ad hæc fuit responsum, quòd cùm non agatur de registratione alterius scripturæ, sed de originali scriptura in archiuo conseruata, cessat primum obiectum: originali autem nihil deesse videtur, quia subscriptio, & sigillum non sunt de substantia primæ scripturç non carentis testibus, secundùm Host. & Card. quos refert & sequitur Menoch. *de arbitr. cas.* 513. *num.* 14. ex quo prædicta subrogantur ad supplendum defectum testium, *cap.* 2. *de fid. instrum.* vbi Felin. Abb. *in cap. post cessionem, eod. tit.* Rota *in nou. decis.* 1. *&* 10. *eod. tit. de probat.* & hoc est, quòd dubitarunt Domini in illa Tirasonen. Capellaniæ, ne eo in casu institutio posset dici authentica, quia carebat testibus, & exemplum non continebat mentionem sigilli supplentis defectum testium, in qua non hæsitassent si scriptura testibus munita fuisset, & prout collationes exemplatæ, & per Hieronymum productæ, non carent.

7 Nec vim facit, quòd Episcopus asseruerit litteras esse sua manu subscriptas, & sigillo munitas, & deindè, & ex eis neutrum appareat factum, quia non ideò deficit earum probatio concurrentibus testibus; vltra quòd subscriptio, & sigillum Episcopi videntur referenda ad litteras, quæ dantur prouiso, quæ de stylo curiarum subscribuntur, & sigillantur ab Episcopis locorum, & dantur à Notario scriba sine testibus, vt meritò indigeant authenticatione ex sigillo, & subscriptione proueniente, cùm alia deficiant. Et ita resolutum fuit, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. census.

Luna 7. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Argumentum habes in summario.

SVMMARIVM.

Census impositus super re certis finibus non designata, inualidus est, quando autem sic impositus dicatur in re incerta, & finibus designata, num. 1. & per tot.

DECISIO CCCLXXXIV.

IN hac eadem causa coram Illustriss. Cardin. Lancellotto 1
tunc Rotæ Auditore sub die 10. Iunij præteriti, Domini censuerunt sententiam in Saluiano latam esse confirmandam fundamentis decisionis, vno dumtaxat excepto pars acquiescebat, & illud erat, quòd census non fuerat impositus super re certis finibus designata, iuxta constitutionem fel. record. Pij V. & sic nullitas census resultabat. Incertitudo autem deducebatur ex eo, quòd census fuisset impositus ad mensuram super tornaturis 70. fundi nuncupati al Palà del Lino, quæ numeratio operatur incertitudinem respectu quotæ, quia expressa non fuit tertia, vel quarta pars fundi censiti, ac etiam respectu loci, dum tornaturæ 70. desumendæ ex corpore maioris perticatus non fuerunt numeratæ, & distinctæ à residuo, vt considerant Alex. & Ias. *l.* 3. *§. incertam, ff. de acquir. possess.* & Paris. *consil.* 59. *num.* 17. 28. *&* 29. *lib.* 1.

Verùm prædictis non obstantibus Domini steterunt in 2
decisis, quia ratione loci fundus remanebat certus. Nam instrumentum census nedum exprimit fundum, & regionem in qua situatur, & in quo tornaturæ 70. sunt supponendæ oneri census, sed etiam in qua parte fundi, scilicet sint numerandæ, videlicet capiendo dictas tornaturas 70. à dictis ędificijs eundo in corpore maioris numero perticatus versus bona D. Theodosij de Cruce, & versus bona D. Alexandri Sciatici, ac in confine bonorum per ipsum D. Antonium emptorum à D. Bombello de Bombellis. Ex quibus demonstrationibus visa est Dominis satis certificata pars fundi censita in euentum periculi subeundi per emptorem, iuxta mentem Pij V. & benè probant Bald. *in leg. demonstratio falsa, quæst.* 7. *ff. de condit. & demonstrat.* & alij in decisione in hac causa facta allegati.

Non obstat, quòd locus non certificetur, nisi demum 3
secuta numeratione, & separatione. Quia dictum fuit, quòd Alex. Ias. & Paris. allegati, hoc non præsupponunt, sed afferunt exemplum de eo qui emit centum tabulas terræ in prædio venditoris in illa parte in qua eligeret, vel centum tabulas terræ ex tali fundo pro indiuiso, & in illis casibus, quia situs variari potest in euentum periculi, vt magis ab vna parte, quàm ab alia numeratio sequatur, tunc benè intrat incertitudo: secus verò quando certificatur aliqua pars fundi, in qua tornaturæ sint numerandæ: nam tunc in euentum periculi, cessat variatio, & consequenter allegata constitutio non repugnat, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Vercellen. optionis.

Luna 14. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex summario.

SVMMARIVM.

Sententia vt dicatur valida, quæ concurrere debeant, num. 1.
Optio non habet locum in membris separatis à canonicatibus, num 2.
Coadiutor non succedit in iuribus, quæ coadiutor mediante optione acquisiuerat, nisi eodem modo per ascensum, ibid.

DECISIO CCCLXXXV.

DIxerunt Domini sententiam Rotalem esse confir- 1
mandam, quia de eius validitate constat ex actis, concurrunt enim omnia requisita, videlicet iurisdictio, quam tribuit commissio, Innoc. *in cap. cùm M. Ferrariensis, circa fin. de constit.* Cassad. *decis.* 2. *de rescrpt.* mandatum procuræ hinc inde, & obseruatio terminorum substantialium, iuxta notata per Vestr. *in prax. lib.* 4. *cap.* 5. *& lib.* 5. *cap.* 3. *&* 4. & demùm citatio ad sententiam, & illa quidem legitimè executa, vt desiderat Clem. sæpè, & ibi gloss. *in verb. citatis ad id, de verb. signif.* de iustitia verò satis apparet ex rationibus, & fundamentis, de quibus in decisionibus in hac causa factis.

Fuit enim præsuppositum, quòd hæc membra, de quibus 2
agitur sint distincta, & separata à Canonicatibus, & præbendis illius Ecclesiæ, & consequenter non comprehendantur in prouisione Camilli ad impediendam optionem, prout aliàs Rota resoluit in ijsdem met membris Ecclesiæ

Ver-

Vercellen. apud Verall. *decis.* 281. & 282. *par.* 2. Nec immeritò, quia si coadiutor succedere videtur in iuribus coadiuti defuncti, penes quem hęc membra non ratione Canonicatus, nec tanquam quid Canonicatui annexum reperiebantur, sed ea vti antiquior Canonicus per optionem consequutus fuerat, eodem iure transire debent in coadiutorem successorem, per ascensum scilicet ad gradum antiquiorem, expectando interim tempus optionis debitæ, non vti Canonicum, sed vti antiquiorem, vt fuit consideratum *in decis.* 9. *de consuetud. in antiq. num.* 3.

3 Ex statuto autem eiusdem Ecclesiæ non iuuatur Camillus, quia nec promulgatum, nec vsu receptum, & quatenus promulgandum, & vsu recipiendum fuisset, sub correctione, & censura, tamen Illust. Card. ad id per Sanctissimum deputatorum exijsset, quibus placebat reducendum esse ad regulas decisionum Rotalium, vt benè aduertitur in secunda decisione in hac causa facta, & cùm ex parte Camilli nihil replicatum fuisset, pro confirmatione sententiæ fuit resolutum, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana societatum,

Lunæ 14. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Notarius substitutus in officio post discessum ex illo officio non potest ampliùs rogare instrumenta nomine Notarij principalis, nec ampliùs se intromittere in scripturis dicti officij. Est singularis decisio.

SVMMARIVM.

Notarius substitutus in aliquo officio non potest post discessum ex illo officio se ampliùs ingerere in scripturis eiusdem officij, num. 1.
Notarius numquid possit extendere, vel corrigere suos rogitus ex interuallo, & ante motam litem, num. 2.
Notarius vnus, quod possit se rogare nomine alterius, exorbitat à iure communi, ibid.
Notarius præsumitur extendisse suos rogitus re integra, & ante litem motam, non autem post, num. 4.
Præsumptio vna contrarijs præsumptionibus tollitur, ibid.
Fraudibus ne detur occasio, semper facienda est interpretatio, num. 4. *in fine.*

DECISIO CCCLXXXVI.

1 DOmini perstiterunt in decisis coram me in hac causa sub die 20. Maij proximi, quòd scilicet societates fuerunt deperditæ per mortem Hieronymi, ex quo per illius hæredes non docetur de nominatione particulari vitę alterius facta per prædictum Hieronymum. Non obstat, quòd imò de nominatione vitæ alterius, nempè Illust. D. Cardin. Burghesij constet per publicum instrumentum rogatum nomine Accursij tunc temporis Notarij A. C. & qui etiam de prædictis societatibus fuit rogatus, quia attenta serie facti non visum fuit Dominis esse adhibendam fidem huic prætenso nominationis instrumento, etenim de illo neque in protocollis, neque in filijs Accursij aliqua reperitur memoria, sed solùm quòd hæredes Hieronymi cùm citassent Paulum ad restituendum sortem principalem cum fructibus, & fuisset illis oppositum, quòd pecuniæ essent deperditæ per mortem Hieronymi, & quòd in scripturis Accursij nulla reperiebatur nominatio, prædicti hæredes ad docendum de nominatione citarunt coram A. C. quendam Angelum, qui de tempore contractarum societatem fuit substitutus Accursij, & nominatione Magistri fuit rogatus de prædictis societatibus, & iste Angelus dedit in actis instrumentum nominationis à se conscriptum nomine Accursij, quòd quidem instrumentum non visum fuit attendendum, quia iste Angelus longè antequam daret huiusmodi instrumentum desierat esse substitutus Accursij, vnde non poterat ampliùs se in illius scripturis ingerere, Put. *decis.* 5. *de sent. & re iud.* cum alijs alleg. in alia decisione.

2 Vnde non applicantur, quæ aliàs solent dici de facultate Notarij in extendendis, vel corrigendis rogitibus suis, etiam post interuallum temporis: nam omisso an hoc possit fieri ante motam litem, de quo per Felin. *in cap. ex litteris num.* 8. *de fid. instrum.* Gabr. *de consuet. conclus.* 3. *num.* 45. iste non est casus, quia neque apparet, quòd Angelus tunc temporis esset Notarius, neque se rogauit nomine proprio, sed nomine Magistri, vnde in istis exorbitantibus à iure communi, quòd vnus se roget nomine alterius, *Auth. de Tabellion. §. nos autem*, non debet fieri extensio de casu simplici ad casum mixtum, *l. vim passam, §. præscriptione, ff. ad leg. Iul. de adulter.* Bart. *in l. stipulationum, la* 2. *num.* 2. *ff. de verbor. oblig.* Annan. *consil.* 63. *num.* 1. *vers. & per hoc*, Roman. *cons.* 259. *ad fin.* Dec. *cons.* 212. *num.* 2.

Et sic de doctrinis loquentibus de vero Notario ad istos 3
substitutos, maximè quia possunt allegari rationes differentiæ inter istos substitutos, & Notarios ordinarios, de quibus loquuntur DD. Prima, quia illi Notarij solent approbari à publico, vnde illis tanta adhibetur fides, Menoch. *de arbitr. casu* 92. *num.* 4. Calder. *cons.* 2. *num.* 2. *de test.* Capyc. *decis.* 61. *in fin.* isti autem iuuenes, qui in Curia exercent effectum substituti, non habent huiusmodi approbationem. Secundò, Notarius rogatus retinet penes se matricem, siue imbreuiaturam: vnde nil mirum si post aliquod temporis interuallum potest extendere, vel corrigere instrumenta, quia cùm imbreuiatura possunt semetipsos instituere; isti verò iuuenes substituti post dimissum effectum non habent penes se imbreuiaturas, nisi aliàs allegent se subripuisse magistris, vnde nimis periculosum esset dicere, quòd possit memoriter extendere instrumenta super gestis per annos antè.

Circa aliud, quòd non probetur extensio facta post mo- 4
tam litem, & post dimissum officium, vnde præsumatur facta in tempore, Socc. iun. *cons.* 94. *num.* 5. *vol.* 1. Rota in Romana Casalis Iuliani 4. Iunij 1584. coram bon. mem. Robusterio cum alijs allegatis fuit responsum, primò iura allegata loqui in Notarijs, pro quibus magis præsumitur, quàm pro istis substitutis, ex dictis supra. Secundò, quòd præsumptio contrarijs præsumptionibus tollitur, vel saltem eneruatur, *l. duus, ff. de restit. in integr. l. licet Imperator, ff. de leg.* 1. Castr. *cons.* 26. *num.* 3. *lib.* 2. Dec. *cons.* 470. *nu.* 10. Abb. *cons.* 74. *num.* 1. Surd. *cons.* 80. *nu.* 21. Contrariæ præsumptiones in hoc casu sunt, primò quòd non probatur in scripturis Accursij adesse aliquam memoriam huiusmodi nominationis. Secundò, quia Procurator hæredum Hieronymi obtinuit decretum contra dictum Angelum, vt extenderet instrumenta prædictæ nominationis, vt in extractu *fol.* 192. & 193. ergo non erant priùs extensa, & in hanc sententiam eò faciliùs inclinarunt Domini, quia materia est multùm periculosa: vnde multùm cautè dicebatur esse procedendum, ne aliàs detur occasio fraudibus, contra notata *in l. qui sub prætextu, Cod. de sacrosan. Eccl. in l. in fundo, ff. de rei vindic. & in cap. quanto, vers. per hanc responsionem, de diuort.* Butr. *cons.* 5. *num.* 2. & *cons.* 42. *num.* 2. Alex. *cons.* 108. *num.* 4. *lib.* 4.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Conchen. beneficij.

Lunæ 14. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Gratia beneficij propter resignationem vigore constitutionum Clementis VII. & aliorum Antecessorum non valet, quando consensus resignantis non fuit extensus in libris Cameræ infra 15. dies à die missæ supplicationis ad registrum.

SVMMARIVM.

Gratia beneficij propter resignationem vigore constitutionum Clementis VII. & aliorum Antecessorum, non valet quando consensus resignantis non fuit extensus in libris Cameræ infra 15. dies à die missæ supplicationis ad registrum, num. 1. & 2. *vbi tamen quod prædictæ constitutiones vsu receptæ non fuerunt, & per tot.*
Constitutionis non vsus, numquid requirat iudicij declarationem, num. 2. *in fine.*
Constitutionis non vsus, numquid inducatur ex actibus diuerso modo seruatis, num. 3. & 5.

Con-

Constitutionis non vsui sine consensu Papæ induci non potest, num. 6.

Scientia Papæ infertur ex scientia suorum Officialium, & præsertim Cancellariæ, ibid.

Cancellaria Apostolica dicitur organum Papæ, ibid.

Papa fecisse dicitur etiam, quod per alium fecerit, ibid.

DECISIO CCCLXXXVII.

1 DVbitaui an constitutiones fel. record. Clem. VII. & aliorum Antecessorum, de extendendis in libris Cameræ infra quindecim dies à die missę supplicationis ad registrandum obstarent Gregorio, qui illas non obseruauit, & quia Gregorius pro sui defensione faciebat totum fundamentum in non vsu prædictarum constitutionum, difficoltas fuit restricta ad duo. Primum, an probaretur dictus non vsus. Secundum, an probatus releuaret.

2 Quoad primom fuit dictum, constare de non vsu, ex plurimis consensibus spatio septuagiota annorum præstitis post quindecim dies à die missæ supplicatioois, quorum copia fuit data pro parte Gregorij, necnon etiam ex testibus Curialibus, & practicis pro eius parte examinatis, & ex fide septem Notariorum Cameræ hoc idem attestantium, & viterius ex decis. Oradini, in causa Barcinonen. Caoonicatus 10. Octobris 1559. & 24. Maij 1568. hoc idem per testes vsque tunc examinatos affirmantibus. Quibus non obstare visum fuit, quòd multi consensus fuerint etiam præstiti infra quindecim dies, vnde infertur istum vsum tanquam difformem non suffragari, ex alleg. quia fuit responsum constitutiones habere duas partes: primam, quòd consensus debeat extendi infra quindecim dies: alteram, quòd illis non extensis resignatio sit nulla, & beneficium moriente resignante vacet per obitum. Prima pars admittitur variè obseruata; secunda verò nequaqoam, cùm non probetur, quòd aliquando ob noo extensum consensum intra qoindecim dies fuerit anoullata resignatio, ita in proposito respondet Dec. *cons. 11. num. 12. vers. & considerandum est.*

3 Viterius fuit dictum, quòd quando diuersitas reperitur io actibus, qui se compatiuntur cum consuetudine, talis diuersitas non impedit consuetudinem, sioe desuetudinem, quia qui potest extendete post quindecim dies, multò magis ioira quindecim dies: vode extensio facta intra quiodecim dies non attribuitur obseruantiæ constitutionis, sed facultati facientis. Ita Dec. post Batt. *dict. consil. 11. num. 15. vers. tertio, & vltimo*, Fanuc. *de inuent. part. 3. nom. 93.* faciunt tradita per Alex. *cons. 108. num. 13. vol. 2.* Anchar. *consil. 339. num. 7. in fin. vers. ad secundam*, Crau. *cons. 197. num. 12. vers. optimè facit*, Rolan. *consil. 53. num. 3. vol. 2.* Rota in causa Parmen. status 14. Martij 1580. coram Robusterio relata inter diuers. impress. *decis. 294. num. 6. par. 1.*

4 Non etiam obstare visum fuit, quòd in pluribus decisionibus fuerit habita ratio istarum constitutionum, nempè apud Verall. *in manuscript. 225. lib. 1.* Veronen. sancti Zenonis coram Aldobrandino, qui fuit posteà Clem. PP. VIII. de qua inter diuers. impress. *decis. 215. par. 1.* & in alia Veronen. pensionis 27. Iunij 1590. coram Illustr. Platto, quia in prædictis decis. minimè fuit actum de noo vsu prędictarum constitutionum: nam decis. Verall. firmat tantùm constitutionem Clem. esse extrauagantem, non autem simplicem regulam Cancellariæ Clem. PP. VIII. dicta constitutione præsupponendo disputat de intellectu, & ante disputationem super vsu, causa fuit concordata, vt fuit repertum in illius annotationibus, decis. coraoi Illustriss. Platto fuit facta vna parte ioformante, & sic nemine opponente de noo vsu, propterea quando fuit formiter actum de non vsu, & examinati testes, Rota censuit pro non vsu, vt in dicta Barcinonen. Oradini.

5 Similiter fuit dictum non obstare, quòd constitotiones adhuc obseruentur, quoad molta, nempè in descriptione consensuum in libris Cameræ, adnotatione missæ super supplicatione, & similibus, quia fuit responsum non esse nouum, quòd constitutio seruetur quoad aliqua, & quoad alia habeat io desuetudinem, Ruin. *cons. 55. in fin. lib. 5.* Corn. *cons. 20. num. 2. vers. nec etiam obstat lib. 3.* Gabr. *cons. 78. num. 9. lib. 2.* Aragon. *decis. 1.*

6 Circa secundum, Domini habebaot pro indubitato, quòd non vsus, siue contrariua vsus populorum sine consensu Papæ nihil potest operari contra validitatem constitutionum Apostolicarum, ex latè deductis in Romana concordiæ S. Petri die 13. Nouembris 1609. 11. Ianuarij, & 12. Februarij 1619. coram R. P. D. Caualerio. Difficultas erat io hoc casu, quòd iste non vsus, siue contractus vsus fuit obseruatus in ipsamet Cancellaria Apostolica, quæ dicitur organum Papæ, Cassad. *decis. 2. num. 7. super reg. de vnion.* Cęs. de Grass. *decis. 1. num. 8. de probat.* Vnde inferebatur non solùm ad scientiam ipsius Papæ, quæ regulariter infertur ex scientia eius officialium, Batt. *in l. si publicanus, §. in omnibus num. 1. ff. de public. & vectig.* Crauett. *de antiq. temp. par. 4. §. absolutis no. 23.* Boer. *decis. 264. num. 19.* Abb. *cons. 64. num. 51.* cum alijs per Surd. *cons. 429. num. 54.* verùm etiam ad consensum qui colligitur tam ex eo, quòd quicquid gessit Cancellaria, videtur gestum ab ipsomet Papa, cuius ipsa est organum, ex allegatis suprà, & sic ipsemet Papa videtur fecisse, dicitur enim factum Papæ, etiamsi ipse gesserit per alium, Feder. *cons. 117. n. 2.* Vitalin. *in Clem. 1. num. 26. de probat.* Gabr. *conclus. 2. num. 12. eodem tit.* Rota in causa Salamantina iurisdictionis 17. Maij 1577. coram bonæ memoriæ Cardin. Serapli. relata inter diuers. impress. *decis. 171. num. 2. par. 1.* & in causa Oxomen. beneficij 24. Octobris proximi coram me, quàm etiam ex altero, nempè quia iste non vsus, siue contrarios vsus fuit in Curia Romana infra parietes sacri Palatij, vnde Summi Pontifices ob nullam aliam causam videntur tacuisse, quàm qoia conteoti fuerint prædictas constitutiooes in desuetudinem abire.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Meliten. nauis.

Mercurij 16. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Euictionis actione venditor conueniri non potest, sibi non denunciata lite mota super re vendita. Quando hoc verum sit, & præsertim si venditor hanc denunciationem in instrumento remiserit, in hac decisione magistraliter explicatur.

SVMMARIVM.

Euictionis actione agi non potest contra venditorem, quando res vendita euicta fuit non ab ipso venditore, sed ab alio subuenditore, num. 1.

Euictione agi non potest contra venditorem, quando sibi intimata non fuit lis mota, num. 2.

Euictione agi potest contra venditorem, etiam quod illi intimata non fuit mota lis, quando idem venditor huiusmodi intimationi renunciauit, quod quando verum sit, numero 3. & 4.

Euictione tenetur venditer, etiam sibi non denunciata lite, quando apparet, quòd si lis fuisset denunciata, non potuisset euictionem impedire, num 4.

Facta non extenduntur de persona ad personam, num. 5.

Euictione tenetur venditor, etiam sibi non denunciata lite, quando tempore litis erat absens, ibid.

Euictione non tenetur venditor, quando res fuit euicta, non ratione dominij, sed possessionis, quæ posteà fuit restituta, restituto pretio, ibid.

Dolus quando dat causam contractui, contractus est ipso iure nullus, num. 6.

Verba sunt interpretanda, vt euitetur contrarietas, ibid. in fin.

DECISIO CCCLXXXVIII.

COncluserunt Domini, sententias ad fauorem magni 1
Magistri latas esse reuocandas, dum condemnat Commendatarium Spinolam ad soluendum eidem magno Magistro scuta 4300. occasione nauis euictæ, de qua euictione non tenebatur Commendatarius. Primò, quia nauis non fuit euicta magno Magistro, cui Commendatarius promisit de euictione, sed cuidam Gisulpho, qui oauem habuerat à Ioanne, qui Ioannes illam emerat à magno Magistro, vnde ita demum poterit magnos Magister agere contra Commendatarium, si patiatur molestias à Ioanne, qui Ioannes oon poterit agere contra magnum Magistrum, nisi & ipse molestetur à Gisulpho, Batt. & Aogel. *in l. si pro re, §. si pro euictione, ff. de euict.* vbi etiam Bald. *in vers. & ideo est necesse*, Caball. *tract. de euict. §. 3. 4. 11. num.*

num.143. Aret. *in §. actionum num.18. Institut. de act.* Alexan. *conf.67. num.3. in fin. lib.2.*

2 Secundò, etiamsi nauis fuisset euicta magno Magistro, adhuc non teneretur Commendatarius, ex quo lis non fuit sibi intimata, *l. emptor, l. si controuersia, Cod. de euict. l. si rem quam, in fin. ff. eod. tit.* Bart. *in l.2. §. voluntatem, in fin. ff. sol. matr.* Bald. *conf.279. in princip. lib.3.* Castr. *in l.1. in fin. ff. de act. empt.* Rip. *in cap. cum M. Ferrariensis num. 162. de constit.* quòd procedit de plano in hoc casu, in quo apparet, quòd Commendatarius habebat modum euitandi euictionem, siquidem nauis fuisset euicta pro credito Pompeij, qui aliàs nauim vendiderat, cum reseruatione dominij, donec de pretio sibi satisfieret, de quo pretio ante euictionem nauis fuerat satisfactus, vt constat ex decisionibus in hac causa coram me factis.

3 Non obstat, quòd Commendatarius in instrumento venditionis nauis remiserit huiusmodi denunciationem, quia fuit responsum huiusmodi renunciationem esse strictè intelligendam, iux not. *in cap. sanè, & ibi gloss. penul. in fin. de renunciat.* Calder. *conf.5. incip. renunciare, de praeb.* Roman. *conf.168. in princ.* Dec. *conf.379. num.3.* Paris. *conf.110. num.96. lib.1.* Gabr. *conf.60. num.6. vol.1.* & sic de iudiciali, & formali, non autem quòd venditor aliquo modo saltem extraiudicialiter non esset citandus, Rebuff. *de dilat. art.5. gloss. vnic. num.40.*

4 Vel secundò potest dici, quòd & ista extraiudicialis, & informis denunciatio sit remissa, si tamen ritè, & rectè secuta fuerit euictio: nam sic vt quando est promissa denunciatio, siue intimatio, illa non est necessaria, quando ex post apparet, quòd intimandus non haberet quod opponeret, *l. ergo, §.1. vers. illud videamus, ff. de fideicommiss. libert.* Roman. *conf.483. num.16.* Ias. *in l. nec quicquam nu.7. vers. secundò limita, ff. de officio proconsul. & leg.* Crescent. *decis. 3. num. 5. de offic. deleg.* ita è conuerso videtur si denunciationi est renunciatum, quòd hoc non intelligatur in casu, in quo ex post apparet, quòd denunciandus habebat quod opponeret, vt contrariorum sit eadem regula, iuxta not. *in l. cesi contra, ff. de vulg. & pupill. in l. si heres, ff. ad legem Falcidiam,* Gloss. *in authent. vt non fiant pignor. vers. non enim consequens, verb. non enim,* Roman. *consil.70. num 8.* Alexand. *conf. 209. num.25. lib.2.* & facti quòd de isto casu iniustae euictionis non censetur cogitatum, Angel. *conf.176. num.2.* Dec. *conf.74. num.2.* Gozad. *conf.94. num. 42. & seqq.* Natt. *conf.181. num.2.* Roland. *conf.45. n.3. 21. & 22. lib. 3.* quòd autem Commendatarius haberet quod opponeret, est clarum, quia poterat docere de satisfactione Pompeij euincentis, prout docuit in Rota.

5 Denique cessare visa fuit omnis difficultas, quia denunciatio non fuit remissa Gisolpho, cui fuit euictum, sed magno Magistro, & pacta non extenduntur de persona ad personam, iuxta cumulata per Illustrissimum Manticam *de tacit. & ambig. lib.3. tit.1. num.4.* potest enim esse, quòd Commendatarius confisus fuerit de magno Magistro, quòd propter eius prudentiam, & auctoritatem causam legitimè esset defensurus, quam confidentiam non habuit de Gisulpho, nec poterat habere, vt docuit experientia, quia non sustinuit iudicium vsque ad finem. Non etiam satisfecit alia responsio, quòd Commendatarius spontè ante finitum iudicium venerit ad causam, vnde non esset necessaria alia intimatio, ex alleg. quia obiectum tollitur ex facto, quia Commendatarius non venit, nisi postquam erat secuta subhastatio nauis. Ad aliud quòd stante absentia Commendatarij non erat necessaria intimatio, ex Rip. *in l.2. §. voluntatem, ff. solut. matrim.* fuit responsum, quòd neque etiam fuerunt seruata requisita per Rip. *ibid.* nempè protestatio, denunciatio domi, vel per edictum. Placuit etiam aliquibus ex Dominis aliud motiuum, quòd ea quo Commendatarius recuperauit eandem nauem, & restituit Gisulpho, quod cesset actio de euictione, iuxta not. *in l. euictus,* vbi Gloss. & Odofred. *ff. de euict.* Cuman. *in l. fideiussor num. 2. vers. ibi facilius, ff. de dol. except.* Socc. *conf.199. num.8. vol.2.* Vinc. de Franch. *decis.145. num.2.*

6 Ad illud, quòd Commendatarius fuerit in dolo, ex quo asseruit nauem esse liberam, cùm tamen esset obligata Pompeio primo venditori, qui reseruauerat dominium quousque fuisset sibi solutum integrum pretium, vnde infertur, quòd contractus fuisset ipso iure nullus, ex quo dolus dedit illi causam, ad not. per Surd. *conf.598. num.6.* & consequenter quòd Commendatarius teneatur erga magnum Magistrum, perindè ac si nihil in solutum dedisset, fuit responsum, quòd cùm datio in solutum sit in omni sui parte relatiua ad instrumentum cum fratribus de Ponte, & relatum sit in referente cum suis qualitatibus, quòd assertio libertatis ab oneribus debeat intelligi de alijs oneribus, praeter comprehensos in d. instrumento cum fratribus de Ponte, ad euitandam contrarietatem, iuxta not. *in cap. inter dilectos, §. caeterùm, de fid. instr.* Bart. *in l. fin. §. idem quaesiit num.4. ff. de condict. indebit.* Crauett. *conf.70. num.5.* cum alijs per Surd. *conf.230. in fine.*

R. P. D. PIROVANO.

Calaguritana iuris visitandi de Aquilaz.

Sabbati 26. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Remissoria quando concedatur in causa visitationum, praesertim ad probandam immemorabilem.

SVMMARIVM.

Remissoria in profanis conceditur in quacumque instatia, quando articuli sunt releuantes, num. 1.

Causa visitationum dicitur profana, quando non agitur super titulo alicuius beneficij, ibid.

Immemorabili praescriptione probata inde resultat titulus releuans in vim priuilegij, num 2.

Remissoria conceditur ad probandum immemorabilem, etiam quod illa possit probari per scripturam, num.3.

Facultatiuus actus praescribi non potest, num. 4. Vbi etiam quando actus dicatur voluntarius, & facultatiuus, an vero necessarius.

DECISIO CCCLXXXIX.

1 FVit dictum dandam esse remissoriam Clero de Aquilaz, quia materia ista visitationum profana reputatur, dum non agitur super titulo alicuius beneficij, Achill. *dec. 324.* Cas. de Grass. *decis.1. num. 9 de dilat.* & in profanis, quando articuli sunt releuantes, non solent coangustari probationes in quacumque instantia, *l. iudices, l. apud eloquentissimum, C. de fid. instrum.* Verall. *dec.59. & 68. part.3.* Cassad. *decis.3. de dilat.*

2 Releuantia patet, quia articulatur immemorabilis quasi possessio ipsius Cleri, vt visitari debeat personaliter per ipsum Episcopum, vel ob eius absentiam ab Episcopatu, vel infirmitatem per visitatorem, & Vicarium Generalem: probata autem immemorabili, inde resultat titulus releuans in vim etiam priuilegij Apostolici, Verall. *decis. 56. par. 3.* Put. *decis. 58. & 205. num. 2. lib. 1.* maximè, quia controuersia versatur super modo, & forma visitandi, quae per Concilium in casu, de quo agitur, definita non videtur, stante sententia arbitramentali emanata iam de anno 1594.

3 Non obstat, quòd praedicta possint probari per scripturas, quo casu remissoria non datur, Rota *decis.6. de probat. in nouis, & decis.44. de testibus in antiq.* Fuit enim dictum non ex eo esse excludendam probationem per testes, praesertim ad probandam immemorabilem, quae per scripturas probari non potest, vt fuit resolutum in causa Veronen. iurisdictionis 18. Martij 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & iterum coram eodem in causa Tullen. iurisdictionis 22. Martij 1596.

4 Demum non est visum Dominis cessare releuantiam, quia visitare magis per se ipsum, quàm per visitatores sit actus merè facultatiuus ipsius Episcopi, qui praescriptioni non subiacet, Caputaq. *decis.306. num.7. part.1.* Surd. *conf.127. num.20.* cum alijs allegatis; nam praecedente allegata sententia arbitramentali visitationes inde secutae circa modum, & formam visitandi non remanent voluntariae, propter praesumptionem conformitatis causae praecedentis, glos. *in l. quadam mulier, ff. de rei vendic.* Crauett. *conf.226. num.5.* Menoch. *conf.314. num.10. volum.4.* Praeterea vbi etiam concurrit immemorabilis, cessat priuilegium actus facultatiui, Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis n.7. de constit.* &c.

R.P.D.

R. P. D. SACRATO,
postea S. R. E. Cardinali.

Romana de Ferratinis.

Sabbati 26. Nouembris 1611.

ARGVMENTVM.

Reciproca substitutio an, & quibus coniecturis colligatur.

SVMMARIVM.

Debitoris bona ad instantiam creditorum subhastari possunt ad effectum consignandi iisdem creditoribus pretium cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, num. 1.

Substitutio reciproca colligitur ex coniecturis, num. 3. & seqq. Vbi ponuntur coniectura.

Substitutionis reciproca coniectura est, quando testator cum dictione in infinitum plures descendentium gradus complexus fuerit, n. 4.

Agnationem conseruare voluisse presumitur testator, quando masculinitatis mentionem fecit, ibid. declara, vt n. 8.

Dictus, dicti, dictum, *dictio est repetitiua præcedentium cum omnibus qualitatibus, n. 5.*

Substitutiones reciproca coniectura debent concludere per necesse, n. 6.

Fideicommissaria bona possunt alienari durante vita grauati, n. 7. & 8. Vbi ampliatur etiam, quod fideicommissum sit factum fauore agnationis.

Præsumptio non datur super præsumptione, n. 8. in fine.

Heres fideicommissarius succedens in vim fideicommissi dicitur succedere in bonis fideicommittentis, num. 9. in fine.

Instrumentorum executio non retardatur per illiquidas prætensiones, num. 11.

DECISIO CCCXC.

1 Dubitaui an ad instantiam creditorum DD. Baldi, & Simonis Petri fratrum de Ferratinis esset deueniendum ad subhastationem bonorum relictorum per Fuluium Ferratinum auum dictorum fratrum, & non erat apud Dominos dubitatio, quin ad instantiam creditorum possit deueniri ad subhastationem bonorum debitoris, iux. *l. veteribus, C. de bon. auth. iud. possid.* ad effectum consignandi pretium creditoribus cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, iuxta decis. Vinc. de Franch. 200. *n. 4. & 5.* quæ practicatur in curia.

2 Difficultas erat, quia opponebatur de tribus fideicommissis ad fauorem DD. Fuluij iunioris, & Fabricij fratrum dd. Baldi, & Simonis Petri, per quæ fideicommissa prætendebatur impediri alienatio in extraneos, & in omnem euentum prætendebatur per dd. Fuluium, & Fabricium prælatio vigore crediti ex causa suorum bonorum administratorum, vt dicitur, per dd. Baldum, & Simonem Petrum. Primum fideicommissum deducebatur ex persona Baldi senioris, qui, vt fuit assertum, instituit hæredem Fuluium seniorem, de cuius bonis agitur, cui substituit eius descendentes cum amplissimis prohibitionibus de non alienando. Secundum fideicommissum dicebatur esse eiusdem Fuluij senioris, de cuius bonis agitur. Tertium fideicommissum dicebatur fuisse Ioannis patris istorum quatuor fratrum, nempe Baldi, Simonis Petri, Fuluij iunioris, & Fabricij.

3 Circa primum fideicommissum Baldi senioris Domini illud relinquerunt in suspenso, vt videretur in alia propositione. Circa secundum, nempe Fuluij senioris, fuit inter Dominos controuersia, an contineret reciprocam, ita vt frater possit se opponere alienationi faciendæ per fratrem, quippe quia Fuluius in omnibus suis bonis instituit Ioannem filium suum, & ipso cedente, vel decedente, voluit succedere in dictis bonis eiusdem Ioannis filios legitimos, & naturales masculos in infinitum, tenentes adesse reciprocam, illam deducebant ex coniecturis, ex quibus clarum est posse induci reciprocam, Ias. *cons. 33. n. 2. lib. 1.* Soc. iun. *cons. 110 n. 36. & 39. lib. 1.* Crau. *cons. 113. n. 2. & 5.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita par. 6. n. 17. ff. ad Trebel.* Menoch. *cons. 575. n. 8.* Illustr. Mantic. *de coniect. vlt. volut. lib. 7. tit. 5. n. 15.* Rota in causa Bononien. fideicommissi de Pannolinis 10. Decemb. 1610. coram R. P. D. Marcomontio.

4 Coniecturæ erant, quia testator vocando filios Ioannis cum dictione *in infinitum*, videtur complexus plures gradus, & sic nepotes, pronepotes, & alios descendentes virtute illius dictionis *in infinitum*, Alb. *cons. 51. n. 7.* cum concord. ponderando maximè qualitatem masculinitatis, per quam apparet voluisse conseruari agnationem, Bald. *in l. maximum vitium n. 2. C. de lib. præter.* Ias. *cons. 51. n. 1. & 2. lib. 3.* Curt. sen. *cons. 40. n. 12.* Menoch. *cons. 575. n. 8.* Illustr. Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 2.* Dum autem istos descendentes in infinitum substituit in omnibus bonis, pernecesse videtur induxisse reciprocam, quia si aliter diceretur, puta quòd vnus decedens sine filijs, remanentibus collateralibus, posset portionem suam transmittere ad extraneos, non verificaretur substitutio omnium in omnibus bonis; nam isti collaterales essent descendentes, & tamen non substitui in bonis ad extraneos sic transmissis.

Quòd autem substitutio sit facta in omnibus bonis, apparet quia testator instituit Ioannem filium in omnibus suis bonis, & postea fecit substitutionem in dictis bonis. Cùm igitur dictio, *dictis*, sit repetitiua cum omnibus suis qualitatibus, Ruin. *cons. 206. num. 5. lib. 2.* Rol. *cons. 30. n. 21. lib. 4.* Dec. *cons. 465. n. 8.* Soc. *cons. 77. n. 6 lib. 1.* Ang. Aret. *cons. 102. n. 19.* Surd. *cons. 504. n. 3.* perinde est, ac si substitutio sit facta in omnibus bonis. 5

Tenentes contrariam opinionem dicebant, coniecturas ad inducendam reciprocam debere concludere pernecessè, Ias. *in l. potest num. 9. ff. de vulg. & cons. 66. num. 46. lib. 3.* Rip. *in l. heredes mei, §. cum ita num. 15. ff. ad Trebel.* Cephal. *cons. 449. num. 14.* Alb. *cons. 31. num. 9.* Menoch. *cons. 339. num. 5.* Illustr. Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 5. n. 14.* & tales non esse suprà ponderatas, quia licèt possent concludere directam substitutionem omnium in omnibus bonis testatoris, hoc est, quòd quilibet descendens deficientibus suis antenatis, possit succedere in omnibus bonis, non tamen pernecesse concludunt reciprocam, quia ex dicta directa substitutione in omnibus bonis satis effectuatur generalitas verborum testatoris, & sic non obstat, quòd hoc modo erunt aliqui descendentes, qui non erunt vocati in omnibus bonis, quia sufficit, quòd omnes in aliquo casu sint vocati, non est necesse quòd omnes in omnibus casibus vocentur, vt de se patet, & scripsit Beret. *consil. 148 num. 3. cum seqq.* 6

Cæterùm ex alio Domini fuerunt concordes, quòd posset deueniri ad subhastationem prædictorum bonorum Fuluij, nempè quia in eius testamento minimè adest expressa prohibitio, vnde etiamsi extaret fideicommissum, adhuc teneret alienatio durante vita grauati alienantis, *l. vlt. §. sin autem, Cod. comm. de leg.* Gloss. *in l. cum pater, §. libert. verb. ne id tamen,* & ibi Castr. *num. 4. ff de leg. 2.* Bart. *in l. filiusfam. §. Diui num. 6.* Rip. *num. 47. ff. de leg. 1.* Alexan. *cons. 23. lib. 2. de comm.* Dec. *cons. 97. num. 7.* latè Tiraq. *de leg. connub. gloss. 7. num. 57.* Rota in causa Romana Palatij 23. Octobris coram Cantuccio, relata inter diuers. impress. *decis. 110. num. 34. par. 2.* 7

Non obstat, quòd testator voluerit conseruari bona in agnatione, quod probatur ex eo, quòd vocauit masculos tantùm, ex allegatis, quia non propterea sequitur quòd prohibuerit istam temporalem alienationem, maximè quia ista intentio testatoris colligitur solùm ex præsumptione, quòd vocauerit masculos tantùm, vnde super ista præsumptione non potest fabricari alia præsumptio, quòd ideò voluerit prohibere alienationem temporalem, quia si voluisset, sciuisset exprimere, & non datur præsumptio super præsumptione, *l. 1. Cod. de dot. promiss.* Roman. *consil. 350. num. 16.* Alex. *consil. 13. num. 4. lib. 1.* Ruin. *cons. 29. num. 4. lib. 4.* 8

Non etiam satisfecit alia responsio, quòd quatenus fideicommissum Fuluij non impediret alienationem durante vita alienantis, benè impediretur per fideicommissum Ioannis filij d. Fuluij habentis expressam prohibitionem, quia si ista bona sunt subiecta fideicommisso Fuluij ad fauorem nepotum, vt modò prætendunt isti nepotes, non potuit Ioannes super illis inducere nouum onus, quia isti nepotes non capiunt ista bona tanquam reperta in hæreditate Ioannis eorum patris, sed tanquam bona Fuluij aui, & fideicommittentis, Crau. *cons. 144. n. 4.* Soc. sen. *cons. 44. num. 1. lib. 3.* Castr. *cons. 77. num. 2. lib. 2.* Alex. *cons. 217. num. 11. lib. 6.* Illustriss. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 16.* 9

Circa fideicommissum Ioannis factum super bonis sibi relictis per Fuluium, non visum fuit multùm immorandum. 10

dum. Nam ex bonis relictis per Fulujum etiā in primis detrahenda portio spectans ad Baldum seniorem, quæ dicitur ascendere ad medietatem, adeo vt sit remansura portio legitimæ, & Trebellianicæ, quæ erit medietas bonorum Fuluij, & sic quarta totius, ex hac sunt detrahendæ multæ alienationes, siue debita relicta per d. Ioannem, ex reliquo erit detrahenda legitima, & Trebell. ipsorum filiorum Ioannis, adeò vt verisimile sit nihil superfuturum, & de hoc si opus erit particulariter agetur.

11 Quo verò ad prætensam prælationem ob prætensum creditum Fuluij, & Fabricij ex causa administrationis, vt dicitur, factæ per Baldum, & Simonem Petrum, visum fuit Dominis, quòd ista prætensio tanquam nimis illiquida non posset retardare executionem instrumentorum continentium credita clara, & liquida, per text. *in l. fin. C. de compens. in l. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. & in l. satis apertè, C. de fals.* Bald. *cons.* 152. *in fin. lib.* 3. Castr. *cons.* 260. *nu.* 5. *lib.* 1. Roman. *cons.* 223. *num.* 1. Afflict. *decis.* 381. *numer.* 6. Surd. *decis.* 184. *num.* 4. Ex quibus fuit conclusum posse deueniri ad subhastationem bonorum Fuluij senioris liberorum à fideicommisso Baldi senioris, & hoc quoad portiones, quæ peruenerunt ad Baldum iuniorem, & Simonem Petrum.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Lucana Bonorum.

Lunæ 28. *Nouembris* 1611.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Debitoris bona subhastantur præcedentibus bannimentis, & licitationibus plus offerenti deliberantur, & deficiente oblatore pretia æstimatione peritorum creditori adiudicantur, n. 1.

Statuti formam seruasse probare debet is, qui in statuto se fundat, n. 2.

Colonus licèt possidere dicatur nomine domini, habet tamen ius detinendi nomine proprio durante locatione, numero 3.

Statutum correctorium iuris communis interpretari debet, vt quantò minus sit possibile, illud corrigat, ibid.

Statutum laicorum non est admittendum in foro Ecclesiastico, num. 4.

Testes etiam non interrogati debent reddere rationem eorum dictis, quando deponunt de ijs, qua non cadunt in sensum corporis, ibid.

DECISIO CCCXCI.

1 Placuit Dominis decisio in hac causa coram me facta, quòd scilicet DD. de Liliis teneantur ad damna, & interesse ob malam Expulsionem Valentini conductoris, cuius conductioni tanquam necessarij successores stare tenebantur, ex Ias. *in l. diuortio, num.* 35. *ff. sol. matrim.* cum aliis per Surd. *decis.* 40. *nu.* 2. & 3. Et ad statutum Lucanum, dum secundùm lecturam DD. de Liliis dat facultatem expellendi colonum, placuit responsio aliàs data, quòd possit procedere si seruentur iuris remedia, prout in sndat seruati statutum, quæ remedia, quidquid sit quoad defectum citationis coloni, an scilicet suppleatur ex citationibus factis eidem colono tanquam Procuratori debitoris principalis, & modò latè deducimr per informantes pro Liliis, fuit responsum, neque fuisse seruata alia iuris remedia, nempe bannimenta, licitatio, subhastatio, & deliberatio plus offerenti, iuxta not. *in l. ordo*, vbi Bald. *num.* 3. Salyc. *num.* 2. *C. de execut. rei iud.* Bar. *in l. licitatio, num.* 2. *ff. de publican. & vectig.* Afflict. *decis.* 358. *numer.* 5. Put. *decis.* 252. *num.* 1. & 6. *lib.* 2. Afin. *tract. de execut.* §. 7. *cap.* 300. & §. 6. *cap.* 1. *num.* 17. & 19. & deficiente oblatore adiudicatio pretia æstimatione peritorum, iuxt. tex. *in l.* 1. & 2. *C. si in caus. iud.* latè Afflict. *d. decis.* 358. *per totam.*

2 Et quatenus pro parte Liliorum replicabatur, quòd hoc erat dare de iure tertij, nempe ipsius Comitis debitoris, & cuius erat prædium, de quo agitur, fuit responsum hoc non esse dare de iure tertij, sed replicare de forma statuti non seruata, quandoquidem Lilij, quia ad euitandas regulas iuris communis se fundant in statuto tenentur probare se illius formam seruasse, cùm aliàs eis non suffragetur, Alex. *cons.* 87. *num.* 7. & 9. *lib.* 7. Dec. *cons.* 520. *numer.* 11. Crauett. *cons.* 313. *num.* 1. Rol. *cons.* 10. *n.* 27. *vol.* 3. Bec. *cons.* 53. *n.* 9. Surd. *decis.* 39. *num.* 2. latè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 7. *n.* 1.

Placuit etiam aliquibus ex Dominis alia responsio, quòd 3 dum statutum dicit: Expellatur ille, contra quem facta fuit missio, seu data tenuta, vel assignatio in solutum facta, si in ipsa possessione fuerit, vel alius pro eo; illa verba, *vel alius pro eo*, debeant intelligi de simplici detentore, prout est Procurator negotiorum, aut similis persona, non autem de colono, qui licèt possideat nomine domini, *l.* 3. §. *si seruus, & l. si colonus, ff. de acquir. poss.* attamen habet ius detinendi nomine proprio, donec sit finita locatio, Castr. *in l.* 1. §. *adipiscimur, n.* 6. *ff. de acquir. poss.* glos. *in l. communi diuidundo la secunda* §. *neque colonis, verb. possideant, ff. comm. diuid.* Alex. *cons.* 35. *n.* 12. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 58. *num.* 4. *vol.* 4. Menoch. *de recuper. remed.* *n.* 66. Put. *decis.* 13. *nu.* 2. *lib.* 1. qui intellectus suadetur ex eo, quòd cùm istud statutum sit correctorium iuris, debeat interpretari, vt quantò minus fieri possit corrigat, Roman. *cons.* 199. *n.* 6. Curt. iun. *cons.* 7. *num.* 8. Crau. *cons.* 259. *num.* 2. Rol. *cons.* 80. *num.* 19. & *duob. sqq. lib.* 4. cum aliis per Honded. *cons.* 8. *num.* 41. & *seq. lib.* 1. sufficit enim quòd per hoc statutum prouideatur creditori contra debitorem, absque eo, quòd sub verbis generalibus includatur colonus, de quo nullibi apparet per statuentes fuisse cogitatum.

Non defuerunt etiam Domini, qui dixerunt statutum 4 hoc laicorum minimè esse admittendum in foro Ecclesiastico, iuxta not. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. in c. benè est* 96. *dist. & in cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. Anchar. *cons.* 18. *n.* 1. & 3. Alex. *cons.* 12. *n.* 6. *lib.* 6. & quatenus replicabatur fuisse ism receptum in foro Ecclesiastico, prout ex testibus datis, fuit responsum, quòd cùm ista receptio, seu obseruantia non sit de iis, quæ cadunt sub sensu corporis, debuerunt testes etiam non interrogati reddere rationem, prædictam obseruantiam necessariò inferentem, Bar. & Salyc. *in l. solam n.* 3. *C. de test.* Bald. *cons.* 286. *n.* 3. *lib.* 2. Alex. *cons.* 148. *n.* 5. *lib.* 2. Card. *cons.* 25. *nu.* 4. Crau. *cons.* 134. *n.* 6. Rota in causa Ianuen. iurisdictionis 13. Iunij 1607. coram R. P. D. Ludouisio, poruerunt enim decipi inferendo ex aliquibus obseruantiam statuti, quæ verè illum non inferreot.

Hoc est sub die 18. *Martij* 1611. *est supra in* 1. *part. recent. decis.* 306.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Tirasonen. coadiutoriæ.

Veneris 2. *Decembris* 1611.

ARGVMENTVM.

Coadiutor residere tenetur in Ecclesia, in qua datus est pro coadiutore, & non residendo beneficio priuatur.

SVMMARIVM.

Clerici non residentes possunt priuari beneficio, seruata forma, de qua n. 1.

Coadiutoria fuit inuenta principaliter, ne Ecclesia ob impedimentum coadiuti suo seruitio defraudetur, ibid.

Coadiutoria censetur decreta secundùm dispositionem iuris communis, vbi eius concessio non fuit alterata, n. 2.

Potest *verbum est facultatiuum, declara, vt n.* 3.

Debet *verbum necessitatem importat, declara vt ibid.*

Verbum Interpretatio *dependet à subiecta materia, ibid.*

Coadiutor residere recusans beneficio priuatur, n. 5.

Pœna iuris cessat stante particulari pœna apposita in constitutione, ibid.

Causa vna cessante ex duabus, quibus quid dispositum fuit, ipsa dispositio non cessat, ibid.

DECISIO CCCXCII.

Domini perstiterunt in decisis coram R. P. D. Marquemontio, quòd scilicet Franciscus Coadiutor tenetur præcisè residere, & quòd in euentum non residentiæ posset deueniri ad priuationem, seruata forma 1

c. ex tua. de cler. non resid. Et quoad primum, quia coadiutoria fuit adinuenta principaliter ne Ecclesia ob impedimenta coadiuti defraudetur seruitio, *c. 1. de Cler. ægrot.* Put. *decis.226. n.13. lib.3.* cum aliis allegatis in prædicta decisione.

2 Non obstat, quòd ista coadiutoria in multis deuiet à forma antiquorum coadiutoriarum, ex quo in ista adsunt multa decreta ad fauorem coadiutori, & coadiuti, quæ non conueniunt coadiutoriæ in forma iuris communis, quia fuit responsum, non per hoc sequi quin in reliquis, quæ speciali decreto non fuerunt moderatæ, coadiutoria non remaneat in dispositione iuris, *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum. cum concord.* de iure autem est, vt coadiutor residere teneatur, ne aliàs Ecclesia defraudetur debito seruitio, ex suprà alleg.

3 Nec subsistere visum fuit, quòd etiam circa residentiam sit particulariter prouisum, ex quo Bulla coadiutoriæ, dum loquitur de residentia, vtitur verbis facultatiuis, ibi, *possis*, & licèt subdat verbum, *debeas*, attamen verbum facultatiuum, *possis*, conuertatur in se verbum, *debeas*, iux. not. per Bar. *in l. 1. num.2. ff. de pact.* & per glos. ibi, *verb. placitum*, quia fuit responsum, interpretationem verborum pendere præcipuè à subiecta materia, *l. si vno, in princip. ff. loc. l. si stipulatus, ff. de vsur.* Oldrad. *cons.172. num.6.* Alexand. *cons.129. numero 4. lib.2.* Socin. *consil.93. num 4. lib.1.* Paris. *consil.78. num.20. lib.3.* Subiecta autem materia est, vt in defectu coadiuti coadiutor personaliter supplere teneatur seruitio Ecclesiæ, ex allegatis *in princip.* alias illæ coadiutoriæ conuerterentur in simplices expectatiuas, vt benè fuit ponderatum in prædicta decisione coram Marquemontio. Ad cons. Nauarr. 2. *de cler. ægrot.* vltra quòd non est tutum, vt fuit dictum in alia decisione, post decisionem Sacræ Congregationis rituum, fuit dictum non applicari, quia ibi aderant verba facultatiua tantùm.

4 Non obstat, quòd in bulla coadiutoriæ non dicatur simpliciter, quòd Franciscus teneatur residere, sed quòd teneatur residere absente Ioanne coadiuto, vnde infertur, quòd pro parte Ioannis sit probanda absentia, & legitima causa d. absentiæ, cùm vtrumque sit fundamentum eius intentionis, quia visum fuit Dominis, quòd illa verba, *absente Ioanne vice, & loco ipsius deseruire*, &c. sint posita ad effectum, ne vterque simul, videlicet coadiutor, & coadiutus, deseruire tenerentur, non autem quòd fuerit cogitatum de absentia octuagenarij, & multò minus quòd ipse teneretur formare processum super propriis impedimentis, quòd vellet coadiutorem deseruire pro se ipso.

5 Quoad secundum, data necessitate residendi, de qua proximè suprà, consequens videbatur quòd coadiutore residere recusante possit deueniri ad priuationem, iust. not. *in cap. conquerente*, & ibi glos. *verb. deseruiat, in cap. inter, & in cap. fin.* vbi Innoc. *numer. 1. de cler. non resid.* Non obstat responsio aliàs data, & modò repetita, quòd pœna iuris cesset stante particulari pœna apposita in Bulla coadiutoriæ, quòd scilicet coadiutor in euentum non residentiæ, seu non interessentiæ, teneatur de suo reficere coadiuto, quòd amissum est per decision. Cassad. 2. *de iur. iurand.* Caputaq. 124. *par.3.* quia fuit nunc ptout alias consideratum, quòd duæ fuerunt causæ, vt imponeretur onus deseruiendi coadiutori, prima, & principalis, ne absente coadiuto Ecclesia defraudaretur seruitio, quæ causa colligitur, tam ex præsumptione iuris, cùm coadiutoriæ sint adinuentæ ad istum effectum, ex supradictis, quàm etiam ex verbis ipsiusmet coadiutoriæ, ibi, *tu tanquam portionarius dictæ Ecclesiæ illis in diuinis deseruire in choro, & processionibus tenearis.* Secundaria causa, ne coadiutus octuagenarius non valendo residere, priuaretur solitis emolumentis; dum igitur coadiutor esset supplere de proprio erga coadiutum, facit cessare vnam causam, hoc est, damnum coadiuti; sed non facit cessare aliam, hoc est, defectum seruitij Ecclesiæ, vnde succedit conclusio, quòd quando duæ sunt causæ dispositionis, vna cessante, non cessat dispositio, *§. affinitatis*, vbi Aret. *n.1. instit. de nupt. liberorum §. 1. ff. de his qui not. infam. glos. vnic. in l. si quis ad exhibendum, ff. de except. rei iud.* Bat. *in l. si ventri, §. in bonis, n.1. ff. de priuileg. credit.* Roman. *cons.497. in fin.* Alex. *cons.113. n.26. cum duob. seqq. vol.6.*

☞ *Idest sub die 24. Ianuarij 1612. est supra in 1. part. recent. decis.276.*

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Tarentina Canonicatus.

Veneris 2. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Exequutio litterarum Apostolicarum impeditur ab habente titulum cum possessione, n.1.

Clausula, seu alias quouis modo, *non suffragatur ad effectum, vt verificata vacatione de facto ex persona resignantis possit capi qualibet alia vacatio de iure ex alterius persona, n.2.*

DECISIO CCCXCIII.

FVit tentum pro Vincentio solo informante, ex quo pars aduersa pluries citata non comparuit, nempe sententiam Rotalem ad illius fauorem latam, esse confirmandam, quandoquidem de prædictæ sententiæ iustitia apparere visum fuit, ex decisionibus in hac causa factis coram Reuerend. P. D. Marquemontio, in quarum prima, quæ fuit 4. Maij proximi, fuit firmata iustificatio gratiæ Vincentij, tam quoad vacationem beneficij, de quo agitur, in mense reseruato, quàm quoad alia in prædicta gratia expressa, excepto valore, qui ex testibus postea examinatis fuit firmatus in alia decisione sub die 13. Iunij subsequentis, licèt in eadem decisione Domini censuerint non fuisse locum exequutioni litterarum Apostolicarum, sed ordinariè procedendum fuisse, quia agebatur contra Prosperum possidentem titulo Apostolico sibi concesso, ex causa resignationis Rizzelli, aliàs huius Canonicatus possessoris, qui titulus licèt non esset eiusdem speciei, neque ex eadem vacatione, attamen cùm esset iunctus cum possessione, censuerunt Domini esse aptum ad impediendam viam executiuam, per doctr. Zuccard. *in l. fin. numer. 134. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Rolan. *consil.78. num.27. lib.3.* Veral. *decis.346. numer.4. p.2.* Rota in specie in causa Celsonen. Canonicatus prima Iunij 1607. coram Reuerend. P. D. Coccino, cum aliis ibi alleg. 1

Denique in eadem causa sub die 27. eiusdem fuit firmatum, clausulam, *seu alias quouis modo*, de qua in gratia obtenta per Prosperum, non posse illi suffragari ad effectum, vt verificata vacatione de facto ex persona resignantis possit capi quælibet alia vacatio de iure ex alterius persona, Rot. *decis.7. de rescript. in nou.* Rot. *diuers. manuscript. 64. incip.27. Feb.* Mohed. *de praben.* attamen hoc non procedit quando quis vult capere vacationem per obitum in mense reseruato: nam ex forma reg. 8. est facienda expressa mentio mensis, quæ cùm non sit facta in dict. clausula, *seu alias quouis modo*, meritò illa clausula non potest suffragari, Put. *decis.5. super reg.* Cott. *decis.238.* Cardin. Paleott. inter diuers. impress *decis. 700. p. 3.* & latè in Oueten. beneficiorum 5. Iulij 1610. coram Reuerend. P. D. Coccino: vnde cùm in prædictis decisionibus, quæ & ex nunc placuerunt Dominis, satis discussa fuerint omnia necessaria, Domini concluserunt pro confirmatione sententiæ. 2

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Aquen. pensionis.

Veneris 2. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura continentur notabilia, de quibus in summariis, & præsertim de nullitate sententiæ, non visis actis; de iudice, quando non petenti officium suum impertiri debeat, De præsumptione oriente propter actus validitatem, & de citato, quòd debet expectari vsq; ad vltimam horam termini.

SVM-

SVMMARIVM.

Sententia lata non visis actis excusari non potest à nullitatis vitio, n.1.

Iudex non tenetur impertiri suum officium non petenti, n.2. *declara hoc non procedere in iis, quæ concernunt iustificationem suæ sententiæ*, n.5.

Formalitas verborum, vbi non requiritur, sufficit adimplementum per æquipollens, n.3.

Actus præsumitur semper factus, itavt sit validus, n.3.

Citatus expectari debet per totum terminum citationis vsque ad vltimum momentum, ibid.

Actus præsumitur factus prius, & postea secundùm ordinem scripturæ, n.4.

DECISIO CCCXCIV.

1 CVm iudex in casu, de quo agitur, protulerit sententiam non visis actis, fuit conclusum, sententiam non posse excusari à nullitate, Alex. *in l.* 2. *n.*9. & ibi Cagnol. *n.*68. *C. de eden.* Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ*, *n.*13. *vers. sed contrarium*, *de constit.* Gabr. *tit. de sent. conclusione* 9. *n.*10. *vers. contrarium*, Franc. *in c. dilectæ*, *n.*163. *de appellat. in* 6. Rota in causa Maioticen. Canonicatus 4. & 18. Februarii 1591. coram Gipsio. Quòd autem fuerit prolata sententia non visis actis, fuit deductum ex eo, quòd sub die 30. Aprilis 1610. fuit coram eo productus processus remissorialis, licet clausus, & sigillatus, & iudex admisit in forma die 15. Octob. fuit lata sententia die 17. eiusdem mensis Octob. & sic post duodecim dies idem iudex mandauit aperiri dictum processum, prout fuit apertus: vnde apparet, quòd de tempore latæ sententiæ ista acta non fuerunt visa, cùm adhuc non fuisset apertus rotulus remissorialis.

2 Nec satisfecit responsio, quòd hoc sit imputandum parti, quæ produxit dictum processum, quia debebat instare, quòd aperiretur, cùm iudex non teneatur impertiri officium nisi petenti, *l. dies*, §. *hoc autem*, *ff. de dam. infect. l. vt fundus*, *ff. commun. diuid.* Bald. *in l. si curatoris*, *nu.*1. *C. de iur. delib.* quia fuit replicatum dupliei modo. Primò, quòd imò hic fuit institutum, ex quo pars in termino citationis protestata fuit non deueniri ad sententiam nisi viso, & disputato de releuantia testium in causa examinatorum, quæ protestatio virtualiter continebat instantiam, quòd processus aperiretur, cùm aliter testes non possunt videri, nec illorum releuantia examinari, & cùm nullo iure sit data formalitas verborum, quòd processus aperiatur, sufficit adimpleuisse per æquipollens, *cap. in his, de verb. sign. c. tua nos*, *de consanguin. & affinit. l. fin. in fin. ff. mand. l. si mater*, vbi glos. *verb. sua causa.* Alex. *n.*1. *C. de instit. & substit. l. fin. & ibidem gloss. verb. legati*, Salyc. *in princ. C. de don. quæ sub modo.*

3 Et quatenus dicebatur, quòd licèt protestatio fuisset facta eadem die, qua fuit lata sententia, non apparere quòd fuerit facta ante sententiam, vnde pro validitate sententiæ præsumi, quòd sit facta post, ad *l. quoties*, *ff. de iud.* fuit responsum, quòd citatus de iure est expectandus per totum terminum citationis vsq; ad vltimum momentum, Specul. *tit. de comparitione in termino*, *num.*3. Alex. *in l. si finita*, §. *Iulianus*, *numer.*25. *vers. item quia erat*, *ff. de damn. infect. & in l. quæ hoc anno*, *num.* 6. *ff. de verb. oblig.* Bar. *in l. liber homo*, §. *decem hodie*, *ff. eod. tit.* aliàs citatio posset reddi inutilis ipsi citato, siquidem posset fieri hodie in vltimo momento diei, & cras in primo momento ferri sententia: vnde quicquid fecit pars in termino citationis, præsumitur factum ante sententiam, quia aliàs iudex illum non expectando vsque ad finem termini grauasset.

4 Idem fuit dictum, quòd ex ordine litteræ processus, in quo protestatio præcedit sententiam, apparet quòd sententia fuit priùs facta, §. *quibus*, vbi Bald. *n.* 5. Castr. *nu.* 12. *in* 1. *constit. Cod. l. quoties*, *ff. de vsufruct. l. generaliter*, §. *proinde*, *vers. quod si ordo*, *ff. de fideicomm. libert.* Bart. *in l.* 2. §. *prius*, *in fin. ff. de vulg. & pupil.* Felin. *in cap. cùm dilecta*, *n.*4. *de rescript.* Euerard. *in loco ab ordine*, *num.*7. *vers. & quod prius est scriptum.*

5 Secundò principaliter fuit dictum, quòd etiam sine protestatione iudex non poterat pronunciare, nisi aperto rotulo remissoriæ, quandoquidem per citationem ad dicendum contra rotulus erat effectus de actis, ad decision. Cæs. de Grass. 3. *num.*6. & 7. *de restit. spoliat.* Ægid. *decis.* 27. *vers. sed caue*, Cassad. *dec.*7. *in fin. de appell.* Nec sigillatio, & clausura est facta pro iudice cui dirigitur, cùm hoc nullo iure caueatur, & docet ipsa ratio, quia scripturæ clauduntur vt sint occultæ portitoribus, & extraneis, non illi cui diriguntur, & proinde iudex debebat ante sententiam inspicere istos testes, sicut alia acta; & quod dicitur, iudicem non teneri supplere ex officio, non procedit in iis, quæ concernunt iustificationem suæ sententiæ ex ipsis actis, quia in istis etiam non requisitus debet supplere ex officio, iux. not. *in rubr. C. vt quæ desunt aduoc. ind. supp.* Bald. *in d. l. curatoris num.*1. *vers. fallit. C. de iur. delib.* aliàs potiùs abstinere à sententia. Nec applicati visa fuerunt tradita per Felin. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ*, *n.*18. *in prima limitatione*, *de constit.* quia loquitur de iuribus à parte non productis: hic autem fuerunt producta, & admissa à iudice, vt suprà dictum est, &c.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Leodien. fideicommissi.

Veneris 12. *Decembris* 1611.

ARGVMENTVM.

De renunciatione fideicommissi strictè interpretanda, & quòd sub generali renunciatione non veniant; nec vnquam fideicommisso renunciatum censeatur, nisi tribus concurrentibus; primò scilicet notitia fideicommissi; secundum quòd sit reciprocum; tertium quòd sit æquale.

SVMMARIVM.

Negatiua probatur ex lectura instrumenti, n.1.

Renunciatio iuris de futuro non venit sub generalibus verbis, n.2.

Dispositio omnis, & contractus intelligitur, rebus sic stantibus, ibid.

Renunciatio est stricti iuris, debetque intelligi, vt quantominus renunciatum dicatur, n.3.

Proœmium, seu præfatio denotat causam finalem, numero 4.

Verborum generalitas restringitur ad causam expressam in dispositione, n.5.

Fideicommisso, vt renunciatum dicatur, tria requiruntur. Primum notitia fideicommissi, secundum quod sit reciprocum, tertium quod sit æquale, ibid.

Aequalitas seruanda semper est, præsertim in transactione, ibid. in fine.

DECISIO CCCXCV.

CEnsuerunt Domini per transactionem de anno 1577. 1 non fuisse renunciatum fideicommisso, & pro negatiua sufficere, quòd talis renunciatio non legatur in instrumento transactionis, ad Bald. *in c. venerabilem*, *de elect.* Alex. *cons.*52. *n.*13. *lib.*4. Curt. sen. *cons.*55. *n.*3. Roman. *cons.*459. *n.*14. & *seq.* Bolognett. *cons.*32. *n.*18. & *seq.* Afflict. *dec.*403. *n.*5.

Et licèt verba transactionis sint satis ampla, & genera- 2
lia: attamen visum fuit Dominis generalitatem verborum non posse operari renunciationem fideicommissi. Primò, quia illud non erat adhuc purificatum, & sic erat ius de futuro, quod non venit sub generalibus verbis, Bar. *in l. qui Romæ* §. *duo fratres*, *n.*17. & *seq.* Rip. *n.*47. *ff. de ver. oblig.* Alex. *cons.*208. *n.*4. & 5. *lib.*6. Dec. *cons.*86. *numer.*4. *vers. sed his tamen*, Curt. iun. *cons.*23. *nu.*1. *cum pluribus seqq.* Grat. *cons.*173. *numer.*44. *lib.*1. Rimin. iun. *cons.*204. *num.*79. & *seqq.* Boer. *decis.*147. *num.*11. etenim quælibet dispositio intelligitur, rebus sic stantibus, *l. quod Seruius*, *vbi gloss. in fin. ff. de cond. caus. dat.* Ruin. *cons.*137. *n.* 11. *lib.*2. Alex. *cons.*71. *n.*8. *lib.*5. Paris. *cons.*24. *n.*72. *lib.*2. Pedemont. *decis.*91. *n.*2. latè Tiraq. *in l. si vnquam*, *in præfatione*, *n.*167. *C. de reuoc. donat.*

Quod multò magis debet habere locum in renunciatione, quæ est stricti iuris, *l. quicquid astringenda*, *ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 452. *n.*2. Socin. *cons.*96. *in fin. vol.* 1. Paris. *cons.*7. *n.*7. *vol.*1. Gabr. *cons.*60. *num.*6. *vol.*1. Bolog. *cons.*32. *n.*19. Rimin. iun. *cons.*204. *n.*79. Bec. *cons.* 111. *n.* 31. Pedement. *decis.*112. *n.*5. & debet intelligi, vt quantò minus dicatur renunciatum, *l. si domus*, & ibi gloss. *ff.*

de seruitut. vrban. prad. Dec. *in l. postquam*, *num.6. C. de pact.* Grat. *cons.17. num.4. lib.1.* Curt. iun. *cons.23. num.1.* Bec. *d. cons.111. n.31.*

4 Secundò, quia in prooemio transactionis, ex quo colligitur causa finalis, *l. fin.* vbi Bart. *ff. de hered. inst.* Alex. *cons.7. numer.3. lib.1.* Socin. *cons.159. num.20. lib.2.* Dec. *cons.606. numer.2.* Crau. *cons.192. numer.2.* apparet, quòd transactio non fuit ex causa fideicommissi, quandoquidem de hoc fideicommisso nulla vnquam fuit controuersia inter fratres transigentes, sed causa fuit quòd ob defectum substantiæ paternæ singuli non poterant integrè obtinere, quod sibi in testamento paterno relictum fuerat, & proinde vt singuli proportionabiliter sentirent diminutionem, fuit deuentum ad transactionem, vt colligitur ex verbis prooemii, ibi, *viso & benè intellecto statu domus mortuaria ipsorum patris, & quod ob multos defectus eiusdem non possent consequi, & habere singuli ipsorum respectiuè id, quod per testamentum præfati ipsorum patris dispositum, & assignatum est prauio*, &c. *inierant concordiam*, &c.

5 Cùm igitur habeamus causam expressam, ad illam semper restringitur generalitas verborum transactionis, *l. si de certa*, vbi Bart. *C. de transact.* Alex. *cons.11. n.2. lib.2.* Paris. *cons.20. n.77. lib.1.* cum aliis cumulatis per Gabr. *de reg. iur. conclus.4. n.21.* Tertiò dicebatur ad effectum, vt per clausulas generales censeatur renunciatum fideicommisso tria esse necessaria, de quibus per cumulatos à Bec. *cons.111. n.3.* scilicet notitia fideicommissi, quòd sit reciprocum, & quòd sit æquale, saltem iuxta terminos *l. de his, C. de transact.* Primum non probatur, nec etiam secundum, quia Renatus nihil poterat separare ex personis fratrum suorum; non etiam tertium, quia inter transigentes non erat par, & æqualis causa remittendi fideicommissum, quòd scilicet Gulielmus, & Federicus renunciarent amplissimo fideicommisso pro summa florenorum 7200. quæ nec propria ipsorum esse debebant, & hanc æqualitatem pro interpretatione transactionum, præcipuè ponderant Doctores, vt per Abb. *cons.29. n.15.* Bero. *cons.70. n.49. lib.1.* Bec. *d. cons.111. n.32.*

6 Quartò, etiam admissa explicita scientia fideicommissi potiùs in transactione adsunt indicia, quòd transigentes intellexerint, quòd illi non esset renunciatum, dum præfati Gulielmus, & Federicus promiserunt sinere, vt Maria vxor Renati consequatur totum id, quod in tractu nuptiali fuit sibi donatum, vel promissum, quę quidem promissio Gulielmi, & Renati circumscripto fideicommisso erat omnino superflua, cùm dicti fratres, sublato dict. fideicommisso, nullum haberet ius, quo possent impedire d. Mariam, agentem ad bona tenta per Renatum. Circa illud quòd non fuerint impleta omnia capita testamenti Ioannis fideicommittentis, & proinde non suffragetur consensus præstitus per Renatum fideicommisso, visum fuit Dominis, quòd hoc sit extra dubium firmatum in Rota super renuntiatione fideicommissi, & ideò si motiuum Dominis videbitur releuans particulariter disputabitur.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. manutentionis.

Veneris 16. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

De manutentione concedenda vsufructuario habenti ciuilem possessionem aduersùs occupantem naturalem nonnulla notabilia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Vsufructuaria potest propria authoritate continuare possessionem vsusfructus, absque ministerio iudicis, in qua reperiabatur tempore mortis testatoris, præsertim stante licentia testatoris de apprehenda possessione bonorum vsufructus subiectorum propria auctoritate, n.1.

Possessionis mutatio titulo superueniente præsumitur facta absque alia declaratione, ibid. in fine.

Possessio iunior præsumitur turbatiua, & manutenenda non est, num.2.

Vsufructuarius dicitur habere ciuile possessionem in vsufructu, cuius vigore datur illi remedium manutentionis aduersus occupantem naturalem, ibid.

Confessio interpretanda est, vt minus præiudicet confitenti, quam fit possibile, præsertim in iudiciis, n.4.

Ius suum quisque præsumitur in iudicio deducere voluisse, modo sibi magis proficuo, ibid. in fin.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem non sunt admittenda in iudicio manutentionis, n.5.

DECISIO CCCXCVI.

1 FVit conclusum pro manutentione Bartholomææ Sensariæ in stantiis, seu cubiculis, de quibus agitur, nam constat quòd istæ stantiæ fuerunt simul cum aliis bonis Caroli Antonij senioris possessæ per dictam Bartholomæam, partim proprio nomine, cùm ipsa esset vsufructuaria pro dimidia bonorum dicti Caroli Antonij senioris, & partim vti tutrix, & administratrix Caroli Antonij iunioris hæredis relicti in tota proprietate, & altera mediante vsusfructus à dicto quondam Carolo seniore, & successiuè quòd mortuo d. Carolo Antonio iuniore ipsa Bartholomæa, quæ in tali casu erat substitura in asserta medietate vsusfructus continuauit possessionem, quod potuit facere propria auctoritate, & absq; ministerio iudicis, vt latè in terminis vsufructuariæ fuit coram me deductum in causa sancti Seuerini bonorum 20. Decembris 1610. maximè stante licentia testatoris ibi concessa de apprehendēda possessione bonorum vsufructui subiectorum propria auctoritate, vt etiam in prædicta decis. sancti Seuerini fuit consideratum, & mutatio possessionis de administratione in vsufructuarium post mortem d. Caroli Antonij iunioris præsumitur facta absque alia declaratione, iuxta opinionem quam Rota sequitur, vt apud Put. *decis.451. lib.1.* Cæs. de Grass. 19. *n.6. de prob.* in causa Sabinen castrorum 17. Aprilis 1581. coram Caniuccio relata inter diuers. impress. *dec.143. n.4. part.2.* & alibi sæpè.

2 Non obstat possessio capta per Bartholomæam iuniorem, & successiuè per eius filios tanquam hæredes ab intestato d. Caroli Antonij iun. quia stante dicta anteriori possessione Bartholomææ senioris, ista habetur loco turbationis, & non est manutenibilis in præiudicium veri possessoris, qui se non habuit pro spoliato, *c. licèt causam*, cum ibi not. *de prob.* Bart. *in l. si duo, nu.4. vers. si vero testes, ff. vti possid.* Put. *dec.419. in fin. lib.2.* Rota in causa Romanā deuolutionis domus 5. Nouembris 1599. coram Illustrissimo Lancellotto, & licèt Bartholomæa senior, cùm esset solùm vsufructuaria, non possit dici habuisse ciuilem, ad not. *in l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. poss.* Castr. *cons.396. in princ. part.2.* cuius ciuilis vigore solet dari remedium manutentionis aduersùs occupantem naturalem, vt in præcitatis iuribus: attamen habuit quasi ciuilem, quæ remanet penes vsufructuariam, *l. prætor ait*, & ibi gloss. *ff. ex quib. caus. maiores*, Bart. *in l. si plures, §. deiectum, vers. vlt. not. ff. de vi, & vi armata*, Rip. *in l.1. n.34. ff. de acquir. poss.* Aret. *in §. quadrupli, nu.49. vers. non obstat. Instit. de action.* Petr. de Rauenna *sing.761.* Boer. *decis.199. n.8.* Surd. *cons.172. n.8.*

3 Et quòd vsufructuario competat interdictum retinendæ, notatur *in l. fin. ff. vti possid.* Bart. *in l.1. nu.3. ff. eod. tit.* Bald. *in l. vnic. in fin.* Salyc. *n.24. C. eod. tit.* Aretin. *in d. §. quadrupli, n.48. Instit. de action.* Abb. *in c. licet causam, n.37. vers. nunc vero, de prob.* cum aliis per Menoch. *de retin. remed.3. n.70.* & cessat omnis difficultas, quia possessio prædictæ Bartholomææ iunioris & filiorum fuit cum clausula, sine præiudicio vsusfructus Bartholomææ senioris, vnde vel censetur præseruata possessio d. Bartholomææ senioris, vel quatenus simul stare non possent, potiùs vitiabitur possessio Bartholomææ iunioris, & filiorum, vt pariter fuit dictum in prædicta sancti Seuerini bonorum coram me.

4 Ad illud quòd Bartholomæa senior habuerit se pro spoliata, ex quo in oppositionibus dixit, *che il Co. Giulio Cesare doppo la sepultura di Bartolomea hà tenute le chiaui di dette stanze, & hoggi le tiene, che detta Signora Sensaria dal giorno di detta sepultura, in quà non può hauere l'vso di dette stanze*, fuit responsum, ista non importare dimissionem ciuilis, seu quasi ciuilis possessionis, de qua supra, sed explicare molestias, quas de facto patiebatur Bartholomæa Sensaria super dictis stantiis, etenim in confessione semper fit interpretatio vt quantò minus præiudicet confitenti, *l. si quis intentione, ff. de iud.* Rom. *cons.455. n.4. & 6.*

Mohed.

Menoch. *decis. 2. de restit. spol.* & vt quis voluerit de suo quantò minus proijcere, ad not. *in l. cùm de indebito, de prob.* maximè in iudicijs, in quibus cùm sint ordinata ad acquirendum quis præsumitur voluisse deducere ius suum modo sibi magis proficuo, Rota *decis. 2. in fin. de alien. iud. mut. caus. fact.* Corn. *cons.* 18. *n.* 5. *lib.* 3. Angel. *cons.* 399. *num.* 4. Castr. *cons.* 199. *num.* 4. *lib.* 2. Alex. *cons.* 28. *num.* 3. *lib.* 3. Cùm igitur verba Bartholomææ non importent pernecesse quòd ipsa deposuerit animum possidendi, sed possint verificari in molestijs de facto passis à Comite Iulio Cæsare, dicebant Domini esse ita in dubio faciendam interpretationem, per regulas prædictas.

5 Circa aliud quòd Domini Barzelini vellent retinere istas mansiones pro legitima Caroli Antonij iunioris, quæ non potuit grauari onere vsusfructus ad fauorem Bartholomææ Sensariæ, *l. quoniam in prioribus, ff. de milit. testam.* fuit responsum, quòd ista tanquam requirentia altiorem indaginem, non erant admittenda in hoc summarijssimo possessorio, Bart. *in l.* 3. *§. ibidem, ff. ad exhib.* Rip. *in l.* 4. *§. condemnatum, num.* 20. *ff. de re iud.* Roman. *cons.* 323. *nu.* 5. Surd. *cons.* 99. *num.* 8. Rot. in causa Romana Casalis relata inter diuers. impres. *decis.* 103. *num.* 5. *part.* 1. nam etsi certum sit deberi legitimam, non tamen est certum quòd debeatur in istis mansionibus, cùm potuerit esse priùs deducta, vel non deberi in istis stantijs, fortè quia congruè non possint dismembrari à reliquo corpore domus possessæ per Bartholomæam Sensariam, vel propter alias causas, quarum discussione pendente possessor est manutenendus, *§. retinendæ, Inst. de interd. cum concord.*

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana Casaletri.

Veneris 16. *Decembris* 1611.

ARGVMENTVM.

Emptor, cui à venditione est facta dilatio ad soluendum pretium rei venditæ, an, & quando eidem venditori teneatur soluere fructus recompensatiuos est singularis, & magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Emptor habens dilationem de pretio rei venditæ, vel aliàs venditore non adimplente, quod promisit, non tenetur venditori ad fructus recompensatiuos. Declara vt nu. 1. *& seqq. per tot. decisionem.*

Promissio de aliquid faciendo, importet de faciendo statim, ibid.

Emptori ad soluendum pretium rei venditæ, à venditore dari solent duæ dilationum species, & quæ, & pendente dilatione, quando idem emptor teneatur venditori soluere fructus recompensatiuos, ibid. & seqq.

Emptor, qui tenetur soluere pretium rei venditæ, non excusatur à mora illud offerendo, sed debet deponere, numero 4.

DECISIO CCCXCVII.

1 DOmini persliterunt in decisis sub die 20. Iunij proximi, quòd D. Episcopus pro tempore, quo habuit in manibus rem, & pretium, teneatur ad fructus recompensatiuos. Et quia principale fundamentum D. Episcopi consistit in eo, quòd ipse habuerit dilationem ad soluendum pretium, ex quo promisit soluere pretium, quando sibi fuerit impletum, & non aliàs, & D. Comes venditor per tempus, de cuius fructibus agitur, non impleuit, vnde infertur ad decisiones, & doctrinas, dicentes, quòd quando est data dilatio ad soluendum pretium, non debentur fructus, fuit per Dominos consideratum, duas esse dilationum species, altera quæ pernecesse affert secum tempus considerabile, siue sit certum, puta quòd fiat solutio infra biennium, siue sit incertum, æstimabile tamen ab initio, velut si fuisset conuentum, quòd aliquid soluatur post mortem alicuius, ad not. *in l. hæreditatum, ff. ad l. facid.* Altera verò species, quæ de sui natura non affert secum tempus considerabile, sed momentaneum, & quæ dilatio quantò citiùs debet cessare, puta si venditor promittat simpliciter aliquid facere, & emptor dicat quòd illo facto soluet pretium, ista enim dilatio potest dici momentanea, nam sicut simplex promissio de aliquid faciendo importat statim, *§. omnis stipulatio, Inst. de verb. oblig. §. si impossibilis, Instit. de inutil. stipul. l. in omnibus, ff. de reg. iur. l. eum qui Calendis, §. quoties, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. ita stipulatus, nu.* 33. Ias. *nu.* 21. *ff. eod. tit.* ita dilatio data donec illud fiat, videtur momentanea, imò quòd ista propriè non sit dilatio, sed suspensio ad impediendam coactionem solutionis pretij, siue securitas per modum cuiusdam pignoris, tradit Nau. *cons.* 21. *n.* 8. *de vsur.* Hond. *cons.* 44. *n.* 14. *vers. quoniam verba, & n.* 15. *vers. istis præmissis, lib.* 1.

In prima specie dilationis Domini admittebant, quòd faciat cessare fructus, nam sicut ab initio fuit cogitatum, quòd debebat intercedere multum temporis spatium, & consequenter quòd debebant decurrrere fructus, ita videtur cogitatum de remissione fructuum recompensatiuorum, ex quo nihil super illis statutum est, vel fortè videtur ob eam causam in aliquo auctum pretium. In secundo verò casu cessat ista ratio, quia sicut non est cogitatum quòd intercederet tempus, vel currerent fructus, ita nec videtur cogitatum de illorum remissione, aut permutatione in pretio, & hanc rationem differentia inter vtramque speciem, vltra Gabr. *in decis. alleg.* probat etiam Nauarr. *d. cons.* 21. *nu.* 8. faciunt Bero. *in c.* 1. *n.* 125. *de vsur.* Couar. *var. resol. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 5. *ante med. vers. proprioque consensu*, vbi dicunt data dilatione ideò non deberi fructus, quia illis videtur renunciatum per venditorem: at quando dilatio, siue suspensio data non est talis, vt ab initio fuerit cogitatum, illa pendente esse decursuros fructus, cessat ratio, quòd videatur venditor illis renunciasse, & pro hoc facit ipsa ratio, nam aut emptor prætendit, quòd cessent fructus ex eo quòd sibi non fuerit impletum, & per hoc non cessant, ex cumulatis in alia decisione. Aut quia fuerit expressum, quòd ipse non teneatur soluere antequam sit impletum, & cùm hoc inesset de iure expresso, nihil noui debet operari, ex alleg. *ibid.*

Et ex hac distinctione inter dilationem de sui natura afferentem tempus considerabile, & dilationem momentaneam, videbatur Dominis posse euitari doctrinas loquentes de dilatione temporis incerti, quia debent intelligi de tempore incerto, quod ab initio potuit æstimari à venditore, & quatenus aliquis modernus longiùs processisset tanquam loquens sine lege, & ratione, non visus fuit attendendus; decisio verò Romana fructuum 3. Martij 1559. coram Illustr. Millino non visa fuit applicari, quia ibi non erat consignata res vendita, vt colligitur ex verbis decisionis, ibi, *ideò antequam casale potuerit consignari, non potest peti interesse*, hic autem fuit consignatum casale venditum.

Circa reiteratas oblationes pretij fuit dictum requiri reale depositum, *l.* 2. vbi glos. *verb. depositi*, Bar. *in summario*, Bal. & Sal. *in princ.* Castr. *n.* 1. *&* 4. *C. de vsur.* Bal. *in l. acceptam, n.* 14. *C. eod. tit.* Gabr. *d. cons.* 57. *n.* 6. *lib.* 1. Hond. *cons.* 44. *nu.* 36. *lib.* 1. quandoquidem per oblationem non cessat quis habere rem, & pretium, in quo est fundata lex *curabit.*

Est decisio 370. *suprà in hac parte.*

R. P. D. PIROVANO.

Aprutina beneficij.

Lunæ 19. *Decembris* 1611.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Lis super beneficio extincta dicitur per mortem collitigantis, num. 1.

Auditor in causis pendentibus succedit loco Ordinarij, ibid.

Lite extincta in causa beneficiali per mortem collitigantis, an absque alio sit reuocandum sequestrum appositum ex causa dictæ litis, nu. 2.

DECISIO CCCXCVIII.

LIte pendente in Rota, & mortuo vno ex collitigantibus, & ab altero obtenta à Sanctissimo gratiosa subrogatione, fuit dubitatum, ex quo per mortem collitigantis videbatur lis extincta, Cassad. *decis.* 6. *vt lit. pend.* an absque alia cognitione sit reuocandum sequestrum ex rescripto Rotæ appositum. Et placuit Dominis sequestrum 1

noo esse reuocandum, sed Dooatum teneri producere in in actis Notarij causæ suam gratiam, illamque iustificare, & exinde procedendum ad illius executionem, non obstante, quòd in literis sit datus executor, quia Auditor in causis pendentibus succedit loco Ordinarij, Clem. *Auditor, de rescript.* & sæpissimè fuit resolutum, & signanter in causa Legionen. Canonicatus de mense Octobris 1574. coram sanctæ me. Clemente VIII. & in Puntina iurispatronatus coram R.P.D. Coccino.

2 Non obstat, quòd cùm hodie sint expeditæ literæ subrogationis, videatur absque alia iustificatione relaxandum sequestrum; tum quia lis est extincta, ob quam fuerat appositum; tum quia nemini sit præiudicium, cùm iura vtriusque partis sint penes Donatum, Cassad. *decis. 1. vt lite pend.* Quia fuit dictum, quòd lis non dicitur extincta, donec non appareat iustificata subrogatio, & consequenter non cessat præiudicium patronorum prætendentium de nouo præsentare, quatenus locus non sit gratiæ subrogationis, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Rauenaten. Saluiani.

Lunæ 19. Decembris 1611.

A R G V M E N T V M.

Dos data æstimata, an, & quando faciat venditionem in præiudicium vxoris.

S V M M A R I V M.

Dotis æstimatio facit emptionem, & venditionem, quando æstimatio est facta ad fauorem viri; secus si ad fauorem vxoris, nu. 1.

Maritus si de pecunia vxoris emat nomine vxoris, fundus est dotalis, n. 2.

Notarius stipulando nomine eorum, quorum interest, quibus acquirat, n. 3.

Vxor in subsidium bonis viri mortuis alijs non existentibus potest agere pro restitutione dotis ad res viro in dotem datas æstimatas, nu. 4. & 6. ad finem.

Voluntas contrahentium deprehenditur etiam ex actu nullo, num. 5.

Decretum iudicis interpositum ex falsa causa nihil operatur, num. 6.

DECISIO CCCXCIX.

1 CVm Stephanus secundus vir Corneliæ recipiendo bona, de quibus agitur, ab hæredibus primi viri dictæ Corneliæ, stipulatus fuerit nomine ipsius Corneliæ, censuerunt Domini prædicta bona fuisse effecta fundum dotalem, etiamsi præcesserit æstimatio, quæ regulariter facit emptionem, & venditionem, iux. *l. si æstimatis, ff. sol. matr.* nam hoc procedit quando bona dantur æstimata viro, secus si vxori, quia tunc videtur, quòd venditio sit facta ipsi mulieri, & quòd si non apparet de nouo contractu inter vxorem, & virum quòd vxor prædium sic emptum dederit ipsi viro pro fundo dotali, Corn. *cons. 172. n. 2. vers. circa quartum, lib. 1.* quem sequuntur Menoch. *de præsumpt. præs. 6. n. 35. lib. 3.* Phannc. *de lucr. dot. glos. 10. n. 31. in fin.* & licèt Corn. id dicat in motiuis, & contrarium teneat in suo casu: attamen, & ratio placuit Dominis, & Corneum secuti fuerunt alij suprà allegati, nec ipse in prædicto consilio recedit à mortuo in iure, sed dicit noo applicari in suo casu, quia stipulatio fuerat facta nomine mariti.

2 Et ad prædicta facit, quòd si maritus ex pecunia vxoris emat nomine vxoris, fundus fit dotalis, *l. res quæ ex dotali, ff. de iur. dot.* Roman. *cons. 201. num. 2.* Bero. *cons. 165. num. 42. vers. 2. respondeo, lib. 2.* fuit didum in Romana vineæ 10. Decembris 1608. coram R. P. D. Caualerio, & rursus in eadem 18. Iunij 1610. coram me. In proposito autem casu pecuniæ debitæ ab hæredibus primi viri pro restitutione dotis Corneliæ, sine dubio erant priùs Corneliæ. Cùm igitur loco dictarum pecuniarum maritus nomine vxoris receperit bona, proinde est ac si maritus ex pecunijs vxoris emisset à tertio bona, de quibus agitur, iuxta terminos *d. l. res quæ ex dotali.*

3 Non obstat, quòd in instrumento adsit stipulatio Notarij, nomine quorum interest, quia ista stipulatio est accessoria, vnde noo facit quòd contractus dicatur celebratus nomine viri, sed suffragatur illis, quorum interest, retenta forma contractus, & sic stipulatio nomine vxoris, *ad l. si stipulatus, ff. de vsur.* Bart. *in l. cum mota, num. 6. C. de transact.* Anchar. *cons. 76. num. 3.* Castr. *cons. 170. num. 2. vers. tertio præmittendum, lib. 2.* Alex. *cons. 76. num. 1. lib. 5.* Dec. *cons. 86. num. 4. vers. & quia.* Ex quibus cessat decisio Romana seu Interamnen. fundi dotalis 10. Februarij coram Illustrissimo Plato, quia ibi stipulatio fuerat facta principaliter nomine ipsius viri.

4 Quæ magis de plano visa fuerunt procedere, considerato effectu, de quo agitur, nempe quia occupatis bonis viri ab anterioribus creditoribus intendit Cornelia, siue illius hæres in subsidium conuertere se ad huiusmodi bona: vnde etiamsi fuissent datæ viro, æstimata tali æstimatione, quæ faceret emptionem, & respectiuè venditionem, adhuc in subsidium competit Corneliæ rei vendicatio, glos. *in l. rebus, verb. æstimata, in fin. C. eodem tit.* Ias. *in §. actionum, nu. 84. Instit. de action.* Bal. nouell. qui de communi, *tract. de dot. par. 8. priu. 7. vers. tamen speciali fauore,* Rolan. *cons. 86. nu. 14. lib. 4.* Hund. *cons. 41. n. 22. lib. 1.*

5 Circa illud quòd bona, de quibus agitur, fuerint alienata à prædicto Stephano secundo viro, & factum reinuestimentum in quadam domo cum consensu Corneliæ, cum decreto iudicij, vltra quòd hoc demonstrat primum fundum fuisse dotalem, quia aliàs si fuisset viri, non erant necessariæ huiusmodi solemnitates, & ex actu etiam nullo, colligitur intentio partium, *l. fin.* vbi Bar. *ff. de reb. eorum,* Bal. *in l. qui a patre, in princ. ff. de confirm. tut.* Dec. *in l. fin. n. 10. C. de successor. edit.* Roman. *cons. 179. n. 11.* Alex. *cons. 45. n. 9. vol. 1.* Paris *cons. 79. n. 16. vol. 2.*

6 Adhuc respondetur, quòd consensus Corneliæ, & decretum iudicis fuit ex falsa causa, quandoquidem illis fuit expositum, quòd domus erat libera, & proinde Cornelia erat tuta super illa, quod ex post apparuit falsum. Nam per prius d. domus fuerat hypothecata Cassandræ nurui d. Stephani, quæ postea d. domum occupauit, vnde consensus, & decretum iudicis tanquam adhibita ex falsa causa corruunt, *l. & si præses,* vbi Bald. Bar. Salyc. & alij, *C. de præd. minor.* Castr. *in l. cum hi, §. si prætor, num. 6. ff. de transact.* Ruin. *cons. 160. num. 27. lib. 2.* Rota in causa Tiburtina castri Sambuci 20. Februarij 1576. coram Clemente Papa VIII. relata inter diuers. impress. *decis. 529. num. 1. part. 1.* sufficit enim quòd ex prædicto anteriori iure Cassandræ modò appareat commutationem fuisse damnosam Corneliæ, *l. si ita constante, ff. de iur. dot.* Soccin. iun. *cons. 118. num. 11. lib. 3.* Natt. *cons. 650. num. 10.* Honded. *cons. 14. numer. 56. lib. 1.* tantò magis, quia consensus Corneliæ fuit præstitus, cum clausula, *sine præiudicio suæ anterioritatis, & potioritatis,* vnde cùm non possit satisfieri super domo propter occupationem Cassandræ, habet regressum ad primæuum fundum, ad Bart. *in l. si quis aliam, num. 1. ff. de solut.* Salyc. *in l. libera, num. 1. vers. in casu isto, C. de interloc. omn. iud.* Cabal. *de euict. §. 4. n. 40.*

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. rec. Greg. XV.

Carpentoraten. bonorum.

Lunæ 10. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de nullitate executionis ex pluribus defectibus, de quibus in summarijs.

S V M M A R I V M.

Clausula parito iudicato, *facit vt executio rei iudicatæ decernatur à iudice à quo, & non a iudice ad quem, declara vt nu. 1.*

Libellus, & contestatio litis, causæque cognitio nunquid requiratur quando quis petit executionem rei iudicatæ, num. 2.

Executio facta de certa quantitate, non præcedente liquidatione, nulla est, n. 3.

Peritis duobus electis, relatio vnius periti non suffragatur, num. 4.

Appellatio ab excessu executionis datur, n. 5.

DE-

DECISIO CCCC.

1 CVm hæc causa proponeretur 4. Nouembris præteriti super mandato de manutenendo, cui esset dandum, Rota ordinauit vt videretur super nullitate executionis sententiarum, super qua dato particulari dubio 19. Decembris, informante tantùm Antonio, fuit pro nullitate resolutum. Si enim aduersarij innituntur executioni primo loco factæ per Legatum, illa sustineri non potest, nam tertia sententia, cui parendum fuit, vigore clausulæ, *parito iudicio*, non fuit ab ipso Legato, sed à quodam Iosepho Suarez lata: vnde ab ipso, non ab alio debebat executioni demandari, *l. cum quoad consultationem, de re iud. l. properandum, §. sin autem reus, C. eod. tit.* Doct. *in c. à Diuo Pio, §. sententia*, vbi Ias. *num. 3. ff. de re iud.* cum alijs per Surd. *cons. 204. num. 1.* quod procedit si fuit petita executio officio iudicis nobili, licèt secùs si esset intentata actio in factum, seu rei iudicatæ, quæ potest coram quolibet alio iudice intentari, *l. fin. in fin. C. de præscript. long. temp.* Fel. *in cap. postulasti, num. 1 t. de for. compet.* Surd. *ibi, num. 7.*

2 Et vbi coram Legato fuisset intentata actio iudicati, Legatus nulliter processisset partem non citando, licèt enim magna sit inter DD. dissensio, an vbi proponitur hæc actio, requiratur libellus & contestatio litis cum plena causæ cognitione: vt per Neuiz. *cons. 4. num. 1. cum duob. seqq. & num. 11. & 12.* attamen negari non potest, quin isto casu, in quo saltem summariè procedit, ex trad. ibi per Neuiz. non fuisset necessaria citatio, quæ requiritur etiam vbi summariè proceditur, & iuris ordine non seruato, latè Gabr. *de citat. concl. 1. num. 26. & plur. seqq.* & citatio requiritur in executione, quando est mutata persona iudicis, ex cumul. per Gabr. *d. concl. num. 123.*

3 Nulla est etiam data executio, quia facta fuit non præcedente liquidatione, quæ tamen præcedere debuit de iure, gloss. *in l. a.* vbi Bart. *num. 2. & 5. C. de sent. ex breui c. recit.* Bald. *in l. 1. sub num. 4. vers. quædam opponuntur, C. de iur. & fact. ignor.* cum cumul. à Surd. *consil. 248. num. 13.* & ex forma sententiarum.

4 Si autem Querelli innituntur possessioni vigore mandati vltimo loco relaxati, illa pariter est nulla, ex prædicto defectu, quòd non sit facta à iudice qui illud relaxauit, & quia non præcesserunt liquidationes, nec detractiones, nec data cautio in forma depositi, iuxta formam sententiæ, cuius vigore fuit facta executio, neque sustineri potest prætensa allata liquidatio, quia ex duobus mensuratoribus electis vnus tantùm retulit, & ob id relatio est nulla, iuxta not. *in l. si in tres, ff. de arbitr.* Est etiam nulla, quia non fuit facta parte citata, nec partes interuenerunt in examinatione negotij, Crescent. *decis. 2. num. 2. de arbitr.*

5 Executio est etiam attentata, quia facta pendente appellatione ab excessu, quæ semel conceditur, *l. ab executione, C. quorum appell. non recip. cap. quoad consultationem,* & ibi DD. *de re iud.* Quia tamen illi de Querellis nun informarunt, forsan aliquo errore capti, DD. ordinarunt, quòd causa iterum proponatur, & audiantur.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana fideicommissi de Vitellis.

Veneris 13. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

Filius naturalis, legitimatus tamen, grauatus ex fideicommisso restituere, potest duas quartas detrahere, legitimam scilicet, & Trebellianicam, quæ potest etiam tacitè, & per coniecturas prohiberi, dummodo coniecturæ fuerint vrgentes, aliàs secus.

SVMMARIVM.

Filius legitimatus, & grauatus per fideicommissum restituere, potest detrahere duas quartas, legitimam scilicet, & Trebellianicam, n. 1.

Legitimam, & Trebellianicam ex fideicommisso detrahere potest filius legitimus, ibid.

Trebellianica potest prohiberi tacitè, & per coniecturas, dummodo coniectura fuerint vrgentes, n. 2.

Præiudicare nemo præsumitur voluisse potestati, quam quis habet, n. 3.

Sententia, & decreta interpretanda sunt, prout de iure, ibid.

DECISIO CCCCI.

AD dubium an aliquid debeatur Domino Lucio filio quondam Domini Alphonsi quondam Camilli vltra octauam ei assignatam per quondam Cardinalem sancti Marcelli, fuit responsum ex persona eius propria non deberi vltra octauam, reseruato vt de reliquis videretur: etenim quòd non fuerit debita eius patri vltra octauam, constat quia primo loco successit Ferrantes filius legitimatus prædicti Camilli, qui propterea potuit tanquam filius legitimatus habere duas quartas, nempe legitimam, & Trebellianicam, *cap. Raynutius, & c. Raynaldus, de testam.* Angel. *cons. 307. in fin.* Alex. *cons. 78. n. 2. in fin. lib. 4.* Dec. *cons. 499. n. 3.* Crau. *cons. 50.* Abb. *cons. 41. n. 1. in fin.* Cassad. *decis. 2. n. 2. de testam.* Rota in causa Romana vineæ 23. Iunij 1581. coram Robustetio relat. inter diuers. impress. *decis. 641. n. 17 part. 1.* Nec videbatur dubitandum, quòd filio legitimato competat ius detrahendi legitimam sicut alijs legitimè natis, Bald. *in cap. de causis, num. 6a. de off. deleg.* Ias. *cons. 154. n. 5. vers. item ei debetur legitima, lib. 2.* Cott. *in memor. verb. spurius legitimatus,* latè Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, num. 79. C. de reuoc. donat.* 1

Sicut etiam non visum fuit obstare, quòd detractio Trebellianicæ hic tacitè, & ex coniecturis videretur prohibita, quod Rota admittit posse fieri, vt in causa Fauentina bonorum 15. Ianuarij 1582. coram bon. mem. Card. Seraphino relat. inter diuers. impress. *decis. 693. part. 1.* in Anconitana fideicommissi 18. Martij, & 28. Aprilis 1583. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto quæ est *decis. 313. part. 2.* in Reatina fideicommissi 24. Ianuarij 1601. coram Iusto, & alibi sæpè, quia nullæ pro hoc fuerunt adductæ coniecturæ vrgentes, prout requiruntur ad istum effectum, Castr. *cons. 28. n. 4. lib. 2.* Corn. *cons. 207. n. 10. lib. 2.* Rui. *cons. 59. num. 10. lib. 2.* Soc. iun. *cons. 170. num. 33. in fin. lib. 2.* Gabr. *concl. 2. num. 1. vers. contrarium, tit. ad Trebellian.* Illustr. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. art. 12. num. 10.* Et prætereà cùm Ferrantes potuerit detrahere duas quartas, & de tempore illius mortis vltra Alphonsum extarent tres alij fratres eiusdem simul cum eo vocati ad fideicommissum, etenim de Vitellotio fratre prædefuncto, & ad fideicommissum pariter vocato, nulla videtur adhibenda ratio, cùm eius portio superstitibus, vocatis accreuerit, siue non decreuerit, ex alleg. per Illustr. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. tit. 3. num. 1. 2. & 10.* sequitur quòd Alphonso non competierit nisi octaua pars hæreditatis Camilli fideicommittentis. 2

Circa assignamentum factum Alphonso per Cardinalem sancti Marcelli, videbatur Dominis illud fuisse prouisionale, & Cardinalem sicut non potuit, ita nec voluisse præiudicare eius potestati, *l. nolle, ff. de acquir. hered.* Bald. *in cap. 1. num. 3. de iur am. calum.* Alex. *cons. 122. num. 5. lib. 4.* Corn. *cons. 102. num. 6. lib. 2.* & sententiæ, & decreta interpretanda prout de Iure, *l. miles, §. decem, ff. de re iudic.* Anch. *cons. 6. num. 7.* Rom. *cons. 320. num. 4.* Alex. *cons. 46. num. 2. lib. 5.* Crauet. *cons. 10. num. 2.* & cessat difficultas ex verbis præseruatiuis, de quibus in assignamento, sine declaratione facta per prædictum Cardinalem, ibi, *reseruans in reliquis in suo statu*, quia omnia, quæ eidem Alphonso, ac prædictis hæredibus Ferrantis competunt, quæcunque ea sint, in quibus per hanc assignationem nullum voluit fieri præiudicium. 3

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana palatij de Comitibus.

Lunæ 16. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

In hac decisione declaratur priuilegium Ecclesiæ, de quo in l. si quis sepulchrum, ff. de religiosis, & sumptibus funerum, & præsertim firmatur conclusio, quòd nemo potest cogi vendere domum suam Ecclesiæ vicinæ pro illius

illius ampliatione, quando ex venditione pateretur magnum detrimentum, & quod dicatur istud magnum detrimentum.

SVMMARIVM.

Ecclesia habet priuilegium cogendi vicinum ad sibi vendendum domum suam pro necessaria ampliatione Ecclesiæ, num.1.

Ecclesiæ priuilegium, vt possit cogere vicinum ad sibi vendendum domum suam pro ampliatione Ecclesiæ, est multum extraordinarium, & propterea strictè, & cum magna æquitate interpretandum, n.2.

Vendere domum suam cogi non potest quis Ecclesiæ vicinæ pro ampliatione Ecclesiæ quando sic vendens pateretur magnum detrimentum, & quodnam sit hoc magnum detrimentum, n.3.4.5.

Ius tertij in parte facilius tollitur, quàm in totum, num.3. in fine.

Nobilitas familiarum conseruatur ex antiquitate habitationum, n.4.

Prohibitio alienationis domus paterna valet absque alia expressione causæ, ibid.

Ecclesia non potest cogere vicinum ad sibi vendendam domum pro ampliatione Ecclesiæ, quando illius Ecclesiæ Religiosi sunt posteriores in Ecclesia, quàm sit dominus domus illi vicinus, n.6.

DECISIO CCCCII.

1 MOniales sanctæ Catharinæ de Senis agentes pro ampliatione Monasterij, prætendebant posse cogere D.Ducem Camillum de Comitibus habentem palatium contiguum, in quo etiam inhabitat, ad illud sibi vendendum, fundamentum prætensionis erat *in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt.fund.* quæ lex licèt loquatur de sepulchro, & via ad illud ex identitate, & maioritate rationis, habet locum in Ecclesiis, & Monasteriis, & illorum necessaria ampliatione, ut post Ias. *in l.2.num.4.ff.sol. matr.* Florian. *in d.l. si quis sepulchrum, num.1.* Socin. *in reg. vendere rem suam, num.8. & 9.* Cæpoll. *de seruit.vrban.præd. c.82.num.5.* Afflict. *in proœm.constit. Neapolit.q.3.num.10.* Grammat. *decis.75.num.1. & 2.* Vinc.de Franch. *decis.223. num.5. & 6.* tenuit Rota in causa Neapolitana Monasterij 29.Aprilis 1602.coram Illustrissimo Card.Lancellotto, & in causa Romana demolitionis domus 29. Febr.1608. coram R.P.D. Manzanedo. Verùm in proposito casu Rota censuit, Ducem minimè esse cogendum.

2 Et pro resolutione fuit in primis consideratum remedium d. l. esse multum extraordinarium, vt adnotarunt glos.ibi, *in verb. sed extra*, & alij scrib. etenim regulariter nemo cogitur vendere, *l. inuitum, & l. dudum, C. de contr. empt.* cum concord. vnde prædicta lex *si quis sepulchrum*, minimè dedit actionem, sed officij iudicis implorationem, vt patet ex *d.l. in ver. non tamen*. Illud autem in exorbitantibus à regulis iuris, & quæ iudicis officio veniunt expedienda, iure cautum reperitur, vt strictè, & cum magna æquitate procedatur, iuxta trad. per Bald. *in l.2.num.10.vers. & ideo, C. de rescind. vendit. & in l.fin. §. sed cum, num.1. Cod. de pact.* Anan. *in cap.2. in fin.* Feln. *col.2.vers. sed iudex*, Abb. *num.8. de off.iud.* Bart. *in l. cum postulassem, num.1.* Ang. *in princ. ff. de damn. infect.* latè Alban. *in lucubr.* ad Bart. *super l.1.num.8.* & ibi Ias. pariter *num.8. ff. de iurisd.omn.iud.* Idem Ias. *in §. superest, num.64. & seq. Instit. de action.* Ang.Aret. *in §. actio, num.5. Instit. eod.tit.* Alex. *cons.7.num.10. & seq.lib.2.* Signorol. *cons.100. num.13.ad fin.* Surd. *tract. de alim. quæst.1.tit.3.num.17.* præcipuè dum agit Ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, & mater æquitatis, *cap.vnico, vers. sed diuersum, de alien.feud.* Anchar. *cons.49.num.4.vers. quinto d.tit.* Roman. *cons.298.n.2. in fin.* Dec. *cons.281. n.4.* Neuizan. *cons.11.n.11.* Menoch. *cons.322.num.52.* Surd. *cons.222.num.22. & decis.110.in fin.* quam discretionem redocendo materiam ad iudicis arbitrium in istis terminis commendat Couar. *var.resol.lib.3. cap.14.in fin.*

3 In arbitrando autem, & proprium officium in proposita facti specie impartiendo, iudex illud ante omnia prospicere debet, ne vicinus, qui cogitur vendere, magnum patiatur detrimentum, vt sunt verba tex. *in d. l. si quis sepulchrum, in vers. præses etiam*, & notarunt ibi Alberic. *num.2.* Florian. *num.4.* Couar. *cap.14. in fine*, & ante illos glos. *in l. rescripta, verb. non lædat in fin. C. de precib. Imper. offer.* Quod quidem magnum detrimentum debet intelligi de illo, quod contigit soluto iusto pretio, nam quòd vicinus non lædatur in pretio, fuisset dispositio super indubitabili, & circa illud lex iam prouiderat, ibi, *Præses compellere debet iusto pretio iter ei præstari*. Sicut etiam non videbatur subsistere intellectus, quòd scilicet lex habuerit rationem magni detrimenti vicini circa modum exequendi: vt namque detur via sepulchro per eam partem fundi, quæ sit cum minori dispendio vicini, vt colligitur ex text. ibi, *de opportunitate loci, &c.* non autem voluerit, quòd sub prætexto detrimenti vicini sepulchrum careat via, & inde Ecclesia, siue Monasterium necessaria ampliatione, nam pro responsione dicebatur, quòd si lex habuerit rationem magni detrimenti vicini circa partem fundi; ergo multò magis circa totum, quia facilius tollitur ius tertij in parte, quàm in totum, *l. binas, ff. de seruit.vrban.præd.* Calder. *cons.2. de arbitr.* Alex. *cons.134. num.33. & 41. in fin. lib.6.* Feln. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.19. de constit.* Cagnol. *in l. iura sanguinis, num.19. ff. de reg.iur.* Rot. *decis.1. de consuet. in nou. decis.30.num.25. & 26.*

4 In proposito verò casu Domini arbitrati sunt Ducem, si compelleretur vendere, fuisse passurum nimis magnum detrimentum, quia, vt notum est, familia de Comitibus est de nobilioribus Italiæ, propter multos Pontifices, maximos S.R.E. Cardinales, & alios insignes viros, quos habuit, de quibus sunt plenæ historiæ, & palatium, de quo agitur, est illorum antiqua habitatio, & præ se fert magnam antiquitatem, & nobilitatem, maximè propter insigne ædificium turris militiarum, quæ cum illo incorporata existit, & de præsenti à prædicto Duce possidetur: vnde negari non potest, quin si familia de Comitibus tali habitatione priuaretur, non esset passura maximum damnum, quia huiusmodi antiquæ habitationes multum conferunt ad honorem familiarum, & ad conseruandam earum nobilitatem: vt patet ex trad. per Tiraq. *de nobilit. cap.37.num.23.* Ottalor. *de nobilit. c.4.num.8. cum duob.seqq. part.2.* Garz. pariter *de nobilit. glos.18. num.28. cum seq.* & videmus in simili, quòd si tutor etiam iusto pretio, & ad dissoluendum æs alienum pupilli vendat ipsius domum paternam, pupillus dicitur læsus, *l. lex quæ tutores, vers. nec domum*, & ibi Salic. *vers. item not. C. de administr.tut.* Alex. *cons.67. num.3. lib.5.* Soc. iun. *cons.45. num.8. lib.4.* Dec. *cons.403. num.22. vers. primo quia domus*, Natt. *cons.162. num.10.* Tiraq. *de retract. in præfatione, num.34.* & ob id sola prohibitio alienationis de similibus domibus sufficit absque vestimento alterius rationis, de quo per glos. *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicom.* vbi Bald. *num.8.* cum alijs per Petr. *de fideicom. quæst.1. num.85. & seq.* & circa similes domos semper præsumitur affectio, & desiderium conseruationis, Tiraq. *tract. de nobilit. cap.37.n.23.* & in terminis minus fortibus, nempe de vinea, adest exemplum *lib.3. Regum cap.21.* vbi Nabot ne priuaretur vinea paterna (ibi, *propitius sit mihi Dominus ne dem hæreditatem patrum meorum tibi*,) elegit displicere Achab Regi suo eam deposcenti pro vsu proprio, & offerenti vineam meliorem in alio loco. Achab verò Rex minimè censuit posse illum iure regio cogere, sed vt vineam haberet confugit ad calumnias contra Nabot, procurando illius iniustam mortem.

5 Nec mouit Dominos, quòd secundùm istum intellectum *l. si quis sepulchrum*, & priuilegium Ecclesiarum in hac materia multum restringeretur, quia vt plurimum, maximè in partibus domus contiguæ Ecclesijs, & Monasterijs erunt antiquæ ipsorum habitantium, & plerunque etiam nobilium, quia Domini non intendebant per hunc firmare, quòd quælibet familia nobilis possit euitare dispositionem *l. si quis sepulchrum*, sed concurrente insigni, & extraordinaria nobilitate, qualitate ædificij, & alijs, de quibus infrà; etenim ex qualitate personæ, vel familiæ eadem res dicitur magis, vel minus præiudicialis, ad *l. meminerint*, cum ibi not. per Salic. *n.1* & alios, *C. vt intra certum temp. §. atrox*, vbi Aretin. *in princ. Instit. de iniur.* glos. *in c.1. verb. officio*, & ibi Abb. *in fin. de cler. venat.* Bald. *cons.116. num.2. lib.3.* Imol *in cap. cum quidam, num.4.* Fel. *num.5. de iur.iur.* Tiraq. *tract. de pæn. causa 31. num.28. & seq.*

6 Altera circumstantia ponderata per Dominos fuit, quòd istæ Moniales habent ab alio latere multa ædificia priuata, cum quibus possunt ampliare eorum Monasterium, & licèt asserant illa non esse sibi ita opportuna sicut palatium

de

de Comitibus, & quòd regulariter fit in electione Ecclesiæ, vel Monasterii, conuertere se ad partem sibi benè visam, aliàs quilibet vicinus posset dicere, Ecclesia conuerte te ad alium vicinum, & sic priuilegium redderetur elusorium: attamen in proposito casu Domini arbitrati sunt, æquitatem velle, vt Moniales cum aliquo eorum incommodo potius se conuertant ad illas priuatas domos, quàm quòd expellatur familia tantæ nobilitatis ab antiqua habitatione, quicquid dicendum foret si aliter non posset consuli indigentiæ Monasterii. Fuit etiam per Dominos considerarum, quòd istæ Moniales sunt per multa secula posteriores in hoc loco familiæ de Comitibus, quod in simili fuit deductum in prædicta Neapolitana coram Illustriss. Lancellotto die 28. Novemb. 1601. & 29 April. 1602. vnde ante accessum debuerunt cauere, an locus esset capax, aliàs si ista materia ita indistinctè practicaretur, daretur occasio fraudibus, siquidem possent isti agentes pro locis piis, qui aliquando habent proprios affectus, emere domunculam prope aliquam bonam familiam, & incontinenti velle retrahere illius habitationem, quod certè esset nimis durum. Vnde omnibus simul iunctis, & nullum caput singulariter pro sufficienti approbando, fuit conclusum, Ducem de Comitibus in hoc casu minimè esse cogendum vendere propriam habitationem Monialibus.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Nolana pensionis.

Lunæ 23. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Translatio pensionis facta vni in confidentiam, vt eius vtilitas sit alterius, dicitur simoniaca, & inualida est, num. 1.

Connexæ tunc demum dicuntur res, quando tendunt ad vnum, & eundem finem, aliàs secus, n. 2.

Mors probanda est per eum, qui illam allegat, ibid.

Clausula Arbitrio Rotæ, *mitigat iuris rigorem, non tamen dat facultatem recedendi à dispositione iuris, & à regulis iuris communis, ibid.*

DECISIO CCCCIII.

1 QVia aliàs bon. mem. Cardinalis Spinola transtulit pensionem ducatorum centum in Ioan. Baptistam Paleatium, Victorius Eques Hierosolymitanus cœpit prætendere, quòd illa translatio fuisset per Cardinalem prædictum facta ad sui fauorem, ad effectum scilicet, vt ipse, qui aliàs tanquam regularis erat incapax dictæ pensionis, quæ erat imposita super beneficio seculari, posset ex persona fratris gaudere commoditate illius: vnde orta super hoc inter prædictos fratres lite, & examinatis inter eosdem testibus, fuit resolutum, quòd illa translatio tanquam fidentialis, & simoniaca minimè poterat suffragari Victorio, propterea Episcopus Nolanus, super cuius Episcopatu erat imposita pensio, venit ad causam pro suo interesse, & cœpit prætendere pensionem declarari nullam, & inualidam respectu Ioan. Baptistæ, & sic se amplius non teneri ad illius solutionem. Cæterùm, quia apponebatur probationes factas inter Victorium ex vna, & Ioannem Baptistam ex altera, minimè sibi suffragari, dato super hoc particulari dubio, fuit resolutum non suffragari: propterea D. Episcopus adiuit signaturam Gratiæ, per quam obtinuit mihi committi, vt stante connexitate iuris, & causæ D. Episcopi, & fratris Victorii, & quòd testes aliàs examinati sint mortui, eorum testium dictis adhibeatur fides arbitrio Rotæ; quam ob rem dedi dubium, an intraret arbitrium.

2 Et pro negatiua fuit tentum, quia non solùm non verificatur, quòd iura Episcopi sint connexa cum iuribus fratris Victorij, sed imò potiùs de contrario, quandoquidem Episcopus non intendit in aliquo coadiuuare ius fratris Victorij, sed illud omnino impugnare, dando de inualiditate translationis, sicut dedit ipsemet Ioan. Baptista aduersarius fratris Victorij, vnde cessat connexio, quæ tunc demum videtur adesse, quando res tendunt ad vnum, & eundem finem, vt post Signorol. Fulgos. & alios tradit Menoch. *de arbitr. casu 95. num. 6.* quòd ante illum docuit Bald. *in l. ampliorem, num. 6. C. de appell.* sicut etiam deficere videbatur aliud requisitum, quòd testes aliàs examinati erant mortui, quia hoc non fuit probatum pro parte D. Episcopi, & nihilominus mors est probanda per eum, qui eam allegat, Bart. *in l. siquidem, num. 1. C. solut. matrim.* Alex. *consf. 25. num. 2. vol. 4.* Ruin. *consf. 136. num. 12. vol. 4.* Pedemont. *decis. 108. num. 5.* Vltra quòd non videbatur Dominis istam esse materiam arbitrii, nam posito quòd isti testes tanquam res inter alios acta minimè probent ad fauorem D. Episcopi, vt aliàs in hac causa fuit resolutum arbitrari quòd probent, esse omnino recedere à regulis iuris, quod non conceditur per clausulam *Arbitrio, &c.* nam etsi dicta clausula mitiget iuris rigorem, vt per Crescen. *decis. 4. num. 3. de test.* non tamen dat facultatem totaliter recedendi à dispositione iuris, iuxt. doctr. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, vers. videbitur, num. 8.* sæpissimè à Rota approb. & signanter in causa Catanien. illegitimitatis 5. Decembris proximi coram me.

R. P. D. PIROVANO.

Mediolanen. decimarum S. Donati.

Lunæ 23. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

In hac decisione, quæ magistralis est, magistraliter etiam declaratur quando dicantur in forma probanti instrumenta extracta ab originali per alium Notarium rogata.

SVMMARIVM.

Instrumenta exemplata ex suis originalibus, & publicata vt plenè probent quæ requirantur, n. 1. & 2.

Instrumenta exemplata, & publicata ab aliis Notarijs habentibus ad id publicam authoritatem plenè probant, num. 2.

Notarijs attestantibus se habere authoritatem exemplandi, & publicandi instrumenta, creditur, prout etiam creditur eorum assertioni de commissione sibi facta, n. 3.

Publicis officialibus in his, quæ spectant ad eorum officium, eorumque assertioni plenè creditur, n. 4.

Notarius qui se de instrumento rogauit, & qui instrumenti originale conscripsit, potest sine dubio ex eodem instrumento ab ipso conscripto, & rogato extrahere, & publicare, n. 5.

Notarius successor in officio potest sui antecessoris instrumenta rogata leuare, & publicare, & præsumitur successor ex ipso, quòd se subscribit tanquam Notarius officij, quamuis se successorem non nominet, n. 6. & 7.

Instrumenta extracta lite pendente, & sine citatione partis regulariter non probant, declara, vt n. 7.

DECISIO CCCCIV.

DVbitatum fuit, an instrumenta, de quibus in dubio, essent in forma probanti, quæ sicuti inter se diuersam formam ad esse eorum probationis continent, ita ex particularibus rationibus & fundamentis fuit dictum in vnaquaque eorum specie esse in forma probanti. Alia enim instrumenta, prout primum, secundum, tertium, quartum, quintum, decimum, & vndecimum, sunt exemplata per Notarios habentes auctoritatem explendi documenta Notariorum defunctorum. Alia verò edita per Notarios rogatos, vt sextum, & nonum, alia extracta per Cancellarios ex abbreuiaturis Cancellariæ Archiepiscopi Mediolani, prout sunt septimum, & octauum. In prima specie habent omnia requisita ad publica instrumenta, secundùm glos. *in l generali, C. de tabul. lib. 10.* Speculum. *de instrum. edition. §. 1. n. 1.* Abb. *in c. 1. n. 3.* & ibidem Imol. *n. 2.* Felin. *n. 2. de fid. instrum.* Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, in repetit. n. 6. ff. de eden.* Imol. *in rubr. n. 2. ff. de nou. oper. nunciat.* 1

Non obstat, quòd fuerint exemplata ab alio, quàm à Notario rogato, quia Notarij illi id egerunt, non ex eo, quòd instrumenta ad eorum manus simpliciter peruenerint, sed ex auctoritate, & licentia sibi ipsis attributa respectiuè, tum ab Ordinario, tum per Abbates Collegij Notariorum, quia hoc potuerunt vigore statutorum Mediolani, *cap. 377. vol. 1.* priuatiuè etiam quoad alios iudices, 2

ibi,

ibi, *de cætero non concedatur alicui Notario auctoritas explendi aliquas abbreuiaturas per aliquem ius dicentem, sed solum per ipsos Abbates*, quod sufficit, vt plena fides detur instrumentis exemplatis, *c.cum P.Tabellio, de fid. instrum.* vbi Abb.*num.*2. Felin.*n.*1. & Card. *n.*1. idem Abb.*cons.*53. *part.*2. Alex.*in authent. si quis in aliquo, n.*5.*in fin. vers. faceret etiam fidem, C.de edend.* & ibidem Ias.*n.*5. *vers.*3. *principaliter*, Verall. *decis.*351. *part.*2. Guidop. *decis.*120. *n.*1. Mynsing. *obseru.*73. *n.*5. & 18. *centur.* 6. quod ipsum fuit etiam dictum in vna Mediolanen. matrimonij 29. Nouembris 1602. coram R.P.D. Decano.

3 De licentia autem satis apparet ex assertione eorummet Notariorum, dum in subscriptionibus attestantur de auctoritate sibi ipsis concessa, quibus creditur de stylo Rotæ, Verall. *decis.*245. & 266. *par.*2. & sæpiùs Rota resoluit signanter in causa Dertbonen. iuris conferendi 24. Maij 1596. coram bon.mem. Card.Pamphilio, & in Gerunden. vnionis 13.Maij 1598. coram R.P.D.Penia Decano, & in Ferrarien. bonorum 23. Martij 1601. coram Illustr. Card. Lancellotto tunc Rotæ Auditore, & quòd de stylo Curiarum credatur Notario asserenti de sua commissione, appertè etiam firmauit Menoch. *de præsumpt.lib.*2.*præsumpt.* 29.*num.*20. sequendo decisionem Caputaq.266.suprà allegatam.

4 Prætereà aduerterunt Domini adesse litteras testimoniales Abbatum, Notariorum, & Vicarij Curiæ Archiepiscopalis Mediolani, in quibus asseritur Notarios prædictos habere respectiuè licentiam exemplandi instrumenta, quibus fides indubitata solet adhiberi; tum ex iuris dispositione, cùm agatur de pertinentibus ad eorum factum, & iurisdictionem, *l.si quis decurio, C.de fals. l.apparitores, de exact. Trib.lib.*12. Lap.*allegat.*77.*n.*6. tum ex stylo, cùm sit modus certificandi absentes de veritate scripturæ exemplatæ.

5 De secunda specie cessat difficultas, cùm agatur de instrumento extracto à Notarijs, qui originale scripserunt, Bart. *in auth. si quis in aliquo, in* 2.*oppos. C.de edend. per l.si quis ex argentarijs, §.prohibet, eod.tit. in dicta authent. n.*3. Dec. *num.*15. Roman. *cons.*105. *num.*9. Rota in nouis *decis.*8. *de fid.instrum.* Caputaq. *decis.*351. *in princ. part.*2.

6 Postrema autem in tertia specie posita cùm sint extracta à successoribus in officio, nempe à Ludouico Barbauaria, & Alexandro Magiolino Canonicis, Ordinarijs, & Cancellarijs Archiepiscopi Mediolani, satis dicuntur in forma probanti, Caputaq. *decis.*244. *par.*2. de quorum successione in officio, quamuis in eorum subscriptionibus mentio non habeatur, tamen iuris præsumptionem eo ipso, quòd se subscribunt Cancellarij, dicuntur successores in officio, vt pluries considerauit Rota signanter in Gerunden. beneficij 14.Ianuarij 1604. coram bon.mem.Litta, & in Tarraconen. præpositurae 14.Iunij 1602. coram R.P.D. Coccino, in quibus fuit dictum, iura extracta à Regente Cancellariam Curiæ Episcopalis dici in forma probanti tanquam extructa à successore in officio, quod magis confirmatur ex qualitate officij Cancellariæ soliti conferri tantùm Canonicis ordinarijs ex Concilio Prouinciali Mediolani S.Caroli, prout fuerunt Magiolinus, & Barbauaria, quibus omnibus accedunt litteræ testimoniales Vicariorum per tempora eiusdem Curiæ Archiepiscopalis, prædictos Magiolinum, & Barbauariam Canonicos fuisse, & esse Cancellarios illius Curiæ fideles, legales, & authenticos, quæ verba conueniunt solùm successoribus in officio, quibus à lege, vel iudice tributa est facultas instrumenta exemplandi, vt suprà fuit dictum.

7 Non obstat, quòd instrumenta tam in primo, quàm in postremò casu specificata, sint extracta lite pendente, & sine partis citatione, quæ regulariter non probant, *cap.fin.* vbi Doctores, *de fid.instrum.* Quia fuit dictum conclusionem non procedere, quando successor in officio extrahit instrumenta Notarij demortui, vel scripturas suorum prædecessorum repertas in scribania, Bart. *in l.si quis ex argentarijs, §.cogentur, n.*3.*de eden.* Dec.post alios, *in authent. si quis in aliquo, num.*26. *eod.tit.* & fuit firmatum in pluribus causis in allegata Ferrarien. bonorum, in Firmana beneficij 27. Ianuarij 1610. coram R. P. D. Marcomontio, & in vna Tirasonen. Canonicatus coram me, vltima Febr. 1611. Videtur enim necessaria duntaxar citatio illa, quando vnum publicum instrumentum, quod consumitur, exemplatur, secus quando matrix, seu prima scriptura remanet intacta, quia tunc non requiritur citatio, sicut si ipse Notarius viuens exemplaret, Bald *in l.fin.ad fin. C. de eden.* Felin. *in d.cap.cum P.Tabellio*, subdens rationem diuersitatis, quia in primo casu statur exemplato, sicut originali, nec potest amplius detegi falsitas; in secundo potest semper recurri ad originalem scripturam. Ex quibus omnibus firmarunt Domini iura, de quibus in dubio esse in forma probanti, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Barchinonen. confinium.

Lunæ 23. *Ianuarij* 1612.

ARGVMENTVM.

Appellari potest ab exequutore, qui processit iudicialiter, & quando iudicialiter processisse dicatur. Cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

*Relatum stat in referente cum his qualitatibus, & idem est, ac si in relato fuisset expressum omne id, quod in referente expressum est, num.*1.

*Exequutor habet præsumptionem pro se, n.*2. *in fin.*

Abundans cautela non alterat naturam negotij, num. 3. *in fin.*

*Appellari potest ab exequutore, qui processit iudicialiter, & quando iudicialiter processisse dicatur, n.*4.

Notario creditur in actibus iudicialibus, etiam non adhibitis testibus, ibid. in fin.

DECISIO CCCCV.

Domini perstiterunt in decisis in hac causa coram me 1
sub die 18. Aprilis 1611. quòd scilicet exequutio facta in partibus, neque fuerit nulla, neque excessiua, neque attentata, rationibus deductis in decis. desuper extensa. Non enim quantum ad nullitatem visum fuit subsistere prætensus defectus liquidationis, ex tunc dictis, quibus additum fuit non obstare replicationem, quòd illa ad summum possent procedere, si in sententijs, ad quas se referunt executoriales, fuisset facta aliqua expressio confinium; sed cùm non fuerit facta, deficere in totum liquidationem, quia fuit responsum, quòd sententiæ se referunt ad instrumentum anni 1605. in quo exprimuntur quatuor confines, & proinde cùm relatum sit in referente cum suis qualitatibus, iuxta not. per Bart. *in l.*1. *ff. de receptat.* Roman. *cons.*305. *num.*6. Dec.*cons.*647. *num.*3. Crau. *cons.*45. *num.*4. proinde est, ac si in sententijs fuisset facta liquidatio, & proinde remanet firmum fundamentum decisionis, quòd nulla liquidatio fuerit necessaria.

Quantum ad excessum fuit dictum non obstare, quòd 2
in appositione confinium fuerint expressi nonnulli limites, qui non exprimuntur in prædicto instrumento anni 1605. ad quod sententiæ habent relationem, quia d. instrumentum ponit tantùm quatuor fines generales, nempe ab Oriente, Occidente, Meridie, & Septentrione, vnde cùm inter vnum ex prædictis confinibus, & aliud adsit multum spatium, limites nominati possunt verificari in illo spatio, & sic ex illorum nominatione non concluditur excessus, prout probari debet, cùm aliàs præsumptio sit pro executore, Abb.*cons.*41. *num.*2. *lib.*1. cum alijs allegatis in alia decisione.

Quantum ad attentatum vltra aliàs dicta, quæ benè 3
visa fuerunt sublata per decisionem, subiungebatur, quòd exequutor mandauit peritis, vt facerent relationem, prout fecerunt, & statim exequutor pronunciauit Ecclesiam sancti Felicis immittendam in possessionem territorij designati, vnde appositio fuit attentata, tanquam facta intra tempus ad appellandum, cùm appellatio daretur tam à relatione peritorum, quàm à pronuntia exequutoris de immittendo, nam quicquid sit de hoc, quantum ad relationem peritorum, fuit responsum, conclusionem non posse habere locum, quando nudus exequutor pro informatione animi sui extraiudicialiter, vt meliùs exequantur mandata iudicis, consulit peritos, prout fuit factum in hoc casu, tunc nulla debet dari appellatio, quia ista

non

non est, nisi quædam abundans cautela, quæ non alterat naturam negotij, *l. test. C. de testam. l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest.* Roman. *cons.* 343. *num.* 7. Fedetic. de Sen. *cons.* 211. *nu.* 1.

4 Et eodem modo tollitur aliud obiectum de pronnncia exequutoris, à qua daretur appellatio, quia exequutor non processit iudicialiter, sed constitutus super loco exequutionis faciendæ, & ibi recepta relatione peritorum appreheuso per manum Rectore S. Felicis, eum personaliter immisit in possessionem Rodaliæ, & confinium parochiæ sancti Felicis, qui Rector accipiendo terram in manibus, & alios actus faciendo cœpit corporalem possessionem, requirendo Notarium, vt de prædictis instrumentum publicum conficeret, & licèt Notarius de illo actu rogatus dicat, quòd exequutor ibi personaliter constitutus, audita relatione per expertos facta prouiderit, quòd d. relatio inseratur, & Rector S. Felicis immittatur in possessionem, iuxta d. relationem, non exinde sequitur quòd exequutor partes iudicis assumpserit, aut iudicialiter processerit, sed solùm fuit quædam animi sui declaratio circa ea quæ mox, & in continenti expedire debebat, & quòd ille exequutor non intenderet procedere iudicialiter, patet, quia vocauit testes, vt colligitur ex illis verbis, ibi, *in præsentia Petri Martyris, &c. testium ad hac vocatorum*, etenim testes in actibus iudicialibus minimè adhibentur, sed soli Notario creditur, *l. in donationibus*, & ibi latè Scrib. *C. de donat.* Card. *cons.* 41. *num.* 2. Corn. *cons.* 141. *in princ. lib.* 3. Felin. *in cap. quoniam contra, nu.* 12. *de probat.*

R. P. D. L V D O V I S I O,

postea fel. rec. Gregorius XV.

Perusina, seu ciuitatis Castelli dotis.

1 *Luna* 30. *Ianuarij* 1612.

A R G V M E N T V M.

Æstimatio in dote an faciat venditionem, & an fructus dotis debeantur pendente dilatione, & soluto matrimonio, & an maritus teneatur pro rata lucri dotalis concurrere in funeris vxoris impensa.

S V M M A R I V M.

Sententia transit in iudicatum, quando appellans obtinuit sibi dari terminum iuris, intra quod non redijt pro Apostolis, neque causam commisit, n. 1.

Bona emphyteotica æstimantur in tertia parte minus quam æstimarentur, si essent libera, ibid.

Æstimatio in dote in dubio facit venditionem, n. 2.

Fallit quando æstimatio fuit facta ad alium effectum, nempe cognoscendi valorem bonorum, ibid.

Fructus dotis non debentur pendente dilatione, n. 3.

Mora irregularis incurritur per debitorem dotis ex sola sustentatione onerum matrimonij, n. 4.

Fructus dotis non debentur soluto matrimonio, n. 5.

Funeris vxoris impensa debet pro rata lucri dotis per maritum solui, ibid.

Testis deponens de ijs, quæ non cadunt sub sensu, debet etiam non interrogatus reddere rationem, ibid.

Testis vbi agitur de probando valore, semper debet reddere rationem, ibid.

D E C I S I O CCCCVI.

1 Domini non dubitarunt de validitate sententiæ ad fauorem D. Tiberij de Vbaldis latæ (defectus enim terminorum substantialium oppositus in facto non subsistit.) Minus etiam quòd fecerit transitum in iudicatum, quia Domini Buffalini appellantes, qui obtinuerunt dari terminum iuris, non redierunt pro Apostolis infra dictum terminum, Clem. *quamuis, de appell.* Rot. *decis.* 34. *eod. tit. in antiq.* neque causam commiserunt, Crescent. *decis.* 2. *de appell.* Noluerunt tamen Domini illis concedere exequutionem propter multas difficultates, quas patiebatur circa iustitiam, & præsertim circa liquidationem crediti D. Tiberij. Nam quoad valorem bonorum Venazzani, à quo præcipuè pendet dicta liquidatio, videbatur non benè probari, licèt enim Abbas Florentius illum æstimauerit in scutis 1500. Attamen videtur à dicta æstimatione recessum per actum qui datur in summ. Tiberij, *num.* 5. Vltra quòd partes non benè concordant super eo, an omnia bona Venazzani sint emphyteutica, non caret etiam scrupulo, quòd bona emphyteutica sint æstimanda in tertia parte, minus quàm æstimarentur si essent libera, prout prætendit Tiberius, cùm aliàs Rota in Bononien. de Ballis 19. Martij 1607. coram R. P. D. meo Marcomontio dubitauerit, an sufficeret diminutio sextæ partis.

Altera fuit difficultas circa fructus dotis constante matrimonio, quia aut Tiberius eos prætendit vti effectus dominus bonorum, & in hoc Domini non erant concordes; aliqui enim putabant eum fuisse dominum propter æstimationem quæ in dubio facit venditionem in dote, *l. 1.* cum gloss. *l. quoties, & l. interdum, Cod. de iur. dot. l. ex conuentione, C. de pact.* Alij autem contrarium sentiebant, quia illud non procedit quando apparet æstimationem fuisse factam ad alium effectum quàm inducendæ venditionis, puta ad cognoscendi valorem bonorum, Ias. post Cyn. Bald. & Salyc. *in d. l. ex conuentione, sub num.* 2. *vers. limita istam regulam*, Couar. *pract. quæst. cap.* 28. *sub num.* 2. *vers. sed ex contrario*. Hinc autem dicebant fuisse factam ad effectum sciendi eorum valorem, nempe vt cognosceretur residuum quod erat supplendum, vt in terminis est decisio Ferraren. societatis 20. Decembris 1591. coram Illustr. Cardinali Mellino. 2

Sed præsupposito, quòd bona non transijssent in dominium, an fructus ratione dotis promissæ illi deberentur, adhuc erat inter Dominos opinionum diuersitas, aliquibus existimantibus ex eo, quòd fuerunt promissi fructus, si & quatenus Iulius deficeret in solutione, & Tiberius non fecit instantiam vt æstimarentur, non dicitur Iulius defecisse in solutione, ignorans an, & quid soluendum esset pro residuo, imò secundùm ipsos videtur data dilatio quandiu fieret æstimatio, & propterea dilatione pendente cessat mora, & non debentur vsuræ dotales, *l. lecta, §. sed cum fortis, ff. si cert. petat.* glos. *in l. si cum exceptione, in verbo triplici, ff. quod met. caus.* latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 42. *num.* 50. *cum pluribus seqq.* 3

Qui autem existimabant fructus deberi, mouebantur ex mora irregulari, in qua constituitur debitor dotis ex sola sustentatione onerum matrimonij, glos. *in l. de euictione*, vbi Bart. Alex. *num.* 12. Soccin. *num.* 9. *& seq. ff. solut. matrim.* Bald. *cons.* 94. *in princ. lib.* 1. Castren. *cons.* 11. *nu.* 4. *vers. quatenus autem, lib.* 1. Ias. *in l. si donaturus, §.* 1. *n.* 16. *ff. de condict. ob caus.* 4

Altera fuit difficultas, an soluto matrimonio Tiberio deberentur vsuræ lucri dotis, in qua Domini videbantur conuenire, quòd non deberentur, quia tunc cessant onera matrimonij, Innoc. *in cap. salubriter, in fin.* & ibi Abb. *sub n.* 4. *vers. sicut etiam, de vsur.* Expensa enim funerum quæ exprimitur scutorum 200. non caret difficultate, quia illa ponitur tota in debitum Buffalinorum; cum tamen debuisset pro rata lucri dotis concurrere maritus, *l. in eum, ff. de relig. & sumpt. fun.* Vltra quòd vnus ex Dominis dicebat non probari expensam ascendere ad dictam summam, quia pro ea videtur tantum benè deponere primus testis: secundus autem non reddit rationem, quam tamen debuisset etiam non interrogatus reddere, cùm hoc non sit de ijs quæ cadunt sub sensu, Bald. *cons.* 286. *num.* 3. *lib.* 2. Alex. *cons.* 148. *num.* 4. *lib.* 2. agitur enim de valore probando, quo casu testis semper debet reddere rationem. Rimin. sen. *cons.* 138. *nu.* 31. Casad. *decis.* 19. *sub num.* 3. *super Regul.* 5

Quæstio super Canonibus solutis, pendet ab eo, an bona essent in dominio Tiberij, quia tunc onus illos soluendi ad ipsum spectasset, & Buffalinis qui illos soluerunt essent restituendi. Sunt etiam aliæ difficultates excitatæ per informantes, propter quas Domini denegarunt executionem; poterunt tamen super eis denuò audiri informantes pro D. Tiberio, &c.

R. P. D. S A C R A T O,

deinde S. R. E. Cardinali.

Veneta pensionis.

Luna 6. *Februarij* 1612.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione plures explicantur notabiles conclusiones, de quibus in summario; sed

præ-

præcipuè agitur, nunquid mortuo Commendatario Religionis Hierosolymitanæ, super cuius commenda erat reseruata pensio, Religio ex fructibus commendæ nuncupatis vacantis, & mortuarij, teneatur pensionem soluere, an verò successor in commenda.

SVMMARIVM.

Pensionis natura accedit ad naturam alimentorum, n. 1.
Alimenta non patiuntur dilationes, ibid.
Pensio dicitur onus reale, & sequitur fructus à quocunque percipiantur, n. 2.
Pensionarius ad quæ onera teneatur, n. 3. in fine.
Pensionaris non potest petere pensionem ab eo qui beneficij fructus non percipit, n. 4.
Inducta ad fauorem alicuius non debent retorqueri in eius odium, nu. 5.
Prouisio expressa non facit cessare tacitam, quæ ex natura rei oritur, ibid.
Alienationis prohibitio expressa non facit cessare tacitam ex fideicommisso resultantem, ibid.
Pensionis actio personalis datur contra consentientem, & realis contra percipientem fructus, ibid. in fine.
Pensiones habens super beneficijs Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad onera Religionis, nu. 6.
Constitutioni habenti clausulas derogatorias ad futuras concessiones, non censetur derogatum per clausulas derogatorias in eadem futura concessione expressas, num. 6. & 7. vbi quòd hæc conclusio non habet locum quando in secunda concessione in specie est derogatum primæ constitutioni cum clausula, quorum tenores.
Clausula quorum tenores, *operatur, vt constitutio, de cuius derogatione agitur, censeatur registrata in constitutione derogante, illique de verbo ad verbum derogatum, num. 7.*
Contentum sequitur naturam illius, sub quo continetur, num. 8.
Clausula non obstantibus, *in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, n. 8. ad finem.*
Determinatio vna respiciens plura determinabilia, omnia æqualiter determinat, n. 8. in fine.
Exceptio est de regula, & ita semper facienda est interpretatio, nu. 9.
Attendi debet non solùm id quod euenit, sed etiam quod euenire potuit, ibid. in fine.
Regula de iure quæsito non tollendo Papa censetur derogare eo ipso, quòd agitur de exemptione ab eo, de cuius iure tractatur, n. 10.
Regulæ de iure quæsito non tollendo censetur Papa derogare, vtendo verbis quomodocunque derogatorijs, ibid. in fine.

DECISIO CCCCVII.

1 FVit resolutum sacram Religionem Hierosolymitanam teneri soluere pensionem Illustr. D. Card. pro tempore, quo ipsa Religio deficientibus Commendatarijs percipit fructus beneficiorum appellatos vacantis, & mortuarij. Ratio fuit, quia reseruauit D. Card. pensionem annuam, & donec vixerit, vnde si D. Card. non solueretur de dicto tempore, non esset annua, nec donec viuit, imò posset dari casus, vt nunquam solueretur, veluti si contingeret plures Commendatarios successiuè decedere, nempe vnus durante mortuario, & vacante alterius. Et quòd intentio Papæ fuerit, quòd pensio indifferenter soluatur in omnibus annis, suadetur ex eo, quòd natura pensionis accedit ad naturam alimentorum, Cresc. *decis.* 3. *de solut.* Achill. 26. *n.* 3. *de appell.* alimenta autem non patiuntur dilationes, aut cessationes, *l. necare*, & ibi Bart. *in prin. ff. de liber. agnoscen.* M. Ant. Crich. *tractat. de morat. præscript. n.* 90. & 92. Cassad. *decis. vnic. nu.* 1. *de mut. petit.* Surd. *decis.* 323. *n.* 9. & *tract. de aliment. tit.* 1. *n.* 5. & *tit.* 8. *priuil.* 70. *n.* 2.

2 Non obstat, quòd Religio admittat deberi pensionem D. Card. etiam de tempore vacantis, & mortuarij, sed dicat Papam ad illius solutionem obligasse successores in commendis, non autem ipsam Religionem, quia Papa imponendo pensionem super fructibus, ibi, *super fructibus, & emolumentis*, &c. satis videtur onerasse Religionem, quandocunque fructus perciperet, etenim pensio tunc dicitur onus reale, & sequitur fructus à quocunque percipiantur, Put. *decis.* 189. *n.* 2. *lib.* 2. Gig. *de pension. quæst.* 39. *n.* 1. & *q.* 47. *n.* 2. Roman. *cons.* 388. *n.* 9. Rot. in causa Placentina pensionis 19. Nouembris 1569. coram bo. me. Card. Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.* 128. *par.* 1. *num.* 1. in Burgen. Canonicatus 28. Octobris 1591. coram bon. mem. Card. Pamphilio Bononien. pensionis 28. Nouembris 1594. coram Illustr. Card. Mellino, in Colimbrien. pensionis 28. Ianuarij 1601. coram eodem, in Reatina pensionis 13. Maij 1598. coram bon. mem. Orano, & alibi sæpè: quod satis expressit Papa in proposito casu, dum in fine litterarum reseruationis pensionis dixit velle se, quòd pensio sit valida, ac modo, & forma præmissis solui debeat contrarijs, quibuscunque non obstantibus, etiamsi Ascanio (tunc Commendatarios scilicet) vel quibusuis alijs ab Apostolica Sede sit indultum, quòd ad præstationem pensionis alicuius minimè teneatur, ex quibus verbis, ibi, *vel quibusuis alijs*, satis apparet Papam cogitasse, quòd pensio solueretur nedum à Commendatarijs, verùm etiam ab alijs, qui non essent Commendatarij.

Quibus non obstat, quòd in eisdem litteris Papa postquam exemit pensionem à quibuslibet oneribus, & impositionibus, subiungat, *quam ratam infrascriptus Ascanius de suo proprio soluere promisit*, &c. *ratæ huiusmodi in se, ex nunc pro se, & infrascriptis successoribus*, &c. *suscepit, & quicquid propterea soluerint, ex nunc tibi irreuocabiliter donant*, &c. Quia respondetur primò, quòd Papa ibi non loquitur de pensione, sed de oneribus, quæ in dies imponuntur super beneficijs, ad quæ onera aliàs fuisset obligatus pensionatius, Paul. Rom. *de pension. Eccl. c. vlt. n.* 2. Caccialup. *q.* 17. *eod. tit.* Gig. *quæst.* 19. *n.* 1. & 2. Mohed. *dec.* 4. *num.* 1. & 4. *de locat.* 3

Secundò dato, quòd possent verba adaptari ad pensionem, non dicit Papa, quòd Commendatarij debeant subire hoc onus, etiamsi non percipiant fructus, vnde essent intelligenda pro tempore, quo poterant percipere fructus, per ea quæ dicta sunt suprà; & licèt Papa dicat, quòd Commendatarij soluant de suo, & totum remittant pensionario, non propterea dicit quòd talis solutio debeat fieri ab illis, etiam de tempore, in quo fructus sunt applicati alteri, istæ enim sunt clausulæ exequutiuæ, quæ ponuntur ad effectum, vt beneficiati, qui percipiunt, vel de quibus speratur quòd possint percipere fructus, non effugiant solutionem pensionis, sub prætextu, quòd non habeant fructus sufficientes. Cæterùm quando certum est, quòd nullos possunt habere fructus, & sunt applicati Religionis, omnis æquitas suadet, vt ad nullam teneantur pensionem, vel onera, per ea quæ in terminis minus fortibus tradit Capuaq. *decis.* 369. *lib.* 1. in manuscript. Rot. inter antiq. diuers. manuscript. incip. die 3. Nouembris *decis.* 281. *part.* 1. in Theatina pensionis 26. Iunij, & 3. Iulij 1570. coram Robusterio, facit reg. *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* 4

Tertiò dato, quòd illa importarent, quòd Commendatarij de suo proprio, & sine perceptione fructuum tenerentur soluere pensionem, hoc non tolleret obligationem Religionis, orientem (per ea quæ dicta sunt suprà) ex perceptione fructuum pensione oneratorum, tum quia expressio obligationis Commendatariorum fuit facta ad fauorem pensionarij, vnde non debet in illius odium retorqueri, *l. quod fauore, C. de legib. l. nulla, ff. eod. tit. c. quod ob gratiam, de reg. iur. in* 6. *l. plures, in fin. C. de fid. instrum. l. generaliter*, §. *in iis autem, C. de secund. nupt.* & in simili fuit ponderatum coram Illustrissimo Millino in causa Valentina pensionis 20. Iunij 1601. tum quia vna prouisio expressa non facit cessare aliam tacitam, quæ oritur ex natura rei, prout in simili quòd prohibitio alienationis oriens ex subiectione bonorum fideicommisso subiectorum, non cesset per prohibitionem expressam factam grauato vsque ad certum tempus, tradunt Castren. *cons.* 263. *num.* 3. *versic. sed ad primum, vol.* 2. Dec. *cons.* 386. *num.* 6. Ruin. *cons.* 153. *nu.* 14. *vol.* 2. Alciat. *cons.* 47. *num.* 12. *lib.* 9. Paris. *consil.* 55. *numer.* 16. *vol.* 2. Gabr. *cons.* 132. *quæst.* 1. *num.* 6. *lib.* 1. Pedemont. *decision.* 85. *num.* 14. Rota in causa Montis Falisci fideicommissi 20. Nouembris 1602. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, & proinde ista dispositio expressa, quòd Commendatarius teneatur de suo, non facit cessare tacitam, quæ ex impositione pensionis super fructibus oritur aduersùs quoscunque percipientes illos fructus, datur enim in ista materia multiplica- 5

plicatio actionum, nempe personalis contra consentienteni pensioni, & realis contra percipientem fructus, super quibus imposita est pensio, vt in Comen. pensionis 22. Maij 1606. coram R. P. D. Marquemontio.

6 Secundò principaliter dicebatur pro parte Religionis, quòd etiamsi verba litterarum reseruationis pensionis essent apta illam comprehendere, non propterea teneretur, quia ipsa habet pro se constitutionem Pij V. expeditam in forma, Rationi congruit sub Sixto V. in qua cauetur, quòd quilibet habens pensiones super beneficijs Religionis, etiamsi sit S. R. E. Cardinalis, teneatur ad onera Religionis, etiam pro vacante, & mortuario, & quòd prædicta constitutio habet clausulas derogatorias ad futuras concessiones prægnantissimas, adeò vt non possint dici sublatæ per clausulas derogatorias, de quibus in litteris reseruationis pensionis, quia istæ sunt minus fortes illius, vt fuit dictum in Romana iurisdictionis 3. Aprilis 1598. coram bon. mem. Cardinali Seraphino. Item nec ex alio potest dici derogatum dictæ constitutioni, nempe quia, vt ex illius proœmio apparet, emananit ob defensionem quam facit ista Religio contra infideles, & sic ex causa fidei, quæ subrogatoria indiget speciali derogatione, ex allegatis.

7 Cæterùm quantum ad materiam clausularum responderunt Domini, quòd ex quo Papa in reseruatione pensionis inter alia fecit mentionem constit. Pij V. & suæ, & illis expresè derogando cum clausula *quorum tenores*, quòd non erat agendum de prægnantia clausularum, quia quando Papa nominatim derogat aliquibus constitutionibus cum clausula *quorum tenores*, illa clausula operatur vt constitutio de cuius derogatione agitur, censeatur registrata in constitutione derogante, & illi de verbo ad verbum derogatum, iuxt. cons. Butr. 2. *num.* 6. Gemin. 120. *num.* 6. Dec. 381. *num.* 1. Crau. 126. *num.* 7. Mohed. *decis.* 1. *de rescript.* Cassad. *decis.* 10. *&* 38. *super regul.* Rota in causa Valentina derogationis in militem coram Fabio relata inter diuers. impress. *decis.* 101. *lib.* 3. *par.* 3. in Astoricen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coram bon. mem. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.* 137. *num.* 6. *par.* 1. in Asculan. pensionis 7. Februarij 1586. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Eugubina præpositura 3. Martij 1606. coram R. P. D. Ludouisio, & proinde non applicatur prædicta decisio Romana iurisdictionandi, quia loquitur quando Papa in genere, & absque specificatione derogat quibuscunque constitutionibus, tunc enim intrat quæstio de prægnantia clausularum, secus quando derogat in specie, & cum clausula *quorum tenores*, quæ est efficacissima, vt patet ex suprà allegatis.

8 Quantum ad causam, dicebatur quòd ex quo Papa derogauit constitutioni, videtur extrà voluisse derogare causæ in illa expressæ, quia contentum sequitur naturam illius, sub quo continetur, glos. in *cap. coram verb. absque liberis, in fin. de offic. deleg.* Bald. in *l. seruum filij*, §. *eum qui chirographum*, *in fin. ff. de leg.* 1. Roman. *cons.* 57. *num.* 3. *vers. ex prædictis*, Alex. *cons.* 140. *num.* 7. *versic. & cum nihil lib.* 5. Tiraquel. *de iure constit. part.* 3. *limit.* 7. *num.* 39. Rota *decis.* 15. *num.* 2. *de iure patr. in antiq.* maximè quia Papa in alia parte derogauit similibus causis, nempe expeditioni contra Turcas, Cruciatæ sanctæ, & similibus, & vna pars aliàs declarat, iux. *l. qui filiabus*, *ff. de leg.* 3. Et quatenus replicabatur istam derogationem ad prædictas constitutiones posse, & debere intelligi respectu validitatis pensionis, cùm aliàs secundùm stabilimenta religionis, & constitutiones Apostolicas non possint reseruari pensiones Clericis sæcularibus super beneficijs istius religionis, fuit responsum quòd cùm Papa in istis litteris duo fecerit, reseruare pensionem, & illam eximere ab oneribus, & postea absolutè subiunxerit, non obstantibus constitutionibus Pij PP. V. & suis, quòd ista derogatoria debebat referri ad omnia suprà narrata, tum quia clausula in fine posita refertur ad omnia, *l.* 1. & ibi glos. *verb. nulla*, *C. de lib. præterit. l.* 3. §. *filius*, *ff. eod. tit.* Anchar. *cons.* 68. *num.* 4. Alex. *consil.* 212. *num.* 8. *lib.* 6. Paris. *cons.* 85. *num.* 10. *lib.* 2. Decian. *cons.* 70. *num.* 19. *& seq. lib.* 3. & vna determinatio respiciens plura determinabilia omnia æqualiter habet determinare, *l. iam hoc iure*, *ff. de vulg. & pup.* *quamuis*, *C. de impub. & alijs substit.* Card. *in Clement. constitutionem*, §. *insuper*, *num.* 5. *vers. tertio inducit. de elect.* Roman. *cons.* 307. *num.* 4. Paris. *cons.* 72. *n.* 38. *lib.* 4.

Tum multò magis quia constitutiones Pij V. & Sixti V. quibus fuit expresè derogatum, non loquuntur de validitate, vel inualiditate pensionum, sed de illarum exemptione ab oneribus religionis: vnde si restringatur illarum derogatio ad validitatem pensionis, derogatio non faciet ad propositum, & obstabit conclusio quòd illa sit facienda interpretatio, vt exceptio sit de regula, de quo per Dyn. *in rub. de reg. iur. in* 6. *num.* 18. Calder. *cons.* 5. *de iur. iuran.* Signor. *cons.* 82. *num.* 10. Castr. *cons.* 79. *num.* 3. *lib.* 1. Roman. *cons.* 498. *in fine*. Addebant aliqui ex Dominis hic propriè non agi de exemptione, sed de validitate pensionis, etenim dato quòd Commendatarijs de tempore vacantis, & mortuarij non teneantur ad solutionem pensionis, ista pensio in prædictis annis vacantis & mortuarij remanebit extincta, imò poterit dari casus vt numquam soluatur, prout suprà ponderatum est, quod euenit, sed quod euenire potuit, *l. si idem cum eod.* §. *fin.* & ibi glos. *verb. adiudicari* Bald. *in princ.* Angel. *num.* 2. Dec. *n.* 5. *ff. de iurisdict. omn. iud.* Bart. *in l. inter stipulantem*, §. *sacram. n.* 7. Ias. *num.* 28. *ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 100. *num.* 13. *vers. semper enim*, *lib.* 4. Put. *decis.* 367. *num.* 7. *lib.* 1. 9

Ad illud quòd quatenus prætendatur pensionem esse impositam super fructibus vacantis, & mortuarij propter præiudicium quod in hoc sentit religio, fuerit necessaria derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo, fuit responsum quòd retenta opinione, quòd agatur de exemptione, derogatio non est necessaria, quia eo ipso quòd Papa exemit, intendit derogare illi à cuius iure concedit exemptionem, Cassad. *decis.* 1. *de priuileg.* Verall. *decis.* 265. *lib.* 1. *in manuscript.* Rota in causa Baren. pensionis coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis.* 240. *num.* 22. *par.* 1. in Illerden. præeminentiarum 26. Iunii 1602. coram bo. me. Cardinali Seraphino, latè in Cæsaraugustana iurisdictionis 5. Februar. 1609. coram me, & quomodocunque sit, cùm Papa derogauerit constitutioni Pij V. & suæ, satis dicetur sustulisse jus ex dd. constit. competens, etenim in derogatione reg. *de iur. quæs.* non est data certa formula verborum, sed sufficit quòd Papa vtatur verbis quomodocunque derogatoriis, vt in dicta Cæsaraugustana iurisdictionis 5. Februar. 1609. coram me cum aliis ibi alleg. 10

Ad aliud quòd in reseruatione pensionis fuerit necessarius consensus magni Magistri, & Conuentus, sicut in simili fuit dictum de Capitulo Vicen. proprietario quarundam præpositurarum, super quibus fuerat imposita pensio, vt in Vicen. fructuum, seu præpositurarum 27. Maij ipsi coram Reuerendo Patre Domino meo Decano inter multas responsiones satis releuantes, quæ dabantur pro parte D. Cardinalis, ex illa cessare visa fuit omnis difficultas, quòd Papa expresè derogauit huic necessitati consensus in illis verbis, ibi, *etiamsi in illis caueatur quod sine expresso magni Magistri, & Conuentus consensu pensiones reseruari nullatenus possint, & si reseruentur, reseruationes huiusmodi nullatenus suffragentur*. Et ita cum maiori parte suffragiorum fuit tentum, &c. 11

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. de Bouijs.

Luna 6. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Administratori remissa rationum redditio non includit dolum, n. 1.

Licentia alienandi alicui data non censetur vti is, cui data est licentia, per generalem dispositionem institutionis hæredis, & multò minus ex successione ab intestato, num. 2.

Liber scriptus ab aliquo nomine alterius, non probat, nisi constet de deputatione facta ab eo, cuius nomine liber scriptus est, n. 3.

Pa-

Pater est vsufructuarius hereditatis relictæ suo filio, num.4.

Vsusfructus alicui legatus potest adimi expressè, & tacitè, ibid.

Mandatum speciale requiritur ad effectum, vt quis possit in translatione dominij alteri præiudicare, n.5.

DECISIO CCCCVIII.

1 FVit tentum D. Andream non probari in aliquo creditorem fructuum hæreditatis quondam Iulij administratæ per quondam Episcopum Io. Carolum. Primò, quia cùm prædictus fuerit per amplissima verba liberatus à redditione rationis, & ei data facultas liberè disponendi de prædictis fratribus cum priuatione contra hæredes in casu molestiarum, non potest ab ipso Episcopo, siue eius hæredibus peti aliqua redditio rationis, nisi probetur ipsum fuisse in dolo vero, ex latè deductis coram me in alia Bononien. administrationis die 28. Februarij, & die 10. Iunij 1611.

2 Et quatenus dicebatur per informantes pro D. Andrea non hic peti redditionem rationis, sed reliquatum, de quo constat ex libris Gandulfi deputati à Faba, quem Faba Episcopus præposuerat isti administrationi, nec posse hæredes ab intestato dicti Episcopi excusari à restitutione d. reliquatus sub prætextu amplæ facultatis, quam habebat Episcopus disponendi de istis fructibus, ex quo ipse ea non vsus fuit, specialiter disponendo de illis, cùm aliàs non sufficiat generalis dispositio, quæ fit per institutionem hæredis, vt in Romana scriptoriæ die 5. Iunij 1609. coram Reuerendo Patre Domino Marquemontio: vnde multò minus sufficere tacita, siue præsumpta, quæ oritur ex successione ab intestato, vt in specie adnotauit Gabr. *consil.143. num.7. lib.1.* Surd. *decis.272. num.37.*

3 Fuit responsum illum librum nullam mereri fidem, cùm non constet de deputatione facta à Faba de persona Gandulphi, qui dictum librum conscripsit ad cons. Alex. 186. *num.6. lib.2. cum concord.* Et rursus dato, & non concesso, quòd constare, ille liber non fuit confectus nomine Episcopi, ad effectum vt ipse Episcopus posset reddere rationem alijs, sed est confectus à Faba, & vt ipse posset reddere rationem Episcopo: vnde nullum concludit reliquatum penes Episcopum, etenim potest esse, quòd reddita per Fabam ratione Episcopo, & restitutio reliquatu, prout vtrumque fuisse probatur ex publico instrumento, cuius copia fuit data, ipse Episcopus iuxta suam facultatem de prædicto reliquatu ante mortem disposuerit: vnde probatio non concludit extantiam reliquatus penes Episcopum de tempore mortis, nisi petatur redditio rationis ab hæredibus ipsius Episcopi, quod non licet, ex suprà allegatis.

4 Secundò fuit dictum, D. Andream non posse petere fructus hæreditatis Iulij ab hæredibus Episcopi, quia in omnem euentum spectassent ad D. Alexandrum patrem dicti D. Andreæ, qui de iure fuit vsufructuarius hæreditatis Iulij relictæ Andreæ filio suo, *l. cum oportet*, vbi Bart. Bald. Salycet. & alij, *C. de bon. quæ lib. l. cum non solum*, *C. eo tit. §. igitur*, *Inst. per quas person. nob. acquir.* Anchar. *cons.176. num.1.* Soc. *cons.192. num.1. vol.2.* Nec satisfecit responsio, quòd ex quo Iulius dedit facultatem Episcopo disponendi de fructibus hæreditatis, videatur per hunc modum ademisse vsufructum fratri Andreæ, quod potest fieri etiam tacitè, Boer. *decis.193. num.3.* quia admittebant Domini, quòd si Episcopus disposuisset, non potuisset Alexandrum sub prætextu vsufructus sibi debiti reuocare factum Episcopi. Verùm cùm Episcopus non disposuerit, vt profitetur D. Andreas, ex suprà deductis, & Iulius testator in casu, quo Episcopus non disposuisset, minimè dixerit quid agendum esset de prædictis fructibus, videtur illos reliquisse sub dispositione iuris communis, ad not. *in l. commodissimè, ff. de lib. & posth.* & consequenter promisisse, quòd deuenirent ad patrem hæredis, iuxta *d. l. cum oportet*.

5 Et quòd replicabatur videri dispositum ad fauorem D. Andreæ per descriptionem ad sui creditum factum in libris Gandulphi, quæ descriptio habet vim translationis dominij, vt in Romana computorum die 7. Maij 1604. coram me fuit dictum, resolutionem patere ex supradictis, nempe non constare quòd illi libri fuerint descripti nomine Episcopi, & quatenus constaret Episcopum voluisse fieri libros administrationis prædictorum fructuum, hoc non sufficeret ad effectum, quòd describens posset transferre dominium fructuum in aliquem, quia fuisset necessarium speciale mandatum ad sic disponendum, vt patet ex traditis per Scrib. *in l. contra ius, §. si filius, ff. de pact.* glos. *in l. procurator, cui in fin.* Bar. *in princ. ff. de procur.* Abb. *in c. petitio, n.1. in fin. eo tit.* Bald. *cons.371. n.2. lib.4.* Federic. *cons. 177. n.1.* Dec. *cons.402. n.9.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Carpentoraten. fideicommissi.

10. *Februarij* 1612.

ARGVMENTVM.

Restitutionis causa commissa supersedenda est in executione rei iudicatæ.

SVMMARIVM.

Restitutionis causa pendente supersederi debet in executione, num.1.

Sententia, quæ non iustificabitur ex actis, dicitur notoriè iniusta, n.3.

Acta faciunt notorium, ibid.

Res iudicata, quæ oritur ex desertione causæ, non est ita fauorabilis, sicut illa, quæ oritur ex tribus conformibus, ibid.

DECISIO CCCCIX.

1 CEnsuerunt Domini non esse locum executioni, nam dato, vt prætendunt informatores pro Ludouico, quod sententia Illustrissimi Cardinalis Lancellotti ob non prosequutam appellationem transitum fecisset in iudicatum, nihilominus cùm pro parte mulierum fuerit commissa causa restitutionis in integrum, donec cognoscatur an sit locus restitutioni, debet supersederi in executione, *l. vnic. C. in integ. restit. postul. nihil innou.* Soc. *cons.109. num.2. lib.4.* Ruin. *cons.34. n.5. vers. solum ergo, lib.5.* Benintend. *decis.85. num.15.* Mohed. *decis.2. de restit. in integr.* latè Lancellott. *de attent. restit. in integr. pend. cap.18. par.2. n.10. cum pluribus seqq.*

2 Nec facit, quòd signatura rescripserit mihi vt præfigerem mulieribus terminum ad docendum de causis restitutionis in integrum, quo elapso constito de re iudicata exequeretur, & iste terminus fuerit præfixus, & iam elapsus, vnde sit locus executioni, quia dupliciter respondetur: primò, quòd mulieres produxerunt quendam processum de partibus, de cuius releuantia ante executionem agendum est, etenim ex illo potest taliter constare de bono iure mulierum, vt locus sit restitutioni in integrum, & quòd dicitur prædictum processum de partibus non posse deseruire pro reuocatione sententiarum Rotalium, non subsistit de iure, quia sententiæ Rotales non reuocant sententias de partibus, quæ fortè possent iustificari ex prædicto processu.

3 Secundò fuit dictum, quòd mulieres prætendunt sententias Rotales non iustificari ex actis, & proinde non indiguisse in termino sibi præfixo docere de alia causa, cùm acta ipsa faciant notorium, Innoc. *in c. ex insinuatione, in fi. de appellat.* Soc. *cons.38. n.15. vol.1.* Paris. *cons.111. n.7. vol.4.* Decian. *cons.10. n.19. vol.1.* Cephal. *cons.57. n.33.* & licèt stantibus decisionibus in hac causa factis Domini æstimarent sententias satis iustificari: attamen cùm super iustitia non fuerit particulariter informatum in hac propositione, & res iudicata, quæ oritur ex desertione, non sit ita fauorabilis, sicut illa, quæ oritur ex tribus conformibus, per ea, quæ fuerunt dicta in causa Mediolanen. Capellaniæ 13. & 27. Maij 1591. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, in Toletana Capellaniæ 14. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in Anconitana bonorum 19. Martij 1608. coram Reuerendo Patre Domino Ludouisio. Et stante supradicto processu, de nouo producto, fuerunt contenti relinquere aditum istis mulieribus informandi de nouo super iustitia, quatenus informare intendant, & interim supersedere in executione.

R. P. D.

R. P. D. L V D O V I S I O,

postea fel. rec. Gregorio XV.

Parmen. status.

Veneris 17. Februarij 1612.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio procuratoris, qui est effectus dominus litis, quando fieri possit, & ex quibus censeatur facta, & an reuocatio debeat procuratori intimari.

S V M M A R I V M.

Consors litis agere non potest constitutus, nisi quando Procurator constitutus est, negligit agere, vel recusat, numero 1.

Procurator constituatus in vna causa etiamsi sit dominus liti effectus non potest comparere in alia, n.2.

Procurator censetur revocatus per constitutionem alterius Procuratoris, num.2. & 3. Vbi etiamsi secundus Procurator non acceptaverit mandatum.

Procurator dominus litis effectus non potest sine causa expressè revocari, secus tacitè, n.3.

Voluntas in quolibet actu est necessaria, n.4.

Revocatio mandati debet intimari Procuratori, ibid.

Socius dicitur habere ius in qualibet parte rei quæ est communis, n.5.

D E C I S I O CCCCX.

1 DOmini steterunt in decisis, Marchionem Alphonsum non attentasse nomine Alexandri & Cyri, quia in mandato quod dedit in personam D. Serræ, non legitur facultas comparendi, aut aliquid faciendi nomine ipsorum, imò non potuit eam concedere ex quo ipsi ad idem alium Procuratorem constituerant, quo casu Marchio Alphonsus nihil pro illis facere poterat, neque vt litis consors, neque vt coniuncta persona, ex adductis in decisione; quibus non obstat, quòd pro parte DD. de Rangonibus obijcitur illa non procedere quando Procurator constitutus negligit agere, vt dicunt Paul. de Castr. *in l.cum prator. ff. de iud.* Alex. & Ias. *in l.exigendi, C. de procurat.* ex aduerso allegatis, quia non docetur Procuratorem recusasse, aut neglexisse, neque doceri potest nisi per exhibitionem omnium actorum quæ facta fuerunt in ciuitate Ianuæ, & cùm agatur de mandati intellectu Domini Serræ, & de intentione mandantis quando dedit mandatum, certè non potuit tunc considerari negligentia aliqua Procuratoris Cyri & Alexandri.

2 Non obstat, quòd Marchio facere potuerit vti Procurator constitutus à parte ipsorum, & Dominus litis effectus, quia aut volumus quòd causa, quæ agebatur in ciuitate Ianuæ, esset diuersa, & in ea non poterat comparere, nec aliquid agere vti dominus litis, vt per Surd. *decis 89. num.*17. dicitur enim tantum dominus instantiæ, Oldrad. *cons.*317.*n.*2. Rota *decis.*20. *de proc. in non.* Achil. *decis.*13. *eod. tit.* Et quòd esset causa diuersa, videbatur aliquibus Dominis. Aut volumus quòd sit eadem, & per constitutionem dicti Procuratoris fuisset in hoc reuocatus, *l. si quis cum procuratorio, §. fin. ff. de procur.*

3 Nec facit, quòd Procurator dominus litis effectus non possit sine causa reuocari, quia hoc verum quando expressè reuocatur, non quando tacitè, vt per Cassad. *decis.*2. *num.*4. *&* 5. *de appellat.* Neque contrarium dicit Achill. *decis.*4. *de procur.* & ad istum effectum non referret si secundus Procurator non acceptasset mandatum, quia adhuc censeretur reuocatus primus, Bald. *in d.l.si quis procuratorio, §.fin.n.*9. & ibi Angel. *circa principium.*

4 Quoad voluntatem, quæ pariter requiritur in quolibet actu, *l.multum, C.si quis alteri vel sibi, l.cum te*, vbi Bal. *C. de donat. an. nupt.* illa est omnino aliena, vt constat ex lectura mandati, suata ponderationes, de quibus in decisione, quæ manifestè ostendunt illud esse restitutum ad personam & interesse Marchionis Alphonsi, & sicur excludunt quòd voluerit dare mandatum nomine Cyri, & Alexandri vti litis consors, & coniuncta persona; ita etiam quòd tamquam Procurator ipsorum & dominus litis effectus. Nullum enim verbum de tali procura, & litis dominio, & tamen hoc debuisset significari procuratori Domino Serræ, ad trad. per Corn. *cons.*73.*n.*8. *& lib.*3.

Non obstat illa mentio, quæ facta fuit de Alexandro & Cyro, quia, vt in decisione dicitur, facta fuit vt magis cognosceretur, & distingueretur portio debita Marchioni Alphonso, & quamuis forsan non fuisset necessaria: attamen non inde potest concludi mandatum fuisse datum etiam nomine ipsorum, quia in verbis dispositiuis, & substantialibus, apparet illum se restrinxisse ad propriam personam, & proprium interesse.

Ponderatio quæ fit de nouo super illis verbis, *dictis nominibus, & alio quouis nomine*, est satis sublata in decisione.

Dum autem informantes pro DD. de Rangonibus distinguunt duo capita mandati, quorum primum concernit proprietatem locorum montium cum inuestimento faciendo fructuum decursorum ante annum 1518. Alterum, quod concernit fructus decursos à dicto anno 1518. Et quòd in primo capite semper loquatur de omnibus locis montium, quia vult quòd loca 116. deleantur de columna Federici, & ponantur in columna Ioannis Francisci senioris, & quòd omnes fructus decursi ante annum 1518. multiplicentur, & quòd sub columna illorum adnotentur, & quòd non possint alienari. In secundo verò capite, vbi agitur de fructibus ab anno 1518. se restringit ad suam portionem, ex quo obijciunt, quòd aliquando, videlicet in primo capite, voluerit Marchio dare mandatum etiam nomine Alexandri & Cyri, cùm loqueretur de re communi cum illis, & de omnibus locis, & fructibus, non autem de sua portione tantùm.

Ad hoc enim super quo insistunt multum informantes 5
pro Rangonibus, responderunt Domini, prout etiam respondet decisio, hoc intelligi pro iure suo, & proprio interesse, quo ius respicit omnia loca & omnes fructus inuestiendos dupliciter. Primò, quia stante communione habet ius in quolibet loco, & quibuslibet fructibus inuestien. *l. Mauius, §. duorum, ff. de leg.*2. Feder. de Sen. *cons.*159. *sub n.*3. *vers. modò sic*, Natt. *cons.*171. *n.*13. cum alijs adductis. Secundò, propter spem quam potest habere ipse, aut eius descendentes, etiam in portione Cyri & Alexandri, vigore fideicommissi.

Et si Marchio quando locutus est in primo capite de proprietate locorum montium, & de fructibus inuestiendis communibus, intellexisset etiam de portione & interesse Alexandri & Cyri, sicut postea, quando locutus est de fructibus decursis ab anno 1518. dedit mandatum ad instandum, & faciendum scribi & adnotari hæc, vel alia similia verba, respondeatur, vt suprà de pagiis, & prouentibus dictorum omnium locorum respectiuè quorumcunque annorum præteritorum ab anno 1518. exclusiuè citra, & de cætero de anno in annum pro duabus quartis partibus, cum dimidia ipsi Marchioni Alphonso; ita etiam dixisset de portione ipsorum Alexandri & Cyri.

Et ex isto interesse quod, vt dictum est, habet Marchio respectu communionis, & respectu fideicommissi, eodem modo respondetur decreto Prætoris, si in aliquo fauet Alexandro & Cyro, vltra quòd ad effectum dubij de quo quæritur, an Marchio attentauerit nomine Cyri & Alexandri, sufficit quòd ipse neque per se, quia erat absens, neque per Procuratorem, quia non dedit mandatum ad hoc, aliquid fecerit nomine prædictorum, & vbi D. Serra fuisset, quod numquam probatur, nihil ad D. Marchionem, quia non fuisset vti Procurator ab eo constitutus.

Et dum dicitur debere renunciari quando fuit attentatum à Procuratore non habente mandatum, ne aliàs videatur habere rata attentata. Respondetur, quòd renunciatio deberet fieri ab ipsis Cyro, & Alexandro, quorum nomine essent facta, non à Marchione. Vltra quòd ipse fecit generalem renunciationem, quæ etiamsi opus esset hunc casum comprehenderet, licèt hæc non percutiant dubium de quo agitur, &c.

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Burgen. residentiæ.

Lunæ 20. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

De gratia subrogationis an dicatur noua, vel antiqua, & quòd subrogatus in ius defuncti lite pendente, illud ius acceptare & approbare censetur.

SVMMARIVM.

Constitutio loquens de aliquo actu intelligitur de valido, num. 1.

Subrogatus in ius defuncti censetur illud ius acceptare, & magni facere, n. 1.

Subrogationis gratia an dicatur noua, vel antiqua gratia, num. 3.

Causa mediata non attenditur, sed immediata, ibid.

DECISIO CCCCXI.

1 IN Cathedrali Ecclesia Burgen. extat statutum ab Apostolica Sede confirmatum, quo cauetur vt Canonici, & alij intrantes dictam Ecclesiam pro primo anno certam residentiam absque perceptione fructuum facere teneantur, & huiusmodi fructus per idem statutum assignantur pro exequijs, & ære alieno dissoluendo beneficiati, per cuius obitum iste nouus prouisus ingreditur Ecclesiam, & in prædicto statuto vlterius disponitur, vt qui semel ingressus residentiam fecerit, & fructus amiserit, si occurrat ex causa permutationis, vel aliter quàm per obitum de nouo beneficio in eadem Ecclesia prouideri, quòd non teneatur ad residentiam cum amissione fructuum. D. Michael collato sibi Canonicatu in eadem Ecclesia, propter illegitimitatem Francisci Ruiz prouisus, & in possessione d. Canonicatus immissus fuit, ibique (vt pro nunc præsupponitur) residentiam iuxta formam statuti perficit, & postea in lite, quæ diu cum prædicto Francisco, & post illum cum Ioanne de Spinosa illius in prædicto Canonicatu ex causa præcedentis coadiutoriæ successore, pependit plures contra se decisiones Rotales, & demum sententiam reportauit, vt vlteriùs etiam possessio tamquam attentata sequestrata fuit; postremò decessit Ioannes de Spinosa, in cuius locum tamquam collitigans vigore regulæ Cancellar. de subrogandis fuit suffectus D. Michael, dubitaui an residentia supradicto modo facta suffragaretur D. Michaeli. Et pro negatiua fuit tentum. Primò, quia constitutio loquens de actu, intelligitur de valido, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. l. non putauit, §. non quæuis*, vbi Bar. *ff. de bon. poss. contra tab.* Castr. *cons. 74. n. 1. vers. & idem dicendum, lib. 2.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 2. n. 5. & seqq.* & proinde cùm prima residentia facta per D. Michaelem fuerit attentata, & nulla, vt suprà dictum est, non videtur satisfactum statuto volenti residentiam in primo anno cum certa forma.

2 Secundò, esto quòd illa residentia fuisse legitimè facta, posset suffragari si D. Michael veniret propter vacationem per obitum antecessoris Francisci, quam prætendebant non fuisse consumptam per prouisionem Francisci Ruiz, tamquam incapacis: sed cùm modo veniat per obitum eiusdem Francisci, siue Io. de Spinosa illius coadiutoris, intrat secunda pars statuti, quod etiam quòd quis semel fecerit residentiam, si de nouo prouideatur in eadem Ecclesia per obitum alicuius quòd de nouo teneatur facere residentiam, cùm amissione fructuum, & vrget ratio expressa in statuto, vt scilicet Io. de Spinosa vltimo defunctus honorificentiùs sepeliri, & illius æs alienum, si quod reliquit, dissolui possit, etenim cùm fuerit legitimus Canonicus, vt probatur tam ex decisionibus Rotalibus ad eius fauorem factis, quàm ex eo quòd D. Michael acceptando illius subrogationem videtur magnifacere illius ius, iuxta not. per Put. *decis. 342. n. 2. lib. 1.* Rota in causa Romana census 4. Martij 1611. coram R.P.D. meo Decano, & alibi sæpè, debet frui omnibus privilegiis, quibus veri Canonici fruuntur, maximè quia hoc non est merum priuilegium, sed compensatio illius, quod defunctus in primo anno residentiæ amisit.

3 Non obstat, quòd ista subrogatio quæ fit in vim regulæ, non sit nova prouisio, sed quoddam accessorium, siue dependens ab anteriori iure Michaelis, ex quo vigore illius iuris conceditur subrogatio, quia verius videbatur, quòd ista sit nova gratia, per decis. Mohed. *7. n. 1. de prab.* & faciunt tradita per Sarn. *super d. reg. q. 15.* Nec est verum quòd habeat dependentiam à prima gratia, nisi per causam mediatam, & remotam, quæ regulariter non attenditur, Anchar. *cons. 222. n. 1.* Calder. *cons. 8. de sent. excom.* Castr. *cons. 226. n. 1. lib. 1.* Ias. *in l. si pecuniam, n. 21. ff. de condit. caus.* data etenim subrogatio in vim regulæ non datur propter primam gratiam, sed propter litem, cui dedit causam prima gratia, & sic prima gratia non est causa immediata, sed mediata, & remota. Sicut nec etiam obstat, quòd in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, quia non est qui dicat per hanc subrogationem amitti ius competens ex prima gratia, & proinde si Michael fecisset legitimè primam residentiam, & obtineret primam suam gratiam canonizari, non teneretur facere nouam residentiam, cùm amissione fructuum, cæterùm cùm illa non sit canonizata, imò potiùs damnata per sententiam Rotalem, & idem Michael veniat tamquam subrogatus in locum sui aduersarij, dicitur venire ex noua gratia, & consequenter tenetur ad nouam residentiam. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Bononien. de Maluetijs.

Veneris 24. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

Filij legitimati vigore constitutionis Pij IV. excludunt substitutos in fideicommissis, quando exclusio est contra voluntatem testatoris, secus si secundum testatoris voluntatem. Et quid si filij illegitimi nati fuerint ex punibili, & damnato coitu. Decisio est exemplaris, & notabilis.

SVMMARIVM.

Filij legitimati vigore constitutionis Pij IV. excludunt substitutos in fideicommissis, quando exclusio est contra voluntatem testatoris, secus si secundum testatoris voluntatem, num. 1. & per tot.

Proœmij, & præfationis verba denotant causam finalem, præsertim quando sunt repetita, & geminata, ibid.

Legitimationes filiorum illegitimorum, quæ fiunt secundum voluntatem testatoris, non præiudicant vocatis in testamento, quia tunc non est legitimatio, quæ tollit successionem, sed voluntas testatoris, ibid. in fin.

Substituti exclusio, quæ fit ex voluntate testatoris, non est contra ius, & æquitatem, sed secundum ius, n. 2.

Testatoris voluntatem seruari debere nihil magis æquum est, ibid.

Verba sunt semper interpretanda ab æquitate, & vt minus, quàm sit possibile, exorbitent à regulis iuris, ibid. in fine.

Facultas legitimandi filios illegitimos, taliter quòd legitimatus succedat contra voluntatem testatoris, reprobatur à constitutione Pij IV. n. 3.

Verba quantumuis generalia, *restringuntur à ratione expressa in constitutione, n. 4. Vbi etiam quòd restringuntur secundum mentem proferentis.*

Orationis vna pars, aliam declarat, n. 4. & 7.

Descendentium verbum est naturale, & descendentium appellatione veniunt etiam descendentes naturales, numero 6.

Descendentium appellatione an veniant filij naturales, & illegitimi nati ex damnato, & punibili coitu, ibid.

Legitimatio filiorum illegitimorum numquid suffragetur procreatis ex damnato coitu, ita quòd excludant substitutum, ibid.

Legitimatus filius excludit substitutum, quando præsertim pater legitimatus erat, & ipse illegitimus, n. 7.

Testamenti vna pars, aliam declarat, ibid.

DECISIO CCCCXII.

DVbitatū an constitutio fel. record. Pij Papæ IV. super 1
legitimationibus in Bullario 86. in ordine, obstet D.
Herculi de Maluetijs, & de ordine Dominorum fuit
pro

pro tunc, & sine præiudicio particularis disputationis super hoc fiendæ præsuppositum, quòd D. Hercules sit filius quondam D. Pirri. Item fuit præsuppositum, quòd sit legitimatus, cùm de legitimatione constet per publicum instrumentum, quibus præsuppositis fuit conclusum constitutionem non obstare D. Herculi: nam visum fuit Dominis, quòd constitutio dum tollit vim legitimationibus ad effectum excludendi substitutos in fideicommissis debeat intelligi de exclusionibus, quæ mediante legitimatione eueniunt contra voluntatem testatorum, secus si
1 secundùm illorum voluntatem, qui sensus Bullæ colligitur ex repetitis verbis Bullæ, ibi, non obstantibus testatorum voluntatibus succedunt, & ibi, vt in huiusmodi fideicommissis non obstantibus testatorum voluntatibus succedunt, quæ verba cùm sint posita in proœmio, denotant causam finalem ad effectum interpretationis, l. fin. & ibi Bart. num. 3. ff. de hered. instit. Bald. in l. nostram num. 1. vers. tu dic, Cod. de testam. Alexan. consil. 7. num. 5. lib. 2. Roman. consil. 180. num. 6. Crauett. cons. 192. num. 2. Curt. iun. cons. 20. num. 7. vers. confirmatur tertiò, maximè cùm sint repetita, ad not. in l. Balista, ff. ad Trebell. in l. cum scimus, & ibi Bart. Cod. de agric. & cens. lib. 11. Felin. in cap. fin. num. 1. de offic. deleg. Corn. cons. 249. num. 5. lib. 4. Dec. consil. 24. num. 3. Curt. sen. cons. 49. in fin. & num. 68. & satis colligitur ex verbis, ibi, in præiudicium vocatorum in testamento, legitimationes enim, quæ fiunt secundùm voluntatem testatoris, non præiudicant vocatis in testamento, quia tunc non est legitimatio, quæ tollit successionem, sed voluntas testatoris, vt benè per Aretin. in l. ex facto num. 12. vers. sed huic rationi respondetur, ff. de vulg. & pupillar. Castr. consil. 461. num. 4. lib. 1. & cons. 30. num. 1. & 2. eod. lib. 1. Socc. cons. 226. num. 7. lib. 2. Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantum nu. 140. ff. de lib. & posth. Laderch. cons. 23. num. 22. latè Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 79. num. 2.

2 Et hic faciunt alia verba constitutionis ibi, decernentes Comites, ac alios legitimandi facultates habentes, nullas in præiudicium fideicommissorum, & voluntatem testatorum legitimationes facere posse; & paulò infrà, ibi, vtpotè contra ius, & æquitatem, exclusio autem substituti, quæ fit ex voluntate testatoris, non est contra ius, & æquitatem, sed imò secundùm ius, vt plenè notatur in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. in l. generaliter, §. cum autem, ff. de instit. & substitut. & in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. & secundùm æquitatem, quia nihil magis æquum est, quàm seruare testatorum voluntatem, l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. §. disponat, auth. de nupt. l. si pare, ff. de inoffic. testament. l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstr. l. vel negare, ff. quemadmodum testam. aper. Gloss. in cap. tua nobis, verb. voluntatem, de testam. Bart. in auth. sed cum testator num. 1. C. ad l. Falcid. Dec. cons. 10. num. 20. ad fin. ex quibus duobus resultat, quòd quatenus esset dubium, prout saltem negari non potest quin sit, quænam fuerit intentio Summi Pontificis, quòd supradicta interpretatio sit capienda tanquam minus exorbitans ab æquitate, & regulis iuris, quia ista dubio fieri debet, c. cum dilectus, de consuet. l. cum inter veteres, C. de fideicom. libert. Bald. in l. si defunctus n. 8. Cod. de suis, & legit. Rom. cons. 62. nu. 4. Gem. cons. 131. in princ. Abb. cons. 78. in princ. lib. 2. Alex. cons. 83. n. 5. lib. 2. Socc. cons. 159. n. 28. lib. 2.

3 Nec visum fuit subsistere, quòd secundùm istum intellectum constitutio redderetur inutilis, siue de indubitabili, cùm nemo excludat, siue succedat contra voluntatem testatorum, quia imò est vtilis, & de dubitabili, etenim concessiones facultatum adeò longè processerant, vt aliquibus reperiatur concessa facultas legitimandi, taliter quòd legitimatus succedat etiam contra testatorum voluntatem, vt patet ex Alex. cons. 2. num. 19. vers. respondeo insuper lib. 1. Dec. cons. 624. num. 6. vers. non obstat, Paris. cons. 1. num. 64. lib. 2. Surd. cons. 472. num. 3. & 9. Bec. cons. 56. num. 38. 39. & 58. & talis est facultas DD. de Campegijs pro parte D. Herculis producta, cui inconuenienti per istam Bullam reperitur prouisum.

4 Sicut etiam non mouerunt Dominos verba prægnantia Bullæ contra legitimationes ponderata per informantes pro D. Periteo, quia sunt intelligenda, quatenus legitimationes fiant contra voluntatem testatorum, & præiudicetur vocatis in fideicommissis, iuxta mentem Pontificis, & rationem expressam in alia parte constitutionis, etenim verba, quantumuis generalia, restringuntur per rationem expressam, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Roman. cons. 403. n. 23. Alex. cons. 113. n. 2. lib. 7. Natt. cons. 546. n. 11. & 12. Crauett. cons. 236. n. 6. & secundùm mentem proferentis, c. 2. requirens, de appell. cap. intelligentia, de verbor. signific. Bald. in l. 1. n. 2. C. de neg. gest. Innoc. in cap. petitio nu. 2. de procur. Calder. cons. 8. n. 1. de donat. Angel. cons. 261. nu. 4. Crauett. cons. 221. nu. 7. & vna pars aliam declarat, l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Bar. in l. vtrum, in princip. ff. de petit. hered. Ias. in l. qui filiabus n. 2. ff. de leg. 1. Alex. cons. 170. n. 5. lib. 5. Dec. cons. 336. num. 2. Crauett. cons. 226. num. 6.

Et pro supradicto intellectu in terminis istius Bullæ te- 5
nuerunt Eugen. cons. 52. num. 65. lib. 1. Laderch. cons. 23. nu. 23. Illustriss. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. n. 46. vers. extat etiam consimilis, Menoch. cons. 461. num. 9. & 30. Lap. tract. de illegit. comm. 3. §. 1. nu. 5. & in terminis constitutionis Venetæ valdè similis, Decian. cons. 42. n. 38. lib. 1. Menoch. cons. 459. num. 3. 4. & 35. ac cons. 461. num. 9. Illustr. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. d. lib. 11. tit. 10. num. 46. ex quibus apparet malè consuluisse Odd. cons. 16. nu. 14. Honded. cons. 64. num. 39. cum seqq. lib. 1.

Difficultas igitur reduci videbatur, an in proposito 6
casu testator voluerit, quòd superiùs legitimatus excluderet substitutum? Et pro affirmatiua fuit tentum, quia testator in descendentibus Pirri, qualis est D. Hercules, nullis vsus fuit verbis denotantibus legitima natalia, sed simpliciter fecit mentionem de descendentibus, quod verbum descendens, est naturale, vnde aptum comprehendere etiam naturales, Bart. in l. tutelas num. 4. ff. de capit. diminut. Angel. in l. ex facto, §. si quis rogatus num. 4. vers. fallit si statutum, ff. ad Trebell. Felin. in cap. in præsentia num. 22. de prob. Decian. cons. 3. num. 80. lib. 1. Rota in causa Tirasonen. eleemosynariæ 14. Nouembris 1603. coram Illustr. Lancellotto, & in Ianuen. iurispatronatus 23. Ianuarij proximi coram R. P. D. meo Pamphilio, & licèt hoc possit habere difficultatem, quandocumque quis est natus ex damnato, & punibili coitu, prout est D. Hercules, per ea, quæ tradunt Angel. in l. generaliter, §. cum autem num. 4. Cod. de institut. & substitut. Alexan. in l. ex facto, §. si quis rogatus num. 7. ff. ad Trebell. Cæphal. consil. 591. num. 4. id tamen cessat concurrente legitimatione, & concurrit in D. Hercule, etenim tunc concurrit natura communis tam natis ex damnato, quàm non damnato coitu, & macula damnatæ procreationis, per quam sic procreati regulariter arcentur à successoribus, aboletur per legitimationem: vnde tales legitimati excludunt substitutum, sicut merè naturales, Anchar. cons. 225. num. 2. in fin. Ias. cons. 40. num. 5. & seqq. lib. 3. Castr. cons. 102. num. 3. in princip. & fin. versic. quinto, & vltimo lib. 2. Alex. cons. 2. num. 41. lib. 1. Soc. sen. in l. Gallus, §. si eius num. 5. vers. quartus casus, ff. de lib. & posthum. Soccin. iun. cons. 77. num. 18. vol. 3. Paris. consil. 8. n. 5. & 9. lib. 2. Decian. cons. 3. num. 82. 83. & 89. lib. 1. Laderch. cons. 23. nu. 9. Rota in causa Camerinen. fideicommissi 25. Octobris 1596. coram R. P. D. Penia.

Tales autem exclusiones non veniunt ex simplici ministerio legis, sed ex præsumpta mente testatoris, Aret. in d. l. ex facto num. 12. ff. de vulg. & pupill. Castr. cons. 461. n. 4. lib. 1. Anchar. cons. 225. nu. 5. vers. & verisimile est, Socc. cons. 226. num. 7. lib. 2. Tob. Non. cons. 69. n. 8. vers. & præsertim, Tiraquell. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos n. 86. C. de reuoc. don. Decian. d. cons. 42. n. 38. in fin. lib. 1. Menoch. cons. 459. num. 4. Laderch. d. cons. 23. num. 22.

Quod eo magis videtur dicendum in hoc casu, in quo 7
testator erat illegitimè natus, quo casu eo minus videtur abhorruisse sibi similes, Dec. in cap. in præsentia num. 125. de probat. Rolan. cons. 76 in fin. lib. 3. Tiraq. de leg. connub. par. 5. gloss. 1. num. 26. Paleott. de noth. & spur. cap. 27. num. 7. Surd. consil. 140. num. 27. Menoch. dict. præsumpt. 79. num. 20. lib. 4. Item quia explicitè vocauit in alia parte testamenti Iulium Cæsarem ex fratre nepotem illegitimè natum, Bart. in l. ex facto, §. si quis rogatus num. 2. Rip. num. 17. ff. ad Trebell. Ruin. consil. 168. num. 13. lib. 3. Paleott. dict. cap. 27. num. 7. Gabr. titul. de testam. conclus. 10. num. 2. Illustr. Mantic. dict. lib. 1. titul. 9. num. 12. Menoch. consil. 266. num. 23. volum. 3. Item quia descendentibus Petithei qualitatem legitimorum natalium adiecit, & pluries repetijt: vnde non sine mysterio expressionem talis qualitatis in descendentibus Pirri videtur omisisse, l. vnic. §. fin autem deficientis, Cod. de caduc. tollen. Corn. cons. 230. num. 6. vers. vbi autem lib. 3. Alexan. consil. 170. num. 5. lib. 5. Annan. cons. 22. num. 3. vers. & est etiam multum ponderandum, Gozad. consil. 29. num. 16. Menoch. consil. 266.

num. 21. 22. *&* 71. Decian. *consil.* 42. *num.* 26. *vers. quod autem*, *& n.* 38. *lib.* 1. Rota in hac eadem causa die 23. Martij 1609. coram me, & in causa Ianuen. iurispatronatus 23. Ianuarij proximi coram R. P. D. meo Pamphilio.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. recor. Gregorio XV.

Romana censuum vigintimillium.

Veneris 24. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

Legatos ad pias præsertim causas destinato minister executor, seu distributor à testatore electus non acquirit id quod superest adimpleta mente testatoris, sed ad hæredem spectat, secus in legatario: verùm quando legato prædicto quis censeatur adiectus, tanquam nudus minister, an verò legatarius, in hac decisione, quæ magistralis est, optimè declaratur.

SVMMARIVM.

Legato ad pias præsertim causas destinato minister executor, seu distributor à testatore electus non acquirit id quod superest adimpleta mente testatoris, sed ad heredem spectat, secus in legatario. Verum quando legato prædicto quis censeatur adiectus, tanquam nudus minister, an vero legatarius, num. 2. *& per tot.*

Verbum pro hoc, *important id quod vulgariter dicitur*, accioche, *& causam finalem significant, num.* 3.

Causa quæ respicit pietatem à testatore considerata dicitur finalis, ibid.

Dictio alius, *implicat, & denotat similia, num.* 5.

Testatoris voluntas declaratur ex eius loquendi vsu, n. 6. *&* 16.

Argumentum regulatur secundum naturam sui praexistentis cui accedit, num. 7.

Subrogatum sapit naturam eius cui subrogatur, num. 8.

Testis de facto proprio iunctis adminiculis plenè probat, n. 10.

Dispositionis nominatio non attenditur, sed substantia, n. 12.

Nisi dictio exceptionem importat.

Nudus minister dupliciter intelligi potest, declara vt n. 14.

Testatoris voluntas intelligenda est secundum eiusdem testatoris opinionem, num. 17.

DECISIO CCCCXIII.

1 MArchionissa Guardiæ institutis in suo vltimo testamento hæredibus Archihospitalibus S. Spiritus, & S. Iacobi incurabilium, in quibusdam codicillis posteà aditis statuit, quòd ex omnibus suis censibus, qui tempore mortis reperirentur, præstaretur certa annua quantitas ceræ, & portio obsonij fratribus de Aracæli, vnum paramentum pro Capella ab ipsa testatrice fundata, vestes lugubres ancillis, & famulis, necnon quædam alia, de quibus prius disposuerat, ad quem effectum reliquit dd. census D. Antonius Gallo, In cuius locum posteà in alijs codicillis subrogauit D. Scipionem de Tulpha d. testatricis nepotem, in quem legata facta d. Antonio transtulit, & d. Scipioni successit d. Horatius de Tulpha. Quia autem fructus censuum excedebant in notabili quantitate onera iniuncta, orta fuit controuersia inter d. Horatium, & prædicta Archihospitalia super eo quod supererat ex fructibus censuum post præstationem onerum, & Rota 16. Octobris 1595. proponente bon. mem. Card. Pamphilio resoluit illud spectare ad d. Horatium tanquam hæredem Scipionis. Cui resolutioni cùm non acquiescerent Hospitalia, obtinuerunt denuò audiri coram Illustriss. Cardin. Lancellotto, dum inter nos fuit, coram quo causa pluries, & pluries coram me proposita, tandem 24. Februarij 1612. Domini recesserunt à decisis.

2 Et quoniam difficultas in eo consistit, an Marchionissa elegerit personam d. Antonij, vt esset legatarius dd. censuum, quo casu ad ipsum vti eorum dominum, *l. à Titio, ff. de furt.* sine dubio fructus superextantes pertinuissent, vel potiùs voluerit eum esse executorem dictarum præstationum, & nudum ministrum, apud quem nihil remanere debet, *l. si quis Titio, & l. Lucius, §. à te peto, ff. de leg.* 2. Bart. *in l. pecuniæ num.* 2. *ff. de adim. leg.* ea ratione, quia nudus minister non se repræsentat, sed alium, Bart. *in d. l. si quis Titio num.* 3. Visum fuit d. Marchionissam de eo statuisse vti nudo ministro, probat ipsa series dispositionis, ex qua patet Marchionissam solùm inspexisse, quòd dicta onera præstarentur ex fructibus censuum, non autem quòd ex eis commodum aliquod sentiret Antonius, cui fuerat abundè alijs legatis prouisum; multùm autem interest cui testator voluerit prospectum esse, cuiusque contemplatoria fecerit, vt dicit Iurisc. *in l. fideicomm. §. interdum, ff. de leg.* 3.

Et quòd fuit tantùm considerata præstatio onerum, denotat illud verbum, *accioche*, quod importat causam finalem, à qua tota dispositio regulatur, Socc. *cons.* 89. *n.* 9. *lib.* 3. Aym. *cons.* 227. *num.* 6. *& seqq.* & in istis terminis benè facit dispositio *d. §. à te peto*, verba enim illa *pro hoc*, ibi posita æquipollent verbo *accioche*, quod tantò magis dicendum, quia præstatio erat facienda in vsus pios, & causam, quæ respicit pietatem, præsumitur finalis, Bart. Imol. & Roman. *in l.* 2. *§. fin. ff. de donat.* Salyc. *in l. generaliter, la* 2. *ante fin. vers. aut ad validitatem, Cod. de Episcop. & Cleric.* Ruin. *consil.* 137. *num.* 10. *lib.* 3. Tiraq. *cess. caus. limit.* 1. *num.* 41. benè facit quod tradit Ang. *cons.* 124. *num.* 4. *vers. circa quod.* Et quòd intentio Marchionissæ fuerit prospicere solutioni dd. fructuum, inde patet, quia voluit pro ea census esse perpetuò affectos, & si quando contingeret aliquos redimi, iussit, vt illicò pretium inuestiretur in alijs censibus, qui d. præstationi essent obnoxij. 3

Quòd etiam Antonium adhibuerit vti ministrum, non vel legatarium, probatur, quia priùs præcedunt onera, & posteà pro illis exequendis fit assignatio, Paul. de Castr. *in d. §. à te peto num.* 1. vbi etiam Cuman. *num.* 1. *vers. non obstat argum.* Imol. *num.* 2. *in fin.* Cuiacius *ad lib.* 2. *respons.* Scæuola *in dicta l. Lucius, §. à te peto*, quæ doctrina optimè probatur ex verbis illius text. & saltem procedere habet in dubio, & iunctis alijs præsumptionibus, quicquid ex aduerso dicatur. 4

Hoc pariter comprobat auctoritas data Anton. à testatrice, quòd possit dictam præstationem facere sine interuentu, & licentia hæredis, & magis illa prohibitio, quòd hæredes non possint illum molestare super istis censibus, vana enim, & inepta fuisset hæc prohibitio, & liberatio, si Anton. futurus fuisset legatarius, & censuum dominus. Ponderanda sunt etiam verba prohibitionis, *tanto sopra d. censi, quanto sopra ogni altro denaro, che apparisse esser diuenuto in mano delli suoi*; illa enim dictio *altro*, cuius natura est implicare, & denotare similia, *l. si fugitiui cum gloss. Cod. de seru. fugit.* Bald. *in l. fin. num.* 1. *Cod. de his, qui à non dom. manum.* Aretin. *consil.* 116. *num.* 3. *post med.* indicat, quòd etiam census non essent sui, prout nec pecuniæ, quæ ad eius manus peruenisset, præsertim cùm qualitas, quòd res sit aliena, benè conueniat redditioni rationis, & non cadat in re propria. 5

Hoc etiam suadet similis vsus loquendi eiusdem testatricis in alijs codicillis, in quibus eidem Antonio reliquit omnia mobilia, granum, blada, & vina, sub his verbis, *& acciò dette sue donne, e Tarquinio, e M. Francesco suo seruitore possano viuere, e sostentarsi commodamente. Lascia a detto M. Antonio tutti li suoi mobili, grani, vini, biade*, & ex dispositione subsequenti apparet, quòd omnia tenebatur distribuere, nihilque pro se retinere poterat, & sic erat electus nudus minister: ex vsu autem loquendi testatoris benè declaratur eius voluntas, *l. si seruus plurium, § fin. ff. de leg.* 1. *l. cum alimenta, ff. de alim. & cib. leg.* Paris. *consil.* 50. *num.* 19. *lib.* 4. per Illustr. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 9. *num.* 6. 6

Augetur, quia refert se ad dicta in præcedentibus codicillis circa huiusmodi præstationem, dum dicit, *modo, & forma*, prout in primo codicillo, & quia assignatio census fuit facta pro supplemento victus priùs legato, quod includit præcedentia, & facit vnicum legatum, Dec. *cons.* 423. *num.* 5. vnde non debet vnum, & idem legatum diuerso iure censeri, & quia augmentum debet regulari secundùm naturam sui præexistentis, cui accedit *l. etiam*, vbi Bart. Bald. & alij, *Cod. de iur. dot. l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal.* 7

Comprobat etiam subrogatio facta in locum Antonij post eius mortem, quia ad istam præstationem tunc subrogauit exequutores testamentarios ex dd. censibus nullum commodum sperantes, ex quo duo oriuntur argumenta. Primum, quòd cùm non vocauerit ad istud 8

onus

onus hæredes Antonij, ad quos si legatarius fuisset, transijssent census cum onere suo, apparet quòd Marchionissa noluit legare illi dd. census. Secundum est desumptum à vi subrogationis, quæ ostendit eiusdem naturæ esse subrogatum, cuius ille cui subrogatur, *l. si cùm, §. qui in iniuriarum, ff. si quis caut.* sicut enim isti exequutores habebunt nudum ministerium tantùm, ita est dicendum de Antonio, in cuius locum fuerunt subrogati.

9 Accedit, quia sicut grauauit Antonium viuentem ad reinuestiendum census qui redimerentur, ita etiam exequutores testamentarios post eius obitum, quo casu si Antonius fuisset legatarius, debuissent grauari hæredes ad dictum inuestimentum, quia pretium ad ipsos vti dominos censuum, & ad quos retrouenditio spectabat, fuisset peruenturum, aut saltem ad consignandum pretium prædictis exequutoribus ad dictum effectum: nullo autem pacto poterant exequutores directo grauati ad census reinuestiendos, si non remansissent in hæreditate.

10 Multùm etiam mouit DD. depositio eiusdem Antonij, non solùm attentata qualitate personæ, quia tempore depositionis erat Prælatus, sed etiam quia benè informatus de mente ipsius Marchionissæ, quæ vt dicunt testes, omnia faciebat de eius consilio, & quia videtur deponere de facto proprio, & per consequens fortiùs probat, Aym. *cons. 2. num. 9.* Siluan. *cons. 94. num. 14. decis.* Benint. 63. *ad fin.* & plusquam semiplena, Cæs. de Graff. *decis. 2. in fin. de empt. & vend.* dixit Rota in vna Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1576. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & iunctis adminiculis, & coniecturis, de quibus supra, alijsque per informantes deductis benè probat Paul. de Castr. *in l. quicumque, in fin. Cod. de seru. fugit.* Crott. *in tractat. de testib. num.* 209. Soccin. iun. *consil. 61. in fin. lib. 1.* Cæphal. *cons. 452. num. 1.*

11 Non obstat, quòd testatrix reuocasset illi omnia legata, & transtulisset in DD. de Tulpha. Quia dato quòd ægrè tulisset ademptionem, & translationem, hoc potuisset causare aliquod odium contra Marchionissam transferentem, non autem in illos de Tulpha, in quos fuit facta translatio, actus enim translationis fuit testatricis, non ipsorum.

12 Non obstat, quòd testatrix nominauit Antonium legatarium, quia omisso quòd magis inspicienda est substantia dispositionis, quàm denominatio, ad trad. per Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss.* 14. *num.* 81. verè erat legatarius absque eo, quòd fuissent illi relicti census, fuerat enim alijs legatis à Marchionissa honoratus, & verba illa, *& accioche detto legatario il quale nomina, o vuole che sia, &c.* non constituunt eum legatarium, sed designant quis ex legatarijs fuerit ad tale ministerium electus, imò cùm dicat, *lascia al legatario*, præsupponit illum legatarium proprius, & aliundè, quàm ex censibus.

13 Non obstat doctrina Bart. *in l. 1. ff. de aliment. leg.* dum distinguit inter verba dispositiua, & exequutiua, quia pluribus modis fuit responsum, & primò, quòd facit pro intentione hospitalium, sumus enim in secundo membro distinctionis Bart. quia verba exequutionis conferuntur in personam Antonij, ibi, *& acciò detto legatario possa esseguire, & adempire detta sua volontà lascia al detto legatario, &c.* ex quibus constat, quòd relictum fuit factum pro exequutione, & ipsum fuisse nominatum gratia exequutionis, & ministerij; non oportet enim quærere, cum quo testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. cùm pater, §. donationis, ff. de leg. 2.* Illustriss. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19. post num. 9.*

14 Secundò, etiam ministro relinqui potest, sicut quotidie fit commissarijs, vt dicit Gloss. *in l. si quis Titio, in verb. ministrum, ff. de leg. 2.* & benè probat dicta lex, ponderando illam dictionem, *nisi*, quæ cùm ponat exceptionem supradictis, Alexan. *consil. 64. in princ. lib. 4.* & exceptio debeat esse de terminis eius quod limitat, iuxta not. *in l. 1. ff. de reg. iur.* innuit quòd possit esse minister, etiam quòd verba legati sint in ipsum concepta, vt loquitur text. *in princip.* hoc etiam probatur ex dicto *§. à te peto*, ibi enim dixerat testator, *decem aureos è medio præcipito*, idem etiam probat *l. fideicommissa, §. interdum*, iuncta gloss. *in vers. non publicanus, ff. de leg. 3.* nudus enim minister potest dici dupliciter, vno modo respectu tituli, & commodi, vt quia non sunt verba dispositiua relata ad eum, nec etiam habet commodum: alio modo potest dici nudus minister respectu commodi, non respectu tituli, Imol. *in l. si quis Titio num. 2. ff. de leg. 2.* quam etiam distinctionem facit ibi Bald. *num. 2. in fine*, vbi dicit nudum dici, vel abstractum à commodo, & titulo, vel abstractum à commodo, sed non à titulo.

15 Tertiò, quòd dicitur quando verba dispositiua diriguntur ad legatarium, non censeri nudum ministrum, procedere in dubio, Imol. *vbi suprà n. 1. in fine*, secus autem si appareat de mente testatoris contraria, Imol. *ibi n. 2.* Hic autem de contraria mente constat, ex supradictis.

16 Quartò, licèt hoc verum esset ex proprietate verbi, & secundùm iuris interpretationem: attamen cùm testatrix, vt suprà dictum est, ijsdem verbis directis ad ministrum vsa fuerit in alijs legatis, verba recipiunt potius interpretationem secundùm consuetum, & solitum sensum, & modum loquendi testatricis, quàm secundùm ipsorum proprietatem, Paul. de Castr. *in l. quo loco, §. 1. circa princ. ff. de hæred. inst.* Paris. *cons. 19. num. 167. lib. 2.* Decian. *cons. 42. num. 32. lib. 1. vers. hæc verba*, ita in effectu respiciunt exequutores testamentarios subrogatos in locum Antonij: vnde sicut quoad ipsos important nudum ministerium, ita etiam quoad Antonium.

17 Non obstat, quòd ista onera potuissent æquè benè præstari per hæredes, quo casu Antonius censeri debet legatarius, non minister; nam retorqueri potest, quia è conuerso censeri debet minister, si non æquè benè possunt per hæredem præstari, & hoc procedit siue verè, siue secundùm opinionem testatoris ipse est meliùs præstaturus, vt tradit Cuman. *consil. 107. circa medium*, quem sequitur Curt. iun. *consil. 105. num. 22. & 23.* secundùm enim opinionem testatoris intelligenda est eius voluntas, Bald. *in l. vltim. §. 1. num. 22. Cod. comm. de leg.* & pro vero accipiendum est, quòd testator credidit esse verum, *l. seruo manumisso*, & ibi Ias. *num. 2. ff. de condict. indeb.* latè Illustr. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit.* 10. & fuit dictum in vna Vrbeuetana legati 28. Maij, & 8. Iunij 1584. coram bon. mem. Cardin. Seraphino. Quòd autem Antonius esset meliùs præstaturus, saltem secundùm opinionem testatricis, probat maxima ipsius testatricis confidentia de persona Antonij, de qua deponunt testes, & de qua testatur decisio coram bon. mem. Card. Pamphilio, & probatur quia omnes alias similes præstationes illi commisit, & verè etiam ex natura rei patet, quòd ipse vti meliùs informatus de personis cui essent præstandi, meliùs poterat exequi voluntatem testatricis, quàm hospitalium, quæ quotidie à nouis ministris reguntur, qui vix propria hospitalium negotia, nedum aliena possunt ea, qua requiritur diligentia præstare.

18 Non obstat doctrina Bart. *in l. Pamphilio, §. duas, ff. de leg. 3.* dum dicit considerandam esse paritatem, vel imparitatem inter legatum, & onus legato adiectum, vt cognoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, quia non applicatur, loquitur enim in terminis legati, & illud præsupponit: hic autem dubitatur, an sit, vel non sit legatum.

19 Minùs obstat distinctio eiusdem Bart. *in d. §. à te peto*, de onere habente determinatam, vel indeterminatam expensam, quia communiter reprobatur ab alijs, vt ibi per Castr. & Imol. Vltra quòd etiam inter ista onera aderant multa, quæ habebant indeterminatam expensam, vt suppletio alimentorum pro ancillis, alijsque familiaribus testatricis, ac illorum vestitus lugubris, & alia quædam.

20 Minùs releuat, quòd aliqua onera essent annua, & sic videretur legatarius, non minister, ad *leg. pecuniæ, ff. de aliment. leg.* quia vltra quòd adsunt etiam aliqua non annua, non concludit onera sunt annuatim præstanda: ergo est legatarius, quia recurrendum est ad verba testatoris, ex quibus constabit, an sit legatarius, vel minister, vt per Bart. *ibi num.* 1. loquente de alimentis, vt per Alberic. *ibi in princip.*

21 Non releuat, quòd testatrix non disposuerit de reliquo, quia nec etiam in terminis *d. §. à te peto*, fuerat dispositum, & satis censetur dispositum in generali institutione hæredis.

22 Non obstat, quòd testatrix in subrogatione quam fecit de persona d. Antonij de Tulpha, declarauit se id facere, vt eum aliquo beneficio præter consanguinitatem afficeret: si autem ipse futurus fuisset nudus minister,

nullum commodum fuisset consecuturus, quia non est consideranda eius persona, nec eius consanguinitas, sed est consideranda persona Antonij, in cuius locum fuit subrogatus, itaut nihil plus iuris habere posset, quàm ipse Antonius, *l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* Vltra quòd cùm subrogatio fuerit facta cum translatione omnium legatorum relictorum Antonio, multùm commodi erat percepturus, prout fuisset percepturus ex alijs legatis, vt dictum est suprà.

23 Quod dicitur de exequutore grauato alicui tradere post tempus, itaut medio tempore commodum sit ex legato percepturus, iuxta trad. per Bart. & Castr. *in dict. l. si quis Titio, ff. de leg.* 2. non applicatur. Quia Antonius non fuit grauatus aliquid restituere, & nihil retinere poterat, quia ex fructibus debebat sine aliqua mora opera præstare. Residuum autem quod supererat post solutionem onerum, dimittere hæredibus.

24 Non est verum, quòd Marchionissa fuerit vsa verbo iuris, quia non dixit, lego Antonio, vt exaduerso præsupponitur, sed vsa est verbo facti *lascio*, cum illa additione, *accioche possa adempire, & esseguire*, quæ denotant merum factum, quo verbo vsa etiam fuit in alijs codicillis quando Antonium merum exequutorem, & nudum ministrum constituit. Vltra quòd etiam cum verbis iuris, & cum verbo, *lego*, potest constitui nudus minister, vt probat *d. l. si quis Titio*, ponderando illam dictionem, *nisi*, vt suprà dictum est.

Ex quibus, & alijs deductis per informantes, qui omnibus exaduerso deductis respondent, DD. recesserunt à decisis, &c.

R. P. D. L V D O V I S I O,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana extinctionis, seu mélioramentorum.

Veneris 24. Februarij 1612.

A R G V M E N T V M.

Colligitur ex summario.

S V M M A R I V M.

Cedens nomen debitoris tenetur illud iustificare per exhibitionem scripturarum, vel probationum pro exactione sufficientium, num. 1.

Melioramenta respiciunt rem quæ melioratur, num. 2.

Cedens nomen debitoris tenetur illum præstare debitorem, etiamsi cesserit iura talia qualia, num. 3.

D E C I S I O CCCCXIV.

CArolus Mutus locauit de anno 1583. Alexandro Olgiato ad 15. annos quandam eius domum cum pacto, quòd Alexander teneretur dare Carolo scut. 4000. ad censum, itaut eius fructus computarentur cum pensionibus domus, qui census fuit impositus. Defuncto Alexandro, eius hæredes sublocarunt D. Federico Cæsio dictam domum, eique cesserunt iura pro dicto censu scut. 4000. eo quia receperunt ab eodem pretium, & quia dicti hæredes asserebant in dicta domo sublocata fuisse facta melioramenta ascendentia ad scut. 700. incirca, prout in nota quam traden. promiserunt, cesserunt iura pro recuperatione dictorum melioramentorum, receptis eo nomine à D. Federico scutis 550.

D. Federicus sublocauit domum Valerio Vrsino, cui cessit omnia iura sibi quæsita ex instrumento celebrato cum hæredibus Alexandri Olgiati, continente tam iura census, quàm melioramentorum, ponens eum in locum suum in omnibus, & per omnia, & Valerius promisit extinguere nunnullos census adscendentes ad scuta 3400. vt apparet ex apocha inter partes confecta. Mortuo Valerio, D. Paulus Æmilius, & Æmilia Vrsini recipiendo, seu potius continuando prædictam sublocationem Valerio factam, deuenerunt ad celebrationem instrumenti cum D. Federico, in quo præuia narratiua, præcedentium sublocationum, ac cessionum, & cum insertione apochæ factæ cum Valerio, D. Federicus cessit omnia iura dictis DD. Vrsinis, iuxta formam dictæ apochæ, qui promiserunt extinguere census, prout promiserat Valerius, & in effectu ex scutis 4300. extinxerunt census vsque ad summam scutorum 3800. Cùm autem D. Federicus egisset pro extinctione residui, & obtinuisset eos ab A. C. condemnari, mandatumque decerni, & à decreto fuisset interposita appellatio, & causa mihi commissa cum clausula, *si quid exequendum*, dubitaui an mandatum A. C. esset exequendum? causaque semel, atque iterùm proposita, Domini 24. Februarij resoluerunt non esse exequendum.

Fundamentum resolutionis fuit, quia D. Federicus non impleuit per ipsum implenda circa prætensum creditum meliorament orum contra illos de Mutis, quia cùm fuerit illis cessum creditum prædictum, debuit illud iustificari per exhibitionem scripturarum, vel probationum pro exactione sufficientium, *l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend. l. & si plus, §. vlt. ff de euict.* fuit dictum in vna Romana pecuniaria 4. Iunij 1594. coram R. P. D. meo Decano, tantò magis, quia D. Paulus Æmilius egit contra Mutos pro recuperatione melioramentorum, & Muti illa negarunt, & dicitur eos obtinuisse sententiam absolutoriam contra D. Federicum. 1

Nec potest negari D. Federicum cessisse dictum ius melioramentorum DD. Vrsinis, quia ex serie facti suprà narrata de ea satis liquet, & quia sicut Vrsini promiserunt omnia, quæ Valerius promiserat in apocha, sic viceversa aduersarius cessit iura contenta in ea, vt sunt verba clara. Item cùm D. Federicus reseruauerit tantùm iura non concernentia domum, censetur transtulisse, & cessisse ea, quæ domum respiciebant, & sic ius melioramentorum, *l. nam quod, §. si ita legitur. ff. de pen. leg.* Paris. *cons.* 150. *num.* 20. *lib.* 4. Aym. *cons.* 214. *num.* 13. Put. *decis.* 166. *num.* 5. *lib.* 1. 2

Accedit quòd, nisi essent cessa melioramenta Vrsini, nedum non tenerentur in aliquo, sed remanerent creditores, & soluissent plus, quàm tenebantur, vt benè pro ipsorum parte deducitur, quòd longè distat à verisimili. Non obstat, quòd cesserit iura talia qualia, quia imò videtur præcisè cessisse melioramenta pro scutis 400. Ex quo se remisit ad instrumentum, in quo dicta melioramenta explicitè continebantur. Et quando etiam cessisset iura talia qualia, adhuc tamen tenebatur præstare Mutos debitores dictorum melioramentorum, vt per Illustrissimum Cardinalem Manticam *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 9. Alia benè tolluntur per informantes. 3

Quia tamen pro parte D. Federici prætenditur DD. Vrsinos debere agere contra hæredes Alexandri Olgiati, pro præstatione notulæ melioramentorum, vel pro repetitione pretij, poterit, si Dominis videbitur, de hoc particulariter videri, &c.

R. P. D. S A C R A T O,

deinde S. R. E. Cardinali.

Lucana Beneficiorum.

Luna 19. Martij 1612.

A R G V M E N T V M.

Resignatio beneficij, ad cuius titulum resignans fuit ordinatus, nulla reputatur, si in resignatione non fit mentio huius qualitatis.

S V M M A R I V M.

Beneficij resignatio, ad cuius titulum resignans fuit ordinatus, est nulla, si in resignatione non fit mentio, quod resignans fuit ordinatus ad titulum dicti beneficij, numero 1. vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quod resignatio fiat ex causa permutationis, & numero 2. Vbi etiam ampliatur, etiam quod resignans, non ad titulum beneficij, sed ad patrimonium fuerit ordinatus, & numero 3.

Subrogatio censetur facta cum eisdem qualitatibus, de quibus in eo, cuius loco quis subrogatur, ibid.

D E C I S I O CCCCXV.

FVit reutum pro nullitate resignationis factæ à Ioanne, etenim quòd resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, sit nulla, nisi aliàs in resignatione fiat mentio de huiusmodi qualitate, & constet quòd aliundè commodè viuere possit, videtur clarum stante dispositione Sacr. Trid. Conc. *sess.* 21. *cap.* 2. Et quòd dispositio Conc. procedat, nedum in simplici resignatione, sed etiam in illa, quæ fit ex causa permutationis, vt prætenditur 1

esse

esse ista, tenuit Rota in Mutineñ. Canonicatus 11. Nouembris 1602. cotam bon. mem. Litta, post resolutionem Illustrissimorum dicti Concilij Interpretum in eadem causa factam, ne aliàs resignans in dedecus Ordinis sacri mendicare cogatur, posset enim euenire, quòd resignans ex beneficio assequuto in permutatione, vel propter tenuitatem fructuum illius, vel propter aliud accidens ab admittente resignationem examinandum commodè sustentari non posset, à qua resolutione non recessit Rota, nec recedere potuit in causa Concheñ. Archipresbyteratus die 27. Nouembris 1606. coram Reuerendo Patre Domino Coccino, quia ibi permutatio habuerat effectum, & beneficium compermutatum fuit cognitum esse æquiualens beneficio, ad cuius titulum compermutans fuerat ordinatus.

2 Sicut etiam non visum fuit obstare, quòd in proposito casu Ioannes verè non fuerit ordinatus ad titulum huius beneficij, sed ad patrimonium, quo patrimonio fuit posteà fundatum, & dotatum hoc beneficium, quia res incidere visa fuit in idem, ex duplici capite: primò ex identitate rationis expressæ in Sacr. Conc. ne scilicet ordinatus in dedecus ordinis sacri mendicare cogatur, per quam rationem fit extensio de casu ad casum, Gloss. *in cap. 1. verb. Italia, de temp. ord. in 6.* Bald. *in auth. quas actiones num. 4. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Cardin. *in Clem. vnic. num. 17. de rer. permut.* Abb. *in cap. fin. num. 10. de rescript.* Imol. *consil. 123. num. 5.* Alex. *consil. 51. num. 4. lib. 5.* Dec. *cons. 284. num. 2.* imò quando est expressa, non dicitur extensio, sed comprehensio, Alex. *cons. 175. num. 3. lib. 5.* Castr. *consil. 261. num. 4. lib. 2.* Abb. *in cap. fin. num. 10. de rescript.* Dec. *consil. 271. num. 8.* Abb. *consil. 441. num. 13.*

3 Secundò, quia patrimonium, in cuius locum successit beneficium, non poterat alienari sine prædicta expressione, & causæ cognitione, vt disponit Concil. vnde applicatur materia subrogationis, quæ censetur facta cum eisdem qualitatibus, ex regula subrogatorum, de qua latè per Gabr. *tit. de reg. iur. conclus. 2. per totam*, vbi ponit multa similia, quibus addi potest conclusio, quòd bona subrogata in locum bonorum per prius fideicommisso subiectorum, sunt inalienabilia; sicut erant ipsa bona, in quorum locum est facta subrogatio, de quo per Ias. *cons. 231. num. 2. lib. 2.* Corn. *cons. 150. num. 7. vol. 3.* Soccin. iun. *cons. 90. num. 2. vol. 3.* Abb. *consil. 97. num. 51.* Decian. *cons. 27. numero 8. lib. 1.* Menoch. *consil. 70. numero 8.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 37. glossa vnica num. 27. in fine.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Aqueñ. pensionis.

Luna 19. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Sententia non visis actis probatorijs, nullitatis vitio subiaceat. Quando iudex non petenti officium suum impartiri debeat, stylusque contra ius commune probari debet in specie, formiter, & per testes, non autem per fidem Notariorum.

SVMMARIVM.

Sententia non visis actis est nulla, num. 1. & num. 2. Vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quoad acta probatoria.

Actus omnes humani regulantur à fine, num. 2.

Iudex, qui ferre debet sententiam cum consilio alterius, si consilium audire non vult, sententia est nulla, licèt secundum auditum consilium pronunciare non debet, n. 3.

Iudex ad pronunciandum moueri debet ex actis, & non ex his, quæ sunt extra acta, num. 4.

Stylus contra ius debet probari in specie, & formiter per testes, nec sufficit fides Notariorum, num. 5.

Iudex tenetur impartiri officium suum etiam non petenti, vbi lex præcipit iudici, quòd aliquid faciat, num. 6.

Indefinita oratio æquipollet vniuersali, vbi diuersitatis ratio allegari non potest, ibid.

DECISIO CCCCXVI.

Domini persistiterunt in decisis, quòd sententia, de qua agitur, tanquam lata non visis actis, & sic sine causæ cognitione, debeat dici nulla, ex allegatis in alia decisione, quibus additi fuerunt, *l. properandum, §. & si quidem, vers. acta apud se confecta*, vbi Bar. *num. 6. C. de iud. l. 2.* vbi idem Bart. *num. 5. C. de edend.* Grammat. *cons. ciuil. 119. num. 2.* Felin. *in cap. Ecclesia S. M. num. 17. de constit.* vbi de magis communi Rota in causa Romana vineæ de Brunis 19. Nouembris 1603. coram R. P. D. Coccino, in Romana fideicommissi 27. Iunij 1608. & in Romana pecuniaria 3. Februarij 1611. coram eodem. 1

Non obstat, quòd conclusio sit intelligenda de actis, per quæ substantiatur iudicium, vt sunt libellus, & similia, secus de actis probatorijs, vt sunt testes, de quibus agitur, per doct. Bald. *in d. l. 2. num. 8. vers. item dico, C. de eden.* quia leges, & DD. non faciunt istam distinctionem, vt patet ex suprà, & aliàs allegatis, quorum plerique loquuntur in actis probationis, & licèt acta probatoria antequam fiant, non videantur ita substantialia, sicut libellus litis contestatio, & similia, cùm sine illis possit subsistere iudicium, non autem sine istis: attamen postquam sunt facta, videntur paris virtutis, cùm in illis consistat iustitia, qui est finis, ad quem tendit iudicium, & à fine omnia regulantur, Anchar. *consil. 219. num. 4.* Angel. *cons. 248. num. 3.* Roman. *consil. 503. num. 7.* Tiraqu. *tractat. cess. caus. limit. 1. num. 6. & 7.* cum alijs per Euerard. *in loco à virtute finis num. 3. & 4.* 2

Et sicut quando est datum ab homine, vt iudex ferat sententiam cum consilio alterius, tenetur iudex sub pœna nullitatis audire illud consilium, licèt non teneatur illud sequi, idque ea ratione, quia potest esse, quòd si audisset, fuisset motus ad aliter iudicandum, vt latè per Felin. *in cap. ex parte num. 1. de constit.* ita & multò magis videtur, quòd iudex, cui lex mandat, vt inspiciat acta, illis non inspectis nulliter procedat, quia si inspexisset, fortè aliter iudicasset. 3

Non obstat communis opinio, de qua per Anton. Burgos. *in repetit. c. Ecclesia S. M. num. 190.* quia loquitur quando iudex adhibuit aliquam causę cognitionem, quòd hic non applicatur, vbi nulla fuit adhibita, stante quod testes non fuerunt visi, nec facit quòd iudex remissorialis per suas litteras certiorasset de tenore depositionis testium, quia non per hoc debuit abstinere iudex ab inspectione testium productorum, quia debet moueri ex actis, non ex ijs, quæ sunt extra acta, *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid.* Alex. *cons. 186. num. 15. lib. 2.* potest enim esse, quòd iudex non benè certiorauerit. 4

Minus facit, quòd iudex non soleat aperire remissoriam, nisi instante parte, vt in fide Notariorum data, quia non propterea concluditur, quòd sententia possit ferri non viso processu producto in actis, vnde debeat iudex abstinere à sententia, quamdiu altera pars institisset pro apertione processus remissorialis, & proindè cùm iste stylus in quantum prætendatur sustineri sententia non visis actis, sit contra ius, vt patet ex alleg. *in princip.* debuit probari in specie, & sic quòd iudex deuenerit ad sententia [illegible], & sententia fuerit habita pro valida, Soccin. *cons. 36. n. 10. vers. idcirco lib. 4.* Siluan. *consil. 56. num. 9.* Crauett. *consil. 96. num. 4.* Roland. *consil. 69. num. 24. lib. 3.* Neque pro illo probando stante iuris resistentia sufficeret simplex fides, sed debuissent testes formiter examinari, Bart. *in repet. l. de quibus num. 22. ff. de ll.* Soccin. *dict. consil. 36. nu. 11. lib. 4.* Bero. *cons. 40. num. 7. lib. 3.* Dec. *consil. 402. num. 12.* Cęs. de Graff. *decis. 7. num. 1. de probat.* Rota in causa Aretina spolij 9. Iunij 1604. coram Reuerendo Patre Domino Coccino. 5

Ad illud, quòd iudex non teneatur impertiri officium suum, nisi petentibus, fuit responsum, conclusionem non procedere, vbi lex præcipit iudici, quòd id faciat, Ias. *in l. vbi pactum num. 19. Cod. de transact.* lex autem præcipit iudici vt inspiciat acta, vt patet ex suprà allegatis. Vltra quòd subsistere videbatur dictum in alia decisione, quòd talis instantia fuerit facta pro parte D. Antonij, nec satisfaciebat responsio, quòd non fuerit pro parte D. Antonij institutum pro inspectione testium remissoriæ, sed indefinitè pro testibus, quòd poterat verificari in testibus aliàs visis, quia fuit responsum indefinitam æquipollere vniuersali, saltem vbi diuersitatis ratio allegari 6

non potest, *l. si pluribus*, vbi Bart. & alij, *ff. de leg. 2.* latè Surd. *cons. 470. num. 6.* In casu autem proposito non adest ratio, quare D. Antonius magis voluerit videre alios testes, quàm remissoriæ, imò maior, ex quo isti adhuc non erant visi. Quæ dicebantur de releuantia testium, non visa fuerunt pertinere ad præsentem inspectionem.

Idest sub die 2. Decembris 1611. est supra in hac parte decis. 394.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. recor. Gregorio XV.

Hispaleñ. decimarum de Agamont.

Veneris 23. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Exemplum exempli quando probet tam de iure communi, quàm vigore Innocentianæ.

SVMMARIVM.

Exemplum exempli non probat, etiamsi primum exemplum sit solemniter factum, num. 1.

Exemplum in actis registratum probat in alio iudicio, quando ipsummet exemplum registratum producitur apud acta alterius iudicis, secus in exemplo ab eo exemplato, num. 2.

Innocentiana habet locum vbi iura in actis registrata in alia causa producuntur, & non suffragatur, nisi quando iura quæ sunt in processu de partibus, sunt in forma probanti, & benè recognita, ibid.

DECISIO CCCCXVII.

1 FVit resolutum duas sententias, & duas prouisiones Regias non esse in forma probanti. Nam quoad duas sententias, quæ prætenduntur latæ de annis 1495. & 1496. in quadam causa dictis temporibus vertente, opponitur contra ipsas, quòd pendente causa, de qua agitur, in Rota fuit exhibitum transumptum duarum sententiarum in partibus coram iudice seculari productarum per viam compulsi ex actis Curiæ Regiæ, & sic sunt exempla ab exemplis extracta, quia scripturæ coram iudice seculari exhibitæ, non erant originales, sed copiæ. Vnde tanquam exempla exemplorum, & sumpta desumptis, non possunt dici in forma probante, neque fidem faciunt, *l. sancimus, C. de diuers. rescript. l. procurator C. de eden.* not. DD. *in auth. si quis in aliquo, C. de eden. & in cap. 1. de fid. instrum.* Alex. *cons. 138. num. 4. lib. 1.* latè Couarr. *pract. quæst. cap. 2. nu. 4. vers. 2. hac exemplatio*, Caputaq. *decis. 234. num. 1. par. 1.* quod procedit, etiamsi primum exemplum esset solemniter factum, iuxta communem sententiam, de qua per Dec. *in d. auth. si quis in aliquo sub num.* 30. & Cagn. *num.* 53. & sequuta est Rota in vna Regien. præsidentiæ 20. Decembris 1587. relata inter diuers. *decis. 733. par. 1.* & in Mediolanen. decursus aquarum 4. Nouembris 1609. coram me.

Et propterea tantò magis procedit in casu isto, in quo scriptura transumpti inserta in processu, ex quo fuit desumptum hoc secundum exemplum, non est legitima, neque in forma probante, sed patitur multos defectus, de quibus per informantes.

Eodem morbo laborant prouisiones Regiæ, altera facta die 22. Septembris 1509. altera 4. Februarij 1515. quia quoad primam apparet, Alphonsum Lauarego illam extraxisse ex quodam exemplo in suis actis exhibito per Io. de Molina scribam Regium; quoad secundam fuit penes eadem acta exhibitum transumptum dictæ prouisionis factum sub die 10. Aprilis eiusdem anni in oppido de Lepe, & per Notarium eiusdem oppidi.

2 Non obstat, quòd exaduerso dicitur exemplum in actis registratum probare in alio iudicio, quia procedit quando ipsummet exemplum registratum producitur apud acta alterius iudicis, & ita loquuntur Doctores allegati, secus in exemplo ab eo exemplato Innocentiana pariter loquitur, vbi iura in actis registrata, in alia causa producuntur, & non suffragatur, nisi quando iura quæ sunt in processu de partibus, sunt in forma probante, & benè recognita, tunc enim contra quoscumque probant, vt fuit resolutum in vna Faneñ. portionis 12. Ianuarij 1604. coram Illustrissimo Cardinali Millino, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Barchinoneñ. Parochialis.

Lunæ 26. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Lis an & quando censeatur finita per cessionem vnius ex litigantibus ad effectum sustinendi collationem Ordinarij, & quando illa censeatur deserta minori tempore decennij concurrentibus coniecturis, & quales debeant esse istæ coniecturæ, & an permutatione validò facta, quando sibi recusatur tradi beneficium illius qui secum permutauit, possit quis licitè retinere sua priora beneficia vsque ad litis euentum.

SVMMARIVM.

Lis non censetur definita per cessionem vnius ex collitigantibus, num. 1.

Resignans si remanet in possessione beneficij litigiosi, non solum titulus resignatarij, sed etiam possessio efficiuntur litigiosa, ibid.

Lis ad hoc vt censeatur finita ad effectum sustinendi collationem Ordinarij, sufficit vt vnus ex collitigantibus ante mortem alterius illam habuerit pro deserta, num. 2.

Lis censetur deserta etiam minori tempore decennij, quando pro desertione concurrunt coniectura, ibid. Vbi dicta coniectura enumerantur.

Permutatione validè facta nemo potest retinere priora beneficia, ibid. Vbi quod per illam omne ius quod super illis habebat, censetur amissum.

Lis ad hoc vt censeatur deserta minori tempore decennij, concurrentibus coniecturis, requiritur vt ex actis appareat de non iure illam deserentis, alias nec etiam lapsus decennij sufficit, ibid. in fin.

Litis desertio est species renunciationis proprij iuris, & contra illam præsumitur, num. 3.

Litis desertio tunc demum inducitur coniecturis, quando illæ sunt admodum vrgentes, ibid.

Beneficia per permutationem dimissa potest quis apud se licitè retinere vsque ad litis euentum, quando sibi non fuerunt tradita alia beneficia in dictam permutationem accepta, ibid.

Beneficium primum non tenetur quis à se abdicare, donec habeat pacificam possessionem secundi cum illo incompatibilis, ibid.

Lis non censetur finita ad effectum sustinendi collationem Ordinarij per desertionem alterius ex collitigantibus, quando ille cuius ius dictus Ordinarius confert, habet causam à collitigante, & sic dictum ius est illud, quod adhuc manet in iudicio, propter superstitem prosequentem, num. 4.

DECISIO CCCCXVIII.

DOmini perstiterunt in decisis coram me die prima 1
Februarij proximi, rationibus, de quibus in decisione desuper extensa. Ad illud, quòd non probetur lis de tempore mortis Valentini vltimi possessoris Parochialis, de qua agitur, fuit responsum, imò probari, quia lis, quæ pendebat inter Ioannem Caluum, qui resignauit Valentino ex vna, & Iacobum modò aduersarium Petri ex altera, transiuit in prædictum Valentinum, etenim lis non finitur per cessionem vnius ex litigantibus, Put. *decis. 80. num. 2. lib. 3.* Rota in causa Concheñ. Archipresbyteratus 27. Februarij 1589. coram Illustrissimo Plato, maximè quando resignans, vt in proposito erat in possessione, quo casu nedum titulus resignatarij remanet litigiosus, sed etiam possessio, vt latè fuit dictum in decisione in hac causa facta coram R. P. D. Coccino per decis. Mohed. *vt lit. pend.*

Non obstat, quòd quicquid sit quoad alios effectus, ad 2
effectum vt teneat collatio Ordinarij facta Petro post mortem Valentini, sufficiat quòd Iacobus ante mortem prædicti Valentini habuerit litem pro deserta, Gloss. *in Clem. 1. §. si vero, verbo prosequatur, vt lit. pend.* Milis. *in repert. verb. lit. pend.* quoad litigantem, *versic.* ad

ad ordinariam, cum alijs alleg. & lis possit dici deserta, nedum per cessationem à lite per decennium, iuxt. decis. Pur. 15. *vt lit. pend.* Verùm etiam minori temporis spatio, si aliàs adsint coniecturæ pro desertione, vt in Conchen. Archipresbyteratus 27. Februarij 1589. coram Illustrissimo Platto, & coniecturæ non desint in hoc casu, ex quo Iacobus non appellauit à mandato de manutenendo concesso Ioanni Caluo, & non contradixit resignationi factæ Valentino, sed vlteriùs per quinquennium, quo tempore possedit illum, sicut per tres anteriores annos non molestauerat dictum Ioannem Caluum, & insuper retinuit penes se beneficia, quæ priùs permutauerat cum dicto Ioanne Caluo, occasione parochialis, de qua agitur, quod facere non poterat stante validitate permutationis, quia super illis amiserat omne ius, Bisignet. *decis. 3. de rer. permut.* Quia Domini admittebant conclusiones, de quibus supra, quòd stante desertione Ordinarius non sit impeditus conferre, & quòd minori temporis spatio quàm decennij possit stantibus coniecturis dici desertalis: si tamen concurrat, quòd ex actis appareat de non iure deserentis litem, cùm alias nec lapsus decennij sufficiat: vt per Achil. *decis. 3. vt lit. pend.* Put. *d. decis. 15. eod. tit.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 4. in præfatione n. 326.*

3 Sed in proposito negabatur constare de non iure Iacobi, ex ijs quæ fuerunt deducta in prædicta decisione coram D. meo Coccino facta; & vlteriùs dicebatur, coniecturas non esse sufficientes pro desertione, præmittendo, quòd cùm ista sit species renunciationis proprio iuri, contra quam stat præsumptio *l. cùm indebito, ff. de probat.* requiruntur coniecturæ admodum vrgentes, Crau. 247. *n.* 17. *vers. 3. respondetur*, Decian. *cons. 21. num. 76. lib. 1.* & præcipuè quando non est lapsum decennium, desiderantur actus positiui: vt per Achil. *decis. 7. num. 4. vt lit. pend.* Quòd igitur Iacobus non appellauerit à mandato de manutenendo, concesso Ioanni Caluo, nihil est, quia potuit agnoscere bonam fidem in possessorio, non propterea dimittendo animum prosequendi litem in petitorio. Quòd non contradixerit resignationi factæ ad fauorem Valentini, non obstat, quia sciebat ius suum saluum fore. Quòd per tres annos non molestauerit Ioannem Caluum, & per quinque Valentinum, non nocet, cùm aliàs requiratur saltem lapsus decem annorum, & quòd in actis constet, de non iure desistentis aliter, vt patet ex suprà alleg. & notum est, homines, vel propter deficientiam pecuniarum, vel alias occupationes per aliquod tempus dimittere lites, qui non propterea deponunt animum aliquando prosequendi ius suum. Ad illud, quòd Iacobus retinuerit penes se beneficia permutata, fuit dictum, quòd cùm Ioannes Caluus recusaret tradere Parochialem, non tenebatur Iacobus gratis dimittere sua beneficia, sed illa poterat retinere penes se, donec videretur, quemnam exitum habitura esset lis. Sicut dicimus de primo beneficio, quòd non teneatur quis dimittere, donec habeat pacificam possessionem secundi incompatibilis cum illo, *cap. licèt Episcopus*, & ibi Franc. *num. 4.* Gemin. *num. 2. de præb. in 6.* Idem Gemin. *consil. 78. num. 3. & 4.* Imol. *in Clem. gratiæ num. 4. de rescript.* Rota in causa Tirasonen. Canonicatus 9. Ianuarij 1598. coram bon. mem. Cardinali Seraphino.

4 Circa illud, quòd cùm Valentinus non fuerit molestatus à Iacobo, non fuerit prohibitus Ordinarius propter litem, quæ erat inter Ioannem Caluum ex vna, & Iacobum ex altera, conferre ius quod vacabat ex persona Valentini, per cons. Oldrad. 299. *num.* 5. Mohed. *decis. 8. vt lit. pend.* Gomez. *de triennal. quæst.* 41. responsio patet ex suprà dictis, & ex prædicta decisione in hac causa facta coram R. P. D. Coccino, nempè conclusionem non habere locum, quando iste, cuius ius intendit conferre, Ordinarius habet causam à collitigante: nam lis quę erat cum collitigante, transit in istum; vnde est idem, ac si Iacobus cœpisset litem cum Valentino, & ius quod intendit conferre Ordinarius, est illud, super quo lis pendebat inter Ioannem Caluum ex vna, & Iacobum ex altera, & si Ordinarius illud conferret, impediret se de iure litigioso, & esset quasi ferre sententiam super non iure superstitis, quod non licet Ordinario, vt benè per Oldrad. *d. consil. 299. n. 5. vers. aut impetrat aliquid.* Et ita conclusum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana domus de Prouanis.

Veneris 30. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Domus tota quando vendita sit, & quando eius pars.

SVMMARIVM.

Confines descripti in venditione domus demonstrant, an sit vendita tota domus, vel eius pars, num. 1.

Domus an sit vendita tota, an verò eius pars, cognoscitur ex pretio, & æstimatione illius, num. 3.

Patrisfamilias destinatio tollitur per voluntarium actum contrarium, num. 4.

DECISIO CCCCXIX.

PLacuerunt Dominis fundamenta decisionum tam coram Illustrissimo Lancellotto tunc Rotæ Auditore, & iudice primæ instantiæ, quàm coram me, & ideò dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam: verba enim, quibus designantur confines, sunt clara, & confines apertè excludunt salam, & duas cameras, de quibus agitur tam extra lineam, à fundamentis vsque ad tectum inclusiuè, prout loquitur instrumentum, & consequenter in datione in solutum non comprehenduntur, Bald. *in rubr. quæst. 22. Cod. de contrah. empt. & in l. insulæ, ff. de ind.* Alex. *cons. 54. num. 1. lib. 3.* 1

Nec dicatur, quòd illa verba, per quam fit introitus vsque ad domum, & bona Sebastiani de Zaois à fundamentis vsque ad tectum inclusiuè, sint adiecta ad differentiam illius partis, quæ non est à porta vsque ad tectum, cui nihilominus conueniunt ijdem confines enunciati: Nam ex hac ratione non infertur necessariò ad inclusionem salæ, & domuncularum extra lineam, quæ tanquam positæ sub eadem continuatione tecti possunt quidem habere viam publicam conductorum pro communi confinio, sed non dicentur certis finibus designatæ, cùm è latere domus magnæ vltra dictam portam, vbi terminare deberent bona in solutum data, nulli confines specificentur pro certa demonstratione rei in contractum deductæ. 2

Non obstat, quòd ex pretio, & æstimatione domus appareat, quæ pars fuerit data in solutum, *l. cùm in fundo, §. vxor. ff. de iure dot.* Afflict. *decis. 68. num. 2.* cum alijs allegatis: æstimatio autem tertij periti, comprehensis sala & cameris, videtur non excedere summam scutorum 2400. pro quibus domus fuit data in solutum; ergo, &c. Obiectum enim vltra quòd fuit sublatum in decisione Illustrissimi Cardinalis Lancellotti, alia etiam ratione cessare videtur, quia conclusio prædicta procedit, quando incognitum est, quid fuerit comprehensum in venditione; secus verò, vt in casu, de quo agitur, vbi de certis confinibus tractatur, & tunc locus non est extensioni de re ad rem, quamuis de læsione possit dari, quòd non pertinet ad præsentem disputationem. 3

Non obstat obseruantia subsequuta deducta ex eo, quòd Hieronyma mater, & tutrix, quæ fecerat dationem in solutum, eadem dedit ordinem Atingo pro exactione integræ pensionis totius domus, asserendo, quòd eadem domus fuerat assignata Atingo pro sua dote. Nam omissa disputatione, an patris confessio potuerit nocere filio pupillo, fuit responsum ex facto cessare obiectum, quia recedente exindè Domino Episcopo tunc conductore totius domus, præsente Atingo, portæ fuerunt muro clausæ ad separationem salæ, & domuncularum, vt deponunt duo testes, qui dati fuerunt in summariolo de Prouanis, quæ voluntaria separatio tollit etiam omnem præsumptionem, quæ posset deduci ex destinatione patrisfamilias, vt declarat Alba. *cons. 316. num. 6.* & ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c. 4

R. P. D. SAGRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ.

Veneris 30. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Dominium rei donatæ numquid præsumatur fuisse penes donantem tempore donationis, & quomodo hoc probetur; emphyteoticusque contractus, an & quando præsumatur potius, quàm censualis. Est notabilis decisio.

SVMMARIVM.

Donatarius agens rei vendicatione, tenetur probare dominium donantis, quando agit contra tertium, secus si agat contra illum, qui donatarium recognouit in dominum, & concurrant adminicula, num. 1. & 2. Vbi præsertim in materia antiquissima.

Dominium probatur leuioribus probationibus, & adminiculis, quando sumus in antiquissimis, num. 2. Vbi explicantur nonnulla adminicula.

Dominium rei donatæ, quòd esset ipsius donantis, probatur ex adminiculis, de quibus num. 2.

Dominium censetur probatum ex eo, quòd quis fuerit recognitus in dominium rei, de qua agitur, declara, vt numero 3.

Contractus præsumitur potius censualis, quàm emphyteoticus, ibid.

Censualis contractus non subiacet deuolutioni, & caducitati, ibid.

Emphyteusis præsumitur, & non census, quando in illius alienatione fuit requisitus consensus directi domini, & solutum laudemium, num. 4.

Emphyteusis contractus de necessitate requirit scripturam, num. 5. Vbi tamen quòd præsumitur scripturam interuenisse, quando aliunde probatur rem esse emphyteoticam.

Consequenti probato per scripturam, antecedens pariter probatum censetur per eandem scripturam, num. 5.

Emphyteotica res deuoluitur ad dominum directum per non solutionem infra biennium, ibid.

DECISIO CCCCXX.

1 FVit resolotum sententiam latam ad fauorem Monialium super deuolutione vineæ, de qua agitur, esse confirmandam. Et quòd primo loco opponebatur non constare, quòd quædam Margherita Colomna, quæ donauit istam vineam Monialibus, esset illius domina, non visum fuit obstare, quia licèt regula sit, quòd donatarius agens rei vendicatione, prout agunt Moniales, teneatur probare dominium donantis, vt per Ruin. *cons.* 13. *num.* 6. *& seqq. lib.* 4. Roland. *cons.* 46. *num.* 6. *lib.* 3. hoc tamen est intelligendum, si agat contra tertium, secus si agat contra illum, qui ipsum donatarium recognouit in dominum, & concurrant adminicula, Bart. *in l. ad probationem, Cod. locat.* Socc. *cons.* 187. *num.* 4. *lib.* 2, Dec. *cons.* 146 *num.* 14. Crauett. *cons.* 434. *num.* 4. Rota in causa Ciuitatis Castelli bonorum 9. Nouembris 1589. & 12. Februarij 1590. cor. bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Arminen. bonorum 4. Februarij 1610. coram R.P.D. Marcomontio.

2 Maximè in materia antiquissima, & supra ducentos annos, quo casu in probatione dominij sufficiunt leuiores probationes, & adminicula, Bald. *in l. indicia num.* 5. *C. de rei vendic.* Dec. *cons.* 42. *num.* 3. Natt. *cons.* 283. *num.* 8. Afflict. *decis.* 23. *num.* 5. Cassad. *decis.* 2. *num.* 2. *& 3. de prob.* adminicula autem sunt continuata solutio, Bald. *cons.* 24. *n.* 1. *lib.* 4. Salyc. *in l. cum de in rem verso num.* 12. *ff. de vsur.* Felin. *in cap. cum Bertoldus num.* 28. *de sent. & re iud.* Crauett. *d. cons.* 434. *num.* 5. qualitas personæ valdè insignis nobilitatis, quam non est verisimile donasse quod suum non erat, vt latè in puncto prosequitur Crott. *cons.* 332. *num.* 10. *& seqq. vol.* 3. maximè ad vsum pium, fuisset enim nimis stulta pietas, facere eleemosynam de alieno, vt in simili fuit coram me ponderatum in causa Sabinen. dotis die 23. Iunij 1606. & denique quia ab illo tempore citrà non est repertus alius, qui se asserat huius vineę dominum, Bart. *in l. cum res num.* 12. *vers. qualiter autem, ff. de probat.* etenim non solent homines tantò tempore habere res suas pro derelicto, ad not. *in l. cum de indebito, ff. de prob.*

Accedat quòd & sine titulo authoris probaretur dominium Monialium in hoc casu, ex recognitionibus factis cum assertione, quòd vinea sit sub proprietate Monialium, vt per Crauett. *consil.* 20. *num.* 11. Ruin. *consil.* 14. *n.* 9. *vers. non obstat quarto lib.* 4. Boer. *decis.* 211. *in fin.* Rip. *in l. si rem aliquam num.* 3. *ff. de acquiren. possess.* & quæ aliàs dicuntur, quòd ex sola recognitione non probatur dominium ad effectum deuolutionis, Bald. *in leg. ad probationem num.* 1. *Cod. loc. cum concord.* non procedunt concurrentibus adminiculis, ex suprà allegatis, vel quando in recognitione non fit mentio de dominio, etenim potest esse, quòd solutio fiat ex causa census, in dubio enim præsumitur contractus censualis, non emphyteuticus, vt in causa Hostunen. locationis 14. Aprilis 1606, coram R.P.D. Marcomontio cum alijs per Illustrissimum Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 27, *tit.* 3. *num.* 11. *& 17.* quo casu dominium non est apud illum, cui soluitur, sed apud soluentem, & consequenter non subiacet caducitati ad fauorem recogniti, Dec. *consil.* 138. *num.* 5. Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 10. Capyc. *decis.* 103. *num.* 7. & fuit coram me dictum in causa Romana domus in Burgo die 5. Iulij 1604. 3

Nec desunt alia probantia contractum non fuisse censualem, nempè requisitio consensus Monialium, quia non requirebatur si res erat censualis, Dec. *cons.* 16. *n.* 2. Illustrissimus Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 16. Item solutio laudemiorum quando vinea alienabatur, quæ solutio pariter non erat necessaria si res alienanda erat tantum censoalis, Rota diuers. manuscript. *decis.* 165. Illustriss. Mant. *dict. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 15. & fuisset mera tactatio contra præsumptionem, *l. cum de indebito, ff. de prob.* Nec præsumitur per errorem facta, quia error non præsumitur, maximè in solutionibus, in quo genere homines solent esse cauti, vt habetur *in d. l. cum de indebito, vers. qui enim soluit,* Alexan. *consil.* 83. *in fin. lib.* 1. Atque hinc cessat aliud obiectum, quòd non probetur bona fuisse data in emphyteusim, & posse esse quòd fuerint data ad censum, quo casu per non solutionem minimè esset locus caducitati, per doctrinas suprà allegatas, quia vt mox dictum est, cessat difficultas ex expressione facta in recognitionibus, quòd vinea esset sub proprietate Monialium, & alijs, de quibus suprà. 4

Non obstat, quòd non reperiantur instrumenta primarum inuestiturarum, & scriptura sit de substantia huiusmodi contractus, Gloss. *in d. l.* 1. *C. de iur. emphyt.* Alex. *cons.* 80. *num.* 3. *lib.* 7. quia stantibus recognitionibus cum assertione dominij factis, de quibus suprà, istæ scripturæ probant interuenisse scripturam inuestiturarum, tanquam suum necessarium antecedens, etenim quando consequens probatur per vnam scripturam, antecedens necessarium videtur probari per eandem scripturam, *l. quicumque, Cod. de apoch. publ. lib.* 10. Crauett. *de antiq. tempor. par.* 2. *num.* 40. & fuit in specie dictum in Romana domus 21. Aprilis 1599. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto. Quòd per non solutionem canonis infrà biennium incurrat caducitas in contractu emphyteusis, sunt text. *in cap. potuit, de locato, cap. hoc ius, §. qui rem,* 10. *quæst.* 2. *auth. qui rem, Cod. de sacrosanct. Eccles. §. si vero quis auth. de alienat. & emphyt.* Quæ dicebantur probare DD. de Cupis caducitatem fuisse remissam per perceptionem canonum factam per Moniales post sententiam, fuerunt remissa ad aliam inspectionem. 5

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Veneris 6. Aprilis 1612.

ARGVMENTVM.

Procurator ad exigendum cum facultate substituendi, numquid de suo proprio teneatur de exactis à suo substituto, & numquid ex pecuniis alienis lucrum, seu vsuras accipiens sibi acquirat? An verò domino pecuniarum? In hac decisione mirabiliter hæ duæ quæstiones resoluuntur.

SVM-

SVMMARIVM.

Procurator ad exigendum cum facultate substituendi non tenetur pro substituto de eo, quod substitutus exegit. Declara, dummodo facultas substituendi nominatim est restricta ad illum, qui fuit substitutus, secus si facultas substituendi fuerit generalis arbitrio Procuratoris, quia tunc tenetur Procurator de eo, quod exegit substitutus, n.2. & 3.

Procurator ad exigendum cum facultate substituendi, tenetur de eo, quod substituens exegit, si idem Procurator substituens est in aliqua culpa, secus si non sit in culpa, & in culpa substituens dicitur esse, quando non fuit diligens in exigendo à suo substituto pecunias ab ipso exactas, n.3.

Procurator postquam suscepit mandatum, tenetur de neglectis, ibid. in fine.

Emens loca montium vacabilia de pecunia aliena, acquirit sibi, & facit fructus suos, non autem illius, cuius est pecunia, num.4.

Fructus rei sequuntur dominium eiusdem rei, quæ illos producit, ibid.

Fructus, seu vsuræ spectant ad illum, cuius vita periculo pecuniæ sunt positæ, ibid. ad finem, & num.5. & seq.

Pecunias alienas fœnori dans, sibi acquirit emolumentum, & vsuras, non autem domino pecuniarum, n.5. & seq.

Ius canonicum attenditur, & non ciuile in materia vsurarum, n.6.

Interesse lucri cessantis an debeatur ab eo, qui alienas pecunias poterat ad lucrum dare, & non dedit, n.7.

Conuertens in vsum proprium pecunias alienas, numquid teneatur ad aliquod interesse, n.8.

DECISIO CCCCXXI.

1 IN hac causa sub die 13. Februarij proximi fuit coram me resolutum, sententiam R. P. D. Seueroli non fuisse nullam, & debuisse confirmari, tam quoad capitale, quam quoad fructus pecuniarum per D. Fabianum inuestitarum, licèt hoc vltimum de fructibus vsque tunc habuerit difficultatem apud Dominos, vt fuit tactum in decisione 2. Causa sub hac die reproposita super eisdem, Domini persistierunt in decisis, tam quoad nullitatem sententiæ, super quo nihil fuit deductum, quòd indigeret noua responsione, quam quoad capitale, nempe quod D. Fabianus teneretur ad scuta 327. quæ apparent fuisse exacta à Turamino ab illo substituto.

2 Nec obstare visa fuerunt deducta per informantes pro D. Fabiano, quòd scilicet ipse haberet facultatem substituendi a D. Alberto, & proinde non teneatur pro substituto, vt in Romana militis sancti Petri 12. Decemb. 1605. coram me, aliàs talis facultas nihil operaretur, cùm & sine illa Procurator ad exigendum possit suo periculo alium substituere qui exigat, vt de se patet, quia fuit responsum, dato etiam quòd D. Fabianus potuisset substituere, non propterea debuisset negligere per tantum tempus exactionem à substituto, & per hoc considerabantur duo casus; primus, quando facultas substituendi est nominatim restricta ad aliquem, & tunc videbatur, quòd substituens illum nominatum substituendo nullam possit committere culpam, & proinde nullo casu teneatur, quia dominus videtur omnino sequutus fidem illius substituti, & nihil aliud desiderasse in substituente quàm ministerium substitutionis, iuxta distinct. Salyc. *in l. quod quis num.13. C. de procur.* Rota in Romana pecuniaria de Blandinis 1. Decembris 1586. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & ille non est casus, quia D. Albertus non mandauit nominatim D. Fabiano, vt aliquem substitueret.

3 Secundus casus, in quo versamur, est, quando dominus dat simpliciter facultatem substituendi, neminem nominando, & tunc subdistinguebant, aut substituens committit aliquam culpam circa hanc substitutionem, & tenetur de proprio. Rota in dicta Romana pecuniaria de Bandinis 1. Decembris 1586. & 29. Maij 1587. coram bo. mem. Cardinali Seraphino: aut non committit culpam, & non tenetur, & ita esse intelligendum prædictam Romanam militis S. Petri coram me, cum alijs pro D. Fabiano allegatis. Culpa autem, id est negligentia, non visa fuit posse negari in hoc casu, ex quo D. Fabianus per quinquennium neglexit exigere à substituto, vnde euenit quòd illi mortuo, pecuniæ per illum exactæ perierint. Nec videbatur esse locus dubitationi, quòd D. Fabianus tenebatur, vel esse diligens in exigendo ab illo substituto, vel saltem denunciare Alberti personam substitutam; nam aliàs D. Alberto nullus supererat modus rehabendi proprias pecunias, quod D. Fabianus tenetur exigere à Terramino substituto, potest colligi ex generali mandato D. Fabiano ad exigendum à quocunque debitore Alberti, & sic includetur Turamienisis, qui postquam exegerat pecunias Alberti, erat effectus illius debitor, neque secundùm istum intellectum redditur otiosa facultas substituendi, concessa D. Fabiano, quia operatur quòd alias non fuit illi necesse personaliter accedere ad ciuitatem Neapolitanam. Item si pecuniæ in manibus substituti casu fortuito, & absque eo, quòd nihil D. Fabiano imputari potuisset, perijssent, fortè ipsi Alberto perijssent, secus quandocunque hoc euenit ex negligentia D. Fabiani de qua suprà, & quòd Procurator postquam suscepit mandatum, teneatur de neglectis, fuit probatum per aliam decisionem, per doctrin. Dec. *in l. contractus n.27. ff. de reg. iur.* cum alijs ibi alleg.

Quantum ad pecunias D. Alberti per D. Fabianum in locis montium vacabilium super caput eiusdem Fabiani inuestitas, Domini recesserunt à decisis, pro quo fuit consideratum, quòd Dominus Fabianus emendo loca montium nomine proprio, sibi acquisiuit dominium illorum, etiamsi pecuniæ essent alienæ, *l. si ex ea, C. de rei vindic. l. 1. & l. penult. C. si quis alteri, vel sibi*, & consequenter ad Fabianum spectant fructus, qui sequuntur dominium rei, quod illos producit, *l. 1. & 2. C. de pignor. act. l. Iulianus, § si fructibus ff. de act. emp.* & fuit in similibus terminis dictum in causa Lugdunen. computorum 10. Decembris 1609. coram R. P. D. meo Coccino, facit quia periculum vacabilitatis locorum montium sine dubio spectabat ad D. Fabianum, ex quo non habuerat mandatum ab Alberto ad inuestiendum, maximè in locis vacabilibus: si igitur periculum spectabat ad Fabianum, vtique ad illum debent pertinere fructus, siue vsuræ, per text. *in l. idemque, § si mandauero, in fin. ff. mand. & in l. si vnus, § si vnus, ff. pro soc. & in l. si nauis, ff. de rei vindic.* vbi glos. *in verb. fœneretur*, Roman. *cons. 469 num. 5. vers. tertio casu*, Castr. *cons. 377. in fin. lib. 2.* Corn. *cons. 213. n. 3. lib. 3.* 4

Non obstat text. *in d. l. denique, in § si procurator, in vers. sed si pecuniam meam fœnori dedit, præstabit mihi quandocunque emolumentum sentit, siue mandauit, siue non*, quia fuit responsum illum text. esse intelligendum, quando pecunia fuit fœnori data nomine, & periculo domini, vt animaduertit Alberic. *ibidem*, aliàs de directo sibi ipsi contrariaretur in subsequenti, *§ si mandauero*, & pugnaret cum dd. ll. *si nauis*, & *si vnus*, nec refragantur huic intellectui illa verba *siue mandauero, siue non*, quasi quòd non possit intelligi textus, quòd pecunia fuerit data fœnori nomine, & sub periculo domini contra illius mandatum, quia iungendo text. *in d. l. § si procurator, cum subsequenti, § si mandauero*, prout iungit glos. ibi, *in verbo siue non*, & post illam Alberici, apparet quòd dominus mandauerat Procuratori suo, vt crederet pecuniam suam Titio, sine vsuris, & proinde benè dixit text. *in d. § si procurator*, quòd si Procurator exigit vsuras, licèt hoc dominus non mandauerit, quòd scilicet daret sub vsuris, nihilominus tenetur illas restituere domino; in §. verò *si mandauero*, limitatur hoc dictum quandocunque Procurator dedit fœnori pecunias domini nomine, & periculo proprio. 5

Cæterùm dicebant Domini, quòd retento etiam text. *in d. § si procurator*, litteraliter, & prout iacet, adhuc nihil habere obstare, quia loquitur secundùm ius ciuile antiquum, in quo licèt dare pecunias sub vsuris, vnde infert text. ex quo procurator ea mea pecunia lucrum cepit, tenetur illud restituere, etenim mea pecunia immediatè produxit illas vsuras, vnde nil mirum si mihi debentur ad instar fructuum qui debentur domino rei, quæ illos produxit, vt patet ex alleg. suprà: at in proposito casu pecunia Alberti nullas vsuras produxit, nec producere potuit, obstante lege veterum, & canonica, quæ in hac materia præualent legi ciuili, Bald. *in auth. ad hæc n. 2. C. de vsur. & cons. 464. num. 10. lib. 1.* Prub. ad Monach. *in rubr. de vsur. in 6. n. 20.* latè Fulgos. *cons. 201. num. 1.* Cassad. *tract. de contract. quæst. 22. conclus. 12. corollar. 6.* Pet. Roiz *decis. 5. num. 424.* etenim quod percepit Fabianus, percepit ex locis montium de sui natura fructiferis, non ex pecunia sterili D. Alberti, & proinde non applicatur ille text. & quòd ille text. 6

in

in omnem euentum sit correctus per ius canonicum, not. Alberic. *in d.l. si nauis n.2. ff. de rei vindic.*

7 Ad illud quod aliàs dicebatur D. Fabianum habuisse in mandatis à D. Alberto, vt poneret pecunias ad honestum lucrum, fuit dictum non verificari in facto tale mandatum, etenim litteræ missiuæ eiusdem Fabiani, quæ pro hoc dantur, nihil aliud indicant, quàm intentionem Fabiani, ponendi prædictas pecunias ad honestum lucrum, quæ intentio est quid diuersum à mandato, & potest esse, quòd Fabianus ideò non implicauerit pecunias, quia cognouerit Albertum illas velle habere promptas pro suis indigentijs. Vltra quòd non sufficeret mandatum nisi vlteriùs probaretur, quòd Fabianus habuit io promptu occasionem inuestiendi, iuxta doctrinam Bartol. *in l. tutor qui repertorium, §. si depositionem in fine, ff. de administr. tut.* Verall. *decis. 46. lib. 3. in manuscript.* fuit dictum in Romana fructuum de Iacobellis 1. Decembris 1600. coram Illustriss. Domino Cardinali Lancellotto, & in Mediolanen. simulationis 30. Ianuarij 1605. coram R. D. Attrebaten. etenim Rota non sequitur opinionem, quòd sufficiat præsumptio, quòd in Romana Curia sit semper occasio inuestiendi, sed desiderat probationem in potentia proxima, & sic quòd aderat in indiuiduo talis, & talis occasio inuestiendi, vt in Romana fructuum societatum 26. Aprilis 1591. coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Bononien. dotis 24. Maij 1600. coram Illustriss. Dom. Card. Lancellotto, & alibi sæpè. Neque ex eo, quòd Fabianus inuestiuit pecunias Alberti in locis montium sub nomine proprio, diceretur probata occasio inuestiendi, quia ista sunt loca vacabilia per mortem, in quibus Fabianus sine speciali mandato non poterat totò inuestire pecunias Alberti, cùm non esset certus an ipse vellet subire periculum amittendi capitale per mortem.

8 Reseruarunt tamen Domini, tanquam quid extra decisionem aliàs factam, & quæ hac vice reproponebatur super eisdem videre an D. Fabianus ex quo pecunias Alberti non exercuit, vel illas in proprios vsus conuertit, teneatur ad aliquod interesse, licèt aliquibus ex Dominis primùm de non exercita pecunia cessare videretur, ex mox decisis in fortioribus, quando scilicet non adest mandatum ad inuestiendum; secundum verò de conuersione in proprios vsus non videbatur istis Dominis multæ considerationis, etenim dato, quòd Albertus non probet requisita ad lucrum cessans, siue damnum emergens, hoc quòd Fabianus pecunias in proprios vsus conuerterit, non faciet quando ipse Albertus ex mero mutuo dicatur lucrum petere, & text. *in d. §. si procurator, in vers. quod si non exercuit,* dum facit vim in hac conuersione, potest intelligi secundùm terminos iuris ciuilis, qui in hac materia vsurarum sunt latiores, quàm ius canonicum, quod tamen ius canonicum propter periculum animæ est attendendum, vt ad propositum respondet Albetic. *d. l. si nauis n. 2. ff. de rei vind.* si tamen videbitur Dominis necessarium, dabo super hoc particulare dubium.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana dotorum.

Lunæ 9. Aprilis 1612.

ARGVMENTVM.

In contractu venditionis læsio in pretio non præsumitur, læsioque consideranda est, habito respectu ad tempus contractus, nec ex quantitate pensionum rei domus, de qua agitur, colligitur verum pretium, quod potest etiam diminui ex qualitatibus, de quibus in hac decisione.

SVMMARIVM.

Læsio in pretio rei venditæ non præsumitur, quia ex iusto pretio vendita semper præsumitur, n. 1.

Læsio in pretio rei venditæ considerari debet secundùm tempus contractus, n. 2. amplia, & declara vt n. 3.

Pretium, seu valor rei præsentis temporis præsumitur idem fuisse in præteritum, declara vt ibid.

Rei valor, & pretium non probatur ex quantitate pensionum rei locatæ, ibid.

Bona stabilia æstimantur ad rationem quinque pro centenario, vel circa, n. 4.

Valor rei non probatur per testes deponētes de suo iudicio, n. 5.

Testes recusantes respondere interrogatorijs, non probant, num. 6.

Rei pretium, & valor diminuitur ex qualitatibus rei, & venditioni adhærentibus, vtputa quando fuit vendita non tota domus, sed pars, quando fuit vendita sine cautione euictionis, & alijs similibus, n. 7.

DECISIO CCCCXXII.

Propositi dubium de ordine Rotæ, an constet de læsione quæ suffragetur Flaminiæ, & litisconsortibus? 1 quod informante tantùm Virginia, fuit negatiuè resolutum, quia læsio non præsumitur, *l. nam, & postea, §. minor,* & ibi not. *ff. de minor.* Gozad. *consil. 44. num. 8.* Grat. *consil. 157. num. 10. lib. 2.* Natt. *cons. 650. num 8.* Cephal. *consil. 3 in fine.* Res enim præsumitur iusto pretio vendita, Bald. *in l. si fundus in fine, ff. de rebus eorum,* Pinell. *in l. 2. part. 3. cap. 4. num. 43. C. de rescinden. vendit.* Menoch. *consil. 358. num. 23.* & fuit dictum in illa Montisfalisci 25. Maij præteriti coram me.

Testes verò examinati ex aduerso eam nō probant, quia 2 deponunt habito respectu ad tempus præsens, & tamen valor rei, ac læsio sunt consideranda secundùm tempus contractus, *l. si voluntate, C. de rescind. vendit. c. ad aures, de reb. Eccles. non alien.* glos. Bart. & alij *in l. 2. C. de rescind. vendit.* Ang. *cons. 311. col. 3. versic. ad illum autem,* Guidopap. q. 157. Ayor. *consil. 14. n. 16.* Pretia enim rerum variantur ex tempore, *l. pretia rerum, §. nonnulla, ff. ad l. falcidiam.*

Et licèt aliqui velint ex valore præsentis temporis inferri in præteritum: attamen procedere potest quando 3 modicum interuallum temporis intercessit, Bald. *in d. l. 2. column. fin. num. 28.* Castren. *num. 4. in fine,* Cuman. *num. 227. & 229. Cod. de rescinden. vendit.* Natt. *consil. 353. n. 2.* Quamuis autem primus testis videatur percutere annum 1595. Attamen nihil probat, quia pro ratione adducit quandam somniatam locationem, quæ licèt esset vera, non probaret valorem fructuum domus, Sarnen. *in regul. de valor. quæst. 11.* dixit Rota in vna Neapolitana census 4. Decembris 1589. coram Lauretano, & in vna Clodien. beneficij 19. Decembris 1603. coram me. Et vbi probaret quantitatem & valorem redditυum: attamen in domibus, & ædificijs ex solis redditibus non cognoscitur pretium, vt per Natt. *cons. 332. n. 4.*

Quando autem à quantitate pensionis esset arguendum 4 ad quantitatem pretij, in casu isto excluderetur omnino læsio calculando, vt faciunt informantes, ad rationem quinque, vel circa pro centenario, iuxta glos. *in auth. perpetua, C. de sacros. Eccles.* Quam sequuntur communiter Doct. *lat. in l. fundum per fideicommissum num. 5. r vers. item adde, ff. de legat. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. § 1 gl. 6. nu. 19.* Couarr. *lib. 3. var. resolut. cap 9. num. 5.* & fuit in his terminis resolutum in Romana de Magdalenis 2. Maij anno præterito coram R. P. D. meo Coccino.

Minus etiam probat dum dicit, domum tunc temporis 5 tantum valuisse suo iudicio, & fuit dictum in vna Romana rescissionis contractus 30. Octobris 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Romana Casalis Iuliani 1595. coram Litta.

Super secundo teste non est facienda vis, quia vltra quòd 6 super pluribus interrogatorijs respondere recusauit, & propterea nihil probat, Nell. *in tract. de testib. num. 99.* retractauitque suam depositionem conscientia, vt ipse dicit, ductus, ipse ignorat confinia domus & apothecæ, vt fatetur, iuxta 16. interrogatorium, & testis qui hoc ignorat, non potest concludere verum valorem rei, vt idemmet testis fatetur, iuxta 16. interrogatorium & comprobatur, ex trad. per Alex. *cons. 54. num 4. & 5. lib. 6.*

Accedit quòd prædicti testes non considerarunt plures 7 qualitates iustum pretium minuentes, & ob id imperfectè deponunt, Menoch. *cons. 358. sub num. 26. vers. Respondetur.* Qualitates autem plures recensentur ab informantibus, videlicet quòd fuit non tota domus, sed eius pars vendita, propter quod res dicitur vilioris pretij, Menoch. post alios quos allegat *d. cons. num. 29.* & quòd fuit empta à carcerato plurimo ære alieno grauato sine cautione euictionis, vt fuit dictum in Romana palatij 5. Maij præteriti coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Romana restitutionis domuncularum 22. Iunij 1609. coram eodem

Con-

Concurrunt etiam aliæ qualitates, latè deductæ per informantes, quæ cùm minuant pretium, excludunt etiam læsionem, Pinell. *in d. l. 2. part. 3. cap. vltim. num. 15. & seq.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. num. 25.* Dixit Rota in supradicta Romana rescissionis contractus, & in dicta Romana palatij, &c.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana dotis de Cuppis.

Lunæ 9. Aprilis 1612.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. habet locum etiam in donatione propter nuptias, & in muliere creditrice pecuniarum.

SVMMARIVM.

Fructus dotales vigore statuti Vrbis, sunt taxati ad rationem septem cum dimidio pro centenario, num. 1.

Statutum Vrbis super fructibus dotalibus habet locum etiam in donatione propter nuptias, ibid. in fine.

Statutum Vrbis taxans fructus dotales, loquitur, & habet locum in muliere creditrice pecuniarum, n. 2.

Æstimatio dotis habet vim emptionis, & venditionis, ibid.

DECISIO CCCCXXIII.

1 FVit resolutum fructus deberi D. Flaminiæ pro tota dote, & donatione propter nuptias, ad rationem septem cum dimidio, exceptis scutis 350. inuestitis de eius consensu, in quibus ipsa dat manus, & scutis tribus millibus confessatis à marito, super quibus Domini reseruarunt particularem inspectionem. Et quòd ab hæredibus viri debeantur fructus dotis viduæ post iudicialem interpellationem, quæ hic apparet facta, & ad prædictam rationem septem cum dimidio, in hoc adest statutum Vrbis *cap. 137. lib. 1.* quod statutum habeat locum etiam in donatione propter nuptias, fuit resolutum in Romana dotis de Maximis die 3. Martij 1606. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Romana lucri dotis 9. Ianuarij, & 23. Martij 1609. coram R. P. D. Coccino.

2 Non obstat difficultas aliàs excitata, quòd maritus pro rata scutorum 4000. habuerit in solutum à fratribus Flaminiæ promissoribus dotis tot loca montium, quæ adhuc extant in hæreditate, & proinde cùm Flaminia habeat fundum dotalem, debeat sibi in illo satisfacere, & pro ista parte cesset statutum, quod loquitur de muliere creditrice pecuniarum, quia fuit responsum, dotem fuisse constitutam Flaminiæ in pecunia numerata, vt patet in instrumento dotali, & proinde creditum Flaminiæ esse in pecunia, nec potuisse maritum accipiendo in solutum bona absque consensu vxoris, facere fundum dotalem in eius præiudicium, sed ille contractus habuit vim emptionis, & venditionis inter debitores dotis, & maritum, qui fuit effectus dominus bonorum montium in solutum acceptorum, & debitor vxoris in pecunia numerata quandocunque veniret casus restitutionis, *l. cùm dotem, C. de iur. dot. l. ex conuentione*, cum ibi not. *C. de pact. l. si prædium, Cod. de euict.* Socin *cons. 69. num. 15. lib. 4.* Corn. *cons. 92. n. 8. lib. 4.* Cæphal. *cons. 351. num. 31.* Natt. *cons. 610. n. 3.* Rota in causa Romana, seu Interamnen. fundi dotalis 10. Febr. 1589. coram Illustr. D. Card. Platto. Et ita fuit conclusum, informante tantùm Flaminia.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana Casaletti.

Veneris 4. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Emptor retinendo rem, & pretium, tenetur ad fructus, iuxta æquitatem *l. curabit, C. de action. empt.* & quid si venditor non adimpleuit promissa, vel ad soluendum pretium dilationem fecerit, in contingenti casu recurras semper ad hanc decisionem eruditione plenam, & exemplarem.

SVMMARIVM.

Donatio non præsumitur, omnisque alia præsumptio capi debet potius, quàm præsumptio donationis, num. 1. in fin.

Emptor retinendo rem, & pretium, tenetur ad fructus, iuxta æquitatem l. curabit, C. de action. empti, *ibid.*

Emptor retinendo rem, & pretium, nunquid teneatur ad fructus iuxta æquitatem l. curabit, C. de action. empti, *stante pacto, quòd venditor promisit quædam adimplere, & illis adimpletis emptor promisit soluere pretium, & non ante, nec aliàs, num. 2. & per tot.*

Emptor retinendo rem, & pretium, nunquid teneatur ad fructus iuxta æquitatem l. curabit, Cod. de action. empti, *quando venditor fecit ipsi emptori dilationem ad soluendum pretium, & dilatio est incerta, sed extimabilis, num. 3.*

Momentum secundum Philosophos est extrema pars temporis, quæ amplius diuidi non potest, vt punctus, linea, superficies, & similia; secus secundum legistas, qui non in abstracto, sicut Philosophi, sed in concretiores considerant, secundum quos momentaneum vocatur illud, quod ex sui natura est paruo tempore duraturum, potestque in plures partes diuidi, n. 3. in fin. & num. 4.

Momentanea possessio, quæ dicatur? n. 4.

Præsumptio contrarijs præsumptionibus tollitur, num. 6. in fine.

Emptor retinendo rem, & pretium tenetur soluere fructus iuxta æquitatem l. curabit, C. de action. empti, *non obstante mora venditoris in adimplendo id, quod adimplere promisit, nisi pretium deposuerit, ibid.*

Regulam habenti pro se nihil probare tenetur, & qui exceptionem allegat, debet probare, quòd illa exceptio operatur in casu, de quo agitur, n. 8.

Calumnia in litigando non dicitur, nisi euidenter constet de non iure litigantis, n. 9.

DECISIO CCCCXXIV.

TErtio loco fuit resolutum, D. Episcopum teneri ad fructus pro tempore quo habuit in manibus casale, & pretium, & in compendium eorum, quæ aliàs dicta fuerunt in hac materia, fuit consideratum, quòd pro emptore stat dispositio legis, nempe *curabit, C. de act. empt.* & ratio, ne scilicet emptor locupletetur cum iactura venditoris, prout faceret, si non solueret fructus, quia cùm illis solueret pretium, & sic in totum, vel pro parte gratis haberet rem venditoris: vt igitur emptor possit lucrari fructus, debet docere de consensu venditoris, & quidem multum plenè, quia agitur de probando, quòd quis voluerit abdicare à se ius sibi ex dispositione legis competens, quod sapit donationem, & contra illud stat omnis præsumptio, iuxt. plenè not. per Scrib. *in l. cum indebito, ff. de prob.* 1

Ad probandum istum consensum principaliter adducitur, quòd emptor promisit soluere pretium impletis per venditorem quibusdam implendis, & non ante, nec alias, &c. vnde infertur, quòd venditor dedit dilationem ad soluendum pretium, donec ipse venditor impleret, atque exinde sequi, quòd condonauerit emptori fructus decurrendos ante implementum, quod est tempus, de quo agitur, quia statim ac impletum fuit pro parte D. Venditoris, D. Episcopus soluit pretium domini, omissa discussione, an dilatio pernecesse portet secum hanc condonationem fructuum, responderunt in prima decisione, quòd illa conclusio est intelligenda de illa dilatione, in qua danda venditor potuit cogitare, quòd medio tempore essent decursuri fructus, tunc enim ex quo cogitauit de fructibus decursuris, dici potest, vel quòd prouiderit sibi in pretio illud augumentando in recompensam prædictorum fructuum sibi de iure debitorum, secus in hac specie dilationis, quæ debebat quantò citiùs cessare, quia implementum secundùm mentem contrahentium erat statim post venditionem faciendam, vnde non erat verisimile, quòd venditor cogitauerit de fructibus medio tempore decurrendis, ita vt dici possit voluisse illos donare, vel quòd prouiderit sibi in constituendo pretio. 2

Ab hac responsione non recessit Rota dum in 2. decisione admisit, quòd & dilatio incerta, si aliàs est æstimabilis, puta iuxta terminos *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* possit facere cessare fructus, quia in prima decisione non firmatur 3

uit regulam, quòd nulla dilatio incerta faciat cessare fructus, sed solùm dixit, quòd dilatio (hæ: sunt verba formalia decisionis) incerta, indeterminata, & quæ de sui natura venit quantò citiùs implenda, non poterat facere cessare fructus, allegando rationem, quia ita non poterat præsumi, venditorem cauisse suæ indemnitati per augmentum pretij, & quia istud pactum in effectu de iure inerat, *l. Iulianus*, §. *offerri*, *ff. de act. empt.* vnde illius expressio non poterat alterare dispositionem iuris, quæ non obstante non implemento dat fructus, ex ibi allegatis, quod dictum confirmauit Rota in secunda decisione vocando istam speciem dilationis momentaneam, qui terminus non est adeò improprius, & implicans contradictionem cum dilatione, vt profitentur informantes pro D. Episcopo, quasi quòd momentum sit extrema pars temporis, quæ amplius diuidi non potest, vt punctus, linea, superficies, & similia, vnde si diuidi non potest, ergo non est dilatio quæ pernecesse affert secum longitudinem temporis, & sic diuisibilitatem.

4 Quia respondetur, obiectum procedere iuxta intellectum Philosophorum, qui considerant materias in abstracto, sed secundùm legistas, qui considerant res in concreto, & ad negotia hominum momentaneum vocatur illud quod ex sui natura est paruo tempore duraturum, licèt non sit adeò breue, quin secundùm considerationem Philosophorum, posset in multas partes diuidi, exemplum habemus in rubr. *tot. tit. Cod. si de moment. possess.* & benè explicat glos. *in cap. 1. de caus. poss. & propriet.* vbi vocatur momentanea possessio illa, quæ durat per tantum tempus, quod secundùm intellectum Philosophorum in mille partes diuidi potest, eodem largo modo capitur superficies *tot. tit. ff. de superficiebus*, & linea *in l. lineam, ff. ad l. falcid.* Neque ex eo quòd ista dilatio de facto minimè fuerit momentanea, desinit posse vocari talis, quia in hoc consideratur natura, & aptitudo ab initio, vt per glos. *in l. vnic. verb. momento, Cod. si de moment. poss.* vnde possessio, quæ datur in summarijssimo appellata manutentio, vocatur momentanea, vt *in d. rub. C. si de moment. poss.* & tamen aliquando durat per multos annos, & Rota concludendo idem per diuersa verba in prædicta secunda decisione dixit, quòd ista species dilationis, erat potiùs quædam suspensio ad impediendam coactionem solutionis pretij, siue securitas per modum cuiusdam pignoris data emptori, ex Nauarr. & Gabr. ibi alleg. quod dictum placuit Dominis, etiam in hac propositione, non obstante quòd omnes circumstantiæ huius facti minimè concordent cum facto proposito ab illis Doctoribus, quia non est inconueniens approbare propositionem alicuius Doctoris, etiamsi non concorrerint circumstantiæ facti, cuius occasione Doctor facit illam propositionem maximè in re de se patenti, & quæ non egebat auctoritate Doctorum:

5 Circa illud quòd objiciebatur, quòd si venditor cogitauit dilationem futuram esse breuem; ergo eò minus cogitauit de fructibus, & sic argumentum retorquetur, fuit responsum, quòd cùm fructus ex dispositione iuris, & ratione, vt suprà firmatum est, deberentur venditori, vt emptor possit illos lucrari, non sufficit dicere, quòd venditor de illis non cogitauerit, sed oportet docere, quòd de illis cogitauerit ita benè; vt exinde possit colligi, vel donatio, vel quòd propter illos augmentauerit pretium, vt suprà dictum est, à qua cogitatione quantum abfuerit venditor in proposito casu, ex eo colligi potest, quòd lis super implemento durauit per decem & octo annos, & per tantundem tempus D. Episcopus retinuit casale, & pretium: vnde si diceremus venditorem cogitasse de hoc casu, cum fructus tanti temporis facilè æquent capitale (quod tamen erit suo loco videndum) oportet fateri, vel quòd voluerit donare casale, vel quòd pro pretio fecerit sibi promitti duplò plus quàm valeret casale, quorum vtrumque quantò sit verisimile de se patet.

6 Nec dicatur, quòd totum hoc negotium concluditur ad fauorem venditoris, coniecturis, & arbitrijs, non autem per regulas iuris, quia cùm venditor habeat radicatum suum ius super istis fructibus in lege, & ratione, non potest hoc ius illi auferri sine eius consensu, & quia de isto consensu expresso minimè constat, sed ex aduerso recurritur ad prætensam datam dilationem, quæ pernecesse non concludit condonationem fructuum, sed tantùm præsumptiuè, ideò non immeritò in contrarium afferunt præsumptiones, & coniecturæ ad tollendam prædictam præsumptionem ad effectum reducendi negotium ad terminos iuris, iuxta reg. quòd præsumptio contrarijs præsumptionibus eliditur, *l. diuus, ff. de restit. in integr.* Castr. *cons. 26. n. 3. ad fin. lib. 2.* Alex. *cons. 54. n. 11. lib. 7.* Dec. *cons. 476. num. 10.* Cran. *cons. 145. num. 11.*

7 Quæ replicabantur de mora, & culpa venditoris in implendo, & promptitudine D. Episcopi in soluendo pretio, semper quòd illi impleretur, & patet ex multis protestationibus pro illius parte factis, visa fuerunt cessare ex communi Doctorum opinione aliàs allegata, quod ista non minuunt vsum rei traditæ, cuius contemplatione debentur fructus, non obstante mora venditoris in implendo, & quòd D. Episcopus si voluerit liberari à fructibus, debebat deponere pretium.

8 Circa illud quod aliàs dixit Rota, quòd expressio istius pacti, quòd venditor non teneretur soluere pretium antequam sibi impleretur tanquam tacitè inhærens contractui, per *d. l. Iulianus*, non deberet operari remissionem fructuum, ex quo dispositio iuris non tollebat fructus propter dictum non implementum, vt suprà dictum est, fuit replicatum, quòd expressio eorum, quæ tacitè insunt, aliquando plus operatur, vt in casibus per informantes allegatis; sed ad hoc fuit responsum, non sufficere probare, quòd regula patiatur exceptiones, sed esse probandum, quòd illæ exceptiones operantur in casu proposito, aliàs inhærendum est regulæ tanquam carocio, vt dicit glos. *in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.* & Cuman. *cons. 130. n. 2.* tales non videbantur Dominis exceptiones propositæ per informantes pro D. Episcopo, nempe quòd expressio faciat conditionem, & faciat cessare casum taciti, & similia, quia non probatur, quòd ista inserant ad materiam fructuum, & illud quod multum vrgeret, nempe expressum operari plusquam tacitum, quando in iure est cautum, quòd expressum tale quid operatur, non visum fuit posse applicari, ex eo quòd in iure cautum sit, quòd data dilatione non currant fructus, nam præter quòd in hoc non habemus expressam iuris dispositionem, sed tantùm Doctorum opinionem, volentium per multos tacitos inducere speciem donationis, quatenus venditor suæ indemnitati minimè consuluerit in constituendo pretio, suprà demonstratum est materiam dilationis, in qua loquuntur prædicti Doctores, saltem classici, minimè applicari ad istam momentaneam dilationem, siue suspensionem, aut securitatem, in qua danda nihil minus cogitauit venditor, quàm condonare fructus tot annorum.

9 Quæ dicebantur de calumnia venditoris in sustinenda lite super implementis, non visa fuerunt subsistere, quia ad istum effectum requiritur euidens non ius, & omnino discolorata prætensio, Rebuff. *super reg. de subrogan. glos. 7. n. 3.* Rota in causa Collen. parochialis 11. Decembr. 1595. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, in Gerunden. canonicatus 14. Maij 1601. coram Cardinali Ludouisio, & alibi sæpè, quales non fuerunt prætensiones huius venditionis, quæ habuerunt probabilem dubietatem, vt constat ex decisionibus desuper factis, & quatenus adfuisset calumnia, quod negatur, non propterea iure cautum reperitur, quòd *l. curabit*, cesset in hoc casu, & quòd calumniatus possit locupletari cum iactura calumniantis, sed tantùm quòd sibi reficiantur damna passa per calumniam. Cætera visa fuerunt sublata per informantes pro d. venditore, cum quibus Domini transierunt.

Idest sub diebus 28. Aprilis 20. Iunij, & 4. Decembr. 1611. sunt supra in hac parte decisiones 345. 370. & 397. & in 1. parte recentior. in eadem causa habentur tres aliæ decisiones, scilicet 187. 230. & 242.

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S.R.E. Cardinali,

Carthaginen. & Abulen. beneficiorum.

Luna 7. Maij 1612.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione multa explicantur notabilia, sed præcipuè declaratur, nunquid dispensatio ad obtinendum plura beneficia intelligatur ordine successiuo; an verò insimul, & eodem tempore, si incompatibilia fuerint.

S V M-

SVMMARIVM.

Filiorum illegitimitas censetur probata ex dispositione obtenta eorum nomine, n.2.

Actus, & dispensatio præsumitur facta nomine illius, qui expensas subministrauit pro obtinenda dispensatione, num.2. & 3.

Epistolam, seu litteras debiti recipiens, & non contradicens, censetur fateri debitum, n.2. in fine.

Mandatum procuratoris præsumitur ex impensa facta à principali, num. 3. Vbi ponuntur alia adminicula.

Probationes concludentissimæ requiruntur in materia obiectiua, & quando materia dicatur obiectiua, numero 4.

Præsumptiones, & coniecturæ vehementes faciunt plenam probationem, etiam in materia obiectiua, ibid.

Resignatio beneficij abdicat à resignante omne ius, quando resignatarius est capax, ita vt beneficium postea per obitum resignantis vacare non potest, num. 4. in fine.

Dispensatio, vt quis possit plura beneficia obtinere, numquid intelligatur ordine successiuo; an verò eodem tempore, num.5.

Dispensatio ad plura beneficia obtinenda strictè interpretanda est, ibid.

Præsumptio super præsumpto fabricari non potest, numero 6.

Scientia ex præsumptione scientia argui non potest, ibid.

Scientia non deducitur ex clausulis exequutiuis, ibid.

Surreptio dicitur inesse in expressione sub volucro verborum, ibid in fine.

DECISIO CCCCXXV.

1 CVm pro parte D. Hieronymi, & Ioannis instaretur pro expeditione causæ, informantes pro DD. Ferd. & Didaco, fecerunt tres difficultates. Prima, quòd non probaretur illegitimitas Cosmi. Secundò, quòd etiamsi probaretur, debeat sufficere dispensatio illius nomine obtenta; denique quòd in omnem euentum Hieronymus tanquam regularis militiæ de Alcantara, non erat legitimè dispensatus ad obtinenda beneficia sæcularia. Quæ difficultates licèt fuerint sublatæ ex alijs decisionibus in hac causa factis, nihilominus ad satisfaciendum quibusdam replicantibus, placuit Dominis, vt super istis tribus motiuis darem particulare dubium, quòd negatiuè, hoc est, tria motiua non releuare, fuit sub hac die resolutum.

2 Et quantum ad primum visa fuit satis superque probata illegitimas Cosmi ex dispensatione illius nomine obtenta, iuxt. doctr. Bal. *in l.2. num.1. Cod. de iur.aur. ann.* Castr *in l. decem num.4.* Alea. *num.34.* Ias. *num. 18. de verb. oblig.* Dec. *in l. non videtur num.1.* Caguol. *num.2. ff. de reg. iur.* cum alijs alleg. in alijs decis. quæ doctrinæ non fundantur in productione dispensationis, sed in confessione illegitimitatis explicitè, & principaliter facta in dispensatione, quæ dispensatio præsumitur obtenta de ordine Cosmi, propter impensam in illa obtinenda, iuxta decisiones aliàs alleg. iunctis modò testibus de publica voce, & fama per verbum *fuit*, & *est*, vltimo loco examinatis. Necnon etiam quòd, vt ex publico instrumento nouiter producto apparet, Cosmus fecit transumptare prædictam dispensationem, & vlteriùs illam transmisit ad Curiam, faciendo illam consultare, quæ certè non fecisset, nisi dispensatio de illius mandato fuisset obtenta, quam imò valdè ægrè tulisset se vti illegitimum in publicis scripturis nominari, si non esset, prout in simili de recipiente litteras debiti, & non contradicente, est doctr. Bar. *in l. quo enim, §.1. num.1. vers. quandoque superuenit, ff. rem rat. haber.* Aleand. *consil.78. num.1. lib. 1.* Dec. *cons. 430. num.9.*

3 Vnde si Rota aliàs admisit probationem illegitimitatis ex sola dispensatione nomine illegitimi obtenta, etiamsi non constaret de mandato propter præsumptionem, quæ oritur ex impensa, vt in Burgen. Canonicatus 25. Iunij 1607. coram R. P. D. Ludouisio, & in Bononien. fideicommissi de Mauris 16. Ianuarij 1609. coram Illustrissimo Lancellotto. Item, si ad istum effectum admisit probationem ex testibus de publica voce, & fama, vt in Nobien. parochialis 3. Iulij 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, quantò magis vtroque simul iuncto, & additis adminiculis transumptionis, & consultationis, de quibus suprà, iuxta regul. *Quæ singula non prosunt, multiplicata iuuant*, de qua latè per Gabr. *conclusione prima de probat.*

4 Nec obstat, quòd ista sit materia obiectiua, quæ requirit concludentissimas probationes, quales non sunt illæ, de quibus suprà, cùm ad summum concludant tantùm præsumptiuè, quia fuit responsum, neque materiam esse obiectiuam, cùm includant ius dantis, vt in specie respondit Rota post Cassad. *decis.2. de except.* in causa Legionen. Prioratus 6. Martij 1587. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio. Neque esse verum, quòd præsumptiones, & coniecturæ, si aliàs sunt vehementes, non possint facere plenam probationem, vt fuit dictum in causa Oscen. Archidiaconatus 10. Iunij 1602. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, post relatos à Crau. *cons.73. nu.19.* alios cumulat Menoch. *de præsumpt lib.1. quæst.36.* & prædicta eò faciliùs videbantur admittenda, quia Hieronymus, & Ioannes non impetrarunt beneficia, de quibus agitur, tanquam vacantia ob incapacitatem Cosmi, sed per obitum Francisci Montalico, vnde quatenus pro parte Cosmi excipitur de resignatione facta ad sui fauorem per d. Franciscum Montaluo, vel tenetur docere se esse talem, vt resignatio ad sui fauorem facta abdicauerit ius a resignante, itaut non potuerit postea vacare per eius obitum, vt censuit Rota in causa Abulen. beneficij 24. Ianuarij 1596 coram bonæ memoriæ Cardinali Blanchetto, vel saltem non est cum Hieronymo, & Ioanne ita rigorosè procedendum, perinde ac si eorum gratia esset fundata in illegitimitate.

5 Quoad secundum dicebatur per informantes pro Ferdinando, & Didaco, dispensationem nomine Cosmi obtentam non fuisse sufficientem ad validitatem collationis quatuor beneficiorum eodem tempore Cosmo factæ, etenim dispensatio dicit, quòd possit quæcumque, & qualiacunque recipere, & dummodò plura non sint, retinere: vnde apparet prohibitionem pluralitatis non esse adiectam assecutioni, sed retentioni. Accedat quòd Papa in collatione beneficiorum, de quibus agitur, voluit dispensationem Cosmi haberi pro expressa; vnde vel dici potest Papam sic interpretatum fuisse dispensationem, vel scribendo scientem seu inhabili illum dispensasse ad ea, quæ erant necessaria pro validitate suæ collationis, iuxt. not. *in cap. præterea, de offic. deleg.* Verùm Domini quoad primum persisterunt in aliàs decisis super hoc capite, quòd dispensatio super obtinendis pluribus beneficijs deberet intelligi successiuè, etenim in materia dispensationis fit stricta interpretatio, & vt quantò minus deuietur à dispositione iuris communis, *cap.1. in fin. de fil. presbyt. in 6.* glos. *in cap. ordinarij, verb dispensationes de offic. ordin. eod. lib. 6.* Gig. *de pens. quæst.18. num.6. cum duob. seqq.* Paris. *cons. 78. num.20. lib.4.* Surd. *decis.248. num.21.* Ideòque sufficit si dispensatio verificetur in assequutione successiua, quòd scilicet possit obtinere plura, vnum scilicet post alterum, quod non potuisset sine ista clausula, quia dispensatio expirasset per assequutionem primi, iuxta not per Dec. *cons.541. num.5.* & per Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, in princ. num.29. de verb. sign.* Præterea si talis dispensatio intelligeretur, quòd quis posset simul & eodem tempore obtinere plura beneficia, quæ ab initio certus est non posse retinere, daretur occasio peccato, quod est beneficium animo illud dimittendi, *Sot. de iust. & iur. lib.10. quæst. 5. articul. 6. vers. percomaris*, Nauar. *miscellan. de orat. miscellan.49. vers. ad quod*, Achil. *decis.1. num.5. de offic. Vicar.* & proinde non benè infertur de acceptatione successiua ad contemporaneam, quia in successiua non apparet, quòd quis acceptet animo dimittendi, sed potiùs præsumatur acceptare animo retinendi, licèt ob aliquod accidens postea dimittat.

6 Quantùm ad dispensationem prætensam ex eo, quòd Papa per clausulam, quòd dispensatio haberetur pro expressa, habuerit notitiam inhabilitatis Cosmi, & promde scienter illi conferendo voluerit dispensare, ex suprà allegatis dicebatur per aliquos, scientiam Papæ ad prædictum effectum debere esse multum certam, quia si non esset certa, sed præsumpta, esset fabricare præsumptionem super præsumptione, contr. not. *in l.1. C. de dot pro miss.* & per Roman. *cons.359. num.16.* nempe præsumere scientiam, & ex præsumptione scientiæ dispensationem, &

quod

quòd non sufficiat scientia, quæ deducitor ex istis clausulis exequutiuis, tradit Felin. *in cap. cum vigesimum num 5. vers. ad clem. de offic. deleg.* per tex. qui benè facit *in clem. 1. de præben.* quandoquidem istæ clausulæ non apponuntur ad certiorandum Papam, sed ad tollendum obstaculum non certiorationis, Rebuff. *in prax. 3. part. signat. vers. Quod obstantia habentur pro express. num. 16.* Facit conclusio, quòd expressio sub inuolucro verborum non suffragator, de quo per Abb. *in cap. cum dilecta num. 7. de rescript.* Craoett. *cons. 68. num. 3.* Grammat. *decis. 66. num. 18. & seq.* Cæterùm quia res videbatur aliquibus ex Dominis digna maiori consideratione, nihil fuit super hoc articulo clausulæ pro expressis, resolutum.

7 Quoad tertium caput de dispensatione D. Hieronymi, difficultas fuit sublata ex gratia *perinde valere*, vltimo loco per illum obtenta, & in Rota exhibita.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Sabineñ. alluuionis.

Luna 7. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Plures conciliantur contrarietates oppositæ contra depositiones testium.

SVMMARIVM.

Dictio incirca *excludit certam quantitatem, n. 1.*

Testes deponentes de diuersa quantitate dicuntur contestes in ea quantitate, in qua concordant, ibid.

Testes non dicuntur contrarii, si diuersimodè deferant, vnus de veritate, alius de auditu, n. 3.

Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda, n. 4.

Testium contrarietas, quæ non est circa substantialia, non vitiat, ibid.

DECISIO CCCCXXVI.

Dubium fuit, an 9. 10. 19. & 20. testes fiot inter se contrarij: Et licèt pro parte communitatis plures allegarentur contrarietates, nullam tamen ex illis visum fuit dictis testibus obstare. Nam quantum ad primam contrarietatem, quam informantes pro communitate ex eo deducebant, quòd 9. iuxta 15. dicit insulam fuisse natam in medio duorum ramorum fluminis, & 10. & 19. dicant insulam fuisse viciniorem ripis Gallesij, quàm ripis Malleani, fuit responsum non posse aliquam considerari contrarietatem, quia insula potuit esse inter duos ramos fluminis, & nihilominus esse viciniot ripis Gallesij, puta quia ramus qui illam diuidit à ripis Gallesij, sit angustior ramo, qui illam diuidit à contraria ripa.

1 Quo verò ad secundam contrarietatem, quæ in eo fundabatur, quòd 9. iuxta 53. dicit magnitudinem insulæ fuisse 40. vel 50. rubrorum incirca, & semper fuisse in eodem statu & magnitudine, & 10. iuxta 50. deponit dictam insulam fuisse rubrorum 50. & 19. iuxta 46. deponit insulam fuisse rubrorum 25. seu 30. & 30. iuxta 53. dicit insulam fuisse rubrorum 20. seu 25. fuit dictum, testes non posse in hoc dici contrarios, tum quia deponont de eorum iudicio, in quo potueruot falli, tum quia non deponunt taxatiuè, sed cum dictione *incirca*, quæ excludit certam quantitatem, Ant. de Butr. *in c. vlt. in fine, de dispens. impub.* Ruin. *consil. 10. n. 3. lib. 5.* Corn. *consil. 179. num. 4. lib. 3. & consil. 59. num. 5. in fine lib. 4.* fuit dictum in Romana locationis vineæ 20. Decembris 1602. & in Patmen. status 24. Ianuarij 1607. coram me. Tum quia in omnem euentum debent dici contestes in minori summa in qua concordant, Cuman. *cons. 17. n. 1. vers. Nam verum est,* Alex. *cons. 54. n. 6. & 7. lib. 5. & consil. 183. num. 14. lib. 6.* Angel. *cons. 25. n. 4. vers. Nec dicat quis.*

Tertia contrarietas deducta ex eo, quòd 9. iuxta 53. dicit insulam semper fuisse eiusdem quantitatis & magnitudinis, & nunquam creuisse, & 19. iuxta 63. dicit insulam paulatim fuisse auctam, & 20. iuxta 53. dicit nescire illius augmentum & diminutionem, reducebatur ad concordiam, quia non apparet quòd testes deponant de eodem tempore, & potest esse, quòd testes qui dicunt illam stetisse semper in eodem statu, non viderint illam à principio, prout viderunt illi, qui deponunt de augmento paulatim facto.

Et pari modo reducebatur ad concordiam alia contrarietas, quæ ex eodem deducebatur, quòd 9. iuxta 50. 52. & 17. additionale deponit, quòd in insula non aderant terrena quæ à particularibus potuerint possideri, cùm ea esset plena arborum, & quòd in ea non aderat terrenum quod coleretur, & 19. iuxta 46. dicit, quòd dicta insula in quibusdam locis, & præsertim in medio, erat fertilis, & colebatur ab hominibus de Gallesio, nempe Sottis, Ciottis, & Ægidijs, dominis terrarom dictæ insulæ, qui in ea seminarunt, & 20. iuxta 50. & 52. dicit, quòd in dicta insula non aderant arbores magnæ, & quòd ibi erat terrenum laboratiuum, quia potest esse quòd isti testes deponant de diuerso tempore, & sic quòd aliquando insula fuerit sterilis, & aliquando fertilis, & aliqua eius parte, & ita euenit de istis scappijs, siue insulis, quæ ab initio sunt steriles, & processu temporis euaduot fertiles, & sic etiam potest dici de possessione dictarom terrarum, quia potuit esse, quòd ab initio à nemine possiderentur, processu verò temporis ab aliquo fuerint possessa.

Quinta deducebatur contrarietas, quia 9. testis iuxta 15. dicit mutationem fluminis paulatim fuisse sequutam occasione vnius nauis demersæ in aluo maiori fluminis, & hoc idem deponit 20. iuxta 25. 10. verò dicit mutationem fluminis vnico impetu fuisse sequutam occasione cuiusdam inundationis dicti fluminis, & multitudinis aquæ: sed fuit dictum nullam posse considerari contrarietatem, quia potest esse quòd nauis dederit aptitudinem, puta diuertendo paulatim flumen ad aliam partem, & inundatio perfecerit opus, mutando cursum fluminis antiquum, & ita sæpè euenire solet io fluminibus, qui licèt vergant cursum, illum tamen non mutant, nisi per magnas inundationes, quæ dant cursum aquis sufficientem pro mutatione.

2 Nec contrarietas circa confinia territorij visa fuit releuans, quia licèt 9. iuxta 15. dicat morrones magnos antiquitus fuisse & de præsenti esse confines territorij Gallesij, & sic secundum ipsius depositionem, fluoien & illius alous semper fuerint in territorio Gallesij, & 10. iuxta 21. dicat non credere flumen Tiberis seruire pro confine dicti territorij, & vlterius dicat, quòd sicuti hodie non seruit pro confine, sit nec antiquitus credat pro confine seruisse, non per hoc dicuntur inter se contrarij, quia decimus deponit de credulitate, & sic non est contrarius 9. qui simpliciter depooit, cùm non possit considerari contrarietas inter duos, quorum vnus simpliciter affirmet, alius credat contrarium.

Nec denique alia contrarietas circa locum sacri veteris habita fuit in consideratione. Nam dum 9. dicit post mutationem fluminis locum sacri fuisse in territorio Gallesij, non est contrarius decimo, qui dicit, quòd dum flumen cursum suum fecit in loco nuncupato *li morroni grandi*, locus nuncupatus *il sacco vecchio*, semper fuit in territorio Gallesij, quia 9. non negat quin ante mutationem locus dictus *il sacco vecchio*, fuerit in territorio Gallesij, quia nonus non negat quin ante mutationem locus dictus, *il sacco vecchio*, fuerit in territorio Gallesij, licèt dicat post mutationem alui fuisse in territorio Gallesij, & ideò non est contrarius 10. qui dicit semper ita fuisse.

Et ita etiam tollitur contrarietas respectu 10. & 20 quia 9. iuxta 39. dum deponit de loco *detto il sacco vecchio*, quòd tam ante, quàm post mutationem fuerit in territorio Gallesij, deponit de auditu; vigesimus verò dum deponit, quòd post mutationem locus dictus *il sacco vecchio*, fuerit & sit in territorio Malleani, deponit de credulitate, & sic non dicuntur contrarij, cùm possit esse, quòd veritas sic vno modo, & alio modo alius dici audiuerit, vel credat. 3

Quæ omnia eo magis admittenda esse censuerunt Domini, quia testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda, & omnis interpretatio fieri debet, vt testes à contrarietate defendantur, vt in hac causa decisum fuit, præsertim quia contrarietates appositæ non versantur circa substantialia, & circa negotium principale, scilicet mutationem aluei fluminis vnico impetu & existentiam insulæ, Ias. *in l. 2. 5. 6. & n. 16. vers. confirmo, C. de bon. possess. secund. tab.* Alex. *cons. 5. n. 10. lib. 1.* Ruin. *cons. 36. n. 2. lib. 4.* Caputaq. *decis. 270. n. 2. circa med. part. 3.* fuit dictum coram me in causa Romana hæreditatis de Cecchis 14. Aprilis 1606. & in Hispalen. matrimonij de Alcala 28. Ianuarij 1608. Ex quibus fuit conclusum, contrarietates non obstare, &c. 4

R.P.D.

R. P. D. PENIA.

Papien. bonorum.

Die Lunæ 26. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex summario.

SVMMARIVM.

Possessio, seu quasi exigendi probatur per sententiam condemnatoriam ad restitutionem, n.1.

Manutentio non datur ei, qui se habuit pro spoliato, n.2.

Vbi nisi retinuerit animo ciuilem possessionem.

Procuratoris factum de cuius sufficienti mandato non constat, domino non præiudicat, ibid.

Confessio per Procuratorem facta potest reuocari, ibid.

Possessio spatio decennij committitur, nec præsumitur continuata, n.3.

Fallit quando constat de animo non amittendi possessionem ciuilem, n.4.

DECISIO CCCCXXVII.

1 AD dubium an Landrianis esset concedendum mandatum de manutenendo pro exactione canonum, de quibus agebatur, vltimum modiorum 12. ÷ trium bladorum, hoc est, frumenti scialis & milij, & librarum 12. sol.84. pro quolibet anno contra Monachos S. Spiritus propè ciuitatem Papiæ. Rota vtraque parte informante, concedendum respondit, ex pluribus instrumentis, & signanter ex instrumento de anno 1507. vbi pro affictu dicti anni soluitur dicta portio, & ex alio instrumento de anno 1531. vbi Petrus Landrianus tanquam hæres Iacobi Antonij suo, & aliorum nomine facto diligenti calculo pro omnibus affictibus omnium annorum vsque tunc decursorum, & pro omnibus affictibus debitis per Landrianos occasione molendini, quod tenebant ad affictum nomine monasterij, ipsi Monachi remanseruot debitores in modis 17. scialis, & totidem milij, & modijs 16. frumenti, & libris 40. imperialium, ex quibus certa pars soluta fuit, & reliqua intra triennium soluere promiserunt, & maximè ex sententia de anno 1604. per Conseruatorem eorum lata, in qua Conseruator primò declarauit, Monachos in integrum restituendos aduersus solutiones per illorum agentes factas Dominis Landrianis occasione molendini, & aquarum loci Cauagnatæ & aliorum, & secundò absoluit Monachos à petitis per Landrianos, & tertiò condemnauit Landrianos ad restitutionem bladorum, & pecuniarum per ipsos exactarum, nam quatenus Conseruator condemnauit Landrianos ad restitutionem receptorum, probata fuit possessio Landrianorum, cùm restitutio præsupponat exactionem, quæ sine possessione non subsistit, vt fuit dictum in causa Pennen. & Adrien. beneficiorum die 4. Iulij 1584. qua ratione sæpè aliàs Rota visa fuit, & signanter in vna Bononien. census die 15. Nouembr. 1599. coram D. Sacrato.

2 Neque obstat potissima difficultas, qua vtebantur informantes pro Monachis, contra Landrianos, quòd Landriani habuerant se pro spoliatis, & propterea non possint manutenere, *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess. l. de pupillo, §. meminisse, ff. de nou. oper. nunciat.* quod sæpè fuit in Rota resolutom: quòd autem Landriani habuerint se pro spoliatis, dedocebatur pro parte Monachorum, quia Procurator Landrianorum in iudicio coram Episcopo Cremonensi Delegato Apostolico in hac causa comparuerat, & protestatus fuerat de nullitate actorum, dicendo per monasterium, & eius Abbatem ac Monachos fuisse spoliatos Landrianos dominos directos annua possessione exigendi libellum, seu fictum emphyteoticum. Quoniam fuit responsum primò, Landrianos vigore prædictæ protestationis non amisisse suam ciuilem possessionem, quam animo retinuerant, nec factum Procuratoris, de cuius sufficienti merito non constabat, potuisse illis præiudicare, Rota in vna Concheñ Archipresbyt. de Buendia die 24. Iunij 1607. coram me. Secundò fuit dictum, Landrianos eas confessiones reuocasse, quod facere potuerunt, Rot. *decis. 2. incip. positiones data de confess. in nouis*, Put. *decis. 16. incip. in causa Bononien. num. 2. lib. 3.*

3 Et eodem modo responsum fuit ad alias confessiones Landrianorum, quia propriè non fuerant de spolio, nec de amissione vtriusque possessionis, sed ad summum de possessione de facto, quæ nunquam priuauerunt Landrianos sua ciuili possessione, quam semper animo retinuerunt, quod satis euidenter probabatur ex quo Landriani in suis confessionibus, & protestationibus concludebant, & petebant manutenere in sua quasi possessione exigendi canonem, & habendi omnia de quibus in protestationibus factis, vel per se, vel per suos Procuratores.

Ad aliam oppositionem, quam faciebant Monachi, quòd scilicet Landriani possessionem amiserint, ex quo non apparebat, quòd per decennium non fecerant aliquam exactionem, & quòd propterea non poterant manuteneri, cùm possessio vltra decennium non præsumeretur continuata, Bart. *in l. siue possidetis n.8. Cod. de probat.* Rip. *in cap. cum Ecclesia n.23. de caus. poss. & propriet.* fuit responsum id in facto non subsistere, quia ab anno 1578. in quo fuit facta vltima solutio, vt in primo summario dato per Landrianos *n.8.* vsque ad an. 1585. quo fuit cœpta lis per Landrianos coram Conseruatore Papiæ, solùm decurrerunt anni septem: tempus autem post litem motam non potuit Landrianis præiudicare ad amittendam possessionem.

Secundò fuit responsum, quòd licèt prætensum temporis interuallum interuenisset, cùm tamen ex pluribus actibus in causa gestis & subsecutis, & ex pluribus petitionibus, & protestationibus antea, & postea factis constaret Landrianos non habuisse animum amittendi suam ciuilem possessionem, consequenter non præiudicabat eis ille temporis decursus, Rota in vna Romana fructuum die 9. Aprilis anni 1601. coram bon. mem. Andrea de Corduba. Ex quibus fuit conclusum, Landrianis dandum mandatum de manutenendo, &c. 4

FEL. REC. PAVLI PAPÆ QVINTI.

Votum, dum erat in minoribus.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa fructus dotis quando debeantur, & quomodo debeant taxari, & an debeantur per promissorem dotis qui delegauit mercatorem pro dotis solutione.

SVMMARIVM.

Fructus dotis promissæ, & non solutæ debentur eo ipso, quòd maritus sustinet onera matrimonij, siue dos sit promissa à patre, siue ab extraneo qui dotare non tenetur, num. 1. & 5. etiamsi sit elapsum biennium.

Fructus dotis debentur marito ratione damni, quod sentit in præstando vxori alimenta, n.2.

Fructus dotis non solutæ licitè taxantur ad rationem septem cum dimidio pro centenario, n.3.

Liberatio non inducitur per solam promissionem de soluendo, nec per eam inducitur nouatio, n.4.

Fructus dotis debentur in principio, non autem in fine anni, num. 5.

Fructus dotis soluere non tenetur promissor quando delegauit aliquem in debitorem, num. 6. Vbi duobus modis limitatur.

Clausula sublata claudit os iudici vt non possit aliquid contra facere donec os per Papam aperiatur, n.7.

Relationi peritis standum est, quousque de errore non doceatur, num 8.

DECISIO CCCCXXVIII.

EO ipso, quòd maritus sustinet onera matrimonij, pater qui dotem promisit, dicitur in mora absque interpellatione, & tenetur soluere marito fructus dotis promissæ, & non solutæ, Rom. *cons. 517. n.4. & seq.* Cor. *cons. 164. n.5. lib. 3.* de communi testatur Alex. *cons. 143. n.5. in fin. lib. 5.* Quæ procedunt siue sit dos, vt suprà, à patre promissa, siue ab extraneo, qui dotare non tenetur, iuxta text. *in l. fin. §. præterea*, & ibi glos. & Bart. *C. de iur. dot.* Corn. *cons. vlt. col. 2 vers. quarto non videtur cadere lib. 2.* Fortun. *in tract. de vlt. fin. n.72. vers. vnde rursus infertur.* 1

Et fructus sunt soluendi, siue dos sit promissa in bonis stabilibus, siue in pecunia numerata, etiam quòd maritus non sit solitus negotiari, cùm hi fructus non debeantur marito ratione vsurarum, sed ratione damni, quod sentit ex quo præstat alimenta de proprio, vbi soluta dote ex eadem præstitisset, Rom. *d. cons. 517. n.5. circa med.* optimè 2

niè Alex. *cons.31. n.20. & seq. lib.6.* & placuit etiam Bal. *cons.94.per tot.lib.1.* refert alios Surd. *in tract. de alim. vers. 42.n.1. & plurib. seqq.* vbi istam communem dixit.

3 Taxatio autem alimentorum, seu fructuum dotis promissæ & non solutæ, fit de iure communi ad rationem census, & ad illam summam, quam si pecuniæ ad honestum lucrum ponantur, reddere solent, Aym. *in term. cons.189. num.6. vers. præterea lib.1.* Rom. *cons.139. sub num.5. & sing.179. vers. pone*, Lup. *in cap. per vestras n.2. de donat. inter vir. & vxor.* Vnde licita videtur taxatio ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario & anno, prout fuit prouisum per statutum vrbis, quæ taxatio est iuri communi congrua, dicit Pont. *in tract. de alim. cap.15. num.7. tit. de alim. vid.* & tenuit Rot. coram R. P. D. Seraphino in vna Roman. compromissi, quæ est diuers. 742. *num.5. lib.1.* vbi alimenta liquidari ad rationem 8. pro centenario videntur.

4 Nec per schedulam datam videtur promissor liberatus, quia illa fuit simplex promissio de soluendo, non autem verè depositum factum animo abdicandi ab se dominium, vt creditor posset ad eius arbitrium, & voluntatem pecunias depositas recipere, vt voluit Bart. *in l. si soluturus in fin. ff. de solut. & liber. cum l. deleg. num.2. de nouat.* & in his terminis procedunt DD. per Soderinum allegati. Et quòd per simplicem debiti acceptationem, & promissionem quis non dicatur liberatus, nec facta nouatio, dicit text. *in l. vbi quis, ff. de const pec.* Barb. *cons.37. num.2. lib.1.* Hier. Gabr. *cons.155. n.2. lib.1.* & fuit pluries resolutum, tum coram R. P. D. Pamphilio, tum etiam coram R. P. D. Gipsio, vt in decisionibus datis.

5 Simili modo quando maritus sustinet onera matrimonij, & non expectato biennio, promissor incipit esse in mora, & tenetur ad alimenta dotis, *l. Iulianus, § offerri, & §. ex vendito, ff. de act. empt.* glos. *in l. de diuis.* vbi Bart. *n.1. ff. sol. matr.* vbi Soc. *n.9. & seq.* & Alex. *n.72.* vbi dicit hanc opinionem esse magis æquam, Ang. *in l. fin. §. præterea, C. de iur. dot.* Surd. *vbi supra n.133.* qui fructus, seu alimenta debentur in principio, non autem in fine anni, Bald. *in l.1. n.3. C. de fideicom.* Soc. *cons.70. n.14. lib.1.* Surd. *d. tract. tit.3. q.17. num.12.*

6 Restat sola difficultas, an debitor excusetur à mora stante promissione, & obligatione mercatoris de soluendo, iuxta terminos glos. *in l. de diuis. in verb. possessio vers. vel pone eam obtulisse, ff. sol. matr.* & dicit Barth. Soc. *cons.114. num.10. lib.4.* Quæ difficultas tollitur primò ex eo, quòd debitor post promissionem soluit fructus, & alimenta dotis, quo casu videtur illi renunciare, *cap. ex litteris de transact. cap. ex ore, de his quæ fiunt à prælat. sine cons. cap. l. fideicommissum in fin. ff. de iud.* cum similib. Secundò, quia creditor licèt sæpius mercatorem iudicialiter, & extraiudicialiter interpellasset, pecunias ab eo promissas recuperare non potuit, licèt contra ipsum mandatum executiuum etiam fuerit obtentum, ob quam recusationem adhuc debitor dicitur in mora, Ripa *in l. quod te num.2. ff. si cert. petat.* Tiraquell. *in retract. conuent. num. 4. glos.6. num.21. in fin.* Rolan. à Vall. *cons.53. num.32. lib.1.* Rota diuers. coram Cantuccio *decis.71. num. 11. & seq. part.2. lib.1.*

7 Quia creditor in Rota obtinuit in sententia graduatoria, tam pro sorte principali, quàm pro fructibus graduatorijs, & sic fuit creditum principaliter canonizatum, liquidatum, & non video quin possit exequutio retardari stante etiam Breui sanctissimi Domini nostri directo A. C. cum decreto irritanti, & clausula sublata, quæ claudunt os iudicis, vt non possit contra illius formam aliquid terminari, nec respectiuè decidi donec, & quousque per eundem Papam os parti aperiatur, Caputaq. *decis.134. num.4. lib.3.* Put. *decis.50. num.5. lib.1.* Gabr. *de claus. conf.1. per tot.*

8 Circa verò quantitatem pecuniarum, si illæ tendant in diminutionem sortis principalis dotis, si uctuum, habemus calculum factum per Castronium calculatorem peritum electum, qui standum est quousque de errore non doceatur, Bart. *in l.2. in fin. C. de iur. lib. 10.* Roland. à Vall. *cons.44. num.46. & 55. & seqq. lib.1.*

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. pensionis.

Lunæ 14. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Citatio ad sententiam qualis esse debeat, Notarioque attestanti sententiam latam fuisse cum citatione non creditur, & pensionis exigendæ quasi possessio, quando liberet pensionarium à iustificatione reseruationis pensionis.

SVMMARIVM.

Negatiua, & defectus citationis probatur ex reuolutione chartarum, n.1.

Citatio ad sententiam non suppletur per monitionem factam ad informandum, ibid.

Citatio ad sententiam debet esse clara, certa, & specifica ad sententiam, ibid.

Notario attestanti de actu præterito, & sic de citatione facta non creditur, n.2.

Citatio ad sententiam debet fieri ante sententiam, & non tempore prolationis sententiæ, ibid.

Reseruationi pensionis consentiens, censetur consentire sub eadem conditione, sub qua pensio est reseruata, declara vt num.4.

Quasi possessio exigendi pensionem liberat pensionarium ab onere iustificandi reseruationem pensionis, ibid.

Confessio probat contra confitentem, ibid. in fine.

Quasi possessio exigendi pensionem non acquiritur per solutionem factam vigore monitorij, n.5.

Procurator ad lites non potest sine speciali mandato domino præiudicare, n.6.

DECISIO CCCCXXIX.

Censuerunt Domini sententiam Officialis Pamplonen. esse nullam, & iniustam, & proinde infirmandam, & reuocandam. Nullam tanquam latam sine citatione, cuius defectus probatur ex reuolutione actorum, Bald. *in l. absentem n.3. C. de accusat.* Bart. *in l.2. n.2. Cod. de errore aduoc.* Dec. *cons.483. n.4.* Bec. *cons.40. n.2.* neque monitio ad intimandum de iure suo infra triduum, ex qua prætenditur suppleri citationem, visa fuit posse seruire, tum quia nimis vaga, ex traditis *in l. insulam, ff. de verb. oblig.* Roman. *cons.369. num.8.* Rot. *decis.17. num.1. de re iud. innou.* Tum multò magis, quia monitio non fuit præcisè ad sententiam, prout de iure esse debet, glos. *in Clem. sæpè verb. ad id, de verb. sign.* Gemin. *in c.2. n.4. de dol. & contum. in 6.* Felin. *in c. consuluit n.16. de off. de leg.* Roman. *cons.369. num.8.* Rot. *d. decis.17. n.2. de re iud.* & in causa Cesenaten. bonorum 4. Martij 1602. coram bon. mem. Iusto. 1

Nec satisfecit responsio ex dicto Notarij, quòd sententia sit lata Procuratoribus citatis, quia non creditur Notario attestanti de actu præterito, Abb. *cons.92. ad fin. lib.1.* Innoc. *in cap. quoniam contra n.6. de prob.* Card. *cons.10. n.5.* Castr. *cons.202. n.4. lib.1.* Crau. *cons.171. num 5.* Nec est dubitandum, quin attestatio hoc casu sit de actu præterito, quia Notarius eodem contextu attestatur de citatione, & prolatione sententiæ: vnde vel vtrunque est de præterito, & sic neutrum probatur, ex suprà alleg. vel saltem attestatio citationis est de præterito, cùm citatio non possit fieri de tempore prolationis sententiæ, sed debeat præcedere, Abb. *d. cons.92. in fin. lib.1.* Roman. *cons.397. in fin.* Calder. *cons.8. de sent. & re iud.* alias dixisset Notarius sententiam fuisse latam partibus præsentibus, quod nedum non dixit, sed imò asseruit contrarium, ibi, *Illustris,* &c. *pronunciauit retroscriptam sententiam,* &c. in absentia Procuratorum, qui quamuis citati non comparuerunt. 2

Iniustam verò sententiam dixerunt Domini, quia condemnant titolarem, quòd aut soluat pensionem, aut consignet pensionario omnes fructus beneficij ad effectum, vt sibi satisfiat, præstita tamen cautione de soluendo titulari ducat. centum singulis annis pro sua sustentatione, etenim cùm electio in alternatiuis sit debitoris, ex hac sententia apparet titularem fuisse liberatum à solutione ducatorum 236. vt tenebatur ex forma litterarum reseruationis pensionis, mediante consignatione fructuum, quæ liberatio de iure minimè fieri poterat, quia aliud pro alio inuito cre- 3

ditore

ditore solui non potest, *l.2. §.1. ff. si cert. pet. l. eum à quo, C. de solut.* Rom. *cons.163. n.1.* Natt. *cons.344. n.2.* Surd. *decis.30. num.9.*

4 Non obstat, quòd pensio sit reseruata cum clausula *dummodo centum*, etiamsi titularis consenserit pensioni, quia censetur consensisse sub eadem conditione, si centum remaneant pro Rectore, vt in causa Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Gypsio, quia fuit responsum obiectum cessare ex quasi possessione exigendi, in qua erat pensionarius, quæ illum liberabat ab onere probationis, vt per Butr. *in cap. cum venissene, nu. 12.* Imol. *num. 11. de instit.* Alex. *cons.210. num.20. lib.2.* Rota in causa Firmana pensionis 16. Ianuarij 1592. coram bo. me. Card. Blanchetto, & in Vercellen. pensionis 26. Iunij eiusdem anni coram Illustr. Card. Mantica, & de hac possessione constat ex iterata confessione titularis, quæ contra illum plenè probat, ad *l. generaliter, C. de non num. pecun. cap. per suas, de prob.*

5 Nec subsistit in facto, quòd solutio sit facta vigore monitorij, vnde non constituat pensionarium in quasi possessione exigendi, ad Put. *decis.281. lib.2.* quia licet confessio sit facta dum fuit intimatum monitorium, non tamen probatur quòd solutio sit facta vigore monitorij, imò ex confessione contemporanea, monitorio apparet, quòd solutio fuerat priùs facta, accedente maximè alia confessione, de qua in positionibus pro eius patre datis summario Didaci, *num.4.*

6 Non obstat, quòd sententia debeat sustineri, cùm sit conformis oblationi factæ per Procuratorem pensionarij de recipiendis fructibus beneficij, & dandis titulari centum pro sua congrua, quia respondetur primò non constare de speciali mandato Procuratoris ad faciendam huiusmodi oblationem, prout de iure requirebatur, cùm aliàs sine illo non potuerit Procurator ad lites præiudicare domino, *l. si procurator*, cum ibi not. *C. de procur.* Innoc. *in c. cum olim, n.3. de off. deleg.* Castr. *cons.282. num.3. lib.1.* Secundò, illa oblatio non fuit simplex, sed quatenus habuissent locum prætensiones titulares circa probationes, prout non habent, vt patet ex prædictis.

R. P. D. PIROVANO.

Assisien. hæreditatis.

Lunæ 14. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Venditio terreni facta ad corpus quid contineat, & de probatione dominij rei venditæ plura notantur, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Venditio terreni facta ad corpus, censetur facta de omni terreno, quod intrat in mensuram corporis venditi, n.1.

Consuetudo contrahentium attendenda est, illius præsertim, apud quem consueuit esse res, de qua agitur, ibid. fine.

Destinatio patrisfamilias cadit etiam in separatis, n.2.

Vendita domo censetur etiam venditum conclaue, & clausura in vsum domus conuersa, etiamsi paries esset intermedius, ibid.

Dominium rei venditæ non probatur per instrumentum venditionis, n.3.

Heredes non possunt improbare factum defuncti cui successerunt, ibid.

Cessio de iuribus hæreditarijs non inducit aditionem hæreditatis, declara vt n.4.

Dominium præsumitur ex possessione triginta annorum, iuncto titulo, num.5.

Dominium nunquid probetur ex catastro communitatis, ibid. in fine.

DECISIO CCCCXXX.

1 RESoluerunt Domini sententiam Rotalem esse confirmandam, quia contra validitatem sententiæ nihil opponebatur, & quoad iustitiam vtroque casu, tam respectu donationis Matrinangeli, quàm alienationis, & donationis Caræ Antoniæ benè iustificatur. Donauit enim Matrinangelus Andreæ filio Podere in bailia collis Puni cum domo in ea existenti iuxta bona Biellis Andreæ, & hæredum ser. Alexandri Benigni, & quamuis nominatim expressæ non fuerint terræ sitæ in alijs bailijs, nempè Plebis, & Moræ, visum est nihilominus Dominis eas comprehendi, quia donatio fuit de Podere, quod de consuetudine illius regionis solet constitui ex 25. modiolis terræ, vt deponunt testes in summario Francisci *num.3.* Podere autem collis Puni non excedere modiolos 11. admittunt informantes, & in positionibus fatetur Lauinia esse modiolorum 20. ergo ea consequenti necessariò terras in alijs bailijs sitas comprehendi necesse est, sine quibus desinit esse Podere, vel ad modiolos 20. ascendere non potest, & infertur ex ipsa natura promissionis ad corpus, quæ totum desiderat, Surd. *decis.64. n.25.* ac etiam quia in contractibus inspicitur consuetudo illius, apud quem consueuit esse res, de qua agitur, *l. heredes palam, §. sed etsi notam, ff. de testam. & in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat.1.* id est, qualem locare consueuerat, vel separatam, vel vnitam, *l. prædijs, §. Titio, §. balneas, §. fin. ff. de leg.3.* Alba. *cons.316. n.4.*

Nec refert, quòd vnitæ, & conneaæ esse debeant, quia etiam in separatis cadit destinatio patrisfamilias, Bart. *in l. Seia, §. Tyranne, ff. de fundo instr.* qui propriè loquitur, etiamsi adesset aliqua separatio, & quòd appellatione Podere venit quidquid continetur in eius nomine, licet non simul stet, & eius doctrina fuit considerata in decisionibus Domini Caualerij, & est text. *in l. quod conclaue, vbi glos.2. in fin. ff. de damn. infect.* vbi domo vendita venit conclaue, & clausura in vsum domus conuersa, etiamsi paries esset intermedius, & ponunt similia Aoehar. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Surd. *cons.207. n.3. & per totum lib.2.* Ex quibus, & alijs benè consideratis in decisionibus Domini mei, cessare videtur exceptio situs, in quo aliæ terræ in bailijs diuersi nominis positæ reperiebantur. 2

Quo verò ad bona per Carantoniam alienata, existentia in bailia Pescaræ, exceptiones minimè obstare videbantur. Nam dum opponitur, quòd bona prædicta non probantur fuisse in dominio Carantoniæ, nec instrumentum partim donationis, & partim venditionis probet dominium, cùm potuerit vendere rem alienam, sed aliunde constare debet de iure vendentis, Bart. *in l. cum res, C. de prob.* Afflict. *decis.23. n.4.* fuit dictum, quòd cùm ipsi sint hæredes Carantoniæ, non possunt hodie dare de non dominio improbando illius factum, *l. cum à matre, C. de rei vendic. l. ex qua persona, de reg. iur.* 3

Nec suffragatur responsio, quòd non probatur aditio hæreditatis ea transactione facta per Bartholomæum cum Francisco, etiam nomine Lauiniæ, cùm tendat ad renunciandum, & cedendum, & cessio quamuis de iuribus hæreditarijs non inducat aditionem, quia alio respectu videtur apposita, scilicet ad validitatem cessionis, Crauett. *cons.152. num.9. & cons.200. num.1.* Put. *decis.519. num.3. lib.2.* quod etiam fuit dictum in Romana portionis hæreditatis 5. Maij 1600. coram Corduba. Fuit enim replicatum, oppositionem tolli ea lectura ipsius transactionis, ex qua patet, quod antea adiuerat hæreditatem soluendo legata, & alia debita testatoris, & etiam aliquid fuit receptum per Bartholomæum, ita vt benè applicetur decisio in causa Mediolanen. de Fabonis 7. Februarij 1597. coram bon. mem. Pamphilio, vbi ea hoc limitatur supradicta conclusio, de qua in dicta Romana pensionis, & ex prædictis cessat, quòd Lauinia transactionem non ratificauerat. Nam si ex persona Antonij fratris agit contra Franciscum, semper obstat transactio; si verò ea persona propria tanquam exclusa per statutum ab vtraque successione patris, & matris, caret actione. 4

Considerabant præterea Domini, quòd hæc bona fuerunt per Franciscum possessa spatio 30. annorum, & vltrà, ex quo tempore, iuncto tit. venditionis, & donationis, inducitur præsumptio dominij ex parte tradentis, Alex. *cons.88. n.6. & 7. lib.2.* Afflict. *decis.23. num.5.* Catastrum autem non etiam probabat Carantoniam dominam non fuisse, quia, etsi alijs sint bona catastrata, non tamen ex illa registratione sine consensu eorum, de quorum præiudicio agitur, probatur dominium, Felin. *in cap. cum causam, n.2. de probat.* Crau. *de antiq. tempor. part.1. §.4. limitatur, n.71. in fin.* Paris. diuers. communem, *cons.104. num.169. lib.1.* &c. 5

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà san. mem. Gregorio XV.

Romana domorum.

Veneris 18. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Lapſo termino ad redimendum rem venditam, non eſt amplius locus redemptioni eiuſdem rei venditæ, nec termino nondum lapſo ſufficit oblatio verbalis, quando in venditione adeſt pactum reſolutiuum.

SVMMARIVM.

Pacto de retrouendendo termino præfixo, & lapſo, non eſt amplius locus redemptioni rei venditæ, nec oblationi pretij, præſertim quando adeſt pactum reſolutiuum, numer. 1.

Conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum, ibid. in fine.

Pacto retrouendendo termino præfixo, & nondum lapſo ex verbali oblatione facta in fine termini ius redimendi infra terminum, quando cenſeatur perpetuatum, num. 2. vbi etiam quando ſufficiat verbalis oblatio.

DECISIO CCCCXXXI.

1 OBlationes factæ die 13. & 14. Aprilis præteriti non ſuffragari Flaminiæ, & litis conſortibus, Domini vnanimiter cenſuerunt, quia factæ fuerunt per plures annos poſt tempus conſtitutum ad redimendum, quo elapſo Virginia ampliùs non tenebatur retrouendere, Bald. *conſ.* 108. *nu.* 4. *in princ. lib.* 5. Aog. *conſ.* 199. *num.* 2. Socin. *conſ.* 241. *num.* 14 *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 67. *ſub num.* 5. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 43. *& ſeq.* Aliàs enim vana eſſet, & eluſoria redderetur adiectio temporis, ſi poſt illud eſſet licita redemptio, vt per Tiraq. ibi, *n.* 45. imò Flaminia patiendo labi tempus ad redimendum, cenſetur iuri redimendi renunciaſſe, Aym. *conſ.* 216. *n.* 20. Natt. *conſ.* 492. *ante n.* 1. Tiraq. *loco citato, num.* 51. *& ſeq.* Accedit pactum reſolutiuum expreſſum, quamuis tacitè ineſt limitationi temporis, ex regula, quòd conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum, *l. ſtatu liberum, §. Stichum, & l. Titia cum teſtamento, §. fin. ff. de leg.* 1. *l. ſi ita quis*, vbi Bald. Imol. Alexand. & alij, *ff. de liber. & poſthum.*

2 Non obſtat, quòd prætenditur fuiſſe per oblationes verbales factas in fine termini perpetuatum ius redimendi infra terminum, quia omiſſo, quòd iſta opinio eſt multùm controuerſa, & habet multos contradictores, quos refert Lup. *in l.* 2. *in comment.* 2. §. 3. *num.* 107. *C. de pact. inter emptor. & vendit.* non applicatur caſui noſtro, vt latè fuit deductum ſub die 10. Ianuarij anni præteriti, à qua deciſione Domini cenſuerunt non eſſe recedendum, quia quando aliàs ſufficeret oblatio verbalis, in hoc caſu omninò requirebatur realis ſolutio cum numeratione pecuniæ, cùm cautum fuerit inter partes, quòd reſtitueretur integrum pretium ſcutorum 1700. in moneta argentea, Iaſ. *conſ.* 216 *n.* 2. *lib.* 2. Chaſſan. *conſ.* 41. *n.* 7. *verſ. & prædicta, & n.* 9. Roland. *conſ.* 53. *n.* 42. *& ſeqq. lib.* 1. Decian. *conſ.* 10. *n.* 9. *lib.* 1. præſertim ſtante pacto reſolutiuo, quod excluditur omnem moræ purgationem, Grat. *conſ.* 42. *num...* *lib.* 1. Gabr. *de tranſact. concluſ.* 1. *n.* 24. poſt Alex. quem allegat Put. *deciſ* 66. *lib.* 3. & verbis in ablatiuo poſitis importantibus formam, alijſque in deciſione plenius adductis. Nec eſt verum Virginiam recuſaſſe recipere, quia vt in deciſione fuit dictum, oſtendit potiùs ſe paratam: ſed verius eſt, partem aduerſam non fuiſſe paratam ſoluere, quia non comparuit cum pecunia in manibus, vt latè per Alex. *conſ.* 130. *n.* 11. *lib.* 4.

3 Quæ obijciuntur de non implemento pro parte emptorum, vltra quòd non faciunt ad dubium de quo agitur, non ſunt in facto vera, quia quoad ſcuta 409. 30. fuit facta compenſatio quoad ſcut. 1100. emptores ſuſceperunt in ſe onus ſoluendi ſortes principales cenſuum, & ſocietatum, & pro alijs ſcutis 18. 75. illarum fructus tum decurſos; quoad reſiduum verò ſcutis 171. 95. oſtenditur alia compenſatio poſteà facta. Alia benè ſublata ſunt in deciſione, & per informantes pro Virginia, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hieroſolymitano.

Signina pœnarum.

Lunæ 21. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis in exactionibus probatur per plures teſtes deponentes de viſu per ſpatium quadraginta annorum, nec abſentia per paruum tempus, neque cæcitas alicuius quantitatis temporis impedit.

SVMMARIVM.

Immemorabilis probatur per teſtes qui deponunt de ſpatio quadraginta annorum de viſu, & neceſſe eſt, quod teſtes tempore depoſitionis ad minus ſint maiores 54. annis, num. 1.

Immemorabilis probatur etiam per eum, qui aliquo tempore intermedio fuit abſens, n. 2.

Abſentia per paruum tempus non eſt conſiderabilis in probatione immemorabilis, n. 3.

Immemorabilis vt dicatur probata, quæ ſint neceſſaria, num. 4.

Cæcus in parte temporis non excluditur à probanda immemorabili, ſi non vidit exactiones fieri, cum potuerit audire, num. 5.

Teſtium præſentia ad probandam immemorabilem non eſt neceſſaria ſemper in exactionibus pœnarum, num. 6.

Teſtium dictum debet interpretari vt excludat contrarietatem, num. 7.

DECISIO CCCCXXXII.

REſtricto dubio ad ætatem legitimam teſtium deponentium pro communitate Signinæ de immemorabili, an illa probent? Domini dixerunt teſtes primi examinis, nempè de anno 1606. omnes, dempto primo, habere legitimam ætatem; ex teſtibus verò ſecundo loco, nempè de anno 1611. examinatis ſecundum, tertium, octauum, nonum, decimum, etiam eſſe ætatis legitimæ, & quia contra aliquos de iſtis teſtibus fuit oppoſitum de abſentia à ciuitate Signina, Domini dixerunt prædictam exceptionem abſentiæ non obſtare tertio teſti primi examinis, nec ſecundo, tertio, & octauo ſecundi examinis. Et quoad vltimam partem dubij, dixerunt tertium teſtem examinis primi, & ſecundum, tertium, & octauum examinis ſecundi, probare immemorabilem in dicto.

Et moti fuerunt quoad legitimam ætatem dd. teſtium, 1
ex eo, quòd lis fuit mota de anno 1605. & primum examen factum de anno 1606. ſecundum verò de anno 1611. & ex eo, quòd probanda immemorabili, quæ requirit 40. annos de viſu, opus eſt quòd dempto tempore litis, teſtes habeant ætatem 54. annorum iuxta communem ſententiam, de qua per Doctores *in cap.* 1. *de præſumpt.* & Couar. *in reg. poſſeſſ.* 2. *part.* §. 3. *num.* 7. *teſtes vero*, & Gabr. *concl.* 1. *num.* 81. *de præſcript.* Caputaq. *deciſ.* 71. *num.* 2. *par.* 2. & dixit Rota in iſta cauſa 20. Nouembris 1609. coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & ſæpiùs hanc ſententiam ſequuta fuit, vnde cùm ex teſtibus primi examinis ſecundus ſit annorum 75. tertius annorum 67. quartus annorum 60. & quintus annorum 57. videtur in illis concurrere ætatem legitimam ad prædictum effectum, prout & illam habere videntur ſupradicti teſtes ſecundo loco de anno 1611. examinati, cùm ſecundus ſit annorum 75. & tertius annorum 69. & octauus annorum 70. & nonus annorum 75. & decimus annorum 63. in quibus omnibus etiam demptis ſex annis litis reſtat ſufficiens ætas, & requiſita in hoc caſu.

Quo verò ad abſentiam tertij teſtis primi examinis, 2
cui illam exceptionem non obſtare dictum fuit, mouebantur Domini, quia non fuit abſens per longum tempus, ſed aliquando per montem, vt etiam fuit reſolutum in hac cauſa 19. Nouembris coram eodem Reuerendiſſimo Attrebaten.

Minus obſtare eadem exceptio viſa fuit ſecundo, ter- 3
tio, & octauo ſecundi examinis, cùm iſti tres teſtes deponant ad decimum articulum, ſe eſſe ciues dictæ ciuitatis,

& ibi

& ibi habitasse, & habitare ab ipsorum natiuitate, & absuisse per parui temporis spatium, & ita non considerabile, nec impedimentum præstans, quominus potuissent circa 40. annos de visu deponere.

4 Circa vltimam verò partem dubij, in qua fuit resolutum, tertium testem primi examinis, & secundum, tertium, & octauum, secundo loco examinatos, probare immemorabilem in dicto Domini mouebantur, ex quo omnes isti quatuor testes deponunt, iusta requisita per glos. communiter receptam, *in cap. 1. de præsumpt. in 6.* cum dicto visu, per 46. annos, & de auditu à maioribus, qui nunquam contrarium audiuerunt, nec intellexerunt, & de publica voce, & fama per verbum *fuit*, & *est*, prout etiam fuit resolutum de supradictis testibus primi examinis coram eodem Reuerendissimo Attrebaten. de mense Decembris 1609. & alios tres testes secundi examinis dicebant Domini non posse melius de immemorabili deponere.

5 Non obstat, quòd tertius testis secundi examinis fateatur se cæcum à 18. annis citrà, vnde videbatur non posse deponere circa quadragenariam de visu, quia respondebatur non ex eo excludi qui per sensum auditus possit circa istas exactores testificari, & tanquam vnus de communitate potuit optimè hæc omnia scire, ad notata per Speculat. *de testib. §. 1. n. 57. vers. si vero sit cæcus.*

6 Minus obstat, quòd isti testes semper non fuerint præsentes exactionibus pœnarum, ista nempè præsentia in quolibet actu non est necessaria, ad notata per Abbatem *in proœmio 10. decret. Rex pacificus, n. 3. vers. his notabilibus expeditis*, & ibi Feiin. *n. 3. & 4. & num.* .. præsertim, cùm quidam deponant de facto proprio, cùm fuerunt Camerarij, & Officiales ciuitatis.

7 Tandem non obstat contrarietas opposita contra octauum testem, qui primò dixit excelsum Ducem tenuisse fiscalem continuò, postea quintò dicit, cœpisse illum tenere paulò ante motam litem, quæ non videbantur contraria inter se, cùm sensus sit, quòd ex quo cœpit tenere, semper & continuò tenuit, non intermisso tempore quin tenuerit.

8 Ad alia autem visum fuit Dominis benè per informantes pro communitate responderi, & ex his ita resolutum fuit, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Carpentoracten. transactionis.

Veneris 25. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Dominus castri, seu Princeps potest sua animalia mittere ad pascendum in publicis pasculis, non tanquam dominus iurisdictionis, sed tanquam ciuis, qui propterea obligatur ex contractu inito cum subditis, eiusque obligatio transit ad successores.

SVMMARIVM.

Pascua publica sunt omnibus communia, n. 1.
Dominus alicuius castri potest sua animalia pascere in publicis pasculis, non vti dominus iurisdictionis, sed tanquam ciuis, ibid.
Princeps in fauorabilibus dicitur ciuis, imò primus ciuis, ibid. in fin.
Princeps, seu dominus alicuius castri debet subiacere legibus aliorum ciuium, n. 2.
Principis obligatio transit ad successores, ibid.
Leges inferiorum non ligant superiores, declara vt ibidem in fine.
Princeps ligatur ex contractu inito cum subdito, n. 3.
Identitas personæ probatur per duas demonstrationes, n. 4.

DECISIO CCCCXXXIII.

1 FVit resolutum Dominos terræ Massani esse obligatos remouere animalia lanuta ex territorio Massani. Primò, quia licet pascua publica sint omnibus communia, *l. si in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diuis. l. 1. & 2. C. de pascuis publicis, lib. 10.* & proinde possit Dominus loci, & ipse sua animalia appellare ad pascua, Bertr. *cons. 37. incip. quamuis quoad iurisdictionem, n. 2. lib. 1.* Couar. *pract. quæst. cap. 37. n. 1.* Surd. *cons. 65. num. 4. & 5.* Nihilominus non poterat Dominus hoc facere tanquam Dominus, cum ratione dominij, & iurisdictionis nullum habeat ius in publicis pascuis, Alex. *cons. 76. num. 7. lib. 2.* Castr. *cons. 376. lib. 1. & cons. 56. num. 2. lib. 2.* Crau. *cons. 383. num. 1. & 2.* Bert. & Surd. *vbi suprà*, sed hoc fauet tanquam ciuis, vt dicunt præcitati Doctores, etenim Princeps in fauorabilibus dicitur ciuis, imò primus ciuis, Capyc. *decis. 209. num. 31.* Rot. in causa Beneuentana pecuniaria 19. Martij 1608. coram me.

Hinc sequitur, quòd cùm ex causa publica, ne scilicet deuastentur loca redacta ad culturam, & vitibus plena fuerit per communitatem prohibita pasculatio, quòd nec dominus ipse sua animalia in loco prohibito pasculare facere possit, cùm talis pasculatio sibi non competat tanquam domino, sed tanquam ciui, & propterea debet subiacere legibus aliorum ciuium, Honded. *cons. 84. num. 60. lib. 2.* Crau. *cons. 383. num. 1.* Couar. *pract. quæst. cap. 37. num. 1.* Surd. *cons. 65. num. 5.* vnde cessat, quod dicitur leges inferiorum non ligare superiorem, quia hoc est intelligendum respectu illius, in quo est superior, & dominus. 2

Secundò, præsupposito, quòd instrumentum transactionis initæ inter quondam Gulielmum Dominum Massani ex vna, & communitatem eiusdem loci ex altera, sit in forma probanti, quod reseruatum fuit ad aliam propositionem, fuit dictum, dominos Massani teneri mouere prædicta animalia, quia tenor transactionis super hoc articulo est satis clarus, nec videtur dubitandum quin Princeps ligetur ex contractu cum subdito, *cap. 1.* & ibi Scrib. *de probat.* Bald. *in l. Princeps, ff. de legibus*, Alexand. *cons. 97. num. 4. lib. 3.* Iacob de sancto Georg. *tract. de feud. vers. Princeps, num. 4.* Bertrand. *consil. 154. incip. etiamsi verum sit, num. 2. lib. 3.* Roman. *cons. 52. num. 3.* Decian. *cons. 48. num. 2.* latè Paris. *cons. 11. num. 53. lib. 1.* & talis obligatio quando, prout in proposito casu, est facta pro successoribus, ligat etiam successores, quia dicitur in rem scripta, Bald. *consil. 159. num. 4. lib. 3. num. 2. in fin.* Crau. *cons. 404. n. 13. 19. & 20.* Paris. *cons. 2. num. 132. lib. 4.* Natt. *cons. 122. num. 9.* fuit dictum in causa Tiburtina castri S. Poli 27. Nouembris 1609. coram bon. mem. Penia. 3

Non obstat, quòd in transactione in capitulo, de quo agitur, minimè apponatur cognomen prædicti Gulielmi, nam præter quòd cognomen dicitur legi in alia parte transactionis, cuius integra copia adhuc non fuit allata de partibus, cùm pro parte communitatis prætenderetur sufficere sibi afferre particulam habentem sensum perfectum, qui est articulus formæ probantis reseruatus ad aliam inspectionem, dixerunt Domini sufficere, quòd in prædicto capitulo Gulielmus nominetur Dominus Massani, quia istæ sunt duæ demonstrationes, nempè nomen, & dominium, quæ sufficiunt ad denotandam identitatem personæ, Bart. *in l. demonstratio falsa, num. 14. ff. de condit. & demonstr.* Alex. *cons. 133. num. 5. lib. 1.* Crau. *cons. 198. num. 1. & 2.* Soc. *cons. 89. num. 1. lib. 1.* 4

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana præstationis annuæ.

Veneris 25. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Creditori inuito debitor aliud pro alio soluere non potest, num. 1.
Quasi possessio exigendi annuam præstationem sufficit pro exactione continuanda, & hæc quasi possessio sufficit per binos actus, num. 2.
Oblatio depositi non tollit moram offerentis, quando pars offere se paratam recipere, n. 3.
Verba dispositionis vbi non verificantur, non verificatur etiam ipsa dispositio, num. 5.

Voluntas loquentis metienda est à potestate illius, n. 6.
Mens disponentis præsumitur fuisse qualis esse debuit, ibidem.

DECISIO CCCCXXXIV.

1 FVit resolutum Magdalenos teneri præstare granum, cùm illud sit in eorum obligatione, & regula sit, quòd aliud pro alio inuito creditori solui non possit, *l. mutui datio*, & ibi gloss. Bart. Castr. & alij, *ff. si cert. pet. l. cum à quo, C. de solut.* Roman. *cons.* 163. *num.* 1. Natt. *cons.* 344. *n.* 2. Surd. *decis.* 30. *n.* 9.

2 Nec videbatur posse dubitari de credito litis consortum, stante eorum quasi possessione exigendi annuam præstationem grani firmata coram Reuerendissimo Attrebaten. per duas possessiones, quæ sola quasi possessio sufficit pro exactione continuanda vsque ad finem litis, Cæs. de Grass. *decis.* 4. *de caus. poss. & propriet.* Cassad. *decis.* 10. *n.* 8. *de rescript.* Castr. *cons.* 3. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Rota in causa Tulen. pensionis 22. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Attrebaten.

3 Non obstat protestatio depositi facta per Magdalenos sub die 12. Ianuarij proximi, quia cùm creditores eodem tempore obtulerint se paratos recipere, & realis depositio non fuerit sequuta, non cessauit mora Magdalenorum, Bart. *in l. si penult. n.* 5. *ff. de distract. pignor.* Alex. *in l. si mora, n.* 6. *vers. omnes tamen*, Imol. *num.* 3. *ff. solut. matrim.* Ias. *in l.* 2. *n.* 187. *vers. circa tamen, C. de iur. emphyt.* Cotta *in memorialibus, verb. oblatio.*

4 Nec obstat, quòd Magdaleni non potuerint soluere stante sequestro eis facto ad instantiam Susanæ de Forosemprouio donatariæ quondam Caroli de Magdalenis in scutis 300. vnde infertur, quòd ipsi non fuerint in mora soluendi, & quòd oblatio creditorum, quòd ipsi erant parati recipere, nullatenus sit habenda in consideratione, cùm eis stante prædicto sequestro minimè solui posset, quia fuit responsum, sequestrum cantare de pecunijs, & bonis ad quondam Carolum Magdalenum spectantibus, & pertinentibus, vnde Magdaleni non poterant interpretari, quòd sequestrum ad hoc granum extenderetur, nam aut prætenditur fuisse penes illos sequestratum ius exigendi istam annuam præstationem grani, & non possunt, quia hoc ius non erat penes illos, sed penes litis consortes, qui mediantibus exactionibus fuerunt constituti in illius quasi possessione, vt patet ex suprà allegatis decisionibus coram Reuerendissimo Attrebaten. vel saltem hoc ius erat penes illum, cui iustè adiudicandum venit: non autem penes Magdalenos, qui sunt debitores annuæ præstationis, & contra quos illud ius venit exercendum.

5 Aut verò prætendunt Magdaleni fuisse penes illos sequestratum in indiuiduo granum, prout successiuè maturabantur termini solutionis illius, & multò minus hoc prætendere possunt, quia istud granum nunquam fuit in bonis, vel spectauit ad quondam Carolum, cùm fuerit natum multò post illius mortem, vnde inferebatur per Dominos, quòd cum respectu illius grani non verificentur verba sequestri, ibi, *sequestrentur penes vos Iulianum*, &c. *singula pecuniarum & bonorum summa*, &c. *ad quondam Carolum Magdalenum spectan. & pertinen.* &c. minus verificari poterat illius dispositio *l.* 4. *§. toties, ff. de damn. infect. l. quod constitutum, ff. de milit. testam.* Felin. *in cap. nonnulli, n.* 34. *vers. vbi verba, de rescript.* Socin. *cons.* 55. *n.* 4. *lib.* 1. Dec. *cons.* 591. *n.* 2.

6 Addebant Domini, quòd cùm verba sequestri clarè non loquantur de hac annua præstatione, non poterant ad illam extendi, etenim non potuit iudex sequestrans priuare istos possidentes in primis, & ante omnia eorum quasi possessione, maximè illis non citatis, quia spoliasset, & cùm hoc non potuerit, dicendum est in dubio, quòd nec voluerit, quia metitur voluntatem à potestate, *l. Lucius, §. Imperatores, ff. ad muncipal. cap. cum super*, & ibi not. Scrib. *de off. deleg.* Abb. *cons.* 3. *n.* 5. *lib.* 2. Gemin. *cons.* 77. *num* 2. Roland. *cons.* 39. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 6. *n.* 33. & talis præsumitur fuisse mens iudicis, qualis esse debuit, Crau. *cons.* 74. *num.* 9. Castr. *cons.* 136. *n.* 6. *lib.* 1. Gemin. *d. cons.* 77. *n.* 2. Afflict. *dec.* 44. *n.* 20. Surd. *decis.* 170. *n.* 3. *cum duobus seqq.*

R. P. D. COCCINO DECANO.

Aretina bonorum.

Veneris 1. *Iunij* 1612.

ARGVMENTVM.

Locatio bonorum Ecclesiæ ad nouennium nulla, & inualida est, nec etiam sustinetur per triennium, & quid si adest beneplacitum Sedis Apostolicæ.

SVMMARIVM.

Subreptio in gratiosis intrat etiam quòd minima sit, n. 1.
Locatio bonorum Ecclesiæ ad nouennium facta, nulla, & inualida est, ibid. Vbi etiam quid si conductor obtinuerit beneplacitum Sedis Apostolicæ.
Beneplacitum Sedis Apostolicæ obtentum in alienatione rerum Ecclesiæ cum conditione, dummodo iusto pretio, *conditione non verificata nihil operatur, n.* 2.
Beneplacitum Sedis Apostolicæ in alienatione rerum Ecclesiæ supplet defectum solemnitatum, non autem causæ, ibid.
Valor bonorum non dignoscitur ex arrendamentis eorum, ibid.
Locatio bonorum Ecclesiæ ad nouennium nulla, & inualida, nec etiam sustinetur per triennium, num. 3. *declara vt num.* 4.

DECISIO CCCCXXXV.

FVit per Dominos resolutum, locationem, de qua agitur, factam ad nouennium non sustineri, quia contra dispositionem extrauagantis *Ambitiosa, de rebus Ecclesiæ non alien.* Nec in hoc casu suffragatur conductori beneplacitum Apostolicum obtentum, quia cùm præsupponat locationem iam factam, quæ verè non fuerat facta, ideò non suffragatur, Bald. *in l. nec damnosa, n.* 1. *C. de prec. Imper. offer.* Et quamuis replicaretur, quòd beneplacitum potuit cadere sub locatione oretenus facta, tamen in hoc casu cessat obiectum, cùm in confirmatione præsupponatur locationem fuisse factam per instrumentum, ibi, *Nos igitur instrumenti tenorem*, &c. quæ subreptio, cùm versemur in gratiosis, etiam quòd minima sit, est attendenda; Card. *cons.* 30. Put. *decis.* 397. *lib.* 1. Mandos. *in reg.* 32. *de impetran. benef. vacant. per obitum fam. qu.* 25. Put. *decis.* 350. *&* 424. *lib.* 1. vbi etiamsi Papa aliàs fuisset concessurus. 1

Prædictis accedit, quòd beneplacitum non fuit simpliciter datum, sed conditionaliter, videlicet dummodo iusto pretio, Gem. *cons.* 96. *num.* 5. quod est maximè attendendum, cùm ipsa conditio fuerit apposita actui imperfecto, qui debet accipere robur ab ipso beneplacito, vt fuit dictum in causa Paduana pensionis 28. Iunij 1581. coram bon. mem. D. de Rubeis, eòque amplius cùm dictum beneplacitum suppleat defectum solemnitatum, non autem causæ, & propterea cùm non ostendatur esse purificatam illam conditionem, locatio non sustinetur, Cassad. *dec.* 2. *num.* 14. *de præben.* Mohed. *decis.* 10. *num* 3. *de concess. præben.* neque ex locationibus præcedentibus dicendum est, posse probari iustum pretium, quia arrendamenta non probant verum valorem, Ferret. *cons.* 354. *num.* 15. *in fine*, Sarn. *in reg. de valore quæst.* 11. maximè quia pretia rerum solent mutari ex varietate temporum, *l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* 2

Nec placuit Dominis, quòd in omnem euentum locatio sustinebitur ad triennium, quod tempus non est prohibitum, quia fuit responsum, quòd cùm non sustineatur ad nouennium, nec valet etiam ad triennium, secundùm sententiam, quam insignis nominis Doctores secuti fuere, nempè Lap. *alleg.* 80. *quæris cuius locatio, & ibi apostill.* quæ plures allegat, Bar. *cons.* 159. *nu.* 8. *vers.* 4. *viden. lib...* Alex. *cons.* 17. *n.* 10. *vers. nec etiam obstat, lib.* 4. qui allegat Ang. & Ioan. de Imola, Card. *in Clem.* 1. *§. fin. in fin. de reb. Eccl. non alien.* Afflict. *decis.* 107. *n.* 2. Prob. ad Monach. *in c. vlt. n.* 2. *de pœnit. & remiss. lib.* 6. Ioan. Gutierez *in l. nemo potest, n.* 53. *ff. de legat.* 1. & alios allegat etiam Molina *de primog. Hispan. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 28. *vers. solet etiam.* Nec refert, quòd quamplures teneant contrariā sententiam, quos refert Molina *dicto loco*, quia non videtur recedendum à prædicta opinione, quam Rota vti veriorem 3

plu-

pluries apptobauit, vt in causa Romana deuolutionis domus 4. Febr. 1583. coram D. de Rubeis, & in alia Placentina decimarum 2. Iunij 1586. coram Bubalo, & in alia Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coram R. P. D. meo Decaoo.

4 Neque etiam facit, quòd cùm singulis annis fuerit declaratum pretium, videatur dicendum posse sustineri pro trienoio, aliàs secus si suisset constitutum vnicum prerium, Tiraq. *de retract. lignag.* §.23. *glos.* 1. *num.* 10. quia fuit responsum, quòd ratio huius distinctionis non tollit prædictam conclusionem fundatam in eo, quia locatio ad nouennium est indiuidua, saltem ex voluntate cootrahentium, quia fructus vnius anni possunt respicere plures, & propter vsum Italiæ de seminando vno anno, altero verò noo, & ex eo præcipuè, quia contra probibitionem legis, & ideò intrat conclusio, quod potui nolui, vt fuit consideratum in dicta causa Brixien. &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Aquen. pensionis.

Veneris 1. *Iunij* 1612.

ARGVMENTVM.

Pensionis solutio retardari non potest lite pendente super illius nullitate. Primò, quando titularis consensit reseruationi. Secundò, quando pensionarius est in quasi possessione exigendi. Tertiò, quando causa est commissa sine retardatione solutionis: secus si constat de non iure pensionarij per rem iudicatam, vel illius confessionem.

SVMMARIVM.

Pensionis solutio retardari non potest sub prætextu, quòd reseruatio pensionis sit nulla, quando titularis reseruationi consensit, idem quando pensionarius est in quasi possessione exigendi, & idem etiam quando causa est commissa cum clausula, sine retardatione pensionis, *n.* 1.

Soluere qui tenetur, multò magis cogi potest ad deponendum id, quod soluere tenetur, n. 2.

Æqualitas in iudicijs maximè seruanda est, ibid.

Obligatio est stricti iuris, & non extendenda, n. 3.

Pensionis solutio retardari non potest sub prætextu, quòd constet de non iure pensionarij, nisi illud constet per rem iudicatam, aut partis confessionem, n. 4.

DECISIO CCCCXXXVI.

1 RESolutum fuit D. Episcopum esse cogendum ad faciendum depositum pro terminis decursis, & decurrendis, quia secuodùm regulas iuris ipse esset obligatus soluere pensionem D. Antonio. Tum quia ipse D. Episcopus consensit pensioni, vnde lite duraote super nollitate tenetur soluere, Cassad. *decis.* 4. *num.* 8. *de rescriptis*, Gig. *de pens. quæst.* 35. *num.* 9. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. Rota in causa Abulen. pensionis 15. Decemb. 1610. coram R. P. D. meo Pirouano. Tum quia D. Antonius est in quasi possessione exigendi: vnde in illa durante lite est manutenendus, iux. not. *in c. querelam de elect.* Cassad. *d. decis.* 10. *num* 8. *de rescr.* Cæs. de Grass. *decis.* 4. *de caus. possess. & propr.* Rota in causa Tulen. pensionis 22. Iunij 1609. coram D. Attrebaten. Tum denique, quia in prima commissione causæ adest clausula, *sine retardatione*, qua stante, D. Episcopus non potest audiri absque eo, quòd soluat pensionem, Cæs. de Grass. *decis.* 8. *num.* 1. *de re iud.* Rota in causa Neritonen. pensionis 26. Nouembris 1607. coram R. P. D. Pirouano.

2 Et hoc stante, quòd D. Episcopus teneatur ad solutionem, mitiùs agitur cum illo qui non cogitur soluere, sed tantùm deponere, quia si solueret, non esset ita tutus rehabendi suas pecunias in casu victoriæ, sicut erat si deponit io loco tuto, & prædicta eo magis visa fuerunt admittenda, quia D. Aotonius cauit ex parte sua pro restitutione pecuniarum sibi solutarum, vel soloendarum: vnde ad seruandam æqualitatem, quæ in iudicijs maximè desideratur, *c.* 2. *de mut. petit. c. cum inter*, vbi glos. *verb. clandicare, de except. l. fin.* & ibidem glos. *verb. cùm quidam*, *C. de fruct. & lit. expens.* Bald. *cons.* 486. *n.* 1. *lib.* 2. Oldrad. *cons.* 323. *num.* 4. Castr. *cons.* 259. *n.* 1. *vers. circa secundum*, *lib.* 2. debet D. Episcopus saltem ex æquitate cauere ex parte sua, tantò magis, quia ipse est regularis, qui propterea non habet de proprio, & profitetur eximiam paupertatem, & impotentiam: vnde si moreretur, vel alias fructus consumeret, impossibile erit D. Antonio quatenus victoriam reportaret, consequi pensiones lite pendente decursas.

Non obstat, quòd D. Antonius promiserit pendente hac lite, minimè exigere terminos pensionis depositatos, & io futurum depositandos, quia per hoc non promisit se minimè institutum, vt per D. Episcopum fieret depositum, imò hoc supposuit esse faciendum dum dixit depositatos, & in posterum depositandos, & cum obligatio sit stricti iuris, non debet extendi, *l. obligationum substantia*, *l. Arrianus, ff. de act. & obligat.* Bald. *cons.* 55. *num.* 2. *vers. sed ponamus, lib.* 2. Fulgos. *cons.* 80. *in fin. vers. & si quid*, Cald. *cons.* 20. *de iud.* 3

Noo obstat, quòd D. Episcopus babeat decisiones Rotales super nullitate pensionis, & sic constet de illius bono 4
iure, quia fuit responsum bonum ius ad effectum, vt possit impedire remedia possessoria, & executiua, & prouisionalia, qualia sunt ista, debere apparere, vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis. Rota in causa Valcotina parochialis 26. Ianuarij 1582. coram bo. me. Cardinali Seraphino relata ioter diuers. impress. *decis.* 269. *par.* 2. *diuers.* Baren. beneficiorum 11. Februar. 1605. coram Illustr. Millino, 14. Maij 1604. coram Illustrissimo Lancellotto, & in Cæsaraugustana dismembrationis 23. Ianuar. 1610. coram me, quorum oeutrum conuenit in hoc casu, & prædictis deficientibus non potest dici constare de booo iure, cùm in progressu causa possit doceri de contrarin, iux. decis. Ægid. 108. Put. 203. *lib.* 1. Rota *decis.* 269. *num.* 6. *part.* 2. *diuers. cum concordan.* quod maximè applicatur in hoc caso, quia ex duabus decisionibus in hac causa factis super nullitate sententiæ latæ ad fauurem D. Episcopi, apparet, quòd quidam testes remissoriales non fueruut visi in Rota.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Pacen. congruæ.

Die 8. *Iunij* 1612.

ARGVMENTVM.

Congrua debetur Rectori curato ex decimis ad laicos spectantibus authoritate Apostolica. Reliqua de materia congruæ habes in summarijs.

SVMMARIVM.

Incerta non computantur in congruam, n. 2.

Rectori curato congrua debetur de iure, n. 3.

Congrua non debetur Rectori curato, qui tenue beneficium acceptauit. Declara vt ibid.

Congrua debetur parocho à domino laico, qui decimas percipit, n. 4.

Decimæ sunt destinata ad vsum Rectoris curati de iure diuino, & positiuo sacrorum canonum, ibid.

Translatio decimarum ex concessione Apostolica facta in laicum, intelligitur facta tali conditione, vt congrua remaneat pro Rectore, n. 4.

Decimæ in quoscunque transeunt, cum onere suo transeunt, ibi.

Papa per quæcunque priuilegia nunquam censetur voluisse præiudicare congruæ debitæ Rectori curato, ibid.

Congrua parochi petenda est à parochianis, quibus Sacramenta ministrantur. Declara vt ibid. ad finem.

Alimentorum taxatio arbitrio iudicis relinquitur iuxta qualitatem personæ, cui alimenta debentur, n. 5. *ad fin.*

DECISIO CCCCXXXVII.

DVm ageretur in Rota de confirmatione duarum sen- 1
tentiarum de partibus latarum ad fauorem Archipresbyteri terræ de Albuquerque, contra D. Ducem d. terræ, & patrooom eiusdem Archipresbyteratus, super eo, quòd dictus Dux deberet dare congruam dicto Archipresbytero, quæ fuit taxata in dictis duabus sententijs ad ducatos 450. monetæ illarum partium, fuit pro parte Ducis oppositum de nullitate vltimæ sententiæ, quam sanctissimus D. N. in sua signatura gratiæ sanauit, constito de bono iure Archipresbyteri arbitrio Rotæ, propterea dedi dubium an constatet de bono iure in casu, & ad

effectum de quo agitur. Et pro affirmatiua fuit tentum, & resolutio visa fuit pendere à tribus inspectionibus. Prima est, an constet Archipresbyterum non habere congruam, secunda, quatenus non, an Dux teneatur illam subministrare, tertia est an dicta summa ducatorum 450. sit excessiua, vt prætendit Dux, vel potiùs minus tenuis, vt prætendit Archipresbyter, qui vellet multò plus.

2 Circa primum constare visum fuit Archipresbyterum non habere congruam, cùm non habeat nisi annua scuta duodecim certa, vt probant testes eius summario *num.* 3. colligitur ex positione data pro parte Ducis, de qua in eodem summario *num.* 4. Nec facit quòd Archipresbyter habeat nonnulla incerta, quia ista non computantur in congrua, Rebuff. *tit. de congrua*, *num.* 83. & 86. Rota in causa Legionen. congruarum 15. Aprilis 1575. coram Cantuccio, relata inter diuers. impress. *decis.* 5. *num.* 3. & *seq. par.* 2. in Pampilonen. congruarum 29. Ianuarij 1590. coram Reuerendissimo Perusino, & in Pampilonen. congruæ 22. Octobris 1594. coram Illustrissimo Millino, etenim venter non debet pendere ab incerto, cùm non patiatur dilationem, Cassad. *decis. vnic. n.* 1. *mut. petit.* Cruch. *tract. de morat. præscript. n.* 90. Surd. *dec.* 323. *n.* 9. Quòd autem scuta duodecim non sint sufficientes pro congrua, apparebit ex infrà dicendis in 3. capite.

3 Circa secundum est in primis præsupponendum Rectori Curato deberi congruam, *cap. extirpanda*, & *c. de monachis*, *de præben. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Rebuff. *de congrua quæst.* 4. *in prin.* Cæs. de Grass. *decis.* 6. *n.* 7. *de præb.* Rota in causa Calaguritana congruarum 21. Maij 1571. coram Oradino relata inter diuers. impress. *decis.* 16. *n.* 1. *part.* 1. & in suprà allegatis Pampilonen. coram Reuerendissimo Perusino, & Illustrissimo Millino, nec obstare, quòd illi sit imputandum si tenue beneficium acceptauit ex Toletana decimarum de Lucillis 6. Februarij 1609. coram Illustrissimo Bononien. quia fuit responsum, illam decisionem cum alijs, quæ allegantur, esse intelligendas, quando non est omninò certum, quòd Rector careat congrua, prout in casu illius decisionis: secus quando est certum, prout in proposito casu, aliàs decisio esset contra textum expressum *in d. cap. extirpanda*, *de præb.* cum alijs suprà alleg. & contra rationem, nam ista congrua debetur parochis, & aliàs intenti ad quærendum sibi victum desererent curam animarum, vel aliàs ipsi ob nimiam egestatem in illa exercenda committant, quæ non debent committere, siue ne etiam ob prædictam egestatem sint ludibrio ipsis parochianis, quos debent coercere, & à quibus debent reuereri, & proinde cùm ista non concernant interesse ipsius parochi, sed ordinis parochorum, & curæ animarum, consensus parochi tacitè elicitus ex acceptatione tenuis beneficij in nulla debet haberi consideratione, cùm aliàs neque expressus suffragetur ad prædictum effectum, vt per Rebuff. *d. tit. de congrua*, *quæst.* 12. *num.* 91.

4 Firmato, quòd parocho debeatur congrua, dicebant Domini illam in primis deberi à Duce, qui percipit decimas surgentes in parochiali, quia istæ sunt specialiter iure diuino, & positiuo sacrorum canonum destinatæ ad vsum Rectoris sustinentis curam animarum, *cap. cum contingat*, *cap. cum in tua*, *cap. parochianus*, *de decim. cap. reuertimini* 16. *quæst.* 1. *cap. omnes decimæ* 16. *quæst.* 7. *c. fin. de paroch.* Card. *cons.* 26. *in princ.* & 88. *n.* 4. Anchar. *cons.* 196. *n.* 2. Rebuff. *de decim. quæst.* 7. *num.* 4. Verall. *decis.* 356. *num.* 2. & 3. *part.* 2. licet aliquando ex concessione Apostolica transferantur in alios, prout illas modò legitimè possidere prætendit Dux; nihilominus translatio semper intelligitur facta tali conditione, vt congrua remaneat Rectori, *cap.* 2. §. *vbi autem*, *de decim. in* 6. etiam & multò magis si decimæ transeant in laicum, Rebuff. *de congrua*, *num.* 47. Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 6. *in fin.* transeunt enim cum isto onere in quoscunque, vt fuit dictum in causa Pampilonen. iurispatronatus de Gongara die 30. Ianuarij 1609. coram Cardinali Bononien. neque congruæ per sua priuilegia censetur Papa voluisse præiudicare, Rebuff. *de congrua quæst.* 12. *num.* 103. nec facit quòd congrua sit petenda à parochianis, quibus sacramenta administrantur, *cap. omnis Christianus*, *de consecratione*, *dist.* 1. Abb. *in cap. de Rectoribus*, *num.* 6. *de Cleric. ægrot.* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 60. *n.* 2. quia Domini intelligunt hoc procedere vbi parochiani nullas (fortè ex aliquo priuilegio Apostolico) soluunt decimas, vel ita exiguas, vt non sufficiant pro Rectore: secus vbi soluant consuetas decimas, quæ sunt satis superque sufficientes pro sustentatione Rectoris, tunc enim cùm illæ sint specialiter destinatæ ad hunc vsum, debet Rector ad illas se in primis conuertere.

Quo verò ad quantitatem fuit per Dominos taxata ad prædictam summam ducatorum 450. illarum partium, ponderando ingentem numerum animarum, pro quarum cura fuit in quadam visitatione ordinatum, vt iste Rector haberet quatuor coadiutores, prout habuit à quadraginta annis, & citra. Et similiter cùm habeat iurisdictionem in prima instantia in causis ciuilibus, est sibi necesse tenere vnum substitutum, & illum quidem satis qualificatum, vt scilicet sciat rectè iudicare, prout hæc omnia deponunt testes, quorum summarium fuit datum pro parte Archipresbyteri, vnde ex hoc apparet, quòd iste Rector ex necessitate alit sex personas, & etiam quòd non est persona priuata, cùm nedum habeat sub se extraordinarium numerum animarum, quæ dicit quartus testis reperijsse in libro, vbi describuntur ascendere ad 800. familias, vt patet ex quatuor coadiutoribus datis in visitatione, sed etiam ex iurisdictione, quam exercet in loco, quæ reddit illum multum qualificatum, ita vt necessaria sint vberiora alimenta, latè Tiraq. *tract. de nobilit. c.* 20. *n.* 143. Rebuff. *d. tit. de congrua*, *n.* 63. Menoch. *de arbit. casu* 59. *n.* 5. Surd. *tract. de aliment. tit.* 4. *nu.* 15. & 16. vnde in hac materia quantitatis, quæ tandem reducitur ad arbitrium iudicis, *l. fin. C. de ord. cognit. l.* 2. *ff. vbi pup. educ.* Alex. *cons.* 72. *n.* 7. *lib.* 5. Crau. *cons.* 189. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 169. *n.* 1. Domini arbitrati sunt, quòd pro sustentatione vnius Rectoris qualificati cum quinque substitutis non sit necessaria maior portio, quàm prædicta ducatorum 450. monetæ illarum partium, deferendo etiam in aliquo iudicibus de partibus, qui ita arbitrati sunt, per ea, quæ fuerunt dicta in præallegata Legionen. Congruarum, relata inter diuers. impress. *decis.* 5. *part.* 2. 5

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Comen. decimarum.

Die 8. *Iunij* 1612.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione firmantur plura notabilia, de quibus in summario, præcipuè concluditur, quod Rector Ecclesiæ parochialis in exactione decimarum habet fundatam intentionem, etiam contra matricem, quando eadem Ecclesia in parochialem erecta dismembrata fuit à matrice.

S V M M A R I V M.

Decimarum exactio spectat ad Rectorem Ecclesiæ parochialis, *num.* 1.

Præsumptionem iuris habens pro se, *non grauatur onere probandi*, *ibid. contra sub n.* 5. *ad med.*

Vltimus rerum status, *& vltimum tempus attenditur in materia probationis*, *n.* 2. *vbi ponuntur exempla.*

Debitor volens repetere indebitè solutum, *probare debet fuisse indebitum id*, *quod soluit*, *ibid.*

Agens rei vendicatione probare debet dominium, *declaratur num.* 2. *vbi quod non tenetur probare dominium de tempore quo erat possessor.*

Decimarum exactio pertinet ad Rectorem Ecclesiæ parochialis, *etiam contra matricem*, *num.* 3. *&* 4. *vbi præsertim quando Ecclesia filialis erigitur in parochialem*, *& dismembratur a matrice.*

Instrumenti qualitates probari debent ab eo, *qui se fundat in illis*, *n.* 4. *ad finem.*

Verba sunt interpretanda, *vt superfluitas vitetur*, *& hoc argumentum est validissimum*, *n.* 5.

Actus præsumitur factus secundum quod de iure fieri debuit, *ibid.*

Probatio dubia, *& incerta non releuat*, *ibid. ante medium.*

Præsumptio contrarijs præsumptionibus tollitur, *ibid. in fin.*

Spectare *verbum nunquid significet dominium*, *vel possessionem*, *num.* 6.

Consensus Episcopi ex longo tempore præsumitur, *n.* 7.

DE-

DECISIO CCCCXXXVIII.

1 Domini perstiterunt in decisis coram me in hac causa sub die 9. Decembris 1611. Et ad ea quæ fuerunt latè adducta pro parte Canonicorum de Grabedona circa illud, quòd ante annum 1464. d. Ecclesia de Grabedona erat parochialis trium locorum, de quorum decimatione agitur, & consequenter habebat fundatam intentionem super omnibus decimis, iuxta not. *in cap. cùm contingat, in cap. non est in potestate, de decim.* Put. *decis.* 331. *num.* 2. *lib.* 1. Verall. *decis.* 356. *n.* 3. *part.* 2. vnde inferebatur, quòd cùm Ecclesia de Grabedona habeat pro se iuris præsumptionem, onus probandi non sibi incumbit, sed Ecclesiæ de Vercana, Cur. sen. *cons.* 72. *num.* 1. Gabr. *cons.* 165. *num.* 43. *lib.* 2. fuit responsum, quòd erant extra dubium, quia decisio sub dicta die 9. Decembris non disputat articulum, cui incumbat onus probandi, sed præsupponit duas alias decisiones, in quibus fuit firmatum onus probandi incumbere Ecclesiæ de Grabedona.

2 Sed nihilominus etiam in hoc satisfaciendo informantibus pro Ecclesia de Grabedona, visum fuit Dominis motiuum non obstare, quia in videndo cui incumbat onus probandi, non attenditur tempus præteritum, sed præsens, & modernus status rerum. Hinc videmus, quòd si A. agit contra B. vt sibi soluat certam summam, sine dubio onus probandi incumbit A. verùm si B. soluat, & postea velit repetere, sibi incumbit onus probandi indebitum, iuxt. not. *l. cùm de indebito, ff. de prob.* nec obstat, quòd aliàs onus probandi sibi minimè incubuisset. Idem videmus in illo, qui aliàs fuit possessor, qui si permittat se spoliari, & velit agere rei vindicatione, sine dubio tenebitur probare dominium, iuxt. not. *in l. officium, & in l. in rem actio, ff. de rei vindic.* Castr. *cons.* 30. *nu.* 2. *lib.* 2. & nihilominus tempore quo erat possessor ad aliquam probationem, non fuit obligatus, *l. fin. C. de rei vindic. §. commodum autem, Instit. de interd. l.* 2. & ibi glos. *verb. dominium, C. de prob.* Bald. *cons.* 351. *n.* 2. *lib.* 1. Castr. *cons.* 139. *in princ. lib.* 1.

3 Ex prædictis inferendo ad propositum casum dicebatur, quòd si ante annum 1464. fuisset mota præsens lis, sine dubio Ecclesiæ de Versana incubuisset onus probandi, stante quòd Ecclesia de Grabedona tunc temporis erat parochialis locorum controuersorum, & super illorum decimis habebat de iure fundatam intentionem: verùm cùm lis fuerit mota longè post dictum annum 1464. & sic tempore quo erat mutatus status istarum Ecclesiarum, & Ecclesia de Vercana iam erecta in parochialem, & inter illius limites constituta loca, de quorum decimatione agitur, quo casu habet fundatam intentionem super illorum decimis, etiam contra matricem, vt aliàs in hac eadem causa fuit decisum, per doctr. Abb. *in cap. cùm contingat, num.* 8. *vers. quartus est casus, de decim.* meritò ad videndum cui incumbat onus probandi, est attendendum tempus motæ litis, & modernus status rerum. Quibus attentis non erit dubium, quòd onus probandi incumbat Ecclesiæ matrici: cùm etiam contra illam Ecclesia filialis erecta in parochialem habeat fundatam intentionem, per doctr. Abb. de qua suprà, & conuertuntur doctr. Curt. & Gabr. superiùs in contrarium alleg.

4 Illud autem, quòd ante annum 1464. Ecclesia de Grabedona haberet de iure fundatam intentionem super decimis, nihil aliud potest operari ad eius fauorem, quàm quòd ex hoc dicatur probatum, quòd decimæ tunc temporis spectarent ad Ecclesiam de Grabedona, quod sibi non suffragatur, nam aut hoc deducitur in simplicibus terminis iuris communis, & non iuuat, quia eo ipso quòd Ecclesia filialis dismembratur à matrice, & erigitur in parochialem, eo ipso decimæ censentur ablatæ ab Ecclesia matrice, & applicatæ Ecclesiæ filiali, per doctr. Abb. de qua suprà, vbi attestatur de communi, & Rota illam sequuta fuit etiam in alijs causis. Aut verò fit fundamentum in instrumento erectionis Ecclesiæ de Vercana in parochiali, in quo decimæ reseruantur Ecclesiæ de Grabedona, & conclusio posset procedere, si in dicto instrumento Ecclesiæ de Grabedona reseruarentur simpliciter decimæ sibi debitæ: verùm cùm instrumentum subdat, *immediata, & præstari consueta,* meritò Rota censuit, quòd vt suffragetur instrumentum Ecclesia de Grabedona debeat nedum probare, quòd tempore erectionis decimæ essent sibi debitæ, sed vlteriùs quòd essent præstari consuetæ, quia qui se fundat in instrumento, debet probare, quòd concurrant omnes illius qualitates, iuxt. not. *in l. prætor, la* 2. *§. docere, ff. de vi bonor. raptor.* Castr. *cons.* 95. *in fin. lib.* 2. Rol. *cons.* 89. *n.* 28. *& seq. lib.* 1. Ruin. *cons.* 109. *num.* 23. *vers. postquam igitur lib.* 3. Socin. *cons.* 27. *num.* 14. *lib.* 4. Surd. *cons.* 279. *num.* 4. Sicut etiam qui se fundat in statuto, Socin. *cons.* 55. *n.* 3. *lib.* 1. Natt. *cons.* 254. *n.* 2. Cephal. *cons.* 256. *in fin.* Tiraq. *de retract. lign. §.* 8. *glos.* 7. *num.* 1. Bec. *cons.* 53. *n.* 9. Surd. *decis.* 305. *n.* 41.

5 Nec videtur dubitandum, quòd debeat concurrere vtraque qualitas, nempè debiti, & actualis perceptionis, quia si exigens fuisset contentus vna qualitate, nempè debiti, frustrà addidisset aliam, nempè consuetæ præstationis, quod argumentum à superfluitate vitanda est pro interpretatione validissimum, iuxt. not. *in cap. si Papa, de priuileg. in l. si quando, ff. de leg.* 1. *in l. cùm antiquitas, in princ. C. de testam.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 7. *de rescript.* Roman. *cons.* 180. *num.* 5. Nec deest ratio, quippe quia cùm erigere vnam Ecclesiam in parochialem, & reseruare decimas alteri, exorbitet à iure communi, vt appareat ex supradictis, meritò vt minus discederetur à regulis iuris voluerunt relinquere Ecclesiæ de Grabedona decimas tantùm, in quarum actuali perceptione esset, non autem illas, ad quas tantùm haberet ius. Et licet posset dici, quòd eo ipso, quòd Ecclesia de Grabedona tunc temporis habebat fundatam intentionem, deserre super istis decimis, eo ipso præsumitur fuisse in actuali perceptione, quia præsumitur factum, quod de iure fieri debuit, iuxt. not. per Bart. *in l. cùm serui, num.* 4. *ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 446. *num.* 6. Nihilominus videtur, quòd quando alicui incumbit onus probandi, sola præsumptio iuris non sufficiat, iux. opin. quam Rota sequitur, vt apud Achill. *decis.* 1. *de probat.* in causa Tirasonen. decimarum 8. Octobris 1576. coram Robusterio relata inter diuers. impress. *decis.* 102. *n.* 6. *part.* 1. atque in pluribus alijs, & meritò, quia licet præsumatur factum, sæpè reperitur non esse factum, vnde quandocunque alicui incumbit onus probandi, potest replicari, non probasi hoc esse quod aliquando contingit abesse, *l. non hoc, C. vnde legit. l. neque natales,* & ibi glos. *verb. cùm nihil, C. de prob.* & maximè in proposito casu, in quo contrarium adducuntur probationes, nedum præsumptiones, & in iure est clarum, quòd præsumptio contrarijs præsumptionibus eliditur, *l. diuus, ff. de restit. in integr.* Castr. *cons.* 26. *num.* 3. *lib.* 2. Dec. *cons.* 470. *num.* 10. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num.* 156. maximè ad fauorem rei, cui sufficit reddere rem dubiam, *cap. in præsentia, de prob. cum concord.*

6 Ista autem probatio requisita pro parte Ecclesiæ de Grabedona minimè visa fuit resultare ex tribus locationibus, nempè de anno 1228. & 1321. & 1352. quia vt aliàs fuit dictum, non probatur illarum effectuatio, & licet Rota aliàs admiserit pro parte prædictam effectuationem, hoc tamen fuit, quia præsupponebatur per Vercauenses hoc non negari, quòd cùm fuerit repertum, minimè subsistere in facto non intendit Rota per sua præsupposita in facto alicui ex partibus præiudicare. Item nec visa fuit resultare probatio ex sententia Ordinarij de anno 1299. cùm non sit verum, quòd ibi pronuncietur ad Ecclesiam de Grabedona spectare ius decimandi, tam super territorio Domasij, quàm super toto plebenatu Grabedonæ, sed tantùm super tenimento Domasij, & ideò non afficit territorium Vennanæ distinctum à tenimento Domasij. Vltra, quòd verbum *spectare*, non includit pernecesse actualem perceptionem decimarum, de qua probanda modò particulariter agitur, cùm possit verificari in solo iure distincto à possessione, quæ est quid facti, iux. not. per Paris. *cons.* 58. *num.* 44. *lib.* 3. prout de verbo *pertinere*, habetur *in l. verbum illud pertinere, in fin.* & ibi glos. *ff. de verb. sign.* Socin. *cons.* 8. *n.* 4. *lib.* 1. Paris. *d. n.* 44. Rol. *cons.* 51. *num.* 20. *lib.* 1.

7 Subsistere etiam visa fuit probatio non perceptionis deducta pro parte Ecclesiæ de Vercana ex emptione istarum decimarum facta à quibusdam laicis de anno 1464. die 16. Aprilis, etenim non obstare visa fuit replicatio, quòd assignatio illarum minimè fuerit facta Ecclesiæ de Grabedona, cum consensu Episcopi, nam præter quòd talis con-

consensus ex adeò longo tempore præsumeretur, iux. not. per Dec. *cons.73. n.5.* Aret. *cons.36. num.1. in fin.* Roch. de Curt. *de iurepatron. verb. pro eo quod, n.19. in fin.* Crauet. *de antiq. temp. part.3. vers. vidimus, n.30.* cessat difficultas, quia assignatio non tantùm deducitur ad probandum, quòd fuerit legitimè facta Ecclesiæ de Vercana, quantum ad excludendam actualem perceptionem illarum in Ecclesia de Grabedona, stante quòd saltem de facto possidebantur ab illis laicis. Cætera leuiora benè visa fuerunt sublata per D. Coratium in sua responsione facti, cum qua Domini transierunt.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Narnien. canonum.

Mercurij 8. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs summe argumentum.

SVMMARIVM.

Transactio per vnum facta alteri non praiudicat, n.1.

Frater non potest transigere de re communi in praiudicium fratris sine mandato.

DECISIO CCCCXXXIX.

1 FVit resolutum informante tantum D. Fabio, transactionem factam per Cassium non nocere ipsi Fabio d. Cassij fratri, qui nec illi interfuit, nec illam ratificauit, nec mandatum ad transigendum fratri dedit, vnde ei non præiudicat, iuxta tex. expressum in *l. si cum fratre, C. res inter alios act.* & ibi Salyc. Bero. *cons.76. n.18. lib.1.* Calcan. *cons.22. n.3.*

2 Nec sufficit, quod transactio sit de re communi, non enim ex eo potest frater disponere, nisi tantum de sua parte, *l. serui electione, §.1. ff. de leg.* prout nec socius socium obligat, Dec. *in l. si socius, n.2. ff. si cert. pet.* Bald. *in l. si patruus, n.12. C. com. vtriusque iudic.* Alex. *cons.139. n.3. lib.5. &c.*

R. P. D. PIROVANO.

Leodien. Canonicatus.

Veneris 8. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

De resignatione beneficij facta à grauiter infirmo, tacita infirmitate quando dicatur facta in fraudem, reddatque gratiam subreptitiam. Quandòque simonia ex actibus correspectiuis præsumatur, publicationisque defectus gratiam annullet.

SVMMARIVM.

Subreptionis exceptio debet concludenter probari ab eo, qui subreptionem allegat, n.1.

Subreptio non inducitur ex tacita qualitate, nisi etiam probetur, quod si qualitas fuisset expressa, potuisset reddere Papam difficiliorem, ibid.

Resignatio beneficij facta à grauiter infirmo non dicitur facta in fraudem, quando accessit authoritas Papa vigore derogationis regula de infirmis, nec agitur de praiudicio collatoris, seu alterius, n.2.

Regula de infirmis comprehendit infirmitates, & leues, & graues, ita & derogatio regula comprehendit vtramque infirmitatem, n.3.

Simonia arguitur ex correspectiuitate actuum, n.4.

Simonia est delictum, debetque plene, & concludenter probari, ibid.

Actus correspectiui quando dicantur ex eo, quod sint facti eadem die, ibid. in fine.

Resignatarius non tenetur probare titulum sui authoris, in fin. num.5.

DECISIO CCCCXL.

1 POst resolutionem iustificationis gratiæ Gerardi Steccart, proposui secundam partem dubij, quam Domini in prima disputatione noluerunt resoluere, an scilicet eadem gratia esset subreptitia, & nulla, & negatiuè non esse subreptitiam, neque nullam fuit responsum. Habet enim Steccart fundatam intentionem in iustificatione suæ gratiæ. Reus autem, qui fundat suam exceptionem in subreptione respectu tacitorum, tenetur illam concludenter probare, Dec. *in cap. in præsentia, n.48. alias 12. vers. vndecimo nota. de probat.* Ægid. 617. nu.2. Rot. *decis.628. n.3. par.1. diuers. cap.1.* vbi Gemin. *n.8. vers. in litteris vero beneficialibus de rescript.* in tantum, quòd non sufficit probare qualitatem non esse narratam, nisi etiam probetur, quod si fuisset expressa, potuisset reddere Papam difficiliorem, *cap. super literis,* vbi Felin. *num.8. de rescript.* Cassad. *decis.12. n.14. de prabend*

Voscius autem prædicta non iustificauit. Nam etsi resignans tacita graui, & lethali infirmitate resignauerit in manu Papæ ad fauorem fratris, & infirmitas probetur tam ex mandato procuræ ad resignandum, in quo enunciatur resignans valetudinarius, quàm ex fide parochi attestantis se eadem die ministrasse eidem Sacramentum extremæ vnctionis, exinde tamen non probatur resignatio facta in fraudem, vt sit locus *cap. 2. de renunc. in 6.* & eis quæ ponuntur per Oldrad. *cons.324. n.6. vers. quinto renunciatio fraudulenta,* & Crauet. *cons.82. n.3. vol.1.* Quia accessit auctoritas Papæ vigore derogationis regulæ de infirmis, nec de præiudicio collatoris, vel alterius ad quem spectat ius conferendi agitur, quo casu fraus non est considerabilis, *d. cap. 2.* in sensu contrario *de renunc. in 6.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt.78. n.2. & 3.* & quando deficit titulus, & causa fraudis, dum non agitur de alicuius præiudicio, ea quo resignatio est facta in manibus Papæ, qui est Ordinarius Ordinariorum, coniecturæ nihil operantur, Bart. *in cons.65. factum tale est,* Dec. *cons.36. n.6. & cons. 463. il 7.* Alban. *cons.9. n.1. & cons.97. n.24.* 2

Nec dicatur, quòd fraus non allegatur ex resignatione tacita, leui infirmitate, sed graui, & lethali, quàm si præsens esset Sanctissimus, vel non derogasset regulæ, vel difficilius propter præiudicium collatorum. Fuit enim responsum, quod cùm infirmis non sit prohibitum resignare, sed dumtaxat eorum resignationes per regulam annullentur, quando intra 20. dies moriuntur, satis videtur Papa cogitasse de graui infirmitate, præsumendo decedentes intra 20. dies ab initio lethali morbo laborare, cuius timore ad renunciandum potuerunt moueri; & sicuti regula in sui dispositione comprehendit infirmitates, & leues, & graues, Sarnen. *in d. regula 1. quæst.28.* pari ratione in derogatione vtramque debet continere. Vltra quod Dominis non est visa grauis infirmitas, cùm à die mandati de resignando superuixerit resignans per 30. dies, nempè à die 29. Augusti vsque ad primam diem Octobris. 3

Secundò etiam visum est Dominis Voscium fundasse exceptionem nullitatis resignationis in simonia Steccart, dum eadem die, quo resignans constituit Procuratorem ad resignandum, pater assignat eidem resignanti legitimam florenorum 200. vt commodius viuere possit, quasi correspectiuè ad assignationem legitimæ sit facta resignatio coram eisdem testibus, & Notario, *cap. ad audientiam, il 2. de rescript.* Paris. *de resign. lib.14. quæst.3. num.2. & 9.* Quia fuit dictum, quod cum simonia sit delictum, quod plenè, & concludenter probari debet, Felin. *in cap. super his, n.17. de accusat.* Put. 440. *n.3. lib.1.* & assignatio legitimæ habeat causam particularem, & separatam, & non proportionatam, nempè, vt resignans, qui deliberauerat resignare, commodius viuere posset, actus quamuis eadem die facti non dicuntur correspectiui ad inferendam simoniam, Mohed. *decis.3. de simon.* Put. *decis.171. lib.1.* Gabr. *cons.172. lib.2.* 4

Tertia exceptio ex defectu publicationis fuit sublata ex publicis documentis in actis exhibitis, nec obstat, quòd diebus festiuis, & eorum multitudine populi non appareat facta publicatio, iuxta Constitutionem san. mem. Gregorij XIII. quia ex lectura eiusdem instrumenti cernitur Notarium publicasse litteras alta, & intelligibili voce tempore summæ Missæ, cui creditur in concernentibus suum officium. Et demum cessabat & alia difficultas, quòd scilicet non fuerit iustificata publicatio resignantis, cuius vigore habuit Canonicatum, quia ad hoc fuit responsum per Dominos, quòd resignatarius non tenetur probare titulum sui auctoris, Cassad. *decis.2. num.4. de caus. poss. & propriet.* 5

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Romana filiationis.

Mercurij 13. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

Filius natus ex muliere nupta, non ex adulterio, sed ex legitimo matrimonio natus præsumitur viuente marito, etiam quòd adulterij adsint præsumptiones. Probari tamen debet superuiuentia viri de tempore conceptionis filij, & quomodo isto casu talis superuiuentia probata censeatur.

SVMMARIVM.

Filius præsumitur natus ex marito superuiuente, & non ex adulterio, etiam quod adulterij adsint præsumptiones, num. 1.

Maritus quòd superuixerit, ad effectum excludendi filium natum ex adulterio, probari debet ab eo, qui mariti superuiuentiam allegat. n. 2.

Tempus quando est de substantia eius quod agitur, debet præcisè probari, ibid.

Testis deponens per verba, per quello, ch'io mi ricordo, & saluo il vero, *non probat. n. 3.*

Testis repetitus nolens firmare primam depositionem nihil probat, ibid.

Mors probatur per testes deponentes vidisse aliquem mori, num. 5.

Testis pauper non repellitur à testificando, n. 6.

Testis minor, vtputa annorum duodecim, non repellitur à testimonio, quando est materia quæ potest cadere in sensum minoris, ibid.

DECISIO CCCCXLI.

1 FVit resolutum die 10. Iunij 1611. constare Septimiam esse filiam Domini Fabij Carosij, cui resolutioni, cum non acquiesceret Carosius, iterum proposui dubium super eisdem de mense Maij præteriti, & quia allegabatur ex parte eiusdem Carosij maritum Vrsulæ matris Septimiæ de tempore conceptionis, & natiuitatis eiusdem superuixisse, ita vt intraret præsumptio *l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iuliam de adulter.* Placuit Dominis pro faciliori resolutione restringere dubium ad superuiuentiam mariti de tempore conceptionis Septimiæ, quia eo casu cessabunt omnes præsumptiones pro filiatione, vt latè probarunt post alios Menoch. *de arbitr. casu 89. num. 45.* & Surd. *cons. 1. sub num. 54. & 57. ex eadem l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iuliam de adulter.* Dubio igitur iuxta mentem Dominorum proposito fuit resolutum non constare de tempore conceptionis Septimiæ maritum Vrsolinæ fuisse viuum.

2 Animaduerterunt enim Domini exceptionem hanc de superuiuentia mariti ipsius Vrsolinæ esse præcipuum fundamentum Carosij, quod concludenter erat probandum vti de substantia, & intentione ipsius Carosij, *l. qui accusare, C. de eden. l. & qui dicit, ff. de probat.* Olasc. *dec. Pedem. 145. numer. 14.* & præcisè quando tempus est de substantia, voluit glos. *fin. in l. cum actum*, vbi Bart. *num. 6. ff. de negot. gest.* & post alios Surd. *decis. 75. num. 10.* & in terminis de excipiente de vita, & superexistentia, quod teneatur probare, affirmauit Didac. *var. resol. lib. 2. cap. 7. n. 6. vers. 3. etiam,* Lambert. *super statuto de contract. mulier. glos. 9. n. 4. & seqq.*

3 Huiusmodi autem probatio pro parte Carosij visa non est concludens. Nam primus testis contra Vrsolinam examinatus deponit quidem Rosatum eiusdem Vrsolinæ maritum fuisse in Ciuitate Corneti vsque ad annum 1597. seu 1598. & hic testis nisi ex alijs destrueretur, benè probaret, quia concludit superuixisse de anno 1594. quod tempus fuit conceptionis Septimiæ. Verum eius dictum continet aliquam dubitationem, dum interserit illa verba, *Per quello, ch'io mi ricordo, e saluo il vero,* quo casu probatio redditur infirma, Alex. *cons. 82. num. 2. vers. & tanto minus lib. 4.* Corn. *cons. 94. num. 4. lib. 3.* Sed quod peius est, repetitus ad instantiam Vrsolinæ, pro exoneratione suæ conscientiæ noluit firmare primum dubium, quod viderit Rosatum de annis 97. & 98. restringendo dumtaxat dictum suum eundem vidisse supra 20. annos in circa, quod tempus non est de tempore conceptionis, sed antè. Vnde vel hoc secundum dictum sustineri debet ex causis verisimilibus obliuionis, quas allegat, perturbationis nempe animi, & senectutis, per ea, quæ tradit Menoch. *de arbitr. iud. centur. 2. cas. 108. n. 7.* veluti contrarius omninò est repellendus, *leg. 1. C. de furtis.*

Secundus verò testis non percutit tempus post conceptionem, & eius depositio est nimis generalis, & æquiuoca, & potest esse, quòd Rosatus, dum vixit, fuerit Corneti, etiam de tempore, quo ibi erat Fabius, sed non consequitur necessariò, quòd Rosatus decedere non potuerit antequam Fabius Corneto discederet. Et demum tertius testis pro eadem parte nihil aliud firmat, quàm quod dum Fabius permansit in Corneto, aderat etiam Rosatus maritus Vrsolinæ, & quod viuente adhuc Rosato Vrsolina permanebat cum Fabio, cuius dictum non impugnatur, sed dicitur non inducere necessariam probationem, ex ratione supra allegata de secundo teste. Sed vlterius visa est eius depositio dubia, cùm non deponat præcisè, sed per verba, *mi pare*, & per præsumptiones, ibi, *Et bisognaua, ch'il marito ci fusse anco all'hora.* 4

Prædictis autem accedebant depositiones testium pro Vrsolina magis præcisè attestantium prædictum Rosatum ab annis 20. & vltra eorum depositiones mortuum fuisse, quæ verè percutiunt tempus ante conceptionem Septimiæ, supponitur enim quod testes fuerint examinati de anno præterito, & mors Rosati si contigit ab annis 20. necessario sequitur dicendum mortuum fuisse de anno 1590. per quadriennium ante conceptionem Septimiæ, quæ fuit de anno 1594. Rationes autem scientiæ mortis benè concludunt, dum tertius asserit præsentem fuisse sepulturæ, & vidisse eum mortuum, secundus verò vidisse eum mori in domo D. Mariæ, & est praxis, quam approbat Bart. *in l. 2. §. si dubitetur, sub num. 2. ff. quemadmodum testam. aperian.* & idem firmat Ioseph Ludou. *dec. Perusin. 12. n. 14.* 5

Non obstant exceptiones, quæ dantur contra hos testes, quod scilicet sint pauperes, minores annorum 12. ac varij, quia quoad paupertatem non est exceptio repellens testem, Cæs. de Graff. *dec. 9. num. 5. de testib.* minor autem ætas, quando materia est, quæ possit cadere etiam in sensum minoris, non repellitur à testimonio ferendo, Rota *dec. 220. num. 7. 8. par. 2. diuersor.* Varietas etiam, quæ allegatur in eorum depositionibus, cùm consistat in eo, quod alij deponant ab annis 20. alij ab annis 24. alijs ab annis 27. & 28. vidisse Rosatum viuere, visa non est considerabilis, cum omnes concordent in tempore mortis Rosati ante annum conceptionis 1594. atque ita fuit resolutum, &c. 6

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. pecuniaria dotis.

Lunæ 18. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

De præscriptione annali, & decennali vigore statuti Bononiæ, quando locum habeat.

SVMMARIVM.

Inuentarium probat contra conficientem illud, & suos hæredes, num. 1. & 2.

Instrumentum productum, & registratum in actis probat absque productione originalis, n. 3.

Præscriptio non nisi spatio triginta annorum currit contra apochas, super quibus sententia lata fuit, n. 5.

DECISIO CCCCXLII.

VIgesima sexta Martij proximè præteriti dubitaui, an sententia vltima de partibus esset confirmanda, necne? Et Domini dubium prædictum restringendum duxere ad tres apochas continentes summam scutorum 2025. in quibus Domina Portia prætendit etiam se creditricem esse; vnde sexta Aprilis dubitaui, an constaret de credito dictarum trium apocharum, & tam illa die, quàm 21. Maij, qua idem dubium reproposui, semper propter diuersas Dominorum sententias fuit dictum, *Non liquet*, & hodie iterum eodem dubio proposito, cum contra di- 1

ctas

ctas apochas diuersæ exceptiones opponerentur, inter quas præscriptio statutaria vnius anni, & alia decennalis deducebatur desumptæ ex statutis mercatorum Bononiæ: Domini quoad istam præscriptionem, dixerunt illam non intrare, & quod de reliquis videretur.

2 Et mouebantur ex eo, quia præscriptio annalis, de qua in dictis statutis, *in rubr.19.fol.61.vers.ancora statuime*, procedit tantommodo quando debitum probatur per librum, seu per scripturam, sed si per aliam probationem saltim semiplenam probaretur, cessaret dicta præscriptio, vt in *d.rubr.19. fol.62. vers.specificande*, sed sic est, quod in casu nostro adest vltra dictam apocham, alia etiam plena probatio, nempe descriptio istius debiti facta à Hieronymo in inuentario hæreditatis Æmilij, his verbis crediti, *che si fanno del Signor Emilio Maluezzi in prima per la Siguora Pompilia Zambeccaria de Maluezzi per sua dote circa scudi 2500. & per altri suoi crediti* 1025. quod quidem inuentarium probat contra Hieronymum, & illius hæredes, ad tex. *in l.fin. & ibi notata, C.de arbitr. tutel.* Paris.*cons.45.n.20.lib.2. decis.71. n.3. & dec.800. in princ. & num.22. vers.tertia difficultas, par.1. diuers.* Surd. *cons.290. n.27.*

3 Præscriptio autem decennalis, de qua in *d.rubr.22. fol.76. vers.ma acciò*, quæ currit contra apochas, confessatas, aut registratas in actis in contumaciam, de quibus in *d.rubr.22. fol.75. & 76. vers.per tanto, & vers.ma che*, visa fuit Dominis nec etiam intrare in nostro casu, cùm prædictum statutum loquens de prædictis apochis sic recognitis, aut registratis, procedat in duobus casibus, nempe quando talis apocha fuit reperta penes debitorem quo casu illi fidem esse adhibendam statuitur, secus verò in secundo casu, quando penes creditorem inuenitur. Nos verò versamur in tertiò casu diuerso, nempe quod istæ apochæ, nec fuerunt repertæ penes creditorem, nec penes debitorem cum fuerint deperditæ, & sic sumus extra casum statuti, & in terminis iuris communis, quo disponitur quod instrumentum productum, & registratum in actis, probet absque productione originalis, Dec. *in cap. quoniam contra, num.51. de probat.* Felin. *in cap. fin. in vlt. fallent. de fid.instrum.* Couarr. *pract. cap.21. num.6.* Quod & procedit vigore Innocentianæ, de qua in nostris terminis loquatur Caputaq. *decis.354. num.6. part.2.* Vnde cùm non simus in apochis, de quibus disponit prædictum statutum, nec etiam ad illas debet extendi præscriptio per statutum stabilita circa apochas in illa comprehensa.

4 Vlterius, nec prædicta annalis, nec decennalis præcedit solo temporis cursu, cùm etiam requirat iuramentum debitoris in facto proprio de solutione vt circa præscriptionem annalem est videre *in d.rubr.19. fol.62. vers. alle quali eccettioni*, & de præscriptione decennali *in d.rubr.22. fol.76. vers.le quali eccettioni*. Quod tamen iuramentum nunquam fuit præstitum, nec hodie iam præstari valet, cùm debitor pluribus ab hinc annis obierit.

5 Et tandem vtramque præscriptionem ex prædictis non intrare visum fuit, cùm dicta statuta illas admittant in apochis, à quacumque persona scriptis, aut in recognitis, confessatis, seu registratis in contumaciam, non autem loquuntur de illis, super quibus fuerunt latæ sententiæ, seu facta decreta diffinitiua super illarum executione, prout in casu nostro, vbi mandatæ fuerunt exequi istæ apochæ per simile decretum contra bona hæreditaria Hieronymi debitoris; vnde sumus extra casum statuti, & in dispositione iuris communis, iuxta quam contra talem sententiam, seu decretum diffinitiuum non præscribitur, nisi spatio 30. annorum, ad text. *in l.sicut, C.de præscript.30. annorum*, Bald. *in rub.de præscript.n.22.* Felin. *in cap.inter Monasterium in 16. limitatione*, Bald. *de præscript. in quarta parte quarta partis principalis, quæst.31.* Achill. *decis.5. de præscript.*

Ex quibus sic fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. Plebaniæ.

Mercurij 20. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

Lite pendente super beneficio, nec Ordinarius potest instituere, nec patronus potest præsentare, & quando tunc lis dicatur pendere, & an lite pendente super pertinentia iurispatronatus Papa possit liberè beneficium conferre.

SVMMARIVM.

Resignatio beneficij prorsus est nulla, non facta mentione de iurepatronatus, cui Papa in dubio non præsumitur voluisse præiudicare, n.1.

Restitutionis in integrum præcipuum fundamentum est bonum ius, & læsio, ibid.in fine.

Lite pendente super beneficio, nec Ordinarius potest instituere, nec patronatus præsentare, n.2.

Beneficium non dicitur litigiosum, nisi lis sit inter præsentates, n.2. & 4. vbi declaratur, & quid si agatur de beneficio iurispatronatus laicorum, n.3.

Papa nunquid possit liberè conferre beneficium super pertinentia iurispatronatus, ibid.

DECISIO CCCCXLIII.

Censuerunt Domini non constare de causis restitutionis in integrum, quia Io:Maria non docet de aliquo bono iure suo, sed potius de malo, ex decisionibus in hac causa factis. De iurepatronatus enim non videtur ex eisdem posse dubitari, & Io:Maria illud non negat, & propterea inde resultat nullitas resignationis, in qua de iurepatronatus nulla est facta mentio, & cui Papa in dubio non præsumitur voluisse præiudicare, Lap. *alleg. 96. sub num.3. vers.veritatem puto*, Put. *decis.412. num.2.lib.1.cum alijs alleg. in decis. diei 29. Februarij 1608. in hac causa facta*; cessante autem bono iure, cessat læsio, quod est præcipuum fundamentum restitutionis in integrum, Rota *decis.1.in nouis, de restitut. in integr.* Benintend. *decis.85. num.6. & 7.* 1

Neque obstat gratia perinde *valere*, quia quoad denunciationem non iustificatur, dum patroni vltra quadrimestre, non tacuerunt, neque quoad litem. Nam etsi lite pendente super beneficio, nec Ordinarius possit instituere, nec patronus possit præsentare, *cap.1. & 2.vt lit.pen. in 6.* vbi Geminian. *numer.8. versic. nec obstat*, Calderin. *cons.1. eod.tit. de iurepatron.* & latissimè comprobat Lancell. *de attent. cap. 4. in præfat. illat. 5. num. 626. & 628.* Tamen lis, quam exigit Papa, debet esse super beneficio inter præsentatos, ita vt illud sit litigiosum, Achill. *decis.28. in fine de appellat.* & hoc neque in facto, neque in iure videtur iustificatum, vt benè deducitur in supradicta decisione diei 29.Febr.1608. 2

Nec obstant auctoritates allegatæ ad probandum, quod dispositio *cap.2.vt lit.pend.* procedat etiam quando agitur de beneficio iurispatronatus laicorum, quia inde non sequitur, quod lis sit super beneficio, quando litigatur inter Ordinarium, & patronos super pertinentia iurispatronatus, Cassad. *autem decis.3. vt lit.pend.* & Simonett. *decis.33.* & Lancellott. *de attent. in præfat. num.543.* qui allegantur ad ostendendum, quod Papa possit liberè conferre existente lite super pertinentia iurispatronatus, verè non videntur hoc firmare. Nam verba Cassad. cuius auctoritate nititur Simonett. ibi, *prætendebatur beneficium esse de iurepatronatus Regis Scotiæ*, videntur expressa ad stringendum motiuum subreptionis, quia de iure patronatus Regum, Ducum, & Marchionum erat facienda expressa mentio secundum regulam Cancellariæ, non autem ad supponendam litem super iurepatronatus. Lancellottus verò simpliciter sequitur Cassad. & Simonett. nec distinguunt, quando lis est inter Ordinarium, & patronos. 3

Quare cùm dispositio *cap.1.& 2. vt lit.pend.in 6.* prohibeat dumtaxat patronis præsentare, quando lis est inter possessores, & vnus decedat, vel renunciet, & prædictis casibus Papa conferat, visum est eam non esse extendendam ad casum, quando lis est inter Ordinarium, & patronos super pertinentia iurispatronatus, & meritò, ne semper mouendo litem esset in potestate Ordinarij priuare patronos suo iure præsentandi, vt considerat Lambert. *de iurepatronat. lib.2. part.2. quæst.1. principali artic.9. num.14. &c.* 4

R. P. D. LVDOVISIO,

postea fel. rec. Gregorio XV.

Amerina fideiussionis.

Mercurij 27. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex summario.

SVMMARIVM.

Fideiussor merus non tenetur existente obligatione principalis nulla: secus autem si se principaliter obligauerit cum iuramento, numer. 1. Vbi respondetur ad contraria.

Contractu existente nullo intrat obligatio ad damna, & interesse, num. 2.

DECISIO CCCCXLIV.

1 DOmini steterunt in decisis esse relaxandum mandatum contra Gabeium, & litis consortes, non obstante prætensa nullitate census, rationibus de quibus in decisione. Non obstat, quòd ex aduerso dicitur quando obligatio principalis est ipso iure nulla, imò neque etiam naturaliter obliget, nullam etiam esse fideiussoriam, quia hoc verum in mero fideiussore, quem est impossibile efficienter teneri, nulla existente obligatione, cui accedat, vt dicit Cephal. ex aduerso citatus *consil.* 437. *num.* x15. cùm accessorium absque principali originem habere non possit, vt dicit idem *ibi num.* 32. Secus autem est in eo, qui se principaliter, & cum iuramento obligauit; eius enim obligatio nullam habet dependentiam ab obligatione alterius, sed consideratur per se sola, & propterea decis. Mohed. 2. *de fideiuss.* & alia assignari in decisione, loquuntur de nullitate obligationis illius, qui principaliter contraxit, nulla habita distinctione, quia semper viget eadem ratio, quòd obligans se principaliter non potest dici obligatus accessoriè. Ista enim inuicem pugnant, & perinde est, ac si solus se ad solidum obligasset, vt dixit Rota in vna Romana repetitionis indebiti 16. Nouembris 1573. coram Robusterio, relata inter diuers. *decis.* 112. *sub num.* 7. *part.* 1. Et quod dicit Laur. de Pente *consil.* 71. *num.* 4. potest procedere in casu suo, quia ibi licèt loquatur in eo qui se obligauit vti principalis: attamen ex multis verbis per ipsum ponderatis apparet, quòd verè non promiserat vti principalis decis. Romana de Prouanis coram Orano. Non obstat, quia licèt ibi dicat, quòd contractus ab initio respectu minorum fuerit validus: attamen non dicitur è conuerso si fuisset ipso iure à principio nullus, non valuisset obligatio alterius accedentis principaliter, imò contrarium sensit dum respondendo ad regulam, quòd existente nulla obligatione principali, sit etiam nulla fideiussoria, primò respondet, quòd contractus ab initio non erat omninò nullus: secundò, quòd obligatio fideiussoris erat vti principalis, & docet regulam prædictam has duas comitatiuas reperiri, quas vti diuersas assignat.

2 Non obstat, quod dicitur de defectu formæ census, quia non fuerint numeratæ, & receptæ pecuniæ, & ob id cesset obligatio præexistentiæ in qua possit consistere census, quia Gabeius & Alexander non solùm se obligarunt pro solutione in casu validitatis census, sed etiam in casu nullitatis ad omnia damna & interesse, propter quam nullitatem ex quocumque capite contigerit factus fuit locus obligationi damnorum & interesse, vt fuit dictum in Tudertina census 26. Maij 1600. coram bon. me. Iusto, vbi dixit hoc prius fuisse dictum in Romana de Alexijs 1. Iulij 1585.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Saluiani de Melis.

Mercurij 27. Iunij 1612.

ARGVMENTVM.

Notarius quando pro absente stipulatur, nunquid eidem absenti acquirat ante eius ratificationem. Cætera vide in summarijs.

SVMMARIVM.

Notarius non ex sua stipulatione pro absente non potest illi acquirere actionem ante ratificationem in præiudicium singularis successoris, declara vt n. 1. & 2.

Notarius stipulando pro absente acquirit absenti ante illius ratificationem in contractu oneroso, & ab initio vltro citroque obligatorio, n. 2.

Filius habet mandatum à lege acquirendi patri suo, ibidem.

Mandatum probatur per coniecturas, ibid.

Resolutio iure datoris censetur etiam resolutum ius illius, cui ius datum est, num. 3.

Confines per duas demonstrationes describi debent, ibid.

Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat immissionem ex Saluiano interdicto, ibid. in fine.

Possessio non probatur per testes deponentes de auditu, num. 4.

Possessio probatur per testes deponentes vidisse aliquem possidere, num. 4. & 5.

Verba sequentia referenda sunt ad causam præcedentem, num. 4.

Copulatiua dictionis &, natura est copulare diuersa æquè principaliter, num. 5.

DECISIO CCCCXLV.

PLacuerunt Dominis fundamenta, & rationes decisionis in hac causa factæ, in quibus persliterunt eam confirmando. Nec prædictis visum fuit obstare exceptionem, non subsistentiæ crediti, eo quia Vespasiano Collutio absenti tempore constitutionis, & venditionis census per Claudium de Melis non potuerit quæri actio realis per Notarium ante ratificationem, in præiudicium Saluatoris Iacobelli singularis successoris, pendente ratificatione, Couar. *in rubr. de testam. 3. par. num.* 13. *versic. nec item refert*, Thesaur. *decis.* 70. *num.* 3. Honded. *cons.* 25. *num.* 45. *vol.* 2. Quia vltra, quod doctrina eorum est admodum controuersa, an per stipulationem Notarij acquiratur ius absenti absque ratificatione, vt patet ex traditis per Gabr. Osasc. Clar. Roland. Cephal. & alios, de quibus per Iosephum Ludou. *in sua concl.* 52. *in princ.* 1

Fuit responsum, prædicta non procedere in contractu oneroso, & ab initio vltrò citròque obligatorio, vbi filius pro patre, & cum pecunia patris contraxit, acquirendo censum, quo casu sicuti pater directò acquirit filio, quando pro eo stipulatur etiam absque ratificatione, ita è conuerso filius acquirit patri, *l. quod dicitur, la* 2. *ff. de ver. oblig.* Gabr. *eod. tit. concl.* 1. *numer.* 27. & 49. filius namque in isto casu præsumitur non solùm habere mandatum à lege acquirendi patri suo, *§. igitur, Instit. per quas person. nob. acquir. l. placet, de acquir. hered. §. si quid alij, Institut. de inutil. stipul.* sed ab ipsomet etiam patre ex vehementi coniectura, & præsumptione habitarum pecuniarum à patre pro emendo censu, quæ probatio per coniecturas sufficit etiam in iustificatione mandati, Dec. *cons.* 35. *post num.* 8. Cassad. *decis.* 3. *n.* 4. *de procur.* Cæs. de Grass. *decis.* 2. *n.* 5. & 6. *de reb. Eccles. non alienan.* & fuit dictum in vna Bononien. pecuniaria prima Martij 1602. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Bononien. 2

Neque etiam obstat secunda exceptio deducta ex fideicommisso Tiberij de Melis, qui dum vocauit Claudium eius nepotem venditorem census, & illi quandocunque decedenti sine filijs ad vlteriores gradus substitutionum est progressus, mortuoque Claudio, resoluta censeatur omnis hypothecæ per resolutionem iuris eam constituentis, *l. lex vectigalis, ff. de pignor.* Alex. *cons.* 65. *lib.* 5. cum alijs allegatis. Quia animaduerterunt Domini constare ex depositione testium Flaminij, qui dantur, Claudium, viuente Tiberio testatore, bona in communi cum eo possedisse, ideòque non probari, quòd bona omnia in solidum essent Tiberij, vt possent fideicommisso vinculari: preterea testes inducti pro Saluatore ad probandam identitatem bonorum possessorum per Tiberium nimis largè, & generaliter loquuti sunt, enunciando dumtaxat regionem del Colle dell'Oppio, cùm tamen binas demonstrationes saltem debuissent describi confines, iuxta doctrin. Bart. *in l. falsa demonstratio*, *numer.* 7. *ff. de condit. & demonstr.* Rim. sen. *cons.* 429. *num.* 20. *volum.* 2. & cùm ista saltem requirerent altiorem indaginem, visum fuit non posse retardare immissionem ex Saluiano, Nait. *consil.* 3

532.

532. *num.*4. Menoch. *remed* 3. *num.* 180. *de adipisc.* & fuit dictum in Romana, seu Amerina domus coram Caotuccio, quæ est inter impressas 34. *n.*23. *par.* 2. *diuers.* & in alia Saluiani interdicti 3. Iulij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore.

4 Demum non obstat defectus probationis primi extremi ex eo, qoòd vnicus testis deponat de possessione, & minus coocludenter in ratione sui dicti, dum asserit, *perche vedeuo detto M. Claudio rimettere l'entrata de d. beni in casa sua*, qui fructus alio iure, vel titulo poterant recondi; alter verò videatur concludere de auditu, quod non sufficit, *l. testium, ff. de testibus*, Roman. *sing.* 141. cum alijs allegatis. Fuit enim sublata difficultas ex ponderatione depositionis cuiusque testis, etsi tertius subdat rationem generalem, quæ potest conuenire recondenti fructus titulo emptionis, vel conductionis; tamen, quia promiserat affirmatiuam *sono stati posseduti, & si possedono da M. Claudio*, per quam testes benè probant, Cæl de Grass. *decis.* 10. *de caus. possess. & propriet.* verba sequentia exinde ad præambulam caosam sunt referenda, *l. quædam mulier*, cum glos. *ff. de rei vendic.* Crau. *cons.* 158. *num.* 13. Cephal. *cons.* 351. *num.* 24. vt sit sensus, *di rimettere l'entrate*, tanquam possessor dictorum bonorum, maximè quando non probatur, quòd alter esset in possessione, vt considerauit Rota in vna Ceruien. bonorum inter impressas 306. *n.*40 *par* 1. *diuers.*

5 Quartus verò testis verè deponit de publica voce, & fama, sed priùs per verba assertiua affirmauit possessionem Claudij, *è sò che tutti li sopradetti beni l'hà posseduti M. Claudio, è questo è vero, publico, e Notorio*, non enim est vsus relatiuo, *quia*, ad informandum dictom, sed copulatiua *&*, cuius natura est copolare diuersa æquè principaliter, & quia sit, & qoia est publica vox, glos. *in rubr. de iuris, & fact. ignoran. cap. querelam, de simonia*, Menoch. *cons.* 129. *num.* 11. *lib.* 2. Et ideò, quæ in prima decisione dicta fuerant de probatione primi extremi, bene procedebant. Ex quibus Domioi voluerunt stare io decisis, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Romana legitimæ.

Luna 4. Iulij 1612.

ARGVMENTVM.

In legitimam nepotis in bonis auiæ debitam quænam imputanda sint. In hac decisione plures explicantur regulæ.

SVMMARIVM.

Legitima non computantur habita inter viuos, & ex contractu, num. 1.

Transactionis iustitia in dubio præsumitur, n. 2.

Legitima imputantur etiam ea, quæ inter viuos donata sunt, quando sic fuit de voluntate testatoris, n. 3.

Renunciatio quantumuis generalis, non trahitur ad legitimam, ibid.

Legitima non debetur in bonis auiæ, auia viuente, ibidem.

Legitimæ imputantur omnia ea, quæ nepoti ab auia in testamento relicta sunt, siue sint in mobilibus, siue in pecunia, siue in minoribus creditorum, num. 4. *declara vt num.* 5.

Prohibitio alienandi diminuit valorem bonorum alienari prohibitorum, num. 4.

Legitimæ imputantur omnia ea, quæ æstimationem recipiunt, ibid. in fine.

Compensatio admittitur in materia quantumuis fauorabili, num. 5.

DECISIO CCCCXLVI.

1 FVit conclusum ea quæ habuit D. Dux ex transactione, oon esse ei imputanda in legitimam, in quam imputari non solent habita inter viuos, & ex contractu, *leg. si quando, §. fin. C. de inoff. testam. illud, C. de appell.* Doct. *in l. quartam*, vbi Pic. *num.* 187. *& seq.* Rip. *n.* 143. Berengar. *in* 3. *par. num.* 87. *ff. ad l. falcidiam.*

2 Nec facit, quod dicitur, esse imputanda iura per auiam cessa, quatenus excedunt æquiualentem recompensationem, quia omisso, quod pro parte Ducis respondetur non procedere stante iuramento ipsius auiæ, quia super hoc oon est laborandum, cùm sufficiat in facto non verificari excessum, & in dubio præsumendum esse pro æquiualentem, & iustitia transactionis. Nec placuit Dominis illa contrapositio remissionum hinc inde factarum sigillatim perpensa, quia debet totus contractus considerari, non singulæ eius partes, iuxta latè deducta per Surd. *decis.* 155. *n.* 4. *& seqq.*

3 Minus etiam facit, qood dicitur de voluntate donatricis, qua stante imputantur etiam data inter viuos, secundùm commuoem opinionem, de qua per Pic. *in dict. l. in quartam*, *num.* 187. quia voluntat auiæ in hoc non probatur, ea enim deducitur ex eo, quòd voluit Ducem nihil ampliùs posse prætendere in bonis ipsius, sed renunciatio prætensionum non poterat comprehendere ius legitimæ; tum quia de ea non fuit facta specialis mentio, iuxta decisionem in hac causa factam; tum quia de tempore transactionis, & viuente auia, nullum ius, neque etiam in spe competebat Duci super legitima in bonis ipsius, *l.* 1. *§. si impuberi*, vbi Bart. not. *de collat. bonorum*, latè Ias. *in l. is potest, n.* 14. *& seq. ff. de acquir. hæred.* Aret. *in §. in suis autem, n.* 6. *vers. quia in hoc breuiter.*

4 Dixerunt tamen Domini imputanda esse vasa argentea, qoæ Dux haboit in testamento ipsius auiæ, & ex ejus substantia, *l. quoniam nouella, l. omnimodo, & l. scimus, Cod. de inoff. testam.* Bart. *in d. l. in quartam, num.* 10. Rip. *num.* 140. & alij omnes, quæ sunt æstimanda pondere & arte; & idem dicendom de scutis 4000. quorum Dux constituit se debitorem D. Fuluiæ. Quicquid enim ad ipsum peruenit ex hæreditate, siue sit in mobilibus, siue in pecunia, siue in oominibus creditorum, imputandum venit, Dec. *cons.* 128. *num.* 5. Paris. *cons.* 1. *num.* 129. *lib.* 3. Curt. iun. *cons.* 180. *num.* 5. *lib.* 2. in dicta imputatiooe etiam venit liberatio castri à prohibitione vendendi, quia sine dubio continet notabilem vtilitatem, cùm talis prohibitio diminueret valorem bonorum alienari prohibitorum, ad trad. per Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. num.* 20. quæ vtilitas cùm sit res æstimabilis, vtiqoe est imputanda in legitimam, in qoa imputantur omnia, quæ æstimationem recipiunt, vt fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Scappis vltima Maij 1600. coram bon. mem. Cardinali Seraphino.

5 Imputanda etiam esse dixerunt Domini rubra 420. frumenti recepta extra testamentum, quia illa erant de substantia testatricis; & quamois imputationi videretur obstare, quòd ea non habuit ex voluntate testatricis, cùm duo requiri videantur ad imputationem, quòd res imputanda veniat ex substaotia testatoris, & ex eios iodicio & voluntate, vt per Bero. *cons.* 39. *num.* 11. *circa med. lib.* 2. Venirent saltem compensanda cum credito legitimæ. Compensatio enim admittitur in materia quantum ius fauorabile, Surd. *de alimen. priuileg. tit.* 4. 53. *num.* 4. Sicut etiam admittitur in dote, Bartol. *in l. rei iudic. §. hæredi, num.* 1. *ff. solut. matrimon.* Corās. *in repetit. l. qui liberos, numer.* 265. *ff. de rit. nupt.* qui testatur de communi, Soc. *cons.* 85. *num.* 8. *lib.* 1. Bero. *cons.* 37. *sub num.* 9. *lib.* 2. Surd. *vbi suprà.*

Super imputatione dotis ipsius aoiæ nihil fuit firmatum, sed fuit reseruatum particulariter videndum, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà san. mem. Gregorio XV.

Romana domorum.

Luna 4. Iulij 1612.

ARGVMENTVM.

Læsio in contractu venditionis considerari debet quoad tempus contractus, & quando per testes super ea deponentes probata censeatur.

SVMMARIVM.

Testes à parte instructi non solum non probant, sed etiam contra eos oritur præsumptio, num. 1.

Testes de auditu à parte litigante nihil probant, ibid.

Rei valor, & pretium non probatur per testes ignorantes confines,

fines, qualitates intrinsecas, & extrinsecas rei, de qua agitur, illumque valorem minuentes, n.2.

Læsio in contractu venditionis consideranda est habito respectu ad tempus contractus, n.3.

Domus valor, & pretium non probatur ex quantitate locationis, num.4.

DECISIO CCCCXLVII.

1 FVit 9. Aprilis præteriti resolutum non constare de læsione quæ sufftagetur Flaminiæ, & litus consortibus, sed quia postea fuerunt nonnulli testes nouiter examinati, opus fuit iterùm de eadem læsione agere, & causa super ijsdem proposita, Domini steterunt in decisis. Visum enim fuit Dominis testes nihil probare, aliqui enim, & signanter tertius, quartus, & septimus, fuerunt à parte aduersa instructi, & nihil deponunt nisi de auditu ab ipsa, & propterea nihil probant, Caputaq. *decis.* 264. *num.* 8. *par.*3. Non enim magis illis creditur, quàm crederetur ipsismet aduersarijs, ne maior fides adhibeatur copiæ, quàm originali, vt per Aym. *cons.*6. *num.*61. Imò ex huiusmodi instructione, quæ negari non potest, cùm illam fateantur testes ipsi, contra eos est præsumendum, cùm aliàs sinistra præsumptio oriatur ex illo solùm quòd cum parte sunt locuti, Felin. *in c.præterea, numer.* 12. *de testib. cogen.* Rolan. *cons.*38. *num.* 30. *lib.*1. gloss. *in tit. de oppos. contra testes, n.*31. *&* 50.

2 Accedit, quòd nec ipsi, neque alij sunt informati de statu, & qualitate domorum, quarum valorem probare conantur, expresse enim negant scire confines, & qualitates, tam intrinsecas, quàm extrinsecas, & præsertim illas minuentes verum valorem rei, ita vt nulla sit habenda ratio de eorum depositionibus, Alex. *cons.* 54. *num.*4. *&* 5. *lib.*6. fuit dictum in vna Anconitana terrarum 26. Februarij 1590. coram Illustrissimo Cardinali Platto, & in Ariminen. castrorum 28. Aprilis 1603. coram bon. mem. Cardinali Seraphino.

3 Minus etiam percutiunt tempus venditionis, vt requiritur ad effectum læsionis, *l. si voluntate, in fine, C. de rescinden. vendit. c. ad aures, de reb. Eccles. non alien.* Bart. *in l. pretia rerum,* §.1. *numer.*2. *& seqq.* vbi etiam Alexand. *num.* 10. *ff. ad l. falcid.* Dec. *cons.* 309. *num.*2. Caputaq. *dict. decis.*264. *num.*9. fuit dictum in Romana rescissionis contractus 30. Octobris 1602. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & tertius testis vult spacio decem & octo annorum non fuisse mutatum valorem domus, quod omni verisimilitudine caret, cùm pretia rerum ex tempore varientur, *l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.*

4 Et Domini non attenderunt ad positiones vltimo loco datas pro parte aduersa, quibus tamen fuit sufficienter responsum, quia visæ fuerunt ad effectum, de quo agitur, rescindendi venditionem ex læsione irrelevantes, omnes enim tendunt vel ad probandum valorem mobilium, & massaritiarum, quem pars aduersa prætendit ascendere ad scuta quingenta, & Virginia fatetur de valore scutorum 400. Ita vt modica sit differentia, aut ad probandum quantitatem pensionis, pro qua locabatur domus, quia vltra quòd non concludit valorem, præsertim ad effectum læsionis, vt fuit probatum in decisione; habemus quantitatem in instrumento venditionis, in quo apparet pensionem medietatis domus vnà cum massaritijs non excessisse scuta 60. annua, dum ibi dicitur, *fatto buoni scud.* 8. *b.* 85. *per la peggione decorsa dal di primo di Aprile fin' alli* 26. *di Maggio* 1595. calculando pensionem ad rationem scutorum quinque pro singulo mense, & minus etiam: clarum est autem, quòd vbi esset attendenda pensio ad effectum læsionis, deberet illa inspici quæ erat de tempore venditionis, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Cathanien. illegitimitatis.

Lunæ 11. *Nouembris* 1612.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Litis pendentia in vna causa non præiudicat in alia, num. 1.

Diuersitas causarum arguitur ex diuersitate personarum, ibidem.

*Restitutio obtenta ab vno ex collitigantibus, prodest etiam alteri litis consorti, num.*2.

Litis consors non dicitur ille, qui ad causam veniens litigantium iura impugnare intendit, ibid. in fine.

Commissio regulatur & interpretationem recipit à petitione, num. 3.

Obseruantia subsequuta demonstrat quod ab initio actum fuit, num. 4.

DECISIO CCCCXLVIII.

REsolutum fuit restitutionem in integrum obtentam 1
per Gasparem minimè obstare executioni trium conformium contra D. Ioannam, etenim regula est contra D. Ioannam, quòd pendentia vnius causæ minimè præiudicat alteri, *toto titulo, res inter alios acta, l. sed si ante, ff. de exception.* & magis in specie prosequitur moder. *de attent. lite pend. limit.*2. *in princ.* diuersitas autem causæ arguitur ex diuersitate personæ Gasparis à persona Dominæ Ioannæ, *l. & an eadem, in princ.* & ibi Bart. *in* §. *qui cum partem, ff. de exceptione rei iudicatæ,* Castr. *in l. cùm quæritur, num.* 1. *ff. eod. tit.* glos. *in l. iusiuran.* 34. §. *ait prætor. verb. vel personam, ff. de iur. iur.* Rota Ianuen. *dec.* 279. *n.*9.

Non obstat, quòd D. Ioanna prætendat se litis consor- 2
tem cum prædicto Gaspare, & proinde restitutio integrum obtenta per illam dicatur sibi tanquam litis consorti prodesse, glos. *in l. vnic. ver. patroc. C. si in communi, eademque caus.* Afflict. *decis.* 213. cum alijs per Odd. *de restit. q.*46. *art.*4. Honded. *cons.* 34. *num.*81. *lib.* 2. quia fuit negatum D. Ioannam fuisse litis consortem, cum Gaspare, etenim ab initio huius causæ actor D. Gasparis, venit contra actorem D. Thomæ modò possidentis Baronias, de quibus agitur, & opponendo de illegitimitate auctoris D. Thomæ, prætendebat illum excludere, & se tanquam legitimum includere, pendente hac lite venit ad causam Laurentius Procurator D. Ioannæ tanquam tertius pro suo interesse, neque coadiuuando aliquem ex collitigantibus, sed imò vtrumque excludere, nempè actorem D. Thomæ, tanquam illegitimum, actorem verò Gasparis tanquam remotiorem, & proinde non poterat dici consors litis alterius in illis, cùm ius vtriusque intenderet impugnare, *l. is à quo, ff. de rei vendic.* Felin. *in cap. cum super, n.*17. *de re iudic.* Couar. *pract. quæst. cap.* 14. *num.*4. Rota apud Bisignet. *decis.*4. *de iud.* & in causa Nolana pensionis 13. Maij 1611. coram me.

Quæ magis de plano procedunt ad effectum de quo agi- 3
tur, nempè quòd restitutio in integrum obtenta per vnum ex his litigantibus, minimè dicatur prodesse alteri, quia hoc nil aliud est, quàm dicere, quod Gaspar qui obtinuit commissionem restitutionis in integrum, voluerit suscitate vnum ex suis aduersarijs iam mortuum, quòd si ipse hoc minimè intellexit petere, minus dicendum est, quòd Summus Pontifex voluerit illud concedere, cùm commissio reguletur à petitione, *cap. inter dilectos*, §. *cæterum,* vbi glos. & Bald. *num.* 16. *de fid. instrum. l.*1. & ibi Ias. n.7. *C. de diuers. rescript.* Dec. *cons.*403. *num.* 15. Paris. *cons.*9. *n.*42. *lib.*2.

Quòd ipsum denotauit obseruantia subsequuta, ex qua 4
colligitur, quòd ab initio fuisset actum, *l. si de interpret.* cum ibi not. *ff. de leg.* Castr. *cons.*366. *num.*3. *lib.*1. Rom. *cons.*328. *num.*5. Crauet. *cons.*102. *n.*3. Bec. pariter *cons.* 201. *num.*491. fuerunt enim istæ causæ semper tractatæ vti diuersæ, nam bo. me. Rubeus tulit duas sententias, alteram contra D. Ioannam confirmando, duas sententias iam contra eandem latas, & reseruando sibi causam Gasparis: alteram postea contra eundem Gasparem, in qua confirmauit duas alias præcedentes contra eundem Gasparem latas, & causa appellationis, seu restitutionis in integrum fuerat commissa duobus diuersis iudicibus, item bon. mem. Cardinali Blanchetto, dum esset Rotæ Auditor, tanquam si causa D. Ioannæ esset finita, iuxta *cap. lator, qui fil. sint legit.* moderatus fuit inhibitionem respectu D. Ioannæ ad effectum vt iudices laici possent procedere in partibus super Baronia, & nihilominus causa respectu Gasparis adhuc pendebat in Rota.

Ex

5 Ex quibus patet, causas istas fuisse desuper tractatas pro diuersis, quam diuersitatem & ipsamet D. Ioanna & signatura videntur agnouisse, nam D. Ioanna procurauit per particularem commissionem suam restitutionem in integrum, quod non fecisset, si potuisset iuuari restitutione obtenta per Gasparem. Signatura autem habuit eundem sensum, dum rescripsit cum clausula *parito iudicio arbitrio Rota*, quam clausulam super paritione minimè apposuit in commissione Gasparis, & in eandem sententiam non obscurè venit Rota, dum in alia propositione huius causæ sub die 5. Decembris anni proximi, dixit non intrare arbitrium ad retardandam paritionem, etenim si est parendum, sequitur quòd nec restitutio obtenta per Gasparem, nec aliquid aliud dicatur obstare executioni trium conformium, executio enim dd. conformium nihil aliud est, quàm ipsa paritio, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Interamnen. Saluiani.

Luna 19. *Nouembris* 1612.

ARGVMENTVM.

Dominium cùm sit difficilis probationis coniecturis probatur, & quibus.

SVMMARIVM.

Dominium probatur indicijs, & coniecturis, cùm sit difficilis probationis, n.1.

Dominium arguitur ex longa possessione, diciturque probatum saltim in vim præscriptionis, ibid.

Testes examinati in possessorio, an, & quando probent in petitorio, n.2.

Dominium probatur ex diuisione rei inter filios, n.3.

Dominij præsumptio est quando prædium alicuius reperitur adnotatum in eius libro, n.4.

Dominium præsumitur ex solutione collectarum, n.5.

Dominij concurrens probatio resultat ex instrumento emptionis cum numeratione pretij traditione, & diuturna possessione, ibid.

Tertius possessor non potest refricare exceptionem dominij contra agentem hypothecaria, n.6.

Partita extracta ex libro æstimi quando probet parte non citata, n.7.

Excursionon est necessaria quando agitur vigore instrumenti, in quo adest clausula Constituti, *& obligatio Cameralis, n.8.*

DECISIO CCCCXLIX.

1 CONstare de dominio prædij viæ nouæ, Domini censuerunt, moti ex eo, quòd ad probandum dominium sufficiunt indicia, & coniecturæ, cùm sit difficilis probationis, *l. indicia, C. de rei vendic.* vbi Doctores, Soc. *cons.89. num.9. vers. & pro fundamento, lib.1.* Paris. *consil.* 104. *num.*102. *& seqq. lib.* 1. Bero. *cons.79. num. 6. lib.3.* Quæ coniecturæ plures in casu nostro concurrere videbantur, adest enim emptio istius prædij facta per Innocentium de anno 1536. qui prout testes deponunt, illud possedit quamdiu vixit, & post ipsius mortem possederunt Horatius, & alij filij vsque ad diuisionem, & abinde citra Horatius solus pro sua parte vsque ad annum 1597. & sic vltra 60. annos, quæ tam longa possessio maximè facit ad probationem dominij, Bero. *d. cons.79. num.7.* Paris. *vbi supra, num.59. & 91.* Hoc enim casu dominium dicitur probatum, saltim in vim præscriptionis, ex parte emptorum, Castr. *in l. proprietates, num.3. C. de probat. & in cons. 169. n.3. vol.1.*

2 Nec obstat, quòd testes deponentes super dicta possessione fuerint examinati in possessorio, & ideò non probent in petitorio; quia fuerunt examinati post cumulationem petitorij cum possessorio, & commissa causa in vtroque, non autem super possessorio tantùm, Rota *dec. 35. num.6. & 7. par.2.*

3 Vlteriùs plurimum facit ad probationem dominij diuisio dicti prædij facta inter filios dicti Innocentij emptoris, qua mediante peruenit ad Horatium, Decian. *cons.76. n.9. & seq. lib.3.* Peregr. *de fideic. ar.44. n.5.* præsertim quia constat de eius effectuatione ex possessione Horatij subsecuta.

Quibus accedat, quòd dictum prædium reperitur adnotatum inter bona Innocentij in libro æstimi confecti post duos annos à dicta emptione, quod de per se licèt non probet dominium, tamen præbet non minimam illius præsumptionem, Socin. *cons.89. num.12. lib.1.* Decian. *cons.17. num. 29. lib.2.* Rolan. *cons.4. n.15. lib.2.* Maximè quod post mortem Innocentij sequuta dicta diuisione inter eius filios, prædium reperitur mutatum, & positum inter bona Horatij, cui in partem fuerat assignatum, Soc. *d. cons.89. n.12.* 4

Prædicta corroborantur ex solutione collectarum facta, tam per ipsum Innocentium, quàm eius filios, Soc. *cons.* 205. *num.1. vers. sexto comprobatur, lib.2.* Roland. *d. cons. 4. num.* 20. Vltra quòd ex solo instrumento emptionis factæ per Innocentium cum numeratione pretij, traditione, & diuturna possessione, videbatur dominis resultare plena, & concludens dominij probatio, Caputaq. *decis.* 281. *par.1.* Menoch. *de arbitr. casu 42. n.6.* 5

Et præmissa eo faciliùs procedere dicebatur, cùm hic agatur hypothecaria contra Honuphrium tertium possessorem, causam habentem ab Horatio principali debitore, qui non potest refricare quæstionem dominij: sicut enim non posset ipse Horatius debitor, ita nec poterit causam habens ab illo, Alex. *cons.138. n.1. lib.2.* Gail. *pract. obseru. lib.2. obseruat.26. per totam.* 6

Non obstat, quòd partita æstimi non fuerit extracta parte citata, quia ex quo fuit extracta à Cancellario ciuitatis dictum æstimum retinentis sub custodiam publicam, non erat necessaria citatio, Caputaq. *decis.354. n.4. par.2.* prout nec etiam facit, quòd instrumentum emptionis, & alia, super quibus fundatur huiusmodi dominij probatio, non fuerit producta in actis, quia contrarium apparet ex citatione, & admissione iurium, facta 12. Octobris & 7. præsentis mensis Nouembris. 7

Minus facere videbatur, quòd Curtio obstet exceptio excussionis, cùm hoc sit extra dubium; vltra quòd respondebatur, quòd cùm in instrumento census, cuius vigore fuit actum, adsit clausula *constituti*, & obligatio cameralis, excussio non est necessaria. Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. lib.16. tit.17. num.8. 9. &* 10. Tiraq. *de iur. constitut. par. 1. num. 54.* Gail. *vbi suprà, obseruat. 27. num.31.* Ex quibus ita conclusum, &c. 8

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Bononien. de Bouis.

Luna 19. *Nouembris* 1612.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura ad materiam emphyteusis spectantia resoluuntur. Primò, quòd alienari potest à primo acquirente etiam in præiudicium vocatorum. Secundò, quòd alienari potest in quoscunque extraneos, quando est apposita clausula, *Ad habendum*, in dispositiuis scilicet, & non in exequutiuis. Tertiò, quòd emphyteusis concessa ad tempus cum pacto de renouando, renouatione non sequuta post finitum tempus bona redeunt ad dominum directum, secus si emphyteusis fuerit concessa in perpetuum.

SVMMARIVM.

Emphyteusis alienari potest à primo acquirente in præiudicium vocatorum in inuestitura emphyteusis, numero 2.

Emphyteusis est transitoria ad heredes extrahendos, quando fuit concessa cum clausula Ad habendum, *&c. num.3. Vbi ampliatur, & declaratur hæc conclusio.*

Clausula Ad habendum, *facit rem transitoriam ad extraneos heredes, quando stat in dispositiuis, secus si in exequutiuis, ibid.*

Clausula Ad habendum, *quando dicatur stare in dispositiuis, & quando in exequutiuis, ibid.*

Emphyteusis concessa ad tempus, cum pacto de renouando, renouatione non facta post tempus finitum, bona redeunt ad

ad dominum directum, secus si emphyteusis fuerit concessa in perpetuum, n.4.

Emphyteusi alienata sub conditione accedente consensu dominorum directorum, hoc intelligendum est, quatenus consensus sit necessarius, & non aliter, n.5.

DECISIO CCCCL.

1 FVit resolutum prædium sancti Donini, & melioramenta domus magnæ spectare in totum ad D. Carolum, reseruato, vt de domo contigua empta videretur. Et quoad partem allodialem dicti prædij res transire visa fuit sine dubio, cùm in ea concurrunt omnia, quæ occasione aliorum bonorum in eadem donatione contentorum fuerunt ponderata in decisione in hac eadem causa facta sub die 9. Aprilis proximi.

2 Difficultas reducebatur ad partem dicti prædij emphyteoticam sub proprietate Canonicorum sancti Petri, & fratrum S.Ioan. in Monte, quæsitam ab ipsomet donatore, in qua Domini considetatis considerandis fuerunt pro D. Carolo duobus fundamentis. Primò, quia quicquid de communi in contrarium attestetur Alex. *cons.* 106. *n.*8. & 107. *in princ. lib.* 4. Rota sequitur opinionem, quod scilicet primus acquirens possit præiudicare vocatis, vt in Romana domus de Crescis 4 Februarij 1605. coram bon. mem.Litta, in Romana bonorum de Lilio 7. Februarij 1582. coram bon.mem.Cardinali Seraphino, & in Romana emphyteusis 12. præsentis mensis coram R. P.D. meo Caualerio, quam etiam opinionem sequuti sunt grauissimi auctores, nempe Specul. *tit.de emphyt.* §. *nunc aliqua, quæst.*78. *num.*100. *vers.cùm enim pater*, Bald. *in authen. si quas ruinas, n.*10. *vers. iuxta hoc quæro, C.de sacros. Eccles.* Castr. *cons.*179. *num.*3.*lib.*1. Imol. *in c.potuit, num.*68.*vers. in contrarium, de locat.* Anchar.*cons.*25. *num.*14. & 18. *lib.* 1. Dec.*cons.*194. *ad fin.* Surd. *decis.*209. *num.* 15. & 16. ac eandem veriorem dicit Natt. *cons.* 505. *num.*14. & magis communem Gozzad. *cons.*25. *num.*18. Honded. *consil.*14. *num.*47. *lib.*2. Natt. *d. num* 14. & vtilitatem in iudicando amplectendam fore tradunt Moder.Hispan. *in specul. commun.opin.contr. commun.quæst.*326. Crass. *in* §. *legatum,q.*13. *num.*20, maximè quando acquisitio, prout in proposito casu, fuit ex titulo onetoso, Bald. *in l.*1. *in fin C.per quas personas nobis acquir.* Aret. *in l.cum seruus, ff.si quis alicui, ad fin. vers. secunda conclusio, ff.de leg.*1. Corn. *cons.* 282. *num.*10. *lib.*3. Bero. *cons.*115. *num* 7. *ad fin. lib.* 3. Natt. *cons.*475. *num.* 5. & 11. Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 11. *glos.*6. *num.*25. Gabr. *tit. de iur. emphyt. conclus.* 2. *num.*47. cum alijs per Surd. *cons.*305. *numer.* 35. & *seqq.* Rota *prælleg.decis.*

3 Secundum fundamentum fuit, quia in concessione adest clausula *Ad habendum*, &c. quæ operatur vt emphyteusis sit transitoria in quoscunque extraneos, Pedemont. *decis.*164. *num.*1. Dec.*cons.*614. *num.*2. Gozad. *cons.*9. *n.*2. Roland. *cons.*55. *num.*37. & 42. *lib.*3. Vinc.de Franch. *decis.*6. *num.*8. *par.*1. Thesaur. *decis.*146. *num.* 6. Illustrissimus Mantic. *de tacit.*& *ambig. lib.*22. *tit.* 19. *num.*25. cum alijs relatis per Corb. *de iure emphyt. tit. de caus. priuat.*16. *alien.irreq.dom limit.*3. *num.*1. & per Bec. *cons.*88. *num.*20. *vers. secundo cum pluribus seqq.* Rota in causa Romana casalium 4. Decembris 1575. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, in Bononien. emphyteusis 16. Iunij 1596. coram Orano, & in Nonantulana bonorum 14. Iunij 1610. coram me, & licèt hoc procedat tantùm quando est posita in dispositiuis, Paris. de Puteo *de feud. c.* 95. quam communem dicit Osasc. *decis.Pedem.*164. *num.*1. & 2. attamen in proposito casu visa fuit stare in dispositiuis, cùm stet consequutiuè, & immediatè post dispositionem, & narratiuam rei datæ in emphyteusim, vt fuit coram me dictum in Nonantulana bonorum 31. Ianuarij 1611. Et quia in clausula *Ad habendum*, est reseruatum directum dominium, vnde vtile censetur liberè concessum, vt fuit coram me ponderatum in eadem Nonantulana 14. Iunij 1610.

4 Non obstat, quòd emphyteusis fuerit concessa cum pacto de renouando de 29. in 29. annis, vnde cùm non fuerit sequuta renouatio, bona remanserunt Ecclesiæ, vt in Cæsenaten. bonorum 4. Martij 1607. coram Reuerendissimo D.Bononien. & de hoc iure Ecclesiæ possit dare D.Andreas tanquam exclusiuo iuris D.Caroli actoris, *l.cum seruum*, & ibi Castr. *num.*2. *C.de seru.fug.* Bart. *in l.*2. *num.*1. *ff.de except.rei iud.* Fulgos. *cons.* 12. *numer.* 1. *in fin.* Paris. *cons.*70. *num.*14.*lib.*3. quia fuit responsum, decisionem Cæsenaten. procedere quando concessio fit ad aliquod tempus certum, prout ibi fuerat concessa ad 60. annos cum pacto renouandi: secus quando, vt in proposito casu, conceditur in perpetuum; cùm pacto tamen renouandi de certo tempore in certum tempus, tunc enim ad euitandum contrarietatem renouatio de tempore ad tempus censetur, adiecta ad faciliorem probationem directi dominij, non autem pro substantia contractus, Butr. *in c.*1. *n.*3. *ad fin. de precar.* Alciat. *cons.*42. *in fin. tom.*3. *lib.*8. Bero. *cons.*116. *n.*19. *lib.*1. Corbul. *de caus. priu. ob fin.temp.n.*17.

Non etiam visum fuit obstare, quòd donatio facta Virginiæ sit conditionalis, nempe accedente consensu dominorum directorum, de quo consensu minimè apparet, quia placuit responsio, quòd hoc sit intelligendum quatenus prædictus consensus sit necessarius, Gabr. *cons.*92. *num.*7. *lib.* 1. fuit dictum in causa Romana Casalis Longhozzæ 21. Maij 1593. coram bon. me. Cardinali Seraphino, & faciunt decis. Crescen. 17. *de probat.* Pot. *decis.*42. *lib.* 3. Circa melioramenta domus magnæ fuit dictum illa spectare ad Virginiam vigore donationis, & consequenter ad Carolum, etenim donatio de illis clarè loquitur. 5

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Beneuentana parochialis.

Mercurij 18. Nouembris 1612.

ARGVMENTVM.

Iudex non ritè procedens non dicitur quem spoliare, mixtusque exequutor non potest aliquid facere, nisi parte citata.

SVMMARIVM.

*Testes deponentes de possessione, possessionem probant ad effectum manutentionis, n.*1.

*Iudex non potest priuare aliquem sua possessione, n.*2. *Vbi hoc declaratur, nisi rite, & recte procedat.*

Executor deputatus cum clausula Amoto, *dicitur exequutor mixtus, ibid.*

Exequutor mixtus assumere debet partes iudicis, nec aliquid facere potest parte non citata, ibid.

DECISIO CCCCLI.

FVit tentum pro manutentione Marcelli, etenim de illius possessione deponunt testes, quæ sufficit pro manutentione, §.*retinendæ, Institut. de interdictis*, *cum concord.* etiam sine exhibitione tituli. Rota in causa Placentina Capellaniæ 21. Maij coram bo.mem. Cardinali Pamphilio, in Ceneten. parochialis 10. Decembris 1603. coram eodem, & in Ripana beneficij 15. Februar. 1599. coram Iusto. 1

Non obstat posterior possessio data per exequutorem litterarum Apostolicarum Francisco, qui quidem exequutor potuit priuare Franciscum, & inuitum sua possessione, iux.not. per Angel. *in l. qui vniuersas*, §. *item cum prætor. in fin. ff.de acquir.possess.* Mohed. *decis.*4. *num.*4. *de restit.spoliat.* quia hoc procedit quando ritè, & rectè proceditur, Corn.*cons.*193. *n.*4. *lib.*3. Rota in causa Pennen. & Adrien. beneficiorum 4. Iulij 1584. coram bo.me. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.* 802. *n.*7. *vers.quia pro responsione par.* 1. & in Romana Saluiaoi 28. Nouembris 1611. coram me. 2

Ritè autem, & rectè non fuit processum per exequutorem contra Franciscum, quia cùm ille exequutor esset deputatus cum clausula *Amoto*, dicebatur exequutor mixtus, Abb. *in c.de cætero, n.*8. *de re iud.* vbi etiam Felin. *n.*9. Rot. in causa Zamoren. portionis 5. Iunij 1598. coram Corduba in Tirasonen. eleemosynariæ 28. Ianuarij 1602. coram Illustrissimo Lancellotto, & in præallegata Ripana beneficij coram Iusto, & consequenter assumere partes iudicis, Felin. *in c.fin. num.*23. *de præsumpt.* Achill. *dec.* 6. *n.* 3. & 4. *super reg. de triennal.* Rota in causa Pampilonen. beneficij 29. Octobr. 1576. coram Cantuccio relata inter diuers.impress. *decis.*35. *n.* 1. *par.*2. & in dicta Ripana beneficij 12. Februarij 1599. coram Iusto, procedendo iuris 3

tis ordine seruato, Felin. *in c.ac cætero, num.9. de re iud.* Mohed. *decis.7. num.5. de restit.spol.* Achill. *d. decis.5.n.5. super reg. de triennal.* Rota in causa Abulen. & Zamoren. beneficiorum 16. Iulij 1594. coram bo.mem. Penia, & in Mediolanen. beneficij 16. Nouembris 1611. coram R.P. D.Vbaldo, & consequenter citare Marcellum possessorem, iux.not. *in l.vnoquoque, ff. de iud.* in specie Rota in causa Tirasonen. eleemosynariæ 28. Ianuarij 1602. coram Illust. Lancellotto, in Ripana beneficij 12. Februarij 1599. coram Iusto, & in Mediolanen. beneficij 16. Nouembris 1611. coram R.P.D. Vbaldo, quod cum non fuerit factum, minimè fuit per immissionem exequutoris priuatus Marcellus sua possessione per prædicta. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Perusina pecuniaria.

Mercurij 28. Nouembris 1612.

ARGVMENTVM.

Falsitatis sola suspicio sufficit, quando agitur ciuiliter ad tollendam fidem scripturæ, & de pluribus falsitatis coniecturis. Decisio magistralis.

SVMMARIVM.

Copia apochæ sine originali executionem non meretur, stante præsertim partis protestatione, quod recognoscatur, n.1.

Apocha non præsentata in archiuio infra 15. dies, remanet nulla, etiam quod post 15. dies fuerit præsentata de consensu archiuista, num.2.

Agens via ordinaria non potest postea agere via executiua, num. 3.

Falsitatis sola suspicio sufficit in ciuilibus ad hoc vt scripturæ fides tollatur, n.4.

Falsitas coniecturis probatur, ibid.

Falsitas præsumitur ex multiplicatione apocharum, & earum confirmatione non necessaria, ibid.

Producens scripturam, & recusans illam habere pro bona, & legali, reddit scripturam de falso suspectam, ibidem in fine.

Falsitatis suspicio oritur ex interpositione personæ, n.5.

Falsitatis suspicio oritur ex eo quod pecuniæ, quæ dicuntur solutæ, non sunt scripta in libro, in quo aliæ similes pecuniæ describi solent, n.6.

Pacta insolita arguunt falsitatis suspicionem, n.7.

Falsitas arguitur ex eo, quod in scriptura reperiantur descripti testes mortui, ibid.

Amissio scripturarum probari debet per eum qui amissionem allegat, n.8.

Mandatum nulliter, & iniustè relaxatum nunquam transit in iudicatum, n.9.

Confessio qualificata debet à parte acceptari cum qualitate expressa, ibid.

Confessio ad vnum finem, & effectum emanata, non operatur alium effectum, ibid.

DECISIO CCCCLII.

1 DOmini dixerunt mandatum Auditoris Cameræ non esse exequendum, tam ratione nullitatis illius, quàm iniustitiæ: nullitatis quidem, quia de obligatione Camerali, cuius vigore fuit actum, non constabat nisi ex quadam copia apochæ, quæ nullam merebatur exequutionem, non producto, nec recognito originali, stante præsertim protestatione partis, quod recognosceretur, Oldr. *cons.1. num.3.* Paris. *cons.115. n.5. lib.4.* Rota *decis.* 1156. *num.1. in fine lib.3. part.diuers.* quæ recognitio non probatur ex nunciatiua Notarij facta in fide productionis, quia in hoc ei non creditur, cùm de dicta recognitione non fuerit rogatus, Gozad. *cons.11. num.5.* Surd. *decis.231. n.2. & seq.*

2 Præterea apocha non præsentata in archiuo villæ Mansionis infra 15. dies, remanebat nulla, & inualida, iuxta constit. fel. rec. Sixti V. & licèt post dictos 15. dies fuerit præsentata, & concordatum cum Archiuista tamen non propterea dicta nullitas fuit sanata, quia, vt eadem constitutio declarat, huiusmodi concordia suffragatur in instrumentis publicis, non autem in scripturis priuatis: vltra quod Archiuista expressè reseruauit præiudicium partis, vnde decretum dans exequutionem tali scripturæ annullatæ ob dictum defectum, videtur etiam nullum.

Vlteriùs ex quo fuerat cœptum agi via ordinaria ob seruatos terminos substantiales, non poterat amplius procedi exequutiuè, Rot. *decis.551.n.5. lib.3. part.3.* Borgnin. *dec.1. n.16. par.1.* Marant. *in specul. 6. par. art.8. n.14.* 3

Quo verò ad iniustitiam considerabant Domini contra dictam apocham vrgere vehementem suspicionem falsitatis, quæ sola suspicio sufficit in ciuilibus ad effectum, vt scriptura non mereatur fidem, & consequenter non debeat mandari exequutioni, Aym. *cons.829. num.5.* Alban. *cons.99. in 8.* Menoch. *cons.199. num. 5.* namque in ciuilibus sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, Curt. iun. *cons.64. num.5. & cons. 132. num. 10.* Dec. *cons. 189. post princ. vers.nam in contrarium*, Surd. testans de communi, *cons.6. num.4.* & ad illam probandam admittuntur coniecturæ, Caputaq. *decis.207. in fin. par.1. & decis.4. part.2.* Aym. *cons.156. num.7. in fin. cons.143. num.12.* quæ coniecturæ plures, & vrgentes in casu nostro adesse videbantur, quarum prima oritur ex multiplicitate apocharum, & ex illarum confirmatione non necessaria, si aliæ priores fuissent veræ, Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt. 22. n. 24.* Cephal. *cons.198. numer.21.* maximè quia Ludouicus requisitus ad declarandum, an illis vellet vti pro bonis, semper hoc recusauit, Lap. *alleg.119. num.1.* Menoch. *ibid. num. 22.* 4

Accedat inuerisimilitudo, quòd Florentius voluerit scut.850. donare Ludouico tunc infanti, & illa committere fidei sororis pauperis, & egenæ, proprios filios habenti, vt ea conseruaret pro nepote sine alicujus scripturæ confectione, cùm potiùs ea dedisset Persiano patri Ludouici tunc viuenti, quia actus sic per interpositam personam gestus arguit suspicionem, *l.pupillus, §.item ipsa, ff. de auctoritate tutor. l.1.* & ibi Bart. *num.1. C.de natural. liber.* Aym. *d.cons.156. n.11.* 5

Præterea in libris Persiani patris Ludouici, in quibus designantur omnes summæ, etiam minimè, ad Ludouicum spectantes, quæ erant positæ in communi cum Fabritio, non reperitur annotata ista summa adeò notabilis scut. 850. quæ tamen in apochis dicebatur, quòd in communi posita erat cum dicto Fabritio: vnde oritur suspicio, quòd talis summa non deberetur, nec esset vera, Bart. *in l.fin.C. de reb.cred.* Bald. *in l.instum est, n.2. C. de edend.* Hercul. *de negatiu. n.171.* 6

Vlteriùs pacta insolita apposita in tertia apocha augebant dictam suspicionem, Bald. *cons.75. num.2. lib.2.* Paris. *cons.54. num.39. lib.1.* Curt. iun. *cons.178. num.12.* item modus insolitus, isque reiteratus, quòd Ludouicus confessus fuit huiusmodi apochas habuisse, nempe duabus vicibus humi iacentes in aperiendo ostium domus. Facit etiam ad huiusmodi suspicionem eliciendam, quòd testes, qui in vltima apocha dicuntur adhibiti, nesciebant scribere, & sunt mortui ante illius exhibitionem; hæc enim facta præsumuntur, ne falsitas commissa detegeretur, Aym. *cons.28. n.7.* Paris. *cons.27. lib.2.* Cephal. *cons.909. n.33.* decis. Pedem. 117. *n.10.* Menoch. *de præsumpt. 22. n.13.* 7

Tandem vrgens oriebatur suspicio ex iterata, & affectata obligatione admissionis, tam priorum apocharum, quàm tertiæ confirmatoriæ priorum, præsertim cùm dictæ apochæ per illam productionem factam in partibus essent effectæ communes, Ludouicus qui recuperauit originalia teneretur probare illa casu, & sine sua culpa fuisse admissa, Alex. *cons.54. n.5. lib.1.* Castr. *cons.301. n.1. lib.1.* Honded. *cons.19. n.17. & 18. lib.1.* Hoc tamen in casu nostro nullatenus factum fuit. 8

Non obstat res iudicata, quia cùm mandatum ex prædictis fuerit nulliter, & iniustè relaxatum, non potuit in iudicatum transire, Caputaq. *decis.114. num.2. par.3.* Afflict. *dec.28. n.6.* prout & minus obstat confessio Procuratoris Fabritij facta in iudicio criminali de existentia apochæ, quia illam acceptare deberet cum sua qualitate falsitatis, Boer. *decis.243. n.25.* Menoch. *cons.703. n.3. lib.3.* Verall. *dec.191. n. 2. par. 1.* & fuit ad effectum detegendi falsitatem, & ideò non operatur ad alium effectum, Surd. *cons. 371. n.6. lib.3.* Ex quibus ita fuit resolutum, &c. 9

R.P.D.

R. P. D. SACRATO,
posteà S.R.E. Cardinali.

Teruleñ. Vicariæ.

Lunæ 10. Decembris 1612.

Concursus requiritur in parochiali, seu Vicaria perpetua de iurepatronatus Ecclesiastico.

SVMMARIVM.

Concursus beneficij requiritur in Ecclesia parochiali de iurepatronatus Ecclesiastico, n.1.
Concursus requiritur nedum in Rectoris de iurepatronatus Ecclesiastico, sed etiam in Vicarijs perpetuis, ibid.
Concursus non est necessarius in parochiali vnita cum Capitulo, nec quando Vicarius deputatur ad nudum exercitium curæ, declara, vt n.2.

DECISIO CCCCLIII.

1 PRo informante fuit tentum, nempe sententiam de partibus, quæ mandat fieri concursum esse confirmandum, etenim constat ex probationibus per portionariosmet, qui modò negant esse locum concursui, factis, quòd parochialis, de qua agitur, est de iurepatronatus Ecclesiastico, vnde intrat Conc. Trid. *sess.24. cap.18. vers. si verò iuspatronatus Ecclesiastici, quod in patronatu Ecclesiastico mandat fieri concursum,* quem textum ita sæpè interpretata fuit sacra Congregatio super dicto Concilio, & dispositio sacri Concilij procedit nedum in Rectorijs, verùm etiam in Vicarijs perpetuis, vt fuit per eandem sacram Congregationem resolutum, vt in copia resolutionis data, & meritò, quia dispositio de parochiali loquens habet locum in Vicaria perpetua, *Clem. vnic. de officio Vicarij*, latè Gomez *super regulam de idiomat. quæst.11. per tot.*

2 Prædictis non obstat, quòd aliàs tentarunt Portionarij cum testibus; vigore remissoriæ, examinatos probare, quòd scilicet parochialis esset vnita eorum Capitulo, & quòd Vicarius deputaretur ad nudum exercitium Curæ. Quo casu non esset necessarius concursus, sed sufficeret simplex approbatio facta per Episcopum, iuxta distinctionem, quam aliàs fecit Rota in causa Vlixbonen. iuris conferendi 21. Aprilis 1606. coram bon. mem. Litta, quia, vt aliàs fuit coram me decisum, illi testes fuerunt nulliter examinati, vnde super illis nullum potest fieri fundamentum.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Portugalleñ. Fabricæ.

Veneris 14. Decembris 1612.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ reparatio ad quem spectet? In hac decisione multa explicantur notabilia.

SVMMARIVM.

Ecclesiæ Cathedralis reparatio, sicut spectat ad Episcopum, ita etiam ad eundem spectat reparatio alterius Ecclesiæ dependentis, & annexæ Cathedrali, n.1.
Ecclesiæ reparatio spectat ad illum, qui eiusdem Ecclesiæ fructus percipit, declara vt n.2.
Ecclesiæ reparationis onus ad quem spectet, maximè attendenda est consuetudo loci, n.4.
Consuetudo non dicitur plenè probata, nisi etiam probetur frequentia actuum, ibid.

DECISIO CCCCLIV.

1 DVbitaui an constaret de bono iure Thesaurarij, id est, an ipse teneretur ad reparationem Ecclesiæ sancti Ildefonsi? Et pro negatiua fuit tentum, etenim Cathedralis Portugallen. & parochialis, & illius auxiliares, est Ecclesia sancti Ildefonsi, de cuius reparatione agitur: Curam autem exercet Thesaurarius d. Cathedralis, cui fuit assignata certa portio decimarum: vnde sequitur, quòd reparatio Ecclesiæ sancti Ildefonsi spectet ad Episcopum, qui sicut tenetur reparare ipsam Ecclesiam Cathedralem, ex latè cumulatis per Bero. *cons.3. per totum vol.1.* ita tenetur reparare hanc, tanquam Cathedrali annexam, & ab illa dependentem, iuxt. not. per gloss. *in cap. si quis obiecerit, verb. neutrum 1. quæst.3.* Anchar. *cons.160. num.3.* Abb. *cons.26. in princ. vers. circa secundum lib.2.* Crauet. *cons. 275. num.5.*

Nec facit, quòd Thesaurario fuerint assignati certi fructus, siue decimæ, ad dictam Ecclesiam sancti Ildefonsi spectantes, vnde teneatur Thesaurarius saltem proportionabiliter, ex regula quòd onus reparationis spectat ad illum, qui percipit fructus, ex cumulat. per Surd. *cons.62. num.1. & seqq. vol.1.* quia in proposito casu minimè apparet, quòd Thesaurario fuerint assignati omnes redditus istius Ecclesiæ, & signanter omnes decimæ: vnde si aliqui fructus fuerunt assignati pro congrua illius sustentatione, ex illis non tenetur reparare Ecclesiam, *cap. de his,* & ibi Butr. *n.1. vers. non enim,* Abb. Anchar. & Card. *num.2. de Eccles. ædific. cap. ad audientiam, il 1.* vbi Ioan. Andr. & Abb. *num.7.* Butr. *num.9.* Boich. *num.2.* Anchar. *num.5. eod. tit.* Dec. *cons.118. n.5. vers. in primis,* Bero. *d. cons.3. num.23. lib.1.* Surd. *cons.62. num.11.* 2

Et quatenus dicitur fuisse Thesaurario vsque de anno 1568. per Episcopum Iulianum assignatas duas ex tribus partibus decimarum, res visa reddi multum dubia, & æquiuoca per applicationem, quam mensæ Episcopali de prædictis decimis fecit Episcopus Vincentius de ann. 1320. relictis tantùm Thesaurario decimis personalibus Fabrorum, pistorum, & similium, & licèt replicaretur, quòd rursus ista applicatio Episcopalis Vincentij, tanquam erronea fuerit reuocata per Episcopum Sanctium de anno 1338. attamen actus, qui prædicta reuocatione dabatur, visus fuit multum dubius, & æquiuocus, quinimò potiùs denotare confirmationem illius, quod fecit Episcopus, Sanctius in sua ordinatione dicit se velle, quòd Capitulum habeat tertiam partem redditüum, sic & eodem modo vt iusserat Episcopus Vincentinus suus antecessor, & sit in possessione, & statu, quo ab illa relicta fuerunt. Item vult quòd Thesaurarius habeat, & possideat redditus, & iura pertinentia suæ dignitati: sic & eodem modo quo iussit suus antecessor, & sit in possessione omnium rerum, quas ab illo petebat ratione dignitatis in illo statu, in quo erat tempore sui antecessoris. 3

Circa illud, quòd in hac materia reparationis deferatur consuetudini, Bero. *d. cons.3. vol.1.* in proposito autem casu consuetudo sit, quòd Thesaurarius reparet Ecclesiam, ex datis in summario D. Episcopi *num.5. & 6.* fuit responsum nullatenus probati prætensam consuetudinem; nam condemnatio Thesaurarij data *num.5.* in primis non est præcisa, sed si & quatenus thesaurarius infra terminum præfixum non docuisset onus fabricandi, ad alterum spectare. Item non apparet, vel iusta, vel effectuata, quantum ad testes deficiunt in multis requisitis ad probandam consuetudinem, & signanter circa frequentiam actuum, iuxt. not. *in l.1. Cod. quæ sit longa consuetudo,* Bart. *in l. de quibus num.3.* Angel. *num.21. & 22. ff. de legibus,* Alex. *cons.4. num.2. lib.2.* Corn. *cons.293. n.7. lib.1. in fin.* Afflict. *decis.321. num.17.* 4

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Cataneñ. illegitimitatis.

Lunæ 17. Decembris 1612.

ARGVMENTVM.

Causa arguitur diuersa ex diuersitate personarum. Consors litis non dicitur tertius veniens ad causam, & quando restitutio ab vno obtenta suffragetur alteri consorti.

SVMMARIVM.

Pendentia vnius causæ alteri causæ non præiudicat, numero 1.
Causa arguitur diuersa ex diuersitate personæ, ibid.
Restitutio in integrum obtenta per vnum, prodest etiam consorti, n.2.
Consors litis non dicitur tertius veniens ad causam impugnans ius actoris, & rei litigantium, ibid. in fin.
Principis concessio regulatur à petitione, n.3.

DECISIO CCCCLV.

1 RESolutum fuit restitutionem in integrum obtentam per Gasparem minimè obstare executioni trium consormium contra D. Ioannem, etenim regula est contra D. Ioannem, quòd pendentia vnius causa minimè præiudicat alteri, *tot.tit. res inter alios acta, l. sed si ante, ff. de except.* & magis in specie prosequitur Moder. *de attent. lite pend. limit. 2. in princ.* diuersitas autem causæ arguitur ex diuersitate personæ Gasparis à persona D. Ioannæ, *l. & an eadem, in princ.* & ibi Bar. *in §. qui cum partem, ff. de except. rei iud.* Castr. *in l. cum quæritur num. 1. ff. eod. tit.* glos. *in l. iusiurandum 34. §. ait prætor, verb. vel personam, ff. de iureiuran.* Rota Ianuen. *decis. 179. num. 9.*

2 Non obstat, quòd D. Ioanna prætendat se litis consortem cum prædicto Gaspare, & proinde restitutio in integrum obtenta per illum debeat sibi tanquam litis consorti prodesse, glos. *in l. vnica, verb. patrocinari, C. si in communi eademque caus.* Afflict. *decis.* 223. cum alijs per Odd. *de restit. quæst. 46. art. 4.* Honded. *cons. 34. n. 81. lib. 2.* quia fuit negatum D. Ioannam fuisse litis consortem cum Gaspare, & non ab initio huius causæ actor D. Gasparis venit contra actorem D. Thomæ modò possidentis Baronias, de quibus agitur, & opponendo de illegitimitate actoris D. Thomæ, prætendebat illum excludere, & se tanquam legitimum includere: pendente hac lite venit ad causam Laurentius pater D. Thomæ tanquam tertius pro suo interesse, neque coadiuuando aliquem ex colligantibus, sed imò vtrumque excludendo, nempe actorem D. Thomæ tanquam illegitimum, actorem verò Gasparis tanquam remotiorem, & proinde non poterat dici consors litis alterius in illus, cùm ius vtriusque intenderet impugnare, *l. is à quo, ff. de rei vend.* Felin. *in cap. cum super n. 17. de re iud.* Couar. *pract. quæst. cap. 14. n. 4.* Rot. apud Bisignet. *decis. 4. de iud.* & in causa Nolana pensionis 13. Maij 1611. coram me.

3 Quæ magis de plano procedunt ad effectum, de quo agitur, nempe quòd restitutio in integrum obtenta per vnum ex litigantibus, minimè debeat prodesse alteri, quia hoc nihil aliud esset, quàm dicere, quòd Gaspar qui obtinuit commissionem restitutionis in integrum, obtenta per vnum ex litigantibus, minimè debeat prodesse alteri, quia hoc nihil aliud esset, quàm dicere quòd Gaspar, qui obtinuit commissionem restitutionis in integrum, voluerit suscitare vnum ex suis aduersarijs iam mortuum, quòd si ipse hoc minimè intellexit petere, minus dicendum est, quòd summus Pontifex voluerit illud concedere, cùm concessio reguletur à petitione, *cap. inter dilectos, §. cæterum,* vbi glos. & Bald. *num. 16. de fid. instr. l. 1.* & ibi Ias. *n. 7. C. de diuers. rescript.* Roman. *cons. 132. in princ.* Felin. *in cap. super literis n. 9. de rescript.* Dec. *cons. 403. num. 15.* Paris. *cons. 9. num. 42. lib. 2.* Quod ipsum denotauit obseruantia subsequuta, ex qua colligitur quid ab initio fuerit actum, *l. si de interpretatione,* cum ibi not. *ff. de leg.* Castr. *cons. 363. num. 3 lib. 1.* Roman. *cons. 328. num. 5.* Crau. *cons. 101. num. 3.* Bec. pariter *cons. 101. n. 49.*

4 Fuerunt enim istæ causæ semper tractatæ vti diuersæ; nam bon. mem. Rubeus tulit duas sententias, alteram contra D. Ioannam, confirmando duas sententias iam contra eandem latas, & reseruando sibi causam Gasparis: alteram postea contra eundem Gasparum, in qua confirmauit duas alias præcedentes contra eundem Gasparem latas, & causæ appellationis, seu restitutionis in integrum fuerunt commissæ duobus diuersis iudicibus. Item bon. mem. Cardinalis Blanchettus dum esset Rotæ auditor, tanquam si causa D. Ioannæ esset finita, iuxta *cap. lator, qui filij sint legit.* moderatus fuit inhibitionem respectu d. D. Ioannæ, ad effectum, vt iudices laici possent procedere in partibus super Baronia, & nihilominus causa respectu Gasparis adhuc pendebat in Rota. Ex quibus patet causas istas fuisse semper tractatas pro diuersis, quam diuersitatem etiam ipsamet D. Ioanna, & Signatura videntur agnouisse, nam D. Ioanna procurauit per particularem commissionem suam restitutionem in integrum, quod non fecisset, si potuisset iuuari restitutione obtenta per Gasparem. Signatura autem habuit eundem sensum, dum rescripsit cum clausula, *parito iudicato, arbitrio Rotæ,* quam clausulam super paritione minimè apposuit in commissione Gasparis, & in eandem sententiam non obscurè venit Rota, dum in alia propositione huius causæ, sub die 5. Decembris anni proximi, dixit non intrare arbitrium ad retardandum paritionem, etenim si est parendum, sequitur quòd nec restitutio obtenta per Gasparem, nec aliquid aliud debeat obstare exequutioni trium conformium, exequutio enim dd. conformium nihil aliud est, quàm ipsa paritio.

R. P. D. SACRATO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Parmeñ. status.

Lunæ 17. Decembris 1612.

ARGVMENTVM.

De natura litis consortium quòd ratione connexitatis, quod vni ex consortibus prodest, seu noceat, prosit etiam, & noceat alteri.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum vni concessa, suffragatur etiam consortibus, num. 1.

Fori priuilegium vni competens, competit etiam ad consortes, ibid.

Defensio quæ iuuat vnum, prodest etiam alijs consortibus, ibidem.

Attentatum ab vno ex litis consortibus, operatur etiam ad fauorem alterius, ibid.

Contrariorum est eadem disciplina, ibid.

DECISIO CCCCLII.

1 DOmini perstiterunt in decisis coram R. D. Bononieñ. sub die 1. Iunij 1611. quòd scilicet non sufficiat purgatio attentatorum facta per D. Alphonsum, sed vlterius sit necessaria purgatio nomine DD. Alexandri & Cepi, aliàs non possit procedi in causa, & quòd hoc debeat habere locum, etiam præsuppositis duabus decisionibus vltimo loco factis, in eo quod fuit dictum D. Alphonsum minimè attentasse nomine prædictorum Alesandri, & Cepi, moti fuerunt Domini, quia prædicti, Alesander, & Cepus sunt litis consortes D. Alphonsi, & habent eandem causam defensionis cum eo, prætendentes nempe matrimonium, inter quondam Bernardinum Pallauicinum, & Catherinam, & legitimitatem exinde venientem, vnde succedit conclusio, quòd propter connexitatem, & indiuiduitatem materiæ dispositum in vno ex consortibus habeat locum & in altero, prout in materia restitutionis in integrum est decis. Afflict. 213. *per tot.* Ruin. *cons. 121. n. 9. lib. 5.* Menoch. *de recup. remed. 15. num. 131.* latè per Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 46.* vbi infinitos cumulat, & in materia contractuum Menoch. post Ang. *tract. de arbitr. iud. casu 95. num. 9.* & de fori priuilegio Couar. *pract. quæst. cap. 24. num. 2.* & in terminis suspensionis iurisdictionis Butr. *in cap. dilectus, il 2. in vltimo not. de rescript.* Alex. *cons. 89. num. 6. vers. vbi autem lib. 1.* & sicut factum vnius ex consortibus, quando causa defensionis est eadem, iuuat alios litis consortes, ad effectum, vt dicatur attentatum contra eosdem, & non possit contra illos procedi, nisi purgatis attentatis, latè Lancell. *de attent. appell. pend. part. 2. cap. 12. ampl. 11. n. 4. iuncto n. 11.* Eadem ratione quando causa defensionis est eadem, attentatum per vnum ex litis consortibus debet operari, vt ad fauorem alterius non possit procedi, nisi purgatis per dictum attentantem attentatis, vt contrariorum sit eadem disciplina, iuxta notata *in l. & si contra, ff. de vulg. & pupill. in l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. & in §. illud,* & ibi glos. *Instit. de soc. & in l. cum proponunia,* & ibi Bald. *n. 2. Cod. de solut.* & ne aliàs detur occasio collusionibus inter ipsos litis consortes, nempe quòd vnus attentet, & alter obtineat expeditionem proficuam etiam ipsi attentanti, vt in proposito considerat Rota *decis. 4. n. 5. vers. item nisi talia attentata de appell.* in antiquioribus, quæ magis de plano procedere visa fuerunt, quia attentata prædictorum Alexandri, & Cepi non fuerunt separata, & distincta ab attentatis D. Alphonsi, sed in vno, & eodem iudicio, vnde fit locus alteri conclusioni, quòd ratione participationis D. Alphonsus non possit procedere in causa sine illorum purgatione, etiamsi præteriti Alexander, & Cepus non essent litis consortes, sed personæ extraneæ, Rot. *in decis. 4. de appell.* in antiquioribus, & fuit dictum coram Aldobrandino in causa Calaguritana translationis relata inter diuers. impress. *decis. 243. part. 1.* Et ita tenuium, &c.

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Meliten. nauis.

Veneris 11. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Venditor an, & quando teneatur de euictione, quando res vendita fuit euicta, non ab emptore, sed ab alio cui emptor iterum vendidit.

SVMMARIVM.

Euictione non tenetur venditor, quando res euincitur non ab emptore, sed ab alio, cui emptor iterum vendidit, nisi idem emptor in re vendita aliquod ius sibi reseruasset. Tunc enim potest emptor sequuta euictione à subuenditore agere contra illum, qui sibi vendidit, etiamsi non molestetur ab eo cui postea vendidit, & à quo res fuit euicta, n.1. declara vt num.2.

DECISIO CCCCLVII.

1 FVit confirmata decisio in hac causa coram me facta sub die 16. Nouembris 1611. Ad primum motiuum decisionis, quòd scilicet nauis non fuerit euicta magno Magistro emptori, sed euidam Gisulpho, qui emerat à Ioanne, cui vendidit magnus Magister, & proinde non possit magnus Magister agere contra Commendatarium Spinolam, qui sibi vendidit nauim, nisi molestetur à Ioan. ex Bart. & Angel. *in l. si pro re, §. si pro euictione, ff. de euictionibus*, cum alijs in decisione allegatis, respondebatur pro parte magni Magistri, quòd illa conclusio non habet locum, quando emptor non simpliciter subuendidit, sed aliquod ius sibi reseruauit in re vendita, tunc enim potest emptor sequuta euictione agere contra illum, qui sibi vendidit, etiamsi non molestetur ab eo, cui postea vendidit, & à quo res fuit euicta, vt *in d. §. si pro euictione*, Bart. Bald. vbi etiam addit ad glos. *verb. agere*, Alex. *cons. 67. num. 5. lib. 2.* In proposito autem casu magnus Magister vendidit nauem Ioanni, habita fide de pretio cum obligatione omnium bonorum ipsius Ioannis, pro complemento contentorum in emptione, sub qua obligatione omnium bonorum Ioannis venit & ipsa nauis, & consequenter videtur, quòd magnus Magister donec fuisset sibi solutum pretium, reseruauerit sibi ius reale super dicta naui: verùm ista responsio non placuit Dominis, ex pluribus.

2 Primò, quia non apparet magnum Magistrum minimè consequutum fuisse pretium à Ioanne, quæ negatiua est per illum probanda, cùm sit fundamentum eius intentionis, ad cumulata per Gabr. *tit. de probat. conclus. 6. num. 1. cum pluribus seqq.* Secundò, quia non sufficeret probare minimè solutum pretium, nisi appareret facta diligentia de illo habendo, & quòd magno Magistro alibi quàm super ista naui satisfieri potuerit; cùm enim magnus Magister sibi non reseruauerit particulare ius super ista naui, ita demum ex euictione nauis videtur pati damnum, si aliunde sibi satisfieri non potest. Tertiò, quia Doctores in contrarium allegati deberent intelligi de euictione iusta, ad *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* etenim ex euictione iniusta non patitur damnum magnus Magister, cùm remaneat sibi salua sua hypotheca super naui, vbicumque illa sit: euictio autem, de qua agitur, fuit iniusta, cùm Commendatarius iam soluisset debitum, pro quo fuit euicta nauis, vt fuit firmatum in alijs decisionibus in hac causa factis.

3 Quartò dicebatur per aliquos ex DD. quòd dato, & non concesso, quòd euictio fuisset iusta, adhuc non teneretur Commendatarius ex hoc solùm, quòd per Ioannem non satisfiat magno Magistro de pretio nauis, etenim carentia pretij in magno Magistro non prouenit ab euictione nauis, sed à proprio facto, quia habuit fidem de pretio emptori minus idoneo ad soluendum, ignorando illius conditionem, contra notata *in l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* venditor autem non tenetur de euictione, nisi quatenus propter euictionem emptor careat re euicta, text. est *in l. si seruus, §. idem Iulianus, ff. de euict.* & licèt posset dici, quòd si nauis non fuisset euicta, magnus Magister facilius consequeretur suum pretium; attamen videbatur, quòd istæ causæ, tanquam secundariæ, siue extrinsecæ, non sint habendæ in consideratione, ad not. *in l. verùm la 2. ff. de furt. in l. socium, qui in eo in fin. ff. pro soc. glos. fin. in cap. quamuis, de pactis, in 6.* Bald. *in l. ex placito num. 1. Cod. de rerum permut.* Fel. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 4. de constitut.* Sarnen. *ad regul. de iure quæsit. non tollen. quæst. 3. in princ.* Vltra quòd obiectum quoad omnia tollitur ex facto, quia Commendatarius recuperauit nauem, & illam restituit Gisulpho, cui vendiderat Ioannes: vnde non potest magnus Magister allegare, quòd per euictionem nauis patiatur damnum in recuperatione preni.

Secundò, contra idem primum motiuum dicebatur, quòd non habet locum, quando emptor stipulatur pro se, hæredibus, & successoribus, quia tunc potest agi etiamsi res non sit euicta primo emptori, vt in Mediolanen. bonorum 24. Ianuarij 1596. coram Illustrissimo Arigonio: Sed ad hoc fuit responsum, quòd illa decisio non dicit, quòd primus emptor possit agere pro euictione sequuta in persona successoris, antequam à prædicto successore molestetur, sed tantùm dicit, quòd singularis successor in casu euictionis potest agere contra primum venditorem, si primus emptor stipulatus fuit, non solùm pro se, sed etiam pro successoribus: verùm iste non est casus, quia non est Gisulphus successor, à quo nauis fuit euicta, sed ipse magnus Magister primus emptor, qui agit: vnde conclusio non applicatur. Vltra quòd, & ad hoc obstaret recuperatio nauis facta per Commendatarium, de qua suprà. 4

Contra alia motiua decisionis nihil fuit deductum, quòd Dominis non videretur sublatum per responsiones ibi datas, vnde etiam ex illis permanserunt in decisis. 5

R. P. D. PIROVANO.

Comen. habitus.

Veneris 11. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Statutum Hierosolymitanæ Religionis inhabilitans ad ingressum Religionis eos qui aliàs essent inhabiles, sine Sedis Apostolicæ confirmatione non valet.

SVMMARIVM.

Statutum inhabilitantes, qui aliàs sunt inhabiles, dicitur ambitiosum, & propterea condi non potest ab habente ordinariam authoritatem, n.2.

Confirmatio Apostolica nihil plus tribuit, quàm in confirmato expressum reperiatur, n.3.

DECISIO CCCCLVIII.

FVit firmatum in decisione diei 4. Martij 1611. statutum Hierosolymitanæ Religionis conditum vsque de anno 1588. & excludens descendentes à Notarijs obstare Io. Antonio Lucino, petenti se recipi in fratrem militem eius ordinis, non obstante, quòd statutum prædictum nondum fuisset expressè confirmatum auctoritate Apostolica, quando Io. Antonius fecit suas probationes, ea ratione, quia inter statuta Religionis vsque de anno 1586. à fel. record. Sixto Quinto, & nuper à Sanctiss. D. N. confirmata habeatur particulare statutum sub rubrica *de verborum significatione cap. 3.* quòd ordinationes quæ fiunt à Capitulo generali, si posteà nominarim in alio Capitulo confirmentur, transeunt in statutum, ita vt cùm ordinatio de qua agitur, fuisset facta de anno 1588. in Capitulo generali, & deinde confirmata, & renouata in duobus alijs Capitulis annorum 1597. & 1603. antequam Io. Antonius faceret suas probationes, vtique satis videbatur constare de confirmatione. 1

Cæterùm, cùm Io. Antonius rationi, & consequentiæ prædictæ non acquiesceret, iterum proposui dubium super ijsdem, & Dominis non placuerunt responsiones datæ in decisione pro confirmatione Apostolica. Animaduertebant enim statutum prædictum esse ambitiosum, & tertio præiudiciale, dum inhabilitat ad ingressum eos, qui aliàs essent habiles, quod propterea condi non potuit sola ipsius Côuentus, aut Religionis ordinaria authoritate, Bar. *in l. fin. n. 20. de collegijs illicitis*, cuius doctrinam vti cômuniter 2

niter receptam sequuta est Rota in pluribus causis, & signanter in Spoletana hæreditatis 12. Maij 1579. coram Cantuccio inter impressas 103.*num.* 10. *part.* 2. *diuersorum*, & in Siguntina admissionis ad Capitulum 16. Iunij 1587. coram Gipsio, & in Placentina admissionis ad Capitulum 8. Aprilis 1585. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto.

3 Neque visum fuit obstare generalem ipsius Religionis statutorum confirmationem à summo Pontifice emanatam de anno 1586. & consequenter eiusdem statuti, siue ordinationis *cap.* 3. *de verbor. signif.* A qua deducitur consequentia necessaria confirmationis Apostolicæ ipsius statuti conditi de anno 1588. circa non admissionem descendentium à Notarijs. Quia pro responsione Domini dicebant, quòd in dicto capit. 3. de mente statuentium fuit, definire duntaxat naturam stabilimentorum, & ordinationum, vt stabilimenta sint ea quæ perpetuò durent, nisi expressè in Capitulo generali fuerint reuocata: ordinationes verò quæ durant vsque ad proximum futurum Capitulum, & non vltrà, nisi in eodem Capitulo fuerint confirmatæ; sed non inde sequitur, quòd ex earum confirmatione illæmet ordinationes habeant vim ligandi absque confirmatione Apostolica, quia id videtur præter mentem statuentium, & confirmatio Apostolica exinde superueniens nihil plus tribuit, quàm in confirmato reperiatur expressum, Bald. *in l. nominationes circa finem*, *vers. conclude ergo*, *& in vers. illud certum est*, *Cod. de appellat.* Dec. *in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. sub num. primo*, Surd. post alios *cons.* 330. *n.* 18. *vol.* 3.

Quare ex prædictis censuerunt Domini statutum loquens de notariatu non obstare Antonio, reseruando particulariter videre, an aliàs exceptio Notariatus ei obstet, &c.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Pampiloneñ. beneficiorum.

Luna 14. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Impetrans beneficium tanquam vacans propter illegitimitatem, nunquid debeat probare negatiuam dispensationis.

SVMMARIVM.

Supplicationis tenor, & lectura attenditur tanquam matrix, quidquid in literis ponant expeditores, qui in hoc minimè possunt praiudicare supplicanti, n. 2.

Exceptionem proponens, in ea dicitur actor, & probare debet, num. 3.

Narratiua dispensationis non existentis facta ab eo, qui beneficium illegitimi impetrauit, probari debet ab impetrante, num. 4.

Gratia iustificanda est in omnibus narratis in ea, præsertim in his, quæ potuerunt mouere summum Pontificem, ibid.

DECISIO CCCCLIX.

1 IN hac causa sub die 13. Iunij proximi fuit coram Cardinali Bononien. resolutum, gratiam Bartholomæi, in eo quòd narrauerat professionem Ioannis esse iustificatam, reseruarunt tamen Domini vt videretur an narratiua, & negatiua dispensationis iustificaretur; cùm autem in hac causa ego fuissem subrogatus in locum d. Cardinalis, cœpit Bartholomæus prætendere se grauatum ex prædicta reseruatione, dicebat enim in illa præsupponi, quòd ipse narrasset Ioannem minimè dispensatum, quòd ipse negabat narrasse; vnde facto per memoriale verbo cum Dominis ad consulendum vtrique parti, dedi dubium an in gratia Bartholomæi adsit narratiua, vel negatiua dispensationis, quæ veniat iustificanda, & quatenus adsit an sit iustificata? quo dubio per me proposito, Domini fuerunt in voto, quòd in gratia Bartholomæi minimè adsit negatiua dispensationis Ioannis, quæ veniat iustificanda, & proinde non habuerunt pro necessaria inspectione an sit iustificata.

2 Et quòd in gratia Bartholomæi minimè adsit talis narratiua non dispensationis, satis colligi visum fuit ex lectura supplicationis Bartholomæi, in qua nihil tale legitur, & tamen supplicatio tanquam matrix attenditur, quidquid in litteris ponant expeditores, qui in hoc minimè possunt præiudicare supplicanti. Verall. *decis.* 217. *part.* 1. in manuscript. Rota in causa Toletana parochialis 10. Maij 1596. coram Illustriss. Arigonio cum alijs alleg. per D. Ioan. Baptistam Mellinum, quæ placuerunt Dominis: vnde non obstat, quòd in literis Bartholomæi legatur quòd Ioannes post vacationem beneficiorum nullo titulo suffragante illa de facto retineret, ex quo prætenditur concludi negatiua dispensationis, quia, vt benè per eundem D. Io. Baptistam fuit deductum, ista non est narratiua Bartholomæi, sed per expeditores apposita de stylo ad euitandam solutionem annatæ, donec impetrans acquirat possessionem, & intrusus eijciatur, vt in specie fuit dictum in decisionibus Hispalen. beneficiorum 14. Aprilis 1603. coram bon. mem. Iusto. Calaguritana beneficij de Accola 12. Nouembris 1594. & 26. Iunij 1595. coram Gypsio, & in Burgen. canonicatus 9. Febr. 1609. coram R. D. Attreb. per eundem allegatis.

Minus obstare visum fuit, quòd eo ipso, quòd Bartholomæus in supplicatione narrauit vacationem, videantur inclusisse negatiuam dispensationis Ioannis, quia si Bartholomæus erat legitimè dispensatus, non vacabant beneficia, quia fuit responsum sufficere impetranti qui sustinet vices actoris iustificare ea, ex quibus de iure remanet fundata eius intentio; quòd si ille, contra quem fit impetratio, intendat euertere illud fundamentum ope alicuius exceptionis, debet illam exceptionem probare, cùm sit illius assertor, *l. ei incumbit*, *ff. de probat.* & actor, *l.* 1. *ff. de except.* aliàs sequeretur, quòd actor semper teneretur probare negatiuam, quòd reo nulla competat exceptio, quæ negatiua regulariter est improbabilis, & sic iudicia redderentur inania, & præcipuè istæ impetrationes certo modo, quæ quotidie practicantur in Curia, & multum conferunt saluti animarum, quia si illa non essent beneficia Ecclesiastica, passim sine Canonico titulo detinerentur, & vsurparentur. 3

Et licèt aliàs, prout in causa Burgen. canonicatus 6. Martij 1606 coram Illustrissimo Bononien. & alibi Rota voluerit impetrantem teneri probare negatiuam dispensationis illius, contra quem erat facta impetratio, id fuit quia impetrans superfluè narrando negatiuam dispensationis videbatur proprio se ligone percussisse, vt in proposito dicit Cassad. *decis.* 10. *de rescript.* in dd. decis. allegatus, etenim regula est, quòd omnia narrata in gratia sunt iustificanda, *cap.* 2. & ibi Abb. *num.* 3. Rip. *n.* 29. *de rescript.* Cæs. de Grass. *decis.* 12. *num.* 1. *de prob.* Verall. *decis.* 242. *num.* 1. *part.* 2. maximè quæ potuerunt mouere summum Pontificem Verall. *decis.* 128. *n.* 1. *part.* 1. Ægid. *decis.* 4. Rota in caus. Marsicana beneficiorum 16. Nouembris 1576. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis.* 531. *num.* 1. *vers. cùm etiam primo, part.* 1. prout potuit mouere narratiua, quòd quis detineat sine dispensatione; fortè enim Papa credidit, quòd per confessionem partis, vel diligentias in libris Cancellariæ, vt fuit seruatum in dicta causa Burgen. canonicatus coram Illustris. Bononien. impetrans vellet hoc probare; vnde faciliùs motus fuit ad illi faciendam gratiam. 4

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Pampiloneñ. pensionis,

Mercurij 16. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendæ pensionis probatur in iudicio summarijssimo possessorio per confessionem titularis, etiam extraiudicialem, & ad probandum quasi possessionem sufficit vnica solutio, imò & solutio partis pensionis, cætera vide in summario.

SVMMARIVM.

Pensionis exigendæ quasi possessio probatur ex confessione titularis, etiam quòd agatur de onere beneficij, n. 1.

Confessio extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat, num. 2.

Confessio extraiudicialis, quæ de iure ciuili semiplenè probat, sufficit in iudicio summarijssimo possessorio, n. 3. *&* 4.

Possessio titulata eo magis manutenenda est, n. 5.

Quasi

Quasi possessio exigendæ pensionis inducitur ex vnica solutione, imo ex solutione partis pensionis, n.6.
Causa vniuersalis, per quam peruenitur ad actum, magis attenditur, quàm ipse actus, num.7.
Nuntio non creditur super eo, quod deponit citatum sibi respondisse tempore citationis, n.8.
Procuratoris confessio potest quandocunque reuocari, etiam non docto de errore, ibid.
Probationes semiplenæ, & leuiores sufficiunt in summarissimo iudicio possessorio, n.9.
Procuratoris confessio præiudicat principali ante reuocationem, ibid.

DECISIO CCCCLX.

1 PRo informante fuit tentum, mandatum scilicet de manutendo esse daodum Didaco, de cuius quasi possessione exigendi constat ex confessione titularis, quæ sufficit, non obstante, quòd agatur de onere beneficij, ad decis. Put. 325. *lib.*2. Rota in causa Tautioren. beneficij 5. Mart. 1584. coram Orano, in Lucana Capellaniæ 1. Februarij 1610. coram R. Bononien. & fuit in specie dictum in hac eadem causa die 14. Maij 1612. coram me.

2 Et licèt confessio fuerit extra iudicium, non ideò minus pleoè probat de æquitate Canonica, Put. *decis.* 11. *n.*3. & 52. *n.*1. *lib.*2. Gabr. *de confess. conclus.* 1. *n.*46. fuit dictum in causa Hispalen. iuris votandi 16. Martij 1571. coram Cantuccio relata inter diuers. impres. *decis.* 4. *n.* 1. *part.* 2.

3 Vltra quòd in hoc summarijssimo iudicio, in quo sufficit semiplena probatio, Alex. *cons.* 103. *num.* 3. *lib.* 7. Dec. *cons.* 56. *num.* 1. *cons.* 158. *num.* 13. latè Menoch. *de retinen. remed. vltim. num.* 34. Rota in causa Lucana pensionis 4. Iunij 1574. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto relata inter diuers. impress. *decis.* 196. *n.* 4. *part.* 1.

4 Ista confessio extraiudicialis suffragaretur etiam de iure ciuili, cùm de illo iure faciat semiplenam probationem, Bar. *in l. admonendi n.*48. & ibi Ias. *in repet. n.* 158. *ff. de iur. iur.* Roman. *cons.* 373. *n.*6. Marsil. *singul.* 202. *num.* 2. Afflict. *decis.* 375. *n.* 3.

5 Stantè maximè qoòd apparet de titulo Didaci, nempe de reseruatione pensionis, vnde ista possessio tanquam titulata, eò magis est manutenenda, Bar. *in l. si duo num.* 4. *vers. si vterque probat ff. vti possid.* Bald. *cons.* 420. *n.* 8. *lib.* 1. latè Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 733. Caputaq. *decis.* 339. *part.* 2.

6 Nec refragatur, quòd confessio titularis sit de solutione vnius termini tantum, quia hoc sufficit, R ip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina n.* 53. *de caus. poss. & propriet.* Roman. *cons.* 311. *n.* 7. Rota in dicta Lucana pensionis relata inter diuers. impress. *decis.* 196. *n.* 2. *part.* 1. imò sufficeret solutio partis termini, Ægid. *in c. in litteris n.* 15. *circa fin. vers. in hoc & fortè, de restit. spoliat.* facit text. *in l. si cui res,* & ibi Bart. *ff. de leg.* 2. Dec. *cons.* 618. *n.* 2. Afflict. *decis.* 13. *num.* 21.

7 Etenim magis attenditur causa vniuersalis, per quam peruenitur ad actom, quàm ipse actus, iuxta doctr. Bald. *in l.* 1. *num.* 24. *vers. tu dic. C. de emancip. liber.* sæpè approbatam à Rota, & signanter in causa Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1610. coram me. Confessio autem titularis satis probari visa fuit ex relatione, quam de ea facit Notarius dum intimauit litteras reseruationis pensionis cum appositione duorum testium, iuxta consuetudinem Notariorum illarum partium, iunctis geminatis, & iudicialibus factis per eius Procuratorem.

8 Licèt enim regulariter non credatur Nuncio, super eo, quòd deponit citatum respondisse, cùm hoc minimè concernat eius officium, Castr. *cons.* 165. *n.* 2. *in fin. lib.* 2. Butr. *in c. cum parati n.* 8. *de appell.* Gabr. *de cit. conclus.* 4. *n.* 1. sicut etiam non solet fieri magnum fundamentum super confessione Procuratoris, tamquam illa quæ potest quandocunque etiam non docto de errore principalem reuocari, Rot. *decis.* 2. *de confess. in nou.* Verall. *decis.* 139. *n.* 3. *part.* 2. Put. *decis.* 16. *in fin. lib.* 3.

9 Attamen in hoc summarijssimo iudicio, in quo sufficiunt leuiores, siue semiplenæ probationes, Alex. *cons.* 103. *num.* 3. *lib.* 7. cum alijs suprà allegatis, visum fuit Dominis omnibus simul iunctis ad effectum, de quo agitur, esse probatam quasi possessionem, maximè quia confessiones Procuratorum adhuc non sunt reuocatæ, vnde non solùm deseruiunt pro adminiculo confessionis principalis, quam retulit Notarius, sed imò ante d. reuocationem omnino præiudicant principali, Pedem. *decis.* 39. *n.* 38. Rota Ianuen. *decis.* 110. *num.* 2. fuit dictum in Conchen. limitum 17. Decembris 1593. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in Marsilien. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram R. Bononien.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ianuen. census.

Mercurij 16. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Testes vicini, & eiusdem exercitij probant damnum passum à vicino, deponentesque de diuersis summis, concordantur in minori; probationique minus legitimæ Rota fidem adhibere solet in odium recurrentis ad Curiam secularem.

SVMMARIVM.

Testes quia vicini, & eiusdem exercitij, benè probant damnum, & interesse passum à vicino, n.1.
Testes plures deponentes de varijs, & diuersis summis concordantur, & probant in summa minori, n.2.
Recursum si quis habuerit ad Curiam sæcularem ad effectum impediendum, probationes recipiendas de ordine Rotæ, solet eadem Rota fidem adhibere probationibus minus legitimis, n.3.
Arbitrium iudicis pendet ex circumstantijs, & verisimilitudinibus, n.4.

DECISIO CCCCLXI.

DIe 3. Aprilis 1609. Domini dixerunt in hac caosa.... esse reficienda omnia damna, expensas, & interesse, & quia tunc ea dumtaxat liquida censuerunt, quæ proueniebant ex non præstatione, seu solutione fructuum census, cætera autem non nisi post liquidationem reficienda esse; ideò hodie dubitaui; an præter dictos fructus census constet de alijs damnis, interesse, & expensis liquidis, quæ veniant reficienda, & ad quam summam? Et quoad primam partem dubij Domini affirmatiuè responderunt, constat enim per testes, Antonium exercuisse fundacum Serici, in quo exercitio quot annis lucrabatur 300. 500. 600 & 700. scuta, & propter continuas molestias, & vexationes, iam aduersariorum, quàm fisci, occasione huius litis fuisse coactum deserere dictum exercitium, & claudere fundacum, itaut non solùm nihil fuerit lucratus, sed plurimum ex prædictis damnificatus, qui testes reddunt optimam rationem sui dicti, nempe, quia sunt vicini, atque eiusdem exercitij, & ideò benè probant, *l.* 1. *in principio, ff. de ventr. inspic. l. in bonorum, de bon. poss. ff. l. septimo mense, ff. de stat. homin.* Anchar. *cons.* 330. *num.* 6. Corn. *cons.* 148. *num.* 31. *lib.* 2. 1

Non obstat, quòd dicti testes circa lucrum Antonij in 2 dicto exercitio variè deponant nam primus testis, qui deponit de lucro vnius, vel duorum scutorum singulis diebus, & octauus, qui deponit de 600. & 700. scutis annuis, videntur deponere de eadem summa ferè, quatenus primus deponit etiam de duobus scutis in singulos dies; alij verò, nempe sextus, qui deponit de lucro plusquam 30. scutorum per annum, & alter, qui deponit ad minus de vno scuto singulis diebus; non in totum excludunt maiorem summam, de qua prædicti alij duo deponunt. Vltra quòd isti testes deponentes de maiori summa, sunt quoad illam contestes, cùm deponant de maiori, cùm illi insit minor, *l. diem proferre, §. si pluris, ff. de arbitr.* Alex. *cons.* 64. *n.* 2. *& seq. lib.* 2. Corn. *cons.* 151. *n.* 6. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 240. *n.* 3. *vers.* 2. *dubitatur cum seqq.* Petr. *de fideic. quæst.* 12. *num.* 787. *cum seq.* & dixit Rota in Romana vineæ 27. Iunij 1611. coram me.

Minus facit, quòd testes prædicti fuerunt examinati Ia- 3 nuæ coram iudicibus laicis, & sic incompetentibus; respondebatur enim, quòd cum magistratus Ianuæ ad instigationem Pauli aduersarij, impedierit exequutionem mandati de manutenendo in ista causa relaxari ad fauorem Antonij, illumque hac de causa carceribus oppresserit, & alijs molestijs affecerit, videbatur esse minus difficilè in illa ciuitate dictos testes in ista causa de commissione Rotæ examinare; vnde aliàs Rota in odium recurrentium ad iudices sæculares, pro impediendis decretis, & mandatis

Rotalibus, quæ impedimenta in dubio præsumuntur præstita ad instantiam partis interesse habentis, solet dare fidem scripturis, & examinibus testium minus authenticis, & alijs probationibus minus legitimè factis, & quibus aliàs fides non adhiberetur, & sic sæpè censuit, & signanter in vna Carthaginen. portionum 14. Nouembris 1594. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in alia Cetulen. decimarum 30. Maij 1611. coram bon. mem. Penia, vbi aliæ referuntur, & tantò magis Domini fidem adhibuerunt, ex quo fuerunt examinati cum interrogatorijs partis aduersæ.

4 Circa verò secundam partem dubij, respicientem quantitatem damnorum, & interesse, cùm in hac materia tribuatur plurimum iudicis arbitrio, quod pendet ex circumstantijs, & verisimilitudinibus, Bart. *in l. interdum, §. qui furem de furt.* cum alijs per Menoch. *de arbitr. casu 122. per tot.* Domini attentis depositionibus prædictorum testium, & qualitate causæ, quæ per septem annos continuos agitata fuit cum Procuratoribus, & Aduocatis, & alijs verisimilibus impensis factis tam in curia, quàm in partibus occasione huius litis arbitrati sunt huiusmodi damna expensas, & interesse reficienda vsque ad summam scutorum 1500. monetæ. Et ita resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Burgen. vnionis de Elines.

Lunæ 28. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

De beneficijs multa notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Capitulum cui fuerunt vnita plura beneficia, si antequam moueatur lis super nullitate vnionis, cœpit possessionem aliquorum, poterit postea, non obstante lite, capere possessionem aliorum absque vitio attentatorum, n. 1.

Facultas vniendi Collegiatam alicui Capitulo comprehendit, non solùm Canonicatus, sed etiam dignitates d. Collegiatæ, ibid.

Quasi possessione vnius actus acquisita, illa extenditur ad omnes alios actus eiusdem speciei, ibid. fallit quando de tempore acquisitionis alius esset in possessione dd. actuum, num. 2.

Beneficij vniti titulus in vnione quando supprimitur non est capienda illius possessio tanquam de titulo, sed tanquam de proprietate, & de bonis, ibid. fallit quando vnio deberet habere effectum post mortem beneficiati, quia illo viuente, de eius consensu posset capi possessio tituli, & Ecclesiæ ad effectum vnionis quæ sequi debet, n. 3.

DECISIO CCCCLXII.

1 IN decisis fuit resolutum, non obstantibus deductis per collegiatam, & homines de Elines. Nam quæ deducebantur ad probandam litis existentiam vsque de ann. 1562. super nullitate vnionis, vt inde firmaretur consequentia attentatorum, non releuabant contra Capitulum, veniens ad exclusionem attentatorum vigore continuationis suæ possessionis per actus gestos ante dictum ann. 1562. Qui actus, tanquam procedentes ex titulo vniuersali vnionis, benè poterunt suffragari Capitulo & Matchioni, ad continuationem, vt in decisione firmatur, ex Bald. *in l. t. n. 24. vers. tu dic. Cod. de emancip. lib.* cum alijs allegatis, sub illa enim facultate veniendi collegiatam de Elines Capitulo de Aguilar, comprehenduntur & dignitates & Canicatus, quamuis differant in qualitate, propterea dato exercitio facultatis quoad vnum actum, inde acquiritur possessio quoad omnes, sub illa specie comprehensos, quamuis quis non fuerit vsus illa specie facultatis, quoad omnes dignitates & Canonicatus, & sic possessio consideratur respectu vsus iuris vniuersalis, non autem commensuratur ab vsu particularis actus, Alex. *cons. 68. num. 18. lib. 2.* Crauet. *de antiq. tempor. part. 4. sect. 1. n. 62.* & Rota in Hispalen. iuris vocandi coram Cantuccio inter impress. 17. *parte secunda diuersorum.*

2 Non obstat quòd capta fuerit possessio de Abbatia & Canonicatu, tanquam de titulo, & per assignationem sedis & stalli in choro, cùm tamen stante suppressione per litteras vnionis debuisset capi vti de proprietate, & de bonis, Rot. *decis. 12. de restit. spol. in nouis.* Fuit enim responsum, quòd cùm titulus adhuc non esset separatus à bonis, & iuribus Abbatiæ propter superuiuentiam Abbatis, quæ suspendebat effectum vnionis, non fuit inconueniens, stante consensu Abbatis, apprehendere possessionem tituli, & Ecclesiæ ad effectum vnionis, quæ sequi debebat post obitum Abbatis, & exinde inferre ad possessionem omnium bonorum, & iurium Abbatiæ, Cou. *variar. resol. lib. 3. c. 16. n. 3.*

Nec dicatur quòd ex possessione iuris vniuersalis per 3 actum particularem inferri non possit ad acquisitionem possessionis aliorum annexorum, quando constat, quòd de tempore acquisitionis illi erant in possessione, Innoc. *in c. ex literis n. 6. de restit. spoliat.* Crescen. *decis. 2. de iur. patr.* Gabr. *de præscript. d. conclus. 2. num. 22. & 23.* prout in præsenti, dum eo tempore quo fuit capta possessio Abbatiæ, & Canonicatus, erant pleni, & possidebantur à Canonicis viuentibus. Nam non prætenditur possessio contra Canonicos viuentes super eorum respectiuè Canonicatus acquisita, ex causa vniuersali possessionis, sed tunc demum, quando vacant, vt conueniat continuatio possessionis suæ causæ vniuersali de tempore quo nullus est in possessione, & impleri potest vacans possessio. Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali,

Romana annuæ præstationis.

Veneris 1. Februarij 1613.

ARGVMENTVM.

De adiudicatione bonorum creditori facienda, an requiratur ante adiudicationem eorundem bonorum æstimatio? & quomodo talis æstimatio facienda sit?

SVMMARIVM.

Rescripti forma non seruata corruunt omnia inde sequuta, num. 1.

Verba rescripti interpretanda sunt, ne in eo sequatur repugnantia, ibid. in fine.

Styli plures diuersorum tribunalium super vna, & eadem re seruari non debent, n. 2.

Verba rescripti dubia interpretanda sunt contra fundantem se in eo, ibid.

Subhastatione sequuta, & oblatore non reperto, nunquid fieri debeat æstimatio rerum subhastatarum antequam creditori adiudicentur, & quomodo tam de iure communi, quam vigore statuti vrbis, num. 3.

Iudex præsumitur extraiudicialiter informatus de valore, & æstimatione rerum subhastatarum, vbi de iure se informare tenetur, ibid.

Fraude cessante cessare debet dispositio facta ad obuiandum fraudibus, ibid.

Adiudicatio bonorum subhastatorum facta creditori, non valet credito non liquidato, n. 4.

DECISIO CCCCLXIII.

FVit dictum non constare de nullitate subhastationis, 1 seu adiudicationis, nam illud quod primo loco obijciebatur de non seruata forma rescripti, ad nor. *in cap. cum dilecta de rescr. pt. in cap. cum venerabilis, de offic. delegat.* quandoquidem rescriptum mandabat iudici, vt ad dictæ annuæ præstationis subhastationem, & deliberationem plus offerenti, iuxta formam seruari solitam in tribunali A. C. vel non apparentibus licitationibus ad dationem in solutum cum augmento tertiæ partis pluris, vt statutum disponit in stabilibus, procederetur, quod quidem statutum (nempe *cap. 192. lib. 1.*) minimè fuit seruatum, cùm non præcesserit æstimatio antequam deueniretur ad dationem in solutum pro tertia parte pluris, prout fuit deuentum, fuit responsum, illa verba, *vt statutum disponit*, esse referenda ad augmentum tertiæ partis pluris, non autem ad formam procedendi per viam æstimationis, prout mandat statutum, aliàs sequeretur repugnantia in eodem rescripto, quòd scilicet procedatur iuxta stylum A. C. & iuxta stylum Capitoli, contra notata *in l. vbi repugnantia, ff. de regul. iuris*, Bartol. *in l. talis scriptura, §. fin. num. 3. ff. de leg. 1.* Aucb. *cons. 265. num. 3.* Aret. *cons. 9. in princip.* Alex.

cons.

cons.44. num.2. lib.7. Dec. *cons.602. num.5. & seq.* Crauet. *cons.70.num.5.*

2 Et quatenus non posset dici totalis repugnantia, fortè quia stylus A. C. fuit mandatum seruari cum licitatoribus, stylus verò Capitolij cum creditore, quatenus ob non existentiam licitatorum fuisset deueniendum ad dationem in solutum, quòd super eadem re seruarentur styli diuersorum tribunalium, iuxta illud Scripturæ *in Deuteronom. cap.22. Non arabis in boue simul, & asino*, & proinde esse faciendam interpretationem, de qua suprà tanquam magis congruam, ad notata *in l.quoties idem sermo*, vbi glos.Dec.& alij, *ff. de regul. iur.* Bar. *in l. omnes populi num.58. ff.de iustitia, & iur.* Roman. *cons.350. num.22. vers. nunc ergo*, & in omnem euentum non posse negari quin rescriptum non sit dubium, & patiens multiplicem intellectum, & proinde esse faciendam interpretationem contra illum, qui se fundat in eo, *l. veteribus*, vbi Bart. *num.2.& 3.ff. de pact. l. stipulatio ista*, §. *in stipulationib. ff. de verbor. oblig.* Abb. *cons.51. num.3. versic.& sumus in materia lib.2.* Alex. *cons.9.n.3.lib.7.* Corn. *cons.116.num.3. lib.1.* & pro validitate actus iam gesti, ad *l. quoties de iud. cum concord.*

3 Quoad secundum obiectum, quòd etiam circumscripto statuto de iure debeat fieri æstimatio antequam fieret adiudicatio creditori, ad *l. si quos, C. de rescindend.vendit.* vbi Castr.*num.2.* Bald. *cons.122. num.4. lib.3.* Roland. *cons.33. num.33. lib.1.* Afflict. *decis.358.num.5.* fuit responsum, quòd aut hoc intelligitur ad effectum, vt iudex debeat se extraiudicialiter informare, ne aliàs grauet debitorem dando in solutum creditori rem pro minori pretio, quàm valeat, & benè procedit conclusio : sed hoc nihil obstat in casu, de quo agitur, quia præsumitur iudex extraiudicialiter se informasse, vbi aliàs de iure hoc potest facere, Rot. in causa Hispalen. Canonicatus die 10. Aprilis 1606. coram Reuerendissimo Domino Bononien. Aut verò prætenditur, quòd ista æstimatio debuerit fieri formiter per peritos, & poni relatio in actis, & contra hoc sufficit dicere talem formam à nullo iure reperiri traditam, & quòd non sit necessaria ista formalis æstimatio, latè defendunt Bec. *cons.95. num.17.* Surd.*cons.256.num.3. & per tot.* vbi respondent ad *l. si quos, Cod. de rescind.vend.* quibus responsionibus addi potest quòd d. l. non mandat fieri æstimationem formaliter, & per peritos, & proinde potest intelligi de illa æstimatione, quam iudex ex se facit; modo quo suprà. Item potest responderi quòd dispositio d.l. emanauit ad certum effectum, ne scilicet fiat fraus circa pretium, vt colligitur ex verbis eiusdem text.ibi, *sub nomine subhastatione publica locus fraudibus relinquatur*, & proinde vbi non apparet, debet cessare dispositio illius l. Put. *decis.52. num.8. & 9.* quia loquitur in terminis valdè similibus. Ex quibus apparet non obstare Castrens. & alios suprà alleg. qui se fundant *in d. l. si quos*, Bald. verò *d.cons.122. num.4.* non loquitur de æstimatione rei, sed de causa ob quam deuenitur ad subhastationem, Afflict. verò *d. decis.358.* fundat se in *l.1. Cod. si in caus. iud.* & in summ. Salic. super *d. l. 1.* in quibus locis nihil dicitur de æstimatione formiter facienda, sed tantùm quòd debet fieri iusto pretio, & est aduertendum, quòd aliud est impugnare adiudicationem, ostendendo esse factam nimis vili pretio, aliud est impugnare illam pro eo solo, quòd in actis non apparet de æstimatione, qui est casus de quo agitur.

4 Ad obiectum, quòd non præcesserit liquidatio crediti, ad *l. hoc autem*, §.1. *ff. ex quib. caus. in possess.eatur*, fuit responsum, obiectum cessare ex facto, etenim in actis constitit de credito, & licèt non esset factus calculus partitarum per Computistas, sufficit quòd iudex ex se protruderit quantitatem crediti colligere, vt fuit dictum in causa Barchinonen. confinium 18.Aprilis 1611. coram me.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Ierosolymitano.

Eugubina Canonicatus.

Lunæ 4. Februarij 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione familiaritatis cum Cardinali multa notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Litteræ Apostolica habent exequutionem paratam, n.1.
Familiaritas cum Cardinali censetur probata per testes deponentes, quem habuisse à Cardinali partem panis, & vini cum Iulio vno in singulos dies, & etiam salarium, & in seruiendo vltra triennium, n.2.
Familiaritatis tempore, quòd fuerit obtentum beneficium, probatur ex supplicatione eiusdem beneficij, n.3.
Familiaritas cum Cardinali non resoluitur per discessum ab illius domo per vnum, vel duos menses animo redeundi, num.4.
Testis vnus non probat contra producentem, n.5.
Testis producens dicitur approbare personas eorum, & non dictum, ibid.
Possessio Canonicatus probatur per aduersarij confessionem, num.6.

DECISIO CCCCLXIV.

Fvit resolutum esse locum executioni Breuis, cùm literæ Apostolicæ illam habeant paratam, *cap.si capitulo*, vbi glos.*verbo exequatur, de concess.prabend.in 6.* Mohed.*decis.13.vt lit.pendente*, & fuit sæpiùs dictum. 1

De iustitia autem dicti Breuis visum fuit constare, nam familiaritas Horatij cum Cardinali Alexandrino, probatur per testes, deponentes, ipsum Horatium habuisse partem panis, & vini cum Iulio vno in singulos dies, & etiam salarium in domo dicti Cardinalis, illi actu inseruiendo vltra triennium, per quæ omnia benè dicitur probata familiaritas, Sarnen. *in reg.de impetrant.benef.vacant.per obit. famil.quæst.13.vers.est tamen vlterius*, Simonet.*de reseruat. quæst.35.n.1.& 2.*Mandos.*super reg.3.quæst.19.n.2.*Rot. *decis.54 lib.1. part.3. diuers.* & fuit dictum in vna Parmen. Canonicatus 11.Februarij 1585. coram bon.mem.Giptio, & in alia Toletana parochialis 26.Martij 1607.coram me. 2

Quòd autem Horatius obtinuerit istud beneficium de tempore dictæ familiaritatis vltra testium depositiones, probatur ex ipsius supplicatione, in qua se narrat familiarem Cardinalis Alexandrini, vt fuit resolutum in vna Toletana beneficij de Mazzanares 16. Decembris 1605. coram bon.mem.Iusto, & in Corduben. capellaniæ 14.Martij 1607.coram Reu.Attrebaten. 3

Non obstat, quòd ijdem testes dicant Horatium discessisse ab vrbe per vnum, vel duos menses, & se contulisse in patriam suam. Quia ex hoc non cessauit familiaritas, cùm discessus fuerit animo redeundi, vt euentus docuit, Achil. *decis.13. de praben.* Simon. *vbi suprà num.15. & seq.* Mandos. *super regul.32.quæst.10. in fine.* 4

Minus obstat, quòd vnus ex testibus examinatis per Dominicum, dicat Horatium fuisse prouisum postquam recesserat à seruitio Cardinalis, quia est vnicus, & eius depositio eliditur ex alijs tribus testibus, & ex dicta supplicatione Horatij, ideòque non probat ex sententia Rotæ, quæ non plus tribuit vni testi contra inducentem, quàm si esset inductus à parte aduersa, Achill. *decis.1.de testib.*& fuit resolutum in vna Perusina bonorum 12.Decembr.1597. coram bon.mem.Seraphino, ea ratione, quia censetur approbata persona, non autem dictum testis, vt in causa Tancisana pensionis 13.Decemb.1591.coram Oradino, & in Assisien.pecuniaria 28.Ianuarij 1611.coram me. 5

Tandem obitus Horatij in possessione istius Canonicatus probatur ex confessione aduersarij, qui ex eadem vacatione obtinuit nominationem à Capitulo, vnà cum institutione Ordinarij possessione subsequuta, Put. *decis.171. n.1.lib.3.* Ægid. *decis.268.* & fuit dictum in Firmana iurispatronatus 23.Martij 1609. coram Domino meo Capallerio, & in Tarentin.Canonicatus 28.Iunij 1610.& Verulen.beneficij 7.Iunij eiusdem anni coram me. Ex quibus sic fuit resolutum, &c. 6

R. P. D. PIROVANO.

Esina Fideicommissi.

Lunæ 14. Februarij 1613.

ARGVMENTVM.

Cedens post cessionem non prohibetur directas actiones exercere, & quando paria sint soluere pretium rei emptæ, vel fidem habere de pretio.

S V M M A R I V M.

Cedens per cessionem abdicat à se omnes actiones sibi quomodolibet competentes, n.1.

Exceptio non implementi datur contra non implentem pro parte sua, n.2.

Cedens non prohibetur post cessionem actiones suas directas exercere, ibid.

Debitor solutionem allegans, illam debet probare, numero 3.

Promissio subrogatur loco pretij, declara vt n.4.

Solvere pretium, & fidem habere de pretio, quando paria sint, ibid.

DECISIO CCCCLXV.

1 LVcius possessione bonorum priuatus vigore sententiæ adiudicationis propter vinculum fideicommissi ab Antonio Francisco Ceuolino appositum super bonis suis fauore descendentium, quorum pars fuerat illa, quæ Luciæ Angelo patri eiusdem Lucij vendita reperitur, egit contra fideiussores de euictione, & subhastatis illorum bonis fecit tenutam, & transacto termino ad releuandum, bona fuerunt per sententiam iudicis deliberata Virginiæ plus offerenti, cui exinde Lucius vendidit bona deliberata pretio pro parte recepto, & pro residuo secutus est fidem illius, facta generali cessione actionum in ampla forma ad fauorem Virginiæ. Cæterùm quia non obstante, quòd esset priuatus possessione bonorum, in gradu tamen appellationis adhuc causam prosequebatur, fuit oppositum, quòd sine actione agebat cum medio cessionis omnia iura, & actiones sibi competentes à se abdicauerit, Crauett. *cons.191. num.3.* Quare dubitatum fuit adhuc effectum agendi an obstet cessio.

Et Domini censuerunt cessionem non obstare pro parte non soluta. Principale fundamentum resolutionis fuit,
2 quia sicuti Virginia, quæ dicitur emptrix, & cessionaria vigore iuris cessi, non posset impedire Lucium in exercitio directarum, dum obstat exceptio non implementi, *l. Iulianus, §. offerri,* & ibi notat Bart. & Salycet. *de action. empt.* Bald. *in l. pacta conuenta, in princ. de pactis,* Mynsinger. loquens de implemento cessionis *centur.3. obseruat.96.* Ita non licebit tertio danti de cessione, quamuis dicere possit: Tu cessisti omne ius tibi competens in tuis bonis, Crauet. *cons.191. num.3.*

3 Non implementum autem Virginiæ concludenter probatur ex eodem instrumento cessionis, dum apparet obligata pro residuo pretio ad solutionem florenorum 800. qui negantur soluti, ita quòd onus probandi satisfactionem pertinet ad debitorem, vel ad eum qui iure debitoris vti prætendit, *l.1. C. de probationib.* Surd. *decis.64. num.30.* & dum non constat de implemento satisfactionis pretij excipiens, non est audiendus.

4 Non obstat, quòd satis dicatur impletum per solutionem maioris partis, & per promissionem residui per emptricem, cuius fidem sequutus est venditor, cùm promissio subrogatur loco pretij, *§. primo, Instit. de empt. & vendit. l. prima, ff. qui satisd. coguntur,* cum alijs allegatis. Nam fuit responsum, etsi ad esse contractus, idem effectus sit fidem habere de pretio, prout realiter soluere; ad effectum tamen agendi, quidquid est in promissione, respicit futurum implementum, ita vt agens eo omisso, non potest in contractu se fundare, siue implementum sit circa naturalia, siue circa accidentalia, vt dicit Bald. *in allegata l. pacta conuenta, in princ. de pactis,* Bec. post alios *cons.45. num.6.* &c.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Lunæ 4. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis de iure ciuili non probat, secus de æquitate Canonica, dummodo concludenter probetur per contestes, & non repugnent facti, aut personarum circumstantiæ, arbitrio iudicis.

S V M M A R I V M.

Confessio extraiudicialis probat de æquitate Canonica, num.1.

Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares de loco, & tempore, num 1. & 2. vbi ponuntur exempla testium singularium mulierum genus auarissimum, num.3. in fine.

Confessiones extraiudiciales plerumque sine animi deliberatione emittuntur, & ideo in illis multum circumspectè procedendum, n.4.

Confessio extraiudicialis de iure ciuili non probat, ibid.

Confessio extraiudicialis de iure Canonico, quantum probet, remittitur arbitrio iudicis, iuxta facti, & personarum circumstantias, ibid.

Probationes arbitrio iudicis remittuntur, ibid. in fine.

DECISIO CCCCLXVI.

REsolutum fuit non probari Horatium habuisse scuta quingenta. Nam tota probatio reducitur ad testes, per quos prætenditur probata confessio extraiudicialis Horatij de habitu istarum pecuniarum, quæ confessio de æquitate Canonica probare dicebatur, ex Put. *decis.53. lib.2.* cum alijs allegatis, quos testes non releuare Domini censuerunt, ex eo quòd sunt singulares, non autem contestes loco & tempore, vnde neque etiam de æquitate Canonica, Castr. *cons.296. num.3. lib.1.* Paris. *cons.60. nu.45. lib.4.* Gabr. *cons.40. num.18. lib.2.* Afflict. *decis.364. num.4.* Cæsar. de Grass. *decis.97. num.4. de sent. & re iudic.* Put. *decis.486. lib.2.* & fuit dictum in Romana pecuniaria tertia Maij 1595. coram bon. mem. Penia. 1

Et quantum ad singularitatem primus testis deponit Horatium, dum loqueretur cum Cleria, confessum fuisse se habuisse pecunias ab Elisabetha, ibi, *m'ha pur date 500. scudi Elisabetta sua madre.* Secundus verò testis dicit pecunias fuisse per Elisabetham numeratas Cleriæ, nec dicit per Cleriam fuisse numeratas Horatio, & sic non sunt contestes, quia alter deponit de confessione, alter verò de effectuali numeratione facta, non Horatio, sed Cleriæ, & licèt idem secundus testis deponat Horatium altercantem cum Elisabetha, dixisse se habuisse istas pecunias; attamen neque in hoc est contestis cum primo, quia primus deponit de sermone Horatij cum Cleria, secundus verò de sermone Horatij cum Elisabetha, propterea primus dicit, quòd quando Horatius prædicta loquebatur cum Cleria in cubiculo, Elisabetha erat in sala; secundus verò quòd Horatius dum dicebat à se relata, altercabatur cum Elisabetha in cubiculo Cleriæ; tertius testis nec pariter est contestis, dum deponit de confessione Horatij; nam primi duo deponunt de die immediatè subsequente numerationem, & quòd adhuc Elisabetha plorabat, & altercabatur cum Horatio super hoc; secundus verò testis deponit de tempore post, & quòd Elisabetha iam erat reconciliata cum Horatio, ibi, *la mattina sequente mi disse Elisabetta essere stata sforzata dare li detti 500. scudi, & che detto Horatio gli haueua fino dato delle botte,* &c. & postea subiungit, *& dopo più volte mi sono trouato in casa,* &c. *& mentre Horatio diceua queste cose già era repacificato con Elisabetta,* &c, quartus testis neque ipse concordat cum primis, dicit enim quadam die Petrum tertium testem fuisse cum Horatio, & Elisabetha plorante, & quòd D. Petrus requisiuit Horatium vt faceret quitantiam Elisabethæ, qui Horatius negauit facere, asserendo quòd Elisabetha dederat sibi pecunias *per forza,* & quòd D. Petrus de hoc contendebat cum Horatio, istud dictum non concordat cum confessione, de qua per secundum testem, quia illa fuit facta cum Elisabetha, nec minus cum confessione, de qua per tertium testem, quia illa fuit facta postquam Horatius erat reconciliatus cum Elisabetha, ibi, *già era repacificato con Elisabetta, & tutti stauano in pace,* iste autem quartus testis deponit, quòd Elisabetha plorabat, & Petrus contendebat cum Horatio. 2 3

Prædictis accedebat magna inuerisimilitudo, quòd Elisabetha mutuauerit gratis, & sine quitantia, scuta quingenta, cùm esset vxor mariti pauperis, & qui non soluebar propria debita, vt probatur per informantes pro Horatio; nec apparet quòd ipsa Elisabetha haberet vltra dotem datam marito, nec præsumitur habuisse, iuxt. notat. *in l. quintus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quin maritus conuentus ab Horatio pro solutione alimentorum præstitorum 4

torum sibi, & Elisabethę vxori, nullum verbum fecit de compensatione, sed petijt dilationem, cùm tamen esset conscius prætensi mutui, vt dicunt testes, nec sit verisimile, quòd Elisabetha, quæ cùm viro commorabatur, ignorauerit petitionem Horatij super proprijs ipsius Elisabethæ alimentis. Accedit longa taciturnitas Elisabethę in repetendis pecunijs, & quòd nec Elisabetha habebat quitantiam: vnde minus est verisimile, quòd permitteret veterasci creditum, iuncta etiam auaritia sexus muliebris, ad not. per gloss. *in l. si à sponso, §. quod si sponsa, verb. raro accidit, Cod. de donat. ante nupt.* Bald. *consil.* 366. *num.* 5. *lib.* 2. Alex. *consil.* 144. *num.* 10. *lib.* 5. Paris. *consil.* 537. *num.* 12, *cum plurib. seqq. lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *num.* 7.

4 Et proindè cùm multùm circumspectè procedendum sit in istis confessionibus extraiudicialibus, quæ plerumque ab hominibus fiunt sine animi deliberatione causa ioci, vel iactantiæ, vel studio benè dicendi, aut maledicendi, vel ipsius solæ loquacitatis calore, atque interdum cum mulierculis, vel inter conuiuia, & comessationes: vnde cùm conclusio, quòd confessio extraiudicialis probet, sit fundata in mera æquitate, vt patet ex suprà allegatis, ex quo regula iuris ciuilis est in contrarium, vt per gloss. *in l. vnic. verb. soluere, Cod. de confess.* Oldrad. *cons.* 291. *num.* 3. Signorol. *consil.* 33. *num.* 2. Alciat. *in rubr. ff. de verbor. obligat. num.* 13. Curt. iun. *consil.* 168. *n.* 1. multùm debet deferri iudicis arbitrio in ponderandis circumstantijs facti, quia cùm æquitas non habeat certos terminos constitutos à lege, relinquitur iudicis arbitrio illius æstimatio, *l.* 1. *ff. de iur. deliber. l. vnic. §. expilatores, ff. de effractor. l. sanctio legum*, & ibi gloss. *ff. de pœn. gloss. fin. in cap. finem litibus, vers. hoc est generale, de dole, & contum.* latè Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 1. *& per tot.* sicut etiam in materia probationum eidem arbitrio multùm defertur, *l.* 3. *§. ideoque aruus, & §. eiusdem, ff. de testib. §. si vero aliquid, auth. de instr. caut. & fid.* Crauett. *cons.* 78. *num.* 7. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. iudic. caso* 92. *num.* 1. *&* 2. Ita arbitrati sunt Domini in proposito casu.

R. P. D. PIROVANO.

Colonien. Canonicatus Sancti Andreæ,

Luna 4. *Martij* 1613.

ARGVMENTVM.

Institutio, & nominatio Canonici facta à Capitulo habente facultatem nominandi, valida, & sustinenda est, & si inualida fuerit, de nouo facienda.

SVMMARIVM.

Institutio, & nominatio Canonici facta à Capitulo habente facultatem nominandi, valida, & sustinenda est, num. 1.

Collatio Canonicatus facta à Capitulo habente potestatem prouidendi, & nominandi, si inualida fuerit, de nouo facienda est, ibid. in fine.

Inhibitio inhibitum non afficit, quando non constat quod fuerit præsentata ante actum, de cuius validitate agitur, num. 2.

Pœna dicitur illa, propterquam quis amittit ius suum, num. 3.

Decretum irritans quoad incurrendam pœnam ignorantes non afficit, num. 4.

Pœna ex actu nullo non incurritur, num. 5.

DECISIO CCCCLXVII.

1 POst resolutionem in hac causa coram bon. mem. Peniæ, nominationem, scilicet à Turnario factam de persona Adami ad Canonicatum, de quo agitur, fuisse validam. Dubitaui an Canonicatus eidem Adamo esset adiudicandus, seu veriùs eidem collatio esset facienda? Et pro Adamo Domini tenuerunt. Constat enim de intentione Capituli fundata in vacatione Canonicatus per obitum Lugderij in mense Octobris 1605. qui mensis est ordinariæ collationis ipsius Capituli vigore concordatorum, prout fuit firmatum in supradicta resolutione. Vnde cùm nominatio fuerit valida tanquam facta ab ipso Capitulo habente facultatem nominandi, & siue à Canonico Turnario ratione diuisionis collationum per Turnum, quod licitum est, *cap. mandatum, seu fin. de preben. in* 6. Inde sequitur quòd institutio à Capitulo facta est sustinenda, Gloss. *in cap. dilectus, in verbo plus iuris, de offic. legat.* Abb. *in cap. Pastoralis num.* 5. *de iurepatron.* Vel si prouisio illa est inualida, de nouo est facienda collatio, vigore *Clem. Auditor, de rescript.* quia per nominationem, & præsentationem est taliter ius nominato quæsitum, vt ex inualiditate collationis infirmari non possit eius nominatio. Fuit dictum in Augustana Canonicatus 18. Aprilis 1603. coram Reu. Episcopo Attrebaten.

Non obstat, quòd nominationi locus esse non potuerit, quia Canonicatus non vacauit per obitum, sed per resignationem, ac etiam nominatio fuerit attentata pendente inhibitione. Nam primum tollitur in decisione in hac causa facta, quæ in dubium non reuocatur. Secundum verò ex facto euitatur, quia inhibitio non præuenit nominationem, quamuis eadem die qua emanauit, nominatio fuerit præsentata, Felin. *in cap. super litteris num.* 12. *in fine, de rescript.* Thesaur. *decis.* 49. *per totam.* 2

Non obstat, quòd nominatio nihilominus fuerit nulla tanquam emanata à Capitulo suspenso propter admissionem resignationis ad fauorem Ioannis consanguinei Lugderij resignantis contra Bullam felic. record. Pij V. prohibentis huiusmodi resignationes sub pœna suspensionis, & ideò impeditum dicta suspensione, non potuerit postea deuenire ad collationem factam Adamo. Fuit enim responsum, obiectum non procedere, versamur namque in constitutione pœnali indicente suspensionem, quæ pœna est, cùm per illam amittatur ius quæsitum Capitulo faciendi suas nominationes, & collationes, Bald. *in l. in criminali num.* 5. *Cod. de iurisdict. omn. iudic.* Beroius *consil.* 15. *num.* 6. *vol.* 1. Bec. *cons.* 9. *num.* 3. *& cons.* 104. *nu.* 12. *vol.* 1. 3

Propterea strictè est probandum, quòd Capitulum notitiam haberet de consanguinitate Ioannis de tempore collationis, sed tempus prædictum testes dati pro Ioanne non percutiunt, quinimò nec probant notitiam Capituli, sed ipsorummet dumtaxat, & de scientia Capituli circa constitutionem prædictam nihil concludunt, quòd tamen videbatur Dominis necessarium, non obstante decreto irritante, ex quo ad incurrendam pœnam nunquam afficit ignorantes, gloss. 3. *in Clementina volentes, de heretic.* Felin. *in cap. cognoscentes num.* 7. *sub* 4. *limitatione, vers. & posito quod prima opinio, de constit.* Pur. *decis.* 274. *secundum nou. impress. num.* 2. *lib.* 1. Gabr. *de clausul. conclus.* 3. *num.* 8. 4

Placuit etiam & alia responsio, quòd admissio prædicta de consanguineo Ioannis fuit conditionalis, casu quo resignans infra tempus à iure præfixum moriatur, quæ conditio cùm defecerit, expirauit etiam resignatio, & consequenter super actu nullo non intrat constitutio, Rot. *de rerum permut. in antiqu. decis.* 4. Paris. *consil.* 5. *nu.* 7. *volum.* 4. Obiectum autem Simoniæ visum est releuans, nec acquiescebant Domini responsioni datæ in decis. bon. mem. Peniæ; propterea voluerunt de ea particulariter videre. 5

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana pensionis domus.

Luna 11. *Martij* 1613.

ARGVMENTVM.

Vendens domum suam vicino, retrahenti eam ex Constitutione Gregorij XIV. numquid post perfectam venditionem dilatione sibi facta sex mensium ad aliam reperiendam domum teneatur emptori pro dictis sex mensibus pensionem soluere, & cui.

SVMMARIVM.

Fructus rei vendita post perfectam venditionem spectant ad emptorem, præsertim quando venditor habuit pretium., num. 1.

Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, n. 2.

Tem-

Temporis commoditas connumeratur inter res æstimabiles, & dilatio ad soluendum pretium est pars pretij, num. 2. & 3.

Emptor retinendo rem, & pretium, non tenetur ad fructus iuxta æquitatem, l. curabit, Cod. de actionibus empti, *quando venditor dat dilationem ad soluendum pretium, num. 2.*

Publica vtilitas præfertur commodo priuatorum, num. 3.

Qualitas requisita in iure debet præcisè probari, ibidem in fine.

Domus habitatio præsumitur continuata eo modo, quo priùs, num. 4.

Res mea si ad aliquem peruenit, ille ad quem peruenit, tenetur mihi iudicis officio in subsidium, ibid.

DECISIO CCCCLXVIII.

1 DVbitaui an pensio deberetur, & per quem? Et quoad primam partem dubij difficultas pendebat ab eo, an Constitutio Gregorij PP. XIII. super iure congrui, quæ *in §. at si quis*, cogit dominum etiam habitantem propriam domum, vt illam vendat vicino volenti fabricare insigne ædificium, aucto pretio ad quintam partem, & data sibi dilatione sex mensium post factam venditionem, quo interim ibi permanens aliam sibi habitationem parare possit, sit intelligenda, vt venditor per dictos sex menses habitet gratis, vel potiùs teneatur soluere pensionem emptori. Visum fuit Dominis, quòd venditor teneatur ad solutionem pensionis, etenim regula est, quòd post perfectam venditionem fructus spectant ad emptorem, *l. fructus, Cod. de action. empt. l. Iulianus, §. si fructibus, ff. eodem tit.* Ias. *in leg. diuortio, §. interdum num. 17. ff solut. matrim.* Dec. *consil. 543. num. 20.* Boer. *decis. 229. num. 1.* Couarr. *variar. resolut. lib. 1. cap. 15. in princip.* quòd magis de plano procedit, quando vt in proposito casu, ille qui percipit fructus, iam habuit pretium, quia tali casu repugnat æquitas, *l. curabit, Cod. de act. empt.*

2 Non obstat igitur, quod constitutio det venditori sex menses ad habitandum, quia cùm non exprimat quòd hoc fiat gratis, articulus solutionis pensionis remanet in dispositione iuris communis, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. l. si cùm dotem, in princip. ff. solut. matrim.* Oldrad. *consil. 226. num 8.* Anchar. *consil. 37. num. 3.* Alexan. *consil. 80. num. 1. lib. 1.* de iure autem communi debetur pensio, vt patet ex prædictis. Nec est verum, quòd hoc modo dilatio data à constitutione venditori nihil operaretur, quia imò operatur, dum affert commoditatem temporis, quod inter res æstimabiles connumeratur, vt *in l. si cui, in fin. ff. de verbor. signific. §. si plus autem, Instit. de act. §. non solum, Institut. de fideiuss. l. si constante, §. quoties, ff. solut. matrim. l. solidum, ff. de solutionibus*. Sicut etiam non applicatur simile, quòd si venditor dat dilationem ad soluendum pretium, potest emptor eodem tempore gaudere re, & pretio, nec tenetur ad aliquos fructus, quia in constituendo pretio censetur habita ratio fructuum tempore dilationis per emptorem percipiendorum, Gabr. *consil. 57. num. 5. vol. 1.* & fuit latè ponderatum in causa Romana Casaletti die 20. Iunij, & die 16. Decembris 1611. coram me. In proposito autem casu apparet, nedum fuisse solutum iustum pretium, sed etiam quintam partem pluris.

3 Non etiam facit, quòd venditor debeat frui re vendita gratis per dictos sex menses in recompensam incommodi, quod recepit per expulsionem à propria domo, quia satis videtur recompensam habuisse ex augmento pretij in quinta parte pluris, quam res valeat, & etiam videtur habenda ratio publici ornatus, cuius causa emanauit constitutio, qui præfertur commodo priuatorum, *cap. licet, vers. illa semper, de regular. cap. suas, 7. quæst. 1. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. vnic. §. fin. Cod. de caduc. tollen.* Gloss. *in l. 1. verb. reipublicæ, ff. solut. matrim.* Roland. *consil. 86. num. 63 lib. 1.* Minus facit quòd prædicta dilatio sit pars pretij, ad *l. fundi partem*, vbi Bald. *ff. de contrah. empt.* quia admittitur quòd facultas habitandi etiam inuito emptore, sit pars pretij; sed quòd hoc debeat esse gratis, negatur, cùm de hoc nihil in constitutione, & quando ius est in qualitate, tunc illa debet præcisè probari, Paris. *consil. 152. n 5. lib. 4.* Curt. iun. *cons. 124. num. 11.* Socc. iun. *cons. 22. n. 10. lib. 1.* Cephal. *cons. 256. in fin.* cum alijs per Tiraq. *de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. in fine.*

Quo verò ad secundam partem dubij censuit Rota non teneri D. Petrum, sed D. Philippum venditorem: nam etsi D. Petrus inhabitauerit domum post venditionem: attamen habitatio fuit tanquam de domo tenta per D. Philippum; quod patet, quia ita habitabat D. Petrus ante venditionem factam per D. Philippum, & habitatio præsumitur continuata eo modo, quo priùs, vt per Alciat. *de præsumpt. reg. 2. p. 23. n. 10.* Socc. *cons. 121. n. 7. lib. 1.* Decian. *cons. 232. num. 2.* Rolan. *consil. 77. num. 3. lib. 1.* & proindè si aliqua pensio debetur per D. Petrum, illa debetur D. Philippo, non autem emptoribus, cum quibus D. Petrus nihil habet quod agat. Nec facit quòd ille, ad quem res mea peruenit, teneatur mihi iudicis officio, *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet.* quia hoc est in subsidium, & quatenus à principali non possit mihi satisfieri, Alex. *cons. 92. n. 6. lib. 1.* Ruin. *cons. 19. n. 2. lib. 4.* Cæphal. *cons. 36. n. 29.* Menoch. *de recuper. remed. 4. n. 4. vers. Declara quartò*, Surd. *cons. 529. n. 19.* Rota in causa Romana pecuniaria 3. Iunij 1607. coram R. D. Bonon. & proindè debent emptores in primis agere contra Dominum Philippum, & ita tentum, &c. 4

R. P. D. COCCINO.

Romana census scut. 18000.

Lunæ 11. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Minorum, seu mulierum obligationem, & contractum impugnans ob defectum interuentus proximiorum probare debet, quòd mulier, seu minor eo tempore celebratio contractus, habebat in loco contractus præsentes proximiores, & quòd erant habiles ad interueniendum, & præsentandum consensum; est singularis, & exemplaris decisio.

SVMMARIVM.

Minorum, seu mulierum obligationem, & contractum impugnans ob defectum interuentus proximiorum, probare debet quòd mulier eo tempore celebrati contractus habebat in loco contractus præsentes proximiores, & quòd erant habiles ad interueniendum, & præstandum consensum, num. 1. & per tot.

Qualitas quando est fundamentum alicuius, debet concludenter, & non præsumptiuè probari, num. 2.

Instrumentum cum decreto iudicis habet pro se magnam præsumptionem, ibid.

Præsumptionem habens contra se tenetur suam intentionem probare concludenter, & non præsumptiuè, ibid. in fin.

Minori asserenti se maiorem cum iuramento, si nobilis fuerit, credendum est, num. 3.

Nobilitas facit, vt assertioni nobilis credatur, ibid. in fine.

Testes deponentes, & non percutientes tempus, de quo agitur, nihil probant, num. 4.

Tempus est de substantia rei, debet probari etiam de hora confecti actus, ibid.

Personæ habilitas ad interueniendum instrumento, quomodo probetur, & an, & quando præsumatur, num. 4. & 5.

Infirmitas, & sanitas an præsumatur sub num. 5.

DECISIO CCCCLXIX.

CVm Excellentissimus D. Princeps Vrsinus tunc minor, cum decreto iudicis, & interuentu proximiorum, fideiussérit ad fauorem Dominorum de Materijs pro Dominis Virginio, & Fabio de Vrsinis, agentes dicti Excellentissimi Principis, cœperunt prætendere fideiussionem fuisse nullam, ob non seruatam formam statuti Vrbis *lib. 1. cap. 113.* quia in ea facienda non interuenit bon. mem. Henricus Caietanus, S.R.E. Cardinalis Camerarius, proximior dicti Excellentissimi Principis, quem in disputatione huius dubij præsupponebatur tunc fuisse præsentem in Vrbe: vnde dubitaui an vlita dictam præsentiam Cardinalis Excellentissimus Princeps teneretur probare aliquam habilitatem, & quatenus sic, an sit probata? & quantum attinet ad primam partem dubij: Domini affirmatiuè resoluerunt, ad secundam verò negatiuè. Ratio primi dicti fuit, quia impugnans contractum, ex quo non interuenerint proximiores, teneretur probare nedum præsentiam, sed etiam habilitates, prout tenuerunt, Castr. *cons.* 1

124.

124. num. 2. vers. secundo videndum lib. 1. Alexan. ad Bart. in l. si tertius num. 6. ff. de aqua pluu. arcend. Com. cons. 316. num. 8. lib. 1. & cons. 241. num. 7. lib. 1. & cons. 242. num. 2. lib. 4. quorum sententiam pluries sequuta est Rota, vt per Guidob. decis. 98. Achill. decis. 4. de præsumpt. & nouissimè in causa Firmana restitutionis dotis 23. Iunij 1603. coram bon. mem. Penia, & in alijs pluribus causis, vt in decisionibus, quarum copia data fuit, & prædicta procedunt, nedum in habilitate naturali, sed etiam inhabilitate accidentali, Bart. in dicta l. si tertius num. 5. vers. ita hic propter ætatem, vel morbum, Felin. in cap. super his num. 17. post med. vers. facit quod notat, & versic. sequenti, de accusat. vbi loquens de inhabilibus post alios exemplificat in mulieribus, pueris, infirmis, furiosis, & alijs.

2 Et prædicta procedunt optima ratione, quia similis opponens est actor, & fundatur in ista qualitate habilitatis, & non impedimenti, vnde illam concludenter, & non præsumptiuè tenetur probare, l. ab ea parte, ff. de probat. Alexand. cons. 27. num. 7. lib. 7. Castrens. vbi supra num. 2. vers. 2. videndum est, Put. decis. 375. n. 2. lib. 2. secundùm nouam impressionem, Achil. decis. 1. de probat. & in puncto fuit dictum in allegata causa Firmana restitutionis dotis coram bonæ memoriæ Penia, & in alijs. Tum etiam, quia alia pars habet intentionem fundatam in instrumento celebrato cum decreto iudicis, ex quibus oritur fortior præsumptio alijs præsumptionibus, Aleiat. de præsumpt. regula 3. præsumpt. 34. ante num. 1. & dixit Rota in causa Terdonen. fructuum 26 Octobris 1575. coram bonæ memoriæ Episcopo Laurerano sub num. 25. Quòd procedit maximè in casu isto, in quo Excellentissimus Princeps in vigesimo ætatis anno constitutus cum iuramento asseruit se non habere alios proximiores, qui commodè possent interuenire, & cùm semper fuerit magni ingenij, non est verisimile, quòd voluisset cum iuramento asserere se non habere proximiores, qui commodè possent interuenire, si verè tunc bonæ memoriæ Cardinalis potuisset interuenire, & ideò eius agentes, qui hodie ista opponunt, grauantur ex persona eiusdem Excellentissimi Principis concludenti, & non præsumptiua probatione, Abb. in cap. per tuas num. 5. vers. vnde dicendum, de condit. apposit. Gemin. cons. 27. num. 3. Crescen. decis. 4. num. 6. de except.

3 Neque prædictis resistit, quòd sufficiat probare adesse consanguineos, quia habilitas præsumitur, Felin. in cap. in præsentia num. 11. vers. & propterea dubito, de prob. quem sequitur Curt. iun. in l. 1. num. 23. Cod. vnde vir. & vxor. Lamberteng. de contract. eorum qui sine certa solemnitate, gloss. 12. in vers. Agnatum non habuerit, quæst. 4. num. 4. & 5. Nam non est recedendum ab opinione superiùs firmata, quam Rota pluries, imò sæpissimè approbauit, quæ fulcitur optimis rationibus superiùs adductis, & absque alio scrupulo debet procedere in casu isto, stante nobilitate, & qualitate Excellent. Principis, qui asseruit cum iuramento, se non habere proximiores volentes commodè interuenire, quæ quidem nobilitas multum facit ad hoc, vt stetur eius dicto, prout considerat Aym. in consil. 244. num. 6. in princip. optimè Crott. in cons. 332. num. 10. vol. 3. licèt eius agentes hodie conentur probare contrarium.

4 Ratio autem secundi dicti, quòd non sit probata habilitas bonæ memoriæ Cardinalis, fuit, quia decretum fuit interpositum die 18. Martij anni 1591. & agentes nituntur infirmis probationibus. Primò, quòd Cardinalis diebus vigesima, & vigesima prima eiusdem mensis accessit ad arcem sancti Angeli, ad Consistorium, & aliqua decreta, & subscriptiones fecerit, quæ probatio non releuat, cùm hæc omnia percutiant diem contractus, de quo tempore habilitas requiritur, Castrens. consil. 455. sub num. 1. versic. nam verba sequentia lib. 1. Socc. consil. 283. num. 4. versic. ex quibus infertur lib. 2. Bart. consil. 209. num. 2. lib. 1. Secundò nituntur alia probatione, scilicet quòd eadem die 18. Cardinalis interposuit, & subscripsit decreta, ex quibus dicitur resultare habilitas de eadem die, cùm habilitas naturalis præsumatur, Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 46. sub num. 8. versic. aut etiam ætatem. Sed nec ista probatio releuat, clarum est enim, quòd ad probandam habilitatem de certo tempore, requiritur etiam probatio habilitatis in hora qua actus fuit factus, vt videntur concludere Doctores præcitati, & expresse dicit Anchar. in consil. 338. num. 8. versic. nec obstat, & num. 12. versic. constat autem, vbi quòd requiritur probatio horæ, cuius dictum sequuta fuit, Rota in causa Romana hæreditatis 14. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, & idem expressè dicit non habita mentione de Anchar. Verall. decis. 218. part. 1. & benè etiam facit Ang. consil. 194. num. 2. versic. porrò, licet vera sint, vbi non sufficere, quòd testes probent actum fuisse factum de nocte, nisi qualificent tempus iuxta formam statuti, & Alex. in d. cons. 97. num. 5. vers. vnde qui se fundat lib. 7. vbi quòd tempus debet limitatè probari.

Ad probandam autem habilitatem personę de certa hora, licèt in quibusdam personis possit admitti, quòd si erat habilis de manè, poterat esse habilis de serò: attamen secus est in alijs personis, quæ vacant honoribus, & officijs, aut laborant infirmitatibus repentinis, prout erat bon. mem. Cardinalis; cùm esset S. R. E. Camerarius, cuius negotia sunt magna, & laborabat podagra, & potuit esse quòd vocatus à Papa ad audientiam, aut impeditus alio negotio, ratione officij Camerariatus, non potuerit interuenire, aut quod ei superuenerit podagra, ita eleganter in puncto Anchar. in allegat. consil. 388. num. 13. versic. præterea iste Titius, vbi quòd ex quo Titius erat scholaris, verisimiliter potuit esse impeditus occasione studij, & lectionum suarum, quibus quilibet studens insistere debet, & suprà num. 2. dict. versic. nec obstat, vbi quòd esse potest, vt quis de manè sit sanus, & de serò infirmus. Et hæc distinctio est etiam de mente Menochij loco superius allegato, dum ad præsumendas habilitates naturales distinguit inter ætatem, & ætatem: sic ad præsumendas alias habilitates distinguendum est inter personam, & personam, atque ita manifestissimè apparet, quòd in decidendis similibus articulis multum polleat religio iudicantis, ideòque stante qualitate Cardinalis, qui propterea poterat esse impeditus, ex probatione, quòd fecerat decreta, & subscripserat mandata, non resultat probatio habilitatis de hora contractus, quia stantibus negotijs, & infirmitatibus Cardinalis, potuit non esse habilis de dicto tempore contractus, maximè cùm gesta per Cardinalem contineant actus breuis, & facilis expeditionis, & Notarij expectant quamcumque horam diei, vel noctis, & commoditatem domini: secus autem est in insistendo prædicto contractui, cui plures personæ, & grauissimæ debebant interuenire, & propterea non commodè qualibet hora diei hoc fieri poterat, & sic resultat, quòd ista habilitas probata non suffragetur, cùm non respiciat actum in quo Cardinalis interesse debebat, Ruin. cons. 81. num. 6. lib. 5. Felin. in cap. in præsentia num. 14. de probat. Verall. d. decis. 218. par. 1. 5

Tertiò, pro parte Excellentissimi Principis fuerunt examinati plures testes, qui nec etiam releuant, omisso enim quòd contra aliquos opponitur defectus citationis, & iuramenti, necnon & consanguinitatis, eorum dicta non tollunt, quòd Cardinalis potuerit esse impeditus ratione officij, aut infirmitatis podagræ qua laborabat, multoties enim licèt homo non decumbat, & habeatur pro sano, ita tamen domi detinetur, vt non possit moueri ne humores defluant, vt experientia docet, & colligitur ex l. podagra, vbi Lucas de Penna, & Pyrrhus Anglebermeus, & cæteri, Cod. qui morb. se excus. lib. 10. & ex cap. legimus, vbi gloss. 1. de consecr. distinct. 5. &c. 6

Ab hac decisione fuit in parte recessum, vt in Romana census, siue exequutionis 5. Iunij 1615. coram Reuerendissimo Domino Decano Coccino, quam videas.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Viterbien. Castrorum,

Veneris 15. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommissariorum quomodo probetur, & quomodo etiam succedatur in pluribus substitutionibus successiuis per defectum præcedentium.

SVM-

S V M M A R I V M.

Intentionem suam fundatam habere dicitur is, qui est in eo statu, in quo etsi nihil exaduerso probetur, possit obtinere sententiam fauorabilem, num. 1.

Relatio præsumitur facta cum his qualitatibus, num. 2. in fine.

Substitutiones plures successiuè, quando in testamento factæ reperiuntur per defectum præcedentium, sequens casus non caducatur, sed subintrat gradus præcedens per vulgarem anomolam, num. 3.

Fideicommissaria bona, quod sint illa, in quibus fideicommissum factum fuit, sufficit probare, quod aliàs fuerint in bonis fideicommittentis, num. 4.

D E C I S I O CCCCLXX.

1 DVbitani an Dominus Valerius haberet fundatam intentionem super castris, & bonis, de quibus agebatur? Et Domini resoluerunt eum habere fundatam intentionem super castris Viani, & Orioli, & alijs bonis nominatis in donatione, & testamentis Scipionis Episcopi Cernien. & Georgij illius fratris, ea ratione, quòd ille dicitur habere fundatam intentionem, quæ est in eo statu, etsi nihil exaduerso probetur, possit obtinere sententiam fauorabilem, *cap. finem litibus*, cum ibi not. per Gloss. Innoc. & alios, *de dolo, & contum.* In eo autem statu visus fuit esse D. Valerius circumscriptis exceptionibus Excellentissimi D. Virginij, quas Domini ad aliam propositionem reseruarunt: nam pro illius parte probabantur omnia requisita ad effectum, vt quis vigore fideicommissi possit obtinere, nempè existentia fideicommissi, seu fideicommissorum, purificatio illorum, & quòd bona quæ prætenduntur, sint de subiectis fideicommisso.

2 Et quantum ad primum ex donatione Scipionis Episcopi Cernien. iuncto eius testamento, constat primò vocasse Honuphrium primogenitum Georgij fratris, & deindè alios primogenitos, necnon alias personas nominatas in dd. testamento, & donatione, quibus omnibus deficientibus voluit succedere Octauium fratrem in sacris Ordinibus constitutum, & eo mortuo, primogenitos Valerij, seu Valeriani fratris Prosperi Cardinalis. Item constat, quòd Georgius pater Honuphrij in suo testamento prælegauit D. Honuphrio omnes molendinos, furnos, &c. existentia in castris Viani, & Orioli, & eorum territorijs, necnon omnes iurisdictiones, ac merum, & mixtum imperium super dictis castris, quæ reliquit eidem primogenito, eo modo, & forma, quibus Scipio Episcopus reliquit, & per instrumentum, &c. & ad faciliorem intelligentiam voluit, quòd prædicta transeant de primogenito in primogenitum, & semper sint subiecta fideicommisso, de quo in prædicto instrumento, intelliganturque relicta in augmentum ipsius primogenituræ, & intelligantur incorporata cum dicta donatione, necnon etiam in omnibus alijs suis bonis, &c. instituit hæredem supradictum Honuphrium, ac substitutiones ordinauit iuxta formam dictæ donationis factæ per eum; cùm igitur testator voluerit, quod bona sint supposita, & incorporata fideicommisso, & donationis Scipionis, non videbatur dubitandum, quin per Georgium fuerit factum fideicommissum, nedum ad fauorem descendentium Valeriani, cùm prædicta verba importent relationem ad dispositionem Scipionis, & relatio præsumitur facta cum suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hæred. instit.* & in specie de fideicommisso relatiuo, Dec. *cons.* 362. *in princ. &* 497. *num.* 3. Soc. iun. *cons.* 75. *num.* 9. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 247. *num.* 32.

3 Quantum ad secundum, an scilicet fideicommissa sint purificata, difficultas pendet à duobus, alterum, scilicet, an Valerianus iun. sit de vocatis, alterum, an venerit casus vocationis. Quòd Valerianus sit de vocatis, probatur, quia non controuertitur illius descendentia à Valeriano nominato in donatione, & testamento Scipionis, & etiam apparet in decisione in alia causa facta coram R. P. D. meo Coccino. Quòd venerit casus vocationis apparet, quia non dubitatur omnes primo loco vocatos ..... & licèt Octauius vocatus ante primogenitos Valerij, seu Valeriani, prædecesserit Honuphrio: attamen cùm simus in pluribus substitutionibus successiuis per defectum præcedentium, sequens casus non caducatur, sed subintrat gradus præcedens per vulgarem anomalam, *l. quandiu*, *la* 2. vbi Bart. *num.* 10. *ff. de acquir. hæred. l. vnic. §. pro secundo*, vbi Bald. Salyc. & alij, *Cod. de cad. tollen.* Castr. *cons.* 152. *num.* 1. *vers. sed non obstantibus lib.* 1. Crauet. *cons.* 383. *num.* 2. Socein. iun. *cons.* 101. *lib.* 1. Surd. *cons.* 279. *num.* 10. Thesaur. *decis.* 86. *num.* 1. *&* 2. Rota in causa Perusina fideicommissi 9. Maij 1578. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. 37. *num.* 1. *& seq. part.* 1. *diuers.*

Quantum ad tertium, quando agitur contra illum, qui habet causam à defuncto, siue mediatè, prout habet Excellentissimus D. Virginius, siue immediatè, sufficit probare, quòd bona fuerint in bonis fideicommittentis, Natt. *cons.* 400. *num.* 2. *&* 7. Cephal. *cons.* 36. *num.* 35. Rimin. iun. *cons.* 482. *num.* 86. & fuit dictum in montis Falisci fideicommissi 12. Maij 1603. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Esina fideicommissi 29. Martij 1604. coram R. P. D. Coccino, & in Bononien. fideicommissi 23. Martij 1612. coram me. Quòd autem Excellentissimus D. Virginius habeat mediatè causam à fideicommittente, probatur, quia ipse habet causam à Camera Apostolica, quæ Camera Apostolica confiscauit bona de quibus agitur, tanquam reperta in hæreditate Honuphrij vltimi grauati. Quòd verò bona fuerint in bonis fideicommittentis, probatur ex testibus, de quibus in summario D. Valerij, & etiam ex chirographo per Excellentissimum D. Virginium obtento, &c. 4

R. P. D. M A N Z A N E D O,

Patriarcha Hierosolymitano.

Viterbien. castrorum.

Veneris 15. Martij 1613.

A R G V M E N T V M.

Ex summario sume argumentum.

S V M M A R I V M.

Restitutio in integrum non conceditur, non dicto de aliqua læsione, vel grauamine, num. 1.

Aditio hæreditatis probatur ex actibus, quæ fieri non potuerunt citra ius, & nomen hæredis, n. 2.

Hæres qui adiuit hæreditatem ab intestato, potest conueniri à creditoribus, etiam quòd adsit defuncto alter proximior, qui tamen tacet, & non contradicit, num. 3.

D E C I S I O CCCCLXXI.

FVit per Dominos resolutum non constare de causis restitutionis in integrum, quia ex parte Spinelli non docetur de aliqua læsione, vel grauamine, propter quod illa veniat concedenda, *l. quod si minor, §.* 1. ibi, *nisi aut manifesta sit circumscriptio, ff. de minor.* Odd. *de in integr. restit. quæst.* 4. *art.* 1. *num.* 1. cùm potiùs constet de bono iure Ecclesiæ, ad cuius fauorem adest promissio Episcopi de soluendo in singulos annos scuta centum fabricæ, ad quæ tenetur Dominus Spinellus illius hæres, vt fuit in hac causa resolutum 2. Decembris 1609. coram bon. mem. Penia. 1

Non obstat, quòd verè Spinellus non sit hæres Episcopi, sed tantùm se talem enunciauerit ad effectum impediendi spolium; quia vltra enunciatiuas concurrunt actus positiui per eum gesti, nempe constitutio Procuratoris ad exigendum, & recuperandum pecunias, & bona spectantia ad hæreditatem Episcopi. Item compositio facta super illius spolio cum Camera, à qua tanquam hæres fuit consecutus donationem scutorum quingentorum, quæ omnia fieri non potuerunt citra ius, & nomen hæredis, vt in hac causa considerauit Rota 16. Decembr. 1611. coram eodem bon. mem. Penia. 2

Minus obstat, quòd licèt Spinellus declarauerit se esse hæredem Episcopi, tamen non potuerit esse hæres, ex quo aderat Sinulphus nepos ex fratre, & sic proximior, cui deferebatur hæreditas, ad tradita per Ias. *in l. non hoc num.* 1. *vers. circa secundum membrum, Cod. unde legitimi.* Quia fuit responsum primò, ex hoc non excludi quin Sinulphus noluerit, vel non potuerit esse hæres; secundò, prædicta procedere respectu proximioris, cui per aditionem sequentis præiudicari non potest, non autem respectu creditorum anteriorum hæreditariorum, qui interim, quòd proximior tacet, vel non opponit de hæreditate 3

sibi

sibi delata, non prohibentur agere contra eum, qui pro hærede se gessit.

4 Nec facit, quòd Episcopi hæres sit Camera, non autem Spinellus, qui solummodò est cessionarius Cameræ titulo oneroso, quia hoc procederet respectu patrimonialium ipsius Episcopi, in quibus non successit Camera, sed Spinellus, qui ea possidet, vt constat ex testibus deponentibus de publica voce, & fama, vt dixit Rota dicta die 16. Decembris; prout & eodem modo tollitur, quòd dicebatur Cameram fecisse inuentarium bonorum Episcopi, & ideò sicut ipsa non teneretur vltra vires hæreditarias, ita nec tenebitur Spinellus eius cessionarius, quia inuentarium fuit confectum solummodò de bonis concernentibus spolium, non autem de patrimonialibus; quorum ratione Spinellus non potest iuuari dicto inuentario, in quo illa non sunt descripta.

5 Quòd autem opponebatur illud debitum contractum ab Episcopo pro fabrica fuisse pro necessitate Ecclesiæ, & ideò ad illud teneri successorem in Episcopatu, iuxta dispositionem textus *in cap. 1. de solut.* vel saltem Cameram, quæ Episcopo successit in bonis Ecclesiasticis, Domini dixerunt esse particulariter videndum, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Viterbien. Castrorum.

Veneris 15. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario immissio ad hoc vt concedatur, quatuor probanda sunt. Primò, existentia fideicommissi; secundò, illius purificatio; tertiò, quòd bona quæ prætenduntur, sint de subiectis fideicommisso; quartò, quòd opere obitus fideicommittentis essent in illius bonis, absque eo, quod probetur dominium.

SVMMARIVM.

Actor intentionem fundatam habere dicitur, quando est in eo statu, vt si nihil exaduerso probetur, obtinere possit sententiam fauorabilem, num. 1.

Fideicommissario immissio concedenda est, probata existentia fideicommissi, illius purificatione, & quod bona, quæ prætenduntur, sint fideicommisso subiecta, ibid. in fine.

Relatio præsumitur facta cum suis qualitatibus, n. 2. in fine.

Substitutiones quando plures sunt admittentes successorem per defectum præcedentium, sequens gradus non caducatur, sed subintrat gradum præcedentis per vulgarem anomalam, num. 3.

Fideicommissario non denegatur immissio si probauerit, quòd bona fuerint in bonis fideicommittentis, licèt non probetur eiusdem fideicommittentis dominium quando agitur contra illam, qui habet causam à defuncto mediatè, siue immediatè, num. 4.

DECISIO CCCCLXXII.

1 DVbitaui an Dominus Valerius haberet fundatam intentionem super castris, & bonis, de quibus agebatur? Et Domini resoluerunt eum habere fundatam intentionem super castris Viani, & Orioli, & alijs bonis nominatis in donatione, & testamentis Scipionis Episcopi Ceruien. & Georgij illius fratris, ea ratione, quòd ille dicitur habere fundatam intentionem, quæ est in eo statu, etsi nihil exaduerso probetur, possit obtinere sententiam fauorabilem, *cap. finem litibus*, cum. ibi not. per Gloss. Innoc. & alios, *de dolo, & contum.* In eo autem statu visus fuit esse D. Valerius circumscriptis exceptionibus Excellentissimi D. Virginij, quas Domini ad aliam propositionem reseruarunt: nam pro illius parte probabantur omnia requisita ad effectum, vt quis vigore fideicommissi possit obtinere, nempè existentia fideicommissi, seu fideicommissorum, purificatio illorum, & quòd bona quæ prætenduntur, sint de subiectis fideicommisso.

2 Et quantum ad primum ex donatione Scipionis Episcopi Ceruien. iuncto eius testamento, constat primò vocasse Honuphrium primogenitum Georgij fratris, & deindè alios primogenitos, necnon alias personas nominatas in dd. testamento, & donatione, quibus omnibus deficientibus voluit succedere Octauium fratrem in sacris Ordinibus constitutum, & eo mortuo, primogenitos Valerij, seu Valeriani fratris Prosperi Cardinalis. Item constat, quòd Georgius pater Honuphrij in suo testamento prælegauit D. Honuphrio omnes molendinos, furnos, &c. existentia in castris Viani, & Orioli, & eorum territorijs, necnon omnes iurisdictiones, ac merum, & mixtum imperium super dictis castris, quæ reliquit eidem primogenito, eo modo, & forma, quibus Scipio Episcopus reliquit, & per instrumentum, &c. & ad faciliorem intelligentiam voluit, quòd prædicta transeant de primogenito in primogenitum, & semper sint subiecta fideicommisso, de quo in prædicto instrumento, intelliganturque relicta in augmentum ipsius primogenituræ, & intelligantur incorporata cum dicta donatione, necnon etiam in omnibus alijs suis bonis, &c. instituit hæredem supradictum Honuphrium, ac substitutiones ordinauit iuxta formam dictæ donationis factæ per eum; cùm igitur testator voluerit, quod bona sint supposita, & incorporata fideicommisso, & donationis Scipionis, non videbatur dubitandum, quin per Georgium fuerit factum fideicommissum, nedum ad fauorem descendentium Valeriani, cùm prædicta verba importent relationem ad dispositionem Scipionis, & relatio præsumitur facta cum suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hæred. instit.* & in specie de fideicommisso relatiuo, Dec. *cons. 362. in princ. & 497. num. 3.* Soc. iun. *cons. 75. num. 9. lib. 3.* Menoch. *cons. 247. num. 32.*

3 Quantum ad secundum, an scilicet fideicommissa sint purificata, difficultas pendet a duobus, alterum, scilicet, an Valerianus iun. sit de vocatis, alterum, an venerit casus vocationis. Quòd Valerianus sit de vocatis, probatur, quia non controuertitur illius descendentia à Valeriano nominato in donatione, & testamento Scipionis, & etiam appatet in decisione in alia causa facta coram R. P. D. meo Coccino. Quòd venerit casus vocationis apparet, quia non dubitatur omnes primo loco vocatos..... & licèt Octauius vocatus ante primogenitos Valerij, seu Valeriani, prædecesserit Honuphrio: attamen cùm simus in pluribus substitutionibus successiuis per defectum præcedentium, sequens casus non caducatur, sed subintrat gradus præcedens per vulgarem anomalam, *l. quandiu, la 2.* vbi Bart. *num. 10. ff. de acquir. hæred. l. vnic. §. pro secundo*, vbi Bald. Salyc. & alij, *Cod. de cad. tollen.* Castr. *cons. 152. num. 1. vers. sed non obstantibus lib. 1.* Crauet. *cons. 383. num. 2.* Soccin. iun. *cons. 101. lib. 1.* Surd. *cons. 279. num. 10.* Thesaur. *decis. 86. num. 1. & 2.* Rota in causa Perusina fideicommissi 9. Maij 1578. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. 37. *num. 1. & seq. part. 1. diuers.*

4 Quantum ad tertium, quando agitur contra illum, qui habet causam à defuncto, siue mediatè, prout habet Excellentissimus D. Virginius, siue immediatè, sufficit probare, quòd bona fuerint in bonis fideicommittentis, Natt. *cons. 420. num. 2 & 7.* Cephal. *cons. 36. num. 35.* Rimin. iun. *cons. 482. num. 86.* & fuit dictum in montis Falisci fideicommissi 12. Maij 1603 coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Esina fideicommissi 29. Martij 1604. coram R. P. D. Coccino, & in Bononien. fideicommissi 23. Martij 1612. coram me. Quòd autem Excellentissimus D. Virginius habeat mediatè causam à fideicommittente, probatur, quia ipse habet causam à Camera Apostolica, quæ Camera Apostolica confiscauit bona de quibus agitur, tanquam reperta in hæreditate Honuphrij vltimi grauati. Quòd verò bona fuerint in bonis fideicommittentis, probatur ex testibus, de quibus in summario D. Valerij, & etiam ex chirographo per Excellentissimum D. Virginium obtento, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Ierosolymitano.

Elnen. iurium Parochialium.

Mercurij 17. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione quasi possessionis percipiendi funeralia reiterata, seu nouennale defunctorum ex parochia defunctorum.

SVM-

S V M M A R I V M.

Quasi possessio percipiendi funeralia reiterata debet probari in specie, nec sufficit probare perceptionem funeralium in genere, num. 1.

Quasi possessio non probatur ex actibus facultatiuis, ibid. in fine.

Testibus numero pluribus magis creditur, quàm paucioribus, præsertim si plures de facto proprio deponant, num. 2.

Funeralium perceptio regulariter spectat ad Parochiales, n. 3.

Quasi possessio prohibendi Parochialibus perceptionem funeralium non censetur probata, nisi etiam probetur acquiescentia prohibiti, num. 4.

DECISIO CCCCLXXIII.

1 DVbitaoi, cui sit daodom mandatum de manutenendo, an scilicet Ecclesiæ Parochiali cogendi hæredes, & executores defunctorum, qui sepulti sunt extra Parochiam ad iterùm celebraodum in illa funeralia, seu nouennale in alia Ecclesia vbi sepulti fuerunt semel celebratæ, an potius fratribus sancti Dominici prohibendi dictam reiteratam celebrationem? Et Domini neutri dandum dixerunt. Et quoad Parochialem mouebantur, quia ipsa non docet de aliqua quasi possessione, sine qua denegatur manutentio, §. *hodie*, *Instit. de interdict.* Testes enim, quos ad illam probandum induxit, vel deponunt in genere de perceptione funeralium, quę pro parte fratrum oon controuertitur, non autem in specie de istis funeralibus reiteratis, de quibus agitur, proüt requiritur, Oldrad. *cons.* 237. *n.* 3. Aochar. *cons.* 339. *n.* 8. *in princ.* Alex. *cons.* 196. *n.* 13. *lib.* 2. Curt. iun. *cons.* 26. *n.* 10. Crauett. *cons.* 96. *n.* 4. Rot. *dec.* 172. *n.* 1. *par.* 1. vel oon deponunt de coactione necessaria ad acquirendam quasi possessionem in facultatiuis, in quibus possessio ex actibus similibus hoo acquiritur, *l. Proculus*, *ff. de damn. infect. l. si in meo fundo*, *ff. de aqu. pluu. arcend.* Abb. *cons.* 101. *n.* 7. *lib.* 1. Cæphal. *cons.* 451. *n.* 358. Decian. plures referens *cons.* 44. *n.* 133. *vol.* 4.

2 Et aliqui, licèt faciant mentionem de coactione, tamen non exprimunt in illis casibus non adfuisse dispositiones testatorum, prout Dominis verisimile videbatur, cùm funeralia fuerint celebrata instante Commissario pro anima, qui in illis partibus deputatur pro executione voluntatum defunctorum in relictis concernentibus animam. Vltra quòd testes non deponunt de quasi possessione istius Parochiæ in specie, & proptereà nihil probant, cùm possessio vnius Ecclesiæ alteri non prosit. Et omnis difficultas circa testes videbatur cessare ex alijs contrarijs deponentibus de dicta non reiteratione funeralium, qui præualent non solùm, qnia numero plures, *c. in nostra*, *vers. mandamus*, & ibi gloss. *in verb. aduersa*, *de testib.* Gabr. *de testib. conclus.* 4. *n.* 50. Surd. *cons.* 429. *n.* 9. sed etiam, quia deponunt de facto proprio, Surd. *cons.* 371. *n.* 9. Seraph. *decis.* 550. *num.* a.

3 Non obstat iuris assistentia, quam Parochialis prętendit habere, ex *Clem. dudum*, §. *verum*, *de sepultur.* & alijs adductis per informantes, quia dicta Clement. & alia iura loquuntur de quarta, quam fratres non negant competere Parochiali. Et licèt ex aduerso replicetur ista funeralia fuisse subrogata loco quartæ, tamen id uon iustificatur. Et in omnem euentum subrogatio noo deberet attendi in prçiudicium hæredum, qui per istam reiterationem funeralium duplici onere grauarentur, quod non succedit in quarta, à qua vnica solutione liberantur. Et minus obstant quitantiæ factæ circa receptiones istorum funeralium, quia cùm emanauerint à Procuratore Rectoris, & Presbyterorum Ecclesiæ parochialis, quæ est pars formalis, in hac causa oihil probant.

4 Quo verò ad Ecclesiam sancti Domini prætendentem prohibere, ne in Ecclesia parochiali celebretur d. oouennale, & caput anni ab hæredibus defunctorum, qui in sua Ecclesia sepulti fuerunt, pariter visum fuit manutentionem esse denegandam, quia non docet se esse in huiusmodi qpasi possessione prohibeudi, ac de acquiescentia prohibiti ad istum effectum requisita, Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina num* 68. *dè caus. possess. & propriet.* Abb. *in cap. Abbate num.* 10. *de verb. sign.* Couar. *in regul. possessor.* 2. *part.* §. 4. *num.* 6. *vers. huic sane obiectioni*, Balb. *de præscript.* 4. *part.* 5. *part. quæst.* 5. *n.* 3. Rota *decis.* 431. *num.* 7. *part.* 1. *diuers.* Ex quibus neutri dandum mandatum de manutenendo fuit cooclusum, &c.

R. P. D. MANZANEDO, Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. de Lambertinis.

Lunæ 18. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Legata, & prælegata non veniunt sub nomine hæreditatis, palatijque appellatione venit principale palatium, in quo dominus loci habitat, cætera habes in summarijs.

S V M M A R I V M.

Legata, & prælegata non veniunt sub nomine hæreditatis, num. 1.

Palatij appellatione venit palatium principale, in quo dominus habitat, n. 2.

Identitas domus legata probatur ex demonstrationibus, à testatore in testamento expressis, n. 3.

Falsa demonstratio adiecta clara demonstrationi, illam non vitiat, n. 4.

Dictio videlicet, *est regulariter restrictiua, ibid. declara vt num. 5.*

Fides facta medio iuramento, & recognita, & de facto proprio plurimum coadiuuat alias probationes, n. 6.

Testatoris voluntas vbi est clara, non est recurrendum ad præsumptiones, n. 7.

Exequutio excessiua reuocanda est, n. 8.

DECISIO CCCCLXXIV.

PRoposito dubio, an esset reuocanda execntio quoad palatium, seu castrum Podij Rognatici, Domini affirmatiuè responderuot, ex quo illa fuit facta super dicto palatio Dominis de Lambertinis, specialiter prolegato, cum tamen sententia Rotalis tantùm iuberet D. Imoldam immitti in bonis hæreditarijs, quorum appellatione palatium prædictum non continebatur, quoniam legata, & prælegata uon veniunt sub nomine hæreditatis, *l. in fideicommissaria*, *vers. si legatum*, *l. Marcellus*, §. *quidam liberis*, *ff. ad Trebell. l. si Titius*, *de leg.* 3. Menoch. *consil.* 86. *num.* 66. *& præsumpt.* 194. *num.* 38. *lib.* 4. Peregr. *de fideicommiss. art.* 7. *num.* 54. *&* 55. Vnde executio in eo, quod excessit fines sententiæ, & sic quoad palatium venit reuocanda. 1

Quòd autem palatium fuerit prælegatum, apparet ex testamento, in quo relinquitur DD. de Lambertinis palatium Podij Rognatici tentum, & possessum per testatorem, & reseruatum sibi in donatione, &c. Quæ verba necessariò intelliguntur de palatio habitationis domini, cùm illud tantùm reperiatur reseruatum in donatione, ac teneretur, & possideretur à testatore, maximè quia fuit legatum palatium, cuius appellatione venit palatium principale domini loci, prout est istud, *l. pen.* & ibi gloss. *verb. palatia*, *C. de officio Rector. prouinc.* 2

Ex quibus demonstrationibus in prælegato à testatore expressis, in hoc palatio concurreotibus, satis deprehenditur esse illud met, ab ipso prælegatum, Bart. *in l. demonstratio falsa num.* 14. *ff. de condit. & demonst.* Alex. *cons.* 133. *num.* 5. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 115. *num.* 14. *in fin. lib.* 5. Aym. *cons.* 198. *num.* 2. 3

Quibus oon obstant verba seqoentia, ibi, *& videlicet illud, in quo Commissaria loci residet pro iure reddendo, nuncupato, Il Palazzo della Ragione*, quasi ex illis fuerit restrictom, & limitatum, legatum ad domunculam, in qua ius redditur per Commissarium, quia cùm ex superiùs ponderatis legatum sit certum, & clarè loquatur de huiusmodi palatio, demonstratio falsa, & superflua posteà adiecta de residentia Commissarij, illud non vitiat, Bart. *vbi suprà d. num.* 14. *& seqq.* Paris. *cons.* 58. *n.* 18. *&* 25. *lib.* 3. 4

Præterea licèt dictio *videlicet*, sit resolutiua, tamen cùm ei adiungatur copula *&*, de cuius natura est ampliare, & extendere dispositionem, prædicta verba satis ambigua redduntur: vnde debent recipere interpretationem ex præcedentibus, quæ sunt clara, & expressè loquuntur de palatio habitationis Domini. 5

Præsertim, quia dicta verba etiam in illo verificari possunt, cùm in ipso sæpè ios reddatur, & adsint carceres, secretæ, & locus torturæ: & campana, vt constat ex bannimentis, & fide eorum, qui ibi fuerunt Commissarij, quæ fides cùm fuerit facta meditato, & recognita, 6

& sit

& sit de facto proprio, plurimum coadiuuat probationem identitatis.

7 Minùs obstare visum fuit, quòd testator instituerit hæredes æquis portionibus Guidum Antonium, Marcum Antonium, & Iulium Cæsarem, atque ideò præsumendum sit, palatium ad omnes æqualiter pertinere voluisse, non autem ad duos primos hæredes tantùm, aliàs sequeretur absurdum, quod Iulius Cæsar volens se conferre ad bona Rognatici communia inter omnes hæredes, non haberet vbi habitaret, quę ratio non militat in domuncula habitationis Commissarij, vt per informat. per D. Imeldam, quoniam cùm ex prædictis constet de voluntate testatoris prælegandi d. palatium duobus prædictis hæredibus, cessant præsumptiones, & coniecturæ, nec est curandum quid inde veniat, *l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstr.*

8 Tandem non obstat, executionem super d. palatio factam non posse reuocari, nisi reuocetur sententia Rotalis, quæ tamen fuit à partibus acceptata, quia cùm in sententia non comprehenderetur d. palatium, executio facta quoad illud fuit excessiua, & ideò reuocanda, nec propterea dicitur lædi in aliquo sententia. Et ita resolutum.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Signina administrationis.

Luna 18. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Tutor, curator, seu administrator, numquid teneatur reddere rationem de administratis solùm, an verò etiam de non administratis? & de curatore, quòd nisi à iudice dato in testamento confirmetur, habeatur pro non curatore.

SVMMARIVM.

Tutor, curator, seu administrator non tenetur reddere rationem, nisi de administratis, n. 1. declara vt n. 4.

Curator in testamento datus à iudice confirmandus est, ita vt hanc iudicis confirmationem iudex tollere nequeat, numero 2.

Tutor, seu curator tenetur, si vult, se excusare ab onere tutelæ, vel curæ excusationem proponere infra quinquaginta dies, declara vt num. 3.

DECISIO CCCCLXXV.

1 FVit resolutum sententiam A. C. quæ simpliciter declarat Marium fuisse obligatum, reddere rationem curæ filiarum quondam Claudij de Melis, esse reformandam, siquidem cum prædictus Marius minimè fuerit curator prædictarum filiarum, non poterat generaliter condemnari ad reddendam rationem curæ, sed tantùm illorum, quòd apparuisset ipsum administrasse, iuat. not. *in l. tutori, C. de neg. gest. in l. 2. ff. eodem tit.* Roman. *cons. 413. num. 4.* Corn. *cons. 81. n. 6. lib. 4.* Neque hoc tanquam curator, sed tanquam negotiorum gestorum, *l. curatorem, C. de neg. gest.* Socc. iun. *cons. 79. n. 20. & seqq. lib. 2.* Corn. *consil. 81. num. 2. vers. si itaque sciebat lib. 4.*

2 Non obstat, quòd Marius fuerit à prædicto Claudio in testamento deputatus curator, quia cùm non appareat ipsum fuisse à iudice confirmatum, non potest dici ipsum fuisse curatorem, *§. sed curator, Instit. de curat. l. tutela, Cod. de testam. tutela*, Soccin. iun. *cons. 79. num. 21. lib. 2.* Gabr. *cons. 25. num. 9. lib. 2.* quod adeò verum est, vt neque testator possit tollere necessitatem huiusmodi confirmationis, ordinando vt curator sine illa administraret, Gabr. *d. cons. 26. num. 9. lib. 2.* quinimò nec potest iudex confirmare, nisi minor id petat, *§. item inuiti, Instit. de curat. l. pater Seuerianam*, & ibi gloss. *verb. id egerint, ff. de condit. & demonstrat.* Corn. *consil. 81. num. 2. lib. 4. versic. si ergo non datur*, Gabr. *d. cons. 25. num. 12. & 13.*

3 Nec subsistit, quòd Marius tenebatur se excusare infra quinquaginta dies, aliàs fuit obligatus ad curam, ad *l. scire, §. nullum, vers. tutores, vel curatores, ff. de excusat. tutor.* quia fuit responsum tex. posse habere locum, si & postquam consentiente minore à iudice confirmatus fuerit, *l. Caius, ff. eodem tit.* Gabr. *dict. consil. 25. num. 15. lib. 2.* aliàs si conclusio simpliciter intelligeretur, destruerentur suprà in principio firmatæ conclusiones, quòd requiratur confirmatio superioris, & quòd necessarius sit consensus minoris.

Non obstat, quòd Marius nonnulla administrauerit, 4 quia si hoc probabitur de illis, tenebitur reddere rationem, *l. tutori, Cod. de neg. gest.* cum alijs suprà allegatis: non autem de non administratis, quia hoc est verum si concurrant quatuor requisita, de quibus per Bart. *in l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest.* Corn. *consil. 81. num. 6. lib. 4.* nempè quòd alius erat gesturus illa, quæ ipse neglexit, quòd ille alius erat diligens, quòd ille omisit gerere ex eo, quòd ista quædam gerebat, sciebat alium esse gesturum omnia, quæ quidem requisita non concurrunt in proposito casu, vt benè deduxit D. Aduocatus Certus, cum quo Domini transiuerunt.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Bareñ. seu nullius Archipresbyteratus, seu Prioratus.

Lunæ 18. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Datur manutentio probata possessione per instrumentum, nisi de alterius anteriori possessione doceatur, possessioque non legitimè concessa non præiudicat anteriori possessori, præsertim non citato, & de decreto irritanti, quando possessionem inficiat.

SVMMARIVM.

Instrumentalis possessio manutenibilis est, nisi doceatur de alterius anteriori possessione, num. 1.

Immissio possessionis non legitimè concessa à iudice non præiudicat anteriori possessori, num. 2.

Possessor possessione sua priuari non debet à iudice sine citatione, num. 3.

Decretum irritans inficit possessionem, quæ propterea tanquam infecta manutenenda non est, declara vt numero 4.

DECISIO CCCCLXXVI.

OCtauio dandum esse mandatum de manutenendo, 1 fuit resolutum, posteaquam constat de eius possessione, quæ licèt sit instrumentalis, tamen est manutenibilis, nisi doceatur de alterius anteriori possessione, iuata not. *in leg. non idcirco, Cod. de fid. instrument.* Menoch. *tractat. de retinen. possess. remed. 3. num. 575.* Rota in causa Cerueñ. bonorum 20. Nouembris 1578. coram Bracco relata inter diuers. impress. *decis. 506. num. 1. par. 1.* & in Illerdeñ. beneficij S. Lazari 5. Iulij 1608. coram me.

Non obstat, quòd Stephanus fuerit ex post per exe- 2 quutorem litterarum Apostolicarum immissus, quia cùm talis immissio non fuerit legitimè concessa, non habet vim priuandi Octauium sua anteriori possessione, Corn. *consil. 193. num. 4. lib. 3.* Rota in causa Penneñ. & Adrieñ. beneficiorum 4. Iulij 1584. coram bon. mem. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *dec. 802. n. 7. vers. quia pro responsione par. 1.* & in Romana Saluiani 28. Nouembris 1611. coram me.

Quòd autem exequutor minus benè processerit, pa- 3 tet quia non citauit Octauium possessorem, prout citare debebat, *cap. licèt Episcopus, de præbend. in 6. l. meminerint, Cod. unde vi*, Alexand. *in leg. final. num. 16. Cod. de edict. Diu. Adrian.* Cassad. *decis. 1. num. 7. de restitut. spoliat.* Mohedan. *decis. 11. num. 2. eod. titul.* etiamsi aliàs eius delegatio sonasset in merum exequutorem, Oldrad. *consil. 227. num. 3. vers. Alia est solutio*, Felin. *in cap. Dudum num. 24. de præscript.* latè Gabr. *de citat. conclus. 1. n. 443.* Rota in causa Cæsaraugustana dismembrationis 26. Iunij 1608. coram me.

Minus facit, quòd beneficium fuisset reseruatum, 4 & proindè intret vis decreti irritantis, de quo in regulis reseruatorijs, quòd quidem decretum inficit possessionem, Cassad. *decis. 1. num. 2. de restit. spoliat.* Ægid. *decis. 533.* Verall. *decis. 15. num. 1. par. 3.* & sic possessio Octauij, tanquam infecta minimè sit manutenenda, *ad l.*

im-

improba, cum ibi notat. *Cod. de acquiren. possess.* Put. *decis.* 372. *lib.* 2. quia fuit responsum, decretum irritans ita demum vitiare possessionem, si est certum quod intret, aliàs dum dubitatur, an intret, vel ne, possessor est manutenendus in sua possessione, siue detentatione, vt fuit dictum in Pannen. Prioratus 16. Ianuarij 1598. coram Orano, in Cusentina Capellaniæ 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo Domino Cardinali Millino, in Tudertina Assignæ 18. Iunij 1607. coram Reuerendo Patre Domino Coccino, & in Leodien. Canonicatus 22. Aprilis 1611. coram Reuerendo Patre Domino Pirouano. In proposito autem casu est satis controuersum, an beneficium sit regulare, & manuale, vel potiùs collatiuum, à quo pendet, an intret reseruatio, vel ne, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Lucerina census.

Lunæ 18. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Argumentum habes in summario.

SVMMARIVM.

Census dicitur vsurarius, quando impositus est in extinctionem alicuius debiti, pecunia non numerata tam vigore constitutionis Pij V. quàm etiam vigore pragmaticæ Regni, num. 1.

DECISIO CCCCLXXVII.

1 FVit resolutum censum, de quo agitur, esse inualidum, & fœneratitium. Nam cùm huiusmodi contractus non fuerit celebratus, pecunia numerata coram Notario, & testibus, sed cùm credito prouenient ab euictione, pro qua enunciabantur obligati censum constituentes, inde sequitur nullitas census, & vsura, secundùm constitutionem sanctissimæ memoriæ Pij V. qui in constitutione census pro forma, & substantia requirit pecuniam præsentem, & illius numerationem, quam etiam sic intellexerunt Nauarr. *de vsur. num.* 88. & *cons.* 1. *num.* 1. *de empt. & vendit.* Ludou. Molin. *de iustit. & iur. disput.* 390. Honded. *consil.* 25. *num.* 33. *volum.* 2. vltra quòd ex pragmatica Regni, quæ datur, omninò reprobantur, & nulli, & inualidi, similes census declarantur, & altera pars, quæ agnoscebat difficultatem, non prætendit sustinere censum vigore Bullæ, sed per rescriptum ex gratia Sanctissimi, constito de vero credito, quod adhuc obtinuisse non docet; ideò mandarunt Domini, vt caperem resolutionem super dubio proposito, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. fideicommissi.

Lunæ 18. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Argumentum habes in summario.

SVMMARIVM.

Dotis executio fieri potest in bonis fideicommissarij, quando non adsunt alia bona, num. 1.

DECISIO CCCCLXXVIII.

1 DVbium proposui, an mandatum relaxatum ad instantiam Dominarum Magdalenæ, & Hieronymæ de Pallauicinis, sit exequendum super palatio, & domo, de quibus agitur, & pro qua summa? Quoad Dominam Hieronymam censuerunt Domini esse exequendum super palatio, & pro summa librarum 15000. quia mandatum fuit relaxatum ab Illustrissimo Mantica tunc Rotæ Auditore, etiam præcedentibus decisionibus Rotæ, & seruatis seruandis, & in vim sententiæ diffinitiuæ, & ideò cùm contra assignationem dotis nihil opponatur de excessiuitate, aut quòd Domina Hieronyma dotem suam fuerit consequuta super alijs bonis prouenientibus ab Alexandro eius patre, vel à Vincentio eius fratre, non videtur illi deneganda exequutio super palatio, quamuis etiam subiecto fideicommisso, cùm tueri se possit in negatiua, quòd non adsint alia bona, Dec. *cons.* 519. *propè fin.* Crauett. *consil.* 19. *col. vltim. num.* 18. Roland. *cons.* 19. *num.* 7. & 11. *vol.* 4. quia omnes loquuntur in terminis *Authen. res quæ, Cod. comm. de leg.* & alios recenset Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 73.

2 Cæterùm, quia sorores prædictæ prætendunt habere partem illius palatij, & illius possessionem per sententiam, & mandatum Rotæ coram Illustrissimo Platto, non tanquam ex bonis liberis patris, sed vti creditrices hæreditatis paternæ, Domini voluerunt particulariter videre, super qua parte palatij mandatum sit exequendum, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Burgen. distributionum de Viruiesca.

Veneris 22. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Consuetudo in quibus differat à præscriptione, & quando agi dicatur de præscriptione, & non de consuetudine, & è contra materia est practicabilis, & in contingenti casu ad hanc decisionem semper recurras.

SVMMARIVM.

Clerici residentes in Ecclesia, & inseruientes, lucrantur distributiones ratione interessentiæ debitas, & hoc habet locum etiam in dignitatibus, licèt non sit de Capitulo, necnon in beneficiatis, & Clericis, num. 1.

Præscriptio, & non consuetudo dicitur, quando agitur de auferendo alicui ius, & illud alteri applicando, num. 2.

Consuetudo non potest induci nisi ab habente potestatem, l. condenda, vel statuenda, num. 3.

Præscriptione acquiritur ius priuatis, & certis personis: ex consuetudine autem acquiritur ius in communi, & vniuersaliter omnibus, & contra omnes de populo, num. 4. *vbi plenè hæc conclusio exemplificatur, & num.* 5.

Consuetudo ex communi, & promiscuo vsu ius omnibus constituit, nec alicui specialiter prodest, nec nocet; præscriptio verò certum vsum habet illi, qui præscribit, eique vtilitatem, & ius acquirit, num. 6.

Consuetudo dicitur quando agitur contra plures, & indeterminatas personas, num. 7. *declara vt num.* 8.

Distributiones dandæ sunt secundum ordinationem cuiuslibet Ecclesiæ, declara vt num. 9.

Consuetudinis proprium est ius omnibus vniformiter quærere, num. 10.

Consuetudo aliquando à Doctoribus sumitur pro præscriptione, & è contra, num. 12.

DECISIO CCCCLXXIX.

1 DOmini censuerunt in casu, de quo agitur nos versari in præscriptione, non autem in consuetudine, quia Capiscolius inseruiendo, & residendo habet fundatam intentionem de iure communi ad lucrandum distributiones ratione interessentiæ debitas, tex. est *in cap. vnic.* cum ibi notatis, *de Cleric. non resident. in 6.* cuius dispositio procedit etiam in dignitatibus, licèt non sint de Capitulo, cùm loquatur, non solùm de Canonicis, & sic de Capitularibus, sed etiam de alijs beneficiatis, & Clericis, qui diuinis interfuerint, & in specie de dignitatibus, est text. in Conc. Trid. *sess.* 21. *cap.* 3. mandans distributiones inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes diuidi, & idem statuitur *in cap.* 12. §. *distributiones, sess.* 24. & ita fuit resolutum in hac causa 26. Aprilis 1610. coram bon. mem. Penia.

2 Vnde Capitulum prætendens eum inseruientem priuare dictis distributionibus quotidianis, & illas sibi acquirere, & inter Canonicos, & alios Capitulares diuidere, videtur tractare de auferendo ius illi competens, quo casu dicitur præscriptio, quæ resultat, quoties agitur de auferendo ius alicui, & illud alteri applicando, DD. *in cap. fin. de consuetud.* vbi Abb. *num.* 20. *vers. si Episcopus acquirit, vt solus possit corrigere*, Butr. *num.* 39. *vers. vnde cum tangatur*, Aym. *de antiquit. par.* 4. *num.* 31. & fuit resolutum in vna Toletana decimarum 21. Maij, & 27. Iunij 1586. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in alia Placentina voti 16. Aprilis 1599. coram bon. me. Penia: non autem

con-

consuetudo; quæ non aufert alteri id, quod applicat, Aretin. *cons.*23. *num.*11. Bald. *de præscript. quæst.*10. *n.*4. *part.*1.

3 Quæ confirmantur ex eo, quòd consuetudo, cùm sit altera lex, non potest induci, nisi ab habente potestatem legis condendæ, vel statuendæ, Butr. *vbi suprà, dicto n.*39. Barr. *cons.*136. *incip. Capitaneus patrimonij, n.*2. *&* 3. *lib.* 1. Alex. *cons.*173.*n.*12.*lib.*6. Molin. *de Hispan. primogen. lib.*2. *cap.*6. *num.*5. & fuit dictum in Caietana præcedentiæ prima Martij 1563. coram Robusterio, & in prædictis Toletana decimarum, & Placentina voti. Vnde cùm Capitulum non habeat auctoritatem statuendi, ne distributiones debeantur, Lap. *allegat.*42. *num.*1. *in fin.* & ibi addent. *littera C.* Milef. *in repertor. verbo consuetudo non valet, quod distributiones*, consequens est, vt nec habeat facultatem hoc inducendi per consuetudinem.

4 Vlteriùs huiusmodi distributiones Capiscolio ablatæ, siue acquirantur Canonicis vt singulis, cùm hoc respiciat fauorem certi generis personarum, dicitur præscriptio, Abb. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, n.*45. *vers. ego fateor, de caus. possess. & propriet.* Purpur. *cons.*115. *n.*18. Cæs. de Graff. *decis. vnic. num.*3. *de consuetud.* & fuit dictum in vna Corduben. decimarum 14. Martij 1608. coram R.P.D. Coccino, siue etiam acquirantur ipsi Capitulo, cùm illud vicem vnius sustineat, & sit persona ficta particularis, idem venit dicendum, Abb. *in cap. fin. n.*20. *vers. quia ius de consuetud.* Put. *decis.*387. *n.*4. *lib.*2. & fuit resolutum in suprà relatis Caietana præcedentiæ coram Robusterio, & Placentina voti coram Penia, ex sola enim præscriptione acquiritur ius priuatis, & certis personis, non autem ex consuetudine, ex qua acquiritur ius in communi, & vniuersaliter omnibus, & contra omnes de populo, quibus illud est proportionabile in fauorem, & præiudicium incertarum personarum, cùm sit lex non scripta, quæ omnibus debet esse communis, *cap. fin.* & ibi Abb. *dicto n.*20. Card. *num.*16. Butr. *num.*39. Geminian. *cons.*123. *n.*1. Balb. *vbi suprà, n.*3. Roland. *cons.*5. *n.*76. *lib.*1. Ruin. *cons.* 41. *n.*46. *lib.*1. & fuit dictum in allegata Corduben. redecimarum.

5 Quibus non obstat textus *in cap. cum omnes de constitut.* vbi iuxta consuetudinem Ecclesiæ omnes consueuerunt esse pares in hoc, quòd Canonici absentes fructus non perciperent, ex quo videtur inferri, quòd quamuis illud ius non percipiendi fructus in absentia quæratur pluribus, non vti vni corpori, sed vti singulis, nihil dicitur quæri ex consuetudine. Quia respondetur, quòd in dicto text. non detrahitur iuri personarum certarum, seu certi Collegij, quo casu esset præscriptio, & in suprà dictis, sed detrahitur æquè omnibus Canonicis absentibus, seu potius illis non acquiritur, quòd non est fauor, nec odium certæ personæ, cùm non sit certum quis erit absens ad fructus non percipiendos, & quis tunc temporis erit præsens ad illos lucrandos, vnde nimirum si in illo textu illa sit consuetudo, non autem præscriptio.

6 Vlteriùs respondetur, quia, prout tradit Couarru. *in reg. possessor. part.*2. §.3. *n.*2. *vers. potissimè*, consuetudo ex communi, & promiscuo vsu ius constituit omnibus, vt suprà dictum est, nec alicui specialiter prodest, nec nocet; vnde nec certus est aliquis, qui illam præscribat, nec contra quem præscribatur, & iste est casus propriè text. in dicto *cap. cùm omnes.* At verò præscriptio certum vsum habet illi, qui præscribit, eique vtilitatem, & ius priuatum acquirit, & deinde contra quendam priuatum instituitur, & dirigitur ad eius priuatum incommodum, iuxta Card. Corn. Aym. & alios ibi relatos, & hic est casus noster, in quo agitur de commodo certarum personarum, seu certi Collegij, nempe Canonicorum, & dignitatum, ac aliorum Capitularium Collegiatæ de Viruesca, quibus dictæ distributiones acquiruntur, & hoc contra Capiscoliom, cui illæ auferuntur, seu potiùs non aquiruntur, & ideò nimirum si sit præscriptio.

7 Minus obstat doctr. Butr. *in dicto cap. fin. n.*39. *vers. stat ergo conclusio*, quatenus tenet, quòd vbi agitur contra plures, & in determinatas personas, dicatur consuetudo, quia vltra, quòd Roch. *in eod. cap. fin. art.*5. *n.*3. *vers. considera tamen*, dicit, quòd quamuis illa doctrina sit pulchra, non tamen benè probatur illam particulariter discutiendo coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, Rota contra Butr. sensit in allegata Toletana redecimarum de Madrid 22. Iunij 1586.

Ex tantò minus prædicta doctrina Butr. potest applicari casui nostro, cùm in illo, vt suprà resolutum extat, agatur de auferendo à priuato, nempe Capiscolio, & de applicando priuatis, nempe aut singulis de Capitulo, aut ipsi Capitulo, quod fungitur in hac parte persona priuati, ex suprà dictis; vnde in casu nostro, nec ex parte agentis, nec ex parte patientis adest communitas, quæ patiatur, vel cui acquiratur; & cessat omnino dicta doctrina Butr. & adducta per Corn. *cons.*268. *n.*17. *lib.*4. cessatque etiam dispositio text. *in l. venditor,* §. *si constat, ff. com. præd.* vbi vocatur consuetudo, quòd ex lapidicinijs, & agro alicuius consitentibus possit quis, si voluerit, cedere, soluto prius salario domino agri, ibi enim aufertur à priuato, & acquiritur communitati, & nimirum si censeatur consuetudo, vt d. text. intelligit Abb. *in d. cap. fin. n.*20. & intellexit Rota in suprà dicta Placentina voti cor. bon. mem. Penia. 8

Nec facit, quòd distributiones sint dandæ secundùm cuiuslibet Ecclesiæ ordinationem, ex *dicto cap. vnic. de cleric. non resident. in* 6. Quia hoc intelligitur quoad modum, vel quantitatem dictarum distributionum, non autem, quòd nullo modo dentur interessentibus diuinis officijs, vt ibi declarat glos. *in verbo ordinationem*, & ibi Franch. *in* §. *statuimus, n.*2. *post glos. in cap.*2. §. *cæterùm, in verbo statutum de verb. signif. in* 6. 9

Non obstat decisio in causa Hispalen. voti 26. Nouembris 1594. coram Gipsio; quia in casu illius decisionis obseruantia, quòd familiares Episcopi non possent votare, erat apta vni hodie nocere, nempe familiari, & etas dissoluta familiaritate eidem prodesse contra alios in familiares assumptos, ideòque nil mirum si ex ea resultet consuetudo, cuius proprium est ius omnibus vniformiter quærere, ita vt vna pars non possit dicere contra alium ius quæsiuisse, quin & eodem modo alteri sit quæsitum, vt sunt verba Oldr. *cons.*284. *n.*2. Butr. *in dicto cap. fin. n.*49. *vers. aduertendum*; secus verò est in casu nostro, in quo obseruantia denegandi Capiscolio distributiones siue intersit diuinis, siue non est semper apta illi nocere, & nunquam prodesse. 10

Nec obstare visum fuit, quòd Capiscolius habeat præbendam extra mensam Capitularem, quasi in recompensam distributionum; quia eadem ratio militat in alijs dignitatibus, quæ tamen, si diuinis interfuerint, fruuntur quotidianis distributionibus, vt constat ex confessione Capituli in responsione ad positiones Capiscolij. 11

Tandem non obstant Doctores per informantes pro Capitulo allegati, qui vbi tractatur de lucrandis, vel amittendis distributionibus, vtuntur verbo *consuetudinis*, non autem *præscriptionis*; quia fuit responsum, quòd Canonistæ sæpè abutuntur istis vocabulis, & loco *præscriptionis*, vtuntur verbo *consuetudinis*, propter symbolum, & similitudinem, quam habent, vt dicit Aretin. *in cons.* 23. *num.*11. *post med. vers. in contrarium*, & Abb. *in cap. cum Ecclesia Volaterrana, num.*6. *de election. & Doct. in dicto cap. fin.* Vnde non debent inspici verba, sed potiùs effectus, qui est, quòd si consuetudo sit secundùm ius, sufficiat decennalis, si contra ius, quadragenaria, quæ est tempus sufficiens ad præscriptionem, & tunc huiusmodi consuetudo assumit sibi naturam præscriptionis, & potiùs dicitur præscriptio, Aym. *vbi suprà, num.*15. & fuit dictum in allegata Caietana præcedentiæ coram Robusterio. Ex quibus pro præscriptione fuit conclusum, &c. 12

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Melcuitana mercium.

Mercurij 27. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura explicantur notabilia. Primò, an emptor teneatur soluere pretium rei emptæ, imminente periculo euictionis. Secundò, & quid si euictio fuerit secuta per imprudentiam iudicis. Tertiò, numquid hæreticorum bona possint auferri, & deprædari. Quartò, an & quando hæretici admittantur in testi-

testimonium contra Christianos. Quintò, an venditor teneatur de euictione sibi lite mota non denunciata, & quomodo?

SVMMARIVM.

Emptor non tenetur soluere venditori pretium rei empta, quando eiusdem rei, aut euictio sequuta fuit, aut solùm lis desuper mota, n.1.

Euictio dicitur imminere in limine contractus, quando lis mouetur in re vendita ante pretium solutum, ibid.

Euictio, licèt non fuerit promissa, venit tamen cum suis appendicibus ex natura contractus emptionis, & venditionis, ibid. in fine.

Euictione non tenetur venditor, quando euictio sequuta fuit per imprudentiam iudicis, quod quando verum sit, num.2.

Sententias contrarias super eodem iure latas iura abhorrent, ibid.

Excipiens in exceptione dicitur actor, eamque propterea probare tenetur, ibid. in fine.

Bona hareticorum impunè auferri, & depradari possunt, num.3. vbi amplius, quod sufficit dominos dictorum bonorum esse subditos Regis haretici, declara pramissa, vt num.3. & 4.

Hareticus quis non prasumitur, ideo qui aliquem hareticum dicit, probare tenetur, n.3.

Testes haretici contra Catholicos nihil probant, nisi in casu difficilis probationis, n.4.

Testes inhabiles admittuntur in materia difficilis probationis, ibid.

Probatio eorum, qua gesta sunt in mare, dicitur difficilis, ibid.

Euictione quis non tenetur, non sibi facta denunciatione litis, & quomodo, n.5.

Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, ibid.

Paria sunt scire, vel scire posse, ibid. in fin.

DECISIO CCCCLXXX.

1 FVit resolutum sententiam de partibus, quæ condemnat Catherinam ad solutionem pretij mercium, esse reuocandam, etenim ad id non poterat condemnari, nedum sequuta euictione, prout fuit sequuta in proposito casu, ad *l.1. & l. cui ita, ff. de euict.* Azo *in summ. C. eod. tit. num.1.* Surd. *consil.36. num.9. & 11.* verùm etiamsi sola lis mota fuisset, quando enim lis mouetur ante pretium solutum, dicitur in limine contractus, *l. habitationum, §. fin. ff. de peric. & commodo rei vendita,* Soc. *cons.208. num.5. vers. secunda defensio,* Surd. *d.cons.36. num.14.* Rota in causa Romana vineæ coram Robustetio relat. inter diuers. impress. *decis.281. num.6. par.2.* & tali casu datur retentio emptori donec sibi caueatur de euictione, *l. si post perfectam, C. de euict.* Bald. *in l. non ideircò, C. de contrahen. empt.* Azo *in summa de euict. num.8.* Castr. *consil.46. num.2. vol.1.* Rota *d. decis.281. num.7. part.2.* cum alijs per Surd. *cons.36. num.11. & 14.* Nec facit, quòd euictio minimè fuerit promissa, quia illa cum suis appendicibus venit ex natura contractus emptionis, & venditionis, *l. non dubitabatur,* vbi Bald. *in princ. C. de euict. l. ex empto, ff. de act. empt. l. in vendendo, in princ. ff. de contrah. empt.* Surd. *decis.208. n.11.* latè Tiraquel. *de retract. lign. §. 29. glos. vlt. num.4.*

2 Non obstat, quòd euictio fuerit sequuta per imprudentiam iudicis, quo casu venditor minimè tenetur de euictione, *l. si per imprudentiam,* cum ibi notat. per Scrib. *ff. de euict.* quia fuit responsum, primò quòd ex quo nondum solutum erat pretium ad effectum illud retinendi modo quo suprà, sufficit litis motio, etiamsi adhuc nulla esset sequuta sententia, ex suprà alleg. Secundò, fuit dictum, quòd ad effectum vt sit locus *d. l. si per imprudentiam,* requiritur quòd iudex ita nulliter, & notoriè iniustè processerit, vt sententia nullum habeat colorem, prout quando non seruauit formam iudiciorum, vel pronunciauit ad fauorem absque vlla probatione, vt per Ang. *cons.176. n.2.* Alex. *in l. stipulatio ista, in princ. num.16. ff. de verb. oblig.* Dec. *consil.74. num.2.* Gozad. *cons.94. num.43.* Natt. *cons.181. num.2.* Rolan. *cons.45. num.22. lib.3.* Rota in causa Ferrarien. bonorum, Lunæ 19. Martij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio, & ista distinctio suadetur ex verbis ipsiusmet, *l. si per imprudentiam,* vbi Iurisconsultus non stetit in simplicibus terminis erroris iudicis, sed in redditione rationis, addidit verba, *si sordibus iudicis, aut stultitia, iniuria facta fuerit,* ex quibus apparet non intellexisse de errore iudicis, qui aliàs circa dubios iuris articulos contingere solet, & quidem sæpè, vt per Angel. Dec. & alios suprà alleg. sed de errore causato ex stultitia, vel corruptela iudicis, vt sonant illa verba suprà ponderata, aliàs si emptor, cui res fuit euicta, teneretur à capite incipere iudicium, & docere sententias super re euicta latas esse iustas, rari reperirentur emptores, & valdè esset præiudiciale commercijs, & contingeret etiam sæpè super eadem re, & super eodem iure contrarias sententias ferri, quod est contra mentem *l. vt in l.1.* & ibi glos. *verb. eundem iudicem, in fin. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem, & in l. cognitio, l. si pariter, l. si vsumfructum, ff. de liber. causa,* Imol. *cons.44. in fin.* In proposito autem casu tantum abest vt probetur ista notoria nullitas, & iniustitia, prout ponderandum esset per venditorem, cùm sit fundamentum illius exceptionis, in qua propterea fit actor. *l.1. ff. de except. l. quoties,* & ibi glos. *ff. de prob.* Oldrad. *consil.206. numero 2.* Castr. *consil. 201. numero 1. vers. nec obstat, lib.2.* quod imò ex mox dicendis constat de contrario.

Tertiò fuit responsum, constare de iustitia sententiæ, 3 propter quam sequuta fuit euictio, etenim ex testibus in partibus datis constat, quòd merces euictæ Catherinæ fuerunt per Equitem venditorem per vim ablatæ in mari quibusdam mercatoribus Anglis, vnde iustè fuit per iudicem demandatum illas restitui earum dominis, nec visa fuit suffragari replicatio, quod istæ merces potuerint deprædari, cùm essent penes mercatores Anglos, quibus iustè potuerunt auferri, tum quia sunt hæretici, *auth. nauigia,* vbi Bald. *in princ.* Salyc. *num.1. C. de furt. c. fin. §. nauigia,* & ibi Præposit. *in princ. tit. de stat. & consuet. contra libert. Eccles.* tum quia etiamsi non essent, sufficit quòd sint subditi Regis hæretici, seu infidelis, & diffidati, vt in Anconitana coriorum coram bo. me. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.611. numero 3. par.1.* quia fuit responsum, istam qualitatem, quòd mercatores essent hæretici, minimè fuisse probatam, cùm tanquam fundamentum exceptionis Domini Equitis debuisset probari, *l.1. ff. de except.* cum alijs suprà allegatis, maximè quia eo ipso, quòd quis est Christianus, præsumitur bonus, & Catholicus, iuxta not. & ibi glos. *verb. idoneus, de præsumpt. c. vnic. de scrutin. l. omnimodo. C. de inoff. testam.* Imol. *cons.44. numero 2.* Crau. *consil. 60. numero 7.* hæresis enim est maximum delictum, & propterea non præsumitur, ad *l. merito. ff. pro socio.* Bald. *in l. precibus, numero 21. C. de impub. & alijs substit.* Roman. *consil. 353. in fin.* Ias. *in l. qui iurasse, §. si pater, numero 8. ff. de iureiur.* Cephal. *consil. 76. num.23.* & licèt in Anglia adsit magna hæreticorum quantitas, attamen adsunt etiam plurimi Catholici, vt notum est, unde hæc species probationis redditur dubia, & æquiuoca, & proinde non suffragatur. *c. in præsentia, de prob. cum concord.*

Et circa illud, quòd subditi Regis infidelis, & diffida- 4 ti possint deroborari, vt in prædicta Anconitana coriorum coram Seraphino, fuit responsum, illam decisionem loqui de Hebræis, secus dicendum videtur in Christianis Catholicis, qui nedum ex eo, quòd opprimantur ab hæretico Rege, sunt deprædandi, quòd imò ex hoc sunt maiori commiseratione digni, & ita etiam seruatur in praxi cum Christianis subiectis Regi Turcarum, de quo loquitur prædicta decisio, ex quibus cessat etiam aliud obiectum, quòd deprædatio non fuerit probata, nisi per testes hæreticos, quorum testimonium minimè valet contra Catholicos. *c. si hæreticus. 2. q. 7. c. Iudas,* & ibi glos. *in verb. subiacere. de testib. l. penult. C. de hæret.* quia, vt suprà dictum est, non probatur, quòd isti Angli fuerint hæretici, quinimò quòd essent Catholici, adest attestatio Consulis Galliæ, cui Domini multum detulerunt. Vlteriùs fuit dictum, quòd vbi adest magna difficultas probationem, quòd etiam hæretici ad testificandum admittuntur, ex not. *in l. quoniam. C. de hæret.* Mascard. *de ind. par.2. c.5* num.

num.11. Cephal. *conf.227. num.30. lib.2.* Alciat. *in l.cunctos populos, n.10. C de summ. Trinit.* Nep. de mont. Alb. *de test. n.102.* & est generalis conclusio, quòd in materia difficilis probationis testes aliàs inhabiles admittuntur, *c. veniens, il 2. in fin. de test. c. fin. de test. cogen. l. consensum, §. super plagis, C. de repud.* Dec. *consil.342. num.3.* latè Gabr. *de test. conclus.7. num.1.* In proposito autem casu materia erat difficilimæ probationis, cùm deprædatio fuerit facta in mari, vbi non erant alij testes, quam difficultatem probandi gesta in mari, in specie animaduertit Bertrand. *consil.103. incip. viso processu, n.7. vol.2. par.2.*

5 Denique non obstare visum fuit, quòd ad hoc vt venditor teneatur de euictione, debet ad illum transmitti copia citationis factæ per aduersarium, & tenor libelli per illum dati, Rip. qui de communi, *in c. cùm M. n.163. de constit.* Couar. qui pariter de communi, *var. resol. lib.3. c.17. n.3.* quòd non fuit factum in proposito casu, quia fuit responsum id ex generali consuetudine non seruari in practica, vt attestantur Angel. *in l. emptor, n.2.* Bald. *n.4. C. de euict.* idem Angel. *in l. si cùm quæstio, in princ. & in l. empti, in fin. C. eod. tit.* Mascard. *de probat. conclus.614. num.12.* & magna quidem ratione, quia fundamentum illius conclusionis est, vt emptor sit certus de præteritione illius, qui vult euincere rem, quam certitudinem habet per relationem, quare denunciatio habet ad acta: vnde perinde est, ac si esset insertum in denunciatione, cùm relatum sit in referente, *l. asse toto, ff. de hered. instit.* Bart. *in l.1. in princ. ff. de recept. at.* Bald. *cons.331. n.5. lib.1.* Roman. *cons.301. n.14.* Crauett. *cons.45. n.4.* & fuit regula, quòd paria sunt scire, vel de facili scire posse, *l.2. §. fin. ff. quis orde in bon. poss. seru. l. si autem, in fin. C. de ingen. manumiss. l. in bonorum, ff. de bon. poss.* glos. *in c. per tuas, il 3. verb. intellexit,* & ibi Felin. *n.4. de simon.* Alex. *in l. insto, n.36. ff. de acquir. poss.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana liquidationis fructuom.

Mercurij 27. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione, & liquidatione fructuum, præsertim per instrumenta locationis, iuncta fama.

SVMMARIVM.

Probatis extremis media præsumuntur eiusdem quantitatis, & naturæ, n.2.

Fama in materia difficilis probationis, & concludens probatio, n.3.

Valor rei optimè probatur per testes affirmantes, quòd communiter eadem rei tanti vendebatur, n.4.

Testes deponentes de diuersis summis, concordantur in minori summa, ibid.

Instrumentum locationis probat quantitatem fructuum rei locatæ, etiam non probata exactione, quæ præsumitur, num.5.

DECISIO CCCCLXXXI.

1 REIntegrato D. Flaminio Anguillaria ad possessionem bonorum donatorum, & fideicommisso subiectorum, per sententiam Illustrissimi Cardinalis Plati, fuit in ea reseruatum ius eidem repetendi omnes fructus per D. Æmiliam hæredem D. Virginij Anguillatæ malè perceptos & occupatos: vnde dubitatur hodie, an fructus sint liquidati, & vsque ad quam quantitatem? Et cùm fructus prædicti prouenirent ex diuersis speciebus bonorum, scilicet molendino, furno, iurisdictione, seu banchæ, hospitij, & responsionibus terrarum, ita in vnaquaque specie eorum fuerunt examinatæ probationes.

2 Et quoad fructus molendini, dixerunt Domini probari quantitatem in rubris 40. grani pro quolibet anno, & pro annis nouem, ab anno scilicet 1589. quo possessionem ingressa fuit vsque ad annum 1597. quo d. D. Æmilia dictam possessionem bonorum relaxauit. Datur enim instrumentum locationis pro duobus vltimis annis 96. & 97. ad rationem rubrorum 40. & cum obligatione Camerali, & duo testes, nempe secundus & quartus, qui fuit factor, deponunt molendinum prædictum solere locari ad rationem rubrorum 60. & 65. sed 4. dicit de 40. incirca. Et quamuis non concludant de tempore quo possedit D. Æmilia, sed antè, scilicet quando erant in possessione Auersus & Flaminius, sufficit tamen ad effectum liquidationis, quia probatis extremis, media præsumuntur eiusdem quantitatis, vt fuit dictum in vna Romana vineæ coram me 20. Iunij 1611.

Et vlteriùs pro alijs annis, concurrit fama benè probata per primum & tertium testem, ita vt in hac materia difficilis probationis quæ contentatur leuioribus probationibus, videatur concludens probatio, Bald. *in l.1. n.22. C. de fruct. & lit. expens.* Surd. latissimè *cons.293. n.31. vol.2.* & sæpè fuit decisum. 3

Valor autem probant primus, secundus, & quartus, testes in summario dati, affirmando de communi valore, & quòd communiter tanti vendebatur, quæ probatio optimè concludit Pinell. *in l.2. part.3. c. fin. n.17. C. de rescind. vendit.* Natt. *cons.332. n.2.* Quod etiam fuit firmatum in Romana vineæ de Fabijs 26. Maij 1603. coram bon. mem. Litta, & coram me in Visen. liquidationis fructuum 16. Nouembris 1612. Et testes prædicti conueniunt in scutis quinque pro quolibet rubro, quæ est minor summa, cui Rota solet adhærere, quia in maiori minor semper continetur, etsi testes in ea specificè non concordent, Afflict. *decis.240. n.5.* Cæsar de Grass. *decis.10. n.5.6. & 7. de testib.* Verall. *decis.299. par.3.* 4

Pro alijs fructibus, scilicet, furni, iurisdictionis, hospitij, & responsionum, fuit dictum, quòd expectaretur melior liquidatio, salua tamen parte fructuum, & pro annis, pro quibus apparent locationes, cùm non agatur de probanda perceptione, aut possessione D. Æmiliæ, quæ benè probatur per testes datos in summario: sed de quantitate fructuum, quæ iustificatur per solum instrumentum locationis, quamuis de exactionibus non doceatur, cùm præsumantur exacti à possessore, qui facultatem exigendi, & percipiendi habuit, *l. Iulianus, §. ex vendito, in fine,* & ibi Castr. *col. fin. n.5. vers. item oppono, ff. de action. empt.*, Natta post alios *cons.384. n.2.* &c. 5

R. P. D. PIROVANO.

Romana liquidationis fructuum.

Mercurij 27. Martij 1613.

DECISIO CCCCLXXXII.

Est eadem cum superiori.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Asten. fructuum tempore residentiæ.

Mercurij 27. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione statuti, disponentis debere per Canonicos solui omnes expensas & taleas, iuxta taxationem à Capitulo faciendam, & renitentes esse compellendos per retentionem distributionum quotidianarum, an scilicet tale statutum inducat priuationem distributionum quotidianarum in renitentibus soluere, & an habeat locum in proposito.

SVMMARIVM.

Distributiones quotidianæ debentur interessenti diuinis officijs, n.1.

Fructus beneficij debentur residenti, ibid.

Statuti Capituli iuri communi contraria antequam à Sede Apostolica confirmentur, non sunt attendenda, ibid.

Priuationis pœna non habet locum nisi expressè, & specificè sit imposita, n.2.

Oblatio (licèt verbalis) facta in iudicio, habet vim consignationis, n.3. vbi maximè stante deposito.

Conditio quæ de iure tacitè inest, nihil operatur, ibid.

Sequestratio solet fieri penes tertium, n.4.

Compensatio ad euitandam pœnam, & purgandam moram, fit ipso iure, ibid.

Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, n.5.

Qualitates à statuto requisitas probare debet qui se fundat in statuto, ibid.

Statutum tollens exceptiones, non tollit eas quæ de iure competunt, n.6.
Statutum contra contrauenientes intelligitur contra contrauenientes de facto, non autem de iure, ibid.
Præpositus non venit appellatione Canonicorum, n.3.
Præpositura est dignitas, ibid.
Canonicatus non est dignitas, ibid.
Statuti verba sunt strictè intelligenda, ibid. vbi maximè in materia pœnali.

DECISIO CCCCLXXXIII.

1 CVm præsupposito, quòd Præpositus residentiam fecerit, dubitant an illi agenti ad fructus, & distributiones dicti temporis, obstarent statuta? Et Domini negatiuam partem sunt amplexi, moti ex eo, quòd cùm resederit, ei debentur fructus, & cùm diuinis interfuerit, distributiones quotidianæ, *c. vnic. de cler. non resid. in 6.* Nec obstant statuta Ecclesiæ, quia adest decretum visitatoris Apostolici, mandans illa tamquam iuri communi, & decretis Concilij contraria in melius reformari, & ad huiusmodi effectum Capitulum dedit mandatum ad petendum confirmationem à Sede Apostolica, qua confirmatione pendente, non videntur posse obstare, vt fuit dictum in vna Vercellien. optionis 19. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Caualerio.

2 Præterea duo statuta, nempe quartum & trigesimumoctauum, quæ disponunt solui communes expensas, & taleas, iuxta taxationem à Capitulo faciendam, non videntur intrare, cùm solùm dicant renitentes soluere esse conpellendos per sequestrationem fructuum, & retentionem distributionum, & non procedant vlteriùs priuando, vnde per illa non videtur Præpositus priuandus fructibus, & distributionibus per eum acquisitis, ex quo pœna priuationis non habet locum, nisi expressè, & specificè sit imposita, *glos. verb. ex vi iurispatronatus, in cap. fin. de iur. patr.* vbi Abb. *num.*8. Crescent. *decis.9. n.1. de probat.* Caputaq. *decis.98. n.3. par.3.*

3 Et ad summum veniret priuandus tantùm pro rata expensarum, & talearum sibi tangen. quas tamen obtulit soluere, & depositum fecit, quæ oblatio licèt verbalis, cùm fuerit facta in iudicio, habet vim consignationis, præsertim stante deposito, Corn. *cons.*291. *num.*2. *lib.*3. Caputaq. *decis.*208. *n.*11. *par.*1. Achill. *decis.*2. *de locat.* & licèt depositum fuerit conditionale, dummodo scilicet taleæ essent legitimæ, & iuridicæ, tamen nihil refert, cùm huiusmodi conditio de iure tacitè inesset, *l.3. ff. de leg.*1.

4 Vlteriùs cùm statuta tantummodo disponant, renitentes compelli per sequestrationem fructuum, & distributionum, non potest Capitulum ex se, & propria auctoritate illos percipere, sequestratio enim solet fieri penes tertium, *toto tit. de sequestr. possess. & fruct.* Maximè quia dicti fructus, & distributiones solui debent ab ipso Capitulo, vnde ad euitandam pœnam, & purgandam moram ipso iure censeri debet facta compensatio cum prædictis expensis, & taleis ab ipso impositis, Paris. *cons.*121. *n.*39. *lib.*1. Tiraq. *de retract. lignag.* §.3. *glos.*3. *n.*4. Caput. *decis.*108. *n.*10. *par.*2. Gabr. *de iur. iur. concl.*7. *n.*9. & 10. & fuit dictum in vna Elboren. Commendæ 3. Iulij 1600. coram bon. mem. Penia.

5 Quibus accedit, quòd statutum de taleis obstare non potest quoad distributiones quotidianas, cùm importet solummodo pœnam priuationis fructuum, quorum appellatione illæ non veniunt, *c. vnic. de cler. non resid. in 6. & c. vlt. § in illis de conc. præb. eo. lib.6.* Rota *decis.8. de præb. in nou.* Pur. *decis.*489. *lib.*2. Cæs. de Grass. *decis.*5. *n.*4. *de præb.* Caput. *decis.*65. *num.*3. *par.*1. & *decis.*330. *n.*2. *par.*1. *diuers.* Couar. *var. resol. c.*13. *in princ. lib.*3. Vlteriùs illud mandat assignari terminum ad soluendum, quem cùm Capitulum non doceat, Præposito assignatum fuisse, non potest se iuuare dicto statuto, quia fundans se in statuto, debet probare omnes illius qualitates obseruasse, Socin. *cons.*55. *n.*1. *lib.*1. Nat. *cons.*388. *n.*1. Paris. *cons.*62. *n.*38. *vol.*4. Ceph. *cons.*256. *in fin.*

6 Et ex his etiam cessare videtur aliud statutum *in c.49.* disponens, quòd contrauenientibus statutis, denegentur fructus, & distributiones, cùm enim hoc casu contrauentio à statuto desiderata sit per Capitulum, concludenter probanda, ex Paris. & alijs suprà adductis, præsertim ad effectum incurrendi pœnam, tantum abest, quòd illum probauerit, cùm imò de contrario constet, ex supradictis. Nec contrauentio deduci potest ex eo, quòd Præpositus petierit copiam talearum, & alias exceptiones opposuerit, quia non propterea dicitur contrauenisse, cùm exceptiones de iure competentes numquam per statutum censeantur sublatæ, Specul. *in tit. de obligat. & solut.* §.1. *num.*4. & ibi Bald. *in addit. in princ.* Felin. *in c. causam quæ n.*21. *de rescript.* Bertaz. *de claus. glos.*1. *claus.*22. *n.*1. & huiusmodi statutum loquens de contrauentione, est intelligendum de illa, quæ de facto, non autem de iure fit, ne aliàs dicatur irrationabile.

Vltra quòd statutum non videtur habere locum in Præposito, cùm tantùm loquatur de Canonicis, quorum appellatione non venit Præpositus, qui alijs præponitur, & de iure est dignitas, *c. quamuis,* vbi glos. *de verb. signif.* Canonicatus autem non, *c. statutum de rescript. in 6.* & ibi Franc. *in princ.* Achill. *decis.*1. *n.*2. *de rescript.* præsertim cùm simus in materia pœnali, & in statuto, cuius verba sunt strictè intelligenda, *l.3. §. hæc verba, ff. de negot. gest.* Natt. *cons.*11. *in fin.* Surd. *decis.*313. *n.*4. 7

R. P. D. PIROVANO.

Legionen. decimarum.

Mercurij 27. Martij 1613.

ARGVMENTVM.

Decimæ an per Commendatarios debeantur magno Magistro existenti in earum exactionis quasi possessione.

SVMMARIVM.

Decima sicut debentur parocho, ita etiam debentur magno Magistro curam vniuersalem animarum exercenti intra limites suæ mensæ magistralis, n.1.
Decimas exigendi quasi possessio etiam probata in parte, releuat in totum propter effectum tituli vniuersalis, n.2.
Præscriptio ex possessione inducta non extenditur vltra quàm sit possessum, n.3.

DECISIO CCCCLXXXIV.

PRo informante fuit resolutum, nempe decimas panis, granī, & aliorum seminatorum in Dehessa oppidi de Villa franca spectare ad mensam magistralem, fundat enim intentionem suam in dispositione iuris, cùm magnus Magister exerceat curam vniuersalem animarum per clericos ad nutum amouibiles intra limites dominij mensæ magistralis, & ideò sicut parocho decimæ debentur, ita & mensæ magistrali, penes quam iura parochi resident, *cap. cum contingat de decim. cap. ad decimas, de restit. spoliat.* & pro ista religione sancti Iacobi aliàs fuit decisum coram R. P. D. Decano in Toletana decimarum 17. Nouembris 1603. concurrit etiam stabilimentum religionis disponens, quòd Commendatores soluant decimas Conuentibus. 1

Ac demum suffragatur possessio vniuersalis ipsiusmet mensæ respectu istius Dehessæ, de qua deponunt testes examinati, qui etsi concludant in parte Dehessæ, releuat tamen quoad totam, propter effectum tituli vniuersalis, Alex. *cons.*68. *n.*18. *lib.*2. Bald. *de præscript. part.*2. *quæst.*2. *num.*17. Rebuff. *de decim. quæst.*14. *n.*18. Rota in Hispalen. iuris votandi inter impress. 17. *n.*10 *par.*2. *diuers.* 2

Et ex prædictis cessare videtur fundamentum Commendatarios deductum ex possessione herbarum, & animalium, quasi ex mutatione seminis in terris ad herbam relictis debeatur decima de noua cultura vigore subrogationis, nam vbi deficit ius vniuersale, & reale, quod est penes mensam magistralem, & sic terram concernens, non autem speciem fructuum, vt considerat Anchar. *in cap. cum in tua de decim.* possessio Commendatoris non extenditur de specie ad speciem fructuum, propter resistentiam iuris, sed tantum est præscriptum, quantum possessum, Put. *in nouis impress. decis.*102. *lib.*1. Mohed. *decis.*7. *de præscript.* & ideo si possessio est circa herbas, & animalia illius Dehesæ, præscriptio non excedet speciem illam decimarum. Et ita fuit resolutum, &c. 3

R. P. D. PIROVANO.

Perusina de Bigazzinis.

Veneris 19. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Soluuntur in hac decisione plures nullitates oppositæ contra processum, & præsertim ex defectu iurisdictionis, & testium examinis, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Iudex tamquam subdelegatus de iure non potest committere Notario causa testium iuramentum, n.3.

Testes examinandi de stylo, & consuetudine Curiæ Perusinæ, inducuntur coram Notario actuario, & in eiusdem manibus de mandato iudicis defertur iuramentum, & hic stylus, & consuetudo approbatur à Rota, ibid.

Citatio ad videndum iurare testes intra decem dies, an, & quando valida sit, n.4. & 5.

Citatus comparens facit citationem de inualida validam, num.4. in fine.

Citatio ad videndum examinari testes de manè hora tali sustinetur, & valida est, n.5.

Subdelegatus iudex non potest excedere fines suæ iurisdictionis, & excedendo nulliter agit, n.6.

DECISIO CCCCLXXXV.

1 NVllitates oppositæ processui facto coram Archipresbytero Perusino fuerunt multæ. Prima, ex defectu iurisdictionis bon. me. Peniæ, qui excessit fines suæ commissionis; secunda defectu iurisdictionis subdelegati, ratione pariter excessus, seu iurisdictionis; tertia ex defectu citationis Procuratoris Dominæ Catherinæ; quarta propter omissionem solemnitatis à iure requisitæ in recipiendis iuramentis testium; quinta & vltima, præcedenti consimilis, propter citationem nimis vagam ad videndum iurare testes.

2 Domini primam, tertiam, quartam & quintam non obstare existimarunt. Prima namque visa est Dominis posse euitari, quia etsi commissa causa videatur ad probationem excessus restricta, ibi, *vel si magis placet, committatur alteri Auditori Rotæ, qui præfixo termino ad docendum de excessu, & nihil quod releuet docto procedat ad vlteriorem, & finalem executionem*; tamen & illud videtur necessarium pro finali executione excludere excessum, propterea si in termino præfixo Domina Faustina vel docuisset, vel non docuisset de excessu, pro iustitia tamen vlterioris, & finalis executionis, potuit Comes Bigazzinus docere de meliori liquidatione ad eam sustinendam. Nec obstat, quòd huiusmodi liquidationem Rota non admisisset, cùm tenderet ad nouum examen post dicta testificata, & sententia lata super liquidatione; nam si nouum examen emanatum fuisset super comprobatione prioris liquidationis, motiuum intraret; secus verò quando, vt in præsenti, facultas subdelegato concessa est, non ad liquidandum fructus iam liquidatos, sed eos, qui nondum fuerunt liquidati, quod admittitur secundùm Gabriel. *conclus.21. de testibus*.

3 Quarta verò optima ratione saluatur, nam etsi iudex tanquam subdelegatus, de iure non possit committere iuramentum testium Notario, Caputaq. *decis. 107. part.1. & decis.266. part.3.* Crott. *in tract. de testib. part.7. num.36.* tamen vltra, quòd huiusmodi iuramenta fuerunt reperta in manibus iudicis in termino citationis, ita vt Domina Faustina potuerit esse certa, coram quo comparere posset, dicitur etiam quòd de stylo, & consuetudine Curiæ Perusinæ testes examinandi inducuntur coram Notario actuario, & in manibus eiusdem de mandato iudicis defertur iuramentum de veritate dicenda, quem stylum Curiarum Rota solet attendere, Verall. *decis. 265. part. 3.* & fuit dictum ex sola fide exhibita de stylo prædicto in Ianuen. pecuniaria coram R. P. D. Vbaldo 16. Martij 1612. & antè, coram bonæ memoriæ Penia in Toletana decimarum de Sacadon 16. Februarij 1590.

4 Tertia, & quinta tollebantur, quia, etsi ratione temporis decem dierum, intra quos iuramentum testibus erat deferendum, videatur larga citatio propter difficultatem custodiendi, & testes, & Notarium intra tempus prædictum, secundùm Put. *decis.258. lib.1. in fine*, tamen Cæs. de Grass. *decis.9. de senten. & re iudic. n.6.* dicit non procedere ad effectum repellendi testes, præsertim si ex stylo Curiæ, in qua recipiuntur, taliter soleant fieri, ac etiam quando pars citata comparuit, & hoc idem postea Rota moderna firmauit in allegatis decisionibus Toletana decimarum, & Ianuen. pecuniaria, & in facto etiam apparet, quòd Franciscus Procurator in causa constitutus die 5. Martij citatus die 8. eiusdem comparuit, vt ex processu apparet *fol.23.* itaut in hac parte cesset, & tertia nullitas, cùm maiores diligentiæ per affixionem, & domi habitationis magis deseruiant pro cautela, quàm quòd super illis processus formetur; comparens enim facit citationem de inualida validam, Felin. *in cap. illud n.8. de præscript.*

Non obstat, quòd allegatæ decisiones Ianuen. & Toletan. videantur procedere intra terminum probatorium, de quo non apparet in præsenti, quòd fuerit præfixus: sed hoc in facto non est verum, quia fuit præfixus terminus probatorius duorum mensium die 21. & 23. Februarij, vt in processu *fol.11.* à tergo, & *fol.13.* & quæ dicuntur de seruitute assistendi Notario pro singulis diebus, & horis, & pro toto termino probatorio, non erit reprobanda ratione loci, in quo testes veniunt examinandi, præsertim cùm huiusmodi citatio sit restricta ad horas præcisas, nempe de manè ab hora 16. vsque ad 18. & de serò ab hora 20. vsque ad 24. vt in processu *fol.11.* à tergo, & *fol.13.* ex qua specificatione horarum tollitur acerbitas seruitutis. 5

Maior difficultas remanet respectu secundæ nullitatis ex defectu facultatis iurisdictionis subdelegati, cuius iurisdictio fuit restricta ad probandum alios fructus perceptos per Dominam Faustinam, & non liquidatos per Dominos Comites Bigazzinos. Nam si subdelegatus processit ad liquidationem fructuum, qui aliàs fuerunt liquidati, videtur processisse sine iurisdictione, & nulliter, Gemin. *cons.57. n.1.* Angel. *cons.138. n.1. in fine, & n.2.* Gail. *lib.1. obseruat.35. n.4.* & consequenter subsequens disputatio super noua liquidatione fructuum remanet otiosa propter inualiditatem examinis testium. Sed in facto examinatis processibus coram R. P. D. meo Cauallerio, qui super liquidatione iudicauit, & coram bon. mem. Penia, qui literas subdelegationis relaxauit, compertum fuit testes super 4. 6. 9. 10. 11. 12. 19. 20. esse validè examinatos: super alijs autem, cùm esset articulata maior quantitas, & valor, sed ex diuersis causis ab eis, quæ expressæ fuerunt in primo processu, Domini reseruarunt particulariter videre, an iurisdictio subdelegati in hac parte subsistebat, &c. 6

R. P. D. SACRATO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Acheruntina parochialis.

Veneris 19. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Gratia iustificanda est in omnibus narratis in ea, præsertim in his, in quibus est fundata gratia, etiam quòd narratiua concludat negatiuam.

SVMMARIVM.

Gratia iustificanda est in omnibus narratis in ea, præsertim in his, in quibus principaliter gratia est fundata, n.1.

Gratia iustificanda est, etiam quod narratiua includat negatiuam, n.2.

Negatiua probanda est ab eo, cuius intentionis est fundamentum, ibid.

DECISIO CCCCLXXXVI.

COntra Ioannem Baptistam informantem fuit tentum gratiam non fuisse iustificatam, etenim ipse impetrauit parochialem, de qua agitur, ex eo quòd per Ordinarium fuerit de illa prouisum Io. Bernardino de Quærsis præter, & contra formam Sacr. Trid. Conc. & proinde quod vacaret, vt priùs, & illius collatio esset deuoluta ad S. Sedem Apostolicam, iuxta constit. Pij Papæ V. Quæ quidem narratiua, quòd Ioannes Bernard. fuerit prouisus præter, & contra formam Sacr. Trid. Conc. nullibi probatur; cùm tamen omnia narrata sint probanda, *cap.2.* vbi Abb. *n.3.* Rip. *n.29. de rescript.* Cæs. de Grass. 1

decis.15.n.1.de prob. Verall *decis.158.n.1.par.1.* maximè in illa parte, in qua gratia principaliter est fundata, Rota in causa Marsicana beneficiorum 5. Iunij 1577. coram Clemente Papa VIII. relata inter diuers. impress. *decis.* 208. *num.* 3. *& 4.part.* 1. in Hispalen. pensionis 12. Martij proximi coram R. P. D. Pirouano.

2 Quod procedit, etsi narratiua concludat negatiuam, prout in effectu concludit in hoc casu, nempè quia non fuerint affixa edicta, & factus concursus, iuxta form. Sacr. Trid. Conc. quia etiam negatiua est probanda, quando est narrata, & gratia fundatur in illa, Paris. *cons.* 138. *num.* 2. *lib.* 4. fuit dictum in causa Burgen. Canonicatus 6. Martij 1606. coram Reuerendissimo Bononien. & in Ripana beneficij 17. Aprilis 1600. coram me. Et in individuo de negatiua facti concursus dixit Rota in causa Salamantina parochialis 21. Iulij 1593. coram bon. mem. Orano. Et in Aretina parochialis 27. Iunij 1595. coram eodem, & est regulare in alijs materijs quòd negatiua est probanda, quando est fundamentum intentionis, glos. *in l.* 5. *vers. negatiua qualitatis, ff. de prob.* Gemin. *in cap.* 1. *num.* 3. *de confess. in* 6. Alex. *cons.* 39. *in princ. lib.* 1. Crauett. *cons.* 112. *n.* 6. cum alijs per Gabriel. *de prob. conclus.* 6. *n.* 1. *cum pluribus seqq.* & prædicta habent locum, etsi probatio sit valde difficilis, prout in terminis non publicationis resignationis, iuxta constit. eiusdem Pij V. tenuit Rota in causa Palentina, & Oxomen. præstimoniorum 11. Martij 1594. cor. bon. mem. Penia, in dicta Ripana beneficij 17. Aprilis 1600. coram me, & alibi, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Signina pœnarum.

Veneris 19. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Testis vt falsitas euitetur, & contrarietas concordatur per subauditum intellectum. Testisque cæcus potest etiam deponere de his, quæ percipiuntur per alium sensum, quàm per sensum visus.

SVMMARIVM.

Testis vt falsitas & contrarietas euitetur, debet concordari, vt n. 1.

Testis cæcus potest deponere de his, quæ percipiuntur per alium sensum, quàm per visum, n. 2.

Visus potest adaptari etiam ad alios sensus corporis, & maximè ad oculum intellectus, ibid.

DECISIO CCCCLXXXVII.

1 REproposita causa super resolutis 21. Maij præteriti, strictè tamen ad tres testes secundi examinis, Domini in decisis steterunt, ex rationibus, & fundamentis in decisione tunc facta adductis. Quibus non obstat, quòd secundus testis dixerit, numquam se fuisse præsentem exactioni pœnarum, de quibus agitur, & sic non posse testificari de visu, prout requiritur ad probandam immemorabilem. Quia fuit responsum eundem testem priùs in alijs interrogatorijs deposuisse, quòd ipse soluit pœnam Camerario, & vidit alios condemnatos eidem Camerario soluisse: vnde dum postea ad 17. interrogatorium deponit se numquam fuisse præsentem exactioni, intelligi debet, exceptis casibus ab ipso suprà expressis, in quibus præsens fuerat, & sic debet intelligi vt falsitas & correctio in continenti euitetur, maximè quia ipsemet testis se refert ad dicta in præcedentibus interrogatorijs.

2 Nec facit, quòd istemet testis dicat nescire, *se si fiari scosso, o no*, quia imò dicit, *se si fiaricorso, o no*, & sic loquitur de recursu ad Dominum Ducem, non autem de exactione pœnarum. Minus obstat, quod tertius testis sit cæcus, & sic non possit probare quadragenariam de visu; quia cùm agatur de probandis exactionibus, de quibus ille potest esse certus per alium sensum, ex quo sunt etiam perceptibiles per auditum, optimè probat Butr. *in cap.* 2. *num.* 17. *de consuetud.* Alexand. *cons.* 24. *num.* 10. *lib.* 2. Visus enim potest adaptari etiam ad alios sensus corporis, maximè ad oculum intellectus, glos. *in l. quod meo, §. penult. verb. non minus, ff. de acquir. possess.* Bart. *in l. item apud, §. si quis sic num.* 1. *de iniur.* quia, vt inquit Bald. *in rubr. C. si ex fals. instr. n.* 6. omnis veritas mente percepta cooperante ratione sensitiua potest visus appellari.

Contra vero octauum testem nihil releuans adduci visum fuit, & ideò ex prædictis & alijs in decisione adductis Domini steterunt in decisis, &c. 3

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Calaguritana beneficij de Fuen. maior.

Lunæ 22. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Approbatus ab examinatoribus admitti debet ad beneficium, etiam quòd inter plures ipse solus approbatus fuerit.

SVMMARIVM.

Auditor Rotæ poterit absque commissione prouidere de beneficio coram eo præsentatum, n. 1.

Approbatus idoneus ad beneficium curatum ab examinatoribus, si solus approbatus fuerit, admitti debet ad beneficium, super quo fuit examinatus, ibid.

Examinatores non coguntur ex pluribus examinatis plures approbare, sed sufficit, quod vnum tantum approbauerint, si vnum solum idoneum repererint, ibid. & per totum.

Si verò *dictio est aduersatiua præcedentium, n.* 2.

Clericus præsumitur idoneus ad beneficia simplicia, ibid. in fine.

Appellatio datur à relatione examinatorum, n. 3.

DECISIO CCCCLXXXVIII.

FVit resolutum beneficium præuia noua præsentatione coram me fienda per beneficiatos de patribus esse adiudicandum Andreæ, iuxt. form. *Clem. auditor. de rescript.* Quòd autem Andreas sit solus præsentandus, & illi adiudicandum beneficium, fuit per DD. resolutum, quia ipse solus fuit per examinatores synodales approbatus ad curata, vnde illi soli debetur beneficium vigore motus proprij Clementis PP. VIII. quæ approbatio minimè visa fuit vitiari, ex eo quòd examinatores non retulerint etiam super alijs oppositoribus examinatis, vt in hac eadem causa fuit dictum 13. Februarij 1612. coram bon. mem. Penia, quia Domini diligentius ponderatis verbis Clementis VIII. existimarunt quòd quando examinatores reperiunt vnum tantùm idoneum ad curam animarum, quòd illum solum possit approbare, nulla de alijs facta mentione, verba enim Breuis sunt ista, *& absoluto examine omnes idoneos respectu scientiæ ad curam animarum exercendam in d. examine repertos quotquot fuerint, licet ætas in eis desit, referre teneatur,* &c. *si vero nullus inter opposituros ad curam animarum exercendam idoneus existat, vt præfertur, referant omnes quotquot ex dictis oppositoribus ad beneficium simplex, & sine cura obtinendum idoneum iudicauerint,* &c. 1

Ex quibus verbis duo colliguntur, primum, quòd examinatores non tenentur facere mentionem nisi de idoneis, ibi, *omnes idoneos*, &c. *referre teneantur*, eo enim ipso, quòd Papa istos tantùm includit, cæteros videtur excludere, ad *l. cùm prætor. de iud. cum concord.* Secundum est, quòd examinatores non teneantur facere mentionem de existentibus in secundo gradu idoneitatis, nempe de idoneis ad beneficia simplicia, donec adsint idonei in primo gradu, nempe ad curam animarum, vt colligitur, ibi, *si vero nullus*, &c. dictio enim, *si vero*, est aduersatiua, *l. si vero, ff. mand. l. si vero, ff. solut. matr. l. si ita scriptum, in princ.* & ibi Bart. *in* 5. *ff. de liber. & posth.* Bald. *cons.* 412. *n.* 1. *lib.* 1. Abb. *cons.* 63. *in fin. lib.* 1. vnde non obstat, quòd Thomas saltem esset idoneus ad simplicia, prout est istud, de quo agitur, cùm ad simplicia quilibet Clericus præsumatur idoneus, Abb. *in cap. fin. n.* 5. *vers. vlt. noto*, Felin. *n.* 1. *de præs.* Lambert. *de iur. patr. part.* 1. *lib.* 2. *artic.* 2. *q.* 10. *princ. n.* 3. Rota in causa Capuen. beneficij 16. Iunij 1600. coram me, quia, vt dictum est, examinatores non tenebantur facere mentionem de idoneis ad simplicia, donec extabat aliquis idoneus ad curata. 2

Voluerunt autem Domini fieri nouam præsentationem à beneficiatis antequam deueniatur ad adiudicationem, 3

quia,

quia, vt aliàs fuit resolutum coram bon. mem. Penia in decis. suprà alleg. præsentatio, & institutio factæ in partibus de persona Andreæ fuerunt attentatæ tamquam factæ post appellationem interpositam pro parte Thomæ à relatione examinatorum, quæ appellatio fuit illi de iure licita, vt Rota censuit in causa Calaguritana portionis de Amarita 27. Iunij 1375. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis.6. num.1. part.2.* in Neapolitana Capellaniæ de mense Decembris 1562. coram Oradino, & alijs in decis. dicti Peniæ relatis. Et ex hoc quòd fiat noua præsentatio, cessat obiectum attentatorum, de quibus in prædicta decis. D. Peniæ, quia attentata subsequuta non vitiant anteriorem relationem ad fauorem Andreæ.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Capnana rectoriæ.

Lunæ 22. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Beneficium ex quibus cognoscatur, quòd sit curatum, vel simplex, & in proposito ad hunc effectum, an, & quando attendatur eiusdem beneficij vltimus status.

SVMMARIVM.

Beneficium præsumitur simplex, & non curatum, & impetrans illud tamquam simplex, non indiget alia iustificatione, n.2.

Beneficium, an sit simplex, vel curatum, vltimus status attendendus est, ad validitatem collationis, n.1.

Beneficium vt dicatur curatum, quatuor requiruntur, de quibus, n.2.

Supplicans, & impetrans beneficium censetur fateri omnia contenta in supplicatione, ibid.

Dominium significatur per casum genitiuum, ibid.

Beneficij cura non potest esse penes duos, n.3.

Rectoriæ nomen sonat in beneficium curatum, ibid.

Rector Ecclesiæ percipiens oblationes præsumitur habere curam beneficij, ibid.

Decimas percipiens præsumitur habere curam Ecclesiæ, cuius decimas percipit, ibid. in fine.

Gratia iustificari debet in his quæ respiciunt facti narratiuam, n.4.

Beneficij vltimus status numquid attendatur quando constat de contrario statu anteriore, ibid.

Constitutio synodalis facta in exequutionem decreti sancti Concilij Tridentini valet etiam non confirmata à Papa, ibid.

Beneficij status non præscribitur minori spatio 30. aut 40. annorum, ibid. in fine.

DECISIO CCCCLXXXIX.

1 DOmini perstiterunt in decisis vltimo loco cor. bon. mem. Penia, quòd scilicet Rectoria impetrata per D. Paulum Bomplanum tamquam beneficium simplex, verè esset curatum, & quia beneficium de iure præsumitur simplex, & proinde illud impetrans tamquam tale non indiget alia iustificatione, super hoc Ægid. *decis.676.* Staphil. *de litter. grat. tit. de stat. & qualitat. benefic. in princip. versic. hinc est difficultas*, reducebatur ad duo, nempe, & primò, an pro parte Quarelli probetur, quòd realiter sit curatum, secundò posito, quòd sic, an talis probatio releuet, cùm ex aduerso prætendatur probatus vltimus status de simplici, qui dicitur attendendus ad validitatem collationis, qui est effectus, de quo agitur, ad not. *in cap. consultationibus, de iur. patr.* Cald. *cons.23. de præb.* Anchar. *cons.162. n.2. & 3.* Oldrad. *cons.312. in fin.* Rota in causa Papien. iurispatronatus 8. Martij 1613. coram R. P. D. Manzanedo.

2 Circa primum, Domini resoluerunt esse probatum, quòd beneficium ab initio fuit curatum, etenim quòd Ecclesia sancti Ioannis sit curata, non controuertitur per informantes pro Bomplano, nec controuerti potest, cùm in illa concurrant quatuor requisita ad prædictum effectum, nempe potestas fori pœnitentialis, & alia, de quibus in causa Racanaten. parochialis, coram Cantuccio, quæ est inter diuers. impress. *decis.52. part.2.*

Difficultas est, an cura sit penes Rectoriam impetratam per Pomplanum, vel potiùs penes duos Capellanos, qui sunt in eadem Ecclesia? Et Domini existimarunt curam esse apud Rectorem, ex impetratione ipsiusmet Bomplani, quæ contra illum plenè probat, *l. cùm precum. C. de liberal. caus.* siquidem impetrauit Rectoriam Ecclesiæ S. Ioannis, vnde si cura spectat ad Ecclesiam, & Ecclesia ad Rectoriam, vt denotat illud genitiuum Ecclesiæ, quod importat dominium illius, cui genitiuum adijcitur, *l. seruum Titij, ff. mand. l. si heredis seruus, ff. de leg.1. §. in locum, ff. de relig. dom.* Castr. *cons.171. n.1. lib.2.* Alex. *cons.49. in fin. lib.5.* sequitur, quòd cura sit apud Rectoriam, quod magis de plano procedit, quando in Ecclesia est vnica Rectoria, Card. *cons. 30. n.7. vers. sed adhuc*, & licèt Card. ibi exponat plebanatum Ecclesiæ, id est, in Ecclesia, attamen prima applicatio visa fuit apertior, & etiam Domini non considerarunt hoc fundamentum per se tantùm, sed iunctis alijs, de quibus infrà.

Confirmatur, quia cura non potest esse penes prædictos duos Capellanos ad instar sponsæ, quæ non potest habere duos sponsos, Oldrad. *cons.67. n.1.* vbi *sub num.2.* dicit procedere, etiamsi Capellani actu exercerent curam, quia non per hoc dicuntur habere curam, sed exercitium curæ, & facit, quia nomen Rectoriæ sonat in beneficium curatum, vt est text. *in cap. de Rectoribus de Cleric. ægrot. vel debilit.* dicitur enim Rector quasi populum regens, Roman. *cons.356.* Ioan. Andr. *in cap. licèt canon. n.1. de elect. in 6.* nomen autem *Capellaniæ* sonat in beneficium simplex, Lambert. *de iure patr. part.2. lib.2. quæst.7. art.30. num.17.* Arguendo igitur à nomine prout fieri potest, ex cumulat. per Euerard. *in tract. de locis argum. tit. ab etymologia*, suadetur curam esse apud Rectorem, non autem apud Capellanos. Denique fuit consideratum, quòd oblationes percipiuntur per Rectorem, non autem per Capellanos, quod est signum curam esse apud Rectorem, non autem ipsos Capellanos, Abb. *in cap. pastoralis, n.2. de his quæ fiunt à Prælatis*, Felin. *in cap. dilectus, n.1. & seq. de off. ordin.* & in simili, quòd ex perceptione decimarum arguatur cura apud percipientem, tenuit Rota in causa Vlixbonen. iuris conferendi 2. Decembris 1605. coram bon. mem. Litta, & 13. Iunij 1607. coram Illustrissimo Lancellotto in Sabinen parochorum prima Iunij 1610. coram Cardinali Bononien. & in Salernitana parochialis 11. Martij proximi coram R. P. D. Verospio. 3

4 Circa secundam difficultatem, an scilicet vltimus status huius Rectoriæ tamquam de simplici suffragetur ad sustinendam prouisionem Bomplani, quicquid futurum sit in alijs venturis vacationibus ad not. *in cap. consultationibus de iur. patron.* cum alijs suprà alleg. cùm regulariter sufficiat iustificare narratiuam de facto, Ægid. *decis.216. in fin.* Verall. *decis.23. incip. die 23. Martij lib.2. in manuscript.* fuit responsum, quòd quando constat de anteriori statu contrario, vt in proposito casu, res habet magnam controuersiam, nisi vltimus status sit legitimè præscriptus, ex dictis in causa Ferrarien. prioratus 25. Maij 1609. coram bon. mem. Penia, à qua non recessit Rota in propositione eiusdem causæ sub die 8. Martij 1610. licèt transiuerit cum eo, quòd non probaretur vltimus status, & in omnem euentum fuit dictum, quòd quicquid sit in alijs materijs, in beneficijs curatis non attendi vltimum statum, quando constat de anteriori contrario obstante Sacr. Concil. Trident. beneficia curata non posse conferri, tamquam beneficia simplicia, nec transferri curam de vno in alium, idemque fuit ordinatum per constitutionem synodalem anni 1567. confirmatam à Clemente PP. VIII. quæ etiam valuisset sine prædicta confirmatione tamquam facta in exequutionem Sacr. Tridènt. Concil. *sess.23. cap.1. de reformat.* Sicut etiam visum fuit non subsistere in facto, quòd iste vltimus status fuerit legitimè præscriptus, cùm nec probetur quadragenaria, nec minus voluntas mutandi statum vtrumque requisitum ad mutationem status, Rota in causa Perusina S. Benueniatis 13. Martij 1588. & 17. Martij 1599. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Ferarien. Prioratus prima Decembris 1608. & 25. Maij 1609. coram bon. mem. Penia, & in eadem sub die 18. Aprilis 1611. coram Reuerendissimo D. Attrebaten. fuit etiam pro parte Quarelli alle-

allegatum, Iura, ex quibus prætenditur probari vltimus status, non esse in forma probanti: sed Domini non ingressi fuerunt dictam inspectionem tamquam minus necessariam, stantibus prædictis.

R. P. D. PIROVANO.

Carthaginen. Canonicatus.

Veneris 26. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Recusari potest iudex remissoriæ ex iusta causa, & per appellationem, etiam per gratiosè subrogatum; sed an coram hoc iudice gratiosa subrogatio produci possit, satis in hac decisione declaratur.

SVMMARIVM.

Gratiosè subrogatus per verba, subrogamus, & admittimus, *censetur etiam subrogatus quoad litem, quia subrogationis natura est facere subrogatum ipso iure collitigantem, n. 2.*

Iudex remissorialis allegari potest suspectus, cum expressione iusta causa, & per appellationem, & talis recusatio potuit etiam proponi coram ipso iudice remissoriali, ibid.

Iudex remissoria ad certum actum examinis delegatus nullam habet iurisdictionem cognoscendi in causa principali, num. 3. vbi propterea, quod coram eo gratiosa subrogatio producenda non est contra, n. 4. & seqq.

Resignationis littera in casu gratiosa subrogationis debent præsentari coram iudice, coram quo pendet lis, & interim donec præsentetur, non impeditur quin valeat processus contra resignantem in præiudicium resignatoris, n. 3. vers. secundo quia, declara vt n. 6.

Scientia præsumitur iurium in actis productorum in eo, qui ad producenda dicta iura fuit citatus, n. 5.

Procurator præsumitur certiorare dominum de his quæ fiunt in causa, ibid.

Iura producta per compulsum, licèt non dicantur à producente approbata, inducunt tamen producentis scientiam, ibid.

Gratiosa subrogatio non sufficit, quod sit in actis producta, nisi etiam fuerit parti intimata, ibid. declara vt ibid.

Gratiosa subrogatio admittit plures exceptiones, n. 3. vers. tertio quia, declara vt n. 7.

DECISIO CCCCXC.

1 POst resolutionem diei 17. Decembris 1610. fauore Domini Caxæ emanatam, in qua fuit dictum intrare arbitrium ad sanandam nullitatem testium, quorum examen in ferijs paschalibus fuerat receptum, exinde processum fuit ad disputationem alterius nullitatis, cuius sanatio in rescripto Sanctissimi comprehensa non erat, videlicet ex recusatione iudicis, & Notarij remissoriæ resultantis, quæ fuit opposita per Dominum Ioannem Velez resignatarium Petri, qua non obstante ad examen testium fuerat deuentum, & diei 2. Decembris 1611. Domini fuerunt pro nullitate examinis vtraque parte informante, & die 15. Iunij 1612. solo Ioanne informante steterunt in decisis: iterato autem dubio proposito propter difficultates, quæ pro parte Caxæ excitabantur, visum est Dominis iis non obstantibus esse standum in decisis, nam præter ea, quæ in alijs resolutionibus fuerunt considerata, dicebant Domini.

2 Constare Ioannem gratiosè subrogatum fuisse in ius Petri, etiam quoad litem, posteaquam Papa in litteris visus fuit verbis *subrogamus, & admittimus*, Cassad. *decis. 1. vt lit. pend.* Lancell. *de attentat. lit. pend. in præfat. n. 157. & sequentibus*, cuius subrogationis natura est facere subrogatum ipso iure collitigantem in statu, & terminis, in quibus resignans reperiebatur, nedum quia verba litterarum hoc exprimunt, sed etiam ex vi, & potentia subrogationis, quæ per modum repræsentatiuum facit subrogatum esse eandem personam cum cedente, seu resignante, Menoch. *de retinend. poss. remed. 3. num. 58.* Papazzon. ad decis. Rotæ 13. *num. 2. vers. & præterea, de procur. in nouis*, Sarnen. *de annal. quæst. 70. in princ. & infrà*, Lancell. *de attentat. 2. part. cap. 4. in præfat. n. 161.* ita vt comparendo subrogatus in iudicio pro suo iure, & interesse ministerio legis, aut iudicis non indigebat, vt admitteretur ad defensionem suæ causæ, cùm niteretur Pontificis auctoritate maiori, quàm iudicis, Cassad. *dec. 1. num. 3. vt lit. penden.* Lancell. *de attent. lit. pend. in præfat. num 157. aliàs 180. in fin. & seqq.* & consequenter factus collitigans potuit Ioannes ea omnia, quæ poterat Petrus resignans, scilicet impedire progressum validum ad vlteriora per exceptionem recusationis iudicis, cùm expressione iustæ causæ, & per appellationem, Verall. *decis. 390. & 391. part. 2.* Nec fuit dubitatum, an recusatio magis in Rota, quàm coram executore esset proponenda, quia coram quocunque iudice posse proponi fuit dictum, sequendo opinionem Arch. & Card. *in c. super quæstionum, §. quem vero*, & Innoc. *ibid. sub n. 8. de iud. delegat.* & hoc apud omnes Dominos fuit indubitatum, modò subrogatus voluerit vti sua gratia.

3 Et difficultas solùm versabatur, an Ioannes visus fuerit gratia, & legitimè? aliqui ex Dominis existimabant, quòd non. Primò, quia Ioannes comparuit coram iudice remissoriæ, & produxit gratiosam subrogationem, qui cùm esset subdelegatus à Rota inter Caxam, & Petrum, & ad certum actum examinis testium, nullam habebat iurisdictionem cognoscendi inter personas in rescripto non nominatas, & consequenter nec de releuantia productionis gratiæ coram se, Innoc. *in cap. licet causam, in princ. vers. potuit. de probat.* cum alijs allegatis. Secundò, quia hoc expresè videbatur disponere constitutio Gregoriana *de public. resignat.* dum mandat litteras resignationis deberi præsentari coram iudice, coram quo lis pendet, & interim donec præsententur non impeditur quin valeat processus contra resignantem in præiudicium resignatarij, Cassad. *ead. decis. 1. n. 5. vt lit. pendent.*

Tertiò, quia contra ipsam subrogationem plura opponi poterant, Card. *in Clem. vnic. n. 13. vers. vt ex multis de sequestr. possess. & fruct.* Put. *decis. 7. in fin. lib. 1.* quæ non poterant cognosci ab habente limitatam iurisdictionem, ideò coram iudice Rotali legitimo cognitore productio erat facienda.

4 Contrarium tamen cæteris Dominis visum fuit, quia stante admissione facta per Papam, quæ succedebat loco admissionis iudicis, si post decretam subdelegationem fuisset Ioannes admissus ad causam per iudicis decretum, & comparuisset coram executore pro suo interesse, producendo decretum admissionis, sicut nec Caxa ratione sui interesse, nec iudex executor ob defectum iurisdictionis poterant excludere Ioannem ab audientia tamquam factum collitigantem, *cap. veniens il 2. de testib.* vbi Ab. *n. 1. & 6.* Felin. *n. 5. 6. & seqq.* Bart. *in l. à diuo Pio, §. si super rebus, num 3. ff. de re iud.* Roland. *cons. 1. num. 30. lib. 1.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 26. n. 1.* eadem, ac fortiori ratione erat admittendus producendo subrogationem gratiosam, cùm non minus per eam, quam per iudicis admissionem induceretur litis pendentia, vt dicit Cassad. *d. decis. 1. num. 3. vt lit. pendent.* Propterea dixerunt primum obiectum cessare, quia cùm productio gratiæ non fuerit facta ad effectum admissionis, vt dictum est, sed notitiæ collitigantis subrogati, & eius interesse, satis est, quòd de ea iudex notitiam habuerit ad hoc, vt se abstineret à processu ad vlteriora tamquam recusatus, cùm in hac parte non esset necessaria illius iurisdictio.

5 Nec poterat dubitari de sufficienti notitia, quia in actis fuerunt dimissæ litteræ subrogationis parte citata, Rota *decis. 258. lib. 2. part. 3. diuers.* quæ etiam sine partis citatione ad eum effectum releuassent, Rota *decis. 71. lib. 2. num. 3. part. 3. diuers.* Et licèt non Caxa, sed Procurator illius in partibus fuerit citatus, tamen vltra quòd præsumitur ab eius procuratore certioratus, iuxta consilium Roman. 481. *num. 7.* sæpè in Rota approbatum, idem Caxa cum processu recusationis easdem litteras subrogationis reproduxit in Rota, & est verum, quòd per compulsum, sed non propterea tollitur, quin subrogatio verè fuerit in actis ad effectum scientiæ, quicquid sit quoad approbationem earum, quod hodie non controuertitur, Honded. *cons. 78. n. 17. lib. 2.* Surd. *decis. 327. num. 11.* Et quod dicebatur non sufficere gratiosam subrogationem esse in actis, nisi etiam parti fuerit intimata, Ægid. *decis. 556.* Mohed. *decis. 7. num. 1. vt lit. pendent.* cum alijs allegatis, fuit re-

spon-

sponsum, quòd ex quo intimatio prædicta non requiritur pro forma, sed ad effectum scientiæ collitigantis, sufficit productio per quam litteræ subrogationis sint factæ de actis, Rota *decis. 71. in fin. lib. 2. par. 3. diuers.*

6 Secundum obiectum tollitur ex facto, quia constitutio Gregoriana *in §. sed ne in beneficialibus*, nihil disponit de productione gratiæ subrogationis, *& in §. sequenti* mandat solum, quòd resignatarius ad causam in eodem statu, & terminis, in quibus reperitur, admitti possit à iudice coram quo causa pendente, sine speciali rescripto, quæ verba non includunt casum, quando quis non eget admissione iudicis, dum expressè a Papa fuit admissus.

7 Tertium obiectum remouetur, quia contra venientem ad causam ad effectum audientiæ non excipitur de meritis exulæ, Rota *d. decis. 71. in fin. part. 3. diuers.* Vltra quòd cessabant omnes oppositiones contra subrogationem ad effectum cognitionis, quia cùm neuter ex litigantibus esset in pacifica possessione, Ioannes non tenebatur iustificare suam gratiam, Put. *decision. 495. lib. 2.* Rota in Carthaginen portionis 21. Octobr. 1588. coram Gyptio in Pannen. Prioratus 23. Ionij 1589. coram Illust. Mantica in Beneuentana parochialis 30. Martij 1607. coram Archiepiscopo Bononien.

8 Demum non obstat, quòd Rota mandauerit ad vlteriora proceden. non obstante quacunque recusatione, quia si est quæstio de recusatione Notarij opposita per resignantem, obiectum procedit; si verò agatur de recusatione iudicis opposita per resignatarium, & de ea non videtur actum, quia nunquam voluit Caxa eum recognoscere in legitimum contradictorem, neque fateri in hoc iudicio citatum ad effugiendum præiudicium consideratum in decisione diei 12. Decembris 1611.

Atque ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Cauallicen. feudi.

Veneris 26. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Primogenituræ titulus probatus à testibus super immemorabili deponentibus, nunquid mutatus censeatur, feudumque effectum nouum, & hæreditarium per transactionem, seu alios actus primogenituræ contrarios, & quos, & de eorum probatione.

SVMMARIVM.

Testium probatio quando præferatur fidei scripturæ, & contra, n. 2.

Feudum in transactione alicui datum, an censeatur acquisitum ex nouo transactionis titulo, n. 3.

Contractus talis iudicandus est, qualem verborum figura ostendit, nisi natura contractus repugnet, n. 4.

Diuisio vt bona sit debet esse æqualis, ibid. vbi quod nec etiam ex temporis antiquitate præsumitur æqualis.

Primogenitura adesse non dicitur, quando inter diuidentes feudum conuentum fuit, vt uno decedente sine puero, alter succedat, n. 5.

Titulorum multiplicatio quando admittenda, n. 6.

Homagium pro feudo solutum pro se, & successoribus suis dominis futuris, non excludit primogenitos, n. 7.

Feudum dicitur absolutè hæreditarium, quando concessum est pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, num. 8.

Primogenitura antiqua consuetudo censetur conseruata per expressam partium protestationem, etiam quod verba sint ipsi primogenituræ contraria, ibid.

Primogenitura antiquitus per immemorabilem consuetudinem firmata, non tollitur per subsequentes contrarios actus, n. 9.

Feudum an dicatur nouum propter mutationem personarum, & earum nouam qualitatem, n. 10.

DECISIO CCCCXCI.

1 RESoluto testes probare immemorabilem in dicto continuando disputationem, dubium proposuit super releuantia scripturarum, quibus Dominus Ioachimus prætendit elidi posse testium depositiones de possessione, & visu per 40. annos, & ex causa primogenituræ concludentes, quæ releuantia cùm deduceretur tam ex instrumento transactionis inter Stephanum, & Bartholomæum de anno 1463. quàm ex capitulis matrimonialibus Melchioris de anno 1500. & ex instrumento matrimonij Ianzani de anno 1544. ac etiam ex instrumento traditionis clauium Berengarij, & ex binis transactionibus annorum 1556. & 1574. inter Ludouicum, & Ioachimum filium Ianzani fratris Ludouici, ac demum ex homagij diuersis temporibus Sedi Apostolicæ præstitis per antecessores dominos istius castri. Singula accuratè examinando, visa sunt Dominis non releuare contra testium depositiones.

Et in primis animaduerterunt non sufficere, quòd ex scripturis productis non appareat feudum hoc nunquam fuisse possessum vigore tituli primogenituræ antiquæ, & quòd talis possessio possit ex aliis titulis constare, nisi etiam probatum fuerit continere talia, quæ primogenituræ aduersentur, vel expressè, vel ex medio incompatibilitatum cum ipsa primogenitura, ita vt in concursu probationum magis sit inhærendum fidei scripturæ, quàm testium, vt dicit textus *in l. census, ff. de probat.* glos. *in cap. tertio loco, in vers. testium, circa medium, de probat.* Roman. *cons. 319. nu. 1.* Cassan. *cons. 16. n. 1. vers. dicit Ludouicus*, aliàs semper huiusmodi probatio iudicabitur irreleuans, quia id, quod deducitur in probatione, aliter esse poterit, *cap. in præsentia, de probat.* vbi Dec. *n. 12. l. non hoc, C. vnde legitim.* vbi Ias. latissimè Castr. *in l. penult. §. educere, n. 4. ff. ne quis eum, qui in ius voc.* & dixit Rota in Cæsaraugustana parochialis 8. Nouembris 1596. & in Lucana bonorum 17. Maij 1600. coram bon. mem. Pamphilio. 2

Et hoc præmisso, dixerunt Domini transactionem inter Stephanum, & Bartholomæum de anno 1463. non aduersari antiquæ primogenituræ, qui titulus primogenituræ prætenditur in transactione ab ipso Stephano, nec apparet sublatus transigendo cum Bartholomæo fratre, dum ea lege transigit, vt feudum castri noui inter alia ipsius esse debeat, & illi remansit, quo casu non censetur ex nouo titulo obtento ab ipso transigente dominium acquisiuisse, sed potiùs vt pecunia, vel alia re æstimabili, vt factum est redimendo vexationes præinæuum titulum defenderet, Bald. *in cap. 1. §. vasallus, si vltimo, ad fin. si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat.* dicens id, quod nomine transactionis percipitur, sicut intrinsecum, puta res ipsa feudalis, non dicitur nouo titulo requiri, idem Bald. *in cap. 1. de controuer. inter domin. & alium de benef. n. 6. ad fin.* Alciat. *in l. si pro fundo, n. 10. C. de transact.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 22.* reprobans contrariam opinionem, Alex. *in cons. 41. num. 3. lib. 6.* id affirmans, modò transigens ipse non tradat, quod non legitur in transactione, sed quòd esse debeant, & peruenire, & spectare prædicto Stephano, quod fieri potuit vigore antiquæ consuetudinis, sola Bartholomæi acquiescentia, per quam in transactione non dicitur per eum translatum dominiom, etsi in aliis contractibus solus consensus id videatur operari, vt not. Bald. pro singul. *in d. c. 1. inter domin. & alium*, & sequitur Alex. *d. cons. 41. n. 3.* 3

Non obstat, quòd contractus, de quo in prædicto instrumento, non sit transactionis, quamuis nomen expressum sit tale, sed diuisionis, si respiciatur illius effectus, quæ propterea idem debet operari, vt dicit Dec. *consil. 251. num. 4. ad fin.* scilicet effectum contrarium primogenituræ, Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 11. numer. 4. cum pluribus sequentibus*. Respondetur enim contractum talem esse iudicandum, qualem verborum figura ostendit. *l. fideiussores magistratuum, ff. de fideiuss. l. qui fundum. §. fundi, ff. de contrah. empt.* Cephal. *cons. 703. n. 1. & sequentibus, lib. 5.* Natt. *cons. 49. nu. 14.* nisi repugnet natura illius contractus, Afflict. *decis. 72. in fin.* Illustrissimus Mantic. *de ambig. conuent. lib. 22. tit. 8. n. 2.* quæ repugnantia non probatur ex sola appropriatione iurisdictionum, castrorum, & aliarum rerum vnicuique iuxta figuram pactorum, cùm non constet decisionem fuisse æqualem, prout esse debet, Bald. *in l. penult. in princ. C. communi diuid.* quæ nec etiam ex temporis antiquitate æqualis præsumi potest, vt dicit Thesaur. *decis. 205. n. 3.* nisi priùs fuerit firmatum factam fuisse diuisionem, aliàs esset deducere præsumptionem æqualitatis ab alia diuisione subsistentiæ diuisionis, contra *l. 1. C. de dot. promiss.* plenè per Odd. *cons. 38. n. 80.* & quæ potiùs colligitur contraria ex contextu ipsius instru- 4

strumenti, dum castra, & iurisdictiones in maiori numero, & qualitate fauore Stephani fuerunt concordatæ, vt ad eum spectarent, & pertinerent: nec refert, quòd idem Stephanus propterea susceperit onus soluendi dotes, & debita paterna, & vlterius se obligauerit præstare Bartholomæo florenos bis mille, quia hoc contingere potuit respectu aliorum bonorum, quæ ad eum peruenerunt vltra castrum nouum, quæ oneri primogenituræ non subiacebant.

5 Nec obstat, quòd inter diuidentes fuerit conuentum, quòd altero decedente sine puero, alter succedat, signum quod non adesset primogenitura, quia ea stante pactio quoad castrum vna fuisset, Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 1. & 9.* Menoch. *cons. 251. n. 20. vol. 3.* Quia conuentio non fuit restricta ad castrum nouum, vt inde præsumptio superfluitatis possit deseruire, sed omnes dominationes, & omnia bona fuerunt comprehensa in pacto, & ideò potius argumentum desumitur voluisse cætera bona esse eiusdem naturæ, prout erat castrum nouum, quàm vt castrum nouum assumeret vinculum ex pacto transactionis. Præterea cùm pactum non sit præter, nec contra, sed secundùm terminos primogenituræ, corroborationem, vt in his terminis considerat Guidop. *cons. 131. col. 3. vers. etiam probantur.*

6 Quæ verò dicebantur de pactis matrimonialibus de anno 1500. initis inter Melchiorem, & Stephanum respectiue patrem, & filium ex vna, & Ludoicam eiusdem Melchioris coniugem, & donationem in capitulis matrimonialibus facta de anno 1544. per Ianzanum contemplatione Iuniperæ eius coniugis, ex quibus apparet dispositum de feudo castri noui in primogenitas, prædictosque Stephanum, Melchiorem, & Ianzanum non habuisse animum possidendi ratione antiquioris, ac perpetuæ primogenituræ, quia aliàs pacta fuissent superflua, si priùs extitisset huiusmodi consuetudo respectu castri noui. Non obstare fuit responsum, cùm non sufficiat, si ostendatur, quòd ex alijs titulis potuerit possidere feudum hoc, nisi etiam probetur aduersari consuetudini antiquæ primogenituræ, vt in principio fuit dictum, & hæc pacta cùm deferant successionem primogenitis, magis fauere primogenituræ, quàm aduersari, satis constat. Vltra quod cùm sint emanata in contractu matrimonij, & fauore eorum, qui forsan aliter non contraxissent, non videtur primogenituræ repugnans, vt per pactum expressè firmentur ea, quæ dubia reddi potuissent temporum iniuria, & progressu, cui iniuriæ cautum iure non reperitur, imò admissum, vt per titulorum multiplicationem consulere possint saltem ad parandam exceptionem inter auctores, Alciat. *in d. l. si pro fundo, n. 11. C. de transact.* Ioan. Andr. *in cap. cùm persona, ad fin. de priuileg. in 6.* Rota *decis. 59. de rescript. in antiq.* Surd. *cons. 305. num. 56. lib. 3.*

7 Super homagijs autem non instituerunt Domini, quia in eis nihil contrarium primogenituræ fuit compertum. Primum enim homagium præstitum fuit vsque de anno 1244. per Gerardum Amici, qui fuit primus huius familiæ dominus castri noui, & illud legitur pro se, & per omnes successores suos futuros dominos dicti castri noui, quorum appellatione non excluduntur primogeniti, quamuis & alij fratres, si qui sint, possint dici comprehensi, *§. 1. Instit. de hered. quæ ab intestat. defer. §. 1. auth. ab intest. veniant. auth. defuncto, C. ad Treb.*

8 Cætera autem homagia præstita, nempe de anno 1321. per Rostagnum 1412. per Berengarium 1422. per Ludouicum 1506. per Melchiorem 1536. per Ianzanum 1556. per Ioachimum, etsi contineant verba, quæ primogenituræ repugnare videntur, prout sunt pro hæredibus, pro successoribus quibuscunque, & similia, quæ videntur facere feudum absolutè hęreditarium, & ad quoscunque hæredes etiam extraneos transitorium, Soc. sen. *cons. 257. sub n. 3. vers. aliquando, & secundo, & cons. 266. num. 65. vers. secundum,* Curt. iun. *in tract. de feud. 3. par. princ. 1. membr. n. 34. vers. 29.* cum aliis allegatis. Tamen cùm emanauerint additis protestationibus hinc inde ne per recognitiones, & fidelitatis iuramenti præstationes, & admissiones aliquid innouaretur, nec intenderent alteri formæ recognitionis inhærere, quàm à prædecessoribus suis retrò elapsis temporibus facta, & præstita fuerit à forma primi homagij per Berengarium præstiti, recessum non videatur, etiam si postrema plus contineant, Aluarott. *in c. 1. col. 2. vers. nota, quod noua de vasall. decrept. ætat.* Menoch. *cons. 104. n. 43.* Surd. post alios *cons. 105. num. 31. vol. 1.* & ex iisdem protestationibus benè consequitur fuisse conseruatam antiquam primogenituræ consuetudinem, postcaquam homagia semper per primogenitos apparent præstita, quod secus fuisset, nisi & domini castri noui priuatiuè quoad secundos, & alios fratres genitos fuissent.

Demum instrumenta tam traditionis clauium per Berengarium, in quo profitetur se ipsum succedere in hoc castro, tanquam patris hęredem ex illius testamento in publicam formam exhibito, quàm transactionum Ludouici, & Ianzani, in quibus dicebatur apparere castrum fuisse possessum vigore primogenituræ particularis, & limitatæ factæ à Stephano, nec ipsa videntur releuare contra depositiones testium, quia & primum tanquam celebratum supra hominum memoriam, nempe de anno 1386. & hæc postrema tanquam facta post completam probationem immemorabilis consuetudinis, nihil conferunt ad interrumpendam consuetudinem primogenituræ iam firmatam, vt ex Abb. & Felin. fuit dictum in prima decisione, quibus accedunt Innoc. *in cap. veniens, n. 2. ad fin. vers. secus si per confessionem, de verb. sign.* Specul. *de probat. §. 1. n. 23. ad fin.* Butr. *in cap. quid per nauale, n. 15. in fin. de verb. sign.* Alex. *cons. 16. sub n. 16. vers. secus si probaretur, lib. 5.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 6.* qui dicit communem. 9

Non obstat vltima consideratio, quæ facta fuit aduersùs conclusionem immemorabilis huius consuetudinis, vt illa minimè procedere possit, posteaquam constat Gerardum fuisse acquisitorem castri noui, cùm antes non esset in familia de Simiana, & consequenter in dicta familia feudum nouum propter mutationem personarum, & earum nouam qualitatem, vt post Bald. & alios trad. Petr. Greg. *de feud. par. 3. quæst. 7. n. 45. & 46.* Schrader. *de feud. tom. 1. part. 2. & 3. n. 4. & part. 8. c. 5. n. 26.* Rosenthal *de feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 18. num. 9.* qua stante non erit dare immemorabilem, si de origine, & principio constare potest, Crauett. *de antiq. temp. part. 4. §. absolutis, n. 60.* Couar. *in reg. possessor. par. 2. §. 8. num. 4. vers. ex quibus,* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 60. & 64. cum sequentibus.* Nam idem Molina *dicto cap. 6. num. 61. vers. si vero hoc factum,* fœdere distinctionis satisfacit prædictæ considerationi, si factum sit intra centum annos, procedit conclusio; si verò excedit, prout acquisitio prædicta detegitur, tunc præscriptioni per immemorabilem non est contrarium, quia hodie dici non potest extare memoriam ex eo, quòd vltra centum annos aliquid præscriptioni contrarium factum fuerit, cùm vita, ac etiam hominum memoria solùm per centum annos durare præsumatur, *l. an vsusfructus, ff. de vsufruct. l. fin. C. de sacrosan. Eccles.* 10

Atque ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Mediolanen. Iurispatronatus.

Lunæ 29. Aprilis 1613.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus quando dicatur familiare, & gentilitium, & quando hæreditarium, & ex quibus præsumatur potius gentilitium, quàm hæreditarium; est magistralis decisio, & ad eam recùrras in occurrenti casu.

SVMMARIVM.

Parentum appellatione propter subiectam materiam, & communem loquendi vsum, non veniunt pater, & mater, sed alij de agnatione, & familia, n. 1.

Verba perpetuis temporibus, *apta sunt comprehendere descendentes de gradu in gradum, propter implicitum statum futuri temporis, n. 2.*

Enunciatiua verba prolata in sententia, & in codicillis antiquissimis plenè probant iuspatronatus, nu. 3. vbi etiam, quòd probant communem opinionem hominum, quæ isto casu vera præsumitur.

Obseruantia subsequuta dat fidem scripturis etiam non authenticis, num. 3.

Iuspatronatus probatur inscriptione antiquissima posita in Ecclesia, n. 4.

Iurispatronatus existentia, & eius natura probatur ex antiquissima sententia Ordinarij, nedum in præiudicium ipsius

ipsius Ordinarij, sed etiam in præiudicium successorum, num.5.

Iurispatronatus existentia, & illius natura probatur ex multiplicatis præsentationibus effectuatis, num.6. & 9. vbi de eadem materia.

Iuspatronatus de iure præsumitur potius hæreditarium, quàm familiare, & gentilitium, n.5.

Iuspatronatus familiare, & gentilitium vt reputetur præsentationes fuisse factas per capita, probandum est, declara vt n.10.

DECISIO CCCCXCII.

1 CVm patronatus, de quo agitur, ab vna parte prætenderetur gentilitius, ab altera verò hæreditarius, Domini distinguendo tempora censuerunt fuisse gentilitium vsque ad annum 1520. reseruando videre abinde citrà cuius naturæ esset. Constat enim de initio fundationis huius patronatus ex codicillis Benedicti Rozzij vsque de anno 1024. regnante Conrado Imperatore, & eius Imperij anno nono, in quibus enunciatur tenor fundationis huius patronatus ab eodem codicillante constituti fauore suorum parentum proximiorum, quibus post obitum suum reliquit ius eligendi successorem vtiliorem perpetuis temporibus de eorum parentibus proximioribus de paterna parte ad hoc ministerium, & quotiescunque iuspatronatus parentibus relinquitur, certum est id deberi à primo relinquente omnibus de parentela, & familia vocatorum, quia appellatione parentum propter subiectam materiam, & communem vsum loquendi, non est intelligendum de patre, & matre codicillantis, sed de agnatione, & familia ipsius, Tiraquel. *de retract. consang.* §. 1. *gl*os.8. *numer.*1. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*88. *num.*18. Peregr. *de fideicomm. art.* 22. *num.* 31. Ruin. iun. loquens de patronatu *in cons.*308. *numer.*2. *vol.*3.

2 Nec satisfactum videtur menti codicillantis, vt parentes ab eo nominati post eius obitum habeant iuspatronatus, nisi etiam ad omnes successiuè de cognatione, & familia perueniat, cùm verba *perpetuis temporibus*, sint apta comprehendere descendentes de gradu in gradum, propter implicitum statum futuri temporis, secundum opinionem Cuman. *in l. cum ita*, §. *de fideicom. num.*4. *ff. de legat.*2. *& in l. Gallus*, §. *quidam recte*, *num.*7. *vers. vbi autem instituuntur*, *ff. de liber. & posthum.* quam sequuta est Rota in pluribus causis, vt in Florentina fideicommissi de Deris 3. Decembris 1607. coram R. P. D. Manzanedo, in Bononien. fideicommissi de Pannolinis 3. Decembris 1610. Reuerendissimo Archiepiscopo Lugdunen. & coram me in Romana fideicommissi de Visinis 9. Maij 1611.

3 Nec visum est posse dubitari de forma probanti codicillorum, neque de fundatione enunciata in eis, cùm prædicta enuncientur in sententia Archiepiscopi Milonis de anno 1588. in qua codicilli registrati leguntur, quæ cùm sit antiquissima, plenè probat in ea contenta, etiamsi enunciatiuè loqueretur, quia probant communem opinionem hominum, quæ præsumitur vera, vt dicit Bald. *in l. cùm aliquis*, *C. de iur. delib. num.*4. *vers. item*, *quod dicit glos.* Dec. *cons.*42. *num.*9. & 11. Peregr. *cons.*33. *num.* 20. *lib.*1. maximè concurrente obseruantia, de qua dicetur infrà, quæ dat fidem scripturis non authenticis, Cyn. inter cons. Bald. *cons.*400. *num.*5. *lib.*4. & idem Bald. *cons.* 401. *eodem libro*, Bec. *cons.*103. *num.* 26. Ioseph. Ludou. *conclus.*38. *vers. infertur* 4. fuit dictum in Aretina Capellaniæ 22. Iunij 1590. coram Comitulo, & in Cremonen. Capellaniæ 14. Iunij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Millino.

4 Secundò probatur hæc qualitas gentilitia ex inscriptione antiquissima posita in Ecclesia de qua agitur, & extracta supra centum annos instante Bernardino de Sellanoua pro defensione iurispatronatus, in qua illi de Cortesella enunciantur agnati Benedicti Rozzij, & descendentes, ac patroni Aduocati eiusdem Ecclesiæ, cui inscriptioni multum esse deferendum voluerunt, glos. *in cap. cùm causam*, *de probat. cap. ad audientiam*, *il* 2. *de præscript. cap. cùm olim de censib. cap. sanè* 24. *quæst.*2. Bald. *cons.*310. *An patronatus*, *lib.*5. & sæpius fuit firmatum in Rota, vt in Hispalen. iurispatronatus de Cas Cuercas 26. Martij 1590. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & coram me in Comen. habitus 9. Iunij 1610. & eo magis augebatur probatio ex inscriptione, quanto maioris longinquitate temporis fulcita apparebat ex illius verbis, ibi, *alter vero Benedictus d. Rozzius ex progenie Dominorum de Cortesella natus hunc titulum depingi fecit*, qui Benedictus cùm esset in codicillis nominatus vti testatoris nepos, sequitur dicendum iam supra quingentos annos inscriptionem fuisse depictam, vel saltem supra 300. si attendatur tempus secundi Benedicti, qui in præsentatione anni 1293. interuenit.

5 Tertiò prædictis accedebat sententia Milonis Archiepiscopi Mediolanen. de anno 1188. in qua actores tunc temporis enunciantur legitimè descendisse de nepotibus ipsius Rozzonis ex paterna linea, & insuper declarantur patroni fundatores, & dotatores, & visis per Archiepiscopum instrumentis, priuilegijs, & testibus, confirmantur patroni istius Ecclesiæ cum facultate in perpetuum eligendi, & præsentandi, quæ sententia cum sit fundata in probatione descendentiæ à nepotibus Rozzonis fundatoris, quos parentes vocauit, nulli dubium, quin vel antiquissima probet existentiam iurispatronatus, & eius naturam esse gentilitiam, nedum in præiudicium Ordinarij, Rota *decis.*11. *de iurepatr. in nouis*, Gabr. *cons.*192. *numer.*7. & *cons.*198. *num.*4. *lib.*2. sed & in præiudicium successorum, quod minus est, cùm habeat vim tituli contractus, & instrumenti, & per eam iuspatronatus oriatur, & permanetur, vt dicit Abb. *in cap. quanto*, *de iud.* Paul. de Citadio. *de iurepatr.*9. *p.q.*4. *num.* 24. Ferrett. *cons.*135. *num.* 1. *vol.*1. Peregr. *cons.*33. *num.*18.

Demum concurrit obseruantia ex multiplicatis præsentationibus desumpta, nempe ab anno 1285. vsque ad annum 1490. ex quibus apparet, quòd semper agnati de Cortesellis præsentarunt, & præsentationes effectum sortitæ sunt, quæ obseruantia sufficeret etiam, vbi alia non concurrerent pro concludenti probatione qualitatis patronatus, Franch. *in cap.*1. *num.*5. *de iurepatr. in* 6. Abb. *in cap. querelam numer.* 9. *in fin. de elect.* & *consil.*76. *in primo dubio part.*2. Federic. de Sen. *consil.* 234. *numer.* 3. Ferrett. *consil.* 293. *numer.*4. *lib.*2. quod etiam fuit firmatum in Florentina de Ricasolis 10. Martij 1603. coram Illustriss. Cardinali Lancellotto, & in Ianuen. iurispatronatus 20. Decembris 1604. coram bo. me. Litta. 6

Neque prædictis obstare videtur, quòd iuris præsumptione iuspatronatus magis hæreditarium, quàm familiare, & gentilitium sit iudicandum, *clem. plures*, vbi Cardin. *in* 6. *q. de iurepatr.* Lamber. *de iurepatr* 2. *part.*1. *libri quæst.*11. *numer.*15. Couar. *var. resolut. lib.* 11. *cap.* 18. *num.*6. quia conclusio vera est vbi concurrit dubia probatio: secus verò, vt in præsenti, vbi apparet de fundatione fauore parentum proximiorum, qui eaindè præsentarunt tanquam agnati, & descendentes fundatoris, & per sententiam declarati fuerunt successores, & descendentes legitimi, & ad eos ius eligendi, & præsentandi spectare. 7

Non obstat, quòd neque in fundatione, neque in codicillis vllum verbum de patronatu gentilitio, sed de electione Abbatis, quæ recipi deberet in Ecclesia in præsentia Archiepiscopi, & trium suorum parentum proximiorum, quæ valdè diuersa est a patronatu canonicatum. Quia fuit responsum præsentiam parentum fuisse declaratam testatore viuente, sed post eius obitum eisdem parentibus reliquisse electionem, quæ hodie contendunt ad parentes vti agnatos, non autem vti hæredes transire debere, quicquid sit de existentia magis quoad electionem Abbatis, quàm Canonicorum, de qua nunc est quæstio. 8

Non obstat, quòd in sententia nullum possit constitui fundamentum, cùm non declaretur iuspatronatus ratione familiæ ad eos de Cortesella spectare, & potuerit illis competere iure hæreditario, quia cessat obiectum ex narratiua eiusdem sententiæ, dum enunciantur descendentes à nepotibus Rozzonis ex paterna linea, à quibus non vti hæredibus, sed vti agnatis iuspatronatus deducunt, vt suprà dictum fuit. Et postremò non obstat, quòd obseruantia suffragari non possit vti nimis remota, nempe ex præsentationibus post centum annos effectuatis, Socsen. *cons.*6. *num.*21. *vol.*1. Rot. *decision.*39. *num.* 12. *part.* 2. *diuers.* 9

Quia etsi interuallum dicti temporis sit considerabile, 10
iuuatur tamen ex sententia prædicta, in qua enuncian-

tur

tur per retroacta tempora patroni, & Aduocati illius Ecclesiæ, & in electionibus interfuisse, & vti patronis alimenta præstita fuisse, quia cùm sit antiquissima, habet vim famæ, Achil. *decis.7. num.1. de iurepatr.* Put. *decis.209. num.1. lib.2.* Rota in Tuden. parochialis 7. Nouembris 1611. coram Reuerendo Patre Domino Vbaldo, & in adminiculata ex pacifico statu ante sententiam satis iustificat continuationem status qualificati patronorum.

10 Et ad ea, quæ dicebantur aduersùs instrumenta præsentationum, quòd ex eis non constat præsentationes fuisse factas per capita, prout requiritur in patronatu familiari, vt per Alex. de Næuo *cons.63. num.3.* cum aliis allegatis: fuit responsum, quòd cùm vocati fuerint parentes proximiores, stant simul, quòd iuspatronatus sit gentilitium, & quòd præsentatio fiat in stirpes, quia omnes in proximiori gradu ad simul præsentandum sunt admittendi, Gabr. *cons.196. num.4. vol.2.*

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Sigoina Saluiani.

Veneris 11. Maij 1613.

A R G V M E N T V M.

Actorum non transportatio non reddit sententiam nullam, quando causa est diuersa, & in Saluiano sufficit citare possessorem absque eo, quòd citetur possessoris author.

S V M M A R I V M.

Sententia nulla nomen sententia non meretur, n.1.

Appellare licet etiam in possessorio, non obstante Aegidiana, quando sententia est nulla, ibid.

Causa, & iudicium dicitur diuersum ex diuersitate iuris, & personarum, ibid.

Actorum trasportationis defectus non reddit sententiam nullam, quando causa sunt diuersa, etiamsi acta possent in aliquo deseruire in illa causa diuersa, ibid. in fine.

Citari debet is, contra quem principaliter dirigitur actio, non autem est necesse, quod citetur illius author, n.2.

Possessio instrumentalis non probat alio existente in possessione, declara vt ibid.

Iudex potest aliquem priuare sua possessione anteriori, & ciuili, & naturali, ibid.

Fructuum perceptio probat possessionem, ibid. Vbi declaratur nisi iure familiaritatis fructus fuerint percepti.

Possidere quis præsumitur familiaritate inter affines, & consanguineos, ibid. in fine.

D E C I S I O CCCCXCIII.

1 FVit tentum pro decisione in hac causa coram me facta sub die 10. Ianuarij 1613. quòd scilicet sit locus Ægidianæ, ex quo sententia est lata in mero possessorio, ex nunc deductis, quibus visum fuit non obstare. Primò, quòd sententia fuerit nulla, vnde non sit locus Ægidianæ, quia sententia nulla minimè meretur nomen sententiæ, *l.4. §. condemnatum, ff. de re iud.* & tradit in specie Coolard. *super d. constit. limit.3. per totam*, quandoquidem nullitates obiectæ visæ fuerunt non subsistere, nam prima de non transportatione actorum factorum coram A. C. tollitur, quia duę commissiones fuerunt præsentatę Reuerendo Patri Domino meo Pirouano, vna appellationis à sententia dicti A. C. super vsufructu prætensio ab Hortensia in bonis quondam Tiberij contra hęredes Claudij qui fuit hæres prædicti Tiberij: altera verò iactationis, ad instantiam eiusdem Hortensiæ & Saluatoris, qui emerat bona Claudij subhastata ad instantiam D. Hortensiæ ex vna, contra creditores prædicti Claudij ex altera, & proinde cum iudicium pendens inter Hortensiam ex vna, & hæredes Claudij ex altera, esset diuersum à iudicio pendente inter Hortensiam, & Saluatorem ex vna, & creditores quondam D. Claudij ex altera, quod patet ex diuersitate iuris, & personarum, ad not. *in l. & an eadem, in princ.* & ibi Bart. *in §. qui cum parte, ff. de except. rei iud.* Castr. *in l. cum quæritur, in princ. ff. eod. tit.* glos. *in l. iusiurandum 34. in ordine, §. ait prætor. verb. vel personarum, ff. de iureiuran.* Innoc. *in c. fin. numero 2. de ordin. cognit.* Bero. *cons.85. numero 20. & seqq. lib.3.* potuit procedi in vna causa, non trasportatis actis alterius, etiam si in aliquo possent deseruire in illa causa, vt fuit decisum in causa Romana depositi 5. Iunij 1600. coram Reuerendo Patre Domino Decano, & in causa Albanen. successionis 20. Maij 1602. coram Reuerendissimo D. Bononien.

Quo verò ad secundam nullitatem deductam ex eo, 2
quòd in iudicio Saluiani non fuit citata Hortensia, neque hæredes Claudij, neque ipsa visa fuit subsistere, quia sufficit, quòd Saluator possessor fuerit citatus, nec fuit necesse citare auctorem, ad *l. 1.* cum not. per Scrib. *C. vbi in rem actio*, Alex. *consil.85. numero 7. lib.6.* & est regulare quòd sufficit citare illum, contra quem principaliter dirigitur actio, glos. 2. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata*, Bald. *in l. ab eo, numero 20. C. quomodo, & quando iud.* Alex. *cons.85. numero 6. & 7. lib.6.* Felin. *in c. fin. numero 3. de maior. & obed.* latè Gabr. *conclus.1. num.319. de citat.* Quòd autem Saluator possederit, visum fuit probari ex instrumento adeptæ possessionis, quòd licèt regulariter non probet quando, vt proposito casu, alter erat in possessione, ad *l. non idcirco*, & ibi Bald. *C. de fid. instr.* attamen dictum fuit cessare difficultatem, quia ista possessio fuit data de mandato iudicis, qui potuit priuare anteriorem sua possessione ciuili, & naturali, Angel. *in l. qui vniuersas, §. item cum prætor. in fin. ff. de acquir. poss.* Dec. *cons.103. numer.1. vers. sed tunc insurgit*, Muhed. *decis.4. num.4. de restit. spoliat.* Accedat perceptio fructuum facta per filium Saluatoris, de qua deponit primus testis, quæ perceptio benè probat possessionem, Alex. *cons.161. num.6. lib.6.* Soc. *cons.131. num.2. lib.1.* Dec. *consil.400. n.3.* Crau. *cons.107. num.2.* Pedem. *decis.42. numero 3.* Menoch. *de retinend. remed.3. num.564.* & licèt adsint testes deponentes de aliqua perceptione fructuum facta per filias Claudij, attamen stante titulo emptionis mediante subhastatione apud Saluatorem, & quòd prædictæ mulieres sint affines dicti Saluatoris, Domini censuerunt quòd prædicta perceptio præsumatur facta iure familiaritatis, *l. qui iure*, ibi Bar. Alex. & alij, *ff. de acquir. possess.* Gozad. *consil.99. num.7.* Soc. *consil.131. numer.2. lib.1.* Surd. *cons.221. n.2. lib.2.*

R. P. D. S A C R A T O,
deinde S. R. E. Cardinali.

Aprutina beneficij.

Lunæ 13. Maij 1613.

A R G V M E N T V M.

De probatione iurispatronatus tam ante Concilium, quàm post, & præsertim an probetur, ex quasi possessione pręsentandi per vnicam pręsentationem, an verò requirantur plures, & multiplicatæ præsentationes.

S V M M A R I V M.

Iurispatronatus existentia censetur iustificata ex quasi possessione præsentandi, quando lis est inter compatronos contendentes de pertinentia, verùm post Concilium hæc probatio non sufficit, nisi etiam probetur beneficium esse de iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, numero 2. & 3.

Iurispatronatus probatio quando agitur de iurepatronatu priuatorum per Concilium altera non fuit, n.4.

Iuspatronatus præsumitur in dubio ex fundatione, & dotatione, vbi pertinentia legitimè probata fuerit, ibid.

Iuspatronatus non censetur probatum per quasi possessionem præsentati per vnicum actum, nisi dentur multiplicatæ præsentationes iuncta fama, ibidem.

Præsentato à medietate patronorum, & non ab omnibus, nullum ius dicitur illi quæsitum, declara vt n.5.

D E C I S I O CCCCXCIV.

IN resolutione diei 11. Februarij 1613. in hac causa facta, Domini censuerunt gratiam Donati in omnibus 1
esse iustificatam, præterquam quoad ius Lauri, de quo voluerunt particulariter videre: parte autem hac reseruata hodie proposita, fuit dictum ius Lauri non esse iustificatum. Ius enim Lauri pendet à sententia Vicarij Firmani, & sententia ex gratia Apostolica obtenta per Lau-

rum,

rum, ex quo præsentatus ab illis de Ferrettis die 28. Martij 1606. sub die 24. Aprilis eiusdem anni obtinuit prouisionem Apostolicam derogatoriam medietati vocum patronorum, pro cuius exequutione Vicarius Archiepiscopi Firmani tulit sententiam, & gratia inter alia cùm contineat narratiuam, quòd beneficium est de iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, & quod patroni sunt in pacifica possessione, seu quasi præsentandi, nulli dubium, quin Donatus tenetur iustificare nedum pertinentiam iurispatronatus, sed ex fundatione, & dotatione, prout fuit narratum, maximè cùm gratia sub hac conditione emanauerit, postquam coram eodem Ordinario iuspatronatus huiusmodi ex fundatione, vel dotatione, vt præfertur existere, verificatum fuerat.

2 Si igitur iustificatio affertur ex quasi possessione præsentandi, quæ vnico actu videtur contenta, quando lis est inter compatronos de pertinentia contendentes, Dec. *cons. 128. num. 2. in fine vers. negare enim non potest*, fuit dictum in Florentina iurispatronatus inter impress. 22. *n. 2. part. 1. diuers.* & Neapolitana Rectoriæ 19. Decembris 1608. coram Reuerendissimo Attrebaten. & hæc non sufficit ad hunc effectum, cùm versemur post Concilium, nisi etiam probetur beneficium esse de iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, vt sæpiùs fuit resolutum, signanter in Reatina iurispatronatus 28. Octobris 1587. coram Robusterio, & in Auximana iurispatronatus 25. Maij 1595. coram Illustrissimo Millino, & in Compsana iurispatronatus 24. Iunij 1604. coram bon. me. Litta. Vltra quòd satis dicitur controuerti de existentia iurispatronatus, cùm literæ Apostolicæ expressè mandent verificari illius existentiam.

3 Si verò prætendatur satisfactum literis, quia coram Ordinario fecerit iuspatronatus ex dotatione, & fundatione per instrumentum emptionis cuiusdam feudi de anno 1466. à Guerrerio de Frisonis, in quo de Frisonis, in quo dicitur comprehensum beneficium de quo agitur, & cuius instrumenti vigore exinde de anno 1478. Guererius præsentauit Andream Iacobi, & ista præsentatio in dispensatione obtenta per eundem Andream fuerit canonizata per sententiam Vicarij Firmani, & postea per aliam sententiam Rotalem, quæ dantur. Ex prædictis tamen visum est non probari patronatum ex fundatione vel dotatione, postquam sententia illa emanauerit per centum annos & vltrà, ante Concilium, in quo non cadebat distinctio qualitatis iurispatronatus, nec respectu existentiæ, vt magis esset ex priuilegio, quàm ex dotatione, & fundatione, nec respectu originis, propter præsumptionem vsurpationis. Præterea sententiæ illæ mentionem faciunt de pertinentia, quòd scilicet spectaret, & pertineret Guererio, non autem de existentia, prout desiderant literæ Apostolicæ.

4 Et quamuis Concilium quoad iuspatronatus priuatorum circa modum probandi nihil innouauerit, vt fuit dictum in Sabinen. beneficiorum 15. Decembris 1581. coram Robusterio inter impress. *decis. 199. num. 5. vers. quamuis verum sit part. 2. diuers.* in Tuden. iurispatronatus 13 Iunij 1572. coram bo. me. Cardinali Lancellotto inter impress. *decis. 331. nu. 1. part. 2. diuers.* & in Tirasonen. iuris præsentandi 18. Iunij 1584. coram Seraphino inter impress. *decis. 298. sub num. 4. vers. non obstat*, Concil. Trident. *part. 1. diuers.* & vbi pertinentia legitimè probata fuerit, in dubio præsumatur iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, Cassad. *decis. 4. num. 6. de praeben. & decision 7. numero 6. & 7. de iurepatr.* Achill. *decision. 7. in princ. de iurepatr.* Put. *decision. 59. lib. 1.* Tamen cùm non desint multiplicatæ præsentationes, neque probatio famæ, quæ ad hunc effectum sufficere viderentur, vt fuit consideratum in Pientina iurispatronatus 28. Ianuarij 1608. coram Reuerend. P.D. Coccino, non videtur legitima probatio resultare, ex qua præsumptio dotationis, vel fundationis oriri possit.

5 Non obstat, quòd ex decisione coram R. Lugdunen. dictum fuit concedendam esse subrogationem Donato in iuribus Lauri, quæ non controuertitur esse de iurepatronatus, de quo agitur, vt propterea illi sit danda immissio, cùm aliunde etiam, quàm ex gratia Apostolica dedocat ius Lauri, nempe à medietate patronorum præsentantium. Fuit enim dictum, quòd si Donatus petit immissionem vigore subrogationis ex iure Lauri, aliunde illud deducere non potest, quàm ex gratia Apostolica, quæ conditionalis est, verificato priùs coram Ordinario iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, quia ex eo solo, quòd fuerit à medietate patronorum præsentatus, nullum ius dicitur quæsitum, Abb. *in cap. cum Bertoldus, nu. 10. de re iud.* Berous *in cap. quod autem, numer 26. de iurepatr.* Mohed. *decision. 1. numer. 2. de praeben.* fuit dictum in Mediolanen. capellæ 27. Martij 1602. coram bon. mem. Corduba propterea eo casu ius Lauri non eset considerabile, nisi dignior probaretur iudicatus. Quod dici non potest, quia gratia Apostolica præcessit institutionem Lauri, non autem subsequuta, & iudex pronunciauit fauore Lauri in exequutionem literarum Apostolicarum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Britonorien. pecuniaria.

Luna 13. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

De nullitate, & iniustitia sententiæ ex pluribus defectibus, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Auditor Cameræ si deputauit vnum iudicem, qui functus officio suo sententiam tulit, non potest alius deputare in eadem causa, n. 1.

Iurisdictio commissaria non firmatur commissione in actis non producta, n. 2.

Citationes faciendæ sunt personaliter quando causa est commissaria, n. 3.

Instrumentum facit probationem probatam, n. 4.

DECISIO CCCCXCV.

Fuit resolutum sententiam esse confirmandam ex vtroque capite, tam nullitatis, quàm iniustitiæ. Nullitas detegitur ex defectu iurisdictionis, processit enim iudex, pronuncians tanquam deputatus ab A. C. qui pro sua iurisdictione carebat huiusmodi facultate, dum priùs deputauerat Reuerend. Patre Domino Bilium nunc Episcopum Papiensem, qui inierat sententiam contra Samniatum, & ideò cùm functus fuerit officio suo, defecit iurisdictio deputationi deseruiens, *l. iudex posteaquam, ff. de re iudic.* Rota *eod. tit. in nouis, decis. 16 num. 3.* 1

Nec videtur iurisdictio A.C. posse sustineri vigore commissionis sibi præsentatæ, ad quam videtur in deputatione se restrinxisse, idem A. C. quia de commissione productanis in actis non apparet, sine qua iurisdictio non firmatur, *cap. cum in iure de offic. delegat.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdictionis delegat. n. 2.* 2

Concurrebat, & alter defectus prouenieus ex citatione, quia illæ omnes quotquot sunt, præter illam ad sententiam fuerunt exequutæ, domi dimissa copia, & tamen ad effectum præiudicandi citato debuissent fieri personaliter, cùm versemur in causa commissaria, Vant. post alios *de nullit. citat. num. 83 & seqq.* & præcipuè respectu præiudicij D. Leonoræ, quæ dicitur tunc temporis absuisse ab vrbe. 3

Iniustitia est etiam patens, quia de credito Abbatis Saluagiani constat ex instrumento venditionis bonorum, quod solet importare probationem probatam, *cap. cum Ioannes de fid. instrum.* Alciat. *regula 3. præsumpt. 13. n. 8.* Osasc. *decis. 72. num. 4.* & exceptio non adimplementi iam fuit sublata in decisionibus in hac causa factis, quarum copia data fuit. 4

Nec visum est posse dubitari de legitimatione personæ D. Leonoræ, quòd esset hæres Abbatis venditoris, quia satis iustificata remanebat ex sententia Gubernatoris Britonorien. quæ data fuit in summario. Ac demum apparebat ex instrumentis datis in summario, Bernardinam, quæ veniebat ex iure cesso per Eleonoram, fuisse verè cessionariam. Ex quibus omnibus sola Bernardina informante fuit ita resolutum, &c. 5

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Prænestina bonorum.

Lunæ 13. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Mors probatur per librum parochi, iunctis adminiculis: vita autem probanda per eum, cuius intentionis est fundamentum. Cætera vide in summariis.

SVMMARIVM.

Mors alicuius probatur ex libro parochi concurrentibus adminiculis, n.1.

Quondam *dictio, probat mortem denominati, ibid.*

Vita probanda est per illum, cuius intentionis est fudamentum, ibid.

Substitutio facta vni, & successiuè illi vni, alter substitutus, si primò substitutus moriatur ante institutum, succedit vltimo loco substitutus, ibid.

Filij in conditione positi, & ex coniecturis vocati, nedum admittuntur ad portionem patris, sed etiam aliorum filiorum, n.3.

Filiorum appellatione non veniunt fœminæ in materia stricta, prout est prohibitio alienationis, ibid.

Dictio dictis, *est repetitiua præcedentium, ibid.*

Grauatus non censetur, qui non repetitur oneratus, ibid.

DECISIO CCCCXCVI.

1 PLacuit Dominis decisio in hac causa coram me facta sub die 16. Ianuarij proximi, fundamentis, de quibus in ea. Et dum contra primum fundamentum replicabatur, non constare, quòd Lucretia obierit ante filios testatoris, & proinde non applicari materiam caducitatis, de qua *in l. vnic. C. de caduc. tollen.* fuit responsum, primò veriùs esse, quòd probatur mors Lucretiæ ante mortem filiorum testatoris, ex libro parochi, concurrentibus adminiculis, Mandos. *supe regul.* 18. *q.* 10. *numer.*4. Rebuff. *in tract. de registr. Bapt. & sepultur. art. vlt. vers. & sic patet.* Rota in causa Illerden. pensionis 2. Iunij 1606. coram bon. mem. Penia. Adminiculum autem præcipuum visum fuit testamentum Siluiæ matris Rutilij modò actoris, in quo quidem testamento Lucretia in vita Camilli filij fideicommittentis denominatur per dictionem, *quondam*, quæ dictio probat mortem sic denominati, Bald. *cons.*407. *nu.*9. *lib.*1. Imol. *in c. cùm contra, num.*4. *de pignor.* Alex. *in l.*1. *§. hoc autem edictum, n.*4. *vers. adde tamen, ff. de nou. oper. nunc.* Crauett. *cons.* 148. *num.*9. Secundò, cùm filij Lucretiæ ex persona propria venire non possint, sed tantùm tanquam heredes Lucretiæ, vt infrà dicetur, ipsis incumbit onus probandi, quòd casus fideicommissi successerint in personam Lucretiæ, & sic quòd ipsa superuixerit vltimo grauato, nam quando vita est causa, quòd quis obtineat, debet per illum probari, Bart. *in l. siquidem, n.*1. *C. sol. matr.* Alex. *cons.*27. *n.*4. *lib.*7. Corn. *cons.*10. *n.*4. *lib.*1. Cæs. de Graff. *decis.*1. *n.*8. *qui fil. sin. legit.*

2 Circa secundum motiuum decisionis, in quo dicitur, quòd filij Lucretiæ non sunt vocati, sed, tantùm positi in conditione, vel quatenus ex statuto vrbis, vel ex coniecturis, possent dici vocati, hoc esset tantùm quoad portionem Lucretiæ, & perinde cùm Lucretia nullam habuerit portionem, ad nihilum redueitur eorum vocatio, replicabatur, quòd ex quo in vim statuti vrbis *lib.* 1. *c.*25. *in antiq. & lib.*1. *cap.*142. *in nou.* quod statutum dicitur habere locum in ciuitate Prænestina, tanquam in districtu positi in conditione sunt vocati, quòd intrabat conclusio, de qua per Bart. & communiter Scriben. *in l. quamdiu institutus, ff. de acquir. hered.* Castr. *cons.* 152. *num.* 1. *lib.* 1. Gabr. *cons.*115. *num.*3. *lib.* 1. nempe quòd si A. substituatur B. & isti B. substituatur C. si B. moritur ante A. ipse A. censetur grauatus restituere, quia tunc substitutio, quæ erat secunda, fit prima substitutio, vt dicit Imol. *in d. l. quamdiu, num.*3. & caducitas substitutionis B. nedum non nocet substitutioni, sed illi aperit viam, vt dicit Bald. *consil.*43. *lib.* 4. Ad hæc fuit responsum, quòd quatenus statutum vrbis posset habere locum in proposito casu, quod vocatio in vim prædicti statuti restringeretur ad portionem Lucretiæ tantùm, per allegata in alia decisione, & præcipuè in terminis huius statuti tradit Gabr. *cons.* 2. *num.*10. *lib.*2. & proinde cùm non possit sciri quanta fuerit portio Lucretiæ, quia ipsa non fuit vocata ad aliquid certum, sed substituta vltimo masculo simul cum Portia, & Laura eius sororibus, & sic portio erat declaranda secundum sorores, quæ superuixissent tempore mortis vltimi grauati, sequitur quòd non applicetur materia *d. l. quamdiu*, nam conclusio, de qua per Scriben. *in d. l. quamdiu*, non habet locum, quando secunda substitutio est incerta, & venit declaranda per effectuationem primæ substitutionis, vt fuit latè deductum in causa Maceraten. hæreditatis 10. Maij 1606. coram bon. mem. Iusto.

Et quatenus duplicabatur, quòd ex coniecturis positi in conditione censentur vocati, nedum ad portionem patris, sed & aliorum, vt per Illustr. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*11. *tit.*3. *numer.*27. & Crass. *in §. fideicommissum, q.*14. *in fin.* Vnde inferebatur filios Lucretiæ posse dici vocatos ad totum fideicommissum, & consequenter non fuisse opus effectuari successione Lucretiæ pro declaratione vocationis eius filiorum, fuit responsum non adesse coniecturas, quæ sint sufficientes pro vocatione filiorum Lucretiæ ad totam hæreditatem fideicommittentis, nam prima de prohibitione alienandi in extraneos ad decis. Romanam de quinque die 12. Nouembris 1597. coram Reuerendissimo Bononien. non applicatur, quia prohibitio est restricta ad masculos tantùm, vt patet ex illis verbis, ibi, *dictis eius filiis*, quorum appellatione in præsenti casu minimè veniunt fœminæ, tum quia in materia stricta, vt est ista prohibitionis, appellatione filiorum minimè veniunt fœminæ, Rota in causa Romana deuolutionis domus relata inter diuers. impress. *decis.* 125. *numer.*6. & 13. *part.* 2. tum quia illa dictio, *dictis*, est repetitiua suprà nominatorum, Bar. *in l. talis scriptura, §. fin. num.*4. *ff. de legat.*1. Dec. *consil.*465. *numer.*8. & 9. Ruin. *cons.*148. *num.*5. Ctan. *cons.* 98. *num.* 8. Inter supra nominatos autem non erant alij filij honorati tota hæreditate testatoris, quàm masculi, & consequenter ad illos tantùm refertur grauamen, quia grauatus non censetur, qui non reperitur honoratus, ad *l. ab eod. C. de fideicomm. l. planè si filium, §. fin. ff. de legat.* 1. *l. sed & si sic ff. de legat.*3. ex quibus infertur, quòd filiæ testatoris, quæ sunt vocatæ ante proprios filios, non habent expressam prohibitionem alienandi, & proinde quòd ex prohibitione facta filiis masculis non potest aliquid concludi ad fauorem masculorum ex fœminis. Altera coniectura de substitutione in tota hæreditate non subsistit in facto, ex quo fœminæ sunt simpliciter substitutæ, & non adsunt illa verba, *in tota hæreditate*, sicut & benè tolluntur aliæ minoris considerationis per informantes pro Stephano. Circa tertium fundamentum de filio legitimato Marci Antonij, Domini, stantibus prædictis, non habuerunt pro necessaria illam inspectionem.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Varmien. canonicatus.

Lunæ 17. Maij 1610.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume notabilia huius decisionis.

SVMMARIVM.

Possidere eandem rem insolidum duo non possunt, n.1.

Exceptio iuris tertij opponi potest quando exclusiua iuris agnatis, ibid. in fine.

Possessio præsumitur continuata, quando continuatio allegetur à possessore: secus si à tertio, n.2.

Testatorem semel possedisse sufficit probare in remed. leg. fin. C. de edict. diu. Adrian. ibid. in fine.

Mutatio possessionis est quid facti, & non præsumitur nisi probetur, n.3.

Voluntas non præsumitur mutata, ibid.

Lucrandi animus, & voluntas semper præsumitur,

Assertioni alicuius multum defertur in his, quæ ab asserentis animo dependent, ibid. in fine.

DE-

DECISIO CCCCXCVII.

1 LIcèt aliàs Sigismundus produxisset instrumentum possessionis à se captæ vsque de anno 1607. mense Octobris die 15. attamen Rota censuit illum non esse manutenendum in possessione Canonicatus, de quo agitur, sed potius Fabianum, de cuius anteriori possessione constabat per publicum instrumentum confectum mense Septembris 1604. Cæterùm ex post fuerunt pro parte Sigismundi compulsata nonnulla iura, ex quibus apparuit quòd quidam Simon Roderiski prouisus à Nuntio Apostolico ad nominationem Regis mediante persona sui Procuratoris 4. Augusti d. anni 1604. Capitulo legitimè congregato apprehenderat possessionem eiusdem Canonicatus, cùm duo insolidum eandem rem possidere non possint, *l. duo insolidum, ff. de precar. l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poss. l. sicut certu, §. si duobus vehiculum ff. commodati*. Nec videbatur dubitandum, quin Sigismundus modernos possessor non posset dare de possessione illius tertij, cùm sit exclusiua iuris Fabiani agentis, Bar. *in l. 1. §. fin. in fin. ff. vti possid.* Bero. *cons. 53. n. 25. vol.* 3. Mohed. *dec. 20. de restit. spoliat.*

2 Non obstat, quòd non probetur Simonem continuasse possessionem vsque ad diem quo cœpit possessionem Fabianus, & conclusio quòd possessio præsumitur continuata, de qua per Scrib. *in l. siue possidetis, C. de prob.* ita demum procedat si continuatio allegatur à possidente, secus si à tertio, Menoch. post Bar. Bald. Anchar. & alios *tract. de præsumpt. lib. 6. part. 54. num.* 38. quando Rota tam antiqua, nempe *decis. 4 de prob. in nou.* quàm moderna passim videtur sequi contrarium, vt in Romana palatij 10. Octobr. 1578. coram Cant. relat. inter diuers. impress. *dec. 80. par. 2.* in Regien. hospitalis 26. Maij 1586. coram eod. relat. *in decis. 130. n. 7. ead. p. 2.* in Toletana parochialis 24. Ianuar. 1604. & Zancoren. beneficiorum 10. Decembris eiusdem anni coram me. Quam conclusionem Rotæ videntur communiter sequi Doctores dum pro impiemento *l. fi. C. de edict. Diu. Adr.* quæ requirit possessionem tempore mortis, admittunt sufficere quòd probetur, testatorem semel possedisse, Aret. *cons.* 103. *num. 3. vers. venio ad tertium*, Natt. *cons. 400. n. 6.* Alciat. qui de communi, *reg. 2. præs. 21. n. 5. vers. tamen aduerto*, cum aliis per Peregr. *de fideic. art. 44. n. 16. & art. 45. n. 20.*

3 Nec deest ratio, nempe quia mutatio est quid facti, quod non præsumitur nisi probetur, *l. assecuratio, C. de non num. pecun. l. 1. C. de prob.* Ias. *in l. seruus electione, n. 8. ff. de leg. 1.* & in specie de voluntate, quæ non præsumatur, mutata est tex. *in l. eum qui, & in l. cum qui tacitum, ff. de prob. l. fideicommissa, §. si rem. ff. de leg. 3. l. sancimus, C. de testam. c. maiores §. fin. de baptismo, c. 1.* & ibi glos. *verb. non timore, quod met. causa*, Et facit quia retentio possessionis est species lucri, in qua materia semper præsumitur adesse animus, & voluntas lucrari debentis, ad tradita per Bart. *in l. quo enim, numero 1. ff. rem rat. haberi*, Abb. *in c. nonne, n. 4. de præs.* Dec. *cons. 58. num. 2. vers. imo ex eo*, Roland. *cons. 19. num. 36. vol. 1.* & è contra, amissio possessionis videtur species iactationis, quæ non præsumitur, maximè non apparente de noua causa. Et ad contraria posset responderi illa procedere quandocunque ille tertius, qui dicitur possedisse, negaret huiusmodi possessionem, vt post Fulgos. sentit Natt. *cons. 617. n. 10.* & est ratio, quia in iis, quæ pendent ab animo alicuius, multum defertur illius assertioni, ad not. *in c. significasti, de homicid.* Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina, num. 23, de caus. poss. & propriet.* Alex. *cons. 134. num. 3. vers. & de animo alicuius, vol. 1.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Saluiani.

Luna 13. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis subministrari debent constito de paupertate, & de bono iure. Bonum autem ius præsumitur in eo, qui pro se habet vnam sententiam, etiam quòd ab ea fuerit appellatum.

SVMMARIVM.

Alimenta, & sumptus litis subministrari debent duobus concurrentibus requisitis, præsumptione, scilicet, boni iuris, & paupertate, n. 1.

Sententia habet præsumptionem pro se etiam sine actis, quando illius iustitia deducitur incidenter, n. 2.

Sententia habet pro se qualemqualem præsumptionem, etiam quod ab ea fuerit appellatum, n. 3.

Index regulariter præsumitur functus officio suo ritè, & rectè, n. 2.

Alimenta, & sumptus litis, vbi debentur, non est præstanda cautio de restituendum casu succumbentia, numero 3.

Fides licet non faciat fidem, facit tamen adminiculum, numero 4.

Clausula Arbitrio Rotæ, *aliquid deficere facit de rigore iuris, ibid. in fine.*

DECISIO CCCCXCVIII.

DOmini arbitrati sunt D. Gallum teneri subministra- 1
re expensas litis Annæ Viottæ, nam ipsa habet duo requisita ad istum effectum, scilicet præsumptionem boni iuris, & paupertatem, Guidop. *decisinn.* 561. Angel. *consil. 245. num. 4. vers. præterea quia*, Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 9.* Decian. *cons. 69. num. 2. lib. 2.* latè Surd. *de alim. tit. 1. q. 120. num. 1. & 7. cum seqq.* Crescen. *decisinn. 8. de iud.*

Præsumptio boni iuris oritur ex sententia A. C. ad eius 2
fauorem lata, Alciat. *l. si instituta, §. de inofficioso*, & ibi Scrib. *ff. de inoff. testam.* Alciat. *vbi suprà, num. 8.* Cephal. *cons. 127. num. 3.* Couar. *pract. q. c. sexto, num. 6.* cui nociuo non suffragatur defectus transportationis actorum, quia hoc benè procederet si ageretur de illius confirmatione, vel executione: sed ad effectum præsumptionis sufficit sententia sine actis, quia iustitia illius sententiæ deducitur incidenter, quo casu sufficit sententia sine actis, Rot. in causa Romana domus coram Paleotto relata inter diuers. impress. *decis. 585. num. 5. lib. 3. par. 3.* etenim regulariter præsumitur pro iudice, quòd ritè & rectè functus fuerit officio suo, Bald. *in l. iurisgentium, §. quod ferè, n. 2. ff. de pact.* Alex. *in l. sciendum, num. 26. & seqq. ff. de verb. oblig.* Dec. *cons. 341. n. 12. vers. & in simili*, Alciat. *dicta præsumpt. 9. n. 1.*

Sicut etiam non obstat, quòd sententia fuerit suspensa 3
propter appellationem, quia nihilominus remanet qualis qualis præsumptio pro illa, quæ sufficit ad istum effectum, Alciat. *in suprà allegata reg. 3. præs. 9. num. 8. & 9.* Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 120. numer. 11.* Couar. *pract. quæst. c. 6. numer. 6.* & licèt Couar. *ibid. num. 7.* subdat, quòd tali casu recipiens expensas teneatur cauere de illas restituendo in casu succumbentiæ, aut de accepto ferendo in casu victoriæ: attamen Rota non sequitur istam opinionem, quia arctare ad cautionem restituendo est cogere ad impossibile, quia istæ expensæ ita demum subministrantur, si litigans non habet aliunde, & proinde si non habet aliunde vt litiget, minus habebit vt restituat, vel aliàs, si est talis, erit sibi impossibile reperire cautionem. Quo verò ad cautionem de accepto ferendo in casu victoriæ, illa est omninò superflua, quia iudex qui præsumitur benè esse functus officio suo, ex suprà alleg. non coget partem ad soluendum bis easdem expensas.

Quò verò ad secundum requisitum, scilicet paupertа- 4
tem Annæ, de eo satis constare visum fuit ex testibus, quorum summarium fuit datum ex fide parochi subscripta ab aliis, quæ fides facit adminiculum, iuxta not. *in l. instrumentum C. de probat.* Ias. *cons. 129. num. 2. vers. secundò moneor, lib. 1.* Ripa *in l. admonendi, num. 98. ff. de iureiuran.* Et prædicta eò faciliùs Domini amplexi fuerunt stante clausula, *subministratis expensis arbitrio Rotæ*, per quam conceditur facultas iudici, vt possit supplere ex arbitrio ad fauorem pauperis, & progressu causæ, quatenus in aliquo deficeret iuris rigor, ad Crescen. *decis. 4. numer. 3. de test.* Rota in causa Romana Cottuni 6. Martij 1606. coram me.

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Romana domus de Spannochiis.

Luna 20. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Emphytheusis concessa ad tertiam generationem quas personas comprehendat.

SVMMARIVM.

Sententia dua conformes vigore statuti vrbis faciunt rem iudicatam, n. 1.

Appellatio non prosequuta infra tempus legitimum, tanquam deserta non impedit effectum rei iudicata, ibidem.

Emphyteusis concessa ad tertiam generationem comprehendit omnes personas existentes in generationibus concessis, numer. 2.

Numerus singularis non extenditur ad numerum pluralem in praiudicium Ecclesia, n. 3.

Emphyteusi concessa ad generationem, numquid primus acquirens comprehendatur in generatione concessa, ibidem.

Pracedens dispositiua declarat sequentem dispositionem, numer. 4.

Emphyteusis concessa ex causa onerosa, regulatur secundum mentem, & intentionem recipientis, ibid.

DECISIO CCCCXCIX.

1 RESolutum fuit constare de re iudicata; tum quia de duabos conformibus docetur, quæ est statuto vrbis *lib. 1. cap.* 178. inter eiues, & incolas, prout suot partes litigantes, faciont rem iudicatam, vt sæpissimè firmauit Rota. Tum etiam quia appellatio à seconda non fuit infra tempus legitimum prosequuta, quæ propterea tanquam deserta oon impedit effectum rei iudicatæ, nec illius exequutionem, Felin. *in cap. ex parte, el secondo, numero 9. de rescript.* Angel. *cons. 130. per totum.* Nec iniustitia, quæ opponitur contra sententias ex iisdem actis obstare videtur, qua stante non esset locus rei iudicatæ, Felin. *in c. super litteris, nu. 15. de rescript. & in cap. inter cateras, num. 10. & 11. de re iud.* Rota *decis. 807. num. 7. par. 1. diuers.*

2 Io decisione enim in hac causa facta coram Reu. P. D. meo Decano satis probatur, & accuratè examinatur iustitia Domini Hieronymi, qui tanquam filius Marci Antonij comprehensus est in inuestitura tam ex mente contrahentium, quàm ex clausulis dispositiuis, ibi, *Marco Antonio præsenti, & stipulanti pro se, suisque eorum, videlicet ad tertiam generationem masculinam, & in defectum masculorum ad fœmininam, & in defectum generationis in nominationem vnius persona tantum, incipiendo ab ipso Marco Antonio, & vt sequitur finiendam*, quæ verba ad tertiam generationem tanquam collectiua plurium personarum aptitudine, & ex propria significatione comprehendunt quotquot sunt in prædictis respectiuè generationibus, Anchar. *cons. 44. in principio*, & consequenter Dominum Hieronymum ab ipso Marco Antonio generatum.

3 Nec refert, qoòd in eadem inuestitura legantur alia verba, ibi, *hanc autem locationem pradicti domini deputati, & congregati, vt supra, fecerunt pradicto Marco Antonio primo, & eius filio, & filio filij, & in defectum masculorum intrent per gradum fœmina, & in defectum ipsarum in vna, nominationem vnius persona tantum, vt supra dictum est*, quasi de primogenitis tam masculis, quàm fœminis, subordinatè de prædictis generationibus fuerit actum, ne ex impropríetate numeri singularis arguatur ad pluralitatem in Ecclesiæ præiudicium, vt ponderauit Gratus *cons. 132. num. 19. lib. 1.* & Rota in Sutrina locationis 1. Decembris 1603. coram bon. mem. Penia, & sic vltra Angelum filium Marci Antonij non comprehendetur Hieronymus alter filius, & dicti Angeli frater. Nec enim fuerunt sublata in prima decisione, vbi ponderantur tam verba stipulationis, quàm verba exequtionis, & tota series instrumenti, vt potiùs illa clausula, *Hanc autem locationem, &c* fuerit apposita ad declarandum, qood primus acquirens comprehendatur in generatione ad euitandas dissentientes Doctorum opiniones; de quibus per Gabr. *de iure emphyt. conclus. 4.* non autem ad restringendum naturam generationum.

Dicebant præterea Domini, quòd cùm præcedebant dispositiua verba comprehendentia generationes indefinitas; illa verò, quæ subsequuntur, & eius filio, & filij non habeant dictiones *tantum, solum*, & similes, quæ important personarum restitutionem, non videtur alienum, quin ex dispositiua præcedenti declarentur tanquam ex altera parte scripturæ, *l. qui filiabus, de leg. 1.* Menoch. *consil. 1. num. 186. & cons. 97. num. 33. & cons. 106. num. 346.* maximè ad euitandas absurdas contrarietates, & correctionem momentaneam, quæ fieri debet in emphyteusi ex causa onerosa, in qua plurimum attenditur intentio recipientis, Bald. *in l. 1. in fin. C. per quas personas nobis acquiritur*, Natt. *cons. 475. num. 5.* Gabr. *cons. 85. numer. 5. lib. 2.* 4

Et ex prædictis patet responsio ad cons. Grati 132. & decis. in causa Sutrina locationis, nam in casibus expressis aderant dictiones taxatiuæ tantùm, & non vltrà, & dispositiua erat concepta per verba in singulari numero, quòd totum contrarium animaduertitur in præsenti inuestitura, quia verba singularia sunt repetitiua incidenter, & ad effectum exprimendi quantitatem canonis apposita absque alia taxatiua, &c. 5

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Foroliuien. nullitatis obligationis.

Luna 20. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Contractus factus ab indebitè carcerato est ipso iure nullus, etiam extra carceres celebratus, si post contractum factum ad carceres redierit.

SVMMARIVM.

Contractus carcerati iniustè factus in carceribus ipso iure est nullus, nu. 1. vbi præsertim quando carceratus antequam se obligaret, suas fecerit protestationes.

Metus arguitur ex præcedentibus protestationibus metum passi, ibid. in fine.

Carcerati contractus est nullus ipso iure, etiam quòd fuerit factus extra carceres, si contractu celebrato ad carceres redijt, n. 2.

Metus vt dicatur purgatus necesse est, vt cesset omnis causa metus, ibid.

Debitor suspectus de fuga carcerari non potest, nisi docto de creditu prauio iuramento suspicionis, & deteriorationis eiusdem debitoris post factam obligationem, n. 3.

Clausula manu Regia, & sola facti veritate inspecta tollit solemnia: non autem substantialia iudiciorum, n. 4.

Legatus de latere nihil potest contra formam iuris, ibidem in fine.

DECISIO D.

INformante tantùm Equite Capite ferreo, cùm pars aduersa pluries citata noluerit informare, Domini censuerunt seotentiam R. P. D. Marchesani esse confirmandam, quatenus annullat obligationem factam per prædictum Equitem ad fauorem Dionysij Zauli, eum omnibus in ea contentis. Moti fuerunt Domini, quia prædicta obligatio fuit per Equitem facta, dum iniustè pro causa, pro qua se obligauit, detineretur in carceribus, vnde fuit nulla, *ad l. qui in carcerem*, & ibi DD. *ff. de eo quod met. caus.* Fulgos. *cons. 176. n. 1.* Alex. *cons. 241. in fin. lib. 6.* Soc. iun. *cons. 77. num. 58. lib. 1.* Neuizan. *cons. 52. num. 47.* Marsil. *in prax. §. attingam, num. 22.* vbi de communi, Natt. *cons. 451. & seq. n. 1.* Afflict. *decis. 149. n. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 136. num. 4. & 5.* adeò enim iura abhorrent iustum metum iniustum per viam carceris; & licèt regulariter gestum in causa metus iniustæ rescindendum, *l. 1. C. de rescind. vendit. l. interpositas, C. de transact.* attamen gestum ex causa metus iniustæ carcerationis est ipso iure nullum, vt colligitur ex *d. l. qui in carcerem*, vbi, *nullius momenti est*, quę verba important ipso iure, *l. si quis Sempronium, ff. de hared. instit.* & quòd talis contractus sit 1

ipso

ipso iure nullus, tenent Cardin. *cons.* 137. *num.* 1. *ad fin.* Abb. *in c.* 2. *num.* 19. *vers. excipiendo duodecimum*, *de eo quod met. caus.* Felin. *in c. Rodulphus num.* 31. *vers. nullius momenti, de rescript.* Angel. Aret. *cons.* 96. *num.* 14. *&* 21. Neuizan. *cons.* 2. *numer.* 82. *& seqq. lib.* 1. Surd. *consil.* 37. *num.* 20. & conclusio procedit sine difficultate, quando, vt in proposito casu, præcesserunt protestationes carcerati, quòd non intendebat se obligare, *l. qui in aliena*, *§. Celsus*, *ff. de acquir. hered.* Calder. *cons.* 1. *num.* 3. *de his*, *quæ vi vel met. causa*, Natt. *d. cons.* 451. *num.* 21. Honded. *cons.* 23. *num.* 21. *& seqq. lib.* 1. Surd. *cons.* 37. *num.* 20. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 126. *num.* 23. quibus accedat rigor carceris, & insolitus modus dandi cibum limitatum, quæ circunstantiæ augent metum, Cardin. *d. cons.* 137. *in princ.*

2 Nec prædictus metus fuit purgatus ex eo, quòd Eques quando contraxit, fuerit positus extra carceres, quia cùm statim fuerit ad illos remissus, perinde est ac si in carceribus se obligasset, glos. *in l. qui neque*, *verb. seruatur*, *ff. de verb. signif.* Bart. *in d. l. qui in carcerem*, *num.* 1. *in fin.* Castr. *in l. qui aleatoribus*, *in fin. ff. de testam.* Cuman. *consil.* 68. *num.* 4. Fulgos. *consil.* 177. *num.* 2. *vers. ad secundum*, Neuizian. *d. consil.* 451. *num.* 15. *cum pluribus seqq.* & est regulare, quòd vt metus dicatur porgatus, requiritur plena, & totalis libertas illius, cui fuit metus incussus, & quòd cesset omninò causa metus, *l. qui neque*, & ibi glos. *verb. seruatum*, *ff. de verb. signif.* Bart. *in l.* 2. *num.* 6. *&* 7. Bald. *num.* 10. *&* 12. cùm de his quæ vi, metusve causa, Alex. *cons.* 98. *n.* 4. *&* 99. *num.* 8. *lib.* 3. Natt. *cons.* 451. *n.* 15. *& pluribus seqq.* Rolan. *cons.* 2. *num.* 86. *vsque ad* 93. *lib.* 1. Neuizian. *cons.* 52. *num.* 52. *&* 53. Honded. *cons.* 23. *num.* 40. *& seqq. lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 127. *numer.* 28. 29. *&* 34. Pedemontan. *decis.* 180. *num.* 12.

3 Quòd autem carceratio Equitis iniusta fuerit, visum fuit Dominis apparere ex eo, quòd Eques fuit carceratus tanquam suspectus de fuga, communitate creditrice minimè instante, nec cum iuramento suspicionis, nec docto de credito, nec minus deterioratione post prætensam obligationem ad fauorem communitatis, prout hæc omnia requiruntur ad effectum, vt quis legitimè carcerati possit tanquam suspectus de fuga, Bald. *in l. apertissimi*, *num.* 9. *C. de iudic.* Bart. *in l. creditores*, *num.* 1. *vers. nam prius*, *ff. de priuil. credit.* Dec. *consil.* 75. *num.* 1. Neuizan. *cons.* 52. *num.* 12. *&* 13. Natt. *consil.* 430. *num.* 7. *in fin. & seqq.* Rolan. *cons.* 65. *n.* 9. 10. *&* 11. *lib.* 3. cum alijs per Menoch. *de arbitr. iud. casu* 87. *per totum*, Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 41. *num.* 1. *&* 3. Rota in causa Veneta pecuniaria 7. Iunij 1605. coram bo. me. Penia.

4 Nec saluari posse prædicti defectus visi fuerunt ex eo, quòd D. Cardinalis Legatus, qui carcerare fecit Equitem in vim Bullæ Clemen. Papæ VIII. super bon. regim. posset ad fauorem communitatis procedere manu regia, & sola facti veritate inspecta, quia istæ clausulæ benè tollunt solemnia, non autem substantialia iudiciorum, Natt. *cons.* 15. *num.* 11. Aret. *in cap. dilecti num.* 17. *de iud.* Lap. *alleg.* 148. *num.* 4. *&* 5. Roman. *sing.* 192. Crau. *cons.* 265. *num.* 6. *vers. non obstat*, Rota in causa Bononien. de Budriolis 25. Nouembris 1578. coram bo. mem. Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.* 445. *num.* 6. *part.* 1. & proinde non potuit Legatus vigore dictarum clausularum carcerare Equitem sine requisitis, de quibus suprà, quia concernunt iustitiam, non autem solemnitatem, præcipuè liquidatio crediti, & deterioratio post obligationem, sicut & multò minus id potuit facere tanquam Legatus de latere, quia Legatus de latere nihil potest contra formam iuris, glos. *in c. fin. in verb. figura, de hæret. in* 6. Specul. *tit. de legat. §. superest*, *num.* 5. *&* 7. Ant. de Butr. *cons.* 62. *num.* 3. Abb. *cons.* 1. *num.* 3. *lib.* 2. Soc. *cons.* 27. *num.* 9. *lib.* 3. Crau. *cons.* 103. *num.* 2. Non. *cons.* 104. *num.* 20. cum alijs per Honded. *consil.* 93. *num.* 70. *lib.* 2.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Montis Politiani pecuniaria.

Lunæ 20. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Episcopus tenetur contribuere in fabrica quæ fieri contigerit pro necessitate suæ Ecclesiæ, & ex hac causa tenetur etiam ad debitum contractum à suo antecessore.

SVMMARIVM.

Successor Ecclesiæ tenetur ad debitum contractum per antecessorem pro necessitate Ecclesiæ, num. 1. *declara vt num.* 2.

Episcopus tenetur vsque ad quartam partem redditrum Episcopatus contribuere pro fabrica necessaria suæ Ecclesiæ, n. 3.

Ciues non tenentur contribuere in fabrica necessaria Ecclesiæ, nisi in defectum Episcopi, n. 4.

DECISIO DI.

IN decisione in ista causa 15. Martij præteriti facta, fuit 1
dictum non constare de causis restitutionis, reseruato particulariter videri, an debitum, de quo agitur, contractum ab Episcopo pro fabrica Ecclesiæ censeretur pro necessitate eiusdem Ecclesiæ contractum, ita vt ad illud teneretur successor in Episcopatu, iuxta text. *in c. primo*, *de solut.* Et hodie causa reproposita Domini censuerunt dictum debitum non fuisse contractum pro necessitate Ecclesiæ, & sic non intrare dispositionem text. *in d. cap.* 1. sed omninò standum esse in decisis.

Et mouebantur, quia in ciuitate Montispolitiani adest 2
Cathedralis antiqua satis congrua, & capax, quæ semper commodè inseruiuit, & etiam hodie inseruit ad exercenda munera Episcopalia: vnde licèt ciuitas decreuerit Ecclesiam nouam longè magnificentiorem, & ampliorem construere, & Episcopus quoque in hoc opere tam pio tribuere voluerit promittendo, & se obligando ad scuta centum annua, donec vixerit; tamen dicta obligatio fuit potius voluntaria, quàm necessaria, cùm nulla adesset necessitas construendi nouam Ecclesiam, & per consequens non intrat dispositio text. *in d. cap.* 1. quæ habet locum solummodo, quando debita sunt contracta pro necessitate Ecclesiæ, vt notat Abb. *in d. c.* 1. *n.* 1. Capell. Tholosan. *q.* 70. *n.* 3. Card. *cons.* 110. *n.* 5. Put. *decis.* 43. *n.* 3. *& decis.* 44. *lib.* 2. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *c.* 10. *sub n.* 15.

Vlteriùs ad excludendam dictam necessitatem conside- 3
rabant Domini hanc contributionem Episcopi non ascendere ad quartam partem redditrum Episcopatus, ad quam si fabrica fuisset necessaria, tenebatur, *cap. vnic.* & ibi glos. *verbo tertius*, approbata teste Bero. *cons.* 3. *n.* 6. *lib.* 1. 10. *q.* 3. *c. quatuor*, *& c. de redditibus*, *& cap. mos est*, 12. *q.* 2.

Quę confirmantur ex contributione ciuium, qui si fuis- 4
set fabrica necessaria, noluissent contribuere, cùm ipsi circumscripta consuetudine, quæ non adest in casu nostro, non teneantur nisi in defectum Episcopi, & cleri, Bero. *vbi suprà n.* 3. *vsque ad* 6. Surd. *cons.* 62. *n.* 23.

Prædictis accedit, quòd Episcopus semper recusauit 5
soluere, allegando quòd fabrica non fiebat secundùm formam, & modellum sibi benè visum; & tamen, si fabrica fuisset necessaria, aut vellet, aut nollet, debebat quartam partem contribuere in fabrica construenda arbitrio peritorum. Ex quibus sic fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. pecuniaria.

Veneris 24. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Promittens soluere infra certum tempus, nisi infra d. tempus fuerit à iudice sententiatum, non sequuta sententia, & sic conditione non purificata, promissio remanet pura, & executioni mandanda.

SVMMARIVM.

Conditionis in instrumento, & obligatione apposita defectus reddit obligationem puram, n. 1.

Conditio temporis in obligatione appositi habet hoc præcipuum, quod si prius non impleatur emolumentum, non quæratur, ibid. in fine.

DECISIO DII.

1 RESolutum fuit esse locum exequutioni instrumenti contra Dominum Thomam Bontempum. In eo enim legitur clara obligatio ipsius Thomæ in forma depositi, & cum obligatione Camerali de restituendo libras 18200. Dominis assumptis, vel Cameræ Bononien. infra menses 12. proximè tunc subsequuturos, etiam absque aliqua requisitione, non subsequuta omni, & quacunque exceptione iuris, vel facti, ac defensione sublata impediente exequutionem dictæ obligationis, nisi infra dictum tempus iudicatum fuerit diffinitiuè dictas pecunias per dictos assumptos iuridicè D. Petro Capponio deberi. Et cùm hæc exceptio posita sub conditione temporis 12. mensium reportandi diffinitiuam sententiam propter non adimplementum reliquerit obligationem puram, *l. 2. ff. de in diem adiect.* nihil videtur obstare; quin exequutioni demandari possit, Angel. *in l. 4. §. condemnatum, n. 4. ff. de re iudic.* Boer. *q. 295. num. 6. vers. secus*, Menoch. *de arbitr. casu 17. n. 4. vers. scio tamen*, Gallesi. *de obligat. Camer. par. 1. q. 2. num. 12.* Habet enim conditio hoc præcipuum, quòd si priùs non impleatur emolumentum, non quæratur, Bart. *in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 5. ff. de condit. & demonstr. l. qui heredi, l. Maeuius, eod. tit.* Surd post alios *cons. 449. n. 49. lib. 3. & cons. 327. n. 18. lib. 4.* Vnde cùm implementum istius conditionis specter ad Thesaurarium, si cessat, cessabit pariter emolumentum liberationis à restitutione facienda.

2 Non obstat, quòd ex forma eiusdem decreti Illustrissimi Legati Bononien. in cuius exequutione fuit concepta obligatio, erat quidem reportanda sententia diffinitiua, sed priùs erat procedendum insimul contra Dominos assumptos, & Rondinellum vnico contextu per iudicem competentem à Sanctissimo Domino nostro Papa, etiam cum assensu assumptorum impetrandum, quod cùm Domino Petro non licuerit ob recusationem Rondinelli, qui obtinuit pro suo interesse causam remitti ad partes; ideò propter impedimentum simultaneæ prosequutionis causæ ex facto Principis causatum terminos anni præfixos non videtur cucurrisse in præiudicium Domini Petri, *auth. sed & lis, Cod. de tempor. appellat.* Roland. *cons. 15. num. 8. lib. 2.* Fuit enim responsum sufficere assumptis conditionem non fuisse impletam per Thesaurarium, & sic obligationem Thomæ remansisse puram, nec stetisse per eos, quin accommodarent consensum iudici per Thesaurarium, à S.D.N. impetrando, iuxta formam decreti; & quatenus dura sit conditio apposita de prosequendo iudicio insimul contra vtrumque, sibi imputet Thesaurarius, qui eam acceptauit, sufficit enim ita fuisse conuentum, cùm aliàs regimen Bononien. non assensisset ei pecunias consignari, &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Barchinonen. parochialis.

Mercurij 27. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Defenditur in hac decisione mandatum de immittendo relaxatum ad instantiam Procuratoris Monachi, & exequutum sine intimatione ab exequutore non existente in dignitate, & post captam possessionem attentatam.

SVMMARIVM.

Monachus de iure, licèt non possit esse Procurator extra res sui monasterij, potest tamen etiam in alienis negotijs procurare de licentia sui superioris, n. 2.

Mandatum de immittendo exequi potest etiam sine intimatione, num. 3.

Exequutio mandati de immittendo fieri potest sine alia citatione, ibid.

Verba mandatorum intelligi debent prout de iure, ibid. in fine.

Declaratoria censurarum danda est contra non parentem mandatis Rotalibus, num. 4.

Declaratoria censurarum dari non potest antequam purgentur attentata, ibid.

Possessio instrumentalis nihil operatur; nec causat attentata, ibid.

Venisse non dicitur, qui non stetit, ibid.

Factum quod non durat habetur pro non facto, ibid. in fine.

Momentaneum quod est, in consideratione non habetur, ibid. in fine.

Merus exequutor non est opus, quòd sit in dignitate, num. 5.

DECISIO DIII.

DOmini permanserunt in decisis sub die 28. Nouem- 1
bris 1612. quòd scilicet danda esset declaratoria contra Petrum ob non paritionem mandato de manutenendo, iuribus, & rationibus, de quibus in decisione desuper extensa. Quibus non obstare visum fuit, quòd mandatum de immittendo fuerit nulliter exequutioni demandatum, & consequenter possessio illius vigore capta fuerit nulla, atque inde malè decretum mandatum de manutenendo, & proinde minimè veniat declarandus Petrus si non obediuit mandato iniusto, quia negabant Domini mandatum de manutenendo fuisse iniustè relaxatum.

Et dum primo pro hoc deducebatur possessionem in 2
vim mandati de immittendo fuisse nomine Iacobi captam per quendam Monachum, qui de iure non potest esse Procurator extra res sui Monasterij, *Clem. religiosus de procur.* fuit responsum conclusionem non procedere concorrente, prout concurrit in hoc casu, licentia Superioris dicti Monachi, glos. *in cap. Monachi, el 2. verb. Abbate 16. quæst. 1. & in dicta Clem. religiosus, verb. licentia*, vbi Card. *num. 8.* Vitalin. *n. 22. & 23. de procur.* Innoc. *in cap. cùm I. & A. n. 2. in fin. & n. 3. de sent. & re iud.* Butr. *in cap. 1. n. 16. vers. per hac de syndic.* Dec. *in cap. decernimus, n. 7. vers. an autem è contra de iud.* Roman. *sing. 278. incip. Monachus, num. 2.* Cæpoll. *cons. ciuil. 21. n. 7.* Rota *decis. 1. de procur. in antiq.* Achill. *decis. 5. de procur.* & de communi testantur Felin. *in d. cap. cùm I. & A. n. 11. vers. & illud nota. de sent. & re iud.* Add. ad Roman. *d. sing. 278.* quicquid in contrarium dixerint Ioan. And. *in cap. in argumentum de reg. iur. in 6.* Abb. *in cap. sopitæ, n. 3. de cens.* Anchar. *cons. 57. n. 1. & 2.* cùm prædicta opinio sit communis, vt patet ex allegatis.

Dum secundo loco opponebatur defectus intimationis 3
mandati de immittendo tam de iure communi, ad notata *in l. meminerint, C. vnde vi*, & simile, de exequutorialibus intimandis, Cassad. *decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet.* quàm in forma ipsiusmet mandati, ibi, *intimetis*, &c. fuit responsum, quòd quando articulus exequutionis fuit in iudicio benè discussus citato possessore, & relaxatum mandatum, tunc in exequutione prædicti mandati minimè est necessaria alia citatio, Abb. *in cap. fin. n. 13. vers. secundus casus de præs.* Imol. *in cap. pastoralis, §. quia vero, n. 19. de off. deleg.* Felin. *in cap. de cetero, num. 4. col. 2. de sent. & re iud.* Card. *cons. 145. num. 4. & 5.* Surd. *cons. 301. num. 68.* Nec applicatur materia exequutorialium, quia illæ continent tantùm monitionem, non autem præcisam commissionem, quòd quis inducatur in possessionem, prout continet mandatum de immittendo, Mandos. *de commiss. 30. verb. loco litterarum, vers. item exequutoriales*, Vestr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 16.* Quantum verò ad verba mandati, ibi, *intimetis*, &c. fuit dictum, quòd illa verba non erant intelligenda, vt intimatio deberet præcedere exequutionem mandati de immittendo, sed post illius exequutionem est facienda talis intimatio pro notitia illius, qui tenetur parere, ita vt si non paruerit, possit declarari, aliàs ipse tamquam ignarus exequutionis non posset dici contumax, & istum sensum esse sumendum, cùm verba mandatorum debeant intelligi, prout de iure, Alex. *cons. 46. n. 2. lib. 5.* Anchar. *cons. 6. n. 7.* Castr. *cons. 270. n. 2. lib. 2.*

Dicebatur etiam, quòd dato, quòd possessio fuisset 4
nul-

nulliter capta: attamen ex quo mandata Rotalia fuerunt non semel, sed pluries Petro intimata, & ipse non docet de aliqua paritione, imò constat de contrario postquam seruati sunt quatuor termini substantiales, potest nihilominus deueniri ad declaratoriam, ex allegatis in decisione. Nec obstare, quòd prædicta possessio tanquam nulliter capta, fuerit attentata, & huiusmodi attentata de iure veniunt purganda priusquam possit procedi ad declaratoriam, vel aliud, quia fuit responsum, quòd ex quo illa possessio fuit merè instrumentalis, & naturalis, fuit per Petrum semper tenta, vel statim recuperata, non adest, quod purgetur perinde, ac si capta non esset, vt in Seguntina coram bon. mem. Litta sub die 2. Iunij 1603. & faciunt iuris regulæ, quòd non dicitur venisse qui non stetit, *cap. si postquam*, vbi glos. *verb. mente, de elect. in 6.* Ruin. *cons.* 112. *ad fin. lib.* 5. nec videtur factum, quoad factum non durat, *l. si pro parte, §. versum, ff. de in rem verso, l. item eorum, §. quod si*, & ibi glos. *verb. durat. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine*, & quòd momentaneum minimè habetur in consideratione, *l. fin. C. de bon. qua liber. c. nam & ego*, & ibi glos. *de verb. signif.* Abb. *cons.* 73. *in princ. lib.* 2. cum similibus.

5 Circa illud quod opponebatur exequutorem minimè fuisse in dignitate constitutum, fuit responsum, quòd ex quo illi fuit commissum nudum ministerium, dicebatur merus exequutor, & consequenter non fuit opus vt esset in dignitate constitutus, Rota *decis. 29. & 31. num. 1. de rescript. in nou.* Archid. *in c. statutum* 11. *vers. secus tamen est, eod. tit. in 6.* Card. *cons.* 103. *num.* 10. Federic. de Senis *cons.* 115. *num.* 2.

R. P. D. PIROVANO.

Florentina pecuniaria.

Veneris 31. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Defenditur in hac decisione quædam apocha, aduersùs quam apponebatur confessionem in ea factam esse erroneam, ex pluribus capitibus, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Creditor potest fundum sibi hypothecatum, & pignoratum vendere, seruatis seruandis, & dominium in errorem transferre, num. 2.

Subhastatio facta à iudice de re hypothecata, & pignorata ad instantiam creditoris, censetur facta ab ipso creditore, ibid.

Creditor faciendo subhastare rem sibi hypothecatam nunquid teneatur de euictione, ibid. in fine.

Referenti non creditur nisi quatenus in relato appareat, num. 3.

Contrahentes quid senserint in restitutione fructuum vigore sententiæ facienda, indicatur ex quantitate à contrahentibus taxata in instrumento, n. 4.

Bona stabilia à communiter accidentibus non solent reddere minus, nempe plus de quinque pro centenario, ibid. in fine.

Scientia contentorum in scriptura præsumitur in eo qui mentionem facit d. scripturæ, n. 5.

Confessio emanata circa spolium deseruire an possit ad probationem euictionis, n. 6.

Singula adminicula quæ non prosunt, multa collecta iuuant, num. 7. in fine.

Confessio interpretatur ad fauorem confitentis, vt minus illi præiudicet, quàm sit possibile, declara vt n. 8.

Confitens appellationem, non censetur confiteri appellationem validam, declara vt ibid.

Offerens, vel promittens aliquid facere vigore sententiæ, censetur eandem sententiam approbare & ratificare, ibid.

DECISIO DIV.

1 IN decisis fuit resolutum errores namque considerari ad arguendam apochæ imperfectionem, satis leues visi sunt; & responsiones datæ pro remouendis adminiculis in decisionibus ponderatis, optimis rationibus euitari posse videntur.

Primus error ex eo, quod narratur prædium venditum per patrem Domini Antonij Francisci, cùm tamen ex instrumento producto constet venditionem fuisse factam per iudicem vti de bonis cuiusdam debitoris Domini Soderini, cui de pretio venditionis fuit satisfactum, facta per ipsum obligatione de euictione. Tollitur ex substantia facti, Soderinus enim dum esset creditor, potuit fundum sibi hypothecatum, & pignoratum vendere, seruatis seruandis, & dominium in emptorem transferre, *Instit. quib. alien. licet, vel non, §. 1. l. qui prædium*, vbi Bald. *C. de distract. pignor.* nec est nouum, quod qui dominium non habet, in alium transferat, vt in his terminis dicit Negus. *de pignor. 1. membr. 6. partis, num.* 11. Vnde quicquid actum est per iudicem vendendo prædium, à lege ipsius Soderini factum reputatur, *l. si ob causam, Cod. de euict.* latissimè Surd. *cons. 49. num. 1. vol.* 1. maximè cùm non dubitetur, quin ad eius creditoris instantiam facta fuerit venditio, dum in ipso iudiciali contractu fideiusserit pro euictione, Bald. *in l. exceptione, num. 1. Cod. de euict.* Surd. *cons. 70. num. 3. volum.* 1. Igitur magis propriè videntur loquuti contrahentes in apocha, loquendo secundùm legales terminos, quàm si dixissent iudicem vendidisse prædium, ad quem nihil pertinet de substantia venditionis. 2

Secundus error deductus ab expressione pretij scutorum 1100. cùm verè per instrumentum venditionis constet minoris summæ esse, scilicet scutorum 1050. erroris nomen non meretur, quia somma prædicta scutorum 1100. non fuit expressa tanquam certa, sed certificanda per relationem ad instrumentum, ibi, *come n'appare publice instrumento rogato da ser Gasparo*, cui standum est pro veritate habenda, non autem scripturæ referenti, Roman. *cons. 305. num. 5. in vlt. dubio*, Crauett. *cons. 112. n. 15. & cons. 273. n. 6.* Bec. *cons. 5. n. 5.* Magnu. *dec.* Lucen. *96. n. 10. & seqq.* 3

Tertius error affertur ex calculatione fructuum in apocha in somma scutorum 80. pro totidem restitutis vigore condemnationis fratribus de Fiesole, quæ ad damnum Domini Antonij Francisci non erant ponenda, dum integrum pretium bonorum non habuit, sed neque error iste verè probatur, quia sententia non exprimit summam, sed simpliciter condemnat ad restitutionem fructuum; igitur enunciatio, de qua in apocha, quòd Michelinus fuerit condemnatus restituere fratribus scuta 80. pro fructibus duorum annorum, de condemnatione præcisa intelligi non potest, sed de correspectiuitate ad debitum, & eo casu quantitas taxata solet indicare quid senserint contrahentes, glos. *in l. 1. §. qui superficiem*, vbi Bart. *ff. de superficieb.* Neuiz. *cons. 7. num.* 4. Surd. post alios *decis.* 257. *num.* 6. & hanc esse cæteris meliorem coniecturam, viuam rationem, & optimam interpretationem, ex sententia multorum, quos allegat Illustrissimus Mantic. *de tacit. conuent. lib. 4. tit. 9. num.* 8. Vnde cùm bona vendita pro pretio scutorum 1050. à communiter accidentibus non soleant reddere minus, neque plus de quinque pro centenario, *§. si verè alicuius Ecclesiastici, auth. de alien. aut per.* glos. *in auth. perpetua, C. de sacrosanct. Eccles.* Neuiz. *cons. 7. num.* 5. alios allegat Tiraqu. confirmando hanc conclusionem *de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num.* 19. sequitur dicendum quòd ad constituendum errorem redditus pro biennio debuissent taxari in scutis 105. non autem 80. vt factum fuit cùm in rationem quinque pro centenario capitale scutorum 1050. pro biennio reddidisset eadem scuta 105. 4

Quartus error præsumitur, quia in apocha dicatur spoliatus de toto prædio: in sententia autem producta, à qua deducitur probatio euictionis, non dicatur nisi pro duabus tertijs partibus; verùm si aduertatur, nullus detegitur error in confessata euictione, quia dicitur in apocha Michelinum de dicto podere vendito per Soderinum fuisse spoliatum per Priorem, & fratres sancti Dominici de Fiesole, & alios consortes litis, & in ea nominatos, & descriptos: in sententia autem nedum nominantur fratres sancti Dominici, quibus condemnatur Michelinus ad relaxandum illa bona, quæ possidet, sed etiam Angela, cui permittitur retentio tertiæ partis dictorum bonorum venditorum Michelino, & consequenter constat nihil penes emptorem remansisse. Et licèt non exprimatur, quomodo Angela obtinuerit vel de facto, vel de iure, tertiam illam partem bonorum; nihil tamen referre videtur 5

ad effectum iustificationis narratiuæ, ae etiam scientiæ, quia in eo, qui facit mentionem alicuius scripturæ, præsumitur scientia contentorum in ea, & eorum, qoæ acciderunr in conciusione illius, Bart. Angel. *in l. qai Roma, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* vbi Ripa *num.* 54. Roland. *cons.* 36. *n.* 16. *vol.* 2. Menoch. *cons.* 73. *n.* 23. Corn. *cons.* ra t. *num.* 13. *vers. quia ex qao, vol.* 2. id affitmans etiam quòd non constaret mentionem facientem de scriptota perfectam scientiam contentorum haboisse, & opinionem magis veram dixit, & eam seqountur Ripa *in d. §. duo fratres, num.* 52. & Soc. iun. *cons.* 182. *num.* 27. *vol.* 2. vltra quòd ex sententia, quæ datur in summario *nam.* 2. satis colligitur quomodo, & quo iure tertia illa pars fuerit Angelæ adiudicata.

6 Nun ubstat, quòd confessio emanata circa spoliom deseruire nou possit ad probationem euictionis, cùm illa verba sonent iu facto pro quu vendens ooo tenetur, cùm sequatur ratione folios possessionis, *l.* 3. vbi Bart. *num.* 1. *& 2. ff. de act. empt.* Bald. *in l.* 1. *nam.* 17. *C. de pericul. & commod. rei vendit.* cum alijs allegatis, quia obiectum procederet, si simpliciter fuisset narratum emptorem spoliatum; secus verò qoandu dicitur à iudice, à qoo de iure, non autem de facto solet procedere spolium, nisi doceatur, quòd vel iniustè, vel oulliter processerit, Rota *decis.* 802. *n.* 7. *par.* 2. *diuers.*

7 Et ex prædictis satis tuentur adminicula deducta ex sententia, & fructuum condemnatione, quæ impugnantur prætextu errorum. Tertium verò adminiculum de compromisso, & laudo sequuto, in qoo Soderinus dicebatur condemnatus ad liberandam tenutam captam super bonis per Michelinum, & in termino quatuot mensiom, ex responsiooibus adductis non enetuatur, quin tenuta Michelini probatur, & pro liberatione tenotæ facta fuit apocha; & quamuis in decisione diei 13. Iunij 1612. fuerit dictum stringere adminiculum, qnia reperiebatur facta liberatio intra quatuot menses, qui erat termious appositus in laudo, & hoc verè non legitur in laudo; tamen nihil referre dixerunt Domini, quia consequentia obligationis chirographicæ ob confessatam euictionem magis stringitur ex subsequuta obligatione liberandi tenotam ex apocha, quàm ex præfixiooe termini quatuor mensium, qui si non fuisset expressus, poterat cogi Soderinus ad citius liberandum bona prædicta, *l. cum qui, §.* 1. *ff. de verb. oblig. l. in omnibus, ff. de reg. iur.* vbi Dec. & Cagnol. atque ita sioe de per se adminicula poodetentur, siue simul iuncta, prout verius Rota considerauit per regulam, *Quæ singula prosunt, multiplicata iuuant*, de qua latè per Gabr. *de probat. conclus.* 1. de sufficienti euictione constate videtur, ex qua Michelinus prætendit de credito suo liqoidè apparere.

8 Non obstat, qnòd si admitteretur probatiu euictionis ex confessione, & adminiculis: tamen non deseruirent ad liquidationem crediti, ex quo confessio interpretatur ad fauorem confitentis, vt minus præiudicet, *l. si quis intentione, de iud.* Rota *decis.* 409. *num.* 3. *&* 441. *num.* 9. *pars.* 1. *diuers.* ideò satens euictionem non dicitor fassus eam validam, nisi Michelious aliunde eam probet, prout de confitente appellationem, quòd non dicatur fateri illam fuisse interpositam intra legitima tempora, Rota *decis.* 30. *de appell. in nouis*, Couar. *pract. quæst. cap.* 23. *n.* 2. *vers.* 2. *præscripta regula.* Quia fuit responsum confessionem non fuisse nudam, & simplicem, quæ possit recipere à iure interpretationem confitenti fauorabilem, sed qualificatam per relatiooem ad sententiam, de qua constat: propterea succedit altera iuris conclusio, quòd si quis offerat, vel promittat vigore alicuius sententiæ, censetur illam approbare, & ratificare, Crauet. *cons.* 158. *n.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 94. Surd. *cons.* 12. *n.* 53. *& cons.* 104. *n.* 1. *vol.* 1. &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Nouarien. Canonicatus.

Veneris 31. *Maij* 1613.

ARGVMENTVM.

Regula de annali possessore vt suffragetur, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

Prorogatio termini iuxta regulam de annali operatur, vt idem terminus à regula statutus durare dicatur, num. 1.

Sententia obtenta per Procuratorem, de cuius mandato non constabat in actis, valet si verè illud mandatum aderat, num. 2.

Regula de annali habet locum, quando sententia est lata in petitorio, secus in possessorio, declara vt n. 3.

Sententia contra quem lata requiratur, vt annali regulæ dicatur satisfactum, n. 4.

Regula annalis vt habeat locum requiritur possessio immediatè à die datæ, & ante præcedentem impetrationem eius, aduersus quem datur, declara vt n. 5.

Possessor pacificus dici non potest vt intret regula de annali, qui habet pro se rem iudicatam pendente causa nullitatis, num. 6.

DECISIO DV.

Domioi dixerunt Marchetto, non ubstare regulam 1
de annali, cùm omnia io ea contenta obseruauerit. Nam quoad primam partem fuit illi expressè derogatum, & ex aduerso de ea noo controuertitur. Circa verò secundam, in qua disponitur, vt impetrans infra sex menses possessorem ad iudicium euocari faciat, causamque ex tunc desuper infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prosequi teoeatur, cùm Marchettus obtinuerit prorogationem ad quatuor menses, & infra illos vocauerit Geram ad iudiclum, & fuerit subsequuta sententia, sufficit ad hoc, vt dictæ secundæ parti satisfactum dicatur, Mandos. *ad dictam regulam quæst.* 76. *num.* 8. & fuit dictum in vna Conchen. parochialis 11. Decembris 1602. coram bon. mem. Peoia; prædicta enim prorogatio operatur, vt idem terminus à regula statutus durare dicatur, *l. sed si manente, ff. de precar.* Bart. *in l. dies cautioni in fin. ff. de damn. infect.* Tiraq. *de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 40.

Quibus non obstat, quòd dicta prorogatio non fuerit 2
producta in partibus coram Ordinariu Casalen. qui pronunciauit in causa, quia productionis defectus esset attendeodus si ageretur de confirmanda illius sententia; tunc enim requireretur prorogationem fuisse productam in partibus ante senteotiam, vt ex ea posset illa iustificari: sed cùm in præsenti solùm disputetur, an obstet regula de annali, sufficit ad istum effectum hodie de dicta prorogatione in actis constare, sicuti in simili dicimus valere sententiam obtentam per Procuratorem, de cuius mandato non constabat in actis, si verè illud adetat, Cresc. *decis.* 1. *num.* 4. *de senten. & re iud.* Achil. *decis.* 6. *de procurat.*

Minus obstat sententiam fuisse latam in possessorio, 3
non aotem io petitorio, prout regula videtur requirere; quia fuit lata ab executore literarum Apostolicarum in possessorio adipiscendæ, quod habet mixtam causam petitorij, quo casu regulæ satisfactum dicitur, Sarnen. *vbi suprà quæst.* 66. *sub num.* 2. & ita tenuit Rota in vna Tullen. Mooasterij 15. Maij 1596. coram bon. mem. Penia, & in Leodien. Canonicatus 23. Iunij 1597. coram Gipsio, & in dicta Conchen. parochialis. Vltra quòd sententia videtur potius sapere petitorium in eo, quòd declarat gratiam Marchetti nullam, & Iosephum non esse amplius molestandum.

Nec obstat sententiam fuisse latam contra Bernardum, 4
quia ad effectum regulæ etiam sententia contraria suffragatur, Cresc. *decis.* 10. *de caus. possess. & propriet.* & fuit dictum in Hispaleo. beneficij 10. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Iusto.

Tandem visum fuit non obstare, quòd Gera fuerit effe- 5
ctus pacificus possessor post dictam sententiam, quæ transiuit io iudicatum: cùm ad effectum regulæ possessio requiratur immediatè à die datæ, & ante præcedentem impetrationem eius, aduersus quem datur de regula, Caputaq. *decis.* 21. *part.* 3. Guidop. *decis.* 149. & fuit resolutum in vna Rhegien. Priotatus 10. Ianuarij 1567. coram bon. mem. Penia. Et dictum Sarnen. *vbi supra quæst.* 44. *in fin. vers. secus vero*, vbi videbatur contrarium asserere, intelligebant Domini in impetrante post sententiam latam pro possessore, non autem in eo, qui ante illam impetrauerat.

Qui-

Quibus accedat, quòd licèt sententia transiuerit in iudicatum, & causa appellationis fuerit deserta, vt fuit resolutum coram me 14. Decembris præteriti; tamen remanebat causa nullitatis æquè principaliter commissa per dictionem copulatiuam *necnon*, qua pendente non potest Gera dici pacificus possessor, vt fuit dictum in dicta Rhegien. Prioratus coram bo.mem. Penia.

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Hypoteglen. Capellaniæ.

Lunæ 3. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Beneficij existentia quomodo probetur, & quomodo etiam probetur beneficium esse collatiuum.

SVMMARIVM.

Beneficij existentia probatur per plures enunciatiuas instrumentorum antiquorum, n.1.

Beneficij existentia probatur per illius quasi possessionem per visitationes Episcopi, per locationes, per præsentationes patronorum, & alia, sub n.2.

Beneficium esse collatiuum probatur eo ipso quòd docetur de Ecclesia, de dote, & de Rectore, qui illud obtinuit, ibid.

Beneficium esse collatiuum non dicitur probatum, nisi doceatur quòd aliquando fuerit collatum per litteras collationis. Declara vt n.3.

Beneficium Ecclesiasticum præsumitur erectum de licentia Episcopi, vbicunque Ecclesia reperitur constructa, dotata, & cum Rectore, n.4.

Ecclesia, in qua Sacerdotes publicè celebrant, præsumitur quòd non sit pius locus, sed verè Ecclesia, num. 5.

Negatiua alicuius facti an probetur per diligentias de reperiendo in actis facta per Notarium asserentem se non reperisse, n.6.

DECISIO DVI.

1 DVm hæc causa fuisset proposita die 15. Iunij præteriti, fuit dictum, quòd informaretur strictè super decisione facta die 15. Decembris 1608. super existentia beneficij sancti Martini: vnde ex his, quæ deducta fuerunt, satis visum est constare de existentia huius beneficij, & consequenter Domini censuerunt sententiam esse confirmandam. Quia vltra instrumenta annorum 1502. & 1504. antequam erigeretur altare Beatæ Mariæ, & sancti Iacobi, & in quibus ordinatur, & exequutioni mandatur erectio dicti altaris in Ecclesia sancti Martini in castro Turris, dantur alia duo annorum 1433. & 1446. in quibus enunciantur Rectores sancti Martini castri prædicti bona nonnulla suæ Ecclesiæ locasse, iuxta alia bona eiusdem Ecclesiæ, quæ cùm sint vltra centum annos, multum præponderant, Put. *decis. 204. per totam, lib. 2.* Felin. *in cap. cum causam, n.4. de probat.*

2 Quibus accedit possessio Faustini spacio plurium annorum, qui retinebat ambas capellanias tanquam distinctas, vt patet ex visitationibus anni 1571. dum coram Episcopo enunciat se Capellanum vtriusque Ecclesiæ, & bona spectantia ad vtramque capellam designat, quibus plurimum defertur, cùm sint de pertinentibus ad officium visitantis, Verall. *decis. 218. par. 2.* & fuit dictum coram me in causa Mediolanen. decimarum die 16. Martij 1612. Concurrunt præterea locationes distinctæ respectu capellæ sancti Martini, & item præsentatio per patronos facta de anno 1588. ad istas capellas tanquam distinctas, & separatas, ac demum id confirmant testes, quorum depositiones vnà cum supradictis iuribus dantur in summarijs, ex quibus saltem simul iunctis visum est Dominis constare beneficium esse collatiuum, cùm doceatur de Ecclesia, de dote, de Rectore, qui obtinuit per tot annos beneficium tanquam diuisum, & separatum à beneficio Beatæ Mariæ, & S.Iacobi, quæ requisita sufficiunt pro substantia beneficij, Abb. *cons. 47. num. 1. par. 1.* Cæs. de Graff. *decis. 13. num. 3. de præbend.*

3 Non obstat, quòd prædicta requisita non sufficiant, nisi doceatur, quòd aliquando fuerit collatum per literas collationum ipsius Faustini, vel eius antecessorum, Felin. *in cap. in nostra, num. 9. vers. de secundo, de rescript.* Rota *dec. 508. num. 3. par. 1. diuers.* idem Abb. & Cæs. de Graff. suprà allegati. Quia obiectum benè procederet, si ageretur de cognitione existentiæ beneficij de recenti; secus verò vbi concurrit continuatio tanti temporis cum distinctione beneficij SS. Mariæ, & Iacobi, de quo loquitur gratia Caroli ab Ecclesia sancti Martini, in qua præsens beneficium est fundatum, quoniam legitimi tituli præsumuntur ex longissima possessione, & statu, *c. consult. de iurepatron.* Cald. *cons. 15. eod. tit.* Capuraq. *decis. 189. num. 1. par. 3.*

Non obstat, quòd cùm non appareat de licentia Episcopi, dici non possit beneficium Ecclesiasticum, quia cùm Ecclesia reperiatur constructa, & dotata, & habeat Rectorem, satis præsumitur licentia Episcopi, & cætera solemnia interuenisse, Barbat. *cons. 33. n. 1. vol. 1.* 4

Non obstat, quòd nec etiam probatio dotis, & bonorum possit suffragari, cùm potuerint, & possint esse annexa Ecclesiæ, vti loco pio, quæ non includunt probationem necessariam, prout conuenit, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc, C. vnde legitimi.* Quia cùm constet de loco, qui est in forma Ecclesiæ, vbi per Sacerdotes publicè celebratur, præsumitur magis Ecclesia, quàm pius locus, idem Barbat. *d. cons. 33. in princ.* 5

Non obstat, quòd Faustini assertio sit falsa, dum in visitatione anni 1571. dixit se prouisum de anno 1540. & retinere Capellanias tanquam distinctas, quia factis diligentijs in Cancellaria Episcopi non reperiatur prouisio prædicti Rectoris de Capellania sancti Martini. Fuit enim dictum, diligentias non releuare, cùm ex quo debent concludere per necesse, vbi agitur de probando facto, & cùm diligentiæ sint factæ penes vnum Notarium, & non diuersos, potuit Faustinus habuisse collationem cum rogitu alterius Notarij, vel si ex eodem Notario, cùm non probetur omnes imbreuiaturas peruenisse ad successores in officio, diligentia non probat factum perfectum, vt benè probat post Corn. Crauett. *cons. 12. n. 7. lib. 1.* 6

Demum non obstant exceptiones, quæ dantur contra testes, quia ex sola depositione testium non fuit deducta probatio existentiæ beneficij, sed & ex alijs adductis. Ex quibus omnibus visa est Dominis concludens probatio, & ita fuit resolutum, &c. 7

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de Iacomellis.

Lunæ 3. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

De nullitate subhastationis proueniente, aut per suppositionem personæ oblatoris, aut quia facta non interueniente pecunia, & quòd si fuerit nulla quoad vnam personam, censeatur etiam nulla quoad omnes alias personas.

SVMMARIVM.

Subhastatio, & deliberatio pignoris facta personæ suppositæ à creditore illius nomine offerente valet, si sine fraude facta fuit suppositio; secus si cum fraude, num. 2. & 3. vbi etiam declaratur, quando dicatur inesse fraus.

Subhastatio, & deliberatio facta pecunia non præsente, nihil valet sine consensu creditoris, n.3.

Venditor potest rei venditæ dominium sibi reseruare, donec pretium soluatur, n.4.

Subhastatio dicitur indiuidua, & si fuerit nulla quoad vnam personam, censetur etiam nulla quoad alias personas, num. 5.

DECISIO DVII.

FVit resolutum non constare de dominio Petri Iacomelli super domo, de qua agitur, ad effectum, vt donatio per illum facta de prædicta domo, fuerit valida, nam certum est, quòd ista domus fuit Ludouicæ vxoris dicti Petri, quæ decessit, condito testamento, in quo relicto vsufructuario D. Petro Illatito, instituit hæredes filias suas, inter quas fuit Victoria, quæ modò impugnat donationem 1

Petri cum reciproca, & fideicommisso inter ipsas filias, & prohibitione alienationis: vnde apparet dominium domus spectasse ad Victoriam, & alias filias, non ad Petrum earum patrem.

2 Non obstat, quòd orta lite inter ipsas filias, & Petrum earum patrem, tanquam vsufructuarium, & legitimum administratorem ex vna, & quendam Santem Carbonettum ex altera, fuerit deuentum ad transactionem, in qua fuit inter alias relaxata Santi domus, de qua agitur, & ipse è conuerso promisit infra certum tempus soluere certas pecunias cum interusurijs, iuxt. *l. curabit, ff. de action. empt.* & quodcunque ipse Santes tempore conuento, neque sortem, neque interusuria soluisset, fuerit pro parte Petri, & filiarum obtentum mandatum in specie super domo, de qua agitur, illaque deliberata cuidam Santi Iacomello personæ suppositæ à Petro, qui postea domum cessit Petro, cum declaratione, quòd habuerat nudum nomen; & cùm hæc omnia fuerint ante donationem, infertur quòd tempore donationis mediante dicta subhastatione, & deliberatione dominium domus iam deuenerat ad Petrum donantem.

3 Verùm ad prædicta fuit responsum, non potuisse dominium domus mediante dicta deliberatione deuenire ad Petrum. Primò, quia deliberatio fuit nulla, tanquam facta minimè præsente pecunia, *l. à Diuo Pio, §. si emptor, ff. de re iudic.* Et licèt conclusio limitetur, quando creditor consensit, vt in Camerinen. fructuum, & expensarum 14. Iunij 1604. coram bon. mem. Penia, & in alia Camerinen. prædij 2. Iunij 1609. coram me. Attamen limitatio non applicatur in hoc casu, quia non Petrus, qui habuit fidem de pretio, sed filiæ erant creditrices Santis Carbonetti, cui domus fuit subhastata. Secundò fuit nulla subhastatio, tanquam facta personæ suppositæ, ad *l. ei qui sub imagine, C. de distract. pignor.* Nec suffragatur responsio, quòd hoc non procedat cessante fraude, vt in prædicta Camerinen. fructuum coram Penia, quia fraus visa fuit non cessare in proposito casu, etenim ex facti serie apparet, quòd Petrus non procurauit subhastationem, neque supposuit licitationem ad fauorem filiarum creditricem, ex quo non curauit vt illis satisfieret de pretio, sed tantùm vt nomine proprio acquireret domum liberando illam, quantum in se fuit à reseruatione dominij facta ad fauorem filiarum in actu transactionis, donec pecunia fuisset illis soluta, de quo mox dicetur.

4 Secundò igitur fuit dictum non suffragari subhastationem Petro, quia in transactione cum Sante Carbonetto facta, reseruatum fuit filiabus dominium domus, donec pecunia conuenta fuisset illi soluta, quod fieri licet de iure, & operatur existentiam dominij penes reseruantem, Bald. *in rubr. C. de contrahen. empt. num. 13.* Abb. *consil. 66. num. 1.* & Ruin. *cons. 73. num. 3. in secundo casu, lib. 1.* Magon. decis. Lucen. 31 *n. 9. & 10.* Surd. *decis. 305. num. 39.* & proinde cum ante donationem minimè fuissent solutæ pecuniæ filiabus, verum est dicere, quod dominium domus minimè fuit penes donantem, sed penes ipsas filias, ex prædictis.

5 Non obstat, quòd Petrus habuerit cessionem ab omnibus filiabus, excepta Victoria, quia cùm subhastatio ex prædictis appareat nulla quoad Victoriam, erit etiam nulla in totum, ratione indiuiduitatis, Bart. *in l. si non sortem, §. si centum, num. 6. ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. certi conditio, §. quoniam, num. 3. vers. 2. casus, ff. si cert. pet.* Afflict. *dec. 358. n. 7.* Capycius *decis. 51. n. 2.* Rolan. *cons. 99. n. 31. lib. 1.* cum alij per Tiraq. *de retract. lign. §. 23. glos. 1. n. 28.* Secundò respondetur cessionem non suffragari, stante reciproco fideicommisso, cum prohibitione alienationis factæ per Ludouicam earum matrem, de quo suprà in principio.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Segontina iuris sepeliendi.

Mercurij 5. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione possessionis sepeliendi in Ecclesia quomodo acquiratur priuatiuè quoad alium.

SVMMARIVM.

Manutentio sepeliendi mortuos in Ecclesia concedenda est probanti suam possessionem ex duobus actibus, vel etiam ex vnico, n. 1.

Clausula sublata, *& cum decreto irritanti praeiudicat tertio possessori, & illius manutentionem impediunt, num. 2.*

Sepulturam sibi eligere in qualibet Ecclesia quisque potest, ibid. in fine.

Possessio dicitur probata ex acquiescentia contradictoris, num. 3.

Possessio priuatiuè quoad alios non dicitur probata, nisi probetur prohibitio, & prohibitionis effectuatio, n. 4.

Possessio non dicitur acquiri ex pluribus actibus difformibus, n. 5.

DECISIO DVIII.

ROta censuit vtrique parti dandum esse mandatum 1
de manutenendo cumulatiuè, sed nulli priuatiuè ad alium: mouebatur, quia de possessione Prioris, & fratrum monasterij sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum sepeliendi in dicto monasterio corpora defunctorum constat ex testibus, qui quamuis deponant de quinque corporibus per fratres in sua Ecclesia sepultis; nihilominus, quia duo erant corpora fundatorum dicti Conuentus priùs in Cathedrali sepulta, & postea ad dictum monasterium translata, & aliud erat corpus Petri de Alcazar, quod circa mediam noctem, & quasi clandestinè fuit ad dictum monasterium portatum, de istis tribus actibus Domini patum curarunt, sed tantùm de corporibus Mariæ de Algar vxoris Dominici Flores, & Ioannis de Ledesmo, quæ corpora apparent sepulta in dicto monasterio absque aliqua licentia Capituli, seu Capellani maioris, ex quibus veniunt fratres manutenendi, ad text. *in § retinenda, Instit. de interd.* Caputaq. *decis. 98. part. 2.* Rota *decis. 4. numer. 11. & 19. par. 2. diuers.* Maximè cùm ad hunc effectum vnicus actus sufficiat, *cap. cum Ecclesia Sutrina,* vbi Abbas, *numer. 23. de caus. poss. & propriet.* Ruin. *cons. 106. n. 9. lib. 5.* Put. *decis. 192. lib. 1. decis. 17. n. 1. & 2. par. 2.* inter impressas.

Quæ possessio iuuatur ex eo, quòd reperitur titulata 2
ex Bulla fel. recor. Clementis VIII. dans istam facultatem dictis fratribus discalceatis sepeliendi in eorum Ecclesijs sine alicuius licentia, & absque eo, quòd ipsi, nec defunctorum consanguinei prætextu cuiuscunque consuetudinis possint cogi ad dicta corpora deferenda ad parochialem, vel alia loca, cum clausula *sublata*, & decreto irritanti, quæ inficiunt possessionem Capituli quoad istos fratres, & illius manutentionem impediunt, Sarn. *in regula de triennali, q. 49. num. 3.* Ægid. *decis. 135.* Cassador. *super regul. decis. 7. num. 3.* Gabr. *de clausul. conclus. 3. num. 50.* & tenuit Rota in vna Cæsaraugustana dismembrationis 13. Martij 1596. coram bon. mem. Iusto, & in alia Adrien. decimarum 14. Decembris 1607. coram me. Et pro dicta iuuantur ex eo, quòd cuilibet licet sibi sepulturam eligere in qualibet Ecclesia, *cap. 1. c. cum liberum, c. de vxore, & cap. seqq. de sepult.* & vtrobique Doctores *decis. 333. n. 1. par. 1.* inter impressas.

Nec obstat, cum dicta possessione non probari scien- 3
tiam, & patientiam Capituli, seu Capellani maioris, quia vltra quod illa non est necessaria stante dicta Bulla Clementis VIII. visum fuit illam satis probari ex testibus deponentibus de contradictione facta per Capellanum maiorem sepulturæ dictæ Mariæ de Algar, ex qua etiam extraiudicialiter facta videtur resultare acquiescentia ipsius Capellani maioris, & possessio fratrum, *l. 1. §. in opere,* vbi glos. & Doctores, *ff. de non. oper. nunciat.* & fuit dictum in Vlisbonen. declarationis concordiæ 5. Maij 1599. coram bon. me. Iusto.

Quo verò ad Capitulum, & Capellanum maiorem 4
istius Cathedralis Ecclesiæ non controuertitur esse in possessione sepeliendi in sua Ecclesia; tamen fuit dictum hoc procedere cumulatiuè, non verò priuatiuè ad dictum monasterium, & fratres, cùm non probetur prohibitio Capituli, seu Capellani de non sepeliendo in monasterio, cum acquiescentia fratrum illius, prout requiritur ad acquirendam possessionem priuatiuè quoad alios, ad tex. *in l. in prouincia, C. de seruit.* notat Butr. *in c. significante, n. 11. vers. vel quia alias, de appell. l. fin. ff. de vsucap.* & ibi Doctores, §.

flu-

flumina, Instit. de rer. diuis. vbi omnes tradunt, *decis.* 33. *num.* 1. *par.* 1. inter impressas, & potiùs in nostro casu. De contraria acquiescentia Capellani constat ex testibus suprà citatis.

5 Non obstat probari per Capitulum, quòd parochiani Ecclesiarum sancti Iacobi, & sancti Vincentij nunquam fuerunt sepulti in alijs Ecclesijs sine licentia Capituli, & Capellani maioris, cùm hæc probatio non afficiat fratres Cameli, circa quos nihil de ista prohibitione, & acquiescentia probatur, & vulgare est, quòd tantum sit præscriptum, quantum possessum. Vltra quòd nec dicta possessio dictorum parochianorum videtur vniformis, cùm ex testibus fratrum appareat plures fuisse sepultos extra ciuitatem, & in alijs Ecclesijs sine prædicta licentia, vnde nec venit attendenda, ad tradita per Bart. *in leg.* 2. *in fin. principij, ff. solut. matr.* Aym. *cons.* 96. *num.* 5. Alex. *cons.* 5. *n.* 7. *lib.* 5. Dec. *cons.* 8. *num.* 4. *vers. secundò quia*, vt narratur *decis.* 72. *n.* 28. *par* 2. *diuers.*

Ex quibus ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana pecuniaria.

Lunæ 10. *Iunij* 1613.

ARGVMENTVM.

In hac decisione magistraliter declaratur, an & quando creditor recipiens à debitore aliqua bona in solutum, illis euictis possit ad primæua iura reddire, & priores actiones exercere.

SVMMARIVM.

Debitore pecuniarum soluente speciem pro pecunia, creditor non potest redire ad primæua iura, nec eorum vigore agere, sed vtili ex empto de euictione: secus quando debitor soluit genus pro genere, vel speciem pro specie, vel speciem pro genere, vel genus pro specie, quia tunc creditor recipiens potest ad primæua iura redire, num. 1. *declara vt num.* 2.

Creditor quando in extinctionem sui debiti dicatur speciem recipere, & quando in causam pignoris, & ad maiorem cautelam, ita quòd non impediatur priorum actionum exercitium, ibid.

Nouatio non censetur facta à creditore recipiente aliquid à suo debitore, non in extinctionem debiti, sed in pignus, & ad cautelam, ibid.

Creditor pecuniarum recipiens in solutum à debitore aliqua bona, illis euictis non prohibetur reddire ad primæua iura, quando sic expresè protestatus fuit, num. 3. & 4.

Clausula non aliàs, &c. *magis sustinet voluntatem, quàm actum.*

DECISIO DIX.

1 ETsi vera sit iuris conclusio, quòd quando soluitur species pro pecunia, si species euincatur, creditor non potest ad primæua iura redire, nec eorum vigore agere, sed vtili exempto de euictione, prout eam firmantur Bart. *in l. si quis aliam, in princ. ff. de solut.* Castr. *n.* 4. Berous *cons.* 46. *num.* 10. *vol.* 1. Surd. *decis.* 113. *num.* 2. & latiùs *cons.* 145. *n.* 13. & *seqq. vol.* 1. referendo rationem, quæ fuit Bart. *in d. l. si quis aliam*, quòd quando soluitur genus pro genere, vel species pro specie, vel species pro genere, vel genus pro specie, ideò recipiens redire potest ad primæua iura, quia est quædam permutatio, in qua, quis tenetur ad dandum, & ad rem accipientis faciendam, quòd si cessat acquisitio perfecti dominij, solutio facta non dicitur, nec contigit liberatio; secus verò quando soluitur species pro pecunia, quia tunc est quædam emptio, *l.* 3. *ff. pro emptore, l. fin. de auth. iud. possid.* in qua quis solùm tenetur ad tradendum, & eo ipso, quòd tradidit, contigit liberatio; & licèt res tradita euincatur, non desinit contractus esse perfectus, & aptus ad extinguendam primæuam obligatione, quæ reuiuiscere non solet, *l. qui res, §. arcam, ff. de solut. l. eius, qui §. fin. ff. de iure fisci.* Tiraq. *in l. si vnquam, vers. susceperit filios, n.* 191. *in fine, C. de reuocand. donat.*

2 Tamen visum est Dominis, quòd tertia illa pars stagni, quæ ex decreto congregationis creditorum Laurentij de quinque fuit relaxata Equiti Perino, non transierit in venditionem titulo dationis in solutum, sed in pignus, donec de credito capitali societatis officij, & eorum fructibus plenariam consequutus fuisset satisfactionem, quod propterea priorem non extinxit obligationem, ad quam accesserunt Benedicti, qui nunc pulsantur. Verba enim decreti videntur clara, dum congregatio mandat fieri distributionem bonorum Laurentij de quinque eius creditoribus recipere volentibus citra aliquam nouationem ad maiorem cautelam, & non aliàs, & clariora sunt eiusdem Equitis, qui in apprehensione possessionis tertiæ partis eiusdem stagni protestatus est eam retinere, & continuare, donec fuerit integrè satisfactus de suo credito, & fructibus decursis, ex qua apprehensione bonorum vigore decreti inferri non potest ad solutionem, & debiti extinctionem, sed duntaxat ad pignus, *l.* 1. *Cod. si in causa iud. pignus, cap.* Alba. *cons.* 220. *num.* 1. *lib.* 2. & totum videtur additamentum prioris obligationis sonans in eandem causam pignoris, & cautelam, per quod non impeditur exercitium priorum actionum, sub prætextu nouationis, vel extinctionis obligationis, *l. fin. C. de fideiuss. & mandat.* Decian. *cons.* 11. *num.* 23. *volum.* 1. Socin. *cons.* 21. *num.* 7. *volum.* 1. Menoch. *præsumpt.* 134. *num.* 10. *lib.* 3. Surd. *cons.* 385. *num.* 19. *volum.* 3. Rota in vna Romana de Sabellis inter impress. 30. *par.* 2. *diuers.* vbi ponderantur illa verba, *ad maiorem cautelam*, id est, fiduciam, quod propriè conuenit naturæ pignoris, Franc. Bald. *de pignor. in princip.* & *cap.* 17.

Animaduerterunt præterea Domini, etsi verba referenda essent ad venditionem, quia vere bona fuerint data in solutum; tamen per solutionem eius, quod debebatur, non fuit extincta prior actio, sed præsentata in decreto congregationis creditorum contra quoscunque fideiussores, & obligatos, quod fieri potuit, iuxta consil. glos. *in l. si quis aliam*, quam dicit singularem Bart. *ibidem, ff. de solut.* & sequuntur Alberic. & Castr. *in d. l.* & Boer. *decis.* 332. *col.* 2. *vers. secus est in alijs bonis*, Surd. *cons.* 145. *n.* 20. *vol.* 1. & meritò, quia etsi extinctio prioris actionis sequatur ex necessitate actus, tamen impediri potest ex partium voluntate, quæ melius demonstrari non potest, quàm per contrarias protestationes, Surd. *cons.* 385. *num.* 20. *vol.* 3. Alba. *cons.* 2. *n.* 11. *vol.* 1. 3

Non obstat, quòd reseruatio tanquam contraria facto iuuare non possit Equitem Perinum in hac parte, quæ respicit necessitatem iuris, vt sequatur liberatio per solutionem eius, quod debetur. Surd. post alios *decis.* 62. *num.* 34. maximè cùm non remaneat otiosa, dum est apta conseruare antiquiores hypothecas, vt considerat Bart. *in d. l. si quis aliam*, & Boer. *dicta decis.* 332. suprà allegati. Quia fuit responsum, reseruationem pugnare contra factum, quatenus durat factum, ex quo quis non potest simul esse, & creditor, & de credito satisfactus: secus quando reducitur ad non esse, quia tunc cessat incompatibilitas, & cautela benè deseruit, quinimò data etiam incompatibilitate actus reseruatio prodesse debet, quia decretum voluit relaxatione bonorum fieri ad cautelam, & non aliàs, quæ clausula magis sustinet voluntatem, quàm actum, & potius vitiat, quàm vitiatur, Surd. *cons.* 143. *num.* 60. 4

Non obstat, quòd adhuc factum dationis in solutum duret, cùm de euictione stagni non constet, & consequenter non est aperta via regressus ad priores actiones, & clausula *non aliàs*, non sustinetur tanquam repugnans æquitati, vt pro eodem credito bis prætendatur satisfactio, *reg. bona fides, ff. de reg. iur.* Alex. *cons.* 113. *lib.* 5. Alban. *cons.* 220. *numer.* 8. *lib.* 2. Quia visum est cessare obiectum ex facto, cùm ex his, quæ dantur in summario Equitis, appareat fuisse coactum restituere scuta 19. quæ recipit ad bonum computum sui crediti, & vlteriùs fuit impeditus alios fructus, seu redditus exigere per Moniales sanctæ Luciæ, & sanctæ Catherinæ de Vrbe, ratione censuum, pro quibus fuerant iudicatæ anteriores ipsi Equiti in bonis Laurentij, & exinde agente dicto Equite contra Benedictos fideiussores pro eadem summa scutorum 500. & fructuum societatis decursorum, dederunt salinas in solidum agnoscendo debitum, quod sufficit pro iustificatione euictionis, quæ nedum ex ipso facto, sed & partis confessione potest probari, vt fuit resolutum in Flo- 5

Florentina bonorum coram me 31. Maij præteriti. Atque ita respondendo ad dubium fuit resolutum Equitem Perinum posse agere contra Benedictos, cùm prædictæ salinæ pariter fuerint cultæ, &c.

R. P. D. COCCINO DECANO,

Paduana iurispatronatus.

Die 14. Iunij 1613.

ARGVMENTVM,

Iuspatronatus quando probetur per narratiuam Papæ conceptam per verba *vt asseritur*, & an, & quando probetur ex augmento dotis, & restauratione Ecclesiæ, & reductione bonorum Ecclesiæ ad culturam.

SVMMARIVM,

Iuspatronatus probatur ex assertione Papæ, n. 1.

Narratiua per verba, vt asseritur, *non debet probari, ibid. vbi maximè si sit apposita in gratia motu proprio emanata.*

Verba vt asseritur, *operantur quòd quis possit impugnare, ibid.*

Narratiua Papæ, quæ non emanauit causa cognita, potest impugnari, ibid.

Beneficia omnia præsumuntur libera, ibid.

Iuspatronatus ex priuilegio competens est reuocatum per Conc. Trid. n. 2.

Iuspatronatus non competit nisi ex fundatione, vel dotatione, aut constitutione, ibid.

Iuspatronatus non acquiritur ex augmento dotis, perinde ac ex dotatione vbi augmentum non excedit medietatem, num. 3.

Quasi possessio præsentandi non suffragatur vbi constat iuspatronatus competere solum ex augmento dotis, non sufficienti ad acquirendum iuspatronatus, ibid.

Ecclesiæ parochialis administratio penes Rectorem residet, num. 4.

Fabrica onus spectat ad Rectorem Ecclesiæ, ibid.

Iuspatronatus non acquiritur ex restauratione, quando restauratio fuit facta per Rectorem qui ad id de iure tenebatur, ibid.

Iuspatronatus non acquiritur ex simplici restauratione, quia talis restauratio dicitur potius benefactor, quam patronatus, ibid.

Iuspatronatus vt acquiratur ex reparatione, necesse est quòd Ecclesia sit funditus & totaliter diruta, vel saltem in tali statu, quòd egeat noua consecratione, vel eius facies immutata sit, ibid.

Iuspatronatus non acquiritur ex augmento fructuum prouenientе ex reductione bonorum ad culturam, n. 5.

DECISIO DX.

1 VIsum fuit Dominis non constare de iurepatronatus dominorum de Borromeis, & sic confirmandas duas decisiones super hoc articulo factas. Nam aut illud prætendunt etiam circumscripta concessione, de qua in priuilegio Pij IV. & nihil quod releuet, probatur, licèt enim dicatur illud probari ex assertione Papæ in dictis litteris, ad text. *in Clem.* 1. cum ibi not. *de probat.* cum alijs per Gabr. *eod. tit. concl.* 2. & fuit resolutum in causa Albanen. Prioratus 8. Iunij 1588. coram Orano, & in Portuen. iurispatronatus 9. Maij 1594. coram Corduba; tamen hic non adest assertio considerabilis, quia Papa non asserit simpliciter iuspatronatus spectare ad Borromeos, sed per verba enunciatiua dicitur, *vt asseritur, parochialis Ecclesiæ sancti Ioannis patroni fuerunt*, & propterea licèt Borromei non teneantur probare ipsos fuisse patronos, cùm ista verba sint impersonaliter prolata, Rot. *decis. 60. & 77. de rescript. in antiq.* Cassad. *decis. 4. de probat. & decis. 7. de iurepatronatus*, maximè cùm sint prolata in Breui, quod motu proprio emanauit, non tamen sequitur, vt ista assertio Papæ, quòd constet de iurepatronatus, probet, vt elegantissimè per Decium *in c. curauit, n. 1. & 2. de probat.* eoque magis, quia non fuit facta causa cognita, & ideò potest impugnari, vt fuit resolutum in causa Tirasonen. iurisdictionis de Tudela prima Aprilis 1587. coram bon. mem. Card. Blanchetto, & in causa Tirasonen. Prioratus 26. Iunij 1595. coram eodem, satisque impugnatur, & impugnatio releuat, cùm omnia beneficia præsumantur libera, Innoc. *in cap. cum venerabilis, in fin. de except.* Archidiac. *in c. nullus, num. 316. q. 7.* Abb. *cons. 19. n. 3. lib. 3.* Put. *decis. 192. n. 3. lib. 1.* Verall. *decis. 130. n. 2. par. 2.* Roch. *de iurepatronatus, in verb. competens, q. 20. n. 29. vers. ego arbitror.*

2 Aut verò dictum iuspatronatus prætendunt ex Breui Pij IV. & illud pariter non suffragatur, quia cùm iuspatronatus sit ex priuilegio, est reuocatum per Concil. Trid. *sess. 24. cap. 9. § reliqui patronatus, de reformat.* Quòd autem sit tale, satis patet, quia de iure communi iuspatronatus non competit, nisi ex fundatione, vel dotatione, aut constructione, vt per Doct. *in cap. 3. de iurepatronatus*, glos. *in cap. piæ mentis 16. q. 7.* Innoc. *in rubr. de iurepatronatus, n. 2.* Abb. *n. 6. & cons. 54. n. 1. par. 1. & cons. 59. n. 2.* vbi quòd de iure non reperitur alius modus expressus, *& cons. 106. num. 1. par. 2.* Hostien. *in summ. de iurepatronatus*, ex quibus Goffred. pariter *in summ. eod. tit. n. 1. vers. patronatus, in verb. pro eo, q. 16. & in verb. contraxit, q. 4.* Lambert. *de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 1. art. 6. & q. 1. art. 2. num. 1.* Ant. August. *dec. 388. lib. 3.*

3 In casu autem isto prædicta non adsunt, quia etsi gratia fuerit facta cum hoc, quòd Borromei augerent tertiam partem redditus Ecclesiæ, qui ascendebat ad ducatos 130. auri de Camera, vt in eodem Breui; dicitur tamen ex dicto augmento tertiæ partis, quòd non poterant Borromei dici dotatores, ita vt acquireretur iuspatronatus, cùm augmentum dotis, maximè si non excedat medietatem, non operetur idem, quod operatur dotatio, glos. *in c. piæ mentis, in vers. patronum 16. quæst. 7.* Abb. *d. cons. 59. lib. 2.* Roch. *de iurepatr. in vers. dotauit, q. 2. & 3.* & fuit dictum in causa Lumen. Sarlanen. beneficij 5. Iulij 1599. coram Illustr. D. meo Cardinale Mellino, & in alia Valentina parochialis de Carlet. 4. Maij 1600. coram Illustr. Domino meo Cardinale Lancellotto, & prædicta adeò vera sunt, vt nec quasi possessio præsentandi vnà cum dicto augmento suffragetur, vt dicitur in allegata causa Valentina, Verall. *decis. 29. lib. 1. in manuscript.* & fuit resolutum in causa Cæsaraugustana parochialis 10. Iunij 1566. coram Gropperio.

4 Neque obstat, quòd insuper Ecclesia fuerit restaurata, & in ea expensum vltra scuta 500. quia vltra quòd hæc omnia habeantur in dicta narratiua Breuis per verba, *vt asseritur*, & ideò intrant supradicta, posset etiam responderi, quòd expensæ fuerunt factæ à Rectore, qui cùm administrationem haberet, ex quo Ecclesia erat parochialis, Bellam. *cons. 3. num. 3.* erat obligatus ad onus fabricæ, *cap. de redditibus Ecclesiæ, cum duobus sequentibus 12. q. 2.* S. Thom. 2. 2. q. 185 *art. 7. in corpore*, & ibi Caiet. glos. *in c. præsenti, in vers. renunciari, de officio ordin. in 6.* & ideò de ista restauratione nulla est habenda ratio; vltra quòd cùm simpliciter Ecclesia restaurauerit absque alia declaratione, censetur solùm benefactor, Abb. *in cap. 3. num. 10. de iurepatronatus*, Lambert. *lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 12. n. 2. & q. 6. art. 1. & 10.* & fuit in puncto resolutum in dicta causa Valentina parochialis de Carlet. & in alia Valentina parochialis de consentanea 20. Ianuarij 1582. coram bon. mem. Seraphino, & cessat omnis difficultas, quia quando aliàs non esset obligatus ad reparationem, ad effectum acquirendi iuspatronatus ex reparatione, necesse est, vt Ecclesia sit totaliter diruta, vel saltem in tali statu, vt indigeat noua consecratione, vel eius facies immutata sit, quæ hic non adsunt, glos. 1. *in cap. 1.* vbi Bero. *numer. 56. de iurepatr.* Ias. *in l. 1. § si quis ædificium, numer. 4. de nou. oper. nunciat.* Roch. *de iurepatr. vers. contraxit, n. 12.* Lambert. *lib. 1. p. 1. q. 6. art. 3. num. 11. & 16.* & fuit sæpissimè resolutum.

5 Minus etiam facit, quòd dicatur in dicto Breui, quòd fructus ascendebant ad ducatos 50. de Camera, & tamen fuerunt aucti ad ducatos 130. quia istud augmentum fuit factum reducendo bona ad culturam, & sic Borromei fuerunt potiùs benefactores, vt per Abb. & alios supra allegatos.

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Albanen. beneficiorum.

Luna 17. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Immissus in possessionem vigore sententiæ, quæ fuerit iniusta, & nulla declarata, possessionem iam captam restituere debet spoliato sic, & sequestrum datum vigore sententiæ remouetur, constito de nullitate, & iniustitia sententiæ.

SVMMARIVM.

Sequestrum concessum in prima instantia debet firmum remanere per omnes instantias, donec lis fuerit finita, declara vt n. 1. & 2.

Sequestrum relaxatum post fauorabilem sententiam datam ad fauorem alicuius cessante illa sententia, cessare etiam debet effectus dicti sequestri, & sic reuocandum sequestrum, ibid.

Sequestrum non conceditur ante sententiam, alio existente in possessione, n. 2.

Impedimento remoto omnia redeunt ad suum principium, ibid.

Possessione sua ciuili iudex nulliter procedendo, neminem priuare potest, ibid.

Sequestrum non priuat sequestratarium sua possessione, ibidem, vbi declaratur quomodo hæc conclusio procedat.

Acta transportare debet is, qui causam prosequitur, num. 3.

Possessio capta lite pendente nulla est, declara vt numer. 4.

Spoliatus non dicitur qui à iudice ritè, & rectè procedente spoliatus est, & multo minus dicitur spoliatus quando Papa litem extinguit, imponitque perpetuum silentium, ibid.

Authoritate propria capiendi possessionem data facultas à Papa, intelligitur, si possessio est vacua, secus si plena, declara vt n. 5.

DECISIO DXI.

1 DOmini dixerunt possessionem esse relaxandam Capitulo possidenti ante litem motam, & reuocandam esse sententiam latam per bon. mem. Cardinalem Maffeum, cui propterea non est auferenda possessio lite pendente, vulgato, §. *retinendæ, Instit. de interdict.* Nec obstare videtur resolutio capta sub die 28. Aprilis 1608. vt possessio beneficiorum, de quibus agitur, sequestranda esset, vt propterea sequestrum durare debeat per omnes instantias, & donec lis diffinitiuè fuerit terminata, quia cùm sequestrum fuerit appositum sub prætextu validitatis, & iustitiæ sententiæ Maffæi, cuius vigore Dominus Ioannes Maria vsque de mense Augusti 1607. fuerat ad possessionem restitutus, & dicta sententia exinde remanserit nulla, prout & ipse cessit dictæ sententiæ, ita vt hodie simus in casu, ac si prædicta sententia lata non fuisset, sequitur dicendum, quòd tanquam effectus proueniens à causa principali, ea corruente, sequestrum sustineri non possit, Archid. *in cap. iudicantem 3. quæst. 5. n. 4. vers. item si cassetur.*

2 Et sicuti ante dictam sententiam non fuisset locus sequestro, quia clarè constabat de possessione Capituli, Bald. *in l. quidam existimauerunt, in fine, ff. si cert. petat.* quod etiam fuit dictum in Augustana hospitalis 21. Februarij 1611. coram R. P. D. Vbaldo; ita hodie sublato hoc impedimento sententiæ possessio non debet sub sequestro remanere, sed relaxari Capitulo, ex quo remoto impedimento omnia redeunt ad suum principium, tam ex sui natura, *cap. ab exordio 35. distinct.* Rota *decis. 505. nu. 11. par. 1. diuers.* quam etiam propter defectum potestatis iudicis, qui nulliter procedendo non potuit priuare Capitulum sua ciuili possessione, Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 60. & seq. ff. de acquir. possess.* Bald. *cons. 135. n. 2. lib. 2.* Rota *decis. 802. n. 7. par. 1. diuers.* Nec minus id potuit operari sequestrum necessarium; tum quia verè possessio non fuit sequestrata, sed capta solummodo resolutio de sequestranda; tum etiam quia per illud possessor sua possessione non priuatur, Cassad. *decis. 14. num. 12.* super reg. Sarnen. *in reg. de annal. quæst. 46.* & fuit dictum in Calaguritana beneficij de Ornilla 11. Ianuarij 1608. coram Reuerendissimo Damasceno in Saluciarum Ecclesiæ Sancti Ioannis 27. Nouembris 1600. coram Reuerendissimo Bononien. & in Calaguritana Canonicatus 25. Maij 1609 coram Illustrissimo Lancellotto, ea ratione, quia sequestra apponuntur magis gratia custodiæ, quàm animo priuandi aliquem sua possessione, quicquid sit quando apponuntur in vim *Clem. prima, de sequestr. possess. & fruct.* quo casu constat de animo iudicis volentis priuare possessione, in quibus terminis nos non versamur.

Non obstant, quæ aduersus possessionum Capituli 3
obijciuntur. Et primò, quòd sententiæ priuatoriæ, & aliarum executio fuerint nullæ, & iniustæ, vt propterea anterior possessio D. Ioannis Mariæ sit in concursu manutenibilis, ex quo non habuit se pro spoliato, quia respondetur, vltra quòd dum petijt coram bon. mem. Cardinali Maffeo se reintegrari ad possessionem beneficiorum, videtur habuisse se pro spoliato; de nullitate sententiarum non apparet, nec apparere potest, donec integrè acta fuerint per Dominum Ioannem Mariam transportata, cui de iure causam prosequenti onus incumbit transportandi, Guidopap. *decis. 20. num. 2.* Vant. *de nullit. in tit. à quo, & quibus modis, sub num. 21. vers. si autem appellans,* Vestr. *in praxi lib. 8. cap. de 2. & 3. sententijs, in princip.* Nec dicatur acta fuisse transportata ex refectione noui registri, quia Capitulum adhuc non agnouit registrum vt perfectum, & legale, & interim de iustitia sententiarum non videtur disputandum.

Secundò non obstat, quòd possessio Capituli fuerit 4
attentata tanquam capta lite pendente, executione scilicet non consummata, Sarnen. *de annali quæst. 44.* quia fuit dictum, quòd cùm præcesserint sententiæ facientes rem iudicatam, & ex motu proprio sanctissimæ mem. Clementis VIII. fuerit Ioan. Maria priuatus, & extincta lis, cum impositione perpetui silentij, & clausulis amplissimis, cessat omnis præsumptio actus spoliariui, & attentati, Rota *decis. 641. num. 12. part. 1. diuers.* maximè cùm in motu proprio fuerit data Capitulo, & Canonicis facultas ingrediendi propria auctoritate, per quam apparet Papam voluisse Ioan. Mariæ auferre possessionem, & ciuilem, & naturalem, prout & vult, & potest iudex mittens aliquem in possessionem, qui non est tantæ potentiæ, & auctoritatis, vt dicit Mohed. *decis. 4. num. 4. de restit. spoliat.*

Nec obstat, quòd potestas capiendi possessionem pro- 5
pria auctoritate sit intelligenda, quando possessio est vacua, secus si plena est, Alex. *cons. 83. num. 2. & 3. vol. 2.* Mohed. *decis. 7. num. 3. eod. tit. de restit. spoliat.* & ideò cùm latis sententijs ipse Ioan. Maria adhuc esset in possessione, non potuit talis potestas exerceri eo inscio, & non citato, absque vitio nullitatis actus, quod ioficit possessionem ipsius Capituli, vt plenè per eundem Mohedan. *dicta decis. 7.* Quia respondetur, quicquid sit quando apparet de mente Papæ, vt quia sine ordine iuris, & causæ cognitione fuerit processum, vel etiam quando in motu proprio non est expressa persona in indiuiduo, cui præiudicandum est, & quæ suo iure venit priuanda, in quibus terminis loquitur Mohed. *in dicta decis. 7.* Tamen quando præcessit causæ cognitio, vt in præsenti, cùm latæ fuerint tres sententiæ priuatoriæ, & Sanctissimus in motu suo proprio eas auctoritate Apostolica confirmauerit, & insuper priuationem addiderit, nominando personam in indiuiduo, tunc licentia ingrediendi propria auctoritate possessionem non est referenda simpliciter ad vacuam, sed & ad plenam, quia certa est mens Papæ, quòd voluerit priuare Ioan. Mariam sua possessione, & in his terminis est intelligendus Mohed. *in decis. 4. eod. tit. de restit. spol.* post Dec. *cons. 191.* in causa quæ agitatur, *sub num. 9. vers. quinto, & sub num. 8. vers. non obstat quòd,* &c.

R. P. D.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Gerunden. beneficij.

Luna 17. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Valor beneficij negatiuus, quomodo per testes probetur? An probatio sufficiat præsumptiua, & semiplena; an verò requiratur plena, & concludens? Hæc decisio magistralis docet.

SVMMARIVM.

Testes deponentes de notorio, & publico auditu, concludenter deponere dicuntur de publica voce, & fama, n.1.
Valor beneficiorum obtentorum probari potest quali quali probatione, ibid.
Valor beneficij debet plenè, & concludenter probari, quando gratia est fundata in valore, n.2.
Nuncius Hispaniarum non potest conferre beneficia, quæ excedant valorem 24. ibid.
Valor beneficij per semiplenam probationem dicitur concludenter probatus, ibid.
Testes probantes beneficium non excedere tantum valorem, quomodo debeant deponere, n.3.
Valor beneficij probandus est de tempore datæ gratiæ, ibid.
Valor beneficij nunquid probetur per testes deponentes de iudicio suo, n.4.
Testes deponentes de iudicio suo probant, quando constat eos esse informatos, vt non possint decipi in suo iudicio, ibid.
Dictio vel, *resoluitur in dictionem*, &, *in depositionibus testium, n.5.*
Testium dicta sunt coadiuuanda, & non cauillanda, ibid.

DECISIO DXII.

1 DVbitaui, an gratia Antonij Iutglar esset iustificata, & tota difficultas reducebatur ad valorem beneficij impetrati, nam quantum ad valorem alterius beneficij per prius obtenti tes videbatur satis clara ex duobus testibus datis in summario *num.9.* deponentibus de notorio, & publico auditu, quod Rota intelligit pro publica voce, & fama, vt per Cassad. *decis.3. n.7. de probat.* Verall. *dec.7. part.2. & 289. part.3.* & Rota in hac materia obtentorum contentatur quali quali probatione. Rota in causa Calaguritana de Areala 28. Iunij 1591. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & in Conchen. beneficij 5. Decembris 1605. coram me. Alia verò narrata in gratia non oppugnabantur per informantes pro Antonio Pla, & videbatur omninò iustificata, ex deductis per Iutglar.

2 Circa valorem beneficij impetrati Domini admittebant, quòd esset necessaria plena probatio, ex quo gratia est fundata super eo, etenim ita demum tenet gratia Reuerend. Nuncij, qui contulit beneficium, si valor non excedat 24. ex quo non nisi beneficia infra valorem 24. conferre potest: quando autem prædicta gratia est fundata super valore, tunc requiritur plena probatio. Rota in causa Marsicana beneficiorum 5. Iunij 1577. coram Clemente Papa VIII. relata inter diuers. impres. *decis.268. n.3. & 4 par.1.* & in Hispalen. pensionis 22. Martij proximi coram R. P. D. Pirouano, licet aliàs sufficiat semiplena, Ægid. *decis. 675. n.682.* Verall. *decis.277. n.8. part.1.* Cæsar. de Graff. *decis.3. n.7. de prob.* & fuit sæpè decisum.

3 Verùm ista plena probatio visa fuit adesse in proposito casu nam 2. 3. & 4. testes pro parte Iutglar examinati expressè deponunt beneficium non excedere prædictum valorem, reddentes bonam causam scientiæ, nempè quia vicini, & quia aliàs conduxerunt bona istius beneficij, quibus visum fuit non obstare exceptiones ex aduerso datas, nempè quòd non concludant de tempore datæ, prout requiritur, Felin. *in cap. ad aures, n. 17. vers. limita secundo, de rescript.* Satn. *reg. de valor. quæst. vlt.* Verall. *decis.330. num.1. part.3.* Rota in Casalen. parochialis 17. Maij 1591. coram Orano, & in Capuren. beneficij 16. Iunij 1600. coram me; & licet deponant de decem, vel 20. annis, non concludunt de immediatè præcedentibus examen, quia fuit responsum, quòd ex serie illorum dicti apparet, quòd volunt deponere de immediatè præcedentibus, nam 2. testis iuxt. 20. interrogatum postquam deposuit de prædicto tempore, subiungit, *& in tantum est verum, quod hoc anno, vel anno proximo, & 4. vel 6. annis retrò non valuerunt lib.20.* &c. 3. & 4. testes iuxta prædictum interrog. idem subdunt de duobus annis immediatè præcedentibus examen.

Minus facit, quòd prædicti testes dum redigunt in summarium valorem, deponant de iudicio suo, concludentes se iudicare, quòd beneficium non valeat vltra prædictam summam; testes autem deponentes de iudicio suo, regulariter non probent, ad tradit. per Alex. *cons.74. n.8. lib.1.* Dec. *cons.255. n.5.* cum alijs allegatis, nam omisso an hoc procedat in valore, & alijs, quæ non cadunt sub sensu corporis, de quo per Cæs. de Graff. *decis.10. num.1. de testibus*, visum fuit cessare difficultatem quandocumque apparet testem esse ita informatum, vt non possit decipi in suo iudicio, ex doctrin. Ruin. *cons.46. n.12. lib.4.* Cæs. de Graff. *d. decis. 10. n.4. vers. & fuit dictum pro responsione*, & facit illud quod fuit dictum in causa Firmana iuris conferendi 1. Martij 1610. coram Illustrissimo Lancellotto, & in Aquen. pensionis 19. Decembris 1608. coram eodem, quòd scilicet non sit necessarium, quòd testis reddat rationem sui dicti, etiam vbi res non percipitur sensu corporis, si aliàs ex circumstantijs apparet ipsum esse ita informatum, vt non possit decipi. 4

Nec etiam facit, quòd testes deponant se esse informatos à decem, vel 20. annis citrà, & sic non apponant dictionem &, potuerunt esse informati de die præcedente examen, quia quod fuit heri, dicitur fuisse citra centum annos, iux. doctr. Bart. *in l. Celsus, num.23. & seq. ff. de vsucap.* sæpè approbatam in Rota, quia fuit responsum ex eo, quòd deponunt se conduxisse per aliquos annos, & præcisè duobus annis immediatè præcedentibus examen, satis apparet, quòd testes non sunt informati ita de recenti, & quòd propter ignorantiam recti sermonis, siue vsum illarum partium, omiserunt dictionem &, quòd testes sunt adiuuandi, non cauillandi, Bald. *in l. de quibus, n.40. ff. de legib.* Alex. *cons.5. n.2. lib.1.* Dec. *cons.100. num.2. & 3.* Corn. *cons.172. n.17. lib.2.* Rolan. *cons.33. num.14. lib.2.* Cassadot. *decis.3. n.5. de probat.* 5

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. census.

Lunæ 17. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Probationes minus authenticæ sufficiunt, & admittuntur in odium recurrentium ad Curiam secularem pro impedienda iurisdictione Ecclesiastica.

SVMMARIVM.

Lite pendente attentata reuocanda sunt, n.1. in fin.
Probationes minus authenticæ sufficiunt, & admittuntur in odium recurrentium ad curiam secularem pro impedienda iurisdictione Ecclesiastica, n.2.

DECISIO DXIII.

DOmini responderunt pro informante, scilicet constare de attentatis, quæ veniant reuocanda. Constat enim ex his quæ data fuerunt, quòd pendente lite inter Antonium emptorem census, & Hieronymum venditorem, & postmodum sororem Angelicam eius hæredem, dum Antonius possessionem bonorum census teneret, quam vigore pacti conuenti in instrumento emptionis intrauerat, & in ea auctoritate Rotæ confirmatus, & manutentus fuerat, de facto sua possessione fuit priuatus per Senatum Ian. qui aduocauit ad se possessionem prædij, & domus super quibus census erat impositus, & eam deinde relaxauit, exequutoribus testamentarijs petentibus ad effectum restituendi metu censurarum, citra tamen præiudicium cuiuslis prætendentis, tam respectu possessorij, quàm petitorij, & vigore eiusdem reseruationis soror Angelica ratione sui iuris, & interesse bona censita obtinuit sibi relaxari, possessionemque expulso Antonio intrauit, lite adhuc pendente, quod absque vitio attentatorum exequi minimè potuit, *Clement.2. vt lit. penden. cap. non solum, de appell. in 6.* Lancell. *de attentat. lit. penden. par.2. c.4. n.24. in præfat.* 1

Nec dicatur, quòd prædicta facti series probetur ex scri- 2

scripturis informibus, nempè ex duabus attestationibus priuatis, quæ in gradu probationis nullam fidem faciunt, Auth. *si quis in aliquo, C. de edendo*. Quia nihilominus propter recursum ad iudices laicos, quem habuerunt fideicommissarij, & soror Angelica, probationes minus authenticas Rota ex stylo inueterato solet admittere in odium recurrentium, pro impedienda iurisdictione Ecclesiastica, & propter suspicionem impedimenti in extrahendo scripturas ab authentico originali; ita fuit dictum in hac eadem causa R. P. D. Manzanedo 16. Ianuarij præteriti in Terulen. Quartæ coram bon. me. Penia 30. Maij 1611. coram R. Damasceno in Corduben. Archidiaconatus 27. Octobris 1606. & iterum in Segobien. habitus 4. Februarij 1611.

3 Quæ attestationes eo magis fidem merebantur, quia erant plures, & adminiculatæ ex alijs scripturis authenticis, & pars valde contumax fuit, in cuius potestate erat originalia exhibere ad destruendam Antonij probationem quatenus vera non fuisset, vt considerarunt Domini in vna Valentina admissionis ad militem inter impress. 160. part. 3. lib. 2. Et prædicta censuerunt Domini procedere ad effectum denegandi audientiam Mulazano, & sorori Angelicæ, nisi priùs attentata fuerint purgata; secus verò si ad effectum obtinendi censuras pro eorundem reuocatione, quia dixerunt necessariam esse meliorem probationem, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. fideicommissi.

Veneris 21. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

De bonis fideicommissarijs, quòd possint alienari, tam pro constituenda, quàm pro restituenda dote descendentium testatoris, & de legitima, quòd debeat esse libera, & exempta ab omni onere, nec testamenti paterni approbatio trahitur ad renunciationem legitimæ, nisi expressè dicatur. Cætera, &c.

SVMMARIVM.

Fideicommissaria bona alienari possunt pro vocandis descendentibus, n. 2.

Conferri non debent ea, quæ quis non habuit ab eo, de cuius successione tractatur, n. 3.

Legitima debetur de singulis corporibus bonorum, neque in potestate filiorum est eligere pro sua legitima rem, quam maluerunt, sed electio iudicis arbitrio relinquenda est, num. 4.

Æqualitas seruanda est inter fratres, ibid.

Arbitrio iudicis, vbi aliquid remissum est, intelligitur de iusto, & regulato arbitrio; & propterea à iudice sperandum est, quod de iure fieri oportet, ibid. in fin.

Legitima debet esse libera, & exempta ab omni onere, num. 5.

Approbatio testamenti paterni non trahitur ad renunciationem legitimæ, nisi de ea fuerit expressè facta mentio, ibid.

Augmentum hæreditatis post mortem testatoris superueniens propter beneuolentiam creditorum, non constituit nouum ius hæreditarium, sed cedit commodo hæredum, num. 6.

Fideicommissaria bona alienari possunt, non solùm pro constitutione dotis, sed etiam pro restitutione ad fauorem descendentium à testatore etiam post grauamen à fideicommittente iniunctum, n. 7.

Liberorum appellatione veniunt etiam fœminæ, n. 8.

DECISIO DXIV.

1 PRæsupponitur, & quidem iustificatè, quòd Alexandro Pallauicino, & ex post Vincentio eius filio, ex quatuor partibus palatij æstimati in summa aureorum 14000. in auro, tres deberentur partes: medietas scilicet iure legitimæ de iure Alexandro debitæ, & in summa scutorum auri in auro 7000. æstimatæ, quia totidem scuta 7000. assignata fuere Petro Francisco Episcopo Alerien. alteri fratri super palatio controuerso, per sententiam DD. de Rota Ianuen. & similia scuta 7000. ex decreto eorundem destinata fuerunt Carolo pariter eorum fratri super bonis Ianuæ existentibus. Altera verò pars Iure successionis debitæ Alexandro & Carolo ob præuenientem mortem Petri Francisci Episcopi prædicti, in cuius bonis, quæ erat medietas palatij, æqualiter ambo successerunt. Mortuo autem Vincentio Alexandri filio, Anna mater Vincentij & DD. Hieronyma, & Magdalena eiusdem sorores vti hæredes Vincentij, fuerunt per sententiam Illustrissimi Cardinalis Platti subrogatæ & immissæ, contradicente D. Carolo, in possessionem palatij, ac domorum & stabuli, in qua erant Alexander, & successiuè Vincentius. Et dum essent creditrices pro dotibus ipsis Hieronymæ, & Magdalenæ declaratis in summa librarum 15000. pro qualibet earum, & mandatum relaxatum esset præcedentibus Rotæ decisionibus, seruatis seruandis, & in vim sententiæ diffinitiuæ quod exequi prætendebant sorores prædictæ super eodem palatio; dubitaui die 18. Martij præteriti, an mandatum relaxatum ad instantiam dd. Magdalenæ, & Hieronymæ de Pallauicinis esset exequendum super palatio, & domo de quibus agitur, & pro qua summa? Et quoad D. Hieronymam fuit resolutum esse exequendum super palatio, & pro summa librarum 15000. reseruato particulariter videre super qua parte palatij mandatum sit exequendum.

Hodie proposita parte dubij reseruata DD. responderunt exequutionem faciendam esse super quarta parte palatij spectante ad Carolum. Certum est enim quòd deficientibus bonis liberis fideicommissaria non liberantur ab onere alienationis, quatenus sint ascendentium pro dotandis descendentibus, secundùm dispositionem *authent. res quæ, C. commun. de leg.* Et cùm prædictæ tres partes ex creditis ipsarum sororum consumptæ remaneant, sequitur dicendum quartam partem palatij subiacere oneri prædicto, etiam quòd spectet Carolo, ad quem onus eas dotandi non pertinet, propter difficultatem consequendi dotes, super cæteris bonis Alexandro patri in ciuitate Ianuæ spectantibus, quod maxima suadente æquitate fuit in hac causa resolutum coram bo. me. Cardinali Pamphilio 20. Maij 1589. Consumptio autem satis probatur, nam de scutis aureis decem millibus, & quingentis, ad quæ ascendunt illæ tres partes, in primis deducenda sunt scuta 4216. monetæ Castillæ, quæ summa fuit dos Annæ Flores earum sororum matris, declarata per sententiam Vicarij vrbis, ad quam tam ex propria, quàm ex fratris Vincentij persona iure successionis veniunt: restantia autem scuta 6284. quorum tertia pars solùm ad D. Hieronymum spectat, ex quo duæ aliæ tertiæ partes Vincentio fratri, & Magdalenæ assignandæ erunt pro contingenti eorum portione, & illa quidem non excedens scuta bis mille nonaginta quattuor incirca, non sufficit pro fructibus dotis suæ. Nam ab anno 1595. quo in matrimonium fuit collocata, debeantur in rationem scutorum septem cum dimidio, ex dispositione statuti vrbis pro singulo centenario, & anno, quæ cum præsupponuntur ascendere ad scuta 3562. in primis super portionibus palatij, est satisfacienda D. Hieronyma, etsi debitum sortis sit grauius, Bart. *in l. 1. n. 3. ff. de solut.* vbi etiam Ang. *n.* 2. Ruyn. *cons.* 136. *n.* 14. *vol.* 4. Surd. *cons.* 290. *n.* 61. *vol.* 1.

Portio autem Vincentij iure pariter successionis ad dictas sorores tanquam ab intestato hæredes pertinet, quæ sicut nec alia bona Vincentij in dotem debent computari, vti ex alia quam patris substantia prouenientia, *l. prætor, §. emancipati, ff. de collat. l. ea demum, C. de collat.* vbi Salicet. *n.* 3. Surd. post alios *cons.* 219. *num.* 7. *lib.* 2. Postrema verò portio D. Magdalenæ seruanda est pro eius dote, & interim pro alimentis addebantur scuta quingenta, quæ ratione tertiæ partis Episcopi retinere licet iure legati Vincentio, & sororibus ab ipso Episcopo facti in summa scutorum mille, ita vt nihil videatur super esse de bonis liberis, necessariò deueniendum est ad alienationem bonorum vinculatorum, videlicet ad quartam partem palatij, & consequenter super ea exequutionem faciendam. 3

Non obstat, quòd primo dicitur non probari medietatem palatij spectasse ad Alexandrum iure legitimæ, & consequenter immissionem vigore sententiæ Illustrissimi Platti in possessionem in qua erat bon. mem. Alexander, & successiuè eius filius; tanquam super quota incerta non suffragari dd. sororibus, *l. 3. §. incertam partem*, vbi latissimè Ias. *ff. de acquir. posses.* Respondetur enim, quòd etsi legitima debeatur de singulis corporibus bonorum, Cæs. de Grass. *decis.* 6. *num.* 6. *& decis.* 10. *num.* 2. *de testam.* 4

itaur

itant non excludatur Carolus à sua portione in palatio controuerso, neque videatur positum in potestate filiorum, eligere pro sua legitima rem, quam maluerint, secundùm communem opinionem, de qua per Dec. *cons.* 236. *num.* 15. Ruyn. *cons.* 57. *num.* 25. *lib.* 2. Didac. *in cap. Raynaldus*, §. 2. *ver. portiones*, *num.* 5. *de testam.* sed iudicis arbitrio sit relinquenda electio, Michael Graff. *de success.* §. *legitimam quæst.* 17. *per tot.* Tamen cùm Carolus obtinuerit assignari suam legitimam in bonis Ianuæ existentibus, & Petro Francisco Episcopo medietas palatij pro portione legitimæ fuerit constituta, nec licuerit Alexandro eligere bona Ianuæ, vel iudicis arbitrio hoc curare, cùm omnia possiderentur à Carolo: sequitur dicendum tam ob æqualitatem seruandam inter fratres, Alex. *cons.* 179. *n.* 11. *lib.* 5. Crauett. *cons.* 133. *n.* 7. Cephal. *cons.* 733. *n.* 15. *vol.* 5. quàm etiam ob difficultatem eligendi, & obtinendi in alijs bonis, quòd altera medietas palatij fuerit possessa, & retenta per Alexandrum iure legitimæ, etiam ex iusto, & regulato iudicis arbitrio, à quo id sperandum erat, quod de iure fieri oportebat, *l.* 2. *C. de offic. ciuil. iudic.* Bald. *in l. vnic. in fine*, *C. ne quis in sua caus. iudic. vel ius sibi dic*, *& in l.* 2. *C. vbi pupill. educ. deb.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 1.

5 Nec replicatio de consumptione legitimæ videbatur habere fundamentum, etiam quòd creditum patris iustificetur, quia certum est, quòd omne onus de legitima à lege ipsa remouetur, *l. omni modo*, *l. quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* Michael Graff. *de success.* §. *legitima quæst.* 38. *num.* 2. quod præsentiens testator contraria conditione onus sustulit in ipsa prohibitione, videlicet si Alexander, vel alij creditores eius ad legitimam agerent, creditum paternum accensum remaneret contra eundem Alexandrum filium, & approbatio testamenti paterni, quæ dicitur facta per Alexandrum, quatenus si extenderet ad implicitam legitimæ renunciationem, quod de iure præsumi non solet, nisi expressè de legitima facta fuerit mentio, *l. si quando*, §. *generaliter*, *C. de inoffic. testam.* Gabr. *cons.* 96. *n.* 1. *lib.* 1. Non tamen plus posset operari, quàm quod ex necessitate inferatur ab ipsa prohibitione detractionis legitimæ sub contraria conditione resolubili, vt dictum est. Vnde Carolus impedire non potest detractionem legitimæ ex persona Alexandri, nisi in quantum iustificet creditum paternum, & se potiorem dotibus matris, & sororum de Pallauicinis, pro rata sibi tangente, quod vsque probatum non apparet ex sola approbatione computorum per Alexandrum facta parte adhuc viuente, quæ remanet obscurata ex perceptione fructuum per eundem Carolum ex bonis communibus Ianuæ, de quibus tenetur reddere rationem.

6 Secundò principaliter obstare non videbantur, quæ de incapacitate matris, & sororum dicebantur, & respectu successionis in portione Episcopi Aletien. quia omissa disputatione, an ex propria eorum persona directò succedere possint Episcopo eorum patruo propter statuta Ianuæ *de success. ab intestato*, *cap.* 33. §. *si vero*, *& seq. lib.* 1. & vrbis *de success. fratrum*, *cap.* 146. *lib.* 1. sufficit illis deberi successionem ex persona Alex. patris, & Vincentij fratris, quorum sunt hæredes, nec vigore prædictorum statutorum controuertitur de eorum capacitate. Nec vim facit, quòd defuncto Episcopo creditores eius obtinuerint se immitti in possessionem medietatis palatij facta inter eos graduatione, ita vt de ista quarta parte non videatur agendum ad commodum sororum, ex quo hodie creditores sunt satisfacti, & non primùm videtur intrare successio ab intestato Episcopi, ad quam solus Carolus frater videtur admittendus. Quia sufficit, quòd illa medietas palatij non fuerit subhastata per creditores, vt adhuc diceretur in bonis Episcopi de tempore mortis illius, vt quicquid contigit ex causa de futuro propter beneuolentiam creditorum, qui sensim ex fructibus illius medietatis palatij, de proprijs creditis receperunt satisfactionem, non constituit nouum ius hæreditarium, sed cedit commodo hæredum, *l. in ratione*, *la secunda*, *ff. ad l. facid.* Afflict. *decis.* 382. *num.* 4. ex quibus satis constat sententiam Illustriss. Platti benè iustificari quoad tres partes palatij, quamuis eas exprimat dumtaxat verbis generalibus, referendo se ad possessionem in qua erat Alex. & successiuè Vincentius eius filius, & iuxta sententiam prædictam Anna mater actualiter fuit in possessionem immissa pro se, & tanquam tutrix Magdalenæ, & Hieronymæ filiarum suarum. Et quamuis in mandato præmiserit quod immittebatur, principaliter pro se; non tamen excludebat possessionem filiarum ex quo credita sua non absorbebant tres partes palatij æstimationis scutorum aureorum decem millium, & quingentorum.

Tertiò principaliter non obstat quæ aduersus consum- 7
ptionem legitimæ Alex. deducebantur, scilicet non probari de receptione dotis ipsius Annæ per Vincentium testatorem, & fideicomittentem, & consequenter nec ad illius restitutionem, bona ipsius testatoris esse obligata. Quia fuit dictum constare de dote prædicta ex instrumento dotis, & de receptione, quæ etiamsi legeretur recepta per Alexandrum solum sufficeret, cùm agatur de consequenda satisfactione in bonis liberis eiusdem Alex. & in subsidium in bonis vinculatis, quæ huic oneri subiacent, nedum pro constitutione, sed etiam pro restitutione dotis, Bart. *in auth. res qua*, *n.* 13. *C. commun. de leg.* etiam post grauamen à patre fideicommittente iniunctum, secundùm magis communem, de qua testantur Soc. Roland. Curt. & alij relati per Petram *de fideicom. quæst.* 8. *n.* 383. Et similiter non sustinetur responsio ad interesse dotis D. Hieronym. quòd ea ratione non debeantur; quia semper consecuta fuerit alimenta à Carolo ex pensionibus palatij, quia non propterea fuit circumscripta actio consequendi fructus ex lege municipali adiudicatos, quamuis recepta teneatur ex computare, & eis deductis præsopponitur adhuc de dicta scutorum 3562. summa D. Hieronymam restare creditricem.

Postremò non obstat, quòd scuta mille donata per Epis- 8
copum post obitum Alex. & Vincentij, debeant redire ad ipsum donantem, & eius hæredes, quatenus sine liberis decessissent, & consequenter ad Carolum, dum Vincentius sine filijs mortuus est. Quia fuit responsum conditionem, si sine liberis, per existentiam natum fœminarum expirasse, quæ veniunt appellatione liberorum, *l.* 1. *C. de condit. insert. l. agnoscere*, §. *liberorum*, *& l. liberorum*, *ff. de verb. signif. l. generaliter*, §. *fin. C. de inst. & substit.* Atque ita stantibus prædictis cessare debet prætensio Caroli quoad moderationem inhibitionis, ne de pensionibus palatij aliquid habeat, cùm satis appareat palatium, & eius pensiones non sufficere pro creditis dd. sororum, & exequutione mandati, de quo agitur, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Anconitana sancti Apollinaris.

Mercurij 26. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficij à solo separati tempore resignationis spectant ad resignantem, non autem ad resignatarium: secus autem canones non exacti.

SVMMARIVM.

Spoliator audiendus non est antequam restituat omnia vsque ad obolum, *n.* 1.

Exceptiones nullitatis, & iniustitiæ spolij iudicialis non dantur contra iudicem executionis, sed contra executorem, *n.* 2.

Factum iudicis reputatur factum partis, ibid. declara vt num. 3.

Fructus ante resignationem beneficij à solo separati spectant ad resignantem, non autem ad resignatarium, *n.* 4.

Canones rei emphyteoticæ debentur domino directo in recognitionem dominij, non autem pro mercede, *n.* 5.

Pecunia canonum debita rectori Ecclesiæ spectant ad resignatarium, non autem ad resignantem, qui illas non exegit, ibid.

DECISIO DXV.

Domini approbarunt decisionem in hac causa factam 1
ex eisdem fundamentis, sed & vlterius animaduerterunt Leonios versari in spolio priuati, non autem iudiciali, prout fuit dubitatum in prima decisione, quo casu benè conuenit conclusio, quòd antequam spolians sit audiendus, omnia vsque ad obolum restituere teneatur, de qua plenè per Gabr. *de restit. spoliat. concus.* 1. *n.* 11. *vers. secundò amplia.*

Nam esto, quòd mandatum exequutiuum fuerit re- 2
laxa-

laxatum ab A. C. cuius vigore fuit facta executio, exceptiones tamen inualiditatis, & iniustitiæ spolij iudicialis non dantur contra Iudicem exequutionis, sed contra executorem pro quo, & si vrgeat præsumptio, vt contra spoliatum dici possit, Tuo facto à possessione cecidisti, ex eo, quòd factum iudicis factum partis reputetur, *l. si ob causam, C. de euiction.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 13. Surd. *cons.* 49. *n.* 1. *lib.* 1. Alban. *cons.* 739. *num.* 15. itaut ex præsumptione taciti consensus inducti a lege, spolium non ita reddatur odiosum, quin possit dari retentio fructuum spoliatori ad vlteriora procedenti.

3 Tamen hoc procedit, quando factum iudicis clauditur sob administratione iurisdictionis, aliàs secus, Ias. *in l. à Diuo Pio*, §. *sed si emptor. n.* 3. *ff. de re iud.* executori autem prædicto iurisdictio intrandi bona debitorum non erat aperta, nisi seruatis seruandis, tam de iure communi, quàm statutorum ciuitatis Aoconæ, scilicet præcedente subhastatione, deliberatione bonorum, liquidatione fructuum, quæ omnia fuerunt omissa, vt fuit dictum in hac causa coram R. Bonon. 1610. ergo cessante præsumptione taciti consensos partis dimissione bonorum, spolium remanet priuati ex solo facto spoliantis, cui non competit aliquod priuilegium retentionis.

4 Rursus fuit etiam coosideratum, modernum Rectorem carere iure vtendi retentione, cùm non possit opponere de prætenso credito pro canonibus decursis tempore Iachelli antiqui Rectoris, cùm ante resignationem fructus à solo separati spectent ad resignantem, non autem ad resignatarium successorem in beneficio, vt fuit dictum in causa Baren. fructuum coram R. P. D. Caualerio 2. Iunij 1610. & coram me in Cremonen. fructuum 18. Martij 1611.

5 Nec dicatur, quòd canones debentur domino directo in recognitionem dominij, non autem pro mercede, & fructibus, Velas. *de iure emphyteut. quæst.* 1. *n.* 15. vt meritò resolutiones prædictæ non applicentur; sed potius intret Bulla Iulij III. & ius commune, quòd tanquam fructus non exacti spectent ad resignatarium, Calderin. *cons.* 2. *de pecul. Cler.* Quia est aduertendum, quòd non præstatur pensio in pecunia; sed certa pars fructuum ex eisdem fundis emphyteuticis, nempè Salmæ 15. frumenti tempore recollectionis, ideò statim recollecti, & postquam aduenit tempus quo deberi incipiunt, non mutant naturam, nec speciem, sed remanent fructus, & benè conueniunt resolutiones in dictis Baren. & Cremon. fructuum.

6 Noo obstat, quòd modernus Rector habeat cessionem eorundem canonum a Iachello aotiquo Rectore, cuius vigore potest vti retentione: quia fuit responsum nullum super ea posse constitui fundamentum, cùm non sit de actis, & item quia Iachellus egit nomine proprio, & obtinuit mandatum executiuum ab A. C. à quo pendet appellatio; qua pendente, cessio vel non potuit fieri, vel facta tanquam de credito coorrouerso, & illiquido non suffragatur, cùm apponant de solutione per compeosationem fructuum ab eo perceptorum in fundis emphyteuticis ab anno 1593. vsque ad annum 1605. &c.

R. P. D. V B A L D O.

Romana exequutionis laudi.

Mercurij 26. Iunij 1613.

A R G V M E N T V M.

Laudum emologatum cum solemni stipulatione, & obligatione Camerali debet executioni mandari, nisi obstet exceptio vsurariæ prauitatis.

S V M M A R I V M.

Laudum, cuius compromissum fuit obligatione Camtrali vallatum, habet executionem paratam, n. 1.

Laudum emologatum cum solemni stipulatione, & obligatione habet vim rei iudicatæ, ibid.

Laudum cum solemni obligatione Camerali stipulatum dicitur vera transactio, ibid.

Laudum latum sine die est nullum, maximè quando est restricta potestas arbitrorum ad certum tempus, n. 3.

Actus præsumitur debito tempore factus, & expeditus, ibid.

Acceptatio laudi facti illud valere in vim pacti, ibid.

Exceptio non implementi retardat executionem, n. 4.

Exceptio non implementi potest etiam contra laudum emologatum opponi, ibid.

Actus per alium factus non nocet ei qui non consentit, ibid.

Prohibitio habens pœnam expressam, non debet trahi ad aliud pœnæ genus, n. 5.

Ablatini absoluti important conditionem, num. 6.

Conditionem non fuisse purificatam potest opponi contra obligationem Cameralem, ibid.

Laudum emologatum cum obligatione Camtrali debet executioni demandari, nisi obstet exceptio vsurariæ prauitatis, num. 7.

D E C I S I O DXVI.

Domini dixerunt, mandatum esse relaxandum pro 1 contentis in dubio proposito, quia sumus in laudo, cuius compromissum fuit obligatione Camerali vallatum, ideòque meretur executionem, Castr. *cons.* 260. *n.* 4. *lib.* 1. eoque magis, cùm laudum ipsum fuerit à partibus cum solemni stipulatione, & obligatione etiam Camerali acceptatum, & emologatum, quo casu habet vim rei iudicatæ, *l. cum antea, l. ne in arbitris, C. de arbitr.* Bart. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de re iud.* Socin. *cons.* 85. *in princ. lib.* 1. Paris. *cons.* 46. *n.* 13. *lib.* 1. & dicitur vera, & propria transactio, glos. & Doct. *in l.* 2. *C. comm. vtr. iud.* Caccialup. *tract. de transact. quæst.* 3. *sub n.* 8. *vers. aduerte, & n.* 9. Socin. *d. cons.* 85. *lib.* 1. *& cons.* 69. *n.* 6. *lib.* 4. Dec. *cons.* 60. *sub n.* 3. *& in cap. si quando, num.* 19. *de offic. deleg.* Bald. *in rubr. extr. de arbitr.* Ripa *in l. admonendi, n.* 41. *ff. de iur. iur.* Gozad. *cons.* 98. *n.* 19. Paris. *d. cons.* 46. *n.* 16. *lib.* 1. *& cons.* 89. *n.* 10. *eod. lib.* Cagnol. *in l.* 2. *n.* 85. *C. de rescin. vend.* Et fuit resolutum in Bononien. fideiuss. de Ranutijs 22. Martij 1602. coram bon. mem. Pacen. à qua non licet recedere, sed debet executioni demandari, præsertim stante obligatione Camerali, & iuramento, Cassad. *decis. vnic. n.* 2. *de mut. pet.* Thesaur. *decis.* 26. *n.* 11. *& decis.* 253. *sub n.* 4. *vers. in contrarium*, & fuit dictum in Rom. executionis contractus 27. Maij 1594. coram Litta, & aliàs sæpè.

Multæ tamen exceptiones adducebantur ad impediendam relaxationem mandati, & quia dubium erat conceptum in tempus futurum, an mandatum esset relaxandum pro contentis in laudo de quo agitur, videbantur Dominis cessare nonnullæ exceptiones adductæ per informantes contra mandatum, iam relaxatum per secundum collateralem. 2

Alias verò exceptiones contra futuram relaxationem mandati, Domini reducebant ad tres, vel quatuor principales. Prima erat nullitatis laudi, ex eo, quòd non apparet de die lati laudi, *l. cùm non eo die, C. quando prou. non est necess.* Et tamen erat restricta facultas arbitrorum ad certum tempus, Bald. *cons.* 6. *nu.* 1. *lib.* 3. Sed fuit responsum, quòd imò præsumitur latum in tempore, cùm de contrario non constet, Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 1. *n.* 1. *vers. facit*, Aym. *cons.* 205. *n.* 9. cum alijs, Rot. *dec.* 674. *n.* 3. *part.* 1. *diuers.* quæ præsumptio optimè coadiuuatur ex facto subsecuto, cùm arbitri possent validè laudare vsque ad diem 17. Iunij, & die sequenti Baratellus obtinuerit mandatum à 2. collaterali in vim prædicti laudi, tunc in actis producti, vt sibi consignaretur schedula scut. 700. vltrà quòd istud laudum quamuis nullum, potuit per expressam, & solemnem emologationem partium confirmari, prout fuit confirmatum cum obligatione Camerali, & iuramento, vt suprà dictum est, quo casu valeret in vim pacti, iuxta glos. *in l.* 2. *C. comm. vtriusque iud.* Paris. *cons.* 46. *n.* 14. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 157. *per tot.* Abb. *cons.* 62. *n.* 2. *part.* 2. Surd. *cons.* 136. *nu.* 54. *lib.* 1. Rot. *decis.* 512. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* 3

Altera erat exceptio non implementi ex parte D. Vrsulæ, cùm partes promiserint non contrauenire laudo, in quo cauebat, vt finito nouennio non posset vnus, inscio, vel inuito altero conducere hospitium, & tamen fuerunt ad fauorem D. Vrsulæ factæ duæ locationes dicti hospitij, altera à custodibus hospitalis Sancti Iacobi Incurabilium; altera à custodibus Sanctæ Mariæ Lauretanæ, vt in publicis instrumentis desuper celebratis, non obstante contradictione Baratelli, quæ exceptio non implementi videtur retardare executionem, Aym. *cons.* 115. *n.* 10. cum allegatis, & potest opponi etiam contra laudum emologatum, Surd. *d. cons.* 136. *sub num.* 55. Verùm respondebatur in primis D. Vrsulam non contrauenisse, cùm ipsa non condu- 4

duxerit hospitium, sed D. Laurentius eius maritus, ea absente, de cuius ratificatione non constat. Vltra quòd Baratellus fuit interpellatus iudicialiter ad consentiendum locationi, iuxta formam laudi, & cùm neglexerit consentire, videtur potuisse deuenire ad dictam locationem.

5 Præterea considerabant Domini, quòd illa prohibitio non-conducendi sine scientia, & licentia aduersarij, habet suas pœnas expressas, videlicet, vt in casu contrauentionis, conductio intelligatur facta ad commodum alterius partis acceptare volentis, item vt conducens cadat ab omni commodo, & iure, quod ei fuisset ex conductione acquisitum, & demum incurrat pœnam scutorum duorum millium, applicandorum locis pijs, ideò saltem donec videretur, an sit locus pœnis in laudo expressis, non debet retardari executio. Et ex hoc tollitur etiam quòd dicebatur, D. Vrsulam esse periuram propter dictam conuentionem, prohibitio enim quæ habet suam pœnam expressam, non debet trahi ad aliud pœnæ genus, Capr. *in suis regul. reg. 1. num. 7. vers. quinto fallit*, facit text. *in l. at si quis*, §. *idem Labeo*, ibi, *pœnam autem*, *ff. de relig.* §. *cum igitur*, *vers. sin autem*, *auth. de non elig. secund. nub.* Bald. *in auth. ex testamento*, *n. 13. C. de secund. nupt.*

6 Tertiò, fuit proposita exceptio, quasi malè fuerit actum ad restitutionem bonorum spectantium ad hospitium, cùm debuerit præcedere inuentarium, & æstimatio ex forma laudi, cuius verba sunt, *Che finiti le noue anni dette Francesco sia obligato restituire alla detta Sig. Orsola altretante robbe, Masseritie, Vini, Fieni, & altre cose appartenenti à detto negotio d'hosteria conforme al solito, che ascendine alla somma di scudi* 2152. 27. *mediante l'inuentario, & stima da farsi da due huomini periti*, &c. Et ille ablatiuus absolutus, *mediante l'inuentario, & stima*, importat conditionem, *l. à testatore, ff. de cond. & demonstr.* Doct. *in rubr. ff. sol. matr.* & ideò conditio inuentarij, & æstimationis faciendæ videtur debuisse præcedere, & tanquam non impleta impedire executionem laudi, & obligationis Cameralis, Rota *decis. 123. n. 18. part. 2. diuers.* cum allegatis.

7 Fuit tamen responsum, imò ex verbis proximè relatis apparere, quòd debuerit præcedere restitutio bonorum quatenus extent tempore finiti nouennij, ita vt bona prius essent in obligatione Francisci, vt eo inuito pecunia numerata ab eo extorqueri non posset, vnde petitio æstimationis, vel inuentarij faciendi, & electionis peritorum, erat ab eo facienda, non autem à D. Vrsula, quæ benè potuit petere bona, quatenus extarent, sin minus, summam taxatam in laudo, quam si euitare velit Franciscus, debet consignatis bonis petere, vt æstimentur.

8 Ad alia leuiora fuit satisfactum per informantes. Opponebatur etiam contra dictum laudum, quòd saperet vsurariam prauitatem, ex quo durante dicto nouennio, quo res hospitijs remanserunt penes Franciscum, fuit idem Franciscus condemnatus soluere scuta 3150. *tanto per li vtili, auiamento, & inquilinate, quanto per l'vso di dette robbe*, vt latiùs in dicto laudo continetur. Circa hanc exceptionem Domini voluerunt maturius deliberare, ideò fuit conclusum, mandatum esse relaxandum, nisi obstet exceptio vsurariæ prauitatis, de qua particulariter videatur.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Vrbeuetana alimentorum.

Veneris 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Maritus non tenetur alere vxorem, quæ extra domum suam, & sine rationabili causa, & propria authoritate discessit, sic nec etiam pater tenetur alere filium, vel neptem extra domum, præsertim si aliunde habeat vnde viuere possit.

SVMMARIVM.

Maritus tenetur alere vxorem suam, sed non extra domum, nisi ex rationabili causa diuertat, num. 1. Vbi quòd satis dicitur recedere à domo viri sine rationabili causa, quando propria authoritate discedit.

Maritus vxore spoliatus restituendus est ad eam, ibid. in fine.

Pater non tenetur alere filium, vel neptem extra domum, num. 2. vbi præsertim quando filius aliunde habet vnde se alat.

Alimentorum taxatio fieri debet iuxta facultates illius, qui alimentare tenetur, ibid. in fine.

Sententia sine citatione nulla, & inualida est, n. 3.

DECISIO DXVII.

RESolutum fuit Sfortiç deberi alimenta in bonis quondam Comitis Francisci Montis Martij, etenim constat de tractatu prædicti Comitis Francisci erga Sfortiam tanquam filium, non solùm in vita, prout deponunt testes, sed etiam in morte, ex qua illum tanquam filium instituit in tertia parte suæ hæreditatis, qui tractans, quicquid dicendum esset in præiudicium tertij, ex not. per Ias. *cons. 106. num. 1. vers. secundò lib. 1.* Aleiat. *cons. 149. num. 8. lib. 9.* Natt. *cons. 473. num. 24. vers. ad contraria*, in præiudicium tractantis, & eius hæreditatis probat filiationem Ias. & Natt. *cons. vbi suprà*, Paris. *cons. 10. num. 35. lib. 2.* Rolan. *cons. 22. num. 3.* cum alijs per Surd. *cons. 1. num. 46.* non solùm vt pendente lite debeantur alimenta Sfortiæ, vt est casus, de quo agitur, sed etiam toto tempore vitæ ipsius Sfortiæ, iux. not. *c. cùm haberet, de eo qui dux. in matr.* cum alijs infra alleg. 1

Non obstat, quòd Sfortia nedum non probet præsumptionem boni iuris pro se, sed imò appareat de contrario, 2 ex quo reportauit sententiam contra se super prædicta tertia parte hæreditatis, quia Domini non intendebant pro nunc assignare alimenta Sfortiæ tanquam foueńti bonum ius in lite hæreditatis, sed quia cùm sit filius (etiamsi non foueret bonum ius super dicta hæreditate, de quo erit suo loco videndum) nihilominus saltem ex æquitate Canonica sibi semper debebuntur alimenta in bonis paternis, etiamsi sit illegitimo modo natus, *cap. cùm haberet*, vbi omnes, *de eo qui dux. in matr.* Bart. *in auth. ex complexu, num. 2. C. de incest. nupt.* Dec. *cons. 310. n. 3.* Paleot. *tract. de noth. & spur. c. 46. num. 5.* latè Surd. *de alim. tit. 1. q. 10. num. 5. cum plurib. seqq.* & institutio patris semper sustinebitur saltem vsque ad finem alimentorum, Bald. *in l. eam quam, num. 41. C. de fideicom.* Bart. *in d. auth. ex complexu, num. 3. C. de incest. nupt.* Nicol. de Vbald. *tract. de success. ab intest. num. 47. vers. si tamen pater*, Gabr. *tit. de alim. conclus. 1. num. 29.*

Super eo, quòd Comes Alexander, & litis consortes 3 non possideant bona quondam Comitis Francisci, Domini non institerunt, cùm satis fuerit pro nunc firmare filiationem, & alimenta in bonis paternis: à quo autem sint præstanda, videbitur.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana supplementi legitimæ.

Veneris 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

De inofficiosa donatione facta per patrem viuentem in præiudicium legitimæ filiorum, quòd non valeat, & rescindenda sit, necnon de statuto vrbis excludente fœminas propter masculos, quòd sit factum fauore agnationis, & quòd propterea cessante agnatione, cesset etiam statuti dispositio.

SVMMARIVM.

Legitima per patrem filia minui non potest, n. 1.

Donatio facta per patrem viuentem in præiudicium legitimæ filiorum dicitur inofficiosa, siue omnium bonorum, siue partis eorum, & rescindi debet, n. 2.

Donationis inofficiosæ querela datur etiam aduersus locum pium, n. 3.

Statutum vrbis excludens fœminas propter masculos est factum fauore agnationis, & ideo non suffragatur cessante agnatione, num. 4.

Heredum appellatione non veniunt, nisi heredes sanguinis, & sic

& sic descendentes, ibid. Vbi declaratur hæc conclusio, quando procedat.
Agnati transuersales possunt dici extranei hæredes, & non sui, num. 5.
Pia causa, & monasterium, an sit loco filij, ibid.

DECISIO DXVIII.

1 RESolutum fuit sententiam, quæ mandat suppleri legitimam D. Septimiæ esse confirmandam, quia non potuit pater dictæ Septimiæ minuere eius legitimam, neque per donationem inter viuos, *tot. tit. C. de inoff. donat.* Neque per viam vltimæ voluntatis, *l. omnimodo scimus, C. de inoff. testam.*

2 Et quantum ad donationem inter viuos non obstare, quòd pater minimè donauerit omnia bona, vnde non sit locus querelæ inofficiosæ donationis, quæ tunc demum videtur competere, si pater donauit totum patrimonium, vt colligitur ex *l. si pater*, ibi, *omne patrimonium, & l. si totas facultates, C. de inoffic. donat.* secus si partem, vt post Anchar. Felin. *in cap. in præsentia, num. 43. vers. item nota, de prob.* quia fuit responsum, leges ad effectum inofficiosi non se restrinxisse ad causam, quando totum patrimonium fuit donatum, quod colligitur manifestè ex *l. 1. & l. cum donationibus, C. eod. tit.* vbi pater non donauerat totas facultates, sed aliquid retinuerat, in quo instituerat filios dantes de inofficiositate, & nihilominus concludunt illæ leges, quòd competit querela inofficiosæ donationis vsque ad supplementum legitimæ, Felin. verò, de quo suprà, cum Anchar. per eum allegato, non includit legitimam filiorum, vt ex lectura illius apparet.

3 Sicut etiam visum fuit non refragari, quòd donatio sit facta loco pio, quia si competit querela inofficiosæ donationis, quando donatio est facta alteri fratri, vt habetur *in l. cum donationibus, & in l. si mater sua, C. de inoff. donat.* eadem, & maiori ratione competet contra locum pium, cùm in materia legitimæ potior sit causa filiorum, quàm loci pij, *cap. fin. 17. quæst. 4.* glos. *in l. si quis ad declinandum, verb. similimodo, C. de Episcop. & cler.* Felin. *in d. cap. in præsentia, n. 43. de probat.* Bero. *cons. 26. n. 8. lib. 2.* & in specie, quòd non possit grauari filius in legitima, etiam fauore piæ causæ, glos. *in auth. similiter, verb. causas, C. ad l. falcid.* Bart. *cons. 32. num. 3.* Alex. *cons. 45. n. 17. lib. 1.* Ruin. *cons. 57. n. 3. lib. 2.* Gabr. *tit. ad Trebell. conclus. 11. in fin.* Surd. *de alim. tit. 8. priu. 95. num. 9.* Crass. qui de communi, *§. legitima, quæst. 38. num. 20.* Honded. *cons. 73. n. 40. lib. 1.*

4 Quoad testamentum fuit dictum non obstare statutum vrbis 141. *lib. 1.* exclusiuè fœminarum dotatarum, quia fuit responsum illud statutum emanasse solùm ad fauorem agnationis, vt patet ex illis verbis, ibi, *nec possint aliquid petere ab hæredibus patris, vel aui, de agnatione etiam transuersali*, & proinde cùm locus pius minimè sit de agnatione patris Septimiæ, & transuersali, statutum sibi non suffragatur tanquam non habenti qualitatem requisitam à statuto, Alex. *cons. 129. num. 1. lib. 7.* Dec. *cons. 589. num. 7.* Bec. *cons. 53. n. 9.* latè Tiraq. *de retract. lign. §. 8. glos. 7. n. 1. & 2.* Quòd in fortioribus terminis tenuit Rota in causa Romana de Lante coram Clemente Papa VIII. relata inter diuers. impress. *decis. 232. num. 265 par. 1.* nempè statuti vrbis antiqui, *c. 82. lib. 1.* vbi non aderant illa verba *de agnatione*, dixit enim ibi Rota, quòd appellatione hæredum, non veniebant nisi hæredes sanguinis, id est, descendentes, per *l. ex facto, ff. ad Trebell.* cum alijs ibi alleg. quibus addi possunt relati per Gabr. *cons. 10. num. 5. & 18. lib. 1.* Si igitur quando statutum facit simpliciter mentionem de hæredibus, quod nomen ex sui natura est aptum comprehendere etiam extraneos, *l. in annalibus, C. de legat. l. hæred. appellatione*, vbi Rebuff. *in princ. vers. hæredes quoque extranei, ff. de verb. signif.* cum alijs per Gabr. *eod. tit. concl. 2. n. 1. & plurib. seqq.* propter exorbitantiam materiæ non veniunt hæredes extranei, vt patet ex mox dictis, quantò minus venient, quando verbo *hæredis*, addita sunt alia verba *de agnatione*, quæ qualificant, & restringunt nomen hæreditarium ad illos *de agnatione*, tantùm, vt de se patet.

5 Et licet statutum nouum in hoc sit amplius antiquo, quòd vocat agnatos transuersales, qui possunt dici extranei, cùm non sint sui, ad *l. fin. §. simili quoque modo, C. de iur. dot. l. vnic. §. extraneum, C. de rei vxor. act. §. cæteri, Instit. de hæred. qualit. & diff.* attamen quando sumus extra agnatos, vt in proposito casu statutum nouum est clarius antiquo, quia post nomen hæredis immediatè, subdit *de agnatione*, quæ verba manifestè excludunt illos, qui non sunt de agnatione, vt suprà dictum est. Nec facit, quòd pia causa sit loco filij, iuxta notat. *in §. sed hoc præsenti, auth. de sanctiss. Episcop. & in cap. in præsentia, de probat.* quia vel non est verum, quòd pia causa sit loco filij, sed tantùm conditio filiorum censetur impleta per ingressum religionis, siue auctoritate legis, ne quis remoueatur a vita contemplatiua, siue præsumptione eiusdem legis, quòd si testator cogitasset de casu ingressus religionis, idem disposuisset quod in casu filiorum, vt animaduertit Illustrissimus Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 7.* & fuit ponderatum in causa Narnien. fideicommissi die 6. Iunij 1611. coram me. Vel quatenus etiam posset constitui regula, quòd pia causa sit loco filij, hoc erit ad perfectionem, & proinde non habebit locum in concursu verè filiorum, quia fictio non habet locum in concursu, & ad exclusionem veri, *l. filio quem pater, ff. de neg. gest.* Gemin. *cons. 138. n. 1. cum duob. seqq.* Tiraq. *de priuil. pia caus. priuil. 17. vers. verum hoc non est*, & fuit coram me dictum in causa Ispalen. præeminentiarum die 8. Februarij proximi, & hoc manifestè resoluitur, ex doctrinis suprà allegatis, quòd fauore piæ causæ non potest minui legitima filiorum.

Visum etiam fuit non applicari, quæ dicebantur de con- 6
grua dote tempore, quo Septimia fuit nupta, quia aliud est petere supplementum legitimæ, aliud supplementum dotis, vt de se patet, & post plura not. Declan. *cons. 54. num. 11. lib. 1.* & obiectum posset procedere si intraret statutum exclusiuum Septimiæ, & ipsa procuraret illud euitare sub prætextu, quòd ipsa non fuerit congruenter dotata, tunc enim ad videndum, an Septimia fuisset congruenter dotata, intraret inspectio, an esset attendendum tempus mortis, vel tempus dotationis, de quo in Vlixbonen. legitimæ 22. Nouembris 1595. coram bo. me. Penia, quæ ex aduerso fuit allegata, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana alimentorum.

Veneris 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Alimenta extra domum mariti, quando debeantur vxori ab eo diuertenti culpa viri, & an eidem vxori debeantur saltim alimenta, & sumptus litis, si non constat, quòd dotem dederit.

SVMMARIVM.

Vxori diuertenti à viro non ex sua leuitate, sed culpa viri, debentur alimenta ab ipso viro, etiam extra eius domum, num. 1.
Sententia facit præsumptionem boni iuris, ibid.
Maritus sine dote non tenetur alere vxorem, n. 3.
Vxori litiganti dotem cum marito debentur ab ipso marito alimenta, & sumptus litis, constito de eius vxoris paupertate, & bono iure, n. 4.
Alimenta non debentur pauperi, & artifici, cui non est indecorum proprijs manibus laborare, ibid.
Alimenta, & sumptus litis debentur, quando litigatur super re fructifera, vel aliàs pretio æstimabili, secus si de separatione thori, n. 4. & 5.
Pauper non tenetur alere alium pauperem, n. 5. in fine.

DECISIO DXIX.

LIcet pro parte Marthæ proponeretur regula, quòd 1
sibi tanquam illi, quæ non diuertit ex sua leuitate, sed culpa viri, debeantur alimenta extra domum viri, Bart. *in tract. de alim. n. 48.* Imol. *in l. si cum dotem, §. sin autem in sanissimo, num. 24. ff. sol. matrim.* Crau. *cons. 31. num. 6.* Thesaur. *decis. 130. n. 3.* Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 32. n. 17.* Et ad effectum consequendi alimenta, lite pendente, (de quo modò agitur) satis probatum diceretur, quòd ipsa non diuertit ex propria leuitate, ex quo habet sententiam super separatione thori ad sui fauorem, quæ facit præsumptionem boni iuris, *l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoff.*

inoff. testam. Alciat. *de præsumpt. regul.3. præsumpt.9. n.8.* Cephal. *cons.* 127. *num.* 3. Couar. *pract. quæst. cap.* 6. *num.* 6. & fuit in specie dictum in causa Bononien. separationis thori 11. Februarij 1608. coram bon. mem. Penia.

2 Nihilominus Domini in proposito casu fuerunt contra Martham, quia non benè probatur solutio dotis, licet enim adsit instrumentum confessionis Marci Antonij mariti, quòd illam receperat à Simone patre Marthæ, & dictæ dotis promissore: attamen in contrarium dantur testes instrumentarij, qui dicunt pecunias fuisse numeratas, vt dicitur, per *mostra*, & fuisse asportata à Thoma Berettario, altero ex prædictis testibus, qui illas ad hunc effectum accommodauerat, quibus multum adminiculatur, quòd cùm maritus in curia Capitolina petijsset fructus dotis à prædicto patre, ipse non allegauit solutionem dotis, sed quòd ad illos non tenebatur, ex quo maritus non sustinebat onera matrimonij, & res etiam videbatur verisimilis, ex quo tam ex ætate d. Marci Antonij viri, quæ tunc temporis erat sexdecim tantùm annorum, quàm ex alijs circumstantijs apparet, quòd istud matrimonium fuit potius contractum per virum ex feruentia amoris erga Martham, quàm ex alio.

3 Hoc stante, quòd solutio dotis reddatur multum turbida, dicebatur quòd sicut Marcus Antonius non teneretur sine dote alere Martham vxorem in propria domo, glos. *in auth. de non elig. secund. nub. §. fin. verb. onera*, Bald. *in l. fin. num.3. C. ad Velleian.* Salicet. *in l. quod in vxorem, n.3. C. de negot. gest.* Ias. *in l. si donaturus, §. si quis indebitam, num.3. ff. de condict. ob caus.* Natt. *cons.15. num.9.* Boer. *decis.22. in princ.* Guidopap. *decis.439. num.1.* Crescen. *decis.8. de iud.* Surd. *de alim. tit.7. quæst.17. num.2. & 11.* vbi de communi: ita nec tenetur illam alere extra, etiamsi non diuertisset ex propria culpa, quia isti duo casus æquiparantur à Doctoribus, dum dicunt maritum teneri ad alimenta, perinde ac si vxor esset in domo, & ad illius obsequia, de quo per relatos à Surd. *de aliment. tit.1. quæst.34. n.17.*

4 Et quatenus replicabatur, quòd etiamsi Martha non soluisset dotem, adhuc sibi deberentur alimenta, sicut debentur cuilibet pauperi litiganti, qui dat fumum de bono iure, prout dat Martha per sententiam ad sui fauorem latam, de quo per Guidopap. *decis.561.* Crauett. *cons.164. num.1.* Cephal. *cons.127. num.10.* Decian. *cons.66. num.2. lib.2.* latè Surd. *dicto tit.1. quæst.120. num.1. & 7.* fuit responsum in primis non constare de paupertate Marthæ, cùm habeat patrem industriosum, & artificem, qui tenetur supplere, quatenus ipsa quæ est iuuenis, & cui tanquam filiæ artificis non est indecorum proprijs manibus laborare, non possit se ipsam in totum alere, iuxta not. *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de lib. agnosc.* Angel. Aretin. *cons.140. in princ.* Guidop. *decis.439. num.1.* Surd. *de alim. tit.7. quæst.1. n.4. & 16.*

5 Secundò fuit dictum, quæ in contrarium adducuntur, loquuntur quando litigator super re fructifera, vel aliàs pretio æstimabili, vnde in decernendis alimentis datur pro regula, vt perpendantur fructus rei super qua litigatur, vt per Angel. *in l. qui bonis, num.2. ff. de cess. bonor.* Bald. *in l. voluntatis, num.4. C. de fideicom.* Rom. *cons.510. num.31. vers. præterea*, Alex. *cons.32. num.5. lib.5.* & proinde cùm in proposito casu litigetur tantùm de separatione thori, & sic de re, quæ non cadit sub æstimatione, satis dubium videtur, an applicetur prædicta conclusio. Tertiò, ex testibus datis pro parte Marci Antonij viri apparuit res eius esse ad eum statum redactas, vt vix possit ex proprijs bonis seipsum alimentare: vnde succedit conclusio, quòd pauper non teneatur alere alium pauperem, de quo *in l. non quemadmodum, in fin. ff. de lib. agnosc.* glos. *in l. si quis à liberis, §. si mater, verb. necessario, ff. eod. tit. §. si verò auth. neque virum,* Alex. *consil.100. num.7. lib.1.* latè Surd. *de alim. tit.7. quæst.8. num.1. cum pluribus seqq.* & tradit in specie Cephal. *consil.127. num.11.* Et ex prædictis fuit dictum M. Antonium virum nec etiam teneri ad expensas litis.

R. P. D. PIROVANO.

Romana census.

Veneris 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Soluens quando præsumatur de sua, vel aliena pecunia soluisse.

SVMMARIVM.

Cedula bancaria in celebratione census succedit loco veræ numerationis, num.1.

Soluens præsumitur soluere de sua propria pecunia, & non de aliena, etiam causa non expressa, nisi rem emerit nomine alieno, & pretium soluerit, ibid.

Soluens non præsumitur soluisse de propria pecunia, quando in instrumento passus est describi pecuniam esse alienam, num.2.

Mutuum præsumitur tacitè contractum ex traditione pecuniæ, non expressa causa, n.3.

Identitas summæ, & pecuniarum præsumitur ex eadem quantitate partitarum, & etiam propter earum connexitatem, num.4.

Partita pecuniarum in libro mercatorum descripta, & contra posita alijs partitis, censentur posita in extinctionem illarum partitarum, quibus contraposita sunt, n.5.

DECISIO DXX.

POsteaquam fuit resolutum dominium census, de quo agitur, esse Dominorum de Vitellijs, non obstante reseruatione administrationis, & dispositionis eiusdem census in personam Domini Horatij Amadutij, exinde suborta est alia difficultas, quis fuerit Dominus scutorum 500. sortis principalis census, cum quibus ille fuit emptus, super qua consultis Dominis dixerunt scuta 500. fuisse Dominorum de Vitellijs. In instrumento enim census Io. Baptista Gargaous illius venditor confessus est recepisse dicta scuta 500. ab Alexandro Maria de Vitellis per bancum Ariguni, per manus Bonanni Capferij soluere asserentis virtute mandati per Dominum Horatium Amadutium facti eidem mercatori directi, sibique per Dominum Lutium traditi, quæ verba cùm importent traditionem cedulæ bancariæ, ab eodem emptore census factam fuisse venditori, quæ succedit loco veræ numerationis, Bart. *in l. si solutionis, ff. de solution.* quod Pot. *decis.159. lib.1.* secundùm nouam impressionem, & sæpè Rota tenuit, cessat præsumptio, quòd pecuniæ iudicentur esse illius, qui soluit etiam causa non expressa, *l.* 2. vbi Bart. & Bald. *C. pro socio, l. & magis puto, ff. de solut.* Roman. *cons.3. n.1. post med. vers. & huius est ratio*, Alex. *cons.134. n.7. lib.5.* qui regulam intelligunt, quando quis emit nomine alterius, & pecuniam ipse numerat, quorum neutrum fecit Amadutius, quia Gabriellius Procurator emit nomine Alexandri Mariæ Vitellij, & ipsemet cedulam pretij consignauit, vnde magis conuenire videntur aliæ iuris præsumptiones. 1

Primò, quòd per resignationem cedulæ Amadutius dicatur portasse scuta 500. Procuratori Alexandri Mariæ, & sic nudum ministerium præstitisse, dum passus fuit in instrumento describi Gargaoum ab Alexandro Maria pretium recepisse; quo casu pecunia non præsumitur soluentis, Bertrand. *cons.282. n.2. lib.2. prima part.* Magon. *decis. Florent. 43. num.14.* 2

Vel secundò, quòd pecunia subministrata per Amadutium fuerit mutuata emptori census, vt voluit Bart. *in l. cùm quid, num.11. ff. si cert. petat.* dicens, quòd quando alicui traditur pecunia, nec exprimitur ex qua causa, nec indicia contraria concurrunt, videtur inter partes contractum mutuum, *l. donationes, §.1. cum ibi not. ff. de donat.* & communem hanc esse opinionem cum Bart. dixerunt Angel. *in eadem l. cùm quid, num.3. & 4.* Castr. *num.13.* Alex. *num.10.* Cyn. *in l. incendium, in fin. C. si cert. pet.* & Surd. alijs relatis, *cons.24. num.3.* quamuis ille *sub num.16.* credat donationem ex alijs indicijs, quæ casui nostro non conueniunt, & si mutuum certum est, quòd de proprietate Amadutij non tractetur propter illius naturam, quæ est dominium transferre, vt de meo tuum fiat, *l.2. §. appellata*, vbi etiam Alex. *ff. si cert. pet.* 3

Sed,

4 Sed, quòd magis est, nec etiam Domini existimarunt Amadutium creditorem ex causa mutui illius summæ creditæ, quia ex partitis libri mercatoris, quæ dantur reperiuntur duæ eadem die creatæ eiusdem summæ, nempè scutorum 1800. in debitum Iulij Vitellij, qui fuit mater Alexandri Mariæ, & aliorum scutorum 1800. in creditum Horatij Amadutij, quarum summarum conuenientia tam ob præsumptionem qualitatis personæ Horatij, qui gerebat eiusdem Vitellij negotia in vrbe, quàm propter earum connexitatem, quia vna videtur creata contemplatione extinctionis alterius, Bec. *cons.* 45. *num.* 31. Olasc. *decis.* 34. *num.* 29. Surd. *decis.* 258. *n.* 11. *&* 12. Satis inferebat Amadutium creatum creditorem ex causa correspectiua extinctionis alterius partitæ similis summæ Iulij patris.

5 Quòd etiam magis clarè deducitur ex eo; quòd postquam partita scutorum 1800. fuit adscripta personę Amadutij sub die 8. Iulij 1581. incepit disponere de eisdem pecunijs ad commodum Alexandri Mariæ, primò in emptione census scutorum 1000. ea soluendo sub die 15. eiusdem mensis, eum declaratione, quòd erant de pecunijs Alexandri Mariæ. Item die 26. Augusti alia scutorum 200. remissa fuere Vercellis Alexandro Mariæ de mandato eiusdem Amadutij, & demum scuta ista 500. pro emptione census, quæ omnes summæ fuerunt contrapositæ partitæ scutorum 1800. & consequenter ad illius extinctionem, Bart. *in l. Aurelius*, *§. idem quæsiuit*, *ff. de liber. legat.* & fuit resolutum in causa Romana pretij Fundaci coram R. Domino meo Damasceno die 20. Februarij 1612. vnde cùm Amadutius enunciet soluisse de pecunijs Alexandri Mariæ, occasione emptionis census scuta mille, & proprietas pecuniarum ad alios, quàm contra positos, referri non possit, eademmet scuta 1800. conuincuntur esse Alexandri Mariæ, non autem Horatij propter indiuiduitatem partitæ contrapositæ.

6 Ex quibus cessant omnia fundamenta pro Horatio deducta, quia regula, quòd pecuniæ præsumantur esse soluentis, non applicatur, vt iam dictum fuit, nec quòd pecuniæ postquam in eius caput fuerunt adscriptæ, earum sit dominus, & quòd tanquam creditor maioris summæ potuerit prædictas pecunias retinere, quia satis constat de contraria eius voluntate, & de compensatione non est agendum ad effectum, de quo quæritur, qui est; An ex proprietate pecuniarum possit inferri ad proprietatem census, non autem an factis computis, quis eorum remaneat debitor, vel creditor. Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVAÑO.

Fauentina parochialis.

Veneris 28. *Iunij* 1613.

ARGVMENTVM.

In concursu ad beneficium is qui moribus, & prudentia aptior est ad gubernandam Ecclesiam, præferri debet alteri magis scientia prædito.

SVMMARIVM.

Concursus in beneficio quando fit coram Ordinario, & examinatoribus, potest Ordinarius cum examinatoribus præferre ei, quo magis scientia præcellit eum, qui prudentia, & moribus, & integritate aptior videtur ad gubernandam Ecclesiam, n. 1. & 2.

Iudicium Ordinarij, & examinatorum in concursu ad beneficium ad fauorem alicuius non potest reuocari in secunda instantia, nisi appareat illud fuisse irrationabile, dolosum, & carnalitatis, aut humanæ passionis affectum, num. 1.

Clericus aliàs de delictis diffamatus propter scandalum in concursu aliorum alijs præferri non debet, etiam quod sit maiori scientia præditus, n. 3.

Iudicis iniustitia non præsumitur, & ideò probanda est per allegantem, quia pro iudice præsumitur, n. 4.

DECISIO DXXI.

1 FVit resolutum beneficium non esse adiudicandum Salomoni: contendit enim contra iudicium examinatorum, & Ordinarij probare irrationabilitatem eorum in prælatione Bauarini ad parochialem, de qua agitur; sed non iustificat qualitates, quæ solent detegere, & manifestare irrationabile Iudicium Ordinarij, quæ recensentur in constitutione felicis recordationis Pij V. dolosum scilicet iudicium, & carnalitatis, aut humanæ passionis affectum: in concursu autem qualitatum non est præscripta lex Ordinario, vt magis idoneum iudicet, qui scientia alteri præcellit; sed is præferri potest, qui prudentia, & moribus, & integritate aptior videtur ad gubernandam Ecclesiam, *c. cùm in cunctis, de elect.* & habetur in Conc. Trid. *de reform. sess.* 24. *c.* 18. & Rota sæpè tenuit, vt in Beneuentana parochialis 15. Maij 1590. coram Orano Rauennaten. parochialis 7. Decembris 1592. coram Illustr. Cardinali Arigonio, & in Sabinen. concursus 6. Aprilis 1609. coram R. Damasceno, quæ datæ fuerunt.

Ideò Doctoratus officium, Auditoratus nobilitas, & diuitiæ, quæ allegantur in persona Salomonis, quatenus etiam benè iustificarentur, cùm non faciant eumdem præcellere prudentia, & moribus, & integritate magis necessaria ad gubernandam Ecclesiam, quàm litteratura, & cæteræ supradictæ qualitates, sequitur dicendum iudicium Ordinarij non posse de irrationabilitate redargui, si Bauarinum elegerit, de cuius prudentia, & moribus vitæ apparebat. Tum quia antiquior sacerdos, & alumnus Societatis Iesu, est valdè commendatus, diuque versatus in regimine curæ animarum, tum etiam quia per multum tempus fuit Præfectus Collegio iuuenum in ciuitate Forolinien. & ex post seminario in ciuitate Faentiæ, ex quibus retorquetur decisio in causa Ripana parochialis coram R. P. D. meo Pamphilio pro Salomone allegata: in ea enim ad arguendam irrationabilitatem iudicij Ordinarij deducuntur principaliter mali mores eius qui fuerat electus, dum apparebant excessus in fratrem, & alius perpetrati, pro quibus cum curia Gubernatoris, & Episcopo composuit, adeò quòd si hodie iudicium Ordinarij pro Salomone adduceretur, benè conuenirent termini illius decisionis. 2

Quia reperitur condemnatus ob delationem armorum probibitorum de nocte, & pro suspicione associationis cum bannitis, pro quibus delictis composuit. Fuit etiam arrestatus Rauennæ ex causa homicidij, pro qua habuit domum pro carcere, & fideiussit, & quamuis non fuerit iudicatus culpabilis, sola tamen diffamatio propter scandalum, quod posset oriri inter parochianos, sufficit pro exclusione, Calderin. *cons.* 9. *de probation.* & Maculani illam ex inquisitione delicti causatam multum Domini ponderant pro exclusione in supradictis Beneuentana parochialis, & Sabinen. concursus. Addebant etiam Domini quoad litteraturam Salomoni non esse tutum dum interrogatorijs examinatorum respondit, Baptismi sacramentum posse conferri ab hæretico absque intentione baptizandi. 3

Non obstat, quòd iura producta per Antonium non sunt in forma probanti, nec legitimè extracta, nec probari, quòd Antonius sit antiquior sacerdos, quia etiamsi exceptio prædicta in facto esset vera, non tamen Salomon docuit de grauamine, prout debet; tum quia sustinet partes appellantis, & obijcit iudici culpam iniustitiæ, quæ non præsumitur; sed est probanda, Crauett. *cons.* 8. *num.* 20. Brozzius *cons.* 37. *num.* 11. cum alijs allegatis per Surd. *cons.* 39. *num.* 9. *vol.* 1. tum etiam quia contra eum viget præsumptio quæ stat pro iudicio Ordinarij, *c. in præsentia, de renunciatione*, & fuit dictum in d. Beneuen. parochialis coram Arigonio, & in causa nullius parochialis 4. Decembris 1600. coram Bononien. 4

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana pecuniaria 2000.

Veneris 28. *Iulij* 1613.

ARGVMENTVM.

Plura, & diuersa in hac decisione explicantur notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Actio quæ oritur ex contractu principali, oritur etiam ex contractu accessorio, num. 1.

Contractus celebratus in executionem alterius primi contra-

ctus videtur pars dicti primi contractus, num.2.

Iurans omnia, & singula in contractu exposita vera esse, dicitur ratificare, & conualidare d. contractum, ibid. vers. quæ magis procedunt.

Dotis non soluta fructus marito sustinenti onera matrimonij permitti possunt ad rationem septem pro centenario, num. 3.

Promissio, & obligatio omnis intelligitur rebus sic stantibus, num. 4.

Conditione non purificata non habet locum promissio sub conditione facta, n. 5.

Iuramenti calumniæ defectus non operatur vbi constat de bono iure agentis, n. 6.

Protestatio nisi fuerit repetita in quolibet actu, censetur illi renunciatum per secundum actum, in quo protestatio non est repetita, ibid.

Recognitio iurium potest quandocunque fieri etiam post sententiam, n. 7.

Citatio facta alicui tanquam tali operatur, vt sic citans citati personam approbet pro tali, pro quo citatur, n. 8.

DECISIO DXXII.

1 RElaxato mandato per A.C. pro scutis 2000. & appellatione interposita pro parte dominorum della Molaria, fuit per Signaturam causa mihi commissa, cum clausula quoad scuta mille sine præiudicio executionis; quo verò ad alia mille, si quid exequendum; vnde pro istis mille scutis dubitaui, an dictum mandatum esset exequendum? Et Domini affirmatiuè responderunt, cùm in capitulis matrimonialibus de anno 1585. & mense Aprilis initis fuerint per Cæsarem promissa Ascanio in dotem cum Domina Actia ipsius sorore scuta duo millia, medietas quorum esset soluenda de tempore contracti, & consummati matrimonij; alia verò scuta mille post mortem Cæsaris. Et quamuis post dictum matrimonium contractum per aliud instrumentum de eodem anno, & mense Iunij eædem partes conuenerint circa modum soluendi prædictam dotem, nempè quòd pro scutis mille tantùm Cæsar solueret fructus ad rationem septem pro centenario; alia verò scuta mille soluerentur post mortem Cæsaris intra sex menses ab ipsius hæredibus, in casu quo Actia decederet cum liberis; in casu verò contrario obitus Actiæ sine liberis, hæredes Cæsaris ad dictam solutionem non teneri. Nihilominus ex isto vltimo instrumento, quamuis circa modum solutionis istius dotis aliquid fuerit declaratum, nihil tamen fuit immutatum circa promissionem dotis scutorum duorum millium: vnde iste vltimus contractus videtur accessorius ad primum, ita vt actio ex primo, & principali orta, oriatur etiam ex isto accessorio, *l. fund. partem, ff. de contrah. empt.*

2 Vltra quòd iste vltimus contractus fuit celebratus pro executione primi, & videtur pars prioris contractus, ita vt vnus tantùm intelligatur, *l. scire debemus, de verb. oblig.* Bald. *cons. 440. num. 56. lib.* Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. lib 2. tit. 3. num 6. & seq.* vbi *n. 8.* notat, quòd quando actus, qui sequitur, potest intelligi, vt pertineat ad præcedentem contractum, vel vt sit nouus contractus, magis præsumitur fieri pro executione prioris, & adducit Aretio, *in l. si Procuratorem, in princ. ff. mandat.* & Boer. *in decis. 548. n. 5. circa fin. vers. ideo initium.* Quæ magis procedunt in nostro, in quo in secundo instrumento fit mentio de dicta dote in primo promissa, cùm assertione contrahentium, vera fuisse omnia in primo instrumento contenta, etiam cum iuramento, & illa ratificarunt, & acceptarunt: ex quibus resultat primi contractus ratificatio, & conualidatio, ex latè deductis per Surd. *decis. 70. n. 3. & seq.*

3 Quibus sic stantibus, & firma promissione scutorum duorum millium pro dicta dote videtur ad illa omnia Dominum de Molaria teneri; tum ex prædictis, tum quia quoad scuta mille tantùm in contanti soluenda fructus in secundo contractu fuerunt promissi ad rationem septem pro centenario, quæ promissio fructuum durante matrimonio videtur satis æquitati consona, cùm non soluta sorte principali in contanti promissa interim soluantur dicti fructus marito sustinendi onera matrimonij, ad text. *in l. pro oneribus, C. de iur. dot.* quod & admisit statutum vrbis *lib. 1. cap. 137.*

4 Et non videtur admittendum, quòd tantum fructus quoad ista scuta mille veniant in promissione, non verò illorum capitale, quasi hoc denotet illa taxatiua tantùm, cùm illa non cadat super fructibus ad exclusionem sortis principalis, sed cadat super istis scutis mille tantùm, ad exclusionem aliorum millium scutorum per hæredes Cæsaris post illius mortem soluendorum, ex quibus fructus non erant soluendi; vnde defunctis Ascanio, & Actia coniugibus, & sic cessantibus oneribus matrimonij, & solutione dictorum fructuum in secundo contractu, promissa remanet obligatio pro illorum capitali in primo contractu promissa, qui per secundum ex supradictis non fuit immutatus, sed potiùs confirmatus; talis enim fructuum promissio intelligitur donec illi capitale solueretur, & rebus sic stantibus, prout quælibet dispositio intelligi debet, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. l. si fuerit in prin. ff. pro socio,* Tiraq. *in l. si vnquam in præfatione, num. 167. C. de reuocand. donat.*

Et etiam videtur iuri, & æquitati consonum, quòd fructus ex alijs scutis mille non soluerentur, cùm solutio illorum sit promissa sub conditione, si Actia cum filijs decessisset, & in diem, nempè sex mensibus transactis post obitum Cæsaris, & adhuc conditione non purificata, & antequam venisset dies, sors non deberetur, *l. cedere diem, de verb. oblig.* cum ibi notatis, videtur nec fructus interim deberi: attamen cùm per mortem Cæsaris, & super existentiam Angeli filij Actiæ dies prædictus venerit, & conditio prædicta fuerit purificata, intrat obligatio contra hæredes Cæsaris soluendi prædicta scuta mille, & sic nec quoad ista, nec quoad alia priora mille videntur posse excusari, & quòd quoad vtramque summam mandatum A. C. sit exequendum. 5

Ad nullitates fuit responsum non obstare; defectus enim iuramenti calumniæ non facit quicquam, cum constet ex supradictis de bono iure Angeli, Ias. *in l. admonendi in 2. lectur. n. 204. ff. de iur. iur.* Adden. ad Vestr. *in prax. lib. 5. cap. 2. n. 14.* & dixit Rot. in Lucana parochialis 12. Maij 1603. coram bo. me. Penia, & in Marsican. Afflictus 7. Maij 1612. coram me; tum etiam quia protestatio, in qua idem fuit petitum, non fuit in quolibet actu postea repetita: vnde videtur illi renunciatum, cùm versemur in iudicialibus, Verall. *decis. 406. num. 2. part. 2.* Mohed. *decis. 2. de iudic.* per doctrinam Alexandri, quam ibi Rota censuit communem, *in l. non solum, §. morte, vers. dici potest, ff. de oper. nou. nunciat.* 6

Et quamuis aliquorum iurium recognitio deficiat, non est nullitas attendenda, cùm talis recognitio possit fieri quandocunque etiam post sententiam, secundùm stylum Rotæ, Ægid. *decis. 539.* Put. 415. *lib. 1.* vt fuit dictum in Romana census de Vellis 30 Maij 1597. coram bon. mem. Corduba, & in supradicta Marsican. Afflictus coram me. 7

Et defectus legitimationis personarum videbatur tolli tam ex fide baptismatis Angeli, quàm ex alijs actibus cum illo per D. Molariam factis, ex quibus approbatio illius personæ resultat, ad text. *in l. inter quas, §. alienum, in fin. ff. de damn. infect.* Surd. *decis. 104. n. 12.* præcipuè cùm isti actus sint citationes factæ D. Angelo tanquam filio, & hæredi D. Actiæ, ad tradita per Menoch. alijs relatis, *de adipisc. remed. 4. quæst. 68. num. 611.* Ex quibus sic fuit resolutum, &c. 8

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Vmbriaticen. parochialis.

Lunæ 1. Iulij 1613.

ARGVMENTVM.

De iudicio manutentionis quando locum habeat probata possessione per instrumentum, & quibus exceptionibus retardetur.

SVMMARIVM.

Instrumentalis possessio alio non existente in possessione manutenibilis, n. 1. Vbi etiam quod de non existentia alterius in possessione satis apparet, ea ipsa quòd non apparet de existentia, quia possessio est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur.

Exceptiones concernentes petitorium non retardant manutentionem, n. 2.

De-

Detentatio sola sine titulo sufficit in iudicio manutentionis, ibid. in fine.

Decretum irritant inficit possessionem, num. 3. vbi declaratur quomodo procedat hac conclusio.

Decretum irritans est accessorium ad constitutionem, in qua est appositum, & ideò si constitutio non intrat, decretum nihil operatur, ibid.

Possessorium ordinarium dicitur illud, quod habet annexam cognitionem negotij principalis, & propterea ex eo non retardatur manutentio, ibid.

DECISIO DXXIII.

1 PRo Ioanne Antonio solo informante, ex quo pars aduersa pluries citata non comparuit, fuit tentum, ipsum Ioannem Antonium esse manutenendum, quia de eius possessione constat per publicum instrumentum captæ possessionis sub die 9. Octobris 1612. quæ quidem instrumentalis possessio, alio non existente in possessione, est manutenibilis, *l. non idcircò*, cum ibi not. *C. de fid. instr.* Honded. *cons.*86. *num.*30. *lib.*2. Cæs. de Grass. *decis.*5. *num.*1. *de caus. poss. & propr.* Rota in causa Ceruien. bonorum 20. Nouembris 1578. coram Brauo relata inter diuers. impress. *decis.*506. *num.*1. *par.*1. in Illerden. beneficij 5. Iulij 1608 coram me. Et eo ipso videtur probata non existentia, quòd non apparet de existentia, siquidem apprehensio possessionis est quid facti, quod non præsumitur nisi probetur, *l. assecuratio, C. de non num. pecun. l.* 1. *C. de probat. cap. cùm in iure, de off. delegat.* cum alijs per Dec. *in l. quatenus, num.*3. *ff. de reg. iur.* & fuit in specie dictum in causa Viterbien. beneficij prima Iulij 1609. coram me.

2 Et quæ prætendit Petrus circa reseruationem in vim constitutionis Pij Papæ V. ex eo, quòd non fuerit seruata forma sacr. Concil. Trid. *cap.*18. *sess.*24. *de reform.* concernunt petitorium, & propterea non retardant manutentionem, Surd. *cons.*93. *num.*7. Rota in causa Romana census relata inter diuers. impress. *decis.*99. *num.*2. *part.*1. & in præallegata Viterbien. beneficij coram me, in hoc enim summarijssimo attenditur sola detentatio, Neuiz. *cons.*80. *num.*3. Cou. *pract. quæst. cap.*17. *n.*5. *vers. sic sanè*, Rota in Romana vineæ relata *in decis.*641. *nu.*8. *par.*1. *diuers.* Neque est necessarius titulus, Rota in causa Bononien. iurisdictionis relata inter diuers. impress. *decis.*595. *num.*8. *d. par.*1. in Soranen. beneficiorum 22. Maij 1587. coram Orano, & in Ripana beneficij 12. Februarij 1599. coram bon. mem. Iusto.

3 Et licet propter decretum irritans, quod inficit possessionem, Cassad. *decis.*1. *num.*2. *de restit. spol.* Ægid. 533. Verall. 15. *par.*3. prætensio possit etiam trahi ad possessorium: attamen hoc erit respectu possessorij ordinarij, siquidem cùm decretum irritans sit accessorium, & ita demum operetur, si intrat constitutio, cui adhæret Gemin. & Franc. *in cap. præsenti, in princ. num.*2. *de off. leg. in* 6 Gabriel. *tit. de clausul.* 3. *num.* 85. Rota in causa Oriolen. decimarum 19. Iunij 1592. coram Gipsio. Non enim potest dici contrauentum constitutioni, nisi videatur, an casus comprehendatur, in constitutione sequitur, quòd tanquam habens annexam cognitionem negotij principalis dicatur possessorium ordinarium, Castr. *cons.*3. *num.* 4. *lib.*1. & 2. *lib.*2. Bero. *cons.* 11. *num.*3. & 4. *lib.*1. & proinde non retardat manutentionem, vt in specie fuit decisum coram me in causa Baren. seu nullius 18. Martij proximi, vbi aliæ decisiones fuerunt allegatæ, vt in simili de statuto continuante possessionem defuncti in hæredem, quòd scilicet habeat admixtam causam proprietatis, & non impediat manutentionem ex præcedenti possessione instrumentali, dum disputatur, an intret statutum, fuit latè decisum in causa Ferrarien. bonorum 26. Iunij proximi coram R. P. D. meo Pamphilio per cons. Ladetch. Imol. 67. num. 10. Rota in causa Amerin. domus relata inter diuers. impress. *decis.*34. *num.*21. *& seq. part.*2. vbi etiam fuit dictum materiam esse appellabilem, ex Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.*859.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de Cangijs.

Luna 1. Iulij 1613.

ARGVMENTVM.

Sententia lata ad fauorem non istantis pro ea reputatur nulla, prout etiam nulla est sententia contra sententiam, illaque sententia dicitur notoriè iniusta, quæ ex actis non iustificatur.

SVMMARIVM.

Iudex officium suum non petenti impartiri non tenetur, num. 1.

Sententia lata ad fauorem non instantis pro ea est nulla, ibid.

*Rei incumbere melius est, quàm actioni, n.*2. *in fin.*

*Donatarius non tenetur ad debita donatoris vltra valorem bonorum donatorum, n.*4.

Sententia præsumitur lata, prout de iure, ibid.

Sententia contra sententiam reputatur nulla, n. 5.

*Sententia notoriè iniusta non transit in iudicatum, n.*6.

Sententia notoriè iniusta dicitur illa, quæ non iustificatur ex actis, ibid.

Sententia vnica non habet pro se tantam præsumptionem, nec tantum fauorem, sicut tres conformes, ibid. in fin.

Error partibus nocere non debet, nec rei substantiam mutare, ibid.

Commissio noua tacitè habet repetitas omnes qualitates, quas habet commissio antiqua, ibid. in fin.

DECISIO DXXIV.

FVit tentum sententiam illustrissimi Domini mei Cardinalis Veralli fuisse conformem voto Rotæ, & 1
proinde validam, non obstantibus ex aduerso deductis, nam dum primo loco opponebatur non esse conformem voto, quia votum fuit vt expediretur causa ad fauorem creditorum quondam Blasij, & nihilominus in sententia fuit omissus D. Salomonius creditor Blasij, fuit responsum de credito D. Salomonij non apparere in actis, nec minus, quòd ipse pro illo institerit ferri sententiam: vnde D. Cardinalis minimè tenebatur impartiri officium suum non petenti, *l. dies cautioni, §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. l. vt fundus, ff. comm. diuid.* Cald. *cons.*3. *de pen.* Rebuff. *tract. de expens. art.*3. *glos. vnic. num.*13. Rolan. *cons.*83. *num.*11. *lib.*1. aliàs sententia lata ad fauorem D. Salomonij illo non instante fuisset nulla glos. *in l. properandum, §. & si quidem, verb. licentia*, & ibi Ias. *n.*5. *C. de iudic.* Bart. *in l. vnic. n.* 2. *C. vt quæ desunt aduoc. & in auth. ei qui, num.*5. *C. de tempor. appell.* Rota in causa Mediolanen. rescissionis transactionis 14. Decemb. 1601. coram me.

Secundò opponebatur, quòd votum Rotæ mandat 2
expedire causam pro creditoribus, habita ratione eorum quæ donatarij soluerunt Blasio: in sententia autem solùm fuerunt præseruata iura dd. donatariorum, in illis verbis, ibi, *circa tamen præiudicium*, &c. non autem canonizatum illorum creditum, prout requirebatur; verùm fuit responsum in hoc, sententiam minimè discrepare à voto, quia votum non mandat canonizari creditum donatariorum, sed haberi rationem illius ad effectum vt donatarij possint retinere: vnde cùm fuerint præseruata illorum iura, nec agatur de exequendo in illorum præiudicium, satis videtur satisfactum menti Rotæ, & proinde non applicatur, Surd. *cons.*186. *num.*10. cum alijs per eum allegatis, quia ibi agebatur de exequenda sententia, in qua exequutione consistit præiudicium habentis ius retinendi, quia melius est incumbere rei, quàm actioni, iuxta not. *in l. plus cautionis, ff. de reg. iur. §. furti, Instit. de oblig. quæ ex quasi. del nascun.* Oldrad. *cons.*68. *circa med.*

Tertiò dicebatur, quòd sententia D. Cardinalis con- 3
demnat donatarios erga creditores ad damna, & interesse, de quibus damnis, & interesse nullum verbum in voto, nec circa debitum, nec circa liquidationem illorum quantum ad debitum fuit dictum, quòd si illa de iure deberentur, satis super eo illustrissimus D. Cardinalis habuit

votum, dum Rota dixit causam expediendam ad fauorem creditorum; quo verò ad liquidationem fuit responsum, quòd nec D. Cardinalis liquidauit, vnde in hoc nullo modo excessit votum.

Quartò opponebatur, quòd donatarij fuerunt simpliciter condemnati ad soluendum debita Blasij donatoris, quæ longè excedunt valorem bonorum donatorum, & sic iniustè, quia de iure donatarius non tenetur vltra valorem bonorum donatorum, ad *l. æris alieni*, vbi Bald. *in princ. C. de donat.* Sed ad hoc fuit responsum, quòd sententia intelligitur prout de Iure, *l. miles*, *§. decem*, *ff. de re iud.* Bart. *in l. si fundus*, *§. in vendicatione*, *num.4. ff. de pignor.* Roman. *cons.*320. *num.*4. Alex. *cons.2. num.2. lib.*3. Crau. *cons.74. num. 9.* & sic si & quatenus, & vsque ad quam summam ascendunt bona donata, prout verè sufficiunt respectu creditorum, qui modò instant.

5 Quintò dicebatur, quòd ista sententia reuocat sententiam Illustr. D. Vicarij vrbis latam, pro exequutione Breuis, de qua reuocatione nihil in voto fuit responsum, quòd cùm sententia D. Vicarij sit contra creditores eo ipso, quòd votum dicit causam expediendam ad fauorem creditorum, in necessarium antecedens vult, quòd reuocetur sententia primæ instantiæ contraria eisdem creditoribus, quia aliàs esset sententia contra sententiam, & sic nulla, Ias. *in l. nam, & postea*, *§. si damnetur*, *num.7. ff. de iur. iur.* Butr. *cons.27. n.2.* Dec. *cons.294. n.4.* Ruin. *cons.62. n 11. lib.5.* Surd. *cons.160. n.11.*

6 Sextò dicebatur, quòd sententia D. Vicarij ob non prosequutam appellationem transiuerat in iudicatum: sed fuit responsum, quòd tanquam notoriè iniustè minimè potuit transire in iudicatum, Cæs. de Graff. *decis.2. num.8. de solut.* Rota in causa Bononien. de Pipinis 8. Nouembris 1577. coram bon. mem. Card. Seraphino relata inter diuers. impress. *decis.*311. *num.2. part.2.* Notoriè autem iniusta elicitur, secundùm opin. Rotæ eo ipso, quòd non iustificatur ex actis, Cæs. de Graff. *d. decis.2. n.6. & 10. de solut. & decis.16. n.15. de probat.* Rota in causa Foroliuien. census 16. Nouembris 1605. coram Illustr. Lancelloto, & in Toletana portionis 24. Martij 1610. coram R.P. D. Decano, & in Romana hæreditatis 17. Iunij 1611. coram me. Quòd maximè procedit in sententia vnica, quæ non habet pro se tantam boni iuris præsumptionem, nec tantum fauorem, sicut tres conformes, Oldrad. *cons.106. num.3.* Cresc. *dec.22. de sent. & re ind.* Cou. *pract. quæst. c.25. n.2.* Rota *decis.778. lib 3. par.3.* & in Anconitana bonorum 19. Martij 1608. coram Illustris. D. Bononien. non iustificati autem ex actis, patet ex decisionibus in hac causa factis.

7 Septimò dicebatur, quòd ista causa fuit commissa tanquam in prima Illustr. D. meo Card. Tusco, & successiuè D. Card. Verallo in illius locum subrogato, & quòd propterea D. meus Card. Verallus non potuit pronunciare prout in secunda, sicut pronunciauit: sed visum fuit non subsistere in facto, quòd D. Cardinali Tusco causa fuerit commissa, prout in prima, quia causa appellationis à sententia D. Vicarij fuit commissa DD. meis Card. Iustiniano, & Cæsio, in quorum locum fuit subrogatus prædictus Illustr. Card. Tuscus. Nec facit, quòd in commissione porrecta per creditores ad effectum committendi causam appellatione remota D. Card. Tusco fuerit narratum, quòd causa erat in prima instantia, quia ex serie illius met communis apparet, quòd illa narratiua fuit erronea, si quidem ibidem dicitur, quòd causa appellationis fuerat commissa DD. Card. Iustin. & Cæsio, in quorum locum fuerat subrogatus idem D. Card. Tuscus, Talis igitur error non debuit nocere partibus, vel mutare substantiam rei, *l. de ætate*, *§. qui iusto*, cum ibi not. *ff. de interrog. act.* Oldrad. *cons.216. n.1.* Dyn. *cons.30. in fin.* Alex. *cons.156. in princ. lib.6.* Nec ista noua commissio directa D. Card. Tusco cum clausula *appellatione remota*, alterauit antiquas commissiones, sed dicta in illis censentur repetita in ista, Ægid. *decis.41.* Cassad. *decis.8. n.5. de rescript.* Rota in causa ciuitatis Castelli pensionis 11. Februarij 1577. coram Cantuccio relata inter diuers. impress. *decis.44. n.2. part.2.* & in Romana societatis officij 3. Iunij eiusdem anni coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, quæ est decis. 321. *part.1.*

R. P. D. PIROVANO.

Iacen. iurisdictionis.

Lunæ 1. Iulij 1613.

ARGVMENTVM.

Episcopus in sua diœcesi habet fundatam intentionem super iurisdictione omnium Ecclesiarum: & quid in Ecclesijs regularium habentium curam animarum.

SVMMARIVM.

Episcopus habet de iure fundatam intentionem super iurisdictione omnium Ecclesiarum eius diœcesis, n. 1.

Inhibitio non debet esse principium iudicij, nec ab ea incipiendum, ibid.

Episcopus in materia visitationes habet maiorem iurisdictionem, etiam in locis exemptis ex sacro Concilio Tridentino, ibid.

Episcopi non habent iurisdictionem in visitatione Ecclesiarum regularium habentium curam animarum, declara vt num.2.

DECISIO DXXV.

Domini dixerunt moderandam esse inhibitionem, cùm illa fuerit relaxata contra D. Episcopum Iacen. qui, prout & cæteri Ordinarij, habent fundatam intentionem super iurisdictione omnium Ecclesiarum eius diœcesis, *cap. cùm omnes Basilicæ 16. quæst.7. cap. conquerente, de offic. ordin.* ideò ab inhibitione non est incipiendum sine causæ cognitione, *cap. cum personæ, de priuileg. in 6. cap. constitutus, de relig. dom.* Capuaq. *decis.201. par.2.* & eo maximè in hac materia visitationis, quia concurrit titulus maioris iurisdictionis, etiam in locis exemptis, ex sacro Concilio Tridentino, *cap.8. session.2. & c.8. de reformation session.21.* cuius vigore Ordinarij tanquam delegati Sedis Apostolicæ visitant, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, ac iudicum inhibitionibus, & in his terminis sæpiùs Rota resoluit, prout in Calaguritana iurisdictionis prima Iulij 1605. coram bonæ memoriæ Iusto, in Carpentoraten. Prioratus 15. Iunij 1601. coram Corduba, in Barchinonen. Prioratus S. Annæ 18. Maij 1601. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & in Toletana iurisdictionis 26. Martij 1612. coram me. 1

Non obstat, quòd facultas sacri Concilij non se extendat in exemptis Ecclesijs Regularium, vbi per regulares cura animarum exercetur, & prout Ecclesiæ, de quibus agitur, à regularibus reguntur, & sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum hoc ipsum censuit, quia fuit dictum de priuilegijs Abbatis, & Monasterij Sancti Ioannis de Pennia non constare, de quibus etiamsi appareret, non tamen esse sublatam visitationem secularium, qui in Ecclesijs inseruiunt, ex declaratione eorundem Illustrissimorum Interpretum, quæ simul cum præcedenti data fuit, & clarum videtur eiusdem Concilij decretum *sess. 7. cap. 7.* disponens, quòd Ecclesiæ curatæ Monasterij vnitæ visitentur singulis annis per Ordinarios locorum, exemptionibus quibuscunque non obstantibus. 2

R. P. D. PIROVANO.

Hispalen. pensionis.

Lunæ 1. Iulij 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione valoris beneficij per testes multa notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Valor beneficij exprimendus non est de necessitate in reseruatione pensionis, expressus tamen per modum affirmatiuum plenè probandus est, n.1.

Testes examinati coram delegato pendente lite coram Ordinario in eadem causa dicuntur nulliter examinati, num. 2.

Lis non dicitur introducta sine citatione, ad dicendum contra

tra commissionem, & sine inhibitione: sufficit tamen inhibitionem esse iudici præsentatam, n.3.

Inhibitio an dicatur legitimè præsentata, non præsentato originali, sed eius transumpto, n.4.

Testes de auditu, & publica voce, & fama non nisi semiplenè probant valorem beneficij, n.5.

Testes volentes deponere de tempore præterito, & præsenti, oportet vt deponat per verbum fuit, & est, n.6.

Testes valorem probantes, & referentes se ad computa, & fidem computationis, probant valorem beneficij, num.7.

Testes vnus de certa scientia valoris beneficij, iunctis alijs testibus de publica voce, & fama, faciunt plenam, & perfectam probationem super valore beneficij, n.8. declara vt n.9. & 10.

Probationes duæ semiplenæ tunc demum constituunt plenam, & perfectam probationem, quando qualibet de per se, & in genere suo dici potest perfecta, aliàs secus, num.10.

DECISIO DXXVI.

1 IN decisis fuit resolutum, retenta enim conclusione, quòd etsi valor de necessitate non sit exprimendus, si tamen sit expressus, & per modum affirmatiuum, plenè probandus est, quia reseruatio maioris, vel minoris quantitatis pensionis fundatur super expressione valoris affirmatiuè, vt in prima decisione fuit firmatum. Dixerunt Domini non obstare testes de partibus, quia vltra quòd inualidè fuerunt recepti ex eorum dicto, concludens probatio valoris affirmatiuè expressi non affertur.

2 Nulliter enim videntur examinati, quia vsque de anno 1608. mense Nouembris pendente lite in Rota coram R. P. D. Pamphilio inter Thomam, & consortes, ac pensionarium, & translatoris super nullitate translationum pensionis fuit processum ad examen coram delegato per Nuncium Apostolicum de mense Iulij 1610. instantibus Francisco de Auila, & Petro Guzman translatarijs, & in commissione coram R. P. D. Pamphilio comprehensis, quod citra vitium attentati fieri non potuit, Afflict. *decis.* 354. *n.2. & seqq.* Gabr. *de iud. conclus.*1. *n.*18. Lancell. *de attent. lit. pendente, limit.*2. *n.*59. *& seqq.*

3 Nec dicatur, quòd sine lite attentata non censentur, & lis aliqua non aderat quoad dictos Petrum, & Franciscum, cùm non fuerint neque citati ad dicendum contra commissionem, neque inhibiti, quia sufficit, quòd Delegato fuerit præsentata inhibitio Rotalis ad effectum nullitatis actus, vt exinde omnia gesta sint nulla, & attentata, Rota *decis.*20. *& 31. de appellat. in nou.* Achill. *decis.*29. *eodem tit.* Put. *decis.*395. *&* 414. *lib.*3.

4 Non obstat, quòd originale inhibitionis ostensum, & præsentatum Delegato non fuerit; sed quoddam transumptum, per quod iudex non potuit certus reddi de impedimento, & iurisdictione abdicata; & ideò potuit fidem non adhibendo ad vlteriora procedere, Specul. *in tit. de citat.* §.4. *n.*7. Pot. *decis.*241. *lib.*3. cum alijs allegatis. Hoc enim procedere posset parte opponente, & quando, & post de originali docere non posset, secus prout in præsenti, quando nec pars opposuit, & de inhibitione authentica constat, Achill. *decis.*2. *n.*6. *de effic. deleg.* Nec ab hac declaratione dissentit Specul. *d. num.*7. *in fin.* dum dicit debere constare, saltem postea, prætereà cùm non sit simplex transumptum, sed authoritate Vicarij Hispalen. exemplatum, & per Notarium ad id deputatum, non carebat præsumptione veritatis, quo casu propter præsumptionem erat credendum constare de veritate scripturæ præsentatæ, vt considerat Specul. & Achill. *locis suprà allegatis.*

5 Imperfecta etiam probatio satis demonstratur, nam cùm deponunt de auditu, & publica voce, & fama, ad summum constituunt gradum semiplenæ probationis, etiamsi iungantur cum testibus in Curia examinatis, Cassad. *decis.*2. *de probation.* Caccialup. *in l. admonendi, n.*174. *de iur. iurand.* Menoch. *de præsumption. lib.*1. *præsumpt.*41. *num.*4. Tertius enim de Curia, narrato valore Canonicatus subiungit, & hoc à pluribus personis audiuisse, & per multos annos. Quatenus verò præmisso, in quo consistant fructus Canonicatus, narrat valorem, & statim addidit, & hoc publicè dicitur tam in ciuitate Hispalen. quàm extra, quòd etiam paulo infra repetit publicè à multis audiuisse in dicta ciuitate.

6 Testes verò de partibus præter publicam vocem, & famam nihil addunt, quinimò eorum depositio satis infirma videtur, quia alij non deponunt per verbum *fuit*, & *est*, vt includant necessitatem probationis respectu temporis tam præteriti, quàm præsentis, Abb. *in l. licet ex quadam, num.*3. *de testibus*, Caputaq. *decis.*9. *&* 413. *par.*2. & fuit dictum in Conchen. decimarum 28. Aprilis 1589. coram Otano. Alij verò, qui vtrumque tempus percutiunt, prout nec cæteri, quod est essentiale in hac materia probationis valoris per ascensum, vt iam fuit firmatum in 1. decisione.

7 Nec videtur sufficere, quòd onera exprimantur in fide computationis, vt dicunt informantes pro D. Comite, nisi etiam testes ad computa se referant ad hoc, vt fama scientiæ valoris, vel de per se sit certa, vel per relationem ad aliud possit certificari, *l. si ex pluribus, in* 1. *ff. de verb. oblig. l. scire debemus, eodem tit.* Bart. *in l. qui liberis, §. hæc verba, in fin. ff. de vulg. & conf.*7. Andreas Mart. *lib.* 1. Menoch. *cons.*287. *n.*28. *& seqq. vol.*3.

8 Non obstat, quòd testes prædicti si benè ponderentur, plenè probant valorem affirmatum, dum primus, & secundus, in Curia examinati deponunt de certa scientia, & secundus de partibus eandem scientiam concludat, ex quibus si vnus tantùm hoc affirmaret, iunctis alijs de publica voce, & fama, plenam, & sufficientem probationem facerent, cùm testis de veritate semiplenam faciat probationem, *cap. ex insinuatione, de procur. cap. vlt. de success. ab intestate*, Bar. *in l. admonendi, num.* 48. *ff. de iur. iurand.* testes de fama semiplenam concludant, Cassad. *decis.* 2. *de probation.* & simul iunctæ plenam, & perfectam faciant, glos. *in cap. veniens, il primo, verbo famam, de appell.* Bar. *in d. l. admonendi, num.*48. Salyc. *num.*13. Felyn. *in c. cum causam, col. vlt. de probat.* Menoch. post alios *de præsumpt. quæst.*40. 41. *n.*4. *lib.* 1. quòd etiam fuit dictum in causa Neritonen. pensionis 27. Nouembris 1606. coram R. Bononien.

9 Fuit enim dictum, quòd primus, & secundus testis de Curia in eorum depositione duo distinguunt, nempè in quo consistat valor Canonicatus in frumento, hordeo, gallinis, & pecunia, & deinde valor huiusmodi rerum, ad quam summam ascendat, primo casu deponunt de propria scientia, per rationem, *& questa notitia l'hò hauuta per essere naturale de sciulea*. Secundò casu deponunt per relationem de auditu, *e questo l'hò inteso à dire da molte persone*, & sic probatio valoris per ascensum remanet in probatis per auditum, & famam; alter verò testis de partibus, etsi dicat, quòd tanquam incola, & oriundus intellexit, sciuit, & audiuit de scientia, videtur intelligendus ex causa, quia intellexit, & audiuit dici publicè, cùm oratio fuerit continuatiuè apposita absque copula *&*, per quam diuersa possent æquè principaliter copulari, & quia scit, & quia audiuit, vt fuit consideratum in vna Romana Saluiani coram me 13. Iunij 1612. & in his terminis etiam loquitur decis. Neritonen. coram R. Bononien.

10 Præterea aduerterunt Domini conclusionem prædictam, quòd semiplenæ probationes possint iungi ad constituendam plenam, & perfectam, tunc procedere quando quælibet de per se, & in suo genere dici potest perfecta, Alex. *cons.*11. *vers. sed si plures lib.*4. Ias. *in l. admonendi, num.*157. *vers. Communis, & vera conclusio*, Crauet. *cons.* 216. *num.*12. Paris. *cons.*27. *in fine lib.*2. qualis dici non possit ea quæ concludit vocem, & famam, tum quia non deponunt deductis oneribus, vt iam dictum est. Tum etiam quia ista probatio remanet sublata ex contraria probatione de veritate valoris, vt in prima decisione fuit expressum, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Asculana bonorum.

Lunæ 1. *Iulij* 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione styli, & de sanatione nullitatum nonnulla, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Sententia sine citatione est nulla, n. 1.

Nullitates sanantur ad parcendum vlterioribus expensis, *ibid. ad finem*.

Stylus, vt dicatur probatus, debeat probari, quod habuerit effectum, n. 2.

Stylus in materia citationis potest de iure introduci, *num.* 3.

Stylus admittendus est, vbi nulla æquitas repugnat, *ibid. in fine*.

Nullitates non sanantur sine bono iure, *num.* 4.

DECISIO DXXVII.

1 CVm in hac causa daretur de nullitate sententiæ de partibus, ex quo terminus præseruato habitus ad sententiam cantat pro die 12. Decembris, & publicatio reperitur facta die 19. eiusdem mensis, quod includit defectum citationis, cùm sub die, qua reperitur lata sententia, nulla adsit citatio, Bart. *in l. aut qui aliter in princ. & in l. fin. in fin. ff. quod vi aut clam.* Castr. *in l. eum non eo die, n. 2. C. quando prouocare non est necess.* Felin. *in cap. 1. n. 22. de iudic.* Alex. *cons.* 213. *n.* 8. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 28. *num.* 21. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 387. *n.* 5. & quatenus pro parte illius, qui habuit sententiam pro se, prætendebatur sustineri sententia ob stylum illarum partium, probatum per testes, & exempla aliarum sententiarum, replicabatur de nullitate prædictorum testium, ex eo quòd decretum examinis fuerit factum infra terminum citationis, & testes non iurauerint in termino citationis ad videndum iurare, propterea fuit adita Signatura Gratiæ, in qua Sanctissimus commisit sanationem prædictarum nullitatum arbitrio Rotæ; vnde propositi dubium an esset locus arbitrio? Et Domini pro affirmatiua tenuerunt, quia nullitates oppositæ contra testes debent sanari per arbitrium, etenim testes fuerunt examinati cum interrogatorijs partis: vnde videtur fecisse quod potuit, & consequenter ad parcendum vlterioribus expensis, & laboribus omnis æquitas suadet vt sanentur nullitates, & ita passim arbitratur Rota, quando testes fuerunt examinati super interrogatorijs partis, vt per Put. *decis.* 30. *lib.* 3. Cæl. de Graff. *decis.* 11 *num.* 18. *de prob.* Verall. *decis.* 71. *lib.* 3. *in manuscript.* Ant. Aug. *in epit. de testibus*, *num.* 19. fuit resolutum in causa Legionen. Canonicatus 15. Martij 1568. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & Romana de Rusconibus 16. Martij 1612. coram me, vbi aliæ decisiones allegatæ.

2 Sanatis testibus remanet sanata nullitas sententiæ, quia prædicti testes benè probant stylum illarum partium habendi terminum pro seruato sub vna die, & publicandi, seu declarandi terminum sub alia, dummodo fiat infra decem dies à die termini habiti pro seruato, quibus testibus præbent magnum adminiculum 29. sententiæ, quarum copia fuit data, in quibus terminus pro seruato cantat sub vna die, & publicatio sub alia: licet enim non probetur, quòd habuerit effectum, prout regulariter requiritur ad probandum stylum, ex trad. per Abb. *cons.* 73. *col.* 3. *vers. primo namque lib.* 2. Crauet. *de antiq. temp. part.* 4. *vers. materia ista*, *n.* 41. Rolan. *cons.* 73. *num.* 41. *lib.* 2. attamen est plusquam verisimile, quòd tot Iudices, Procuratores, & Notarij, qui interuenerunt in prædictis sententijs, errauerint in re tam notoria, & quòd ita fecissent nisi sciuissent ita practicari.

3 Non videbatur autem dubitandum quin iste stylus de iure possit introduci, ex dictis in causa Pharen. Archidiaconatus coram Paleotto relata inter diuers. impress. *decis.* 705 *num.* 4. *lib.* 3. *par.* 3. citatio enim ad sententiam non ex alio fit, quàm vt postremo loco moneatur pars, an aliquid dicere velit, quod posset mouere iudicem ad pronunciandum pro illa, potest enim esse quòd pars, quæ sciebat, se de iure citandam ad sententiam, distulerit illuc vsque insinuare iudici suas prætensiones. Cæterùm quando stylus se habet, quòd citatio, super qua tenetur terminus pro seruato, habeatur pro vltima, & quòd iudex in declaratione termini non tenetur amplius citare, sibi imputare debet si in citatione, super qua tenetur terminus, non deduxit omnia iura sua, & sic nulla æquitas repugnat stylo, per quam non sit admittendus, iuxta not. *in cap. fin.* vbi præcipuè Butr. *n.* 49. *vers. ex his concluditur, de consuetud.* Turrecrem, *in cap. mala*, *n.* 1. *& cap. frustra*, *num.* 2. 8. *distinct.* Ruin. *cons.* 156. *n.* 8. *lib.* 4. Roland. *cons.* 69. *n.* 46. *& seq. lib.* 2.

Ex quibus cessare videbatur obiectio ex decisione Mantuan. bonorum 16. Decembris 1611. coram R.P.D. Vbaldo, in qua fuit dictum non sanari defectum citationis, quia quantum ad testes, dato arbitrio per commissionem interrogatoria supplent omnem defectum, pars enim citata nihil plus facere potest quàm dare interrogatoria, vnde cessat defectus defensionis consideratus in prædicta decisione. Quo verò ad sententiam sanatis testibus, remanet probatus stylus, quòd citatio, seu præsentia pro die, qua iudex tenet terminum pro seruato, suffragetur pro decem diebus subsequentibus, & sic cessat defectus citationis. 4

Quantum ad bonum ius sine quo non soluantur nullitates, ex deductis pro parte mulierum, visum fuit dari summum boni iuris, qui sumus sufficit ad istum effectum, cùm istud bonum ius deducatur incidenter, & pars quæ modò succumbit, sit plenè audienda super hoc eodem iure in discussione negotij principalis, Ægid. *decis.* 38. *col.* 2. *vers. fallit vbi tale*, *& infra vers. sed quia de hoc interesse*.

Et ita tentum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana liquidationis fructuum,

Lunæ 4. *Nouembris* 1613.

ARGVMENTVM.

Possessor quando præsumatur percepisse fructus rei possessæ.

SVMMARIVM.

Locator, & possessor præsumitur exegisse pensiones rei locatæ, & possessa, n. 1.

Possessor non præsumitur percipere fructus rei possessæ quando fructuum perceptio sibi à iudice inhibita est, *num.* 2. *&* 3.

Vbi etiam an debeat constare de executione inhibitionis; an verò sufficiat d. inhibitionis decretum.

DECISIO DXXVIII.

1 DEcisio in hac causa facta habet duas partes, in prima dicitur probari fructus molendini in quantitate rubrorum 40. grani pro quolibet anno, & pro tempore, quo D. Æmilia possedit bona de quibus agitur, & item probari valorem eiusdem grani in scutis quinque pro quolibet rubro, In secunda reseruatur melior liquidatio, quoad fructus furni, hospitij, & iurisdictionis, salua tamen parte fructuum, pro quibus apparent locationes, quia pro eis, quamuis de exactionibus non doceatur, præsumitur exactio facta à possessore, qui facultatem percipiendi habebat, per ea quæ tradit Natt. post alios, *cons.* 384. *num.* 2. Et quia effectus dubij erat, vt D. Æmilia iuxta liquidationem fructus prædictos, tanquam à se perceptos restitueret, iuxta condemnationem, de qua in sententia bon. mem. Cardinalis Platti, & cùm pro parte hæredum eiusdem D. Æmiliæ de nouo molta deducerentur, ad ostendendum fructus non fuisse perceptos ab eadem D. Æmilia; ideò iterùm propositi dubium. Et Domini censuerunt non constare de perceptione, & sic à decisis esse recedendum.

2 Quia quicquid sit de quantitate, & valore fructuum, perceptio tamen ex sola immissione in possessionem non videtur probata, cùm pro parte D. Pauli Æmilij appareat, quòd statim atque D. Æmilia fuit immissa in possessionem castri Mazzani, fuit exinde deputatus per Rotam exactor pro dictis fructibus colligendis, & inde collectis custodiendis in locis communibus, adhibitis clauibus, Itaut D. Æmilia abique concursu, & voluntate D. Flaminij manus apponere non posset, vt legitur in decreto quo datur; postea verò alia etiam decreta emanarunt super consignatione fructuum, & pecuniarum apud exactores existentium tam ad instantiam ipsius D. Flaminij, quàm aliorum creditorum quæ dantur, itaut visum sit Dominis cessare præsumptionem deductam ex possessione, ne D. Æmiliæ imputari possit verè fructus percepisse, vbi enim possessor impeditus est se ingerere in perceptione fructuum, siue voluntariè, siue coactè, ita iudice mandante, tunc præsumptio prædicta non procedit, Rot. *decis.* 1. *num.* 2. *de renunc. in nou.* Lancellot. *de attent.* 3. *par. c.* 31. *num.* 39. *de pænis attentat.*

Et

3 Et quamuis adhuc non liqueat effectuatio dd. decretorum per consummatam executionem, tamen ad obscurandam præsumptionem ex possessione desumptam sufficere videntur; siue etiam sequamur opinionem, quam tenuit Rota in alijs decisionibus, vt sufficiant leuiores probationes, vt in Romana vineæ coram me 20. Iunij 1611. & in Camerinen. spolij 4. Ianuarij 1608. coram Iusto, & in Zamoren. fructuum coram Reuerendissimo Lugdunen. 7. Aprilis 1606. sequendo opinionem Bald. *in l. 1. n. 22. C. de fructibus, & lit. expens.* & hæc pariter leuior probatio stante præsumptione impedimenti allegati non videtur concludens.

4 Accedebat etiam calculus in actis datus pro parte D. Flamminij, in quo computatis fructibus exactis, & solutis creditoribus, dixit adhuc se remanere creditorem in scutis 10000. vltra fructus annuatim perceptos, & in calculo descriptos. Et quamuis dicatur, quòd Procurator, qui dedit huiusmodi calculum in actis, non habet mandatum ad calculandum, & confitendum, & quòd iste calculus non continet fructus omnium annorum, tamen iuncta deputatione exactorum, & instantia pro fructibus habendis ab ipsis exactoribus, sufficit pro tollenda præsumptione perceptionis fructuum quæ oritur ex sola possessione.

5 Non obstat, quòd testes aliàs examinati, & etiam post decisionem in hac causa factam recepti probent de perceptione fructuum habitorum per Dominam Æmiliam. Quia vltra quòd non deponunt præcisè, quòd fructus peruenerint ad manus Dom. Æmiliæ, sed quòd factores habuerint. In quibus potest etiam verificari, decretum Rotæ non loqui de fructibus Mazzini, sed de vinea Ricci penes Stabium, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Varmien. fructuum.

Veneris 8. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

De fructibus beneficij post mortem beneficiati; an transeant ad illius hæredes, vel ad creditores, vel ad successorem.

SVMMARIVM.

Fructus beneficij vacantis non transeunt ad hæredes defuncti, sed ad successorem, n. 1.

Episcopi non veniunt sub generali dispositione, sed speciali nota digni sunt, n. 2.

Testes singulares probant iurisdictionem, ibid.

Fructus beneficij maturati in vita defuncti soluendi sunt creditoribus dicti defuncti, n. 3.

Maxime, dictio, *est ampliatiua, & non limitatiua præcedentium, ibid.*

Testis à parte productus non probat plenè contra producentem, n. 4. in fin.

Administrator non potest dici debitor ante redditam rationem, & solidationem computorum, n. 5.

DECISIO DXXIX.

1 IN decisione die 24. Ianuarij 1611. fuit firmatum, Capitulum. Varmien. non teneri restituere florenos 5600. qui prætendebantur penes illud extare hæredibus Cardinalis Ratthorei Episcopi Vermien. neque eius creditoribus. Quia etsi Cardinalis decesserit de mense Octobris, quo tempore fructus à solo videntur separati; cùm tamen non probentur consignati, non transeant ad Cardinalis hæredes, sed ad successorem Episcopum, *cap. relatum 1. a. de testamen.* Caldet. *cons. 2. de pecul. Clericorum*, cum alijs in decisione allegatis. Neque creditoribus hoc ius videbatur apertum, cùm non iustificarent eorum credita, neque probarent Capitulum habuisse fructus ante obitum Cardinalis, qui propterea litteras compulsoriales leuarunt pro complenda huiusmodi probatione, & per biennium ferè fuit supersessum in causa, sed nihil actum pro parte creditorum. Vnde die 1. Februarij anni præsentis, quia agentes creditorum se excusabant super non paritione Capituli, proposui dubium an constaret de paritione litterarum compulsorialium? Et Domini noluerunt capere resolutionem, sed mandarunt assignari nouum terminum ad compulsandum, quo elapso dubitaui an esset recedendum à decisis? Et resolutio fuit remissa ad Calendas. Hodie iterum proposui dubium, & Dominis placuit standum esse in decisis, ex ijsdem fundamentis.

2 Nec obstare dixerunt Synodalem constitutionem prouinciæ Gnesnen. dum cauetur, quòd quilibet Prælatus, Canonicus, Altarista, Plebanus, Vicarius ex quocunque titulo, beneficiatus, curatus, & non curatus, in vniuersa prouincia, si moritur in tribus vltimis mensibus anni, habeat omnes fructus sui beneficij, per quam prætenditur in ea comprehendi præcessorem Episcopum de mense Octobris mortuum. Quia vltra quòd pro absoluto Domini non habuerunt, quod prædicta constitutio comprehendat Episcopos, qui speciali nota digni sunt, sed magis Prælatos inferiores, qui facilè inter Clerum reperiri possunt, fuit etiam responsum Episcopum Varmien. non regulari secundùm statutum aliarum Regni Poloniæ Ecclesiarum, sed immediatè Sedi Apostolicæ esse subiectum, quod benè probant testes dati in summario, nempè primus, secundus, & quintus, qui etsi singulares in causis scientiæ, tamen cùm agatur de iurisdictione probanda, plenè concludunt, Gemin. *cons. 117. sub n. 2.* Aret. *cons. 42. sub n. 2.* Guidopap. *qu. 544. & n. 2.* & latissimè Rimin. iun. *cons. 7. num. 56. 62. 64. vol. 1.* dicens quod ex particularibus depositionibus infertur ad ipsum vniuersale, prout est iurisdictio. Adminiculantur etiam ex depositione 6. 8. & 9. testium asserentium vidisse in priuilegijs Ecclesiæ Varmien. hanc exemptionem.

3 Neque etiam obstare videtur, quòd si pro hæredibus adhuc non esset fundata intentio in constitutione prędicta, respectu tamen creditorum idem non est dicendum, qui docent de credito ex chirographo formiter recognito, & in testamento bon. mem. Cardinalis ad effectum solutionis enunciato, & pro quo ex fructibus in vita Cardinalis maturatis sunt soluendi absque alia probatione necessitatis, ex *c. præsenti, §. porro, de offic. ordin. in 6.* vbi glos. *in verbo debitis*, dicit successorem teneri sicut filius hæres ad paterna debita, nec huic opinioni obstare tradita per Ferret. *cons. 216. n. 8.* Card. *cons. 110. n. 4. & 5.* & Roman. *cons. 240. num. 4.* allegatos in decisione in hac causa facta. Quia Ferret. loqui videtur per dictionem *maximè*, quæ non limitat regulam, Roman. verò non distinguit de fructibus maturatis in vita beneficiati. Cardinalis solùm dicit, quòd successor tenetur ad debita prædecessoris contracta pro necessitate Ecclesiæ, & quòd ista versio debet probari, sed non loquitur de debitis priuatis ipsius beneficiati. Ad hæc omnia quicquid sit de hac opinione, an sit probanda talis necessitas, fuit vt in prima decisione responsum, non probari Capitulum esse debitorem summæ de qua in dubio.

4 Non obstat depositio sexti testis pro Capitulo examinati ad septimum articulum asserentis Capitulum ex bonis, & fructibus maturatis ad Cardinalem spectantibus summam 24. marcarum monetæ Prussianæ exegisse, quia idem testis se declarat prædictam summam penes Capitulum non remansisse, dum inquit ex illa summa fuisse satisfactum familiæ, & creditoribus Cardinalis: residuum verò fuisse solutum D. Episcopo successori, hæredibus reclamantibus, vltra quòd est vnicus, nec plenè probat, quamuis à parte inductus, sed vt testis simpliciter, secundùm opinionem quam seruat Rota, & per Achill. *decis. 3. de testib.* & sæpiùs fuit firmatum.

5 Litteræ pariter Capituli directæ Stanislao die 7. Octobris 1600. non constituunt Capitulum debitorem, sed promissorem de ineundis ratiocinijs fructuum, qui ad defunctum Cardinalem ad diem mortis pertinebant, sed quid pertineat, adhuc non est liquidatum, & consequenter nec detectum debitum Capituli, pro quo Stanislaus agere possit. Nec litteræ Regis Poloniæ contrarium suadere videntur, quia etsi creditum Stanislai præsupponat liquidum, ac etiam hæreditatem Cardinalis defuncti sufficere pro debitis liquidis ex soluendis; tamen sunt simplices hortatoriæ, & ante discussionem iurium successoris Episcopi nihil disponunt, cùm ab ea pendeat substantia debiti contracti ex administratione Capituli, & ante liquidationem, vel ea pendente Capitulum debitor dici non potest, *l. debitor, & l. creditor, ff. de verbor. signific.* Bald. *cons. 133. lib. 2.* Crauet. qui loquitur in administratore, *cons. 275. n. 13. lib. 2.*

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Hierosolymitano.

Autien. parochialis.

Veneris 8. *Nouembris* 1613.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus defertur ad proximiores; exclusis remotioribus: probata tamen morte illius, cuius succeditur, & quomodo mors probetur.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus spectat ad proximiores in gradu vocatos, non autem ad remotiores, n.1.

Vocatus in iurepatronatus post mortem alicuius non admittitur nisi illius morte probata, ibid.

Testes examinati ad perpetuam rei memoriam sine citatione partis, & inter alias personas, nihil probant, num. 2.

Testes contradicentes, & discordantes vnus ab alio, sunt valde suspecti, num. 3.

Testes de auditu non plenè mortem alicuius probant, num. 4.

Testibus deponentibus de vita alicuius magis creditur, quàm deponentibus de morte, n. 5.

Mandatum datum ad præsentandum aliquem ante vacationem beneficij nulliter datum censetur, declara vt num. 6.

Mandatum non expirat morte mandantis, quando fuit constitutus Procurator non à mandante, sed à substituto mandantis, num.7.

Spurij, & illegitimi filij sunt incapaces iurispatronatus Gentilitia, num.8.

DECISIO DXXX.

1 FVir resolutum sententias de partibus esse infirmandas, nam cùm in donatione istius iurispatronatus, fuerit ad illud primo loco euocatus Antonius de Sotomaior, & in illius defectum Alphonsus Gago, & alij successiuè, ac vltimo loco Nicolaus Gago, & eius hæredes, non potuerunt isti hæredes præsentare Ioannem del Condal, non constito de obitu dicti Antonij; quando enim primus gradus occupatus est, vlteriores conquiescunt, *l. quandiu, ff. de acquir. hared.* Molin. *de primagen. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 16. *& seq.* Nec solùm illius obitus erat probandus, sed & obitus aliorum vocatorum ante dictos hæredes, necnon filiorum, & descendentium, *decis.*394. *in fin. part.*1. *diuers.* Peregr. *de fideicom. art.*43. *num.* 35. *& seq.* Vnde sententiæ mandantes institui Ioannem del Condal præsentatum à dictis hæredibus, exeluso Rectore Figueora, præsentato à Procuratore dicti Antonij videntur iniustæ.

2 Nec obstant testes deponentes de morte Antonij, quia duo illorum fuerunt examinati sine partis citatione ad perpetuam rei memoriam, & inter alias personas: vnde non probant Bart. *in l. maritus, n.*3. *in fin. ff. de quæst.* Abb. *in cap.*2. *n.*14. & Felin. *n.*3. *de testib.* Ruin. *cons.*46. *num.*2. *lib.*4. Paris. *cons.*83. *n.*13. *lib.*1. Crescen. *decis.*2. *num.*6. *de testib.*

3 Alij verò duo deponunt de eadem morte à viginti annis, & inter se valdè discordant, ita vt reddantur suspecti, cùm alter dicat, à decem annis ante mortem Antonij illum nouisse, & tractasse in loco de Vtreque in Italia, cùm ambo ibi militiam profiterentur, & postea Antonium in grauem infirmitatem incidisse, & delatum fuisse ad Hospitale Hispanorum, vbi per aliquot dies dicta infirmitate detentus, ex eadem migrauit ab hoc seculo; alter verò deponit ab eisdem viginti annis de dicto obitu, & cùm dictus testis esset in dicto loco de Vtreque, vidit quadam die nauim Marchionis de sancta Cruce illuc, & ex illa extrahi dictum Antonium in extremis laborantem, ita vt intra spatium trium horarum ab hac vita decesserit, quem testis vidit, & cognouit, & curauit sepeliri, quia erat ipsius consanguineus; ex quibus visum fuit non esse fidem istis testibus adhibendam.

4 Præterea hi duo testes examinati de anno 1602. deponentes de dicto obitu, à 20. annis, & sic abijsse de anno 1582. attestantur contra id, quod iam fuerat iudicatum, & obseruatum de anno 1594. de quo tempore Dominicus Salgado, fuerat de hac Ecclesia institutus ad præsentationem Procuratoris eiusdem Antonij. Alij autem testes de eadem morte deponentes tantummodo de auditu, & sic non sunt attendendi, *cap. super litteris, de testibus, l. testium, C. eod. tit.* Caputaq. *decis.*279. *n.*2. *par.*1. Vltra quòd omnes prædicti testes deponunt solùm de morte Antonij, non verò aliorum in donatione vocatorum ante præfatos hæredes, de quorum obitu, & illorum filiorum, & descendentium constare debebat, vt suprà dixi, vt locus fieri posset dictis hæredibus.

5 Et eò magis istis testibus de dicto obitu deponentibus fides non datur, cùm ab alijs de vita Antonij deponentibus conuincantur expressè declarando tempus, quo illum viuum viderunt, nempè de anno 1589. & sic per aliquot annos postquam testes contrarij illum vidisse deponunt, de quo sunt inter alios testes de auditu, duo de visu, & quòd illum viderunt in Regno Castellæ proficisci ad insulas Philippinas insimul cum Gomelio Perez dellas Marinas Capitaneo generale per Regem Catholicum ad illas partes misso, & in conflictu potius est standum testibus de vita, quàm de morte; tum quia quilibet præsumitur viuere etiam, quia melius comprehenditur vita quàm mors, Gabr. *de testib. conclus.*4. *n.*21. & fuit dictum in vna Perusina beneficij Sancti Ægidij 11. Martij 1560. coram bon. mem. Oradino. Tum etiam quia isti testes de vita reddunt rationes verisimiliores, quàm illi deponentes de morte.

6 Quibus non obstat Antonium dedisse mandatum ad præsentandum ante vacationem beneficij, & sic nulliter, ad text. *in cap. fin.* & ibi Doctor. *de concess. præbend.* Quia cùm fuerit etiam generale ad administrandum omnia eius bona ex causa magnæ absentiæ valet, & tenet Abb. *in cap. fin. num.* 6. *de præbend.* & ibi Butr. *num.* 9. Mil. *in suo repert. verb. patronus potest Procuratorem constituere*, Lambertin. *de iurepatr.* 1. *part.*2. *lib. quæst.*4. *art.*3. *num.*2. *& per tot.*

7 Minus facit, quòd Doctor Figueroa fuerit præsentatus à substituto post mortem substituentis, quia cùm substitutus habeat potestatem à primo mandante, non autem à substituente, per illius mortem non expirauit mandatum, glos. *in verbo substituendi, in cap.*1. §. 1. *de procur. in* 6. Rota *decis.*33. *n.*1. *& decis.*38. *n.*2. *de procur. in nou.* Dec. *in cap. relatum, circa principium, de offic. delegat.* Prob. *in addit. ad Monach. in cap. perpetuo, n.* 11. *de postul. Prælat. in* 6. Gabr. *de procur. conclus.*2. *n.*9.

8 Vltimò non obstare visum fuit, quòd Antonius esset illegitimus tanquam filius fratris, & Commendatoris ordinis militaris S. Ioannis; cùm nec versamur in iurepatronatus gentilitio, nec in illo, à quo illegitimi expresse sint exclusi, quibus cessantibus Antonius non est incapax illius iurispatronatus, Bald. *in l. eam quam, in fin. C. de fideicom.* Roch. *de iurepatr. in verbo competens, n.* 9. Lambertin. *vbi suprà* 1. *part. lib.*1. *quæst.*7. *art.* 13. *in princ. n.*4. *&* 6. Gig. *de pension. quæst.*16. *n.*2. & facit text. *in cap. piæ mentis, & cap. Frigentius* 16. *quæst.* 7. Ex quibus ita conclusum fuit, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Concordien. scholastriæ.

Mercurij 13. *Nouembris* 1613.

ARGVMENTVM.

De probatione iuris exigendi distributiones, & illius præscriptione.

SVMMARIVM.

*Actore non probante reus absoluitur, n.*1.

*Probatio remanet irreleuans, & æquiuoca, data possibilitate contrarij, num.*2.

*Ius exigendi distributiones non præscribitur minori spatio triginta annorum, n.*3.

*Scriptura priuata sine iuramento non probat pro scribente, num.*4. *&* 6.

DECISIO DXXXI.

1 DVbitaui, an Iullo moderno scholastico debeantur distributiones? Et eo solo informante, fuit contra eum resolutum, scilicet non deberi in casu de quo agitur.

Præ-

Prætendebat enim Iulius habere fundatam intentionem in distributionibus tanquam Scholasticus, & Capellanus contra Capitulum eiusdem Ecclesiæ secundùm formam solitam, exigendi ante dissolutionem vnionis mansionariæ: sed hæc forma strictè ad Scholasticum, & Capellanum non iustificatur, prout necessarium est, dum actoris partes sustinet, *l. qui accusare, C. de edend. l. ei qui, de probat. l. actor quod asseuerat, C. eod. tit.* Ioseph. Ludou. *concl. 14. in 1.*

2 Nec sufficere visum est, quod deducitur ex libris Capituli, ex quibus apparet de anno 1547. 1551. 1557. & 1559. fuisse solutas distributiones Francisco cum titulo Scholastici enunciato, quia cùm adhuc non constet, quòd Scholastici illi habere possent alium titulum, vt prætendit Capitulum, propter vnionem mansionariæ, de cuius viribus dubitatur, probatio remanet irreleuans, & æquiuoca, data possibilitate contrarij, *c. in præsentia, de probation.* vbi Dec. *num. 12. l. non hoc, C. vnde legit.* vbi latissimè Ias. & dixit Rota in Cæsaraugustan. parochial. 8. Nouembr. 1599. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & coram eodem in Lucerina bonorum 17. Maij 1600.

3 Præterea tempus ab anno 1547. vsque ad 1559. est valdè remotum, & actus iudiciales facti contra Capitulum instante Scholastico ad exactionem distributionum non excedant annum 1562. vt propterea sufficiens non videatur ad acquirendam præscriptionem iuris habendi distributiones, quæ non contentatur minori tempore 30. annorum, *l. omnes, C. de præscript. 30. annorum*, Alex. *cons. 4. in princ. lib. 2.*

4 Notula eiusdem Francisci Scholastici eandem continet irreleuantiam, quia an vti Scholasticus simpliciter, vel propter vnionem alterius tituli annotauerit distributiones, adhuc controuertitur: vltra quòd scriptura illa est priuata, & sine iuramento, quæ de iure non probat, *leg. exemplo, C. de probationibus, l. nuda, ff. de donationibus, c. 2. de fid. instrum.*

5 Depositio Pauli de Nigris ad instantiam Capituli, non distinguit quo iure reciperet distributiones, vel tanquam Scholasticus simpliciter, vel vti Scholasticus & mansionarius: sed explicat quantitatem distributionum, videlicet quòd partem distributionum recipiebat, *come vno mansionario, & non più.*

6 Liber Dominici Moroschini Fictuarij Capituli anni 1600. & ille priuata scriptura dicitur, quæ non probat, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Veneris 15. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Compensatio non admittitur aduersùs Cameralem obligationem, præterquam aliquando concurrente magna æquitate; non autem de liquido ad non liquidum.

SVMMARIVM.

Compensatio non datur aduersùs obligationem in forma Cameræ, n. 1.

Obligatio Cameralis quandoque ex magna æquitate admittit compensationem, & quando hæc æquitas concurrere dicatur, n. 2.

Exceptio, quæ in continenti probatur, admittitur, vbi aliàs non esset admittenda, ibid.

Frater alere tenetur sororem, ibid.

Compensatio non admittitur de liquido ad non liquidum, ibid. in fin.

DECISIO DXXXII.

1 IN hac causa sub die 5. Iunij proximi fuit coram me dictum, esse supersedendum in exequutione, donec videretur, an esset locus compensationi, rationibus, de quibus ibi. Modò disputato dubio, an intraret compensatio, negatiuè fuit resolutum. Ratio decisionis fuit, quia DD. de Ferratinis debitores susceperunt terminum, & se obligarunt cum iuramento, & in forma Cameræ soluere debitum: vnde regula est contra illos, quòd non sit locus compensationi, iuxt. text. *in cap. ad nostram, il primo, de iureiur.* secundùm communem Canonistarum lecturam, nempe Innoc. Ioan. Andr. Butr. Anch. & aliorum, de quibus per Gabr. *de iur. iur. conclus. 7. num. 1.* vbi plures de communi, & magis communi Gallef. *de oblig. Camer. super 4. part. quæst. 2. num. 6.* Rota in causa Interamnen. mercium 4. Iunij 1597. coram bon. mem. Penia, & in Romana vsusfructus, seu Saluiani 7. Iunij 1610. coram me, quicquid in contrarium tenuerit Bart. *in l. amplius non peti, ff. rem ratam haberi*, quæ in hoc communiter reprobatur, teste Gozadin. *cons. 32. num. 16.* cum alijs, per Gabr. & Gallef. *vbi suprà*, quæ magis de plano procedunt, quando, vt in hoc casu, creditum, cum quo prætenditur fieri compensatio, præcessit, tunc se obligans cum iuramento, & Camerali obligatione, videtur se obligare ad non compensandum, Socin. *in l. Iulianus, ad fin. vers. ex quibus infertur, ff. de cond. & demonstr.* Abb. *in d. cap. ad nostram, num. 3. de iur. iur.* Afflict. *decis. 381. num. 3.* Caputaq. *decis. 167. num. 7.* Osasch. *decis. 92. numer. 33. & seqq.*

Et licèt à prædicta regula recedatur, concurrente magna æquitate, vt per Afflict. *decis. 163.* & hæc sit iudicis arbitraria, vt per Gallef. *vbi suprà, num. 7.* & pro æquitate deducatur pro parte DD. de Ferratinis subitanea probatio crediti, cùm quo vellent facere compensationem, ex quo efferunt stare libris D. Cosmi, quæ subitanea probatio est priuilegiata, itaut veniat admittenda, etiam vbi aliàs compensatio minimè esset de admissibilibus, per allegata in prædicta decisione, attamen re benè considerata per Dominos visum fuit, creditum, cum quo DD. de Ferratinis volunt compensare, non esse aliquo modo liquidum, quia D. Cosmus prædicto credito DD. de Ferratinis, quod est occasione pensionum quarumdam domorum, opponit aliud proprium creditum iam canonizatum in Rota de rebus sui Fundaci, quæ inseruierunt pro vestitu sororum innuptarum eorumdem de Ferratinis, quas dd. fratres tenentur alere, glos. *in l. qui filium, verb. hac aliter, in fin. ff. vbi pupilli educari deb.* Bart. *in l. 2. in fin. C. de alen. liber.* cum alijs per Surd. *tract. de alim. tit. 1. q. 25. in princ.* & licèt huic credito D. Cosmi conentur DD. Ferratini rursus opponere alia credita, attamen ex istis apparet, quòd res est vndequaque illiquida, & pendet à magna mole computorum, & prætensionum hinc inde, atque ex hoc videtur requirere altiorem indaginem, & per consequens non esse admittendam contra obligationem claram, iux. regul. quod de liquido ad non liquidum minimè admittitur compensatio, *l. fin. Cod. de compens.* Bart. *in l. cùm fundus, §. seruum tuum, num. 8. ff. si cert. pet.* Alex. *cons. 93. in princip. lib. 4.* Afflict. *d. decis. 381. num. 6.* & eò minus, quia cùm aliàs idem Cosmus esset debitor eorundem de Ferratinis in quadam summa, & daret de compensatione, & solidatione computorum, non fuit sibi admissa talis exceptio, sed coactus fuit soluere, vnde intrat regula, *quod quisque iuris*, &c. *tot. tit. ff. quod quisque iuris.* 2

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana computorum.

Die 20. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Relationi periti de consensu partium electi standum est, nec recusari potest, noua non superueniente causa, etsi recusetur, ea non obstante, potest peritus referre.

SVMMARIVM.

Periti de consensu partium electi relationi standum est, nec ab ea recedi potest, nisi de errore doceatur, n. 1.

Peritus de consensu partium electus recusari non potest noua non superueniente causa, n. 2.

Iudex suspectus recusatus potest recusationem, & appellationem friuolam reijcere, num. 3.

DECISIO DXXXIII.

DVbitaui cuinam calculo esset standum? & Domini censuerunt esse standum calculo bon. mem. Alexandri Ruspoli, non autem Olginati, quia istud Olginati est particulare, & ab eo fuit recessum per generalem deputationem Ruspoli, vt videret super omnibus, ad *l. pacta* 1

no-

nouissimè, Cod. de pact. & propterea cùm Ruspolus fuerit deputatus de consensu partium, non potest ab illius relatione recedi, nisi doceatur de errore, ad text. *in l. hac edictali, § is illud*, ibi, *quos vtraque pars elegerit, C. de secund. nuptijs*, Felin. *in cap. proposuisti, num. 6. de probat.* quod eò magis placuit Dominis stante legalitate bon. mem. Ruspoli, qui etiam sibi adiunxit extraiudicialiter Dominum Cæsarem Rhodianum, legalitate, & peritia nemini secundum.

2 Neque releuat, quòd Domini Herrera, & Costa allegarunt suspectum Dominum Ruspolum, quia cùm non superuenerit noua causa recusandi post consensum præstitum, illa allegatio redditur friuola, Castr. *cons. 442. n. 4. lib. 2.* Bero. *in cap. quoniam contra, num. 154. vers. sed arbitror. de probat.* & fuit latè deductum in causa Romana Drogariæ 12. Decembris 1611. coram R. P. D. meo Caualerio.

3 Minus etiam facit, quòd iudex mandauit referri non obstante appellatione interposita, à non admissione recusationis, quia benè iudex fecit procedendo, cùm dicta appellatio fuerit friuola, ex prædictis; & talem quoque illam agnouerit Signatura, quæ noluit eam admittere, &c.

3 Non obstat, quòd non fuerit citatus Procurator pupilli ad relationem faciendam, quia sufficit, quòd fuerit citatus Dominus Octauius, vel Procurator rationis bancharię, quod satis est, quòd fuerit legitimè constitutus. Reseruarunt tamen Domini videre, an Domini Herrera, & Costa probauerint relationem continere aliquos errores, quia eorum consensus non tollit, quin dare possint de erroribus, si adsunt &c.

R. P. D. SACRATO,

deinde S.R.E. Cardinali.

Viterbien. castrorum.

Mercurij 27. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Cessionarius repræsentat lædentem in omnibus, & per omnia, n. 1. in fine.

Facultas disponendi est quid diuersum à dispositione, numero 3.

Possessionis causam sibi mutare an quis possit non superueniente titulo nouo, n. 4.

DECISIO DXXXIV.

1 PLacuit Dominis decisio in hac causa facta sub die 25. Martij proximi. Et quia inter alia fuit dictum in decisione, quòd D. Valerius non tenebatur probare dominium fideicommittentis, ex quo agebat contra Excellentissimum D. Virginium, qui habet causam mediatam à fideicommittente, nempe à Camera Apostolica, quæ vigore confiscationis successit Honuphrio vltimo grauato informante pro Excellentissimo D. Virginio, negabant assumptum, quòd d. D. Virginius habeat causam ab vltimo grauato, dicebant enim D. Virginium possidere vigore pacti de reuertendo ad donantem finita linea donatarij appositi in donatione facta per Gentilem auctorem D. Virginij quodam Georgio Santacrucio auctori fideicommittentis: sed hoc obiectum visum fuit Dominis non obstare, quia D. Virginius non intrauit possessionem castrorum, de quibus agitur, tanquam successor Gentilis donatoris, sed tanquam cessionarius Cameræ Apostolicæ, & proinde cùm Camera Apostolica nihil habeat commune cum donante, sed tantùm cum Honuphrio vltimo grauato ad confiscationem de illius bonis factam, sequitur quòd D. Virginius dicatur habere causam ab vltimo grauato, sicut habet ipsa Camera, quia cessionarius repræsentat cedentem in omnibus, & per omnia, *l. fin. C. de priuil. fisci*, Bald. *in l. emptor. in princ. C. de hered. vel act. vend.* Alex. *cons. 13. n. 16. lib. 1.* Parif. *cons. 109. n. 25. lib. 3.* Surd. *decis. 208. n. 1.*

2 Non obstat, quòd congregatio Cardinalium censuerit Excellentissimum D. Virginium habere meliora iura super istis castris vigore donationis Gentilis, quàm D. Valerius vigore fideicommissi, quia hoc non fuit ad effectum diffiniendi causam, aliàs Sanctissimus illam non commisisset in Rota, nec in subsequuto chirographo super compositione reseruasset iura D. Valerij, sicut etiam non recepisset scuta 135000. si habuisset ius D. Virginij pro claro, & canonizabili: veritas igitur est, quòd congregatio gustauit tantùm de iuribus Excellentissimi D. Virginij ad effectum videndi quis esset præferendus in compositione cum Camera Apostolica.

3 Minus facit, quòd Sanctissimus in chirographo dixerit, quòd D. Virginius possit *vsare, & godere del possesso nel meglio, & piu vtile, & piu proficuo modo che vogli, ò che sia stato vsato, & goduto prima da esso Virgineo seniore, & poi da Honofrio, & poi dalla Camera Apostolica*, quia non per hoc disponitur, quòd D. Virginius possideat prædictis modis, sed tantùm datur facultas hoc faciendi, prout de iure, quæ facultas est quid diuersum à dispositione, ad *l. non quicquid, ff. de iudic. l. fideicommissa, § hac verba, ff. de legat. 3. c. 1. ad fin. de pænit. dist. 6.* glos. *in c. nosse, verb. necesse, dist. 76.* Rolan. *cons. 30. n. 9. lib. 4.*

4 Non obstat, quòd Excellentissimus D. Virginius, etiamsi intrauerit castra tanquam successor Cameræ habentis ab vltimo grauato, possit nihilominus mutare sibi causam possessionis; nam omisso an hoc possit fieri quando titulus non superuenit de nouo, sed erat in rerum natura, & cognitus illi, qui accepit possessionem ex alio titulo, ad not. *in l. non solum, § quod vulgo, ff. vsucap.* hoc est præsupponere, quòd intret pactum reuersiuum donationis, de quo aliàs erit videndum.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Viterbien. castrorum.

Mercurij 27. Nouembris 1613.

DECISIO DXXXV.

Replicata erat hic superius immediatè inanimaduertenter.

R. P. D. PIROVANO.

Assisien. panattariæ.

Veneris 29. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Societas in dubio pro æquis portionibus contracta censetur inter plures. Ad debita societatis quisque socius tenetur in solidum: nec vnus socius potest suum creditum petere, nisi reddita ratione administrationis.

SVMMARIVM.

Socius administrator non potest petere creditum quod prætendit à societate, nisi suæ administrationis rationem reddiderit, quia potest esse quod remaneat debitor, num. 2.

Personarum duarum vicem quòd quis sustineat non est absurdum, num. 3.

Socij tenentur soluere debita societatis omnes insolidum, ibid.

Societas in dubio inter plures præsumitur contracta æquis portionibus, vt scilicet omnes, vel æqualiter operas, vel sortem conferant, num. 4.

DECISIO DXXXVI.

1 POstquam Mannus consignauit Valeriano Vrbano salinas 100. frumenti, quærebat pretium illarum in summa scutorum 1200, sibi soluendorum per eundem Valerianum vti principalem Panattariæ appaltatorem, non autem ab Ascanio Philippucio & Equite Paulutio in eadem Panattaria socijs; verùm quia compertum fuit consignationem quidem à Manno fuisse factam, sed non tanquam à venditore, & nomine proprio, sed nomine Ascanij Philippucij, fuit propterea firmatum sub die 9. Decembris 1609. coram Reuerend. Lugdun. Mannum debere suas actiones dirigere contra Ascanium, cuius fidem secutus erat, non autem contra Valerianum, cum quo nihil erat gestum: quatenus autem ex persona, & iuribus

ribus

ribus Ascanij agere voluisset, eidem Manno obstare easdem exceptiones, quæ Ascanio oppositæ fuerunt, vt scilicet ante solidationem computorum nihil petere liceret, cùm vel debitor, vel non creditor, vel non in tanta quantitate apparere potuisset. Et quamuis crederet Mannus data societate inter Ascanium, Valerianum, & Paulutium posse dirigere suas actiones contra Valerianum vti societatis administratorem, prout vtrumque firmarunt Domini 27. Maij 1611. coram eodem Reueren. Domino Lugdunen. tamen incidit alia non leuis quæstio, etiamsi sit administrator, an teneatur de administratis per ministros scientibus alijs socijs deputatos, quæ remansit, & adhuc remanet indecisa, & pendent probationes ad conuincendum, quòd Ascanius, & Paulutius se immiscuerunt in administratione primi appaltus: interim autem dum concluduntur probationes, quia Domini pro certo habuerunt, quòd istæ centum salinæ frumenti ad creditum Ascanij in computis sunt adscribendæ, voluerunt videre, an pecuniæ retractus salinarum centum frumenti immissi in primo appaltu Panatariæ Assisij sint soluendæ Manno cessionario Philippucij ante liquidationem.

2 In quo dubio, & pro eius resolutione distinxerunt, quòd aut Ascanius, vel alij eius nomine sociali immiserunt in negotium Panattariæ salinas centum frumenti controuersas, & tunc agenti ad earum pretium semper obstabit exceptio solidationis computorum, ex qua dignoscitur, an capitale immissum remanserit saluum, Bald. *in l. si non fuerint, ff. pro socio, & in consil. 463. num. 4. vol. 1.* Soc. sen. *cons. 24. n. 33. vol. 1.* Et si replicetur de solidatione computorum societatis primi appaltus, respondebitur pro parte Valeriani de computis non iustificatis, & quòd effectus primi appaltus sunt translati in secundum, super quibus lis pendet, & probationes expectantur, interim autem nihil potest firmari.

3 Si verò Ascanius salinas centum, non tanquam socius, sed tanquam tertius immisit in negotium Panattariæ, & tunc quia prohibitum non est, quòd quis sustineat vicem duarum personarum, sed discretiuè plures in eadem possunt concurrere, *l. cum quidam, C. de administrat. tutor.* Lap. *allegat. 99. num. 2.* pluribus exemplis comprobat, & de socio ponit Magon. *decis. Lucens. 1. in principio,* sequitur dicendum, quod sicuti tertio obijci non posset de solidatione computorum, sed omnes socij ad persoluendam obligationem insolidum tenentur, Rota Ianuen. *decis. 114. per totam,* latissimè Ouasc. *decis. 150. numer. 3.* Magon. *decis. Lucen. 1. num. 28.* Ita nec Manno cessionario Ascanij vestienti tertij personam, prædicta obijci poterunt.

4 Et in hoc posteriori casu Mannum versari Domini existimarunt, quia quòd Ascanius posuerit frumentum in societate tanquam pro capitali ex obligatione, vel necessitate sociali, hoc verè non probatur, dum de instrumento, vel alia scriptura ad substantiam societatis doceri non potest, sed tacitè contracta probetur per actus, & coniecturas ponderatas in supradicta decisione 27. Maij 1611. præsumptiuè non etiam demonstratur, quia vltra quòd dicatur iudicialiter conuenisse Mannum pro solutione pretij dictarum salinarum centum, non autem socios Panattariæ, non etiam apparet de quantitate sortis immissæ per alios socios: vnde non erit dicendum frumentum Ascanij esse capitale societatis, siquidem si aliud expressum non est, societas æquis portionibus intelligitur contracta, vt scilicet omnes, vel æqualiter operas, vel sortem conferant, *l. si non fuerint, in principio, ff. pro socio, Instit. de societat. in princip. vers. & quidem,* Cardin. Mantic. *de contract. lib. 6. titul. 14. num. 1.* Si igitur Valerianus non probat salinas centum pro capitali Ascanij fuisse immissas, poterit Mannus ex iuribus Ascanij dirigere actiones contra Valerianum, vt totam summam fructuum 1200. persoluat, si extat, ex pretio frumenti redactam, sin minus, pro tertia parte pro eius virili tangente, donec declaratum fuerit, an tanquam administrator principalis ad totam summam teneatur, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Colimbrien. pensionis.

Luna 2. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Breuis est hæc decisio, sed magistrali doctrina plena: tutè ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Rota arbitrium concessum regulatur à iure, n. 1.

Pensionis reseruatio vbi constat, proceditur sine retardatione, præsertim iuncta quasi possessione pensionarij exigendi per plures annos, ibid.

Exceptio respiciens petitorium, & requirens altiorem indaginem, non admittitur in possessorio, n. 2.

Via executiua non dicitur vulnerata per vnicam sententiam, sed tres requiruntur sententiæ, num. 3.

DECISIO DXXXVII.

1 Resolutum fuit arbitrium non intrare, cùm illud regulatur à iure, Rot. *diuers. decis. 348. num. 4. part. 1.* & de iure sit, quòd vbi constat de reseruatione pensionis, (vt in casu nostro) procedatur sine retardatione, iuxta *decis. 301. par. 1.* & fuit dictum in vna Metanen. pensionis 6. Aprilis 1612. coram me, maximè iuncta quasi possessione pensionarij exigendi, à pluribus annis, Cæs. de Grass. *decis. 4. num. 2. de rescript.* Rota *dict. decis. 301. num. 2.*

2 Non obstat, quòd per assecutionem alterius parochialis pensio fuerit extincta, ex quo fuerit reseruata sub conditione, vt cessaret casu, quo Henricus ad aliam Ecclesiam præsentaretur a Comite, quia huiusmodi exceptio respicit petitorium, & requirit altiorem indaginem, cùm non sit liquida, sed super ea adhuc pendeat lis: vnde non videtur interim, quòd super ea iudicatura dictus Henricus priuandus sua possessione, Cassad. *decis. 10. n. 8. de rescript.* Put. *decis. 34. in fin. lib. 1.* Caputaq. *decis. 320. par. 1.* Gig. *de pension. q. 35. n. 9.* Couar. *var. resol. lib. 2. cap. 2. n. 9. vers. quoties vero.*

3 Minus obstat, quòd via executiua fuerit vulnerata per sententiam latam contra pensionarium, tum quia ad hunc effectum requiruntur tres conformes, quæ non adsunt in casu nostro, Cassad. *d. decis. 10. num. 8.* & fuit dictum in vna Abulen. pensionis 15. Decembris 1610. coram Domino meo Pitouano; tum etiam quia dicta sententia non pronunciat contra literas, sed contra aliam sententiam Vicarij Colimbrien. quo casu literæ pensionis non dicuntur vulneratæ, vt fuit dictum in vna Reatina depositi 18. Decembris 1600. coram bon. mem. Penia.

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana supplementi legitimæ.

Mercurij 4. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Supplementum legitimæ an, & quando peti possit à filia non congruè dotata; & secundùm quod tempus filia dici possit incongruè dotata, & legitime supplementum petere.

SVMMARIVM.

Legitima supplementum regulari debet secundùm tempus mortis patris, & non secundum tempus datæ dotis, n. 1.

Dotis congruitas regulari debet secundum tempus datæ dotis, & non secundum tempus mortis patris, ibid.

Supplementum legitimæ post mortem patris petere potest filia nulliter dotata, nisi formiter illi renunciauerit, num. 2.

Dos congrua potest esse etiam, quòd non ascendat ad legitimam, num. 3.

Renunciatio facta à filia ad fauorem agnatorum ipsi non nocet, quando agnati ante mortem patris decesserunt, ibid.

Con-

Confessio interpretari debet, vt quantò minus confitenti præiudicet, ibid. in fine.

Donationis inofficiosæ ius præscribitur spatio quinque annorum, declara vt n. 4.

Præscriptio non currit aduersus ignorantem, & in dubio ignorantia præsumitur, ibid.

DECISIO DXXXVIII.

1 DOmini non recesserunt à decisione in hac causa coram me facta sub die 28. Ionij proximi, quòd scilicet debeatur D. Septimiæ integra legitima, perinde ac si donatio non fuisset facta. Et non obstare visum fuit, quod denuo inculcabatur, quòd attendendum sit tempus datæ dotis, non autem mortis, ex Alex. *conf.* 33. *num.* 4. *lib.* 4. *cum alleg.* quia, vt aliàs fuit responsum, prædicta iura procedunt in muliere petente supplementum congruæ dotis, non autem legitimæ; & ratio differentiæ est euidens, quia congrua dos debetur de tempore nuptiarum dotatæ, Bald. *in auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* Curt. sen. *conf.* 27. *num.* 36. *vers. sum quia facultate*, Menoch. *de arbitr. casu* 149. *num.* 17. Surd. *conf.* 148. *num.* 5. legitima verò de tempore mortis patris, *l. cum quæritur, C. de inoff. testam. l.* 1. §. *si impuberi, ff. de coll. bonor.* Bald. *in l. si qua pœna, in* 1. *lectur. num.* 4. *vers. quæro cum legitima, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Natt. *conf.* 156. *num.* 6. Menoch. *d. cas.* 149. *num* 18. vnde nil mirum, si in vno attenditur vnum tempus, in altero verò aliud, ob diuersam rationem, ad *l. illud, ff. ad l. Aquil.* cum concord. quo verò ad decis. Vlixbonen. legitimæ 27. Nouembris 1595. coram bo. mem. Penia, ibi aderat renunciatio legitimæ facta de tempore dotationis, quæ renunciatio impugnabatur ex capite læsionis, & proinde nil mirum, si ad inspiciendam læsionem opus fuit attendere tempus contractus; hic verò non adest renunciatio quæ obstet, vt infrà dicetur.

2 Exempla verò de statuto mandante assignari legitimam filio, qui delinquit ad effectum illam consignandi fisco de renunciante bonis paternis ob certum quid, quòd scilicet in istis casibus attendatur tempus condemnationis, vel renunciationis, non autem mortis patris, non applicantur, quia ibi diffinitur negotium legitimæ per assignationem autem dotis non diffinitur, quia iure communi mulier dotata non prohibetur tempore mortis patris dantis petere supplementum legitimæ; statutum verò vrbis, quod excludit mulieres dotatas, habet tantùm locum ad fauorem agnatorum, qualis non est societas sanctissimæ Annunciatæ, vt plenè fuit dictum in alia decisione. Atque hic etiam cessat, quòd dicitur dotem succedere loco legitimæ stante statuto vrbis 141. lib. 1. nam quicquid sit de prædicta conclusione, an scilicet dos succedat loco legitimæ, non applicatur, quia vbi non adsunt agnati, qui excludunt fœminas, non intrat statutum illarum exclusiuum, vt suprà dictum est, & consequenter res remanet in dispositione iuris communis, ad *l. commodissime, ff. de liber. & posth.* Secundum quòd mulier dotata non prohibetur petere supplementum legitimæ post mortem patris, nisi illi formiter renunciauerit, Bald. *in l. si quando*, §. *& generaliter, in princ.* Salyc. *num.* 7. *C. de inoff. test.* idem Bald. *in c. cum M. Ferrarien. num.* 28. *vers. & est argum. de constit.* Dec. *conf.* 674. *num.* 2. Boer. *decis.* 102. *n.* 88. & 115. Dec. *conf.* 332. *n.* 97. *lib.* 2. Palac. *in c. per vestras*, §. 23. *n.* 2. & 3. *de donat. int. vir. & uxor.*

3 Ad illud, quòd Septimia tempore nuptus renunciauerit hæreditati paternæ, vt constat ex eius responsione ad positiones, quæ renunciatio sufficit etiamsi dos non ascendet ad legitimam, dummodo sit congrua, ex Bald. *conf.* 148. *num.* 8. *vers. modo reducendo, lib.* 1. Castr. *conf.* 419. *in princ. lib.* 2. fuit responsum, quòd tempore renunciationis viuebat Romulus frater, eùm ante mortem patris decesserit, nec adsit alius agnatus, renunciatio minimè obstat Septimiæ, Bald. *in l. pactum, quod dotale*, 9. 4. *num.* 3. *C. de collat.* Alex. *conf.* 29. *num.* 5. *vers. & ideò Doctores, lib.* 2. vbi apost. dat concord. idem *conf.* 370. *in fin.* Ancbar. *conf.* 339. *n.* 33. & 34. Crau. *conf.* 42. *n.* 1. cum alijs per Cou. *in cap. quamuis, par.* 3 §. 3. *n.* 4. Et præterea cùm confessio debeat interpretari vt quantò minus præiudicet confitenti, *l. si quis intentione, ff. de iudic.* Bart. *in l. inter stipulantem*, §. 1. *n.* 6. *ff. de verb. oblig.* Roman. *conf.* 45. *num.* 4. & 6. Mohed. *decis.* 2. *de restit. spoliat.* ex prædicta confessione comprobatur, quòd ista mulier renunciauerit cum debitis solemnitatibus, vel aliàs cum iuramento, & totæ hæreditati, vt requiritur ad Bald. & alios suprà citatos.

Ad illud, quòd ista legitima non possit peti nisi dando de inofficiosa donatione, quod ius dandi de inofficiosa præscribitur spatio quinque annorum, *leg. fin.* & ibi *glos. verb. & temporibus, C. de inoff. donat.* vnde obstet præscriptio nedum quinquennalis, sed quindecim annorum, qui iam sunt lapsi, vt in specie Surd. *conf.* 148. *num.* 13. & 14. *lib.* 1. fuit responsum, quicquid sit de illa opinione non nocere in hoc casu, quia non apparet, quòd Septimia habuerit scientiam prædictæ donationis, & ignorantia præsumitur, *c. præsumitur, de regul. iur. in* 6. *l. verius, ff. de probat.* Bald. *conf.* 295. *num.* 2. *lib.* 3. Dec. *conf.* 495. *num.* 21. maximè in filia habente seorsum à patre, ad not. *in l. consensu*, §. *verius, C. de repud.* Bald. *conf.* 392. *num.* 1. *lib.* 1. & data ignorantia cessat præscriptio, vel saltem competit restitutio, Bald. *conf.* 13. *in princ. lib.* 1. Ruin. qui de communi, *conf.* 26. *num.* 19. & 32. *lib.* 3. Surd. *conf.* 276. *ad fin.* Mohed. *decis.* 1. *de restit. in integr.* Rota in causa Romana vineæ 26. Iunij 1609. coram R. D. Bononien. 4

Est supra in hac parte decis. 518.

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Bononien. legati.

Mercurij 4. *Decembris* 1613.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Decretum, & sententia iudicis censetur circumductum, si postea idem index admittit exceptiones, si & in quantum, num. 1.

Possessio nulla manuteneri non potest, n. 2.

Clausula exequutiua apposita in decreto non ampliat formam decreti, num. 3.

Decretum iudicis recipit interpretationem à petitione, num. 4.

Iudex non potest nulliter procedendo priuare aliquem sua possessione, daturque propterea spoliato mandatum de manutenendo, num. 5.

DECISIO DXXXIX.

FVit tentum pro manutentione Flaminiæ, quia constat de eius possessione, à qua non fuit spoliata per sententias Illustr. Card. Legati & D. Vicelegati, nam quantum ad sententiam D. Legati, licèt dicatur dictam sententiam transijsse in iudicatum vigore duarum conformium, quæ secundùm statutum Bononiæ habent vim trium, & sub die 5. Maij fuerit relaxatum mandatum de immittendo ad fauorem sororum de Bonafonibus; attamen sub die 11. eiusdem admisit iudex exceptiones coiusdam creditoris, cum clausula, *si & in quantum*: vnde videtur circumductum illud primum decretum, vel saltem suspensum, donec cognosceretur de exceptionibus oppositis, qua suspensione cessante non poterat procedi ad exequutionem, ad not. *in l. siue pars, C. de dilat.* Anchar. *conf.* 36. *num.* 6. cum alijs per Gabr. *tit. de dilat. concl.* 1. *n.* 1. & *pluribus seqq.* Sed, quod magis vrget, Legatus sub die 22. Septembris commisit causam, & die subsequenti sorores prætendunt cœpisse possessionem vigore decreti D. Legati sub die 6. Maij, quod non videtur potuisse facere, quia si D. Legatus voluisset inhærere decreto sub die 5. Maij, non commisisset denuo causam, quia per illud decretum erat finita. 1

Quantum ad decretum D. Vicelegati, minus videtur quòd per illud Flaminia fuerit spoliata sua possessione, quia Vicelegatus nihil aliud fecit, quàm manutenere sorores, quarum possessio cùm esset nulla, vt suprà dictum est, minimè potuit manuteneri, & consequenter mandatum de manutenendo remansit nullum, Card. *in clem.* 1. §. *verùm, in fin. de heret.* Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de error. calcul.* Rip. *conf.* 53. *num.* 7. Crau. *conf.* 266. *num.* 9. *vers. infertur*, Rota in causa Barchinonen. confinium 17. Aprilis 1606. coram me. 2

Non obstat, quòd D. Vicelegatus nedum videatur concessisse mandatum de manutenendo, sed etiam de immitten- 3

tendo, stantibus verbis sui decreti, ibi, *& quodcunque praeceptum, & mandatum de manutenendo, & aliàs super inde necessarium, & opportunum tradi, & exequi mandamus*. Quia cùm ex tota serie decreti appareat, quòd Vicelegatus non intellexit, nisi manutenere, vt patet ex dispositiua, ibi, *dicimus*, &c. *sorores esse manutenendas, & conseruandas*, &c. *in possessione tornaturarum*, &c. *quarum aliàs fuit capta tenuta*, &c. sequitur, quòd prædicta clausula, & aliàs superinde necessarium, & opportunum, tanquam exequutiua non habeat ampliare formam decreti, *Clem.* 1. *de praeben.* Imol. *in c. quoniam, n.* 30. *de offic. deleg.* Felin. *in c. licet, n.* 7. *vers. tertia declaratio, de offic. ordin.* Dec. *consil.* 304. *n.* 6. *& seqq.* sed intelligatur retentis eisdem terminis, Alex. *cons.* 249. *n.* 5. *lib.* 6. Ias. *in l. si filius à patre, num.* 7. *ff. de liber. & posthum.* Ruin. *cons.* 111. *n.* 6. *lib.* 3. & sic de necessarijs ad ipsam manutentionem.

4 Confirmantur prædicta, quia nullibi apparet, quòd sorores coram D. Vicelegato institerint pro immissione, sed tantùm pro manutentione: vnde decretum recipit interpretationem à petitione, *glos. vlt. in cap. dudum, de decim.* Felin. *in c. licet heri, n.* 18. *de simon.* Aret. *in c. qualiter, & quando, il* 2. *§. ad corrigendos, n.* 4. *de accus.* Crescen. *dec.* 6. *n.* 2. *de sent. & re iudic.*

5 Ex illis apparet minus rectè fuisse processum contra Flaminiam, & consequenter illam minimè fuisse priuatam sua anteriori possessione, Corn. *cons.* 193. *n.* 4. *lib.* 3. Rota in causa Pennen. & Adrien. beneficiorum 4. Iulij 1588. coram bo. mem. Cardinali Seraphino relat. inter diuers. impress. *decis.* 802. *num.* 7. *vers. quia pro responsione, p.* 1. & in causa Vercellen. Canonicatus 26. Aprilis 1598. coram Orano, in qua propterea venit manutenenda etiam contra factum iudicis, vt fuit decisum in causa Licien. beneficij 6. Iunij 1607. coram R. P. D. Caualerio in Beneuentana parochialis 28. Nouembris 1612. coram me, & alibi sæpè.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. Laudi.

Luna 9. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Libri sociales scripti à deputato à socijs probant etiam contra socios qui non scripserunt, n. 1.

Libris mercatorum non datur fides, quando in illis non reperiuntur scripta omnes partitæ ad negotium pertinentes, & alia erronea, declara vt n. 2. *&* 3.

DECISIO DXL.

1 Dvbium proposui, an sit standum libris ad effectum de quo agitur, qui effectus cùm possit se habere, nedum vt Grimaldus iuuaretur ex libris socialibus pro reddenda ratione, sed etiam, vt ex eis posset integra ratio reddi, propterea Domini cum distinctione responderunt standum esse libris quoad in eis contenta, sed non sufficere pro reddenda ratione. Fundamentum primæ partis videbatur clarum, quia libri sunt sociales conscripti non à Christophoro, sed per socios, & alios ministros, à principio ab ipsis socijs formiter in capitulatione deputatos, qui propterea contra socios, etiam eos qui non scripserunt probat vtroque iure inspecto, communi, scilicet, vt per Alex. *cons.* 186. *in princ. lib.* 2. Ruin. *cons.* 101. *n.* 14. *lib.* 1. Ripa *in l. admonendi, n.* 129. *ff. de iur. iur.* Crau. *de antiq. tempor. par.* 1. *§. quarto limitatur, n.* 55. Rota Ianuen. *dec.* 31. *n.* 7. Bald. *in rub. C. de fide instr. n.* 35. Menoch. *de arbitr. cas.* 92. *n.* 1. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 62. *n.* 5. *&* 6.

2 Municipali autem, quia iuxta statutum mercaturæ Bononiæ *sub rubr.* 9. fuerunt coram Consulibus mercatorum præsentati, & ab eis approbari, vt iuxta stylum fides adhiberetur in iudicio, & extra, non solùm inter eosdem socios, sed etiam pro, & contra tertium. Ideò non obstat, quod multæ partitæ pertinentes ad negorium serici non fuerint ad librum giornalem, vel magistrum reportatæ, & aliæ erroneæ conscriptæ reperiantur, alijque excessus opponantur contra eundem Christophorum, ex quibus fides libris videatur diminuenda, Gabr. *cons.* 148. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Rota Ianuen. *decis.* 173. *n.* 15. cum alijs allegatis, quia hæc pertinent ad secundam partem resolutionis, vt Grimaldus ex libris non possit concludere suam rationem propter huiusmodi defectus, non autem quòd se iuuare non possit ex scriptura, & veritate librorum pro iustificandis partitis ad particularem suam negotiationem serici pertinentibus aliena manu scriptorum, & conclusiones allegatæ fortè procederent, si S. Petri, vel alij, qui libros scripserunt, onus reddendi rationes sustinerent, & iuuari vellent eorum propria scriptura suspecta propter errores, vel omissiones, quia tunc libri deficerent, in fide etiam inter socios, secus in Grimaldo quærente fidem partitarum ex aliena scriptura, sed propter commune interesse confecta.

Et ex prædictis resultat etiam ratio resolutionis secundæ partis, quia ex quo Christophorus habebat curam particularis negotij in Capitulis, & assignatam emendi sericum, & illud laborare faciendi, & vendendi, & computa reddendi, si non curauit ea in libro magistrali perfectè conscribenda, veritas librorum socialium non poterit supplere commissiones, errores, ac alios excessus oppositos, sed aliunde erit concludenda ratio, quam Grimaldus reddere tenetur, &c. 3

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. fideicommissi.

Luna 9. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Legitimæ an & quando renunciatum censeatur à filio per approbationem testamenti paterni, in quo eadem legitima priuabatur sub prætextu, quòd idem filius esset patris debitor.

SVMMARIVM.

Legitima licèt à patre filio prohiberi non possit, potest tamen pater illam compensare in eo quod patri debet, filio tamen approbante testamentum paternum, n. 1.

Legitimæ vt renunciatum dicatur per approbationem paterni testamenti, est necessaria specialis legitimæ expressio, vt ad aliud verba quantumuis generalia referri non possint, n. 2. *&* 3. *Vbi ponitur exemplum huius conclusionis.*

Approbatio testamenti paterni facta per filium in iudicio per contrarium actum reuocari potest, nisi deliberate, & irreuocabiliter facta fuerit, n. 3.

Legitima detrahenda est ex corporibus hæreditatis, & non de pecunia, n. 4.

DECISIO DXLI.

Dvbio super eisdem proposito Domini approbarunt decisionem in ea parte, in qua firmatur legitimam Alexandri non fuisse prohibitam; quo verò ad alia contenta in decisione mandarunt iterùm proponi. In testamento enim Vincentij patris Alexandri non legitur aliqua prohibitio detractionis legitimæ, sed declaratio, quòd si aliquis creditor quauis causa, vel occasione, vel ipsemet Alexander filius vellet prætendere in bonis ipsius patris legitimam, quòd debitum Alexandri remaneat firmum, de quo in libro ipsius testatoris, & quòd compensentur debita prædicta ad extinctionem legitimæ, quæ testatoris verba magis confirmare videntur ius legitimæ propter recompensam, quæ succedit loco solutionis, & agnitionis proprij debiti, ita vt filius excludatur a legitima, non quia prohibitus, sed quia satisfactus de credito suo, quod pater facere potest, quatenus filius testamentum approbet, Soc. iun. *cons.* 122. *num.* 24. *lib.* 1. declarando, *l. si quando generaliter, C. de inoff. testam.* sequitur Menoch. *cons.* 71. *n.* 9. *lib.* 1 1

2 Quæstio est igitur de approbatione testamenti, quæ deducitur ex iudiciali protestatione ipsius Alexandri, dum approbando petitionem Caroli eius fratris, dixit contenta in dicta petitione esse vera, & contra eam nolle se opponere; cum conditione tamen quòd per dictam responsionem, & quæcumque facta, seu facienda non intendit, nec vult in aliquo contrafacere, aut contrauenire in aliqua parte testamenti, & codicilli dicti quondam Vincentij eius patris, & contentis in eis, sed quod potius habeatur responsio, & quæcunque alia pro non facta, quàm quod possit dici, vel allegari, quod ipse contrafecerit, aut contrauenerit prædictis testamentis, & codicillis, aut aliquibus

bus in eis contentis. Hæc enim verba, vt contineant approbationem paternæ dispositionis, taliter quòd sit renunciatum iuri detrahendi legitimam, Doctores conueniunt, vt duo copulatiuè requirantur, nempè, quòd verba sint adeò generalia, vt possit æquipollere particulari, & specificè approbationi refutationis legitimæ, Bald. *in leg. omnes, num.2. rubr.2. C. de præscript. 30. annorum*, Ruin. Curt. Paris. Cephal. Menoch. & alij relati per Peregrin. *cons.68. num.13. lib.1. & 2.* quòd illa specifica, & indiuidua approbatio ad aliud referri non possit, Ias. *cons. 162. num.9. vol.2.* Bec. *cons.34. num.3. lib.1.* Surd. *cons.135. n.3. & cons.299. num.13.* & alijs relatis hoc etiam confirmat idem Peregr. *d. cons.68. num.14. lib.1.* quorum concursus deficit in præsenti.

3 In primis ex contextu illorum verborum non colligitur hæc necessaria probatio, quia sonant in abstinendo, non autem in approbando, & non contradicere, non infert approbationem; prout abstinere non præsuppouit aditionem, sed sunt actus diuersi, Michael Grass. *de success. §. fin. art. omissio hæred. q.1. num.5.* Præterea etiam, quòd talia verba haberent vim approbatiuam, non tamen generaliter, deliberatè, & irreuocabiliter fuerunt prolata, itaut possint æquipollere particulari, & indiuiduæ probationi, sed sunt restricta ad actum responsionis, quæ tanquam emanata in iudicio per contrarium actum potuit vitiari secundùm magis communem opinionem, de qua per Alexandrum *in l. non solùm, §. morte, num.12. ff. de oper. nou. nunciat*, Put. *decis.213. secundùm nouam impressionem, lib. 2.* Mohed. *decis.2. de iudic.*

4 Secundò, talis approbatio quatenus necessariò colligeretur, potest ad alia referri, nempe ad acceptationem oblatæ compensationis cum credito paterno, ad quam inuitus non tenebatur Alexander, cui legitima in corporibus erat debita, Cæs. de Grass. *decis.6. num.6. & decis.10. n.2. de testam.* non autem ad acceptationem crediti non iustificati per scripturam testamenti, quæ ad scripturam librorum se referebat, Rom. *cons.305. in vlt. dubio*, Crauet. *cons. 112. n.15. & cons.273. n.6.* Bec. *cons.5. n.5. lib.1.* & sine qua iustificatione approbatio imperfecta remanet.

5 Dicebatur præterea non iustificari, quòd Alexander remaneat debitor Vincentij patris in tanta summa, quæ legitimam absorbeat, itaut dici possit consequutus fuisse recompensationem suæ legitimæ, & hoc ipsum fuit firmatum in particulari decisione coram bo. me. Card. Platto 1. Decembris 1589. in qua dictum fuit, ex quo Carolus non docebat Alexandrum in causa suæ legitimæ accepisse illas pecuniarum quantitates, quoad effectum consumptionis legitimæ Alexandri non relcuare, cùm multa in illis potuerint esse ex fructibus bonorum ipsius Alexandri, quæ Carolus administrabat.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano,

Viterbien. bonorum,

Lunæ 9. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur ad probandum ea, quæ iuris sunt, nec etiam quando materia articulata est exorbitans, inuerisimilis, & de calumnia suspecta: clausula autem, *& cætera*, in testamento non operatur fideicommissum, licèt extendenda sit iuxta stylum Notarij.

SVMMARIVM.

Clausula & cætera, *ad quæ extendatur cognitio, spectat ad iurisperitum, non autem ad testes, n.1.*

Fideicommissum perpetuum non inducitur de persona ad personam, nisi ex clara, & expressa mente testatoris, concurrentibus pluribus coniecturis, de quibus remissiuè, num. 2.

Clausula & cætera, *apposita in testamento non extenditur ad fideicommissum, nec ad accidentalia & dependentia ex mera voluntate testatoris, ibid.*

Clausula & cætera, *extenditur iuxta stylum Notarij probandum per inspectionem aliorum instrumentorum, num. 3.*

Remissoria non conceditur, quando materia articulata est nimis exorbitans, inuerisimilis, & de calumnia suspecta, n.4. præsertim vicinitate loci, n.5.

DECISIO DXLII.

Non placuit Dominis concedere remissoriam pro examinandis testibus in partibus, sed dixerunt illos esse conducendos ad Curiam; quia principales articuli versantur circa extensionem clausulæ, *& cætera*, & tendunt ad probandum, quòd illa apposita post conditionem, si decesserit sine filijs, sit extendenda, si sine filijs, & descendentibus legitimis, & naturalibus. Item, quòd in substitutione reciproca, si post illa verba vnus succedat alteri apponatur clausula, *& cætera*, debeat extendi de gradu in gradum, vel alter alteri in infinitum, quæ quidem extensio, an ita sit facienda, necne, & an sit conformis tacitæ menti testatoris, cùm potiùs pendeat à dispositione iuris, deberet ad iudicem, & iurisperitum remitti, ex traditis per Bart. Alex. & Ias. *in l. Gallus, § idem credendum de liber. & posth.* & per Felin. *in c. cùm P. Tabellio, num.6. de fid. instr.* Illustr. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.2. tit.10. per totum*, non autem ad testem, qui debet deponere super his, quæ sensu corporis percipiuntur, & sic quæ sunt facti, non autem iuris, notant omnes *in l. solam, C. de testib.* Felin. *in c. cùm causam, n.3. in 2. fall. eod. tit.* Aym. *cons.75. sub n.26.* 1

Et nimis nouum videtur, quòd per solam clausulam, *& cætera*, post prædictas substitutiones appositam inducatur fideicommissum perpetuum, & illud extendatur de persona ad personam, cùm aliàs de iure, nisi sit clara, & expressa mens testatoris, ad hoc requirantur tot, tantæque coniecturæ, de quibus per Doctor. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & per Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.15 per totum*, Peregr. *de fideicom. art.11. à n.39.* Petr. *de fideicom. q.9. à num. 1.* maximè quia suprà relata extensio prædictarum substitutionum non fit ad ea, sine quibus illæ non possent subsistere, sed ad accidentalia dependentia ex mera voluntate testatoris, ad quæ dicta clausula, *& cætera*, non solet extendi, Felin. *in d. cap. cùm P. Tabellio, num.10. de fid. instr.* Illustr. Mant. *de tacit. & ambig. d. lib.2. tit.10. n.10.* & in nostris terminis Odd. *cons.66.* Surd. *cons.350. n.28.* 2

Et licèt in extendendis clausulis cæteratis plurimum deferatur Notario & illius consuetudini, & stylo, tamen dictus stylus esset probandus per inspectionem aliorum testamentorum per eundem Notarium rogatorum, non autem per testes. Vltra quòd huiusmodi stylus, & consuetudo Notarij in casu nostro non articulatur, sed potiùs è contra articulatur, quòd idem Notarius minus scripserit, quàm testator dixerit, quod verisimile non videtur in Notario bonæ æstimationis, & famæ. 3

Ex quibus negari non potest materiam dictorum articulorum esse nimis exorbitantem, inuerisimilem, & de calumnia suspectam, vt propterea non intret remissoria, sed testes sint ad Curiam conducendi, iuxta tradita per Hostien. *in sum. de testibus, §. quando sunt produc. n.8. vers. quid enim.* Capyc. *decis.90. n.6.* Scuarol. *de remiss. c.4. n.9. & c.19. n.2. & 3.* & in simili hoc idem fuit seruatum in Rota in alijs causis, vt apparet ex *decis.211. n.4. lib.2. par.3.* & ex decisione Maceraten. hæreditatis 26. Nouembris 1594. coram bo. me. Card. Pamphilio. 4

Præsertim stante vicinitate loci, cùm Viterbium licèt sit extra districtum, non tamen multum distat ab vrbe, &c. 5

R. P. D. BVRATTO.

Illerden. portionis de Pertusa.

Mercurij 11. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus an dicatur residere penes nominantem, vel penes eligentem? & quid iuris sit quando præsentatio fit per nominantem, & quomodo probetur identitas personæ data diuersitate nominis.

SVMMARIVM.

Patronus beneficij dicitur ille, qui nominat, non autem ille, qui nominatum necessario eligit, nisi tamen nominans plures nominet, ex quibus eligens vnum eligere teneatur, quia tunc eligens dicitur patronus, n.1. Contrarium, n.4.

Fal-

Fallit quando nominans, non autem eligens præsentat, quia iuspatronatus semper dicitur residere penes præsentantem, num. 5.

Identitas personæ licèt diuersis nominibus vocata probatur ex eo, quod idem diuersis nominibus vocabatur, n. 2. & n. 3. vbi maximè si non appareat de alio in quo denominatio promiscua possit verificari.

Scriptura authentica potest semper produci vbi fuit producta copia, num. 4.

Dispositio ius tribuens attendi debet, non autem ea quæ fit in exequutionem dispositionis ius tribuentis, n. 6.

Præsentatio seu nominatio quæ fit per viam petitionis, non arguit iuspatronatus, sed quandam honorantiam: secus in præsentatione, quæ fit ab aliquo vti patrono, qui pro tali admittitur, subsequuta institutione, & possessione, n. 7.

Examinatores nihil iuris habent in patronatu Ecclesiæ parochialis, licèt approbent idoneos pro obtinenda collatione, seu institutione, n 8.

Concursus in collatione parochialis de iurepatronatus vbi patronus plures præsentauit, debet fieri inter ipsos præsentatos, ibid.

DECISIO DXLIII.

FIrmato coram R. P. D. Pirouano 29. Aprilis proximè præteriti constare de iure patronatus laicali villæ de Pertusa, cùm ex hoc resultaret portionem de qua agitur, non venire sub regula reseruatoria mensium, ex qua Ludouicus illam impetrauerat, lata fuit sententia, qua declaratum ius præsentandi ad iuratos, & vniuersitatem villæ prædictæ spectare, ideòque præsentationem, & institutionem de Ioanne factam esse canonicam, eidemque portionem adiudicandam esse, causaque appellationis mihi commissa, & proposito dubio an sententia esset confirmanda, vel infirmanda, Domini pro confirmatione resoluerunt, non obstantibus pro Ludouico deductis, quæ ad duo præcipuè redigebantur.

Primò, in tollendo altero ex requisitis sacr. Conc. in præsentationibus 50 annorum continuatis, & effectum sortitis, consistente ex eo, quòd præsentatio Martini Manco de anno 1570. est per obitum Didaci Gonzalez, cùm tamen nulla reperiatur præcedens præsentatio de Didaco, sed de Iacobo Gonzalez de anno 1544. cui propterea hæc subordinari non potest, qua sobducta, non remanent præsentationes continuatæ annorum 50.

1 Secundò, in ostendendo patronatum, de quo agitur, esse Ecclesiasticum, quia vniuersitas plures nominat, quorum vnum beneficiati eligunt à Priore instituendum: vnde licèt si vniuersitas vnum tantùm nominaret, ipsa diceretur patrona, & non beneficiati, qui necessariò nominatum eligerent, quod est contra naturam patronatus, vt per Gambar. *de auct. legat. de lat. lib. 3. num. 397. & seqq.* ex Collectar. *in c. 1. num 130. vers sed quid prior. de reg. iur.* attestante congregatis Doct. & Auditoribus in Curia omnes fuisse in hac opinione, pro qua iudicatum: contrarium tamen dicendum sit, cùm plures nominat, tunc enim patronatus esse videtur penes beneficiatos, vt limitando quæ dixerat, tradit ibi Gambar. *numer. 407.* quasi non dicatur adempta præsentandi libertas ei, qui ex certo genere eligere tenetur.

2 Et ad primum dicebant Didacum esse eum, qui fuit sub nomine Iacobi de anno 1544. præsentatus, qui vtroque nomine vocabatur, quod omissa testium depositione probari visum fuit ex instrumento 19. Septembris 1554. in quo idem nominatus & requisitus sub nomine Iayme ponitur, & respondet sub nomine Diego, ibi, *el dicto Diego respondie*, & ex alio 2. Septembris 1567. in quo nominatur, Didacus, & ipse subscripsit Iacobus, & sic probatur identitas personæ, licèt diuersis nominibus nuncupatæ, ad tex. *in l. Lucius Titius testamento, 14 ff. de fideicom. ib.* vbi Albet. & Bart. idem Bart. *in l. demonstratio falsa, n. 20. vers si verò sunt nomina, ff. de condit. & demonstr.* ponens modum probandi personæ identitatem per testes similem resultanti ex dictis instrumentis, quorum vis non est minor, quàm testium, ad *l. in exercendis*, vbi omnes, *C. de fid. instrum.* imò fortior glos. *in rubr. ff. eod.* Dec. *in rubr. extra eodem, n. 3. & in rubr. de testib. n. 4.*

3 Concurrente præcipuè duorum instrumentorum anni 1551. adminiculo, in quorum altero 18. Augusti dominum iurati de Pertusa præsentant ad beneficium, tunc vacans beneficiatis, inter illos describitur Iacobus Gonzales in altero 9. Octobris, dum beneficiati eligunt vnum ex nominatis, Didacus Gonzales, idemque in alijs duobus alterius præsentationis, & electionis de anno 1567. In quibus legitur semper vnus tantùm Gonzales, & immediatè ante Io. de Neuales modò Iacobus, modò Didacus nuncupatus, ita vt cùm de alio non appareat nominatio promiscua Didaci & Iacobi, non possit nisi in vno eodemque verificari, ad tex. *in l. 1. ff. de liber. & posthum. & in §. nominatim, Instit. de exhered. lib.* Ex quo etiam patet prædicta nomina Iayme & Diego pro eodem, & synonymis in illis partibus vsurpari, &c.

Non obstat, quòd dicitur instrumenta anni 1554. & 1567. non esse in forma probanti, quia fuerunt DD. exhibita authentica, & in forma probanti: vnde etiamsi producta in actis essent copiæ, semper locus esset productioni authenticorum, Dec. post Bald. *in cap. 1. num. 4. de testib.* Felin *in c. licèt causam, n. 18. circa medium, in 5. limitat. de probat.* 4

Ad secundum respondebatur clarum esse vniuersitatem & iuratos loci, nedum nominari ad beneficia vacantia coram Priore & beneficiatis, sed præsentare cum clausula, *ex nunc prout ex tunc*, electum à beneficiatis Priori conferenti, vt ex instrumentis & testibus; atque ita sumus extra terminos quæstionis Gambari, qui sunt quando ius tantùm nominandi est penes parochianos; ius verò præsentandi penes Capitulum. In quibus terminis etiam quando laici nominant plures, contrarium tenet Collect. *in c. cùm dilectus, vers. quod de quæstione, de iur. patr.* quasi nec tunc sit libera præsentandi facultas. 5

Et cùm hic ius etiam præsentandi penes vniuersitatem resideat, cessat, imò retorquetur ratio opinionis, quod ius patronatus sit penes præsentantem non nominantem, quæ est, quia nominatio non habetur in consideratione, sed solus actus præsentationis attenditur, *c. nobis, & cap. consultationibus, de iur. patr. cap. cùm terra, de elect.* vt patet ex collect. *d. cap. cùm dilectus*, & eod. Gamb. *num. 393. & 394.* Sed intrat alia, quòd cùm præsentatio ius tribuat, illa, non autem electio quæ fit in necessariam præsentationis exequutionem, attendenda sit, *l. vnum ex familia 69. §. si falcidia, ff. de leg. 2. ibi, non enim facultas necessariæ electionis propria liberalitatis, beneficium est.* 6

Præsertim quia cùm beneficiati dum eligunt admittant vniuersitatem pro patrona, & Prior illi conferat vti præsentato ab vniuersitate patrona, & ad quem ius præsentandi pertinet, vt ex serie collationum ab anno 1498. ad annum 1570 & iustitia, ac iurati nunquam nominauerunt via simplicis petitionis, quo casu dici possent habere quandam honorantiam, non patronatum, sed præsentauerunt semper vti patroni laici coram Priore, & beneficiatis, à quibus pro talibus admissi fuerunt, subsequuta collatione, & possessione controuerti non potest ad vniuersitatem iuspatronatus spectare, Archid. *in can. hortamur, col. penult. vers. quinta est præsentatio, & vers. sexta via 71. distinct.* Dec. *cons. 134. in fin.* Ferret. *cons. 33. n. 4.* Lambert. *de iur. patr. lib. 1. par. 1. q. 10. art. 5. n. 20. & 21.* 7

Et beneficiati, coram quibus, & Priore fit præsentatio, videntur esse vti consiliarij Prioris habentis instituere, vt eligatur magis idoneus, exemplo examinatorum, quos certum est nihil iuris habere in patronatu, licet approbent idoneos pro obtinenda collatione parochialium, iuxta dispositionem sacr. Conc. Trid. *sess. 24. de refor. c. 18.* etiam quod iuspatronatus laicorum, & vbi plures præsentantur, etiam per concursum inter ipsos, vt sacr. Cong. Illustr. Conc. Interpret. declarauit, &c. 8

R. P. D. PIROVANO.

Mediolanen. decim. de Varisio.

Lunæ 16. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Possessio decimarum est quid facti, nec propterea præsumitur nisi probetur, præsertim alio se possidere prætendente.

SVMMARIVM.

Actoribus conuenit probare fundamentum eorum intentionis, num. 2.

Possessio est quid facti, nec præsumitur nisi probetur, ibid.

Pos-

Possessio decimarum non præsumitur, quando alter se possidere contendit, ibid. in fine.

DECISIO DXLIV.

1 DVm super resolutis die 9. Iunij 1610.* prætenderet Capitulum Collegiatæ S. Victoris Varisij, reformandum esse mandatum Rectoribus concessum respectu manutentionis possessionis noualium, & ipsi Capitulo iuxta resolutionem factam mandatum de manutenendo in possessione decimarum integraliter, & vniuersaliter esse relaxandum. Domini mandarunt Rectores iterùm audiri, & dubio de mense Iunij præteriti reproposito, quia Rectores contendebant Capitulum non probasse possessionem suam, probata vniuersalitate possessionis, nec ipsis onus probandi incumbere, sed Capitulo dicenti, quòd parochiales non habent fundatam intentionem, disputatio fuit restricta vt videretur cui incumbat onus probandi, & quomodo. Super qua hodie consulti Domini dixerunt vtrique onus incumbere probandi possessionem, in qua intendit manuteneri.

2 Nam si Rectores prætendant in possessione contra decimas per Cullegiatam possessas manuteneri, eo quia sint in possessione terrarum noualium, nulli dubium quod onus probandi spectat eisdem Rectoribus quænam sint noualia cum suis requisitis, iuxta decisionem in hac causa factam, sub die 8. Februarij 1610. sunt enim actores, quibus conuenit probare, quod est eorum intentionis fundamentum, *l. qui accusare, C. de edendo, l. ei qui dicit, de probationib.* & possunt excludi, ex eorum solo iure non probato, Bald. *cons.79. n 7. volum. secundo*, Olaschus *decis.114. n.15.* Surd. *cons.1. n.72. lib.1.* Si verò contendant manuteneri in possessione exigendi omnes decimas intra limites eorum parochianorum absque qualitate, quòd sint nouales decimæ, & hoc etiam casu sola iuris assistentia non subleuantur, cùm non præsumantur possidere, vel aliquando possedisse, vt dicit Capyc. *decis. 189. num. 7.* nisi probent, quod in facto consistit, scilicet possessionem. Impossibile enim est, quòd à tempore earum erectionis nunquam possederint huiusmodi decimas, quod maximè videtur procedere quando alter, prout est Collegiata, possidere prætendit, Roman. *cons. 368. num. 15.* Abb. *cons. 71. num.3. part.2.* & hanc opinionem sequuta est Rota in Reatina decimarum 4. Decembris 1606. coram bon. mem. Iusto, & in decisione 9. Iunij in hac causa facta.

3 Quòd si ad prædicta Rectores agentes compellantur, multò fortiùs Collegiatæ onus incumbit, quatenus velit partem à Rectoribus possessam cum qualitate noualium auferre, vel propriam retinere, contra eos qui iuris assistentia subleuantur, &c.

Est decisio 291. par.5. diuersorum aliàs post 2. tom. Concil. Farinac.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Toletana Nouennæ.

Lunæ 16. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Ecclesiam reparare, & reficere tenentur non parochiani, sed Rectores, quibus decimæ soluuntur.

SVMMARIVM.

Ecclesia reparatio spectat ad Rectores, quibus decimæ soluuntur, nedum vsque ad quartam redditimm, sed etiam vltra, si quarta non sufficit, n. 1.

Ecclesiam reparare non tenentur parochiani, nisi in subsidium, & quatenus redditus Ecclesia non sufficiant, ibid.

Facultatiui actus non inducunt obligationem agentis, n. 3.

Fabrica, & reparationis Ecclesia onus sequitur decimas, vbicunque sint tanquam onus reale, n.4.

DECISIO DXLV.

1 FVit resolutum sententias esse iustas, in eo quòd decernunt, Rectores de Talauera pro dimidia nouennæ decimarum teneri ad ædificationem, siue reparationem Ecclesiæ, in qua ministrantur Sacramenta hominibus de Gamonal, quia cura dictæ Ecclesiæ de Gamonal est penes dictos Rectores de Talauera, quibus propterea per dictos homines soluuntur decimæ, vnde tenentur Rectores ad reparationem dictæ Ecclesiæ, *c. decernimus 10. q. 1. c. vnio 10. q. 3. c. quatuor, c. cognouimus 12. q. 2. c. 1. vbi glos. vnic. circa fin. c. de his, de Eccles. ædif.* Feder. de Sen. *cons. 224. circa fin.* Bald. *cons. 132. lib. 1.* Dec. *cons. 118. n. 5. vers. nam ad hoc*, Lambert. *de iurepatr. lib. 3. q. 7. princ. art. 2. num. 2.* Bero. *cons. 3. n. 12.* Surd. *cons. 62. n. 1. & 6.* & hoc nedum vsque ad quartam redditum, iux. tex. *in d. c. quatuor, & in d. c. de his*, vbi glos. *verb. cogi, in princ.* sed etiam vltra, si quarta non sufficit, vt declarant glos. *in d. c. de his, verb. cogi, vers. imò certè*, Abb. *n. 4.* idem Abb. *in d. c. 1. num. 8.* Lambert. *de iurepatr. d. q. 7. art. 2. n. 2. vers. secundus casus*, Surd. *d. cons. 62. n. 10.* vnde cùm Rectores fuerint condemnati in minori summa, quàm quarta, non habent, de quo conquerantur, nec circumscripta consuetudine possunt se conuertere ad parochianos, nisi in subsidium, & quatenus redditus Ecclesiæ minimè sufficiant, Abb. *in d. c. 1. n. 4.* Bald. *cons. 132. post med. vers. etsi fructus, lib. 1.* Surd. *d. cons. 62. n. 20. & 22.* Trid. *conc. c. 7. vers. parochialis vero, sess. 21. de reformat.*

2 Non obstat concordia inita de anno 1431. inter Rectores de Talauera ex vna, & homines de Gamonal ex altera, in qua Rectores promiserant dare singulis annis Capellano istius Ecclesiæ 1400. marapetinos pro eius salario, pacto adiecto, quòd super dicto salario, & seruitio dictæ Ecclesiæ non debeat remanere dictis hominibus alius recursus, nec actio contra dictos Rectores, quia pactum de non petendo non loquitur de fabrica, seu reparatione Ecclesiæ, sed de salario, & seruitio Ecclesiæ, vt patet ex lectura, ibi, *super salario dicti Capellani, neque super seruitio dicta Ecclesia*, &c. propterea onus fabricæ remanet in dispositione iuris, ad *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.* secundùm quam iuris dispositionem fabrica pertinet ad Rectores, vt suprà dictum est.

3 Minus facit, quòd homines de Gamonal ædificauerint istam Ecclesiam, vel etiam illam aliquando de eleemosynis reparauerint, quia cùm isti actus fuerint actus facultatiui, & ex deuotione, non fuit contra illos quinta obligatio, illud idem faciendi in posterum, ad trad. per Surd. *cons. 62. n. 18.* nec applicatur decisio in causa Segobien. Cantorum die 11. Februarij 1604. coram Illustr. Lancellotto, quia ibi aderat longissimum tempus, & actus continuati, & vniformes, quorum nullum concurrit in hoc casu.

4 Quòd autem cura istius Ecclesiæ de Gamonal sit tantùm auxiliaris, iuxta *c. ad audientiam, il primo, de Eccles. ædific.* satis colligi visum fuit ex prædicta concordia, vltra quòd sufficit, quòd Rectores percipiant decimas secundùm terminos iuris spectantes ad istam parochialem Ecclesiam, ad *c. cum contingat, & c. cum in tua, de decim.* quia onus fabricæ sequitur dd. decimas vbicunque sint tanquam onus reale, *c. si Monachus 26. q. 1. glos. vnic. in d. c. 1. de Eccles. ædific.* Bero. *cons. 3. n. 12. lib. 1.* Crau. *cons. 116. n. 1.* latè Surd. *cons. 62. n. 1. cum pluribus seqq.* & fuit coram me dictum in causa Portugallen. fabricę 14. Decemb. 16ta, confirmata sub die 4. Nouemb. proximi.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. spolij.

Lunæ 16. Deembris 1613.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non conceditur maiori, non constito de eius bono iure.

SVMMARIVM.

Sententia dua conformes faciunt rem iudicatam vigore statuti Bononia, n. 1.

Restitutio in integrum non conceditur iis, qui maiores sunt 25. annorum, num. 2.

Restitutio in integrum aduersus duas conformes non datur, nisi constito de bono iure petentis eam, n. 3.

DE-

DECISIO DLII.

1 Latis duabus sententiis conformibus in possessorio recuperandæ fauore Ecclesiæ S. Ioannis Baptistę de Liuergoano, prima scilicet Bononiæ, & altera in vrbe, quæ vigore eiusdem statuti Bononiæ faciunt rem iudicatam, vt sæpiùs Rota resoluit, signanter coram me in Bononien. pecuniaria 13. Maij 1611. Lodouicos, & Blasius, qui passi sunt rem iudicatam, introduxerunt causam restitutionis in integrum coram me vsque de mense Maij præteriti; nec ad vlteriora progredi curarunt, ideò instante Rectore eiusdem Ecclesiæ proposui dubium, an constet de causis restitutionis in integrum.

2 Et Domini pro informante resoluerunt, quia ratione personæ ipsorum Ludouici, & Blasij, qui nec minores sunt, neque Ecclesię restitutio in integrum in hoc iudicio non debetur, glos. *in l. vnic. C. si de moment. possess.* vbi Bald. & Salic. Menoch. *in remed.4. adipis. n.906.* Cæs. de Grass. *decis.2. num.3. de restit. in integr.* Put. *decis.37. lib.1.* Odd. *de restit. in integr. q.68. art.6. n.51.* hoc admittenā.

3 Non etiam simpliciter; sed quatenus de læsione doceatur, id est, de bono iure, de quo in omnem casum non constat, vt ex decisione in hac causa facta sub die 27. Ianuar. 1612. in qua firmatur vtrunque extremum ad effectum obtinendi in iudicio restitutorio fuisse probatum, & cùm pro parte illorum de Nuncijs non informantium nihil fuerit deductum circa iniustitiam prædictarum sententiarum, ideò visum est Dominis non constare de causis, &c.

R. P. D. SACRATO,
deinde S. R. E. Cardinali.

Romana retrouenditionis scalę, & portus.

Veneris 20. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo transmitti potest ad extraneos hæredes, & etiam cedi.

SVMMARIVM.

Cessionarius vtitur iure cedentis, n.1.
Pactum de retrouendendo cedi potest, n.2.
Cessibile est, quod ad hæredes extraneos transmissibile est, ibid.
Pactum de retrouendendo est transmissibile etiam ad hæredes extraneos, ibid.
Verba vbi non conueniunt, non conuenit dispositio, nu. 3.
Vendere vni potius quam alteri nemo cogi potest, ibid.
Extensio ex identitate rationis non conceditur in exorbitantibus à iure communi, ibid.
Retractus constitutio Gregorij XIV. super iure congrui non extenditur ad iura incorporalia, n.4.

DECISIO DXLVII.

1 PRo informante fuit tentum, nempe Christophorum teneri retrouendere Ioanni Scalam, & Portum, quæ aliàs emit à Hieronyma Canusia, cum pacto de retrouendendo, nam Ioannes habet cessionem dicti pacti de retrouendendo à d. Hieronyma, & proinde sicut posset Hieronyma cogere Christophorum, ita potest Ioannes, quia cessionarius vtitur iure cedentis, *l. fin. C. de priuil. fisci.* Bald. *in l. emptor, in princ. C. de hæred. & act. vend.* Alex. *cons.13. n.16. lib.1.* Paris. *cons.109. n.25. lib.3.*

2 Nec videtur dubitandum quin pactum de retrouendendo possit cedi extraneo, Bald. *cons.38. num.1. lib.3.* Castr. *cons.1. n.2. lib.2.* Alex. *cons.252. n.2. lib 6.* Dec. *cons.163. in fin. & 614. n.12. cum duob. seq.* Crau. *cons.213. n.4.* Cagnol. *in l.2. n.37. vers. sed contrarium, C. de pact. inter empt. & vendit.* Cassan. *cons.11. n.39.* Rub. Alex. *cons.146. n.3.* Roland. *cons.28. n.26. & 29. lib.2.* Rota in causa Perusina bonorum 8. Iun. 1607. coram R. Lugdunen. quicquid enim est trasmissibile, est cessibile, *l. ex pluribus, ff. de administr. tut.* Castr. *vbi suprà, n.2.* Roland. *cons.28. n.27. lib. 2.* Crau. *cons.191. n.2.* Surd. *cons.92. n. 5.* pactum verò de retrouendendo est transmissibile, etiam ad extraneo hædes, *l. si pactum, cum ibi not. ff. de prob.* Tiraq. *de retract. conuent. §.1. glos.6. n.2.* Crau. *cons.191. n.2.* Roland. *d. consil.28. n.28. lib.2.* Surd. *cons.540. n.32.*

3 Nec potest Christophorus prætendere aliquam prælationem in vim statuti Vrbis 110. *lib.1.* quia illud statutum loquitur de venditione rei communis, in qua vult præferri consortem, & proinde non conueniunt verba emptori cum pacto de retrouendendo, quia talis emptor non potest dici habere rem communem cum venditore, sed ipse solus est dominus ante retrouenditionem, Menoch. post relatos *cons.26. n.10. & seq.* & proinde si non conueniunt verba, nec etiam conuenit dispositio *l. dies cautionis, §. tutores, ff. de damn. infect.* Roman. *cons.197. in princ.* Alex. *cons.8. n.22. lib.3.* Dec. *cons.684. n.1.* & cum materia sit exorbitans à regulis iuris, secundùm quas non cogitur quis vendere potius vni, quàm alteri, ad *l. in re mandata, C. mandat. l. dudum, C. de contrah. empt.* non debet fieri extensio de casu ad casum, neque etiam ex identitate rationis, Cassad. *decis.23. n.5. in fine, & n.6. de prob.* Calder. *cons. vnic. vers. præterea, vt lit. pend.* Socin. *cons.29. n. 19. lib.1.* & habetur in decis. Messanen. Canonicatus 7. Februarij 1611. coram me hinc dixit Rota in causa Romana retractus 31. Ianuarij 1607. coram bo. mem. Iusto, quòd vtilis dominus nullam habebat prolationem contra proprietarium volentem vendere suam proprietatem.

Minus suffragatur constitutio Gregorij XIV. super iure 4
congrui propter vicinitatem, quia constitutio loquitur de fundo, & solo, non autem de iuribus incorporalibus, vt in specie respondit Rota in d. Rom. retractus coram Iusto, & etiam cessat causa finalis constitutionis, nempe ornatus vrbis. Et ex his fuit conclusum sententiam A. C. ad fauorem Ioannis latam esse confirmandam.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Gerunden. beneficij.

Veneris 20. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Nuncius Hispaniarum non potest conferre beneficia excedentia valorem ducatorum 24. & iste valor ante collationem debet ei innotescere, aliàs collatio est nulla, & quomodo ad hunc effectum censeatur probatum, quòd beneficij valor non excedit ducatos 24.

SVMMARIVM.

Nuncius Hispaniarum non potest conferre beneficia excedentia valorem ducatorum 24. & iste valor debet ei innotescere ante collationem; aliàs collatio est nulla, n. 1. & 2. vbi tamen quod potest Nuncius hanc informationem alteri committere.
Paria sunt per se, vel per alium facere, n.2.
Assertioni alicuius statur de iis, super quibus non est formandus processus, ibid.
Comparatiuum præsupponit positiuum, n.3.
Valor beneficij negatiuus non probatur per assertionem collatoris ad sustinendam suam collationem, n.4.
Qualitas, & circunstantia facti facilius probatur, quam ipsum factum, & facti substantia, ibid. in fine.

DECISIO DXLVIII.

POst factam resolutionem coram me in hac causa, 1
quòd gratia obtenta pro Antonio Iudglar à Nuncio Hispaniarum esset iustificata, tam quoad valorem non excessus 24. ducatorum, quam quoad alias; Antonius Pia aduersarius cœpit prætendere, quòd ista iustificatio valoris post prouisionem factam à dicto R. Nuncio non suffragaretur, quia dictus Reuerend. habet pro forma in suis facultatibus, vt non procedat ad collationem beneficiorum, nisi priùs fide dignorum testimonio sibi constiterit facultas ipsos valorem ducatorum 24. non excedere, cum decreto irritanti ad prouisiones aliter factas, & propterea non sufficit, quòd beneficium verè non excedat 24. sed requiritur, quòd hoc innotescat ipsi Nuncio ante collationem, aliàs collatio ob formam non seruatam est nulla, vt in indiuiduo fuit decisum in causa Abulen præstimoniorum coram Reuerend. Patre Domino Manzanedo; verùm prædicta non obstare censuerunt Domini.

Primò, quia Nuncius ante captam informationem 2
super valore non contulit beneficium, sed commisit exe-

quutori, vt prævis informatione conferret, qui quidem exequutor asserendo se cœpisse, d. informationem contulit, vnde apparet esse seruatam formam facultatis Nuncij, quia paria sunt, quòd ipse, vel alius eius nomine ante collationem capiat informationem, *regul. qui per alium, de reg. iur. in 6.* vnde non applicatur decisio in d. Abulen. beneficiorum, quia ibi Nuncius contulerat, & postea commiserat exequutori, vt ante traditionem possessionis se informaret de valore, & sic collatio præcesserat informationem contra formam facultatum. Quòd autem exequutor in hoc casu realiter se informauerit ante collationem, visum fuit Dominis, quòd in hoc sit standum eius assertioni, cùm sit de iis super quibus non erat formandus processus, per ea quæ fuerunt dicta in causa Hispalen. Canonicatus, sub die 10. Apr. 1606. coram R. Bonon. & tradunt Put. *decis.244. num.2. lib.2.* Innoc. *in c. innotuit, vers. extra iudicium, de eo qui furt.* Odd. recep. Abb. *consil.41. numer.1. versic. ex quibus rebus, lib.1.* Ferret. *consil.362. num.5.*

3 Secundò, fuit dictum non obstare d. decis. Abulen. coram R. P. D Manzanedo, quia ibi apparebat, quòd Nuncius non se informauerat ante collationem, ex quo totaliter delegauit d. informationem exequutori: in casu autem proposito Nuncius etiam ante mandatum de conferendo cœpit istam cognitionem, vt patet ex verbis mandati, ibi, *discretioni tuæ committimus, & mandamus, quatenus si pro veriori & exactioris, &c.* sunt comparatiua, quæ pro se ferunt positiuum, *l. vbi autem non apparet, in princ. ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. cum filius, §. pater, n. 1. ff. de leg. 2.* Ias. *in l. stipulationum quædam, n.2. ff. de verb. oblig.* Anchar. *cons.215. n.6.* cum aliis per Surd. *decis. 65. n.8. & 12.* & sic probant, quòd Nuncius illuc vsque adhibuerat informationem.

4 Nec videtur dubitandum, quin hoc sit standum eius assertioni, per ea quæ dicta sunt in proximo fundamento, saltem ad effectum, de quo agitur, qui non est quod ex hoc solùm probetur beneficium non excedere 24. ducatos, quo casu res haberet difficultatem, per ea, quæ tradit Rota *decis.10. de probat. in nou.* apud Put. 322. *in fin. lib. 3.* & in causa Calagurritana Archipresbyteratus 8. Apr. 1582. coram Gipsio, sed solùm ad effectum probandi istam circumstantiam, quòd Nuncius ante mandatum de prouidendo cœperit informationem, etenim quod beneficium verè non excedat 24. est iam per iudgiar probatum per testes, vt fuit ponderatum in alia decisione in hac causa facta, circunstantia autem facti facilius probatur, quàm ipsa rei substantia, Angel. *in l. si certis annis, n. 11. C. de pactis,* Socin. *cons. 164. n. 10. lib.2.* Dec. *cons. 442. num. 22.* Natta *cons.102. n.3.* Cephal. *cons. 170. num. 26.* Surd. *decis.322. num.71.*

R. P. D. P I R O V A N O.

Sabinen. iuris pascendi.

Veneris 20. Decembris 1613.

A R G V M E N T V M.

Testes ab vna parte producti, & iurati, cogi possunt ad se examinandum ab aduersa parte, etiam quòd producens nolit ampliùs eos examinare facere.

S V M M A R I V M.

Testes ab vna parte producti, & iurati cogi possunt ad instantiam alterius partis ad se examinandum, si pars quæ eos produxit, non curauerit amplius eos examinare, num.1.

Testes producti ab vna parte, sed non iurati, non possunt cogi ad se examinandum ab altera parte, contra quam fuerunt producti, n.2. & 3.

Iuramentum est pars, & fundamentum examinis testium, & postquam testes iurauerint partem producentem, non potest amplius pœnitere quin examinentur, ibid.

Testes qui sponte examini se obtulerunt, cogendi non sunt, num.4.

D E C I S I O DXLIX.

1 IN processu causæ inter D. Ducem Sabellum, & particulares homines loci Palumbariæ, incidit quæstio an particulares possent cogi ad examinandum testes inductos, & iuratos in casu, de quo agebatur. Super qua consulti Domini mei, responderunt posse cogi testes ad instantiam D. Ducis, quia pars, quæ produxit testes, quibus fuit delatum iuramentum, non potest pœnitere, nec velle eos minimè examinari, vt dicit Hostiens. auctor huius opinionis *in c. præsentium, num.3. de testibus,* quem sequuntur Abb. *sub n.12.* Felin. *num. 3.* Butr. *num. 11. vers. ad primum nunquid,* Innoc. *num.6.* Aret. *in cons. 140. vers. ad quæsitum,* Cap. *decis.39. in fine,* Boer. *decis. 24. num.1.* Crau. *de antiquitate tempor. sect. quæritur etiam, num.2.* Gutierez *in repetit. l. nemo potest, n.131. de legat.1.* Cartar. *decis. Ianuens.1606. n.3.*

2 Nec prædictæ opinioni obstare videntur authoritas, & rationes eorum, qui ab ea dissentiunt, nempe Specul. *de testibus, in §. sæpè, num.6. vers. Quid si cum produxi,* Bald. *in l. edita, num.108. C. de edendo,* Rota Auenionen. *decis.116. n.6.* quia eorum dicta distinguebatur ratione, dum loquuntur, quando testes solummodò sunt producti, non autem iurati, nam eo casu videtur licita pœnitentia, quia adhuc non sunt facti communes aduersario per solam productionem; secus autem quando iurarunt, prout est casus, de quo agitur, & in quo firmatur opinio Innocentij.

3 Iuramentum enim videtur pars, & fundamentum examinis, *l. iusiurandum, C. de testibus,* Bald. *cons.96. n. 3. lib.1.* Ideò cum desinat res esse integra delato testibus iuramento, consequenter pœnitentiæ locus esse non videtu, *l. si lege, §. colonus, ff. locati,* Alex. *cons.131. num.2. lib.4.* & hoc est quòd voluerunt dicere Innoc. & Aret. allegando, quòd iuramentum erat commune. Sola difficultas remanebat, an producens præcisè esset cogendus ad examinari faciendum testes inductos, & iuratos; sed quia doctrinæ allegatæ non imponunt hanc necessitatem producenti, DD. sequendo decis. Capic. 39. *in fine*, in facultate D. Ducis reliquerunt, vt posset cogere testes ad subeundum examen.

4 Non obstat, quòd supposita etiam veritate opinionis Innoc. nihilominus testes non sunt cogendi, quia duo ex illis sponte se obtulerunt, & sic cessat qualitas productionis, alij duo per 40. dies perstiterunt in vrbe, & vltra id tempus non sunt cogendi, quia, vt fuit dictum, obtulerunt, & sic cessat qualitas productionis: alij duo per 40. dies perstiterunt in vrbe, & vltra id tempus non sunt cogendi, quia fuit dictum, obiectiones in facto non verificari. Et ita fuit resolutum.

R. P. D. P I R O V A N O.

Ianuen. Census.

Veneris 10. Ianuarii 1613.

A R G V M E N T V M.

Censuræ relaxantur, vt quis pareat, vel satisfaciat; & non pro ficta contumacia; sed pro vera.

S V M M A R I V M.

Attentata, siue à parte siue à iudice præsumuntur gesta ad instantiam partis cuius interest, non autem iudicis, n.2. declara, vt n.3.

Censurarum effectus est, vt quis pareat, vel satisfaciat, ibidem.

Censuræ relaxantur pro vera contumacia, non autem pro ficta, ibid.

Accessus non tutus, probatur per dispositionem cursorum, num.4.

D E C I S I O DL.

1 FVit resolutum sub die 17. Iunij præteriti, constare de attentatis, ad effectum denegandi audientiam Mulalano, & sorori Angelicæ, nisi priùs attentata fuerint purgata; secus verò si ad effectum obtinendi censuras pro eorundem reuocatione, quia Domini voluerunt expectare meliorem probationem, & productis exinde per D. Antonium litteris missiuis, & testibus examinatis in ciuitate Ianuæ, quibus prætendebat suæ probationi satisfactum fuisse, dubitaui particulariter, an constet de attentatis ad effectum censurarum pro eorundem attentatorum reuocatione? Et

2 Domini negatiuè responderunt, quia, etsi ad effectum denegandi audientiam videantur sufficere quæcunque

atten-

attentata, siue à parte, siue à iudice, propter iuris præsumptionem, quòd omnia gesta videantur ad instantiam partis cuius interest, non autem iudicis, qui aliquo interesse moueri non potest, Bat. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi, n.19.ff.de oper. non. nunciat*. Et de impedimentis præstitis per iudices seculares iurisdictioni Ecclesiasticæ, vt præsumantur parte instante præstita, fuit dictum in Corduben. Archidiaconatus de castro 27. Octobris 1606. coram Reuerend. Archiepiscopo Damasceno.

3 Tamen vbi agitur ad censuras, & earum effectus, qui sunt, vt quis pareat, vel satisfaciat, vt dicit Abb. *in c. reprehensibilis, n.2. de appell. & in c.1.n.10. de iudic.* Cassad. *decis.5. num.7. de constit.* requiritur concludens probatio, quòd delictum ab eo fuerit commissum, cui censuræ comminatur ad hoc, vt quis possit constitui in vera contumacia, pro qua, non autem ex ficta, & coniecturali debent censuræ relaxari, Cassad. *decis.12. in fin. de rescript.* Felin. *in cap. cùm contingat, num.8. eodem tit. de rescript.* Achill. *decis.7. n.2. de dolo, & contumac.*

4 Et probationes quæ pro Antonio afferuntur per litteras missiuas, & testes Ianuæ examinatos sine partis citatione & iurisdictione, tales non sunt visæ Dominis. Cæterum, quia postea superuenit rescriptum Sanctissimi, quo expressè mihi committebatur, vt constito extraiudicialiter de non tuto accessu, procederem ad reuocationem attentatorum, & alia necessaria per censuras, & alias pœnas Ecclesiasticas, consului Dominos meos per memoriale super probatione non tuti accessus, & placuit sufficienter probari, tum ex depositione duorum cursorum, qui attestantur de periculo vitæ, dum in alijs causis accesserunt ad eandem ciuitatem; tum etiam, quia similia impedimenta consueuerunt aduersarij præstare, recurrendo ad iudices laicos, vt patet ex decisionibus in hac causa factis. Quare de eorundem DD. meorum voto, censuras ad eum effectum relaxaui, &c.

☞ *Est decisio 513. super in hac parte.*

R. P. D. P I R O V A N O.

Fauentina parochialis.

Lunæ 13. *Ianuarij* 1614.

A R G V M E N T V M.

Clericus in concursu ad beneficium præferendus est, non is, qui solùm idoneus reputatur quoad litteraturam, sed qui ætate, moribus, doctrina, & prudentia magis idoneus iudicabitur.

S V M M A R I V M.

Appellans in appellatione dicitur actor, teneturque docere de iniustitia sententiæ, n.1.

Possessio beneficii per appellationem non est suspensa, ibid.

Clericus, seu Sacerdos in concursu ad beneficium præferendus est non is, qui solùm idoneus reputatur quoad litteraturarum, sed qui ætate, moribus, doctrina, & prudentia magis idoneus iudicabitur, n.2. & 3.

Appellationis fundamentum est grauamen, n.4

D E C I S I O DLI.

1 DOminus Salomon Liueran. in hoc iudicio appellationis est actor, & teneatur iustificare in quo fuerit grauatus ab examinatoribus, vel ab irrationabili iudicio Ordinarij, nec sola appellatio eum releuat ad hoc, vt appellatus teneatur de iustitia primæ sententiæ docere, ex quo Antonius Bauarinus possidet, & possessio per appellationem non est suspensa, ea dispositione Conc. *sess. 24. de reform. c.18. vers. nec prædictorum.* Nec decisio in Calaguritana beneficij 1. Febr. 1612. corã R. Bonon. quæ datur, loquitur in parochialibus, sed in aliis casibus, in quibus Concilium contrariatur.

2 Cùm igitur examinatores, iuxta decretum Concil. Trid. *sess.24. c.18. de reform. §. peracto*, deinde examine retulerint, quos magis idoneos iudicarunt, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam, & prædicta omnia tenerentur referre, nec sufficiat si examinatum idoneum quoad litteraturam renunciauerint, prout sacra Congregatio Concilij Interpretum declarauit, Episcopus verò elegit Antonium, quem præ cæteris magis idoneum iudicauit, ideò si tam per examinatores, quàm per Ordinarium consideratæ fuerunt qualitates ætatis, morum, doctrinæ & prudentiæ ad iudicandum ab eis relatum, & Prælatum magis idoneum, certè non erit iustificatum grauamen per Salomonem prætensum ex sola præexcellentia litteraturæ probatam per Vicarij Cesenaten. approbationem, quàm ex ipsius Antonij admissione, prudentia enim Antonij, & mores, & vitæ integritas potuerunt cum sufficienti litteratura reddere illum aptiorem ad hanc parochialem, prout fuit consideratum in allegatis decisionibus Beneuentana parochialis, & Sabinen. concursus in alia decisione allegatis.

De moribus autem, & vitæ integritate ipsius Salomonis, etsi concludenter fuisset probatum, nec obstaret præsumptio contrariæ probationis ex illius carceratione, & diffamatione, & armorum prohibitorum delatione, de quibus in actis, & in summariis pro Antonio datis; nihilominus sufficere non videtur, nisi etiam probatum esset quòd istæ qualitates essent maiores in ipso Salomone, quàm in Antonio, vt inde concludatur sinistra relatio, & irrationabile iudicium, aliàs potuerunt exuberare qualitates respectu morum, & vitæ integritatis, vt cum modica, & sufficienti scientia magis idoneus Antonius esset iudicandus ad curam animarum, quàm Salomon, qui sola litteratura præcellit. 3

Non obstat, quòd Salomon probauerit se Doctorem, pluribus, & grauissimis officiis functum, nobilem, & diuitem, quæ in Antonio non concurrunt, quia fuit responsum prædicta quoad mores, & vitæ integritate, non concludere pro appellatione; nec ad diminuendum eas qualitates in personam Antonij, & ea probatione cessante, cessat grauamen, quod est obiectum appellationis, Surd. post alios *cons.358. n. 4. & 5. vol.3.* Atq; ita standum prædictis DD. censuerunt non esse recedendum à decisis in hac causa die 28. Iunij præteriti, &c. 4

R. P. D. P I R O V A N O.

Ferratien. decimarum.

Mercurij 15. *Ianuarij* 1614.

A R G V M E N T V M.

Ex summario sume argumentum.

S V M M A R I V M.

Res iudicata oritur ex validitate, & iustitia sententiarum, num.1.

Restitutio in integrum aduersùs rem iudicatam non datur data iustitia sententiarum, ibid.

Mandati defectus, vbi fuit oppositus ante sententiam, & de eo non constat, iudicium redditur elusorium, numer. 2.

Mandatum Procuratoris præsumitur ex sustentatione litis per multum tempus, in qua labor, & impensa fuit necessaria, n.4.

Pactum auctoritate propria capiendi non extenditur ad bona hæredis ipsius paciscentis, n.4.

Statuta loci, in quo iudicium agitatur, attendenda sunt, etiam contra forenses in exequutiuis, & præparatoriis, licèt secus in decisoriis, n.6.

Appellare non licet à duabus conformibus, quando statuto cautum est, quòd ad earum exequutionem procedatur, non attenta cuiuscunque nullitatis etiam notoria exceptione, num.7.

Nullitates opponi non possunt aduersùs sententiam confirmantem, à qua non fuit appellatum, ibid.

Statuta remouentia appellationem, quando dicantur decisoria, & quando ordinatoria, n.8.

Sententiæ dicuntur conformes, etiam quòd non in totum sint conformes, dummodo conformentur in ea parte, in qua exequutioni demandantur, n.9.

Obligatio contrahentis pro lege seruanda est, n.10.

Promittens de euictione, ad eam tenetur euictione sequuta, ibid.

Promissor euictionis non tenetur sibi non facta denunciatione litis, num.11. vbi tamen quòd sufficit denunciationem esse factam Procuratori.

DECISIO DLII.

1 DVbium in hac causa proposui, an constet de re iudicata, seu de caosis restitotionis in integrum? Et Domini responderunt non constare de causis restitutionis in integrum, nisi obstet defectus citationis ad sententiam de quo reseruarunt particulariter videndum. De validitate enim sententiarum ex reuolutione processus, & de iustitia, ex infrà dicendis satis apparet, quibus concurrentibus res iudicata subsistit, *l. Herennius*, §. *Caius*, *ff. de euict. l. res iudicata*, *ff. de stipulat. iur.* & iudicium restitutionis euanescit, quia data iustitia cessat læsio, sine qua restitutio non procedit, Benintend. *decis.85. n.9.* Bero. *cons.122. num.9. & 10. lib.3.* Alex. *cons.67. num.2. & 3. lib.5.*

2 Nec validitati prædictæ obstare videbantur, quæ pro Serenissimo Duce fuerunt considerata. Primò, quòd iudicium in partibus factum sit non inter partes principales, sed inter nominatos Procuratores, quorum mandata pro neutra parte apparent in actis producta, prout necessarium est, ne iudicium reddatur elusorium, Alex. *cons.59. num.2. lib.2.* Maranta *in suo specul.*, *part.4. d.9. numer.38.* præsertim quando ante latam sententiam fuit oppositum de defectu mandati, vt præsupponitur, Gabr. *cons.25. n.38. lib.2.* Alex. *cons.78. num.12. lib.5.*

3 Fuit enim responsum ex facto cessare obiectum. Nam quoad mandatum procuræ Nigrisoli comparentis pro hæredibus, dicitur de eo constare in actis ex processu *fol.91.* Nec subsistere dixerunt responsionem de insufficientia mandati, eo quia non apparent esse hæredes Thomæ, dum in testamento eorum nomina non leguntur, quia ex particula testamenti satis constare videtur. Mandatum verò in personam Paris Gualterij, qui pro hęredibus accepit tenutam, sostinetur, tum quia erat litis consors, & alijs negligentibus possessio in solidum sustinetur. Rot. *dec.641. n.5. part.1. diuersorum*. Tum etiam ex promissione de rato per eum facta, & ratificatione exinde subsequuta ex alio instrumento mandati in personam dicti Negrisoli, nempe ad acceptandam primam sententiam, & ad lites, & causas, quæ omnia sunt consequutiua ad ipsam tenutam, & citra illius approbationem fieri non poterant.

4 Et quoad mandatum Galuani Procuratoris D. Ducis, satis videbatur probatum ex iudiciali productione mandati, quamuis verbali, iuncta sustentatione litis per multum tempus, in qua labor, & impensa fuit necessaria, quæ regulariter faciunt præsumi mandatum in comparente, Cassad. *decis.3. de procur.* Rota *in antiq. de caus. possess. & propriet. decis.2. & decis.631. n.2. part.1. diuers.* Crau. *de antiq. tempor. part.2. §. ex præmissis*, *n.60. & 65.*

5 Secundæ nullitates deductæ ex eo, quòd non apparet tenutam fuisse factam super bonis D. Ducis Alphonsi auctoris obligationis de auictione, prout necessarium erat cum licentia capiendi propria auctoritate, non extendatur ad bona hæredis, quæ non fuerunt in obligatione comprehensa, Menoch. *de adipiscend. remed. 5. nu.108.* Gabr. *de acqu. possess. n.34.* Fuit pariter responsum cessare ea facto, quia dantur positiones confessatæ, in quibus D. Dux fatetur bona capta in tenuta fuisse possessa à Duce Alphonso, & in eius hæreditate relicta, & nunc ab ipso possideri.

6 Et quamuis auctoritas capiendi, & intrandi bona propria auctoritate non sit conuentionalis, sed ex lege municipali Ferrariæ, cui hæredes venditoris extra districtum habitantes subiacere non videantur: tamen cùm tenuta non sit actus decisorius, sed præparatorius ad executionem subhastationis eorundem bonorum in exequutiuis vti præparatoris, seruantur statuta loci in quo iudicium agitur, etiam contra forenses, tam ex eodem iure municipali Ferrariæ quod datur, quàm ipso iure communi inspecto, Bald. *in l.1. n.3. C. de execut. rei iudic. & in l. cunctos populos*, *n.20. in fin. C. de sacrosan. Eccles.* Bart. *ibid. n.15.* & alios refert. Dec. *cons.109. n.39. vol.2.*

7 Dicebant præterea Domini, quòd nullitates prædictæ, & quæcunque aliæ ex eodem statuto 66. lib.2. Ferrariæ remoueotur quando appellatur à duabus sententijs conformibus, dum disponitur in eo, quòd ad executionem procedatur cuiuscunque nullitatis, etiam notoriæ, exceptione non attenta; ideo paria esse non appellare, vel nulliter, & indebitè appellare, *c. non solum*, *c. Romana*, *de appell. in 6.* Card. *in Clem. 1. in 6. notab. de dolo*, *& contumac.* & quando non appellatur, sententia confirmans præcludit viam nullitatibus, Achil. *decis.4. de re iudica.* Gabr. *cons.48. num.1. vol.1.* fuit dictum in Foroliuien. census 1. Iulij 1613. coram R. P. D. Decano, & iterum coram R. P. D. Verospio in Asten. iuris pascendi hoc eodem mense Ianuarij.

8 Non obstat, quòd statutum in ea parte in qua remouet appellationem, videatur respicere decisoria, ad quæ forenses non ligantur, sed secundùm ius commune, vel propria eorum statuta & consuetudines sunt iudicandi, Bart. & Bald. ac alij communiter *in l. cunctos populos*, *C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in c. quod Clericis*, *n.21. de foro compet.* Alex. *cons.37. n.7. lib.2.* Quia quicquid sit quando in totum tollitur appellatio, in quo casu respondit Hond. *cons.29. n.22. vol.2.* secus tamen est, quando statutum limitat, ac tollit vnum tantùm casum, prout in præsenti, & tunc respicere ordinatoria, dicit Achill. *decis.12. de appellat.* & sæpiùs fuit resolutum, signanter coram bon. me. Card. Seraphino in causa Perusina census, & coram bon. me. Robusterio in alia Perusina pecuniaria, quæ etiam allegantur ab eodem Honded. *d. cons.29. n.21.*

9 Non obstat, quòd statutum prædictum non remoueat nullitates simpliciter, sed quando concurrit conformitas sententiarum, quæ deficere videtur in præsenti, dum prima sententia fuit lata fauore hæredum Thomæ, & secunda fauore hæredum prædictorum, & cuiuscunque alterius personæ, pro quibus videtur illatum nouum grauamen, & inducta diuersitas considerabilis respectu substantiæ. Nam prædictis fuit responsum, quòd cùm tam vigore eiusdem statuti, quàm ex dispositione iuris, non sit necessaria in omnibus conformitas, sed in ea parte, in qua conformantur, executioni demandatur, Afflict. *decis.36. per totam*, Couarr. *pract. q. c.25. num.6. vers.11.* Surd. *cons.102. n.10. lib.1.* Thesaur. *decis.122. nu.10.* Respectu hæredum sententiæ erunt exequendæ, quia quoad hæredes concordant ambæ: respectu autem aliarum personarum habentium interesse, quod hodie non tangit d. hæredes, obiectum poterit procedere.

10 Secundum principale requisitum respiciens iustitiam, & illud videtur sufficienter iustificari ex instrumento venditionis anni 1576. in quo factores generales Ducis Alphonsi iuxta ordinem receptum, & in instrumento insertum, vltra possessiones, palatium, valles, & alia immobilia, vendiderunt exemptionem decimæ, ac ius decimandi, & fructus decimales locorum de quibus agitur, cum expressione æstimationis eorundem, in summa 16567. 1. 6. & cum obligatione defensionis, & euictionis cum clausulis amplissimis. Vnde cùm istæ decimæ fuerint euictæ ab Episcopo Ceruien. & Rectore locorum, vt patet ex decisionibus Rotalibus, & sententiis, & hæredes prædicti cœperint tenutam bonorum iuxta formam statuti, & styli illius fori, iustè videntur processisse iudices Ferrarienses, committendo subhastationem rerum in tenuta contentarum, tam ex fundamento obligationis Ducis Alphonsi, quæ pro lege est seruanda, *l. legem*, *C. de pactis*, *l. semper in stipulationibus*, *ff. de verb. oblig.* Bec. *cons.106. n.18.* Peregr. *cons.91. num.6. vol.3. vers. sed vltra præmissa*, Dec. *cons.55. n.91. & 94. vol.3.* qui loquuntur in promissione euictionis, quàm etiam ipsa natura contractus, & iuris dispositione inspecta, *l. non dubitatur*, *C. de euictionibus*, *l. si in venditione*, *ff. eodem tit.* Menoch. *cons.84. n.18. lib.1.*

11 Nec argumentum ex omissione denunciationis molestiarum visum est releuans ad probandam iniustitiam iudicum Ferrariensium, qui asseruntur pronunciasse super executione contra personas indefensas, & non monitas, & quibus de iure ad effectum præiudicij erat denunciandum, *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. l. emptor. C. de euiction. c. fin. de empt. & vendit.* Didac. *variar. resolut. lib.3. cap.17. illatione 1. num.7* Quia constat de pluribus intimationibus actis Galuano Procuratori D. Ducis, quod sufficere videtur etiam Domino ignorante, glos. *in l. si dictum*, *§. si præsente*, *in verbo Procuratore*, *ff. de euiction.* quam declarat, & singularem dicit Decius *in consil.102. n.2.* & eum sequuta est Rota in Concben. euict. 27. Mart. 1596. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & vlterius de scientia harum molestiarum constat ex intimatione facta nomine fratrum S. Dominici eidem D. Duci, & ex fide Notarij Syluestri, vt in summarijs hæredum quæ data fuerunt, quibus accedebat iustitia euincentis, de

qua

qua constat ex decisionibus Rotalibus, quo casu cùm cesset ratio intimationis, quia Dominus non sciuisset meliùs suam causam defendere, consequenter cessat, & obligatio intimationis, Couar. *variar. resol. lib. 3. c. 17. n. 6*, Surd. *decis. 21. n. 9*. Natt. *cons. 232. n. 5*. Capic. *decis. 106. n. 4*. Quod etiam fuit firmatum in Bonon. pecuniaria 14. Iunij 1610. coram R.P.D. Decano Coccino.

12 Postremò non obstat, quòd sententiæ Ferrarienses ex alia ratione videantur iniustæ, ex eo scilicet, quòd exemptio decimarum sacramentalium, quæ debentur Episcopo, & Rectori, de quibus loquuntur decisiones Rotales, & sententiæ non fuerit promissæ, nec constet de identitate decimarum, vel terrarum decimalium, & in omnem casum, quòd factores carebant mandato vendendi decimas, etsi eas vendiderunt, intelligi debent vendi æ, prout Dux Alphonsus acquisiuit à Cardinali fratre suo, & de ea acquisitione non constat. Prædictis omnibus fuit responsum ex tenore, & lectura instrumenti venditionis ex testibus datis in summario hæredum, & ex decisione bon. me. Penię in hac causa facta. Ex quibus patet, quòd decimæ & fructus decimales, & ius decimandi fuit venditum, & testes probant identitatem terrarum, & fundamentum acquisitionis non est necessarium, quia ad effectum valoris rei euictæ sufficit æstimatio decimarum in libris 16567. 1. 6. de qua in instrumento venditionis. Et ita fuit conclusum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Carthaginen. Canonicatus.

Veneris 24. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Gratia subrogationis, & admissionis ad litem, habet tacitam conditionem, si preces veritate nitantur. An, & quomodo isto casu gratia verificanda sit.

SVMMARIVM.

Gratia dicitur conditionalis per tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, donec dictæ preces fuerint verificatæ & iustificata, n. 1. declara, vt n. 2.

Subrogatus in iuribus defuncti in beneficio litigioso tenetur iustificare narrata in precibus, num. 1. declara, vt num. 2.

Heres conditionaliter institutus, conditione non purificata non potest immitti in possessionem hereditatis, n. 3.

Admissus ad litem, & causam, etiam sine citatione, potest iudicem recusare, num. 4.

Scientia perfecta, & plena inducitur per intimationem tenoris scripturarum productarum, & non per solam productionem, n. 5. declara, vt n. 6.

DECISIO DLIII.

1 IN decisis fuit resolutum rationibus, & fundamentis de quibus in decisione. Quibus non obstat, quòd admissio ad litem per Papam facta, habeat in se tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, *c. 2. de rescript.* & illa conditio faciat gratiam conditionalem, saltem ad suspendendum illius effectum donec verificetur, prout necessarium est, Anchar. *cons. 240. prope fin. vers. ad hoc respondeo*, Felin. *in cap. 2. n. 9. vers. 2. declara, de rescriptis*, cum alijs allegatis, & ideo sequatur quòd ad effectum subrogationis, vt quis dicatur esse in lite, necessaria est cognitio iudicis super verificatione, & decretum super admissione, vt antequam subrogatus agat, possit constare de interesse, Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 184. in 3. declaratione*, Afflict. *decis. 366. n. 13*.

2 Nam ad prædicta fuit responsum, quòd ad effectum canonizationis gratiæ benè procedunt in qua tangitur negotium principale, & præiudicium est perpetuum respectu veritatis gratiæ: secus autem ad effectum audientiæ, & admissionis ad causam, vbi de validitate, effectu, & substantia gratiæ propter modicum, & reparabile præiudicium, non quæritur, sed sufficit titulus, color, & appatentia, vt dicit Innoc. *in c. veniens, il 2. in principio de testibus*, quem sequuntur Felin. *num. 13.* & alij communiter. Idem voluit Abb. *cons. 82. n. 10. vers. insuper dici potest, lib. 1.* & ideo dicunt sufficere si doceatur, quòd quis sit electus, quamuis de Canonica electione non appareat; & eodem modo sufficit productio tituli vnionis, quamuis non appareat canonicè facta, sequitur Mandos. *de commiss. in sua praxi in 9. commiss. admissionis pro interesse, in verb. ad causam.* Et sæpè tenuit Rota, signanter in Genuen. Capellaniæ 8. Iunij 1605. coram Illustr. Card. Lancellotto.

Nec conuenit exemplum de hærede conditionaliter instituto, qui nisi conditione purificata gaudet beneficio, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* ex Menoch. *de adipiscen. remed. 4. n. 305.* cum alijs allegatis, quia effectus immissionis, ad quem dirigitur conditionis purificatio, respicit damnum perpetuum respectu illius iudicij, quod non parit sola admissio ad causam. 3

Et ex prædictis etiam tollitur allegata necessitas producendi gratiam subrogationis coram iudice principali, non autem coram iudice remissoriali subdelegato, quia si iudex nihil habet cognoscere de meritis, sed factum purum contemplari, nempe scripturam, in qua titulus coloratur, & adumbratur, frustrà contenditur de iurisdictione subdelegati in cognoscendo inter personas in subdelegatione non comprehensas, & in hac parte subdelegatus nihil aliud agere debet, quàm litteris Apostolicis subrogationis, habita earum notitia obtemperare, & si à subdelegante esset iussus propter non minorem Papæ auctoritatem, & prout iudex principalis tenebatur absque alio decreto admissionis, vt dictum fuit ex Cassad. & alijs in alia decisione allegatis. 4

Similiter non obstat, quòd admissio ad causam non sufficiat sine partis citatione, prout Caxa non fuit citatus ad videndum admitti, & de ista citatione videntur loqui Afflict. *decis. 366. n. 13.* & alij allegati. Quia ad effectum recusationis, & vt iudex se abstineret ab vlteriori processu, sola productio videbatur sufficiens, etiam parte non citata: sed vlteriùs facta fuit productio, & eædem litteræ fuerunt Procuratori Caxæ intimatæ, & ei decreta copia litterarum quam leuauit, & in Rota produxit. 5

Nec mouit Dominos, quòd citatio non præcesserit actum productionis, quia stylus partium hoc poterat fortè requirere, & ad effectum scientiæ plena & perfectior illa videtur, quæ fit per intimationem tenoris, quàm per solam productionem, propter indubitatam scientiam omnium qualitatum, *glos. in cap. concertationi, in verbo sciuerit, de appellat. in 6.* Natta *cons. 162. n. 33.* Osasch. *decis. Pedemontan. 176. num. 3.* Bectius *cons. 37. num. 23*. 6

Demum visum fuit cessare considerationem causæ finalis constitutionis Gregorianæ, vt resignationes innotescant, & publicentur, etiam in iudicio, quando fiunt de beneficijs litigiosis, cui satisfactum non videtur ex sola admissione facta à Papa. Nam vltra, quòd non legitur in constitutione Papæ subrogationem cum lite non sufficere, ita vt subsistat regula, quòd non debet esse maior auctoritas iudicis in subrogando, quàm ipsiusmet Papæ, præallegata etiam ratio finalis non concludit ad effectum admissionis ad causam, sed ad progressum causæ, vt de collitigante subrogato notitiam habeat ratione præiudicij, quod per actum solius admissionis non est considerabile, &c. 7

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Leodien. Abbatiæ.

Veneris 24. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, & ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Sequestranda est possessio nulla, num. 1.

Decretum irritans inficit nedum titulum, sed possessionem, ibid.

Causæ cognitio non præsumitur ex breuitate temporis, n. 2.

DECISIO DLIV.

PRo Catharina informante fuit tentum, nempe possessionem Annæ fuisse nullam, & proindè sequestrandam, iuxta decis. Cassad. 3. *num. 6. de restit. spol.* Put. 372. *lib. 2.* Verall. 157. *part. 3.* Cæsar. de Grass. *a. num. 1. de appell.* Rota *decis. 10. num. 4. vt lit. pend. in nou.* & in Camerinen. iuris- 1

iurispatronatus 15. Nouembris 1599. coram me. Nulla, quia in illa tradenda non fuit seruata forma *cap. fin. de elect. in 6.* quæ decretalis, cùm habeat decretum irritans, inficit nedum titulum, sed possessionem, Ægid. *decis. 536. vers. ratio est*, Pur. *d. decis. 372. lib. 2.* Vetall. *decis. 15. num. 1. & decis. 307. num. 4. part. 3.* cum alijs per Gabr. *de restit. spol. concl. 5. n. 48.* & in terminis dicti cap. fuit dictum in causa Vrgellen. Abbatiæ 14. Ianuarij 1583. coram bon. me. Card. Seraphino.

2 Negatiua verò seruationis dictæ formæ probatur ex actu traditionis dictæ possessionis, in quo Abbas Cisterciensis, ad quem de iure spectabat confirmatio, & inductio in possessionem, attestatur se hoc fecisse immediatè post electionem, & sic apparet minimè interuenisse tempus sufficiens pro seruanda forma *d. cap. fin.* vt videmus in simili, quod licèt præsumatur iudicem adhibuisse debitam causæ cognitionem, Alex. *cons. 80. num. 6. lib. 5.* Mandel. *consil. 4. num. 55.* cum concord. hoc tamen cessat, si ex breuitate temporis apparet talem cognitionem minimè potuisse adhiberi, *l. 2. C. de sent. ex breuic. recit.* Bart. *in l. prolatam, num. 10. C. de sent. & interloq. omn. iud.* latè Felin. *in cap. quoniam contra, num. 33. vers. secundo declara, de probat.* Vantius, qui de communi, *tract. de nullitate ex defectu process. num. 24.*

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Lucana iurispatronatus.

Luna 31. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus donatio sine consensu Episcopi non valet, ita vt nec sufficiat consensu Vicarij, & an saltim valeat in præiudicium donantis, & eius hæredum.

SVMMARIVM.

Iurispatronatus donatio sine Episcopi consensu non valet in tantum, quod nec etiam sufficit consensus Vicarij, num. 1. vbi etiam quod Episcopi consensus.

Episcopi consensus in donatione iurispatronatus nunquid præsumatur ex cursu 30. annorum, n. 2. & 3.

Iurispatronatus donatio sine consensu Episcopi nunquid valeat in præiudicium donantis, & eius hæredum, num. 4.

Iuspatronatus quando dicatur gentilitium, & ad extraneos transmissibile, n. 5.

DECISIO DLV.

1 Domini dixerunt donationes iurispatronatus fuisse nullas, cùm fuerint factæ sine consensu Episcopi, Capuraq. *decis. 131. n. 3. part. 2. & 282. part. 1.* Abb. *cons. 59. n. 3. vers. tertio principaliter, vol. 2.* Ferret. *cons. 343. num. 2.* Roch. *de iurepatr. verb. pro eo, n. 4. & seq. & n. 7.* Lambertin. *de iurepatr. lib. 1. part. 2. q. 1. art. 2. n. 3. & art. 4. per totum*, & consensus qui allegatur, est consensus Vicarij, qui non sufficit, Ferret. *cons. 227. n. 4. & decis.* Thom. de Tan. 20. sæpiùs in Rota canonizata, vt in Baren. beneficij 14. Maij 1604. coram Illustr. Lancellotto, nisi speciale mandatum Episcopi haberet, Calder. *cons. 1. de offic. Vicarij*, Ferret. *d. cons. 347. num. 7.* Thom. de Tan. *d. decis. 20.* & fuit dictum in Pientin. iurispatronatus 3. Maij 1610. coram R. P. D. meo Decano.

2 De quo quidem mandato in casu nostro non docetur, nec illud præsumitur ex cursu 30. annorum, nisi saltim enuncietur, Pur. *decis. 53. num. 3. lib. 3.* vt in decis. Cassad. 3. *de procur. & decis. 598. num. 7. part. 1. diuers.* Nec facit, quòd per cursum tanti temporis præsumatur interuenisse consensus Episcopi, quia id procederet, nisi ab initio fuisset productus consensus Vicarij inualidus, cuius exhibitio excludit præsumptionem alterius validi, Crescen. *decis. 21. de probat.* Ægid. *decis. 287.* Aym. *de antiq. decis. 4. part. 7. absolutis, num. 60. vers. contrarium, & cons. 134. num. 44.* Rot. *decis. 731. num. 19. & 20.* & fuit dictum in allegata Baren. beneficij. Non obstat cons. Gabriel. 88. *num. 17. & seq. lib. 1.* Quia ibi aderat tempus immemorabile cum obseruantia, & possessione.

3 Minus obstat decisio in causa Bononien. iurispatronatus 27. Nouembris 1587. coram Gipsio, cum alijs allegatis per informantes. Quia imò constabat de scientia, & patientia Episcopi, qui admiserat plures præsentationes factas à donatarijs vigore donationum, quas admittere non poterat citra consensus saltim taciti præstationem. In casu verò nostro licèt per informantes pro Ioan. Baptista allegetur adesse plures institutiones Episcopi, tamen de illis non constat in actis, & institutio, quæ datur in summario, fuit facta à Vicario, cuius consensus expressus sicuti nihil operatur, ex supradictis, ita nec tacitus ex dicta institutione resultans.

Nec obstat, quòd talis donatio videatur saltim valere in præiudicium donantis, & eius hæredum, quos donator in instrumento donationis obligauit, iuxta *decis. vlt. de iurepatron. in antiq.* quia negatur Felicem, & Angelum, qui sunt in causa, esse hæredes donatoris. 4

Secundò, principaliter deducebatur pro parte Felicis inualiditas donationum, ex qualitate iurispatronatus, quod cùm fuerit reseruatum Francisco, & Ioanni, ac illorum filijs, & hæredibus masculis in perpetuum, videtur esse gentilitium, & ad extraneos non transmissibile. In quo articulo licèt maior pars Dominorum inclinaret pro affirmatiua, tamen, quia non deerant, qui tenerent negatiuam, nihil fuit resolutum, quoniam pro nunc non videbatur necessarium illum aliter discutere, cùm ad inualiditatem donationum sufficiat fuisse factas sine consensu Episcopi, ob cuius defectum illas fuisse nullas, fuit resolutum ex supradictis, &c. 5

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Comen. decimarum.

Mercurij 26. Februarij 1614.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Decima spectans ad Rectorem parochialis Ecclesiæ etiam priuatiuè ad matricem, num. 1.

Qualitates requisitæ in instrumento probari debent per fundantem se in instrumento, ibid.

Probationes leuiores sufficiunt in materia antiquissima supra centum annos, num. 3.

Probatio specialis præualet probationi generali, num. 3. in fine.

DECISIO DLVI.

Domini perstiterunt in bis decisis in hac causa, quòd scilicet non probetur decimas trium locorum, nempe de Lubiano, Obin, & Arbusto, fuisse de anno 1464. solui consuetas Ecclesiæ de Grabedona, quia Ecclesia de Grabedona non habet aliud remedium pro consequendis decimis intra limites Ecclesiæ de Vercana, vbi sita sunt prædicta tria loca, quàm instrumentum dismembrationis anni 1464. nam certum est, quòd circumscripto dicto instrumento Ecclesiæ de Vercana debentur omnes decimæ surgentes intra limites suæ parochiæ, etiam priuatiuè ad matricem, iuxta communem, de qua per Abbat. *in cap. cùm contingat, num. 8. vers. sed remanet quartus casus de decimis*, sæpè in hac causa, & alijs allegatum, hoc stante Ecclesia de Grabedona, quæ nititur dicto instrumento, debet probare, quòd per se concurrant qualitates requisitæ in d. instrumento, iuxta doctrinas cumulatas in vltima decisione in hac causa facta: inter qualitates autem requisitas in dicto instrumento illa est præcipua, quòd decimæ, quas Ecclesia de Grabedona vellet vendicare intra limites Ecclesiæ de Vercana, essent de tempore dicti instrumenti ipsius Ecclesiæ de Grabedona præstari consuetæ, etenim Episcopus, qui dismembrauit Ecclesiam de Vercana ab Ecclesia de Grabedona, non reseruauit simpliciter dictæ Ecclesiæ de Grabedona decimas, quæ tunc erant illi tanquam parochiali debitæ, sed voluit vlteriùs, quòd essent de facto præstari consuetæ, vt per duas decisiones, quæ modò præsupponuntur, firmauit Rota. 1

His stantibus videtur indubitatum, quòd si Ecclesia de Grabedona vult iuuari prædicto instrumento dismembrationis facto de anno 1464. debeat probare, quòd de 2

anno

anno 1464. de facto, hoc est, actualiter, percipiebat decimas istorum trium locorum, & quòd sibi non sufficiat dicere, quòd tanquam Parochialis de illo tempore habebat fundatam intentionem quoad omnia loca, contenta infra limites suæ Parochiæ, quia hæc duo possunt stare simul, nempè & quòd quis de Iure habeat fundatam intentionem, & nihilominus non sit in actuali perceptione, vnde *l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff. de acquir. possess.* sentiens hanc possibilitatem, dicit quòd possessio nihil habet commune cum proprietate, ex istis consequitur illud, quòd fuit firmatum in decisionibus in hac causa factis, quòd Ecclesię de Vercana sufficiat pro victoria, quòd Ecclesia de Grabedona non probet, sicuti non probauit (vt ex infrà dicendis apparebit) se de anno 1464. fuisse in actuali perceptione decimarum trium locorum, de quibus agitur.

3 Secundò principaliter fuit dictum, quòd etiamsi onus probandi, quòd Ecclesia de Gradebona non esset de anno 1464. in actuali perceptione decimarum, incumberet Ecclesiæ de Vercana, quòd ipsa est in probatis, permittendo quòd in materia antiquissima suprà centum annos sufficiunt leuiores probationes, *cap. cùm causam*, vbi latè scribentes, *de probat.* Bald. *in l. cum super num.* 1. *Cod. de rei vindic.* Roman. *cons.* 109. *num.* 1. *vers. aut enim*, Abb. *cons.* 64. *num.* 27. *& seqq.* Rota in causa Asteñ. pascui 29. Martij 1595. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in Comeñ. habitus 9. Iunij 1610. coram R. P. D. Pirouano, & proindè satis esse visæ fuerunt probationes allegatæ pro Ecclesia de Vercana, nempè emptio decimarum, de quibus agitur, facta per Vercanenses anno 1465. à quibusdam laicis de Cataneis, qui de anno 1424. & aliàs erant soliti locare prędictas decimas, relatio facta de anno 1423. per quatuor homines electos per Vicarium Comeñ. & alia ponderata in decisionibus in hac causa factis, in quibus etiam fuit sublatum obiectum, quòd illi laici essent incapaces decimarum. Quo verò ad Instrumenta locationum, sententiam Rotalem, quitantias, & alia deducta per informantes pro Ecclesia de Gradebona, vltra responsiones aliàs datas, cùm non concludant omnes decimas, & de omnibus locis non confundunt probationem factam per Ecclesiam de Vercana, quia possunt verificari quoad decimas, & loca, de quibus non loquuntur probationes Vercanensium, quorum probatio cùm sit specialis, prævalet illi generali, Alex. *cons.* 150. *n.* 16. *& seqq. lib.* 5. Socc. *consil.* 54. *num.* 14. *lib.* 4. Dec. *cons.* 448. *in fin.* Crauett. *cons.* 44. *n.* 3. Gabr. *de testib. conclus.* 4. *n.* 73. Rota in causa Sabineñ. concursus 6. Aprilis 1619. coram me.

R. P. D. PIROVANO.

Romana pecuniaria de Guicciardinis.

Mercurij 26. Februarij 1614.

ARGVMENTVM.

Societatis lucra, & damna, an & quando transeant ad hæredes sociorum?

SVMMARIVM.

Societatis lucra, & damna transeunt ad hæredes, etiam post mortem socij, prout transit in conductionis facta ab ipsis socijs viuentibus, num. 1. Declara vt num. 4.

Proœmium, & præfatio ostendunt causam finalem subsequentis obligationis, num. 2.

Societas censetur contracta ex qualitate promissionis contribuendi capitale necessarium, num. 3.

Mandans Procuratori, vt aliquid faciat, tenetur, ac si id, quod gestum est cum Procuratore, fuisset gestum cum ipso mandante, ibid. in fin.

Stipulatio facta pro se, & hæredibus suis, non intelligitur facta pro socijs. Declara vt num. 5.

Contractus Procuratoris censetur factus iuxta formam præcedentis mandati, etiam quod nomine suo Procurator contraxerit, ibid.

DECISIO DLVII.

1 CEnsuerunt Domini contractum, de quo in apocha, releuare ad effectum, vt hæredes Philippi Guicciardini remanserit etiam post eius mortem obligati ad incommoda, & damna prouenientia ex affictu status sanctæ Floræ, & appaltu Vitrioli recepto per Pompilium de Cuppis à D. Duce Sfortia vsque de anno 1607. pro subsequenti nouennio. Fundamentum decisionis fuit, quia inter Guicciardinum, & Pompilium id actum videtur ante conductionem, vt in affictu essent socij, ideò quicquid lucri detrimentiue factum reperitur, commune esse etiam post alterius eorum mortem, dicit text. *in l. actione, in primo vers. si in rem certam, & l. verum, §. in hæredem, & l. cùm duobus, in princ. ff. pro socio*, & quasi damnum præparatum ex illo contractu transit ad hæredes, prout transit ipsum ius conductionis, Rimin. iun. *cons.* 52. *num.* 114. *lib.* 1. Et hęc conclusio benè firmatur tam in decisione coram Bubalo Romana participationis 9. Maij 1593. quàm in Ferrarieñ. affictus coram me 14. Ianuarij 1611.

Quòd autem inter eos actum fuerit de communione secundùm portiones conuentas, patet ponderando seriem totius apochæ, quæ datur; dicitur enim enunciato iam tractatu nouæ conductionis: *E desiderando di hauere per compagno in detto nouo affitto il detto Signor Filippo Guicciardino per li doi terzi*, quæ verba cùm sonent in societate, & de certa re tanquam proœmium, & præfatio, benè ostendunt causam finalem subsequentis obligationis, Bart. *in l.* 1. *in princ. ff. ad Macedon.* Rom. *consil.* 180. *n.* 6. Dec. *cons.* 86. *n.* 5. *vers. & ista donatio*, Crauet. *cons.* 301. *num.* 2. Bec. *cons.* 20. *num.* 11. *vol.* 1. 2

Ideò dum in apocha alia verba sequuntur: *Per la presente si obliga di starne interessato per li duoi terzi, & contribuire à tutta quella somma che ci bisognerà per il capitale di detto negotio*; visus est Guicciardinus qualificasse suum interesse tanquam socius, & magis etiam confirmasse illam qualitatem, promittendo contribuere capitale necessarium pro complemento negotij conductionis, quæ contributio conuenit legibus veræ societatis, *l. si non fuerint, ff. pro socio* bon. mem. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 6. *titul.* 14. *num.* 9. *& per totum*. Et est modus acquirendi Iuris in re conducenda, vt dicit text. *in l. cum duobus, in fine principij, ff. pro socio*, ibi, *quasi commune negotium gereretur*, & tradunt Bald. *in l.* 1. *num.* 33. *vers. responderetur, C. pro socio*, Ias. *consil.* 33. *num.* 29. *lib.* 3. Addita fuit præterea ex parte eiusdem Guicciardini facultas sonans in mandatum in personam Pompilij concludendi partitum affictus cum D. Duce, ibi, *Dando facoltà al Signor Pompilio, che possa fermare il detto partito de affitto in quella meglior maniera che potrà*, itaut eo mandante perindè sit, ac si cum ipsomet Guicciardino negotium gestum, & conclusum fuisset, §. *fin. Instit. quod cum eo*, Castr. *in rubr. Cod. de exercit. act.* Alba. *consil.* 104. *num.* 5. Afflict. *decis.* 82. *num.* 3. Surd. *cons.* 326. *num.* 3. *vol.* 3. 3

Et demùm pro complemento voluerunt, quòd sequuta conclusione contractus, scriptura conficiatur *A vso di buon compagno*, quæ verba conueniunt proœmio, in quo Pompilius desiderauit habere Guicciardinum in socium. Ex quibus omnibus satis patet cessare rationes, quæ allegantur in Romana participationis coram bon. mem. Bubalo, cùm in ea opera, & industria solùm fuerit deducta in societate, vt ideò mirum non sit, si ea cessante per mortem socij, vel finem societatis, cessent etiam lucra, aut damna tanquam quid proportionabile ad vsum pecuniæ ab altero socio immissæ. Secus autem est, quando præcedit causa habilis ad communicationem, & consortium ipsius rei, quia tunc transit Ius in proprietate, non autem in solo vsu, & commoditate ex solo vinculo societatis causata. 4

Nec etiam obstat, quòd Pompilius vsus non fuerit facultate, & mandato sibi in apocha præscripto, dum proprio nomine conduxit, & pro se, & hæredibus suis stipulatus fuerit, quo casu videtur totus affictus sibi acquisitus, & non Guicciardino, per ea quæ tradit Natta *cons.* 261. *num.* 12. post Bart. & Alexan. quos allegat. Quia hoc quoque fuerat conuentum, & promissum in apocha, quòd posset concludere affictum cum Domino Duce, *in quella meglior maniera che potrà, & giudicherà più beneficio*. Vnde contrahendo videtur vsus forma pręcedentis mandati habili ad obligandum Guicciardinum iuxta conuenta, Bart. & alij *in l. qui in aliena, §. si is qui putat, ff. de interrog. act.* Natt. *consil.* 636. *num.* 68. Alciat. *de præsumpt. regul.* 1. *præsumpt.* 24. *num.* 1. Surd. *cons.* 19. *num.* 24. *&* 30. *volum.* 1. *&c.*

R. P. D. CAVALERIO.

Ciuitatis Castelli domus Liuellariæ.

Lunæ 3. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis contractus requirit scripturam, potest tamen probari etiam sine scriptura ex pluribus canonum solutionibus, & alijs adminiculis.

SVMMARIVM.

Instrumentum producit claram, & plenam probationem, num. 1.

Emphyteoticus contractus de eius substantia requirit scripturam, num. 2.

Consequens vbi probatur per scripturam, censetur etiam probatum antecedens, ibid. in fine.

Emphyteusis censetur probata ex pluribus canonum solutionibus, num. 2. & 3.

Emphyteusis Ecclesiæ censetur probata per confessionem Episcopi, num. 3. vers. 3. Item confessio Episcopi.

Confessiones fictas, & contumaciales in non respondendo positionibus Rota attendere non solet, num. 3. in fine.

Emphyteusis etiam quod de ea non appareat scriptura ex pluribus simul iunctis bene probatur, ibid.

DECISIO DLVIII.

1 RESolutum fuit, domus de quibus agitur, fuisse concessas in emphyteusim Bartholomæo seniori. Apparebat enim per publica instrumenta duas ex huiusmodi domibus fuisse concessas, seu refirmatas in emphyteusim ab Episcopo Ciuitatis Castelli Bartholomęo Albizzino seniori, vna vltima de anno 1542. die 5. Octobris in forma communi, altera verò die 19. Decembris 1545. pro se, filijs, & nepotibus masculis, ex huiusmodi enim instrumentis resultat clara probatio, & plena, *l. cùm plurib. C. de prob.* & dicitur probatio probata vlteriùs non probanda, Bald. *in l. 2. C. quand. fisc. vel priuat.* Bart. *in l. 1. in princ. ff. de nou. oper. nunc.* cum alijs latè deductis per Tiraq. *de retract. lignag. §. 2. gloss. 1. sub num. 20. vers. nam haud dubiè.*

2 Maior aderat difficultas in 3. domo cum furno, quę prętenditur fuisse concessa in emphyteusim ab Episcopo eodē Bartholom. de anno 1541. cuius non reperitur instrumentum concessionis, cùm scriptura sit de substantia, cuios cōtractus emphyteotici, Gloss. *in l. 1. in verb. scriptura, Cod. de iur. emphyt.* Alex. *cons. 38. num. 7. lib. 7.* quia ostendebatur recognitio Bartholomæi cum solutione canonis facta per ipsum die 5. Septembris 1541. pro censu dictæ domus cum furno Liuellariæ Episcopatus sibi dicta die refirmata, & in communi forma, vt patet manu ser Nicolai Laurentij Notarij Episcopatus, ex qua recognitione inferebatur probatio interuenisse scripturam tanquam necessarium antecedens: nam quando consequens probatur per vnam scripturam, videtur probari per eandem scripturam antecedens, *l. quicumque, Cod. de apoch. publ. lib. 10.* Aym. *de antiq. tempor. par. 3. num. 4.* & fuit in specie dictum in Romana domus 21. Aprilis 1599. coram Illustriss. Cardinali Lancellotto, & in puncto in Romana vineæ 30. Martij 1612. coram R. D. meo Archiepiscopo.

3 Dabantur etiam complures solutiones canonum, factæ per dictum Bartholomęum de his domibus, de quibus constat in libris censualibus eiusdem Episcopatus, quę probant rem emphyteoticam, ad effectum acquisitionis dominij, Dec. *cons. 146. n. 2.* quibus esse adhibendam plenam fidem, dicit Rom. *cons. 127. n. 1. vers. ad hoc tamen respicitur.* Aderant etiam alia adminicula, videlicet noua refirma facta per Episcopum Iacobo filio Bartholomæi de anno 1567. Item confessio Episcopi domini directi in prædictis refirmis, & receptionibus canonum, per text. *in cap. 1. qui test. sunt necess. ad non. inuest.* Cæphal. *cons. 9. num. 19. lib. 1.* Item & confessio ipsiusmet Cerbonij in noua concessione sibi facta, & quia positiones Albezzinorum, in quibus hoc articulabatur, habitæ fuerunt pro confessatis, & licèt Rota non attendat similes confessiones fictas, & contumaciales, tamen ex omnibus simul iunctis Dominis visum fuit probari domos fuisse concessas in emphyteusim Bartholomæo seniori, de reliquis autem voluerunt quòd particulariter videretur, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana affictus Montis Rotundi.

Lunæ 10. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Locator tenetur conductori rem locatam præstare, itaut is possit eadem re locata frui per traditionem, patientiam, & impedimenti amotionem, necnon etiam eidem conductori notificare omnes qualitates rei locatæ, quæ potuissent conductorem à conductione retrahere.

SVMMARIVM.

Locator tenetur rem locatam præstare, vt conductor frui possit re locata per traditionem, patientiam, & impedimenti amotionem, num. 1.

Conductores scientes qualitates rei locatæ, & illius impedimenta, non habent contra locatorem actionem ad amotionem dd. impedimentorum, num. 2. declara vt numero 2. & 3.

Locator non censetur locasse, nisi ius quod habet, num. 2.

Locator tenetur notificare conductori rei locatæ qualitates, quæ ipsum retrahere possunt à conducendo, ibidem. Vbi amplius, quòd dictas qualitates tenetur locator notificare clarè, & apertè, non autem subobscurè.

Conductor non potest diuinare pacta contenta in præcedenti locatione, de qua in sua locatione non est facta mentio, num. 3. in fine.

DECISIO DLIX.

FVit per Dominos resolutum Dominum Franciottum teneri præstare conductoribus tenutam montis Lepietræ liberam a seruitute iuris laborandi, & pascendi, quam in ea habent particulares, seu loca pia montis Rotundi. Fundamentum decisionis fuit, quia in instrumentis locationis, & diuisionis inter conductores cum consensu Domini Franciotti legitur obligatio tradendi huiusmodi tenutam conductoribus ad omnes fructus, saluo tempore præcedentis locationis Angeli Cottanellæ pro herbis hyemalibus; ideò cùm nedum ex natura ipsius contractus locationis locator teneatur præstare, vt conductor frui possit re locata per traditionem, patientiam, & impedimenti amotionem, *l. si merces, §. 1. & 2. ff. locati,* Calder. *consil. 15. titul. de locato,* Soccin. *cons. 156. n. 10. vers. primo enim lib. 2.* Paris. *cons. 38. num. 1. lib. 1.* Osasc. *decis. 51. num. 8.* Card. Mantic. *de contract. lib. 5. tit. 1. n. 19.* sed etiam per indiuiduam contentionem ad omnes fructus, sequitur dicendum, quòd ius laborandi, & pascendi particularibus debitum exceptum non sit ab ipsa re locata, quia verba *ad omnes fructus,* in fundo patiente seruitutem verificari non possent. 1

Nec obstat, quod prædicta benè procedant in conductoribus ignorantibus qualitates rei locatæ, secus in habentibus earum scientiam, quibus est imputandum si locationem cum illis qualitatibus acceptarunt, cùm eo casu non censeatur locatum nisi ius, quod dominus habebat, *leg. qui tabernas, ff. de contrahen. empt.* Gozad. *cons. 24. nu. 7.* Berous *cons. 2. n. 12. vol. 1.* Surd. post alios *decis. 264. n. 6. & decis. 265. num 28.* Alex. *cons. 95. num. 5. lib. 6.* Quia si fundamentum deducatur ex scientia præsumpta, propter necessitatem inuestigandi qualitates rei locatæ ex parte conductorum, per regulam, *Qui cum alio contrahit. de reg. iur.* & videntur firmare Cum. *cons. 26. colum. 1. vers. nec etiam obstat,* & alij allegati per Surd. *decis. 265. num. 46.* illa quidem non suffragatur, quia vltra quòd multi tenuerunt regulam, *qui cum alio,* procedere solum respectu personæ, cùm qua contractus celebratur, non autem respectu rerum, quæ deducuntur in contractu, Cæphal. *cons. 393. n. 99.* & alij allegati per Surd. *cons. 13. num. 38. & cons. 150. n. 123.* Dicitur etiam regulam non procedere, quando alter ex contrahentibus ex natura contractus tenetur notificare aduersario qualitates rei, prout est, quando sunt tales, quæ possunt retrahere conductorem à contrahendo, *l. Iulianus, §. ait enim, & §. quod autem, l. si sterilis, §. si prædij, l. quæro, ff. de action. empt.* & tunc non etiam sufficit qualitates implicitè, & persuasorijs verbis, aut subobscurè notificare, 2

care, sed clarè, & apertè, ne possit conductor obijcere ignorantiam, prout declarant Alex. *cons.95.n.1. & 6.lib.6.* Crauett. *cons.83. num.3. in fine*, sequitur Surd. *cons.145. num.8. & cons.150. num.125. & in allegata decis.265. n.49.* Nec dubitari potest, quòd si notificatæ fuissent prædictæ seruitutes, quin conductores, vel non contraxissent, vel cum alijs pactis propter considerabile, & patens interesse profuturum ex alieno iure laborandi, & pascendi tenutam locatam.

3 Si verò dicatur sufficienter probari scientiam ex eisdemmet instrumentis locationum, quia Vincentius Alexius principalis conductor, à quo Domini Massa, & Grossius habuerunt participationem pro tertia parte totius affictus, sciebat, quòd particulares habebant ius laborandi, & pascendi, dum in reseruatione iuris locationis Cottanellæ pro herbis hyemalibus fuerat conuentum, quòd prata existentia in dicta tenuta montis Lepietræ deberent custodiri anno quolibet à 1. die Martij, & valles à 1. die Maij, & quòd particulares, qui habebant terrena in dicta tenuta, possent introire ad laborandum, iuxta stylum de mense Februarij, vt ideò clarè videatur constare de iure particularium, constito de principali locatione, vt declarat idem Surd. *decis.265. num.44. & 45.* Hæc ex facto videntur sublata, quia in instrumento principalis locationis non legitur, quòd particulares, qui habent terrena in dicta tenuta, possint intrare ad laborandum; in instrumento autem locationis Cottanellæ positis diuersis pactis, adest quidem in fine tale pactum, *Rimettendosi nelle cose qui non espresse alli soliti di detta tenuta*, quæ solita si exinde inferantur explicata in antecedenti locatione facta cum Dominico Vulpio, in qua legitur pactum, quòd particulares possint intrare ad laborandum; huiusmodi tamen scientia per relationem ad incertum, non est visa Dominis sufficiens, dum in instrumento Cottanellæ non est facta mentio instrumenti locationis Vulpij, nec conductores poterant diuinare præcedentem locationem, & pacta in eo contenta, *l. putator, ff. ad l. Aquiliam*, Felin. *in cap.2. num.28. de testibus*, Surd. in terminis locationis, *cons 150. in fin. vol.1.*

4 Postremò, si ius constituatur in dictis testium, qui dantur pro parte Domini Franciotti, & in hac parte non etiam visum est Dominis probata concludens scientia, quia ex consignatione tenutarum facta conductoribus, de qua deponunt, non infertur ad notificationem iurium particularium laborandi, & pascendi, sed potiùs ad terminos, & confines rei locatæ. Nec pariter visa est concludens ratio scientiæ ex eo, quòd Dominus Fabius per sata controuersa transibat, & cernere poterat particulares, qui se immiscebant in dicta tenuta. Quia vltra quòd testes non percutiunt tempus ante locationem, prout necessarium est ad effectum præiudicij, cùm ex post magis concernat probationem impedimenti conductoribus præstiti, non etiam necessariò infertur, viderunt sata; ergo sciuerunt iura particularium, quia alia est cognitio qualitatis fructuum, & alia est cognitio dominij terrarum, ideò ex diuersis non benè infertur vulgata, *l. Papinianus, ff. de minor. 25. annorum*, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Sipontina iurisdictionis.

Veneris 14. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

De probatione iurisdictionis Abbatis in præiudicium ordinariæ, nonnulla notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Quasi possessio iurisdictionis non censetur probata, non probata scientia, & patientia illius, de cuius iurisdictione agitur, n.1.

Testibus deponentibus verisimiliora, & pro assistentia iuris communis magis creditur, quàm contrarium deponentibus, ibid. in fin.

Abbas debet prouidere de Rectore in grangijs sua Abbatia, num.2.

Mandatum procura non probat id, quod fuit mandatum, nisi probata effectuatione, ibid.

Testes deponentes de ijs, qua non cadunt sub sensu corporis tenentur reddere rationem etiam non interrogati, num.4.

Testes deponentes de iurisdictione Abbatis in praeiudicium Episcopi, ad hoc vt probent quomodo debeant deponere, ibid.

DECISIO DLX.

Non placuit Dominis recedere à decisione in hac causa facta sub die 24. Maij proximi, * ex deductis pro 1
parte D. Abbatis; nam quantum ad exhibitionem priuilegij exemptionis, quòd talis exhibitio non sufficiat ad euitandam manutentionem Ordinarij, hoc visum fuit benè fundatum, ex deductis in alia decisione, quibus Domini nihil addere voluerunt. Quantum ad actus visitationum factarum per Abbatem fuit dictum esse recentes, factos lite pendente, qui propterea non modò non suffragantur, sed sunt attentati, *tot. tit. vt lit. pend. nihil innou.* Quantum ad testes conantes deponere de quasi possessione exemptionis, fuit dictum nihil concludere; nam dum deponunt de iurisdictione actiua Abbatis, non probant scientiam, & patientiam Archiepiscopi, prout requiritur ad acquirendam quasi possessionem iurisdictionis in præiudicium illius, ad quem spectat illam exercere, *l. si ego, §.1 ff. de public. l.2.* & ibi Bald. *num.1. C. de seruit. & aqu.* Alex. *cons.16. num.13. lib.5.* Ferret. *cons.59. num 6.* Afflict. *decis.63. num.1.* Cæsar. de Grass. *decis.7. num.9. de caus. poss. & propr.* quin vnus ex testibus examinatis pro parte Abbatis dicit, quòd quadam vice Archiepiscopus propter hoc fecit carcerare Vicarium Abbatis; dum verò deponunt de non exercitio Episcopi, non probant, quòd venerit casus illam exercendi, & Archiepiscopus volens illam exercere fuerit prohibitus, & prohibitioni acquieuerit, prout requiritur ad istum effectum, ex allegatis in alia decisione, & in omnem euentum magis esset standum testibus Archiepiscopi tanquam deponentibus fauorabiliora, propter assistentiam iuris communis, Innoc. *in cap. auditis num.4. vers. hinc colligitur de præscript.* Felin. *in cap. licet causam num.9. vers. & ibi etiam subdit. de probat.* Rota in causa Marsicana iurisdictionis 20.1588. coram R. D. Perusino, & etiam propter eandem causam verisimiliora Innoc. *d. num.4. vers. præferentur testes Episcopi*, cum alijs per Gabr. *de testib. conclus.4. n.29.*

Quo verò ad deputationem super seruitio S. Benedicti, 2
& concessione Capellæ S. Mariæ, cùm sint grangiæ Abbatiæ, fuit responsum, quòd non concernebant iurisdictionem, cùm ad Abbatem spectet prouidere de Rectore grangijs suæ Abbatiæ, *cap. nullam in fin.* cum ibi not. 18. *quæst.2.* Abb. *cons.45. in princ. vers. item video lib.2.* Rota in causa Tirason. iuris præsentandi relat. inter diuers. impress. *decis.798. num.5. part.1.* Dicitur etiam illa iura non esse in forma probanti, & quoad mandatum procuræ ad remittendum fratrem carceratum, fuit dictum, non esse in forma probanti, item non constare de effectuatione, iuxta notata per Calder. *cons.12. de inrepatr.* Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina n.93. vers. quinto requiritur de caus. poss. & propr.* cum alijs more suo benè deductis per D. Antonium Portium, quæ placuerunt Dominis, & in omnem euentum, cùm concernat iurisdictionem criminalem, requiri immemorabilem canonizatam per tres conformes, ex allegat. in alia decisione, de cuius reuisione agitur.

Quo verò ad illud quòd negetur hic agi de exemptione, 3
& asseratur Abbatiam esse nullius diœcesis, fuit dictum quòd imò exhibitum priuilegium cantat de exemptione in omni sui parte, in princ. ibi, *in nostro Archiepiscopatu sita sunt*, & paulò infrà, ibi, *Ecclesiam ipsam tibi*, &c. *relaxamus, tradimus, & assignamus, eximentes Ecclesiam ipsam cum hospitali ab omnibus iuribus Archiepiscopalibus*, &c. *& Ecclesia prædicta libera & exempta ad sex fratres veniat*, &c. & rursus paulò infrà, *Ecclesiam præfatam cum hospitali tibi, & tuo Conuentui concedimus francam, liberam, & exemptam cum dotibus*, &c. rursus *in §. nos vero*, ibi, *in Ecclesia ipsa cum hospitali ab omnibus iuribus iurisdictionis Archiepiscopalis eximimus, & perpetuo liberamus.* Ex quibus satis apparet, verum esse fundamentum decisionis, quòd Abbas allegat exemptionem, quod in necessarium antecedens probat existentiam in diœcesi.

Nec quidquam concludunt testes deponentes, Abba- 4
tiam esse nullius diœcesis, quia cùm hoc non sit de ijs, quæ cadunt sub sensu corporis, quin & à peritis plerumque igno-

ignoretur, quæ differentia sit Ecclesiam esse exemptam, vel esse nullius diœcesis, etiam non interrogati reddere rationem, quæ concludat Ecclesiam esse nullius diœcesis, iuxta not. per Bart. & Salicet. *in l. solam num.3.* Bald. *n.1. C. de testibus*, Butr. *in cap. super hoc num.17. vers. sed dic. de renunciat.* Abb. *in cap. cum causam num.6. vers. sed in perceptibilibus*, Fel. *num.3. vers. fallit secundo de testibus*, & fuit in specie dictum in causa Ianuen. iurisdictionis 13. Iunij 1607. coram R. D. Bononien. qualis non est illa; quam dicunt, Abbatiam habere territorium, quia vlterius debuit probari, quòd sit separatum à prouincia, Abb. *in cap. nimis num.1. vers. hac vera secundum Hostien. de iure iur.* Vel opus esset vt haberet omnia iura Episcopalia: idem Abb. *in cap. cùm contingat num.18. de for. compet.* post Ioan. Andr. *in cap. cùm Episcopus de offic. ord. in 6.* Rota in causa Volateranen. iurisdictionis coram Brauo relat. inter diuers. impress. *decis.207. in fin. part.1.* & in Calaguritana, seu nullius 26. Iunij 1604. coram R. Attrebaten. quorum nullum deponunt testes.

Est decisio 491. part.1. recent.

R. P. D. PIROVANO.

Viterbien. terræ Vetrallæ.

Veneris 14. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura explicantur notabilia, quæ per te ipsum legere poteris in summarijs,

SVMMARIVM.

Pater mortua vxore non restituendo filijs dotes maternas, sed eas retinendo, videtur pro eisdem filijs infantibus adiuisse hæreditatem, n.1.

Dotis promissione præcedente datio in solutum alicuius rei stabilis, etiam quod dicatur pro fundo dotali, facit emptionem, & venditionem, ibid.

Possessionis mutatio ex superueniente titulo, præsumitur etiam non facta declaratione, ibid.

Remedium immissionis ex l. final. C. de edict. Diu. Adr. *vt locum habeat, requiritur titulus cum possessione, & quomodo, num.2.*

Spoliatus culpa, & facto suo non potest intentare remedium adipiscendæ, ibid. in fine.

Donationes factæ in ciuitate Vetrallæ non subiacent solemnitatibus statuti vrbis, n.3.

Probatio dubia non releuat probantem, ibid. Vbi benè declaratur quomodo probatio efficiatur dubia.

Donatio sine insinuatione valet, si fuerit iurata, num.4. Vbi etiam quid vigore constitutionis Ægidianæ.

Constitutio Ægidiana requirens insinuationem in donatione, nunquid habeat locum in statu Ecclesiastico, n.4.

DECISIO DLXI.

1 PLacuerunt Dominis fundamenta decisionis in hac causa factæ, & in eis causa iterum proposita perstiterunt. Quibus dixerunt non obstare, quòd bona materna non consisterent in credito, sed in stabilibus, videlicet in quadam vinea vigore successionis delatæ Virginiæ, & in alijs bonis in satisfactionem dotis promissæ in pecunia eidem Virginiæ, vt ideò mortua Elisabetha matre existente adhuc in infantili ætate Virginiæ, possessio non fuerit acquisita Bernardo, prout necessarium erat ad effectum immissionis, sed Virginiæ, pro qua pater retinendo dotes censetur adiuisse hæreditatem maternam infantis, *l. si infanti, C. de iure deliberan.* Bart. *in l. gerit num.33. ff. de acquiren. hæredit.* Surd. *decis.140. num.10.* Natt. *cons.74. num.10.* Quia primò fuit responsum quoad vineam non constare de eius existentia, alia autem bona in satisfactionem dotis Elisabethæ Bernardo assignata, si quæ sunt, non remansisse in hæreditate Virginiæ, etiamsi assignatio diceret pro fundo dotali, modò procedat promissio in certa quantitate, vt in præsenti, Natta *cons.650. n.3.* quod etiam fuit firmatum in Romana successionis & alimentorum sexta Iunij 1606. coram bon. mem. Litta. Secundò fuit dictum, si adhuc Bernardus nomine infantis possedisset, superuenienti tamen noua causa possessionis ex titulo valido cessionis, & renunciæ præsumi absque alia declaratione mutasse causam possessionis, secundùm opinionem, quam seruat Rota, Put. *decis.441.* secundùm nouam impressionem, *lib.1.* Achil. *decis.4. de caus. poss. & propriet.* Dec. *cons.400. num.5.* Bursat. *cons.8. num.15. lib.1.* Attestans de opinione Rotæ, & fuit etiam resolutum in causa Assisien. bonorum 24. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio. Nec etiam quoad Nardum visa est necessaria aliqua declaratio, nedum respectu bonorum maternorum, sed nec etiam paternorum, cùm eodem modo superuenerit eis titulus validus cessionis, & renunciationis habitæ per Virginiam, prout superuenit Bernardo patri stipulanti pro se, & Nardo eius filio.

Secundò dicebatur non obstare, quòd titulus qui requiritur cum possessione ad effectum immissionis vigore *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* debeat procedere ab eo de cuius successione agitur, non autem ab alio, prout est à Virginia filia Bernardi, cùm eo casu Nardus possidendo non dicatur legitimus contradictor, vt declarat Menoch. post alios *de adipisc. remed.4. num.598. & 603.* Quia prædicta benè procederent in eo qui allegat titulum à tertio habitum: sed Nardus allegat titulum ab ipsamet Virginia, quæ propterea non potest petere immissionem contra possidentem titulo ab ipsomet procedente. Nam, qua ratione suffragatur possidenti titulus à defuncto habitus ad constituendum illum legitimum contradictorem contra hæredem venientem ex iuribus defuncti, ex eo quòd defunctus si viueret, non posset ipse agere executiuè contra possidentem, eadem, & maiori ratione suffragabitur contra eum, à quo immediatè titulum habuit, cui semper obstabit exceptio, tuo facto à possessione cecidisti, quæ impedit effectum nedum remedij adipiscendæ, Menoch. *d. remed. 4. num. 583.* & tenuit Rota in causa Bononien. attentatorum 24. Octobris 1588. coram bon. mem. Cardinali Mantica, sed & aliorum, retinendæ scilicet, & recuperandæ. 2

Postremò dixerunt non obstare, quòd cessio, & renunciatio sit nulla, & læsiua, vel saltem turbida, vt ideò tanquam ex titulo inualido, vel incerto non possit impediri immissio, quia placuerunt Dominis responsiones datæ per informantes, quòd scilicet cessio de qua agitur est clara, ex quo de ea constat per publicum instrumentum, & replicatio fœminarum turbida vti fundata in statuto vrbis & insinuatione, ex quibus non resultat indubitatum replicationis fundamentum. Statutum enim vrbis de donationibus annullans contractum sine certis solemnitatibus celebratum, & quæ dicuntur non obseruatæ in præsenti cessione, & renunciatione, plenè non probat nullitatem cessionis, etsi terra Vetrallæ sit de districtu, quia aliàs fuit nedum dubitatum, sed etiam bis resolutum coram bon. mem. Cardinali Blanchetto in Sutrina donationis, quòd solemnitates prædicti statuti non requiruntur in contractu celebrato Vetrallæ; ideò necessitas illa probationis, quæ oriebatur ex dispositione statuti, alio non apparente per oppositionem, ex eo quòd aliàs fuit de eo dubitatum, reducitur æquiuoca & possibilis, quæ propterea non releuat replicantem, & hoc est quod considerat magistraliter Abb. *in cap. in præsentia n.7. de probat.* ponderando doctr. Bart. *in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de oper. nou. nunciat.* vt per exceptionem possit reddi dubia probatio partis aduersæ, ponens exemplum si monasterium probet Titium obtulisse se, & bona sua monasterio tali tempore, & reus probat, quòd illo tempore erant duo qui vocabantur hoc nomine, inquit Abbas, ex hoc tolli necessitatem probationis, nisi aliter declaretur, cùm probatio remaneat possibilis, sic excipiens de resolutione contra dispositionem illius statuti ponit replicationem sub incerta determinatione, quæ non sufficit pro obtinenda immissione, Put. *decis.233. & 243. lib.3.* & sæpiùs fuit in alijs causis ponderatum, signanter in Romana de S. Cruce 4. Iunij 1610. & in Romana de Marescottis 20. Nouemb. 1613. coram Reu. Archiepiscopo Damasceno, & in Romana Legati de Columna coram eodem 27. Ianuarij præteriti. 3

Insinuatio pariter, quæ dicitur omissa, non videtur præstare causam nullitatis propter iuramentum in donatione appositum, per quod videtur satisfactum defectui insinuationis, Gabr. *de donat. conclus. 1. num.66.* cum alijs allegatis in alia decisione. Non obstat quòd insinuatio debeat interuenire nedum ex iure communi, sed etiam ex dispositione eiusdem constitutionis Ægidianæ, *cap.25. lib.5.* quæ habet locum in toto statu Ecclesiastico, propter extensionem factam per sanct. mem. Paulum III. & in quam iuramentum non supplet defectum insinuationis: sed eo 4

non

non obstante solemnitas prædicta est seruanda in contractibus minorum. Quia fuit responsum, quòd Ægidiana constitutio non impedit effectum iuramenti, sed est constitutio Cardinalis Carpensis, quæ in additionibus ad Ægidianam tollit iuramentum, vt expressè loquitur in contractibus mulierum, quæ non releuat in præsenti, quia additiones illæ locum non habent extra prouinciam Marchiæ, vt apparet ex secunda approbatione Pauli III. & fuit resolutum in vna Æsina fideicommissi 14. Maij 1604. coram bon.mem. Penia, & in Imolen. damnorum 22. Iunii 1611. coram R. Archiepiscopo Damasceno, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. Capellaniæ.

Luna 14. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura explicantur notanda, de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

Lite pendente super beneficio Ordinarius non potest illud alteri conferre, n.1.
Supplicationis signatio sufficit ad perficiendam gratiam, num.2.
Negatiua super non expeditione litterarum probatur per diligentias factas ab Officialibus, n.3.
Beneficij prima vacatio impedit secundam, ibid.
Confessio propria non nocet confitenti quando constat de illius errore, n.4.
Clericatus censetur probatus per testes, dicentes vidisse aliquem celebrare, n.5.
Beneficium præsumitur potius sine cura, quàm curatum, ibid.
Valor beneficij probatur per publicam vocem, & famam, num.6.
Fama publica non probatur per vnum testem, ibid.
Fama post motam litem non suffragatur, ibid.

DECISIO DLXII.

1 DVbitaui cui esset adiudicanda Capellania, de qua agitur? & quoad Iulium Cæsarem fuit dictum, nullo modo esse adiudicandam, quia fuit prouisus ab Ordinario, lite pendente super titulo dictæ Capellaniæ, qua lite stante non poterat Ordinarius facere dictam prouisionem, *c.2. vt lit.pend. in 6.*

2 Quo verò ad Horatium fuit dictum, quòd si ipse iustificabit, prout non iustificauit valorem narratum, quòd ipsi esset adiudicanda Capellania, quia in reliquis eius gratia est iustificata, nam quoad vacationem ob non publicationem resignationis, iuxta constitutionem Gregorij Papæ XIII. constat de resignatione facta per Ioannem Iacobum huius Capellaniæ possessorem, ad fauorem Francisci Bernardini ex supplicatione signata, quæ sufficit ad perfectionem gratiæ, Put. *decis.94. n.2.part.2.* Caputaq. *decis.301. part.3.* Rota in causa Barchinonen. Prioratus coram Mohedano relata inter diuers. impress. *decis.7. lib.1. part.3.* & in Conchen. beneficij 14. Nouembris 1611. coram me, & consensu desuper præstito.

3 Quòd autem non fuerit facta publicatio apparet, quia iuxta formam prædictæ constitutionis publicatio non nisi expeditis litteris fieri potest; litteras verò non fuisse expeditas, probatur ex diligentiis factis per officiales super libris, in quibus huiusmodi litteræ registrari solent, Dec. *cons.483. num.4. & 6.* Ruin. *cons.35. num.19. lib.1.* Cassador. *decis. 5. num.5. super regul.* Achill. *decis.9. in fin. super regul. de triennal.* Caputaq. *decis.4. num.2. & 3. par.3.* & in puncto, quòd per hunc modum probetur negatiua publicationis, tenuit Rota in causa Vercellen. Canonicatus 23. Ianuarij 1598. coram bon.mem. Corduba, quibus præbet adminiculum, quòd idem Ioan. Iacobus conatus fuit facere secundam resignationem ad fauorem cuiusdam Aloysii, inualidè tamen, cùm prima vacatio impediat secundam, *cap. susceptum de rescript. in 6. cum concord.* & ad prædicta facit etiam quòd dictus Bernardinus primus resignatarius citatus ad causam protestatus fuit se nullum habere interesse in hac Capellania, quòd esse non posset si litteræ fuissent expeditæ, & facta publicatio.

Non obstare visum fuit, quòd Horatius in sua supplicatione fassus fuerit, litteras fuisse expeditas, quia ex prædictis apparet de errore, & quando apparet de errore, licitum est venire contra propriam confessionem, Specul. *tit. deposit. §. fin. num.8.* Rom. *cons.391. num.2. & 3.* Soc. *cons.97. num.15. lib.4.* de communi testantur, Ias. *in l.1. num.9.* Dec. *num.7. C. de error. calcul.* & de magis communi Gabr. *concl.5. in fin. de confess.* 4

Et hæc quoad vacationem; quoad clericatum Horatij, ille probatur ex testibus dicentibus vidisse illum celebrare, Angel. *in l.2. §. diem autem, n.2. circa med. ff. quemadm. test. ap.* Bald. *in l. si solemnibus, in pr. C. de fid. instr.* Put. *decis.144. in fin. lib.2.* Rota in causis Tropien. Canonicatus 16. Februarij 1611. coram me. Quòd dicta Capellania sit sine cura, non indiget iustificatione, cùm talis de iure præsumatur, Ægid. *decis.676.* Staphil. *de litter. grat. tit. de stat. & qualit. benefic. in princip.* Menoch. *de arbitrar. iudic. casu 201. num.75.* Rota in causa Pampilonen. beneficiorum 26. Aprilis 1603. coram me. 5

Quòd autem Horatius defecerit in iustificatione valoris expressi patet, quia ex duobus testibus, qui dantur, vnius deponit tantùm de auditu, alter verò deponit de publica voce, & fama, quæ publica vox, & fama legitimè probata sufficeret, ad decis. Caputaq. 277. *num.8. par.1.* Ægid. *decis.675. & 682.* Cæs. de Graffi *decis.3. num.7. de probat.* non potest suffragari, quia in probanda hac publica voce, & fama remanet vnicus, & sic illam non probat, *cap. veniens ad not, cap. licèt vniuersis, de test. l. iurisiurandi C. eod. tit.* & tradunt in specie, Alex. *cons.150. num.28. lib.5.* Rota in causa Neapolitana legitimitatis 2. Iunij 1595. coram Corduba, deponit etiam per verbum, *est*, & sic potest verificari in publica voce, & fama post motam litem, quæ non suffragatur, *cap. licet ex quadam*, & ibi Abb. *num.3. de testib* Archidiac. *in cap. consanguineos, num.3. 35. quæst.6.* Bald. *in cap. dudum il secondo, num.42. de elect.* Roman. *singul.753.* Corn. *cons.198. num. 12. lib.2.* Caputaq. *decis.9. part.2.* Rota in causa Conchen. decimarum 20. Aprilis 1592. coram bon.mem. Pamphilio, & in Hispalen. habitus 11. Martij 1611. coram R. Bononien. 6

R. P. D. PIROVANO.

Fauentina parochialis.

Luna 14. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Beneficij concursus quando fit elegi debet is, qui vitæ integritatis sit, non autem qui males, & incompositos habeat mores, num.1. & 2. *Vbi præsertim de eo, qui aliàs pro debitis compositu.*

DECISIO DLXIII.

CVm dubitaretur an beneficium de quo agitur esset adiudicandum Salomoni, fuit die 28. Iunij præteriti negatiuè responsum, & iterum causa proposita vtraque parte informante die 13. Ianuarij præteriti, fuit dictum standum esse in decisis. Et adhuc Salomone conquerente quòd omnia fundamenta per eum deducta non fuissent benè examinata, & discussa, placuit DD. indulgere vt iterum audiretur, cùm non daretur alia instantia, propter obligationem de stando vnicæ sententiæ. Iterato igitur dubio proposito solo D. Antonio informante propter Salomonis contumaciam, cùm sæpiùs fuit monitus, & concordasset etiam de die supradicta, sed pœnituerit eum, placuit DD. standum esse in decisis, tùm ex eisdem fundamentis, cùm nihil opponeretur, quàm etiam ex alijs nouiter per Antonium deductis, ex quibus satis patent probati mali, & incompositi mores Salomonis, quæ contrariantur requisito integritatis vitæ expresso in sacro Concilio Tridentino *de reformatione, sess.24. cap.18.* vt ideò deficiat etiam quòd ex abundanti in præcedenti decisione die 13. Ianuarij fuerat præsuppositum de integritate eius vitæ, & moribus, & carceratione excusabili. 1

Nam hodie datur processus, ex quo apparet quòd anno 1606. dum esset R. Archiepiscopi Auditor, qualitas satis 2

per

per eum magnificata querelatus fuit quòd pernoctando in domo cuiusdam Lucretiæ meretricis ob rixam exortam, explosisset contra quosdam scholares sclopum rotatum parue mensuræ; & quamuis nec Lucretia, neque eius mater in testes examinatæ non specificauerint nomen & cognomen illius; tamen visa est satis ccertificata eius persona, ex eo quod dixerunt esse Auditorem Archiepisc. & ex designatione personæ, nempe iustæ staturæ & rubei coloris, prout est Salomon. Datur & alter processus eiusdem anni 1606. ex quo iustificatur eundem Salomonem captum fuisse cum Sclopo rotato, & pro pœna illius delationis & oppositionis factæ Curiæ composuisse in scutis 50. ita vt dixerint DD. si excessus perpetrati & delicti compositi cum fisco sufficiunt ad remouendum eum, qui iam pro idoneo fuit renunciatus & prouisus in concursu alterius, qui de similibus non est imputatus, vt fuit resolutum in Ripana Parochialis 23. Iunij 1608. coram R.P.D. Pamphilio, quanto magis iuuandus erit Antonius ad sustinendum rationabile Ordinarij iudicium, pro quo semper solet præsumi, nisi irrationabilitas sit clara, & manifesta, vt dictum fuit in Beneucotana, Rauennaten. & Sabinen. in prima decisione allegatis, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Abulen. Parochialis.

Luna 14. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Notarius secularis numquid possit se rogare, & ingerere in causis Ecclesiasticis; & ad effectum manutentionis leuiores sufficiunt probationes, nec obest defectus transportationis actorum, & examinis testium causatus culpa, & facto aduersarij recurrentis ad Curiam secularem pro impedimento,

SVMMARIVM.

Possessio instrumentalis manutenibis est alio non possidente, num. 1.

Notarius secularis numquid possit se ingerere in causis Ecclesiasticis, & se rogare in eisdem causis de instrumentis, num. 2.

Scriptura informi, & quæ aliàs non probaret, iunctis adminiculis credendum est, n. 3.

Manutentionis iudicium non requirit plenas, & concludentes probationes; sed sufficiunt leuiores, n. 4.

Testes de auditu faciunt adminiculum, ibid.

Actorum transportationis defectus non reddit sententiam nullam quando id euenit ex impedimento, & facto aduersarij, num. 5.

Testes nulliter examinati probant, quando nullitas euenit culpa, & facto aduersarij, ibid.

Recursus ad Curiam secularem præsumitur factus ad instantiam eius, & de cuius interesse agitur, n. 6.

DECISIO DLXIV.

1 FRancisco dandum esse mandatum de manutenendo fuit conclusum, quia constat de illius possessione instrumentali, quæ non docto per alium de anteriori sua possessione est manutenibilis, Cæs. de Grass. *decis. 5. n. 1. de caus. poss. & propr.* Menoch. *de retin. poss. remed. 3. n. 575.* & fuit sæpè decisum.

2 Non obstat, quòd Notarius togatus de dicto instrumento esset secularis, qui non potest se ingerere in causis Ecclesiasticis, Gabr. qui alios refert, *de fid. instr. quæst. 1. concl. 1. num. 7.* Rota in causa Vlixbonen. prioratus 14. Maii 1611. coram me, nam quicquid sit de illa opinione, quæ patitur multam difficultatem, cùm contrariam sententiam teneat Specul. *tit. de instr. edit. §. 8. num. 28.* post Innoc. & Goffred. & eam dicit veriorem, Abb. *in cap. sicut, num. 17.* ne clerici, vel Monachi, vbi reddit rationem, quòd hoc non est iurisdictionis, sed nudum ministerium, quod non est prohibitum laicis in spiritualibus, iuxta not. *in cap. 1. de procur. in 6.*

3 Cessare visa fuit difficultas concurrentibus adminiculis, quibus stantibus scripturæ quæ alias non probarent, probant, *l. instrumenta, C. de probat.* Put. *decis. 151. part. 1.* Crauett. *de antiq. temp. part. 1. §. vidimus, num. 19.* Decian. *cons. 11. num. 121. lib. 1.* Rota in causa Romana extinctionis census relat. int. diuers. impress. *decis. 813. num. 3. cum duob. seqq. part. 1.* & in Romana pecuniaria 4. Februarij 1603. coram me.

4 Quod magis debet habere locum ad effectum manutentionis, quo casu sufficiunt leuiores probationes, Alex. *cons. 103. num. 3. lib. 7.* cum alijs per Menoch. *de retin. remed. vlt. num. 34.* Rota in causa Theatina suffraganeatus 27. Martij 1608. coram R. Attrebaten. & in Pampilonen. pensionis 16. Ianuarij 1613. coram me. Adminicula autem sunt testes de auditu dati pro parte Francisci, Archid. *in c. hoc videtur, num 3. 22. q. 5.* Rom. *singul. 345.* Dec. *cons. 271. n. 3.* Ruin. *cons. 206. n. 17. lib. 5.* Gozad. *cons. 79. num. 11.* Rolan. *cons. 82. n. 56. lib. 2.*

5 Secundò opponebatur non posse procedi in hac causa ex quo acta primæ instantiæ non fuerunt transportata, *l. properandum, §. & siquidem,* vbi Bart. *n. 6. C. de iudic.* cum concordan. verùm ad hoc fuit responsum, conclusionem non habere locum stantibus impedimentis præstitis per partem aduersam, ne transportentur, vt fuit in specie decisum in causa Brianen. præcedentiæ 3. Iulij 1595. coram bon. me. Penia, & in simili de testibus nulliter examinatis propter talia impedimenta tenuit Rota in causa Ianuen. viridarij 6. Nouembris eiusdem anni coram bo. me. Cardinali Seraphino, & in Ciuitaten. Scholastriæ 24. Martij 1597. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.

6 In proposito autem casu certum est fuisse sublata acta à Iudicibus laicis, & licèt non appareat hoc fuisse factum ad instantiam partis aduersæ, attamen præsumitur, iuxta doctr. Bart. *in l. fin. n. 5. ff. de quæst.* sæpissimè in istis terminis approbatam in Rota, vt in causis Carthaginen. portionis 14. Nouembris 1594. coram bon. mem. Card. Seraphino, Leodien. Canonicatus 11. Martij 1595. coram bon. me. Card. Blanchetto Ciuitaten. Scholastriæ 24. Martij 1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio Vicentina Cantoriæ 4. Iulij 1603. coram Litta, & in Corduben. Archidiaconatus 27. Octobris 1666. coram me.

R. P. D. PIROVANO.

Florentina pecuniaria.

Luna 14. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Confiscatis bonis debitoris delinquentis, an creditor debeat satisfieri in bonis vbi confiscatio facta est? An verò in bonis extra territorium confiscatis existentibus? & quando confiscatio trahatur ad bona existentia extra territorium confiscantis? Et an etiam bona possint in contumaciam confiscari.

SVMMARIVM.

Confiscatis bonis delinquentis omnia iura actiuè, & passiuè transeunt in fiscum, delinquensque est deliberatus ab omni debito, & obligatione, etiam quod posteà fuerit in gratiam restitutus, vel ad pinguiorem fortunam deuenerit, non tamen restitutis bonis confiscatis, n. 1.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona sita extra territorium confiscantis, quando bona confiscantur, non de iure communi, sed vigore particularis constitutionis, num. 2. & 3. Vbi videtur tenere, quod quando quis condemnatur in contumaciam, tunc confiscatio non dicatur facta de iure communi.

Confiscatio bonorum hodie non habet locum, quando contumaces condemnantur pro homicidio, n. 3. & 4.

Confiscatio bonorum hodie est sublata, non solum quando venit in consequentiam delicti, sed etiam quando principaliter imponitur, n. 4.

Confiscatis bonis debitoris delinquentis. An creditor debeat satisfieri in bonis, vbi confiscatio facta est? An vero in bonis extra territorium confiscantis existentibus, num. 5.

Creditor potest facere executionem in pluribus pignoribus sibi oblatis in quolibet pignore ad sui electionem, ibid.

DE-

DECISIO DLXV.

1 FVit per Dominos resolutum confiscationem fisci Florentiæ non obstare Michelino, agenti ad consecutionem sui crediti contra D. Antonium Franciscum Soderinũ & eius bona in ditione Eccles. consistentia. Nam etsi vera sit conclusio, quòd sequuta capitali condemnatione contra eundem Soderinum propter delictum Florentiæ patratum, & confiscatis bonis à supremo Domino illius prouinciæ, remaneat liberatus ab omni obligatione, ita vt à creditoribus non possit ampliùs conueniri, nec molestari, sed agendum sit contra fiscum, in quem translata sunt omnia iura actiuè, & passiuè, *l.2.* vbi Bal. & Salyc. *C. ad l. Iul. de vi public. & in l. si marite*, vbi glos. *ff. solut. matrim.* Bart. *in l. creditor, ff. de solut.* Peregr. *de iure fisci, lib.5. tit.1. num.54.* Et prædicta etiam procedant sequuta restitutione, non tamen bonorum, & eo perueniendo ad pinguiorem fortunam, *l.4. C. de sent. poss.* Boss. *in tit. de proclam, quod fit bon. public. n.15.* Odd. *de restit. integr. par.2. q.97. art.2. n.13.*

2 Tamen quia condemnatio, & bonorum confiscatio contra Soderinum facta, non fuit de iure communi, sed vigore particularis constitutionis ciuitatis Florentię, & clarum sit, quòd ista territoria inter se sunt diuersa, ac diuersi domini vniuscuiusque territorij, & bursę fiscales distinctæ & separatæ. Dixerunt Domini huiusmodi confiscationem non trahi ad bona sita extra territorium confiscantis, & sic status Ecclesiasticus ob defectum iurisdictionis, *l.3. ff. de offic. Præsid.* Bart. *in l. cunctos populos, in fin. n.51. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, & eius bona publicamus, nu.5. vers. tertia fuit opinio*, Boss. *de bonorum publicat. n.62.* addens, si etiam similes constitutiones vigerent in alio territorio, Clar. *in prax. §. fin. quæst.78. vers. sed hic quæro*, Bertaz. *cons. crimin.82. num.6. & 7. lib.1.* Surd. *cons.152. num.28. lib.2.* Peregr. *de iure fisci lib.5. tit.1. nu.137.* & D. Prosper Farinac. *in sua praxi quæst.25. num. 99.* affirmans conclusionem hanc non solùm esse communem, prout testantur Cephal. & Clar. ab eo allegati, sed carere etiam omni prorsus difficultate.

3 Quòd autem confiscatio bonorum emanauerit de iure speciali, non autem communi, patet quia propter homicidium sequuta est condemnatio, pro quo quidquid esset olim, hodie tamen bona non applicantur fisco, quando imponitur, vel venit in consequentiam delicti, & hoc ex iure nouissimo, *authen. bona damnator. C. de bonis proscriptor.* quod totus mundus obseruat, exceptis casibus hæresis, & læsæ maiestatis, nisi ea dispositione statuti, vel consuetudinis aliter caueatur, vt testantur Alberic. *in 3. parte statutor. quæstion. 18. circa finem*, Clar. *in praxi dicta quæstion. 78. in princ.* post alios quos allegat Honded. *cons. 110. numer. 1. vol. 1.* & modernis temporibus, idem testatur D. Prosper Farinac. *in alleg. q.25. in 1.*

4 Nec obstat, quòd dicta authent. videatur correcta quando lex adimit bona tacitè, & consequentiam, scilicet dum delinquens condemnatur in pœnam vitæ absque bonorum adeptione, secus quando expressè, vt in præsenti, quando fuit condemnatus in pœnam mortis, cum specifica bonorum confiscatione. Quia fuit responsum hanc fuisse considerationem, Aret. *in l. eius qui, §.1. in vltimo notab. ff. de testam.* sed contra eum tenuerunt Guidopap. *quæst. 437. num. 4.* Nell. de sanct. Gemin. *in tract. bannis. 1. par. 2. temporis quæst. 11. ad finem*, loquens expressè de condemnato in contumaciam, Cephal. *cons. 79. num. 19. vol. 1.* dicit, Aret. loqui, prout verè loquitur, vbi pro contumacia condemnatio fit in bonis solis absque pœna corporalia, tunc enim bonorum condemnatio stat principaliter, & propter se iura antiqua remanent incorrecta: secus autem hic, vbi pro contumacia pœna etiam corporalis fuit imposita, propterea cùm confiscatio, de qua agitur, nullum tribuat ius fisco huius territorij, nullum pariter ius erit translatum ex cessione reportata per Soderinum, ex vulgata regula, *Nemo dat quod non habet*, ac etiam quia omnes exceptiones quæ competunt contra cedentem possunt opponi contra eius cessionarium, Afflict. *decis.163. n.3.* & Thes. *decis.221. n.1.*

5 Postremò non obstat, quòd si bona alterius territorij non etiam venirent in confiscatione, quòd nihilominus Soderinus esset liberatus à creditoribus Florentiæ, vbi bona sunt confiscata, propter naturam obligationis, quæ est intelligenda ordine successiuo, vt prius ad bona Florentiæ sit agendum, pro quibus fiscus successor tenetur soluere, deinde ad alia in ditione Ecclesiastica existentia in subsidium, aliis non sufficientibus, iuxta quæstionem quam ponit Bal. *in l.2. C. ad l. Iul. de vi public.* & Castren. *cons.209. & 390. lib.2.* Quia vltra, quòd contrarium sentit Imol. *cons.35.* cuius rationes circumscripto interesse ex concursu alterius fisci, placuerunt Dominis, quicquid dixerit in facto, scribens pro Soderino, cùm ratio ordinis successiui ponderata per Castr. in contract. videatur repugnare primis regulis, ex quibus creditor in pluribus sibi oblatis habet electionem, *l. creditores, ff. de distract. pignor. l. qui generaliter, ff. qui pot. in pign. habeant*, Surd. post alios *decision.44. n.6.* fuit dictum etiam secundùm opinionem Castren. Michaelinum posse agere ad bona existentia in ditione Ecclesiastica, quia agit in subsidium tanquam impeditus ex statuto Florentiæ disponente, quòd creditores eorum qui passi sunt condemnationes, non possint agere ad bona confiscata ante factam per creditores diligentiam pro consequenda satisfactione in bonis extra ditionem Principis confiscantis existentibus, & ideò cùm Michaelinus repellatur à dicto statuto, vtique poterit agere contra bona sita in vrbe, secundùm eandem Castren. opinionem.

Et ita fuit, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Nonantula iurisdictionis.

Veneris 18. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, & ex summariis sume argumentum.

SVMMARIVM.

Obseruantia subsequuta solet dare robur scripturæ infirmi, num.1.

Expressum dicitur, quod in genere, vel in specie exprimitur, num.2.

Actus præsumuntur semper facti ex præcedente, & apparente titulo, ibid.

DECISIO DLXVI.

CVm ex parte D. Abbatis pro titulo ad impediendum effectum manutentionis per sententiam A.C. adiudicatę D. Episcopo in locis Serrę, & Pergulæ intra fines suæ diœcesis Eugubinæ existentibus adducerentur indulta Cęlestini, & Gregorij XIV. & aduersùs eam fuisset oppositum de forma non probanti, pro qua replicabatur etiamsi in aliquo deficeret, suppleri tamen ex obseruantia subsequuta, quæ solet dare robur scripturæ informi, Bec. post alios *consil.104. numer. 26. lib. 1.* Ideò datum fuit dubium an constet de obseruantia ex deductis, de quo D. Episcopus disputando, conquerebatur asserendo frustrà agi de obseruantia ad effectum vt Abbas posset obtinere iurisdictionem in prædictis locis, cùm non essent comprehensa in priuilegiis Cælestini, & Gregorij, & hinc fuit deuentum ad inspectionem de comprehensione locorum Serræ, & Pergulæ, in qua si fuisset negatiuè resolutum, tota causa decisa ad fauorem D. Episcopi remanebat. Verùm Dominis visum est affirmatiuè respondendum. 1

Nam etsi in dictis priuilegiis non legatur singularis expressio locorum Serræ & Pergulæ, tamen eum expressum etiam id dicatur, quod in genere, vel in specie exprimitur, vt declarat Bart. *in l. si quis in princ. testam. ff. de leg. 3.* Natta *cons.474. num.12.* Menoch. *cons.287. numer. 8. & 28.* Surd. *decis.265. num.42.* Verba priuilegiorum apta videntur comprehendere loca prædicta ad effectum huius disputationis. Si enim firmetur obseruantia quoad Ecclesias, de quibus agitur, erit dicendum, quòd actus facti per Abbatem sint vigore horum titulorum, quia non constito de causa & eorum origine, præsumuntur semper ex titulo apparenti, & de quo constat, *l.2. C. de acquir. possess. gloss. fin. in l. quadam mulier, ff. de rei vendic.* Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers.58.* latè Bec. *cons.6. lib.1.* 2

lib. 1. maximè quia non apparet Abbatiam habere alias Ecclesias huius nominis.

3 Vnde cùm priuilegia nominent Ecclesias sancti Abundij, & sancti Matei, cum suis pertinentiis, innecessarium consequens videtur nominatum ratione adiacentiæ castrum Serræ adiacens Ecclesiæ sancti Abundij, & castrum Pergulæ adiacens Ecclesiæ sancti Matei, & prædicta identitas ratione adiacentiæ visa est etiam satis comprobari ex serie, & vicinitate aliarum Ecclesiarum, quæ exprimuntur in priuilegiis & ex visitatione Abbatis Bonhomi de anno 1568. quæ data fuit. Cætera autem quæ pro Abbate deducebantur, nempe lapidea inscriptio, actus iurisdictionales, visitatio Bonhomi, & testes, visa sunt non pertinere ad disputationem, cùm ex eis prætendatur immediatè probari loca prædicta esse membra Abbatiæ Nonantulanæ, quòd diuersum est à comprehensione locorum in priuilegiis.

4 Non obstat, quòd nedum castra prædicta in priuilegiis non nominentur, sed quòd nec etiam quoad castrum Pergulæ potuerit fieri talis expressio, cùm fuerit ædificatum longè post concessionem indultorum per annos 100. quia ex prædictis satis patet responsio, dum non colligitur expressio singularis, & indiuidua locorum, sed generalis, & ex ea aptitudo ad comprehensionem ratione adiacentiæ, & pertinentiarum, cum quibus concessæ sunt in priuilegiis Ecclesiæ sancti Abundij, & sancti Marci.

Et ita fuit, &c.

R. P. D. BVRATTO,

Signina castrorum.

Vetam hoc non reperio inter eius decisiones.

ARGVMENTVM.

Venditio facta sub conditione, quòd emptor teneatur procurare consensum, & beneplacitum Principis, non habito dicto consensu & beneplacito, eo modo quo promissum fuit, nunquid venditio rescindatur, & ad rescissionem possit venditor agere,

SVMMARIVM.

Conditionalis dicitur promissio, quæ in futurum euentum collata est, n. 1.

Conditio dicitur suspensiua, quando respicit perfectionem contractus, n. 2.

Conditio efficitur suspensiua per clausulam, non aliter, aliàs, nec alio modo, *ibid.*

Principis consensus, & voluntas dicitur conditio casualis, num. 3.

Conditio impedit ortum obligationis donec purificetur, *ibid.*

Conditio, adiecta solutioni pretij, & sic executioni, non impedit ortum obligationis, declaratur n. 4.

Venditionis, & emptionis contractus debet esse vltrò citròque obligatorius, num. 5.

Venditio non potest esse sine pretio, & pretium est de substantia venditionis, ita quod pretio deficiente venditio resoluitur in donationem, n. 6. *& pactum contrarium non valet*, num. 13.

Verba contractus vbi sunt clara qualis sit contractus, non est dubitandum quin contractus talis sit, qualem verba clara significant, n. 6.

Aequalitas vt inter contrahentes seruetur, semper facienda est interpretatio, præsertim in contractibus vltrò citroque obligatoriis, num. 7.

Emptor, & venditor sunt correlatiua, num. 8.

Correlatiuorum natura est vt ad positionem, vel remotionem vnius sequatur positio, vel remotio alterius, ibidem.

Venditionis contractus claudicare non debet, *ibid.*

Conditio apposita in contractu vltro citroque obligatorio vni ex contrahentibus censetur etiam apposita alteri, ibidem in fine.

Conditionis defectus operatur defectum consensus, & obligationis, perinde ac si nunquam fuisset initus contractus, num. 9.

Contractus nullus, & imperfectus ex defectu consensus reconualidari non potest ex superueniente consensu, numero 10.

Pactum contra substantiam contractus non valet, numer. 13.

Possessionis adeptio, seu traditio vigore contractus conditionalis, an & ipsa conditionalis reputetur, num. 14. *Et an propter defectum conditionis dicta possessio restitui debeat*, num. 15.

Iuramentum in obligatione Camerali præstitum non supplet defectum consensus, n. 16.

VOTVM DLXVII.

PRomissio facta per Illustr. Dominum Card. Aldobrandinum de soluendo bon. mem. Domino Martio Columnæ pretium scut. 220000. fuit conditionalis, & ideò reddidit hinc inde totum contractum conditionalem, qui ob conditionis defectum euanuit, ac si initus non fuisset. 1
Quòd autem fuerit conditionis, indubitatum est ex illis verbis immediatè obligationi de soluendo adiectis, videlicet; *Necnon obtentis expeditis, &c. derogationibus, subrogationibus per dictum Dominum Martium, à sanctissimo Domino nostro impetrandis respectu primogenituræ, & fideicommissi facti à Domina Orinthia eius matre, & omnimoda liberatione, & exemptione terrarum, & bonorum venditorum, à dicto fideicommisso, necnon ab omnibus hypothecis montis Passarani cum illarum, & iurium dicti montis translatione super casale Pantani, & Palatio vrbis, & aliis bonis*, & latiùs iuxta formam in instrumento præscriptam, & sic cùm solutio sit collata in futurum euentum, est conditionalis, *l. itaque* 39. *ff. si cert. pet.* Bald. *in l. & si post tres, in prima lectur. num.* 8. *in fine, & in* 2. *lect. n.* 43. *&* 44. *ff. si quis caut.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 41. *num.* 15.

Nec dubitari potest, quin conditio sit suspensiua; tum quia respicit perfectionem contractus, glos. *in l.* 2. *in verbo conditionalis, vers. si autem verba, ff. de in diem addict.* & ibi Alber. *in princ.* Socin. *in l. quibus diebus, §. quidam Titio, post num.* 8. *vers. præterea si esset vera, ff. de condit. & demonstr.* Menoch. *cons.* 388. *numero* 17. 18. *& seqq. lib.* 4. Tum etiam ex illis verbis: *Quod ad dictam solutionem non teneatur ante, aliàs, aliter, nec alio modo*, vt in specie tradunt Curt. sen. *cons.* 8. *col.* 2. *in fin.* Cephal. *cons.* 118. *col.* 2. *num.* 9. *in princ.* Menoch. *cons.* 38. *num.* 21. *& seq. in princ.* & in terminis nostris Cardin. Seraphin. *decis.* 838. *num.* 3. *&* 4. 2

Imò ista conditio assensus Principis est nedum suspensiua, sed casualis, velut illa, si nauis ex Asia venerit, Bald. *cons.* 9. *num.* 1. *vers. item si vasallus vendit. lib.* 1. *& cons.* 188. *sub num.* 1. *vers. si igitur in proposito, vol.* 3. Roland. *cons.* 63. *num.* 25. *vol.* 4. Menoch. *dicto cons.* 38. *nu.* 17. Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. limit.* 36. *num.* 3. Et ideò impediuit ortum obligationis ad pretium ex parte Domini Cardinalis donec purificaretur, *l. cedere diem* 213. *vbi glos. in vers. pendente, ff. de verb. sign. l. non omnis* 19. *ff. si cert. pet.* & not. *in l. item quia* 4. *§. fin. ff. de pact.* glos. magna *in verb. Alij*, Odofr. illam repetens *sub l. Labeo* 2. *in fin. vers. alij distinxerunt*, Bald. *in* 2. *lect. n.* 2. Ang. *num.* 5. *vers. in glos. ibi in ea glos. dicentes nullum esse dubium*, Mantic. *d. tit.* 26. *n.* 1. 3

Nec dicatur conditionem vt adiectam solutioni pretij, & sic executio, non impedire ortum obligationis, quia hoc non procedit, nisi in tacita conditione à lege subintellecta, & in his loquuntur Doctores *in dicta l. item quia, ff. de pactis*, vbi post alios Ias. *num.* 21. *num.* 30. Expressa enim hominis, siue obligationi, siue executioni adiecta semper impedit ortum obligationis, Bald. *in l. ita demum* 36. *num.* 1. *vers. circa hoc distingue, ff. de arbitr. & in cap. fin. num.* 2. *vers. sed tunc quæro, de præsumpt.* Imò etiam tacita respiciens substantiam, (prout ista, quæ respicit pretium) censetur adiecta obligationi, & impedit illius natiuitatem, sicut expressa, Alber. *in dicta l. ita demum, num.* 2. *vers. quandoque conditio*, & ibi Bald. *prope fin. vers. & dicitur respicere obligationem*, idem Bald. *in l. & si post tres, in* 1. *lect. num.* 16. *vers. secundo casu, ff. si quis caut. & in dicto cap. fin. sub dicto vers. sed tunc quæro*, Ias. *in dicta l. item quia, n.* 22. *ff. de pact.* Crot. *in l. nemo potest, n.* 85. *ff. de leg.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 41. *n.* 16. *in fin.* 4

Quam-

Quamuis hæc inspectio in proposito necessaria non sit, cùm verba instrumenti sint nimis clara, & conditio sit immediatè adiecta promissioni, & obligationi Domini Cardinalis, non autem exactioni faciendæ per Dominum Martium, ibi, *soluere promisit, & conuenit, obtentis prius*, &c. & sæpiùs in instrumento, in quo nunquam legitur promissio pretij, nisi repetita huiusmodi conditione.

5 Firmato igitur, quòd contractus sit conditionalis ex parte Domini Cardinalis emptoris, quod ex prædictis videtur indubitabile, sequitur necessariò fuisse etiam conditionalem ex parte Domini Martij venditoris; aliàs enim non fuisset vltrò, citròque obligatorius, vt de illius substantia requiritur, *l. 2. in fin. ff. de act. & oblig. l. ex empto 11. ff. de actio. empt. §. 1. vers. vnde in ijs, Instit. de auth. tutor.* Et iuxta illius definitionem, de qua per Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. in 1. quæst. princ. in princ.* Socin. iun. *in rubric. ff. de verb. oblig. num. 141.* Cardinalis Mantic. *de tacit. lib. 4. titul. 2. num. 1.* & per Azor. *Instit. Moral. part. 2. lib. 8. cap. 1. in princ. vers. primò quæritur*, sed adstrinxisset solum Dominum Martium, & sic nulla fuisset obligatio, ad text. *in l. in vendentis 13. C. de contrahen. empt.* ibi, *Quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est*, & ibi Bald. *n. 1. & 4. versic. alio modo*, & Fulgos. *in princ. vers. vel dic.* Fabian. de Monte *in dicto tract. quæst. 5. nu. 72. & seq.* Card. Mantic. *lib. 1. tit. 12. num. 25. & lib. 4. tit. 2. nu. 6.*

6 Et deficiente conditione venditio remaneret sine pretio, quod est substantiale, vt ex dicta definitione, & ex *l. 2. & l. pacta conuenta 72. vers. an idem*, vbi Doctores, *ff. de contr. empt.* Et ideo ab ea nullo modo remoueri potest, iuxta *l. empti 9. C. eodem, §. pretium, Institut. eodem*, Mantic. *dicto titul. 12. numero 16. & 23.* Et resolueretur in donationem, & sic non valeret in vim venditionis, *l. cum in venditione 36. & l. si quis donationis 38. ff. de contrahen. empt. l. sicut emptio 23. & ibi gloss. ff. locat.* Et tamen nihil minus Dominus Martius facere voluit, quàm donare, præsertim cùm vendiderit maxima æris alieni necessitate obstrictus, & totum pretium destinauerit in illius dissolutionem. Cùmque verba contractus repugnent, ex quo espressè sonant in venditionem, non potuit transire in alium contractum, vt communiter sentiunt *in l. vbi ita donatur, 27. ff. de donat. caus. mort.* Bart. *in summario, & ante numerum 1.* Castren. *num. 2.* Angel. *in fin.* Signorol. *in repet. num. 4. vers. solue*, ibi Dec. *consil. 293. numero 6. vers. præterea text.* Natta *consil. 123. numer. 8. & 9. tom. 1.* Mantic. *dicto titul. 12. numero 22. vers. tunc autem, & lib. 11. tit. 10. num. 16.* Rota *decis. 366. numero 32. & seqq. part. prima diuers.* Et contractus iste bonæ fidei, si conditio esset apposita emptori, & non venditori, ad iniquum reduceretur, & venditor careret pretio, nec de re propria disponere posset, contra *l. bona fides 52. ff. de act. empt.* vbi quòd si venditor non potest consequi pretium, rem ipsam venditam, & traditam repetere potest, quod etiam communiter tradunt ibi Doctores.

7 Ad supradicta autem absurda vitanda, capienda est potiùs interpretatio æqualitatis conditionis, & sic validitatis contractus, *l. si id, quod 7. §. fin. ff. de rescind. vend.* Aym. *consil. 70. numer. 2. & consil. 245. num. 7. vers. ob id habenda est*, quæ interpretatio cæteris præferenda est, *l. quoties in actionibus 13. ff. de reb. dub. l. quoties in stipulationibus 80. ff. de verb. oblig. & cap. Abbate*, ibi, *profectò sunt intelligenda, de verb. sign.* Dec. *consil. 11. numero 14. vers. Nam semper in dubio*, Cardin. Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 4. numero 18.* præsertim in contractibus, qui mutuam pariunt obligationem, Iason. *inter consilia feud.* Alber. Brun. *consil. 8. numero 41. & cons. 9. num. 12.* Et optimè in casu nostro coadiuuatur ex verisimili vtriusque partis intentione, quia nec Dominus Martius poterat vendere castra, & bona sine dictis derogationibus, tanquam dictis fideicommisso, & primogenituræ subiecta, & ab eius patrimonio separata, & præuia liberatione ab hypothecis anteriorum creditorum per Sanctissimum facta, assignata in fundum, & dotem Monti Passarano, cum expressis, & specialibus hypothecis: & consequenter nec Dominus Cardinalis tutè, & irreuocabiliter emere potuisset, & tamen partes inire voluerunt contractum irreuocabilem, & perpetuum.

8 Quæ omnia suadentur etiam ex pluribus conclusionibus iuris, & præsertim, quòd emptor, & venditor sunt correlatiua, Bart. *in l. 3. numero 1. vers. vnde in simili, C. de ind. vid. toll.* Quorum natura est, vt ad positionem, vel remotionem vnius sequuntur positio, vel remotio alterius, *l. 1. C. de capress.* vbi Bart. *lib. 11.* idem Bald. *in l. fin.* & ibi cæteri, *C. de ind. vid. toll.* Bald. *in l. 1. numero 5. ff. de contrahen. empt.* Fabian. de Monte *dicto tract. quæst. 2. num. 32. & seq.* & resolutio contractu ex parte emptoris, resoluitur etiam ex parte venditoris, & è contra, *l. fin.* & ibi Bald. *ff. de acceptil. l. cum emptor, ff. de rescind. vend.* Bart. *in l. vlt. num. 1. vers. vnde in simili, C. de ind. vid. tollen.* Et contractus venditionis, præsertim ab initio, claudicare non debet, *dicta l. si id, quod 7. §. fin. ff. de rescind. vend.* Adeò, vt non valeat venditio, in qua ab initio sit actum, quòd vnus teneatur, alter non, Castr. *in l. si conuenerit 57. num. 2. ff. de pact.* Alex. *cons. 40. num. 3. & 2. vers. non obstat, vol. 5.* Vbi etiam firmat in contractu vltrò citròque obligatorio conditionem vni ex contrahentibus appositam, intelligi etiam respectu alterius; & absurdum esse, quòd vnus, & idem actus pro parte sit purus, & pro parte conditionalis, Aym. *cons. 273. num. 12. vers. & absurdum.*

Cùm itaque ex prædictis contractus fuerit hinc inde sub eodem assensu Principis, & sic sub eadem conditione casuali celebratus, istius conditionis defectus operatur defectum consensus, & obligationis contrahentium, perinde, ac si contractus nunquam fuisset initus, *l. necessario, §. quod si pendente, ff. de peric. & commod. rei vend. l. si quis fundum, ff. de contrah. empt.* Cephal. *cons. 118. num. 1. & seqq. vol. 1.* Roland. *cons. 7. num. 7. vol. 3. & cons. 63. num. 16. 24. & 28. vol. 4.* Cardin. Seraphin. *dicta decis. 838. num. 6.* & consensus datus, ad beneplacitum Papæ eo cessante denegatus videtur, Put. *decis. 271. n. 1. lib. 3. in nouissim.*

9 Dictæ autem conditionis defectus patet, quia beneplacitum Sanctissimi fuit satis diuersum à conuentionibus, ideo perinde est, ac si non fuisset obtentum, vt in terminis Lanae. ex mente Isern. *cons. 96. num. 7. & 8.* Diuersitates verò, & alterationes in vtroque beneplacito contentæ sunt multæ, & quidem considerabiles in facto relatæ; præcipuæ verò, ac magis substantiales respectu D. Cardinalis videntur, quòd bona vendita non fuerunt ante solutiones faciendas liberata ab hypothecis Montis Passarani, nec facta illarum translatio super altis bonis, nisi completis solutionibus, iuxta formam secundi Breuis. Nec etiam fuit reseruatum ius retinendi penes se scuta 3000. pro multiplico scutorum 22000. Respectu autem Domini Martij præcipua videtur, quòd scuta 70000. destinata ad solutionem æris alieni societatum officiorum, cambiorum, & pignorum apud Hebræos, reducta fuerunt in vltimo Breui ad scuta 24000. & exclusa fuerunt cambia, & pignora Hebræorum, pro quibus maiore interusuria in dies excrescentia sustinebat.

10 Quibus stantibus alterationibus contractus ex defectu consensus imperfectus reconciliari non potuit ex superuenienti voluntate Domini Cardinalis de se obligando, cùm priùs obligatus non esset, nec in eius potestate obligatio resideret, contra text. glos. & Doctores, & in specie Bald. *num. 20. vers. octauò quæritur, in l. in vendentis, C. de contr. empt.* & in terminis reconciliationis contractus Surd. *decis. 114. nu. 2. vers. & id locum habet.* Sed benè ad formam beneplaciti redactus incepisset à die approbationis partium valere vti nouus contractus, iuxt. doctr. Bart. *in l. ab emptione 59. num. 14. vers. sed si pars consensit, ff. de pact.* quem sequitur Aret. *cons. 128. vers. quid plura, post num. 2.* Ad quod tamen necessarius erat nouus, & simultaneus vtriusque partis consensus, *l. 1. ff. de pact.* Surd. *cons. 157. num. 12. in 2. & dicta decis. 114. nu. 2. sub dicto vers. & id locum habet.*

11 Imò nec etiam simultaneus fuisset in isto casu sufficiens, nisi Dominus Cardinalis iuxta terminos in instrumento conuentos, & in Breuibus non immutatos, pretium soluisset, cùm dicta Breuia habeant clausulam annullatiuam, & decretum irritans, in illis verbis; *Aliàs præsens gratia nulla sit, & venditori, emptori, & alijs minimè suffragetur.* Nullibi autem constat de aliquo nouo consensu præstito per D. Cardinalem contractui per dicta Breuia sic reformato, sed potiùs de dissensu, dum pro illius parte coram A. C. fuit semper oppositum de inobseruantia

Domi-

Domini Martij, & perseueratum in petitione adimplementi contractus.

12 Ex præmissis igitur clarè resultat, quòd beneplacito, & sic conditione deficiente, defecerint etiam omnia substantialia emptionis, & venditionis, videlicet non solùm consensus, & pretium, (vt dictum est,) sed etiam bona ipsa vendita, quia sine dicto beneplacito tanquam dicto Monti Passarano hypothecata non erant ampliùs in patrimonio Domini Martij, sed prorsus inalienabilia, & extra commercium, vti auctoritate Apostolica effecta fundus dotalis prædicti Montis. Nec obstat, quòd conditionis defectus processisse videatur culpa Domini Martij, qui promiserat dictum beneplacitum à Sanctissimo obtinere; ad hoc enim satis fuit responsum in decisione.

13 Secundò non obstat pactum, quòd Dominus Martius in casu contrauentionis, aut inobseruantiæ conuentorum teneretur vltra damna, & interesse ad præcisam obseruantiam contractus; quia non valet, cùm sit contra illius substantiam, *l. cùm precario 11. ff. de precar.* Bart. *in l. vbi ita donatur 27. ante num. 1. vers. oppono, quòd quando apponitur, ff. de donat. cauf. mort.* Salic. *in l. 2. nu. 13. vers. non obbat, C. de iur. emphyt.* de communi Curt. iun. *cons. 56. nu. 2.* & in specie pactum, quòd venditio sit sine pretio, reddere contractum ipso iure nullum, tradunt Bart. *in dict. l. 2. num. 7. C. de iur. emphyt.* & ibi Ias. *num. 120. vers. ad quem respondet*, Parpal. *in repet. l. 2. sub num. 5. vers. solet concludi, ff. si cert. pet.* Alciat. *paradox. lib. 5. cap. 16. num. 4. vers. substantialia*, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. sub rubr. 33. cas. 30. quæst. 24. §. si verò infeudatus, num. 6.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 1. tit. 12. n. 7.* Azor. *Instit. moral. lib. 6. cap. 13. sub vers. differt autem substantia*, & in indiuiduo tradunt Castr. *in l. si convenerit, ff. de pact.* & Alex. *cons. 40. vol. 5.* superiùs allegati. Et nihil refert in proposito, siue istud pactum vitiet contractum, vel vitietur, cùm sine illo contractus ex defectus conditionis initus dici non possit.

14 Tertiò non obstat possessio habita per Dominum Cardinalem; tum, quia non fuit sibi tradita per Dominum Martium, sed capta per ipsum Dominum Cardinalem vigore licentiæ sibi in instrumento concessæ; ideo ipsa quoque censetur conditionalis, prout ipse contractus, vt fuit dictum in una Romana deuolutionis domus 20. Aprilis 1598. coram bon. mem. Penia; adeò vt cessante actuali traditione simus extra difficultatem, an illa præsumatur sub eadem conditione, sub qua erat contractus; quamuis etiam actualem traditionem in dubio censeri eodem modo conditionalem ex pluribus firment Tiraq. *de constit. par. 2. ampliat. 15. num. 3. vers. imò, & quæuis, & de retract. lign. §. 1. glos. 2. nu. 34.* Surd. *cons. 372. nu. 6.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 28. nu. 37.* referens ita fuisse dictum coram se in Romana deuolutionis situum 28. Nouemb. 1588. & quòd licentia prædicta non posset operari translationem dominij, magis clarè patet ex apocha eodem contextu celebrati instrumenti per Dominum Cardinalem subscripta, in qua promittit in euentum beneplaciti infra bimenstre non expediti restituere possessionem bonorum venditorum à se capiendam, & constituit se cum clausula, *Ex nunc*, illa nomine Domini Martij possidere.

15 Tum etiam quia actualis traditio, vbi etiam subsequuta fuisset, & dominium transtulisset; non tamen impediret, quin Dominus Martius defecta conditione recuperare posset bona vendita conditione sine causa, vel causa non sequuta, *l. si ego 10. in princip. ff. de iur. dot. l. si fullo, ff. de condict. sine caus.* Castr. *cons. 267. ante nu. 1. l. 1.* Corn. *cons. 214. n. 12. in fin. vol. 1. & cons. 74. n. 5. vol. 4.* Ruin. *in l. 1. §. si vir vxori, n. 9. ff. de acquir.* vbi allegat Arct. *ibid.* & Bart. *in l. 1. ff. de offic. proconsul.* Cæsar. Cagnol. *in l. 2. nu. 172. in fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* Surd. *cons. 157. nu. 6. & dicto cons. 372. num. 6.*

16 Quartò denique non obstat iuramentum cum obligatione Camerali; quia nec supplet defectum consensus, *l. fin. C. de non num. pecun.* Bart. *in l. si quis pro eo, numer. 15. vers. prædicta, quæ dixi, ff. de fideiuss.* Dec. *cons. 374. num. 7. vers. vltimo non obstat, & cons. 600. nu. 11. in fin.* Aym. *cons. 127. num. 16.* in puncto Cephal. *cons. 118. num. 29. & 30. vol. 1.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 61. numer. 6.* Gabr. *cons. 62. num. 10. in 2.* Rota *decis. 366. num. 36. part. 1.* & de communi *decis. 3. num. 6. part. 2. diuers.* Nec potest facere contractum valere aliquo alio meliori modo, cùm partes noluerint facere alium contractum, quàm emptionis, & venditionis, ex supradictis, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Baten. seu nullius Archipresbyteratus, seu Prioratus,

Veneris 18. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

De priuilegijs Hierosolymitanæ Religionis circa collationem bonorum plura notanda, de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

Collationis beneficij effectuatio censetur probata per impetrationem vltimi morientis, nu. 1.

Beneficiorum vltimus status attendendus est ad effectum sustinendi prouisionem illi conformem, ibid.

Beneficia Religionis Hierosolymitanæ de sui natura sunt manualia, num. 2.

Religiosi non prohibentur non habere beneficia, quæ sæcularibus conferantur in titulum perpetuum, ibid.

Religio Hierosolymitana habet priuilegia conferendi, vel sua beneficia in titulum, & ad nutum amouibilia, declarat vt num. 3. & 4.

Singula singulis referenda sunt, num. 3. in fine.

Priuilegium vbi est qualificatum fundans se in eo, debet probare omnes priuilegij qualitates, n. 4.

Regula Cancellariæ octaua derogat priuilegijs Hierosolymitanæ Religionis conferendi beneficia reseruata, num. 5.

DECISIO DLXVIII.

Dubitaui, an beneficium esset collatiuum ad effectum, de quo agitur. Effectus est; quia si esset manuale, non posset dici vacasse in mense reseruato, vt prætendit Stephanus, & proinde nec comprehendi sub regula octaua, quæ requirit vacationem in mense. Domini resolverunt beneficium esse collatiuum, quia adsunt duæ vltimæ prouisiones in titulum perpetuum effectum sortitæ, cùm per mortem vnius impetrauerit alter, ad vulg. cons. Oldrad. 229. sæpissimè canonizatum in Rota, & per mortem istius, qui vltimò impetrauit, modò prætendat vtraque pars vacare beneficium, & iste vltimus status est attendendus ad effectum sustinendi prouisionem illi conformem, *cap. consultationibus, de iurepatron.* Rota *decis. 14. eodem tit. in antiq. & decis. 2. de prabend. in nou.* Than. *decis. 3.* Rota in causa Maioricen. Sacristiæ 10. Decembris 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio Ægitanien. Canonicatus 1. Martij 1608. coram bon. mem. Penia, & alibi sæpè. 1

Non obstat, quòd prouisio spectet ad religionem Hierosolymitanam, & beneficia dictæ religionis de sui natura sint manualia, Mohed. *decis. 10. de caus. poss. & propriet.* Nam esto, quòd hoc sit regulariter, prohibentur religiosi habere beneficia, quæ sæcularibus conferantur in titulum perpetuum, Abb. *in cap. de Monach. num. 9. in fine, de prabend.* Rota *decis. 54. num. 1. vers. nec obstat dictum, de rescript. in antiq.* Felin. *in cap. in nostra, numer. 44. vers. 7. nota, eodem tit.* & proinde cùm istud fuerit repertum in hoc statu; donec discutitur de natura istius beneficij, debet sustineri prouisio facta secundùm vltimum statum, & natura beneficij attendetur in futura vacatione, per suprà allegata. 2

Non etiam facit, quòd Religio habeat priuilegia conferendi sua beneficia in titulum, & ad nutum amouibilia, prout in priuilegijs Clementis PP. VII. & Pauli Papæ III. vnde infertur, quòd per collationem factam in titulum, non fuit immutata natura manualitatis propria beneficiorum huius religionis, iuxta decisionem Mohed. suprà allegatam, quia fuit responsum, priuilegium Clementis non dicere, quòd religio possit beneficia consueta conferre clericis sæcularibus in titulum, prout est istud, de quo agitur, conferre ad nutum amouibilia, & sic facere de collatiuo manuale, & de sæculari regulare, sed solùm quòd beneficia possint per Procuratorem in Romana Curia conferri in titulum, vel ad nutum, quod potest, & debet intelligi singula singulis congruè conferendo, iuxta notat. 3

in l.

in l. si negotium, & ibi glos. in verb. gestorum, C. de negot. gest. cum concord. & sic quòd manualia ad nutum, collatiua verò in titulum conferri possint.

4 Quo verò ad priuilegium Pauli III. fuit dictum non habeti in priuilegio, quòd religio possit mutare statum beneficiorum, sed quòd beneficia religionis, quæ priùs fratribus consueuerant, & à longo tempore citrà per abusum, vel propter defectum fratrum idoneorum Clericis secularibus conferri cœperunt, possint per eandem religionem denuò conferri fratribus, ipsique fratres, quibus beneficia huiusmodi conferri contingeret in titulum, etiam quoad vixerint retinere valeant, &c. Propterea, vt sit locus prædicto priuilegio, esset pro parte Religionis probandum, quòd beneficium, de quo agitur, esset priùs regularibus per tempus legitimum conferri consuetum, quia non est bona consequentia: Collatio beneficij spectat ad Religionem; ergo est consuetum conferri Regularibus, cùm & Religio possit habere beneficia secularia, & non nisi secularibus conferri consueta, vt suprà probatum est. Notum est autem quòd qui se fundat in priuilegio qualificato, debet probare, quòd in proposito casu concurrant qualitates, alias priuilegium non suffragatur, *l. prætor, la 2. §. hac autem actio, vers. dicere*, cum ibi notat. *ff. de vi bon. rapt.* Socin. *cons.* 27. *num.* 14. *lib.* 4. Natt. *cons.* 254. *n.* 2. Cephal. *cons.* 256. *in fine*, Bec. *cons.* 53. *num.* 9. Surd. *decis.* 305. *n.* 41. cum alijs per Tiraq. *de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 7. *n.* 1. *& seqq.*

5 Circa illud, quòd beneficia Religionis etiam collatiua non cadant sub reseruationibus Apostolicis; Domini non dubitarunt regulam octauam propter amplissimas clausulas derogatorias, quas continet, derogare priuilegijs conferendi, quæ habet dicta Religio, per ea quæ fuerunt aliàs dicta in causis Meliten beneficij 5. Martij, & 14. Nouem. 1605. coram bon. mem. Pena, Casalen. Canonicatus 19. Ianuarij 1604. coram Litta; Compsana iurispatronatus 23. Ianuarij 1603. & 3. Decembris 1604. coram eodem. Aquilana beneficij 6. Februarij 1604. coram Reuerendiss. Bononien. Eugubina præpositurę 3. Martij 1606. coram eodem, & in Assisien. beneficij 7. Maij 1607. coram me: sed difficultas erat in confirmationibus priuilegiorum dictæ religionis factis per S.D.N. post conditam regulam; sed super istis Domini non insisterunt, cùm videretur extra dubium, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Baren. seu nullius Prioratus.

Veneris 18. *Aprilis* 1614.

DECISIO DLXIX.

Est eadem cum superiore.

R. P. D. CAVALERIO.

Bergomen. iurispatronatus.

Lunæ 21. *Aprilis* 1614.

ARGVMENTVM.

Electiones, seu prætensiones plures habens, an & quando teneatur declarare quam electionem, seu præsentationem prosequi velit.

SVMMARIVM.

Electiones, seu præsentationes duas habens, tenetur declarare quam prosequi velit, num. 2. declara vt numer. 3. & seqq.

DECISIO DLXX.

1 VAcante Capellania sub inuocatione sanctæ Mariæ in Ecclesia parochiali sancti Petri in loco Rirenanti, fuit ad eam præsentatus Io. Antonius Marinonus a pluribus de familia de Marinonibus, asserentibus ius præsentandi spectare ad dictam familiam. Idem Ioan. Antonius fuit præsentatus ad eandem Capellam a Donato Marinono, vti seniore de familia, ad quem seniorem asseruit spectare ius præsentandi, non recedendo tamen à præsentatione alias per ipsum facta de persona eiusdem Io. Antonij cum alijs de familia. Verùm, quia à nonnullis eiusdem familiæ prætendentibus esse in quasi possessione præsentandi, fuerat præsentatus Matthæus etiam de Marinonibus, qui sub prætextu, quòd esset præsentatus a maiori parte, obtinuit a Sanctissimo D.N. mandatum de prouidendo, non obstante dissensu minoris partis Ordinarius Bergomen. cui mandatum erat directum, Matthæum in possessionem immisit. Causa commissa in Rota, fuit de eius ordine appositum sequestrum, & deinde disputatum dubium, an Io. Antonius teneatur declarare, qua præsentatione vti velit, vel ea quæ facta fuit à seniore, vel ea quæ facta fuit à familia.

Et Domini responderunt Io. Antonium teneri declarare, quia contra ipsum faciebat dispositio text. in terminis *in cap. vt quis duas, de elect. in 6.* vbi quis non potest insimul prosequi duas electiones de se factas, sed tenetur declarare quam prosequi velit ex illis, & subditur ibi ratio, quia non nisi ex vna ipsarum potest ius habere. Hic autem text. licèt loquatur in electione, tamen habet etiam locum in præsentatione, Lap. *alleg.* 8. *num.* 4. vbi subdit rationem, quia scilicet præsentatio est electio, *cap. querelam, de elect. c.* 2. *& 3. cap. nobis, & cap. pen. de iure patronatus*, facit *glos.* 2. *in cap. vlt. de elect. in* 6. Lambert. *de iure patr. art.* 28. *q.* 1. *par.* 2. *lib.* 2. *col.* 3. *vers. successiue dico*, Sarnen. *in reg. de infirm. quæst* 17. *num.* 5. fuit dictum in Ceneten. iuris patronatus 1. Decembris 1608. coram Reuerendiss. Lugdunen. 2

Difficultas oriebatur ex distinctione eiusdem Lambertini *in 3. art. 5. q. princip. par 2. lib. 2. num. 4. vers. & ideò*, vbi distinguit, quòd si ius patronatus spectet ad Collegium aliquod, vel Vniuersitatem, & sic ad aliquos vti vniuersos; tunc habet locum dispositio d. text. *in cap. vt quis duas*, quia debent patroni inter se conuenire, & possunt discordare, & facere contrarias præsentationes; si verò sumus in patronis præsentantibus iure particulari, quia possunt esse tot præsentationes, quot patroni; tunc præsentatus non tenetur declarare, sed potest vti omnibus, quia non sunt contrariæ: vnde tota vis distinctionis est in contrarietate, quæ si adsit, tunc præsentatus non potest vti nisi vna; si verò non adsit, potest vti omnibus. 3

Verùm in præsenti casu Domini dicebant adesse contrarietatem, quia licèt hæ præsentationes non fuerint factæ vti ab vniuersis; tamen Donatus, qui prima vice præsentauerat vti vnus de familia, secunda vice præsentauerat vti senior de familia, ad quem asseruit spectare ex consuetudine, alias seruata vis præsentandi, & Ioan. Antonius præsentatus prosequutus fuit in partibus iudicium, & medio iuramento produxit positiones ad probandum, hoc ius patronatus spectare ad seniorem, & quòd dictus Donatus est senior, & examinauit plures testes, & produxit plura instrumenta, & idem dixit in commissione porrecta in Signatura Sanctissimi. 4

Nec visum fuit obstare, quòd Donatus in secunda præsentatione apposuerit clausulam, *inhærendo primæ præsentationi, & ab ea non recedendo*, quia per dictam protestationem non tollitur contrarietas, cùm incompatibile sit iuspatronatus spectare ad seniorem de familia, & sic ad vnum solum, & spectare ad omnes, vel ad maiorem partem, & sic ad plures, Lap. *alleg.* 22. *n.* 5. vbi addent. in verbo singulari. Et ita decisum, &c. 5

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. de Pannolinis.

Lunæ 28. *Aprilis* 1614.

ARGVMENTVM.

Ex possessione quando præsumatur perceptio fructuum, & fructuum liquidatio, an plenè, & concludenter sit probanda, an verò præsumptionibus & coniecturis, & quibus? magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Possidens præsumitur percepisse fructus possessionis, n. 1.

Fructuum perceptio probata in parte facit præsumere perceptionem aliorum fructuum, n. 2.

Fructuum perceptorum quantitas eorum perceptione, probatur leuioribus, & non plenis, aut concludentibus probationibus, sed sufficit probatio a consueto, & verisimili, n. 3.

Præsumptiones, & coniecturæ sufficiunt in his, quæ sunt difficilis probationis, ibid.
Fructuum liquidatio iudicis arbitrio remissa, n.4. & 5.
Fructus bonorum stabilium verisimiliter reddunt ad minus quinque pro centenario, n.6. & 10.
Fructuum perceptio non probatur sola possessione, quando non sumus in iudicio spolij, nisi fuerit coadiuuata alijs adminiculis, num.8.
Fructuum perceptorum probatio an debeat esse concludens, & plena; an verò sufficiat coniecturalis, n.9.
Fructus percepti per hæredem grauatum computantur in Trebellianicam, & in dubio ex possessione præsumitur talis perceptio fructuum, num.10. & 11.

DECISIO DLXXI.

1 FVit resolutum in ista causa 19. Aprilis 1613. non probari quantitatem fructuum ab anno 1552. vsque ad annum 1559. cùm tunc non ageretur de sola perceptione fructuum, sed etiam de eorum quantitate probanda, & causa hodie repropofita super eisdem, fuit ex nouiter deductis recessum à dicta decisione, & resolutum probari quantitatem fructuum à dicto anno 1552. vsque ad dictum annum 1559. cùm de illorum perceptione hodie doceatur ex propria confessione Virginij, qui in responsione ad duodecimam, & decimam tertiam positiones fatetur se possedisse pro sua rata hæreditatem Barth. ex qua possessione præsumitur etiam fructus percepisse, ne alias illa redderetur vana, & inutilis, Rota *decis. 25. de preben. in nou.* Bellam. *decis. 703. num. 1. vers. quia si habuit*, & fuit dictum in vna Panormitana Archidiaconatus 12. Maij 1592. coram bon. mem. Penia, & in Pampilonen. Prioratus 26. Aprilis 1605. coram Reu. Bononien. & in alia Romana vineæ de Fabris 14. Nouembris 1603. coram bon. mem. Litta.

2 Maximè, quia ex testibus deponentibus partim de visu, & partim de auditu, etiam constat illum percepisse partem dictorum fructuum, ex cuius perceptione infertur ad perceptionem omnium aliorum, ad text. *in l. vulgaris est quæstio, in princ. ff. de furt. & in l. possideri, ff. de acquiren. possess.* Castren. *cons. 4. prope fin. vers. & ex hoc sequitur, & cons. 110 n. 2. lib. 2.* & ita fuit resolutum in allegata Romana vineæ de Fabris. Et prædicta roborantur ex retentione factoris, qui ad alium effectum non solet retineri, nisi, vt incumbat perceptioni fructuum.

3 Qua perceptione stante ad probandum fructuum quantitatem non requiruntur plenæ, & concludentes probationes, sed sufficiunt leuiores a consueto, & verisimili, iuxta decis. Achill. 25. *de restit. spoliat.* & fuit resolutum in vna Maceraten. fructuum 30. Octobris anni præteriti coram me. Cùm enim simus in materia difficilis probationis, sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, Barb. *cons. 81. num. 14. vers. item probantur, vol. 3.* Corn. *cons. 301. prope fin. vers. item poterunt, lib. 3.* Sur. *consil. 293. n. 31.* Menoch. *præsumpt. 9 num. 56. lib. 3.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 87. per totam*, & fuit in Rota sæpe decisum, & signanter in vna Carpen. fructuum 1. Iunij 1602. coram Illust. Millino, & in alia Romana liquidationis 26. Octobris 1595. coram Orano.

4 Et ideò in liquidatione fructuum plurimum tribuitur iudicis arbitrio, etiam quòd non probetur certa illorum quantitas, iuxta doctrin. Bart. *in l. quod ex Pamphila, in fin. ff. de legat. 2.* vbi Alexan. *in addition. in vers. officio suo, in fin.* notat idem Bart. *in l. vnic. in fin. vers. vltimo debes scire, Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest*, & fuit dictum in prædicta Romana liquidationis coram Orano, & Ceruien. decimarum 24. Ianuarij 1605. coram bon. mem. Penia.

5 Vnde cùm in casu nostro testes partim de visu, & partim de auditu, & eorum iudicio deponunt de singulis petijs terrarum per Virginium possessis, & illarum capacitate de semine, quod singulis annis in eis seminatur, frumenti, fabarum, & canabis, & aliarum specierum, necnon de fructibus, qui recolliguntur, & obueniunt domino pro portione dominicali, & illorum valorem. Item de solito cæterorum locorum vicinorum illi probare videntur tam dictorum fructuum liquidationem ad quantitatem per eos expressam, de qua in summario Curtij, quàm illorum valorem, prout in eodem summario, circa quem prædicti testes etiam concordant cum fide officialium domus Blodorum ciuitatis Bononiæ.

Et prædictorum testium depositiones redduntur satis verisimiles, cùm agatur de fructibus bonorum stabilium, quæ sunt de sui natura fructifera, & reddunt ad minus quinque pro centenario, & interpretatione iuris, gloss. *in auth. perpetua, in verbo iusta, C. de sacrosanct. Eccles.* Corn. *cons. 265. num. 5. lib. 1.* Crauett. *cons. 145. num. 8.* Rota *decis. 116. num. 1. part. 2. diuers.* Menoch. *præsumpt. 122. n. 50. & 51. lib. 3.* & ea consuetudine illarum partium, vt fuit dictum in vna Bononien. pecuniaria 2. Iunij 1606. coram Domino meo Pamphilio. 6

Quo verò ad tempus Dominis fuit visum, quòd quamuis non ita specificè, & clarè testes de illo deponant; tamen satis ex illorum depositionibus elicitur, cùm testentur aliqui de possessione, & perceptione de toto tempore, quo Virgilius possedit, & alij per plus quàm 12. annos, & sic comprehendant tempus ab anno 1552. quo ille cœpit possidere per mortem Bartholomæi vsque ad annum 1559. quo idem Virgilius obijt, maximè cùm dicti testes fuerint examinati de anno 1561. 7

Quibus non obstat, quòd fructuum perceptio non probetur ex sola possessione, cùm non simus in iudicio spolij, in quibus terminis loquitur allegata decisio Romana vineæ de Fabris; quia aliæ decisiones suprà allegatæ loquuntur extra casum spolij, & tamen ad probandam perceptionem admittunt solam possessionem, maximè coadiuuatam alijs adminiculis supra ponderatis. 8

Minus obstat, quòd quando agitur de probatione fructuum perceptorum, vt hic, illi sint plenè, & concludenter liquidandi, iuxta decis. Verall. 30. *part. 2.* quia in contrarium adest decisio Achill. 22. *de rest. spol.* quam passim sequitur Rota, reprobata illa Veralli, vt patet ex dicta Romana vineæ coram Litta, & Ceruien. decimarum coram Penia supra citatis, & ea decis. Seraphin. 1462. 9

Nec facit, quòd stante iuris assistentia, quam habet 10 hæres grauatus pro detractione Trebellianicæ, fideicommissarius, asserens ex fructibus illam fuisse consumptam, debeat hoc concludenter probare; quia etiam hoc casu admittuntur præsumptiones, & coniecturæ, & illæ quidem leuiores istis, quæ concurrunt in casu nostro; nam ad probandam consumptionem Trebellianicæ ex perceptione fructuum, sufficeret sola possessio hæredis tanti temporis, quo potuerit satisfieri ex dictis fructibus ad supradictam rationem quinque pro centenario, ad quam præsumitur redditus bonorum stabilium, vt in puncto voluerunt Riminald. *cons. 156. num. 60. & seq. & cons. 590. num. 33.* Pancirol. *cons. 89. num. 6.* Peregr. *de fideicomm. art. 49. num. 54.* & fuit dictum in vna Foroliuien. de Monsignanis 19. Nouembris 1603. coram bon. mem. Penia.

Vltra quòd prædicta assistentia non videtur ad hunc 11 effectum attendenda, cùm etiam concurrat ad fauorem fideicommissarij, cui ius assistit in hoc, quod agere, vt fructus percepti per hæredem grauatum computentur in Trebellianicam, iuxt. text. *in l. in fideicommissaria, §. plane, cum ibi notatis, l. deducta, §. ante diem, ff. ad Trebell.* Cephal. *cons. 153. num. 68.* Peregr. *vbi supra, num. 52.* & cùm assistentia adsit, hinc inde in concursu videtur potiùs attendenda illi, quam habet fideicommissarius, cùm pro eo etiam concurrat testatoris voluntas, quam non habet grauatus, qui potius contra ipsius voluntatem Trebellianicam detrahit, Cephal. *dicto cons. 153. num. 74.* vbi de magis communi, per text. *in cap. Raynaldus, de testam.*

Prout nec facere videbatur, quòd sententia condemnet 12 in fructibus perceptis, & ideò illi sint præcisè probandi; quia cùm sententia recipiat interpretationem à iure, intelligi debet de perceptis, & probatis, iuxta eiusdem iuris regulas, secundùm quas, vt suprà probatum est, sufficiunt leuiores probationes.

Tandem non obstat, quòd prædicti testes non dedu- 13 cant expensas in recollectione factas; quia non erat necessarium illas deducere, cùm terræ de quibus agitur fuerint cultæ à colonis partiarijs, qui dictas expensas faciunt, & reddunt domino pro portione dominicali certam quotam, nulla habita ratione ipsarum expensarum.

Et ita resolutum, &c.

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO,

Romana vineæ da Sanchez.

Luna 28. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Locatio non censetur vsuraria ex eo, quòd conductor locatori mutuet pecuniam cum pacto, quòd duret locatio, donec pecunia restituatur, quando pensio est iusta.

SVMMARIVM.

Locatio non dicitur vsuraria, si pensio est iusta, etiam quòd mutuum pecuniarum interueniat, n. 1. & per tot.

Vsura dicitur, quæ ex mutuo prouenit, & non quæ ex alio contractu, n. 1. & 2.

Vsura sine lucro non est, num. 2.

Vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum, ibid.

Vsura est, quando quis promisit aliquid, quod facere non tenetur vltra sortis restitutionem, num. 3.

Vsuraria non dicitur locatio, in qua interuenit mutuum, si pensio est iusta, etiam quod locator promittat, donec restituatur mutuum non expellere locatorem, ibid.

Vsura est, quando quis promittit ire ad molendinum, furnum, seu scholam mutuantis pecuniam, num. 4. vbi declaratur hæc conclusio.

DECISIO DLXXII.

1 CVm primo loco esset dubitatum, an scientia Illustrissimi Cardinalis Mellini sit nulla, vel notoriè iniusta. Domini sub die 31. Maij 1605 restringendo disputationem, voluerunt videre, an pactum de continuanda locatione post 12. annos sit vsurarium? Et hodie proposita causa iuxta mentem Dominorum, tenuerunt pactum non esse vsurarium, si pensio est iusta. Fundamentum decisionis fuit, quia etsi ex contextu verborum pacti inter locatorem, & conductorem appareat commistum mutuum cum contractu locationis, dum facta locatione per annos 12. cum pacto, quòd idem Petrus promittat mutuare eidem Bartholomæo scuta octingenta, conuenerunt quòd Petrus conductor possit vineam ex assare, & in ea facere melioramenta, debeant æstimari, & volens Bartholomæus locator vineam, teneatur restituere illud plus, quòd vinea fuerit meliorata vnà cum scutis 800. mutuatis, & casu quo dictus Bartholomæus non restituerit dicta melioramenta, & mutuum per mensem ante finitam locationem, censeatur vinea relocata ad alios sex annos, & sic deinceps sex annis completis, & non restituto mutuo & melioramentis, ad alios sex annos. Tamen admissa iustitia pensionis, mutuum non facit contractum locationis vsurarium, prout in terminis responderunt Abb. *cons.* 15. *num.* 2. *part.* 1. Rub. Alexand. *cons.* 20. *in fine*, Vulpell. *cons.* 70. *num.* 1. *&* 2. Socin. *in l. si quis, num.* 12. *ff. si cert. petat.* & sequuntur Barba. *in cap. final. de vsur.* Cardin. Mantic. *de contract. lib.* 8. *tit* 18. *num.* 19. Et huius conclusionis rationes videntur concludentes, quia vsura dicitur quæ ex mutuo prouenit, non autem ex alio contractu, *c. eyciens* 88. *dist.* Sed in præsenti contrahentes noluerunt facere contractum mutui, sed locationis, quamuis de mutuo accessoriè fuerit actum; ergo vsuræ præsumptio cessare videtur cessante forma contractus diuersa à mutuo.

2 Præterea vbi locatio non remanet imminuta ob mutuum, inde lucrum ex mutuo considerari non potest, & sine lucro vsura non est, secundum eius definitionem, quæ est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum, *cap. vsura*, 14. *quæst.* 3. *cap. si fœneraberis*, *cap. consuluit*, *de vsur.* Ioan. Andr. *in reg. peccatum*, *quæst.* 3. *de reg. iur. in* 6. Rodulph. *in tract. de vsur. quæst.* 38. 39. *&* 40. Ambros. de Vignat. *in cap. salubriter*, *num.* 196. & Nauarr. *in manual. num.* 6. *eod. tit. de vsur.* Roman. *consil.* 423. *num.* 5. & demum quia mutuum simplex absque lucro vt licitum non prohibetur deduci in pactum, vt per plura exempla comprobat Abb. *in dict. cons.* 16. *numer.* 2. *part.* 1. & ex prædictis rationibus satis colligi potest responsio ad ea quæ in contrarium pro parte Bartholomæi fuerunt considerata.

Nam etsi quando quis promisit aliquid, quod facere non teneatur, vltra sortis restitutionem, eo casu sit vsura, secundùm glos. *in l. rogasti*, *§. si tibi*, *in verbo contradici non posse*, *vers. sed pone factum*, *ff. si cert. pet.* & alios allegatos per Couarr. *var. resol. lib* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *vers. & praterea*, & confirmat. Corn. *cons.* 266. *col.* 1. *vol.* 1. Cephal. *cons.* 198. *num.* 18. *vol.* 2. In præsenti autem videatur Bartholomæus propter mutuum fecisse locationem, & ob illud non restitutum pati relocationem ad futuros sex annos, quam facere non tenebatur; tamen stante iustitia pensionis firmari non potest, quòd mutuum dederit causam locationis, sed potiùs è conuerso, quòd locator aliàs sine mutuo non contraxisset, & consequenter cùm factum nihil addat, vel augeat, nullamque vtilitatem, aut lucrum afferat mutuanti, inde vsura nec ab initio contractus colligi potest, vt declarat Bart. *in l. rogasti*, *§. si tibi*, *num.* 3. *ff. si cert. petat.* Bero. *in rubr. de vsur. num.* 65. *vers. hanc illationem*, Molin. *de contra, disp.* 324. *num.* 5. Nec in pacto relocationis in casu non soluti mutui, & melioramentorum erit considerabilis, cùm propter aliud emanasse censeantur, nempe pro assecuratione, & tanquam in pignus, quod licitum est creditori, vt fatetur Couar. *var. resol. d. cap.* 2. *numero* 7. Molin. *ead. disput.* 324. *num.* 5. & benè probatur, ex traditis per Bald. *in d. l. rogasti*, *§. si tibi*, *col.* 2. *ff. si cert. pet.* quem sequuntur Roman. Ias. Alciat. & Salic. *ibidem*, & Rodulph. *in tractat. de vsur. quæst.* 35. *num.* 18. Et sicuti inter partes non fuisset prohibita conuentio, quòd finita locatione vinea posset in pignus retineri, donec mutuum, & melioramenta fuissent persoluta, cùm nihilominus fructus essent restituendi debitori, nec aliud commodum consecututus esset creditor, quam assecurationis; eadem ratione soluta iusta pensione loco fructuum, cùm nihil remanet penes creditorem quàm assecuratio, videri non debet inconueniens, nec prohibitum tale pactum. 3

Nec refert si dicatur, quòd negari non potest quin isti duo contractus inter se coniuncti iudicentur correspectiui, & priuetur Bartholomæus libertate relocandi vineam, quo casu vsura dissimulari non potest, vt dicitur de promittente ire ad molendinum, furnum, aut scholam mutuantis, ex traditis per eundem Couarr. *d. cap.* 2. *num.* 5. *vers. item & illud*, Abb. *in cap. fin. de vsur.* Nauarr. *in manual. cap.* 17. *num.* 220. quia effectus correspectiuitatis in hac parte cessare videtur, cùm locatio habeat suam causam separatam, quæ respicit pensionem conuentam, & iustam, vt de simonia, & vsura dicunt Put. *decis.* 167. alias 171. *lib.* 2. Mohedan. *decis* 3. *de simon.* Alba. *cons.* 45. *num.* 3. *vers. etiam cum superioribus* Ideò non censetur Bartholomæus locasse, vel relocasse, quia Petrus mutuauit, sed quia pensio iusta soluebatur, & stante iustitia pensionis, priuatio libertatis non arguit vsuram, quia nihil æstimabile continet pro commodo mutuantis, Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratr. in* 4. *p quæst.* 3. *num* 8. *vers. sed nunquid.* Bero. *in rubr. de vsur. numer.* 71. Rodulph. *eod. tractat. quæst.* 38. *num.* 21. Nauar. *in manual. in cap.* 17. *num.* 204. Et secundùm prædictam distinctionem sunt intelligendi Gemin. *cons.* 16. Roman. *cons.* 423. Rub. Alexandr. *cons.* 20 Crauett. *consil.* 73. *num* 3. pro contraria opinione allegati, dum supponunt in eorum respectiuè casibus vel iniustitiam pensionis, vel commodum æstimabile mutuanti, quod sortem adauget, & vsuram producit, & ita, &c. 4

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. Saluiani.

Luna 3. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Præscriptio non currit contra ignorantem, & ignorantia in dubio præsumitur, & si currit, datur restitutio, & multò minus currit ad fauorem existentis in mala fide. Mala fides autem est emere res de iure inalienabiles.

SVMMARIVM.

Dotalis fundus an sit præscriptibilis, n. 1.

Præscriptio aut non currit contra ignorantem, & ignoran-

tia

tia præsumitur, aut si currit, datur restitutio in integrum, ibid.

Dotalis fundus est inalienabilis, num. 2.

Mala fides præsumitur in emente rem alienam, ibid. Vbi etiam de emente rem minoris.

Creditor habens bona specialiter hypothecata, nunquid possit ad generalem hypothecam confugere, non facta prius discussione bonorum specialiter hypothecatorum, n. 3.

Dos non solet venire sub generali dispositione, ibid.

DECISIO DLXXIII.

1 STantibus resolutionibus in hac causa factis, quòd fundus sit dotalis, dubitaui an Aloysio obstet præscriptio, & specialis hypotheca, quam Cornelia auctrix dicti Aloysij habebat super domo subrogata in locum fundi, de quo agitur? Et quoad vtrumque negatiuè fuit responsum. Et quoad præscriptionem omisso, an fundus dotalis sit præscriptibilis, de quo per Scribentes *in l. si fundum, ff. de fund. dotal l. vnic. §. & cùm lex, C. de rei vxor. act.* ex illo capite fuit tentum, nec esse locum præscriptioni, quia non apparet Corneliam habuisse scientiam alienationis factæ per maritum, & ignorantia præsumitur, *l. verius, ff de probat cap. præsumitur, de reg. iur. in 6.* Bald. *cons. 295. n 2, lib. 3.* vnde intrat conclusio, quòd contra ignorantem vel non currat præscriptio, vt post Bart. & Bald. concludit Sicard. *in l in rebus, §. omnis, num. 5. vers. ex quo infert*, vbi etiam Salicet, *num. 8. C. de iure dot* vel saltem competat restitutio, vt fuit dictum in causa Romana vineæ 26. Iunij 1609 coram Reuerendissimo Bononien. & in Romana supplementi legitimæ 4. Decembris proximi coram me.

2 Item cùm fundus dotalis sit inalienabilis, *l. 1. §. & cùm lex, Cod de rei vxor, act. Instit. quib. alien. licet, vel non, in princ.* & emptores habuerint notitiam huius qualitatis, vt constat ex instrumento emptionis, dicebatur ipsos fuisse in mala fide, & consequenter tanquam malæ fidei possessores non fuisse iuuatos præscriptione, *cap. possessor malæ fidei, de reg. iur. in 6. c. fin de præscript.* & in simili de emente rem minoris, Surd post relatos, *cons. 115. num. 16.* & de emente rem Ecclesiæ sine solemnitatibus, Socin. *cons. 29. num. 22. cum pluribus seqq. lib. 1.* Crauett. *de antiq tempor. par. 4. sect. materia ista, num. 4. & 5 vers. & in contrahente cum Prælato.*

3 Quoad secundùm, licèt regula sit, quòd creditor habens aliqua bona specialiter hypothecata, non possit nisi priùs illis discussis se conuertere ad domum Rauennæ generaliter obligatam, nec & posse agere ad fundum, de quo quæritur, fuit responsum, primò istum fundum remanere specialiter obligatum, vt patet ex verbis *d. l. in rebus*, ibi, *volumus itaque eam in rem actionem in huiusmodi rebus quasi proprijs habere*, &c. *C. de iure dot.* & sic non applicantur, quæ dicuntur de generali hypotheca, item esset dubitabile, an *d. l. 2. C. de pignor.* generaliter loquens, habeat locum in dote, quæ non solet venire sub generali dispositione, ad not. *in l. benè a Zenone, C. de quadrienn. præscript.* Menoch. *cons. 242. num. 6* Tertiò negatur, quòd Aloysius possit in d. domo satisfieri stante anteriori assecuratione dotis. Nurus Stephani & Cornelia præseruauit sibi iura sua anterioris status, per quæ videtur præseruasse suam anteriorem hypothecam in fundo de quo agitur, iuxta notat. per Castr. *cons. 312. num. 4. lib. 1.* Oldrad. *cons. 237. in fin.* Paris *cons. 23. num. 142. lib. 1.* Put. *decis. 197. n. 23. lib. 1. & decis. 115. num. 1. lib. 2.*

R. P. D. PIROVANO.

Tirasonen. iuris sepeliendi.

Lunæ 5. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum non conceditur Ecclesiæ aduersùs laudum ab ipsa emologatum post annos 30. Et quid si eadem Ecclesia prætendat in eodem laudo se fuisse læsam.

SVMMARIVM.

Ecclesia restituitur aduersùs præscriptionem, etiam quadragenariam, non ex capite ignorantiæ, sed ex aliqua alia iusta causa, num. 1.

Laudum à partibus emologatum habet vim rei iudicatæ, & transactionis, num. 2.

Nullitas opponi non potest aduersùs transactionem, seu rem iudicatam, cùm habeantur pro veritate, n. 3.

Res iudicata pro veritate habetur, ibid.

Ius dicendi de nullitate per viam actionis non se extendit post lapsum 30. annorum, n. 4.

Laudum acceptatum, & emologatum, nunquid prætextu læsionis rescindi possit, num. 5.

DECISIO DLXXIV.

FVit resolutum non esse locum restitutioni in integrum petitæ nomine monasterij Beatæ Mariæ de mercede Tirasonen. aduersùs laudum supra 50. annos à partibus emologatum. Quia, etsi regula sit pro Ecclesia, quòd ea restituatur aduersùs præscriptionem etiam quadragenariam, prout visum est Dominis in vna Burgen. decimarum inter impress. 428. *par. 1. diuers* eam tamen intellexerunt, non ex capite ignorantiæ, sed ex iustis causis, sequendo in hac parte veriorem opinionem, quam probarunt Abb. Paris. Boer. Afflict. Crauett. & alij relati à Pinell. *in authen. nisi triennale, num. 59. & seqq. Cod. de bonis mat.* quam receptiorem discussis opinionibus dixit Thesaur. *decis. 334. numer. 15. versic. infertur secundo.* 1

Causæ autem sufficientes non videntur probatæ pro parte monasterij. Nam si vis constituatur in oppositis nullitatibus, illæ quidem non sunt admittendæ, quia laudum à partibus emologatum habet vim rei iudicatæ, *l. cum antea, C. de arbitrar.* Bart. *in l. 1. numer. 6 ff. de re ind.* Socin. *cons. 85. in princ. vers. secundo hæc conclusio, lib 1.* Paris *cons. 46. num. 13. lib 1.* & remanet ad instar veræ, & propriæ transactionis, glos. *in l. 2. C. commun. vtriusq. iud.* Caccialup. *tract. de transact. quæst. 3. num. 8. vers. aduerte, & num. 9.* Rip. *in l. admonendi, num. 41. ff. de iur. iuran.* Cagnol. *in l. 2. num. 85. C. de rescind. vend.* Socin. *d. cons. 85. num. 1. lib 1.* 2

Ideò sicuti post rem iudicatam, & transactionem præscriptum est ius dicendi de nullitate, cùm ipsa sola transactio, vel res iudicata habeantur pro veritate, *l. 1. ff. de re iudic. cap. 1. eod. tit.* Innoc. *in c. super litteris, de rescriptis*, & comprobant Gabr. *cons. 49. num. 1. vol. 1.* quod etiam fuit firmatum in pluribus causis, vt in Forolinien. census 1. Iulij 1613. coram Reuerend. Domino meo Decano, & in Asten. iuris pascendi 24. Ianuarij præteriti coram Reuerendo P. Domino Verospio, ita existente laudo acceptato idem est dicendum. 3

Et prædicta absque scrupulo transibant propter lapsum temporis 30 annorum, vltra quòd facultas dandi de nullitate per viam actionis non se extendit, Vestr. *in prax. lib. 8. cap. 1. num. 10.* Staph. *de liter. grat. & inst. rubr de sanat. contract. inualid. sent. num. 10.* quod etiam fuit firmatum in causa Placentina parochialis 6. Decembris 1604. coram bo. mem. Lita. 4

Si verò causæ deducantur ex iniustitia laudi, & consequenter ex læsione, in qua remanet monasterium propter illius acceptationem sequutam, & illa non probatur, quæ tamen debet esse enormissima etiam vltra dimidium, habita ratione dubij euentus, secundùm veriorem opinionem, quam alijs relatis probauit Oddo *de rest. in integr. quæst. 66. num. 20. & seqq.* & commensurata ad diminutionem patrimonij, non autem respectu rei, quæ præscribitur, Socin. *cons. 266. num. 24. lib. 2.* Rota *in d. Burgen. decimarum inter impress. 428. num. 2. part. 1. diuers* & ideò non sequitur, quin in laudo plura fuerint declarata contra fratres in fauorem Capituli, quòd inde læsio probetur, nisi etiam simul probatum fuerit, quòd prædicta essent de iure monasterij ante laudi acceptationem, & cùm Capitulum possit prætendere illam Ecclesiam fratrum fuisse erectam pro adiumento curæ animarum parochialis, quæ erat in Ecclesia Cathedrali, semper licebit ei dicere, quod suum erat recuperasse, non autem alienum ex pactu, aut transactione acquisiuisse. Et ita fuit resolutum, &c. 5

R. P. D. PIROVANO.

Romana pecuniaria.

Veneris 9. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Liber mercatoris probat iunctis adminiculis ad fauorem scribentis. Adminicula autem sunt, verisimilis causa, ordo datus in scriptis à debitore, & solutio partis summæ debitæ.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur valida, si constat de iurisdictione iudicis, qui eam tulit de legitimatione personarum, & de citatione ad sententiam, num. 1.

Libro mercatorum, & sociorum creditur ad fauorem socij, iunctis adminiculis, num. 1. & 2. vbi ponuntur adminicula.

Libro mercatorum creditur in partitis continentibus verisimilem causam, num. 2.

Liber mercatoris probat merces datas de ordine alicuius, quando talis ordo exhibetur, n. 3.

Soluens partem debitæ summæ potest cogi ad solutionem totius summæ, num. 4.

DECISIO DLXXV.

1 DOmini censuerunt sententiam extra Rotam latam esse confirmandam, quia quoad validitatem constat de iurisdictione ex facultatibus A. C. à quo fuit pronunciatum de legitimatione personarum mercatorum, de citatione ad sententiam, quæ omnia ad substantiam validitatis iudicij considerat Caputaquen. *decis. 260. part. 2.* fuit dictum coram me in causa Tuden. parochialis 4. Iulij 1612. Institia autem sententiæ satis patet ex ipso, quòd de credito Caualcantini, & de melioribus sociorum Fundacariæ negotiationis, constat ex eorum libris, quibus etsi simpliciter non credatur, *l. instrumenta, l. exempla, C. de probat. l. 2. l. fin. C. de conuen. fisc. debitor. lib. 10. l. nuda ratio, ff. de donat. cap. 2. de fid. instrum.* tamen iunctis adminiculis probant pro mercatore scribente, *dicta l. instrumenta, C. de probat.* Crauett. *de antiq. tempor. par. 1. sect. vidimus & abundè, num. 19.* Ancharan. *consil. 55. num. 5.* Guidopap. *quæst. 441.* Boer. *decis. 105. numer. 5.* Surd. *decis. 199. per totam*, Magon. *decis. Florentin. 95. num. 5.*

2 Pro adminiculis autem Domini approbarunt primò verisimilem causam in partitis enunciatam, vt D. Marchio tunc, & tunc Dux Cæsarinus se prepararet pro accessu ad Serenissimum Parmen, ad quem se destinauerat, & cui honorificè erat assistendum, & de veritate causæ patet ex chirographo Sanctissimi mandantis Duci patri moderni, vt erogaret scuta 1500. pro itinere & apparatu ad eundem Serenissimum, & dum ibi moraretur scuta bis mille annua, & hæc causa verisimilis reddit probationem concludentem, quæ alias de per se esset nullius valoris, Riminal. *cons. 242. n. 73.* Menoch. *de arbitr. cas. 134. n. 5.* Bec. *cons. 52. numer. 10.* & multa exempla cumulat Surd. *decis. 55. num. 5.*

3 Secundò dantur ordines directi eisdem mercatoribus subscripti manu propria moderni Ducis tunc Marchionis, cum certa data, & pro certis mercibus, quæ concordant cum partitis librorum in tempore & identitate mercium, quæ nedum pro adminiculo, sed etiam pro plena probatione obligationis dirigentis ordinem, sufficere videntur, scilicet contraria mandati actione contra mandantem, *l. si verò non remunerandi 12. §. si mihi mandaueris, l. si mandato 45. ff. mandati,* Bald. *in rubr. in 3. & 4. quæst. ff. mandati,* Rota Ianuen. *decis. 178. n. 1.*

4 Tertiò, ex summa scutorum 550. liquidata, & taxata per Consules mercatorum, fuerunt ab eodem D. Duce soluta scuta 200. ita vt etsi non resultet confessio & approbatio veritatis residui crediti, vt possit directò conueniri ad solutionem totius summæ, *l. cùm de indebito,* ibi, *si autem pro parte, ff. de probation.* Surd. *decis. 33. n. 12.* Magon. *decis. Florent. 143. num. 12.* Tamen quia soluta fuerunt ad bonum computum absque distinctione sortis mercium receptarum, ratione connexitatis, videtur adminiculum benè procedere, cùm approbatio non possit fieri in parte connexa, quin in totum sit considerabilis, vt considerat idem Surd. *d. decis. 33. n. 12. vers. & non obstat.* Atque ita solis mercatoribus informantibus fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Almerien. decimarum.

Mercurij 14. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

In hac decisione, quæ magistralis est, plura discutiuntur. Primò, an Procurator possit alium substituere antequam mandatum acceptauerit, & quando dicatur mandatum acceptasse? Secundò, quando idem Procurator alium substituendo abdicauerit à se facultatem sibi in mandato concessam? Tertiò, an, & quando sententia in vna parte nulla, sit in totum nulla, & quando etiam pro vno lata alteri suffragetur? Quartò, an, & quando sententiæ valeant sine citatione, vbi fuit conclusum in causa?

SVMMARIVM.

Procurator potest alium substituere postquam mandatum acceptauit, num. 1. secus antequam litteræ mandati ad eum peruenerint, num. 2. Vbi etiam quòd ex ipso quòd litteræ mandati ad eum peruenerunt, dicitur mandatum acceptasse.

Procurator dicitur mandatum acceptasse eo ipso, quòd protestationem componit, ad effectum, vt illa producatur à substituto, ibid.

Procurator habens generale mandatum potest alium substituere restrictiuè ad aliquem actum particularem, nec propterea ab eo eradicatur facultas, quam habet, n. 3.

Procurator cum potestate substituendi vnum, vel plures, non desinit esse Procurator altero substituto, n. 4.

Sententia est indiuidua, & ideò nulla ex vna parte, in totum remanet nulla, n. 5. Vbi præsertim in connexis, & num. 7. Vbi de eadem materia.

Sententia in connexis, & in inseparabilibus lata pro vno, quando alteri suffragetur, n. 6.

OEconomus, seu thesaurarius Ecclesiæ non potest pro Ecclesia comparere nisi Prælato negligente, n. 8.

Forma non præsumitur obseruata, nisi probetur, n. 9.

Sententia sine citatione valet, vbi fuit conclusum in causa, declara vt num. 9. & 10.

Conclusio in causa censetur circunducta per nouam iurium productionem & admissionem, & per plura hinc inde gesta, num. 11.

Iudicis assertioni non statur ad validandum eiusdem iudicis decretum, num. 12.

DECISIO DLXXVI.

FVndamenta decisionis diei 15. Nouembris præteriti in hac causa factæ placuerunt Dominis, si in tertia instantia fuit sufficienter oppositum de nullitatibus, quod reseruarunt particulariter disputare. Dicebatur enim in prima decisione sententiam prouisionis Almerien. fuisse nullam ex defectu citationis, quæ fuit executa in stratis contra principales, & tamen citandus erat Procurator constitutus, & hæc ipsa nullitas non videtur sublata ex responsione, quòd Io. Carascus Procurator constitutus, nunquam ipse comparuit in actis causæ, nec substitutio Antonij Barnal ad certos, & particulares actus videatur concludere acceptationem, cùm actus non fuerint penes acta Notarij, etiamsi deinde substitutus comparuerit in actis, & eos præsentauerit, quia nihilominus ad hunc effectum requiratur, quòd Procurator ante substitutionem acceptauerit, iuxta *decis. 7. de procur. in nou.* Vestr. *in prax. lib. 4. cap. 5. n. 5.* 1

Nam decisionem prædictam, & Vestr. Domini intellexerunt, quando Procurator antequam ad eum perueniant literæ mandati substituit, cùm eo casu non possit exercere facultatem, quam ignorabat; secus verò quando ad eum peruenit mandatum, quia tunc dicitur mandatum acceptasse, & certum de suo iure potuisse substituere, *Clem. 1.* 2

& ibi gloss. *verb. receptis, & verb. ascensum, vers. verum est, de procur.* Milles. *in verb. Procurator non dicitur, nec censetur, num. 42.* Vant. *de nullit. defect.* Mand. *n.* 103. & eundem sensum habuerunt addentes ad dictam dec. 7. In casu autem præsenti nedum Carascus receperat mandatum ante substitutionem, quod sufficeret, sed etiam ad exercitium illius vltra substitutionem processit, componendo protestationem ad effectum illam producendi per substitutum, asserendo se mandatum suum exhibere, quæ omnia tanquam consequutiua facultatis, extra mandati acceptationem contingere non potuerunt, *d. Clem. 1. cum gloss. de procuratorib.* Crauett. *consil.* 196. *n.* 3. Abb. *cons.* 18. *num.* 7. *vers. secundo dixi, lib.* 2.

3 Nec dicatur Carascum acceptasse mandatum solum ad effectum substituendi, ita vt facta substitutione consummatus remanserit actus susceptionis mandati, & potuisse procedi per contradictas, Procuratore legitimo non comparente. Quia & hoc ipsum ex processu non iustificatur, sed contrarium legitur, dum substituit ad effectum præsentandi protestationem restrictiuè, & non ad alium actum, quo casu non eradicatur facultas semel per acceptationem acquisita, & omne quod non transfertur, remanet penes Procuratorem, *cap.* 15. *qui de procur. in* 6.

4 Vltra quod mandatum Carasci erat datum cum clausula substituendi vnum, vel plures, per quam non desinit esse Procurator altero substituto, Bart. *in l. quod si forte, §. quid ergo, num. 3. in fine, ff. de solut.* Rot. *decis.* 14. & 30. *de procurat. in nouis*, & maximè in Procuratore generali, prout fuit Carascus, Franc. *decis.* 465. *num. 4. cum sequentib.* Et ex eo, quòd Carascus declinauerit iurisdictionem Prouisoris, appellando ab vlteriori processu, dixeritque nolle amplius comparere, non propterea erat omittenda citatio, aut per contradictas, vel in stratis citandus principalis, quia declinationes & appellationes intelliguntur quatenus subsistant, interim autem non est omittenda citatio ad effectum præiudicij, Franc. *d. decis.* 465. *num. 3. in 2. limitatione.*

5 Rel iquam etiam aliqui ex Dominis existimabant nullitatem contra eandem sententiam in hac secunda positione excitatam, dum sententia legitur lata ad fauorem Martini arrendatarij & Ecclesiæ Almerien. & tamen Ecclesia non erat in causa, nec in monitorio nominata, nec pro Ecclesia comparens mandatum habebat, & ideò sententia nedum remansit nulla respectu Ecclesiæ, ad cuius instantiam non fuit citatio transmissa pro audienda sententia, sed etiam arrendatarij, propter indiuiduitatem ipsius sententiæ, vt dicit Cæs. de Graff. *decis. 5. n. 2. & 3. de re iudic.* Et multò magis propter connexitatem, quia ius arrendatarij pendebat à iure ipsius Ecclesiæ decimandi, & non consisto de fundamento arrendatarij, non potuit superædificare, propter carentiam sui iuris, Abb. *in cap. cum inter, n. 24. vers. & per hanc rationem, de re iudic.* qui post alios in his terminis loquitur.

6 Nec responsiones datæ satisfaciebant, quòd scilicet in connexis, & in inseparabilibus sententia lata pro vno suffragatur alteri. Nam id procedit in consequentiam quoad iustitiam, si sententia validè est prolata; secus verò vbi Ecclesia prætendit directè iuuari ex eadem sententia, quę corruit ex defectu citationis, & è conuerso.

7 Dum dicebatur, quòd si sententia lata contra Ecclesiam corruat defectu nullitatis, non trahit secum inualiditatem sententiæ arrendatarij, id pariter procedit quando causæ sunt separabiles, vt dicunt Felin. *in c. cum inter, num. 10. vers. nec est verum, de re iudic.* & Gabr. *cons.* 56. *num. 16. vol.* 1. Secus verò quando interesse est connexum, & omnes sunt nominati in sententia, quia tunc sententia quoad vnum valida, & quoad alterum inualida esse non potest, ex rationibus Afflict. *decis.* 218. allegat. per Cæs. de Graff.

8 Nec obstat, quòd comparuerit Barnabas thesaurarius, seu œconomus & Procurator, quia in facto bene non iustificatur. Nec est verum, quòd ex iure vniuersali pro Ecclesia comparere posset, quia id non nisi Prælato negligente videretur admittendum, *c. cum olim, de testib.* vbi DD. Rota *decis.* 13. *de re iudic. in antiq.*

9 Secundò, principaliter dicebatur in prima decisione, secundam sententiam esse nullam ex defectu pariter citationis, & hæc nullitas ex responsionibus datis non euitatur. Nam, quòd pro validitate sententiæ sufficiat sola conclusio in causa absque alia citatione, hoc posset procedere data consuetudine illius fori, & nisi à iudice certa forma fuisset tradita, de qua consuetudine non docetur, & contraria forma legitur in decreto, quæ debuit obseruari, & non probata præsumitur omissa, Abb. *cons.* 84. *n.* 1. *lib.* 1. & præiudicat, Put. *decis.* 168. secundùm nouam impressionem, *lib.* 1. Verallus *decis.* 322. *n.* 3. *par.* 2.

Nec obstat, quòd intimatio decreti conclusionis in causa de forma non esset necessaria, ex quo decretum non mandat intimari conclusionem, sed citari partem ad deferendum acta, quod sufficere videtur etiam pro intimatione à iudice reseruata, Caputaq. *decis.* 322. *num.* 4. *par.* 2. cum alijs allegatis, Quia ex ipso decreto tollitur obiectum, in quo citatio non legitur restricta ad deferendum acta & informandum, sed ad omnia contenta in decreto, & consequenter respectu conclusionis, ex quo indefinitè dicitur vt citentur partes. 10

Cessat & alia ratio desumpta ex præcedenti conclusione in causa, cùm illa fuerit circumducta per nouam iurium productionem, & admissionem, & per plura hinc inde gesta, quæ sunt contra mentionem concludentium, Roman. *cons.* 176. *n.* 9. Afflict. *decis.* 272. *n.* 1. Rot. *decis.* 1. *n.* 1. *de testib. in nouis*, quod etiam fuit dictum coram me in causa Conchen. decimarum de Castayon. die quinta præsentis mensis. 11

Vnus etiam ex Dominis approbabat nullitatem nouiter ponderatam per informantes contra dictam sententiam Cantoris, quòd cùm causa antea esset instructa coram Molina in solidum, cum Cantore deputato Granaten. non poterat alius iudex citra vitium nullitatis se intromittere, *c. cum plures*, & ibi DD. *de offic. deleg. in* 6. Nec impedimentum absentiæ poterat suffragari ex sola iudicis pronunciantis assertione, cui regulariter pro iustificatione facti non statur, *c. prudentiam, de offic. deleg.* Franc. *in d. c. cum plures, n. 3. vers. sed vbi, & c. quoniam contra*, vbi Felin. *n. 34. de probat.* & defectus ille non poterat sanari ex tacito partis consensu & comparitione coram secundo iudice, cùm non esset in sua facultate dare iurisdictionem non habenti, Butr. post alios quos allegat, *in d. c. cum olim, il* 1. *n. 9. de offic. deleg.* vbi notant omnes, Felin. *in c.* 1. & 9. *n.* 11. *eod. tit.* Guidop. *q.* 285. *n.* 2. Mobed. *decis.* 3. *n.* 1. *de appel.* & huic nullitati ex aduerso nihil fuit responsum. Quare, vt dictum est in initio, si sufficienter oppositum est de nullitatibus, prædictæ influent etiam in tertiam sententiam, quæ vti eodem vitio nullitatis laborans sustineri non potest. Et ita fuit conclusum, &c. 12

R. P. D. LVDOVISIO,

posteà fel. rec. Gregorio XV.

Bononien. pecuniaria.

Veneris 14. Maij 1604.

ARGVMENTVM,

Colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

Venditor non censetur voluisse se restringere ad aliquam mensuram, quando in venditione fuerunt apposita verba quantacunque sit, *n.* 1.

Tractatus contractus non attenditur, sed conclusio, ibid.

Expressum satis dicitur in venditione, quicquid est intra fines rei vendita, num. 2.

Ripa fluminis quoad proprietatem sunt illorum qui vicina prædia possident, num. 3.

DECISIO DLXXVII.

DOmini vnanimi voto censuerunt esse persistendum in resolutis, omnia enim prius deducta satis sunt sublata in decisione: quæ autem de nouo adducuntur, facilè tolluntur; quod enim dicitur Sabbatinum ante celebrationem instrumenti, & conclusam venditionem affirmasse, & fecisse mensurare prædium, & reperisse esse in totum tornaturatum centum, cessat tunc ex eo, quòd habita ratione Berledæ, nihil, vel parum deest de dicto numero, tum quia vt in instrumento expressè legitur, & fuit resolutum sub die 14. Aprilis anni præteriti, venditio fuit facta ad corpus, non ad mensuram, & venditor noluit se restringere ad aliquem numerum, per illa verba, & *quantacunque sit*, ex cons. Alex. 127. *lib.* 2. & alijs alleg. idem dicitur, dum allegatur, eundem Sabbatinum ante vendi- 1

rio-

tionem affirmasse fundum esse capacem seminis decem & octo corbium; vltra enim alias rationes, quæ dantur per informantes, fuit dictum, quòd non attenduntur dicta ante contractum, & in ipsius tractatu, sed quæ in conclusione fuerunt expressa, *l. si voluntate*, vbi Bald. & Salic. *in 1. not. C. de rescind. vend.* Alex. *cons. 28. n. 3. lib. 1.* Dec. *cons. 488. n. 10.*

2 Non obstat emptio eiusdem prædij facta per Sabbatinum de anno 1559. à Maluezio, quia fuit facta ad mensuram pretio in singulas tornaturas distributo: venditio autem, de qua agitur, fuit vt dictum est, ad corpus, vnico tantùm constituto pretio. Non facit, quòd in venditione non fuerit facta mentio Berledæ, quia satis fuit comprehensa ex designatione Fluminis pro termino, intra quod repetitur, *l. ade sacra, §. fin. de contrah. empt.*

3 Statutum Bononiæ nouiter allegatum non facit, quia non impedit, imò expresè statuit, quòd Berledæ per particulares personas retineantur, & sint in eorum dominio, licèt ordinet, quòd pro munimine, & manutentione riparum cogantur illas nullo recepto dimittere, & non est mirum, si de suo vicini ripas manutenere teneantur, cùm certum sit, eas esse quoad proprietatem illorum, qui vicina habent prædia, *l. riparum, ff. de rer. diuis. §. riparum, Institut. eod. tit.* Cætera benè tolluntur per informantes, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Casalen. canonicatus.

Mercurij 14. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Residentia quándo requisita dicatur præcisè, & quando causatiuè, & de beneficiorum incompatibilitate nonnulla, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Residentia ex quibus verbis in dispensatione Apostolica pracisè requiri dicatur, & non causatiuè, n. 2.

Incompatibilitas inducitur in beneficijs simplicibus requirentibus pracisam residentiam, qua tunc obtineri non possunt insimul sine dispensatione, ibid.

Gratia narratiua iustificatur ex confessione partis, n. 3.

Gratia nulla non operatur consumptionem vacationis, ibid. vers. nec talis vacatio.

Titulorum multiplicatio datur in beneficijs, & ex productione tituli inualidi non excluditur titulus validus, declara vt n. 3. vers. Prout nec facit.

DECISIO DLXXVIII.

1 POst resolutionem in hac causa 29. Nouembris 1613. * factam, qua fuit dictum gratiam Sebastiani non esse iustificatam, quia non probauerat falsitatem narratiuæ Bonifacij, quòd capellania, quam in eadem Ecclesia Casalen. possidebat, non requirebat personalem residentiam, quia cùm tale requisitum personalis residentiæ intelligatur de præcisa, ex qua posset resultare incompatibilitas respectu tituli cum Canonicatu, de quo agitur, & iuxta statutum istius Ecclesiæ talis residentiæ necessitas non sit præcisa, sed causatiua respectu amissionis fructuum, quæ non operatur aliquam incompatibilitatem, ex latè adductis in dicta decisione videbatur, quòd narratiua Bonifacij non fuisset falsa, & per consequens, quòd Sebastianus non iustificasset suam gratiam; cùm tamen post hæc pro parte Sebastiani fuerit deducta quædam constitutio Iulij II. edita de anno 1509. qua expresè disponitur, quòd dignitates, personatus, officia, canonicatus, & præbendæ, ac Capellæ istius Ecclesiæ sint incompatibiles, & absque dispensatione Apostolica simul obtineri nequeant; visum fuit Dominis stante dicta constitutione de nouo producta recedendum esse à prima decisione, & quòd requisita residentia istius Capellaniæ non sit causatiua, prout ex statuto antiquo videbatur, sed potiùs præcisa, respiciens non tantùm amissionem fructuum, sed etiam tituli, cùm ex illa resultet incompatibilitas respectu tituli cum Canonicatu, de quo agitur.

2 Quòd satis declarat prædicta constitutio Iulij II. disponens, quòd Canonicatus, & Capellaniæ sint incompatibiles, & insimul obtineri nequeant sine dispensatione Apostolica, quæ verba influunt in titulum, quo stante, residentia dicitur præcisè requiri, ex Abb. *in cap. fin. n. 4.* & ibi Imol. *n. 13. de cleric. non resident.* Hoied. *de benefic. incomp. par. 1. cap. 17. n. 34.* cum alijs in decisione adductis. Quod & ita iudicauit Pontifex in dicta constitutione, dum in istis beneficijs induxit incompatibilitatem, quæ de iure inducitur in beneficijs simplicibus, quando illa requirunt residentiam præcisam, & tunc nec obtineri valent insimul sine dispensatione, iuxta Dominic. *in cap. gratiam quam, n. 8. de rescript. in 6.* Imol. *in clem. gratia, de rescript. n. 12.* Abb. *in cap. extirpanda, § qui verè, n. 27. cum seq. & n. 30.* vbi de commun. *de prabend.* Rebuff. *in prax. tit. de dispensat. ration. atat. in §. incompatibilia, num. 5.* Petr. Duennas *in regula 71. ampliat. 6.* Capr. *in reg. 90. n. 130.* vbi *n. 136.* testatur de communi, Concil. Trident. *cap. 17 sess. 24. de reform.* Et sic stante prædicta incompatibilitate, & prohibitione obtinendi insimul in ista Ecclesia Canonicatum, & Capellaniam sine dispensatione Apostolica, videtur in necessariam consequentiam residentiam requisitam in tali Capellania esse præcisam, & per consequens narratiuam Bonifacij fuisse falsam.

Ex quibus videtur cessare aliud motiuum primæ decisionis, quòd gratia Sebastiani non esset iustificata, quia non probauit adhuc vacare per obitum Octauij, prout narrauit; quia vterque venit ex eadem vacatione per obitum Octauij, & sic ex confessione Octauij iustificatur narratiua Sebastiani Ægid. *decis. 268.* Put. *decis. 171. n. 1. lib. 3.* 3
Nec talis vacatio potest dici consumpta per gratiam Bonifacij, quæ cùm stante dicta constitutione Iulij II. fuerit nulla, non operatur consumptionem talis vacationis, vt fuit dictum in Pampilonen. de Sansi 21. Iunij 1604. coram Domino meo Decano, & in Pacen. Canonicatus 10. Februarij 1612. coram bon. mem. Penia. Prout nec facit, quod dicebatur de possibilitate alterius tituli validi in ipso Bonifacio, cùm detur multiplicatio titulorum in beneficialibus, *cap. post electionem, de concess. prabend.* Cassad. *decis. 3. in fin. de caus. possess. & propriet.* Et quòd talis titulus non excludatur ex productione tituli inualidi, iuxta decisionem Cæsaraugustanam de Maella 8. Nouembris 1589. coram bon. me. Cardinali Pamphilio; quia respondebatur cum eadem decisione hoc non procedere, quando talis titulus inualidus fuit productus ab ipso reo, & possessore, prout in casu nostro, à prædicto Bonifacio productus fuit. Ex quibus sic fuit resolutum, &c.

Est decisio 439. par. 2. recent.

R. P. D. BVRATTO.

Calaguritana beneficij de Fuenemagor.

Mercurij 21. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, quid importet, & quando censeatur quæsitum ius super beneficio ex sola oppositione.

SVMMARIVM.

Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *semper in gratijs habetur pro apposita, & solet apponi in literis expediendis, n. 1.*

Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *praseruat ius eius, cui per gratiam fit praiudicium, ita vt contra eum gratia non possit sortiri effectum, ibid.*

Ius quasitum non dicitur ex sola oppositione, num. 2.

Fallit quando ex fundatione, consuetudine aut constitutione cauetur debere beneficium oppositori habenti qualitates requisitas & magis idoneo reperto, ibid.

Attentata facta post appellationem non vitiant ea qua legitime fuerunt facta ante appellationem, n. 3.

Subreptitia dicitur gratia quando fuit tacitum id, quod si expressum fuisset, vel pro gratia non fuisset concessa, vel saltem difficilius, num. 4.

DECISIO DLXXIX.

1 POstquam 22. Aprilis 1613. coram Reuer. D. Damasceno fuerat in hac causa resolutum, beneficium de quo agitur esse adiudicandum Andreæ, cui soli vigore motus proprij fel. record. Clem. VIII. debebatur Thomas collitigans 2. Maij eiusdem anni illud à Sede Apostolica impetrauit, & cùm prætenderet gratiam iustificasse, & propterea illius exequutionem, DD. proposito dubio contrarium censuerunt. Ratio potissima fuit, quia licèt non legatur in supplicatione clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*. Illa tamen semper habetur pro apposita, non solùm ex regula *de non toll iur. quæsit.* sed etiam de iure communi, Felin. *in cap. Capitulum, num. 16. vers. adducitur ratio, de rescript.* Satnen. *in ead. reg. q. 1. num. 1.* ibique Mandos. *q. 2. num. 5.* & apponi solet in literis expediendis Saroen. *d. q. 1. in princ.* Ex quo sequitur non fuisse Andreæ præiudicatum, sed illius ius ita præseruatum, vt gratia contra ipsum, effectum sortiri non possit, vt in his terminis fuit dictum in Calagurritana beneficij de Maestri 24. Nouembris 1604. coram Reuer. Attrebaten. & in Calagurit. de Furbano 14. Febr. 1605. coram bo. me. Penia.

2 Quòd autem Andreæ quæsitum esset ius super beneficio, constare dicebant DD. ex eo, quòd ex pluribus oppositoribus ad illud admissis ad examen, tanquam cæteras qualitates ex forma motus proprij Clemen. VIII. requisitas habentibus, ipse solus fuit pro habili ad curam animarum approbatus, & sic cæteri, inter quos Thomas, tacitè reiecti, vnde sequebatur ex dispositione eiusdem motus proprij eidem præuia præsentatione, & institutione beneficium conferri debuisse, vt resolutum fuit 22. Aprilis 1613. coram eodem Domino meo Damasceno, & 13. Ianuarij præteriti coram me in hac causa, & sic intrat limitatio regulæ, quòd ex sola oppositione ius non acquiritur, Mohedan. *decis. 1. & 34. de præbend.* quæ non procedit quando ex fundatione, consuetudine aut constitutione aliter cauetur, vt puta deberi beneficium oppositori habenti qualitates requisitas, & magis idoneo reperto, Cassad. *decis. 18. num. 5. de præbend.* Sarnen. *in reg. de iur. quæsit. non tollen. quæst. 1. num. 10. vers. nam per illam solam*, Put. *decis. 252. in nou. impress. lib. 3.* & decisum fuit in Tuletana Scholasticæ 22. Maij 1592. coram Orano in dicta Calagurritana de Turbano coram bo. me. Penia in Calagurritana beneficij de Ocon. 16. Iunij 1603. coram Reuerend. Attrebaten. & in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605. coram Reuer. Domino Damasceno.

3 Et sic non facit, quòd præsentatio & alia in Andreæ fauorem subsequuta fuerit declarata attentata coram bo. mem. Penia 13. Februarij 1612. cùm ex sola approbatione præcedente appellatione fuerit in hoc casu ius quæsitum, ex prædictis, quæ relatio, & approbatio non potuit ex subsequentibus attentatis vitiari, vt dixit Rota in præallegata decisione Reuerendissimi Damasceni in hac causa.

4 Quòd eo magis in præsenti casu firmarunt DD. quia Thomas non narrauit Sanctissimo, quòd iam Rota resoluerat beneficium deberi aduersario, eidemque esse adiudicandum, imò solùm expressit fuisse per Rotam declaratam, attentatam prouisionem Andreæ cum inde sequutis, & sic gratia videbatur subreptitia, quia si expressisset, aut non concessisset, aut difficiliùs, *c. super literis*, vbi not. *de rescript.* cum simil. & in his terminis Put. *d. decis. 252. in fin. lib. 3.*

Deductis verò circa nullitatem examinis, & relationis examinatorum visum fuit DD. sufficienter satisfactum in alia decisione 13. Ianu. præteriti coram me. Et ita vtraque parte informante resoluerunt, &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Laudemiorum.

Lunæ 26. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

De Solone laudemij nonnulla notanda, de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

Laudemium debetur domino directo pro noua inuestitura, & recognitione noui emphyteotæ, n. 1.

Dominus directus quando in concessione emphyteusis reseruauit sibi laudemium, dubium non est, quod ipsi laudemium debetur, non solùm pro prima vice, seu prima alienatione, sed etiam pro omnibus alijs, n. 2. & 3.

Oratio, & dispositio qualibet non intelligitur, nisi de prima vice fallit quando per primum actum non est satisfactum menti, & intentioni contrahentium, n. 3.

Laudemium nunquid debeatur domino directo, quando dedit licentiam emphyteotæ de subemphyteuticando rem emphyteoticam, num. 4.

Superfluum non dicitur id quod fit ad maiorem, & abundantiorem cautelam, ibid.

DECISIO DLXXX.

1 CVm iterùm hæc causa proponeretur super resolutis tertia Iunij præteriti, Dominis placuit decisio, in qua fuit firmatum integra laudemia deberi Monialibus, & in primis nonnulli ex Dominis valdè inclinabant in opinionem Speculatoris in locis in decisione allegatis, videlicet, quod laudemium debeatur domino directo pro noua inuestitura, & recognitione noui emphyteutæ, Ias. *in l fin. n. 43. vers. addo, C. de iure emphyt.* Clar. *in § emphyteusis, q. 23. vers. huiusmodi, & vers. Nam, vt dixi,* Ioann de Anan. *cons. 90 post med. vers. & tunc*, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 3. num. 4.* quam opinionem sequuti sunt plures Doctores in decisione allegati, quibus nunc addebatur Peguer. *decis. 159 n. 5.* & latè defendit Caldas *de renou. emphyt. lib. 1. q. 13. n. 40. & seqq.* vbi sæpè testatur de communi.

2 Sed quicquid sit de prædicta quæstione, Dominis videbatur cessare difficultas ex pactis conuentis, de quibus in prima inuestitura facta ad fauorem Hieronymi auctoris D. Caroli, nam in prima fuit conuentum, vt non possit fieri aliqua alienatio in totum, vel in partem sine consensu, & requisitione ipsarum Monialium: in secunda verò, vt consensus per subconductores Hieronymi, à Monasterio esset requirendus, & saluo laudemio eidem Monasterio debendo, & aliàs cum pactis, & conditionibus Hieronymo benè visis, non tamen contrarijs, nec repugnantibus alijs pactis, & conditionibus factis inter dictum Monasterium, & Nicolaum: vnde cùm Moniales reseruauerint sibi ius suum, eo ipso debetur eis laudemium ex secunda sublocatione, vt per Ioan. Fabr. *in §. adeo, num 5. Instit. de locat.* & Vinc. de Franch. *decis. 437. num. 3.* in decisione allegatos.

3 Neque dicatur reseruationem intelligi pro prima vice tantùm, quia placuit responsio, imò reseruationem esse intelligendam etiam de alijs vicibus, nam sicut in alijs sublocationibus requiritur consensus vigore dictorum pactorum, ita etiam requiritur solutio laudemij facienda directo domino pro recognitione noui emphyteutæ, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q. 66. num. 16.* Clar. *in dicto § emphyteusis, quæst. 23. vers. sed quid si in ipsa*, & sic non obstat regula *l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.* quia illa non procedit, vbi per primum actum non est satisfactum menti, & intentioni contrahentium, Felin. *in cap. 2. num. 5. fallent. 5. de treug. & pac.* Tiraqu. *in d. §. hoc sermone, in 7. limitation.* Non esse autem satisfactum menti Monialium, apparet ex eo, quòd reseruarunt sibi ius suum, & laudemium, & semper retulerunt ad primam inuestituram.

4 Non obstat, quòd talis reseruatio tanquam de eo, quod inerat, non possit hoc operari, ex notatis per Vaiatc. *de iure emphyt. q. 13. num. 12. vers. ex quibus*, ibi, *& ad ipsum dixerim*, quia omisso, quòd moniales expressè reseruarunt sibi laudemium, quæ reseruatio intelligitur non modò pro prima vice, sed etiam pro alijs, ex adductis in decisione die 3. præteriti, & ex proximè relatis. Respondetur etiam dictam reseruationem generalem non fuisse inutilem ad euitandam opinionem Doctorum tenentium, quòd per licentiam datam de subemphyteuticando dominus amittat ius suum, etiam quoad laudemium, vt per Iason. post alios *in dicta l. final. num. 40. C. de iur. emphyt.* & plures refert Laur. Pin. *cons. 125. num. 4.* Iacob. Cancer. *var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 79.* & ideò Curt. iun. monet, vt

quan-

quando datur huiusmodi licentia, addatur talis clausula reseruatoria, *tract. de feud. 4. part. n. 139. vers. & ideo*, &c. Vnde dicta reseruatio satis operatur, ex quo tollit dubitationem, Dec. *in l. quæ dubitationes, num. 1. ff. de reg. iur.* Gabr. *cons. 10 n. 13. lib. 2.* Et non dicitur superfluum, quod fit ad maiorem, & abundantiorem cautelam, *l. testamentum, C. de testamen.* Rota *decis. 195. sub n. 3. vers. neque potest par. 2. diuers.* Vltra quòd illud dictum Valasc. vbi suprà, in indiuiduo reprehendit Caldas, *dicta quæst. 13. num. 50.*

5 Ad alia obiecta placuerunt responsiones datæ in decisione, à qua Domini non putarunt esse recedendum, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Viterbien. fideicommissi.

Lunæ 26. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum perpetuum an, & quando, & quibus clausulis inductum censeatur in iurepatronatus.

SVMMARIVM.

Substituto in casu mortis alicuius sine filijs, eo moriente cum filio superstite, deficit substitutio, & omnes aliæ sequentes, nisi alijs coniecturis constet de contraria mente testatoris, num. 1. & 2. Vbi præsertim quid si testator habuerit rationem conseruandæ agnationis.

Fideicommissum perpetuum in domo testatoris inductum censetur in iurepatronatus, quando testator dotauit Capellaniam, eamque voluit perpetuò esse de iurepatronatus domus ipsius testatoris, & quod eius hæredes, & successores perpetuo nominare debeant Capellanum. Declara vt n. 3. & 4.

Clausula præcedens non censetur repetita in seqq. quando vnaquaque clausula habet in se perfectam orationem, num. 5.

Testatoris voluntas declaratur etiam ex testamento reuocato, n. 7. Declara, vt n. 8. & 9.

DECISIO DLXXXI.

1 QVamuis per binas resolutiones in ista causa factas fuerit decisum ad fauorem Dominæ Olympiæ, nempè . . n constare de tali fideicommisso, quòd suffragetur Dominæ Catherinæ: quia tamen in secunda prædicti dubij propositione pars Dominæ Catherinæ non informauit, & postea institit iterùm audiri, vt illius instantiæ satisfacerem, iterùm super eisdem hodie causam reproposui, & vtraque parte informante Domini vnanimiter steterunt in decisis. Ea ratione, quia Ludouicus reperitur substitutus in casu obitus Pauli sine filijs, qui cum obierit filio superstite, defecit dicta substitutio de persona Ludouici, & omnes aliæ sequentes substitutiones, iuxta cons. Oldrad. 21. sæpiùs in Rota approbatum, cum alijs latè adductis in prima decisione in hac causa facta sub die 10. Maij 1613. In qua fuit ostensum in casu isto non fuisse per testatorem habitam rationem conseruandæ agnationis, nec adesse alias coniecturas sufficientes, ex quibus recedi solet à dicto cons. Oldrad. ex latè ibi adductis. Et ita visum fuit in facto non applicari, quod dicebatur per informantes pro Domina Catherina, quòd ex conseruatione agnationis denotata per testatorem recedatur à cons. Oldrad.

2 Vltra quòd nec etiam ista conclusio in iure subsistit, vt tradunt quamplures Doctores in dicta decisione allegati, & renuit Rota in pluribus causis ibi relatis; & quamuis multi Doctores relati per informantes pro Domina Catherina in casibus, in quibus consuluerunt, inter alias coniecturas ponderauerint conseruationem agnationis, vt recedatur à dicto cons. Oldrad. Tamen fuit per Dominos responsum, quòd quicquid sit de eorum opinione, in illis casibus concurrebant plures aliæ coniecturæ claræ, denotantes testatorem voluisse facere fideicommissum, etiam in casu, quo institutus decederet cum filijs, vt patet ex eorum lectura, quæ non concurrunt in casu isto.

3 Nec visum fuit obstare alia duo fundamenta de nouo excitata, quorum primum desumebatur ex quadam clausula eiusdem testamenti, in qua testator dotauit quandam Capellaniam, & illam voluit perpetuò esse debere de iurepatronatus domus ipsius testatoris, & quòd eius hæredes, & successores perpetuò nominare deberent Capellanum, quasi ex hoc sequatur inductum fideicommissum perpetuum in domo testatoris, & inter hæredes, & successores illius, ad cons. Curt. iun. 87. *n. 6.* quem & alios refert Rustic. *in tract. an & quand. liber. lib. 5. c. 6. num. 3. & seq.* Respondebatur enim quòd in casu Curtij testator disposuit, quòd nominatio Capellani spectaret ad hæredes institutos, & ipsorum descendentes in perpetuum, & quòd perpetuò remaneret in dispositione hæredum, & descendentium prædictorum; in casu verò nostro nulla relatio fit ad hæredes institutos, sed simpliciter dicitur, quòd perpetuò nominare debeant Capellanum hæredes, & successores testatoris, quorum simplici appellatione videntur vocati ad iuspatronatus hæredes sanguinis.

Est enim istud iuspatronatus gentilitium, vt elicitur ex illis verbis, quòd perpetuò esse debeat domus testatoris, & sic debet intelligi de hæredibus sanguinis, stante illa prærogatiua præsentandi istis hæredibus data, iuxt. cons. Bald. 283. *lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 38. n. 58.* & stant simul, quòd testator voluerit iuspatronatus istud hæredibus sanguinis in perpetuum relinquere, & quod hæredes institutos noluerit fideicommissi onere grauare, prout nec in casu Curt. iun. illi grauati censentur. Nam licet ibi ex iurepatronatus hæredibus, & descendentibus relicto in perpetuum inferatur ad coniecturam, quòd positi in conditione censeantur actiuè vocati, non tamen ex hoc sequitur, nec Curt. nec Rustic. hoc dicunt, quod isti censeantur passiuè vocati, & sic grauati per fideicommissum, & non est inconueniens, quin hoc passim reperitur, quòd iuspatronatus tanquam gentilitium sit perpetuò in aliqua domo, & familia; & tamen in illa nullum adsit vinculum fideicommissi, vt in similibus terminis respondit Rota in causa Romana de Foliànis 12. Februarij 1588. coram Gipsio, & hanc eandem partem latè defendit Paris. *cons. 87. à num. 39. vsque ad 50 lib. 2.* dicens hanc coniecturam esse erroneam, nec ex illa induci posse ad fideicommissum: si enim qualitatem perpetuitatis expressam in dicto iurepatronatus voluisset testator repetere in fideicommisso, vtique fecisset: vnde cùm non fecerit, cuius est illam voluisse omittere, ad tex. *in cap. ad audientiam, de decim. & in cap. 2. de translat. Prælat.* 4

Item quia tam clausula concernens istud iuspatronatus, quàm alia respiciens institutionem hæredis, & substitutiones ibi factas, vnaquæque in se habet orationem perfectam, & vnam distinctam ab alia, & omninò separatam. Quo fit, vt clausula adiecta primæ clausulæ iurispatronatus non possit iudicari repetita in clausula institutionis, iuxta tex. *in l. qui fundum, de contrah. empt. & l. Seia, §. Gaio*, vbi Bart. *ff. de fundo instruct.* 5

Facit etiam pro hac parte, quòd testator inter proximiores de cippo domus nullam fecit substitutionem, & sic in primo proximiore de cippo domus, qui successisset, fideicommissum remansisset extinctum, ex adductis in prima decisione in hac causa facta: & nihilominus iuspatronatus permaneret perpetuum apud hæredes sanguinis, quibus fuit relictum. Vnde cùm simus iam hodie in casu extinctionis dicti fideicommissi, ex rationibus in decisionibus adductis, & non eo minus iuspatronatus semper durer, sequitur vnum ab alio non regulati, nec inferri posse à iurepatronatus ad fideicommissum. 6

Secundum fundamentum contra decisionem de nouo adductum desumebatur ex alio priori testamento ab eodem testatore antea facto, in quo apparet testatorem voluisse facere perpetuum fideicommissum inter eosdem Paulum, & Ludouicum, quos etiam tunc hæredes instituit, & substituendo omnes descendentes, & postea cippum domus, cum prohibit one alienationis, quod primum testamentum, quamuis per secundum sit reuocatum, *§. posteriori, Instit. quib. mod. testam. infirm.* tamen ex testamento etiam reuocato prætendebatur posse declarari voluntatem testatoris, & illius secundum testamentum, ad tradita per Dec. *cons. 115. n. 5.* Corn. *cons. 275. n. 5. circa fin. lib. 4.* Simon. *cons. 113. n. 6. vers. & quod voluntas*, quasi eadem mens hominis durare videatur, & illius mutatio voluntatis non præsumatur, *l. 3. & l. cum qui mutatam, de probat. & l. fideicommissa, §. si rem, de legat. 3.* 7

Contrariam tamen sententiam Domini sunt sequuti ex eo, quòd licet aliàs contenta in vna parte testamenti declarent 8

rent contraria apposita in alia eiusdem testamenti parte, *l. si seruus plurium*, §. *fin. l. qui filiabus, in princ. ff. de legat.* 1. Attamen ea quæ sunt in primo testamento reuocato, non declarant contenta in secundo, nisi in illo fiat relatio ad primum, iuxta text. *in l. auia, in princ. iuncta l. duos, ff. de condit. & demonstrat.* Vnde hanc sententiam tenuit Dynus, quem refert, & sequitur Bart. *in l. Statius Florus, n.2. ff. de iur. fisc.* Et fundatur, quia sunt diuersæ voluntates, & per secundam remanet prima, & omnia in illa contenta reuocata, nisi expressè fuerint repetita, *l. nisi*, §. *item si ipse, ff. si cui plus quam per leg. falcid.* hanc eandem sententiam tenet idem Dec. *in cap. in prima lectur. sub n.11. vers. sed adde, & 2. lectura n.5. vers. & ad hoc, de constit.* Alex. *cons.70. n.11. vers. non obstat, & seq. lib....* Barbat. *cons.59. ante n.2. lib.1.*

9 Argumentum enim videtur retorqueri, quia potius si testator voluisset persistere in prima voluntate, illam non mutasset, prout mutauit in casu isto, in quo vocauit fœminas, & plura alia diuersimodè disposuit à priori testamento, vt patet ex eorum lectura: vnde idem Barbat. dicit, quòd prætendens ex primo testamento reuocato secundum declarari, se ipsum suo ligone percussit, sequitur & Ruin. *cons. 93. num. 13. & seq.* vbi respondet Corneo, & rationibus ab ipso adductis, dicens illas fragiles, *& in cons.144. num.17. lib 2.* Natt. *cons.434. num.3.* Curt. iun. *cons.163. n.14. & seq.* dicens hanc communem Gabr. alios congerens *cons.97. n.27. lib.1.* asserens contrariam opinionem non esse veram, Simon. de Præt. hanc dicens veriorem, *de interpret. vltim. volunt. lib.1. interpret.1. dub.3. resolut 5. num 54. vers. alio autem casu, & vers. hanc posteriorem sententiam.*

10 Alia verò opponebantur, quæ latè fuerunt adducta, & discussa in disputatione primæ decisionis, in qua, & in secunda, visum fuit Dominis sufficienter omnibus satisfactum fuisse, nec noua egere responsione, ideò ex eisdem, & ex superius adductis resolutum fuit pro decisionibus, & ab illis recedendum non esse, &c.

R. P. D. COCCINO.

Nullius, seu Melueen. census,

Luna 26. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Pacta apposita in contractu census contra formam constitutionis Pij V. super forma creandi census, quæ non mutant naturam contractus, vitiantur, sed non vitiant.

SVMMARIVM.

Pacta illa sola quæ sunt contra substantiam actus, vitiant actum, n.1.

Bulla Pij V. super forma creandi census, quid disponat, n.2.

Formam illa inducunt, sine quibus à lege dicitur actus fieri nullo modo posse, ibid.

Bulla Pij V. super forma creandi census capita substantialia, num.3.

Clausula in fine posita refertur ad omnia capita præcedentia, num.4.

Declara quando qualitas omnibus conuenit, secus quando conuenit solum deductis in principio, quia ad illa solum refertur, ibid.

Pactum quod venditor census teneatur solus ad onera, est contra Bullam Pij V. super forma creandi census, n.5.

Pactum quod non facit transire contractum de vna specie in aliam speciem contractus, non dicitur contra substantiam contractus, ibid.

Remissio casuum fortuitorum spectat ad dominum census, num.6.

Pactum quod non mutat substantiam contractus, sed est contra legem contractui datam, vitiatur, sed non vitiat, ibid.

DECISIO DLXXXII.

1 DVbitaui an mandatum A.C. esset exequendum, quod pendebat à validitate, vel inualiditate census, an scilicet pacta redderent contractum fœneratitium, vel potiùs vitiarentur tantùm? Et difficultas fuit restricta ad tria pacta, de quibus infrà dicetur. Et pro illorum intelligentia dicebant Domini, quòd non omnia pacta vitiant contractum, sed illa tantùm, quæ sunt contra substantiam, DD. *in cap. fin. de condit. apposit.* & hanc sententiam in terminis constitutionis Pij V. super censibus sequuta fuit Rota in causa Bononien. census 26. Iunij 1600. & in Calagurritana census 28. Ianuarij, & 29. Aprilis 1602. coram bon. mem. Card. Seraphino, & optimè in terminis dictæ Bullæ dicit Felician. *de sol. de cens. lib.1. cap.10. n.28.* & Guttierez *pract. qq. lib.2. quæst. 176. per tot.*

Et quamuis Bulla Pij V. improbet pacta plura, quæ non sunt contra substitutionem, & postmodum subdat, *contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus*; tamen est aduertendum, quòd Bulla duo facit. Primò, dat formam contractui: secundò, improbat certa pacta. Primum patet, quia vult quòd census erecti super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, certis finibus designata, & in pecunia numerata coram Notario, & testibus in actu celebrationis instrumenti, &c. Et cùm in constitutione dicatur nullo modo posse censum creari, constituiue nisi in re immobili, &c. & in pecunia numerata, vtique ista solùm inducunt formam, vt dicit Gutrierez *pract. quæst. lib.2. quæst 176. num.5. vers. vel 2. & rectius*, qui loquitur in terminis dictæ Bullæ. Secundum etiam patet, quia constitutio improbat pactum auferendi, aut restringendi facultatem alienandi rem censui suppositam, insuper & pacta continentia census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria & expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, imò & censum augeri, & nouum creari super eadem re, vel alia in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis præteriti, vel futuri. Item pacta continentia solutiones onerum, ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectaret, & huiusmodi pacta improbata non tangunt nouam formam huius contractus, cùm constitutio annullet solùm ista pacta, non verò contractum, prout annullat, quando non est factus super re immobili, & in pecunia numerata, vt suprà dictum est, & ita Guttierez *loco proximè allegato*, & propterea verba illa, *contractus sub alia forma posthac celebran. fœneratitios iudicamus*, referuntur ad illa quæ dant formam contractui, non autem ad alia pacta quæ non sunt contra substitutionem, vt per Guttierez dicto loco, & dixit Rota in alleg. causis Bononien. & Calagurritana. 2

Et quòd iste intellectus sit verus, satis patet ponderando totum tenorem Bullæ, cuius verba in substantia sunt, *Statuimus censum constitui nullo modo posse, nisi super re immobili, aut in pecunia numerata, & prohibemus solutiones anticipatas, aut in pactum deduci, & conuentiones obligantes ad casus fortuitos valere minimè volumus, quemadmodum, & pactum auferens, vt restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, & pacta continentia morosum teneri ad interesse ex toto irrita sint*, &c. *contractusque sub alia forma celebrandum fœneratitios iudicamus*, & ita illis prætereà non obstantibus quicquid expressè, vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingit, à fisco volumus posse vindicari. 3

Nam sensus Bullæ est, quòd contractus sub alia forma facti fœneratitij iudicentur, & ita illis prætereà non obstantibus scil. pactis, quidquid expressè vel tacitè contra hæc nostra mandata scil. constit. dar. &c. à fisco volumus posse vindicari: vnde ista clausula contractus sub alia forma non potest referri ad pacta, quia non sunt de forma, sed debet referri ad illa, quæ sunt de forma; licet enim clausula in fine posita referatur ad omnia, hoc est verum quando qualitas omnibus conuenit: secus autem quando conuenit solùm deductis in principio, quia ad illa solùm refertur, *cap. cùm singula, in princ. de præben. in 6. per illum tex.* Alex. *in cons.48. num. 19. lib.1.* Tantò magis, quia si huiusmodi relatio fieret ad pacta, induceretur correctio iuris communis, scil. quòd pacta quæ non sunt contra substantiam contractus, illum vitiarent, & ideò talis relatio minimè fieri debet, Socin. *cons.150. num.37. vers. octaua ratio*, Alex. *cons.48. n.1. vers. non obstant illa verba, & num.6.* vbi Apostilla in 4

ver-

verbo *contrarietatem*, *lib.* 1. Ioan. de Imol. *conf.* 148. *in princ. verf. non obstat*.

5 His positis primum pactum est, quòd census sit ad rationem decem, & fructus ab omni contributione gabellarum functionum, & ab omnibus alijs collatis, impositis, & imponendis, etiam pro seruitio regio, & recuperatione totius regni, etiamsi tales essent, quòd ad illas dictus emptor vel eius hæredes tenerentur contribuere, hoc pactum negari non potest, quin sit contra Bullam quæ annullat pacta, solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ea natura contractus non spectarent, quale est illud pactum, quia ipse emptor tenetur ad solutiones onerum, non autem venditor, *l. debet*, *ff. de adilit. edict.* Albet. *in l. & ideò*, *de condict. furt.* Pinell. *in l.2. par.2. cap.3. n.40. C. de rescind. vendit.* & Ioan. Garz. *in tract. de expens. cap.*18. *n.*46. Sed non propterea sequitur, quòd istud pactum sit contra substantiam contractus, tam attento tenore constitutionis, vt supra probatum est, quam attenta dispositione iuris communis, quia non facit transire de vna specie in aliam, prout requiritur, Castren. *conf.*312. *in princ. lib.*1. Natt. *conf.*123. *cauf.*30. *quæst.*24. Abb *conf.*72. *num.*2. *lib.*1. & ita in terminis respondit Felician, *de sol. de censib. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 22. *& seqq.*

6 Secundum pactum est, quòd dicta decem pro centenario, debeant solui per venditorem in perpetuum, sine aliqua diminutione, seu ex computatione, etiam quæ de iure, & consuetudine facienda esset ex causa belli, vel pestis, aut impedimenti, & casus fortuiti diuini, vel humani: illud pactum etiam negari non potest, quin sit contra Bullam, cùm disponat non valere conuentiones directas, aut indirectas, obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, quia remissio spectat ad dominum census, iuxta notata per Bar. *in l. licet*, *n.*1. Bal. *num.*15 *C. loc* Aret. *conf.*52. *n.*2. Sed cùm non propterea sequatur quòd sit contra substantiam contractus, cùm non mutet eius naturam, & ideò vitiatur, & non vitiat, vt in genere de istis pactis dicit Guttierez *dict. q.*176. *n.*3. & allegat Olanum in sua concordia iuris *littera A n.*110. *& seqq.*

7 Quantum attinet ad tertium pactum, quòd si venditor per quatuor menses cessauerit à solutione census, teneatur volente emptore statim restituere capitale, & census decursos, damna & interesse, erit particulariter videndum. Ex quibus quoad duo pacta fuit resolutum contra informantem, &c.

R. P. D. VEROSPIO SEN.

posteà S. R. E. Cardinali.

Farsen. spolij.

Mercurij 28. *Maij* 1614.

ARGVMENTVM.

Possessor bonæ fidei non tenetur ad fructus perceptos ante motam litem.

SVMMARIVM.

Possessores bonæ fidei non tenentur ad fructus perceptos ante motam litem, *n.*2.

Bona stabilia regulariter computantur ad rationem scutorum quinque pro centenario, *n.*3.

Fructus quos quis percipere potuit, & non percepit, restituere solum tenetur violentus possessor, *n.*4.

DECISIO DLXXXIII.

1 TRoianus Angelettus de anno 1577. prædium pro ducentis aureis vendidit Matthæo, & Simoni fratribus de Simonettis, qui cùm illud vsque ad annum 1607. & sic per 30. annos pacificè possedissent, insurrexit Petrus Angelettus, & tanquam dicti Troiani venditoris donatarius egit spolio contra Antonium de Simonettis tunc huius prædij possessorem, & ad illud obtinuit reintegrari, necnon pro fructibus perceptis, & qui percipi potuissent à die venditionis; fuit dictus Antonius vti debitor condemnatus in summa scutorum 1130.

2 Verùm causa per viam appellationis ad Rotam deuoluta, fuit hæc sententia, me ponente, infirmata, quia cùm isti de Simonettis prædium emerint, & per consequens essent bonæ fidei possessores, condemnari non poterant ad fructus ante motam litem perceptos, *l. interdictus*, *ff. de interd. l. domum*, *C. de rei vendic.* Doct. *in l. si fundum*, *C. eod.* Rota *decis.*4. *n.*1. *de restit. spoliat. in nouis*, *& decis.* 316. *n.*4. *& decis.*552. *n.*1. *& 2. part.* 1. *diuers.* Card. Sera. *h. decis.*835. *n.*3. Tantò magis cùm Antonius contra quem fuit pronunciatum ab anno tantùm 1608. possederit, & quamuis dicatur Matthæi emptoris hæres extitisse, id tamen non constat, nec vti talis fuit ad istorum fructuum restitutionem condemnatus.

Vlterius ex actis non apparet fructus perceptos ad summam liquidatam ascendisse, quinimò satis fuit visum inuerisimile de prædio vendito pro ducentis aureis à die venditionis, videlicet à triginta annis fructus ad summam scutorum 1130. ascendisse, cùm stabilia regulariter ad rationem scutorum quinque pro centenario soleant computari, glos. *in auth. perpetua*, *in verbo iusta*, *C. de sacros. Eccles.* 3

Denique fuit visum ex alio capite dictam sententiam esse reuocandam, cùm Antonius condemnatus fuerit etiam ad fructus qui percipi potuissent, ad quos videntus tantùm spoliator condemnatur, *cap. grauis*, & ibi Doct. *c. conquerente*, *de restit. spol.* Rot. *decis.*5. *eod. tit. in nouis*. 4

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana legitimæ.

Lunæ 9. *Iunij* 1614.

ARGVMENTVM.

Scientia in præiudicialibus debet esse certa, indubitata & expilata, aliàs non nocet, & quando quis dicatur habere hanc explicitam, indubitatam, & certam scientiam.

SVMMARIVM.

Scientia explicita, & indubitata requiritur in præiudicialibus, *n.*1. *Vbi præsertim in mulieribus*.

Mulierum genus liberale non est, *ibid. in fin.*

Ignorantia nunquid præsumatur, & quis eam probare debeat in materia restitutionis in integrum aduersus præscriptionem, *n.* 2.

Negligentia ignoranti imputari non potest, *n.*2.

Ignorantia probatur iuramento, *n.*3.

Scientia explicita requiritur in præiudicialibus, *n.*4.

Testament. scientiam explicitam non dicitur habere is, qui scit testamentum esse factum, nisi etiam sciat testamenti tenorem, *n.*4. *& 5. Vbi ampliatur hæc conclusio*.

Enunciatiuæ simplici factæ in testamento quis credere non tenetur quando principaliter agitur de enunciato, *n.* 6.

DECISIO DLXXXIV.

QVia in hac causa fuit dictum lapsum quinquennij, de quo *in l. fin. C. de inoff. donat.* minime obstare D. Septimiæ, ex quo non apparet habuisse scientiam donationis factæ per patrem, & ignorantia præsumitur ex ibi alleg. ideò fuit in hac propositione dubitatum, an constet de scientia D. Septimiæ ad effectum, de quo agitur; & pro negatiua fuit tentum, saltem quoad illam explicitam, & indubitatam scientiam, quæ requiritur in præiudicialibus, iuxta not *in l. de his*, *ff. de transf.* Et. glos *in cap. concertationi*, *verb. sciuerit*, & ibi Gemin. *num.*97. *lib.*1. Crau. *conf.*193. *num.*8. Natt. *conf.*636. *n.*192. Dec. *conf.*111. *n.*20. Surd. *conf.*328. *n.*28. Put *decis.*397. *num.*3. *lib.*2. latè Pedem. *decis.*176. *num.*3. *& 4.* maximè in mulieribus, quorum genus nullatenus est liberale, *l. si stipulata*, *verf. si uxor. ff. de donat. int. vir & vxor. l. sed si ego*, *in fin. ff. ad senat. conf. Vell.* & *vtrobique glos. fin.* Bar. *q.*7. *num.*4. *verf. quinto probo*, Castr. *conf.*342. *num* 3. *lib.*1. Alex. *conf.*144. *n.*10. *lib.* 5. vnde minus quam cæteri præsumuntur voluisse iactare suum, contra reg. de qua *in l. cum de indebito*, *ff. de probat* 1

Et quicquid sit de eo, an ignorantia sit probanda per illum, qui negat impletam præscriptionem, vel aduersus illam fuerit restitutus, de quo per Mandell *conf.*18 *num.*5. in quo fortè facienda esset distinctio inter negantem concurrisse præscriptionem, & petentem restitutionem in integrum aduersus illam, quia primo casu negans præscriptionem, non se fundat in ignorantia, sed opponit non esse probata requisita ad præscriptionem, hoc est, lapsum tem- 2

temporis, & negligentia agere debentis, de quo per Abb. *in rubr. de præscript. num. 1. in fin.* Felin. *in principio*, Bald. *eodem titul. in proœm. versic. his generaliter, in fin.* quæ negligentia minimè imputari potest, nisi adsit scientia illius, qui agere debebat, Alexand. *cons. 1. num. 15. lib. 4.* Castrens. *cons. 47. num. 1. lib. 2.* Decian. *cons. 44. num. 36. lib. 1.* quia aliàs nesciens comparatur impotenti, *l. annus, ff. de calumniat. l. in actione, vers. planè, ff. de furt. l. argentum, ff. commodat.* glos. *in cap. quia diuersitatem verb. notitia, de concess. præben.* Anchar. *cons. 174. n. 3. in fin. & n. 4.* Roman. *cons. 228. n. 2.*

3 Cæterùm quia Rota in decisione in hac causa facta decima Decembris proximi, & in alijs ibi alleg. noluit resoluere an cesset præscriptio, vel potius competat restitutio, ideò Domini in hac propositione dixerunt, quòd etiamsi esset opus probare ignorantiam, quòd illa remaneret probata ex iuramento iam præstito per D. Septimiam, ex quo probatur ignorantia, *cap. ut circa, in fin. & ibi glos. verb. per proprium, de elect. in 6.* Bald. *cons. 92. num. 1. in fin. lib. 1.* Oldrad. *cons. 286. num. 4.* Anchar. *cons. 174. num. 4.* Roman. *cons. 54. num. 3. vers. contrarium,* Alex. *cons. 76. num. 8. lib. 6.* Corn. *cons. 168. num. 13. lib. 3.* Crauett. *cons. 201. num. 32.* & admittit Mandell. *d. cons. 18. num. 5.*

4 Quę autem fuerunt adducta pro parte societatis ad probandam scientiam donationis visa fuerunt non obstare, nam totum fundamentum consistit in eo, quòd Septimia habuit scientiam testamenti paterni, in quo quidem testamento enunciabatur donatio, de cuius inofficiositate agitur, vnde infertur, quòd si habuit notitiam testamenti; ergo & donationis in illo enunciatæ: sed ad hoc fuit responsum in primis non constare, quòd Septimia habuerit scientiam saltem explicitam testamenti, prout requiritur in præiudicialibus, iuxt. not. *in d. l. de his, ff. de transact.* cum alijs suprà alleg. non enim adest aliquis, qui dicat Septimiæ fuisse lectum, vel ostensum testamentum patris, sed tantum quòd ipsa egit contra societatem tanquam hæredem patris, quod arguit scientiam testamenti in genere, quia aliàs sine testamento societas non potuisset esse hæres, cùm non succedat ab intestato Numæ patri Septimiæ, sed non exinde infertur, quòd habuerit scientiam explicitam contentorum in eo, prout requiritur ex supra alleg.

5 Secundò fuit dictum, etiam probata scientia explicita dicti testamenti, & quòd verbaliter fuerit insinuatum Septimiæ, adhuc non probari scientiam explicitam donationis, in qua consistebat præiudicium Septimiæ, etenim in dicto testamento minimè registratur donatio, sed tantùm illa simpliciter, & in genere enunciatur: vnde non probat, quod Septimia sciuerit omnia contenta in illa, sed tantùm in genere fuisse per patrem factam quandam donationem, & nihilominus vt quis tacendo sibi præiudicet, requiritur scientia implicita, ex suprà allegatis.

6 Sed neque probatur scientia implicita, quia non fuit obligata Septimia credere simplici enunciatiuæ, nedum tertius qui non interuenit in actu, tenetur stare: sed neque ipsemet, qui interuenit, tenetur stare quando agitur principaliter de enunciato, Angel. *in l. iuris gentium, §. quod fere, in fin. ff. de pact.* Alex *cons. 21. n. 4. lib. 1.* Dec. *cons. 359. num. 6.* Ruin. *cons. 167. num. 25. lib. 1.* Decian. qui de communi, *cons. 120. num. 19. lib. 3.* Non obstat, quòd D. Septimia fecerit quandam numinationem iuxta facultatem sibi concessam in donatione, quia hoc fuit paulò ante litem motam, & sic ab illo tempore vsque ad tempus motæ litis non fuit lapsum quinquennium, de quo *in d. l. fin. C. de inoff. donat.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana fideiussionis, & seu releuationis indemnitatis.

Lunæ 2. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

De muliere accipiente pecuniam ad societatem officij ex falsa narrata causa, numquid obligetur, præsertim sine statutarijs solemnitatibus.

SVMMARIVM.

Cameralis obligatio paratam habet executionem, n. 1.

Mulier pecunias accipiens ad societatem officij pro colendo agro, si hæc causa non vera sit, numquid valeat obligatio, n. 3. & 4.

Promittens releuare aliquem indemnem tenetur, siue damnum contingat de iure, siue etiam de facto, n. 4.

Mulier potest se obligare sine consensu proximiorum, adhibito tamen eorum loco curatore quando in loco contractus non habet proximiores, qui possint interuenire, & quid hoc casu præsumatur, n. 5.

Mulier potest contrahere sine solemnitatibus statutarijs, quando contractus ipsi vtilis est, ibid. in fin.

DECISIO DLXXXV.

1 CEnsuerunt DD. mandatum contra D. Liuiam Vestriam, seu eius bona pro summa requisita per Dominos Palmerios fideiussores esse relaxandum, cùm doceant de originali obligatione contracta per instrumentum societatis vsque de anno 1601. in quo apparet, quòd ipsa recepit scuta 150. ad societatem officij, & recognoscendo bonam fidem, cum debitis solemnitatibus, se obligauit conseruare indemnes Palmerios, qui tanquam fideiussores accesserunt, & exinde coacti nedum dictam summam scutorum 150. sed & fructus decursos in summa scutorum 210. soluerunt cessione reportata, cuius vigore potuerunt pro dicta summa petere relaxationem mandati, executiuè agendo propter formam obligationis Cameralis in instrumento prædicto adiectam, Angel. *in l. 4. §. condemnatum, n. 4. ff. de re iudicata* Gabr. *consil. 67. num. 7. lib. 1.* Gales. *ad formam oblig. Camer. par. 1. quæst. 1. num. 11. & 18.*

2 Nec prædictis obstare videbatur Breue Sanctissimi cum clausula sublata, & decreto irritanti super graduatione facienda inter creditores hypothecarios casalis ab eadem Liuia venditi Excellentissimo Principi Burghesio antequam pretium eiusdem distribuatur, & soluatur, & super quo casali, seu pretio subrogato, & non aliunde eadem D. Liuia habet iura sua dotalia, & mandatum exequutiuum est dirigendum. Quia placuit Dominis responsio data, quòd hic non petitur mandatum contra pretium casalis, pro cuius solutione esset facienda sententia graduatoria, sed contra Liuiam debitricem, quæ respectu propriorum bonorum, non potest gaudere huiusmodi priuilegio, & contra quam prius creditum est iustificandum.

3 Non obstat, quòd nec etiam creditum contra eam possit iustificari, dum agitur de societate sub falsa causa contracta, nempè pro recolligendo frumento ex casali, cuius impensæ spectabant ad Carolum eius filium dominum casalis, non autem ad D. Liuiam, quam in his terminis pro pecunijs ad societatem per mulierem receptis pro colendo agro, cuius non erat domina, sufficere visum est Dominis in causa Romana societatis officij 17. Iunij 1602. coram bon. mem. Penia. Prædictis enim fuit responsum, quòd in præsenti non concurrunt verba expressiua causæ differentis, prout in decisione bon. me. Peniæ, in qua legitur quòd ipsa mulier indigebat pecunijs pro colendo agro in dotem dato, cuius dominium erat mariti, nam expressio causæ pro recolligendo granu etiam ex alieno prædio, poterit esse vera, nisi contrarium probetur, quamuis mulieri non vtilis, non sic si dicatur, quòd mulier indigeat pecunijs ea de causa, cùm ad eam non spectet vera colligendi granum; ideò ex non vtilitate D. Liuiæ inferri non potest ad facilitatem causæ.

4 Præterea illa causa pro colligendo frumento fuit narrata in primo contractu societatis, non autem in contractu secundæ societatis, & renouationis primæ, de cuius secundæ societatis exequutione agitur, vbi causa contrahendi fuit expressa, nempè pro extinguenda prima societate, & hæc causa fuit vera, & tunc temporis necessaria, & sufficiens Palmerijs pro consequenda indemnitate, quæ eis præstanda est, siue de iure, siue de facto damnum contigerit, Dec. *cons. 323. circa fin.* Ofasc. *dec. 48. num. 7.* Surd. *cons. 150. num. 9. lib. 1.* & in eum modum, ac si eis damnum non euenisset, Paris. *cons. 109. num. 38. lib. 1. & cons. 16. num. 124. lib. 2.* Soc. iun. *cons. 78. num. 20. vol. 2.* ideò Domina Liuia contra Palmerios, quos releuare

pro-

promissis, non potest referre nullitatem contractus, sed defendere, & facere ne damnum sentiant, & contra principalem creditorem actiones dirigere, ad cuius instantiam fuit relaxatum mandatum, vt prætenditur nullum.

5 Et ex præmissis cessare etiam videtur exceptio omissæ solemnitatis interuentus proximiorum ex dispositione statuti vrbis 151. cùm non pertineat ad Palmerios, qui receperunt promissionem indemnitatis, sed vlterius dixerunt etiam Domini, quòd cum loco proximiorum, quos non habere curauit D. Liuia, fuerit ad validitatem contractus iuxta formam statuti adhibitus curator, nisi eadem die obligationis probatum fuerit, prout non probatur, quòd in vrbe adessent proximiores, & quòd commodè interuenire possent, contractus nihilominus sustinetur, Bart. *in l. si tertius, n. 5. & 6. ff. de aq. plun. arc.* quod etiam sæpiùs fuit firmatum, signanter in causa Firmana restitutionis dotis 23. Iunij 1603. coram bon. me. Penia, & in Romana census coram me 29. Aprilis 1615. Addiderunt etiam ex quo D. Liuia gessit negotium vtile extinguendo primã societatem imminente exequutione, non fuerunt illi necessariæ aliæ solemnitates, Tiraq. *de ll. connub. glos. 8. n 62. 63. & seqq.* quod etiam fuis firmatum in causa societatis officij 17. Februarij 1606. coram bon. mem. Litta, & in alia Romana nullitatis contractus 18. Februarij 1615. coram R. Attrebaten. Et ita, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Anconitana bonorum S. Apollinaris.

Veneris 6. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

De vi & efficacia clausulæ *Arbitrio Rotæ*, & de pluribus causis, quibus sequestrum conceditur, & denegatur.

S V M M A R I V M.

Arbitrio Rotæ vbi quid est commissum, non potest iudex recedere a regula, quod spoliatus ante omnia restituendus sit, num. 1.

Clausula Arbitrio Rotæ, *licet videatur concedere aliquid plusquam iuris sit, & tamen Rota vti non solet, nisi subsistente iusta, & rationabili causa, ibid. in fin.*

Sequestrum an sit concedendum, & quandone possessio terra, de qua agitur, propter paupertatem possessoris, & non cultiuationem, efficiatur infructifera, n. 2.

Sequestrum quando concedendum, vt inutilis circuitus euitetur, n. 3.

Sequestrum quando concedendum in spolio iudiciali, n. 4.

Sequestrum quando concedendum propter inutilem reintegrationem, si non concedatur, num. 5.

DECISIO DLXXXV.

1 VIsum est Dominis non intrare arbitrium pro sequestranda possessione bonorum, de quibus agitur, sed etiam Leonij esse restituendam tanquam de facto priuatis, per exequutores iurisdictione carentes, & fuit ponderatum in decisione 26. Iunij præteriti, qui cum non potuerint grauari in retentione moderno rectori concedenda, eadem ratione placuit Dominis non intrare arbitrium pro sequestro, ne regula, quòd spoliatus ante omnia sit restituendus, in effectu destrueretur, à qua etiam ex rescripto arbitrium tribuente recedi non potest, Cæs. de Graff. *decis. 8. num. 4. de re iud.* quoniam illud videtur interpretandum, prout de iure; & quamuis in habente aliàs iurisdictionem, rescriptum videatur latiorem recipere interpretationem, vt aliquid plus sit concessum, vt declarat Felin. *in c. 1. num. 51. vers. & si dicatur: Committimus arbitrio tuo, de constit.* quod etiam fuit dictum in pluribus causis, vt in Romana Congij 6. Martij 1606. coram R. Archiepiscopo Damasceno, & in Leodien. fideicommissi coram me 21. Maij præteriti; eo tamen Domini non solent vti, nisi subsistente iusta, & rationabili causa, de qua in præsenti constare non videtur.

2 Nam causa quæ deducitur, quòd isti Leonij sint pauperes, & non possint cultiuare vineam, quæ propterea efficietur infructifera, & aperit viam iudici ad sequestrandum, vt tradunt glos. & DD. *in l. vnic. C. de prohib. sequestr.* ex actis non iustificatur, & vbi etiam de paupertate constaret, illa quidem debuisset probari non simpliciter, sed ad effectum, de quo agitur, vt pluries fuit decisum, & eo minus obiectum paupertatis posset deseruire, quatenus respiceret inhabilitatem restituendi fructus, quia ipsa bona remanent hypothecata pro fructibus, ita vt Ecclesiæ semper sit consultum.

Secunda causa de inutili circuitu euitando, *l. dominus testamento, ff. de cond. ind.* cum alijs per Surd. allegatis *cons. 248. num. 18. lib. 2.* non placuit Dominis. Nam etsi rector habeat mandatum ab A. C. à quo fuit appellatum, & causa commissa in Rota cum clausula, *sine præiudicio legitimæ executionis*, quæ videtur præseruare facultatem exequendi iudici à quo, Lancell. *de attent. post inhibit. limit. 13. num. 2.* & ea ratione licere videatur moderno rectori illud de nouo exequi facere contra Leonios ex causa canonum non solutorum Iachello antiquo rectori debitorum, cuius ipse modernus est donatarius. Tamen cùm multa possint opponi ad impediendam legitimam executionem, tam respectu validitatis cessionis Iachelli, quam liquidationis crediti, vt in decisione in hac causa die prima Martij 1613. fuit consideratum, visum est regulam prædictam non procedere, quia vtilitas ex allegatis non potest dici desperata, Cardin. *in Clement. Auditor. qu. 14. n. 16. de rescript.* Dec. *in l. cùm fundus, §. seruum tuum, n. 5. ff. si certum petatur.* 3

Tertia causa ponderata ex eo, quòd adhuc versemur in spolio iudiciali, in quo si datur retentio, multò magis sit concedendum sequestrum, iam remanet sublata ex decisionibus diei 1. Martij, & 26. Iunij 1613. in hac causa factis. 4

Quarta causa quæ formatur ab inutili reintegratione, facili responsione euitari potest, nam quòd Iachellus rector spolians dimiserit possessionem vigore subhastationis, & deliberationis factæ diei 9. Maij 1612. in Antonium Casareum, qui nunquam fuit in lite, & cuius personam hodie repræsentat modernus rector, ita vt aduersus rectorem non possidentem non sit danda reintegratio, & contra Casareum, cum quo non est lis, nec penes quem residet vitium spolij non sit procedendum, Rota *decis. 7. num. 1. part. 1. diuers.* Hæc, inquam, videntur tolli, ex eo quòd executio facta ad fauorem Casarei fuit attentata vti facta lite pendente in Rota, in qua licet dicatur, quòd Iachellus qui executionem obtinuit, de illo tempore non esset in lite, ex quo iam dimiserat rectoriam, tamen constat quòd ab initio, de anno scilicet 1592. dum erat rector, fuit in ista lite, quam introduxit pro consecutione canonum, & per consequens etiam dimissa rectoria, licet non esset in lite tanquam rector pro recuperatione bonorum, tamen erat in lite pro canonibus decursis, & maturatis pro eo tempore quo fuit rector, quæ causa tanquam dependens non potuit separari ex nouo iudicio de anno 1612. citra præiudicium attentatorum, Lancell. *de atten. lite penden. limit. 2. num. 8.* Et modernus rector, qui venit ex iuribus Casarei, debet illis vti cum suis qualitatibus, & vitio attentatorum, quæ ad effectum sequestri visa sunt Dominis non sufficere, &c. 5

R. P. D. V B A L D O.

Perusina dotis.

Lunæ 9. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione plura explicantur, & primò quando confessio receptæ dotis sit valida: secundò, an pro dote possint bona fideicommissaria alienari, & obligari: tertiò, an prohibitus alienare sub pœna priuationis alienan. cadat à tota hæreditate, an verò solùm à rebus alienatis: quartò, an fructus non solutæ dotis debeantur, à quo tempore, & ad quam summam.

S V M M A R I V M.

Dotis receptæ confessio plene probat præcedente eiusdem dotis promissione, præsertim si confessio viri fuerit in testamento repetita, n. 1.

Fideicommissaria bona possunt pro dote obligari, declara
vt

vt num. 2. & 3. & num. 6. vbi de eadem materia.

Dotis non solutæ fructus an, & a quo tempore, & ad quam summam soluendi sunt, n. 3.

Heres præsumitur possidere bona hereditaria, tit. pro herede, si de alio titulo non doceat, n. 4.

Constituti clausula operatur vt possessori detur mutuum de associando, ibid.

Saluianum interdictum vtile datur etiam possessori, cum clausula Constituto, *ibid.*

Exceptio fideicommissi tanquam requirens altiorem indaginem non impedit immissionem ex Saluiano interdicto, num. 5.

Prohibitio alienationis non extenditur ad alienationem dotis, num. 6.

Prohibitus alienare sub pœna priuationis alienando non cadit nisi a bonis alienatis, n. 7.

DECISIO DLXXXVII.

1 DVbium in hac causa propositum habet tres partes. Prima erat, an esset locus restitutioni dotis: secunda, an esset locus restitutioni vnà cum fructibus dotalibus: tertia, sub quibus bonis sit facienda restitutio. Circa primam partem fuit dictum esse locum restitutioni dotis, quia de dote constat ex confessione mariti, cui statur præcedente promissione, iuxta decis. Afflict. 402. *num.* 14. Couar. *lib.* 1. *var. resolut. cap.* 7 *num.* 6. cum alijs per Surd. *cons.* 397. *n.* 5. *lib.* 3. & sequitur Rota, vt in causa Romana dotis 13. Nouembris 1602. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Romana dotis, seu pecuniaria 17. Iunij eiusdem anni coram Reuerendiss. Bononien. & sæpè in alijs præsertim cùm confessio viri sit reperta in eius testamento. Et est factus locus restitutioni per mortem viri, de qua benè deponunt testes, & pars admittit.

2 Quo verò ad secundam partem, Domini censebant deberi fructus dotales, concurrentibus duobus ad hæc requisitis, videlicet quòd Domina Camilla non haberet aliunde, vnde viuere posset, & quòd fecerit diligentiam pro dote consequenda, iuxta tradita per Bald. Angel. Ias. & alios *in l. diuortio, ff. solut. matrim.* Alex. *cons.* 141. *n.* 7. *lib* 5. Aym. *cons.* 189. *num.* 7. *in* 6. *casu, vers. est verum*, Afflict. *decis.* 284 *n.* 2. Paris. *cons.* 64. *num.* 1. *& seqq.* vbi de communi *lib.* 4. Surd. *cons.* 194. *n.* 5. *& sub n.* 16. *vers. responderi item potest*, *& cons.* 269. *num.* 21. *& seq. lib.* 2. & fuit decisum in causa ciuitatis Castelli hæreditatis, siue nullitatis Laudi 14 Ianuarij 1605. coram Reuerendissimo Bononien. in Spoletana vsusfructus 16. Martij 1592. coram bon. mem. Cardinali Mantica, & in Romana fructuum dotis 27. Februarij, & secunda Iunij 1606. coram bon. mem. Penia.

3 Et quidem de primo requisito satis visum fuit constare ex testibus deponentibus de summa paupertate Camillæ, quibus moti Domini aliàs semel, & iterùm mandarunt illi subministrari tanquam pauperi sumptus litis, vigore commissionis Rotalis: sed quia quoad secundum requisitum non constabat de alijs diligentijs factis per Camillam, Domini dixerunt deberi fructus a die motæ præsentis litis; qui quidem fructus, vbicumque nullum adest statutum particulare, debent taxari iuxta consuetudinem regionis, & ciuitatis, vt fuit dictum in Interamnen. fructuum dotis de anno 1596. coram Gipsio, in Senogalien. fructuum 20. Nouembris 1598. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & in Asculana prædij 22. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno: de consuetudine autem taxandi fructus dotis in ciuitate Perusiæ ad rationem septem, vel octo pro quolibet centenario, testatur Corn. *cons.* 44. *num.* 3. *lib.* 2. *& cons.* 71. *num.* 12. *lib.* 4.

4 Circa tertiam verò partem fuit dictum, restitutionem esse faciendam super bonis nunc per Gerundam possessis, nam testes probant eadem bona fuisse possessa per Mariottum maritum Camillæ, & sic obnoxia dotis restitutioni, qui instituit hæredem dictam Gerundam sororem suam, quæ adepta est possessionem bonorum post obitum fratris, vt benè deponunt testes, præsertim septimus super quinto articulo, & duodecimus super sexto, & cùm ipsa non doceat de alio titulo, præsumitur titulo hæreditario possidere, *l.* 1. vbi not. *C. de repet. hær.* accedit, quòd etiamsi possideret alio titulo, tamen probata possessione Mariotti cum clausula *Constituti*, ad fauorem Camillæ in instromentis dotalibus competit Camillæ, vel mandatum de associando etiam contra tertium possessorem, Tiraq. *de iur. const. poss.* 1. *par. num.* 43. Ruin. *cons.* 127. *num.* 1. vbi de communi, *lib.* 5. Nenz. *cons.* 82. *n.* 15. *& seq.* Menoch. *de adipisc. remed.* 5. *num.* 140. cum alijs adductis in causa Bononien. d. Zaualeis 13. Iunij 1611. & rursus 4. Iulij 1612. coram me, & in Bononien. de Gozzadinis 26. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Manzanedo, vel saltem vtile remedium Saluiani, cùm ambo extrema sint probata, Bart. *in l.* 1. *num* 3 *ff. de Salu. interdict.* Rol. *cons.* 14. *num.* 12. *& seq. lib.* 1. Menoch. *de adipisc remed.* 3. *quæst.* 29. *num.* 160. *& seqq* Surd. *cons.* 131. *num.* 1. *lib.* 1. cum alijs cumulatis in Romana Saluiani 10. Ianuarij 1611. coram me, vbi in specie dicitur dictum remedium competere contra tertios possessores, Pur. *decis.* 207. *n.* 2. *lib.* 1. Menoch. *d. remed.* 3. *n.* 57. Rota *decis.* 34. *n.* 24. vbi de communi *par.* 2. *diuers.*

5 Non obstat exceptio fideicommissi allegata pro Gerunda, tum quia non constat euenisse casum fideicommissi ad eius fauorem, vt latè deducunt informantes pro Camilla, quæ prætendit Mariottum suum virum potuisse de omnibus bonis ad libitum disponere, & consequenter donationem ad sui fauorem ab eo factam sustineri, de quo erit particulariter agendum, tum quia exceptio fideicommissi tanquam requirens altiorem indaginem, non impedit remedium Saluiani, Sarnen. *de redait. Eccles. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *num.* 180. *in fin.* Rota *decis.* 34. *num.* 25. *par.* 2. *diuers.* & fuit sæpè decisum.

6 Quibus accedit, quòd cùm non appareat fuisse à fideicommittente prohibitam alienationem pro constituenda, vel restituenda dote, talis restitutio non censetur prohibita, iuxta Bart. *in l. filiusfam. §. diui, num.* 10. & ibi Doctores communiter, *ff. de legat.* 1. Crass. *in §. fideicommissum, quæst.* 57. *num.* 2. cum alijs per Bursat. *cons.* 180. *n.* 17. vbi de communi, *lib.* 2. & per Surd. *decis* 62. *num.* 5. ac propterea quatenus non extarent alia bona Mariotti, qui pro restitutione dictæ dotis omnia sua bona obligauit, posset in subsidium dos detrahi de fideicommisso Adriani, iuxt. *auth. res qua*, *C. com. de leg.* cuius dispositio habet locum, siue agatur de constituenda, siue de restituenda dote, Rolan. *cons* 85. *num* 29. *&* 30. *lib.* 7. Couar. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 6. *vers. quarto*, Surd. *d. decis.* 62. *num.* 1. *& seqq.* Rot. *decis* 37. *num.* 1. *& seq. par.* 1. etiamsi grauatus consumpserit legitimam, & Trebellianicam, vt in hoc casu Gerunda prætendit consumpsisse Mariottum, Castren. *in d. auth. res qua, num.* 11. Natta *cons.* 61 *num.* 4. & fuit latè deductum in causa Montisfalisci fideicommissi 6. Iunij 1606. coram Reuerend. Bononien.

7 Nec etiam videbatur obstare, quòd Gerunda dicatur possidere bona quondam Mariotti vigore sententiæ, per quam fuit declaratum dicta bona ob alienationes per Mariottum factas, vigore fideicommissi fuisse ad Gerundam deuoluta, nam de executione d. sententiæ non constat, quin potiùs ex testibus datis in summario Camillæ constat possessionem dictorum bonorum fuisse à Gerunda captam post mortem Mariotti, vt suprà dictum est, & addunt aliqui tanquam a sorore, & hærede eiusdem Mariotti, & in omnem casum prædicta sententia non potest saluari à notoria iniustitia, cùm etiamsi Gerunda fuisset vocata ad fideicommissum, ob dd. alienationes per Mariottum factas non fuisset vocata, nisi ad bona alienata, non autem ad alia bona tunc per Mariottum possessa, & fideicommisso subiecta, non solum vigore iuris communis, cùm regulariter prohibitos alienare, si alienet, non cadat nisi à parte alienata, Ias. *in l. ait prætor, in pr. num.* 4. *& seqq ff. de iureiur.* Ferd. Suac *in d. §. diui, n.* 192. Ruin. *cons.* 119. *n.* 12. *vers. sed contrarium lib.* 2. Menoch. *cons.* 164 *num* 22. *lib.* 2. vbi de communi, & fuit decisum in causa Perusina bonorum 2. Maij 1588. coram bon. mem. Card. Platt. in Rom. fideicommissi de Iacobatijs 20. Iunij 1605. coram R. Bonon. & in Firmana fideicommissi 27. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Romana de Theodolis 21. Aprilis 1597. coram Litta, & priùs in Perusina hæreditatis 16. Nouembris 1584. coram Orano impress. post cons. Oided. 758. *n.* 87. *& seqq. lib.* 7. sed etiam, quia verba testamenti dum in euentum alienationis alium vocant, sunt restricta ad rem alienatam tantum, vt patet ex eorum lectura, vt fuit consideratum *in decis.* 379. *n.* 3. *vers. septima pare.* 1. *diuers.* & fuit dictum in dicta Perusina bonorum, coram Card. Platto.

Quæ

8 Quæ dicuntur in ista dote, esse compensanda saltem localia, quæ prætendunt remansisse penès mulierem, non verificatur in facto. Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Lauretana Canonicatus.

Lunæ 9. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Manutentio in iure conferendi datur Ordinario ex sola iuris assistentia.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quando motu proprio Ecclesiæ, & non personæ prouidit, prouiso ius acquiritur absque alia iustificatione, num. 1.*

Ordinarius in quibus mensibus habeat liberam conferendi potestatem, ibid.

Manutentio datur ex sola iuris assistentia, n. 2. ad fin.

Ordinarius conseruandus, & manutenendus est in sua conferendi possessione, ibid. in fin.

DECISIO DLXXXVIII.

1 LVdouicus non informauit, sed Nicolaus, pro quo Domini resoluerunt, scilicet Canonicatum de quo agitur, eidem esse adiudicandum; reperitur enim prouisus ab Ordinario, qui cùm prouideat motu proprio Ecclesiæ, & non personæ, statim acquiritur ius prouiso absque aliqua iustificatione, Card. *in Clem. 2. n. 13. vers. 2.* Laur. de Pinu satis consonans prædictis *de offic. ord.* Fel. *in cap. ad aures, num. 15. de rescript.* Nec de potestate conferentis dubitandum videtur, quia vacatio contingit in mense Decembris, qui est ordinarius tam iuris dispositione, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. ex parte, cap. constitutus, de conceß. præben. cap. ordinarij, de off. ord.* quam vigore regulæ octauæ, ac etiam alternatiuæ, quatenus ab Ordinario Lauretano acceptata reperiretur, cùm mensis Decembris non recipiat variationem ab alternatiua, sed semper remaneat ordinarius, prout est mensis Iunius.

2 Nec obstare visum fuit, quòd Ludouicus habeat suam prouisionem ab Ill. Protectore sacræ Domus, & exinde tanquam beneficium reseruatum non cadat sub ordinaria collatione. Quia si reseruatio deducitur ex indulto eiusdem Illust. Protectoris, propter familiaritatem multorum Cardinalium, quæ allegatur in persona Gregorij, per cuius obitum Canonicatus vacauit, & de ea non constat cum suis requisitis, prout necesse est, aut reseruatio prætenditur ex iuribus ante erectionem Ecclesiæ Lauretanæ in Cathedralem, prout videtur huiusmodi Canonicatus, de quo d. Gregorius prouisus fuit vsque de anno 1535. quo tempore d. Ecclesia erat collegiata, & sub Protectore fuit responsum, quòd adhuc de tali iure non constat: interim autem non est retardanda executio collationis factæ ab Ordinario, cui ius assistit, & nedum ex eo solo manutenendus est, *cap. cùm persona, de priuil. in 6.* Capic. *decis. 189. num. 7.* & tenuit Rota in causa Vlisbon. iuris conferendi 27. Nouembris 1596. coram bon. mem. Litta, sed etiam quia per multas collationes effectuatas, quæ dantur, de Canonicatibus ante erectionem de huiusmodi possessione conferendi constat, in qua de iure Ordinarius venit conseruandus, *cap. consultationibus, de iurepatr.* Cald. *cons. 23. de præb.* Put. *decis. 200.* secundùm nouam impress. *lib. 1.* Mohed. *decis. 8. de priuileg.* Et ita, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Maceraten. hæreditatis.

Lunæ 9. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Testamentorum quando testatore sic mandante fuerunt confecta, duo instrumenta, ambo dicuntur originalia, & an, & quando vnum altero priùs scriptum præsumatur.

SVMMARIVM.

Testamenti duo fierè instrumenta quando testator mandauit quodlibet dicitur originale, n. 1.

Originale instrumentum dicitur illud quod manu Notarij confectum est, n. 2.

Testamenti duo instrumenta quando conscripta sunt de mandato testatoris, vnum ab ipsius filio, & aliud à Notario, testamentum manu filij scriptum præsumitur primo loco scriptum, & illi standum est priusquam scripto à Notario, ibid.

Testamenti sola publicatio sufficit, nec est necessaria stipulatio, num. 5.

DECISIO DLXXXIX.

COram bon. mem. Iusto 19. Nouembris 1601. * & 1
29. Ianuarij 1607. * & tandem 14. Maij eiusdem anni, * fuit resolutum attendendum esse instrumentum testamenti scriptum manu filij. Et quia tot decisionibus super vno hoc articulo pars aduersa acquiescere noluit, quin, & habuit recursum ad Sanctissimum pro obtinenda gratia, quod iterùm super eisdem audiretur. Qua obtenta, iterùm hodie hanc causam super eodem dubio proposui, & vtraque parte informante, & rationibus hinc inde adductis maturè per Dominos perpensis, & consideratis in decisis standum dixere, ex eisdem rationibus in supradictis tribus decisionibus adductis: testator enim expressè mandauit de suo testamento duo fieri instrumenta, quorum alterum scriptum fuit manu filij testatoris, alterum verò Notarij, & quodlibet fuit, & est æquè originale, iuxta text. *in l. vnum, & ibi glos. ff. de testam. l. 2. §. si quis in duobus, ff. de bon. posseß. secund. tabul. l. Sempronius, de legat. 2. §. penult. Instit. de testam. glos. in cap. ex tenore, de rescript.*

Taliter, quòd non intret in casu nostro illa considera- 2
tio, quòd reputetur originale illud, quod est manu Notarij confectum, iuxt. Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. prætor ait, n. 2. & 3. ff. de edend.* Quia non quæritur hodie de originali, cum vtrumque sit originale, sed quæritur, quod ex istis originalibus sit priùs scriptum, & magis attendendum; & dicitur illud videri priùs scriptum, & illi magis standum, quod conscripsit filius testatoris; videtur enim istud intra priuatos parietes à filio scriptum, à patre verò dictatum, & sic ab eodem lectum, reuisum, & examinatum, cùm plura manu propria testatoris appareant in illo cassata, & correcta, addita, & immutata, quin & in illo testator loquatur in prima ipsius persona, vt patet, ibi, *Ego Mattheus de Vico volo*, &c. & præsumatur, quòd postquam illud priuatim de manu filij scriptum, & per se dictatum, & examinatum habuit, ex illo voluit alterum ab ipso Notario transcribi.

Quod magis desumitur ex eo, quòd testamentum ma- 3
nu Notarij scriptum est clarum, & nitidum, quasi exemplatum ab altero. Quòd si prius scriptum fuisset testamentum manu Notarij, non est verisimile, quòd filius in illo sic claro, & nitido exemplando tot errores commisisset, ita vt postea necessarium fuerit plura delere, & alia in margine addere, prout inter cætera est videre in illo legato scutorum 700. facto filiæ testatoris, quod in testamento Notarij reperitur in corpore, & in testamento filij additum in margine, & non est verisimile, quòd filius in exemplando omisisset integram clausulam plurimorum verborum, & rei notabilis, prout est legatum scutorum 700. ad fauorem filiæ testatoris; quod etiam deprehendi videtur ex liberatione Hieronymi filij ab administratione, quæ reperitur adnotata in corpore testamenti filij, per ista verba, *ipsi Hieronymo præsenti, & acceptanti*; sed quia quando testamentum fuit publicatum, Hieronymus non erat præsens, fuerunt dicta verba deleta, & additum in margine per Notarium, *Hieronymo etiam absente, & me Notario vti publica persona acceptanti, & stipulanti nomine ipsius Hieronymi*, &c. & non est verisimile, quòd si Hieronymus filius transcripsisset istud testamentum ab alia manu Notarij scriptum apposuisset totum contrarium, videlicet quòd ipse esset præsens, & acceptans.

Accedat, quòd istud testamentum filij fuit recognitum, 4
& per testes probata legalitas Notarij de eo rogati, quod tamen non fuit factum in testamento manu Notarij scripto.

Quibus non obstat testamentum Notarij fuisse stipu- 5
latum, testamentum verò filij tantùm publicatum sine mentione stipulationis, satis enim visum fuit, quòd in testamento filij legantur ista verba, *Ego Notarius supradicto testamento, & omnibus in eo contentis interfui, licet sit*

scri-

scriptum manu filij testatoris, tamen in publicatione ipsius testamenti ab ipso testatore rogatus præsens interfui, legi, subscripsi, & publicaui, meoque signo signaui; & in testamento sufficit sola publicatio, nec est necessaria alia stipulatio, quæ solummodo requiritur in contractibus inter plures celebratis, §. 1. *Instit. de verb. obl.*

Vltra quòd nec in testamento Notarij reperitur talis stipulatio, sed tantummodo de illa incidenter, & enunciatiuè quædam mentio facta, ibi, *Et quod supra cassum, & remissum apparet, mea propria manu cassaui, & remisi de commissione ipsius testatoris in stipulatione præsentis testamenti*. Eo magis, quòd in testamento filij in materia cui appropriatur stipulatio, ibi reperitur, nempè quando testator liberauit filium Hieronymum de administratis, ibi, *Hieronymo etiam absenti, & Notario uti publica persona acceptanti, recipienti, ac stipulanti nomine, & vice ipsius Hieronymi*, &c. Et considerabant Domini, quòd stipulatio in casu nostro posset extendi, si controuerteretur, quòd istorum testamentorum esset originale; tunc enim censeretur originale, in quo adesset stipulatio Notarij: sed quia de hoc non contenditur, cùm vtrumque sit originale, ex superiùs adductis, non videtur habenda ratio de stipulatione, sed tantùm de publicatione, &c.

Prima est decisio 169. par. 5. diuers. aliàs post 2. tom. cons. Farinac. secunda est decisio 232. eadem parte, & ibidem etiam habetur tertia in ordine decisio 238.

R. P. D. PIROVANO.

Assisien. panatariæ.

Veneris 13. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Administrator, & Præpositus negociationi ab vno ex socijs, an & quando possit præiudicare alijs socijs, qui ipsum non proposuerunt, nec elegerunt eos obligando, aut aliter debita contrahendo.

SVMMARIVM.

Socij tenentur de omni damno, & periculo contingente ex facto administratorum ab eis deputatorum, n. 1.

Administratores negotiationis à socijs deputati possunt ipsos socios obligare, ibid.

Administratores negotiationis ab vno tantum ex socijs deputati, censentur etiam deputati ab omnibus alijs socijs scientibus, & patientibus eorum administrationem, n. 2. & 3. *Vbi etiam quomodo probetur ista scientia, & patientia.*

Confessio iudicialis facta positionibus, æquipollet cuilibet perfectæ, & irreuocabili probationi, n. 4.

DECISIO DXC.

1 POst resolutionem factam, quòd pecuniæ retractus salmarum 100. frumenti immissi in 1. appaltu Panatariæ Assisij sint soluendæ Manno cessionario Philippucij ante liquidationem. Dubitaui exinde an Valerianus Vrbanus solus tanquam principalis appaltator, vel potiùs Ascanius Philippuccius, & Eques Alphonsus Paulutius omnes socij teneantur de pecunijs debitis societati per Thomam, & Lembrunum societatis ministros? & DD. censuerunt omnes teneri, quia etsi Panataria videatur conducta per Tarquinium de Ispello nomine Valeriani, & idem Valerianus solus ratum habuerit contractum, ac nomine illius tantùm libri Panatariæ sint intitulati, tamen aliunde constat, & decisum fuit sub die.... coram R. Lugdunen. fuisse illi in socios adiunctos Ascanium, & Iosephum, ad quos propterea omnes, non ad Valerianum solum, pertinet periculum, & damnum contingens ex facto administratorum, vel eorum, qui negotiationi fuerunt præpositi, *l. planè*, *l. 1. ff. pro socio*, Paris. *cons. 93. num. 32. vol. 1.* & æquum videtur, quòd sicuti alij socij ex facto Thomæ, & Leombruni commodum sensissent, ita etiam potuerint eosdem obligare cum Valeriano in casum contingentis damni, nedum quoad tertios contrahentes, *l. 1. in pr. ff. de inst. action. §. vlt. Inst. quod cum eo*, Rota Ianuens. *dec. 14. n. 1. & n. 14.* sed etiam inter ipsos, *l. 1. habebat, §. si duo, ff. eodem*, DD. *in l. si institorem, ff. si cert. pet.* Rot. *dec. 374. n. 9. & 10. par. 1. diuers.*

2 Nec obstare visum fuit, quòd prædicti ministri fuerint deputati, & præpositi a Valeriano, qui propterea solus de facto eorum teneri videtur, per text. *in l. de illo, ff. pro socio*, & quòd sola scientia sociorum de deputatione facta obliget eos, *l. 1. §. scientiam, ff. de tributaria*, *l. qui patitur, ff. mand.* Innoc. *in cap. ex parte*, Dec. *num. 2. de rescript.* Nam fuit responsum, quòd cùm Thomas, & Leombrunus pro administratoribus Panatariæ se gererent, scientibus, & patientibus alijs socijs, inde tacitè dicitur approbata eorum deputatio, quod idem est, ac si de expressa ab eis deputatione constaret, *l. 1. §. Magistrum autem, vers. si scit, & passus est, ff. de exercitor.* Bar. *in l. 1. §. familiæ, in fine, ff. de public. & vectigal.* Roncheगall. *in l. eandem, in pr. num. 153. & 154. ff. de duob. reis*, Rota Ianuen. *d. decis. 14. n. 4.*

Scientia autem, & patientia sociorum satis probari videbatur ex litteris eiusdem Philippucij, quæ dantur, in quibus leguntur tractatus, & negotia cum ipsis ministris de pertinentibus ad Panatariam, quæ citra mandatum, & voluntatem expressam sociorum expediri non poterant, & ideò data pertinentia tangente interesse vtriusque dicebat Bart. *in l. post dotem, citra sextam lecturam, solut. matr.* & Alex. qui illum sequitur, *cons. 80. n. 9. lib. 4.* quòd inducitur tacitum mandatum, & approbatur persona, quia ille censetur facere quidquid agit de voluntate committentis. 3

Secundò, sublatum fuit etiam obiectum ex confessione eiusdem Philippucij in positionibus emanata, nempè in 15. & 18. in quibus positum legitur socios communi consensu ministros deputasse, & Thomam in Capierium, & Leombrunum in panatarium fuisse de voluntate, & consensu sociorum deputatos, quæ iudicialis confessio æquipollet cuilibet perfectæ probationi, & est irreuocabilis, Caputaq. *decis. 191. p. 1.* Cephal. *cons. 249. n. 13. lib. 2.* maximè acceptata, vt in præsenti, per quam acceptationem quæritur ius parti, Alex. *cons. 92. num. 26. lib. 5.* Ias. *cons. 260. n. 12. lib. 3.* 4

Demum non obstat, quòd Valerianus solus teneatur de facto dictorum ministrorum, quia neglexit exactionem creditorum, ex Castr. *in l. si fideiussores 42. num. 2. ff. de fideiuss.* Marsil. *singul. 281.* quia si non fuit principalis appaltator, prout dictum fuit; non ab eo solo ministri deputati, cessat obligatio, quia onus prædictum exigendi non magis vni, quàm altori ex socijs videtur adscribendum, vt vnus erga alterum obligetur ex omissione alterius. 5

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Fauentina donationis.

Lunæ 16. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Latè in hac decisione explicatur materia, *l. si vnquam, C. de reuocandis donationibus*, & sic an, & quando donatio ipso iure censeatur reuocata per superuenientiam liberorum.

SVMMARIVM.

Ratificatio, & acceptatio donationis non inducitur sine notitia, & scientia, n. 1.

Hæredes non possunt acceptare donationem non acceptatam à defuncto, nec ius aliquod non quæsitum defuncto tempore obitus, num. 2.

Donatio per superuenientiam filiorum donatoris ipso iure dicitur reuocata, n. 3.

Donatio licet per superuenientiam filiorum ipso iure sit reuocata: est tamen necessaria declaratio donatoris, num. 4. *declara vt n. 5.*

Donatio censetur reuocata per superuenientiam liberorum, etiam quod sit iuramento vallata, & cum amplissimis clausulis renunciationis, nisi expressè, & specificè fuerit renunciatum remedio l. si vnquam, C. de reuocandis donationibus, *n. 6. & 7.*

Donatio censetur ipso iure reuocata per superuenientiam filiorum, etiam quod filius natus post donationem moriatur, num. 8.

Donatio reuocata per superuenientiam liberorum an censeatur reconualidata per taciturnitatem donantis, n. 9.

Donatio facta ob benè merita non reuocatur per superuenientiam

tiam librorum, num. 10. declara vt ibidem.

Donatio non dicitur facta ob benemerita ob generalem assertionem debitorum, nisi merita aliunde probentur, ibidem.

DECISIO DXCI.

1 Domini censuerunt sententiam extra Rotam latam esse confirmandam, quæ enim contra eius validitatem adducebantur, visa sunt parui momenti, & per informantes pro Cauianimico optimè fuerunt sublata. Quod ad iustitiam attinet de ea satis constat in eo, quòd nullam irritamque donationem factam à D. Cauianimico Hieronymæ matri declarauit, & eius vigore nullum ius nullamque actionem competere hæredibus dictæ Hieronymæ. Mouebantur aliqui ex Dominis eo quòd tantum abest, vt talis donatio fuerit à D. Hieronyma matre acceptata, quin potiùs ex multis vrgentissimis coniecturis colligitur, ad eius notitiam numquam peruenisse, & quoad inducendam acceptationem & ratihabitionem expressè requirebatur, Rol. *cons.* 19. *num.* 34. *lib.* 1. Surd. *cons.* 355. *n.* 17. *&* 18. quia vbi adest ignorantia, deficit consensus, Bald. & omnes *in l. mater. C. de rei vendicat.* Paris. *cons.* 47. *n.* 97. *vol.* 1.

2 Nec hodie admitti possunt hæredes Dominæ Hieronymæ post ipsius obitum ad acceptandam huiusmodi donationem, quia ius illud non erat quæsitum D. Hieronymæ de tempore obitus, Aret. *cons.* 123. *num* 4. quem sequitur Cagnol. *in l. hæredi, sub num.* 16. *vers. & in præsenti materia de reg. iur.* Alciat. *in cons.* 29. *n.* 10. *tit.* 3. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 84. *n.* 15.

3 Verùm quia hoc fundamentum aliquibus ex DD. videbatur pati difficultatem, propter Notarij stipulationem & acceptationem, in hoc vnanimiter consenserint ex superuenientia liberorum D. Caccianimici fuisse hanc donationem reuocandam, ex rescripto Constantini Magni *in l. si vmquam, C. de reuoc. donat.* quæ reuocatio inducta fuit à lege ipso iure, glos. *in d. l. in verb. reuertatur*, ita vt donator possit rem donatam natis liberis vendicare, tamquam ipso iure dominus effectus, possessionemq; ipsius conducere, Bar. Bald. Alex. Salyc. & alii, quos refert & sequitur Tiraq. *in d. l. si vnquam, in d. verb. reuertatur*, ea ratione quia censetur donationi tacitam inhærere conditionem, si donans non susceperit liberos, vt communiter Doct. *in l. si vnquam*, & in simili casu scribitur *in d. l. cum tuas, de cond. & demon. l. item acutissimi, ff. de fideic. l. generaliter, §. vltima. C. de instit. & subst.* propterea reuocatur donatio sine alio ministerio hominis, & sine alia declaratione tanquam deficiente conditione, Clar. *in §. donatio, q.* 23. *§. præterea.* Hond. *cons.* 34. *num.* 6. *lib.* 1.

4 Nec obstare visum fuit, quod dicitur reuocationem donationis per natiuitatem liberorum esse inductam fauore patris donantis, qui si cogitasset de liberis, hanc legem dixisset donationi, & ideò requiri ad hanc reuocandam tacitam, vel expressam ipsius patris declarationem, & per rubr. Alex. *in l. Titia, §. Imperator, n.* 253. *& seqq. ff. de leg.* 2. cum aliis cumulat. per Tiraq. *in d. verb. reuertatur, n.* 10. *& seq.* Clar. *in d. §. donatio, q.* 23. sicut dicitur testamentum respectu præteritionis, ita demum esse nullum filio præterito, ipso petente, *l. filio præterito*, & ibi glos. & omnes, *de iniust. & irrit. testam. l. maximè, §. sancimus de lib. prat.* glos. *in l. si mus, in princ. ff. de inoff. testam.*

5 Responsum enim fuit hoc procedere quando donans non reperiebatur in possessione rei donatæ, & promisit sine vlla animi declaratione donatarium rem donatam possidere, tunc enim intrare potest præsumptio donantem huiusmodi donationem noluisse reuocare: secus autem dicendum est quando dominium transfertur sine traditione, vt in hoc casu quia possessio naturaliter semper permansit penes Caccianimicum, qui vsumfructum sibi reseruauerat, & ita à se tradita limitanda esse scribit idem Tiraq. *loco prædicto, num.* 19. ex multis ibi congestis, nulla enim penes matrem translata fuerat possessio, nisi vigore clausulæ *constituti*, quæ statim natis liberis ipso iure euanescit, recolligitur ac reuocatur, Dec. *consil.* 366. *ad fin.* cum multis aliis cumulatis per eundem Tiraq. *in d. verbo reuertatur, n.* 2. *per tot.*

6 Neque etiam obstat, quòd pro parte informantium pro hæredibus Hieron. censetur renunciatum fuisse beneficio *d. l. si vnquam*, quod colligitur ex clausulis generalibus renunciationis amplissimis, omni legum auxilio, tantò magis, quia interuenit sacra iurisiurandi religio, quæ vim habet specialis renunciationis, Bal. *in l.* 1. *col. pen. in* 2. *quæst.* & ibi Salic. *col. vlt. commod.* Socin. *cons.* 147. *lib.* 1. Respondetur enim non fuisse sufficienter renunciatum huius legis dispositioni per has renunciationes generales, quia requiritur specifica, & indiuidua renunciatio huius l. Rom. *cons.* 264 *n.* 3. Alex. *in l. pen. n.* 25. *C. de pact.* cum multis alleg. in decis. Seraphini 1337. Nec etiam sufficit quòd fuerit interpositum iuramentum, Oldrad. *cons.* 238. *&* 228. *nu.* 8. Alex. *cons.* 71. *n.* 3. *lib.* 4. Corn. *cons.* 234. *nu.* 2. *lib.* 2. Rip. *in l. si vnquam, n.* 4. qui de communi testatur Tiraq. *in præfat. n.* 147. *cum seq.* & præsertim *n.* 173. ea maximè ratione, quia hæc constitutio fundata est super præsumpta mente donantis, qui si cogitasset de liberis, nunquam donaret: vnde cùm lex præsupponat defectum consensu patris, nullo iuramento potest suppleri, *l. fin. C. de non num. pec.* Guidopap. q. 227. Corn. *cons.* 441. *col. fin. vol.* 2. *cons.* 11. *col.* 2. *vol.* 5. quia nunquam trahitur ad incogitata, & Quintauallis *extra de iur. reg. l. mater decedens, ff. de inoff. testam. l. si is ad quem, l. institutus ff. de acq. hæred.*

Nec existimarunt DD. posse ex illis clausulis generali- 7 bus colligi, cogitatum fuisse de liberis nascituris, quia in d. donatione filij donantis nullo modo reperiuntur nominati, requireretur que adfuisse cogitationem specialem, & non generalem & vagam, Socin. *in l.* 2. *col.* 1. *ff. sol. matr.* cum multis aliis per Gabr. *de donat. concl.* 2. *n.* 50. *qui in num.* 5. *ait*, standum esse declarationi ipsius donantis, vt cùm cogitauerit de liberis, vel ne, per *cons.* Franc. Curt. 65. *col. penult.* concurrentibus aliis coniecturis, quæ in hoc casu militant, quia dictus Caccianimicus iuuenis ad bellum profectutus matri donauit, quo tempore non solùm de filiis, sed de nuptiis contrahendis verisimiliter cogitabat.

Nec obiectio releuans fuit Dominis, filium d. Caccia- 8 nimici mortuum fuisse, ac si natus non fuisset, per text. *in c. nam & ego, de verb. sign.* & ibi glos. quia cessante causa reuocationis, cessare debet ipsa reuocatio, ex vulgari, cuius aximate aut saltem donatio per obitum filij reconualescit, ad arg. *l. posthumus præteritur, in pr. ff. de iniust. rupt. irr. testam.* stante maximè, quia donans per sexdecim annos, & ampliùs, tacuit: vnde non potest hodie hanc impugnare donationem, Clar. *in d. §. donatio, num.* 9. & Tiraq. *in verbo donatione largitus, in d. l. si vnquam, n.* 257. ex multis rationibus ibi allegatis. Responderunt enim Domini contrariam opinionem esse in iure receptiorem & veriorem, quia si donatio ipso iure, vt dictum est, per natiuitatem filij extincta est, per eius obitum sine nouo patris consenso non potest reuiuiscere, Bart. *in l. Titia, §. infertur, n.* 10. *ff. de leg.* 2. Bald. *cons.* 167. *n.* 1. *lib.* 5. cum aliis citatis per Tiraq. *in verbo susceperit liberos, num.* 185. *& seq.* Gabr. *d. concl. n.* 18. si enim intelligitur tacita illa conditio, si liberi non superuenerint, sufficit eam semel pacificatam, etiamsi filii nati parti non superuenerint, *l. ex facto, §. si quis autem susceperit, ff. ad S.C. Trebell. l. cum vxor. C. quando dies leg. l. si quis heredem, C. de instit. & substit. l. heredibus, in princ. ff. ad Trebell.*

Nec potest longa taciturnitas donantis facere vt semel 9 perempta reconualescat donatio, nisi in casum, quòd ipso viuente donans nunquam reclamaret, & ante mortem donationem reuocaret, quia in eo casu DD. allegati per informantes pro hæredibus D. Hieronymæ loquuntur, dum aiunt, hæredibus donantis non competere hoc ius reuocandæ donationis, ita Clar. *loco præcitato, vers. præterea*, Tiraq. *in verbo donatione largitus, nu.* 251. Honded. *cons.* 74. *n.* 73. Gabr. *d. concl. nu.* 22. *&* 23. quæ consideratio penitus cessat, quia dictus Caccianimicus expressè in actis donationem reuocasse reperitur.

Minus obstat donationem hanc fuisse factam respectu 10 meritorum, & non gratuitam, & ita per superuenientiam liberorum non reuocari, DD. *in d. l. si vnquam*, & præcipuè Rip. *n.* 29. *& seq.* cum aliis per Gabr. *d. concl.* 2. *nu.* 46. quia istæ accessiones generales non probant donationem factam propter merita, nisi abundè probentur, vt in term. Bart. *in l. si fortè, ff. de castr. pecul.* Soc iun. *cons.* 8. *sub n.* 27. sed videtur cessare scrupulus, Seraph. *decis.* 181. *nu.* 9. Imò hæc mentio meritorum censetur apposita ad coloran. donationem, & ita non tollit dispositionem *d. l. si vnquam*,

Onded. *cons.47. num.* 10. *& seq. & n.*16. stante maximè, quia in d. donatione adest clausula *liberè & purè*, vt patet ex *dicta decis.* Seraph.181.

11 Verùm quia informantes pro hæredibus D. Hier. prætendebant natiuitatem filii d. Cacciaoimici donantis, non esse satis probatam, qui tamquam vnicum actoris intentionis fundamentum debuit concludenter probare, quia testes deponentes de dicta natiuitate filij dicebantur non esse ritè & rectè examinati, cùm deficere dicatur citatio ad videndum iurare testes; ideò cum hoc præsupposito censuerunt sententiam esse confirmandam, quòd testes fuerint ritè & rectè examinati, quia si aliqui adesset defectus, vel posset dictus Caccianimicus signaturam Sanctissimi adire pro sananda huiusmodi nullitate, vel probationes suas aliunde super natiuitate filii coadiuuare. Ex quibus vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana hospitij.

Luna 16. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

Ex summario sume argumentum.

S V M M A R I V M.

Supplicationes & preces producta à non habente legitimum mandatum non suffragantur, *n.*1.

Pacta contenta in eodem instrumento dicuntur connexa, *& correspectiua*, *n.*2.

Contractus approbatione est indiuiduus, *ibid.*

D E C I S I O DXCII.

1 PRincipale fundamentum cui innititur decisio facta in hac causa die vltima Ianuarii præteriti, consistebat in eo, quòd non constabat, supplicationes illas pro parte Pasquini coram iudicibus de partibus, in quibos petebatur compromitti omnes causas, vnde resultabant prætensa attentata, fuisse porrectas à Pasquino, siue ab habente ab ipso legitimum, & sufficiens mandatum, iuxta doctrinam Bart. *in l. certum*, *§. sed an & ipsos*, *ff. de confess.* cum aliis in decis. allegatis. Verùm causa iterùm proposita Domini recesserunt à decisis, quia tale fundamentum non subsistebat, cùm ex actis appareret preces præfatas fuisse ab ipsomet Pasquino oblatas, vt colligitur ex illis verbis, comparet Pasquinus Bellottus contra Bernardum eius fratrem, & petit fieri compromissum, iuxta aliàs petita, & actitata, præsertim cùm darentur aliæ comparitiones eiusdem Pasquini, ex quibus videbantur resultare attentata manifesta.

2 Præterea Domini reuocarunt etiam in dubium aliud fundamentum decisionis, in quo dicebatur causas huiusmodi esse diuersas, diuisionis videlicet, & ratificationis, quia cùm ambæ prouenerint ex eodem instrumento inter easdem personas celebrato, intrabat connexitas, & correspectiuitas omnium pactorum in eodem instrumento contentorum, & sic diuisionis, & ratificationis, *l. fundi partem*, *ff. de contrah. empt.* Menoch. *cons.*123. *num.*20. & sic diuisio, & ratificatio videntur esse indiuidua, cùm contractus approbatione sit indiuiduus, *l. in rebus*, *§.* 1. *ff. de iur. dot.* cum alijs adductis in Placentina bonorum 27. Octobris 1581. coram Seraph. relata inter impress. ipsius 540. & cùm vna causa sit præiudicialis, intrat indiuiduitas, ita vt necessariò resultent attentata; cùm enim Ant. controuertat societatem super hospitio Campanæ cum Pasquino, quam ipse non inuit, & hæc causa pendeat in Rota, si Bernardus in partibus astringeretur facere ratificare Antonium, iam esset finita lis pendens in Rota, vnde apparet præiudicialitas. Et ex his conclusum fuit Bernardum molestatum in partibus, vt faciat ratificare, rectè petere reuocationem attentatorum, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Amerina iurispatronatus.

Luna 17. Nouembris 1614.

A R G V M E N T V M.

Patroni debent instituendum non absentem, sed præsentem, coram Ordinario præsentare, vt possit idem Ordinarius præsentatum examinare, ac videre, an sit idoneus ad Ecclesiam, nisi præsentari persona sit Ordinario nota, prout in dubio præsumitur, si fuerit de diœcesi.

S V M M A R I V M.

Patronus debet præsentare instituendum non absentem, *sed præsentem Ordinario præsenti*, *& consensum præstanti*, *& infra tempus à iure præfixum*, *vt possit idem Ordinarius præsentatum examinare*, *an sit idoneus*, *nisi idem Ordinarius notam habeat personam ordinatam*, *ita vt inquirendo idoneitatem alio examine opus non sit*, *num.*2. *&* 3.

Patroni, *vel ab eis præsentatus debent præsentationis instrumentum infra tempus iuris Ordinario exhibere*, *n.*3. *in fine.*

Præsentatus diœcesanus præsumitur notus Ordinario, *an moribus*, *vita*, *& doctrina sit idoneus*, *n.*4.

Clausula in sententia apposita, per iudicem visis, &c. *visionis probationem inducit*, *eorumque iudex vidisse affirmat*, *n.*5.

D E C I S I O DXCIII.

PRoposui dubium, an constet, quòd Hortensius fuerit præsentatus à maiori parte patronorum? Et quia effectus dubii eò tendebat, vt de tempore datæ litterarum Apostolicarum, in quibus aderat derogatio medietatis vocum, fauore Annibalis, compræsentati per aliam patronorum medietatem, videretur an esset ius considerabile quæsitum Hortensio contradicenti gratiæ prædictæ, ideò dupliciter poterat præsentatio à maiori parte impugnari, respectu scilicet numeri patronorum ius præsentandi habentium, & respectu validitatis ipsius præsentationis.

a Quoad numerum patronorum maiorem partem vocum constituentem non insistebat Annibal, sed dicebat non constare de præsentatione, cùm acta dati per Hortensium sonent in simplicem nominationem, dum per Angelum, & Ferdinandum de Pettrignano propriis nominibus, & aliorum ab eis nominatorum, ac per Laudomiam pariter Pettrignanam factæ fuerunt præsentationes in propriis domibus, & absente præsentando, quæ de iure non suffragantur cessante præsentia Ordinarij, glos. *in clem. dudum*, *in verb. præsentari*. *de sepult.* Abb. *in c. ea nascitur*, *num.*3. *de his quæ fiunt à Prælat. & c. fin. num.*4. *de iurepatr.* Crescent. *decis.*6. *num.*9. *eod. tit. de iurepatr.* idem Abb. *cons.*76. *num.*2. *p.*2. Rota *in nouis*, *decis.*3. *de iurepatr.* vbi dicitur ea ratione fieri debere effectualem, & personalem præsentationem infra tempus iuris, vt superior possit videre, & examinare personam, an sit idonea, quam decis. Rota moderna sequuta est in Regien. Prioratus 26. Iunij 1587. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in causa Hipporegien. plebaniæ 2. Iunij coram Reuer. Attrebaten.

Verùm prædictis non obstantibus censuerunt Domini 3
Hortensium fuisse præsentatum à maiori parte patronorum, quia constat de validitate præsentationum, conclusio enim suprà firmata solet limitari, & restringi, quando persona præsentata est nota Ordinario, qui habet illum instituere, ita vt alio examine opus non sit ad inquirendam idoneitatem personæ præsentatæ, vt benè declarauit Abb. *in d. c. ea nascitur*, *n.*3. *de his*, *quæ fiunt à Prælat. & in cons.*76. *n.*2. *vers. sed in casu nostro*, *p.*2. Lambert. *de iurepatr. p.*1. *lib.*2. *q.*11. *art.*5. *per totum*, & hoc etiam admittitur in dicta decisione Regien. Prioratus; item alio concurrente, nempe quòd instrumenta præsentationum infra tempus iuris à patronis, vel à præsentato exhibeantur Ordinario, Rota *in nou. d. decis.*3. *de iurepatr.* Roch. de Curt. *eod. tit. in verb. honorificum*, *q.*5. *num.*26.

*num.*26. Lap. *alleg.*22. *&* 75. *n.*6. *&* 7. vtrumque autem videtur probari in casu de quo agitur.

4 Nam quòd Hortensius fuerit notus superiori, satis visum est probari iuris præsumptione, cùm esset illius diœcesanus, cuius mores, vita, idoneitas, & doctrina præsumitur nota Ordinario, Verall. *decis.*406. *p.*2. Put. *decis.* 231. secundum nouam impress. *num.*3. *lib.*1. quod etiam fuit firmatum in Brachinooen. parochialis 29. Nouembris 1613. coram R. P. D. Butatto: sed præterea hoc videbatur etiam magis constate ex literis dimissorialibus ipsius Hortensij ab eodem Ordinario concessis, quæ absque inquisitione dictarum qualitatum non solent relaxari, vt fuit consideratum in causa Salamantina Capellaniæ 17. Iunij 1605. coram R. Archiepiscopo Attrebaten. in qua aliæ decisiones allegantur.

5 De exhibitione autem literarum præsentationis coram Ordinario facta ab eodem Hortensio, & de illius acceptatione, & ratificatione, quæ ad hunc effectum necessaria videtur, ex allegatis in dicta Regien. Pitoratus, satis patet ea actu appellationis interpositæ per Hortensium à decreto immissionis obtentæ per Annibalem, dum enim appellat, præsupponit se grauatum, & grauamen non potest separari à iure quæsito per præsentationem à patronis habitam: vltra quòd simpliciter actus appellationis inducit approbationem gestorum ante sententiam; exhibitio autem præsentationum colligitur, dum Vicarius sedens, &c. visis supradictis præsentationibus mandauit doceri de iurepatronatus ex fundatione & dotatione, quæ visio non datur nisi per exhibitionem & productionem scripturarum, & assertio iudicis eo in casu benè probat, cùm agatur de pertinentibus ad eius officium, scilicet iura producta examinare, DD. *in c. quoniam contra falsam, de probat.* Decian. *cons.*18. *n.*208. *lib.*1. prout etiam dicitur denuncio, vt latè per Tiraq. *de retract. consang.* §.8. *glos.*9. *n.*13. Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Carthaginen. Canonicatus.

Veneris 20. *Iunij* 1614.

ARGVMENTVM.

Possessio Canonicatus, vt legitimè capta dicatur, quæ requirantur, cætera videas in summarijs.

SVMMARIVM.

*Possessio nulliter capta manutenibilis non est, n.*2.

*Notarij assertioni sine testibus in extraiudicialibus non creditur, n.*3.

*Canonicatus possessio vt dicatur capta, debet Canonicus sedere in illa sede Canonicatus, de quo est controuersia, & non in alia, n.*4.

*Possessio Canonicatus data ab Archidiacono, vel Decano absque ordine Capituli, non dicitur legitimè capta, num.*5.

*Testes vigore remissoriæ nulliter examinati nullam faciunt probationem, n.*6.

*Actum cui quis semel consensit, amplius impugnare non potest, num.*7.

DECISIO DXCIV.

1 CONtendentes aliàs in hac eadem causa DD. Caxa, & Velez, qui successit in iuribus Valdiuiesi super manutentione possessionis huius Canonicatus, quam vnusquisque respectiuè legitimè apprehendisse præsumebat, quia Dominis visa fuit turbida, nihil super possessione voluerunt resoluere, sed mandarunt apponi sequestrum, & eo apposito relaxatæ fuerunt literæ remissoriales instante Caxa, ex quibus tria videbantur probari, Decanum non esse sanæ mentis, Archidiacono post Decanum ob eiusdem Decani mentis defectum, spectare præsidentiam Capituli in possessionem eidem Caxæ fuisse traditam in choro, in sede, quæ ad illum Canonicatum pertinebat, & ideò attenta probatione dementiæ Decani, per quam possessio Caxæ magis titulata remanebat, quia Valdiuiesus ex decem votis dempto Decano quattuor tantum habebat, & eadem ratione præsidens Capituli remanserat Archidiaconus, à quo Procurator ipsius Caxæ acceperat possessionem, ac etiam quia testes deponebant de certa sede, in qua fuerat tradita possessio in choro, fuit resolutum die 6. Apr. 1609. Caxam esse manutenendum, & idem confirmatum sub die 25. Maij 1609. Cæterùm cum quæreretur de validitate examinis testium, vigore prædictæ remissoriæ, Domini post multas, & reiteratas disputationes sub die 12. Dec. 1611. fuerunt pro nullitate examinis, & causa iterùm proposita noluerunt à decisis recedere; & his stantibus.

Fuit dubitatum de subsistentia mandati de manutenendo eidem Caxæ relaxati, à die 28. Maij proposui an illud esse reuocandum ad instantiam Ioannis Velez cessionarij Valdiuiesi; sed causa fuit dilata ad supplicationem, & in gratiam alterius partis: hodie verò Caxa sæpiùs citato, & contumace, iterùm dubio proposito solo Ioanne informante; censuerunt Domini esse reuocandum mandatum de manutenendo, & apponendum sequestrum, prout fuerat factum antequam testes fuissent examinati. Nam præsuppositis dictis decisionibus super nullitate examinis, & sublato fundamento depositionis testium, illa possessio remanet nulliter capta, quæ non est manutenibilis, Menoch. *de retin. poss. remed.*1. *n.*15. *& seq.* Rebuff. *in praxi tit. de miss. in possess. num.*37. & cætera, quæ considerantur in decisione coram Illustr. Cardinali Lancelloto super manutentione possessionis ipsius Caxæ, non videntur sufficere ad huiusmodi probationem, ideò attenta turbiditate voluerunt iuxta stylum Rotæ iterùm esse apponendum sequestrum. 2

Nec Dominis visum est releuare, quòd de possessione Caxæ satis appareat ex attestatione Notarij asserentis per ipsius Caxæ Procuratorem possessionem fuisse captam in Capitulo. Quia fuit primò responsum, attestationem Notarij carere testibus, & in huiusmodi actibus extraiudicialibus Notario absque testium præsentia non esse credendum, glos. *in c. quoniam contra in verb. duos viros de probat.* vbi Felin. *num.*12. & Dec. *num.*46. & tradunt Bald. *in rubr. de fid. instr. num.*8. Lap. *alleg.*81. *num.*3. & ibi Mandos. *in littera E*, latissimè addendo, cuius conclusionis ratio est, quia Notarius non auctorizatur in extraiudicialibus, prout in actibus qui geruntur coram iudice, vel de mandato eius propter calorem iudicij, quæ Notarij auctoritas in præsenti eo minus poterat suffragari, cùm ex pluribus instrumentis quæ dantur, satis appareat, quòd in similibus instrumentis traditionum possessionis Canonicatuum, & præbendarum solent testes adhiberi, ita vt quod lege communi dispositum reperitur, altera lege, scilicet consuetudinis remaneat comprobatum, Cur. iun. *cons.*106. *num.*5. *in fin.* Crals. *cons.*134. *num.*9. 3

Fuit & secundo loco responsum, quatenus assertioni prædictæ esset standum, ex ea tamen non constare de actu sufficienti ad acquirendam possessionem, cùm in eo dicatur quòd portionarius in signum possessionis sedit in eius sede, quæ non est sedes Canonicatus controuersi, prout de iure requiritur, vt possessio dicatur legitimè capta. Innoc. *in c. in literis, n.*7. *de restit. spol.* Bellam. *num.*17. *vers. sed qualiter.* Anchar. *in reg. sine possessione, num.*12. *vers. in acquisitione de reg. iur. in* 6. Abb. *in fin. c.*2. *de consuet.* Ferret. *cons.*14. *n.*1. *lib.*1. 4

Præterea fuit etiam ponderatum, possessionem non probari legitimè captam, cùm fuerit tradita per Archidiaconum de Lorca, de cuius facultate ad tradendam nomine Capituli non fuit ostensum, quamuis probata sufficeret, vt dicit Innoc. *in d. c. in literis, n.*2. *de restit. spol.* Nec ipse Archidiaconus tunc erat præsidens Capituli, postquam ibi aderat Decanus, ad quem vti maiorem dignitatem pertinebat præsidentia ad huiusmodi actum, glos. *in c. si Capitulo, in verb. factam de concess. præb. in* 6. quinimò nec ipsi Decano præsidenti ratione maioritatis videbatur hoc licere, tum quia huiusmodi actus fiunt de ordine etiam Capituli, vt patet ex pluribus actibus capitularibus, qui dati fuerunt; tum etiam quia de iure requiritur, aliàs vera dici non posset possessio capitulariter tradita, prout requiritur secundùm Innoc. & Bellam. suprà allegatos. 5

Nec refert quòd dementia Decani esset probata, & quòd loco Capitularis ordinis succederet præsentia, & acquiescentia Capitularium. Quia quoad dementiam dici non potest de ea constare, prout nec Rota voluit firmare in resolutionibus diei 20. Decembris 1599. 6

& 1. Iunij 1611. coram Illustr. Card. Lancelloto, nec super testibus remissoriæ potest fieri fundamentum propter eorum inualiditatem, *c. 2.* vbi Abb. *n. 14.* & Felin. *num. 3. de testib.* Capuiaq. *decis. 282. p. 3.* Ossasc. *decis. 79. n. 18. vers. nec etiam facit.* Acquiescentia verò ex lectura actorum in Capitulo sustineri non potest, cùm appareat fuisse magnam controuersiam inter Capitulares super electione huius Canonicatus, & illius possessionis traditione.

7 Nec obstat, quòd reuocatio mandati de manutenendo non videatur concedenda ad instantiam Ioannis Velez sobrogari in iuribus Valdiniesi, qui adhuc suam gratiam non iustificauit, & consequenter non est factus legitimus contradictor. Quia cùm fuerit firmatum per plures decisiones Ioannem gratiosè subrogatum non indiguisse iudiciali admissione ad causam, & potuisse dare de suspicione iudicis remissorialis pro suo interesse, & sic de inualiditate probationum, quibus vsus est Caxa in obtinendo mandatum de manutenendo, eodem Ioanne citato, & ad eiusdem præiudicium, meritò in reuocatione mandati non videtur posse excipi contra eum de illegitimo contradictore, quia tam de iure, quàm facto ipsius Caxæ videtur admissus, & ideò ampliùs reprobari non possit, Felin. *in c. cum inter num. 11. de except.* Dec. *in l. fin. n. 45. C. de ed. D. Adr. toll.* Achil. *dec. vnic. de regal.* Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Vlixbonen. beneficij.

Veneris 20. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

Ex summarijs sume argumentum.

S V M M A R I V M.

Cardinalis si habeat à Papa facultatem conferendi beneficia reseruata, & in alium substituendi, potest ille substitutus dicta beneficia conferre, sicut potest Cardinalis, num. 1.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, ibid.

Valor beneficij probatur per confessionem partis, n. 2.

D E C I S I O DXCV.

1 FVit responsum pro Informante, videlicet titulum à Laurentio productum illi suffragari; fuit enim de beneficio prouisus à Reuerendiss. Patriarcha Hieronymo tunc Illustr. Cardin. Austriaci in Regno Portugalliæ Vicegerente. Cùm enim d. Card. haberet amplissimam potestatem conferendi omnia beneficia etiam reseruata, cum facultate substituendi, vt in Breui fel. rec. Greg. XIII. & in specie substituendi Patriarcham prædictum, vt in alio Breui fel. rec. Clem. VIII. quem Patriarcham in effectum Cardin. substituit cum omnibus honoribus, prærogatiuis, facultatibus, tam generalibus, quàm particularibus, quomodocumque, quouis tempore, occasione d. legationis concessis, quacumque limitatione, seu retentione remotis. Imò per aliud Breue eiusdem Clem. VIII. fuit eidem Patriarchæ concessum vt dictis facultatibus ad beneplacitum Sedis Apostolicæ vteretur, non videtur posse dubitari quin in tali substitutione contineantur etiam beneficia reseruata, vt fuit in his terminis consideratum in alia Vlixbonen. beneficij 5. Iunij 1600. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, cuius copia data fuit, quod clariùs dignoscitur ex literis missiuis eiusdem Card. Legati eidem Patriarchæ directis, ex quibus apponitur, eum fuisse substitutum etiam quoad ius conferendi beneficia, & præsertim ex illis, in quibus mandat vt Patriarcha de beneficijs vacan. quæ excedunt valorem 300. ducat. ipsum certiorem reddat, ex quo illa ipse per se conferre intendit, quasi verò aliorum dispositionem Patriarchæ reliquerit, per regulam, quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, *l. nam quod liquid. §. fin. ff. de pen. leg.* Sarnen. *in reg. de trien. q. 27. n. fin.* Mohed. *decis. 5. n. 2. de caus. poss. & prop.* Curt. iun. *cons. 109. n. 22.* Natt. *cons. 113. n. 4.* Ruin. *cons. 151. n. 8. lib. 3.* Cagnol. *in l. 1. n. 31. ff. de reg. iur.* & clarissimè patet ex literis illust. Card. Aldob. in quibus expressè declarat mentem illustriss. non fuisse, vt per suas prouisiones aliquod afferretur præiudicium prouisis ab ipso Patriarcha in vim prædictæ legationis, quæ omnia fuerunt etiam deducta in d. Vlixbonen. cor. Card. Pamph.

Valor autem beneficij de quo agitur, quòd non excedat 300. ducatos iuxta facultatem Patriarchæ per Cardinalem attributam, dicebatur probari ex propria aduersarij confessione in sua gratis, *l. cum per eum, C. de liber. caus.* Pallott. *decis. 745. in fin. p. 3. lib. 3. diuers.* & fuit decisum in Casalen. Canonic. 13. Ianuarij 1606. coram Reuerendiss. Attrebaten. Et ita decisum, &c. 2

R. P. D. P I R O V A N O.

Tuden. parochialis.

Veneris 20. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

Declaratoria non datur vbi adest verbalis oblatio de parendo executorialibus intimatis.

S V M M A R I V M.

Declaratoria censurarum datur contra contumaces, & renitentes parere, n. 2.

Executorialium intimatio habet dumtaxat effectum denunciationis existentiæ, & pertinentiæ iuris patronatus, num. 2.

Verbalis oblatio de parendo impedit censurarum declarationem, ibid.

D E C I S I O DXCVI.

FVerunt relaxatæ exequutoriales vigore sententiarum Rotalium super existentia & pertinentia patronatus Ecclesiæ sanctæ Christianæ, quæ fuerunt intimatæ D. Episcopo Tuden. ac eius fiscali, & Dominico de Ribas Rectori eiusdem Ecclesiæ S. Christinæ, quibus cùm per Basilium Gil prætenderetur non fuisse paritum, quia legitimè interpellati de paritione non docuerunt, petebatur contra eos relaxari censuras. Sed Domini quoad negotium principale dixerunt non esse dandam declaratoriam; quo verò ad expensas reseruarunt particulariter videre. 1

Quia in negotio principali non constat, quòd D. Episcopus, vel eius fiscalis, aut Rector illius Ecclesiæ teneantur parere, vel satisfacere, vt inde data renitentia colligatur contumacia, per quam relaxantur censuræ, vt dicit Abb. *in cap. reprehensibilis, n. 2. de appell. & in c. 1. num. 10. de iud.* Cassad. *decis. 5. num. 7. de constit.* ideò cùm intimatio exequutorialium in hac parte videatur habere effectum dumtaxat denunciationis existentiæ, & pertinentiæ iurispatronatus, quæ deseruire habeat pro futuris vacationibus, & Episcopus respondendo intimationi remisit se ad fiscalem, & fiscalis respondit se parere, & Dominicus dixit, quòd obediebat debita cum reuerentia, satis de paritione constare videtur, quia verbalis sufficit vbi non requiritur factum, sed sola acquiescentia, vel patientia, *l. 1. §. si vir vxori, l. quod meo, §. si furioso, l. si me in vacuam, in prin. ff. de acq. poss.* quod etiam fuit firmatum in causa Tirason. Canonicatus coram me 15. Martij, & iterùm 26. iusdem mensis 1610. 2

Quoad expensas inclinabant etiam non esse dandam declaratoriam, quia iam fuerat relaxatum mandatum exequutiuum, pro cuius executione non solet dari declaratoria nisi probatis impedimentis, vltra quod dicebatur etiam mandatum exequutiuum non solere dari vltra montes, sed procedi per viam exequutorialium, prout postea feci relaxando exequutoriales de nouo, etiam quoad expensas omissa via mandati exequutiui. Et ita, &c. 3

R. P. D. S A C R A T O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Baren. seu nullius Archipresbyteratus, seu Prioratus.

Veneris 20. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

Priuilegium religioni Hierosolymitanæ concessum conferendi beneficia etiam reseruata censetur sublatum per regulam octauam, nec eorundem priuilegiorum confirmatio aliquid operatur, & est magistralis decisio.

SVM-

SVMMARIVM.

Regula Cancellariæ octaua comprehendit etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ, n.1.

Confirmationis natura non est aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est roborare, n.2.

Confirmari non potest quod non est, ibidem versicul. etenim.

Confirmatio, & noua concessio differunt inter se, ibidem in fine.

Procemij narratiua dispositionis causam finalem denotat, num.3.

Comparatiuum præsupponit positiuum, ibid.

Ipsi *verbum denotat relationem præcedentium, num.4. in fine.*

Confirmatio non trahitur ad non expressa, n.5.

Verba generalia restringantur secundùm subiectam materiam, ibid. vers. & verba.

Verba generalia restringuntur secundùm præcedentia, ibid. vers. Et secundùm præcedentia.

Papa non præsumitur sub volucro verborum voluisse sibi præiudicare, ibid. in fine.

Priuilegium conferendi beneficia in mensibus reseruatis non valet, nisi in eo fuerit specialiter derogatum regulæ, num.6.

Clausula quorum tenores, *& alia accessoria, non ampliant principalem dispositionem, sed tantùm tollunt subreptionem, n.7.*

Clausula sublata, &c. *non impedit, quominus iudex possit videre de comprehensione priuilegiorum, numero 8.*

DECISIO DXCVII.

1 DVbitaui, an Prioratus, de quo agitur, cadat sub regula octaua? Et pro affirmatiua fuit tentum, quia verba regulæ sunt adeò prægnantia, vt possint comprehendere etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ, qualis est iste Prioratus, vt in specie prosequitur modernus glossator super dicta regula *glos.8. num.61. cum sequentibus*, & faciunt allegata in decisione vltimo loco in hac causa facta.

2 Non obstat, quòd priuilegia huius Religionis fuerunt per S. D. N. post editionem regulæ confirmata cum derogatoriis derogatoriarum, vnde infertur vigore huius posterioris dispositionis priuilegia Religionis fuisse reposita in suo esse primæuo, perinde ac si regula, quoad illa, non emanasset, quia respondetur, naturam confirmationis non esse aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est roborare, *l. Aurelius, §. testamento, ff. de liber. legat. l. ex verbis, vbi glos. verbo cai*, Bald. *in summ. C. de donat. inter vir. & vxor.* glos. *in cap.1. verbo confirmat. de confirmat. vtil. vel inutil.* Castr. *cons.187. num.1. lib.2.* Etenim quod non est, confirmari non potest, Bald. *in l. falsus, n.3. vers. nam confirmatio, C. de furt.* Abb. *in cap. inter dilectos, num.8. in fine*, Fel. *n.6. de fid. instrum.* Card. *cons.33. n.2. vers. item, & alia*, Dec. *in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil n.3.* Aliàs non esset confirmatio, sed noua concessio, quæ duo inter se differunt, *cap. inter dilectos, §. cæterum, de fid. instrum. l. & quia, ff. de iurisd. omn. iudic.* Abb. *cons.57. col. fin. lib.2.* Dec. *in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. n.1. vers. & ad idem.*

3 Quod præcipuè colligitur ex narratiua procemij præsentis confirmationis, quæ denotat causam finalem, *l. final.* vbi Bart. *n.3. ff. de hered. instit.* Bald. *in l. nostram, n.1. vers. Tn dec. C. de testam.* Roman. *cons.180. n.6.* Alex. *cons.7. num.5. lib.2. cum concordan.* ibi, *vt ipsa priuilegia, exemptiones, & gratiæ eo firmius subsistant, quo sæpius confirmata extiterint*, &c. Si igitur Papa facit confirmationem, vt firmiùs subsistant; ergo præsupponit, quòd priuilegia, quæ vult confirmare, aliquo *modo subsistant*, quia comparatiuum præ se fert suum positiuum, *l. vbi autem, §.1. ff. de verbor. obligat.* Abb. *in cap. peruenit il 2. n.1. de iureiurand.* Anchar. *cons.215. n.6. vers.10.* Dec. *cons.143. num.6.* Sotd. *decis.65. n.8.* Ex prædictis concludebant Domini, quòd cùm priuilegia Religionis conferendi in mensibus reseruatis (quatenus Religionem posset dici illa vnquam habuisse) cessauerint per editionem regulæ octauæ factam à S. D. N. non possunt dici confirmata per generalem confirmationem priuilegiorum Religionis.

4 Et quòd S.D.N. non intellexerit aliquid innouare ad fauorem Religionis circa ius conferendi in mensibus reseruatis, patet ex toto procemio confirmationis; etenim in dicto procemio Papa narrat exemptionem à solutione decimarum, iurium synodalium, canonicarum portionum, &c. concessam à suis prædecessoribus religioni Hierosolymitanæ, & per alios confirmatam. Item narrat facultatem vniendi, & dismembrandi eidem Religioni per eosdem prædecessores concessam, & successiuè per alios confirmatam, seu ampliatam, postea subiungit, quòd attendens præclara Religionis merita, & cupiens, vt ipsa priuilegia firmiùs subsistant, & omnia, & singula priuilegia, indulta, facultates, &c. magno Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa, confirmat. Ecce ergo quòd Papa non loquitur de iure conferendi, tum ex dicta narratiua restricta ad solam exemptionem, & facultatem vniendi, quæ quidem narratiua denotat causam finalem, ex suprà allegatis, tum specialiter ex modo loquendi. Nam ideò Papa confirmat, vt scilicet, priuilegia per se narrata firmiùs subsistant, ibi, *cupientes vt ipsa priuilegia*, &c. verbum enim *ipsa*, denotat relationem præcedentium, Bald. *cons.304. n.2. lib.4.* Gemin. *cons.108. num.2. & 3.* Dec. *cons.71. n.1. vers. similiter dum statutum*, Rol. *cons.67. n.82. lib.2.* Tiraq. *de retract. conuent glos.6. num.25.*

5 Ergo confirmatio vltra roborationem priuilegiorum quoad decimas, & facultates vniendi, non debet operari, quia limitata causa limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. age cum Geminiano, C. de transact. l. cum seruo, ff. de contrah. empt. l.2. ff. de seru. exportan.* & verba quantumuis generalia restringuntur secundùm subiectam materiam, *l. si vno, in princ. ff. locat. l. si de certa, C. de transact.* glos. *in c.1. de constit.* Gemin. *cons.29. n.3. in fine*, Alex. *cons.40. n.3. vers. quod verbum lib.4.* & secundùm præcedentia, *l. finali §. final., ff. de tritic. vin. & ol. legat. l. quoties*, vbi Bart. *in summa, C. famil. ercisc und.* Oldrad. *cons.8. n.1.* Bald. *cons.37. n.2. lib.2.* Gemin. *cons.65. n.4. vers. Nec obstat*, Alex. *consil.248. n.1. vers.2. principaliter, lib.6.* Multò magis vbi agitur de præiudicio confirmaotis, & sic collationis Papæ, qui non censetur sub inuolucro verborum voluisse sibi præiudicare, vt per Bald. *in c. veniens, n.4. vers. sed quid si Princeps de iur. iurand.* Castr. *cons.129. in princ lib.1.* Menoch. *præsumpt.44. n.12. lib.3.* Rota in causa Viterbien. Archipresbyteratus 6. Iunij 1607. coram R. P. D. Decano.

6 Prædictus addendum videbatur, quòd quatenus prætenderetur concessum ius conferendi in mensibus reseruatis, fuisset necessaria specialis derogatio regulæ, vt pluries resolutum fuisse in Rota testatur Sarnen. *in procemio regularum, quæst.5. n.2.* ad idem Felin. *in c. nonnullis, n.7. de rescript.* Rebuff. *in prax. de forma non prouis. verbo, non obstantibus, vers. & de hac clausula*, Cassad. *decis.28. n.11. super regul.* Mandos. *regula 26. q.2. n.6. & 7.* Rota in causa Leodien. hæreditatis 28. Martij 1569. coram Aldobrandino relata inter diuers. impress. *decis.250. par.2.*

7 Non obstat clausula *quorum tenores*, & aliæ exceptiones ponderatæ, quia sunt clausulæ accessoriæ, quæ non ampliant principalem dispositionem, sed tantùm tollunt subreptionem, Calder. *cons.1. de rescript.* Roman. *cons.330. num.13. in fin.* Put. *decis.1. n.2. lib.1.* cum alijs per Gabr. *conclus.10. n.1. de clausul.* idem respondetur ad decretum irritans, ex decis. Rot.2. *n.2. de concess. prabend. in nou.* Cresc. *decis.7. n.11. eodem tit.* Put. *dicta decis.1. n.2. & 3. lib.1. & decis.156. n.7. lib.2.* Rota in causa Arboren. Archipresbyteratus coram Fabio relata inter diuers. impress. *decis.300. n.6. lib.3. par.3.*

8 Ad clausulam *sublata*, &c. respondetur per illam non impediri quominus iudex possit videre de comprehensione priuilegiorum, ad decis. Put.48. *n.6. lib.1. in nou.* Rota in causa ciuitatis Castelli bonorum 17. Augusti 1583. coram Robusterio incip. *obtinuerat*, & in Licien. beneficij 26. Iunij 1587. coram Comitulo, aliàs posset quis cum vno priuilegio habente dictam clausulam, allegare omnia iura de mundo, nec posset ex aduerso opponi de non comprehensione, &c.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Hierosolymitano.

Viterbien. bonorum.

Veneris 20. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Renunciatio per verba uniuersalia, an, & quando extendatur ad fideicommissum, etiam quòd de fideicommisso non sit facta mentio. Magistralis est decisio, licèt breuis.

SVMMARIVM.

Renunciatio generalis facta à successoribus, & iuribus tam ex testamento, quàm ab intestato, & aliàs quomodolibet deuoluendum, & obueniendum, sunt apta comprehendere quodcunque fideicommissum, n.1. & 2.

Renunciatio generalis trahitur etiam ad causam fideicommissi, quando alia renunciandi causa non aderat, num.2.

Renunciatio trahitur etiam ad fideicommissum, quando est facta per verba uniuersalia, si aliàs esset frustratoria, ibid. in fine.

Renunciatio facta vt dicatur fideicommisso, requiritur illius scientia, declara vt n.3.

Possidens tempore mortis testatoris præsumitur semper in futurum possessionem continuasse, n.4.

DECISIO DXCVIII.

1 FVit in hac causa resolutum sub die 2. Maij, præteriti renunciationem factam à Portia non expirasse, & obstare Monasterio quatenus comprehendat fideicommissum: vnde hodie super dicta comprehensione dubium proposui, & Domini ad illud affirmatiuè responderunt; nam dicta Portia non solùm renunciauit in specie omnibus, & quibuscunque bonis, tam paternis, quàm maternis sibi quomodolibet obuenien. & cuicumque successioni hæreditatis tam paternæ, quàm maternæ, fraternæve, sed etiam in genere aliis successionibus, & iuribus tam ex testamento, quàm ab intestato, vel donatione, & aliàs quomodolibet deuoluendis, & sibi obueniendis, quæ verba secundùm suam propriam significationem in sui vniuersalitate sunt apta comprehendere quodcumque fideicommissum, Bart. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres*, *num.*18. & ibi communiter Doctores, *ff. de verb. sign.* Ruin. *cons.*152. *num.*8. *lib.*2. Crauett. *cons.*24. *num.*11. *vers. amplius*, Marzar. *in epitom. de fideicom. part.*3. *quæst.* 59. Menoch. *cons.*87. *n.*27. Gabr. *de fideicom. conclus.*1. *num.*42.

2 Maximè, quia cùm iam bonis paternis, maternis, fraternis renunciasset, ac ab illis esset per statutum Viterbien. exclusa tamquam dotata, nulla alia causa, quàm fideicommissi subesse poterat, ex qua aliud ius ipsa speraret, & allegans aliam causam adfuisse, hoc probare debet, Ruin. *vbi suprà num.*9. Peregr. *de fideicom. art.*52. *n.*3. Menoch. *vbi suprà*, *num.*21. *& præsumpt.*115. *num.*35. *lib.*3. Vnde dicta verba non valent referri, nisi ad fideicommissum prædictum, & ideò illi renunciatum censetur, perinde ac si fuisset nominatim expressum, Bart. *vbi suprà*, *num.*19. *vers. nunc ad propositum*, & ibi Ripa *num.*79. *vers. secus si non suberat.* Paris. *cons.*71. *num.*15. *lib.*3. Surd. *cons.*393. *n.*14. Roland. *cons.*34. *n.*9. *lib.*4. Menoch. *dicto cons.*87. *n.*29. Peregrin. *vbi suprà*, *num.*32. Aliàs frustrà prædicta verba in vniuersalia essent apposita, Crauett. *cons.*638. *n.*12. Menoch. *dicta præsumpt.* 115. *num.*34. *in fin.*

3 Quibus non obstat, quòd ad hoc, vt fideicommisso renunciatum censeatur, requiratur illius scientia, iuxta text. *in l. de his*, *ff. de transact.* & quòd illa sit specialis, prout illum textum intelligunt Ruin. *cons.*99. *n.*11. *lib.*3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*16. *tit.*2. *n.*23. Nam cùm in casu nostro expressè fuerit prædictæ *l. de his*, renunciatum per Portiam cum iuramento, hoc sufficit, iuxta communem, de qua per Rip. *in dicto* §. *duo fratres*, *num.*71. & Crott. *n.*110. Peregr. *vbi suprà*, *n.*99. Mantic. *dicto tit.*2. *n.*31. Generalis verò, & præsumpta scientia satis concurrere videtur stantibus dictis verbis generalibus, Rip. *vbi suprà*, *n.*69. *vers. vt autem*.

4 Maximè quia Portia de tempore mortis fideicommittentis habitabat cum fratribus, quos vidit bonorum fideicommisso subiectorum possessionem adipisci, & illam semper continuasse, Cephal. *cons.*361. *num.*34. Crauett. *cons.*26. *num.*3. Et eò magis, quia fideicommittens erat persona extranea, Bart. *vbi suprà*, *quæst.*3. & Crass. *in* §. *fideicommissum*, *quæst.*64. *num.*6. vbi de communi.

Ex quibus ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Senogallien. fideicommissi.

Veneris 20. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de nullitate executionis ex pluribus causis, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Iniustitia sententiæ æquiparatur nullitati, n.1.

Fideicommisso locus non est, nisi probata identitate bonorum fideicommisso subiectorum, ibid.

Fideicommissario non competit remedium legis fin. C. de edicto D. Adr. tollen. nisi saltem facta prius verbali restitutione per hæredem, ibid.

Hæredi grauato datur retentio Trebellianica, & melioramentorum aduersus fideicommissarium, n.2. Vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quod melioramenta non sint liquidata, nec præcessit citatio ad liquidandum.

Mandati defectus parte protestante sententiam annullat, n.3.

Executio facta contra formam sententiæ est euidenter nulla, n.4.

Appellandi termino pendente, & multò magis appellatione interposita, executio fieri non potest, n.5.

Appellari etiam potest in possessorio, quando constat de iniustitia sententiæ, n.6.

Confessio facta in vno iudicio, non obstat confitenti in alio iudicio, nisi concurrentibus aliis adminiculis, n.7.

DECISIO DXCIX.

1 CVm Octauius Minchettus immissus in bonorum possessionem, de quibus agitur, vigore sententiæ de partibus prætenderet in dictis bonis manuteneri, & ex aduerso Ioannes Benedictus tamquam spoliatus ab ipso nulliter procedendus ad executionem dictæ sententiæ pro manutentione pariter instaret, dedi dubium, an executio per dictum Octauium facta sit nulla ad effectum manutentionis? Quo hodie proposito Domini affirmatiuè responderunt, moti primò ex iniustitia dictæ sententiæ, quæ æquiparatur nullitati, & executionem non meretur. Illa autem deducitur ex eo, quòd iudex dedit immissionem dicto Octauio in bonis fideicommisso subiectis, non probata illorum identitate, Peregr. *de fideicom. art.*44. *n.*1. & in vim *l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll.* quod tamen remedium illi non competebat tamquam fideicommissario, nisi saltim facta prius verbali restitutione per hæredem, vt not. glos. *in dicta l. fin.* & ibi Bart. *n.*9. Bald. *n.*46. Ripa *in l. Centurio*, *n.*51. *ff. de vulgar.* Gozad. *cons.*93. *n.*8. Menoch. *de adipiscend. remed.*4. *n.*166. *cum seqq.*

2 Item ex eo, quòd non fuerunt deductæ detractiones Ioanni competentes, nec melioramenta ab ipso in specie probata, pro quibus illi retentio competebat, iuxta not. *in l. domus*, *ff. de legat.*1. Rolan. *cons.*28. *n.*1. *& seq. lib.*1. Negusant. *de pignor. in* 4. *membr.* 5 *part. n.*8. Et licèt illorum valor non esset liquidatus, non tamen propterea erat locus cautioni, nec minus executioni, sed debebat præfigi terminus ad illum liquidandum, iuxta stylum Rotæ, de quo testatur Put. *decis.*11. *de re iud. & decis.* 471. *lib.*2. Menoch. *de recuper. remed.*15. *n.*569. *vers. contrarium*, & fuit dictum in vna Foroliuien. fideicommissi 9. Martij 1611. coram Domino meo Pamphilio.

3 Secundò, deducitur nullitas ex eo, quòd cùm pluries pro parte Ioannis fuerit protestatum de defectu mandati eius, qui comparebat pro Octauio, & de defectu iurium, quæ non erant in forma probanti, non poterat iudex sententiam ferre, & multò minus stantibus prædictis illam executioni demandare absque vitio nullitatis.

4 Tertiò, quia executio fuit facta non seruata forma sen-

sententiæ, in qua mandabatur præstari priùs cautionem de reficiendis melioramentis, quam tamen cautionem de tempore executionis non constabat io actis fuisse præstitam: vnde resultat euideos nullitas, Castr. *cons.* 270. *nu.* 3. *vers. breuiter*, *lib.* 2. Capyc. *decis.* 17. *n.* 6. *vers. facit etiam*, Put. *decis.* 471. *nu.* 3. *lib.* 2.

5 Quartò, quia fuit deuentum ad dictam executionem pendente termino ad appellandum, & post appellationem interpositam, & sic nulliter, *cap. non solum*, vbi glos. & Doctor. *de appellat.* Cæs. de Grass. *decis.* 2. *nu.* 5. *eodem tit.* Lancellot. *de attentat. pendente termino ad appellandum*, *part.* 2. *cap.* 11. *in princ.*

6 Et licèt sententia esset lata in possessorio, & sic videatur esse locum Ægidianæ; tamen cùm ex supradictis constet de illius iniustitia, non intrat Ægidian. Put. *decis.* 4. *de Ægidian.* Rot. *decis.* 19. *nu.* 2. *part.* 3. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 603. *in princ.*

7 Quintò, & vltimò, quia prædicta executio fuit etiam excessiua, cùm fuerit facta super mobilibus, & animalibus repertis in domo, & prædijs, quæ tamen non constat fuisse in bonis Petri fideicommittentis iamdiu defuncti.

8 Nec obstat depositio ipsius Ioannis asserentis per dictum fideicommittentem fuisse relicta in eius hæreditate multa mobilia, & animalia, quia non probat contra ipsum deponentem in alio iudicio, nisi concurrentibus alijs adminiculis, quæ non adsunt in casu nostro, Bisignet. *decis.* 2. *de confess. decis.* 4. *eod. tit. in antiq.* Capyc. *decis.* 52. *in fin.* Surd. *decis.* 309. *nu.* 5. *& in fin.* &c.

R. P. D. V B A L D O.

Romana de Iauellis.

Veneris 20. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

Substitutus sub conditione, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, an, & quando excludatur per filium non legitimum, sed naturalem tantùm legitimatum.

S V M M A R I V M.

Filiatio probatur per legitimationem factam à patre, n. 1.

Legitimatus filius est verè, & propriè filius, & succedit alijs agnatis, prout succedunt legitimi, ibid.

Substitutio facta alicui, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, non habet locum quando quis decessit cum filijs naturalibus legitimatis, qui propterea excludunt substitutum, n. 2. *præsertim quando legitimatio est facta cum amplissimis verbis, quòd scilicet habetur tanquam legitimus, & de legitimo thoro procreatus, nu.* 3.

Substitutus, si sine filijs decesserit, excluditur à filio naturali legitimato, quando testator, de cuius successione agitur, legitimationi consentit, n. 4.

Testes singulares probant animi declarationem, n. 5.

Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ, quando in substitutione sunt positi in conditione, n. 6.

Filius dicitur naturalis etiam, quod non sit natus ex formali concubinata, dummodò sit natus ex soluto, & soluta, & aliunde haberi possit filiationis certitudo, num. 7. *&* 8. *in fin.*

Substitutus, si sine filijs decesserit, excluditur à filia naturali legitimata, siue sit naturalis verè, siue etiam spuria, num. 8.

Substitutus, si sine filijs decesserit, non excluditur à filijs naturalibus legitimatis, quando legitimatio fuit obtenta post ius quæsitum substitutis, nu. 9.

Filius naturalis, & legitimatus succedit testatori ipsum instituenti, non obstante, quod in legitimatione sit apposita clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, n. 10.

Filius natus ex muliere coniugata præsumitur conceptus ex marito, & non ex alio, n. 11.

Bulla Pij IV. in qua reuocantur legitimationes factæ in præiudicium substitutorum, quomodo intelligatur, numero 12. *&* 13.

D E C I S I O DC.

1 Firmato in decisione huius causæ 13. Nouembris præteriti Apolloniam esse filiam Curtij, hodie propositum dubium in eadem decisione reseruatum, an constaret de tali filiatione Apolloniæ, quæ excluderet substitutos? Et Domini vtraque parte informante affirmatiuè responderunt, quia hæc filia fuit legitimata in amplissima forma, cum facultate in specie succedendi in bonis quorumcunque agnatorum, qua stante legitimatione ipsa dicitur de agnatione patrui, de cuius successione agitur, Castr. *cons.* 34. *n.* 3. *ad fin. vers. nam legitimatus*, *lib.* 2. cum alijs per Molin. *de Hisp. primog. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 44. Lup. *in tract. de illegit. comment.* 3. §. 1. *n.* 75. *vers. qua opinio*, Cald. 2 *cons.* 9. *n.* 68. *&* 71. *vers. quia per legitimationem, & n. seq.* & ratio esse potest, quia legitimatus est verè, & propriè legitimus, vt probat *text. in §. liceat igitur, & §. si igitur licentia, auth. quibus mod. nat. effic. leg. & in auth. quib. mod. natur. effic. sui, in princ. vers. natura, & §. si quis ergo, & §. & quoniam varia*, & sensit Bart. *in l. si is qui pro emptore, nu.* 29. *ff. de vsur.* & est bonus text. *in l. qui liberos*, §. 1. *ff. de rit. nupt.* & latè prosequitur Eugen. *cons.* 52. *num.* 49. *& seqq.* & fuit dictum in Hispalen. legitimitaris 4. Februar. 1613. coram me.

2 Et quòd talis legitimatus excludat substitutos, sub conditione, si sine filijs legitimis, & naturalibus, vt in casu nostro, est receptissima opinio, de qua per Doct. *in l. ex facto*, §. *si quis rogatus*, vbi Rip. *num.* 44. *de communi*, *ff. ad Treb.* Castr. *cons.* 30. *num.* 2. *lib.* 1. vbi dicit omnes ita tenere, Alex. *cons.* 2. *num.* 13. *vers. & comprobatur*, *lib.* 1. Decian. *resp.* 42. *nu.* 15. *lib.* 1. Rol. *cons.* 67. *num.* 16. *lib.* 3. Laderch. *cons.* 23. *n.* 20. *lib.* 1. Card. Mant. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 9. *vers. contrariam igitur*, Molin. *de Hisp. primog. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 23. *num.* 39. Graff. *in §. fideicommissum quæst.* 38. *n.* 2. *vers. secunda opinio*, qui plures adducunt testantes de communi, Caldas *vbi suprà*, *nu.* 69. Lup. *vbi supra comm.* 3. §. 2. *nu.* 3. Ios. de Rustic. *ad l. cum auus*, *ff. de cond. & dem. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 45. *&* 85. Rota apud Seraph. *decis.* 880. *nu.* 5. *part.* 1. & in Camerinen. fideicommissi 23. Octobris 1596. coram bo. me. Penia, & in Bononien. de Maluetijs 24. Febr. 1612. coram Reuerend. meo Damasceno.

3 Quod eo magis procedit, quando legitimationis verba sonant prout hic, vt legitimatus tanquam legitimus, & de legitimo thoro, vel matrimonio procreatus, possit succedere, tunc enim talis legitimatus nihil differt à legitimo, §. *sit igitur*, *auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Ang. *cons.* 17. *num.* 5. *in fin. vers. isti autem*, Menoch. *cons.* 20. *num* 31. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 325. *nu.* 19. *&* 20. *part.* 1. *& dec.* 1329. *nu.* 7. *par.* 2. vnde eo magis excludit substitutum, Soc. *cons.* 63. *n.* 22. *lib.* 3. Gozad. *cons.* 19. *n.* 22. Decian. *cons.* 42. *n.* 15. *lib.* 1.

4 Et in hoc casu res videbatur carere omni scrupulo, ex quo Horatius testator, de cuius successione agitur, consensit legitimationi, Bart. *in l. si cognatis col.* 2. *ff. de reb. dub.* & ibi Soc. *num.* 21. *vers.* 3. *infero*, vbi in puncto dicit, quòd quando grauatus legitimauit filium consentiente testatore, quæstio procedit sine dubitatione, & idem tradit Tiraq. *in l. si vnquam*, *in verb. susceperit liberos*, *nu.* 25. *C. de reuoc. don.* Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 18. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 33. *& seqq.*

5 Voluntas autem & consensus testatoris probatur ex testibus de ea deponentibus tum ante legitimationem, prout deponit primus iuxta 24. & quartus iux. 15. interrogatorium, dicentes, quòd Horatius hortabatur, & sollicitabat patrem Apolloniæ ad eam legitimandam, tum etiam post legitimationem, videlicet, idem primus iuxta 24. secundus iuxta 23. & quintus iuxta 25. dum testatur de summa lætitia per Horatium capta ex dicta legitimatione, & quatenus dicti testes viderentur singulares, tamen sufficiunt ad probandam declarationem animi, Aym. *consil.* 73. *num.* 33. & fuit dictum in causa Meten. processionis 18. Aprilis præteriti coram me.

6 Ex quibus videbatur constare de tali filiatione Apolloniæ, vt excluderet substitutos sub conditione, si sine filijs decesserint, quam conditionem Domini non dubitabant intelligi etiam de filiabus, Dec. *cons.* 568. *n.* 4. vbi in specie de filia, quòd excludat patruum, Card. Mant. *de coniect. lib.* 10. *tit.* 14. *n.* 1. *& seqq.* Crass. *in §. fideicommissum*, *q.* 35. *n.* 1. Thesaur *decis.* 188. *n.* 9. *vers. verùm cùm de hac*, Seraph. *d. decis.* 880. *n.* 1. Rota in d. Camerinen. fideicommissi coram Penia, & in Romana fideicommissi 20. Decembris 1610. coram eodem, & in eadem 4. Maij 1611. coram me.

7 Non obstat, quòd Apollonia non sit nata ex formali concubinatu, nec sint probata requisita ad concubinatum, iuxta *decis. 254. part. 2. diuers.* & sic non possit dici simpliciter naturalis, ex allegatis per informantes pro Ioan. Baptista, nam secundum æquitatem canonicam, & communem vsum loquendi, vbi certitudo filiationis aliunde haberi potest, quæ in casu nostro fuit firmata in decisione, dummodo filius sit natus ex soluto, & soluta, quales fuisse parentes Apolloniæ tempore eius natiuitatis concludenter deponunt testes, dicitur naturalis, vt in terminis tradit Bald. *cons. 129. num. 3. lib. 2. & cons. 306. numer. 6. in fin. lib. 3.* Ias. *cons. 51. lib. 3.* Aym. *cons. 166. num.* 8. Tob. Non. *cons. 76. num. 9. & 10.* Eug. *cons. 52. num. 45. & seq.* Ioan. Paul. Lancell. *cons. 176. num. 52. inter cons. vlt. vol. lib. 1.* Gabr. *cons. 29. num. 1. & seqq. lib. 1.* Couar. *in Epit. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 2. in fin. & seqq.* Caldas *de nominat. emphyt. lib. 2. q. 20. nu. 10.* Sarmient. *selectarum interpret. lib. 1. cap. 7. nu. 3. ad fin.* Barz. *decis. Bon. 93. nu. 13.* Achil. *decis. 5. nu. 5. de tastam.*

8 Præterea hîc sumus in filia legitimata, quæ siue alias sit naturalis, siue spuria, excludit substitutum, Castr. *cons. 30. num. 2. lib. 1.* & post alios relatos de communi attestans Mant. *de coniect. lib. 11. tit. 10. num. 20.* Peregrin. *de fideic. art. 23. nu. 46.* Vnde non obstat dicta *decis. 254. part. 2.* & aliæ allegatæ, quia quoad dictam decisionem 254. ibi solùm quærebatur an de iure communi filius naturalis posset succedere patri ab intestato, nec se fundabat in legitimatione, & fuit dictum non posse, ex quo non constabat de legitimo concubinatu parentum, iuxta *auth. licet, C. de natur. lib.*

9 Nec obstat decisiones Narnien. de Capitonibus 19. Ianuarij 1609. coram Illustr. Card. Lancellotto, & Cesenaten. bonorum 23. Ian. 1608. coram Reuerend. Atrebaten. in quibus fiebat fundamentum in legitimatione; & tamen fuit dictum eam non obstare substitutis, quia in dicta Cesanaten. legitimatio fuerat obtenta post mortem patris, & sic postquam ius fuerat quæsitum vocatis per fideicommissum: hæc autem legitimatio Apolloniæ fuit facta ante mortem testatoris, vt testes deponunt, & eo consentiente, & instante, vt suprà dictum est, & sic de tempore, quo Horatius testator poterat de bonis suis ad libitum disponere, & Ioan. Baptistam, & alios, qui sibi ab intestato successuri essent, excludere, vnde nullum habebant ius, nec spem considerabilem, Butr. *in c. per venerabilem, num. 15. qui fil. sint legit.* Soc. *cons. 47. num. 31. lib. 4.* cum alijs per Rol. *cons. 12. num. 53.* vbi de communi, *lib. 4.* Honded. *cons. 92. num. 51. lib. 1.* Gabr. *cons. 30. num. 29. lib. 1.* In casu verò dictæ decisionis Narnien. vltra quòd videntur intrare proximè allegata, aderat etiam fideicommissum conuentionale, vt patet ex principio decisionis, & sic substitutis videbatur ius quæsitum ex contractu, benè faciunt not. per Gabr. *cons. 30. num. 30. lib. 1.*

10 Non obstat clausula, *sine præiudicio venientium ab intestato*, de qua in legitimatione Apolloniæ, quæ etiam aderat in casu illarum decisionum, tum quia intelligitur de præiudicio considerabili, non autem de eo, quod nullius sit considerationis, vt per Doct. suprà allegatos, tum quia non operatur condito testamento. Castr. *cons. 102. col. 2. post med. vers. 4. videndum est, lib. 2.* de communi Dec. *cons. 393. num. 1.* Ruin. *cons. 87. num. 20. lib. 3.* Gozad. *cons. 6. nu. 33. & num. 78.* Gabr. *cons. 29. num. 16. & seq. lib. 1.* Zuchard. *in l. posthuma, num. 48. C. de bon. poss. contra tab.* Rota *decis. 355. num. 2. part. 1. diuers.* & apud Cæs. de Graff. *decis. 4. num. 3. qui fil. sint legit.* & faciunt latè tradita de hac clausula per Ioan. Paul. Lancell. *d. cons. 176. num. 54. & seq. in 1. vol. cons. vlt. vol.* sicut etiam non facit quando legitimatio processit de consensu eius, de cuius successione agitur, vt per Lancell. *ibid. num. 66.* vbi de communi. Apollonia autem quæ fuit legitimata de consensu patrui, vt suprà dictum est, prætendit capere eius bona ex ipsius testamento tanquam posita in conditione, & sic vocata ex statuto Vrbis.

11 Non obstat decisio in causa Romana de Bonellis coram me, in qua fuit dictum, non constare de filiatione ad effectum excludendi substitutos. Quia ibi filia erat nata ex muliere coniugata, vnde præsumebatur mariti, *l. filium definimus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. l. miles, §. defuncto, ff. de adult.* Alc. *de præsumpt. reg. 3. præs. 37. n. 1.* Gabr. *eod. tit. concl. 14. nu. 1. & seq.*

12 Demum non obstat Bulla fel. rec. Pij IV. in qua reuocantur omnes legitimationes factæ in præiudicium substitutorum, tum quia intelligitur de præiudicio iuris iam quæsiti, vt suprà dixi; vt si fieret legitimatio post purificatum fideicommissum, vt apparet ex proœmio, & ex tota lectura Bullæ, & in casu nostro tempore legitimationis nullum erat ius quæsitum substitutis, cùm fuerit facta viuo testatore, qui vel non confecerat testamentum, vel si fecerat, poterat illud mutare, & excludere succedentes ab intestato, vt suprà, cùm ambulatoria sit hominis voluntas, *l. 4. ff. de adim. leg.*

Tum quia procedit tantùm in legitimatis, qui vellent 13
succedere contra voluntatem testatoris, vt fuit latè ostensum hîc per informantes, ponderando verba ipsius Bullæ, & in puncto ita dictam Bullam interpretatur Eugen. *in alleg. cons. 52. num. 65. & seq. lib. 1.* Laderch. *cons. 23. nu. fin.* & in simili Reipublicæ Venetæ constitutione consuluit, Dec. *resp. 42. nu. 38. & seq. lib. 1.* quem sequitur Menoch. *cons. 459. num. 3. & seqq. & cons. 461. nu. 9. lib. 5.* Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 10. num. 46. vers. & quod attinet.* Lup. *de illegitim. comm. 3. §. 2. num. 5.* & fuit latissimè deductum in dicta causa Bonon. de Maluetijs 24. Februarij 1612. coram R. Damasceno, cuius fundamenta Dominis placuerunt. Apollonia autem prætendit succedere secundùm voluntatem testatoris, & eius testamento, de qua voluntate etiam deponunt testes, dicentes se audiuisse ab Horatio, quòd volebat eam consequi ex eius bonis partem suam.

Et ita fuit decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Bergomen. pecuniaria.

Lunæ 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Executiuè agi potest quando sic inter partes conuentum fuit, & quid si agatur de euictione, & nunquid decretum in parte verum, & in parte falsum sustineri possit.

SVMMARIVM.

Executiuè agi potest quando sic in instrumento fuit conuentum, etiam quod in eo non adsit Cameralis obligatio, num. 2.

Euictionis actione agens executiuè agere non potest, sed producere debet probationes in forma, n. 3.

Decretum, seu sententia est indiuidua, & ideò esse non potest partim vera, & partim falsa, n. 4.

DECISIO DCI.

Marcus Fogarolus dum prætenderet se creditorem 1
Gabrielis, & Francisci fratrum de Spinellis de diuersis pecuniarum summis in vna parte, scilicet librarum 2908. in alia librarum 2534. & in alia scutorum 30. auri, decessit recepta priùs quadam domo in solutum pro extinctione prioris summæ; pro alijs verò coram A.C. egit Io. Andreas, vnus ex filijs Marci contra Gabrielem, & vlteriùs pro consequutione solutorum Liuiæ vxori Francisci, & Vrsinæ sororis Gabrielis, & Francisci, quæ pro earum respectiuè dotibus regressum habuerunt ad prædictam domum, mandatumque exequutiuum reportauit pro summa in totum librarum 2850. & scut. 150. auri. Causa autem per appellationem à d. decreto coram me introducta, dubitaui instante Io. Baptista altero eiusdem Marci filio, an mandatum A.C. sit exequendum, seu de nouo relaxandum.

Et Domini primò dixerunt non esse exequendum, quia 2
etsi pro summa librarum 2534. videatur instrumentalis obligatio continere verba æquipollentia obligationi Camerali, vt scilicet possit procedi exequutiuè quocumque loco, & coram quouis iudice, secundùm opinionem quam probauit Anton. de Canar. *in tract. de execut. instr. quæst. 32.* & eum sequuntur contra Bald. Gales. *de form. oblig. camer. 3. particul. q. 4. in fine,* Bec. *cons. 17. nu. 2. in fine,* Thes. *decis. 26. n. 6.*

Tamen cùm pro alijs creditis non appareat obligatio 3
Cameralis, sed consequutiua sit ad obligationem promissionis de euictione, super qua requiritur extrinseca probatio, & discussio, quòd Gabriel de euictione teneatur, ideò via executiua deficit, & producendæ sunt proba-

batio-

bationes in forma, & ordinariè procedeodum, Bald. *in l. 2. num. 7. C. de execut. rei iud.* Surd. latè *decis.* 27. *nu.* 8. *& seqq.*

4 Et hoc stante eùm mandatum fuerit relaxatum pro majori sommu, nempe pro libris 1070. fit in eo, quod excedit summam librarum 2534. non sustinetur in residuo, nec etiam valebit, sed corruit propter indiuiduitatem decreti, quod pro parte verum, & pro parte falsum esse non potest, Put. *decis.* 323. *num.* 6. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 218. *num.* 4. quod etiam fuit dictum in causa Albanen. beneficiorum coram me 9. Aprilis 1612.

5 Secundò dixerunt de nouo non esse relaxandum, nam si pro eadem summa petatur relaxari, obstat eadem ratio incompatibilitatis causæ veræ, & falsæ in eodem decreto; si verò separatim pro alijs summis vltra libras 2534. obstat pariter exceptio, quòd pro eis ordinariè sit procedendum: ac demum si pro eadem summa librarum 2534. multa obijciuntur, quæ videntur per Ioan. Baptistam iustificanda, nempè quòd possit se iuuare ex illo decreto, in quo ipse non fuit nominatus, sed Ioan. Andreas eius frater, item personam suam legitimet, probando se talem, qualem asserit eum, Dominis visum fuerit non sufficere probationem filiationis ex sola fide parochi desumptam, ac demum iura sua recognosci faciat.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis.

Lunæ 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria pro constitutione, vel restitutione dotis, & illius augmento in præiudicium substitutorum obligari, & alienari possunt.

SVMMARIVM.

Fideicommissaria bona pro restitutione dotis obligari possunt, num. 2. Vbi ampliatur etiam pro dotis constitutione, & etiam pro augmento dotis, & in præiudicium substitutorum.

Dotis constitutio, & restitutio æquiparantur, ibid.

Confessio debiti iurata facta in testamento habet vim donationis, num. 3.

Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur, ibid.

Dotis non restitutæ fructus non debentur, nisi probata interpellatione contra hæredes viri, & iterata instantia, num. 4.

Mora, & interpellatio satis dicitur probata per contumaciam, & renitentiam debitoris, & litis sustentationem, ibid. in fine.

Fideicommissaria bona, vel alienari possunt pro restitutione dotis non simpliciter, sed in subsidium, alijs non existentibus bonis, nu. 6.

Legitima debetur in corporibus bonorum hæreditariorum, & ideo omne augmentum ex corporibus proueniens lucro legitimæ cedere debet, ibid.

DECISIO DCII.

1 IN decisione diei 21. Iunij 1613. [a] fuit resolutum executionem esse faciendam super quarta parte palatij, spectante ad Carolum respectu summæ librarum 15000. pro dote D. Hieronymæ per sententias Rotales declaratæ, & quia in disputatione multa fuerunt necessariò præsupposita, Domini in repropositione dubij 9. Decembris præteriti firmarunt tantummodo legitimam Alexandri non fuisse prohibitam, & in eadem resolutione perstiterunt die 25. Maij præteriti. De reliquis autem in 1. decis. præsuppositis voluerunt particulariter videre, & ad eum effectum hodie proposita disputatione censuerunt etiam quoad alia contenta in d. decis. standum esse in decisis. Reliquæ enim tres partes, quæ dd. sororibus debebantur, tam ratione earum legitimæ, quàm particularis successionis Vincentij earum fratris, & Episcopi earum patrui, remanserunt consumptæ ex detractionibus fiendis, tam respectu dotis Annæ earum matris, quàm ratione interesse dotis D. Hieronymæ, & portionis D. Magdalenæ, & ideò necessariò deueniendum esset ad alienationem bonorum cumulatorum, & consequenter ad quartam partem palatij, vt fuit ostensum in dicta decisione diei 21. Iunij 1613.

Nec obstare dixerunt, quæ denuò opponebantur pro 2
parte Caroli, scilicet non constare de vera numeratione dotis Annæ Flores vxoris Vincentij, quinimò ex eodem instrumento dotis clarè apparere ipsummet Vincentium constituisse dotem in summa scutorum bis mille, & pro alijs mille eandem dotem auxisse, & pro residua summa scutorum 1212. approbasse, & recognouisse quasdam expensas per eandem Annam factas, ad quas ipse Vincentius tenebatur, quæ in præiudicium fideicommissi constitui, donari, & confiteri non poterant. Quia vbi de bonis vincularis prædicta essent detrahenda, quoad portionem scutorum bis mille, respicientem dotis constitutionem, sicuti Vincentius pro restitutione dotis poterat bona fideicommissi obligare, siue ante vinculum fideicommissi, siue post, dos soluta reperiatur, Couar. *var. resol. lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 10. Peira post alios de veriori opinione attestantes, *quæst.* 8. *num.* 383. Marzar. *in epitom. fideic. q.* 48. Menoch. *cons.* 33. *num.* 12. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu.* 81. *vers. contra opin.* ita & eadem bona potuit obligare pro constitutione dotis, ad quam de iure tenebatur, ex dispositione *Auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.* cùm à pari procedant in ista materia dotis constitutio, & restitutio, Rol. *cons.* 20. *num.* 2. *vol.* 4. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 82. & confirmant relati Marzar. & Menoch. *in locis allegatis*, idem respectu scutorum 1000. pro augmento, & bona vincularia posse obligari, responderunt Ruin. *cons.* 199. *sub num.* 5. *vers. si enim à muliere, vol.* 2. Cephal. *cons.* 177. *num.* 25. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 84. ac demum pro alijs scutis 1212. confessatis, & detrahi possint in præiudicium substitutorum, secundùm veriorem opinionem, firmarunt Roland. *cons.* 85. *vol.* 1. *cons.* 74. *à num.* 9. *vol.* 4. & alij relati per eundem Peregr. *d. art.* 42. *num.* 83.

Cæterùm prædicta cessare videntur, quia non agitur de 3
deducenda dote ipsius Annæ de bonis fideicommissi Vincentij senioris, sed de portione legitimæ eiusdem Alexandri, & de bonis ad eum peruentis ex successione Episcopi Aleriensis eius fratris, quæ non subiacebant fideicommisso paterno, cùm sint restricta ad medietatem domus, de qua agitur, assignatæ eidem Episcopo pro sua legitima, & ideò eam partem potuit Alex. obligare, siue confitendo, siue donando, maximè cessante creditorum præiudicio, prout cessabat de tempore obligationis, & validè saltem per superuenientiam mortis eiusdem Alexandri, qui nedum antè reuocauit dotem constitutam, & confessionem factam ad fauorem Annæ, sed eandem summam scutorum 4212. in eius cum quo decessit testamento reliquit, ita vt siue verè propter vinculum iuramenti statim valuit in vim donationis, Castr. *cons.* 75. *num.* 2. *vol.* 2. Gabr. *de donat. concl.* 3. *num.* 19. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 71. *nu.* 47. & 48. siue per superuenientiam Annæ morte mariti omnia fuerunt confirmata, *l. antep. C. de donat. ante nupt.* Bart. *in l. cum quis decedens, §. Titia, num.* 3. *ff. de leg.* 3. Roland. *cons.* 93. *num.* 4. & 23. & 30. *lib.* 1. Gabr. *de iur. dot. & promiss. dot. concl.* 3. *num.* 5. Bald. nouell. *in repert. l.* 1. *n.* 200. *ff. solut. matr.*

Secundò non obstat, quòd in computo consumptionis 4
præsuppolito in decisione prædicta diei 21. Iunij non iustificetur summa fructuum dotis D. Hieronymæ debitæ in quantitate scutorum 3562. expressa, cùm regulariter debeantur fructus matrimonio constante: eo autem soluto, prout solutum fuit de anno 1606. non deberi ab eo die citra, nisi probata interpellatione contra hæredes viri, & iterata instantia, secundùm veriorem opinionem voluerunt Surd. *cons.* 269. *n.* 22. Plot. *in l. si quando, à nu.* 432. *C. vnde vi*, ne aliàs tacendo videatur consequi velle vsuras dotis non solutæ, quod præmissum non est cessante mora absque vitio patentis vsuræ, confirmant præcitati Doctores, & latissimè tradit Ioseph. Ludouic. *sua concl.* 36. *in pr.* Nam ex facto visum fuit cessare obiectum, quia ab anno 1595. quo fuit nuptui tradita D. Hieronymæ, semper lis durauit super dote declaranda, & soluenda, & adhuc durat, ita vt sola contumacia, & renitentia, & litis sustentatio Caroli sufficiat ad probationem moræ, & interpellationis, *l. insulam, cum ibi notatis, ff. de verb. oblig.* Surd. *cons.* 293. *n.* 9. & 10. *vol.* 2.

Nec

5 Nec dicatur, quòd per compensationem scutorum 150. quotannis per D. Hieronymam loco alimentorum exactorum de pensionibus domus controuersæ prædicta summa scutorum 3561. sit extenuanda. Quia ex calculo dato fuerunt compensata per contrapositionem ad creditum D. Hieronymæ, & nihilominus adhuc remanet creditrix pro fructibus suæ dotis in dicta summa scutorum 3562.

6 Demum non obstat, quòd palatium controuersum, & sic tres illæ partes prætensæ de nouo sint subhastandæ, & maiori oblatori deliberandæ, cùm dd. sorores sint tantùm creditrices quantitatis pecuniarum, videlicet legitimæ Alesandri; ac dotis Annę matris, & fructuum dotis D. Hieronymæ, ita vt inde colligi possit, si supersit prætium ex bonis liberis antequam ad subsidiarium remedium, ex dispositione *Auth. res qua, C. commun. de legat.* deueniatur per venditionem quartæ partis fideicommisso vinculitæ, & Carolo debitæ. Quia fuit responsum quidquid sit respectu quartæ partis, super qua noua exequutio est facienda pro dote D. Hieronymæ, pro alijs tamen tribus partibus visum est Dominis non esse deueniendum ad aliquam subhastationem, nec deliberationem, quia successio in parte Episcopi Alerin. & retentio alterius partis pro simili parte Alexandri respiciunt causam legitimæ, quæ debetur in corporibus bonorum, non autem in quantitate, & ea quidem non à die assignationis, sed à die mortis Vincentij communis earum patris, à quo legitur constitutum fideicommissum: vnde omne augmentum prouentum ex corporibus assignatis debet cedere lucro legitimæ, quia corpora ipsa sunt obligata, non autem valor, & hæc benè probantur in discursu Cæs. de Grass. *de testam. dec. 6.* quem exinde Rota approbauit *dec.* 10. *eod. tit.* & easdem conclusiones confirmarunt Corn. Grat. Curt. iun. Bertaz. & alij apud Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 26. *vers. Contrarium vero*, Petra *de fideic. q.* 15. *nu.* 136. Surd. *conf.* 128. *n.* 9. *& seqq.*

7 Nec dicatur quòd subhastatio non desideratur ad effectum priuandi augmento dd. sororum, si quòd à die mortis Vincentij reperiatur in palatio controuerso, sed vt sciatur eius valor ad impugnandum patrimonium Alexandri, qui de bonis liberis, & sic de sua legitima, & portione Episcopi Alerien. in qua successit, tenetur restituere dotem Annæ propriæ vxoris, & dotare proprias filias, antequam deueniatur ad alienationem bonorum vinculo fideicommissi subiectorum. Quia pro responsione fuit dictum, iure cautum non reperiri, quòd subhastatio detur à iudice in bonis proprijs creditoris, sed quidem contra bona debitoris, vnde cùm dd. sorores non egeant noua adiudicatione palatij pro tribus partibus, quia iam fuit ostensum ad eas pleno iure spectare ratione legitimæ Alexandri earum patris, & portionis Episcopi Aleriensis, sequitur dicendum non posse adstringi ad patiendum rei propriæ subhastationem, nec etiam ad effectum sciendi verum valorem palatij, cùm inter Episcopum Alerien. & Carolum in assignatione legitimæ Episcopo prædicto cum communi assensu vsque de anno 1569. fuerit æstimatum in scutis 5400. auri, qui valor non præsumitur auctus, nisi probetur, nec licet arguere ex beneficio decursi temporis ab anno 1569. citrà, cùm potuerit esse maius illius temporis pretium, quàm præsentis, vt dicit Crem. *in l.* 2. *numer.* 227. *&* 229. *C. de rescind. vend.* allegans Bart. *in l. cum emptor*, §. *fin. in fin. ff. de damn. infect.* Alex. *in l. in lege falcidia* 62. §. *corpora, num.* 2. *&* 3. *ff. ad l. falcidiam*, & eos sequitur Surd. *conf.* 151. *n.* 71. *vol.* 2.

8 Et ideò cùm Carolus defecerit in hac probatione, quæ erat de intentione sua ad impinguandum patrimonium Alexandri, visum fuit sufficere dd. sororibus per contrapositionem suorum creditorum docere de consumptione bonorum liberorum secundùm æstimationem iam factam, & conuentam, vt exinde ad bona vinculata transirent pro dote consequenda.

Et ita fuit, &c.

☞ *Est decisio 514. suprà in hac parte.*

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Maceraten. hæreditatis.

Luna 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

De vi, & efficacia secundæ substitutionis factæ eisdem modo, & forma, & in omnibus, & per omnia eodem modo sicut prima.

SVMMARIVM.

Verba eodem modo, & forma, *repetunt omnes qualitates, eundem modum, & ordinem, n.* 1.

Clausula in omnibus, & per omnia operatur, vt in exæquatis vnam, & eandem naturam demonstrant, numero 2.

Verba geminata magis operantur, quàm verba simplicia, num. 3. *in fine.*

DECISIO DCIII.

STante clausula testamenti Matthæi Vici in hæc verba, 1
Et eodem modo, & forma, & eisdem conditionibus in omnibus, & per omnia relinquo dictis filijs meis masculis, & descendentibus masculis ex eis, & deinde fœminis, & earum descendentibus masculis, & fœminis, & demum transuersalibus masculis, & deinde fœminis domum magnam sitam in terra Ciuita Noua; dubitaui hodie, an sub dicta clausula veniant vocatæ fœminæ, & descendentes ex ipsis ante admissionem transuersalium? & negatiuè respondendum Domini dixerunt.

Nam cùm fuerit resolutum in ista causa coram me 24. 2
Maij 1613. factum esse locum fideicommisso ad fauorem Ascanij Vici, quia ipse erat masculus transuersalis descendens à fratre Matthæi testatoris, vt fuit resolutum coram bon. mem. Iusto 28. Maij 1608. & coram me 13. Februarij 1609. & sic veniret vocatus in casu deficientis lineæ fœmininæ, de cuius deficientia constabat, ex quo tantummodo ad hoc fideicommissum fuerant vocatæ fœminæ agnatæ, nempe filiæ testatoris, & filiæ filiorum, & descendentium masculorum, quæ futuræ erant de agnatione testatoris, vt fuit resolutum coram bon. memor. Cardin. Pamphilio 20. Februar. 1598. & coram me 17 Decembris 1610. & cùm istarum agnatarum vocatio cœperit à die purificati fideicommissi, per obitum vltimi masculi, non verò à tempore conditi testamenti, vt in alia decisione coram eodem Iusto 10. Maij 1606 & postea coram me 18. Iunij 1610. Et cùm de illo tempore purificati fideicommissi illæ fœminæ agnatæ non extarent, quia præmortuæ fuerant masculo vltimo præmorienti, nempe Capitaneo Francisco Vico, nec adimpleuissent onus sibi per testatorem iniunctum assumendi cum suis maritis nomen, & insignia testatoris, cessauit vocatio illarum, & per consequens masculorum cognatorum successiuè descendentium ab illis, quin & etiam defecit linea fœminina proueniens ex dictis agnatis, vt latiùs in supradictis decisionibus, & particulariter in illa 24. Maij 1613.

Ex quibus resolutionibus iam factis inferebant Domi- 3
ni, quòd necessariò idem erat dicendum respectu secundæ substitutionis factæ de domo magna sita in terra Ciuitę Nouæ, de qua in clausula testamenti superiùs in principio relata, cùm dicta substitutio sit facta eodem modo, & forma, & eisdem conditionibus in omnibus, & per omnia cum superiori substitutione, ex quibus verbis censetur omninò portificata ista secunda substitutio primæ, ad notata *in l.* 5. *ff. de legat.* 1. *& in l.* 2. *C. commun. de legat.* glos. *in verb. obligatus, in l. cum hi*, §. *si vnus. ff. de transact.* Et de verbis *eodem modo, & forma*, quòd repetant omnes qualitates, & eundem modum, & ordinem à testatore priùs datum, notat Paris. *conf.* 37. *numer.* 58. *lib.* 2. Hippol. Rimin. *conf.* 313. *numer.* 30. *&* 45. Marzar. *conf.* 5. *numer.* 20. Ruin. *conf.* 142. *numer.* 13. *ante vers. tertio principaliter, lib.* 3. Crauett. *conf.* 98. *numer.* 51. *lib.* 1. Alban. *conf.* 599. *numer.* 12. Et de alijs verbis in eadem clausula positis, videlicet *in omnibus, & per omnia*, quòd idem operentur, & in exæquatis vnam, & eandem naturam demon-

demonstreut, est teat. *in §. 1. vers. per omnia ferè, Instit. de donat. §. sed non vsque, Instit. de legat.* notat Ripa *in dicta l. prima, num. 1.* per text. *in l. quicquid ergo, §. ex compromisso, vers. quia non per omnia est sententia, ff. de his, qui notan. infam.* Ias. *in dicta l. 1. n. 15.* Et eò magis hunc effectum operantur ista verba, cùm sint geminata, ibi, *In omnibus, & per omnia,* notat Ripa *vbi suprà,* ad text. *in l. balista, ff. ad Trebell. l. 2. §. furiosus, ff. de iur. codic.* & Bertax. *de clausul. clausul. 21. glos. 22.*

4 Et quamuis in ista clausula istius secundę substitutionis fuerint simpliciter vocati, primò filij masculi testatoris, & descendentes masculi ex eis, & deinde fœminæ, & earum descendentes masculi, & fœminæ, & demum transuersales masculi, & deinde fœminę; nihilominus cùm ista substitutio ex supradictis debeat intelligi cum eisdem conditionibus, & modis, quibus prima substitutio fuerat facta, sequitur, quòd ista secunda substitutio sit intelligenda, non simpliciter, sed iuxta primam substitutionem, & sic de fœminis agnatis, quæ superexisterent de tempore deficientis lineæ masculinę, & quæ assumpsissent cum eorum maritis nomen, & insignia testatoris, de quibus fœminis agnatis cùm nulla adesset de tempore mortis Capitanei Francisci Vici vltimi masculi, & sic tempore purificati fideicommissi, quin iam tunc omnes illæ essent præmortuæ, apparet factum esse locum transuersalibus, iuxta sensum testatoris, quem sequuta est Rota in supradictis decisionibus.

5 Ex quibus omnibus ad dubium fuit responsum, quòd in prædicta clausula non veniant vocatæ fœminæ cognatæ, & descendentes ex ipsis ante admissionem transuersalium, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana vineæ.

Lunæ 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

De pluribus nullitatibus factis in subhastatione, & deliberatione rei immobilis.

SVMMARIVM.

Subhastatio, & deliberatio facta in iusto pretio rescindi potest, n. 1.

Subhastatio, & deliberatio facta à cursore non existente in turno, iuxta solitum, & per acta Notarij alterius, quàm causa, nulla, & inualida est, n. 2.

Subhastatio, & deliberatio rei facta ad vtilitatem cursoris subhastantis, & deliberantis per interpositam personam est nulla, & inualida, ibid. in fine.

Executor testamenti non potest confitendo hæredi præiudicare, num. 3.

Exceptio melioramentorum non liquidatorum non retardat executionem mandati de manutenendo, n. 4.

DECISIO DCIV.

1 POstquam coram bon. mem. Penia fuit resolutum iudicium subhastationis vineæ fuisse attentatum, mandatumque de manutenendo esse dandum Bartholomæo, prout fuit datum, & exequutum, Mattia creditrix, ac Bosius emptor vineæ, licèt pro Tarisio cursore illam emisset, adita Signatura reportarunt rescriptum cum clausula *reiectis attentatis, constito de bono iure,* vnde proposito per me dubio, Domini responderunt negatiuè, nam cùm bonum ius ad effectum sustinendi subhastationem, & deliberationem attentatam, totum consisteret in iustitia pretij, pro quo fuit deliberata vinea, ex dispositione *l. 2. C. de rescind. vendit.* quæ habet locum in deliberatione, Bald. *cons. 375. num. 2. lib. 1.* Castr. *cons. 156. numer. 1. vers. 1. quia fuit venditum, lib. 2.* Crauett. *cons. 29. num. 4.* Gabr. *de empt. & vendit. conclus. 1. n. 61. & 62.* ad Mattiam, & Bosium spectabat onus iustificandi dictam clausulam, & sic concludenter probandam vineam de tempore deliberationis non valuisse pluris, quam scutorum 242. pro qua summa fuit deliberata: sed tantum abest id fuisse probatum, quinimò de euidenti læsione constat tam ex venditione facta à dicta Mattia pro scutis 700. vnà cum duabus imaginibus, seu picturis, quàm ex oblatione facta in scutis 400. licèt extra tempus datum ad deliberandum, quòd accidit culpa cursoris, & Bosij ex cautelis adhibitis, Fulgos. *cons. 79. in fine.*

2 Nam, vt ex serie facti constat, callidè fuit deuentum ad dictam deliberationem, cùm cursor, qui ad vineæ deliberationem deuenit, non esset in turno contra formam constitutionum cursorum, de qua per Modern. *in prax. iudic. A. C. lib. 1. cap. 142. numer. 9.* oblatio verò fuerit facta in officio alterius Notarij, quæ tamen fieri debebat in actis Notarij causę, vt possit alius habita de prædicta oblatione notitia maiorem oblationem offerre, vt sit melior conditio tam debitoris, quàm creditoris efficeretur, vt per dictum Modern. *lib. 1. cap. 41. num. 2.* fuerunt quoque factæ duæ intimationes, quarum secunda fuit in actis reproducta, & deliberatio facta in termino primæ intimationis. Denique fuit facta pro ipsomet cursore, mediante tamen persona Bosij, contra text. *in l. pupillus, § sanè,* ibi, *quod si callidè id emerit, idem erit, ac si per interpositam personam,* & ibi glos. *ff. de auctor. tutor. & in l. emption. §. fin. & in l. non licet, ff. de contrah. emption.*

3 Nec visa fuit iustificata pretii iustitia ex incendio sequuto, nam non probatur qualitas damni, vt possit dignosci de tempore deliberationis vineam ratione dicti incendij fuisse valoris scutorum 242. prout requiritur, vt not. Doct. omnes *in d. l. 2. C. de rescind. vend.* Quæ verò deducebantur circa consensum præstitum subhastationi per Georgium Piscatorem tanquam executorem testamentarium, Dominis non visa fuerunt releuare, cùm vel non subsistant in facto, vel Bartholomęo præiudicium inferre non potuerint, vt fuit dictum coram bon. mem. Penia.

4 Non obstat exceptio melioramentorum, quia clausula *constito de bono iure,* non intelligitur respectu illorum, sed deliberationis, vt dictum est, & ita pro illis fuit data cautio de ordine Rotæ, & cùm nulla fuerit facta liquidatio, non potest retardari exequutio mandati de manutenendo, Rota *diuers. decis. 659. num. 1. & 2. part. 1. &c.*

R. P. D. PIROVANO.

Æsina residui cessionis.

Lunæ 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Cessio debet pretio correspondere, ita vt in maiori summa non sustineatur.

SVMMARIVM.

Cessio debet correspondere pretio in ea constituto, & in maiori summa non sustinetur, num. 2. Vbi præsertim quando cessio est necessaria vigore sententiæ.

Cessionis actus subsequens restringendus est ad limites, & qualitates præcedentis obligationis, ibid. in fine.

DECISIO DCV.

1 LVcius coactus propter vinculum fideicommissi relaxare bona quæ emerat Lucas Angelus eius pater à Petro Cecolino pro pretio florenorum 4300. bol. 10. egit contra Baptistellam de euictione obligatum, & obtinuit bona illius subhastare, & sub hasta vendita fuerunt pro florenis 3400. Virginiæ, cui Lucius omnia sua iura cessit: agente postmodum Lucio contra hæredes Petri pro residuo, ac pro damnis, & expensis, fuit illi oppositum de carentia actionis propter earum à se abdicationem medio cessionis, & propterea fuit dubitatum die 14. Ianuarij 1613. ad effectum agendi, an obstet cessio, & tunc quia quitantiæ solutionum pro tota summa non exhibebantur, fuit resolutum cessione pro parte non soluta non obstare; sed postmodum informantes pro Lucio cùm non facerent super non integra solutione florenorum 3400. sed super residuo crediti, ac damnorum & expensarum, quæ in cessione non comprehendebantur, & pro quibus non poterat impediri processus in causa appellationis. Vnde secundo loco dubitaui.

2 An cessio obstet in totum? Et Dominis visum est non obstare, sed tantùm pro quantitate, pro qua cessit, nempe pro florenis 3400. & quoad residuum possit agere con-

contra fideiussorem, vel hæredes Petri, vel contra legitimam illi competentem in bonis Antonij fideicommittentis, cùm hoc sit regulare in cessione, vt pretio correspondeat, nec in maiori summa sustineatur, *l. per diuersas*, *l. ab Anastasio*, *C. mandat.* vbi Bart. & Bald. Innoc. & alij *in cap. ex parte, de alien. iud. mut. caus.* Specul. *de cess. act.* §. 1. *numer. 7. vers. sed hoc non placet*; quod eò magis procedere visum fuit, cùm agatur de cessione necessaria vigore sententiæ adiudicationis, in qua adiudicantur istæ terræ Virginiæ, reseruato eidem Lucio iure agendi contra alia bona Petri pro integra satisfactione, ita vt vt actus subsequens cessionis sit restringendus ad limites præcedentis qualificatæ obligationis, iuxta *l. quadam mulier. cum glos. ff. de rei vend. l. 2. C. de acq. poss.* Alciat. *de præs. reg. 2. præs. 23.* Bec. *cons. 6. n. 6. lib. 1.*

3 Non obstat, quòd respectu residui sit disputatio extra dubium, cùm soltùm disputetur de cessione facta per ipsum Lucium occasione terrarum per eum venditarum Virginiæ, quia Domini intellexerunt ad effectum dubij, qui erat, an cessio posset impediri in processu causæ appellationis.

Et ita fuit decisum.

R. P. D. P I R O V A N O.

Tuden. parochialis.

Veneris 27. Iunij 1614.

A R G V M E N T V M.

Donatio iurispatronatus facta laico Episcopi consensum requirit, licèt sufficiat consensum præstari etiam post donationem. Apostolica autem confirmatio omnes defectus supplet. Cætera vide in summario.

S V M M A R I V M.

Iurispatronatus donatio facta laico non suffragatur, nisi etiam accedat authoritas Episcopi, n. 1.

Iurispatronatus donatione Episcopi consensus accedere potest etiam post factam donationem, n. 2. & 3.

Confirmatio Apostolica supplet omnes solemnitates requisitas in donatione iurispatronatus, n. 2. in fine.

Rota auditor quando subintret in locum executoris executore mortuo, n. 3. & 4.

Vniones scripturam requirunt, n. 5.

Iurispatronatus quasi possessio sufficit ad effectum probandi pertinentiam, ibid. in fine.

D E C I S I O DCVI.

1 VIgente controuersia inter D. Episcopum Tuden. & Aluatum Gil, & consortes super existentia patronatus parochialis Ecclesiæ S. Christinæ, fuit resolutum coram Reuerend. Patre Domino Vbaldo, constare de iure huiusmodi patronatus, & pertinere ad legitimos successores Aluari Gil senioris, & Francisci Gil eius hæredis, & causa pro existentia iurispatronatus contra libertatem beneficij fuit expedita. Cæterùm, quia controuertebatur quis esset legitimus successor huius iurispatronatus, causa mihi ex particulari rescripto Sanctissimi commissa, dubitaui ad quem pertineat iuspatronatus, de quo agitur.

2 Et Domini censuerunt respondendum solo Basilio informante ad eundem pertinere, cùm doceat de particulari titulo donationis sibi factæ per Franciscum Gil Aluari senioris hæredem, ad quem spectasse fuit resolutum. Et quamuis in translatione iurispatronatus in laicum solus titulus donationis non sufficiat, nisi etiam accedat auctoritas Episcopi, *cap. præterea, c. quod autem, §. de cætero, c. illud, c. nullus laicus, de iurepatr.* Abb. *cons. 59. num. 3. vers. 3. principaliter, lib. 2.* Lambert. *de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. princip. art. 2. n. 3.* Cputaq. *decis. 144. part. 2.* tamen cùm in præsenti sufficeret auctoritas cuiusuis alterius iura Episcopalia habentis, & nedum in ipso actu contemporaneo erectionis beneficij, sed etiamsi ex post accederet donationi, si de ea constaret, vt ex decisione eiusdem Cputaq. 144. per totam, & fuit firmatum in causa Aquen. Archipresbyteratus 7. Nouembr. 1601. coram Illustr. Card. Lancellotto, tunc Rotæ Auditore, datur prædictorum omnium auctoritas maior, nempe confirmatio Apostolica, quæ supplet omnes aliàs solemnitates, & donationem omni ex parte reddit validam, Abb. *consil. 41. numer. 3. lib. 1.* Paris. *cons. 24. num. 4. lib. 4.* Dec. *cons. 341. numer. 12.*

Nec referre visum fuit, quòd confirmatio prædicta sit 3
in forma commissaria directa Officiali Tuden. de qua licèt constet, non tamen de confirmatione illius vigore per Ordinarium facta constare videatur. Quia cùm consensus Ordinarij, vel alterius habentis facultatem illum præstandi, non sit necessarius in ipso actu, vt iam dictum est, & firmauit Rota *de iurepatr. in antiq. dec. vlt.* Paris. *cons. 35. num. 10. vol. 4.* & superuenerit lis inter Ordinarium, & patronos, potest Auditor vigore *Clem. Auditor. de rescript.* subintrare in locum executoris dati in litteris, Cæs. de Graff. *decision. 125. aliàs 14. n. 9. de præbend.* Rota *dec. 2. in nou. de elect.* Quod etiam fuit firmatum in causa Legionen. Canonicatus 25. Octobr. 1584. coram fel. rec. Clem. VIII. & in Calciaten. Canonicatus 7. Octobris 1588. coram bon. memor. Card. Seraphino inter impress. 833. *p. 1.*

Nec Auditoris iurisdictio videtur restringenda ad pro- 4
uisiones in forma *Dignum*, Ordinario directa, vt eo casu pendente lite succedat loco Ordinarij, & possit prouisum examinare, & illi beneficium conferre, non autem vt possit donationem confirmare, quæ non est de consequutiuis ad commissionem. Quia etiam ad non commissa vigore eiusdem Clementis extenditur Auditoris delegati potestas, vt euitetur circuitus, vt notant Card. & Ioan. de Imol. in eadem Clement. circuitus autem esset patens, si pro confirmatione ad eundem Prouisorem, coram quo causa non est instructa, esset recurrendum, cùm in Rota fuerit iam cognitum de iuribus donationis, & iuribus donantis, & transferentis iuspatronatus vigore tituli prædicti in Basilium donatarium.

Non obstat, quòd ex testibus in contrarium examina- 5
tis videatur probatum, quòd Aluarus Gil senior patronus huius beneficij applicauerit iuspatronatus cuidam Capellæ per ipsum de nouo erectæ, quia quatenus hoc concludenter probarent testes, tamen de huiusmodi applicatione non apparet per scripturam, prout in vnionibus necessarium est, Ctau. *cons. 258. n. 11.* Alex. *cons. 219. n. 16. lib. 6.* Et etiam cùm ea non obstante Franciscus Aluari hæres, à quo Basilius deducit titulum donationis, fuit in possessione dicti iurispatronatus, sufficit ad effectum probandi pertinentiam, vt pluries fuit decisum, signanter in causa Baten. beneficij 1. Iulij 1611. coram R. P. D. Vbaldo, & in Placentina Capellaniæ 14. Martij præteriti coram Reu. Decano nostro. Et ita, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Albanen. beneficiorum.

Veneris 37. Iunii 1614.

A R G V M E N T V M.

Gratia aperitionis oris, & reductionis alterius gratiæ ad viam iuris quid operetur? An in ea sit nececessaria derogatio regulæ de iure quæsito, non tollendo, & an iustificari debeat.

S V M M A R I V M.

Gratia qualibet iustificari debet, aliàs non suffragatur, numer. 1.

Oris aperitio cum reductione ad viam iuris gratia aliàs facta operatur, vt omnes clausula in eadem gratia contenta, & impedientes audientiam, & iustitiam sint sublata, non aliter, ac si eadem gratia fuisset signata cum clausula, Prout de iure, *ibid.*

Clausulis derogatoriis ad futuram contrariam gratiam non censetur derogatum, nisi de illis fuerit facta particularis mentio, declara vt num. 2.

Clausula quorum tenores, *operatur perinde, ac si omnia fuissent de verbo ad verbum expressa, n. 2.*

Gratia reductionis alterius gratia ad viam iuris, nunquid suffragetur quando in ea non fuit derogatum regula de iure quæsito non tollendo, n. 3. & seqq.

Suggestiones, & subreptiones dicuntur inesse in gratia, tam si verum, quàm si falsum narretur, num. 5.

Gra-

Gratia reductionis alterius gratia ad viam iuris dicitur noua gratia, & iustificatione indiget, n.6.

DECISIO DCVII.

1 INfirmata sententia bon. mem. Card. Maffei ex capite nollitatis, & relaxata possessione beneficiorum Capitolo Albanen. quę sub sequestro reperiebatur, Abbati Taliaferro denuò in causa progredienti fuit oppositum, quòd in primis teneatur iustificare suam gratiam aperitionis oris, & reductionis ad viam iuris, prout quælibet alia gratia huiusmodi oneri subiecta de iure reperitur, *c. 1. de lit. contest.* Rota *dec.20. de prob. in nou.* Cæs. de Graff. *dec. 2. num. 1. de probat.* & dato dubio es mente Dominorum, an reductio Breuis Clementis VIII. ad viam iuris suffragetor Taliaferro? Foit responsum suffragari; in rescripto enim commissionis legitur, quòd præcisa oris aperitione causa procedatur, perinde ac si clausula sublata, & aliæ impedientes audientiam, & iustitiam in dicto Breui appositæ non fuissent, & illud cum clausula, *prout de iure in omnibus, & per omnia*, signatum fuisset, ex quibos verbis cùm remaneat sublata virtus ipsius Breuis, ac si non emanasset, & corruant omnes clausulæ illius tanquam accessoriæ, Put. *dec.1. lib. 1.* Bald. *in l. fin. num.7. C. sentent. rescindi non poss.* & fuit dictum io hac eadem causa coram Illustr. Cardinali Lancellotto tunc huius causæ ponente, inde sequitur reductionem suffragari, cùm Taliaferrus non impediatur suæ causæ iustitiam prosequi.

2 Neque obstat si dicatur reductionem non iuuare ex eo, quòd narrarum non fuerit adesse in Breui Capituli clausulas amplissimas, & derogatorias ad futuram reductionem, quæ videntur tantæ potentiæ, vt non censeatur illis derogatum, aut præiudicatum, nisi particulariter de eis facta fuerit mentio, Feder.de Sen. *cons.233. per totum*, cum aliis allegatis in causa Romana iurisdoctorandi coram bo. mem. Card. Seraph. inter impress. 1271. *num.3.* Quia fuit dictum, ex facto obiectum cessare, cùm in præinserta legatur clausula, *Quorum tenores*, quæ operatur perinde ac si omnia fuissent de verbo ad verbum expressa, Burr. *cons. 2. in princ. vers. his tamen non obstantib.* Mohed. *decis.1. de rescript.* Gabr. post alios *de clausul. conclus.5. num. 1. & num.12.* referens stylum Romanæ Curiæ, vt procedat etiam in dispositione habente clausulam derogatoriam ad sequentem dispositionem. Præterea fuit etiam addita indiuidua mentio clausularum, de quarum derogatione agebatur, & signanter de clausola, quòd quoties illius reuocationes, & modificationes emanassent, toties in pristinom, & validum statum restituerentur, ex quibus, iuncta clausula, *Quorum tenores*, inducitur vera, & indiuidua expressio totius dispositioois, secundum opinionem Vetall. *decis. 121. part. 1.*

3 Non obstat pariter si contendatur gratiam reductionis non suffragari, cùm in ea noo fuerit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo, prout de iore videbatur, secundùm Sarnen. Mohed. Cæsar. de Grass. allegatos in decisione Cæsaraogustana prætensæ emptionis 9. Martij 1594. coram Orano, quę fuit confirmata 13. Iunij sequentis coram Cardinali Seraphioo, & idem Cæsar de Graff. *decis.3. de rescript. & decis.2. de verb. signific.* vbi respondet ad Caputaq. Curt. & Gabr. tenentes contrariam opinionem. Quia cùm reductio primò fuerit concessa in Signatura Sanctissimi patre citata, de cuius interesse, & præiudicio apertè tractabatur, non videtur necessaria derogatio regulæ prædictæ, quæ est fundata in defectu intentionis, Rota in Aretin. Commendæ coram Cardinali Seraphino *decis.764. in impress.*

4 Præterea fuit etiam responsum cum dictione, quòd aut agitur de gratia sui natura prçiudiciali, & de indubitata concedentis scientia, prout in vnionibus, exemptionibus, erectionibus, & similibus, in quibus non potest de ignorantia Papæ, aut subreptione dici, ex quo Papa scit per similes actus alicui semper præiudicari, propter ius certum, de quo præsumitur habere notitiam, vt dicit Bald. *in l. fin. C. sentent. rescind. non poss.* & tunc non requiritur derogatio regulæ, quæ est fundata in defectu intentioois, sed sufficit actus contrarius ad remouendam priorem voluntatem in protestatione regulæ positam, *c. sollicitudinem, in fin. de appell. c. cùm accessissent, c. cùm M. Ferrariens. de constitut.* Rota *de off. deleg. decis. 15. in fin. & de caus. poss. & propr. decis. 6. in nou.* latissimè Felin. *in d. c. cùm M. Ferrariens. n.77.* & in his terminis, in quibus præsens casus versatur, benè procedunt legata per Dec. *cons.113. num.7.* loquens de exemptione concessa à solutione decimarum, quæ non eget derogatione, nec clausula, *non obstante*, quia decimæ præsumuntur ab aliquo possideri, & sola gratia affert secum præiudicium in necessariam consequentiam, Cassad. *decis.1. de priuileg.* Seraphinus in causa Nullius de Stipppa 19 Decembris 1586. in impress. 762. num. 4. & in Illerden præemineutiarum 26. Iunij 1602. in impress.1445. n.6. in Ianen.pension. coram Aldobrandino inter impress. *decis.240. num. 22. part.1.* quæ omnes decisiones allegantur in Cæsaraugustana iurisdict. 5. Februarij 1609. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, & iterùm coram eodem in Veneta pension. 6. Februarij 1612. in quibus hæc eadem conclusio fuit firmata.

5 Aut secundo loco gratia ex se est præiudicialis, sed scientia iuris tertij ex parte concedentis non est indubitata, quia fortè deducitur ex narratiua, circa quam Papa facilè potest circumueniri, & tunc quia propriè in narrando possunt adesse suggestiones, quæ dicuntur tam si verum, quàm si falsum narretur, Cæsar de Grass. *decis. n. 3. de rescript. num.44.* bene requiritur derogatio, quia deficit voluntas Papæ, etiamsi vera narrentur, ne per suggestiones tollatur ius tertij, vt dicit regula, & in his terminis procedunt decisiones in contrarium allegatæ, & ita eas intellexit Rota in allegata decisione Cæsaraugustana iurisdictionis, & Veneta pensionis coram Reuerendiss. Damasceno, & hic sensus multum conuenit dispositioni iuris, ex quo Papa in regula non approbauit factum suggerentiæ, ideò tanquam incertum, & indeterminatum non est potens per actum contrarium ad tollendam protestationem defectus voluntatis, vt dicit Felin. post alios *in cap. cum M. Ferrariens. 5. part. numer. 73. vers. fallit. sextò, de constitutionib.* Quòd autem versemur in primo casu patet, quia Papa reducendo Breue ad viam iuris, intellexit certum præiudicium Capituli, quatenus de iure priuatio Taliaferri non sustineretur, quæ relatio ad ius non potuit fallere Principem concedentem.

6 Non obstat postremò, quòd hæc reductio, quæ dicitur noua gratia, vt in Sutrina Monasterij 9. Decembris 1596. coram Orano, saltem egeat iustificatione in omnibus narratis, iuxta resolutionem in Romana S. Thomæ 12. Decembris 1588. coram bon. memor. Cardinali Seraphino impress. 846. parte prima. Quia de hoc particulariter Domini voluerunt videre in separata disputatione.

R. P. D. PIROVANO.

Romana pecuniaria.

Veneris 27. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Societate officij disdicta fructus non debentur, nec etiam ad rationem septem pro centenario, & quid censu redempto, & extincto, an fructus debeantur.

SVMMARIVM.

Fructus societatis officiorum disdicta societate quòd seruantur ad septem pro centenario, Rota non admittit, numer.2.

**Executiuè agi non potest damnorum, & interesse non liquidatorum, num.2.*

Narratiua & assertiua verba instrumenti à partibus prolata partium confessionem inducit, n.3.

Confessio partis aliud non expectat nisi iudicis executionem, ibid. in fine.

Cameralis obligatio paratam habet executionem, n.4.

Fructuum liquidatio fieri potest per dinumerationem annorum, vbi certum est ad quam summam ascendant quolibet anno, n.5.

Censu redempto, & extincto, quando debeantur fructus, num.6.

DECISIO DCVIII.

1 REsoluta subhastatione vineæ per viam nollitatis, & illia Maderno restitura, petiji Lazatus mandatom relaxari contra eumdem Maderuum pro pretio in diuersis lum-

summis soluto occasione dictæ subhastationis, videlicet pro scutis 36. soluti' Barbaræ Carissimæ in causam fructum census scutorum 110. constituti super eadem vinea vsque in diem deliberationis, qui fuit 5. Septembris 1605. & aliorum scutorum 68. pro similibus fructibus decursis à dicto die 5. vsque in præsens, & Lazaro debitis vti successori in locum Barbaræ dominæ census, & in alia parte pro scutis 51. bol.70. solutis DD. Canonicis sanctæ Mariæ in via lata pro canone multorum annorum eisdem debito super vinea deliberata, ac demum pro aliis scutis 91. occasione damnorum, quæ sustinuit idem Lazarus pro societate officij cum Geminiano.

2 Quoad hanc postremam partitam visum est Dominis viam executiuam non competere Franzono, quia taxatio dis dicta societate in rationem septem pro centenario per Rotam non approbatur, sed requiritur concludens probatio secundum requisita, Castr. *in l. 3. ff. de eo, quod certe loco, &c.* quem passim Rota sequitur teste Mohed. *decis.* 103. *&* 208. Put. *decis.*2.3. *&* 4. *de vsur. lib.*1. & fuit firmatum in causa Assisien. subhastationis 30. Maij 1597. coram bon. mem. Orano, & vbi expectatur probatio, & damnorum liquidatio, tunc deficit via executiua, cùm in iudicio liquidationis ordinariè procedatur, & appellationes non prohibeantur, Bald. *in l. 2. n. 5. vers. eo modo quaero, C. de exec. rei iud.* Surd. *decis.*27. *n.*8. Rimin. iun. *cons.*200. *per tot. lib.*2.

3 Pro canone autem decurso, & soluto Canonicis S. Mariæ in via lata, dixerunt mandatum esse relaxandum, quia contra Madernum iam fuerat relaxatum mandatum exequotiuum, propter quod ad subhastationem processerat iudex: præterea instrumento census venditi per Madernum Barbaræ enunciatur vinea sub proprietate capitali cum solutione scutorum 2. pro qualibet petia, quæ verba cùm sint narratiua facti ipsarum partium contrahentium, non autem Notarij, glos. *in l. sciendum, ff. de verb. oblig.* quam pro singulari notat Bald. *in l. ab exequutione, numer.*16. *C. quorum appellat. non recipiuntur*, Natta *cons.*483. *num.*7. Satis conuincitur confessio, quæ etiam magis fuit confirmata in articulis, dum Madernus confessus est vineam esse sub proprietate dictorum Canonicorum, cùm responsione duorum scutorum pro qualibet petia, & vlteriùs citatus ad docendum de solutione, alias videndum mandari consignari tot ex pecuniis depositatis ex pretio subhastationis respondit se paratum soluere, cùm solutio illius ad ipsum compatentem spectet, non autem ad Lazarum, & ea confessione subsistente partes iudicis sunt in exequendo, cùm non requiratur alia extrinseca probatio, vel discussio pro liquidatione, Dec. *consil.*424. *col. fin. num.*19. Natta *consil.* 121. *n.*14. Conrad. *in l. vnic. limit.* 12. *n.* 9. *&* 10. *C. si de moment. possess.*

4 Pro fructibus etiam census decursis nedum vsque in diem deliberationis, sed etiam ab inde citra, & in duabus summis suprà expressis, dixerunt pariter mandatum esse relaxandum, quia Lazarus nititur iuribus Barbaræ, à qua cessionem reportauit, & Barbara habet instrumentum census Camerali obligatione vallatum, paratam habens exequutionem, Angel. *in l.* 4. *§. condemnatum, n.*4. *ff. de re iud.* Gabr. *cons.*67. *n.*7. *lib.*1. Gales. *ad formam obligat. Camer. part.*1. *q.*20. *n.*11. *&* 18.

5 Nec refert, quòd quantitas debita pro fructibus liquidata non fuerit, & consequenter cesset via exequutiua, vt suprà dictum fuit. Quia eo ipso, quòd instrumentum census fuit stipulatum de anno 1601. 12. Februarij, & expressa quantitas scutorum 8. quolibet anno pro sorte scutorum centum soluta, inde non requiritur liquidatio, quæ adhibetur super facto requirente discussionem, sed calculatio per dinomerationem annorum, quæ non expectat aliam iudicis declarationem, vt distinguit Ias. *in l.* 2. *num.*113. *C. de iur. emph.* loquens de canone decurso apparente per publicum instrumentum.

6 Demum non obstat, quòd saltem à die 17. Octobris anni 1605. quo tempore per Madernum census fuit redemptus, peti non possint fructus stante illius extinctione, vt in Romana fructuum, seu interesse dotis 15. Ianuarij præteriti coram R. P. D. Manzanedo, sed vt interesse, siue illud sit lucri cessantis, vel damni emergentis, quod non debetur, nisi probatis requisitis, Paul. de Castr. *in d. l. 3. C. de eo quod certo loco*, vt supra dictum est. Fuit enim responsum Madernum non posse dare de affrancatione census nomine eius facta, qui ratam non habuit subhastationem, & deliberationem vineæ, nec agnouit pretium vineæ depositatum in suum, de quo tanquam de propriis pecuniis Materni loquitur instrumentum fuisse satisfactum Barbaræ, sed impugnando iudicialem conditionem per viam nullitatis fuit reintegratus ad possessionem vineæ, & omnia ad non esse reduxit, quo casu priores obligationes, & contractus non extinguuntur, sed integrè retinentur, & ad eas rediri potest, Gab. *cons.*36. *num.*66. *lib.* 1. Surd. *decis.*51. *n.*19. *&* 20. & in terminis census redempti ex pretio subhastationis vineæ, & per viam nullitatis in causa spolij reuocatæ, quòd nihilominus census subsistat fuit resolutum coram me in vna Romana pecuniaria 3. Ianuarij 1612. & ideò resoluta affrancatione non prohibetur dominus census agere pro fructibus ex suo instrumento, & executiuè propter obligationem Cameralem, & consequenter idem poterit Lazarus, qui per cessionem habet iura Barbaræ.

Et ita fuit, &c.

R. P. D. COCCINO.

Romana pecuniaria de Astallis.

Veneris 27. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Pluralitas quitantiarum eidem personæ factarum arguit pluralitatem solutionum.

SVMMARIVM.

*Quitantiarum diuersitas facit præsumere diuersitatem summæ, n.*1.

Quitantia generalis si non est eadem cum quitantijs particularibus, raro continet eandem summam, ibid.

*Liber rationum scriptus tempore non suspecto, concurrentibus alijs adminiculis, inducit vehementem præsumptionem, n.*2.

Debitor ad diem non dicitur debitor ante aduentum diei, ibidem.

DECISIO DCIX.

Domini persistiterunt in decisis, quòd sit habenda ratio scutorum 1050. tantum iuxta quitantiam factam per Dominum Tiberium sub die 7. Augusti 1610. non autem scut. 2100. vt prætendit Capitaneus Ouidius, nam etsi adsint duæ aliæ quitantiæ, vna facta Domino Roberto primo sub die Augusti, alia verò facta die 11. eiusdem mensis per factorem Domini Tiberij Ioannino Furnario, quæ diuersitas quitantiarum facit præsumere diuersitatem summæ, *l. quingenta, aliàs quinquaginta, ff. de probat.* Aym. *cons.*282. *n.*2. *&* 3. Attamen secus dicendum est in casu isto, quia in mandato directo Roberto primo, propriè non fuit facta quitantia Capitaneo Ouidio, sed sub pede mandati scripsit Domino Tiberio: *Piacera à V. S. li sudetti scudi 542. ponerli à mio conto per disporne á mia volontà*, & quoad quitantiam factam per Dominum Tiberium Capitaneo: attamen constat, quòd dictus Furnarius habuerat ordinem per tres, aut quatuor dies antè, vt deponit socius dicti Ioannini, & ideò non est mirum si postmodum fuit facta quitantia generalis Capitaneo Ouido, & hoc non deducitur, quasi dictæ quitantiæ factæ Domino Roberto, & Ioannino non probarentur ad fauorem Capitanei, & quasi sufficerent ad probandum, quòd sit eadem summa, sed deducitur ad tollendum rigorem, quòd diuersitas quitantiarum facit præsumere diuersitatem summæ, quia conclusio propriè, & indiuidualiter procedit, quando eidem personæ fuerunt factæ diuersæ quitantiæ, qui rigor etiam temperatur, quia quitantiæ fuerunt factæ eodem tempore, & conflata summa soluta per Dominum Robertum, & per Ioanninum facit eandem summam, de qua in quitantia Domini Tiberij, rarò enim accidit, quòd quitantia generalis, si non esset eadem cum quitantiis particularibus, contineat eandem summam. 1

His positis videtur cessare omnis difficultas, quia quitantia generalis Domini Tiberij dicit, *& sono a ben conto delle paghe maturate conforme al decrete, & mandato relassato,* 2

laſſato, &c. ſignum euidens, quòd quitantia comprehendebat alias quitantias, quia non eſt veriſimile, quòd Capitaneus Ouidius, qui habebat contra ſe mandatum relaxatum, vellet ſoluere prima vice, ſcilicet mediante perſona Domini Roberti primi, & Ioannini pecunias ad alium effectum, & non ad extinctionem mandati relaxati, quæ veriſimilitudo multum augetur, quia Capitaneus non erat facilis ſolutionis, cùm expectaret mandata: concurrit etiam liber Domini Tiberij, in quo ſub die 10. Auguſti creauit partitam hoc modo, *Dal Capitano Ouidio Boue, & per lui da Giouannino Fornaro, & per ordine diretto al Sig. Roberto primo, &c. che in tutto fanno la ſomma di ſcuti* 1000. quæ deſcriptio multum facit, non enim agitur, vt adhibeatur ſimpliciter fides libro, ſed vt ex quitantia, & ex aliis circumſtantiis facti probetur, quòd ſit vnica ſumma, & non plures, qui liber multum inſeruit pro circumſtantia facti ad declarandum quitantiam, ſtante maximè qualitate ſcribentis, eo quòd deſcriptio fuit facta tempore non ſuſpecto, & quod plus eſt 14. Septembris ſequentis idem Capitaneus ſoluit ſcuti 500. mediante banco Dom. Roberti *à cento di quelle, che deue*, ſi enim dicta partita fuiſſet duplicata, nihil tunc debuiſſet, quod eſt aduertendum, nec valet reſponſio, quòd eſſet debitor illius anni, quia tunc non erat debitor, cùm nondum veniſſet dies ſolutionis, *l. cedere diem, ff. de verb. oblig.*

3 Non obſtant teſtes pro parte Capitanei examinati, quia placuerunt reſponſiones datæ in deciſione, cum quibus Domini tranſierunt, &c.

R. P. D. COCCINO.

Firmana Iuriſpatronatus.

Veneris 27. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Plures adducuntur caſus, in quibus remiſſoria debet denegari.

SVMMARIVM.

Remiſſoria non datur poſt rem iudicatam, num. 1.
Remiſſoria non datur vbi eſt calumnioſa, ibid.
Remiſſoria datur ad probandum crimen vbi deducitur per viam exceptionis, num. 2. vbi tamen quod tali caſu requitur magnus fumus.

DECISIO DCX.

1 Domini cenſuerunt denegandam eſſe remiſſoriam, tum quia poſt rem iudicatam non datur, Caputaq. *deciſ.* 51. *p.* 3. & fuit reſolutum in Cauſa Gienneuſi Capellaniæ coram Caualerio, maximè cùm conſtet de bono iure Gabrielis, ex pluribus deciſionibus Rotalibus, & nullitates prætenſę fuerunt ſublatæ per clauſulam *Arbitrio*, iuxta reſolutionem factam: tum etiam quia iſta remiſſoria eſt valde calumnioſa, articulatur enim fundationem, & dotationem iſtius Altaris nunquam habuiſſe effectum; & tamen contrarium apparet ex inſtrumento dotationis de anno 1503. & ex vnione de anno 1514. & de præſentationibus de iſtis beneficiis vnitis ex tunc vſque ad præſens factis, & effectuatis, & in deciſionibus in iſta cauſa factis fuit reſolutum.

2 Eſt quoque deneganda dum articulatur, quòd bona dotis poſſideantur à Paganis, & ſic à patronis, & quòd Angelus Paganus alienauit certa bona, nam cùm hoc ſapiat crimen; licèt quando deducitur per viam exceptionis, debet concedi remiſſoria, Felin. *in c. cùm cauſa, n.* 23. *de teſtib.* Socin. iun. *conſ.* 60. *n.* 13. *lib.* 2. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 361. hoc tamen eſt verum, quando datur magnus fumus, Caſſad. *deciſ.* 4. *de dilat.* Caputaq. *deciſ.* 62. *p.* 3. Put. *deciſ.* 212. *n.* 3. ſecundum nouam impreſſionem, *lib.* 1. Hic autem nullus datur fumus, ille enim qui poſſet haberi ex alienatione facta per Angelum, ceſſat, cùm illa alienatio fuerit declarata nulla, & altare reintegratum per ſententiam quæ datur in ſummario *num.* 3.

3 Eſt etiam deneganda dum articulatur, quòd vnio beneficij ſancti Stephani facta beneficio ſancti Antonini non habuit effectum, quia apparet de contrario ex obſeruantia ſubſequuta à Rota in deciſionibus approbata, & quòd die iſtud Altare vocetur ſancti Stephani, & tanquam tale fuerit viſitatum de anno 1577. parum refert, nam vltra quòd ex atteſtatione plurium, quæ datur in ſummario, datur fumus de contrario, ſufficit quòd ex obſeruantia conſtet vnionem habuiſſe effectum, quam vnionem nomen non poteſt alterare, quòd plus eſt, ipſe Palma accepit poſſeſſionem Altaris ſub vtriuſque Sancti inuocatione.

Ex quibus concluſum pro denegatione remiſſoriæ, &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana pretij grani.

Lunæ 28. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Vltra ea, quæ in ſummariis in ſpecie ſcripta ſunt, agitur præcipuè in hac deciſione, quomodo, & quibus coniecturis probetur, pretium rei emptæ verſum eſſe in vtilitatem emptoris.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum facit probationem probatam, & manifeſtam, num. 1.
Adimplens contractum pro parte ſua cogere poteſt alium contrahentem ad adimplendum, quod ipſe adimplere tenetur, num. 2.
Alternatiua dictio ſufficit, quòd in vna tantùm parte verificetur, num. 3.
Dictio alterius *eſt diſtributiua duorum, ibid.*
Verba ſunt ſemper intelligenda, retento eodem themate, & ſingula ſingulis referenda, n. 4.
Pretium rei venditæ præſumitur verſum in vtilitatem emptoris, declara vt n. 5.
Pretium eſſe verſum in alicuius vtilitatem, an præſumptionibus probetur, & quomodo, n. 6.
Pretium præſumitur verſum in vtilitatem emptoris, quando emptor tempore emptionis erat indigens, & poſtea ceſſauit indigentia, n. 7. & 8.
Pretium fuiſſe verſum in vtilitatem emptoris, probatur aliquibus præſumptionibus poſitis, n. 9. 10. & 11.
Prior hoſpitalis poteſt etiam ſine mandato obligare hoſpitale ex cauſa alimentorum, n. 11.

DECISIO DCXI.

Dubitaui an hoſpitale ſancti Ioannis Colauitæ de 1 Vrbe teneatur ad ſolutionem pretij grani, de quo agitur, & an eſſet contra illud relaxandum mandatum? Et Domini quoad vtrumque affirmatiuè reſponderunt, quia conſtat de venditione dicti grani per publicum inſtrumentum celebratum de menſe Februarij 1592. Inter Franciſcum Caluum, vel eius generum, & Procuratorem ab vna parte, & Reuerendos Priorem, & Procuratorem hoſpitalis ab alia parte, quod facit probationem probatam, & manifeſtam, *l. optimam, C. de contrah. & com. ſtipul.* & ibi Scriben. Bal. *in l. quoties, in fin. C. de iud. & in c. conſuluit, n.* 12. *de offic. deleg.* Olaſch. *deciſ. Pedemon.* 71. *num.* 4. & fuit dictum in Romana Salulant 10. Ianuarij 1611. coram me.

2 Conſtat pariter de effectuatione dictæ venditionis per conſignationem dicti grani factam piſtori mediante ordine dicti Prioris: vnde cùm dictus Franciſcus de Caluis adimpleuerit pro parte ſua omne, quod promiſit, ſequitur, quòd etiam hoſpitale adimplere teneatur, & ſic ſoluere pretium dicti grani, cùm contractus ſint vltrò, citròque obligatorij, *l. Labeo, §. contractum, ff. de verb. ſignific. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. cum ſimil.*

3 Nec videtur obſtare, quòd conſignatio dicti grani fuerit facta de ordine tantùm fratris Ioannis Andreæ fidelis Prioris, cùm tamen venditio fuiſſet etiam facta fratri Gallo Procuratori hoſpitalis, & fuerit conuentum, quòd Caluus venditor teneretur conſignare frumentum ad requiſitionem Prioris, & Procuratoris, quia tollitur obiectio ex verbis ſubſequentibus inſtrumenti, vel alterius eorum, cùm dictio *vel*, ſit alternatiua, & ſic ſufficiat, quòd in vna tantùm perſona verificetur, *c. in alternatiuis, de reg. iur. in* 6. *l. ſi heredi plures, ff. de cond. inſtit.* Bart. *in l. ſi is, qui ducenta, §. cùm ita, ff. de reb. dub.* & fuit dictum in Pampilonen. de Ianſi 13. Iunij 1603. coram Reuer. P. D. Decano; ſtante maximè etiam

dictio-

dictione *alterius*, quæ est distributiua duorum, Alberic. *in suo dict. in verbo Alter.* Aret *in l. continuus, §. item qui, in 3. not. ff. de verb. oblig.* Beriaz. *de claus. contract. claus. 70. glos. 31. nu. 1. & 2.* Quapropter cùm Franciscus consignauerat granum de ordine alterius eorum, satisfecit suę obligationi, & ideò illi non potest obstare exceptio rei non traditæ.

4 Nec obstant subsequentia verbá instrumenti, cum eorum ordine, quia sunt intelligenda retento eodem themate, iuxta text. *in l. non ad ea, ff. de cond. & demonstr.* & referendo singula singulis, scilicet cum eorum, vel alterius eorum ordine, glos. *in l. si negotium, C. de negot. gest.* Dec. *cons. 348. n. 6. vers. Non obstant allegata,* Rota *diuers. decis. 757. in. 1. part. 1. & decis. 54. n. 15. part. 2.*

5 Non obstat, quòd non probetur, dictum frumentum esse versum in vtilitatem hospitalis, quia vltra quòd talis probatio in casu nostro non videbatur necessaria, cùm simus emptione facta pro vsu pauperum hospitalis, secundùm Bald. *in auth. hoc ius porrectum, n. 22. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi dicit in tribus tantum casibus in iure expressis esse necessariam probationem versionis, Anton. de Butr. *in c. penul. numer. 11. vers. per prædicta, de fideiuss.* & ibi Anan. *num. 12.* faciunt tradita per Dec. *cons. 36. num. 8. vers. 3. principaliter non obstat*, vbi testatur de communi, quòd in contractu venditionis talis probatio non est necessaria.

6 Quatenus tamen esset necessaria, fuit dictum præsertim extra materiam mutui, huiusmodi versionem posse probari ex præsumptionibus, & coniecturis, Bald. *in l. 1. numer. 6. C. si aduers. credit.* qui loquitur in minore, & testatur de communi, & idem dicit esse in terminis *dicta auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccl.* quem sequitur Rip. *in l. si ventri, §. fin. n. 11. ff. de priuil. cred.* Dec. *dicto cons. 36. numer. 8. vers. Tertio aduertendum*, Menoch. *de arbitr. iud. quæst. cas. 432. num. 33.* veluti si constaret antea Monachos non habuisse frumentum, vel fuisse nudos; tamen apparet, post emptum, vel consignatum frumentum, vel panos eos vixisse, & fuisse vestitos; & quamuis posent habere aliunde, tamen hoc non præsumitur, ita Bald. *in dicta auth. hoc ius porrectum, numer. 23. versic. Ego dico*, quem sequitur Rip. *in d. §. fin. n. 12.* Odd. *de restit. in integr. part. 2. q. 51. art. 5. num. 57.* & Surd. *decis. 55. n. 7.*

7 Quæ coniecturæ, & aliæ plures concurrunt in casu nostro. Primò, quia annus tunc erat penuriosus, & tempore venditionis, & consignationis frumenti hospitale erat debitor pistoris, cui fuit frumentum consignatum ex causa panis habiti pro victu fratrum; vnde stante hac indigentia, facilis est præsumptio versionis, glos. *fin. in dicta auth. hoc ius porrectum*, Alciat. *in l. ciuitas, numer. 18. ff. si cert. pet.* vbi ad plurimum in hoc iudicis arbitrio tribuendum censet Menoch. *d. cas. 432. n. 21. & 32.* Surd. *d. decis. 55. num. 7. & seqq.*

8 Præsertim quia post dictam consignationem frumenti constat, cessasse huiusmodi indigentiam, ex quo pistor fassus est sibi satisfactum fuisse ab hospitali, & consensit cassationi instrumenti, in quo apparebat de debito hospitalis, quod de per se solum subsistente causa debiti arguit versionem in vtilitatem hospitalis, Alciat. *in dicta l. ciuitas, num. 18. ff. si cert. pet.* Bald. *consil. 353. num. 2. versic. Alio modo probatur, lib. 3.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 432. n. 38.* Manric. *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 15. num. 5.* Surd. *d. decis. 55. num. 7. & 8.*

9 Concurrit qualitas Prioris, & Procuratoris, qui erant Primates Religionis, & de quorum ordine fuit granum consignatum, quod etiam inducit non paruam præsumptionem versionis. Menoch. *d. cas. 432. n. 36.*

10 Quartò præsumitur dicta versio, ex quo hospitale non probat habuisse aliud granum, de quo viuere posset, Rip. *in d. l. si ventri, §. fin. n. 11. ff. de priuil. cred.* & Odd. *loco supracitato num. 58.*

11 Quibus omnibus accedit etiam altera coniectura desumpta ex instrumento celebrato inter hospitale, & dictum pistorem post quatuor menses à die consignationis frumenti, de quo agitur, in quo fit mentio de dicto frumento consignato pro dando pane, & in quo panem datum fuisse asseritur, quibus sic stantibus Dominis non videbatur dubitandum de huiusmodi versione, ex qua cessabat altera obiectio; quòd Prior non potuit obligare hospitale absque consensu totius Congregationis plusquam in scutis quinquaginta; quia stante versione idem est ac si præcessisset mandatum, Natt. *consil. 547. n. 18. & n. 28.* præsertim cùm versio fuerit in causa alimentorum, quòd etiam nulla præcedente obligatione sufficeret ad hoc, vt hospitale teneretur, Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 48. num. 4. versicul. Tamen fauore alimentorum*, Bart. *in l. hic solus, num. 3. ff. de cond. indeb.*

Et ita fuit decisum.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Anconitana bonorum.

Veneris 4. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Donatio quæ fuit facta sub certo modo, & forma, resoluitur, si modus, & conditio in ea apposita non impleatur.

SVMMARIVM.

Agens ex contractu vltrò citròque obligatorio tenetur primò adimplere ex parte sua, n. 1. in fine.

Donatio facta, sub modo, & certa forma, resoluitur, modo, & conditione non adimpleta, num. 2.

Clausula non aliàs, aliter, nec alio modo, *operatur exclusionem cuiusuis restitutionis, & quod verba generalia, & indefinitè prolata in sui generalitate sunt accipienda, ibid.*

Clausula non aliàs, aliter, nec alio modo, *importat formam, ibid.*

Donator in limine donationis potest adijcere conditiones sibi benè visas, n. 3.

Possessores possunt opponere omnes exceptiones, quæ excludunt intentionem actoris, n. 4.

Scriptura priuata probat contra scribentem, n. 5.

Probatio quæ sufficeret contra authorem, sufficiet etiam contra singularem successorem, ibid.

Creditor potest pro debito liquido, & certo, retinere rem debitori qua ad eius manus peruenit, etiam si res non sit ei obligata, n. 5.

DECISIO DCXII.

AVrelius Passarus vendidit possessionem della Marina Antonio Triumpho, & recepit pretium: sed Nicolaus Todinus tanquam creditor Aurelij egit Saluiano contra Antonium possessorem dictæ possessionis, & obtinuit, & tunc Antonius egit contra fideiussores per Aurelium sibi datos, & etiam obtinuit, & appellatione pendente Cinthius filius, & hæres Aurelij, & defensor dictorum fideiussorum transegit cum Antonio per apocham priuatam, & promisit ei soluere scuta 5000. eòque amplius, propter dictam possessionem euictam sibi à Todino, & interim idem Cinthius agens contra Todinum pro recuperatione dictæ possessionis, quasi Todinus fuisset satisfactus de suo credito, obtinuit redintegrari, & pro fructibus supra creditum perceptis, & expensis taxatis in Rota, vltra dictam possessionem recuperatam Todinus dedit Cinthio alias duas suas possessiones proprias, quas idem Cinthius dedit ad bonum computum Dominis de Triumphis hæredibus Antonij pro eo quòd promiserat illi soluere in dicta apocha priuata, licèt de ista consignatione non fuerit facta scriptura: sed Triumphi istas duas possessiones hodie possident, & de istis nunc agitur. Idem Cinthius istasmet duas possessiones existentes apud Triumphos, & per ipsum illis consignatas insimul cum aliis bonis donauit Ioanni Baptistæ Passaro, & aliis in donatione expressis, cum pacto assumendi omnia onera, & debita, quæ donans habebat in partibus, & specificauit etiam debitum cum ipsis Triumphis, qui donatarij acceptarunt donationem, sed cum declaratione, quòd nolebant teneri ad prædicta debita, & onera, nisi de pretio, & retractu dictorum bonorum donatorum, non autem de proprio, & postea egerunt contra Triumphos pro recuperatione dictarum possessionum sibi donatarũ, in quo iudicio Triumphi per sententiã de partibus fuerunt absoluti, quam Domini respõdendo ad dubium propositum dixerunt hodie esse confirmãdam, quia sicut Cinthius non 1

po-

potuisset ab eis auocare istas possessiones, siue ipsis illas dederit in solutum, siue iure pignoris; nisi solutis alias oblatis pecunijs debitis vigore dictæ apochæ, ita nec videntur posse agere donatarij, qui in locum Cinthij successerunt, præsertim quia videntur sine actione agere, cùm non acceptauerint donationem eo modo, & illis pactis, quibus fuit sibi facta, quin potiùs diuerso modo, & diuersis pactis, & contrarijs volontati donatoris, quin & ipsi præiudicialibus, & sic contra ipsios mentem, & animum, vt satis ex serie facti superiùs narrata desumitur, quo implemento cessante in actore intrat regula, quòd non competit ipsi actio vigore talis contractus per ipsum non impleti, *l. Iulian. §. offerri, ff. de action. empt.* Crauet. *cons.*151. *num.*10. & in terminis donationis Riminal. iun. *cons.*779. *n.*105. & alijs relatis tradit Surd. *cons.*102. *n.*1.

2 Vltra quòd ex supradicto non implemento sequitur eiusdem donationis resolutio. Donatio enim facta sub modo, & certa conditione resoluitur modo, & conditione oon impleta, *l.* 1. *C. de donat quæ sub mod.* Riminal. iun. *vbi suprà num.*104. Thesaur. *decis*, 270. *num.* 22. Peregr. *cons.*77. *num.* 7. *lib.* 3. & in terminis de donatione facta cum onere soluendi debita, est text. *in l.* 2, *C. de condict. ob caus.* Et eo maximè stantibus, proot io dicta donatione, verbis resolutiuis, quòd *præcedens* donatio sit nulla, & nullius roboris, & momenti, ac si facta noo fuisset cum clausula *non aliàs*, *nec aliter*, quæ omnia annullant ipso iure, Peregr. *dicto cons.*77. *n.*7. Osasch. *dec.*165. *num.*13. *vers. imo sunt*, Thesaur. *vbi supra num.*23. Verall. *decis.*82. *n.*4. *part.*3. & dicta clausula *non alias*, *nec aliter*, operatur exclusionem cuiusois restitutioois, & quòd Verba generalia, & indefinitè prolata in sui generalitate sint accipienda, Alex. *cons.*3. *n.*4. *lib.*1. Soc. sen. *cons.*251. *n.*4. *lib.*2. Item & operatur quòd ad vnguem sit seruandus modus præscriptus io dicta donatione propter clausulam *non alias*, quæ importat formam, Roland. *cons.*63. *n.*29. *lib.*4. Osasch. *vbi suprà n.*13. Rot. *decis.*650. *in fin. part.*1. Seraph. *decis.*420. *n.*6.

3 Nec releuat dicere non esse æquum, quòd donatarius grauetur vltra rem donatam, quia respondetur, quòd donans potest io limine donationis adijcere conditiones sibi benè visas, *l. in traditionibus*, *ff. de pact. l. ea lege*, *C. de condict. ob caus.* Soc. *cons.* 48. *n.*4. *lib.*1. Bellamer. *cons.*48. *n.*19. & si donatario displicent tales conditiones, liberum est illi donationem non acceptare, vt benè in simili Surd. *decis.*21. *n.*20. *vers. quæ opinio*.

4 Quibus non obstat, quòd dicta oppositio non implementi opposita per Triumphos videatur de iore tertij, quia cùm ipsi sint rei, & possessores possunt opponere omnes exceptiones, quæ excludunt intentionem actoris, Rom. *cons.* 347. Aym. *cons.*80. *n.* 17. *ad fin.* Thesaur. *dec.*4 *n.*1.

5 Vlteriùs prædicta sententia eo magis videtur confirmanda, quia constat liquidè ex supra in facto deductis de credito Dommorum de Triumphis, & maximè ex dicta apocha per Cinthium ipsius facta, quæ sicut probaret contra ipsum Ciothium, Alexan. *cons.*150. *n.*2. *lib.*2. ita etiam contra istos donatarios successores singulares Cinthij, Crauett. *cons.*29. *n.*1. Rot. *decis.*594. *n.*5. *part.*2 & stante dicto credito certo, & indubitato competit ipsis Triumphis retentio rei sui debitoris ad ipsorum maous peruentæ, Latè Surd. *decis.*46. *n.*9. *& seq.* Rot. *decis.*295. *in princ. part.*2. quod procedit, etiamsi res non sit hypothecata, Surd. *in loco proximè citato*, Borsat. *cons.*73. *num.*28. *lib.* 1. & fuit dictum coram me in vna Maceraten. Saluiani 12. Maij 1608. Ex quibus ita fuit resolutum.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana liberationis à fideiussione.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Fideiussor si diu steterit in obligatione, potest petere ab ea se eximi à principali debitore; & quando dicatur diu stetisse in obligatione.

SVMMARIVM.

Fideiussor si diu steterit in obligatione, potest petere se eximi ab eadem obligatione à principali debitore, *n.*1.

Fideiussorem diu stetisse in obligatione quando dicatur, *ibid.*

Fideiussor potest petere se eximi a fideiussione, etiam quod diu non steterit in obligatione vigore statuti Vrbis, *num.*2.

Vbi amplius quòd hoc statutum est decisorium, & ideò ligat etiam forenses.

Statutum Vrbis, quòd fideiussor possit petere se eximi à fideiussione, etiam quod diu non steterit in obligatione, est decisorium, & ligat forenses, *ibid.*

DECISIO DCXIII.

1 DE validitate seotentiæ A. C. oon dubitabatur, & de eius iustitia satis constare videbatur ex decisione alias facta coram Illustrissimo D. meo Cardinali Millino die 20. Decembris 1604. Nam aut Dominus Valerius, siue eios hæredes prætendunt eximi à fideiussione, ex dispositione iuris communis, & fouent bonum ius, quia diu in obligatione steterunt, nempè per annos 28. cùm obligatio facta fuerit de anno 1574. *l. Lucius Titius*, vbi glos. *in verbo condemnatus*, dicit quòd diu intelligitur per decennium, & ibidem Doct. *ff. mand.* Afflict. *decis.* 241. *num.*3. *vers. Secundo si diu*, Guidopap. *decis.* 217. vbi dicit sufficere biennium, & remitti iudicis arbitrio, faciont copiosè adducta per Menoch. *de arbitr. cas.*41. & aliàs Rota tenuit sufficere spatium nouem aonorum in Romana, seu Bonon. census 25000. 7. Maij 1601. coram bo. me. Pacen.

2 Aut prætendunt liberati vigore statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.*157. & similiter iusta est ipsorum petitio, cùm dicto statuto caueatur fideiussores posse petere se eximi à fideiussione, etiamsi diu io obligatione non steteriot, quia in re statutum corrigit ius commune. Huiusmodi autem statutom esse decisorium, & sic etiam ligare forenses, dictom fuit coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in dicta decisione coram Pacen. Et ex his resolutum fuit sententiam A. C. non esse reuocandam, & causam esse expediendam.

R. P. D. PIROVANO.

Burgen. seruitij.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Declaratoria non datur contra eos, qui obtulerunt se paratos velle parere, etiam addita clausula, *sine præiudicio iurium suorum*; & quando expensarum condemnatio contra Canonicos afficiat eorum successores.

SVMMARIVM.

Declaratoria censurarum non datur contra illos, qui obtulerunt se paratos velle parere, *n.*2.

Sententiam contra se latam condemnatus approbare non tenetur, *num.*3.

Expensarum condemnatio contra Canonicos facta de vno tempore non afficit successores, *n.*4.

DECISIO DCXIV.

1 POst resolutionem in hac causa factam sub die 14 Martij 1613. vt scilicet contra dignitates censuræ essent relaxandæ, nisi infra mensem exequutorialibus paruissent; placuit Dominis iterùm causam reproponi, & repropostia sub die 28. Iunij eiusdem anni, quia fundamentum dignitatum deducebatur ex quadam concordia, quæ de eodem mense Iunij finem recipiebat, noluerunt capere resolutionem, sed mandarunt iterùm exequutoriales intimari, quibus intimatis causam hodie super ijsdem reproposui. Et Domini responderunt contra dignitates non esse dandam declaratoriam, contra verò Decanum reseruarunt particulariter videre.

2 Ex reproductione namque exequutorialium, ex quoad Ius præstandi seruitium, patet responsio data per alias dignitates, nempè se esse paratos, & velle parere exequutorialibus, quæ paritio etsi videatur verbalis, tamen cùm de tempore intimationis oihil esset præstandum per dignitates, sufficit oblatio de parendo in casibus postea occurrentibus, iuxta decis. Putei 244. *lib.*1. *in nou. impress.* Mohed. *decis.*9. *de sentent. & re iud.* referens io fine fuisse dictum, quòd idem seruaretur in similibus causis, prout exinde fuit seruatum in causa Toletana Capellaniæ 4. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Cardinali Millioo, & in Burgen. iurisdictionis de Barbiesa 10. Decembris 1597. coram bon. mem. Peregrino, & in quampluribus alijs.

3 Nec refert, quòd aliquæ ex prædictis dignitatibus responderint quòd parebant cum protestatione, quòd non intendebant parare sibi præiudicium in iuribus suis, Quia non ideò imperfecta remanet paritio, dum protestatio se compatitur, cùm non teneatur condemnatus cedere, nec approbare sententiam contra se latam, vt dicit Mohed. *d. decis 9. de sent. & re iud.* & postea resolutum in supradictis decisionibus Burgen. iurisdictionis, & Burgen. de Barbiesa, & coram me in Tirasonen. Canonicatus 15. Martij 1610.

4 Quo verò ad expensas litis fuit pariter dictum non esse dandam declaratoriam contra dignitates, quamuis eas soluere recusauerint, quia lis non fuit introducta contra dignitates collegialiter, sed contra obtinentes de eo tempore Canonicatum, neque nomine Capituli propter interesse Ecclesiæ, sed propter vtilitatem, & commodum singulorum, dum prætendebant exonerari à seruitio Ecclesiæ, sibi ipsis extraordinariè imponendo pro tempore dignitatibus spectante, & idem contra Canonicos de eo tempore obtinentes dignitates, & nunc demortuos, neque à Canonicis, qui de tempore rei iudicatæ non extabant, pro expensis datur actio, cùm illa solùm transeat ad hæredes Canonicorum, & contra hæredes dignitatum, vt fuit resolutum in Burgen. expensarum relata inter impress. diuers. 777. *in 1. part. 1.* & in causa Elboren. dismembrationis 5. Nouemb. 1602. coram Illustriss. Millino, & contra superuiuentes dignitates debet fieri liquidatio expensarum pro earum ratis portionibus, iuxta decis. Caputaq. 343. *part.* 1. & exinde contra recusantes soluere poterit ferri declaratoria. Et ita, &c.

Est decisio 439. super part. 2 recentior.

R. P. D. PIROVANO.

Placentina Capellaniæ.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Illegitimus natus ex soluto, & soluta, capax est iurispatronatus, cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

Possessionis præcipuum signum est perceptio fructuum, n. 1.

Exceptio concernens merita causæ non admittitur in summarijs retinenda, num. 2.

Iurispatronatus capax est illegitimus natus ex soluto, & soluta, num. 3.

DECISIO DCXV.

1 PRo informatore fuit resolutum, scilicet D. Alphonso dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Capellaniæ, de qua agitur, quia possessio probatur per testes nedum de actu apprehensionis deponentes, sed etiam de fructuum perceptione, quod est præcippum signum veræ possessionis, Soc. sen. *cons.* 13. *n.* 14. *lib.* 4. Cæs. de Grass. *de caus. possess. & propr. decis.* 10. *n.* 3.

2 Nec quidquam obstare videtur exceptio illegitimitatis Laurentij patroni, qui consensit resignationi coram Sanctissimo, quia vltra quod exceptio prædicta ad petitorium videtur remittenda tanquam concernens merita, quæ in summarissimo retinendæ non discutiuntur, Neuiz. *cons.* 81. *n.* 27. Menoch. *de retin. remed. vlt. n.* 36.

3 Fuit etiam dictum illegitimum natum ex soluto, & soluta, prout est Laurentius, vt deponunt testes dati, non esse incapacem iurispatronatus, *cap. piæ mentis, cap. Frigentius 16. quæst.* 7 Roch. de Curt. *de iurepatronat. in vers. competens, n.* 9. Lambert. *eod. tract.* 13. *artic.* 7. *quæst. princ.* 1. *part. primi libri, num.* 3. & fuit in sacro Tribunali resolutum, vt in Ianuen. iurispatronatus 13. Martij 1606. coram bo. me. Litta, & in Tuden parochialis 26. Ianuarij 1609. coram R. Archiepiscopo Damasceno, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Tiburtina iuris molendi.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Consuetudine nunquid acquiri possit, quòd homines alicuius communitatis accedant ad aliquod molendinum, & non ad aliud est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Molere in molendino alicuius, & non in alio, homines communitatis cogi possunt, non solum ex priuilegio, sed etiam ex consuetudine legitimè præscripta, n. 1.

Molendi in vna mola potius quàm in alia actus dicitur meræ facultatis, ideo præscribi non potest quolibet longissimo tempore, nisi prohibitus accedere ad aliud molendinum acquieuerit, ibid.

Obseruantia præcepti negatiui non inducit præcisam obedientiam, n. 2.

Metus præsumitur in subditis, num. 3.

Consuetudo non inducitur ex actibus coactis, & per metum extortis, ibid.

Possidenti clam, vel precariò nullum ius acquiritur in incorporabilibus ex sua possessione, ibid.

Testes subditi non sunt repellendi à testimonio, n. 4.

Testium varietas in non substantialibus non est considerabilis, ibid.

DECISIO DCXVI.

DOmini non dubitarunt, non tantùm ex priuilegio, 1
sed consuetudine etiam legitimè præscripta acquiri posse ius cogendi homines alicuius communitatis ad molendum in suo molendino, verùm ad inducendam huiusmodi consuetudinem requiri dixerunt vltra cursum tanti temporis quòd sufficiat ad causandum præscriptionem tacitus etiam consensus illorum, contra quos præscribitur. Cùm enim actus accedendi hanc, vel illam molam sint meræ facultatis, non potest per similes actus etiam longissimo tempore continuatos introduci aliqua consuetudo, vel seruitus, nisi prohibitus accedere aliud molendinum acquieuerit. Quòd si à die prohibitionis decursum sit ad tempus legitimum, ad complendam præscriptionem, poterit compelli ne alibi molat, vt post glos. *in l. qui luminibus, ff. de seruit. vrb. præd.* in puncto determinat Abb. *in cap. significante, num.* 1. *de appellat. & in cap. Abbate, num.* 9. *& seqq. de verb. significat.* quem sequitur & refert Rip. *in cap. cum Ecclesia Latrona, n.* 50. *& seqq. de caus. possess. & propriet.* Ias. *in repet. l. quominus, n.* 30. *& seqq. ff. de flumin.* Rolan. *cons.* 22. *n.* 23. *lib* 2. Ias. *cons.* 161. *n.* 9. *& seqq. lib.* 2. Boer. *decis.* 155. *n.* 5. cum alijs relatis per Moder. *de arbitr. iud. cas.* 140. *num.* 8. *& seqq.* Cum igitur in supradictis requisitis deficiant probationes D. Ducis, iure merito denegandum ei pro nunc visum fuit mandatum de manutenendo, Nam dato etiam quòd testes deponant homines montis Celij publico edicto prohibitos fuisse alibi quàm in molis D. Ducis molere, nihilominus non probant ipsos huiusmodi prohibitioni acquieuisse, neque minus præstringunt tempus acquiescentiæ, an scilicet fuerit ante litem motam, vel pòst, & quanto tempore durauerit.

Neque enim ex simplici accessu hominum dicti loci ad 2
molas D Ducis argui potest acquiescentia prædicta, quia potuerunt hoc facere vel ratione liberæ facultatis eundi quò ipsis magis erat commodum accedere molas D. Ducis, quàm aliorum, vel ex quauis alia causa, potius quàm animo obediendi, & acquiescendi, cùm ex obseruantia præcepti negatiui non inducatur præcisè obedientia: vt inquit Bal. *in l.* 2 *num.* 60. *de seruit. & aqua*, & in similibus terminis fuit dictum in vna Bononien. iuris macinandi, relata inter impressas diuers. *decis* 70. *n.* 14. *lib* 2. Consuetudo verò debet esse certa & clara, ad exemplum legis, quam imitatur, vt tradit Hostiens. *in cap fin. in fine, de consuetudine.*

Quinimò quatenus etiam huiusmodi acquiescentia 3
probaretur, potiùs censenda esset coacta & metu extorta, tum quia regulariter in subdito præsumitur metus, Surd. *cons.* 127. *num.* 25. tum quia præcepta pœnalia iustum metum inducunt, Bart. *in l. creditor, in fin. ff. de solut.* Ex actibus autem coactis nulla nascitur consuetudo, neque acquiritur. ius cogendi; vt latè probat Natt. *cons.* 106. *num.* 12. *lib.* 1. & regulare est, quòd in incorporalibus nullum ius acquiritur ei, qui vi, clam, vel precariò possidet, *l. 1. C. de seruit. & aqua, l. si quis diuturno, ff. si seruitus vindicetur, l. 1. in fin. ff. de aqua plu. arcen.* cum similibus.

Cæterùm exceptiones contra testes D Ducis deductæ, 4
visæ fuerunt pro nunc satis turbidæ, neque enim ex eo quòd vasalli & subditi D. Ducis sunt à testimonio dicendo

do repellendi, ex traditis per Imo. *in cap. in his, sub num. 2. vers. secus si solum, de testib.* cum alijs latè congestis per Gabriel. *eod. tit. conclus.* 10. *n.* 21. Alber. *in l. idonei, in princ. de testib.* Ruin. *cons.* 53. *n.* 6. *vol.* 4. Gabriel. *d. conclus.* 10. *n.* 32. Et licet in eorum dictis varij videantur; nihilominus cùm varietas non consistat in substantialibus, & modica sit, non sunt aliqua consideratione digna, per ea quæ deducit Alex. *in cons.* 5. *num.* 10. *lib.* 1. vbi plures testes à contrarietate defendit, & sequitur Dec. *cons.* 100. *n.* 4. & præsertim, quia testium dicta non sunt cauillanda, sed potiùs pro viribus sustinenda, *c. cùm tu, de testib. l. quoties, ff. de reb. dubijs.* Et ex his fuit ita conclusum, sola communitate informante.

R. P. D. PIROVANO.

Nucerina census.

Lunæ 10. *Nouembris* 1614.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Censum imponens, & vendens, euicta re super qua census impositus est, de euictione tenetur, n. 2.

Error Notarij neque nocet, neque actum alterare potest, n. 3.

Identitas personæ duabus demonstrationibus probata censetur, n. 4. *Vbi ampliatur, etiam quòd vna ex duabus demonstrationibus non sit in totum falsa, n.* 4.

Clausula Constito, *contenta est solo facto, omissa iuris indagatione an benè, vel male factum fuerit, n.* 5.

DECISIO DCXVII.

1 IN hac eadem causa fuit resolutum censum fuisse nulliter constitutum, ex eo quòd pretium in illius venditione non fuerat præsentialiter exbursatum, iuxta formam constitutionis sanctissimæ mem. Pij V. de censibus. Verùm cùm Spataforæ pro validatione habuerint recursum ad Sanctissimum, obtinuerunt rescribi, vt constito de vero credito, cum quo dictus census fuit factus, sanaretur defectus pecuniæ non numeratæ, ideò sequendo formam rescripti, dubitaui an constet de vero credito? Et constare fuit resolutum, si iura producta per Spatafotam sunt in forma probanti.

2 Ex serie enim facti, quæ datur, apparet quòd Cæsar Spatafora, & Nicolaus Corneus vendiderunt quædam bona de anno 1550. Angelæ Fagiolæ pretio scutorum 500. quæ cùm fuerint euicta, coactus fuit Spatafora venditor de anno 1565. pro restitutione dicti pretij constituere super eius bonis annuum redditum scutorum quinquaginta ad fauorem eiusdem Angelæ emptricis, quæ exinde de anno 1568. pro damnis, & interesse obtinuit in Consilio regio eundem Spataforam condemnari in scutis 503. pro quibus imposuit similem censum responsionis scutorum 50. ideò cùm Nicolaus, cuius personam hodie repræsentant Lolij, fuerit venditor medietatis bonorum, pari tenebatur damnum partis euictionis, cuius occasione fuit de anno 1570. impositus census, de quo agitur, & consequenter creditum Spataforæ verum est in substantia, & pertinentia, cùm ab euictione procedat, & contra venditorem agatur, qui de ea tenentur tam reipsa, *l. cùm dubitatur, C. de euict.* Dec. post alios *cons.* 483. *n.* 15. quàm vigore expressæ obligationis, *l.* 1. *cum glos. magn. ff. de euict.* Bald. *in l. cum testamento, num.* 4. *vers. nam si res euincatur, C. de testam. manumiss.* Didac. *var. resolut. c.* 17. *in* 1. *lib.* 3. Afflict. *in cap.* 1. *n.* 1. *cum alijs sequentibus, si de feud. vasall. ab alijs fuerit interpell.*

3 Nec visum est Dominis posse dubitari de veritate instrumenti venditionis factæ Angelæ, ex eo quòd legatur stipulatum de anno 1500. regnante Carolo V. & Ioanna eius matre, qui de eo tempore in humanis non fuerunt. Quia etsi legatur in scriptura de eo anno confectum instrumentum, error tamen Notarij manifestus, & patens detegebatur, quòd de anno 1550. dicere debebat, quia eadem die 9. Maij 1550. Angela locauit eadem bona dictis Cæsari, & Nicolao venditoribus sub eisdem cohærentijs descriptis, pro vt fuerant in antecedenti instrumento vendita, & regulare est, quòd error Notarij neque nocet, neque actum potest alterare, *l.* 2. *C. de error. aduoc.* Bartol. *in l. si contrarius, in princ. ff. de regul. iur.* Rom. *cons* 170. *n.* 3.

Non obstat, quòd certa persona debitoris non constet, 4 cùm alter ex venditoribus, qui asseritur præcessor fratrum de Lolijs, in instrumento venditionis anni 1550. nuncupetur Nicolaus Corelianus, in locatione denominetur Nicolaus Cornago, in instrumento autem census, de quo agitur, dicatur Nicolaus Cornatus, quia istud nomen in serie processus in Consilio regio agitati in multis locis apparet variatum, & corruptum; aliquando enim vocatur Nicolaus Corlianus, aliquando Cornarus, aliquando Cornai; verùm semper fuit vniformis demonstratio loci, nempè de ciuitate Luceriæ Appuliæ, quæ sufficit vbi secunda demonstratio non est in totum falsa, sed dumtaxat corrupta, & de alia persona partes sensisse non probetur, ita vt res in controuersiam deducatur secundùm formam, quam præscribit Paul. *in l. duo sunt Titij, de testamentaria tutel.*

Demum non obstat, quòd census fuerit creatus per viam 5 transactionis, cuius obiectum est res dubia, & incerta, & quòd Nicolaus, & Cæsar contraxerint, & vendiderint bona nomine Pompeij, qui postmodum ratificauit, & ratificatione subsequuta, euictio non pertinet ad Cæsarem, & Nicolaum, sed ad Pompeium, cuius personam non repræsentant Lolij. Quia ad primum dicebatur nos non versari in canonizatione crediti ad effectum exequutionis, sed ad iustificationem clausulæ *Constito*, quæ contenta est solo facto, omissa iuris indagatione an benè, vel malè Nicolaus fuerit condemnatus, cùm interim pro validitate sententiarum, quæ concurrunt in præsenti, præsumatur, Alciat. *de præs. reg.* 2. *præsumpt.* 13. Surd. *dec.* 106. *n.* 9. *& cons.* 39. *n.* 7. *lib.* 1. Ad secundum verò fuit responsum, quòd ratificatio Pompeij non liberat Cæsarem, & Nicolaum, qui nomine Pompeij non vendiderunt, sed eorum proprijs nominibus, & insolidum, quo casu cùm vtraque obligatio sit compatibilis, omnes de euictione obligati remanserunt. Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Lucana Abbatiæ.

Lunæ 10. *Nouembris* 1614.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum non conceditur, non constito de bono iure petentis eam, cætera vide in summario.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum non conceditur, non constito de bono iure petentis eam, n. 2.

Quasi possessio conferendi beneficium sufficit ad probationem pertinentiæ collationis, num. 4.

Collatio dubia, & incerta non releuat, ibid. in fine.

Dismembrationis pertinentia titulo carens, & non probata sufficienti præscriptionis statu nihil operatur, n. 5.

DECISIO DCXVIII.

FVndamenta decisionum in hac causa, ex quibus deinde pronunciatum, & causa ad statum rei iudicatæ peruenit, eo tendebant, quòd Congregatio nullum ius haberet in prouisione istius beneficij, propter dismembrationem factam ab Alexandro IV. de anno 1258. & quòd per cessionem Brunetti, licet inualidam, beneficium vacauerit in præiudicium ipsius cedentis, & potuerit auctoritate Apostolica D. Cosmus de eodem beneficio prouideri. Causa iterùm introducta super restitutione in integrum, proposui dubium, an constaret de causis? Sed Domini restrinxerunt disputationem ad pertinentiam, vti fundamentum istius causę, quia si beneficium non est de pertinentibus ad congregationem, minimè valuit cessio Brunetti, & subintrat gratia Cosmi. Dubio igitur reproposito, 1

Censuerunt non constare de pertinentia huius Abbatiæ 2 ad congregationem, cùm per eam non dentur probationes de hac pertinentia, vt per eam possit inferri ad iniustitiam sententiæ Rotalis, prout necessarium est dum agitur ad iustificationem causarum restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, Rota *decis.* 1. *de restit. in integr. in nouis*, Capell. Tolos. *decis.* 54. *n.* 2. & sæpè fuit resolutum, quinimò visum est Dominis potiùs contrarium probari ex dismembratione, & applicatione facta per Alexandrum IV. Monialibus sanctæ Mariæ de Gratterola ordinis

Sanctæ Claræ de Luca vſque de anno 1258. de monaſterio Sancti Saluatoris de Fuſechio, cum annexis, & omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, inter quas dicitur eſſe monaſterium hoc Sancti Bartholomæi de Cappiano, quæ pariter probatur effectuata, tum ex confeſſione per eaſdem Moniales facta fratribus eiuſdem ordinis, tum ex ſententia Nuntij Apoſtolici de anno 1380. ac demum ex inſtrumento recognitionis bonæ fidei ipſiuſmet Abbatis generalis vallis Vmbroſæ ordinis anni 1442. quæ data fuerunt.

3 Nec Dominis viſum eſt obſtare, quòd probetur hanc Abbatiam eſſe regularem huius Congregationis, tam ex confeſſione ipſius Coſmi in prima gratia, & teſtibus examinatis, quàm etiam ex antiquiſſimis enunciatiuis. Quia fuit reſponſum probationem ea confeſſione, & teſtibus prædictis non releuare, cùm illa proceſſerit ex falſa narratiua inſtrumenti ceſſionis factæ à Brunetto in manibus Abbatis generalis, quæ poſtea veritate detecta ea diſmembratione fuerunt emanata in ſecunda gratia, perinde valere; enunciatiuæ verò antiqui ſtatus huius Eccleſiæ Sancti Bartholomæi, quæ fuerint donata Abbati Sancti Saluatoris de Fuſechio vſque de anno 1118. cùm emanauerint ante annum diſmembrationis, nempè de tempore Clementis III. & Innocentij IV. prædeceſſorum Alexandri IV. à quo facta fuit diſmembratio de d. anno 1258. non excludunt peremptionem iuris huius Congregationis.

4 Pariter dicebant non obſtare allegatam quaſi poſſeſſionem conferendi huiuſmodi Abbatiam per Congregationem ante prouiſionem Coſmi, quæ ſufficere dicebatur ad probationem pertinentiæ collationis, Put. *decif.* 200. ſecundùm nouam impreſſ. *lib.* 1. Card. *conſ.* 23. *de præbend.* quod etiam fuit reſolutum per Rotam in cauſa Ferrarien. Prioratus 8. Maij 1610. & in Bracharen. monaſterij 4. Maij 1598. coram bon. mem. Penia in Aſſiſien. canonicatus 14. Iunij 1609. coram Reuerendiſſ. Arch. Damaſceno, & alibi ſæpè. Quia de huiuſmodi poſſeſſione non videtur conſtare, ex quo collationes; quæ dantur pro parte Abbatis, apparent factæ per annum 1591. de quo tempore contigit ceſſio Brunetti in manibus Abbatis, cum reſeruatione penſionis, de cuius ceſſionis validitate in præſenti diſputatur. Nec prouiſio Apoſtolica ad fauorem Balthaſſaris de Turinis de anno 1535. in qua dicitur hanc Abbatiam eſſe ordinis Sancti Benedicti, ſeu alterius, nihil concludere videtur, cùm non ſit narratiua certa, ſed alternata, ex qua ſtatus firmari non poteſt, præſertim cùm nullum verbum de Congregatione Vallis Vmbroſæ in litteris legatur; & tamen verum eſt dubiam, & incertam probationem non releuare, vulgat. iurib. *c. in præſentia*, vbi latiſſimè Dec. *num.* 12. *de probat.*

5 Præterea fuit etiam reſponſum, quòd in præſenti non agitur de pertinentia collationis ſimpliciter, in quibus terminis poſſent procedere allegatæ deciſiones, ſed de pertinentia Eccleſiæ ad Congregationem quoad dominium, & proprietatem, ita vt intrent priuilegia, & facultates Congregationis per Innoc. VIII concesſa de admittendis huiuſmodi ceſſionibus, & reincorporandis beneficijs, qui eſt effectus diſputationis, & cùm pertinentia diſmembrationis careat titulo, & de ſufficienti ſtatus præſcriptione non probetur, meritò collatio ad Congregationem ſpectare non poteſt, *cap. cùm de beneficio, de præbend. in* 6. Felin. *in cap. auditis num.* 8. *de præſcript. & in c. cum venerabilis, n.* 35. *de except.* Io. de Sylua *de benefic.* 3. *part. quæſt.* 8. *n.* 5.

Et ita fuit reſolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Leodien. fideicommiſſi.

Veneris 17. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Ratificatio geſtorum per falſum tutorem requirit ſcientiam eorum, quæ per tutorem geſta ſunt, & ex quibus ex ſcientia præſumatur; & quid operetur minoris renunciatio beneficio minoris ætatis, aſſerendo ſe maiorem.

SVMMARIVM.

Nullitatum ſanatio arbitrio Rotæ remiſſa non datur quando nullitates ſunt claræ, num. 1.

Geſta per falſum tutorem ratificari poſſunt, ibid.

Ratificatio geſtorum per falſum tutorem requirit ſcientiam eorum, quæ à tutore geſta ſunt, & ex quibus præſumatur ſcientia, num. 2.

Minor renuncians beneficio minoris ætatis, cum iuramento videtur aſſerere ſe maiorem, & nunquid validet actum, ſeu contractum nullum ratione minoris ætatis, n. 3. *&* 4.

DECISIO DCXIX.

Domini à reſolutis non receſſerunt, * quonian ex 1
deductis, & ponderatis pro D. Renato ex quondam Gulielmo nullitates claræ, & indubitatæ non remanebant, prout neceſſarium eſt ad excludendum arbitrium pro illarum ſanatione, vt in præſenti deciſione fuit firmatum. Et iterùm ponderarunt Domini, quòd omnes nullitates deductæ, nempè illegitimi tutoris, & litis conteſtatæ à Procuratore nulliter conſtituto, ac iudicij inualidè agitati cum altero ex tutoribus tantùm præceſſerunt tempus reaſſumptionis, dum cauſa pendebat coram Decano: mortuo autem Ricaldo, & ſequuta reaſſumptione cauſæ appellationis interpoſitæ per eundem à ſententia dicti Decani Sancti Petri Leodien. indecisè pendentis in ſtatu, & terminis quibus per Ricaldum ſuum tutorem relicta erat, exinde inferebatur ad ratificationem eiuſdem D. Renati omnium geſtorum per Ricaldum, quamuis falſum tutorem, quæ cùm fieri potuerint, *l. vulgo, ff. de adminiſtr. tutor, l.* 1. *quod falſo tutor.* Bald. *conſ.* 417. *n.* 1. *vol.* 2. *& in l. ſi tutor tuus n.* 2. arguendo à Procuratore falſo ad tutorem, *C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* Viuius *lib. commun. opin. concl.* 718. *in fin.* Bertrand. *conſ.* 80. *num.* 1. *par.* 2. eadem ſequuta præſumitur, proſequendo D. Renatus inutile factum falſi tutoris, gloſ. *in l. cùm minor, §. falſus, ff. rem rat. hab.* Natt. *conſ.* 142. *n.* 9. cum alijs allegatis in prima deciſione; quibus accedunt Guidop. *quæſt.* 430. *n.* 1. Oldrad. *conſ.* 332. *n.* 10. Crauet. *conſ.* 159. *n.* 5. Felin. *in c. ſignificaſti n.* 7. *de foro compet.* Andr. Gail. *obſeru.* 47. *n.* 2. *lib.* 1.

Nec prædictæ approbationi geſtorum per Ricaldum viſa 2
eſt obſtare exceptio imperfectæ ratificationis alias oppoſita, tam ex eo quòd in D. Renato deficiebat plena notitia nullitatum, quàm etiam quia minor erat, nec poterat ſine tutoris auctoritate ſententiam conualidare. Quia ad requiſitum ſcientiæ falſi tutoris fuit reſponſum, quod aut Ricaldus verè erat tutor, prout D. Renatus faſſus eſt in iudicio, & nunc abſque alia ratificatione ceſſant omnes nullitates, quæ ex defectu conſenſus allegari poſſunt, aut Ricaldus fuit tutor illegitimus, vel falſus, & tunc quia ratificatio non tendit ad ratum habendum factum iudicantis, tanquam ſi iudicatum ex quo per appellationem fuit impugnatum, ſed tantummodo officium illius tutoris, vt conſiderant Bald. *in l.* 2. *verſ. ſed Bart. dicit, C. ſi ex falſis inſtr.* & Natta *d. conſ.* 142. *n.* 19. non videtur poſſe diſſimulari in D. Renato ſcientia facti tutoris in appellando, cùm enuncietur in ipſa reaſſumptione appellatio interpoſita à ſententia Decani, & ſcientia iuris non videtur neceſſaria, quia factum iudicis non ratificatur: præterea vtraque etiam ſcientia videtur concurrere ea ſola actorum tranſportatione, ſine quibus cauſam proſequi non poterat in ſecunda, & tertia inſtantia, quæ cum pro parte videri non potuerint, quin omnia in extractu contenta inſpexiſſe præſumatur, ex quo totum in ſcriptura extracti continebatur, exinde perfecta, vel ſaltem ſufficiens ad actum ratificationis ſcientia arguitur, *l. non eſt ferendus, ff. de tranſact.* Menoch. *conſ.* 2. *n.* 5. Surd. poſt alios *conſ.* 150. *n.* 30. *&* 133. *lib.* 1.

Ad ſecundum verò dicebant D. Renatum renuntiaſſe * 3
beneficio minoris ætatis cum iuramento, & taliter iurans videtur aſſerere ſe maiorem, & validat reaſſumptionem cauſæ alias inualidam ratione minoris ætatis, ſaltem quidquid ſit alio reſpectu, vt notant omnes *in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* Felin. *in cap. cum ſit generale, col.* 6. *in fin. verſ. intelligo dupliciter, de for. compet.* Guidop. *dec.* 35. Seraph. *de priuil. iur. priu.* 83. *n.* 2. *&* 5. Caldas *in l. ſi curatorem, in verb. minoribus, n.* 2. *C. de in integr. reſt.* Et ſi dicatur, quòd huiuſmodi renunciatio minoris ætatis cum iuramento, quamuis operetur vt reaſſumens in eo actu ſit maior, non tamen erit iuramentum confirmatorium

reaſ-

reassumptionis, nec conualidabit sententiam quatenus esset nulla, aliter quàm ex interuentu veri tutoris, vel ipsius minoris, & sic ex actu constitutionis Procuratoris ad lites ante litem contestatam, quæ erat tertia nullitas in alia propositione considerata, non obstabit iuramentum, ex traditis per eundem Seraphinum *priuil.*133. *vers. secundo limita*, & magis latè *priuil.*83. *n.*4. *& seqq.* vbi opiniones recenset.

4 Prædictis visum est posse responderi vltra conflictum opinionum allegatum per Seraph. per quem res definit esse clara, vt dicit Conrard. *in l. vnica, limit.*9. *n.*50. *C. si de moment. poss.* quod sufficeret pro ratione turbiditatis considerata ad effectum arbitrij in prima decisione nullitatem supradictam de iure canonico non subsistere, cùm rigor illius, *l. neque tutores, C. de procurat.* non attendatur, teste Puteo *decis.*129. *in nou. edit. lib.*2. Et quatenus iam dicta paterentur aliquam disputationem: quæ tamen Dominis visa sunt clara, stante quòd causa in partibus fuit acerrimè defensa, & bonum ius D. Renati ex Federico per plures decisiones in Rota fuit detectum, Domini pro arbitrio responderunt contra nullitates allegatas persistendo in iam decisis. Et ita, &c.

Idest sub die 13. *Iunij* 1613. *est decisio* 463. *part.* 2. *recentior.*

R. P. D. VEROSPIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana donationis.

Luna 24. *Nouembris* 1614.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à filio de bonis, in quibus pater habet vsumfructum, non valet sine consensu patris, & quando pater huic vsufructui renunciare videatur.

SVMMARIVM.

Donatio facta à filiofamilias absque consensu patris habentis vsumfructum in rebus donatis non valet, num. 1. & 2.

Vbi quòd nec valet tam quoad vsumfructum, quàm quoad proprietatem.

Pater nunquid censeatur remisisse vsumfructum quem habet in bonis filij, quando passus est eadem bona per filium locari, num. 3.

Vsufructui quem pater habet in bonis filij, nunquid censeatur renunciatum per insinuationem donationis ab eodem filio factam, num. 4.

Actus semper interpretari debet vt minus præiudicet agenti quàm sit possibile, ibid.

Renunciatio vsusfructus facta à patre in bonis filij, non operatur nisi fuerit expressa, ibid. & seq.

Filiusfamilias sine consensu patris non potest donare in quibus pater habet vsumfructum, etiam quod donationem iuramento firmauerit, n. 6.

Iuramentum à filiofamilias præstitum sine consensu patris vigore statuti Vrbis dolo extortum præsumitur, ibid.

Litigiosa res nec donari, nec alienari potest, n. 7.

Pater quando dicatur amisisse vsumfructum, quem habet in bonis filij, ex eo quod consensit subhastationi dictorum decretæ ad instantiam suorum creditorum, n. 8.

Patri viuenti remanet vsusfructus, quem habet in bonis filij etiam filio mortuo, num. 9.

DECISIO DCXX.

1 VIncentius Alottus Petri Pauli ex prima vxore filius, antequam religionem ingrederetur donauit bona materna Dominico, & Francisco suis fratribus ex alia patris vxore, quàm donationem idem pater insinuauit; verùm post captam à filijs bonorum donatorum possessionem orta fuit inter ipsos, & patrem controuersia, & pater eos in possessorio conuenit coram A. C. quo pendente iudicio Dominicus obijt, & Franciscus superstes fauorabilem sententiam reportauit, à qua fuit appellatum, & dum in secunda instantia per viam commissionis, tam in petitorio, quàm in possessorio coram me causa penderet, Franciscus donauit inter viuos eadem bona Vincentiæ matri, quam donationem Petrus Paulus vti factam absque ipsius assensu inualidam prætenderet. Dubium in Rota proposui, quod pro inualiditate fuit resolutum. Hæc enim donatio facta fuit a filiofamilias, absque patris assensu, qui habebat in bonis donatis vsumfructum, *l. fin. §. filijs autem, C. de bonis quæ lib.* & ibi Butrig. *col. fin. vers. item quæro*, Cynus *n.*1. Bald. *in princip.* Angel. *sub num.*1. Cast. *num.*1. Corn. *n.*1. *& l.* 1. *C. eod.* glos. *in l.* 3. *in verbo non potuit, C. de pat. potest.* Roland. *cons.*89. *n.*4. *ad med. lib.*4. Alex. *cons.*106. *n.*1. *&* 2. *lib.*7.

Vnde non solùm quoad vsumfructum, sed etiam respectu proprietaris fuit nulla donatio, vt tradit Cast. *in l. & heredi, §. filiafamilias, n.*4. & ibi Iacob. *n.*6. *in* 1. *lect. & n.*3. *in* 2. *lect.* Angel. *n.*2. *ff. de pact.* Fulgos. *cons.*87. *num.*2. *ad fin.* Bald. *cons.*295. *lib.*4. 2

Nec valet dicere patrem in bonis donatis amplius vsumfructum non habuisse, cùm locasset ante donationem filiorum nomine domos, & eisdem pro alimentis fuissent à iudice pensiones assignatæ, & sic absque patris assensu filium donare potuisse, ex alleg. in vna Perusina donationis coram Reuerendissimo Bononien. Nam fuit responsum ex illis actibus renunciationem vsusfructus non induci, cùm locatio fieri tantùm potuerit propter dictam alimentorum assignationem, quæ cùm ad patris nutum cessari posset, non dicitur simpliciter, sed de die in diem remissus vsusfructus, vt per Cast. *in l. cùm oportet, §. fin autem, n.*4. post Bart. *ibidem in fin.* & Corn. *n.*2. Salicet. *in §. non autem, n.*5. *in fin. C. de bonis quæ lib.* Franc. *decis.* 585. *n.*1. Aymon. *cons.*39. *n.*9. *in fin. vers. ideò aliter respondeò*, Menoch. *cons.*282. *n.*34. *lib.*3. Et durat quousque pater consensum reuocauerit, Cast. *loco suprà cit.* Corn. *cons.*79. *in fin. lib.*2. Anchar. *cons.*156. *n.*3. 3

Non obstat Petrum Paulum insinuasse primam donationem à Vincentio factam alijs fratribus, & sic ipsum videri etiam vsumfructum donasse. Non enim ex hoc inducitur perneceſſe vsusfructus renunciatio, Bart. *in l. Titium, & Mauium, ff. de adminis. tut.* Cùm regulariter actus debeat semper interpretari vt minus præiudicet; *l.* 1. *&* 2. *de solut.* Corn. *cons.*338. *num.*5. *lib.*1. Abb. *in cap. super, num.*12. Felin. *n.*10. Dec. *n.*12. *de off. deleg.* Cæs. de Grass. *decis.*1. *de elect. n.*3. Et vlteriùs actus insinuationis operatur donationis confirmationem, in qua sicut respectu donantis comprehendi non potuit vsusfructus, ita nec dici potest comprehensus in insinuatione, quæ solùm tendit ad confirmationem actus, non ad illius augmentum; *l. sancimus* 34. *§. aliàs verò, vers. actis interuenientibus corroboratæ, C. de donat.* Rimin. iun. §. 1. *num.*207. *Instit. eod.* Socin. *cons.*80. *num.*13. *lib.*1. 4

Præterea cùm vsusfructus renunciatio esse debeat expressa, Angel. *de testam. in fin. princ. ante glos.*1. *n.*43. *vers. quinimò non posset*, nec insinuatio, nec reliqui actus facti per Petrum Paulum illi præiudicant. Et licet idem consenserit bona pleno iure donari, non tamen per hoc remissus censetur vsusfructus, attento præsertim quàm sumus in paupere, vt tradit Anch. *cons* 106. *per tot.* 5

Non obstat iuramentum validam reddidisse donationem, quia cùm pater haberet in istis bonis vsumfructum per iuramentum, illa conualidari non potuit, Bald. *in d. §. filijs autem, n.*1. Ang. *n.*4. Fulgos. *n.*2. *ad finem, & seq.* Salicet. *n.*25. Cast. *n.*4. *vers. sed est dubium*, Corn. *num.*4. Paris. *in addit. ad Bart. verbo disponere, C. de bonis quæ lib.* idem Cast. *in l. & heredi, §. filiusfamilias, n.*4. *vers. sed est dubium, ff. de pactis*, Curt. iun. *cons.*152. *n* 6. *&* 7. Aym. *cons.*39. *n.*3. *in fine, & cons.*84. *n.*2. *ad medium*, Cæs. de Grass. *decis.*2. *n.*7. 8. *&* 21. *de donat.* cum alijs per Roland. *cons.*89. *n.*5. *& seq. lib.*4. tantò magis stante vrbis statuto *cap.*152. *lib.*1. quo tollitur iuramentum in contractibus filiorum familias appositum, & dolo extortum præsumitur, vt fuit resolutum in vna Romana nullitatis contractus 2. Iunij 1614. coram Reuerendiss. Bononien. 6

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum pro donationis inualiditate, ex quo enim super eiusmodi bonis aderat in possessorio, & petitorio lis inter patrem, & filium, vt apparet ex commissione illa, nec donari, nec alienari poterant, *l. lite, & l. fin. C. de litig.* Peregr. *de iure fisci lib.*4. *tit.*6. *n.*19 *& seq.* Abb. *in c. Ecclesia il primo, n.*9. *vt lit. pend.* 7

Nec releuat pariter si dicatur patrem amisisse dictorum bonorum vsumfructum ob domus indicationem, & assensum præstitum illius subhastationi ad fauorem creditorum, ex Pinel. *in secunda part. leg.*1. *n.*33. *&* 36. *C. de bon. mat.* & sic donationem valuisse. Nam cùm dicta subhastatio effectum non habuerit, nec domus fuerit vendita, pater non dicitur ius suum amisisse, Guidopap. *quæst.*101. 8

& sub num.1. & seq. & cons.126. circa finem, Curt. iun. *de feud. part.4.quæst.13.sub n.103 post med. & quæst.20.n.111.* & alijs per Gord. *de caus.priuat. ob alien.f.nu.*38. & Serad, *de feud. q.9. cap.1.n.32.*

9 Non obstat, quòd saltem donatio valeat respectu portionis fratris demortui, ad cuius successionem concurrit pater, & filius superstes, nec in filij portione pater habeat vsumfructum, ex Roland. *cons.95.n.49.lib.*1. Nam etiam filio mortuo remanet vsusfructus apud patrem, *l. si quis, §. sin verò defuncta persona, C. ad Tertull. l. fin, C. de vsufr, glos. in l.3.C.eod.* & ille semel acquisitus non tollitur, Surd. *cons.136.n.46.& seq.lib.*1. Pinel. *in l.1.part.3.n.39. C, de bon, mat,* Gomes. *ad l. Tauri 6. n.11. & seq.* Ascan, *Clement. de patr, potest. effectu 2. n.34. vers amplia 6.* Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto n.*180. & fuit dictum in vna Taurinana bonorum 22. Aprilis 1613. & 14. Maij 1614. coram R.P.D, meo Vbaldo.

R. P. D, MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Casalis Palazzerti.

Lunæ 24. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Oris aperitio remissa arbitrio Rotæ facilè conceditur quando nulli affert præiudicium, sed solùm aperit viam iudici ad iustitiam ministrandam. Derogatio autem fideicommissi non suffragatur quando est subreptitia, & derogationis forma non fuit seruata,

SVMMARIVM.

Aperitio oris aperit viam iudici ad iustitiam administrandam, non obstante clausula Sublata, *n.1.*

Arbitrio Rotæ vbi est commissa aperitio oris, Rota solet illam facere concedere, ibid.

Fideicommissum in quo vocantur masculi, & naturales vsque in infinitum, extenditur etiam ad fratres qui sunt nepotes, & descendentes hæredis grauati, n.2.

Clausula Sublata, &c. *non tollit defectum subreptionis, n.3.*

Fideicommissi derogatio subreptitia impetranti non suffragatur, ibid.

Filios procreandi spes in masculis durat vsque ad annos 60. num. 4

Rescriptum subreptitium exequi non debet, stante clausula Constito de præmissis, *n.5.*

Fideicommissi derogatio cum conditione, vt illius loco alia bona subrogentur, nihil operatur, nisi facta dicta bonorum subrogatione, n.6. & 7. Vbi etiam quod non sufficit subrogatio verbalis.

DECISIO DCXXI.

1 Rota censuit intrare arbitrium ad effectum aperitionis oris, cùm enim per illam nullum parti inferatur præiudicium, sed tantummodo detur facultas agendi aliàs impeditis vigore clausulæ *Sublata*, & iudici via aperiatur ad iustitiam cuilibet administrandam, iuxta Gemin. *cons.* 53. *n.4.* Paris. *cons* 53. *num* 96. *lib.*3. Gozad. *cons* 1. *nu.*35. Cæs. de Grass. *decis.1, n.9. & 10. de sepult,* & fuit dictum in vna Romana fideicommissi de Vecchijs 24. Maij 1604. coram bon, mem, Litta, Rota solet esse facilis ad illam concedendam, concurrente clausula *Arbitrio*, quæ operatur, vt remisso iuris rigore æquitas attendatur, Cresc. *decis.4. num* 3. *de testibus*.

2 Qua quidem æquitate inspecta in casu nostro satis rationi consonum videbatur, vt isti fratres de Paluzzelis minores, qui contractui venditionis Casalis, de quo agitur, non consenserunt, imò de dicto tempore nec nati quidem erant, audiantur super prætenso ab eis fideicommisso, vt in simili fuit dictum apud Seraph. *decis.*942. *n.2. circa fin,* de quo fideicommisso dari maximum fumum ex testamento Antonij Paluzzelli eorum patrui magni, qui in his bonis instituto hærede Sabba fratre germano ei quandocumque decedenti substituit filios masculos, volens, & mandans quòd dicta bona vllo vnquam tempore vendi, aut alienari possint, & filij masculi, & naturales vsque in infinitum in eisdem absque diminutione succedant, per quam dictionem in infinitum videntur vocati isti fratres, qui sunt nepotes, & descendentes dicti Sabbæ hæredis grauati, Ruin. *cons.115.n.11. & cons.*139. *num.21. lib.3.* Surd, *cons.336.n 9, & cons.403. n.2.* Caualcan. *decis.16. n.52. p 3.* Petr. *de fideicom. quæst.5. n.182. vers. sed pro concordia*, & hanc veram, & communem dicit Molin. *de Hispan. primogen. lib.1. cap.6. num.*28

Non obstat Breue fel. rec. Sixti V. emanatum super derogatione dicti fideicommissi habens clausulam *Sublata*, cum decreto irritanti; quia cùm illud fuerit subreptitium, & obreptitium, non videtur attendendum, Aym. *cons.68. n.5.* Verall. *decis.34. n.8.* Seraph. *decis.601. num.* 3. Et clausula *Sublata* cùm fiet de per se absque alia clausula, *quod de subreptione*, &c. habet tacitam conditionem, si preces veritati nitantur, & non impedit quominus defectus subreptionis opponi possit, vt fuit resolutum in vna Caiagutitana iurisdictionis 30. Maij 1580. coram Rubeo, & in alijs pluribus causis relatis per Modern. *super regula 8. glos. 66. num.22. & seq.* 3

Quòd autem dictum Breue sit subreptitium, & obreptitium, deducebant Domini ex pluribus cumulatis per informantes pro Paluzzelis, & præcipuè ex eo, quod Papæ fuit narratum fideicommissum expirare per mortem filiorum Sabbæ; item dictos filios Sabbæ esse destitutos spe suscipiendi liberos, ex quo Paulus erat constitutus in sacris, & Alexander absque vxore, & ferè quinquagenarius, quorum vtrumque videtur falsum, cùm, vt suprà probatum remanet, non solùm filij Sabbæ, sed etiam illius nepotes vocentur ad istud fideicommissum, & tunc temporis Alexander esset robustus, & aptus ad suscipiendum liberos, prout euentus docuit, ex quo postea ex legitimo matrimonio plures, nec illa ætas narrata videbatur illum à spe liberorum excludere, cùm in masculis huiusmodi spes duret vsque ad annos 60. *l. si pater. §. in arrogationibus, ff. de adoption.* Paris. *cons.29. n.26. lib.1.* Menoch. *de arbit. cas.89 n.58.* 4

Minus obstat sententia Vicesgerentis lata in vim dicti Breuis; quia cùm Breue haberet clausulam *Constito de præmissis, &c.* stante prædicta subreptione, & obreptione non poterat ad illius executionem deueniri, Ruin. *cons.68. n.5. lib.1.* & fuit dictum in vna Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram bo. me, Cardinali Blanchetto. 5

Vltra quòd in dicta sententia non fuit seruata forma Breuis, cùm in illo expresse mandaretur, vt loco Casalis alienandi subrogarentur alia bona Pauli, & Alexandri, & super illo transferretur fideicommissum; & tamen Casale fuit exemptum à fideicommisso, nulla facta subrogatione reali, & cum effectu, prout Papa requirere videbatur ad consulendum indemnitati vocatorum, sed tantummodo verbali, & generali super alijs bonis alienantium, quæ non sufficit, cùm non appareat adesse alia bona, in quibus dicta subrogatio verificari possit. 6

Vnde non obstant decisiones, Romana Palatij 7. Maij 1590. coram Bubalo, & Auximana bonorum 20. Iunij 1599. coram Illustr, Millino, cum in illorum casibus Breue non esset subreptitium, & subrogatio verbalis, vt hic, sed realis, & super certis bonis. 7

Tandem non obstat, quòd non fuerit probatum Casale, de quo agitur, fuisse possessum per fideicommittentem; quia dicebatur hoc non esse præsentis inspectionis, cùm hodie solummodò agatur de remouendo obstaculo prouenienti ex clausula *Sublata*, in dicto Breui apposita, ad effectum, vt isti fratres possint sua iura deducere, & super illis audiri, de quibus quando agetur, poterit de hoc, & alijs cumulatis per informantes pro Domino Alphonso videri, &c. 8

R. P. D. PIROVANO.

Romana administrationis Fundaci.

Veneris 20. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Capserius Fundaci vt rationem reddere teneatur, necesse est vt capsæ exercitium ex officij necessitate assumpserit, non autem sponte, & in quibus consistat rationum redditio.

SVMMARIVM.

Capserius Fundaci vt rationem reddere teneatur, necesse est vt capsæ exercitium ex officij necessitate assumpserit, non autem sponte, n.1. & per tot.

Testis

Testis de facto proprio deponens saltem semiplenam probationem facit, n.2.

Testis à producente inductus magis probat contra producentem, num. 3.

Rationum redditio continet computorum solidationem, librorum consignationem, & reliquatus restitutionem, num.4. *in fine*.

DECISIO DCXXII.

1 IN præcedenti decisione existimabant Domini non probati pes Albanos Attillum fuisse capserium, cùm præsupposito, quòd in huiusmodi Fundacis de necessitate solerent adesse capserij, & quòd propterea omnes socij participes potuerint exigere, & soluere bona fide, absque eo quòd alter altrri teneretur rationem reddere, & exinde cùm gesta per Attillum possint se habere pro commodo, & vtilitate negotij citra obligationem officij capsoris, non poterat inferri ad obligationem Attilij in capserium diuersam ab exercitio negotiorum ad communem vtilitatem per alterum ex socijs gestorum. Dubio autem super necessitate capserij reproposito, causa non fuit resoluta, sed dictum vt informaretur strictè super statu anteriori, & posteriori huius Fundaci, & super exercitio cambiorum, ex quibus facilè poterat perscrutari, quid scoserint inter se contrahentes socij. Hac die autem vtraque parte informante, iuxta mandatum, censuerunt Domini non probati in statu anteriori non adfuisse capserium, & de posteriori statu reseruarunt particulariter videre. Nam etsi fratres Albani ex deductis pro iustificando statu anteriori prætenderent posse probari necessitatem retinendi capserium in negotio de quo agitur, signanter quia Fundacus iste erat de maioribus vrbis, & in eo diuersa negotia exercebantur, præsertim cambia tam ratione ipsarum mercium, quàm particularis cambij, monetarum, & remissionum, & tractatum ad diuersas prouincias, & cum diuersis personis, prout solent campsores ordinarij, & summa cambiata excederet *vn millione*, & prædicta non viderentur posse ita confusè ab omnibus tractari, sed egerent particulari regulatore, & administratore. Tamen pro fundamento intentionis eorumdem visum est Dominis, vltra necessitatem officij aliud copulatiuè esse probandum, videlicet quòd exercens ex præcisa capserij obligatione, vel consuetudine teneatur consocijs de administratis computa reddere, aliàs semper probatio fratrum de Albanis remanebit æquiuoca, & irreleuans ad conuincendum Attilium ad reddendam rationem, quia capserius ita potest se habere ad exercendum officium capserij bona fide, & vtiliter citra præcisam obligationem officij prædicti, pro vt ad obligationem formalem capserij, vt fuit ponderatum in alia decisione. Et hoc ipsum ex capitulis societatis infirmatum est expresse non probati, & nunc ex statu anteriori non etiam posse colligi Dominis visum est.

2 Quia de tempore quo durabat societas in illo anteriori statu per Alexandrum Albanum, & Lucam de Vecchijs, idem Lucas formiter examinatus affirmat nunquam adfuisse in Fundaco capserium formatum, qui teneretur reddere, aut reddiderit rationem suæ administrationis alijs consocijs; & quamuis Curtus per aliquod tempus onus capserij exercuerit, non tamen aliquam reddiderit rationem, & iuxta 27. generaliter loquens dixit, *Non ho mai conuenuto che deue essere il cassiero, & se pure ci fosse stato qualch'vno, che hauesse maneggiata la cassa sotto nome di cassiere non mi ha mai reso conto*. Et testimonio dicti Lucæ multum videbatur tribuendum tanquam de facto proprio deponentis, qui regulariter de per se saltem semiplenam probationem facere solet, secundùm veriorem opinionem, de qua per Bart. *cons.29. num.4. lib.* 2. Menocb. *de arbitr. casu 99. n.17. vers. verior itaque*, Boes. *decis.*221. *n.*17. Ioseph. Lud. *sua conclus.70. vers. intellige, & declara decimo*, & secundùm opinionem, quam seruat Rota, plusquam semiplenè probat Achil. *decis.3. de probat.* Cæs. de Graff. *decis.2. de empt. & vend.* Seraph. *decis.*889. *n.*3. ideò ad obseruandam, & seu euitandam consequentiam necessitatis officij prædicti visum est sufficere, quòd detur facultas possibilis non reddendi rationem, vt benè ponderat Abb. *in cap. in præsentia, n.6. & 7. de probat.* dicens effectum perfectæ probationis impediri, quando per exceptionem ponitur in æquiuoco probatio actoris, & Ab. sequitur Felin. *ibid. n.*13. & Bart. *in l. matrimon. in antiq. lectur. n.3. C. eodem.*

3 Non obstat, quòd ex depositione quattuor testium manifestè probetur, Alexandrum Curtum fuisse capserium in hoc Fundaco, & ex illis testibus vnus sit inductus per Attilium, qui propterea magis contra eum probare solet, Rom. *cons.*104. *in fin.* Surd. *decis.*284. *in fine*. Quia fuit responsum, quòd nec etiam Lucas de Vecchijs hoc negare videtur, verùm cum limitatione, *per poco tempo, & non dette conto nessuno*, & alij testes de redditione computorum nullum verbum, quod tamen erat necessarium, vt tolleretur æquiuocum compatibilitatis officij cum facultate non reddendi rationem.

4 Non obstat, quòd imò Curtus ipse reddiderit rationem suæ administrationis, vt patet ex instrumento transactionis suæ solidationis computorum facto cum eius filijs, & hæredibus, in quo dicitur expressè fieri mentionem de quibusdam erroribus repertis in administratione capsæ, dum esset in eius manibus: Quia ex lectura prædicti instrumenti non videtur colligi, quòd fuerint solidatæ partitæ inferentes ad redditionem rationis ipsius capsæ, sed dumtaxat fuit actum ad terminandum controuersias, & prætensiones respectu participationis, quam in negotio habebat Alexander Curtus viuens, quæ fuerunt liquidatæ in scutis 420. deductis omnibus pecuniarum quantitatibus debitis per eundem Curtum participem vigore quarumcunque partitarum in eorum libris scriptarum, prout euenire solet, vt secundùm indigentiam, sociorum aliqui pecunias recipiunt, & scribunt se debitores in libris socialibus, vel quadernis, sed non propter dictam remissionem, videtur actum de redditione computorum, cùm aliæ solemnitates requirantur, nempè solidare, libros consignare, & reliquatum reddere, vt benè probant Ias. *cons.*100. *n.6.* Natta *cons.*134. *num.9. vol.*1. Magon. *decis. Flor.*42. *n.*1. & 2. Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. COCCINO.

Burgen. præeminentiarum,

Luna 1. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Transactio propter læsionem quomodo rescindatur, cætera habes in summario.

SVMMARIVM.

Læsio in dimidia dicitur enormis, & clara, num.1.

Maior pars Capituli non præiudicat minori, quando maior pars est in aliquo læsa, ibid. in fin.

Transactio vt rescindi possit prætextu læsionis, læsio an & quando considerari debeat, iuxta dubium litis euentum, num. 2.

Beneficiatorum, & officialium an & quando veniant dimidij portionarij, n.3.

Obseruantia interpretatiua non habet locum in constitutione, cuius verba non dubia, sed clara sunt, n.4.

DECISIO DCXXIII.

IN litteris suppressionis Iulij II. & Leonis X. disponitur, 1
quòd dignitates, Canonicatus, & portiones suppressæ intelligantur applicatæ mensæ capitulari, ad effectum, vt fiat repartitio fructuum, & reddituum earum in distributiones quotidianas beneficiatorum Ecclesiæ præsentium, & interessentium diuinis officijs, & pro alijs officialibus modo, & forma, quibus per Episcopum, & Capitulum fuerit constitutum: propterea cùm sententia Conchen. reputet dimidios portionarios beneficiatos, & condemnet Capitulum ad illos admittendos, vt tales ad distributiones peruenientes ex fructibus suppressis vigore dictarum constitutionum Iulij, & Leonis; transactio verò, siue laudum auferat illis portionem dictorum fructuum, & dictim det illis minimam partem Morapetinorum, adeò vt toto anno non habeant de dictis distributionibus nisi ducatos sex, vel circa, pro singulis dimidijs portionarijs, vt colligitur ex deductis in summario *n.*2. resultat læsio satis clara, cùm dimidij portionarij patiantur damnum, *l.2. C. de rescind. vendit.* Corn. *cons.*181. *n.*65. *lib.*2. Vnde contradictio vnius ex dimidijs portionarijs facta dictæ transactioni suffragatur omnibus, quia licet agatur de iure, quod spectat ad Ecclesiam, & propterea maior pars præiudicat minori; secus tamen est, quando adest læsio, vt fuit resolutum in hac causa 14. Ianuarij 1612. coram me.

2 Neque releuat, quòd si dimidij portionarij non obtinuerunt per transactionem totum illud, quod prætendere possent per sententiam, adhuc transactio sustinetur propter dubium litis euentum, quia ad hunc effectum sufficit modica causa dubitandi, *l.* 2. vbi gloss. *verbo nulla*, Bartol. & Bald. *num.* 1. *C. de transact.* Alex. *cons.* 10. *n.* 3. *lib.* 3. vbi de communi, Paris. *consil.* 3. *num.* 24. *lib.* 4. & dixit Rota in causa Prænestina bonorum 21. Februarij huius anni coram Reuerendissimo Domino meo Sacrato. Huic obiecto, in quo videtur consistere tota difficultas huius causæ, responderunt Domini, quòd cùm tam clarum esset ius dimidiorum portionariorum, vt patet ex supradictis, & patebit ex infrà dicendis; dubius litis euentus parum erat æstimandus, maximè cùm ipsi haberent sententiam pro se, & rem iudicatam, licet offuscatam ex nullitatibus, ex quibus Rota voluit transactionem sustineri, iuxt. text. *in l. eleganter*, §. *post rem iudicatam*, *ff. de condict. indebit.* vt in decisionibus in hac causa factis, & ideò ex supradictis satis visum fuit Dominis constare de læsione ad effectum, de quo agitur.

3 Non obstat, quòd dicta suppressio fuerit facta ad fauorem mensæ capitularis, & de præbendis spectantibus ad Capitulum, & ideò sub nomine beneficiatorum, & officialium non debent venire dimidij portionarij, iuxt. not. per Imol *in cap. cum M. Ferrarien. n.* 31. *ante med. vers. sed ista opinio*, in illis verbis, *& idem erit iudicandum, de constitut.* per Rot *decis.* 17. *num.* 4. *vers.* 3. *moti*, *& n.* 5. *vers & præmissa*, *par.* 2. *& decis.* 296. *part.* 1. & fuit in puncto resolutum in causa Valentina emolumentorum 1. Iunij 1597. coram Rubeo. Nam huic motiuo fuit responsum, quòd nedum fuerunt suppressi septem Canonicatus, qui spectabant ad Capitulum, sed fuerunt etiam suppressæ duæ scholasticæ, & duæ integræ portiones, quæ non spectabant ad Capitulum, & ideò retorquetur argumentum, & propterea suppressio est intelligenda, vt fuerit applicata mensæ capitulari non simpliciter, sed ad effectum faciendi distributiones inter beneficiatos, & alios officiales, quorum beneficiatorum appellatione, quòd veniant dimidij portionarij, negari non potest, et fuit resolutum in causa Hispalen. præeminentiarum 17. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio, & prædicta optimè comprobantur ex alijs suppressionibus, & vnionibus factis à diuersis Summis Pontificibus relatis in dicta sententia, & quarum particulariter, copia data fuit, in quibus omnibus specificè legitur suppressio, & vnio respectiuè facta pro Canonicis, & beneficiatis dictæ Ecclesiæ.

4 Non obstat allegata obseruantia, videlicet quòd nunquam dimidij portionarij participauerint de huiusmodi fructibus, quia fuit responsum, quòd standum verbis dictarum suppressionum factarum per Summos Pontifices; non videtur esse locus obseruantiæ interpretatiuæ, *l.* 3. *in fine*, *C. de liber. præter.* prout Castr. *in l. heredes palam*, §. *quid*, *ff. de testam.* Archid. *in cons.* 115. *nu.* 2. Sarnen. *in regul. de non tollen. iur. quæsit. quæst.* 13. *num.* 7. *cum seq.* & dixit Rota in causa Tuletana decimarum de Saxedroi 22. Maij 1592. coram Illustr. D. meo Cardinali Arigonio, quæ deducebantur circa læsionem, non placuerunt Dominis, & ideò ex prædictis solùm recesserunt à decisione facta sub die 3. Iunij 1613. &c.

R. P. D. PAMPHILIO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. legati.

Lunæ 1. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Legatum à patre in testamento factum filiabus quando nupserint, solui debet etiam quòd filiæ monasterium ingrediantur, intantum vt sufficiat solus ingressus in monasterium, absque professione, imò solus animus ingrediendi ante ingressum, ad effectum vt pecuniæ deponantur soluendæ in casu professionis.

SVMMARIVM.

Legatum factum filiabus tempore, quo nubent, debetur tam in casu, quo filiæ carnales nuptias in sæculo, quam spirituales in Domino per ingressum Religionis contraxerint, num. 1.

Legatum pecuniarum factum filiabus, quando nupserint, debet deponi eo ipso, quo filia ingreditur monasterium, etiam ante professionem, soluendum tamen tempore emissæ professionis, n. 1. *&* 2.

Legatum pecuniarum factum filiabus quando nupserint, debet deponi etiam antequam ingrediantur monasterium, si ingrediendi animum habeant, n. 3.

Appellare qui potest à decreto contra ipsum facto, si non appellat, acquiescere videtur, n. 4.

Executio non præsumitur facta in bonis debitoris, nisi probetur illa bona, in quibus fuit facta executio, esse dicti debitoris, num. 5.

Subhastationis iustitia, & validitas non præsumitur nisi probetur bona subhastata fuisse debitoris, ibid.

Testis vnicus iunctis adminiculis plurimum releuat, ibid. in fine.

Ædificia solo cedunt, sic & melioramenta, num. 6.

Melioramenta dicuntur pars fundi, ibid.

DECISIO DCXXIV.

Proposito dubio sub die 9. Maij præteriti super validitate subhastationis, de qua agitur, quia plura pro illius nullitate adducebantur, Domini restrinxerunt difficultatem, & mandarunt videri, an subhastatio potuerit fieri ante professionem, & an fuerit facta super bonis proprijs Iulij Cæsaris; ideò supradicta die 1. Dece[illegible] causa iterùm proposita quoad primam partem, fuit [illegible] nè conclusum, nempè subhastationem potuisse [illegible] te professionem, quia legatum factum à testatore [illegible] filiabus Iulij Cæsaris, & Alexandri scutorum 2000. [illegible] dorum de communibus bonis hæreditarijs, tempore quo nubent, debetur dictis filiabus, tam in casu quo nuptias carnales in sæculo, quam spirituales in Domino per ingressum Religionis contraxerint, vt tenuit Rota in hac causa sub die 19. Martij 1607. coram Reuerendiss. B[illegible] cùm filiæ Alexandri haberent animum contrahendi huiusmodi nuptias spirituales, & non possent admitti ad professionem, nisi prius facta solutione dotis tam de consuetudine monasterij, quam etiam ex ordine illustriss. DD. Congregationis Regularium, benè potuit fieri subhastatio vigore mandati per Rotam, seruatis de iure seruandis relaxati ad effectum, vel summam debitam deponendi in monte Pietatis, vel dandi schedulam bancariam, vt in casu emissionis professionis pecuniæ essent paratæ pro solutione, quod etiam visum fuit satis conforme voluntati testatoris, qui ad effectum, vt legatariæ admitterentur ad professionem, censetur etiam voluisse, quòd pecuniæ legatæ deponantur ante professionem, prout requirebantur, ad *l. illud*, *ff de acquir. hered. l. ad rem mobilem*, *ff. de proc.*

Nec retragatur, quòd huiusmodi legatum sit conditionale, & non debeatur, nisi subsequutis nuptijs carnalibus in sæculo, vel spiritualibus in Domino, quia pro te[illegible]sione fuit dictum, mandatum non fuisse per Rotam [illegible]xatum ad effectum, vt dictæ mulieres irreuocabiliter acquirerent legatum, quo casu est admodum controuersum inter Doct. an sufficiat ingressus Religionis, vel requiratur etiam emissio professionis, vt patet ex trad. per Sord. *decis.* 303. sed tantum ad effectum deponendi, & dandi schedulam bancariam, quæ, vt suprà dictum est, necessaria fuit, & debuit præcedere ad hoc, vt legatariæ possent ingredi Religionem, & interim depositum remanere poterat sub eadem conditione nuptiarum spiritualium, ita vt propterea non possit dici prædicta legata considerato effectu fuisse soluta ante euentum conditionis. 2

Et ex his cessat, quòd de tempore subhastationis aliquæ ex dictis legatarijs non essent ingressæ monasterium, nec ad habitum admissæ, quia ad effectum validitatis subhastationis visum fuit sufficere, quòd haberent animum ingrediendi, prout colligitur ex petitione dotis illorum nomine factæ, & docuit etiam euentus subsequutus, hoc enim casu, vt Domini considerabant, benè potuit iudex, maximè visa renitentia Iulij Cæsaris in soluendo istas dotes legatas per supradictum decretum per modum processionis eius arbitrio cautas reddere, ad effectum, vt faciliùs in monasterium reciperentur, & ad habitum, & professionem admitterentur, Bart. *in l. prætoria la tertia n.* 2. *ff. de præt. stipul.* Menoch. *de arbitr. cas.* 140. *n.* 2. & faciunt tradita per Surd. *decis.* 120. *n.* 13. 3

Præ-

4 Præterea supradicta eò facilius procedunt, quia non constat quòd Iulius Cæsar ab huiusmodi decreto appellauerit, prout appellare debebat, quatenus ex illo sentiret se grauatum, aliàs enim non appellando, decreto, & subhastationi illius vigore emanatæ acquiuisse dicitur, *l. fin. ff. quand. appell. sit*, gloss. *in l. ad solutionem, verb. acquieuerit, C. de re iud.*

5 Quo verò ad secundam partem Domini negatiuè concluserunt, subhastationem non fuisse factam in bonis Iulij Cæsaris, quia id non probatur pro parte eiusdem Iulij Cæsaris, prout probari debet, cùm sit fundamentum eius intentionis, *l. qui accusare, C. de eden. l. nimis graue, C. de testib. cum similibus*. Nec obstat, quòd confinia bonorum subhastatorum concordent cum prædio *della Martella*, in quo erant inclusæ quædam tornaturæ appellatæ *le longagne*, quæ erant propriæ ipsius Iulij Cæsaris, quia fuit responsum ex hoc non inferri necessariò, quòd illæ fuerint in subhastatione comprehensæ, & in dubio pro validitate, & iustitia subhastationis non censentur comprehensæ, nisi terræ, quæ poterant subhastari, ad trad. per Surd. *cons. 39. num. 7.* Quod etiam comprobatur ex depositione coloni, qui dicit se de illis terris recognouisse in dominum ipsum Iulium Cæsarem, & in exequutione per Bauosium non fuisse earum possessionem captam, & licèt sit vnicus, cum alijs adminiculis plurimum releuat, Aym. *cons. 400. n. 36. & cons. 911. num. 24.*

6 Minus obstat, quòd in omnem euentum in subhastatione comprehensa fuerint quædam ædificia à fundamentis erecta, & alia melioramenta facta ab ipsomet Iulio Cæsare, quia fuit pariter responsum quòd illa de iure cedunt solo, *l. adeo, §. ex diuerso, ff. de acquir. rer. dom. l. 2. Cod. de rei vend.* Ideòque super illis benè potuit fieri exequutio, sicut super ipso fundo, cuius pars melioramenta dicuntur, *l. 1. §. is autem in cuius, ff. de superfic.* Gabr. *cons. 168. q. 8. n. 88. & seqq. lib. 1.* & licèt Iulio Cæsari debeatur illorum æstimatio, eam tamen compensare debet cum alijs bonis, quæ ex hæreditate tam opulenta apud ipsum remanserunt, iuxta not. *in c. ad nostram, de reb. Eccles. non alien.* Put. *dec. 276. lib. 3.*

R. P. D. PAMPHILIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Fauentina, seu Bonon. dotis.

Lunæ 1. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Valet promissio dotis facta à bannito, etiam propter delictum, & hinc sumpta occasione magistraliter in hac decisione discutitur, an sententia contra absentem lata, dicatur lata ob contumaciam, vel ob delictum, quam benè nota, vt iudex criminalis, qui contrarium seruas.

SVMMARIVM.

Instrumenta dicuntur probationes probata, num. 1.

Sententia contra absentem bannitum præsumitur potius ob contumaciam, quàm ob delictum lata, n. 2.

Sententia dicitur lata ob contumaciam, & non ob delictum, quando in ea ponderatur contumacia, illaque habetur pro legitima confessione, num. 3.

Sententia contumacialis vti lata absque veris, & legitimis probationibus, non probat delictum, de quo in actis constare debet per veras, & concludentes probationes, num. 4.

Bannitus ob contumaciam non censetur amisisse ea, quæ sunt iuris communis, n. 5. Vbi propterea quod retinet testamenti factionem actiuam, & passiuam.

Diffamati de delicto, seu condemnati ab omnibus actibus legitimis, sunt perpetuò suspensi, si condemnatio sit propter delictum, & diffamatio illi æquipolleat, non autem si condemnati fuerint in contumaciam, n. 6.

Receptantes bannitos etiam in contumaciam puniuntur ex Bulla Sixti V. n. 7.

Sententia contra absentem lata ob contumaciam, non desit esse contumacialis, etiam quod delictum probetur per testes pro informatione curiæ examinatos, n. 8. Præsertim si examinati testes patiantur exceptiones, n. 9.

Banniti etiam propter delictum cùm non amittant ea, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, possunt contrahere, & se obligare, num. 10.

Confiscari licet non possint hodie bona delinquentium, per Authent. bona damnatorum, Cod. de bonis proscript. *attamen dispositio dictæ Autentica non habet locum, vbi bona expresse in sententia sunt confiscata, num. 10. in fine.*

DECISIO DCXXV.

1 Domini persliterunt in decisis sub die * 21. Ianuarij 1613. nempe constare de bono iure D. Catherinæ, quia de solutione dotis facta ab ipsa, & de obligatione Florentini eius viri de dote, & donatione restituenda, in casu restitutionis, satis constat ex publicis instrumentis, quæ dicuntur probationes probatæ, Bald. *in l. interest, in vlt. not. C. de solut.* Dec. *cons. 36. n. 2.* & faciunt alia in decisione adducta, quæ Dominis placuerunt.

2 Nec obstare visum fuit, quòd tempore obligationis Florentinus esset bannitus, quia placuit responsio quòd sententia fuerat lata contra Florentinum absentem, quæ in dubio præsumitur potius lata ob contumaciam, quàm propter delictum, Mars. *sing. 4. incip. quamuis*, Gabr. post relat. *de sent. concl. 3. n. 1.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 70. n. 1.* cum alijs adductis sub dicta die 21. Ianuarij 1614. & latè in causa Maceraten. hæreditatis 16. Nouembris 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo.

3 Quod etiam in casu isto benè comprobatur, ex tenore ipsius sententiæ, ibi, *vt constat nobis per testium per curiam receptorum depositiones, & per contumaciam ipsorum inquisitorum, quam pro vera, & legitima confessione haberi volumus*, vt in similibus terminis verba sententiæ ad idem effectum ponderata fuerunt in causa Iannen. Iurispatronatus 25. Iunij 1607. coram Illustr. D. Cardinali Lancellotto, & in dicta causa Maceraten. hæreditatis, in qua plures aliæ decisiones referuntur.

4 Ideòque benè sustinetur obligatio Florentini, cùm huiusmodi sententia contumacialis vti lata absque veris, & legitimis probationibus, non probet delictum, vt tradit Marsil. *in praxi §. postquam num. 48. & in l. vnic. ver. post legitimas, num. 129. C. de rapt. virgin.* de quo constare debet ex actis per veras, & concludentes probationes, vt fuit dictum in causa ciuitatis Castelli de Vitellis coram bon. mem. Cardin. Seraph. *decis. 354 num. 10. & seq.* in ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 22. Aprilis 1602. & 27. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Iusto, & aliàs sæpè.

5 Et minus per eam Florentinus censeatur amisisse ea, quæ sunt iuris communis, Surd. *cons. 394. n. 20.* vbi dicit quòd secundum ius commune banniti in contumaciam retinent testamenti factionem actiuam, & passiuam, quod etiam fuit dictum in supradicta *decis. 354. n. 16.* & tradit idem Surd. *cons. 90. n. 38.*

6 Neque releuare quòd diffamati de delicto, seu condemnati sint ab omnibus actibus legitimis perpetuò suspensi vigore Bullæ Pij II. Quia placuit responsio, quod huiusmodi Bulla sit intelligenda de condemnatione propter delictum, & de diffamatione illi æquipollenti, non autem de condemnatione propter contumaciam, prout etiam intelligenda est Bulla Pij IV. & aliæ similes, vt fuit resolutum coram bo. me. Card. Seraph. *decis. 376. num. 4. & seqq.* quam Rota sequuta fuit in pluribus causis relatis in supradicta Maceraten. hæreditatis coram R. P. D. meo Manzanedo, in qua fuit etiam responsum ad Ægidium nolentem contumacem haberi pro confesso, quòd nihilominus huiusmodi confessio est ficta, quæ propterea non probat delictum, ex supradictis.

7 Ad Bullam verò Sixti V. sextam in ordine, quæ loquitur etiam de bannitis in contumaciam, placuit responsio illam esse intelligendam prout loquitur ad effectum, vt receptantes, vel non prosequentes bannitos censeantur ei contrauenire, & propterea non habet locum in casu isto, qui vti omissus remanet in dispositione iuris communis, ad *l. commodissime, ff. de lib. & posth.*

8 Nec refragari quòd ex verbis sententiæ suprà ponderatis appareat de delicto constare etiam ex testibus, qui modò dantur pro parte D. Franciscæ, quia dicti testes fuerunt examinati pro informatione curiæ, parte non citata, qui regulariter non probant delictum, Burat. *cons. 192. n. 34. & cons. 201. num. 40. & seqq. lib. 2.* Gabr. *cons. 78. sub n. 32.*

n.32.lib.1. Hooded. *conf.*101. *num.*11. *lib.*1. & consequenter non operantur quo minus sententia dicatur contumacialis, ex deductis coram Seraphino *d.decis.*354.*num.*10.*& seq. vers. ex testibus informatiuis*, & trad. Rol. *cons.*29. *n.* 31. *lib.*3.

9 Maximè, quia supradicti testes plures patiuntur exceptiones, & præcipuè quòd sint inimici, qui propterea tantò minus probant, ad trad. per Menoch. *de arbitr. iud. quæst.*28. *num.*1. *lib.*1. *& cas.*110. *num.*1. *lib.*2. Cresc. *decis.* 3. *num.* 1. *de testib.* & agitur ad effectum vt sententia prædicta noceat D. Catharinæ, cui vti tertiæ non citatæ sententia contumacialis non præiudicat, Gozad. *consil.* 31. *num.*10. Rolan. *d.cons.*29. *num.*3. *in fin. lib.*3. cum alijs adductis in causa Venetiarum donationis coram R.P.D. meo Butatto.

10 Præterea in omnem euentum fuit dictum quòd banniti propter delictum, ex quo non amittunt ea quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, possunt contrahere, & ex contractu se obligare, ad text. *in l. ex hoc iure*, & ibi gloss. *ver obligationes, ff. de inst. & iur.* Ceph. *cons.*324. *num.* 19. præsertim quia non apparet bona fuisse per condemnationem fisco incorporata, quæ propterea non debent penes Florentinum remanere in præiudicium creditorum, ne aliàs ex illius condemnatione commodum recipiat, ad Cephal. *d.cons.*324. *num.*20. nec potest dici quòd spectent ad descendentes, vel alios, iuxta dispositionem auth. *bona damnatorum*, *C. de bon. proscript.* quia illa non procedit vbi bona expressè in sententia publicata fuerunt, prout in casu isto, Dec. *cons.*235. *sub num.*4. *versic. & quia in casu isto*, &c.

Est decisio 439. supra part. 1. recent.

R. P. D. PIROVANO,

Ferrarien, decimarum.

Veneris 12. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Sententia sine citatione lata, parte tamen præsente, valida est, etiam Procuratore non monito ad comparendum, & intelligendum, quæ gerebantur contra suum principalem: parte autem non opponente, potest iudex sententiam nullam confirmare,

SVMMARIVM.

Sententia lata sine citatione parte præsente valet, num. 1. etiam Procuratore non monito ad comparendum, & intelligendum quæ gerebantur contra suum principalem, num. 2.

Sententiam nullam parte non opponente iudex confirmare potest, num.3.

Scriptura vna, quando est contraria alteri scripturæ, neutri creditur, n.4.

Relatæ magis standum quàm sententiæ, ibid. in fine.

Citatio incerta, & ambigua, & de qua non constat qua die fuerit executa, non valet, n.5.

Argumentum ab antecedenti, & subsequenti, necessariò validum est in iure, ibid. in fine.

Actus vt sustineatur, verba semper fauorabiliter impetranda sunt, ibid.

DECISIO DCXXVI.

1 FVit resolutum sub die 11. Ianuarij præteriti non constare de causis restitutionis in integrum per Serenissimum Mutinæ Ducem petitæ, nisi obstet defectus citationis ad sententiam, de quo particulariter erat agendum. Hodie proposita disputatione super parte reseruata, Domini dixerunt non adesse defectum citationis. Nam si quæratur de prima sententia lata per locumtenentem Cardinalis Legati, citatio ad sententiam non defecit, quia lata reperitur Galuano Procuratore Serenissimi Ducis præsente, quo casu alia citatione opus non est, vt dicunt Angel. & Imol. *in l. de vnoquoque, ff. de re iud.* & post alios latissimè Gabr. *de citat. concl.* 1. *n.*296. Vant. *de nullitat. ex defect. cit. n.*17. & est text. *in l. etiam, §.1. versic. parte præsente, vel euocata, ff. de minor.*

2 Nec requiritur quòd ex processu constet Procuratorem fuisse monitum, vt intelligeret, quæ gerebantur in præiudicium sui principalis, secundùm opinionem Bart. *in l. furiosi, ff. de re iud.* & aliorum, qui eum sequuntur, quod refert idem Gabr. *versic. prima tamen*, *num.* 398. quia Ias. Alex. Imol. & alij relati per Capicium *in dec.* 1. *num.*37. intelligunt Bartolum, quando appareret Procuratorem esse præsentem in Curia ad alium effectum: interim autem donec contrarium non probatur tenet sententia, quia præsentes præsumuntur scire actum gerendum, & prodecretis, & sententijs audiendis assistere, & hanc partem sequuta est Rota in Conchen. decimarum 4. Decemb. 1600. coram bo. me. Card. Pamphilio, inhærendo prædictæ decisioni Capicij.

Præterea alia etiam ratione sustinebatur validitas prædictæ sententiæ, ex quo de nullitate dictum non fuit coram iudice appellationis, qui propterea potuit parte non opponente sententiam nullam confirmare, & viam iterum dicendi de nullitate præcludere, Cæsar. de Grass. *decis* 9. *num.* 8. *&* 11. *de caus. possess. & proprietat.* Gabr. *cons.* 48. *num.* 1. Rota in Almerien. decimarum coram me 23. Iunij 1614. vbi latissimè fuit firmata hæc conclusio. 3

Non obstat, quòd dies sententiæ sit incerta, cùm ex processu legatur Montanum pronunciasse die 26. Iunij 1610. & ex alia fide Notarij actuarij constet sententiasse die 22. Decembris eiusdem anni, ac demum ex processu compulsato appareat eodem die 22. Decembris Iacobum Spinulam eandem sententiam protulisse, qua contrarietate attenta neutri scripturæ standum videatur. Quia fuit responsum cessare incertitudinem, & contrarietatem, ex quo postquam Montanus tulit sententiam, prout in schedula, & dicto die 26. Iunij in actis ea non fuit dimissa, & per consequens tanquam relata ad id, de quo non apparet, non meretur nomen sententiæ. Secunda verò de die 22. Decembris non ex processu, sed ex fide Notarij actuarij legitur prolata, quæ fides cùm se retulerit ad processum, & processu exinde in forma probanti transportato appareat non à Montano, sed à Spinula fuisse pronunciatum, visum est illi magis, quàm fidei esse standum, *l. asse toto, ff. de hered. instit.* Dec. *cons.*563. *num.* 6. Rota *diuers. part.* 1. *decis.*121. *n.*6. 4

Si verò secundo loco agatur de sententia Prætoris Ferrariæ iudicis appellationis, & illa apparet lata præuia citatione ad audiendam sententiam, & legitimè exequuta in personam Galuani Procuratoris Serenissimi Ducis: nec visum est obstare quòd ex relatione nuncij non constet, qua die fuerit exequuta citatio ad sententiam, & relatio nuncij incerta, & ambigua non releuat, cùm citatus non sit certus de hora comparendi, vt in terminis visus est firmare Specul. *in tit. de cit. §. sequitur videre*, *num.*10. *vers. facta igitur citatione*, ideò cùm citatio fuerit decreta die 26. Martij pro die secunda iuridica, & potuerit exequi eadem die, nuncius verò die 27. retulit se citasse Galuanum, non expresso tempore citationis, dies ad audiendam sententiam cadere poterat sub 28. & tamen sententia fuit lata die Iouis 29. eiusdem mensis Martij, & sic verisimiliter extra terminum datum ad audiendam sententiam. Prædicta enim æquiuocatio ex facto fuit sublata, quia citatio fuit decreta sub die 26. de sero, in quo terminus iuris pro citatione non supererat: relatio autem fuit facta die 27. in manè, quia inter decretum citationis, & relationem nuncij vnicus terminus dabatur, & consequenter benè adaptatur terminus ad secundum iuris cadens in die 28. in quo sententia fuit lata, & hæc ipsa probatio ab antecedenti, & subsequenti necessariò non est noua in iure, vt benè probat Euerard. in *sua centur. legal. in loco A concessione antecedentis*, maximè cùm agatur de sustinendo actu, pro quo semper solet sumi fauorabilis interpretatio, Seraphin. *decis.* 1115. Cresc. *decis.* 1. *num.* 1. *de caus. possess. & propriet.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 35. Surd. *decis.*233. *num.* 16. 5

Et ita resolutum, &c.

Est decisio 452. supra in hac parte.

R. P. D.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Ciuitatis Ducalis nullitatis vnionis.

Luna 12. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Appellatio interposita à Procuratore non habente mandatum non suffragatur, nec impedit sententiam transire in iudicatum, num. 1.

Appellatione interposita, si ea prosequuta non fuerit, illa remanet deserta, ibid. in fine.

Vnio non effectuata habetur pro reuocata, per regulam reuocatoriam Leonis XI. & Pauli V. etiam quod haberet clausulas amplissimas praeseruatiuas, n. 2.

Vnio quod non habuerit effectum praesumitur à iure, & ideo qui contrarium dicit, probare debet, & quomodo, num. 3.

DECISIO DCXXVII.

1 COnstare de re iudicata quae veniat exequenda, Domini dixerunt; licèt enim à sententia in hac causa lata fuerit in tempore appellatum, tamen non constet de mandato illius qui appellauit, appellatio redditur inutilis; perinde ac si interposita non fuisset, Caputaq. *decis.* 35. *num.* 6. *par.* 1. Achill. *decis.* 10. *de appellat.* Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 22. ita ut intret res iudicata, vt fuit resolutum in vna Fauentina successionis 24. Nouembris 1604. coram Illustrissimo Mellino, & 20. Iunij 1608. coram Domino meo Caualerio; maximè quia appellatio non fuit prosequuta, & sic remansit deserta, Crauett. *cons.* 103. *n.* 1. Rota *decis.* 1. *de appellat. in nou.* & *decis.* 76. *eodem titul. in antiq.* Saroen. *in regula de trienn. q.* 54. *num.* 2.

2 De iustitia verò Iunae dubitari non potest, cùm vnio per Capitulum praetensa tanquam non effectuata remanserit reuocata per regulam reuocatoriam vnionum Leonis XI. & S. D. N. Pauli V. etiam quòd illa haberet clausulas amplissimas, & praeseruatiuas, & derogatorias ad futuras regulas, vt fuit resolutum in vna Toletana Capellaniae 23. Ianuarij 1608. coram Domino meo Pamphilio.

3 Quòd autem vnio non fuerit effectum sortita, vltra quòd tanquam quid facti non praesumitur, *l. in bello*, §. *facta, ff. de capt. & postlim. reuers.* deducitur ex eo, quòd non fuerit facta post cessum, vel decessum, praeseutis Rectoris vnionis effectus est suspensus donec ille viuit, Calderin. *consil. vltimo*, *num.* 2. *de reb. cred. non alienan.* Mandos. *super dicta regula quaest.* 5.

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Terdonen. Bonorum.

Luna 15. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

De nullitate examinis testium ex pluribus causis, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Testes examinari debent citato Capitulo, quando agitur de alienatione bonorum mensa Episcopalis, etiam quod illa sit separata à mensa Capituli, n. 1.

Forma inducitur propter ablatiuum absolutum, num. 2.

Notario non actuario nec à iudice deputato non creditur de relatione citationis sibi facta à iudice de relatione citationis sibi facta à nuntio, num. 3.

Citar. quando debet Capitulum citatio debet fieri capitulariter, vel saltim fieri diligentia, existentia, vt Capitulum conuocetur, & congregetur, n. 4.

Citationis forma vbi non est seruata, redditur citatio nulla, num. 5.

Citationis nullitas, & defectus non sanatur per comparitionem asserti Procuratoris non habentis mandatum, num. 6.

Industria persona censetur electa per verba, discretioni vestrae committimus, & mandamus, *item per verba*, districtè praecipimus, *item per verba*, conscientijs onerantis, *num.* 7.

Testium examen quoad nudum ministerium, licèt committi possit à iudice Notario, non tamen committi possunt citationes, & alia similia, qua à iudice facienda sunt antequam testes examinentur, n. 8.

Testes examinati in diuerso loco designato in citatione non probant, num. 9.

Testes sine iuramento examinati non probant, & iuramentum à Notario assertum per verba enunciatiua, videlicet, Testus iuratus, &c. *non sufficit, num.* 10.

DECISIO DCXXVIII.

CVm fuisset lata in partibus sententia ad fauorem mensae Episcopalis Terdonen. super nullitate alienationis bonorum, de quibus agitur, fuit causa appellationis introducta in Rota coram Reuerend. Atrebaten. & coram illo resolutum, licentiam alienandi concessam per delegatos Apostolicos Episcopo tunc temporis fuisse nullam; verum quia huic resolutioni pars aduersa non acquiescebat die 21. Maij 1612. ego in locum dicti Atrebaten. suffectus causam super eisdem proposui, & Domini non fuerunt concordes, sed dixerunt, quòd videretur de laesione Ecclesiae, super quo dubio proposito die 14. Nouembris praeteriti, cùm pro ea excludenda adducerentur multi testes de tempore litis examinati, & contra eorum examen pro parte Episcopi multa opponerentur, placuit Dominis ordinare, vt in primis videretur de validitate examinis dictorum testium; vnde in executionem praedicti ordinis dedi dubium, an testes essent validè examinati? quod negatiuè fuit resolutum. 1

Primò, quia ad illorum examen non fuit citatum Capitulum, prout requiritur, quando agitur de alienatione bonorum mensae Episcopalis, etiam quod illa sit separata à mensa Capituli, non solum ex dispositione iuris, gloss. *in cap.* 1. *in fin. verbo defensore, de rebus Eccles. non alien. in* 6. vbi Franch. *num.* 2. *versic. si vere bona*, Innocent. *in c. nenit*, vbi Abb. *num* 7. *de his, qua fiunt à Praelato sine consens. Capitul.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. rubr. de his, qui cons. ins. &c. num.* 7. & 11. Caputaq. *decis.* 106. *par.* 1. Seraph. *decis.* 443. *num.* 4. sed etiam ex forma rescripti, si in euidentem emanati, cum clausula, vocato Capitulo, quae formam inducit propter ablatiuum absolutum, *l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* Paris. *cons.* 41 *num.* 14. *lib.* 4. Caputaq. *decis.* 150. *n.* 1. & 2. *part.* 1 & fuit dictum in vna Ferrarien. bonorum 16. Iunij praeteriti coram R. P. D. meo Dunozetto. 2

Quòd autem Capitulum non fuerit citatum, probatur, quia de citatione non constat, nisi per relationem Nuncij factam cuidam Notario ab ipsomet electo, cui de dicta relatione attestanti non creditur, cùm non esset Notarius actuarius, nec à iudice deputatus, ad tradita per Bart. *in l. si finita*, §. *Iulianus*, *num.* 7. *ff de damn. inf. fect.* quem refert, & sequitur Bero *in cap. quoniam contra, num.* 131. & 147. *de probat.* 3

Vlteriùs, quatenus de citatione constaret, illa non fuit legitimè exequuta, tum quia non fuit facta Canonicis capitulariter congregatis, prout requiritur, glos. *in c bone, verb. singulares, versic. vel si non habetur de elect.* Rota *dec.* 1. *de sent. excomm. in antiq.* Marian. Socin. *in tract. de citat. art.* 20. *num.* 52. *vers. aut non habet*, Seraph *decis.* 1116. *n.* 1. vel saltim non apparet facta aliqua diligentia conuocandi Capitulum instando apud eum, qui habet facultatem illud congregandi ad effectum, vt citatio haberetur pro legitimè executa, iuxta glos. *in cap. si capitulo, verb. factam, de concess. praebend. in* 6. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, verb. citatum*, Alex. *cons.* 219. *n.* 2. *lib.* 6. Marian. *vbi supra d. num.* 52. 4

Tum etiam, quia in executione non fuit seruata forma praescripta in citatione, in qua mandabatur, vt fieret personaliter, aliàs ad valuas Ecclesiae; & tamen exceptis duobus Canonicis caeteri fuerunt citati ad valuas, nulla praecedente diligentia de reperiendo personaliter, & sic nulliter, Afflict. *decis.* 2. *num.* 6. Caputaq. *decis.* 111. *part.* 1. Seraphin. *decis.* 972. *num.* 6. Gabr. *cons.* 40. *num.* 4. *lib.* 1. 5

Nec

6 Nec huiusmodi defectus citationis Capituli videtur potuisse purgari per comparitionem Io. Antonij Siges, cùm non constet illum tunc temporis habuisse mandatum à Capitulo, Seraph. d. decis. 972. præsertim quia ex aduerso fuit oppositum de non mandato, & iudices ex eo comparitionem admittere noluerunt.

7 Secunda nullitas principalis resultat ex eo, quòd iudices Commissarij tenebantur per se ipsos informationes sumere, & non poterant examen testium Notario subdelegare, prout fecerunt, cùm esset per Pontificem electa industria personarum, per illa verba, *Discretioni vestræ committimus, & mandamus*, iunctis alijs, seruata forma litterarum prædecessoris huiusmodi, nempe Pauli II. ibi insertarum, in quibus adsunt verba, *districtè præcipimus*, &c. quæ necessitatem cognoscendi per se ipsum important, glos. *in l. sæpe audius, ff. de offic. præsul.* vbi Bartol. & Angel. Felin. *in cap. eam te, num. 11. de rescript.* vbi de communi, & quòd totus mundus approbat d. glossam, Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. iudic. deleg. n. 21.* prout & alia verba, ibi, *conscientijs oneratis*, &c. Felin. *in cap. fin. n. 2. vers. vltimò allegant. de offic. delegat.* Ias. *in l. 1. num. 29. de offic. eius*, &c. Vant. *vbi supra, vers. seu dictum fuisset*, Menoch. plures referens, *de arbitr. q. 68. n. 12. & præsumpt. 21. n. 16. lib. 2.*

8 Maximè quia dicto Notario non solùm commiserunt nudum ministerium examinationis, & receptionis iuramentorum, sed etiam totum examen, & sic citationes testium, & alia similia, quæ erant facienda per ipsos Commissarios ante examinis delegationem, quia cùm sapiant iurisdictionem, Notario committi non valent, iuxta gloss. *in Clem. vnic. in princ. de offic. delegat.* vbi Imol. *n. 3.* Anchar. *n. 4.* Card. *num. 7. versic. opponitur*, Abb. *in c. quoniam, num. 3. de testibus*, Bellamer. *decis. 43.* Rot. *diuers. decis. 630. par. 1.* Caputaq. *decis. 382. lib. 1. in manuscript.* Vestr. *in praxi lib. 6. c. 2. n. 4.*

9 Tertia nullitas principalis deducitur ex eo, quòd testes non fuerunt examinati in loco designato in citatione, nempe Camparitiæ Albariæ territorij Castri noui, sed in Conuentu Sancti Francisci intus Castrum nouum, Pur. *decis. 262. lib. 1.* Seraphin. *decis. 90.* Vestr. *vbi suprà num. 8.* Caputaqu. *decis. 274. part. 3.* Rota diuers. *decis. 415. par. 1.* Vant. *de nullitat. ex defectu citationis, num. 73.* & fuit dictum in vna Portalegræ decimarum 11. Februarij 1591. coram Orano.

10 Vltima verò nullitas versatur circa iuramentum testium, quo Notarius testatur solummodo per verba enunciatiua, nempè, *testis iuratus*, &c. quæ non probant iuramentum, Caputaq. *decis. 285. & 295. p. 3.* & fuit pluries resolutum, & signanter in vna Ianuen. pecuniaria 16. Martij 1612. coram D. meo Vbaldo, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Aleriæn. beneficij.

Veneris 19. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Commissionis Signatura attenditur, & non id, quod in ea petitur, & narratur, nec excommunicatus ob non paritionem absolui potest, nisi parito iudicato.

SVMMARIVM.

Sententia lata super eo, quod in commissione causæ non continetur, nulla, & inualida est, n. 1. Declara nisi in commissione adsit clausula Quam, & quas, *num. 2.*

Signatura commissionis attenditur, & non petitio, seu supplicatio, ibid.

Narrata in commissione restringuntur, & limitantur per concessionem, & Signaturam, ibid.

Excommunicatus ob non paritionem litterarum absolui non potest per Rotam ad cautelam, sine speciali commissione, num. 3.

Absolutio à censuris in curia latis non datur, nisi parito iudicato, ibid. in fine.

DECISIO DCXXIX.

1 SÆpiùs proposito dubio super eisdem DD. tenuerunt pro reuocatione sententiæ Rotalis ex defectu iurisdictionis, vt fuerat in fine decisionis consideratum. Primò, quia cùm esset commissa tantùm causa nullitatis, & restitutionis in integrum aduersùs sententiam latam super Ecclesia Sancti Saluatoris, non potuit super Ecclesia Sancti Petri pronunciari, *cap. P. & G. & cap. cùm olim, il 1.* vbi Abb. *num. 11. & 12.* post gloss *in verb. protinus, in fin. de offic. deleg. gloss. fin. in cap. edoceri, de rescript.* cum deductis in priori decisione.

2 Et clausula *Quam, & quas*, non legitur in secunda parte commissionis, restricta ad causam nullitatis, & restitutionis in integrum: Signatura autem, non petitio attenditur, & quod commissum non fuit, dicitur fuisse neglectum, vt not. Doctor. *in c. super litteris, de rescript.* Bald. *in l. 2. num. 42.* vbi Barbat. *in additio. littera L C. si contr. ius vel vtil. publ.* Alex. *conf. 94. num. 3. lib. 2.* Corn. *conf. 312. in princ. lib. 3.* Rot. *decis. 28.* vbi Papaz. *num. 3. de rescript. in nou.* idem Papaz. *decis. 9. num. 5. eod. tit.* Gabr. *conf. 28. num. 24. lib. 2.* cum alijs per Decian. *conf. 86. n. 51. & seqq. lib. 3.* Narrata enim, ac petita restringuntur, & limitantur per concessionem, & Signaturam, Abb. *in cap. 2. vers. notabis, & versic. & hoc notabis, de reg. & pac.* Felin. *in d. cap. super litteris, sub num. 10. versic. limita. de rescript.* Ias. *conf. 173. num. 7. lib. 4.* Ruin. *conf. 43. n. 3. lib. 1.* Paris. *consil. vlt. sub num. 43. lib. 3.*

3 Secundò, quia non potuit Andreas excommunicatus ob non paritionem mandato de manutenendo, ad fauorem Vicentij relaxato, absolui per Rotam ad cautelam sine commissione speciali, Rot. *decis. 3. de sentent. excomm. in antiq.* vbi de obseruantia huius sacri Tribunalis, Papaz. *ad decis. 3. de renunc. in nou.* Felin. *in c. Apostolica, num. 20. col. pen. ante med. versic. commissarius, de except.* Et à censuris in Curia latis non datur absolutio, nisi parito iudicato, vt testatur Rot. apud Cardin. Seraph. *dec. 432. num. 1.* Et ita decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Romana matrimonij.

Lunæ 12. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Matrimonium vt dicatur probatum requiritur plus quàm ordinaria probatio, quando agitur de illud redimendo; si verò de illud sustinendo, sufficit probatio ordinaria, etiam ex pluribus imperfectis probationibus, & adminiculis.

SVMMARIVM.

Testis de facto proprio probat plusquam semiplenè, num. 1.

Testis sacerdos magis probat, quàm secularis, num. 2.

Testis de facto proprio quando probet si ad se exonerandum deponat, ibid.

Matrimonium non requirit plenissimam probationem, quando agitur non de illud impugnando, seu dirimendo, sed sustinendo, num. 3.

Matrimonij probatio nunquid fiat ex semiplenis, & non perfectis probationibus, ibid.

Matrimonij probatio iuuatur ex adminiculis, de quibus, num. 6.

DECISIO DCXXX.

1 DOminis visum est in hac tertia dubij repropositione constare de matrimonio contracto inter Petrum Paulum Iannotium, & Prudentiam Liliani, & consequenter standum esse in primo & secundo loco decisis. Et iterum ponderando probationes Prudentiæ dixerunt, quòd in præsenti concurrit fides libri parochi, cum depositione eiusdem formiter examinati, affirmantis matrimonium contraxisse inter prædictos, cuius dictum vti de facto proprio, & ratione proprij officij regulariter solet constituere gradum nedum semiplenæ probationis, sed maioris, scilicet plusquam semiplenæ, Achill. *decis. 3. de testib.* Cæsar. de Graff. *decis. 2. num. 11. d. empt. & vendit.* Seraphin. *decis. 889. num. 3.* & hanc opinionem passim sequitur Rota, vt fuit dictum nouissimè coram me in vna Romana administrationis Fundaci 28. Nouembris præteriti.

Tan-

2 Tantò magis cùm in eo concurrat qualitas sacerdotij, quæ solet augere fidem in teste, vt dicit Crauet. *cons.* 267. *num.* 2. & informantes pro Iannotio, vti indubitatam admittunt, allegando ita fuisse tentum in causa prætensæ illegitim. 4. Decembris 1598. coram bo. mem. Penia, *& decis.* 750. *num.* 9. inter impress. *par.* 1. *divers.* quamuis ab ea recedere conentur ex eo, quòd parochus non sit testis omni exceptione maior, cùm affectatè deposuerit in hac causa, & tractet de se exonerando à pœnis Concilij, in quas incideret, si matrimonium verum non esset, & conetur sustinere factum proprium; quæ tamen dominis non placuerunt, cùm prædicta omnia respiciant necessitatem officij, cuius contemplatione factum proprium non cadit sub exceptione, quia de eo tenetur rationem reddere, Alciat. *regul.* 3. *præsumpt.* 13. *&* 14. Alexand. *cons.* 105. *num.* 2. *vers. nam in his*, *lib.* 2. Seraph. *decis.* 623. *num.* 12.

3 Ideò dicebatur si huic semiplenæ addatur gradus probationis alterius semiplenæ, vel etiam maioris, satis patebit de probatione concludente matrimonium inter prædictos fuisse celebratum, cùm non versemur in causa impugnandi, vel dirimendi matrimonij, sed illud sustinendi, in qua leges non requirunt plenissimam illam probationem, sed contententur ordinaria, Dec. *cons.* 163. *num.* 13. & fuit firmatum in causa Tullen. matrimonij 14. Iunij 1568. & in Papien. matrimonij 1. Iulij 1594. coram Illustr. Cardinali Mellino, *& in decis.* 209. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *divers.* & consequenter probationes posse coniungi, quidquid ex aduerso fuerit dictum ex decisionibus Parmen. status 18. Iunij 1573. coram Robusterio, Nebien. benefic. 4. Decembr. 1602. coram Cardinali Lancellotto. Toletana Canonicatus 10. Decembris 1608. coram Reuerendissimo Lugdunen. cùm loquatur vbi requiritur plenissima probatio, vel vtraque probatio in sua specie non est perfecta, quæ propterea impediuntur coniungi, vt plenè probat Gabr. *de probat. concl.* 1. *in princ.* Secus est vbi agitur de ordinaria probatione, vt in præsenti, & altera probatio excedit semiplenam, quæ ex adminiculis potest suppleri, & adminicula valdè vrgent pro sufficienti conclusione huius probationis.

4 Nam de promissione antecedente matrimonium deponit Aurelius Gomes medicus, dicens Iannotium alloquutum fuisse Prudentiam in illa nocte per similia verba, *State allegramente Mad. Prudenza, che vi voglio sposare*, & alter testis, scilicet Carussima deponit de confessione prædicti Iannotij in illa nocte post sequutum matrimonium dicendo, *Prudenza stà allegramente, che io ti ho sposata*; & alter testis, qui idem sibi affirmauit, iuxta Pontem quatuor capitum, Ioanna verò, & Presbyter Augustinus de Marsico nouo, qui pro testibus in ipso contractu matrimonij fuerunt à parocho descripti in libro, parte tamen non citata examinati idem affirmant, quod à parocho fuit testificatum; demum in vicinia de manè sequenti exortam fuisse famam huius matrimonij deponunt primus testis, secundus & quartus à Cicercillo famulo eiusdem Iannotij, qui pro teste ad matrimonium in libro parochi descriptus reperitur, quæ omnia pro adminiculis in alijs decisionibus fuerunt considerata, & nunc etiam magis Dominos mouebant attenta facti continuatione quod habuit initium à promissione, & actu subsequuto, & confessione post contractum, & immediata fama deque manè suborta de matrimonio contracto, ac deinum quia Ioanna, & Presbyter Augustinus licèt informiter examinati, faciunt aliquod adminiculum, *cap. quoniam frequenter*, & ibi gloss. *in verb. regulariter, vt lite non contestata*, Seraph. *decis.* 585. *n.* 1. quod visum est sufficere, cùm addatur probationi plusquam semiplenæ.

5 Non obstat, quòd depositio dictorum Ioannæ & Presbyteri Augustini conquassetur ex dicto Cicercilli famuli pro teste dato in fide parochi, & ab eodem parocho in sua depositione nominato, qui propterea, vti de instrumentarijs dicitur, non videtur posse reprobari, & dum contradicit, facit alios vacillare, ita vt neutri credendum sit, Alexand *cons.* 43. *num.* 2. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 199. *num.* 24. *lib.* 2. cum alijs allegatis, quia fuerunt datæ responsiones in prima decisione, quæ placuerunt Dominis.

6 Similiter non obstant exceptiones releuatæ contra depositionem testium de fama, & singularitatem deponentium de promissione, & confessione Iannotij. Quia dicebatur prædicta non deseruire pro principali probatione, sed pro adminiculis, quæ non debent reijci, quamuis leuia, vbi agitur de ordinaria probatione pro sustinendo matrimonio, vt in præsenti, & prout Rota admisit in vna Tullen. matrimonij coram sanct. mem. Clement. VIII. inter impress. 209. *num.* 1. *p.* 1. diuers. & in fortioribus terminis in causa Hispal. matrimonij Marchionissæ de Alcala 28. Ianuarij 1608. coram Reuerendiss. Archiepiscopo Bononien. &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Casalen. Canonicatus.

Veneris 16. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

De beneficiorum incompatibilitate plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Residentia præcisa ex sola beneficiorum incompatibilitate non censetur inducta, cum beneficiorum incompatibilitas non solum ratione residentiæ, sed ex alijs causis causari possit, num. 2.

Incompatibilitas beneficiorum potest etiam induci ratione consistentiæ sub eodem tecto, ibid. in fine.

Incompatibilitas beneficiorum non inducitur in beneficijs difformibus, sed tantum in beneficijs vniformibus, n. 3. Vbi etiam referuntur contrarium tenentes.

Capellaniarum appellatione in generali dispositione Pontificis non veniunt Capellaniæ quæ sunt de iurepatronatus laicorum, num. 4. Declara vt num. 5.

Vltimus status in beneficialibus attenditur, ibid. in fine.

DECISIO DCXXXI.

FVit primo loco in hac causa resolutum sub die 29. Nouembris 1613. * gratiam Sebastiani non esse iustificatam respectu falsitatis narratiuæ Bonifacij, quòd ista Capellania non requireret personalem residentiam? Et ad statutum dictæ Ecclesiæ fuit responsum non loqui de residentia præcisa, sed causatiua, respectu scilicet amissionis fructuum, non autem tituli, ex latè adductis in dicta prima decisione, à qua tamen sub die 14. Maij præteriti Domini recesserunt, ob constitutionem Iulij II. nouiter per Sebastianum productam, in qua declaratur Canonicatus, & Capellanias in ista Ecclesia esse incompatibiles, quasi stante dicta incompatibilitate residentia videretur præcisa, cùm respiceret non tantùm amissionem fructuum, sed etiam tituli resultantiam ea dicta incompatibilitate per constitutionem inducta; verùm quia ista secunda decisio videbatur pati difficultatem, causam super eisdem hodie reproposui. Et domini vtraque parte informante ab ista vltima decisione recesserunt, & in decisis primo loco standum dixere, ex rationibus, & fundamentis in prima decisione adductis. 1

Quibus nullatenus obstare visum fuit prædicta constitutio Iulij II. cùm illa tantùm caueatur, quòd Capellaniæ sint incompatibiles cum Canonicatibus, & nulla fit mentio de residentia præcisa. Nec illa videtur inducta ex sola dicta incompatibilitate, cùm illa non causetur tantùm ratione residentiæ, sed possit causari etiam ratione consistentiæ sub eodem tecto, *cap. de multa, de praben. & cap. literas, & ibi glos. verb. de consuetudine, de concess. prabend. clem. vlt. eodem tit. de prabend.* Quin & causatur ex alijs causis, de quibus per Rebuff. *in prax. tit. de dispensat. rat. atat. in verbo incompatibilia*, *num.* 1. & per Hojed. *de incompatib. part.* 1. *&* 2. vnde non sequitur, constitutio induxit incompatibilitatem; ergo ratione residentiæ, cùm possit ex alijs causis induci, aliàs esset arguere de genere ad speciem, quod non licet, Bart. *in l. si quid earum, §. interemptum*, vbi gloss. *in verbo paratum, ff. de legat.* 3. Euerard. *in loc. a gener. ad spec.* Et eo maximè in casu nostro, cùm inspectis verbis constitutionis videatur incompatibilitas inducta ratione consistentiæ sub eodem tecto; emanauit enim constitutio, vt in ea legitur pro decore, & venustatæ dictæ Ecclesiæ, & augmento diuini cultus, qui effectus consequitur ex maiori numero deseruientium in Ecclesia, iuxta *Extrauag. execrabilis, in princ. de prabend.* 2

Noc

3 Nec potest dici frustratoria prædicta constitutio, ex quo talis incompatibilitas ratione eiusdem tecti esset priùs à iure inducta, ex supradictis, cùm certum sit, quòd Capellania, & Canonicatus sunt beneficia difformia, quo casu plures tenent non induci prædictam incompatibilitatem, sed tantùm in beneficijs vniformibus, ad notat. per Lap. *allegat.* 116 *num*, 5. Felin. *in c. ex parte il secundo*, *n.* 3. *de rescript.* & Rebuff. *in prax. tit. de non promo. infra annum num.* 76. Nauarr. *cons.* 16. & 18. *de præbend.* Paris. *de resignat. benef. lib.* 3, *q.* 1. *num.* 128, Et contrarium, quòd imò etiam ista incompatibilitas detur in beneficijs difformibus, & diuersis, tenuerunt Innoc. *in cap. cùm iam dudum, de præbend.* & Mandos. *in Signatur. grat. in tit. de dispensat, ad beneficia sub eodem tecto*, *versic. ad duo beneficia*, & Hojed. *in dicto cap.* 20. *num.* 25. vnde dicta constitutio satis operatur, disponens dictas Capellanias cum Canonicatibus esse incompatibiles, & sic dirimens supradictam Doctorum controuersiam, vel potiùs primæ illorum sententiæ inhærens.

4 Vlteriùs prædictæ constitutioni respondebatur, quòd cùm loquatur generaliter de Capellanijs, non sit intelligenda de ista, quæ est de iurepatronatus laicorum, quod non comprehenditur sub generali dispositione Pontificis, gloss. *in c.* 2. *in verbo collatio*, & ibi Doctores *de præbend. in* 6. Cassad. *decis.* 6. *num.* 5. *de iurepatr.* cum alijs adductis per Hojed. *vbi suprà, part.* 1. *cap.* 24. *num*, 109. Et quòd ista Capellania sit talis, apparet ex præsentatione facta à patronis in personam vltimi possessoris defuncti, quam fuit subsecuta institutio, & sic constat de vltimo statu, quod in beneficialibus attendi debet, Dec. *consil.* 126. *num.* 1. Ferret. *cons.* 132. *num.* 11. Rota *decis.* 14. *de iurepatronat. in antiq.* Seraphin. *decis.* 1095. *num.* 3. & 1227. *num.* 5.

5 Et quamuis videatur hoc intelligendum de iurepatron. laicorum ex dotatione, & fundatione, & constructione, ad notata per Federic. de Sen. *cons.* 65. *post princ.* Archidiacon. & Geminian. *in cap.* 2. *num.* 12. *vers. sed quid in ista reseruatione, de præbend. in* 6. Abb. *in cap. dilectus, ante fin. de offic. delegat.* Cassad. *decis.* 4. *num.* 1. *de iurepatr.* Hojed. *d. cap.* 24. *num.* 111. Modern. *ad regul.* 8. *gloss.* 18. *numer.* 18. *cum seqq.* Fuit dictum nos versari in iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, & hoc desumi ex statuto antiquo eiusdem Ecclesiæ de anno 1350. dato in summario pro parte Sebastiani, vbi non semel, sed bis loquendo de istis Capellis, refertur in his verbis, *Qui dictas Capellas fundarunt*, &c. quæ verba antiqui statuti denotant ex fundatione istud iuspatronatus processisse, &c.

Prima est decisio 489. *supra in hac parte*, *Altera verò est decisio* 578. *pariter supra in hac parte*.

R. P. D. PIROVANO,

Sabinen. iuris pascendi.

Veneris 16. *Ianuarij* 1615.

ARGVMENTVM.

Ius pascendi quomodo probetur in territorio alieno, est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Interdictum retinenda datur in discontinua seruitute iuris pascendi, num. 1.

Dominium quomodo per testes probetur, n. 2.

Iuris pascendi seruitutem prætendentes illam probare non dicuntur, nisi etiam probauerint eorum possessionem esse differentem a possessione vniuersali ipsius domini terrarum, & compatibili cum ea, n. 2. *&* 3.

Possessio iuris pascendi probatur per perceptionem fructuum herbarum, nisi alter existeret in possessione illarum terrarum, in quibus herbarum fructus percipitur, num. 3.

Possessores duo eiusdem rei esse possunt, subsistente diuersa possidendi causa, ibid.

Pascua dicuntur esse in peculio vniuersitatis. Declara vt num. 4.

Ius competens particularibus vel vniuersis differt à iure illis competente vti singulis, num 4. *vers. Ad prædicta.*

DECISIO DCXXXII.

FVit resolutum Martio Funetto, Georgio Patritio, & 1
Dominico Paganico, non esse dandum mandatum de manutenendo in possessione pascendi cum suis animalibus vagantibus, seu mercantilibus, & non aratorijs in territorio Palumbariæ in Quartis Quirani, Marzolani, & Campanilis. Quia etsi in hac discontinua seruitute iuris pascendi non videatur posse denegari interdictum retinendæ, vt affirmant Socin. Rebuff. Cæpol. & alij per Menoch. allegati *de retinend. possess. remed.* 3 *numer.* 131. Marc. *decis. Delph.* 592. nihilominus cùm constet de dominio terrarum pro parte Domini Ducis, in quibus particulares prætendunt huiusmodi seruitutem, existimarunt Domini probationem non esse concludentem pro obtinenda manutentione petita.

Dominium enim D. Ducis respectu terrarum, in qui- 2
bus seruitus prætenditur, visum est ad hunc effectum satis probari ex testibus, qui dantur in summarijs, dum deponunt de vero dominio Domini Ducis, & de possessione ex eo quòd diuidat, & distribuat terras ad culturam, & de exactione annuarum recognitionum, & responsionum, de venditione lignorum, de concessione pascuorum exteris transeuntibus, & illic cum animalibus commorantibus, & de solutione pensionis currentis cum eisdem, & de retentione earundem terrarum, vt de per se eas laborare faceret, quæ omnia benè probant bona illa pertinere ad dominium ipsius castri Palumbariæ, vt dicit Alciat. *cons.* 20. *num.* 2. *lib.* 5. Ioan. de Amic. *consil.* 8. *num.* 54. & 56. Hondad. *cons.* 84. *num.* 15. *lib* 2. ponderans recognitiones ementium pascua, ideò non sufficit prætendentibus seruitutem iuris pascendi probare vsum pascendi, nisi etiam probauerint eorum possessionem esse differentem à possessione vniuersali ipsius domini terrarum, & compatibili cum ea, scilicet, quòd vsi fuerint iure seruitutis, & quòd testes deponant, quòd ex aliqua causa putauerint habere vsum seruitutis, Bart. *in l.* 1. §. *hoc interdicto*, *ff. de itin. actuque priu.* quem sequuntur Natta *cons.* 23. *num.* 3. Alex. *cons.* 142. *num.* 3. *lib.* 7. ponens exemplum, si probata fuisset fama, quòd ius seruitutis competeret, Felin. *in c. ad quarta num.* 41. *versic. vel concordat. de præscript.* Cæpol. *de seruitute vrban. præd. cap.* 20. *n.* 1. Franc. Marc. *decis. Delph.* 592. *num.* 2. Bursat. post alios *cons.* 156 *n.* 35.

Et huius requisiti videtur manifesta ratio, quia data 3
possessione, & dominio ex parte D. Ducis, etiamsi particulares probauerint vsum inferentem ad perceptionem fructuum herbarum, per quam regulariter probatur possessio, *l. Titia, ff. de solut. l.* 2. *ff. de acquir. possess. l. litibus*, *ff. de agricol. & cens. lib.* 10. Cæs. de Grass. *decis.* 14. *num.* 4. *de testib. & decis.* 10. *num.* 3. *de caus. poss. & propriet.* tamen alio existente in possessione, contraria possessio allegata, & probata non erit manutenibilis, Bartol. *in l. quamuis*, §. *si conductor, num.* 2. *ff. de acquir. poss.* Crauett. *consil.* 50. *num.* 3. Cæsar. de Grass. *decis.* 21. *de prob.* Rota *decis.* 506. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* quia semper aut clandestina iudicabitur, aut irreleuans, dum perceptio fructuum in vsu consistens contingere poterit, vel precariò, vel familiaritate, vel domini terrarum incuria pro certis temporibus: propterea ad effectum huius manutentionis necessaria est distinctio causæ possidendi, vt vtraque sit compatibilis, & dari possit in vna, & eadem re, prout potest subsistente diuersa causa possidendi, nempe iure seruitutis, iure vsusfructus, iure pignoris, & similium, Alexand. *in l.* 3. §. *ex contrario*, *num.* 16 *ff. de acquiren possess.* Oldrad. *cons.* 257. *num.* 4. & hanc qualitatem testes pro particularibus examinati non concludunt; præterea non etiam videntur distinctè deponere de animalibus vagantibus, & eorum numero, sed potiùs in confuso cum alijs animalibus, quod non sufficere visum fuit ad hunc effectum, in quo possessio debet esse certa, cùm detur ad statum, in quo quis reperitur de tempore moræ litis, *l. si manifeste, C de seruit. & aqu.* Paris. *cons.* 27. *num.* 149. *lib.* 1. Honded. *cons.* 79. *num.* 47. *volum.* 1. & regulare est, quòd tantum sit præscriptum, quantum possessum, quando ius non assistit, vel non concurrit causa vniuersalis, Rota apud Put. *decis.* 102. *secundùm nouam impress. lib.* 1.

Non obstat, quòd imò pro particularibus ius assistat, 4
& concurrat causa vniuersalis, quia de iure habent fundatam intentionem, cùm pascua dicantur etiam in peculio

cilio vniuersitatis, vt in his terminis videtur firmare Castrens. *cons.* 376. *ante num.* 2. *vers. præterea licet, par.* 1. Couar. *pract.* q. 137. *num.* 1. & idem videtur sensisse Rota in Tiburtina castri sancti Poli 19. Iulij 1592. coram bo. mem. Litta: vnde ex qualibet possessione tam respectu partis, quàm respectu quantitatis inferri semper potest ad vniuersalem, & sufficit propter causam possidendi, quæ attenditur, non autem exercitium, Rota *decis.* 17. *par.* 2. *diuers.* Ad prædicta enim fuit responsum quòd Castr. & Couarr. loquuntur de vniuersitate, in præsenti autem quæstio est cum particularibus, & aliud est ius competens particularibus vti vniuersis, & aliud competens vti singulis, *leg. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diuis. l. sicut, §. vniuersitati, ff. quod cuiusque*, Gabr. *eodem tit. conclus.* 1. *num.* 2. Paris. *cons.* 27. *num.* 102. *lib.* 1. præterea loquuntur de domino nihil habente in castro præter iurisdictionem ciuilem, & criminalem, vt ex eo non inferatur ad dominium in pascuis illius territorij: in præsenti autem Dominus Dux habet proprietatem terrarum, in quibus particulares prætendunt seruitutem pascendi: demum loquuntur de pascuis publicis ad pasculandum semper destinatis; in præsenti autem versamur in terris cultiuandis, & seminandis alternatis annis, quæ non de sui natura, sed per accidens subiacent seruituti iuris pascendi.

5 Non obstat secundò quòd D. Dux non sit dominus omnium terrarum existentium intra fines Quartorum Quirani, Marzolani, & Campanilis, cùm maior pars possideatur ab Ecclesia, & ideò cesset, quoad eam necessitas præcisæ probationis, quod particulares vsi fuerint terris iure seruitutis. Quia fuit dictum, D. Ducem excipere de non iure particularium pascendi in proprijs terris: respectu autem terrarum Ecclesiæ non esse agendum in præsenti, cùm Ecclesiæ non sint in causa.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Assisien. Bonorum.

Die .....

ARGVMENTVM.

Pater quando dicatur filijs donasse inter viuos, & quando diuisio facta per patrem inter filios habeat vim vltimæ voluntatis.

SVMMARIVM.

Donatio inter viuos est irreuocabilis, num. 1.

Donatio facta per patrem filijs, dicitur inter viuos, quando in proœmio adsunt verba, vt quietè viuere possint, & nulla inter eos discordia oriatur, *n.* 2.

Donatio dicitur inter viuos, quando in ea adsunt verba translatiua dominij, ibid.

Verba dedir, *&* assignauit, *denotant translationem dominij, ibid.*

Donatio inter viuos dicitur quando in ea fit actus qui habet effectum de præsenti, ibid.

Diuisio quam facit pater inter filios, habet vim vltimæ voluntatis, num. 3.

Fallit quando in diuisione partes non resident in puris terminis diuisionis, sed transeunt ad contractum, qui sonat in donationem, tunc enim censetur donatio inter viuos, non autem diuisio, ibid.

Donatio facta per patrem, arguitur quando pater aliquid sibi reseruauit, num. 4.

DECISIO DCXXXIII.

1 ROta censuit non esse Monialibus dandam immissionem in possessionem beneficiorum comprehensorum in donatione facta per Bernardinum patrem Petro Paulo eius filio de anno 1565. quæ hodie per Dom. Nutos possidentur. Ratio fuit, quia cùm Bernardinus antea de anno 1599. de istis bonis disposuisset per donationem inter viuos, quæ est irreuocabilis, ista secunda donatio, cuius vigore agunt Moniales, est inefficax, nec in aliqua consideratione debet haberi.

2 Quòd autem illa dispositio per Bernardinum inter filios facta de anno 1559. fuerit donatio inter viuos, colligitur tam ex præfatione, quàm ex verbis dispositiuis in proœmio, siquidem habentur illa verba, *vt quietè viuere possint, & nulla inter eos discordia oriatur*, quæ verba ad istum effectum ponderat Paris. *cons.* 33. *num.* 17. *lib.* 3. Corn. *cons.* 228. *num.* 9. *lib.* 4. In parte verò dispositiua sunt verba translatiua dominij, videlicet, *dedit*, & *assignauit*, Ruin. *cons.* 187. *n.* 7. *lib.* 2. Grat. *cons.* 7. *num.* 21. *& seqq. lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 30. *num.* 39. *& seq.* dicitur enim donatio inter viuos, quando fit actus, qui habet effectum de præsenti, Verall. *decis.* 288. *par.* 2. Concurrunt etiam instrumentum, clausula *omni meliori modo*, promissio de non reuocando, & alia diligenter considerata per informantes pro D. Nutis.

Non obstat, quòd regulariter diuisio, quam facit pater inter filios, habeat vim vltimæ voluntatis, *l. filiæ, §. si pater, ff. fam. hercisc. l. quoties, C. eod.* quæ regula etiam in hoc casu coadiuuatur, ex quo in proœmio pater dicit se facere illam diuisionem, vt prouideat filijs tam in vita sua, quàm post suam mortem. Quia respondetur regulam non habere locum, quoties in diuisione à patre inter liberos facta non resident partes in puris terminis diuisionis, & vltimæ voluntatis, sed transeunt ad contractum cum pactis reciprocis, & iuramento, & promissione de non contraueniendo, & de nihil vlteriùs petendo, demumque quando in prædictorum exequutionem traditio subsequutur, quæ omnia concurrunt in hoc casu, in quo filij pro eorum victu prædia à patre tradita cum effectu consequuti fuerunt, tunc censetur facta non dispositio in vim vltimæ voluntatis, aut mortis causæ, sed donatio inter viuos irreuocabilis, DD. *in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb* vbi Ias. *num.* 40. & Cagnol. *num.* 272. & alios cumulat Osasc. *dec. Pedem.* 125. *num.* 4. 3

Non obstat, quòd pater reseruauit sibi proprietatem, quæ reseruatio videtur incompatibilis cum translatione dominij, fuit enim responsum, illam reseruationem fuisse factam limitatiuè, & restrictiuè ad casum, quo filij alienarent debita, contraherent, vel delinquerent, & illis casibus fuit conuentum, quòd bona ad patrem reuertantur, quæ dictio denotat, proprietatem fuisse translatam in filios, aptam tamen reuerti in casum confiscationis, vel alienationis, ex not. per Rebuff. *in l. verbum reddere, in vers. reuerti, ff. de verb. signific.* Sicuti quòd reseruatio, quam facit pater, arguat donationem, not. Paris. *d. cons.* 33. *n.* 31. Menoch. *de præsumpt.* 31. *&* 52. & quidem si Bernardinus voluisset facere dispositionem vltimæ voluntatis, non erat necessaria reseruatio aliqua in filios, & nihil fuisset translatum. 4

Prædicta confirmantur ex quo de anno 1571. illa bona, de quibus hodie agitur, fuerunt per Bernardinum, & filios vendita Nutis, qui vsque hodie illa possident, ex hac enim obseruantia potest declarari prædicta dispositio, & inferri, quòd fuerit per illam translatum dominium in filios, qui aliàs in venditione, & traditione dictorum bonorum nihil habebant agere. Et ex his, &c. 5

R. P. D. PIROVANO.

Conchen. decimarum de Casteyon.

Lunæ 19. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Remissoria non datur quando pars habuit plures dilationes ad probandum, & nihil probauit.

SVMMARIVM.

Remissoria denegatur quando pars habuit plures dilationes ad probandum, & nihil probauit, num. 1.

Remissoria dari solet data relenantia articulorum, n. 2.

Articuli dicuntur impertinentes, & irrelenantes, quando continent aliquid quod probatum non releuat, n. 3.

DECISIO DCXXXIV.

FVit resolutum non esse dandam remissoriam Rectori de Casteyon, quia causa per duas instantias fuit agitata in partibus, & in vtraque fuerunt datæ plures dilationes, quo casu solet denegari remissoria, Verall. *decis.* 50. *par.* 3. præsumitur enim quòd pars examinauerit meliores testes, quos habere potuerit, Ægid. *dec.* 36. *post princ.* Crau. *cons.* 134. *n.* 3. & fuit resolutum in pluribus causis, quæ allegantur in causa Ianuen. pecuniaria 5. Iunij 1613. coram R. P. D. Vbaldo, in qua hoc ipsum fuit firmatum. 1

Non

2 Non obstat, quòd data releuantia articulorum, remissoria non soleat denegari, Put. *decis.324. in fine lib.2.* cum alijs allegatis, & releuantia probetur ex eo quòd fuerit articulata pertinentia iuris rectorum vniuersalis percipiendi decimas croci, & oliuarum, ad quamcumque quantitatem ascendant, & consuetudo percipiendi integram decimam croci pariter, & oliuarum.

3 Quia vltra quòd ex supradictis patet responsio, quòd scilicet vbi datæ fuerunt plures dilationes, & probationes in partibus factæ fuerunt, remissoria sit deneganda, fuit etiam dictum articulos non releuare, nisi concludant augumentum croci, & oliuarum à quadraginta annis citra non esse factum, quod est fundamentum D. Episcopi, & per eum articulatum, & probatum, quia cætera iam sunt decisa pluribus resolutionibus in huiusmodi causis factis: cessante autem releuantia, frustrà probandum est, quod probatum non releuat, Caputaq. *decis.54. num.3. & 68. num.2. par.3.*

R. P. D. COCCINO.

Reatina Præpositurae.

Veneris 23. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

De authoritate Cardinalis habentis indultum conferendi beneficia reseruata, plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Commendatarius, qui vigore commenda est ordinarius collator, dicitur habere intentionem fundatam in collatione beneficiorum proprij territorij, n.1. Et quando dicatur ordinarius collator, num.2.

Territorium separatum quoad certas Ecclesias existentes in aliena diœcesi acquiritur non solum ex priuilegio Apostolico, sed etiam ex immemorabili, vel quadragenaria, cum titulo, ibid.

Visitationes facta per Episcopum non excludunt Ecclesiam esse nullius diœcesis, cum potuerint fieri vigore Concilij, non autem iure ordinario, ibid.

Cardinalis habens indultum conferendi beneficia reseruata sua diœcesis, dicitur illa conferre auctoritate ordinaria, non autem vigore indulti, n.3. Etiam expressè diceret se conferre vigore indulti, ibid.

Indultum conferendi beneficia reseruata habens decretum irritans, & derogationem ad futuras regulas, non censetur reuocatum per regulam tertiam Cancellariæ, sed per regulam octauam sic, num.4.

Regula 14. reuocatoria facultatum conferendi beneficia olim comprehendebat etiam Cardinales, hodie autem non, ibid.

Regula octaua excipiens Cardinales non solum intelligitur de illis, qui sunt maiores collatores, vt Episcopi, sed etiam de his, qui sunt collatores inferiores, vt Abbates, & similes, num.5. Non tamen intelligitur de Cardinalibus Legatis, num.6.

Resignatione statim ius abdicatur à resignante, n.7.

Intellige procedere in resignatione simplici, & pura, per quam statim abdicatur ius à resignante: secus in resignatione ad fauorem certæ personæ, per quam remanet apud resignantem ius, & possessio in pendenti, donec perfectè ius acquiratur resignatario per adeptionem possessionis, n.8.

Etiamsi agatur contra ipsum resignatarium, num.9.

Et interim quod resignatarius non adipiscitur possessionem, resignans habet ius conferendi, ibid.

Et redditur ratio, num. 10.

DECISIO DCXXXV.

1 VAcauit in mense Ianuario reseruato Præpositura Ecclesiæ S. Angeli ciuitatis Reatinæ, quæ est prima dignitas in collegiata: vnde dubitaui, an deberet obtinere prouisus Apostolicus, vel prouisus ab Illustrissimo D. Cardinale Montalto Abbatiæ Farfen. commendatario? Et Rota censuit debere obtinere prouisum à D. Cardinale, ea ratione, quia cùm vigore dictæ commendæ sit ordinarius collator, de iure communi secundario habet intentionem fundatam, vt collatio beneficiorum suæ diœcesis, vel proprius territorij sui separati, ad ipsum spectet, *cap. regenda 10. cap. nullus omnino 16. quæst.7. c. nemo il primo, de consecrat. dist.1. c. ex frequentibus, de instit. c. conquerente, de offic. ordin. cap.2. de relig. dom. c. cum personæ, de priuil. in 6.* Felin. *in c. cum venerabilis, n.31. cum pluribus seqq. de except.* Dec. *cons.117. n.1. & cons.152. ante n.1.* Sylua *de benef.2. part. quæst.26. n.28. 35. & 52.* Mandos. *in reg. cancell.14. q.2. n.2.* Francus Marcus *quæst.392. n.3. & quæst 870. num.2. lib.2.* Rota *decis.4. n.1. in princ. de concess. prabend. in nouis, & decis.78. n.1. part.1.*

Quòd autem vigore dictæ commendæ sit ordinarius collator, satis patet, quia Innocentius III. post alios Pontifices in dicta Bulla enunciatos suscepit sub eius protectione, & successorum bona, & Ecclesias monasterij Farfen. inter quas enumeratur Ecclesia de qua agitur, & eas eximit à iurisdictione ordinarij, ita vt omnis correctio spectet ad Abbatem, non autem ad Episcopum. Vnde ex dicta concessione Apostolica potuit Abbas acquirere territorium separatum quoad certas Ecclesias existentes in aliena diœcesi, prout etiam potuisset acquirere ex immemorabili, vel quadragenaria, cum titulo, Abbas *in cap. super eo, num.6. de parochijs,* Rota *decis.207. n.5. part.2.* & quamuis ad hoc elidendum dentur plures visitationes Episcoporum, attamen illæ non officiunt, cùm appareant factæ post Concil. Trident. cuius vigore potuit visitari dicta Ecclesia, etiam quod esset nullius diœcesis, vt disponitur in eodem Concilio *sess.24. cap.9. de reform.* & hoc sufficit ad excludendum, quòd Episcopus visitauerit iure ordinario, vt fuit resolutum in causa Aquilana iurisdictionis 30. Martij 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in alia Theatina iurisdictionis 17. Decembris 1612. coram me. 2

Neque obstat, quòd ista Præpositura est reseruata tam vigore reg.3. cùm sit prima dignitas in collegiata, quam vigore reg.8. cùm vacauerit in mense Ianuario. Nam fuit responsum, quoad eum attinet ad reg.3. quòd illa non officit, cum Cardinalis à Sixto V. habuerit indultum conferendi ista beneficia reseruata, quod indultum cùm remoueat obstaculum, Cardinalis confert auctoritate ordinaria, non autem vigore indulti, Cassad. *decis.8. num.6. & 10. de praben. & decis.3. n.2. de priuil.* Put. *decis.200. lib.1.* secundùm nouam impressionem, *& decis.93. & 190. lib.3.* Caputaq. *decis.214. part.2.* Mohed. *decis.12. ad fin. de praben. & decis.1. & 8. de priuil.* & fuit resolutum in causa Hispalen. pensionis 19. Ianuarij 1594. coram bo. me. Cardinale Pamphilio, & in causa Romana beneficiatus S. Petri 8. Aprilis 1595. & 5. Nouembris 1596. coram bon. me. Gypsio, prout etiam videtur expressè contulisse D. Cardinalis in hoc casu, cùm dixerit, quòd conferebat auctoritate sua ordinaria, & licet subdiderit, & vigore indulti, non releuat, quia contulit auctoritate sua ordinaria, quia etiam quòd solùm dixisset conferre vigore indulti, tamen intelligeretur contulisse auctoritate sua ordinaria, Paris. *cons.42. num.5. volum.4.* Io. Paul. *decis.27.* Thom. Triuisanus *in decis. Venet.514. num.15. lib.2.* Modernus gl. *reg.8. gl.24. num.68.* & fuit dictum in causa Hispalen. pensionis 19. Ianuarij 1594. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio. 3

Et quamuis indultum prædictum fuerit concessum ante reg.3. S. D. N. non ideò sequitur, quòd per illam fuerit reuocatum: nam etsi Cassador. *in decis. 1. in fine, de restit. spol.* velit, quòd decretum irritans positum *in reg.7.* censeatur repetitum in alijs regulis præcedentibus: quod quidem decretum operatur, vt regula debeat seruari non obstantibus in contrarium facientibus, *cap. si eo tempore, de elect. in 6.* Gemin. *cons.143. n.1. vers. Decretum enim,* Rom. *cons.402. per totum.* Attamen quicquid sit de opinione Cassadori, de ea non est agendum, quia indultum D. Cardinalis habet etiam decretum irritans, & derogat futuris regulis Cancellariæ, & ideò prædictum indultum non censetur sublatum per *reg.3.* licet secus esset dicendum ex clausolis *reg.8.* si illa comprehenderet etiam Cardinales, vt statim dicetur, Bart. *in l. si quis, in princ. sub num.4. vers. cum ista verba, num.5. de legat.3.* Roman. *cons.436. num.3.* Paris. *cons.42. num.26. lib.4.* Gozad. *cons.9. num. 16. & 63.* Cassador. *decis.38. num.8. super reg.* Put. *decis.307. lib.3.* secundùm nouam impress. prout nec etiam videtur sublatum per *reg.14.* reuocatoriam facultatum conferenda beneficia reseruata, quia licet illa olim comprehenderet etiam Cardinales, vt patet ex decis. Vestalli 19. *lib.3. in m. s. incipit, In vna Beneuentana,* tamen 4

secus

secus est hodie, cùm in ea expressè excipiantur Cardinales, & propterea regula eis non nocet, Ripa *respons. 6. de constitut.* & fuit resolutum in causa Hispalen. de Xeres 12. Maij 1603. coram bo. me. Litta, Rot. *decis.* 537. *num.* 10. *lib.* 3. *part.* 3.

5 Quantum attinet ad reg. 8. cùm & illa excipiat Cardinales, ex ratione prædicta, non nocet in casu isto, & quamuis dicatur excipere tantùm Cardinales maiores collatores, prout sunt Episcopi, & superiores, non autem Cardinales inferiores collatores, vt sunt Abbates, & similes, ex decis. Cresc. 20. *n.* 5. *de praben.* Achill. *decis.* 1. *num.* 5. *in fine, de offic. ordin.* tamen contrarium visum fuit verius, nam exceptio est generalis, & ideo est apta comprehendere etiam Cardinales inferiores collatores, Seraphin. *decis.* 1042. *num.* 5. & cùm reg. reseruet beneficia in mensibus ibi expressis pertinentia ad collationem quorumcumque collatorum, & sic etiam inferiorum, ex vi illius dictionis vniuersalis, *quorumcumque*, sequitur vt etiam exceptio Cardinalium debeat intelligi de ordinariis collatoribus, etiam inferioribus, vt exceptio dicatur de regnis, *l. nam quod liquido, de pen. leg.* & in puncto est decis. Seraph. 980. *num.* 7. *part.* 1. & magis in indiuiduo, & in terminis terminantibus fuit resolutum in causa Spoletana beneficij 3. Iulij 1606. coram Reuerendissimo Attrebaten.

6 Neque prædictis resistit decisio Cresc. & Achillis, de quibus suprà, quia loquuntur in Legato, qui habet collationem quasi extraordinariam, & accidentalem, & superinductam. *gl. pen. in clement. fin. de offic. ordin.* & propterea non comprehenduntur sub exceptione regulæ, quia Papæ intentio est, vt solùm Cardinales non patiantur detrimentum in sua ordinaria collatione, qualis non est collatio Legati, vt suprà dictum est, & benè consideratur in allegata causa Spoletana coram Reuerendiss. Attrebaten. & bene etiam ponderat Modernus glossator *reg.* 8. *gl.* 24. *num.* 38. *& seqq.* aliàs enim regula in prouincijs Papæ esset quasi superflua, cùm ferè in omnibus adsint Legati.

7 Non obstat, quòd si exceptio regulæ non præseruat illos, qui habent collationem accidentalem, non suffragatur D. Cardinali, qui habebat collationem accidentalem vigore indulti: nam cùm resignasset Abbatiam ad fauorem nepotis, fuit abdicatum omne iùs ab ipso, Bart. Abb. Imola, & alij *in c. accepta, de restit. spol.* Cassad. *decis.* 4. *numer.* 3. *eod. tit.* Rot. *decis.* 1. *de renunt. in nouis, & decis.* 2. *eodem tit. in antiq.* & ideo conferendo vigore indulti non dicitur habere ordinatoriam collationem, Verall. *decis.* 19. *lib.* 3. *in m. s. incipit, In vna Beneuentana beneficij*, Put. *decis.* 164. *lib.* 3.

8 Nam, quidquid sit de viribus indulti Cardinalis post resignationem, superfluum enim est illud in hac facti specie examinate, fuit responsum, quòd cùm de tempore prouisionis D. Cardinalis resignatarius nondum cœpisset possessionem Abbatiæ, ipse potuit conferre prædictum beneficium, non enim ista fuit resignatio simplex, & pura, sed ad fauorem certæ personæ; quare possessio, & ius remanebat in pendenti penes ipsum D. Cardinalem, donec perfectè ius acquireretur resignatario, etiam per adeptionem possessionis, Achill. *decis.* 10. *de restitut. spol.* Put. *decis.* 158. *num.* 3. *lib.* 3. Rota *decis.* 4. *num.* 1. *de rerum permutat. in antiq.* Ias. *in consil.* 86. *in vlt. dubio lib.* 3. Paris. *consil.* 5. *numer.* 7. *& seqq. lib.* 4. Mohed. *decis.* 183. Gnid. *decis.* 59. Costa *decis.* 318. *&* 321. Verall. *decis.* 2. *lib.* 1. *in m. s.* Pontan. *de spolio lib.* 3. *num.* 72.

9 Et in fortioribus terminis, quòd ista conclusio procedat etiam contra ipsum resignatarium, quia antequam plenè illi sit ius acquisitum, penes resignantem remanent reliquiæ iuris, & possessionis, Put. *decis.* 5. *incipit, licet spoliatus, de restitut. spol.* Pontanus *de spolio lib.* 1. *num.* 126. *vers. sed non id futurum*, & fuit resolutum in causa Abulen. Zamoren. beneficiorum 17. Iunij 1594. coram bo. me. Pennia, & in alia Hispalen. & Caurien. permutationis 4. Decembris 1595. coram bo. me. Gypsio, & aliàs sæpissimè meo tempore: & propterea cùm ius, & possessio penes ipsum remaneat in pendenti, interim potuit validè conferre, Rebuh. *in praxi in tit. de simon. ex resign. n.* 27. *& seqq. & in tract. de nominat. q.* 14. *numer.* 157. quem refert, & sequitur Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 9. *cum seqq.* & præsertim *num.* 15. licèt secus sit in resignatione pura, & simplici, quia statim abdicatur ius à resignante, ex Doctoribus suprà allegatis, & in terminis renunciationis Episcopatus, quæ fit liberè, Paris. per istas rationes loco præallegato *numer.* 18.

Non obstat, quòd post resignatam supplicationem, & 10
præstitum consensum, etiam quòd resignatio sit ad fauorem ante adeptam possessionem, beneficium vacat per obitum resignatarij, quia hoc non releuat, cùm ea sit ratio, quare resignans ad fauorem possit conferre ante adeptam possessionem per resignatarium, quia cùm non abdicetur ius, & possessio à resignante, sed penes ipsum remaneat in pendenti, quamdiu sustinetur in officio, administrare potest, & conferre, *c. vlt.* 8. *quæst.* 5. *c. ad probandum, de re iudic.* Rebuff. & Paris. *locis præcit.* & ideo parum refert, quòd totum ius remaneat penes resignatarium, factum autem penes resignantem, quia sat est, quòd sustineatur in officio, ad effectum vt possit conferre, & collatio valida sit, ex supradictis, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Assisien. hæreditatis.

Veneris 26. Ianuarij 1615.

ARGVMETVM.

De vnione terrarum quando, & quomodo comprehendatur sub vno generali vocabulo.

SVMMARIVM.

Destinatione patrisfamilias terra diuiduntur, & nominantur, num. 1.
Terrarum vnio, & adiectio coniecturis, & præsumptionibus probatur, num. 1. *in fine.*
Confines descripti probant quid intra confines contentum dicatur, num. 3.
Possessio præsumitur capta ex præambulo titulo, num. 5.
Probatio per coniecturas dicitur plena, & concludens, numer. 6.

DECISIO DCXXXVI.

IN præterita decisione fuit firmatum, nedum bona donata à Martinangelo, sed etiam vendita, & donata, & 1
seu cessa per Carantoniam eidem Andreę spectare ad Franciscum, & cùm resoluta iterum in dubium reuocarentur, & causa pluries proponeretur, non fuit capta resolutio. Hodie tamen quoad bona Martinangeli Domini fuerunt concordes, & perstiterunt in decisis, reseruando particulariter determinare quid sentirent de bonis Carantoniæ. Repetebant enim fundamentum decisionum, quòd scilicet in donatione poderis collis Puni fuerunt comprehensæ etiam terræ controuersæ, quamuis in alijs balijs situatæ, cùm patrisfamilias destinatione contingere posset, & omnes istæ terræ vno vocabulo significentur, secundùm Bart. doctrinam *in l. sua §. tyranna. ff. de fund. instr.* per text. *in l. quod conclaue*, vbi gloss. 2. *in fin. ff. de damn. infect.* & hanc esse veram rationem, ponderant Alex. *in consil.* 169. *num.* 9. *lib.* 5. & Menoch. alijs relatis *cons.* 337. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 4. & ideò sufficere, quòd in hac vnione plurium fundorum concurrant coniecturæ, & præsumptiones inferentes ad actus positiuos augmenti, seu vnionis prædictæ, per quas appareat vna pars adiecta alteri, per text. *in l. cùm fundus nominatim. ff. de leg.* 2. & notat Raphael Cum. *in l. serui electione. ff. de leg.* 1. quæ coniecturæ, & præsumptiones sufficientes ponderabantur.

Primò ex ipso nomine podere, quod in quantitatem modiolorum 25. sonare videtur, ex consuetudine regionis, de qua deponunt testes ponderati in alijs decisionibus, ita vt non videatur simul consistere quòd Martinangelus donauerit terras sub nomine podere, quæ tamen non sufficiebant ad podere constituendum, dum in balia collis Puni modioli non excedebant numerum vndecim.

Secundò ex confinibus datis poderi donato, quæ 2
verificantur, & concordant cum alijs terris extra baliam collis Puni situatis, nempè iuxta bona Bielis Andreæ, & hæredum Sereniss. Alexandri Bentgni, quæ demonstrationes, & confinia concurrere etiam in bonis expressis in sententia, & laudo pro Liuinia, fuit di-

ctum in decisione in hac causa facta die 18. Martij 1611.& ex catastro per Lauiniam producto apparent verificari ijdem confines Bielis Andreæ, & hæredum Alexandri Benigni, quoad terras existentes in balijs de Mora, & de Pieue: vnde benè coniungitur augmentum, & vnio ex sola positione confinium, dum extra baliam collis Puni se extendunt; cùm tamen de per se sufficerent ad includendum terras intra confines situatas. *l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt.* Bal. *cons.* 420. *lib.* 4.

4 Tertiò huiusmodi terrarum vnio visa fuit magis etiam confirmari ex locatione de istismet terris facta per Camillum filium Martinangeli tanquam de podere in pluribus petijs terrarum, sub quo podere enunciantur terræ extra baliam collis Puni situatæ, & licet locatio ab eodem Martinangelo facta non fuerit, sed à Camillo filio; non leue tamen adminiculum præstat ad probandam intelligentiam nominis huius poderis, quod soleret comprehendere terras extra collem Puni sitas.

5 Quartò concurrit longissima possessio Francisci, & Andreæ eius patris ferè per 40. annos, qui cùm essent donatarij dicti poderis, & possiderint omnes illas petias terrarum, præsumitur possessio ex præambulo titulo donationis, & quòd possessio, & titulus fuerint conformes, *l. si certis annis*, vbi Bald. *n. 7. versic. talis ergo præsumitur origa causa, C. de pact.* Soc. *cons.* 145. *n. 1. ad finem l. 1.* & obseruantia conseruat titulum conformem ex solo decursu decem annorum. Abb. *cons. 6. num. 2. versic. tertium remedium, lib.* 2. Crauet. *cons.* 294. *n.* 8. *versic.* 21.

6 Non obstat, quòd Franciscus prætendat auocare bona sita in balijs plebis, & Moræ, tanquam comprehensa in donatione ex probatione æquiuoca, & dubia ex coniecturis deducta, quæ sufficere non videntur, vbi agitur de probatione dominij, quæ plenæ, & concludentes esse debent. Quia vltra quòd probatio per coniecturas, plena, & concludens probatio dici potest. *l. licet Imperator. ff. de leg.* 2. Ias. *in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait, num.* 18. *ff. de edend.* fuit etiam dictum non incumbere onus Francisco docendi de dominio terrarum, cùm satis releuetur ex sua anteriori possessione colorata ab obseruantia interpretatiua respectu quantitatis terrarum in donatione comprehensarum.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Fauentina hæreditatis.

Lunæ 26. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Argumentum habes in summario.

SVMMARIVM.

Sententia transit in iudicatum, quando ab ea non fuit appellatum, num. 1.

Renunciare quisque potest decreto concernenti proprium fauorem, ibid. in fine.

Appellare quando quis possit à futuro grauamine, numer. 2.

Filiorum prima est causa successionis in hæreditate paterna, num. 3.

Filiorum appellatione veniunt Moniales in materia proportionabili, ibid.

Fideicommissario non denegatur immissio, ex l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. *ibid. in fine.*

Hæres grauatus restituere, si alienauit bona fideicommissaria, debet alienata bona computare in detractionibus sibi debitis, num. 4. & 5.

Fideicommissaria bona quod fuerit in bonis fideicommittentis tempore mortis, probandum est à fideicommissario petente se immitti, num. 4. in fine.

DECISIO DCXXXVII.

FVit resolutum constare de re iudicata, quia fauore Monialium S. Maglorij ciuitatis Fauentiæ fuit lata sententia, & quidem validè, à qua per Ranconos aduersarios non fuit appellatum, quo casu sententia transit in rem iudicatam. *l. 3. C. de appell. c. quod ad consultationem. de re iud.* Roman. *cons.* 367. *numer.* 1. Neque obstare visum fuit, quòd sententia prædicta lata fuerit post interpositam appellationem à præcedenti decreto, & sic laboret vitio nullitatis, propter defectum iurisdictionis. Quia ex prosequutis apparet, quòd illud decretum fuit circumductum, nec habuit defectum, dum pars denuò fuit citata, & fuerunt seruati termini substantiales, & ad sententiam: nec vigore illius decreti fuit data aliqua immissio, sed vigore sententiæ postea latæ, quæ benè sustinetur, cùm potuerint Moniales renunciare decreto concernenti proprium fauorem. *l. si diuersa. C. de transact. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.* Surd. *cons.* 198. *num.* 2. *lib.* 2.

Nec pariter releuat, quòd appellatio nedum interposita à decreto immissionis iuuare possit, etiam respectu sententiæ postea latæ; cùm liceat etiam à futuro grauamine appellare, quando præcessit grauamen, & quando subest iustus timor, *cap. 1. de dilat. Clement. sicut de re.* Abb. *quæst. 6. col. fin. circa medium.* Quia fuit dictum illud procedere in extraiudicialibus, secus si in iudicio, quia ibi non appellatur, nisi à grauamine illato. Rot. *decis.* 92. *de appell. in antiq.* & eam distinctionem sequuta est Rota moderna in causa Terracinen. molendini 18. Octobris 1589. coram Gypsio, in qua vlteriùs fuit dictum appellationem prædictam non prodesse, nisi fuerit repetita, vel reproducta schedula in actis data, secundùm opinionem Ægid. *decis.* 121. *vers. ego enim*, quod neutrum videtur factum in præsenti. 2

Iustitia autem prædictæ sententiæ visa est satis clara, quia immissio fuit data Monialibus filijs Scipionis iunioris, quarum prima causa est in successione ab intestato, *§. sui. Instit. de hæred. qualit. & diff. §. 1. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* Nec isti de Ranconis poterant dici legitimi contradictores, quia in huiusmodi iudicio nituntur titulo fideicommissi Scipionis senioris, quod adhuc non constat purificatum ad eorum fauorem, sed potiùs expirasset, cùm fuerint substituti in euentum, quòd Scipio iunior moreretur sine filijs, qui tamen obijt relictis fœminis nunc Monialibus, quæ proculdubio filiorum appellatione veniunt in materia proportionabili. Gabr. *de verb. signif. conclus.* 6. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit.* 14 *num.* 17. vel saltem fideicommissum non est clarum, & obstant detractiones Trebellianicæ, & dotium, quo casu fideicommissum debet capi de manu hæredis, & ad eum effectum immissio hæredi non est deneganda, Zuccard. post Bald. & Castr. *in l. fin. num.* 426. *C. de edict. D. Adr. tollen.* Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 638 & latissimè fuit firmatum in Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Cardinali Lancellotto. 3

Non obstat, quod in præsenti cessent detractiones prædictæ, propter alienationes à Scipione iuniore factas, quæ probantur ex publicis documentis, & veniunt imputandæ ad easmandus circuitus, ex latè deductis per Peregr. *de fideicom. artic.* 39. *num.* 3. Quia vltra quòd prædicta requirunt altiorem indaginem, & discussionem, adhuc tamen clarè non constat de purificatione fideicommissi, de quo prius tanquam de articulo præiudiciali videtur agendum contra hæredem, ideo immissio fuit necessaria ad effectum, vt supra dictum est. Et addebatur præterea quòd istis de Ranconis fuit data immissio in possessionem domus, & vineæ, quæ non probantur fuisse in bonis fideicommittentis tempore eius mortis, prout necessarium est, vt tradunt Marzar. *in epitom. fideic. part. vlt. quæst.* 60. & sæpè fuit resolutum, quòd procedere debeat huiusmodi bonorum liquidatio. 4

Nec placuit Dominis responsio data, quòd ista bona subrogantur loco bonorum alienatorum, Surd. *decision.* 25. *num.* 18. cum alijs allegatis, quia & hoc casu requiritur discussio, vel expressa subrogatio, vel permutatio, prout intelligit Bart. *in l. Imperator. §. vlt. ff. de leg.* 2. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num.* 23. Ideò fideicommissario remanet actio, vel pro vendicanda re alienata, vel ad pretium contra hæredem, quia pro re empta non habet aliquam actionem ad eam vendicandam, Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 31. 5

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D.

R. P. D. P I R O V A N O.

Leodien. beneficij.

Luna 26. Ianuarij 1615.

A R G V M E T V M.

Datur appellatio à sententia lata in possessorio, quando continet fructuum condemnationem, & quid à secunda sententia in qua pronunciatur primam sententiam esse exequendam.

S V M M A R I V M.

Attentata pendente termino ad appellandum sunt reuocanda, etiam non subsecuta appellatione, per viam nullitatis, num. 2.

Appellatio datur etiam in possessorio, quando sententia continet condemnationem fructuum, num. 3. Vbi etiam idem quando pronunciatur præsentatum esse instituendum.

Appellatio quando detur in possessorio à secunda sententia mandante primam exequi, num. 4.

D E C I S I O DCXXXVIII.

1 IN hoc iudicio fuit lata sententia per A. C. super exequutione Breuis nomine Cameræ, instante Henrico prouiso Apostolico: sed ea per Gerardum prouisum à Nuncio fuit appellatum, & obtinuit causa appellationis admitti cum clausula, *parite Breui arbitrio Rotæ*, & exinde etiam fuit resolutum intrare arbitrium pro retardatione exequutionis, cùm esset ordinariè procedendum, & postmodum disputato cui beneficium esset adiudicandum, fuit dictum gratiam Henrici esse iustificatam, & interim donec Gerardus iustificet suam, præualere prouisionem Papæ, super quibus emanauit sententia Rotalis, in quia fuit pronunciatum benè iudicatum per A. C. & Henricum in possessionem beneficij esse immittendum, prout eadem die, quo lata fuit sententia fuit decretum: sed denuo appellatione interposita per Gerardum, fuit datum de attentatis, & dubio proposito an adessent attentata, quæ venirent reuocanda? Censuerunt Domini executionem immissionis cum inde sequutis esse reuocandam.

2 Apparet enim decretum intra tempora ad appellandum fuisse relaxatum, à quo si constaret intra legitima tempora esse appellatum, tanquam attentatum esse reuocandum. *cap. non solum. de appell. in 6.* Alex. *consil. 99. num. 3. lib. 5.* Guidop. *decis. 74. num. 1.* Lancell. *de attent. pend. temp. ad appell. num. 15.* Mohed. *decis. 11. num. 3. de prob.* Seraphin. *decis. 1045. num. 4.* Sed nihilominus etiam non iustificata legitima appellatione per viam nullitatis reuocandum est, quatenus causa sit appellabilis, iuxta decisionem Cæs. de Grass. 2. *de appell.* quam passim sequitur Rota, prout nouissimè relatis alijs decisionibus fuit dictum in Placentina beneficij 13. Nouembris præteriti coram R. P. D. Buratto.

3 Et quòd causa esset appellabilis, ex eo colligebatur, quia per scedulam fuit diffinitiuè pronunciatum, mandatum scilicet A. C. esse iustum, & vlteriùs processum ad condemnationem fructuum: vnde videtur causa fructuum cum causa immissionis æquè principaliter complicata, & admittenda appellatio ad vtrumque, vt in terminis tradit Contard. *in l. vnica limit. 1. num. 52.* post Bald. quem refert, & sequitur *in cons. 241. num. 6. & 7. lib. 1.* & idem Conrard. *in limit. 2.* ratione mixturæ *num. 23.* & *limit. 24* ratione complicationis, *num. 20.* & in terminis quando per sententiam diffinitiuam pronunciatur aliquem esse instituendum, quòd causa sit appellabilis, tradit Benintend. *decis. 79.* Gail. *obseru. 7. num 4. & 7. lib. 1.* Contard. *eod. tract. de momentan. limit. 3. num. 48.* & sæpè fuit resolutum, præsertim in Valentina decimarum coram Seraphino inter impress. 1295. & in Bergomen. præeminentiarum 16. Iunij 1606. coram R. P. D. Manzanedo, & in Barchinonen. Prioratus 23. Ianuarij 1609. coram Reuerendissimo Decano nostro, eo enim casu desinit esse interloquutoria, contra quam appellationes non recipiuntur.

4 Nec visum est obstare, quòd versemur in sententia

lata super possessorio exequenda; quæ per appellationem non retardetur, ea ratione, quia secunda est exequutio primæ, & secuti à prima non datur appellatio, ita nec à secunda, iuxta decisionem Capyc. 1. *num. 23.* post Bald. & Felin. quos allegat, quia Domini intellexerunt decisionem Capycij, quando per viam decreti fuisset processum dando exequutionem sententiæ A. C. de immittendo: secus autem quando per viam decreti non poterat procedi stante resolutione Rotæ, quòd intrabat arbitrium pro retardatione exequutionis, & etiam vlterioris processus in disputatione meritorum, cui beneficium scilicet esset adiudicandum, quia tunc sententia immissionis habet dependentiam à meritis: & iustitia causæ, & consequenter subiacet appellationi.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. D V N O Z E T T O.

Romana vineæ.

Luna 26. Ianuarij 1615.

A R G V M E N T V M.

Pretinm in subhastatione oblatum præsumitur iustum, testesque super pretio alicuius rei deponentes nihil probant, deponendo de eorum iudicio, nisi etiam deponant de communi valore.

S V M M A R I V M.

Subhastatio præsumitur in dubio facta iusto oblato pretio, & qui pretium iniustum dicit, probare debet. Declara vt num. 1.

Subhastatio facta à iudice lite auocata, & pendente in Rota, nulla prorsus, & inualida est, ibid.

Pretia rerum non probantur per testes deponentes de eorum iudicio, non autem de communi valore, num. 2.

D E C I S I O DCXXXIX.

PLacuit Dominis resolutio facta in hac causa sub die 23. Iunij proximè præteriti, * quòd scilicet ad Tarisium specter pro iustificatione clausulæ *Constito*, de bono iure docere, ne dum de iustitia crediti, pro quo vinea fuit subhastata, sed etiam pretij per ipsum oblati mediante persona Bosij, nec visum fuit illi suffragari posse, quòd in hac positione fuit deductum pretium oblatum iustum præsumi, stante præsertim iudicis decreto, ex decisione data in causa Spoletan. prædij Veneris 27. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio, & propterea Bartholomæo contrarium asserenti debeat incumbere onus probandi iniustitiam pretij, ex Surd. *consil. 256. num. 4. in fine*, nam cùm hoc decretum iudicis de subhastando, oblatio, ac deliberatio, & alia inde sequuta fuerint attentata, vt gesta lite in Rota pendente cessat talis præsumptio, quæ aliàs pro iudice staret, vt latè per Lancell. *part. 1. c. 2. de attent. à iudic. per totum*, & per consequens Signatura voluit astringi Tarisium, qui sub nomine Martiæ creditricis, & Bosij emptoris petijt recipi attentata ad docendum de iustitia pretij oblati, in quo totum præiudicium Bartholomæi debitoris versabatur. In quam etiam sententiam eo libentiùs iuerunt Domini, quia, vt latè fuit deductum in alia decisione constat callide fuisse ex parte cursoris deuentum ad deliberationem. 1

Hoc firmato probatio facta per cursorum post decisionem minimè vtia fuit concludere iustitiam pretij, cùm testes ex eorum depositione satis imperiti in æstimandis pretijs rerum deteguntur, nec sunt inter se concordes, deponunt de eorum iudicio, non autem de communi valore. *l. pretia rerum*, & ibi post alios latè Cagnol *num. 25. & 240. C. de rescind. vend.* Et ex his Domini vtraque parte informante steterunt in decisis, &c. 2

Ex decisio 604. supra in hac parte.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali,

Forosempronien, pensionis.

Lunæ 9. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Reseruata pensione, dummodo remaneant liberè pro Episcopo mille, onera solui debent à pensionario, & non ab Episcopo.

SVMMARIVM.

Pensione reseruata cum conditione, dummodo remaneant mille pro Episcopo, pensionarius debet probare purificationem conditionis, n. 2.

Valor beneficij dicitur ille, qui remanet deductis oneribus, num. 3. præsertim in reseruatione pensionis in Episcopatu, cum conditione, dummodo remaneant mille liberè pro Episcopo, n. 4. & 5.

DECISIO DCXL.

1 IN resignatione Episcopatus Forosempronien. facta per D. Accorambonum, Papa illi reseruauit an pensionem ducatorum mille ducentorum monetæ liberam ab omni decima, & quocumque alio onere tam ordinario, quàm extraordinario, ex quacumque causa imposito, vel imponendo super dictæ mensæ Episcopalis fructibus, & redditibus, &c. Dummodo ex fructibus eiusdem mensæ mille ducati liberè annuatim remaneant persoluenda, & per ipsum D. Accorambonum donec vixerit, percipienda. Orta fuit controuersia inter D. Accurambonum ex vna, & D. Landum modernum Episcopum ex altera parte, an Episcopatus sit capax pensionis reseruatæ D. Accorambono? Et quia per Episcopum Forosempronien. supportantur infradicta onera, pro tiuremibus scut. 25. pro tertiaria Marchiæ scut. 15. 7. pro magistro capellæ pro rata tangen. Episcopo scut. 10. 25. pro clerico scut. 5. 12. pro concionatore tempore quadragesimali scut. 25. pro victu concionatoris, & socij scutorum .., & alijs oneribus si quæ sint, fuit dubitatum, an solutio prædictorum onerum spectet ad pensionarium, vel potius ad Episcopum in casu, & ad effectum de quo agitur? Et excepto onere concionatoris de quo infrà, Domini fuerunt in voto, quòd prædicta omnia nullo modo spectent ad Episcopum Landum.

2 Moti fuerunt Domini, quia Episcopus Landus habet fundatam intentionem super omnibus fructibus, & emolumentis sui Episcopatus, & propterea dum D. Accorambonus petit suam pensionem, debet probare, vel saltem permittere quòd purificetur conditio sub qua est reseruata dicta pensio, ad *l. si hæredi, ff. de condit. instit. l. sub diuersis, l. quod tradit. ff. de condit. & demonstr.* cum concord.

3 Non purificaretur autem conditio, si ista onera imponerentur Episcopo Lando, quia tunc non esset verum dicere quòd sibi remaneant mille ducati liberi, sed tantùm noningenta, & fortè minus, quod probatur, tum ex eo quòd valor dicitur ille, qui remanet deductis oneribus, Felin. *in cap. ad aures sub n. 13. ibi, duodecima conclusio, de rescript.* Rota *in antiq. decis. 60. de concess. prebea.* & in Firmana pensionis coram bon. mem. Card. Blanchetto 16. Iunij 1582. Seraph. *decis. 1297. n. 1.* Et sic non erunt mille, nisi deducantur onera.

4 Tum multò magis, quia Papa voluit remanere liberos, quod non purificaretur, si super illis remanerent ista onera, quia libertas, & onus sunt contraria, vt de se patet. Et ad propositum tradunt Oldrad. *cons. 34. num. 2.* Aym. *cons. 122, a, 6.* Alex. *cons. 12. n. 1. lib. 2.* Bal. *cons. 47. n. 9.* Ruin. *cons. 213. n. 3. lib. 1.* Surd. *cons. 143. n. 23.* Rot. *diuers. par. 1. decis. 298.* & in Oppiden. pensionis 3. Iunij 1596. cor. bo. me. Litta.

5 Et ponderarunt Domini quòd istæ conditiones, quòd debeant remanere mille Episcopo pro tempore existenti, opponuntur in exequutionem sacri Conc. Trident. *sess. 23. cap. 3. de reform.* quod quidem Concilium videtur excludere huiusmodi onera, dum dicit quòd Cathedrales, quæ duc. 1000. secundùm verum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reseruationibus fructuum grauentur. Certum autem est, quòd verus valor est ille, qui remanet deductis oneribus, ex Bart. *in l. fundi Trebatiani, in fin. ff. de vsufr. legat* Rot. *diuers. part. 1. decis. 948.* cum alijs suprà allegatis. Ponderando maximè verbum *verum*, quod excludit omnem fictionem, siue interpretationem, *c. cùm Io. Eremita, de fid. instrum.* Alexan. *cons. 56. n. 1. lib. 4.* Castren. *cons. 193. in fine,* Afflict. *decis. 253. n. 7. &c.*

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. de Cattaneis.

Lunæ 9. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

De probatione filiationis, & legitimitatis, nec non de probatione mortis multa notabilia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Filiatio, & descendentia probatur per tractatum à suis parentibus ad effectum successionis, & legitimitatis, numer. 1.

Filiatio probatur ex fide Baptismi, numer. 2. Declara vt num. 3. & 4.

Filiatio, & legitimitas nunquid probetur per nominationem factam in testamento, vna cum institutione hæredis, num. 2. in fine, & num. 5. & seq. Vbi declaratur hæc conclusio.

Mors alicuius probatur ex fide Sacristæ attestantis de tumulatione mortui, n. 8.

Mortis adminiculum non leue est publica fama, num. 9.

Mors eorum, in quorum casu mortis quis est substitutus, per quem probanda sit, ibid.

Mors probatur per testes deponentes se vidisse aliquem sepeliri, num. 10.

Viuere quis non præsumitur vltra centum annos, n. 11.

Identitas personæ duabus demonstrationibus significatur, num. 12.

DECISIO DCXLI.

FIrmato priùs ex particulari decisione testamentum 1
Andreæ esse in forma probanti, continuauit disputationem eiusdem dubij, an testamentum suffragetur Isottæ. Et Domini dixerunt probari descendentiam Isottæ, & filiorum Ludouicæ, & obitum ante prædictos vocatorum, reseruando particulariter videre de recognitione. Nam cùm Isotta, & Ludouica, cuius personam hodie repræsentant eius filij, habuerint in patrem Curtium, & Curtius Cæsarem, & Cæsar Andream, benè iustificant se ab Andrea descendere, probando primò se filios Curtij ex depositione testium, qui dantur dum asserunt, quòd inter Curtium, & Panninam matrimonium intercessit, & quòd ex eis natæ fuerunt duæ fœminæ Isotta, & Ludouica, quæ fuerunt semper pro filiis legitimis, & naturalibus tentæ, & reputatæ, & tractatæ à prædictis suis parentibus, quod sufficit ad effectum probationis filiationis, & legitimitatis, Bald. & alij *in c. per tuas, de probat.* Surd post alios *cons. 1. num. 53. lib. 1.* Rota *decis. 1. part. 1. diuers.*

Maximè cùm testes prædicti iuuentur ex fide Baptismi 2
eiusdem Isottæ, & Ludouicæ, quæ datur sub die 18. Augusti 1580. & die 26 Decembris 1577. quas pro valido adminiculo deseruire sæpè fuit resolutum, vt in Aretina Capellaniæ 10. Martij 1591. coram Illustrissimo Cardinali Millino, quibus accedit instrumentum renouationis emphyteusis factæ, per bon. mem. Cardinalem Riarium Abbatem sanctæ Mariæ in regula in prædictam Isottam, & Ludouicam sorores vti filias legitimas, & naturales Curtij, quod est signum filiationis, & legitimitatis indubitatum, cùm ab institutione, & successione deducatur, vt ponderant Bald. Dec. Imol. & alij allegati per Surd. *d. consil. 1. numer. 50.*

Nec obstare visum fuit, quod quartus testis loqua- 3
tur de Pannina vxore cuiusdam de Marzarijs, secundus verò loquatur de quodam Curtio in genere, & sit vnicus, & tertius sit Imolæ examinatus, super quo fundamentum fieri non potest propter nullitatem examinis, ita vt semota probatione testium fides Baptismi,

& eiusn-

& enunciatiua instrumenti locationis tanquam moderna non attingens centesimum annum, non sufficiat vbi agitur de probatione proprietatis filiationis ad effectum succedendi tertio, Put. *decis.*222. *lib.*1. Rota coram bo. me. Cardinali Plato in Sutrina beneficij sancti Angeli 13. Martij 1588. quæ data fuit.

4 Quia fuit responsum primò nullitatem examinis non obstare, vt in fine decisionis dicitur; & quamuis quartus testis deponat de auditu ab eius fratre; secundus tamen, & tertius optimè concludunt filiationem, & paternitatem respectiuè, asserentes se scire, quòd Curtius, & Pannina erant coniuges, & quòd ex eis natæ sunt Ludouica, & Isotta. Secundò probatur Curtium habuisse Cæsarem in patrem ex depositione eorumdemmet testium, nempè primus, secundus, & tertius de scientia affirmant Curtium fuisse filium Cæsaris, quia pro tali fuit ab eodem Cæsare tractatus, & nominatus, & depositiones prędictæ adminiculantur pariter ex fide Baptismi Curtij, & instrumenti renouationis emphyteusis, quo enunciatur Curtius filius q. Cæsaris, quòd sufficere suprà dictum fuit.

5 Tertiò probatur Cæsarem esse filium legitimum, & naturalem Andreæ ex testamento ipsius Andreæ, in quo vocat Cæsarem filium suum, & vt talem illum instituit hæredem vniuersalem, quæ nominatio iuncto actu proportionabili circa hæredis institutionem iustificat enunciatiuam filiationis, ne dicatur propter aliud emissa, Paris. *cons.*23. *num.*29. *vol.*2. *& consil.*29. *num.*10. *& cons.* 96. *num.* 2. Gozad. *cons.* 13. *num.*7. dicens, quòd etsi nominatio, quæ fit in testamento, nihil releuare videatur, tamen id procedere, quando est annexa legato, secus si sit coniuncta vniuersali institutioni, idem firmat Rebuff. *tit. de nominat. in princ. num.* 3. & hanc partem quando nominatio, & hæredis institutio concurrunt, sequuta est Rota in Bononien. de Gozadinis 18. Decembris 1606. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & iterum in Bononien. Poetis 17. Iunii 1615. coram Reuer. P. D. Vbaldo.

6 Ex quibus patet declaratio ad decisionem coram bon. mem. Cardinali Plato in Sutrina beneficij 13. Martii 1588. quia enunciatiuæ supra centum annos ad effectum probationis requiruntur, quando sunt separatæ ab actu proportionabili, & tunc etiam testamenta non attenduntur, quando alternatiuè vel fiunt nominationes, vel instituuntur hæredes, quia nominatio propter aliud potuit fieri, & ex hæredis institutione non infertur necessariò ad filiationem, secus si vtrumque concurrat: sed prædictis etiam accedunt decisiones inter Cæsarem tanquam filium Andreæ, & Sixtum eius patruum, quæ deseruiunt pro adminiculo continuationis filiationis, quia non præsumeretur tamdiu sic nominatus, nisi filius esset nominanti, & animaduertit Rebuff. *d.tit.de nominat. in princip. num.*5.

7 Quo verò ad secundam partem resolutionis, quòd scilicet probetur obitus eorum, qui præcedebant in vocatione D. Isottam, & Ludouicam, visum est satis constare ex eo quòd Camillus, & Nicola filii Sixti fratris Andreæ testatoris probantur decessisse absque sobole, ac etiam ex eo, quòd alij substituti in casum deficientiæ lineæ filiorum prædicti Sixti prædecessserint Camillo, & Nicolæ, nempè filii Antonii fratris Andreæ testatoris substituti in quarta parte, Marcus Antonius eiusdem testatoris frater pro alia quarta parte, Alexander filius naturalis Sixti pro alia quarta parte, & demum Franciscus alumnus eiusdem testatoris pro vltima parte vocatus.

8 De morte Nicolæ primo loco, & Camilli sine filiis legitimis, & naturalibus, quamuis testes dati in summario *num.*16. deponant de auditu tantùm, probatio nihilominus quoad mortem benè adminiculatur ex fide Sacristæ sancti Dominici Bononiæ, in qua attestatur de tumulatione dictorum fratrum, nempè Nicolæ sub die 4. Martij 1583. & Camilli sub die 6. Decembris 1608. & in funere eorumdem datur alia partita extracta ex libris Sacristarum, in qua enunciatur merces soluta pro pulsatione campanæ, ex quibus etsi plena probatio non deducatur, saltem facere præsumptionem, & adminiculum, etiamsi de magno præiudicio agatur, admittunt Imol. *consil.*110. *in fin.* Crau. *de antiq. temp. par.*1. §. *vidimus, in princ.*

Et iuncta fama sufficiens redditur probatio eorum mortis, cùm possint iungi ad perfectam probationem, Gabr. *conclus.* 1. *per totam. de probat.* & quòd decesserint sine filiis, testes deponunt de auditu, & hæc probatio non etiam videtur necessaria substitutis, sed aduersariis contrarium asserentibus, *l. ex facto*, §. *si quis autem*, vbi Ang. *num.*2. Alex. *num.*24. *ff. ad Trebell.* Castr. *cons.*301. *num.*4. *lib.*1. Natta *consil.*395. *num.*5. quod etiam fuit firmatum in allegata decisione Bononien. de Gozadinis coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, in qua dicitur id maximè procedere, quando non apparet filios fuisse procreatos, prout in præsenti non constat, quinimmò datur vrgentissima præsumptio non procreationis ex arrogatione per Camillum facta de Io. Paulo Paggiono, dum ageret sexagesimum tertium annum, cum assertione ad arrogationem venisse, quia sperabat futuram prolem legitimam ex vxore sua. 9

De morte filiorum Antonij deponunt primus, secundus, & sextus testis, & quidem concludenter, quia dicunt vidisse mortuos Vincentium, Hieronymum, & Iacobum filios Antonij ante Camillum, & vidisse eos tumulo mandari, & hæc fuit theorica Bart. *in l.*2. §. *sed & si dubitetur, num.*1. *vers. aduertendum tamen, ff. quemadm. testam. aperiant. & in l. si quidem, num.*2. *vers. item sufficit. C. solut. matr.* quem sequuntur Menoch. & alij ab eo relati, *de adipisc. possess. remed.*4. *num.*675. 10

De Marco Antonio, & Alexandro visum est ad probationem eorum mortis sufficere præsumptionem, quòd si hodie viuerent, centesimum annum excederent, prout voluit Bart. *in tract. de testib. num.* 38. *&* 39. Campeg. *eod. tract. reg.* 350. Aufr. de Capell. Tholos. *decis.* 112. quod etiam fuit dictum in alleg. dec. Bononien. fideicommissi de Gozadinis, atque ita videtur concludens argumentum, excedit centum annos, ergo mortuus est, vt dicunt Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*49. *num.*17. *&* 18. & Peregr. *de fideic. art.*43. *num.*4. & hæc probatio deducitur ex instrumento anni 1513. quod datur, & in quo apparet Marcum Antonium contraxisse vti maiorem, quod necessariò ponit, cùm in ætate vltra centum annos, si de anno 1608. vixisset, & respectu Alexandri datur simile instrumentum celebratum, vsque de anno 1528. in quo pręsupposita maiori ętate ad contrahendum, procudubio vita illius metam centum annorum excederet. 11

De Francisco Alumno sufficienter probant testes dati, nempè primus, secundus, & quartus, qui sunt filii eiusdem Francisci, & quamuis dicant nescire an sit Franciscus ille nominatus ab Andrea testatore, demonstrationes tamen, & signa iustificant illum talem fuisse, quia dicti filij asserunt Cæsarem soluere & præstare annuam prouisionem dicto eorum patri, & esse tiratorem auri, quæ concordant cum legato eidem facto per Andream in suo testamento, in quo enunciatur sub cognomine tiratoris auri, & concurrentibus duabus demonstrationibus identitas personæ benè iustificatur, secundùm Bart. *in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstr. & in l. si quis seruum, ff. de leg.*2. sequitur Corn. *consil.* 280. *num.*5. *lib.*3. 12

Non obstat, quòd series supradictæ probationis videatur irreleuans tanquam fundata super testibus Imolæ receptis, qui nulliter, & inualidè fuerunt examinati, tam ex defectu mandati comparentis pro Isotta, quàm ex eo quòd Leonij fuerunt citati ad valuas Ecclesiæ, nulla facta diligentia de reprimendo eos, vel eorum Procuratorem in ciuitate, & demum ex defectu citationis ad videndum iurare, & examinate testes. Quia prædicta ex facto fuerunt sublata: de mandato constat ex processu, citatio ad valuas fuit sufficiens, quia fuit datum pro forma in remissoria, citatio facta die 15. nisi infra duos dies fuit circumdata ex alia citatione facta die 16. pro die sequenti, & sic pro die 17. quo testes iurarunt, atque ita visum est cessare omnes exceptiones, & probationem remanere concludentem, &c. 13

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Papien. pensionis.

Veneris 13. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Translatario pensionis habenti subrogationem gratiosam datur immissio, absque alia iustificatione litterarum, constito de quasi possessione exigendi ante translationem, & quando pensio, seu pensionis translatio dicatur conditionalis per clausulam, *dummodo pensio medietatem fructuum non excedat.*

SVMMARIVM.

1 *Translatario pensionis habenti subrogationem gratiosam datur immissio absque alia iustificatione litterarum, constito de ipsius quasi possessione, n. 1.*

Pensio conditionaliter reseruata non debetur ante conditionis purificationem, n. 2. Declara, vt n. 3.

Clausula in pensionis reseruatione apposita, dummodo medietatem fructuum non excedat, *quando pensionem, seu illius translationem conditionalem faciat, n. 3.*

DECISIO DCXLII.

1 TRanslatarijs dandam esse immissionem Domini dixerunt, cùm constet de facultate amplissima transferendi pensiones, de quibus agitur, bon. mem. Cardinali Aquauiuæ concessa, & de translatione per eum facta, nec non de ipsius quasi possessione exigendi ex pluribus partitis Banchi formiter extractis, & ex mandato eidem concesso per A. C. Quibus verificatis translatario pensionis habenti subrogationem gratiosam datur immissio, absque alia iustificatione litterarum, vt fuit resolutum in illa Sancti Marci pensionis 3. Iunij 1613. coram Reuer. Patre Domino Damasceno, immissio enim datur etiam pro isto iure exigendi, sicuti pro aliis iuribus incorporalibus, Rip. *in l. 2. num. 2. ff. quorum bon.* Bellon. *cons.* 35. *numer.* 5. Bero. *cons.* 43. *num.* 16. *& seq. lib.* 3. Menoch. *de adipisc. remed.* 1. *num.* 83.

2 Nec obstare videbatur clausula, *dummodo pensiones medietatem fructuum non excedant*, quæ aliàs videbatur conditionalem reddere reseruationem, ita vt ante purificationem pensio non debeatur, Ruin. *cons.* 181. *num.* 3. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 17. *n.* 21. Cassad. *decis.* 10. *n* 8. *de rescript.* & fuit dictum in vna Mileuitan. pensionis 20. Nouembris 1597. coram bon. mem. Litta, & in alia Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram eodem.

3 Quia fuit responsum in casu nostro reseruationem pensionis, & facultatem illam transferendi purè, & simpliciter fuisse factam, nec illi prædictam clausulam fuisse adiectam, sed inferiùs quando Pontifex voluit quòd supradicta reseruatio effectum haberet, etiamsi aliæ pensiones reseruatæ reperirentur super eadem mensa Episcopali, dummodo omnes insimul medietatem fructuum non excederent, quo casu talis clausula non reddit conditionalem reseruationem pensionis, cui verè non fuit adiecta, vt aliàs de eadem clausula censuit Ruta in supradicta Sancti Marci pensionis, & in alia Carpenturaten. pensionis 15. Martij 1602. coram Illustr. Lancellotto, & Cremonen. pensionis 15. Aprilis 1611. coram Domino meo Caualerio, &c.

R. P. D. PAMPHILIO SEN.

postea S. R. E. Cardinali.

Amerina domus.

Veneris 13. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

De contractu facto à minore cum decreto iudicis, & aliis solemnitatibus, quòd valeat, & sustineatur, non obstantibus aduersùs illum oppositis, de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

Iudicis decretum omnia solemniter gesta fuisse præsumere facit, n. 1. in fine.

Minoris confessio, seu assertio facta in instrumento, in quo interuenit iudicis decretum, cum alijs solemnitatibus præsumitur vera, num. 2.

Confessio, seu assertio in parte vera sufficit ad sustinendum contractum venditionis, n. 3.

Aequalitas maximè inter fratres seruanda est, ibidem in fine.

Aetas probatur per librum Baptismi, num. 4.

Minoris appellatione veniunt minores secundum dispositionem statuti, & non secundum ius commune, ibid.

Statutum vrbis quòd maior 20. annorum habeatur pro maiore, non habilitat forenses maiores ad contrahendum, num. 5.

Minoris contractus solo iuramento firmatur, ibid.

Vtile per inutile non vitiatur, ibid. in fine.

DECISIO DCXLIII.

1 DOmini Silla, & Ascanius de Cansacchis, vnà cum Pompeio, & Ioanne Vincentio patruis, de anno 1605. vendiderunt in Vrbe domum, quam pro indiuiso possidebant in ciuitate Ameriæ. Verùm cùm de tempore venditionis Silla, & Ascanius essent minores, cœperunt prætendere venditionem esse nullam, & propterea obtinuerunt mihi committi causam rescissionis. Pro cuius expeditione dedi super hoc particulare dubium, quo supradicta die proposito Domini dixerunt venditionem sustineri, quia legitur facta pro pretio scutorum mille, quibus venditores indigebant pro extinctione vnius societatis officij scutorum 600. & alterius scutorum 400. quę fuerant disdictæ, & pro quibus executio imminebat, nec habebant alia bona, quæ cum minori eorum damno vendi possent, ac insuper apparet facta iuxta formam statuti Vrbis *cap.* 113. *lib.* 1. cum auctoritate curatoris ad id loco coniunctorum absentium specialiter deputati, qui etiam iurauit venditionem non cedere in damnum, vel præiudicium minorum, & causa plenè cognita per iudicem, qui cùm interposuerit decretum, præsumuntur omnia fuisse solemniter gesta, Put. *decis.* 205. *num.* 2. *lib.* 3. Seraphin. *decis.* 217. *num.* 1. & fuit dictum in causa Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. coram Reuerendiss. Domino meo Damasceno.

2 Neque obstare, quòd vigore dicti statuti constare debeat alienationem cessisse in euidentem vtilitatem minorum, quia satis de hoc visum fuit constare ex supradictis, nec aliud dicendum esse ex eo, quòd societates appareant contractæ ab ipsis patruis tantùm, quia in instrumento venditionis dicti minores medio iuramento expressè asseruerunt societates fuisse per eorum patruos contractas, etiam pro seruitio ipsorum, licèt in eis hoc declaratum non fuerit, quæ assertio stante decreto iudicis, & aliis solemnitatibus præsumitur vera, Seraphin. *dicta decis.* 217. *numer.* 1. cum aliis suprà allegatis. Præsertim quia de illo tempore omnes viuebant in communione, quo casu satis verisimile visum fuit, quòd dictæ pecuniæ, prout minores asseruerunt, versæ etiam fuerint in communem vtilitatem, ad *l. fin. C. de aliment. pupill. præstan.* Menoch. *præsumpt.* 11. *n.* 1. *lib.* 6

3 Minus subsistere, quòd imò supradictæ assertioni non sit standum, cùm in casu isto clarè constet, quòd in societate scutorum 600. Petrignanus recognouit bonam fidem pro scutis 150. & altera societas scutorum 400. versa fuit in solutionem fructuum census, in quo supradicti patrui erant fideiussores, quia vltra quòd post impositionem huiusmodi census Domini de Cansacchis dicebantur recognouisse bonam fidem, quicquid sit de hoc, placuit etiam responsio, quòd minores non asseruerunt pro qua parte supradictæ societates ad ipsos spectarent, sed quòd fuerunt contractæ etiam pro seruitio ipsorum, quòd sufficit in aliqua parte verificari posse ad sustinendam venditionem ex causa æris alieni, vt suprà solemniter factam, *cap. inter dilectos, de fid. instrum.* Calder. *consil.* 8. *circa fin. de donation.* Tantò magis, quia etiam domus erat communis, & licèt patrui in debito maiorem partem haberent, id ipsis imputari poterat in propria ipsorum portione habito respectu ad pretium domus, *l. enim in fundo, §. si fundus, ff. de iure dot.* maximè vt inter eos serue-

tur

tur æqualitas, quę inter frattes est seruanda, vt per test. in l. illud, *C. de collat.* tradit Soc. *cons.98. sub num.2. vers. postremò, lib.*1.

4 Præterea quoad Sillam ex alio visa fuit cessare difficultas, quia de tempore contractus erat maior 20. annis, vt apparet ex libro Baptismi, qui probat ætatem, Caputaq. *decis.*314. *num.*1. *part.*1. Ioseph. Ludou. *decis. Perusin.*57. *n.*7. *part.*1. in quo propterea non habet locum statutum Vrbis *lib.*1. *cap.*113. quod dum loquitur de minoribus, visum fuit intelligendum de minoribus viginti annis, secundum dispositionem eiusdem statuti in præcedenti cap. 47. ad text. *in l. si cùm fundum, ff. de verb. signif.* & faciunt deducta in Bononien. census 17. Martij 1608. coram R. D. Lugdunen.

5 Neque obstare, quòd huiusmodi statutum non habiliter forenses maiores 20. annis ad contrahendum, ex allegatis coram R.P.D. Buratto in causa Tudertina, seu Romana nullitatis obligationis sub die 4. Iulij præteriti, quia satis est ad istum effectum, quòd dictum statutum *cap.*113. intelligatur de minore 20. annis, ita vt dum versamur in maiore 20. annis, cessat illius dispositio, & remanear in dispositione iuris communis, de quo talis contractus ex solo iuramento sustinetur, *Auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* & hoc casu tanto facilius esser standum assertioni contrahentis, ex quo etiam sine causa contrahere poterat, Put. *decis.*245. *lib.*3. prout etiam nihil facit, quòd contraxerit com solemnitatibus, quia non vitiatur propterea contractus aliàs validus, ex reg. *cap. vtile non debet de reg. iur. in* 6. quę maximè locum habet in contractibus, Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tot. tit. n.* 145. Surd. *decis.*248. *num.* 22.

6 Quod autem dicebatur minores fuisse læsos, ex quo promiserunt de euictione pro patruis, visum fuit cessare ex eo, quia patrui quoque promiserunt pro illis, adeò vt læsio ex hoc capite pro æquali promissione recompensata videatur, & venditio sustineri debeat stante causa necessaria æris alieni cum aliis suprà deductis.

Ex quibus, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Anconitana bonorum.

Veneris 13. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Scientia non præsumptiuè, nec semiplenè, sed plenè, & concludenter est probanda, vbi agitur de auferendo ius alteri quæsitum.

SVMMARIVM.

*Scientia debet plenè, & concludenter probari, nec sufficit præsumpta, quando agitur de auferendo iure quæsito, num.*1.

*Procurator excedens fines mandati, tenetur de culpa ratione mandati, num.*2.

Testis deponens ad se exonerandum nihil probat, ibid.

Testis referens se ad scripturam nihil probat, nisi appareat de relata scriptura, ibid. in fine.

*Scientia probatur per vnum testem omni exceptione maiorem, nisi agatur de priuatione iuris alteri quæsiti, numer.*3.

DECISIO DCXLIV.

1 CVm sub die 5. Decembris præteriti contra decisionem in hac causa factam, inter alia opponeretur pro parte Passari, quòd licet donatio bon. mem. Cardinalis Sancti Georgij non fuisset per ipsum acceptata, eo modo, & illis pactis, quibus fuit sibi facta: adhuc tamen illa iuuari posset, cùm Cardinalis habuerit scientiam prędictæ acceptationis, & illam approbauerit: placuit Dominis ordinare, vt videretur strictè, an de dicta scientiâ, & approbatione constaret; super quo dato particulati dubio, & illo hodie proposito, Domini negatiuè responderunt. Quia cùm agatur de auferendo iure quæsito Cardinali mediante resolutione donationis ob contrauentionem donatarij, dicta scientia debet plenè, & concludenter probari, iuxta gloss. communiter receptam *in cap. concertationi, verb. sciuerit,* & ibi Doctores, *de appellat. in* 6. Mohed. *decis.*4. *de prob.* Put. *decision.*6. *eod. tit.* Caputaq. *decis.*110. *part.*2. Seraphin. *decis.*972. *num.* 10. Nec sufficit præsumpta deducta ex verisimili certioratione per Procuratorem facta, Rota *decis.*21. *de dol. & contum. in antiq.* Ruin. *cons.*66. *num.*19. *lib.*3. Seraphin. *dec.* 1239. *num.*1.

Quæ quidem plena, & concludens probatio non adest in casu nostro, cùm duo testes nihil certi deponant; alter verò patiatur multas exceptiones, & præsertim, quòd cùm tanquam Procurator Cardinalis tradiderit donatario possessionem bonorum donatorum, & non adimpletis priùs conditionibus in donatione appositis, dum postea dicit quòd dicta traditio fuit per Cardinalem ratificata, & acceptata, deponit ad se exonerandum, ex quo aliàs teneretur actione mandati, vel saltim de culpa, *l. procuratorem,* & ibi Doctor. *mandati,* Ruin. *cons.*44. *in fine lib.*1. Surd. *cons.*540. *num.*28. & 41. vnde ei non creditur, Cæs. de Grass. *decis.*3. *num.*7. *de testib.* Alexan. *consil.* 32. *num.* 4. & 5. *lib.*6. Aym. *cons.*99. *num.*2. Farinac. *de testib. quæst.* 60. *num.*4. & 202. Maximè quia istam scientiam, & approbationem idem testis deducit ex epistola responsiua, ibi per Cardinalem transmissa, quæ nisi exhibeatur, eius depositio tanquam relatiua ad illam nihil operatur, iuxta notat. *in Auth. si quis in aliquo, C. de eden.* & ibi Dec. *n.*31. Seraphin. *decis.*1082. *num.*2. 2

Non obstat, quòd sufficiat probare scientiam per testem, Natt. *consil.*231. *num.*2. Surd. *decis.*221. *num.*11. & fuit dictum in vna Romana donationis 21. Aprilis præteriti coram Dom. meo Vbaldo; quia vltra quòd illo casu testis deberet esse omni exceptione maior, qualis non est iste de quo agitur, respondebatur illud non procedere, quando ex dicta scientia resultaret priuatio iuris alteri quæsiti, cùm requiratur plena probatio, iuxta Doctores suprà allegatos. 3

Minus obstat, quòd grauamen in fine donationis appositum releuandi Masserium, fuerit postea per Cardinalem in suo testamento iniunctum hæredi, ex quo videatur habuisse scientiam dictæ acceptationis factæ per donatarium absque dicta releuatione; quia inde non benè infertur ad scientiam suprà requisitam, cùm hoc fuerit potiùs factum ad reddendum magis cautum ipsum Masserium, quatenus donatarij non sufficerent. Cæteræ verò coniecturæ deductæ per informantes, vel sunt leuissimæ, vel non concludunt per necesse dictam scientiam Cardinalis.

Et ita fuit decisum.

R. P. D. DVNOZETTO.

Carthagin. decimarum.

Lunæ 16. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Monachi, & religiosi omnes sunt exempti à solutione decimarum de noualibus, & huic exemptioni non censetur derogatum à Summo Pontifice per generalem derogationem, nisi expressa fuerit facta mentio.

SVMMARIVM.

*Religiosi, & monachi non tenentur soluere decimas de noualibus, num.*1.

*Dispositio litterarum Apostolicarum, & Breuis declarari debet à derogatione dictarum litterarum, num.*2.

*Decimæ etiam de noualibus solui debent, quando sic Pontifex statuit per verba vniuersalia, solui debere decimas quomodocumque & vndecumque prouenientia, ibid. Declara, vt num.*3.

Consuetudo non præsumitur, ideo per allegantem probanda est, ibid.

*Decimarum appellatione generali non comprehenduntur decimæ de noualibus soluendæ, n.*4.

Verba generalia non trahuntur ad incogitata, quando possunt se referre ad aliquid, salua ratione recti sermonis, ibid. in fine.

*Priuilegiorum derogatio facta à lege, vel Principe non trahitur ad ea, quæ sunt inserta in corpore iuris, n.*5.

*Exceptio firmat regulam in casibus non exceptatis. Declara, vt num.*6.

DECISIO DCXLV.

1 ROta censuit RR. PP. Societatis Iesu non teneri ad solutionem decimæ, seu vigesimæ de noualibus, quæ ipsimet propriis manibus, & sumptibus excolunt, cùm enim non possit controuerti ipsos esse Religiosos, sequitur ipsos non esse obligatos soluere decimas de nouali-bus, cùm omnes Religiosi ea dispositione *cap. ex parte, il primo, de decimis*, fuerint exempti, quod priuilegium indistinctè ad omnes Religiosos, & Monachos extenditur, licèt Adrianus Pontifex *in d. c. ex parte*, vtatur verbo, *ferè*, tradit ibidem gloss. *& in cap. commissum, in verbo Monachos, eod. tit.* Hostien. *in dict. cap. ex parte, numer.*4. Butr. *num.*0. Anch. *num.*3. Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *num.*45.

2 Nec obstare visum fuit, quod dicitur dictos Patres vigore Breuis fel. recor. Leonis XI. fuisse coactos soluere vigesimam loco decimæ quotumcumque locorum, & bonorum quæ nunc possident, quomodocumque, & vndecumque ad eos peruenerint, aut peruenire potuerint, &c. cum verbis & clausulis amplissimis, sub quibus comprehendi noualia, tradit Soc. *cons.* 297. *num.*5. *lib.*2. fusè Guttierez *cons.*5. *num.*4. qui multos cumulat, stante maximè quòd in dicto Breui leguntur derogationes amplissimæ quibusuis priuilegiis etiam per viam legis generalis, & statuti perpetui, ex qua infertur derogatum huic priuilegio concesso dictis Patribus Societatis Iesu tanquam Religiosis, cùm dispositio Breuis declarari debeat ab ipsa derogatione, Surd. *cons.*453. *num.*25. *vers. id ipsum, & num. seq.*

3 Responderunt enim DD. verba illa generalia esse restricta per alia subsequentia verba, de quibus de iure, vel consuetudine decimæ solui solent, quas mandat Papa illis Ecclesijs solui, quibus alioquin circumscriptis priuilegiis dictæ Societatis persolui deberent, vt legitur in dicto Breui, & per consequens nullo modo comprehendi possunt decimæ ex nouallibus, quas etiam dicti Patres tanquam Religiosi circumscriptis eorum particularibus priuilegiis de iure communi persoluere tenerentur, nec etiam de consuetudine, cùm frustrà in ea fiat fundamentum, nisi probetur, *cap.*1. & ibi Doct. *de constit. in* 6. *l.* 1. & ibi gloss. & Doct. C. *quæ sit longa consuet.* Ioannes Fab. *in §. ex non scripto, num.*20. *Instit. de iur. natur.*

4 Considerarunt etiam DD. mentem fuisse Papæ sepelire omnes differentias, & lites natas inter Ecclesias, de quibus fit mentio in dicto Breui, & dictos Patres Societatis Iesu, vt ex integra Breuis lectura apparet, ex qua colligitur finalis causa, & intentio disponentis, *l. fin.* & ibi not. Bald. *nu.*4. *in* 1. *oppositione, ff. de hæred. instit.* certumque est nullum verbum in toto processu in Rota exhibito scriptisque productis coram Illustrissimis Cardinalibus à Summo Pontifice deputatis legi de prætensione nouallium; sed solùm inter partes ortam fuisse controuersiam super solutione decimarum, à qua vigore priuilegiorum particularium dicta Societas Iesu exemptam se asserebat, sicque non est verisimile voluisse Summum Pontificem obligare dictos Patres ad solutionem nouallium, quæ à dictis Ecclesiis non controuertebantur, cùm peterent solum integram solutionem decimarum, sub quo generali verbo regulariter non comprehenduntur noualia, *cap. cum contingat, cap. sua de decim.* ex quibus concluditur verba illa generalissima comprehensa in Breui debere intelligi respectu quantitatis eorum, ex quibus soluenda sit de iure decima, & respectu modi acquisitionis, siue per donationem, emptionem, vltimam voluntatem, & similia: non autem extendi ad obligationem eorum, ad quæ de iure non tenebantur, nisi fuerint expressa, quando enim verba generalia possunt se referre ad aliquid, salua ratione recti sermonis, nunquam trahuntur ad incogitata, Surd. *decis.*176. *&* 217.

5 Quod ad generales derogationes attinet, placuit responsio data, indubitati iuris esse dum lex, vel Princeps derogat simpliciter priuilegiis vniuersalibus, nulla facta specificatione, id non intelligit de iis quæ sunt inserta in corpore iuris, gloss. *in Auth. qua in prouincias, in versic. illic, in fin. C. vbi de crimin. agi oport.* quam ibi extollit, & sequitur Bart. in secunda oppositione, Bald. *vers.*3. *solutio*, latè Felin. *in cap.* 1. *num.*12. *& in cap. nonnulli num.*26. *de rescript.* fuit dictum in vna Romana successionis de Girona 27. Iunij 1574. coram Robustelio. Difficilius siquidem tollitur quod est iuris communis, quàm quod est iuris specialis, *l. eius militis, §. militia missus, ff. de test. milit.*

6 Ex quibus patet responsio ad id quod dicebatur pro parte Capituli Papam, dum exemit à solutione decimarum dictos Patres, quoad hortos, viridaria, & animalia eorum, à quibus iam erant exempti, ex dispositione dicti *cap. ex parte*, sicut Religiosi, noluisse ipsos obligare ad solutionem nouallium, quia exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptuatis. Fallit enim hæc regula, quando adsunt similes casus exceptuatis, trahi enim debent ab eodem ex paritate rationis, Abb. *in cap. cap. cum dilecta n.*7. *de confirmat. vtil. vel inutil.* cum multis aliis per informantes adductis, quorum responsiones placuerunt DD. cùm semper firmum remaneat hoc fundamentum non posse dici illud Breue abstulisse ius quæsitum dictis Patribus omnibus Religiosis concessum, & in corpore iuris insertum, nisi appareat de expressa (non enim tacita sufficit, ex supradictis) Pontificis voluntate derogandi dispositioni dicti *cap. ex parte*.

7 Verùm quia pro parte Capituli dictum fuit sub prætextu nouallium posse dictos Patres nimium dictis Ecclesiis præiudicium etiam in exactione vigesimæ loco decimæ inferre, ideò DD. expressè declararunt dictos Patres non posse prætendere exemptionem, nisi in nouallibus, de quibus loquitur, textus *in dicto cap. ex parte, & in cap. quid per nouale, de verb. signific.* cui priuilegio omnibus Religiosis concesso non fuit derogatum in dicto Breui Leonis XI. cuius executioni in reliquis nullum præiudicium adserre voluerunt.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Bonon. laudi.

Lunæ 16. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Administrator alicuius negotiationis, si dictæ negotiationis plures confecit libros, secundùm quos libros administrationis suæ rationem reddere debet.

SVMMARIVM.

*Liber mercatoris si facit aliquem debitorem pro certa summa, creditor qui maiorem prætendit, probare tenetur, num.*2.

*Rationum redditio, secundùm quos libros fieri, & regulari debeat, arbitrio iudicis remissum est, num.*3.

*Mercatorum libri conscribendi sunt, secundùm mercatorum consuetudinem, num.*4.

DECISIO DCXLVI.

1 FVit alliàs resolutum in hac eadem causa Grimaldos emisse omne sericum, & illud laborare fecisse, & curam vendendi, & distrahendi habuisse, prout in decisione 19. Martij 1610. coram R. Attrebaten. ideò cœperunt cogitare de dandis computis, quæ cùm deduci deberent ex libris negotij, & non de omnibus, sed de legalibus, & benè tentis tam secundùm iuris communis dispositionem, quàm etiam iuxta statuta Bononiæ, fuit resolutum libros magistrales posse deseruire, & librum nuncupatum *il matto* arbitrio Dominorum: de aliis autem non fuit habita ratio, vbi nullam fidem merentibus. Verùm quia etiam cæteri libri, nempe *vacchette*, secreti, libri de *Filatorieri*, præsupponebantur non posse impugnari à Dominis de Sancto Petro, neque ab aliis sociis tanquam scriptis à ministris apothecæ, & à deputatis sociis, & super quibus Christophorus Grimaldus ne syllabam quidem scripserat, & consequenter quidquid sit inter alios, tamen inter socios admittendos esse dicebatur, ideò proposui dubium, an demptis libris socialibus, & libro nuncupato *il matto*, super quibus adsunt particulares decisiones; cæteri libri possint impugnari, & à quibus. Et Dominis placuit Dominos de Santo Petro non posse impognare quominus cum illis possit reddi ratio per Grimaldum, nisi alijs de errore doceatur.

2 Et quia Griminaldus videbatur teneri rationem reddere de emptis laburatis, & venditis. Primò dicebant Domini pro emptis non posse libros impugnari, quia pro-

batio

batio serici empti per Grimaldum, quæ deducitur ex libris prædictis, fauorabilis est Dominis de Santo Petro, quibus propterea non est sublata facultas probandi, maiorem quantitatem serici peruenisse ad Grimaldum, est enim confessio quæ regulatur secundùm terminos gloss. *l. cùm de lege, ff. probat*, per quam si quis ponitur debitor pro certa summa, si maiorem prætendit, creditor tenetur probare, sequuntur Soc. iun. *conf. 26. num. 11. lib. 2.* Couuar. *resol. lib. 2. cap. 6. num. 4.* & alij apud Gabr. *de probat. concl. 7. num. 1.* & per totam.

3 Secundò idem dicebant de serico laborato tanquam consistente in conuersione in pannos sericos, & velamina, cùm non possint regulari scripturę, nisi secundùm consuetudinem, & necessitatem negotij, & sic propter multiplicitatem operariorum, & difficultatem retinendi inter eos scripturam regulatam non soleant partitæ operariorum consignationis serici, & restitutionis referri in libros magistrales, & etiam quia libri prędicti sunt connexi verosimiles propter notoriam inhabilitatem scribendi ipsius Christophori, & subordinati ad negotium principale visum est, & in hoc casu libros de *filatoriere & factori*, & alios similes non posse impugnari per Dominos de Santo Petro, cùm in hoc plurimum versetur arbitrium iudicis, nec attendatur iuris rigor. Bald. *in rubr. de fid. instr. num. 65.* Corn. *cons. 319. num. 13. & 14. vol. 3.* Socin. sen. *conf. 240. num. 6. lib. 2.* Ripa *in l. admonendi, num. 129. ff. de iureiur.* Menoch. *de arbitrar. cas. 92. num. 5.*

4 Tertiò quoad venditionem mercium, quæ redierunt fabricatæ in apothecam, nempè velamina, drappi, orsolij, & alia, de quibus in folio computorum, idem dicebant Domini, quia de exitu, & venditione earum dantur partitæ †, & signatæ A, quæ indicantur in folio prædicto, & in venditionibus quæ fiunt dietim in apothecis, certum est quòd de singulis palmis non est referenda partita in libros magistrales, aut giornales, sed secundùm consuetudinem mercatorum in eorum libris memorialibus possunt adnotari, vt in his terminis respondit idem Corn. *d. cons. 319. num. 12. vol. 3.* sequitur Crau. *de antiq. tempor. part. 1. §. quarto limitatur, num. 59.* addens prædicta procedere, etiamsi liber modò ab vno, modò ab alio scribatur, prout necessitas desiderat, Ruin. idem consuluit *conf. 101. num. 3. lib. 1.* Menoch. *d. casu 92. num. 4. & præsumpt. 62. n. 4. lib. 3.*

5 Nec mouebat Dominos, quòd ex capitulis societatis nemo, præterquam Franciscus Grimaldus filius Christophori, & Accursius, poterant scribere in libris nuncupatis *Giornale e mastro*, & tamen libri stracci signati †, & A, non sint de specie prædicta, neque sint conscripti per Franciscum, aut Accursium, quibus propterea dicebatur fidem non esse adhibendam; vt in vltima decisione fuit firmatum. Quia fuit responsum intelligendum esse facultatem in capitulis restrictam ad Franciscum, & Accursium respectu partitarum, quæ referendæ erant in libros regulatos, non autem quoad eas, quæ secundùm mercatorum consuetudinem nec solent, nec sine maxima difficultate possunt regulari, vt in præsenti, & ita videtur sentire idem Corn. *d. conf. 319. numer. 12. verf. sed solum scriptura, vol. 3.* Et ita fuit, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Romana cessionis.

Veneris 20. Februarij 1615.

1 A R G V M E N T V M.

Resoluta cessione nunquid iura cessa remaneant sine spiritu, & quid resoluta datione in solutum.

S V M M A R I V M.

Cameralis obligationis executio non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, n. 1.

Cessione resoluta iura cessa remanent sine spiritu, n. 2.

Euictionis actio non datur, nisi re effectualiter euicta, ibid. versic. fuerunt enim.

Cessionis pretium retinere, & à cessione recedere sunt inter se incompatibilia, n. 3.

Dationis in solutum contractu annullato datur retentio, num. 4.

D E C I S I O DCXLVII.

1 DOmini in propositione huius dubij idem responderunt, quòd aliàs in tribus resolutionibus in hac causa coram Illustrissimo Lancellotto fuit decisum, scilicet mandatum esse relaxandum contra D. Balduinum pro summa contenta in dubio, cùm omnia deducta ad impediendam exequutionem vel non releuent, vel dubia, & turbida sint altiorem indaginem requirentia, quæ ideò admittenda non sunt ad impediendam exequutionem claræ, & liquidæ obligationis Cameralis, vt fuit dictum in d. decis. cum quibus Domini se conformarunt in responsionibus ad motiua excitata per D. Balduinum.

2 Nec obstat declaratio de redeundo ad primæua iura, quæ dicitur facta per filios, & hæredes Matthæi post resolutiones prædictas coram Illustrissimo Lancellotto, & quæ fieri potuit vigore pactorum cessionis, & est præiudicialis ad ipsam cessionem, cuius vigore agit D. Lælia cessionaria, quia per resolutionem iura cessa remanent sine spiritu, Rolan. *conf. 63. n. 23. lib. 1.* Fuerunt enim datæ plures responsiones. Et primò, quòd reseruatio redeundi ad primæua iura fuit conditionalis, in casu scilicet euictionis canonum assignatorum, de qua euictione non constat, prout ad eum effectum constare debet, quòd res fuerit effectualiter euicta, *l. si plus vel minus, ff. de euict. l. qui rem. C. eod. tit.* Crauet. *consil. 845. num. 12.* Thesaur. *decis. 85. num. 1.* Et quamuis dicatur, quòd quidam Iacobobillus creditor Alexandri euicerit à Matthæo ex dictis canonibus pro summa scutorum 750. admittitur tamen quòd Matthæus ab Alexandro pro totidem 750. fuerit reintegratus, & acquieuerit, ita vt per euictionem reintegratam cessauerit facultas redeundi ad primæua iura.

Secundò fuit responsum declarationem prædictam continere aliam conditionem, quatenus ipsis hæredibus liceat eodem contextu retinere canones, & redire ad primæua iura, quæ conditio resoluit, & tollit totam declarationem, cùm de iure recedere à cessione, & retinere pretium cessionis inter se non compatiantur, *l. si diuersa, C. de transact. l. eleganter, in princip. ff. de cond. indeb.* Afflict. *dec. 220. n. 4.* Cardin. Mantic. *de contr. lib. 26. tit. 9. n. 39.*

4 Nec dicatur, quòd imò compatibilis videatur solutio contractus cessionis, & retentio canonum exactorum, cùm etiam annullato contractu dationis in solutum detur retentio creditori, *l. si non fortem, §. si centum, ff. de condict. indeb.* Surd. *decis. 46. num. 9.* cum aliis allegatis, ideò possint hæredes Matthæi retinere canones vti creditores Alexandri, cùm ista bona sint pręter donationem factam Læliæ. Ad prædicta enim patet responsio ex eo constat canones non esse in donatione comprehensos, & inde cessat retentio, quia Lælia non est debitrix hæredum Matthæi, & quatenus etiam constaret, dicitur in secunda decisione coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, quòd nihilominus ex re aliena potuit validè acquiri cessio Læliæ, ita vt D. Balduinus non possit dare de cessione inualida.

5 Demum fuit dictum, quòd pendente declaratione compatibilitatis vsus primæuorum iurium, & retentionis canonum non potest dici recessum à cessione, & per consequens conditio remanet in sua forma, per quam nihil ponitur in esse ad effectum obligationis Cameralis impediendæ.

R. P. D. P I R O V A N O.

Arboren. præcedentiæ.

Lunæ 23. Februarij 1615.

A R G V M E N T V M.

Coadiutor Canonicus mortuo coadiuto tenetur nouam canonicatus possessionem accipere, nec præcedit veros Canonicos, qui de nouo ipsi coadiutori successerunt.

S V M M A R I V M.

Coadiutores vigore primæ possessionis acceptæ in vita coadiuti non præcedunt veros Canonicos, qui de nouo ipsis coadiutoribus succedunt, n. 1. & 2.

Coadiutor post mortem coadiuti tenetur nouam capere possessionem, cum prius non sibi, sed coadiuto possideret.

D E-

DECISIO DCXLVIII.

1 ET si sacra Rituum Congregatio in pluribus causis declarauerit coadiutores vigore primæ possessionis acceptæ in vita coadiuti non præcedere in choro, Capitulo, & Processionibus publicis veros Canonicos, qui de nouo ipsis coadiutoribus succeduor, sed durante vita coadiuti debere remanere post omnes Canonicos in Sede sibi assignata suæ receptionis, & ingressus; nihilominus orta est controuersia inter Sisinum Aramo coadiutorem Canonici Ludouici Sillo, & Canonicos Ecclesię Arboren. post illius coaditoriam prouisos super huiusmodi præcedentia: vnde dubitaui, cui deberetur.

2 Et Domini responderunt prout per sacram Congregationem fuit resolutum, & sepiùs in hoc tribunali decisum, nempè veris Canonicis præcedentiam deberi, etiam quòd superuenerint post captam coadiutoris possessionem, vt latè fuit firmatum in decisione Hispalen. præeminentiarum 8. Februarij 1613. coram R. Archiepiscopo Damasceno, ea ratione, quia mortuo coadiuto coadiutor tenetur nouam accipere possessionem, cùm priùs non sibi, sed coadiuto possideret, ex quibus credebant Domini exceptionem ordinis iudicij oppositam per Sisinum, vt scilicet priùs de possessione videretur non posse suffragari, quia Sisinus contendit de possessione non apta ad manutentionem, & de qua non est controuersia cum Canonicis, qui superuenerunt, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Assisien. hæreditatis.

Lunæ 23. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis nunquid indcatur per enunciationem, cessionem, & transactionem.

SVMMARIVM.

Heres impugnare non potest factum defuncti, num. 1.

Aditio hæreditatis non censetur inducta per renunciationem, num. 2.

Cedere iura hereditaria facere non potest, qui hereditatem non adiuit, num. 3.

Adire hæreditatem, quando quis dicatur per instrumentum transactionis, n. 4.

DECISIO DCXLIX.

1 DVbium proposui pro parte reseruata in præcedenti disputatione respiciente bona alienata per Carantoniam in prædictum Andream. Et Domini similiter steterunt in decisis, nempe vt sententia confirmaretur, approbando fundamenta decisionis. Nam certum est, quòd bona Carantoniæ consistentia in baliis *della Pescara, & della Pieue*, transierunt ad Andream cum titulis partim venditionis, & partim donationis, super quibus exinde Bartholomæus suo, & Lauiniæ nomine vti nepotes Martinangeli ex altero filio prædefuncto concurrentes cum Andrea patruo ad eandem Carantoniæ eorum auiæ paternæ successionem transegerunt, per quam transactionem Christophorus, & Lauinia fecerunt se hæredes Carantoniæ, & per consequens contractus per eam initos nec infringere, nec impugnare possunt, vulg. *l. cum à matre, C. de rei vend. l. ex qua persona, ff. de reg. iur.*

2 Ideò Domini iterum ponderabant, quòd etsi renunciatio facta per Christophorum recepta summa scutorum 70. nisi alia concurrant, non esset sufficiens ad firmandam aditionem hæreditatis Carantoniæ, per text. expressum *in l. fuit quæstionis, ff. de acquir. hæred. l. licet, l. si quis pecuniam, si quis omissa causa testamenti*, cùm illa verba non importent de se aditionem, sed repudiationem, & qui sunt inter se termini contrarij, vt dicit Aretin. in his terminis *cons. 91. in t. vers. benè fateor*.

3 Tamen quia verba transactionis non sonant in puram renunciationem, aut repudiationem, sed in translationem iuris in alterum, & liberationis obligationis ab onere hæreditario, propterea tanquam verba apta ad inducendam aditionem de necessitate non important, vt dicitur de cessione quæ legitur in præsenti transactione, ibi, *cede*, quæ sine aditione non valet, *l. si auia, C. de iur. delib.* Crauet. *cons. 200. num. 21.* Marant. *in l. is potest, numer. 14. ff. de acquir. hæred.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 12. tit. 12. num. 17.* Surd. *decision. 69. num. 11.* Idem videntur importare alia verba sequentia, *concede, trasferisce*, quæ de necessitate supponunt acquisitionem præambulam, aliàs nihil transferet, aut concederet, *l. fuit quæstio, ff. de acq. hæred.* Socin. sen. *consil. 183. num. 2. vol. 2.* dicens propterea inserti ad aditionem liberatio pariter facta Christophoro pro expensis funeralibus Carantoniæ, & debitorum eiusdem, & solutionis legati, videntur de se importare aditionem, quia de necessitate liberatio præsupponit agnitionem oneris, quòd sine aditione non radicatur, & nihilominus actus funerandi, & legata, & debita soluendi, sunt differentes, qui non solent citra ius, & nomen hæredis fieri, vt plenè probanit Ioseph. Lud. *sua conclus. 16. versic. si autem non essemus in actibus dubijs*.

4 Non obstat, quòd aditio resultans ex contractu transactionis restringi debeat ad effectum transactionis sustinendæ, non autem operari debeat ad alios effectus hæreditarios, vt declarat Castr. *cons. 252. num. 2. vers. non tamen dico, part. 1.* & Crauet. *consil. 200. num. 1.* Quia etiam secundùm opinionem Castr. dicerunt Domini sufficere Francisco sustineri transactionem tanquam ab hæredibus Carantonię factam, cùm in ea fuerit cessa & translata omnia iura, quæ habere potuissent Christophorus, & Lauinia super bonis iuribus, & actionibus Carantoniæ, inter quæ sunt bona, de quibus est controuersia. Præterea Castr. & Crauetr. qui illum sequitur, loquuntur quoad alios effectus hæreditarios passiuos, nempè vt renunciantes, & transferentes possint molestari à creditoribus hæreditatis, non autem, vt ipsi non obstante cessione possint citra effectum transactionis exercere, agendo iura hæreditaria, cùm hoc de directo pugnet contra voluntariam cessionem, & iurium translationem, quæ non admittit, vt quis possit ad primæua iura redire, propter exceptionem transfusarum actionum, Bald. *cons. 150. n. 4. lib. 3.* Crauetr. *cons. 191. num. 3.* admittentes hanc exceptionem posse dari à tertio. Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Sabinen. affictus.

Veneris 26. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Locationis contractus est indiuiduus, & ideò debet acceptari cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus. An autem, & quando locator teneatur conductori notificare omnes qualitates rei locatæ, quæ potuissent conductorem à conductione retrahere, in hac decisione benè declaratur.

SVMMARIVM.

Contractus locationis est indiuiduus, acceptarique debet cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, n. 1.

Solitum, & consuetum vbi attendi debet, intelligendum est de vltimo statu, ibid. in fine.

Locator tenetur conductori notificare qualitates rei locatæ, eas scilicet, quæ potuissent illum retrahere à conductione, n. 2. Vbi declaratur quomodo hæc conclusio procedat.

Instrumentum facit rem notoriam, num. 2.

DECISIO DCL.

1 DOmini recesserunt à decisis in hac causa, quia animaduerterunt inter cætera expressè fuisse conuentum in instrumento locationis cum Angelo Cottanella quòd respectu non expressorum in inuestitura partes se remitterent ad solita ipsius tenutæ, & hanc partem conductores non possunt recusare, & aliam acceptare, cùm contractus locationis sit indiuiduus, & acceptari debeat cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, Tiraq. plura congerens *de retract. conu. in fin. num. 2.* Crau. *cons. 132. n. 12.* Natt. *cons. 50. n. 27.* quod procederet etiamsi acceptans ignorauerit onus annexum, vt delarauit Castr. *in l. si duo, ff. de acq. hæred.* & sequitur Alex. *in consil. 103. col. 2. in fin. volum. 5.* Cagnol. *in l. qui cum alio, n. 8. de reg. iur.* Solitum autem quòd particulares intrarent ad laborandum terras intra hanc tenutam montis *le Pietre*, satis probatur ex antecedenti locatione facta cum Domino Vulpio, in qua reseruatur ius particularibus, iuxta solitum, cui vlti-

vltimo ſtatut, vbi agitur de ſolito attendendo, Alexan. *conſ.5.n.22.vol.5.* Felin. *in cap.eam te, col.fin. de reſcript.* Curt. *in tract. de conſuetud. in 4. ſect. num.*81. Dec. *conſil.* 73. *num.*48. *lib.*2.

a Non obſtat, quòd locator tenebatur notificare conductori qualitates huius ſoliti, cùm eſſent releuantes, & tales, quæ potuiſſent retrahere illum à conductione, per *l. quero, l. ſi ſterilis, §. prædij, ff. de act. empt.* cum aliis allegatis per Surd. *conſ.*145. *n.*8. *& conſil.*150. *n.* 2. ita vt conductoris culpæ non ſit adſcribendum, quòd non inueſtigauit. Quia viſum fuit ex præſeruatione ſoliti ipſius tenutæ in non expreſſis conductorem certificatum remanere, quod ratione ſoliti aliqua poſſent ſeparari ab ipſa tenuta, vnde ſibi imputare debet, ſi non requiſiuit, *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* Surd. poſt alios *deciſ.*265. *n.*45. & prædicta benè ſe compatiuntur cum allegatis in prima deciſione, quia vbi non poteſt conſiderari dolus locatoris in tacendo, tunc locus non eſt rationi ponderatæ per Alex. *in conſil.*14. *in fine lib.*5. quòd ſcilicet conductor non potuerit ab alio de facili certificari, quàm ab ipſo locatore, præcipuè cùm non poſſet diuinare, quæ eſſent ſolita iſtius tenutæ: dolus autem non poterat conſiderari, quia excipiendo ſolita poterant iuſtificari ex præcedenti ſtatu, & locatione, quæ cùm eſſet celebrata, per inſtrumentum notorium inducebatur, Tiraq. *de retract. conſang. §. 2. gloſ.*1. *n.*2. Vnde fatuum eſt credere quòd hæc poſſent celari, & ex facto veritas huius aſſertionis apparuit, quia conductores obtinuerunt declarari rubra decem terræ, quæ diſtabant ab hac tenuta, eſſe comprehenſa in eadem locatione, quamuis non expreſſis, & hoc ratione ſoliti præſeruati, & ſi hanc partem inueſtigauerunt, hodie non videtur illis permiſſum dicere quòd non potuerint inueſtigare, quæ eſſent ſolita.

3 Non obſtat conuentio, quòd finita locatione Angeli Cottanellæ prædicta tenuta conductoribus remanere, deberet ad omnes fructus, quia & hæc vniuerſalis dictio *omnes*, habet vnde poſſit operari ſuum effectum, nempè in facultate reſeruata rumpendi terras in eadem tenuta, & in eis ſerendi indiſtinctè quòd durante affictu dicti Cottanellæ ſolum pro rubris decem erant promiſſa, quo finito, remanebat ipſis conductoribus ad omnes fructus; & in facultate reſeruata rumpenda decem terræ in eadem tenuta, & in eis ſerendi, quæ ceſſabant finita locatione Cottanellæ, & reſeruata cedebant commodo conductorum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Vrbinaten. bonorum.

Mercurij 11. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Citatio ad ſententiam debet eſſe præciſa ad audiendam ſententiam, nec ſufficit ad audiendam voluntatem iudicis, & ex inſtrumento locationis, quando dominium probatum cenſeatur.

SVMMARIVM.

*Sententia lata ſine citatione, nulla, & inualida eſt, n.*1.
*Citatio ad ſententiam debet eſſe præciſa ad audiendam ſententiam, nec ſufficit ad audiendam iudicis voluntatem, num.*2. *verſ. Quia fuit reſponſum.*
Notarij aſſertio ſuper executione intimationis, abſque teſtibus non probat, ibid. in fine.
*Rei vendicatio non datur dominio non probato, num.*3.
*Dominium non cenſetur probatum probata locatione ad effectum deuolutionis, & rei vendicationis, ibid. verſ. Nec ſufficit probatio, & quid ſi vltra locationem alia concurrant adminicula, n.*4.
Emphyteuſis non deuoluitur propter canonem non ſolutum, quando dominus directus illum accipere recuſat, ibidem in fine.

DECISIO DCLI.

1 CEnſuerunt Domini ſententiam Vicarij Vrbinaten. eſſe infirmandam, quia vtroque defectu, nullitatis ſcilicet, & iniuſtitiæ, laborare videtur. Nam ſi deficit citatio ad ſententiam, per eius omiſſionem nullitas ſententiæ cauſatur, *Clement. paſtoralis, de re iud. l. ab eod. C. quomodo, & quando iudex. l.*1. *ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* gloſ. *in Clement. ſæpè, de verb. ſignific.*

Non obſtat, quòd de citatione ſatis apparere videatur ex inſtantia Notarij, quæ datur in ſummario menſæ Archiepiſcopalis, in qua legitur quòd inſtante Syndico D. Vicarius monuit, ſeu prorogauit monitionem ad primam poſt Cineres, & die 1. Februarij 1614. fuit intimata oretenus per Notarium Caſetæ ſupradicta prorogatio D. Antonio Guiducio: ſententia autem lata fuit die 13. Februarij, & ſic intra tempus prorogationis. Quia fuit reſponſum monitionem, & prorogationem monitionis non indicare citationem ad ſententiam, cùm non omnis citatio ſufficiat, ſed debet eſſe præciſa ad audiendam ſententiam, gloſ. *in d. Clement. ſæpè, in verbo ad id, de verb. ſignif.* Felin. *in c. conſuluit, n.*16. *de off. delegat.* Marſ. *in rubr. de probation. nu.*368. Matheſ. *ſing* 8. *num.* 2. Bart. *ſing.*22. Ideo idem Matheſ. *d. ſing.*8. *n.*3. & Rom. *ſing.*372. *& conſ.*369. *n.*8. dicunt, ſi citatio diceret ad audiendam voluntatem iudicis, non arctaret citatum ad audiendam ſententiam, etiam cum verbo *peremptoriè*. Præterea etſi Notarius atteſtetur intimaſſe D. Antonio eandem prorogationem, nihilominus ei credendum non eſt parte abſente de executione intimationis abſque teſtibus, Bald. *in l. vlt. n.*17. *C. de re iud.* Crauett. *conſ.*273. *n.*6. quod etiam fuit dictum in Anconitana cenſus 24. Maij 1613. cor. R. P. D. Vbaldo. 2

Pro iniuſtitia autem ſententiæ ex actis conſtat quidem de alienatione menſæ Archiepiſcopalis reſpectu iſtius petiæ terræ cum columbario, quæ prætenduntur emphyteuticæ, ſed propterea non remanet probatum dominium Eccleſiæ, quod neceſſarium eſt in vendicatione bonorum, *l. in re, & l. officium, ff. de rei vendic.* Ripa *in c. ſæpe, n.* 60. *de reſt. ſpol.* Alex. *conſ.*28. *in princ. lib.*2. Ruin. *conſ.*54. *num.*3. *lib.*4. Honded. *conſ.*49. *nu.*37. *lib.*1. Caputaq. *deciſ.* 280. *n.*1. *part.*1. Nec ſufficit probatio quæ deducitur ex reuocatione locationis factæ auctori Guiducij, quia per eam non probatur dominium ad effectum deuolutionis, & rei vendicationis, etiamſi concurrant confeſſiones, & ſolutiones, Caputaq. *deciſ.*280. *num.*5. *par.*1. & ſæpiùs reſoluit Rota, vt in Romana domus 11. Maij 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino, & in alia Romana domus 21. Maij 1588. & in eadem 19. Iunij 1589. coram Orano Seraphino deciſ. 1453. 3

Et quamuis concurrentibus adminiculis vehementibus cum locatione Rota aliquando cenſuit conſtare de dominio, & in præſenti concurrant confeſſio Guiducij, oblatio Canonum, & cataſtrum; viſum eſt non ſufficere, quia confeſſio non præſtat adminiculum, vt in allegatis deciſionibus dicitur. Vltra quòd non eſt præciſa, ſed conditionalis, & ibi, *& eo nomine, quo eſt*, cuius declaratio eſt expectanda: oblatio autem ſub eadem conditione regitur, vt ex alia cauſa fuit facta, nempè ad euitandam caducitatem ob non ſolutum canonem, quatenus emphyteutica reperiretur, prout oblatio parte recuſante acceptare, ſolet excuſare, Bart. *in l.*2. *C. de iur. emphyt.* vbi Iaſ. *num.*182. Demum ex cataſtro nihil videtur reſultare, quia nec dominium, nec poſſeſſio ex ea probatur, Alex. *conſ.*68. *n.*3. *& 4. lib.*3. *& conſ.*147. *num.*6. *lib.*5. Bald. *in l. cenſualis, C. de donationibus.* 4

R. P. D. SACRATO,

poſteà S. R. E. Cardinali.

Illerden. decimarum.

Mercurij 13. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

De quaſi poſſeſſione exigendi decimas plura notanda, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

*Decimæ ſurgentes in parochia alicuius Capituli, eidem Capitulo debentur, n.*1.
*Decimæ debentur Capitulo, in cuius parochia exiguntur, etiam quod ex poſtfacto illas Capitulum ante diſſoluat, n.*2.
*Decimas exigendi diuturna quaſi poſſeſſio facit præſumere mandatum ad illas exigendas, n.*3.
*Decimæ laicis non debentur, & qui contrarium dicit, concludenter probare debet, n.*4.

D E-

DECISIO DCLII.

1 PRo informante fuit tentum, sententias scilicet ad fauorem Capituli latas, esse confirmandas, siquidem nullitas non opponitur, & de iustitia apparet eo ipso, quòd Capitulo adiudicarit decimas surgentes in parochia eiusdem Capituli, ad *c. cum in tua*, *c. dudum*, *c. cum contigat. de decim.* Rebuff. *eod. tit. q. 7. nu. 4. & 5.* Rota in Ceruien. decimatum 22. Aprilis 1602. coram bon. mem. Penia, & in Comen. decimarum 9. Decembris eiusdem anni 1602. coram Reuerend. Attrebaten.

2 Non obstat, quòd vsque de anno 1592. quarta pars istarum decimarum fuerit applicata mensę Episcopali Ilerden. alia verò quarta pars fuit applicata Archidiaconatus eiusdem Cathedralis, vnde alias inferebatur malè fuisse adiudicatas integras decimas Capitulo, quia fuit responsum ex testibus datis apparere, quòd à 60. annis, & citrà, integra decima soluitur Capitulo, & quòd Capitulum habebatur pro generali decimatore, quorum depositio remanet adminiculata, ex eo quod Episcopus, & Archidiaconus à multo tempore, quo fuit mota hæc lis, non contradicunt, vnde etiamsi post exactionem Capitulum soluat suas portiones Episcopo, & Archidiacono, non per hoc fuit illi malè adiudicata generalis exactio, cùm ad illum dicatur spectare, etiamsi ex post facto soluat aliquid alteri, Bart. & scribentes *in l. fundi Trebatiani, in princ. & n. 1. ff. de vsufruct. leg.* & magis in specie Abb. *in repetitione, c. extirpandæ, §. qui verò, n. 15. vers. si autem perceptio prouentuum, de praben.*

3 Et quatenus requireretur mandatum Episcopi, & Archidiaconi ad exigendam integram decimam, illud præsumeretur ex diuturna exactione, Anchar. *cons. 63. n. 4. vers. quoad quartam*, Castr. *cons. 1. n... lib. 1.* Afflict. *decis. 308. nu. 10. & 11.* & in simili de socio administrante rem communem Rota Ianuen. *decis. 14. num. 42.*

4 Alia prætensio, quòd istæ decimæ spectent ad Franciscum, & Iacobum Irenæum, licèt laicos, ex priuilegio Gregor. VII. & Vrbani VII. nullatenus fuit per eos iustificata, vt constat ex reuolutione processus; cùm tamen stante iuris resistentia ex quo sunt laici, ad not. *in c. prohibeamus, de decim.* Rota in Corduben. redecimatum 25. Octobris 1593. coram bon. mem. Cardinali Seraphin. non sat futura fuisset qualis qualis probatio, sed concludentissima fuisset necessaria, Abb. *in c. quia verisimile, nu. 2. de præsumpt.* Ales. *cons. 99. in fin. lib. 3.* Dec. *cons. 438. in princ.* Cephal. *cons. 138. n. 18. lib. 1.* Dec. *cons. 53. n. 17. lib. 1.* cum aliis allegatis per Crau. *cons. 56. n. 11. & cons. 75. n. 22. &c.*

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ.

Veneris 13. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Possidere præsumitur quis medio tempore, si comprobauit antea, & post se possedisse, n. 1.

Emptum de pecuniis hæreditariis dicitur hæreditati acquisitum, ibidem.

Libri mercatorum pro tertio contra tertium, stantibus adminiculis, iuncta præsertim temporis antiquitate, n. 5.

DECISIO DCLIII.

1 DVbitaui, an eredita expressa in nouem partitis, de quibus in dubio, remansissent in hæreditate Dominæ Angelæ? Et Domini, informante tantummodo Domino Lutio Vitellio, affirmatiuè responderunt, exceptis tamen quarta, octaua, & noua partitis, de quibus videndum particulariter dixerunt. Primum enim scutorum 17500. prouenit ex retractu venditionis Palatij, quòd Domina Angela emerat à Dominis de Patritiis, & post mortem Iulij eius hæredis vsufructuarij deuenit ad manus Ioannis hæredis proprietarij, qui illud vendidit pro pretio dictorum scutorum 17500. Quod quidem pretium cùm fel. rec. Clemen. VIII. per particulare Breue subrogauerit in locum dicti Palatii, videtur remansisse in hæreditate Dominæ Angelæ; probatis enim extremis, nempe acquisitione Palatii per ipsam facta, & possessione capta ab eius hærede, media possessio vsque ad tempus mortis præsumitur, gloss. *in c. accedens, de conuers. coniug.* Natt. *cons. 235 num. 18.* Rota *decis. 4. num. 12. part. 2.* & fuit dictum in vna Bononien. fideicommissi de Mauris 16. Ianuarij 1609. coram Illustriss. Lancellotto. Prout & idem dicendum videtur de secundo scutorum 3000. sortis principalis cuiusdam census per ipsam Angelam acquisiti, cuius fructus tam ipsa, quàm eius hæredes exegerunt.

2 Tertium est scutorum 3180. sortis principalis alterius census, qui cùm fuerit emptus per hæredes eiusdem Angelę de pecuniis hæreditariis redactis ex venditione 30. locorũ montis Pij recuperati ad effectum inuestiendi, iuxta formam testamenti eiusdem Angelæ, dicitur acquisitus hæreditati illius, gloss. *in l. Imperator. verb. non videtur, de legat. 2.* Cephal. *cons. 645. n. 49.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 22. sub n. 2.* Maximè, quia illum vti hæreditarium hęredes inter se diuiserunt, Alex. *cons. 152. n. 1. lib. 7.* Decian. *cons. 76. n. 9. lib. 3.* Peregr. *de fideic. art. 44. n. 5.*

3 Quintum scutorum 3000. sortis principalis alterius census empti per hæredes Angelæ de pecuniis hæreditariis à Comite Carpegna, probatur remansisse in illius hæreditate, tam ex prædicta diuisione, in qua ponitur *il censo di Gubio*, qui non docto de alio censu *di Gubio* intelligitur de isto cum Comite Carpegna Eugubino, quàm ex retrouenditione facta per Ioannem hæredem de tribus ex quattuor partibus sibi obuentis. Eam enim vel hæres non fecisset, nisi census fuisset hæreditarius.

4 Sextum creditum scut. 3639. sortis principalis trium censuum ab Angela emptorum nomine filiorum à Bentiuolis, & Corrado Rouetto, & posteà per Cardinalem Vitellium vnum ex filiis eidem Angelæ in solutum datorum etiam nomine aliorum fratrum, probatur remansisse in illius hæreditate, ex quo eius hęredes illos extinxerunt recipiendo à Rouetto scut. 400. & à Bentiuolis per manus eorum Procuratoris sc. 3004. ad bonum computum maioris summæ.

5 Septimum creditum scut. 1802. pretium 17. locorum montis Farinę emptorum in confidentiam de pecuniis Angelæ in personam Ioannis Baptistæ Vbertini, pariter probant remansisse in illius hæreditate ex libris Dominorum de Vbertinis, in quibus fuerunt creditores hæredes dictæ Angelæ in pretio dictorum locorum 17. qui quidem libri probant pro tertio contra tertium, stantibus adminiculis, Seraphin. *dec. 150. num. 4.* & fuit dictum in vna Beneuentana census 29. Martii 1593. coram bo. me. Cardin. Pamphilio, prout in casu nostro, in quo adest licentia per dictos hæredes data Vbertinis vendendi 13. ex dictis locis ad effectum inuestiendi iuxta voluntatem, & testamentum Angelæ, cum assertione quòd loca fuerant empta in confidentiam in personam Vbertini, in quo concordant cum assertione librorum hoc idem declarantium. Item antiquitas temporis, Aym. *cons. 158. n. 4.* Natt. *cons. 235. n. 7.* Surd. *cons. 429. n. 40.* Bona fama scribentis, Guidop. *decis. 441. n. 1.* Rolan. *cons. 92. num. 6. lib. 3.* & illius mors, Soc. *cons. 261. n. 3. in princ.* Aym. *cons. 275. nu. 6.* Magon. *decis. Florent. 95. n. 6.* Ex quibus, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Burgen. seruitij.

Lunæ 16. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Declaratoria censurarum datur absque alia terminorum professione, contra eum, qui se nolle parere expressè declarauit.

SVMMARIVM.

Declaratoria censurarum non denegatur contra contumacem, & non parentem, n. 1.

Declaratoria censurarum antequam concedatur, an & qualis terminus præfigi debeat ad parendum, n. 2.

Res iudicata præiudicat successoribus beneficij, quando sententia respicit onus pertinens ad dignitatem, n. 4. in fine.

DECISIO DCLIV.

FVit resolutum dandam esse declaratoriam contra Decanum, & Ludouicum Quintanam Abbatem de Cerbates. Contra Abbatem, quia fuit contumax in parendo exequutorialibus Rotalibus, dum casus seruiendi 1

con-

contingerit, facto seruire recusauerit, ac etiam verbo seruire se non teneri declarauerit, vt ex protestationibus, quę dantur, & probata contumacia, censuræ non denegantur, *c. venerabilibus*, *§. porrò*, *de sentent. excommunic. in 6.* Io: de Lignan. *in tract. de cens. Eccles. post princ. n 3. versic. nam propter contumaciam*, Ripa *in l. n.29. de iudic.* Seraphin. *decis.551. n.4.*

2 Neque ad probandam non paritionem fuit necessaria solemnitas terminorum, qui solent seruari ad expectandam paritionem, vt per Vestr. *in prax. lib. 2. c.4. n.28.* quia versamur in committendo, non autem in negligendo, quia Abbas intimatus ad seruiendum facto, & verbo se opposuit, ex quibus statim oritur contrauentio exequutorialibus, propter quam censuræ relaxantur, vt declarat idem Vestr. *d. n.8 vers. quod si ad exequutionem*.

3 Non obstat allegata infirmitas Abbatis ad excusandum se à seruitio, & contumacia, quia præambula declaratio non parendi impedit effectum excusationis.

4 Contra Decanum, quia & ipse absolutè recusauit parere exequutorialibus. Nec obstat, quòd dicitur Decanum non fuisse in sententiis condemnatum, quia sufficere visum est, quòd in sententiis fuerint citatæ, & condemnatæ dignitates tunc habentes Canonicatum, & quæ in futurum habebunt, & ideò cùm hodie Decanus habeat Canonicatum, benè comprehenditur tanquam dignitas in prædicta condemnatione. Præterea apparet etiam quòd Decanus fuit in causa vnà cum aliis dignitatibus, vt ex mandato procuræ in summario dato; quinimò & modernus Decanus Hieronymus de Ferrara, qui de eo tempore erat scholasticus, & Canonicatum obtinebat, fuit citatus, & nihilominus sententia contra omnes lata fuit. Nec videtur dubitandum, quin res iudicata præiudicet successoribus in beneficio, quia sententia respicit onus ad dignitatem pertinens, non autem ad personam, quo casu successores etiam afficiuntur. Oldr. *cons. 94. nu.17. & 18.* Crauet. *cons.10. n.8.* Cæs. de Grass. *decis. 2. n.4. de iud.*

R. P. D. VBALDO.

Calaguritana iurisdictionis de Nagera.

Veneris 20. Martii 1615.

ARGVMENTVM.

Episcopus in sua diœcesi habet fundatam intentionem, tam de iure communi, quàm vigore Concilii in approbationibus confessorum, & qui contrarium prætendit, debet hoc probare per Apostolicum priuilegium.

SVMMARIVM.

Episcopus in sua diœcesi habet fundatam de iure intentionem quoad approbationem confessariorum, n.1. & 2. Vbi quod hoc etiam est statutum in Conc. Trid.

Manutentio datur ex sola iuris assistentia, absque alia probatione possessionis, n.2. & 3. Vbi quid si iuris assistentia reddatur turbida per aliquos contrarios actus.

Quasi possessio approbandi confessores in præiudicium iurisdictionis Episcopi non suffragatur, nisi constito de scientia Episcopi, n.3.

Abbas non præsumitur habere iura Episcopalia, nisi probetur, & ostendatur priuilegium Apostolicum, quia solus Papa talia iura concedere potest, n.5.

DECISIO DCLV.

1 FVerat in hac causa resolutum vsque de anno 1611. die 6. Iunij coram Reuerend. Attrebaten. * dandum esse mandatum de manutenendo Episc. Calaguritano in quasi possessione approbandi confessarios in Ecclesiis S. Crucis, & S. Michaelis oppidi de Nagera, & cùm pro parte moderni Reuerendiss. Episcopi instaretur pro relatione mandati prædicti, Abbas B. Mariæ de Nagera ordinis S. Benedicti Aduocatus petiit, & obtinuit iterum audiri super eisdem. Et DD. vnanimiter perstiterunt in decisis; fuit enim iam per plures decisiones firmatum dictum monasterium S. Mariæ de Nagera esse in diœc. Calaguritana, videlicet 4. Iulij 1603. & 16 Ian. 1604. coram bo. mem. Penia, & rursus 16. Iunii eiusdem anni, & 5. Maii 1608. coram Reuerend. Attrebaten & id etiam fuit pro ratione adductum coram eodem 12. Ian. 1609. Quod vlterius confirmabant Domini tum ex enunciatiua Benedicti Papæ in confirmatione sententiæ Roberti data pro parte monasterij, in qua expresse enunciatur Prior & Conuentus B. Mariæ de Nagera Cluniacensis ordinis Calaguritanæ diœces. tum quia prætensio monasterii est fundata super priuilegiis, & exemptione, vt in dicta sententia *num. 19.* quæ exemptio præsupponit dictum monasterium esse in diœces. vt benè per Rot. *decis. 207. n.2. & 3. part. 2. diuers.* & fuit dictum in Constantiensi iurisdictionis 18. Maii 1601. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Sipontina iurisdictionis 24. Maii 1613. & in eadem 14. Martii 1614. cor. Reuerend. Damasceno.

Hoc igitur stante quòd dictum monasterium sit in diœc. Calaguritana, Episcopus habet intentionem fundatam de iure communi, *c. omnes basilicæ 16. q. 7. c. cùm Episcopus, de off. ordin. 6. c. cùm querente, extra eod. tit.* Verall. *decis. 306. p.1. & decis. 201. p 2.* & in specie quoad approbationem confessariorum, est text. *in Clem. dudum, §. ac deinde*, & ibi Vital. & alij *de sepult.* & est expressum in sac. Conc. Trid. *sess. 23. cap. 15. de reform.* cuius dispositio est clara, quod nemo admitti possit ad confessiones sæcularium audiendas, nisi sit approbatus ab Episcopo, & quocumque priuilegio, & consuetudine etiam immemoriali non obstante, & fuit declaratum per sacr. Congregationem Conc. Trident. interpretum, vt fuit dictum in hac causa 26. Iunij 1604. coram Reuerend. Attrebaten. vnde ex sola hac assistentia iuris certum est Episcopo competere manutentionem, absque alia probatione possessionis, *cap. cum persona*, vbi Doct. omnes, *de priuil. in 6.* Verall. *dec. 306. part. 1, & dec. 201. & seq. part. 2.* Rot. *decis. 145. nu.6. part. 2. diuers.* & fuit dictum in hac causa 12. Nouembris 1609. coram Reuerend. Attrebaten. & prius 5. Maii 1608. in eadem causa coram eodem. Et fuit resolutum in vna Veronen. iurisdictionis 18. Martii 1596. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & in aliis. 2

3 Nec videbatur applicari limitationi, quæ adducebatur pro monasterio, videlicet, quòd assistentia iuris non suffragetur, quando per actus contrarios redditur turbida, & ideo sit omittendum iudicium possessorium, vt Rota seruauit in pluribus causis, & præsertim in Lucen. seu nullius 4. Maii 1598. coram Seraphino, & in alia montis Regalis 4 Nouembris eiusdem anni coram Penia. Quia respondetur, quòd isti actus non probantur, & quatenus probarentur etiam ad inducendam immemorialem censentur sublati per Conc. Trid. per quod derogatur etiam consuetudini immemoriali, vt dictum est, præsertim cùm Abbas non doceat ex dd. actibus acquisiuisse quasi possessionem sciente, & patiente Episcopo, prout requiritur, *l. 2.* vbi gloss. *C. de seru. & aq. c. cum Ecclesia*, vbi Rip. *n.64. de caus. poss. & prop.* Put. *decis. 360. nu. 10. lib. 1.* Rota in d. Sipontina iurisdictionis 14. Martii 1614. coram R. Damasceno, & quatenus probaretur, confessarios habuisse licentiam ab Abbate, non tamen inde infertur, quòd non habuerint etiam ab Episcopo, vt in similibus terminis fuit resolutum in vna Bonon. iuris concedendi licentiam 7. Iunii 1585. coram Orano.

4 Nec obstare videbatur præcipuum fundamentum informandi pro Abbate, quòd sacr. Conc. licèt derogauerit consuetudini immemoriali, non tamen videtur sustulisse ius quæsitum Abbati vigore concordiæ, vel arbitralis sententiæ Roberti, & à Sede Apostolica ex certa sententia confirmata, propter duplex vinculum, iuxta not. *in Clem. dudum in verb. pacta, de sepult.* cum aliis adductis in vna Seguntina iurisdictionis 27. Nouemb. 1587. coram Gipsio. Quia vltra in dicta sententia nullum verbum legitur de approbatione confessariorum, vt iam decisum est coram Reuerend. Attrebaten. Respondebatur etiam dictam sententiam, & inde secutam confirmationem fundari in prætensa immemoriali consuetudine, & priuilegiis, quibus cùm fuerit derogatum per Conc. vt suprà dictum est, sequitur vt cesset etiam quodcumque ius ex dicta sententia confirmata quæsitum, vt in simili materia fuit data declaratio Illustr. sac. Cong. interpretum in vna Baren. iurisdictionis de anno 1589. *vers. & ita in simili.*

5 Nec etiam obstat, quòd dispositio sac. Concil. non procedat, vbi Abbas habeat quasi iurisdictionem Episcopalem, quia quicquid sit de hoc, respondebatur ex iuribus datis pro parte Abbatis non probari eum habere simpliciter omnia iura Episcopalia, si non ostendat priuilegium Apostolicum, cum solus Papa illa possit concedere, Abb. *in c. cum contingat, n.18. de foro compet.* post Io. Andr. *in c. cum*

Epi-

Episcopus, *de off. ordin. in 6.* & dixit Rot. in hac causa 26. Iunii 1604. coram R. Attrebaten. ex quibus, & aliis deductis in aliis decisionibus huius causæ, & nunc per informantes DD. persttterunt in decisis die 6. Iunii 1611. coram eodem Attrebaten.

Est decisio 332. supra in prima parte recent.

R. P. D. PIROVANO,
Romana vineæ.

Veneris 20. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Pensio in locatione vineæ quando iusta dicatur, est magistralis decisio,

SVMMARIVM.

Pretium conuentum non præsumitur iniustum, nisi contrarium probetur, num. 1.

Vsura etiam quod ciuiliter agatur, plenè, & concludenter probanda est, ibid. in fine.

Fructus bonorum stabilium solent reddere ad rationem quinque pro centenario, num. 2.

Pensio rei locata debet correspondere fructibus, & non pensio rei, ibid.

Fructus non dicuntur, nisi deductis expensis, ibid. in fine, & num. 5.

Fructus in omnibus locis non sunt vniformes, & indifferentes, n. 3. & 6.

Testes vt probent valorem, debent deponere de communi æstimatione, num. 7.

Testis non informatus super valore deponens nihil probat, ibi.

Testes pro informatione Curiæ simpliciter examinati nihil probant, n. 6.

Positiones habitæ pro confessis ex decreto iudicis non solent à Rota multum attendi, num. 8.

DECISIO DCLVI.

1 IN resolutione articoli, an contractus locationis, de quo agitur, esset vsurarius? Domini reseruarunt videre de iustitia pensionis: in hodierna autem disputatione fuit resolutum, pensionem non esse iniustam ad effectum de quo agitur, quia in dubio pretium conuentum non præsumitur iniustum, nisi contrarium probetur, Bald. *in l. per diuersas in 4. q. C. mand.* Surd. *dec. 248. n. 7.* Roland. *cons. 92. n. 17. vol. 2.* Huiusmodi autem contraria probatio pro parte Bartholomæi non datur, prout in præsenti requiritur, ad iustificandam vsuram, nempè concludens & perfecta, cùm respiciat delictum, *l. fin. C. de probat.* Bec. *cons. 78. n. 11.* & quòd saltem in tertia parte iniustitiam concludat, Rota in Bononien. de bellis 9. Martij, & 8. Iunij coram Archiepiscopo Lugdunen.

2 Si igitur iniustitia pensionis scut. 90. deducatur respectiuè ad valorem proprietatis vineæ, iuxta æstimationem tertij periti in scutis 2197. à quibus plus percipiatur vti de stabilibus, quæ solent reddere in rationem quinque pro centenario, secundùm gloss. *in auth. perpetua, in verb. iuxta, C. de sacros. Eccles. & in auth. de non alienan. §. si vero alicuius Ecclesiastici*, Rota Petus. *decis. 65. n. 15.* Roman. *cons. 423. n. 1.* & scuta nonaginta, quæ sunt pensio conuenta, excedant, Plures fuerunt datæ responsiones, & primò quòd pensio debet correspondere fructibus, & non pensio rei, *l. qui bonis, ff. de cess. bonor.* Iat. *in l. fundum per fideicommiss. n. 2. & 3. ff. de leg. 1.* ideò si bona sint pretiosiora, sed parui redditus, pretium non augebit pensionem, cùm cessat causa correspectiuitatis augmenti. Nec dicatur, quòd etiam habita relatione ad fructus idem videatur dicendum, dum ex descriptionibus multorum annorum apparent recollecta tot barilia vini, quæ excedunt dicta sc. 90. quia & super hac recollectione certa supputatio fieri non potest; non liquidatis impensis, cùm fructus non dicantur nisi impensis deductis, Bald. *cons. 53. in fine lib. 1.* Felin. *in c. ad aures, de rescript. conclus. 12.*

3 Secundò non est absolutum, quòd hæc probatio in omnibus locis indifferenter concludere possit, sed esse periculosum, dicit Cagnol. *in l. 2. n. 233. C. de rescind. vend.* quem in his terminis sequuta est Rota in Romana dotis 23. Maij 1594. coram D. Cardin. Arigonio, & in his suburbanis vineis fallaces sunt redditus propter maximas impensa, & pericula, quibus propter temporum iniuriam subiacent, vt fuit ponderatum in decisione in hac causa facta coram Illustriss. Cardin. Millino.

Tertiò, quia modicitas pensionis neque in tertia, neque 4
in vlteriori parte probatur, prout necessarium est, Afflict. *dec. 65. n. 2.* Gram. *dec. 76. n. 25.* nec probari potest, quia sc. 90. pro pensione conuenta cōstituunt redditum in rationem quatuor, & vltra pro centenario, quæ respectu quinque tertiam partem non attingunt.

Quartò, quia cùm pensione concurrunt pacta manuten- 5
tionis arborum, & ædificiorum, quæ correspondent pacti deficienti ad quantitatem quinque pro centenario, & dicuntur pars pensionis, vt latè probat Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. n. 38. & de retract. conuent. in præfat. n. 21. vers. & semper*, per *l. fundi partem*, vbi gloss. & DD. *ff. de contrahen. empt.*

Secundò principaliter, si arguatur iniustitia pensionis 6
ex locatione aliarum vinearum, & ita pariter non est concludens probatio, quia locationes non probant veros annuos fructus, cùm possint variari vel ex negligentia, vel ex diligentia locatorum, vt fuit dictum in allegata decisione Romana dotis coram Illustr. Card. Arigonio, & etiam quia vineæ non sunt omnes sub eadem qualitate, vt ex vna ad alteram possit fieri illatio, Cagnol. *in l. 2. n. 231. vers. & quod conclusio, C. de rescind. vendit.*

Postremò si ex depositionibus testium, vt ex confessa- 7
tis positionibus contendatur probatam esse iniustitiam pensionis, ea hoc quoque capite Bartholomæus nihil egisse videtur, quia primus testis mendicus est, & non deponit de communi æstimatione, sed per verbum *credit*. Cæs. de Grass. *dec. 14. de probat.* Verall. *dec. 278. p. 3.* Afflict. *dec. 307. n. 25. & 381. n. 7.* Secundus verò non est informatus, dum interrogatus iuxta 12. respondit nescire redditus vinearum vrbis, & earum quæ sub vrbe sitæ sunt, iuxta prædictam *dec. 14.* Cæs. de Grass. *de probat.* Tertius testis qui est Genestar, non est in præsenti iudicio examinatus, nec eius depositio in causa criminali fidem facit, cùm simpliciter pro informatione Curiæ, & parte non citata deposuerit, Aretin. *cons. 163. n. 1.* Boss. *quomod. proced. in crimin. notor. n. 8.* Rota in Romana census 17. Maij 1600. coram Illustr. Card. Millino.

Similiter non obstant positiones, quæ dicuntur confes- 8
fatæ per Cortesium in Curia Capitulina, quia dicitur constare de repositione earumdem. Præterea Rota non solet attendere has fictas confessiones, vt in Romana dotis 8. Martii 1610. coram R. Archiepiscopo Bononien. maximè ad effectum iustificandi delictum vsuræ, quod requirit certam, & concludentem probationem, vt suprà dictum est. Et ita, &c.

R. P. D. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Cæsaraugusta domus.

Mercurij 27. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Attentata non sunt reuocanda, quando pars non opposuit, vel quando ex reuocatione scandalum orietur, præsertim quando causa est commissa arbitrio Rotæ.

SVMMARIVM.

Attentata non sunt reuocanda, quando pars nihil opposuit, attentari permisit, n. 1.

Attentata non reuocantur, quando ex reuocatione orietur scandalum in populo, n. 2.

Citationis defectus in sententia contra plures lata operatur nullitatem quoad non citatos, non autem quoad citatos, n. 3.

Attentata, & nullitates quando sunt turbidæ, Rota potest illas non attendere quando eius arbitrio causa est commissa, num. 4.

DECISIO DCLVII.

FVit per Dominos resolutum, intrare arbitrium pro 1
reiectione attentatorum, & nullitatum, cùm attentata cessent ea eo, quòd licèt Domin. Archiepiscopus post appellationem interpositam ad Nuncium a licentia per ipsum data erigendi Collegium vlteriùs processerit ad concessionem alterius licentiæ celebrandi Missas, & retinendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in capella dicti Collegij: tamen quia pro parte Ecclesiæ del Pilar nunquam fuit oppositum de huiusmodi attentatis coram iudice appella-

pellationis, & passa fuit in causa principali procedi, illis videtur renunciasse, & amplius non posse hodie agere ad eorum purgationem, Angel. *in l. eius, §. si cuius, n.3. ff. de appell. recip.* Paris. *cons.41.n.37. lib.1.* Cresc. *dec.7. de re iudic.* Lancell. *de attent. appell. pend.2.p.12. limit.42. n.3.*

2 Præsertim, quia in dicta capella adest magnus concursus populi, & si cessaretur à celebratione Missarum, & prohiberetur retentio sanctissimi Sacramenti, causaretur maximum scandalum in dicto populo, ad quod euitandum non intrat remedium attentatorum, Marsil. *singul.199.* Rot. *decis.8. vt lite pend. & decis.1. de caus. possess. & propriet. in antiq.* Menoch. *de recuper. remed.17. n.36.* Lancell. *vbi suprà limitat.46. & de attentatis lite pendente, part.2. c.4. limit.13. per totam*, & facit decisio Cres. *1. de oper. noui nunciat.*

3 Quo verò ad nullitatem principaliter deductam ex defectu citationis dictæ Ecclesiæ del Pilar, respondebatur dupliciter; primò dictum defectum operari, ne sententia subsecuta afficeret Capitulum, non autem reddere sententiam nullam quoad alios citatos, Ruin *cons.129. num. 12. lib.5.* Gabr. *cons.56. n.19 lib.1.* Secundò, quòd attenta constitutione fel. rec. Clem. VIII. in qua cauetur quòd licentia non concedatur, nisi vocatis aliorum Conuentuum Prioribus, vel Procuratoribus constiterit nouum Conuentum sine aliorum detrimento commodè sustentari posse; citatio dictæ Ecclesiæ non erat necessaria, sed tantùm aliorum, de quorum interesse agebatur, qui sunt mendicantes, ne propter eleemosynas erogandas in nouum Collegium illi damnum patiantur, quod detrimentum considerari non potest in Capitulo del Pilar, quod dicitur esse ditissimum, & nullum incommodum sentire potest ex tali erectione noui Collegij.

4 Vnde vel non intrant nullitas, & attentata, vel saltim redduntur multum turbida, ex prædictis, quod sufficit ad effectum arbitrij, Lancell. *de attent. part.3.c.04. quæst.19. n.5* Rot. *decis.120 in princ. part.1. diuers.* & fuit dictum in vna Elboren. iuris conferendi 18. Martij 1613. coram me. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Acquen. Capellæ.

Veneris 27. Martij 1615.

A R G V M E N T V M,

Breuis est decisio, & quid in ea contineatur, summarium demonstrat.

S V M M A R I V M.

Sequestratio conceditur vbi possessio est nulla, & attentata, num 1.

Appellatio datur regulariter à sententia diffinitiua, aut vim diffinitiuæ habente, num.2.

Possessio capta pendente appellatione dicitur attentata, ibid.

Exceptiones pertinentes ad petitorium non impediunt executionem in possessorio, n.3.

Acta transportata præsumuntur integrè facta, n.4.

DECISIO DCLVIII.

1 PRo appositione sequestri fuit resolutum, quia possessio est nulla, & attentata, & de stylo huius tribunalis sequestratur, Caputaq. *decis.157.p.3.* Cossad; *de restit. spoliat. decis.3. n 6.*

2 De attentatis autem satis constat, quia sententia, in qua fuit pronunciatum Flaminium esse reiiciendum, & Antonium admittendum, sine dubio est appellabilis, cùm sit diffinitiua, vel saltem habeat vim diffinitiuæ, à qua non denegatur appellatio, *Clem. fin.* vbi gloss. *de appell.* Feder. de Seo. *cons.66. in fine*, Natta *cons.92. per totum*, & appellatione stante, vel pendente tempore ad appellandum, non poterat dari immissio Antonio citra vitium attentatorum, prout in præsenti fuit factum eadem die, qua fuit pronunciatum, ideò quatenus constet de appellatione possessio est attentata, *c. non solùm de appell* Lancell. *de attent. pend. temp. ad appell. n.18*, Seraph. *decis.1056. n.1.* vel saltem est reuocata per viam nullitatis, iuxta dec. Cæs. de Grass. *2. de appell.* sæpiùs in Rota approbatam.

3 Non obstant, quæ deducuntur de bono iure Antonij, quia pertinent ad petitorium, quo pendente ab executione non est supersedendum, cùm materia requirat altiorem indaginem, Rota in causa Caloguritana beneficij 1. Martij 1608. coram Reuerendissimo nostro Decano.

Non obstat defectus transportationis actorum, quia pro parte Antonij non probatur prout necessarium est, cùm acta præsumantur integra, vt dictum fuit in causa Vratislauien. matrimonij 6. Februarij 1604. coram R. P. D. Caualerio. Et ita, &c. 4

R. P. D. M A R Q V E M O N T I O,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana domorum ad sanctum Marcum.

Lunæ 30. Martij 1615.

A R G V M E N T V M.

Dominium quando agitur contra tertium, & non inuestitum, quando probetur ex instrumento concessionis, & an contra non inuestitum detur actio personalis, pro soluendo canone.

S V M M A R I V M.

Dominium quando agitur contra tertium possessorem non probatur ex instrumento concessionis, n.1. & 2. Declarantur contrarium tenentes.

Amplia primò quod nec etiam contra inuestitum probetur, quando agitur actione reali, & vindicatur res concessa, num.1.

Amplia secundò, etiamsi instrumentum sit antiquum, ibid.

Fallit regula, vbi plura sunt instrumenta, & concurrunt adminicula, vel longissima quasi possessio, n.2. & 3. Vbi quòd instrumenta debent esse facta inter diuersis personis.

Probationes leuiores admittuntur in materia confinium, n.2.

Instrumenta plura facta inter eosdem partes coram eodem Notario, & testibus eadem die pro vnico instrumento habentur, n.3.

Enunciatiuæ plures vt probent requiritur, quod emanarint à diuersis personis, ibid.

Actio pro consequendo canone vt personalis contra inuestitum, nec datur contra tertium possessorem, n.4.

Emphyteuta non soluendo per multum temporis spatium canonem, præscribit libertatem, ibid.

DECISIO DCLIX.

DOmini steterunt in decisis, videlicet confirmandam esse D. Vicegerentis sententiam, qua absolutus fuit D. Hippolytus à iudicio contra eum intentato per Illustres Dominos Canonicos sancti Marci, super recuperatione domorum, de quibus agitur. Præcipua decisionis ratio fuit, quòd cùm agatur contra tertium possessorem, non probatur dominium Ecclesiæ per instrumentum concessionis de anno 1496. Bart *in l. legata inutiliter, ff. de adim. leg* Alexan. *in l. si aliena, in princ. ff. solut. matrimon.* Roman. *cons.127. col.1. versic. quinimò*, Ruin. *consil. 26. num.2. lib.1.* Rimin. sen. *cons.910. n.3. & 4.* Specul. *tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 52. & seq.* Barba. *cons.50. num.23. lib.1.* de vera & communi testatur Curt. iun. *cons.158. nu. 22.* Quinimò nec etiam contra ipsum inuestitum probatur dominium ex instrumento concessionis, quando non agitur actione personali, sed reali, & vindicatur res concessa, Bart. *in d. l. legata, n.2. vers. sed si ageretur*, Alex. qui communem dicit *cons.12. n.4. lib.4.* Sicuti & communem dicunt Curt. iun. *cons.42. n.8.* & Ruin. *cons.47. n 6. lib.1.* Nec ad istum effectum suffragatur, quòd instrumentum sit antiquum, Socin. *cons.266. n.11. & seq lib 2.* Ruin. *cons. 161. n.17. lib.1.* Crot. *cons.34. n.11.* Alciat. *cons.570. nu.2.* Put. *dec.452. n.2. lib.2.* 1

Non obstant Doctores ex aduerso allegati. Nam Aret. *cons.42.* loquitur in pluribus instrumentis, & concurrentibus adminiculis, vt patet *in princ. & n.2. & per totum*. Vltra quòd loquitur in materia finium, in qua leuiores probationes admittuntur, Paris. *cons.107. n.7. & 8. lib.1.* Dec *cons.428.* Eodem modo loquitur in pluribus instrumentis antiquis *n.4.* & iunctis adminiculis *no.5. & in fin.* Ruin *consil.14. lib 4.* Loquitur autem ipse in pluribus instrumentis antiquis *nu.6.* & concurrente longissima quasi possessione *num.5.* sic Alexan. *cons.10. lib.4.* Paris. *consil. 104. n.82. & seq. lib.1.* & Socin. *cons.187. vol.2.* considerans cum instrumento locationis concurrentia adminicula: in hoc autem casu iste concursus omnino deficit, & quod magis est, cùm istæ domus, quæ dicuntur datæ in emphyteusim, sitæ forent ad plateam sancti Marci, ita vt verisimili- 2

liter

liter DD. Canonici non potuerint esse immemores intium sibi ex illa emphyteusi debitorum; tamen non docent quòd vnquam exegerint canones, quamuis plusquam centum anni à tempore concessionis elapsi sint.

3 Non obstat, quòd prætenditur hic adesse plura instrumenta; omissio enim, an ista pluralitas instrumentorum sufficiat absque adminiculis, quando agitur de graui præiudicio, videlicet de deuolutione, & rei vendicatione, fuit responsum præterea pluralitatem instrumentorum in hoc casu deduci ex dicto concessionis instrumento, & ex alio instrumento consignationis, & apprehensionis possessionis: ista autem instrumenta pro vno haberi debent, cùm fuerint facta inter easdem partes coram eisdem testibus, & ab eodem Notario eadem die rogata, Curt. sen. *cons.55. n.11.* faciunt tradita per Angel. *consil.145. num.2.* Roman. *cons.445. num.3. in fine*, Ripa *in l. generaliter, n.116. C. de reuoc. donat.* Corn. *cons.319. num.11. lib.3.* Ad effectum autem probandi dominium, requiruntur plura instrumenta facta cum diuersis personis, Ruin. *cons.14. numer.6. & seq. lib.4.* Crot. *d. cons.34. n.17. & 18.* eodem modo quo vt enunciatiuè probent, requiritur quòd à diuersis personis emanatint. Cùm igitur non constet de dominio Ecclesię, non procedit rei vendicatio, idque tantò magis cùm nec probetur rei hempyteoticæ identitas; concessio enim est de certis domibus, seu accasamentis terrenis soleratis & regulatis, cum salis, cameris, tinellis, hortis, claustro, puteo, aliisque membris, & pertinentiis pro annuo canone ducatorum 303. Maximè, quia ex testibus per ipsos Canonicos examinatis constat quòd quando dicta domus fuit redacta in eam formam, in qua hodie conspicitur, id factum fuit ex antiqua domo subactariorum, & ex alia quadam domo, quæ tunc empta fuit.

Nec enim dicta domus tantùm loci occupat, vt præter illas duos domos adhuc complecti potuerit illa tenimenta emphyteotica, cum suis hortis, claustro, & pertinentiis; ideòque dicta emphyteusis quatenus standum esset prædicto instrumento, meliùs verificaretur in aliis casamentis, & hortis dictæ domui Hippolytis contiguis, quę dicuntur esse sub proprietate DD. Canonicorum, & quibus etiam benè conueniunt omnia confinia in sæpedicto instrumento enunciata; atque per consequens istæ demonstrationes turbidæ & æquiuocæ, omnique canonum exactione destitutæ, & loci angustia probatæ, non possunt huic rei vendicationi suffragari.

4 Quatenus autem DD. Canonici nunc prætendunt saltem solutionem canonũ, vltra quòd id non impedit absolutoriam, quam petit Hippolytus à iudicio deuolutionis: adhuc dici potest, quòd etiamsi probaretur identitas, tamen respectu dictorum canonum actio est personalis, quæ haberet locum contra recipientem, & alios inuestitos, non autem contra tertium possessorem, Alex. *d. cons.12. num.6. lib.4.* Præterea & posset videri præscripta libertas in futurum non soluendi, cùm per tantum tempus nihil solutum fuerit, vt per Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. limitat.31. n.1.* vbi alios cumulat.

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S. R. E. Cardinali,

Leodien. pecuniaria,

Luna 30. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Vsuræ & interesse, quando debeantur ex pecuniis in depositum datis,

SVMMARIVM.

Deposita pecunie restituenda sunt deponenti, vel cui deponens mandauit, quamuis deponentis non sint, sed alterius, n.1.

Solutio facienda est ei, cum quo contractum est, etiam quòd ius alteri acquisiuerit, & non sibi, ibid.

Vsura & interesse non debentur, quando non debetur sors principalis, quia sunt accessoria ad sortem, n.2.

Interesse nunquam debetur sine mora, & interpellatione, n.2. vers. Item quòd Lambertus, & n.3. in fine.

Mora sonat in culpam, & ideo concludenter probari debet, n.2. in fine.

Vsura sunt prohibita de iure diuino, n.3.

Interesse lucri cessantis non debetur nisi probatis solitis requisitis, ibid. vers. Et tandem.

DECISIO DCLX.

Resolutum fuit pro informante, videlicet vsuras & interesse non deberi, cùm enim fuissent depositatę pecuniæ per Catherinam de Compart penes Lambertum authorem Dominæ Hobinæ, ad effectum vt eas custodiret, & postea restitueret prolibus Catherinæ de Trixhe, quandocumque matrimonium contraherent, videbatur DD. satis constare hoc esse depositum, habens implicitum mandatum quod Lambertus ad vnguem exequutus est restituendo pecunias dictis prolibus, vt apparet ex testibus examinatis, & ex quittantia. Hinc sequi dicebant Erasmum nullum posse prætendere interesse, cùm Lambertus non ab ipso, sed à Catherina pecunias habuisset, cum obligatione, seu mandato de restituendo dictis prolibus, seu filiabus alterius Catherinæ, & ipsiusmet Erasmi, prout fecit; pecuniæ enim depositæ restituendæ sunt deponenti, vel cui deponens mandauerit, quamuis pecuniæ ipsius deponentis non sint, sed alterius, dummodo absit mala fides, & scientia quòd pecunia esset aliena, de qua respectu Lamberti hic non docetur, *l. quod seruus, l. bona fides, l. Iulianus, ff. deposit. l. quod seruus, cum ibi not. ff. de solut.* Baldus *in rub. C. eodem, n.3.* & generale est vt ei rectè fiat solutio cum quo contractum est, etiam quòd ius alteri acquisiuerit, & non sibi, Bartol. *in l. filius*, & ibi communiter DD. *C. de pact. & in l. si verbana, in principio*, & ibi Iason *n.4. ff. de cond. indeb.* Afflict. *in decis.147.* Tiraquell. *de retract. conuen. §.4. gloss.9. n.4.* Bec. *consil.19. n.5. & seqq.* Surd. *consil.43. n.1. & 2. lib.1.* fuit dictum in Anconitana pretij domus 17. Nouembris pręteriti coram R. P. D. meo Vbaldo. 1

Et ideò cessante obligatione Lamberti quoad sortem principalem respectu Erasmi, cum quo non contraxerat, cessat etiam obligatio vsurarum, & interesse, quod tanquam accessorium sine sorte non debetur, iuxta textum *in l. vltima, in fine*, vbi Bart. *n.3. ff. de eo quod cert. lo. l.4.* vbi DD. *C. depos.* Iason. *in l.1. de iudicibus, n.2.* Dec. *in l. vinum, n.5. ff. si cert. pet.* Rota Ianuen. *decis.61. nu.7. & decis.200. num.5.* Placebat etiam Dominis fundamenta decisionis aliàs factæ in hac causa die 9. Ianuarij præteriti, propter quæ fuit denegata remissoria, videlicet quòd hæ pecuniæ depositatæ nunquam fuerunt Erasmi, stantibus pactis antenuptialibus, per quæ Catherina sibi reseruauerat ius disponendi de 1000. florenis, & sic cessabat allegata consuetudo patriæ Leodiensis, secundùm quam omnia bona vxoris transeunt in potestatem viri, ita vt mulieri nihil supersit præter fusum & colum. Item quòd Lambertus nunquam fuit in mora, nec per diei lapsum, nec per interpellationem, sine qua interesse non debetur, *l. si insulam, §. vsuras*, & ibi Bartol. & alii, *ff. solut. matrim.* Honded. *cons.50. num.21. lib.1. & cons.38. numer.9. lib.2.* vbi de communi, quæ mora debet concludenter probari cùm sonet in culpam, Honded. *d. cons.38. num.11.* tenuit Rota in Albanen. legitimæ 2. Nouembr. 1557. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, quæ est decisio 539. parte prima relata inter impress. diuers. 2

Placebat etiam motiuum in decisione allegatum, quòd Lambertus nunquam fuit vsus dictis pecuniis, cùm fuerint restitutæ in eadem arcula, in qua clausa depositatę fuerant ab initio, & in actu restitutionis fuit aperta, & facta recognitio monetarum, vt testes deponunt, & quatenus etiam fuisset vsus, non propterea vsuræ aliquæ debeantur, tanquam prohibitæ de iure diuino, vt per sanctum Thomam 2.2. *quæst.78. art.3.* cum aliis in decisione allegatis. Et tandem Domini considerabant quòd in omnem euentum Erasmus non potest prætendere, nisi interesse lucri cessantis, vt quia cum illis pecuniis potuisset negotiari, & lucrari, quod tamen certum esse dicebant non deberi nisi probatis solitis requisitis, Paulus de Castro *in l.3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loco*, cuius doctrinam Rota sequuta est sæpiùs, Mohed. *decis.3. de vsuris*, Put. *decis.231. lib.1.* de quibus requisitis in præsenti casu nullatenus constat, & præcipuè de mora, vt dictum est, cuius probatio semper est necessaria, siue agatur ad interesse lucri cessantis, seu damni emergentis, Honded. post alios, *d. cons.38. num.10.* &c. 3

R.P.D.

R. P. D. MANZANEDO,
Patriarcha Hierosolymitano.

Lucana Iurispatronatus.

Veneris 3. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus probatur ex antiquissima præsentandi quasi possesione, quando præsentationes fuerunt continuatæ, & effectuatæ, iuncta præsertim fama, & positiuis actibus ab ordinario gestis.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus censetur plenè probatum ex antiquissima quasi possessione præsentandi cum præsentationibus effectuatis, iuncta fama, num. 1. & seqq.

Præsentationes in iurepatronatus censentur effectuatæ ex institutione illarum vigore facta, ex adeptione possessionis, & ex præsentationibus successiuè factis per obitum præsentatorum, num. 3.

Patronorum consensus in resignationibus habetur loco præsentationis, & præseruat quasi possessionem præsentandi, ibid.

Enunciatiuæ plures, & antiquissimæ habent vim famæ in probatione iurispatronatus, num. 4.

Iuspatronatus probatur per actus positiuos gestos ab ordinarijs, qui non solent esse faciles in admittendo iurepatronatus, num. 5.

Iuspatronatus præsumitur esse potius ex dotatione, & fundatione, quàm ex alia causa, num. 6.

DECISIO DCLXI.

1 COnstare de iurepatronatus Ecclesiæ sancti Laurentij, de qua agitur, Domini dixerunt, stante antiquissima quasi possessione insimul cum præsentationibus continuatis, & effectum sortitis vltra centum annos, iuncta fama, quæ, vt inferiùs dicetur, resultat in casu nostro, ex pluribus antiquis enunciatiuis, Bald. *in l. cum super, C. de rei vendic.* Dec. *cons.* 174. *n.* 4. Tan. *decis.* 84. Pur. *decis.* 60. *in fin. &* 140. *in fin. lib.* 1. Rot. *decis.* 792. *nu.* 1. *& seq. p.* 1. *diuers.* Seraph. *decis.* 1141. *n.* 1. *&* 6. & fuit dictum in vna Aurien. parochialis de Pao 5. Decembris 1605. coram me.

2 Etenim vsque de anno 1468. fuit ad hanc Ecclesiam à Nicolao de Martinis præsentatus Simon clericus, & à Vicario institutus, qui Simon post annos 38. nempè de anno 1506. resignauit ad fauorem Vincentij, qui possessionem adeptus fuit, & pariter resignauit ad fauorem Iacobi de Abbate, in quibus resignationibus semper interuenit consensus patronorum, vt patet ex mandatis per eos datis ad consentiendum. Quinimò in Bulla prouisionis dicti Iacobi præcedente narratiua dicti iurispatronatus, adest conditio quatenus ipsorum patronorum expressus accedat assensus; mortuo verò dicto Iacobo de anno 1561. Magdalena, & cæteræ filiæ, & hæredes Bartholomæi quondam Nicolai de Martinis præsentarunt Michaelem, quem Vicarius visis præsentationibus aliàs factis, & consensibus aliàs præstitis per prædictos de Martinis, & constito sibi legitimè de iurepatronatus instituit reali possessione subsecuta, per cuius Michaelis obitum de anno 1506. de hac Ecclesia fuit à Sanctissimo prouisus Dominus Vincentius Pignatellus vltimus illius possessor.

3 Quæ quidem præsentationes tam ex institutione illarum vigore facta, quàm ex adeptione possessionis censentur effectuatæ, vt per Cald. *cons.* 12. *de iurepat.* Verall. *decis.* 133. *p.* 2. Quin & ex eo, quòd per obitum præsentatorum, & institutorum factæ fuerunt aliæ successiuè præsentationes, iuxta cons. Oldrad. 229. Rot. *decis.* 147. *n.* 1. *& decis.* 545. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.* In dictis verò resignationibus interuenisse consensum patronorum, qui habetur loco præsentationis, & præseruat quasi possessionem præsentandi, Abb. *in cap. cum dilecti, nu.* 8. *in glos.* 2. *de iurepatr.* Gabr. *cons.* 192. *in fin. lib* 2. Cresc. *decis.* 2. *de iurepat.* Rot. *decis.* 534. *n.* 4. *& d. decis.* 792. *n.* 8. *p.* 1. & fuit dictum in vna Columbrien. pensionis 5. Nouembris præteriti coram me.

4 Concurrunt præterea plures enunciatiuæ antiquissimæ, incipientes ab anno 1393. datæ in summario Laurentij, quæ cùm habeant vim famæ, Aymon. *de antiq. p.* 1. *§. ampliatur, n.* 8. *&* 14. *& cons.* 322. *num.* 2. Rot. *decis.* 130. *n.* 1. *p.* 2. Seraphin. *vbi suprà, n.* 5. accedente prædicta longissima quasi possessione præsentandi, probant iuspatronatus in antiquis, Bald. *cons.* 310. *vol.* 5. Achill. *decis.* 7. *de iurepat.* & alij suprà allegati in princip.

Maximè quia vltra enunciatiuas adsunt etiam actus positiui gesti ab ipso Ordinario, qui de anno 1434. & 1441. in vnionibus per eum ad certum tempus de ista Ecclesia factis requisiuit consensum patronorum, & de anno 1466. confirmauit legatum huius iurispatronatus factum à Nicolao de Martinis ad fauorem Nicolai iunioris. Et rursus de anno 1566. seruatis seruandis, & præcedente causæ cognitione instituit dictum Michaelem præsentatum à patronis, vt suprà dictum est, quibus actibus plurimum est tribuendum, cùm Ordinarij non soleant esse faciles in admittendo iurepatronatus, Rot. *decis.* 11. *de iurepat. in nou.* Put. *decis.* 243. *in fin. lib.* 2. Seraphin. *vbi suprà n.* 8. 5

Et quamuis prædictæ enunciatiuæ non enuncient illud iuspatronatus esse ex dotatione, & fundatione; nihilominus illo ex supradictis probato præsumitur potius ex dotatione, & fundatione, quàm ex alia causa, *cap. querelam, de elect.* & ibi Abb. *n.* 4. *circa fin. & cons.* 76. *ante n.* 1. *& cons.* 106. *n.* 1. *vol.* 2. Cassad. *decis.* 7. *n.* 6. *&* 7. *de iurepat.* Achil. *decis.* 7. *n.* 1. *eodem titulo*, Rota *d. decis.* 792. *in fin. p.* 1. Roch. *de iurepatr. verb. & construxit, in fin.* Et obstat, quòd aliquæ ex dictis enunciatiuis emanauerint à patronis, & sic à personis suspectis, quia actus, in quibus emanarunt, vt plurimum vel fuerunt gesti ab ipsismet ordinarijs, vel ab illis approbati, & sic cessat obiectum, concurrente præsertim dicta antiquitate. 6

Cætera verò, quæ deducuntur circa legitimationem personarum, & pertinentium iurispatronatus, an scilicet illud competat etiam fœminis, & illarum descendentibus, qui hodie sunt in causa, visa fuerunt Dominis extra dubium, quod est restrictum ad existentiam iurispatronatus, de qua constare fuit resolutum ex supradictis, &c. 7

R. P. D. PIROVANO.

Sibinicen. mansionariatus.

Luna 6. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum collatio de iure communi spectat ad Episcopum, & Capitulum simul: Episcopus autem tantam habet vocem, quantam omnes de Capitulo, nisi consuetudine aliud seruatum fuerit.

SVMMARIVM.

Collatio beneficiorum de iure spectat ad Capitulum, & Episcopum simul, n. 1. *Et quid de consuetudine, n.* 2.

Concessio facta vni personæ, & multis alijs sub collectiuo nomine censetur inter eos æqualiter facta, & vnus ille tantam vocem habet, quantam illi alij plures sub nomine collectiuo expressi, n. 1.

Capituli maior pars quæ dicatur, ibid. in fine.

Consuetudo vt suffragetur, debet esse præcisa, & specialis, n. 3.

DECISIO DCLXII.

IN electione mansionariorum Cathedralis Ecclesiæ Sibinicen. dubitatum fuit an Reuerendiss. Episcopus habeat tantam vocem, quantam totum Capitulum, & eandem habere fuit resolutum. Quia de iure circumscripta consuetudine collatio beneficiorum spectat ad Capitulum, & Episcopum simul, *c. postulastis, de concess. præbend. c. cum Ecclesia Vulterana, cum glos. de elect.* Cassad. *decis.* 22. *de præbend.* & huiusmodi electio ex literis etiam Nicolai V. particulariter est concessa Episcopo, & Capitulo, ideò quando vni personæ, & multis aliquid sub collectiuo nomine conceditur, facultas eligendi æqualiter inter eos concessa intelligitur, & vnus tantam vocem habeat, quantam alter, licèt plures sub vno nomine collecti exprimantur, prout in his terminis firmauit Hostiens. *in cap. postulastis, n.* 4. *vers. & tamen in hoc casu de concess. præbend.* 1

quem sequitur Abb. *num.* 14. Butr. *num.* 11. *versic. si verè*, Imol. *num.* 15. *vers. si autem intersit*, Card. *num.* 5. Federic. de Senis *cons.* 1. *num.* 7. *&* 10. Oldrad. *cons.* 200. *num.* 1. nec Butr. & Abb. discordant ab Hostiens. nisi in constituenda maiori parte Capituli, dum Hostiens. tenet, quòd sufficiant duo, vel tres Canonici, si concurrant cum Episcopo; cuius tamen contrarium Abb. & Butr. tenent, cùm maior pars Capituli conuenire debeat cum Episcopo, & veriorem Domini existimant hanc opinionem, quia minor pars non est Capitulum, vt *in cap. cum inter Canonicos, cum gloss. de elect.*

2 Non obstat allegata consuetudo in contrarium, quia si esset legitima, illa quidem præualeret, *cap. cùm Ecclesia Vulterana, circa fin. de elect. cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & prop. cap. cùm dilectus, de consuetudine*, verùm ad derogationem iuris communis non docetur de ea per immemorabile tempus, vel quæ sit quadragenaria cum titulo, prout requiritur, Franc. *in cap. fin. num.* 5. *de consuetud. in* 6. Crau. *de antiq. tempor. p.* 4. *§. fin. nu.* 10. *& seqq.* Papazon. *ad decis. fin. n.* 2. *de consuetud. in nouis.*

3 Nec collationeaquæ dantur pro parte Capituli concludunt per necesse, quòd Episcopi interuenerint in huiusmodi collationibus tanquam Canonici, quia vel non exprimitur quam vocem habuerit Episcopus, vel de nominatis, & electis à Capitulo ipse Episcopus elegit; ideo cùm consuetudo non sit præcisa in forma vocandi tanquam Canonicus, non videtur releuare ad priuationem facultatis eidem Episcopo à iure communi, & à Sanctissimis Pontificibus concessæ, *cap. quoad translationem, de offic. deleg.* Roman. *cons.* 368. *num.* 8. *&* 9. Roland. *consil.* 69. *num.* 30. *& seqq. lib.* 3. Crauett. *cons.* 96. *num.* 4. Seraph. *decis.* 326. *num.* 2. *&c.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana donationis de Mancinis.

Luna 6. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Donator si omnia bona sua alicui donauit, reseruata sibi summa scutorum 500. pro facultate, & de illis testatus fuerit eadem scuta quingenta solui in tot bonis stabilibus, num. 1. *&* 2.

DECISIO DCLXIII.

1 FEdericus donauit Paulo eius fratri nonnullos census, & reditus, & domos in vrbe, & sex loca montium, & super præmissis omnia, & singula sua iura, & actiones cessit, nisi respectu scutorum 500. monetæ, quæ sibi reseruauit pro facultate testandi, & cùm de prædictis disposuisset ad fauorem Io. Baptistæ Clerici minoris S. Laurentij in Lucina, dubitatum fuit an donatarius esset cogendus soluere in pecunia numerata, vel in bonis, & in quibus?

2 Et soluenda esse in bonis fuit resolutum. Quia si in donatione nullæ fuerunt comprehensæ pecuniæ, reseruatio non potuit mutare, aut resoluere stabilia in pecuniam, tribuendo nouum ius proprijs bonis, quàm antea sibi competebat, Crau. *cons.* 15. *num.* 2. Bec. *cons.* 74. *num.* 6. *lib.* 1. Surd. *decis.* 8. *num.* 25. reseruando namque sibi dispositionem pro summa 500. conseruauit sibi dominium in parte reseruata, ita vt in donatarium non transierit, Menoch. *cons.* 932. *num.* 1. Surd. *decis.* 272. *num.* 22. ideò in
1 hæredem transierunt bona, & non pecuniæ, ne plus iuris in alium transmisisse dicatur, quàm ipse testator haberet, contra regulam.

3 Non obstat, quòd in reseruatione fiat mentio de pecunia, quia id videtur actum ad determinandum quantitatem reseruatam, non autem ad constituendam in donatario obligationem præcisam. In quibus autem bonis sint præstanda scuta 500. dictum fuit iudicis arbitrio relinquendum esse, iuxta informationem de qualitate bonorum donatorum.

Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana pecuniaria.

Luna 6. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Sententia præsumitur iniusta, & qui iniustitiam allegat probare debet, num. 1.

Citatus ad dicendum contra iura producta, si nihil opponit, approbare censetur, n. 2.

Exceptio contra iura producta per verba Generalia contra, *quid, quomodo, & quando operetur, n.* 3.

Archiuista habet authoritatem extrahendi, & publicandi instrumenta absque litteris compulsorialibus, perinde ac si esset successor illius Notarij, num. 5.

DECISIO DCLXIV.

DOmini dixerunt non constare de causis restitutionis 1
in integrum, ea ratione, quia non reuocatur in dubium validitas sententiæ Rotalis, quæ lata fuit seruatis seruandis, & omnibus de iure, & stylo requisitis. Quod verò ad iustitiam attinet, tantum abest, vt Religio Hierosolymitana, quæ impugnare vult sententiam, & rem iudicatam, probauerit concludenter iniustitiam dictæ sententiæ Rotalis, prout requirebatur, *cap.* 1. & ibi Abb. *n.* 2. *de restit. in integr.* Rot. *decis.* 1. *eod. tit. in non. & decis.* 5. *eod. in antiq.* Mohed. *decis.* 78. *in fin.* Caputaq. *decis.* 94. *par.* 3. fuit dictum in vna Oscen. Archidiaconatus 10. Decemb. 1610. coram R. P. D. meo Pamphilio, & aliàs sæpè, quinimò visum fuit dictam sententiam Rotalem satis iustificari ex decisionibus in hac causa factis sub die 4. Nouembris 1613. 18. Aprilis 1614. quarum rationes, & fundamenta iterum Dominis placuerunt.

Quibus non obstare visum fuit, quæ de nouo pro parte 2
Religionis adducuntur, & primò sententiam non iustificari ex actis, quia ex apocha non potest dici probari debitum, quia non fuit productum originale, sed exemplum extractum, & recognitum informiter, & non seruatis de iure requisitis; & licèt Religio citata ad dicendum contra huiusmodi apocham nihil opposuerit coram A. C. cùm postea Procurator dictæ Religionis in Rota opposuerit generalia contra, poterit in gradu restitutionis in integrum, per quam extincta lis reuiuiscit, dictam oppositionem ad speciem deducere. Huic enim obiectioni optimè responsum fuit in decisionibus in hac causa factis, cùm in productione coram A. C. citata pars nihil opposuerit, censeri approbasse, ex Fel. & alijs ibi allegat. & quamuis iudex possit non adhibere fidem, & velle recognitionem, tamen si non vtitur hoc arbitrio, & ei adhibet fidem, non propterea potest eius sententia redargui de iniustitia.

Secundò responsum fuit non subsistere in facto fuisse 3
vnquam oppositum contra productionem dictæ apochæ in Rota, quia fuit illa oppositio facta, cùm productæ fuerunt aliæ scripturæ, nempè testamentum, & instrumentum tutelæ postea productum pro legitimatione personarum in Rota. Vnde cessant quæ dicuntur quandocumque oppositionem generalem posse deduci ad speciem, quia non extenditur ad productionem aliàs factam in alio tribunali, contra quam nihil fuit oppositum. Vltra quòd non constat quòd ante rem iudicatam fuerit de defectu recognitionis oppositum, vnde talis oppositio hodie ad speciem deducta nullo modo potest operari ad redarguendam sententiam de iniustitia, etiamsi in productione fuisset oppositum generalia contra, cùm talis protestatio non possit amplius deduci ad speciem post rem iudicatam, quia res iudicata parit exceptionem litis finitæ, *cap. fin. de lit. contest. in* 6. & in specie de recognitione simili tenuit Rota in causa Braccaren. iurispatronat. 1. Martij 1602. coram R. P. D. meo Damasc. vbi dicitur hoc procedere post commissam causam restitutionis in integrum, prout de iure, quia donec doceatur de causis restitutionis, remanet res iudicata valida, & consequenter non potest interim dicta protestatio ad speciem deduci.

Nec obstat, quòd pro parte Religionis dicitur Pro- 4
curatorem coram A. C. citatum ad dicendum contra iura, non habuisse legitimum mandatum, patet enim

respon-

responsio eundem Io. Anton. Bituscum fuisse citatum, qui possessionem hæreditatis Eq. Ascanij nomine Religionis acceperat, prout, patet ex instrumento desuper facto, in quo enunciatur ipsius mandatum.

5 Nec etiam obstare visa sunt stabilimenta Religionis facta ad euitandas fraudes, quas in fraudem dictæ Religionis possent Equites per scripturas, & apochas priuatas committere; huic enim obiectioni respondet decisio cessare fraudem & dissimulationem, quando constat, prout in hoc casu, de præcedente causa vera, & necessaria dotis, propter quam subscripta fuerat dicta apocha ab Eq. Ascanio, qui antequam Religionem profiteretur, se obligauerat pro dote sororis, vt constat ex publico instrumento, quod facit concludentem probationem, *c. cùm dilecti, de donat.* cum simil. nec facit quod dicitur illud instrumentum, ex quo debitum Eq. Ascanij ante ingressum Religionis probatur, non esse in forma probanti; cùm enim sit extractum ab Archiuista, qui sine alijs litteris compulsorialibus habet facultatem extrahendi scripturas ex Archiuo, perinde ac si esset successor, censentur Archiuistæ subrogati in locum Notariorum mortuorum, vt ex multis tenuit Rota coram bon. mem. Penia in vna Lucana expensarum 24. Maij 1600. & in vna Hispalen. decimarum de Ayamonte 12. Maij 1614. coram R.P.D. meo Pamphilio, & aliàs sæpè. Reliqua omnia sublata fuerunt in prædictis decisionibus in hac causa factis.

Ex quibus ita fuit vtraque parte informante decisum.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ.

Luna 6. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

De executione rei iudicatæ plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Fatalium lapsus rem iudicatam inducit, *nu.* 1.

Negatiua super lapsu fatalium ex reuolutione processus probatur, *ibid.*

Sententias aliorum tribunalium Rota exequi non solet, *nisi gustato de illarum iustitia*, *ibid.*

Rei iudicatæ quando quis renunciare censeatur, *permittendo discuti super iustitia sententiæ*, *ibid. in fine.*

Executio rei iudicatæ fieri potest contra illum, in quem lite pendente facta est alienatio, *nu.* 2.

DECISIO DCLXV.

1 DVbitaui an constaret de re iudicata ad fauorem monialium, quæ esset executioni demandanda? Et per affirmatiuam fuit tentum, quia de sententia ad fauorem monialium constat ex illius lectura, res iudicata resultat ex lapsu fatalium, *clem. si appellationem, clem. sicut, de appellat. l. quoniam, C. eod. tit.* lapsus verò fatalium probatur ex reuolutione processus, vbi apparet de anno 1593. quo tempore fuit lata sententia, vsque in præsentem diem nunquam fuisse prorogata, & quia Rota non solet exequi sententias aliorum tribunalium, nisi gustato de illarum iustitia, Mohed. *decis.* 11. *de appell.* Rota in Rauennaten. computorum 21. Maij 1603. coram bo. mem. Litta: de prædicta iustitia constat ex decisionibus in hac causa coram me factis, quę tamen disputatio non impediuit cursum fatalium, Rot. *dec.* 199. *nu.* 3. *part.* 3. *diuers.* & in Barchinonen. legati 28. Martij 1580. Sicut nec etiam per illam, cùm sit actus extraiudicialis, potest dici quòd moniales permittentes illam peti sibi præiudicauerint, quasi quòd passæ fuerint iterum discuti de iustitia, iuxt. not. *in c. cùm M. Ferrar. de constit.* Bald. *in l. si stillicidij, ff. quemad. ser. amitt.*

2 Non obstat quòd lite pendente ista vinea dicatur alienata, quia exequutio rei iudicatæ potest fieri contra illum, in quam est facta alienatio, Bart. *in l. fin. n.* 1. *C. de litig.* Castr. *in l. quamquam*, §. 1. *ff. de aqu. plu. arcen.* Bald. *in l.* 1. *C. comm. diuid.* Anch. *cons.* 92. *sub n.* 3. *ver. ex hoc infero*, Capic. *decis.* 128. *sub n.* 12. Boer. *decis.* 182. *nu.* 51. Ben in. *decis.* 48. *nu.* 2. Couar. *pract. qq. c.* 15. *nu.* 7. Menoch. *cons.* 319. *nu.* 11. Surd. *cons.* 334. *n.* 13. fuit dictum in Romana pecuniaria 28. Nouembris 1605. coram Reuerend. Bonon. & in Bonon. de Mangrolis 14. Decemb. 1607. coram R.P.D. Decano.

R. P. D. PIROVANO.

Conchen. decimar. de Castezon.

Luna 11. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Ius decimandi per mutationem seminis, mutari, aut tolli non potest. Rectoresque Ecclesiarum habent de iure communi fundatam intentionem in exactione decimarum, quæ præscribi non possunt, vbi fructus annuatim crescunt.

SVMMARIVM.

Ius decimarum mutatione seminis mutari, *aut tolli non potest*, *num.* 1.

Rectores habent fundatam intentionem in exactione decimarum, *num.* 2.

Præscriptio non datur in iure exigendi decimas, *quando fructus aliàs in parua quantitate existentes paulatim*, *& annuatim excrescunt*, *num.* 3.

DECISIO DCLXVI.

CEnsuerunt Domini decimam croci, & olei deberi Reuerendiss. Episcopo, ex iisdem rationibus, & fundamentis ponderatis in alijs decisionibus super ista materia factis, tam bon. mem. Cardinali Pamphilio, & Iusto, quàm coram me, eo præcipuo fundamento quòd in diœcesi Conchen. tam Episcopus, quàm Rectores veniunt ex iure coæquali ad decimas, & per consequens Episcopus habeat ius reale fundatum in terris decimalibus, quod mutatione seminis mutari, aut tolli non possit, *cap. cùm in tua, c. commissum, de decim.* quæ ratio fuit latè comprobata in Conchen. decimarum de Laxara 12. Decembr. coram bon. mem. Iusto, aliàs enim esset in potestate colonum mutando semina minuere, vel auferre decimas Ecclesijs parochialibus, vel alijs debitas. 1

Non obstat, quòd Episcopus fundet intentionem suam in primæua dotatione, quæ tamen illis suffragari posse non videtur, cùm facta diuisione, & distinctione parochialium Rectores habeant fundatam intentionem de iure communi super decimis, prout fuit resolutum in Mediolanen. decimarum 9. Martij 1609. coram Archiepiscopo Lugdunen. & Comen. decimarum 28. Iunij 1602. & 1. Februar. 1608. coram Archiepiscopo Damasceno. Quia fuit responsum difficultatem non versari in dismembratione, seu diuisione, vt per eam parochialis Ecclesiæ erectæ non constito de reseruatione trahant secum omnes decimas vti debitas ratione sacramentorum, vt firmatur in allegatis decisionibus: sed an ius quod habet Episcopus in decimis, quod non controuertitur, sit reale in terris decimalibus, ita vt per mutationem seminis non mutetur ius percipiendi decimas quæ earum loco subrogantur, & ad hoc decisiones allegatæ non loquuntur, vt fuit etiam responsum in decis. Conchen. del Infantado 8. Nouembr. 1613. 2

Non obstant quæ dicuntur de præscriptione ex parte Rectorum à 40. annis citrà, quia testes examinati pro parte Episcopi excludunt tempus prædictum, dum deponunt quòd antiquitus ante 50. annos crocus, & oliuæ erant in parua quantitate, & quòd paulatim excreuerunt, prout quotidie crescunt in magna quantitate: vnde non potest dari aliqua præscriptio, cùm requirat certum statum, & vniformem, prout fuit consideratum in decisione coram Cardin. Pamphilio bon. mem. Iusto, & coram me, nec contrarium videtur probari ex testibus pro parte Rectoris, quia quoad crocum idem deponunt, & quoad oliuas, licèt dicant quòd ante 40. annos erant in magna quantitate, tamen non deponunt de certa scientia, de illo tempore, sed per coniecturas & indicia, nempè ex qualitate arborum; & vlteriùs concludunt de augmento à 40. annis citrà, quod sufficit pro incerto statu, super quo non fundatur præscriptio, per *l. duo sunt Titij, ff. de testament. tutel.* Oldrad. *cons.* 172. *nu.* 24. &c. 3

R. P. D. PIROVANO.

Ferrarien. decimarum.

Lunæ 11. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Scripturis inter se contrarijs, & repugnantibus quibus magis credendum, & an sententia lata sine citatione partis, Procuratore tamen præsente, valeat.

SVMMARIVM.

Instrumentis extractis ab eodem Notario, si inuicem repugnent, neutri credendum, nu. 1.

Sententia lata Procuratore præsente, & parte non citata, non sustinetur, quando apparet Procuratorem fuisse præsentem ad alium finem, ibid. in fine. Declara vt nu. 4. & 5.

Scripturis, & instrumentis inuicem repugnantibus contrarietate, & repugnantia, quæ conciliari possit statur pleniori scripturæ, num. 2.

Notarius absque compulsorialibus, & sine partis citatione potest instrumenta per eum rogata extrahere, & exemplare, nu. 3. Vbi etiam idem in eius successore.

Sententia quando dicatur lata prout in schedula, nu. 6.

Nuncij relatio super executione citationis incerta, & sine die non valet, num. 7. Declara vt nu. 8.

DECISIO DCLXVII.

1 DOmini non recesserunt à decisis, * quia ex responsionibus datis pro parte Serenissimi Ducis non fuerunt sublata fundamenta decisionis. Nam quantum ad primam sententiam, quæ præsupponebatur valida, per præsentiam Galuani Procuratoris, etsi replicaretur præsentiam Procuratoris probari ex actis huius causæ, quæ cùm extracta fuerint per eundem Notarium, & diuersa sint inter se, neutri credendum est, Bald. *in l. Imperator la prima, nu. 26. ff. de stat. hom.* item fuisse de nouo productum instrumentum, per quod apparebat Galuanum ad alium finem fuisse præsentem, & propterea debuisse moneri ad sustinendam sententiam, iuxta doctrinam Bart. *in l. furioso, n. 6. ff. de re iud.* cum alijs allegatis.

2 Tamen ad contrarietatem actorum fuit responsum non constare, quòd acta producta essent inter se contraria, saltem contrarietate, quæ conciliari non possit, quo casu statur scripturæ pleniori, *l. si ita scriptum fuerit Titius, ff. de hæred. instit.* Bald. *in d. l. Imperator, num. 27.* Alex. *cons. 70. num. 5. lib. 1.* Ideò cùm Notarius in prima scriptura fidem fecerit non simpliciter, sed per relationem ad processum, & acta; secunda verò sit certa, & determinata, illa tanquam plenior debet attendi.

3 Nec videtur dubitandum, quòd postrema sit desumpta ex originali processu, & sint verè originalia eiusdem scripturæ absque litteris compulsorialibus, prout plura instrumenta per se rogata exemplare potest absque alia partis citatione, Bart. *in l. si quis ex argentarijs §. 1. num. 3. ff. de eden.* Soc. sen. *cons. 77. nu. 5. lib. 2.* Couar. *pract. c. 19. nu. 3* Felin. *in c. cum P. Tabellio, nu. 3. & 4. de fid. instr.* Card. *cons. 72. nu. 7.* & in Mediolanen. decimarum sancti Donati coram me 23. Ianuarij 1612. Vbi fuit firmatum nedum procedere in Notario viuente, sed etiam in eius successore.

4 Et ad instrumentum de nouo productum, dictum fuit non tollere declarationem Capicij *in decis. 1. num. 37.* Nam etsi per illud instrumentum appareat quòd Galuanus sub eadem hora audiuerit alia decreta, & termini pro eadem hora seruati fuerint; non tamen probatur quòd ad alium finem esset in Curia, scilicet vt non audiret etiam sententiam in hac causa, quinimò videtur magis arguendum, vt pro omnibus terminis in eadem hora cedentibus accederet ad Curiam, ex quo præsentia ad actus similes, non autem dissimiles æstimabatur.

5 Addebatur prætereà, quòd scientia Procuratoris Galuani non poterat dissimulari, quia Notarius dicit, Galuano Procuratore præsente, & non consentiente, & post actum sententiæ instetit Galuanus intimari sententiam hæredibus nominatis in sententia, qui actus citra præsentiam, & scientiam Procuratoris sustineri non possunt, *Clem. 1. de Procur.* Felin. *in c. nonne num. 10. de præsumpt.* Ias. *in l. quæ dotis num. 9. ff. solut. matrimon.*

Alia oppositio contra eandem sententiam, quòd fuerit lata prout in schedula, contra text. *l. 2. & 3. C. de sent. ex breu. recit.* tollitur ex facto, quia in processu non legitur prout in schedula, sed tulit sententiam in causa præsenti in schedula tenoris, vt infrà, videlicet.

Quo verò ad secundam sententiam, quæ pariter præsupponebatur valida, etsi daretur de nullitate relationis nuntij, dicebatur replicata non constare, quia omnis incertitudo termini ad sententiam, quæ prætendebatur causata ex omissione relationis diei, quo fuit citatio ad sententiam intimata, & omnis interpretatio iuris circa relationem, quæ solent relationem nuntij reddere nullam, ex Alex. *cons. 2. num. 4. lib. 3.* & Dec. *in cap. cum parati, num. 6. & 7. de appell.* 6

Hodie videtur eò magis cessare ex statuto Ferrariæ dato in summario Thomæ, quo cauetur licere iudici ferre sententiam alia hora proximè sequenti iuridica, absque alia citatione, & absque eo quòd dicat se velle differre ad horam sequentem, atque ita siue ex consequenti necessariò pro exclusione horæ, pro qua fuit decreta citatio, siue etiam sub illamet hora includatur terminis, quasi de ferò in die 26. Martij fuerit citatio intimata pro secunda die iuridica ad audiendam sententiam; nihilominus sententia erit in termino certæ citationis, quamuis lata post secundam diem immediatè propter facultatem à statuto iudici concessam. 7

Et ita, &c.

Idest sub die 12. Ianuarij 1614. est decisio 626. suprà in hac parte.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana de Burijs.

Veneris 15. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Spoliatus à iudice nulliter, & iniustè, restituendus est, quando nullitas, & iniustitia est notoria, & patens, aliter secus, reoque non opponente valet sententia ad fauorem actoris actione carentis.

SVMMARIVM.

Spoliatus à iudice restituendus est, si iudex nulliter, & iniustè processit, quando nullitas, vel iniustitia est patens, ita vt nullo pacto possit celari, aliàs secus, nu. 1.

Nullitas sententiæ ex eo quòd qui fauorabilem reportauit sententiam, actione careat, parte non opponente sententiam non inualidat, num. 2.

Iuris dubium æquiparatur dubio facti, num. 3.

Consentiens locationi factæ per alium dicitur facto proprio cecidisse à possessione, quam consentiens habebat in relocata, ibid.

DECISIO DCLXVIII.

PRo informante sententiæ Capitolinæ fuit tentum, quia mandat restitui eiectum à iudice, quod de iure non licèt, *l. iustè possidet, ff. de acq. poss.* cum concordantijs. Et licèt conclusio non procedat quando iudex nulliter, & iniustè eiecit, vt per text. *in cap. conquerente, de restit. spoliat.* cum concordantijs: attamen DD. mei hoc intelligunt procedere quando nullitas, vel iniustitia est patens, ita vt nullo pacto possint colorari, vt latè deductum fuit coram me in causa Romana de Bombellis 31. Maij 1613. quam decisionem Rota sequuta fuit in Nepesina laudi 13. Febr. 1615. coram R. P. D. Caualerio, & alibi. 1

Quantum ad nullitatem deductam ex eo quòd Vincentia, ad cuius instantiam fuit facta eiectio, nullam habebat actionem, ex latè deductis in hac eadem causa die 8. Martij 1613. coram R. P. D. Verospio, vltra quòd prædicta decisio non est adhuc firma, vt mox dicetur, fuit responsum quòd etiam admisso, quòd Vincentia non haberet actionem, iuxta prædictam decisionem coram D. Verospio, adhuc sententia non fuit nulla, ex quo conuentus de ea non opposuit, ex cumulatis per Gabr. *de sentent. concl. 8. in princ.* & licèt conclusio simpliciter loquendo habeat contradictores, nempè Bart. *in l. 2. C. de dot. prælegat.* cum alijs per Gabr. *vbi suprà in fin.* attamen illi Doctor. loquuntur quando actio numquam fuit nata: vltra quòd Bartolus cum seqq. etiam in hoc latè impugnatur per Alexand. *in l. 1. §. si Titius, num. 3. ff. de verb. oblig.* cum concordantijs 2

tijs allegatis per adden. ad Mathesil. *sing.* 7. In propofito autem cafu fuit nata actio fine dubio ad fauorem mariti, nec dubitatur fuisse apud illius hæredes, fed tantùm opponitur Vincentiam non reportaffe ab illis ceffionem iurium, iuxta doctr. Vincent. de Franch. 33. cum alijs in decif. coram Domino meo Verofpio allegat. vnde remanet indubitata conclufio, quòd reo non opponente valet fententia ad fauorem actoris carentis actione, de quo eft bonus text. *in l. 2. verf. eofque fpontanea voluntate fufcepiffe, C. de pact.*

3 Quantum ad iniuftitiam, dum dicebatur Vincentiam caruiffe actione, vt fuit refolutum in d. decif. coram R. P. D. Verofpio, fed in primis fuit refponfum articulum, de quo in illa decif. effe difficillimum, & contra illam multum vrgere text. *in l. fi focer. §. Lucius Titius, ff. folut. matrim.* & adhuc pendere reuifionem illius decifionis. Vnde ex prædicta decifione non poffe colligi notoria iniuftitia, qualis requiritur ad effectum vt poffit agi fpolio, iuxta decif. fuprà in princ. allegat. in quibus etiam fuit dictum quòd dubium iuris æquiparatur dubio facti, & impedit actionem in fpolio. Secundò fuit dictum, quòd Antonius conuentus à Vincentia, nedum tacitè approbauit illius actionem non opponendo, vt fuprà dictum eft, fed etiam exprefsè, ex quo tanquam pater, & coniuncta perfona præftitit confenfum locationis factæ per Vincentiam de bonis fibi adiudicatis, per quem actum videtur facto proprio ceciddiffe à poffeffione, quatenus illam habuiffet: vnde non competir amplius reftitutio, Innoc. *in cap. fæpè, de reftit. fpoliat. conclu f. 1. nu. 57.* Onded. *conf. 23. n. 2.* Menoch. *de recuper. remed. 18. nu. 55. & 96.* Surd. *conf. 221. num. 19.* Rot. in Abulen. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram bon. mem. Gipfio, & in Vincentina vnionis 29. Maij 1595. coram bon. mem. Cardinali Manrica, & videtur fibi præiudicaffe, etiam fi hoc fecerit tanquam attineus, & in vim ftatuti, Socin. *conf. 42. n. 20. vol. 4.* Crauett. *tract. de indemnit. mulier, nu. 38. & feq.*

R. P. D. CAVALERIO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Fanen. parochialis.

Lunæ 18. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Curati ab Epifcopis inftituti ad præfentationem Monachorum, nunquid poffint ab eifdem Monachis, an verò à folo Epifcopo à cura amoueri.

SVMMARIVM.

Refignatio facta de beneficio manuali non expreffa manualitate non fubfiftit, nu. 1.

Vltimus ftatus attenditur in materia bonorum manualium, num. 2.

Effectuatio prouifionis beneficij dicitur probata ex eo quod poft obitum alicuius beneficium alteri conferatur, n. 3.

Presbyteri per Monachos in eorum Ecclefijs præfentati Epifcopis, & ab Epifcopis inftituti cùm debeant effe perpetui ab ijfdem Ecclefijs: non nifi per Epifcopos, ex rationabili caufa amoueri poffunt, nu. 4. Declara vt n. 5.

DECISIO DCLXIX.

1 Refolutum fuit pro informante, videlicet præfentationem, feu electionem Rectorem ad Ecclefiam S. Apollinaris de Caftro Podij fpectare ad monafterium, Abbatem, & Canonicos S. Paterniani, in cafu, & ad effectum, de quo agitur: effectus autem erat, vt refignatio facta per Balthaffarem non fubfifteret, tanquam de beneficio manuali, non expreffa manualitate, iuxta conf. Calder. 26. *verf. præterea ex hoc, de præb.* Caffad. *decif. 4. eod. tit.* Parif. *de refign. benefic. lib. 2. q. 13. nu. 7.*

2 Fundamentum principale, quod mouit Dominos, fuit vltimus ftatus, nam vltima prouifio facta fuit de anno 1584. ab Abbate in perfonam Balthaffaris ad nutum, & beneplacitum eiufdem Abbatis, & fucceflorum, de cuius effectuatione non dubitatur, cùm eius refignatio dederit caufam liti præfenti, vltimum autem ftatum in hac materia attendendum effe, Dec. *conf. 126. num. 1.* Bald. *in l. fi mater, nu. 3. C. ne de ftat. def.* Card. Seraph. *decif. 1103. nu. 5. & decif. 1120. num. 2.*

3 Talis autem vltimus ftatus recipiebat maximum adminiculum & robur, non folùm ex duabus prouifionibus antiquis de annis 1441. & 1480. verùm etiam ex duabus alijs collationibus recentioribus, immediatè præcedentibus vltimam prouifionem, vna videlicet de anno 1530. ad fauorem Andreæ, per cuius obitum oftenditur fecunda prouifio facta ad fauorem Iacobi de anno 1581. per cuius Iacobi obitum poftea prouifus fuit Balthaffar vltimus prouifus, qui eft verus modus probandi effectuationem prouifionum, iuxta conf. Oldrad. 229. quod Rota paffim fequitur in hac materia: tales autem prouifiones, tam antiquæ, quàm recentiores omnes habent claufulam, *ad beneplacitum patris, & fucceflorum.*

Nec putauerunt Domini obftare text. *in c. vnic. de Capell. monach. in 6.* cuius funt hæc verba: *Presbyteri, qui ad curam populi per monachos in eorum Ecclefijs præfentantur Epifcopis, & inftituuntur ab ipfis, cum debeant effe perpetui, confuetudine, vel ftatuto quouis contrario non obftante, ab eifdem nequeunt Ecclefijs, nifi per Epifcopos ex caufa rationabili, amoueri.* Ex quibus videbatur quòd cùm Ecclefia, de qua agitur, fit curata, non poffit Rector in ea conftitutus per Abbatem Regularem, etiam ad nutum amouibilis, amoueri, non obftante vltimo ftatu. 4

Hanc refponfionem colligi dicebant ex ipfo textu, qui loquitur de curatis, qui per monachos præfentantur Epifcopo, & ab ipfis Epifcopis inftituuntur: fed in cafu propofito huius Ecclefiæ Rector non præfentatur per Abbatem Epifcopo, nec ab Epifcopo inftituitur, nec Epifcopus in collatione huius Ecclefiæ habet aliquod ius, imo aliàs fuit per tres fententias conformes, quarum vltima fuit Rotalis, iudicatum, collationes, & prouifionem huius Ecclefiæ fpectare, & pertinere ad Abbatem, & Epifcopo prætendenti ius conferendi fuit impofitum perpetuum filentium. Quibus fententijs Epifcopus cedendo liti medio iuramento acquieuit. 5

Et ita decifum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Toletana Capellaniæ.

Lunæ 18. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

De probatione mortis multa notanda, & plura etiam de probatione poffeffionis tempore obitus, & de vacatione Sedis Epifcopalis ad gratiæ iuftificationem, de quibus in fummario.

SVMMARIVM.

Mors alicuius probatur ex partitis extractis vigore compulforia ex libris parochorum, licèt non fit ex fimplici eiufdem parochi, nu. 2.

Mors per publicam vocem, & famam probata, dicitur femiplenè probata, & hæc femiplena probatio coadiuuat aliam probationem, num. 3.

Mors probatur per publicationem teftamenti, quod publicari non folet, nifi mortuo teftatore, ibid. in fine.

Poffidens rem aliquam viuens, præfumitur eam poffediffe vfque ad obitum, nu. 4.

Vacatio fedis Epifcopalis quomodo probetur, nu. 5.

Sententia iniufta, quando conualidetur per probationes poft fententiam factas, nu. 6.

Cenfura quando impediant nouam iuftificationem, n. 7.

DECISIO DCLXX.

Gafpar de la Mota auctoritate Apoftolica prouifus de Capellania in Ecclefia Sanctæ Crucis de Madrid, expediuit Breue de capienda poffeffione nomine Cameræ, cum claufula *Conftito*, quòd Ioannes de menfe Aprilis 1599. fede vacante in poffeffione dictæ Capellaniæ obierit, & fuper executione Breuis obtinuit pronunciari ab A. C. contra Capitulum de Patrana, fed caufa per appellationem deuoluta, cum claufula *Parito breui arbitrio Rotæ*, fuit refolutum intrare arbitrium ad effectum fuperfedendi in executione Breuis. Coadiuuatis exinde probationibus per Gafparum iterùm fuit dubitatum, an fit locus executioni Breuis? Et effe locum Domini refponderunt, quia hodie omnia requifita benè probantur. 1

Obitus nempè Ioannis in die fecunda menfis Aprilis 2

iustificatur ex partitis extractis vigore compulsoriæ Rotalis ex libris parochorum Ecclesiarum Sancti Iusti, & Magdalenæ. In particula Sancti Iusti dicitur quòd die secunda Aprilis 1599. obijt Ioannes de Madrid clericus, & fuit sepultus in Ecclesia Sanctæ Magdalenæ, & eiusdem Sanctæ Magdalenæ liber correspondet alteri libro, quia dicitur, eadem die, mense, & anno fuit delatus ex parochia Sancti Iusti Ioannes de Madrid, & fuit sepultus in parochiali Sanctæ Magdalenæ, quibus videbatur plena fides adhibenda, cùm non sint parochi, qui faciant fidem, sed partitæ prout iacent compulsatæ, & productæ, Imol. *cons.* 110. *in fine.* Mandos. *ad reg.* 18. *quæst.* 10. *nu.* 4.

3 Sed nihilominus dantur testes deponentes de publica voce, & fama mortis Ioannis, ex quibus benè adminiculatur probatio ex libris desumpta, Bald. *cons.* 407. *nu.* 9. *vol.* 1. Bart. *in l.* 2. *§. si dubitetur, nu.* 2. *ff. quemadm. test. aperiant.* Alex. *cons.* 25. *nu.* 4. *&* 117. *nu.* 3. *lib.* 4. & saltem semiplenam probationem faciunt, cùm agatur de probando obitu de longinquo, Cassad. *decis.* 2. *de probation.* Capell. Tolos. 313. Concurrit præterea publicatio testamenti eiusdem Ioannis facta per iudicem præcedente summaria depositione testium super obitu Ioannis, per quam certificatur fama obitus, quamuis sit actus inter alios emanatus, vt fuit consideratum in Romana de Brisealijs coram me 11. Decemb. 1613. ex quibus saltem omnibus iunctis Domini existimarunt plenè, & concludenter obitum fuisse probatum.

4 Possessio autem eiusdem Ioannis de tempore obitus respectu Capellaniæ, de qua agitur, satis probatur ex instrumento possessionis per ipsum adeptæ, quæ præsumitur continuata vsque ad obitum, vbi non probatur amissio, vel à tertio occupata, Osasc. *decis.* 99. *n.* 51. Alciat. *de præsumpt.* 21. quod etiam fuit ponderatum in Argentina Canonicatus 4. Iulij 1612. coram R.P.D. Manzanedo, & comprobatur ex testibus de voce, & fama deponentibus, ex quibus præsumptio continuationis benè certificatur.

5 Vacatio Sedis Episcopalis de eo tempore visa fuit pariter benè probata ex actibus Capitularibus datis, ex quibus colligitur quòd de mense Februarij præcedenti fuerunt celebrata funeralia, & factæ plures deputationes pro Sede vacante, & de morte eiusdem Episcopi datur attestatio Notarij, & testes de publica voce, & fama deponentes, quæ visa sunt Dominis ad eum effectum sufficere, & consequenter locum esse executioni Breuis, data iustificatione, vt fuit præsuppositum in decisione in hac causa facta, ex Menoch. Satnen. & alijs allegatis.

6 Non obstat, quòd huiusmodi probationes factæ fuerint post sententiam A. C. quæ cùm contineat censuras, non videtur posse iustificari ex nouiter deductis, Innoc. *in c. prudentiam, num.* 6. *de off. delegat.* Caputaq. *decis.* 129. *part.* 3. Seraph. *decis.* 371. *nu.* 3 *lib.* 3. cum alijs allegatis. Quia Gaspar non agit ad sustinendam executionem vigore sententiæ A.C. sed Breuis, quod venit exequendum stante illius iustificatione; ideò ante executionem non denegatur noua iustificatio, Caputaq. *decis.* 114. *part.* 3. Achil. *decis.* 7. *de re iud.* Seraph. *d. decis.* 701.

7 Præterea censuræ impediunt quidem nouam iustificationem quando declaratoria sequuta est, cùm statim executio à lege inducatur, *c. is cui est, de sent. excommunic. in* 6. ideò non mirum si locus non est nouæ iustificationi, prout non est, quando est facta ab homine, Abb. *in c. inter cæteras, num.* 8. & ibi Felin. *de re iud.* Rota in causa Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1598. coram Illustrissimo Cardinal. Lancellotto: secus autem, vt in præsenti, vbi leguntur solummodo comminatæ censuræ, nisi infra certum tempus dimissa fuerit possessio, quo casu neque executio est inducta à lege, neque lapsus termini potuit illam inducere, quia appellatum fuit à comminata executione, per quam censuræ remanserunt suspensæ, *cap. præterea, il secondo, de appellat.* Put. *decis.* 173. *lib.* 2. *& decis.* 270. *lib.* 3. secundùm nou. impress.

8 Demum non obstat, quòd contra Capitulum ita exequutiuè procedi non possit, cùm nitatur titulo vnionis factæ à Sede Apostolica, & in hac parte sit legitimus contradictor. Quia fuit responsum vnionem non esse in actis productam, & etiamsi adhuc producerentur, fuisse declaratam nullius valoris per decisiones, & sententias Rotales, vt ex decisionibus quæ dantur sub die 23. Ianuarij 1608. & 20. Iunij 1610. coram R.P. D. Pamphilio, ex quibus cessare videtur omne impedimentum, maximè ad effectum, de quo agitur, vt in similibus terminis fuit resolutum in Salamantina beneficij 31. Ianuarij 1596. coram bon. mem. Corduba.

Et ita, &c.

R. P. D. ANDREA.

Anconitana computorum.

Veneris 22. *Maij* 1615.

ARGVMENTVM.

Obligatio conditionalis, conditione non purificata exequi non potest, & quando dicatur conditionalis. Cætera sume ex summarijs.

SVMMARIVM.

Obligatio de soluendo omne id, quod non fuerit exactum à debitoribus, est conditionalis, quatenus scilicet non potuerit exigi, num. 2.

Obligatio conditionalis exequi non potest conditione non purificata, ibid.

Mandatum executiuum relaxatum pro debito non liquido nullum, & inualidum est, nu. 3.

Obligatio de restituendo omne, & totum id quod plus debito solutum apparebit, exequendum non est ante factam liquidationem eius quod plus debito solutum fuit, ibid.

Solutionem alleganti incumbit onus probandi. Declara vt num. 4.

Negatiua probari debet per fundantem se in ea, præsertim si ex negatiua oritur actio, ibid. in fine.

Societas habere proprium quòd lucrum, & damnum debet esse commune, nu. 5.

Negatiua quando probetur ex inspectione libri, nu. 6.

Instrumentum sumptum ex sumpto non probat, nu. 7.

Identitas non præsumitur, sed pluralitas ex diuersitate obligationum, licèt cum eadem persona, ibid. in fine.

DECISIO DCLXXI.

Prosequendo disputationem super altera partita scutorum 1665. quæ fuerat reseruata in decisione sub die 27. Martij proximè præteriti, bodiè proposito dubio super dicta partita, & vtraque parte informante, Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis etiam quoad illam stare voluerunt, ea moti ratione, de qua in decisione R.P.D. mei Pamphilij, quòd Lucinus non docuit se non exegisse; cùm tamen ad effectum, vt contra Rauam agere potuerit, teneretur docere an, & quantum à debitoribus societatis exigere non valuerit, *l. fin. ff. si cert. pet.* cum alijs allegatis in dicta decisione. 1

Obligatio enim Rauæ de soluendo omne id, & totum, quod per Lucinum non fuerit exactum à debitoribus societatis nouæ, erat illiquida, & conditionalis, quatenus scilicet per Lucinum non potuerit exigi à debitoribus, *l. decem stipulatum,* vbi Ias. *nu.* 12. & communiter alij, *ff. de verb. oblig. l. si decem, cum ibi notat, ff. de solut.* Vnde illius exequutio fieri non potuit, nisi liqueret iudici de purificata conditione, Bald. Angel. Alex. & cæteri *in l. fin. §. Titius, ff. de vulg.* Idem Alex. *cons.* 119. *n.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 90. *n.* 8. *lib.* 3. Soc. *cons.* 51. *n.* 7. *lib.* 1. latè Aluar. *in l. post rem iudicatam,* 4. *&* 5. *limitatione, ff. de re iudic.* Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 11. *n.* 2. cum alijs adductis per Carolum de Grass. *in tract. de except. c.* 33. *n.* 13. *& seq.* Guid. Pap. *decis.* 15. *num.* 4. 2

Ac propterea non facta dicta liquidatione mandatum exequutiuum ab A. C. obtentum fuit nullum, vt tenent omnes supradicti, quibus additur Galles. *ad formul. Camer. obligation. par.* 3. *princ. consid.* 2. *nu.* 2. & in specie huiusmodi obligationis de restituendo omne, & totum id, quod plus debito solutum apparebit, quòd non sit exequendum mandatum exequutiuum ante factam liquidationem ab A.C. relaxatum, fuit dictum in causa Vrbeuetana dotis 15. Martij 1600. coram bo. me. Iusto approbata in dicta decisione R.P.D. mei Pamphilij. 3

Non obstat, quòd Lucinus non teneatur docere se non exegisse, sed sufficiat hoc negare, & aliàs alleganti solutionem incumbat onus probandi, ex Salic. *in l.* 2. *nu.* 13. *C. de iur. emphyt.* Ripa *in l. in illa num.* 15. *ff. de verb. oblig.* cum alijs allegatis. Quia hoc procedit quando quis aliunde fundat eius creditum, & negat solutionem; at quando creditum oritur ex ipsa non solutione, prout in casu isto, in quo Lucinus accepit in satisfactionem credita exigenda, & conuenit, quòd in casu, quo non possit 4

posset exigere, vel non exegerit, Raua teneretur ei satisfacere: tunc ipse agens tenetur iustificare negatiuam non solutionis, Ripa *in d. l. in illa num. 16. vers. sed iste fallentia*. Et ratio est, quia in hac negatiua consistit purificatio obligationis Rauæ, quæ, vt suprà dictum fuit, est conditionalis; ideoque à Lucino probari debuit, Ias. *in d. l. in illa, nu. 15. in fine, 2. fall.* Gabr. *de probat. concl. 6. nu.* 18. prout regulariter est probanda ab actore negatiua, quæ est causa exercitij actionis, Bart. *in l. ergo n. 2. ff. ex quibus causis maio. & in d. l. in illa n. 5.* vbi Ripa *nu. 13. in 2. ampliatione*, cum alijs per Gabr. *vbi suprà nu.* 10.

5 Quod tanto magis est dicendum, quia, vt vnus ex Dominis animaduertebat, obligatio Rauæ facta ad fauorem Lucini postquam ex carceribus Anconæ exiuit, fuit ex causa laudi à mercatoribus Venetis pronunciati, & ad illud debet referri; & tamen in laudo non fuit dictum, quòd Raua teneretur restituere Lucino totum id, quod ex debitoribus sibi assignatis exigere non posset, sed solùm, quòd teneretur illum subleuare, nisi pro rata lucri, & damni, quam in societate habebat, *l. si societatem, l. si non fuerit, ff. pro socio*, Bald. *in l. 1. quæst. 4. nu. 22. Cod. eod.* Menoch. *de arbitr. cas. 125. num. 5.* cum allegatis in alia decisione coram me.

6 Non obstat, quòd periti retulerint Lucinum non exegisse, quia, vt patet ex eorum relatione, referunt tantùm, quod viderunt per librum nuncupatum *lo spoglio*, Lucinum non exegisse. Quæ relatio non concludit negatiuam non exactionis, cum potuerint exigi illa credita, & non adnotari in dicto libro, & negatiua tunc probatur ex inspectione libri, quando affirmatiua de necessitate debet probari ex illo libro, Corn. *cons. 348. num. 31. & seq. lib. 1.* Ruin. *cons. 35. nu. 19. eodem libro*, Rota *decis. 5. nu. 4. in fine par. 1. diuers.*

7 Nec obstat, quòd Raua exegerit vnum ex creditis consignatis Lucino, quia hoc nullibi iustificatur, & fides Notarij est sumptum sumpti, quod propterea non probat, *l. 3. C. de diuers. rescript.* Doct. *in auth. si quis in aliquo*, vbi Dec. *nu. 30. C. de edend.* Rota *decis. 733. nu. 1. part. 1.* Quinimò excluditur ex ipsa solutione, quæ apparet facta Rauæ de anno 1592. Et assignatio creditorum exigendorum facta Lucino fuit de anno 1594. & sic non potest esse idem creditum, sed diuersum, licèt fuerit cum eadem persona, ad tradita per Bart. & Doctor. *in l. demonstratio falsa, ff. de condition. & demonstr.*

8 Similiter neque obstat Lucino consignatas ab initio non fuisse apochas, & per consequens illas retrocedere non potuisse. Cùm enim ille esset administrator, & institor rationis, vt apparet ex capitulis eiusdem rationis, & constet ex libris rationis ipsum à debitoribus apochas recepisse, vtique præsumitur penes se illas retinuisse, & tantò magis cùm fuerit conuentum, vt Lucinus totum negotium rationis terminaret, & à debitoribus exigeret, quod facere non potuisset, si penes se apochas non haberet. Vnde benè firmatum fuit in decisione Domini mei Pamphilij, ipsum non potuisse agere contra Rauam, ex quo non retrocessit ei nomina debitorum, nec libros, & apochas consignauit ad hoc, vt debitores conuenire posset, *l. si cui libertas, & l. cùm seruus, in fin. ff. de condit. & demonstr.* Rota Ianuen. *dec. 189. nu. 3.* Verall. *decis. 104. part. 1.*

9 Hinc cessat aliud obiectum, quòd Raua habuerit facultatem videndi libros communes; quia non inde sequitur ipsum potuisse partitas non exactas exigere, cùm illi non fuerint dictæ apochæ retrocessæ, ex allegatis.

Et ita conclusum per Dominos sententiam Rotalem esse confirmandam, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Æsina fideicommissi.

Lunæ 25. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume pro argumento conclusiones, de quibus in eo.

SVMMARIVM.

Producens scripturam censetur conficere veritatem enunciatorum in ipsa scriptura, nu. 1.

Catastri liber nunquid probet dominium, & possessionem bonorum in eo descriptorum, nu. 2.

Filius præsumitur habuisse à patre quicquid habere reperitur; præsertim iunctis adminiculis, nu. 3.

Bona præsumuntur hæreditaria, si tanquam hæreditaria vendita fuerunt, nu. 4.

Ius quod quis habet ad rem quando est incertum, antequam ad illud agatur, certificari, & terminari debet, num. 6. in fine.

Testes duo regulariter in omni probatione sufficiunt, n. 7.

DECISIO DCLXXII.

In decisione diei 9. Iunij 1614. in hac causa facta superarat videndum de quantitate bonorum alienatorum, quæ absorberent legitimam in bonis testatoris Io. Francisco debitam, quod cùm penderet à quantitate bonorum de tempore obitus Antonij Francisci in eius hæreditate repertorum, dubitaui quæ bona remanserint. Et partes ferè in omnibus quoad qualitatem, & quantitatem concordant, in aliquibus etiam discordant, quæ tamen per DD. fuerunt distincta, & determinata. Concordant enim quòd status hæreditatis de tempore mortis testatoris consistebat in petijs terrarum 14. ac insuper vnius domus in castro Musicani, & alterius domus in burgo eiusdem castri. Concordant pariter in mensura dempta petia terræ in contracta Guastuliarum, quam Octauiann prætendit esse salmarum quatuor cum dimidio. Lucius autem salmarum nouem, ita vt attenta prætensione Octauiani omnes petiæ terræ ascendebant ad salmas 21. cuppas 6. can. 31. ex aduerso autem mensura constituebatur in salmis 25. Fuerunt etiam DD. concordes probari fuisse in hæreditate animalia, & supellectilia domus: sed de quantitate, & valore prædictorum, prout & de valore terrarum, & domorum particulariter videretur, & secundo loco de alienationibus factis, & detractionibus fiendis disputaretur. 1

In eo, in quo partes conueniunt, quamuis non esset elaborandum, nihilominus 12. ex illis petijs terræ probatur in hæreditate iuxta confines, & numerum cannarum ex catastro Antonij Francisci testatoris ab vtraque parte producto, & allegato pro fundamento eorum intentionis, ex qua productione oritur confessio veritatis enunciatorum in scriptura producta, *c. olim de censib. l. public. §. fin. ff. depos.* Crau. *de antiq. temp. parte 1. §. viso, de verb. enuncias. nu. 36.* Surd. *cons. 5. nu. 37. lib. 1.* ideò cùm enuncietur catastrum Antonij Francisci, & vterque habeat causam ab eo, benè probat inter eos dominium, & possessionem bonorum descriptorum de tempore mortis illius, *l. censualis, C. de donationibus*, Alex. *cons. 10. col. 1, vers. non probatur possessio, lib. 4. & cons. 77. n. 11. lib. 6.* Cran. *de antiq. temp. §. quartò limitatur, n. 71.* Hier. de Monte *tract. fin. regund. c. 64. nu. 5.* quinimò sufficeret inter habentes causam à catastrante probare solam possessionem, prout fuit resolutum in causa Montis falisci fideicommissi 21. Maij 1603. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in alia Æsina fideicommissi 25. Martij 1604. coram Reuerendissimo nostro Decano. 2

Aliæ duæ petiæ terræ probantur Antonij Francisci testatoris, & in eius hæreditate relictæ, illa scilicet in contrata Syluæ certæ ex petitione facta in iudicio per Petrum nepotem testatoris ex Francisco eius filio, contra Piermarium eius patruum, & tutorem, vt sibi rationem redderet de pretio venditionis d. petiæ terræ, quæ non præsumitur à minore tanquam minus industrio acquisita, sed à patre profecta, iuxta Bald. doctr. *in l. 1. C. de patr. potest.* vbi inquit præsumi quòd filius habuerit à patre quicquid habere reperitur, nisi contrarium probetur. Idem voluerunt Fulgos. Crau. Siluan. Menoch. Petr. & alij allegati per Mazar. *in epitom. fideicom. parte 58.* Et quamuis Surd. *in decis. 339.* ita simpliciter non adhæreat opinioni per Marzarium firmatæ; tamen iunctis adminiculis eam approbat, quæ in præsenti non desunt, dum versamur in minore non industrio, & rationem petente contra tutorem de petia terræ alienata. 3

Secunda verò posita in contrata della Pantera probatur simili ratione fuisse in hæreditate Antonij Francisci ex instrumento venditionis factæ per Franciscum patrem Petri vti eius patrem, & legitimum administratorem, & hæc secunda maiori præsumptione iuuatur, quia intra quinquennium à die mortis testatoris fuit alienata, & in venditione enunciatũ, quod iure hæreditario vendebatur, 4

quæ coniecturæ ponderantur per eundem Surd. *in decis. 339. num. 19.* Et similiter domus posita in castro Musicani, & altera in burgo eiusdem castri, probatur in hæreditate ex catastro ab vtraque parte præsupposito, quod inter consentientes benè probare iam fuit firmatum.

5 Quoad mensuram Guastuliatum, ita censuerunt Domini esse salmarum nouem, quia ex catastro antiquo iam apparet Antonium Franciscum possedisse petiam terræ, & contrata Guastuliatum cannarum 4795. & post catastrum de anno 1549. testator emit à Piermatio Viorino eius fratre aliud terrenum contiguum sub eodem Guastuliatum pro pretio florenorum 500. quæ petia terræ sic vnita posita exinde fuit in catastro hæredum Francisci testatoris filij in quantitate salmarum nouem, & pro nouem salmis fuit vendita per Petrum fideicommissarium Lucio Florio nunc agenti, ideò cùm de causa augmenti huius petiæ appareat, illi standum est, donec contrarium probetur, Cagnol. *in l. 2. num. 173. Cod. de pact. int. empt. & vend.* loquens de hærede possidente bona testatoris, qui præsumitur intuitu proprij tituli possidere, sequitur But. *cons. 6. num. 6. lib. 1.*

6 Non obstat, quòd Lucius nitatur catastro nouo, scilicet hæredum Ioan. Francisci, cui non est standum in præiudicium habentium causam à fideicommittendo, vti ab eis non approbato. Quia causa augmenti petiæ prædictæ non deducitur ex catastro nouo, sed ab instrumento acquisitionis, & exinde per catastrum nouum adminiculatur. Neque obstat quòd in catastro Francisci filij testatoris comprehendantur terræ sub eodem nomine, quæ obuenerunt in partem Piermarij fratris testatoris, & in quibus ipse Franciscus successit vigore donationis ex instrumento, quod datur in summario additionali, quæ propterea inferunt differentiam in mensura, sed in fideicommisso non veniunt. Quia nec per hanc rationem probatur, quòd terræ acquisitæ per testatorem desierint esse in hæreditate, & bonis, cùm contrata Guastulatium possit esse tam lata, vt posita acquisitione patris altera non tollatur. Et præterea particula instrumenti dati non continet donationem specificam, sed ius, & actionem, quam habet Piermarius in quadam possessione, & domo in pertinentijs castri Musicani in contrata delle Guastalie, quæ an peruenerint ad Franciscum, & in facto, & in iure incertum est, & priùs debet determinari, *l. quod si in venditione, cum seq. ff. de her. & action. vend.* Alex. *cons. 93. num. 2. lib. 4.*

7 De animalibus, & supellectili domus, pater probatio ex testibus, qui dantur in summario *num.* 15. nam 1. 2. 3. & 5. explicitè deponunt, quòd in hæreditate Antonij Francisci vltra stabilia remanserunt animalia multiplicis generis, & varia supellectilia domus, quibus etiam in minori numero credendum esset, cùm probatio duorum numero contenta sit, *c. relatum de testib. c. nocuit, de iudic.* Soc. iun. *cons. 159. nu. 1.*

Et ita, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. pecuniaria dotis.

Lunæ 1. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Statuti requisita probari debent, vt illius dispositioni locus sit.

SVMMARIVM.

Statuti dispositio vt habeat locum, illius qualitates, & requisita probari debent, nu. 2.

Mandatum speciale requiritur ad declarandum id quod in animo consistit, nu. 4.

Forma à statuto requisita debet præcisè adimpleri ad hoc vt statutum locum habeat, num. 5.

Maritus alere tenetur vxorem, num. 6.

DECISIO DCLXXIII.

1 Lunæ 16. Iunij 1614. dubitaui, an deberentur fructus dotis, & pro quo tempore? Et Domini distinctè procedendo considerarunt tria tempora. Primum quatuor annorum, incipiendo à morte Æmilij mariti Pompiliæ, quibus fuit data dilatio illius hæredibus ad restituendam dotem, pacto adiecto, quòd interim soluerentur fructus ad rationem quoque pro centenario. Secundum post dictos quatuor annos vsque ad obitum Pompiliæ, qui successit de anno 1590. Tertium verò à dicto tempore citra. Et quoad primum tempus, fuit capta resolutio affirmatiua, ex adductis in decisione, & de reliquis reseruatum particulariter videri: vnde hodie quoad dictum secundum, & tertium tempus causam reproposui, & Domini de illo fructus non deberi censuerunt.

Quo enim ad secundum tempus mouebantur, quia statutum Bononiæ *in rubr. de dotib. restituen. §. ordinamus, vers. insuper etiam*, expressè disponit, vt post annum luctus fructus dotis à vidua peti non possint, nisi demum per eas, seu earum nominibus facta protestatione hæredibus viri, vel contra eos inchoato iudicio, quorum neutrum Domina Portia hæres Pompiliæ docet in casu nostro obseruatum fuisse, & tamen ad effectum consequendi fructus vigore dicti statuti probare deberet illius requisita, Socin. *cons. 55. num. 1. lib. 1.* Cephal. *cons. 256. in fin.* & in nostris terminis fuit dictum in vna Romana fructuum dotis 27. Februarij 1606. coram bon. mem. Penia. 2

Non obstant quidam actus gesti per Procuratores Pompiliæ, & sequestra obtenta contra hæredes viri; nam primum sequestrum obtentum statim post mortem viri, vltra quòd fuit relaxatum nulla præcedente citatione, & sic nulliter dicebatur illud fuisse obtentum durante dicta dilatione quatuor annorum, & sic intempestiuè, & potiùs ad excludendum creditores Æmilij, & in fraudem illorum, quàm ad constituendum in aliqua mora ipsius hæredes consequendi fructus dicti temporis, pro quibus non erat opus obseruare requisita statuti stante conuentione de illis soluendis per Rotam in vltima decisione approbata. 3

Comparitio verò Procuratoris Pompiliæ cum narratiua prætensionis eiusdem pro fructibus decursis, & quòd de illis volebat satisfieri, & sequestrum ab illo obtentum minus deseruire, valent pro interpellatione, vel initio litis, à statuto requisitis; cùm sequestrum patiatur eundem defectum citationis, & non fuerit hæredibus intimatum; maximè quia pro parte Dominorum de Maluetijs dicitur non constare de mandato comparentis; quod tamen requiritur speciale ad declarandum id, quod consistebat in animo suæ principalis, Alex. *cons. 78. num. 14. lib. 5.* & in terminis fuit dictum in vna Romana fructuum, & interesse 10. Decembris 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio. Prout nec facere videbatur protestatio facta ab ipsa Pompilia, quòd per discessum à domo viri non intendebat sibi in aliquo præiudicare quoad dotem, & fructus, cùm non fuerit facta, nec intimata hæredibus, iuxta formam dicti statuti. 4

Minus obstat, quòd hæredes viri agnouerint bonam fidem circa istos fructus, describendo creditricem pro illis Pompiliam in inuentario bonorum hæreditariorum Hieronymi, quia talis agnitio non suffragatur; cùm enim statutum ad effectum consequendi fructus dotis requirat certam formam, nempè vel protestationem, vel inchoationem iudicij, illa debuisset præcisè adimpleri, aliàs peti non possunt, vt fuit dictum in dicta Romana fructuum dotis coram Penia. 5

Quo verò ad tertium tempus, nempè à die mortis Pompiliæ, pariter visum fuit Dominis fructus non deberi; tum quia prædictum statutum concedens fructus dotis mulieri viduæ non videtur extendi ad illius hæredes, cùm tunc cesset fauor viduæ, & sic personæ, cuius contemplatione statutum disposuit; tum etiam, quia in Domina Portia, quæ hodie tanquam hæres Pompiliæ agit ad dictos fructus, non concurrit tertium requisitum statuti, quòd scilicet non habeat aliundè; cùm imò ipsa habeat propriam dotem, ex cuius fructibus commodè viuere posset, & adsit maritus, qui eam alere tenetur, *l. si quis per vxorem, in 1. respons. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo, ff. solut. matr.* Honded. *cons. 91. num. 67. lib. 1.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 32. in princ.* &c. 6

R.P.D.

R. P. D. PAMPHILIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Placentina Archipresbyteratus.

Lunæ 1. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Sententia lata partibus præsentibus, sine citatione valet, mandatique defectus non oppositus ante sententiam, post sententiam suppletur, si de eo doceatur.

SVMMARIVM.

Sententia lata partibus præsentibus valet sine citatione, num. 1.

Mandati defectus ante sententiam non appositus suppletur si post sententiam de eo doceatur, num. 2.

Præsentatus à patronis, si legitimè præsentatus fuit, instituendus est ab Episcopo, num. 3.

Delictum non præsumitur, num. 4.

DECISIO DCLXXIV.

1 CEnsuerunt DD. sententiam etiam confirmandam, nam quoad illius validitatem, de ea satis visum fuit constare ex reuolutione processus, ex quo apparet illam fuisse latam ab ordinario Placentiæ de cuius iurisdictione inter patronos, & præsentatos in prima instantia dubitari non potest, & cùm emanauerit partibus præsentibus, sustinetur sine alia citatione, Gabr. *de cit. concl.* 1. *num.* 396. Cassad. *decis.* 2. *num.* 3. *de iudic.* & fuit pluries decisum.

2 Non obstat defectus mandati Cæsaris, qui comparuit vti Procurator Com. Francisci, quia vltra quòd mandatum fuerat ante sententiam in actis productum, & parti restitutum, placuit etiam responsio, quòd cùm verè sententiam præcesserit, & in partibus de illius defectu oppositum non fuerit, potest de eo etiam post sententiam doceri, Aym. *cons.* 100. *num.* 1. Rot. *decis.* 19. *de pro urat. in antiq.* Put. *decis.* 373. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *in nou.*

3 Iustitia verò clara colligitur, quia declaras iuspatronatus, de quo agitur, spectare ad Com. Franciscum vti filium primogenitum Com. Alphonsi, & propterea Com. Riccardum præsentatum per Procuratorem dict. Com. Francisci esse instituendum, quod satis iustificari visum fuit ex testamento ipsius Comitis Alphonsi, à quo dict. Com. Franciscum vti filium primogenitum hæredem instituit in pluribus bonis, & in specie in iurepatronatus Ecclesiæ, de qua agitur, vt constat ex processu, ex quo etiam apparuit Com. Riccardum fuisse legitimè præsentatum, qui propterea veniebat instituendus, iuxta text. *in cap. decernimus 16. quæst.* 7.

4 Non obstat, quòd in d. testamento Com. Alphonsus disposuerit, quòd in casu confiscationis bonorum hæredum ipsius ad alios proximiores, qui delictum non commiserint, eius bona prouenire debeant, quia quòd Com. Franciscus delictum aliquod commiserit, propter quod illius bona essent confiscanda, nulli probatum est, prout requiritur, maximè cùm delicta non præsumantur, *l. merito, ff. pro soc.* Gabr. *de malefic. concl.* 3. *num.* 1. Et ita decisum.

R. P. D. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolymitano.

Terdonen. Bonorum.

Veneris 5. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Remissoria non conceditur quando articuli sunt irrelevantes ad probandum id, quod probatum non releuat, & quando articuli dicantur tales.

SVMMARIVM.

Remissoria non conceditur quando articuli sunt irrelevantes, & tendentes ad probandum id, quod probatum non releuat, num. 1.

Stylus non potest induci ab inferioribus ad destruendum stylum superioris, num. 2.

Testium examen committi potest Notario quoad nudum examinis ministerium, & receptionis iuramenti; non tamen illi committi possunt citationes, & alia quæ iurisdictionem respiciunt, num. 3.

Remissoria non conceditur ad examinandum testes super eo quod probari potest per scripturas, num. 4.

DECISIO DCLXXV.

1 CVm fuisset in hac causa bis coram me resolutum, examen testium inductorum coram iudicibus delegatis ad iustificandum litteras, si in euidentem, fuisse nullum; Domini de Bassis ad saluandum nullitates dederunt in actis nonnullos articulos, alios verò ad de nouo iustificandum dictas litteras, si in euidentem, & cum instare pro remissoria, dedi dubium, an illa esset concedendam. Quo hodie proposito Domini negatiuè responderunt, quia iudicarunt articulos irreleuantes, cùm tendant ad probandum id, quod probatum non releuaret, quo casu remissoria denegatur, Caputaq. *decis.* 22. *num.* 3. *part.* 2. Rot. *decis.* 647 *num.* 3 *part.* 3. *diuers.* & fuit dictum in vna Tatentin. retractus 22. Aprilis 1613. coram me.

2 Irreleuantiam antem deducebant ex eo, nam articuli continentes, quòd iudices delegati à Papa pro iustificatione litterarum, si in euidentem, solent subdelegare Notario examen testium; circa quam materiam versatur altera ex nullitatibus examinis in vltima decisione firmatis, visi fuerunt non admittendi, cùm aduersentur dispositioni Papæ, qui elegit industriam iudicum, & proprias illorum conscientias onerauit; vnde illi contrauenire non debet, sed ad vnguem seruari, non obstante quocunque inferiorum stylo contrario, cùm inferiores non valeant talem stylum inducere ad destruendum factum superioris, & præsertim Pontificis, *cap. cùm inferior, de maiorit. & obedient.* Roman. *cons.* 116. *num.* 4. Crauett. *cons.* 96. *in fin.* Paris. *cons.* 118, *num.* 6, *lib.* 1. Rot. *diuers. decis.* 103. *num.* 3. *part.* 2.

3 Et maximè cùm huiusmodi stylus committendi Notario totum examen testium sit contra ius, iuxta cuius dispositionem Notario committi non potest, nisi nudum ministerium examinis, & receptionis iuramenti; non tamen citationes testium ad se subijciendum examini, & partium ad videndum iurare, & alia similia, quæ iurisdictionem sapiunt, iuxta Felin. *in cap. cum causa num.* 30. *de testibus*, cum alijs adductis in decisione 11. Decembris præteriti, & ideò esset necesse, quòd talis stylus in contradictorio iudicio fuisset obtentus, Anchar. *cons.* 178. *num.* 7. Caputaq. *decis.* 213. *lib.* 1. *in manuscript.* & fuit dictum in vna Aretina spolij 9. Iunij 1604. coram Domino meo Decano,

4 Vltra quòd isti articuli possent probari per scripturas, & exhibitionem processum fulminatorum à similibus executionibus, Ægid. *decis.* 9. Rot. *decis.* 10. *num.* 6. *de offic. delegat. in nou. & decis.* 46, *de testib. in antiq.*

5 Alij verò articuli concernentes inundationem terrarum, super quibus faciendum erat examen, & qui respiciunt alteram nullitatem examinis in dicta vltima decisione firmatam, etiam videbantur irreleuantes, tam ex attestatione Notarij, qui de dicto tempore accessit ad visitandum dictas terras ex commissione iudicis delegati, & nihil de tali inundatione retulit; quam etiam quia non propterea tollitur prædicta nullitas examinis facta in diuerso loco à designato, cùm posset expectari recessus aquarum, cùm fundatio non esset perpetua, vel saltim debebat adiri iudex delegatus pro alterius loci deputatione, & illum parti intimare.

6 Alij verò articuli respicientes alias nullitates dicti examinis, visum fuit Dominis nihil releuare, cùm etiamsi probentur, & ex illis possent saluari illæ nullitates, semper tamen remanebunt duæ præcipuè superiùs dictæ, & in vltima decisione firmatæ, quibus existentibus, & examen nullum, frustrà est curare cæteras saluare, cùm

etiamsi

etiamsi saluentur ex alijs, examen semper remaneat nullum.

7 Articuli concernentes vtilitatem Ecclesiæ, minus videntur releuare, quia cùm vtilitas per dictos testes nulliter examinatos, non fuerit probata coram exequutoribus litterarum, si in euidentem tunc deputatis, etiam quod hodie illa probaretur, nihil releuaret. Nam executores super dicta vtilitate pronunciauerunt siue validè, siue inualidè. Vnde commissio si in euidentem, eis directa semel suum fuit sortita effectum, & expirauit, ac proinde Rota non potest absque noua commissione cum facultatibus opportunis alienationem rerum Ecclesiæ ex nouiter deductis confirmare, vt in nostris proprijs terminis fuit resolutum in Ferrarien. bonorum 29. Ianuarij præteriti, coram Domino meo Dunozetto, & in Papien. aquarum 6. Aprilis præteriti coram Domino meo Cauallerio.

8 Quo verò ad articulos reprobatorios testium Episcopi, cùm hodie non agatur de illis testibus, non videntur attendendi, præsertim cùm aliqui ex ipsis contineant crimen, Caputaq. *decis.60. & 62.part.2. &c.*

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Vrbeuetana hæreditatis.

Veneris 5. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Exceptio non adimplementi non potest opponi ab eo, qui prius non adimpleuit, & in omni casu cessat exceptio, quando agens offert adimplere, quod adimpletum non fuit.

SVMMARIVM.

Exceptio non implementi contra actorem opposita ipsum agendo repellit, num.1.

Exceptio non implementi non impedit ortum actionis, sed tantum illius exercitium impedit, & ideò facta per actorem oblatione de implendo, quod non fuit impletum, exceptio non obstat, num.2.

Exceptio non adimplementi non potest opponi ab eo, qui prius non adimpleuit, num.3. & 4.

DECISIO DCLXXVI.

1 CVm hæredes Monaldi prætenderent Equitem Liuium non adimpleuisse instrumentum transactionis initæ de annu 1602. inter ipsum, & Monaldum, in qua promiserat obtinere confirmationem illius, & aliarum donationum factarum ad fauorem Cornelij, & consensum magni Magistri infra quatuor menses, ac pro implemento instarent pro mandato, dedi dubium an illud esset relaxandum; in cuius propositione cùm informantes pro Equites diuersas exceptiones opponerent, & inter cæteras partem aduersam non docere de adimplemento pro parte sua, quod semper procedere debet in eo, qui agit ex aliquo contractu, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* Alex. *cons.49. num.4. lib.2.* Aym. *cons.151. num. 10. ad fin.* Mantic. *de tacit. lib.3. tit. 16. num. 5. vers. ad hoc igitur etiam in minimo*, Put. *decis. 357. circa fin. lib. 3.* Domini dixerunt istam exceptionem non adimplementi oppositam per Equitem Liuium non obstare, & quod de alijs videretur.

2 Nam quoad non implementum respectu scutorum 500. per Monaldum promissorum Equiti, & non solutorum, dicebatur sufficere quòd hodie ipsi hæredes offerant illa soluere, quia cùm exceptio implementi non impediat ortum actionis, sed tantùm illius exercitium, Crauet. *vbi suprà*, Dec. *in l. filia licet, num.4. C. de collat.* Gabr. *cons.51. num.7. & seqq. lib.1.* sublata hodie ind exceptione cessat impedimentum, & agi poterit, Alex. *cons.78. in fin. lib.1.* Put. *decis. 140. lib. 2.* Rot. *decis. 476. num.11. part.1.* & fuit dictum in vna Rumana Fundaci 1. Iulij 1607. coram me.

3 Vltra quod cùm Eques Lucius esset obligatus priùs obtinere confirmationem supradictam, quam nunquam obtinere curauit, non potest de dicto non implemento opponere; exceptio enim implementi non obstat, quoties is qui opponit talem exceptionem, debebat priùs aliquid adimplere, Bald. *in l. 1. num.22. Cod. de vsur. & fruct. legat.* Socin. *cons. vlt. num. 3. vers. non obstat, lib. 3.* Corn. *cons.130. num.8. & 15. lib. 3.* Ber. *cons.200. in fin. lib.2.* Mascambr. *cons.105 num.106. & seqq.* & fuit resolutum in vna Mediolanen. fructuum 16. Octobris 1587. coram Orano.

4 Et multò minus ex eadem ratione potest Eques opponere non implementum respectu alimentorum Siatus, in transactionibus præmiss. donec dictum consensum obtinuerit, cùm præsertim Monaldus pro parte sua cœperit adimplere illa præstanda per multos annos continuos, vt constat ex calculo datorum in summario eius hæredum.

5 Vltimò quoad censum scutorum mille, quem Monaldus promiserat super bonis sibi in transactione assignatis intuitu Liuij imponere, & nunquam imposuit; respondebatur dicta scuta mille de consensu partium fuisse soluta ipsi Liuio in contanti, vt ex illius quittantia apparet, & in omnem euentum cùm impositio dicti census non penderet à sola voluntate Monaldi, sed etiam Liuij, quatenus scilicet dandam summam vellet ad censum accipere, de hoc tenebatur certiorare Monaldum, quod tamen non apparet factum, &c.

R. P. D. COCCINO.

Romana census, siue exequutionis.

Veneris 5. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Quòd proximiores potuerint interuenire in contractu mulieris, seu minoris, si non interuenerunt, quomodo hoc probari possit? An assertio minoris negatiua sufficiat? & an etiam sit necesse probare, quòd potuerint interuenire in ore contractus? An verò sufficiat, quòd poterant interuenire in die contractus.

SVMMARIVM.

Sanum quem esse, est difficilis probationis, testesque super sanitate deponentes probant, si adijciant verisimiles circumstantias, num.1.

Testes consanguinei supplentur per alios non consanguineos, num.2.

Sanus quis præsumitur, & non infirmus, quia infirmitas est habitus contra naturam, ibid.

Proximiores quòd fuerint præsentes in loco contractus mulierum, seu minorum, & quòd potuerint interuenire in dicto contractu, licèt non interuenerint, non est necesse probare, quod potuerint interuenire in ore contractus, num.3.

Impedimentum accidentale, vbi adest, non diu duraturum, non suffragatur, quia expectandum est, quod cesset, num.4.

Proximiores, quòd non potuerint interuenire in contractu minorum, non probatur per assertionem eiusdem minoris, num.5.

Minor eo ipso, quòd fideiubet pro alio, dicitur læsus, ibid.

DECISIO DCLXXVII.

1 EXcellentiss. D. Princeps Vrsinus tunc minor fideiussit pro alijs Dominis de Vrsinis absque interuentu clar. mem. Henrici Caetani S. R.E. Card. Camerarij eius proximioris, & cùm propter hoc daret de nullitate fideiussionis ex statuto vrbis lib. 1. cap. 151. cùmque probauerit eadem die contractus Cardinalem prædictum fuisse in vrbe, iuxta resolutionem factam 15. Nouembris 1610. coram Reuerendiss. D. Archiepiscopo Bononien. ideò dubitaui sub die 11. Martij 1613. an vltra præsentiam Cardin. Excellentiss. Princeps teneretur probare aliquam habilitatem, & quatenus sic, an esset probata? Et Rota ad 1. partem affirmatiuè respondit; ad 2. verò negatiuè: hodie autem recessit à dicta resolutione quoad 2. partem, & respondit affirmatiuè, scilicet Principem probare habilitatem Cardin. nedum naturales, sed etiam non adfuisse inhabilitates accidentales, nam quantum ad naturales, deponunt testes, quòd eadem die contractus Cardinalis erat sanus, & quamuis ista probatio videatur difficilis, tamen

tamen cùm hoc deponant eum circumstantijs memoralibus, vtique probant sanitatem de die contractus, per ea quæ trad. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. *in tit. de test.* §. 1. *num.* 35. *litera K. vers. ego saluo*, Igneus *in l. excipiuntur, num.* 36. *vers. sed vltra*, *& num.* 38. *ff. ad Silan.* Farinac. *de test. quæst.* 58. *num.* 88. *& seqq.*

2 Qui etiamsi dicantur nulliter examinati, tamen hoc non subsistit in facto, & etiam, quod dicatur quòd vnus sit consanguineus, non refert, cùm suppleatur per alios, Farin. *de test. quæst.* 54. *reg.* 1. *num.* 67. *& seqq.* & dicta istorum testium coadiuuantur ex præsumptione, iuris secundùm quam quilibet præsumitur sanus, cùm infirmitas sit habitus, contra naturam, *l.* 1. §. *sciendum, ff. de adilit. edict. l. semel C. de re militar. lib.* 10. Bart. *in l. quæsitum, num.* 5. *ff. de re iud.* Rip. *in tract. de peste, tit. de præscr. remed. contra pest. part.* 2. *num.* 260. & quamuis Rota non admittat simpliciter illam conclusionem, quòd qui habet præsumptionem iuris pro se, transferat onus probandi in aduersarium, nisi præsumptio legis de iure habeatur pro concludenti probatione, Seraph. *decis.* 1422. *num.* 10. *& seqq.* vnde fuit responsum, quòd hic non deducitur ista probatio præsumptiua ad effectum transferendi onus probandi in aduersarium, sed adminiculatiuè ad depositionem testium, vt magis firmentur eorum dicta.

3 Neque est verum, quod retento isto intellectu testes non probant, quòd in hora ipsius contractus Card. esset sanus, prout probare tenerentur, ex Anchar. *in cons.* 388. *num.* 8. *vers. nec obstat*, *& num.* 12. *vers. constat autem*, Verall. *decis.* 218. *part.* 1. Angel. *cons.* 194. *num.* 2. *vers. porrò licet*, Alex. *cons.* 97. *num.* 5. *vers. vnde, quod se fundat lib.* 7. Nam in casu de quo agitur, in contrarium est veritas, quia DD. qui volunt minorum, vel mulierum teneri probare habilitates consanguineorum, de tempore contractus sunt intelligendi, prout Rota illus intelligebat de die contractus, quia nimis strictè loquerentur, si essent intelligendi, quòd habilitates deberent probari in hora ipsius contractus, & ideò cùm DD. requirant probari habilitatem de die contractus, satis dicitur probare liquida, & certa, si probetur sanitas de die contractus, licet non probetur in hora ipsius contractus, vt benè ad propositum Fel. *in cap. pastoralis, num.* 5. *post medium vers. similiter, de rescr.* & sic cessat dictum Anchar. quia loquitur in diuersis terminis, nempè ad euitandam falsitatem instrumenti, vel testium, & in similibus terminis loquuntur Verall. & alij DD. supra allegati; in istis enim casibus debet probari qualitas de certa hora, vt in casu nostro sufficit probare de die, non de hora, quia nimis restringeretur ista materia, & reduceretur ad improbabilitatem.

4 Quantum verò attinet ad inhabilitatem accidentalem ex occupantibus, quòd non adfuerit, dicebant Domini satis esse probatum in casu isto, cùm non constet de affirmatiua, ea ratione, quia si impedimentum accidentale adfuisset, non diu duraturum, erat expectandum, quod cessaret, Tiraq. *in legibus connub. glos.* 8. *num.* 6. *& seqq.* Castr. *in l. cùm antiquitas, num.* 5. Alex. *num.* 6. *C. de test.* Moder. *de claus. inst. in claus.* 7. *glos.* 10. *num.* 1. ergo cùm impedimenta accidentalia regulariter non sint diu duratura, satis probatur negatiua, cùm non probetur affirmatiua, quia etiam hoc adfuisset impedimentum accidentale, cùm diu non esset duraturum, erat expectandum.

5 Non obstat assertio Principis, quòd consanguinei non poterant interuenire, quia si hoc admitteretur de facili fieret fraus statuto, Ias. *in l. donatione, num.* 4. *C. de collat.* Aym. *cons.* 175. *num.* 2. *&* 4. & ad id, quòd Princeps semper fuit magni ingenij, & ideò non est verisimile, quòd prædicta expressisset si vera non fuissent, fuit responsum illud vulgatum, *quandoque bonus dormitat Homerus*, quod satis probatur, quia fideiussit sine releuatione, quod alij fideiussores non fecerunt, & etiam asseruit, quòd cupiebat fideiubere in censum, & tamen ista res non videtur concupiscibilis, & in minore sola fideiossio sufficit, vt dicatur læsus, *l.* 1. *C. de fil. fam. minor.* & tamen qui interuenerunt in contractu, affirmarunt nullum posse fieri præiudicium D. Principi ex ista fideiussione; & tamen contrarium est verius, ex natura rei, & ex euentu subiecto. Ex quibus DD. recesserunt à 2. parte decis. sub die 11. Martij 1613.

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. VEROSPIO SEN.

posteà S. R. E. Cardinali.

Barchinonen. Murorum.

Mercurij 10. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

De dominij probatione plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Dominium transfertur absque alia traditione ex donatione facta à Principe, num. 1.

Dominium præsumitur ex possessione, & perceptione fructuum, quando de eo agitur non personaliter, sed incidenter, num. 2.

Dominium in antiquissimis probatur lenioribus probationibus, & coniecturis, num. 3.

Identitas rei probatur ex duabus demonstrationibus, num. 4.

Enunciatiua emanata ab habente interesse nihil probat, num. 5.

Abbatissa non potest præiudicare in acquisitis monasterio, num. 6.

Princeps non præsumitur velle auferre ius tertij, num. 7.

Ripa fluminis licet sit de dominio priuatorum, illius tamen vsus publicus est, & in ea inconsulto Principe dominus ædificare non potest.

DECISIO DCLXXVIII.

Moniales S. Claræ ciuitatis Barcinonen. propè monasterium spatium quoddam habent muris clausum, quod pro ciuitatis defensione per communitatem, & homines magna cum monasterij iactura fuit terra coopertum. Vnde Moniales cùm instarent pro istorum damnorum refectione, causa in Rota coram me introducta, dubitaui an de ipsarum dominio respectu situs, de quo agitur, constaret ad effectum vt illis damna essent reficienda; & plures dubio per me proposito Domini tandem censuerunt satis monasterij dominium apparere ex donationibus eidem de d. solo factis à Iacobo Aragonum Rege de anno 1246. & à Petro eiusdem regni successore de anno 1369. ex quibus fuit absque alia traditione dominium in Moniales ipso iure translatum, Ang. *in l. officium num.* 2. *in fin. ff. de rei vend.* Bald. *in l. cùm aliquis, num.* 4. *C. de iur. delib.* Alex. *cons.* 187. *num.* 17. *lib.* 2. Soc. *cons.* 187. *num.* 6. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 208. *num.* 12. *lib.* 1. Couar. *var. resol. cap.* 14. *num.* 14. Afflict. *decis.* 164. *nu.* 2. & fuit dictum in causa Papien. bonorum 20. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Mellino. 1

Quod eo magis procedit, cùm istæ Moniales existant in huius soli possessione, tum ex perceptione fructuum, *l. Titia*, vbi Bart. *ff. de solut. l. litibus C. de agric. & censit. lib.* 11. Soc. *cons.* 13. *num.* 4. *lib.* 4. Aym. *cons.* 107. *num.* 7. tum per clauis receptionem, *l. ex clauib.* vbi Bart. *ff. de contrah. empt.* Bart. *in l.* 2. *num.* 1. *in fine, C. de verb. signif.* ex quibus dominium arguitur, cùm præsertim hic de illo non principaliter, sed incidenter agitur, gloss. *in l. quidam, in verb. intueri*, vbi Bart. *num.* 4. *ff. de cond. instit.* gloss. *in l. sicut*, §. *sed si quæritur, in verb. possess. in fin. ff. si seruit. vendic.* vbi etiam Bart. *num.* 2. *& in l. si prius v.* 6. *ff. de non. oper. nunc.* Bald. *cons.* 486. *num.* 5. *lib.* 1. Abb. *cons.* 67. *num.* 6. Vasq. *illustr. controuers. cap.* 17. *num.* 18. 2

Et tantò magis dictum dominium probatur, cùm versemur in antiquissimis vltra trecentos quinquaginta annos, pro casu leues etiam probationes, & coniecturæ sufficiunt, Dec. *cons.* 428. *& cons.* 146. *num.* 2. Afflict. *decis.* 23. *num.* 4. Rimin. iunior. *cons.* 27. *num.* 280. *lib.* 1. Abb. *cons.* 64. *num.* 21. & fuit dictum in eadem Sabinen. collis Rampulij 3. Maij 1593. coram Litta. 3

Nec potest identitas huius situs controuerti, cùm in regijs donationibus enuncientur certi fines qui benè illi applicantur, & duæ demonstrationes ad probandam identitatem loci sufficiant, Bart. *in l. demonstratio, num.* 14. *in* 7. *quæst.* vbi Paul. de Castr. *num.* 6. *vers. cætera dic. ff. de condition. & demonstr.* Alexand. *cons.* 133. *num.* 5. *lib.* 1. 4

*lib.*1. *& conf.*35. *num.*3. *lib.*1. Aym. *conf.* 198. *num.*2. *vers. nec obstat.* Soc. *consil.*89. *num.* 1. *lib.* 1. Roland. *consil.* 67. *num.*3. *vers. verùm præmissis, lib.*2. Dec. *responsione* 17. *n.*9. *&* 21. *lib.*3.

5 Et licèt altera clauis huius situs per Consiliarios Ciuitatis retineatur, hoc tamen, vt ex testium depositionibus colligitur, non iure dominij proceditur, sed vt facilior sit transitus ad turrim S. Ioan. in qua bellici apparatus retinentur.

Facultas pariter, quæ aliàs per Abbatissam petita dicitur à Consiliarijs Ciuitatis pro muro sumptibus monasterij construendo, Ciuitatis dominium quoad huiusmodi situm inferre non valet, nam talem facultatem non constat Abbatissæ nomine fuisse petitam, & instrumentum exhibitum ad hoc probandum, cùm simplicem enunciatiuam contineat ab habente interesse emanatam nihil probat, Aret. *cap. cum causam num.*13. *&* 17. vbi Felin. *in* 4. *not. de probat.* Natta *cons.*72. *num.* 41. *lib.* 4. Put. *decis.* 149. *num.*2. *lib.*3. cùm præsertim sit vnica, Aret. *vbi supra num.* 23. Corn. *consil.*171. *num.*10. *& consil.*333. *n.* 9. *lib.*1.

6 Nec de effectuatione istius facultatis, sed de consilio potiùs apparet, Cald. *cons.*12. *de iurepatr. & consil.* 64. *de caus. possess. & prop.* Ripa *in cap. Ecclesia Sutrina, num.* 93. *eod. tit.* Alex. *cons.*123. *num.*1. *lib.*1.

Præterea cùm hic situs per regias donationes monasterio fuisset acquisitus, Abbatissa illi præiudicare non potuit, *cap.* 1. vbi glos. *in verb. non liceret*, ibi Abb. *num.* 9. *de restit. in integr. cap. fraternitatem*, vbi glos. *in verb. non debet de donat.*

7 Nec ciuitati suffragatur, quòd tam de iure communi, quàm ex priuilegio Petri Regis non poterat intra certum spatium iuxta ciuitatis muros ædificare, non enim per hoc inferri potest situm, de quo agitur, ad ipsam ciuitatem iure dominij pertinere, quia cùm antea Moniales essent illius dominæ, & ex particulari Petri Regis priuilegio duobus muris eumdem situm clausissent, non præsumitur istum Regem voluisse postea Monialibus D. Dominici auferre, *l.* 2. §. *meritò, &* §. *si quis à Principe*, vbi notat *ff. ne quid in flumine publico*, cum alijs per Sarment. *in reg. de iur. quæs. non tollend. quæst.* 1. *num.* 2. *&* 3. & Mandos. *quæst.*1. *num.*2. *in fin.* tantò magis, quia non repugnat ibi Moniales ædificare non posse, & loci dominium per res ipsas remanere, vt in simili de ripa fluminis datur, quæ licèt sit de dominio priuatorum, illius tamen vsus est publicus, & inconsulto Principe in ea dominus particularis ædificare prohibetur, Bald. *in l. riparum n.* 2. *&* 3. *ff. de rer. diuis.* Cæphol. *de seruit. rustic. præd. cap.*36. *num.*5. *&* 11.

8 Nec releuat concessio de anno 1246. à Iacobo Rege Monialibus facta sine tertij præiudicio, nam inde non arguitur reseruatam esse facultatem d. locum terra cooperiendi, cùm non constet illum tunc temporis ad hunc effectum fuisse destinatum. An autem summa per Moniales passa veniat reficienda, voluerunt Domini particulariter disputare.

R. P. D. PIROVANO.

Leodien. Fideicommissi.

Mercurij 10. *Iunij* 1615.

ARGVMENTVM.

Feudum in testamento sine domini consensu quando relinqui possit, præsertim comprehensis in inuestitura.

SVMMARIVM.

*Feudum testamento relinqui potest in fauorem eorum, qui sunt comprehensi in inuestitura, etiam sine domini licentia, num.*2.

Immissio ex l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *datur etiam pro bonis feudalibus, ibid. in fine.*

Feudi formam succedendi mutare non possunt vasalli sine consensu domini, declara vt num. 3. *&* 4.

Feudi successio non spectat ad fratres, & eorum filios, donec aliquis ex descendentibus extet, num. 3. *vers. fuit etiam responsum.*

*Vtile per inutile non vitiatur in separabilibus, num.*4.

*Consuetudinem alleganti onus probandi incumbit, num.*6.

DECISIO DCLXXIX.

DVm hæc causa in alia instantia agitaretur, fuit per 1
particulares decisiones firmatum per mortem Renati senioris euenisse casum fideicommissi, ac fauorem Federici, nec per subsequentem transactionem inter Federicum, & fratres fuisse renunciatum fideicommisso, ac etiam Federico agenti ex fideicommisso Ioannis non obstare exceptione non implementi; demum quòd Federico non obstabat donatio facta per Ioannem patrem Renato seniori contemplatione matrimonij. Nunc verò in gradu appellationis dubium proposui respiciens totam causam, an scilicet sententiam Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda? Sed Domini distinctè procedendo priùs voluerunt disputare super validitate, & ea firmata per duas decisiones ad iustitiam transierunt, perstringendo difficultatem ad obstantiam donationis Ioannis, & iuxta mentem DD. proposita disputatione, & pluries propter grauitatem causæ reproposita.

Censuerunt sententiam esse confirmandam, quia vi- 2
sum fuit cessare omnem difficultatem in donationem Renati positam. Nam etsi admitteretur primam licentiam propter actum donationis posse dici consumptam, cùm tamen istud fideicommissum fuerit per Ioannem factum ad fauorem eorum, qui vigore inuestiturarum successuri erant ab intestato, etiam Renato consentiente, non fuit necessaria aliqua licentia, nec respectu Ioannis in conficiendo fideicommisso, neque respectu Renati in præstando ei consensu, ex quo omnes personæ comprehensæ vsque ab initio fuerunt approbatæ per D. inuestientem, *cap.* 1. §. *& si clientulus de alienat. feud. cap. vnico*, §. *sed etiam res*, vbi gloss. *in vers. proximiori, per quos fiat inuest.* Afflict. *cap.* 1. *de success. feud. & decis.* 119. *num.* 3. *&* 5. Oldrad. *consil.* 120. *per totum*, Decian. *consil.* 117. *num.*22. *lib.*3. Bursat. *cons.*291. *num.*92. Schrader. *de feud. part.*7. *cap.*2. *num.*18. Rosenthall. *de feud. cap.* 7. *concl.* 8. qui omnes vno ore post multos ab eis allegatos limitant in hac parte opinionem asserentium dispositionem vasalli de feudo in testamento factam nullam prorsus, & inualidam esse. Neque est nouum quod quis habens successionem à iure communi, vel municipali delatam, vtatur altera ex testamento propter pleniorem prouisionem, & faciliorem exequutionem, vt in præsenti, cùm hæres comprehensus sit ex testamento habere immissionem pro bonis feudalibus beneficio, *l. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll.* quod alioquin denegaretur, & animaduertunt supra allegati auctores. Idem dicitur de creditore, & de filio ratione suæ legitimæ, quibus etsi de iure parata sit actio, nihilominus capiunt ex testamento quatenus eis relinquatur propter pinguiorem prouisionem ex concursu actionum, quæ ex testamento competunt.

Non obstat, quòd conclusio videatur procedere in sim- 3
plici dispositione feudi, & vbi nihil additur successioni ab intestato; secùs verò vbi alteratur natura inuestituræ, cùm non sit in facultate vasalli mutare formam succedendi sine domini consensu, *cap.* 1. *de alienat. feud. patern.* Ias. *in prælud. feud. num.*88. Surd. *consil.*414. *num.*2. & in præsenti dicebatur mutatam esse formam, & ordinem inuestituræ per substitutionem fideicommissariam, & prohibitionem de non alienando, ac alias conditiones in testamento appositas, quæ non sunt additæ successioni ex antiqua inuestitura. Fuit enim responsum conditiones prædictas in casu, de quo agitur, non mutasse ordinem succedendi, quia ex dispositione testamentaria feuda primò transeunt ad Renatum primogenitum, & deinde ad eius descendentes, donec aliquis ex eis supererit, & post eos ad Federicum secundò genitum, quod etiam dispositioni iuris conuenit, vt fratres, & eorum filij non admittantur, donec aliquis ex descendentibus alterius fratris extat, cui feuda cum assensu domini directi ex causa particulari prout diuisionis, veluti in casu præsenti portionis filialis peruenerunt, *cap.* 1. *de natur. success. feud.* Natt. *consil.*22. Surd. post alios *cons.*472. *num.*6. *lib.*4.

Præterea dicebatur, quòd aut mutatio, quæ præten- 4
ditur, in forma succedendi comprehendit nouas perso-

nas,

nas, & limitatio bene procedit: sed de hoc non est dubitandum, quia non impugnatur, quin Federicus sit comprehensus, & sit frater Renati, aut mutatio respicit tantummodo vocationem remotioris, & in hac parte nihil interest domino directo, sed proximioribus, vt remotior non succedat, vt declarat Alex. *consil.* 19. *num.* 18. *volum.* 6. Socin. iun. *consil.* 72. *num.* 38. *volum.* 1. Surd. *consil.* 305. *num.* 20. quibus propterea consentientibus dispositio quoad eorum præiudicium sustinetur absque domini directi consensu, Ripa *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres n.* 87. *ff. de verb. oblig.* Menoch. *consil.* 158. *num.* 88. Surd. per multos *eod. cons.* 305. *num.* 33. *lib.* 3. & in omnem casum vbi Ioannes in aliquo gradu remotiorem vocasset, vel arctiùs vinculasset conseruationem bonorum, non tamen vitiabit dispositionem in ea parte, in qua vocauit comprehensos secundùm ordinem successionis, sed remouebuntur conditiones, cùm sint separabiles ab ipso iure succedendi, secundùm tenorem inuestituræ, & in separabilibus vtile per inutile non vitiatur, & non debet, *de reg. iur. in* 6. Bec. *cons.* 11. *num.* 19. Surd. *eod. consil.* 305. *num.* 48. loquens in his terminis, & *num.* 49. addens id maximè procedere, si in testamento, prout in præsenti, adsit clausula, *omni meliori modo*, quæ operatur, vt actus eo modo sustineatur, quo potest, atque ita cùm Renatus paternæ dispositioni consenserit circumscripto interesse domini directi, potuit sibi, & hæredibus suis præiudicare.

5 Non obstat, quòd ista feuda essent matris Renati, qua defuncta viuente Ioanne spectabant ad omnes filios, non autem ad maritum, vt propterea Ioannes non potuerit de illis disponere vti de proprijs. Quia prædicta in primis essent iustificanda, cùm ex deductis non probatur. Præterea dicebatur si verum esset, non etiam potuisse Ioannem donare Renato in capitulis matrimonij in præiudicium aliorum filiorum, & consequenter nec Renatum quondam Gulielmi tamquam hæredem mediatum posse vti iure donationis prædictæ.

6 Demum non obstat quòd secundùm consuetudinem patriæ Leodiensis requiratur consensus domini directi, etiam quando disponitur inter eos, qui ab intestato, & secundùm ordinem inuestituræ succedere debent. Quia de ea non constat, & allegans consuetudinem tenetur probare in specie, & concurrentibus ijsdem qualitatibus, de quibus in facto controuertitur, Menoch. *consil.* 54. *nu.* 37. Surd. *consil.* 74. *num.* 13. *& decis.* 131. *num.* 10. neque deferendum videtur particularium personarum attestationibus, cùm versemur in decisorijs, sed plena, & concludens probatio requiritur, vt resolutum fuit in causa Aretina spolij 5. Iulij 1604. coram Reuerendissimo nostro Decano.

Et ita, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Placentina dotis, & antiphati.

Veneris 12. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Dispositio *l. fœminæ C. de secund. nupt.* quando habeat locum in ijs bonis, in quibus ex dispositione statuti, mater ab initio solum vsumfructum acquisiuit.

SVMMARIVM.

Mater per obitum filij absque filijs, vel fratribus lucratur proprietatem eorum bonorum, quam per transitum ad secunda vota post mortem filio restituere tenebatur, num. 1. *& num.* 2. *adducitur ratio.*

Declara regulam procedere in ijs bonis, in quibus mater ab initio dominium acquisiuit, sed per transitum ad secunda vota illud postea amisit, secus in ijs bonis, in quibus ab initio mater solum vsumfructum vigore statuti acquisiuit, ibid.

Argumentum à contrario sensu validum est in statutis vbi ius commune non corrigitur, sed conseruatur, num. 3.

Statuti verba dubia interpretanda sunt vt minus derogent iuri communi, num. 4.

Casus à statuto omissus remanet sub dispositione iuris communis, num. 5.

Mater ad effectum vt non teneatur restituere iuxta dispositionem l. fœminæ C. de secun. nupt. *ea quæ habuit à priori viro paria sunt quòd filios non susceperit, vel suscepti prædecesserint, num.* 5.

Appellationi vnius ex partibus, potest altera pars adhærere, & sententiam impugnare, etiamsi priùs sententiam approbasset.

DECISIO DCLXXX.

Sententia R. P. D. mei Pamphilij, de cuius confirmatione, vel infirmatione hodie coram me actum fuit, non impugnabatur in eo, quòd Angelica Maria antiphatum, seu donationem propter nuptias etiam quo ad illius proprietatem, lucrari non potuisset ex iuris communis dispositione, quamuis vnicus filius, quem ex primo matrimonio susceperat, post transitum ipsius Angelicæ ad secunda vota decesserit, ad text. express. *in l. fœminæ*, §. *illud*, & ibi Bald. *C. de secund. nupt. & in auth. ex testam. num.* 8. *eod. tit.* glos. *in auth. de nupt.* §. *quoniam infirmas, in versic. moriatur*, Natt. *cons.* 519. *num.* 3. Alex. *cons.* 66. *sub num.* 7. *lib.* 3. Aret. *cons.* 40. *sub num.* 4. Franc. *decis.* 106. *num.* 1. Gabr. *concl.* 3. *num.* 29. *&* 30. *de secund. nupt.* cum ibi allegatis. 1

Sed informantes pro Arcello contendebant, quòd stante statuto Ciuitatis Placentiñ. quo cauetur, quòd decedente marito cum filijs, vxor lucretur vsumfructum tantùm, locus dispositioni *d. l. fœminæ*, esse non possit, ex quo dicta lex procedere videbatur eo casu tantùm, quo matri dominium dicti antiphati per mortem mariti quæsitum fuisset, illudque deinde per transitum ad secunda vota amisisset: non autem si dictum dominium ipsi quæsitum non fuisset, sed vt statuto disponitur, solus vsusfructus. Atque hoc abundè elici putabant ex ipsamet ratione legis, quæ iuxta communem DD. sententiam, ea est, vt cùm mater in pœnam iniuriæ, qua filios prioris matrimonij transitu ad secundas nuptias afficit, proprietate lucri per mortem mariti quæsiti priuetur; æquum sit quòd cessante per mortem filiorum eadem iniuria, cesset quoque priuatio, atque ipsa ad idem lucrum reintegretur, vt not. Doct. *in auth. sed & si quis C. de secund. nupt.* & declarat Alex. *consil.* 63. *num.* 2. *& seq. lib.* 5. Ruin. *consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 3. Crauet. *consil.* 285. *sub num.* 2. *versic. quia respondetur*, Riminald. iun. *cons.* 305. *num.* 88. vnde cùm dicta ratio præsupponat proprietatem lucri priùs matri quæsitam fuisse, militare non poterit quando dictum lucrum eidem quæsitum non fuisse compertum erit, & consequenter cessabit etiam eo casu ipsa legis dispositio, *l. adigere*, §. *quamuis, ff. de iur. patr. l. quod dictum, ff. de pact. l. in omni, & ibi glos. fin. ff. de adopt.* Et ita in terminis similis statuti decisum fuisse dicebant in vna Romana donationis propter nuptias 14. Iunij 1540. coram Puteo, vt refert in suis decis. inter nouiter impress. *decis.* 17. *de constit.* 2

Verùm Domini his non obstantibus prædictam sententiam confirmandam esse censuerunt, nam misso quòd negari posse videbatur dispositionem d. legis ea tantummodo ratione niti, quòd mater per transitum ad secundas nuptias proprietatem lucri per mortem mariti quæsitam amisisset, cùm obitus filiorum primi matrimonij potiùs contemplatus fuerit, quorum fauore mater de bonis ad ipsam à primo viro prouentis in alios disponere prohibebatur, fuit etiam dictum per statutum dictæ Ciuitatis (si rectè inspiciatur) dispositionem legis fœminæ non immutari. Nam & si existentibus post mortem mariti liberi, vxori solum vsumfructum deferat, id tamen intelligi debet, quatenus ijdemmet etiam filij matri superuixerint; secus verò si prædecedant, quòd enim eo casu ex mente etiam statuentium, mater non solum vsumfructum, sed etiam proprietatem antiphati lucretur, vel ex eo satis apertè colligi videbatur, quòd dicti statuentes mandant, mulierem præstare liberis idoneam cautionem de restituendo ipsis liberis d. antiphatum, si contingat eam ijsdem prædecedere, nam si liberis tantùm præstanda sit cautio, & tunc demum facienda restitutio, si mulierem liberis prædecedere contingat, consequens esse videtur, quòd si mulier liberis superuiuat, nulla fieri debeat restitutio, atque ita eo casu antiphatum, tam quoad 3

eius

eius proprietatem, quàm quoad vsumfructum irreuocabiliter penes mulierem remaneat, vt multis in terminis huius statuti arguit Anguiss. *cons. 4. lib. 5.* vbi, quòd in statutis arguere licet à contrario sensu, quando ius commune non corrigitur, sed conseruatur, per doctrinam Bald. *in l. 2. C. de condit. insert.*

Et ex his apparet decis. Potei casui nostro non applicari, in ea namque præsupponitur statutum non deferre matri proprietatem antiphati, etiam quòd filijs superuiuat, sed solum vsumfructum, qui propterea non poterat per mortem filiorum cum proprietate iam priùs filijs irreuocabiliter per mortem patris quæsita consolidari, quod & eo magis in casu dicti statuti procedere videbatur, quia etiam mandat matrem simpliciter cauere de restituendo antiphatum finito vsufructu, nec se restringit, vel ad casum quo ipsa filijs prædecederet, vel quòd restitutio ipsis filijs tantum facienda sit, quod secus est in casu propositi statuti, vt dixi.

4 Non obstat, quòd verba statuti Placentiñ non repugnant quominus etiam hæredibus filiorum facienda sit restitutio, cùm potiùs verbum personale ipsis videatur state demonstratiuè, quam restrictiuè, quia vltra quòd huic obiecto satis fuit responsum in decisione in hac eademmet causa sub die 6. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio facta, in omnem etiam euentum negari non potest quòd dicta verba non sint dubia, quo casu interpretari debent, vt minus derogent iuri communi, ad not. *in cap. cum dilectus, de consuet. & in l. si quando, in pr. C. de inof. test.* vel casus iste, quo scilicet filij matri prædecedunt vti sub statuto minimè comprehensus sub iuris communis dispositione remanet, per text. vulg. *in l. si cum dotem, in pr. ff. sol. matr.* cùm præsertim nulla maior ratio assignari posse videatur, quam ob rem dominium potius filijs non extantibus matri quæratur, quàm postea prædecedentibus, ex quo paria sunt ad hunc effectum filios non suscepisse, vel susceptos prædecessisse, vt not. Cyn. *in auth. sed etsi, C. de secund. nupt.* Nat. *d. cons. 519. num. 3.*

Minus etiam obstant quæ per informatores pro Arcello circa cautionem ab Angelica præstitam, & acceptationem sententiæ in partibus latæ deducuntur, quia fuerunt iam omnia in supradicta R. P. D. mei Pamphilij decis. sublata; vltra quòd cum Arcellus à prædicta sententia reclamauerit, potuit Angelica etiam postea quàm prædictam sententiam approbauit, illius appellationi adhærendo eandemmet sententiam impugnare, iuxt. text. *in l. ampliorem,* & ibi Doct. *C. de appellat.*

R. P. D. SACRATO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Viterbieñ. Castrorum.

Lunæ 15. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Matrimonium leuioribus probationibus probatur, quando non agitur de illius validitate, sed de legitimitate prolis ad effectum successionis, præsertim in antiquis.

SVMMARIVM.

Instrumentum antiquum supra centum annos recognitione non indiget, num. 1.

Antiquitas instrumenti non censetur probata ex sola data, cùm possit fieri antedata, nisi alia concurrant adminicula, de quibus num. 1. vers. & licet sola data.

Matrimonium probatur leuioribus probationibus, quando non agitur de illius validitate, sed ad effectum legitimitatis prolis, in successione, num. 2.

Antiquitas temporis facit vt leuiores sufficiant probationes, ibid. in fine.

Matrimonium censetur probatum per enunciatiuas in antiquis, num. 3.

Bastardus, & spurius nobilitate non gaudet, etiamsi à nobilibus descendat, ibid.

Sponsalia subsequuta copula transibant in matrimonium ante Concilium, num. 4.

Identitas personarum probatur per duas demonstrationes, nempè nominis, & cognominis, præsertim quando nomen est singulare, num. 5.

DECISIO DCLXXXI.

Dubitaui, an testamentum q. Georgij de Sancta Cruce senioris esset in forma probanti, & constaret de descendentia requisita in eodem testamento. Quoad primum affirmatiuè fuit resolutum, quia exhibitum fuit originale, habens omnia requisita publici instrumenti, quod cùm sit antiquum supra centum annos non indiget recognitione, Bald. *in auth. quas actiones, num. 19. Cod. de sacros. Eccles.* Soc. sen. *cons. 187. num. 10.* Afflict. *decis. 245. num. 3. & decis. 251. num. 6.* Guidop. *decis. 357. num. 2.* Put. *decis. 146. part. 1. in nou.* Alex. *cons. 101. num. 10. lib. 3.* Seraph. *decis. 1077. num. 1.* Et licèt sola data non probet antiquitatem, cum aliàs possint fabricari scripturæ modernæ cum data antiqua, Put. *decis. 186. num. 2. part. 3.* Rot. in Mediolanen. decursus aquarum 19. Decembris 1608. coram Reuerendiss. Bononien. & in Romana bonorum de Columna 22. Maij 1615. coram me: attamen Rota hoc casu propter difficultatem probationis contentatur adminiculis, Rot. diuers. *decis. 92. num. 3. part. 1.* & in Veneta illegitimitatis 26. Aprilis 1602. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, & in Comen. habitus 9. Iunij 1610. coram R. P. D. Pirouano. Adminicula autem in proposito casu fuerunt, in primis facies ipsius scripturæ, quæ præsefert magnam antiquitatem; secundò, quòd hoc testamentum fuit in diuersis alijs iudicijs productum, & nunquam oppositum, vel dubitatum de illius legalitate. 1

Quantum ad secundum caput de descendentia requisita in prædicto testamento non dubitabatur D. Bartholomæum, & Petrum viuentes descendere à Bartholomæo seniore, cùm hoc fuerit iam coram me in hac causa decisum sub die 29. Aprilis 1613. sed difficultas erat circa legitimitatem requisitam in eodem testamento, & Domini fuerunt concordes, quòd sufficienter probetur legitimitas præmittendo, quòd quando agitur de matrimonio, non ad effectum permanendi in illo, sed ad effectum legitimitatis prolis pro successione, sufficiunt leuiores probationes, glos. *in cap. lator qui fil. sint legit.* Salic. *in l. non nudis, num. 6. C. de probat.* Gemin. *cons. 27. num. 8. & 9.* Paris. *cons. 13. num. 22. lib. 2.* Rot. in Parmen. status 6. Martij 1592. coram Seraphino, Neapolitan. legitimitatis 2. Iunij 1595. Caurien. matrimonij 29. Ianuarij 1596. coram bon. mem. Corduba, Leodien. matrimonij 22. Iunij 1605. coram bon. mem. Iusto, Vladislauien. 29. Nouembris 1614. & 28. Februarij 1611. coram R. P. D. Caualerio, idque eò magis, quo ad legitimitatem ascendentium antiquorum, cùm in antiquis regula sit, quòd propter difficultatem probationis sufficiant leuiores, Bald. *in d. auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles.* Roman. *in l. si vero 65. §. de viro, num. 88. vers. 6. quæro, ff. solut. matrim.* Dec. *cons. 42. sub num. 3.* Rot. in Rom. de S. Cruce 23. Maij 1608. coram me. 2

Quòd igitur Petrus, & Andreas fuerint non solùm filij Bartholomæi senioris, vt fuit firmatum in alia decisione, sed etiam legitimi, probatur; quia in duobus instrumentis antiquis vltra centum annos enunciantur filij dicti Bartholomæi, & nobilis, & honestæ mulieris D. Iacobellæ vxoris dicti Bartholomæi, quæ enunciatiuæ in antiquis habent vim famæ d. vxoratus, & plenè probant, ex allegatis in alia decisione, maximè quia non sunt simplices enunciatiuæ, sed actus facti ab illa muliere, tanquam vxore d. Bartholomæi, & legitima tutrice dictorum Petri, & Andreæ filiorum communium, & cum personis, quibus erat benè nota qualitas dictæ mulieris. Vnde est plusquam inuerisimile, quòd in dictis instrumentis fuerit enunciatum illud, quod non erat; accedat quòd Petrus, de quo suprà, duxit in vxorem Constantiam Piccolomineam proneptem Pij Papæ II. & neptem Pij III. qui dum esset Cardinalis, interuenit sponsalibus, quod matrimonium, non est verisimile fuisse celebratum cum bastardo, qui nulla gaudent nobilitate, etiamsi à nobilibus descendant, Bald. *in cap. innotuit, num. 14. & 15. de elect.* idem Bald. *in l. cum antiquioribus, sub num. 12. C. de iur. delib.* Anchar. *cons. 389. num. 2.* Tiraq. *de nobilit. cap. 15. num. 10.* Card. Paleott. *de noth. & spur. cap. 61. num. 7.* Rot. in d. Veneta legitimitatis 26. Aprilis 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Ianuen. Iurispatronatus 13. Martij 1606. coram bon. mem. Litta; adsunt etiam testes deponentes de publica voce, & fama, & com- 3

munt

muni reputatione super descendentia modernorum Petri, & Bartholomæi absque macula illegitimitatis, quod di-
3 ctum includit omnes ascendentes, Cæl. de Grass. *decis. 6. num. 2. cum seq. qui fil. sint legit.*

4 Quòd autem Iacobus natus ex dicto Petro fuerit legitimus, modicam habet dubitationem, stante, quòd vbique enunciatur filius Constantiæ Picolomineæ, cuius formale matrimonium cum Petro licèt non probetur per verba de præsenti, attamen attenta qualitate personarum dictum matrimonium fuisse celebratum est plusquam verisimile; vltra quòd ante Concilium sufficerent sponsalia, de quibus suprà, cum subsecuta copula, quia transiuissent in matrimonium, *cap. is qui fidem*, *de spons.* cum ibi not. per scribentes. Adsunt etiam instrumenta, in quibus tam pater, quàm mater vocarunt, & tractaruor d. Iacobum tanquam filium legitimum, & naturalem, & suffragantur testes deponentes in genere de legitima descendentia, vt suprà ponderatum est. Ex prædicto autem Iacobo fuisse legitimè natum Petrum viuentem, & q. Marium patrem Bartholomæi pariter viuentis apparet, quia d. Iacobus habuit in vxorem Hortesiani de Matthæis, vt apparet ex instrumento sponsaliorum, & vtrique parentes in eorum testamento vocant prædictos Petrum, & Marium filios legitimos, & naturales, & tanquam tales instituunt, & adsunt testes super hoc deponentes de publica voce, & fama, ac communi reputatione. Quòd verò modernus Bartholomæus sit filius legitimus, & naturalis Martij, & Liuiæ de Sancta Cruce, non est qui controuertat, & satis probant testes, & fides baptismi.

5 Circa illud quòd non probetur an Bartholomæus à quo descendunt isti de Sancta Cruce, sit ille Bartholomæus de quo loquitur testamentum Georgij, fuit dictum quod duæ demonstrationes regulariter probant identitatem personę, *l. forma*, *& ibi gloss. in verb. vicinos*, *ff. de censib.* Bart. *in l. demonstratio falsa*, *num. 14. ff. de cond. & demonstr.* Alex. *cons. 35. num 2. lib. 5.* Dec. *cons. 13. num. 9.* & tenuit Rot. in Bononien. fideicommiss. de Rubeis 15. Decembris 1597. coram Reuerendissimo Bononien. Propterea cùm testamentum Georgij vocet descendentes Bartholomæi de S. Cruce, sufficit istis probare descendentiam ab vno Bartholomæo de Sancta Cruce, quia hoc modo concurrunt duæ demonstrationes, nempè nomen, & cognomen, facit quòd pluralitas non præsumitur, & qui dicit extitisse alium eiusdem nominis, & cognominis, debet hoc probare, Bart. *in l. si in rem*, *ff. de rei vendic.* Rimin. iun. *cons. 363. num. 58. & 59.* & licèt conclusio habeat difficultatem quando ponitur nomen proprium tantùm, vt per eundem Rimin. post Aret. & alios *d. cons. 363. nu. 63.* attamen idem consentiunt eum sufficere nomen proprium quando est nomen singulare. Idem igitur videtur dicendo quando, vt in proposito, vltra nomen proprium ponitur etiam cognomen, quia singolare est quod in eadem ciuitate reperiantur duo eiusdem nominis, & cognominis; vnde qui hoc asserit, probare debet, ex mox allegatis.

R. P. D. PIROVANO.

Mediolan. decimarum de Varisio.

Luna 15. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Parochialis Ecclesiæ erectio trahit secum translationem omnium iurium parochialium, & decimarum, etiam contra Ecclesiam matricem, cui priùs decimæ debebantur.

SVMMARIVM.

Ecclesia parochialis de iure super decimis, habet fundatam intentionem infra suos limites, etiam contra Ecclesiam matricem, cuius ante earum erectionem decimæ debebantur, num. 1.

Dominus semel, semper præsumitur dominus, num. 2.

Parochialis Ecclesia erectio trahit secum translationem omnium iurium parochialium, ibid. in fine.

Ecclesia vna potest contra aliam præscribere spatio 30. vel 40. annorum, num. 3. in fine.

DECISIO DCLXXXII.

IN præterita disputatione diei 30. Martij præsentis anni fuit firmatum decimam, de qua agitur, ab anno 1218. vsque ad annum 1396. spectare ad collegiatam, & continuando disputationem proposui secundo loco an ab anno 1396. vsque in præsentem diem debeantur? & non deberi fuit resolutum, nisi Ecclesia doceat de retentione post erectionem in parochiales, est enim vera, & in alijs decisionibus per Rotam approbata conclusio quòd Ecclesiæ parochiales, quæ erectæ reperiuntur cum suis limitibus, de iure fundatam habeant intentionem super decimis, etiam contra Ecclesiam matricem, cui priùs decimæ debebantur, Cald. *de decim. cons. 2.* Rebuff. *eod. tit. quæst. 6. nu. 16. & 18.* & magis communem opinionem dixit Rota in hac eadem causa 9. Martij 1609. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Lugdunen. Ideò cùm de statu parochialitatis istarum Ecclesiarum constet, decimæ ad collegiatam non videntur spectare, sed ad parochiales, vt & illæ quæ seminant spiritualia, pro sui sustentatione percipiant temporalia. 1

Non obstat, quòd cùm vsque ad annum 1396. Ecclesiæ non essent in statu parochialitatis, sed postea erectæ, non videtur eis sufficere, si doceant hodie effectas esse parochiales, nisi simul doceant in erectione vel nihil exceptum, secundùm opin. Cald. *in d. cons. 2. de decim.* vel expresse concessas fuisse proximas propter præsumptionem, quæ stat pro continuatione dominij, Alexan. *reg. 2. præsumpt. 20.* ac etiam quia noua erectio præsumitur facta sine præiudicio antiquarum, Rebuff. *in prax. tit. de erect. num. 1. & 2.* Nam cùm Rectores sint in statu parochialitatis, non tenentur probare aliquid, vel nihil fuisse exceptum, vt Cald. hoc supponit, imò contrarium, dum dicit quòd omnia iura parochialia videantur assignata in erectione, ex quo nihil est exceptum, scilicet aduersùs ea, quæ veniunt ex consequentia assignationis, quarum probatio pertinet ad eos, qui se fundant in exceptione, nec præiudicium videtur considerabile, cùm proueniat ex consequentia erectionis, quæ præsupponit translationem omnium iurium parochialium, Cassad. *decis. 1. de priuil.* Dec. *cons. 113. num. 17.* 2

Non obstat, quòd cùm constet de statu anteriori percipiendi decimas integraliter per collegiatam, & hodie de continuatione quasi possessionis percipiendi easdem proximas appareat, necessariò inferendum sit ex probatione extremorum ad reseruationem decimarum de tempore translationis iurium parochialium, cùm talis reseruatio potuerit contingere, *c. quicunque 16. quæst. 1.* Quia hæc pertinent ad dispensationem reseruatam, quæ si probentur, videbantur Canonici posse releuari respectu partis possessæ, vel ratione obseruantiæ impetratiuæ actus dismembrationis, vt fuit dictum in alia Mediolanen. decimarum 6. Iunij 1612. coram Reuerendiss. P. D. Pamphil. vel in vim præscriptionis, cùm vna Ecclesia præscribat aduersùs aliam spacio 30. vel 40. annorum, Felin. *in cap. de quarta, num. 1.* vbi Addent. *de præscript.* Couar. *in cap. possessor. in 2. relect. §. 2. num. 3. de reg. iur.* 3

Et ita &c.

Est decisio 673. supra part. 2. recent.

R. P. D. PIROVANO.

Barbastren. Archipresbyteratus.

Luna 15. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Alternatiua non intrat quando beneficia non sunt de libera collatione Episcopi, sed de simultanea cum Capitulo, & quando beneficia dicantur sic de libera Episcopi collatione, & quando simultanea.

SVM-

S V M M A R I V M.

Alternatiua non intrat quando beneficia non sunt de libera collatione Episcopi, sed de simultanea cum Capitulo, num. 1.

Beneficia nunquid dicantur de simultanea collatione Episcopi cum Capitulo, propter eorum qualitatem, eo quod sint de inferioribus, num. 2. & 3.

Archipresbyteratus nomen sonat in dignitatem magnum officium, praeminentiam, & iurisdictionem, & ideo non numeratur inter beneficia inferiora, num. 2.

Portionarij, & medij portionarij numerantur inter beneficia inferiora, num. 4.

Beneficij qualitas non mutatur per partium assertionem, & negationem, quando agitur de beneficio adiudicando, num. 5.

Beneficia quod sint libera collationes ordinarij, nunquid probetur per publicam vocem, & famam, num. 6.

DECISIO DCLXXXIII.

1 PRo Francisco fuit resolutum, ei scilicet Archipresbyteratum esse adiudicandum, quia etsi vacatio contigerit in mense Septembris, qui propter alternatiuam per Episcopum acceptatam dicitur amplius, & alio non probato aperta colligitur huius beneficij reseruatio per regulam 8. & in consequentiam non ius Francisci authoritate ordinaria prouisi. Nihilominus contrarium visum est dicendum, quia ex eadem regula 8. alternatiua non intrat, quando beneficia non sunt de libera collatione Episcopi, prout non est præsens, de quo agitur, sed de simultaneo cum Capitulo, tamquam dignitas in cathedrali, ideo mensis Septembris in hac parte non alternantur, sed remanent ordinariæ collationi, propter simultaneam, Abb. *in cap. cum Ecclesia Vulterana, num. 8. de elect.* Cassador. *decis. 22. de prabend.* vbi refert hanc opinionem communem, & quod Rota illam sequitur.

2 Nec à simultanea videbatur posse eximi, propter eius qualitatem, eò quod esset de inferioribus, vt dicebatur pro parte Thomæ, & exinde conueniret distinctio, Abb. *in 3. membr. eiusd. c. cum Ecclesia Vulterana*, dicentis quòd similia possunt conferri per Episcopum absque consensu, vel consilio Capituli. Quia pluribus modis fuit responsum. Primò ex eo quòd deficiat ista qualitas minoritatis, cùm agatur de Archipresbyteratu, cuius nomen sonat in dignitatem, magnum officium, præeminentiam, & iurisdictionem super alias in cathedrali circa spiritualia post Episcopum, vt legitur *in cap. 1. 2. & 3. de offic. Archipresbyteratus*, Aret. *cons. 23. num. 4.* Rota *decis. 9. de prabend. in nou. & decis. 1. de offic. Archipresbyter. in antiq.* Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 89.* & cum ipso nomine Archipresbyteratus concurrit etiam delatio habitus, prout gestant aliæ dignitates, de quo habitu deponunt testes Thomæ, iuxta 7. & per eum solent distingui inferiores beneficiati à superioribus, vt aliàs fuit resolutum in Calagurrita delationis capparum 26. Iunij 1577. coram sanct. mem. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore.

3 Secundò visum est etiam opinionem Abbatis non esse tutam, quia nec ipse determinatè eam tenet, sed loquitur per verbum *puto*, & meritò eam non firmauit, quia in primo membro distinctionis dixerat sibi placere opinionem gloss. vt collatio simul ad Capitulum, & Episcopum pertineat, quia præbendæ sunt institutæ de bonis Ecclesiæ, & in dubio, & hoc dicit tenendum, quæ ratio cùm pertineat etiam ad beneficia inferiora vel constituta de bonis Ecclesiæ, ideò patet distinctionem confundi, cùm facultas prouidendi beneficia inferiora cathedralis Ecclesiæ non proueniat ex officio generali ipsius Episcopi, vt ipse Abb. putat, sed ex communione bonorum, de quibus sunt instituta.

4 Tertiò si etiam determinatè loqoutus fuisset Abbas, tamen in inferioribus beneficiis, prout sunt portiones, & mediæ portiones, Put. *decis. 431. iuxta nouam impress. num. 3. lib. 1.* Contrariam opinionem Rota sequuta est, vt legitur in Salamantina dimidiæ portionis 25. Iunij 1590. coram Comitulo, & in Corduben. pariter dimidiæ 13. Februarij 1602. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, & in alia simili 19. Iunij corem R.P. D. Ortembergo tunc Episcopo Attrebaten. in quibus Rota absque alia distinctione adhæsit opinioni firmatæ per Cassad. *decis. 22. de prabend.*

5 Non obstat, quòd adhuc huiusmodi beneficium habeat probationes de libera collatione Episcopi ex confessione eiusdem Francisci in precibus, quæ contra eum probat, *l. cùm precum, de liberal. causa*, Caputaq. *decis. 208. num. 3. part. 2.* Quia vltra alias responsiones datas per informantes, placuit Dominis, quòd vbi agitur de adiudicando beneficio, vt in præsenti per asserere, vel negare ipsarum partium, non mutatur qualitas beneficij, Caputaq. *decis. 185. part. 1.* & ante eum Rota *decis. 17. de restit. spol. in nou.* quòd etiam fuit receptum coram me in Mediolanen. parochialis 22. Iunij 1615.

6 Nec dicatur, quòd idem confirmant testes in causa examinati, deponentes etiam de publica voce, & fama liberæ collationis ordinarij quoad hoc beneficium, quod sufficere videtur, Dec. *cap. 1. num. 14. de appell.* Rot. *decis. 3. de prob. in nou.* cum alijs allegatis. Quia nec hoc ex depositionibus testium potuit colligi, cùm non detur summarium earum depositionum. Concordia autem anni 1610. inter D. Episcopum, & Capitulum, quamuis tribuat soli Episcopo collationem huius beneficij, eius tamen confirmatio emanata cum clausula *firma remanente simultanea, & saluis reseruationibus Apostolicis*, impediuit effectum alternatiuæ, & conseruauit anteriorem reseruationem octo mensium, vt fuit dictum in Colimbrien. Canonicatus 24. Maij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Mellino.

7 Quæ autem dicta fuerunt circa excommunicationem Francisci, & alium modum vacationis, nempè per incompatibilitatem, de hoc postremo fuit dictum non probari, & primum tolli, quia erant censuræ relaxatæ ob non paritionem in non dimittendo possessionem, & fructus restituendo, quod cùm in omnibus fuerit paritum antequam præsens dubium proponeretur, nihil obstare visum fuit, quin caperetur resolutio pro Francisco, prout factum fuit.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Capuana Rectoriæ.

Mercurij 17. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Collatio beneficij curati facta tanquam de beneficio simplici, nulla, & inuallida est. Quomodo probetur quòd beneficium sit curatum, & quid præsumatur.

S V M M A R I V M.

Collatio beneficij curati facta de beneficio tanquam simplici est nulla, num. 1. declara vt num. 4. vbi quid si beneficium sit curatum habitu tantum, non autem actu.

Beneficium quòd sit curatum probatur per regulam, singula quæ non prosunt, *præsertim quando non agitur de substantia ipsius curie, sed de pertinentia, nu. 1. Vbi amplius quòd quando agitur de pertinentia, leuiores sufficiunt probationes, num. 5.*

Verisimile quod magis est attendi semper debet, num. 2.

Beneficij cura magis verisimile est quòd sit apud vnum, quàm apud duos, ibid.

Capellania vt dicantur beneficia Ecclesiastica plura requiruntur, de quibus, ibid.

Beneficij cura quandoque non est apud lectorem, quando Capella cum cura est annexa Ecclesiæ non curata, num. 3.

Beneficia curata conuerti non possunt in simplicia, num. 5.

DECISIO DCLXXXIV.

1 DOmini persliterunt in decisionibus in hac causa coram bon. mem. Penia, & coram me factis, quòd scilicet impetratio facta per Bomplanum de beneficio de quo agitur tamquam simplici, fuerit nulla, ex quo beneficium verè erat curatum, moti fuerunt ex rationibus aliàs deductis, nempè quia non dubitatur Ecclesiam S. Ioannis esse curatam, sed tantùm est difficultas, an cura sit penes Rectoriam impetratam per Bomplanum, vel potiùs sit penes duos Capellanos, qui illam actu exer-

exercent, & DD. incalescere visæ fuerunt probationes, quòd causa sit penes Rectoriam, & alijs ponderatis, quæ licèt tamquam singula possent pati aliquam difficultatem, tamen iuncta visa fuerunt suffragari, iuxta regulam *l. instrumenta, & l. rationes, C. de probat.* cum alijs per Gabr. *tit. de probat. concl. 1. per totam.* Maximè quia non agitur de probanda substantia ipsius curæ, nam hæc est in confesso apud partes, sed de pertinentia, an scil. pertineat ad Rectorem, vel duos Capellanos, qui illam actu exercent: pertinentia autem probatur leuioribus probationibus, Natt. *cons. 485. n. 11.* Menoch. *cons. 93. n. 15.* Surd. *cons. 94. n. 26.* Rot. in Papien. bonorum 14. Iunij, 1599. coram bo. mem Penia, & in Ramoren. de Morales 27. Iunij 1605. coram Reuerend. Lugdunen.

2 Et semper attenditur quod est magis verisimile, *c. quia verisimile, de probat.* glos. *in l. tale pactum in verbo per except. in fin. ff. de pact.* cum concord. Magis autem verisimile est quòd cura sit apud vnum, quàm apud duos, ex cons. Oldrad. 67. *n. 1. & 2.* aliàs allegat. Facit quòd nec minus probatur Capellanias habere requisita ad beneficium Ecclesiasticum, de quibus per Rot. *dec. 52. par. 2. diuers.* vnde cura præsumitur esse apud Rectoriam, de cuius existentia apparet arguendo à præambula habilitate iuramento notata, *in l. quædam mulier, ff. de rei vend. l. 2. C. de acq. poss.* Rot. *decis. 363. n. 2. p. 1.*

3 Non obstat, quòd possit dari casus quòd cura non sit apud Rectorem, puta quando Ecclesiæ non curatæ est annexa Capella cum cura, ex Tusco *tract. de visit. lib. 2. c. 20. n. 13.* quia hoc non negatur; sed in proposito non probatur talis annexio.

4 Minus facit, quòd de cura habitu tantùm minimè sit facienda mentio, Gabr. *cons. 191. n. 7. lib. 1.* nam quidquid sit de illa opinione, quæ habet graues contradictores, vt per Gabr. ibi *n. 6.* non probatur quòd in proposito sit habitu tantùm apud Rectorem, sed potiùs incalescunt probationes quòd sit apud illum actu & habitu, per supradicta. Cæterùm etiamsi posset dici esse habitu tantùm, adhuc contraria opinio procedit, vbi ideò Rector habet curam habitu tantùm, quia nemo habet illam actu, puta quia defecerunt parochiani, & in istis terminis loquitur Gabr. *vbi supra:* secus vbi cura est apud aliquem, quia tunc de cura habitu tantùm est facienda mentio, ex alleg. per Gabr. *d. cons. 191. n. 10. & 11.*

5 Firmato anteriori statu Rectoriæ tamquam de curatà visum fuit DD. non posse suffragari vltimam collationem tamquam de simplici beneficio, nam quicquid sit in alijs materijs, in materia curæ non potest per simplicem collationem tamquam de simplici imprimi aliquis nouus status, obstan. Sac. Conc. Trid. *sess. 25. n. 16.* quo cauetur, ne beneficia curata in simplicia conuertantur: vnde collationes ordinariorum tamquam reprobatæ à l. nullum visæ fuerunt impressisse statum, ad *l. in dubium,* cum sua materia, *C. de legib.*

R. P. D. PIROVANO,

Florentina Capellæ.

Mercurij 17. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Attentata post appellationem an reuocentur causa deserta.

SVMMARIVM.

Sequestranda est possessio attentata de stylo Rotæ, n. 1.

Appellatione pendente omnia attentata cum omnibus inde sequutis corruunt, n. 2.

Attentata post appellationem nunquid reuocentur, quando vigore appellationis, appellatio est deserta, ex eo quòd infra certum tempus commissionem causæ non reportauit, & illius rescriptum non reportauit, n. 3. 4. & 5.

Sententia lata super desertione causæ nunquid dicatur interlocutoria, declara, vt n. 5.

DECISIO DCLXXXV.

1 Resolutum fuit possessionem Hieronymi esse attentatam, & ideò sequestrandam, iuxta stylum huius Tribunalis, Caputaq. *dec. 157.* Cassad. *de restit. spoliat. dec. 8. n. 6.* Cæs. de Graff. *dec. 2. de appell.* & sæpè Rota sequuta est hunc stylum, signanter in Mediolanen. iuris patronatus 16. Ianuarij 1612. coram R. P. D. Vbaldo, & coram me in Aquen. Capellæ 27. Martij 1611.

Attentata visa fuerunt manifesta, quia possessio emanauit in executionem institutionis factæ intra tempora ad appellandum, cùm sententia contra Vincentium lata fuerit die 26. Februarij 1612. & die 27. sequenti Hieronymus habuit institutionem à Vicario, & die 28. pariter sequenti appellauit ab institutione, atque ita nedum per processum ad vlteriora intra tempora ad appellandum iudex attentauit in spretum iurisdictionis iudicis ad quem, instituendo Hieronymum, sed etiam per traditionem possessionis pendente appellatione transtulit, *c. non solùm, de appell. in 6. auth. hodie, C. de appell. tot. tit. nil. non. pend. appel.* Vitalin. *in claus. eiusdem tit.* Vnde & principaliter actus possessionis transmissæ inualidatur, quia factus appellatione pendente, ac etiam in consequentiam ex actu institutionis attentato, à quo possessio sicut cæteri actus subsequentes corruunt, Cald. *cons. 1. vt lit. pend.* Rota in causa Abulen. Capellæ 15. Iunij 1598. coram Gipsio, & priùs in Calaguritana de Arnarita 27. Iunij 1575. coram bo. mem. Card. Lancellotto. 2

Non obstat, quòd possessio tradita non fuerit Hieronymo immediatè post institutionem, sed longè post, nempe die 15. Maij 1615. de quo tempore appellatio remanserat deserta, & sententia fecerat transitum in iudicatum vigore constitutionis Concilij Prouincialis Florentini à Leone X. confirmatæ, disponentis contra appellantem, & intra mensem, quando ad Archiepiscopum, & intra duos, quando ad Sedem Apostolicam appellatur, teneatur fidem facere de commissione causæ, & de præsentatione rescripti, aliàs appellatio eo ipso censeatur deserta, ideò possessio capta lite finita, cùm in tempore præfixo à constitutione non docuerit de commissione, neque de præsentatione, neque vitiosa, neque attentata dici poterit, Put. *decis. 2. de appel.* Rota *dec. 1. de appell. in nou.* Lancell. *de attent. appell. pend. ampl. 1. n. 27.* cum alijs allegatis. 3

Prædictis enim dupliciter fuit responsum. Primò quòd actus possessionis tanquam consequutiuus ad actum institutionis attentatum reuocari debet etiam appellatione deserta, prout reuocanda esset ipsa institutio, & per viam nullitatis, quando attentata sunt commissa intra decem dies, nec fuit appellatum secundùm opinionem Rotæ, de qua per Seraph. *dec. 229. in impress.* & Cæs. de Graff. *decis. 2. de appell.* sed in præsenti per viam attentatorum, quia intra decennium fuit appellatum, & iustificata appellatio, vt dicitur in additione ad *dec. 2. in nou. de appell.* & fuit resolutum in Palentina beneficij 14. Nouembris 1614. coram R. P. D. Buratto, recedendo ab alia diei 4. Iulij eiusdem anni. 4

Secundò, quia & ipsa possessio remanet attentata, quia fuit capta intra tempora ad appellandum à sententia lata super desertione, quæ licèt dicatur interloquutoria, Rot. *decis. 1. de appell. in nou. & decis. 42. in antiq.* tamen quando declaratur deserta appellatio à diffinitiua, tunc non reputatur interloquutoria, per ea, quæ ponit Felin. *in rubr. de re iud. n. 11.* Rot. *decis. 21. eod. tit. in nouis*, & intrant attentata, Rota coram bo. me. Card. Seraph. *dec. 565. n. 10.* & in allegata Abulen. Capellæ coram Gipsio, & per hanc rationem tollitur replicatio Hieronymi, quòd à sententia desertionis procedente cum simplici narratiua constitutionis non posset appellari, quia licèt potuisset iudex ille procedere ad exequutionem sententiæ vigore constitutionis Prouincialis, tamen si elegit viam pronunciandi, fecit causam appellabilem, etiam ad vtrumque effectum, Gail. *pract. obser. lib. 1. c. 138. n. 4.* quod etiam fuit dictum in Palentina Capellæ 20. Decembris 1596. coram bon. mem. Litta, & in supradicta Abulen. Capellæ coram Gipsio, & consequenter eius officium pendente tempore ad appellandum conquiescere debeat, &c. 5

R. P. D. CAVALERIO.

deinde S. R. E. Cardinali.

Pistorien. Canonicatus.

Mercurij 17. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Possessio Canonicatus non capitulariter capta inualida est, nec sufficit sola Capituli interpellatio, quando Capitulum iustam contra-

dicendi causam habebat, Alternatiua non habet locum in collatione beneficij simultanea, & quando quis dicatur merus, aut mixtus executor,

SVMMARIVM.

Possessio concludenter probata censetur ex instrumento adeptionis illius alio non possidente, num.1.

Possessio canonicatus capitulariter capta valida est, secus si non capitulariter, num.2. Vbi quod in hoc non sufficit sola Capituli interpellatio.

Beneficij vacantis in mense Octobris reseruato collatio non ad ordinarium, sed ad Sedem Apostolicam pertinet, per regulam octauam, & collatio tunc per Ordinarium facta nulla est, num.3.

Alternatiua non intrat in beneficijs simultaneæ collationis, num. 4.

Appellatio non datur ab executore simplici, n.5.

Executor deputatus cum clausula, vocatis vocandis, *vel si sibi constiterit, &c. non dicitur merus executor, sed mixtus, num.5.*

Executor numquid dicatur merus, seu mixtus, quando in literis suæ deputationis adest clausula, Amoto, *n.6.*

DECISIO DCLXXXVI.

1 ROta resoluit D. Æneæ Tonto Prouiso Apostolico dandum esse mandatum de manotenen. in quasi possessione Canonicatus tamquam possidenti de tempore motæ litis, *§.retinendæ, & §.hodie, Instit. de interd.* De eius autem possessione satis visum fuit apparere ex instrumento adeptionis, quod sine dubio probat alio non possidente, *l.prædia, cum ibi not, ff. de acquir. poss.* Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 575.* fuit dictum in Romana Capellaniæ S, Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram bo.me. Lauretano, & in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram R.P.D. meo Andrea, & aliàs sæpissimè resolutum.

2 Talis autem possessio tantò magis suffragabatur, cùm esset capta capitulariter, prout requirebatur, iuxta Cassad. *decis.8. de caus. poss. & propr.* & per eam excludebatur prætensa possessio Bartholomæi Prouisi ab ordinario tamquam de vacanti in mense Octobris spectan. ad Ordinarium vigore alternatiuæ, quia non suffragatur, cùm non esset capta capitulariter, nec poterat validari ex eo quòd Bartholomæus interpellauerit Capitulum quod ad hunc effectum noluit congregari, nec tradere ei possessionem, stantibus præsertim iteratis protestationibus Bartholomæi, vnde videretur habendus pro possessore, vt tenuit Rota in Autiacen. Præposituræ 18. Aprilis 1608. coram Reuerend. Bononien. & in Leodien. Præposituræ S. Ioannis 17. Ianuarij 1611. coram Illustrissim. Cardinali Lancellotto, quia respondebatur decisiones illas procedere, quando denegatio Capituli fuit iniusta, & sine legitima causa.

3 At in casu proposito satis iusta videbatur causa contradictionis Capituli, cùm ageretur de vacatione Canonicatus in mense Octobris reseruato per regulam octauam. Vnde eius collatio non ad Ordinarium, sed ad Sedem Apostolicam pertinebat, & collatio per Ordinarium erat nulla, propter decretum irritans in dicta regula appositum, Cassad. *dec.1. num.1. & 2. de restit spoliat.* Put. *dec. 196. num.3. lib.3.*

4 Nec Domini censebant intrare allegatam alternatiuam, per quam mensis Octobris ex Apostolico efficitur Ordinarius, quia cùm ageretur de Canonicatu in Cathedrali, intrabat iuris præsumptio, quòd esset simultaneæ collationis cum Capitulo, iuxta glos. magnam *in c. cum Ecclesia Vulterana in vers. par et quod de iure communi, de elect.* Modern. *ad reg.8 glos.45. in princ. num.36.* Cassad. *dec.22. de præb.* Card. Seraph. *dec.1297. num.7.* In beneficijs autem simultaneæ collationis non intrare alternatiuam, satis apparet ex verbis ipsius regulæ, *ad liberam ipsorum dumtaxat,* nempe Ordinariorum, *dispositionem,* Caputaq. *decis. 88. n.4. p.2.* in quorum corroborationem pro parte Æneæ fuerant productæ plures collationes simultaneæ Canonicatuum factæ per Episcopum, & Canonicos, quarum vna canonizata erat per sententiam moderni Episcopi latam de anno 1608. in qua asserebatur collationem ad ipsum, & Canonicos simul spectare: vnde ex his apparebat Capitulum habuisse satis iustam causam credendi, beneficium non cadere sub alternatiua, & sic denegandi possessionem Bartholomæo Prouiso ab Ordinario tantùm, vltra quòd Capitulum fecisset sibimet irreparabile præiudicium approbando collationem factam à solo Episcopo in præiudicium suæ simultaneæ.

Tota difficultas reducebatur ad illud, quod dicebatur possessionem Æneæ non esse manutenibilem tanquam captam post interpositam appellationem à sententia D. Nuntij Florentiæ executoris deputati in literis Apostolicis, & sic attentatam, quia respondebatur ab executore non dari appellationem, *l. ab executore, C. quor. appell. non recip.* Mohed. *dec.13. vt lit. pend.* nec in literis aderat clausula, *vocatis vocandis,* vel *si sibi constiterit,* quæ sonant in iudicialem indaginem, & faciunt executorem de mero mixtum, ita vt teneatur assumere partes iudicis, ad notata per Felin. Abb. & alios *in c. vlt. de præsumpt. & in c. exhibita, de iud.* sed in ijs solummodo demandabatur executori, vt Prouisum Apostolicum in possessionem immitteret, & immissum defenderet. 5

Nec visa fuit obstare clausula, *Amoto,* quia præterquam quòd non erat apposita in gratia principali, nec in parte dispositiua, non fuit apposita ad facien. executorem mixtum, sed ad magis corroborandam auctoritatem executoris, ad trad. per Gemin. *cons.86. n.6.* Bero. *cons. 14. n. 13. vers. sed quando Papa, lib.1.* Natt. *cons.582. n. 5. lib.3.* nec propterea executor, licèt fecerit actus tendentes ad iustificandam executionem, cessat esse merus executor, dum non cognoscit super proprietate tituli, vnde non propterea quòd reijcit exceptiones à parte oppositas, datur ab eius executione appellatio, quia præfata omnia censetur fecisse ex abundanti, Anchar. *cons.224. sub n.2.* cuius verba transcribit Bero. *d. cons.14. num.8.9. & 15.* & d. cons. Anchar. fuit canonizarum per Rotam in Pacen. Portiatis 11. Decembris 1609. coram R.P.D. meo Manzanedo, in qua refertur alia decisio in Vercellen. Coadiutoriæ coram Illustr. Cardinali Lancellotto. 6

R. P. D. PAMPHILIO,

Pistorien. Archidiaconatus.

Mercurij 17. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

In materia iuspatronatus plures explicantur notabiles conclusiones, de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

Liber parochi, in quo baptizati describuntur, plenè probant ætatem alicuius, n.1.

Iurispatronatus Archidiaconatus fundatio, & dotatio concludenter probata dicitur ex publico instrumento, & in dubio ita præsumitur, quando Archidiaconatus reperitur erectus, & dotatus, iuxta formam literarum.

Obseruantia subsequuta multum operatur in materia iurispatronatus, n.3.

Liber publici officialis fidem facit, & probat maximè in antiquis, num.4.

Antiquior quod quis sit in familia, & descendentia alicuius, satis præsumitur ex eo, quod alius non apparet, qui se antiquiorem affirmet, n.4.

Exceptio probata per partis confessionem opponi potest etiam in possessorio, n.5.

Quasi possessio præsentandi ab vno præsente patrono probata non præiudicat alteri qui est in eadem quasi possessione præsentandi constitutus sine illius scientia, ibid.

Archidiaconus non habens curam animarum, non est necesse, quod sit sacerdos, sed sufficit eum esse Diaconum, n.6.

Iurispatronatus fundator præsumitur voluisse se conformare cum dispositione iuris communis, ibid.

Relatio facienda est ad proximè, & immediatè disposita, n.6. in fine.

DECISIO DCLXXXVII.

DIxerunt Domini gratiam suffragari Honufrio, dummodo iustificetur eius Clericatus Doctoratus, & 1
valor expressus, quia quoad alia in gratia narrata, visum 2
fuit constare de sufficienti iustificatione, nam quòd de anno 1610. quo Honufrius illam obtinuit, Balthasar coadiutus esset in 66. vel circa suæ ætatis anno constitutus, probatur ex eo quòd natus fuit de anno 1578. qui propterea de tem-

tempore gratiæ erat annorum 70. & vltrà, vt apparet ex libro parochiali, in quo baptizati describuntur, qui probat ætatem, Caput. *decis.* 314. *par.* 1. Seraph. *dec.* 1178. *num.* 2.

2 Quòd Archidiaconatus sit de iurepatronatus laicorum ex fundatione & dotatione, vltra quòd id inter partes non controuertitur, satis etiam probatur ex publico documento, in quo legitur quòd Petrus Bartholomæi vti Procurator Ludouici Pauli pro creando & dotando Archidiaconatu in Ecclesia Cathedrali Pistorien. de anno 1465. bona & iura d. Ludouici competentia, & condecentia assignauit executioni literarum Apostolicarum, qui pro dote Archidiaconatus eadem bona, & iura applicauit: vnde remanet probata huiusmodi fundatio, & dotatio, prout etiam in dubio præsumitur postquam hodie Archidiaconatus reperitur erectus, & dotatus, iuxta formam dd. literarum, vt per Abb. *cons.* 54. *n.* 2. *vers. sed his non obstan. lib.* 1. Felin. *in c. sicut, n.* 35. *de re iud.* Cap. *dec.* 226. *n.* 1. *par.* 2. cum alijs adductis in causa Imolen. iurispatr. 26. Martij 1593. coram bo. me. Penia.

3 Clausula *accedente consensu modernorum patronorum*, de qua in dicta gratia, satis remanet purificata ex consensu præterito per Aurelium Clarentium vti Procuratorem Ioannis Pandulphini, ad quem vti natu antiquiorem de descendentia Iannotij Pandulphini spectabat iuspatronatus, vt constat ex donatione facta à dicto Ludouico fundatore Io. Philippo pro se, & antiquiori de descendentia Iannotij, & comprobatur ex obseruantia subsecuta, quæ colligitur ex diuersis consensibus præstitis duabus prouisionibus Apostolicis de anno 1555. & 1601. antiquiores nati ex descendentia d. Iannotij consensum præstiterunt, quæ obseruantia multum operatur, *l. si de interpretat. ff. de leg.* cum simil.

4 Nec potest controuerti quin Ioannes sit antiquior natu de dicta descendentia Iannotij, quia ex libro Baptismi constat quòd Franciscus natus fuit de anno 1530. & Ioannes de anno 1525. qui propterea dicitur nedum antiquior respectu Francisci postea nati, sed etiam talis præsumitur respectu omnium, cùm non appareat alium adesse qui de d. descendentia antiquiorem se affirmet, Ias. *in l. is potest, n.* 83. *& seqq. ff. de acquir. hered.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 1. *n.* 6. *&* 8. Seraph. *decis.* 1282. *n.* 8. & ex hoc visum etiam fuit cessare quòd Franciscus descendat à Petro Philippo donatario, quia iuxta tenorem donationis & obseruantiam subsecutam sufficit, quòd Ioannes sit antiquior & quòd descendat à D. Iannotio, prout verè descendit, vt patet ex libris mercantiæ ciuitatis Florentiæ, in quibus nomina omnium, qui nascuntur, adnotantur, præsertim propter officia & magistratus, vt testatur etiam Mandos. *in reg.* 18. *q.* 9. *n.* 3. qui libri vti scripti à publico officiali faciunt fidem, maximè in antiquis, Bart. *in l. quadam*, §. *nummularios, in fin. ff. de eden.* Alex. *cons.* 187. *n.* 2. *lib.* 7. cum alijs adductis per Mandos. *in d. reg.* 18. *q.* 9. *n.* 4.

5 Neque obstat, quòd de anno 1601. Franciscus præstiterit consensum in coadiutoria ad fauorem Ferrantis vti antiquior de d. descendentia, nam vltra quòd per huiusmodi consensum non potest dici constitutus in quasi possessione præsentandi in præiudicium Ioannis, de cuius scientia & patientia non constat, prout requiritur in istis incorporalibus, vt trad. Doct. *in c. cùm Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr.* Afflict. *decis.* 67. *n.* 1. & in istis terminis trad. Calder. *cons.* 12. *in fin. de iurepatr.* fuit etiam responsum quòd cùm in hoc casu clarè constet de iurepatronatus, ex fundatione, & dotatione ad fauorem nati antiquioris de dicta familia, ex omnibus supra deductis, ac etiam ex propria confessione ipsius Francisci in d. consensu per ipsum præstito de anno 1601. proprietas absorbet causam possessionis, *c. cùm dilectus, de caus. poss. & propriet.* Abb. *in cap. consultationibus, sub n.* 9. *vers. quod ego intelligerem, de iurepatronatu*, cum alijs adductis in causa Imolen. iurispatronatus de anno 1577. relat. int. impress. *decis.* 167. *n.* 10. *part.* 2. *diuers.* & in causa Lucana iurispatronatus 23. Ianuarij 1612. coram bo. me. Penia.

6 Minus subsistit Archipresbytero subreptio ex taciturnitate quòd ipse Honufrius non haberet legitimam ætatem, vt possit esse Sacerdos, prout requiritur, ex constitutionibus capitolaribus, quia placuit responsio, quòd dd. constitutiones loquuntur Archipresbytero Præposito, & decem Canonicis, qui tunc erant in illa Ecclesia, quæ propterea extendi non debent ad Archidiaconatum postea erectum, & fundatum per laicos, cum reseruatione iurispatronatus, absque eo quòd aliqua fiat mentio de ætate. Vnde cùm d. Archidiaconatus non habeat curam animarum, sequitur quòd in Archidiacono non requiratur ordo sacerdotalis, sed sufficit quòd sit Diaconus, iuxta dispositionem iuris communis *cap.* 1. *de ætat. & qualit.* Abb. *in c. cùm in cunctis*, §. *inferiora, in princ. vers. tertio noto*, & ibi Doct. *num.* 5. *de elect.* cum qua etiam fundator censetur in dubio voluisse se conformare, *c. cùm dilectus, de consuetud.* Afflict. *decis.* 166. *n.* 3. & hoc, non obstante quòd in fundatione fiat relatio ad dictas constitutiones, statuendo quòd mortuo Ludouico fundatore dos incorporetur massæ distributionum, de quibus successores in Archidiaconatu percipere debeant, vt alij Canonici, secundùm constitutiones dictæ Ecclesiæ, quia visum fuit hanc relationem esse solùm faciendam ad modum percipiendi distributiones, de quo proximè & immediatè dispositum fuerat, Abb. *cons.* 78. *sub n.* 2. Decian. *cons.* 3. *n.* 28. *lib.* 2. Et ita decisum, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Romana domorum in Burgo.

Luna 22. Iunij 1615.

A R G V M E N T V M.

Emphyteusis concessio facta ad mensurationem, mensuratione nun sequuta dicitur imperfecta, & ex ea agi non potest. De vi, & efficacia clausulæ Arbitrio Rotæ, nonnulla notanda, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

Clausula Arbitrio Rotæ licèt remittat aliquid de rigore iuris, id tamen intelligitur subsistente aliqua rationabili causa, & ita vt non lædatur ius alterius, n. 1.

Venditio facta, seu emphyteusis concessa non ad corpus, sed vt debeat mensurari per peritos, non dicitur perfecta, nisi sequuta mensuratione, & censetur facta sub conditione quatenus mensuratio sequatur, aliàs secus, n. 2.

Sententia quæ habet certam formam exequi non potest, nisi dicta forma seruata, num. 3.

Saluianum interdictum non datur pro credito non liquidato, num. 4.

Arbitrio Rotæ strictè vtitur in materia spolij, ac ad exclusionem cumulationis petitorij, & possessorij, n. 4.

Emphyteoticus contractus, vbi non est perfectus, & ante purificatam conditionem agi non potest ex eo ad solutionem canonis, num. 5.

Sententia, quæ non valet in vno Capitulo, non valet etiam in alio Capitulo connexo, num. 6.

D E C I S I O DCLXXXVIII.

Dato dubio super reintegratione ad possessionem domus, qua DD. de Camerinis prætendunt, se esse spoliatos vigore sententiæ Rotalis, quia spolium, præter alia deducebatur ex eo, quia non fuerat facta mensuratio, prout cauebatur in prætenso instrumento concessionis situs in emphyteusim, super quo reperitur constructa domus, de qua agitur, necnon in ipsa sententia; ideò fuit pro parte aduersa adita Signatura Sanctissimi, quæ rescripsit arbitrio Rotæ. Vnde proposito dubio iuxta formam rescripti, Rota respondit, non intrare arbitrium, nam licèt clausula *arbitrio* remittat aliquid de rigore iuris, Bart. *in extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur, num.* 3. Ctescen. *decis.* 4. *num.* 3. *de testib.* præsertim quando est concessa iudici, aliàs habenti iurisdictionem, vt in Romana Cottigij coram Reuerendiss. D. meo Damasceno: tamen id intelligitur, subsistente aliqua rationabili causa, vt quia appareat de bono iure petentis arbitrium, vt fuit dictum in Tartaconen. parochialis 4. Febr. 1604. coram bo. mem. Litta, in Iacen. parochialis 27. Iunij 1602. coram bon. me. Card. Pamphilio, & in Tuden. parochialis de Robueda 3. Decembris 1601. coram Reuerendiss. Damasceno, & ita vt non lædatur ius alterius, Bartol. *in l. filius familias, num.* 2. *ff. de donat.* ad quem se remittit *in d. extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur, n.* 10. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando est datum iudici arbitrium liberum, & in similibus clausulis probat text. *in clem. sæpè, vers. non sic* 1

tamen, & ibi gloss. *in verb. defensiones*, *de verb. signif.* cum alijs per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 13. num. 4. & seqq.* Ofasc. *decis. Pedem. 2. n. 12.* Lancellot. *de attent. lit. pend. 2. par. c. 4. in præfat. n.* 403. secundùm antiq. impress.

2 In hoc autem casu non videbatur posse exerceri arbitrium, quin læderetur ius partis, nec constare de bono iure petentis arbitrium; nam vltra quòd dabatur magnus fumus nullitatis sententiæ, cuius vigore fuit data immissio in Saluiano, ob defectum iurisdictionis, citationis, mandati, & non transportationis actorum, dicebatur etiam creditum DD. de Neris, pro quo fuit illis concessa immissio, non esse liquidum, & tamen requirebatur liquidatio, tum ex forma concessionis, tum vigore sententiæ, tum ex natura iudicij intentati in Saluiano. Ea forma concessionis, quia instrumentum apertis verbis continet quòd terrenum deberet mensurari per duos homines communiter eligen. ad rationem Iuliorum 12. cum dimidio, pro qualibet Canna, & sic cùm concessio fuerit facta ad incertum numerum Cannarum, & non ad corpus, illa non potest iudicari perfecta, nisi secuta mensuratione, imò censetur facta sub conditione, quatenus terrenum mensuraretur, aliàs habetur pro non facta, *l. quod sæpe, §. in ijs, ff. de contr. emp.* Bart. *cons. 74. n. 2. & cons. 121. n. 1. lib. 1.* Soc. *cons. vlt. n. 1. lib. 3.* latè Afflict. *dec. 280. n. 1. & seqq.* & fuit dictum in hac simili causa 4. Maij 1569. coram Sarmiento, vt in copia data, latè Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 17. n. 2. 6. & 7.* & consequenter ante mensurationem, vel nihil debetur, vt per Capic. *dec. 14. per tot.* qui loquitur de canonibus, vel quòd debetur remanet incertum & illiquidum, cuius liquidatio requiritur ante executionem, Couarr. *var. resol. lib. 2. c. 11. n. 1.* Ofasc. *decis. Pedem. 129. n. 6.* Surd. *decis. 27. n. 4. & seqq.* cum alijs citatis in vna Maceraten. spolij 4. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Manzanedo, vt infra etiam dicetur.

3 Ex forma verò sententiæ quia habet clausulam, *Mensurationis facien.* in executione d. sententiæ, & sic ante dictam mensurationem non poterat executioni demandari, vt in terminis Saluiani fuit dictum in vna Bononien. Saluiani 15. Nouemb. 1599. coram Illustriss. Lancellotto impress. post tract. de Saluian. decis. 72 sicut in simili dicitur de clausula, solutis priùs melioramentis, Castr. *cons. 270. in 2. dub. par. 2.*

4 Demum ex natura iudicij intentati in Saluiano, quod requirit creditum in aliqua quantitate certa, vt per oblationem d. quantitatis possit reus conuentus euitare tale iudicium, *l. Paulus, in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* cum allegatis per Modern. Roman. de Saluian. *inspect. 5. cap. 1. num. 11. & seq.* & fuit per optimas rationes decisum in vna Maceraten. domus 17. Iunij 1602. coram Illustriss. D. Card. Millino, ex qua decisione non admittebant Domini, quod inculcabatur per informantes pro Neris, quòd in Saluiano sufficiat constare de credito in genere. Vnde cùm non facta mensuratione non constet de aliqua quantitate certa canonum, ad quos tenerentur emphyteutæ, non videtur constare de bono iure illorum de Neris, imò videtur resistere omnis æquitas pro exercendo arbitrio; quo tamen in hac materia spolij, in qua versamur, Rota strictè vtitur, prout ad exclusionem cumulationis petitorij & possessorij fuit resolutum in causa Mantuana bonorum 15. Decembris 1611. & 14. Maij 1612. coram me, & in Virdunen. Abbatiæ 20. Febr. præteriti coram R. P. D. meo Buratio, & fuerunt etiam allegatæ aliæ decisiones, vt in Romana subhastationis 10. Iunij 1609. coram Reu. Bononien. & in Zamoren. pecuniaria 20. Martij eiusdem anni coram R. P. D. meo Caualerio.

5 Non obstat, quòd creditum esset certum pro præstatione caponum, quorum quantitas ab initio fuit certa, & ideò eius respectu potuerit dari immissio, quia fuit responsum in primis, quòd si contractus emphyteoticus non fuit perfectus ante purificatam conditionem mensurationis, ex suprà adductis, ex eo non poterat agi, neque ad canones, neque ad responsionem caponum, *l. cedere diem*, cum ibi not. *ff. de verb. signif. l. item quia, §. 1.* vbi Doct. *ff. de pact.* Secundò respondebatur quòd si sententia non potest valere respectu summæ pecuniariæ, neque etiam poterit valere respectu caponum, cùm vtraque præstatio apponatur in eodem capitulo vel connexo, Bald. *in l. in hoc iudicio 1. lect. ff. famil. hercisc.* Felin. *in c. cum inter, n. 6.* & ibi Bal. *de re iud.* & cum ab eodem contractu vtraque descendat gloss. *in l. etiam, §. 1. in verbo Audiendus*, quam ibi sequuntur Doctores, *ff. de minor.* vltra quòd executio fuit facta, & capta possessio non distincta pro canone, & pro caponibus, sed coniunctim: vnde videtur eo magis indiuidua, sicut dicitur de sententia, Put. *decis. 315. n. 4. & 5.* secundùm nouam impress.

Quæ dicebantur de retentione, vltra quòd procedunt 6
quando constat de credito certo, & liquido, videbantur Domini extra punctum restrictum ad arbitrium, an interei pro facienda mensuratione, non autem pro concedenda retentione.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Calagurritana fructuum.

Lunæ 22. Iunij 1615.

A R G V M E N T V M.

Canonicus absens ab Ecclesia, & in ea non residens, vt fructus lucretur duo requiruntur. Absentiæ scilicet iusta causa, & ordinarij licentia, & isto casu quænam sit iusta absentiæ causa, & an sufficiat licentia Capituli, vel vnius Regentis in Vrbe.

S V M M A R I V M.

Clericus absens, & in Ecclesia non residens, vt fructus, & distributiones lucretur, duo requiruntur, primo iusta absentiæ causa, secundo Ordinarij licentia, n. 1.

Clericus, & Canonicus abesse dicitur ab Ecclesia ex iusta causa, quando abest propter litem vertentem cum Capitulo, quod an verum sit, & quando, n. 2. 3. & 4.

Clericus, seu Canonicus excommunicatus, nunquid absens ab Ecclesia; vt se absoluere faciat ab excommunicatione lucretur fructus, & distributiones, n. 3.

Absentia licentia vt Canonico absenti ab Ecclesia suffragetur, debet peti ab ordinario, & non à Capitulo, n. 5.

Clericus, seu Canonicus potest abesse ab Ecclesia sine licentia, & lucratur fructus, & distributiones quando discessus est necessarius, num. 6.

Clericus, seu Canonicus non excusatur à non residentia ex eo quod habuit licentiam commorandi in Vrbe à Vicegerente Illustrissimi D. Vicarij, n. 7.

D E C I S I O DCLXXXIX.

IN decisione huius causæ sub die 26. Maij 1614. fuit re- 1
solutum Dominum Decanum non esse habendum pro præsente quoad fructus & distributiones decursas post obtentum mandatum de manutenendo super iure votandi, sed quoad decursa ante dictum mandatum, fuit reseruatum, vt particulariter videretur, quo dubio hodie proposito vtraque parte informante Rota censuit, neque etiam quoad istos fructus, & distributiones præteritas ante dictum mandatum esse habendum pro præsenti, & mota fuit ijsdem rationibus, de quibus in decisione, quæ militant etiam in hoc casu, nam firmum remanet fundamentum, quòd vt absens lucretur fructus & distributiones, duo copulatiuè sunt necessaria, videlicet iusta causa absentiæ, & licentia Ordinarij, iuxta gloss. *in c. relatum, in verbo prælatorum*, & ibi Abb. *in 4. notab. de cler. non resid.* cum alijs alleg. in decisione, quibus addi potest Syluestr. in *summa in verb. resid. n. 4. vers. ex sola autem*, &c. Syluestr. de Ben. *par. 4. q. 6. n. 34. in fine & seqq.* & fuit dictum in Carthaginen. fructuum apud Seraph. *decis. 1131. n. 2. & 6. par. 2.* & aliàs passim.

Pro iusta autem causa absentiæ, licèt Decanus allege- 2
tur litem cum Capitulo super iure votandi, & annimeliarijs, tamen vltra quòd non est vt lis dicatur iusta causa non residendi cùm possit tractari per Procuratorem, vt fuit firmatum in Lerien. fructuum 25. Aprilis 1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & consideratur in d. decisione 1133. n. 4. apud Seraph. præsertim cùm in ea non tractetur de vtilitate Ecclesiæ, sed ipsius Decani, vt in Valentin. emolumentorum 27. Nouembris 1579. coram Seraphino, quæ est decisio 426. *n. 5. par. 1.*

Nec videbatur applicari alia decisio Salamantin. 3
censurarum 28. Nouembris 1594. coram eodem Seraphino, quia ibi Capitulum denegabat Canonico prætextu excommunicationis omnes fructus, & distributio-

net,

nes, ideò Rota censuit eum quamuis accessisset ad curiam pro recuperatione dictorum fructuum & distributionum, fuisse babendum pro præsenti, vt in decisione Seraphini 1098. *n.5.par.2* in impress. Sed in casu nostro non controuertuntur fructus & distributiones Decano, quatenus resideat, sed agitur solùm de iure votandi & anniuersarijs, & sic de leuiori præiudicio.

4 Dicebatnt etiam prædicta benè procedere de Iure communi, sed in casu nostro ista causa ratione litis est arbitranda secundùm statutum Capituli, cuius copia fuit data, vbi dicitur, illam esse appellandam litem ratione huius clericatus, vult lucrari emolumenta Ecclesiæ, quando lis dirigitur ad tollendam præbendam possessam: lis autem intentata per Decanum non est super præbenda, sed super iure votandi, & anniuersarijs, vt dictum est, & ideò non applicatur decisio in Astren. fructuum 15. Martij 1613. coram R.P.D. meo Manzanedo, quia illa procedit in terminis iuris communis: vltrà quòd ibi lis respiciebat vtilitatem Ecclesiæ, sicut etiam in decisione 662. Seraphin. *par. 1.* ex aduerso allegatæ.

5 Sed quatenus etiam Decanus haberet iustam causam; tamen Domini concorditer sentiebant sibi deesse alterum requisitum licentiæ, ex allegatis in decisione, & quicquid esset dicendum, an requireretur licentia Capituli, ex quo lis erat inter Decanum & Capitulum, & sic videtur illam fuisse denegaturum; tamen non propterea Decanus venit excusandus, quin deberet obtinere licentiam ab ordinario, quia licentia non debet peti à Capitulo priuatiuè ad Ordinarium, neque statutum in hoc corrigit ius commune, & quatenus etiam fuisset deneganda à Capitulo, tamen erat petenda, vt in decisione.

6 Non obstat, quòd licentia non sit petenda, quando discessus est necessarius, quia id potest procedere si præbendatis impediretur residere facto Capituli, vt quia priuaretur integris fructibus, & distributionibus, vt in dicta Salamantina censurarum suprà allegata: secus videtur quando lis, vt in hoc casu, vertatur super iure particulari beneficij, vel minima parte fructuum.

7 Nec suffragantur licentiæ R. P. D. Vicegerentis, quia non fuerunt concessæ ad effectum, vt lucraretur fructus, sed ne molestaretur in Curia propter edicta publicata de residendo, vt colligitur ex lectura memorialium ab ipso Decano porrectorum Sanctissimo, ibi, *Si degni ordinare, che non sia molestato*, & prædicta etiam iùs procedunt respectu distributionum quotidianarum, quæ solis interessentibus conceduntur, *cap. vnico, de cler. non residen. in 6.* Dec. *cons. 69. num. 1. & 2. lib. 2.*

Et ita fuit decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Romana administrationis fundaci.

Lunæ 22. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Capserius ad capsæ effectum deputatus tenetur de pecunijs in capsa repositis rationem reddere: secus si absque deputatione, & non ex officij necessitate capsæ exercitium sumat.

SVMMARIVM.

Officium capserij differt ab illius exercitio, n. 1.

Tutor, siue administrator, vel aliena negotia gerens, tenetur de gestis, & administratis rationem reddere, ibid.

Capserius ad capsa officium deputatus tenetur de pecunijs in capsa depositis & extractis rationem reddere, secus si absque deputatione, & non ex officij necessitate capsæ exercitium sumat, ibid. & per tot.

Scriptura vbi sunt inter se contrariæ, nullam faciunt probationem, num. 4. in fine.

DECISIO DCXC.

1 PRosequendo disputationem Domini censuerunt in posteriori statu non constare ad fuisse capserium. Duo enim apud Dominos videbantur in hac causa non posse controuerti. Primum quòd exercitium capserij multum differat ab officio capserij; ab exercitio namque inferri non potest ad necessitatem reddendi rationem; dum ad communem sociorum vtilitatem possit socius pro capserio se gerere, exercendo absque præcisa obligatione; ab officio verò secus, quia ex consequentia officij suscepti quilibet, siue tutor, siue administrator, vel aliena negotia gerens tenetur reddere rationem, Natt. *cons. 134. n. 9. vol. 1.* Ias. *cons. 100. num. 6. lib. 4.* Flam. Rub. qui multa egregia cumulat *cons. 29. numer. 1. cum seqq. lib. 1.* Secundum quòd non sufficit fratribus Albanis actoribus ad fundandam eorum intentionem contra capserium pro reddenda ratione probare Attilium capsam administrasse, nisi simul probauerint ex obligatione officij suscepti id egisse, aliàs probatio remanet imperfecta, propter possibilitatem exercendi capsam ex alia causa, & ad alium finem, quàm ratione officij, ex præcisa obligatione, & per consequens releuans est contra Attilium, cui sufficit dicere actore non probante fore absoluendum, cùm partes rei sustineat, vulgata *l. qui accusare, C. de edendo, l. ei qui dicit, ff. de probation.* cum similib. ideò, etsi Albani exercitium capsæ in Attilo probasse præsumpserint, & ex qualitate negotij conuinci Dominis videbatur esse necessarium in huiusmodi fundaco exercitium capsæ, vt etiam informantes pro Attilio in responsione admittebant; tamen in secunda parte, & statu testes, qui dantur in summario, neque obligationem, neque rationis redditionem concludunt.

Prima depositio est Alexandri Lappi ab Attilio inducti, qui fatetur in apotheca ad fuisse duas capsas, minorem scilicet, & maiorem, & huius posterioris clauem retineri per capserium, qui erat Ioan. Baptista Albanus, capsam exercens more solito, soluendo, & recipiendo, ac recepta, & soluta ad entrata, & vscita ponendo; verùm de ratione reddenda contrarium concludit, dum eo petente fuit responsum à consocijs non consueuisse similia capsæ computa dari. 2

Secunda est Adriani Panzerij, qui asserit semel fuisse capserium post recessum Io. Baptistæ Albani, sed nullum verbum de obligatione reddendi, vel de redditis computis, quinimò iuxta 51. interrogatus respondit nescire an Io. Baptista Albanus rationes Capsæ reddiderit. Tertia fuit Donati Riccij, qui non etiam quoad exercitium capsæ per Io. Baptistam Albanum deliberatè deponit, sed per verba dubitatiua, si benè recordatur, sed quoad obligationem reddendi rationes præcisè respondit se nescire, & addit rationem, quia ipse non intelligebat huiusmodi negotiationes. Quarta fuit Prosperi Riccij, qui dubitatiuè, & relatiuè deponit, dixit enim, quis fuerit capserius poterit haberi ex libris; deinde subiungit sibi videri quòd pro tempore Io. Baptista administraret, & pro tempore Adrianus, & per quæsitum possit recordari in computis capsæ non adfuisse errores, & sibi etiam videri quòd bonum, & fidele computum reddiderint, verùm se referre ad libros, atque ex illius dicto nihil plus resultat, quàm ex libris, nec plus est in referente, quàm in relato, vulg. *l. asse toto, de hæred. instit.* 3

Ex libris autem dantur nisi duæ partitæ extractæ ex ratione fundacaria Lapis & Albani, quæ immediatè subsequuta est societatem Attilij, & Alex. in quorum prima dicitur, *Per tanti consignati contanti trouati in cassa del nostro Gio: Battista Albane cassiere à me Adriano Panciere nouo cassiere.* Secunda verò continet emendationem erroris capsæ, scilicet *tanti per errore trouati in cassa di più.* Quæ partitæ etsi videantur inferre subsistentiam capserij, & redditionem computorum, non possint corrigi; tamen ista scriptura, & depositio eiusdem Adriani asserentis se nescire an Io. Baptista Albanus rationes reddiderit, tamquam contraria continentes, fidem ad inuicem sibi derogant, & nihil firmitatis habere possunt, *l. scriptura, C. de fid. instr.* Alex. *cons. 70. n. 5. lib. 1.* 4

Nec obstare visum fuit argumentum à communiter accidentibus desumptum, quòd in huiusmodi fundaco teneretur particulariter computum ipsius capsæ; in alijs verò fundacis, vbi non adest capserius formalis, similia computa non teneantur, vt deponunt quinque testes dati in summario; ideò vera consequentia possit deduci, vt non detur capserius in fundaco absque obligatione reddendi rationem, ne officium frustra exerceatur, dum nemini rationes sunt reddendæ. Quia fuit responsum quòd officium non remanet otiosum, sed vtile socijs, cùm particulare computum capsæ deseruire possit nedum ad effectum rationis reddendæ contra capserium, sed etiam in calculandis lucris, & de lucris, & ad probationem contra tertios 5

in quantum fert qualitas illius scripturæ *di Quaderno di cassa*, ac pro pleniori administratione negotij, ideò cessante necessitate illationis probatio adhuc remanet imperfecta in calculanda obligatione capserij.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. REMBOLDO,

Lunen. Sarzanen. iurispatronatus.

Luna 22. Iunij 1615.

ARGVMENTVM,

Argumentum sume ex summarijs.

SVMMARIVM.

Attentata post interpositam appellationem reuocanda sunt, num, 5.

Sequestrum concedendum est constito de attentatis, ibid. in fine.

Appellatio in causis beneficialibus an suspendat, vel impediat illius executionem, num. 2.

DECISIO DCXCI.

1 NOn videbatur aliquo modo controuerti posse quin possessio Hieronymi attentatorum vitio subiaceat, cum nedum pendente termino ad appellandum, sed etiam post interpositam appellationem capta sit, *c. non solum, de appell. lib. 6. cap. 2. vt lit. penden. eodem lib. 6.* Rota *decis. 616. n. 2. par. 1. & decis. 6. num. 1. cum seqq par. 2. diuers.* Mohed. *decis. 11. n. 2. de preb.* Caputaq. *decis. 70. part. 1.* cum alijs per Modern. *de atteat. 2. par. c. 4. in præfatione n. 410.* & bo. mem. Cardin. Seraphino *decis. 1403.* Vnde meritò Domini iuxta stylum Rotæ sequestrandam esse dixerunt, ad not. per Cassad. *dec. 3. n. 6. de restit. spoliat.* Cæs. de Grass. *dec. 2. de appell.* Caputaq. 157. *p. 3.*

2 Nec in contrarium facit Synodalis constitutio, quia disponit quòd appellatio in causis beneficialibus non suspendat, nec impediat executionem, quia fuit responsum quòd vltra quòd d. constitutio, vt ex eius rubrica colligitur ad *l. 1.* & ibi DD. *ff. si cert. pet.* locum habet in causis, in quibus summariè, non autem via ordinaria, prout in proposito, processum fuit, in dubio etiam ita interpretari debet, vt scilicet procedat in prouisione & institutione extraiudicialiter facta tantùm, prout regulariter fieri solent, *cap. concertationi,* vbi not. Gemin. *4. 3. de appell. in 6.* tum enim statim est facienda institutio, & tradenda possessio, non obstante appellatione extraiudiciali, *c. constitutis,* vbi Abb. *n. 6. de appell.* secus autem quando processum fuit iuris ordine seruato, Card. *cons. 1. vt lit. pend.* & sæpiùs hanc distinctionem Rota amplexa fuit, vt apparet ex deductis in vna Calagurit. de Oliuari 22. Maij 1604. coram bo. me. Penia.

3 Non obstat etiam quòd reuocatio attentatorum cessat quando non constat de iure petentis reuocationem, quia ad hunc effectum requiritur non ius ita notorium, vt nec coloratè impugnari, nec aliquo modo velari possit, per propriam scilicet confessionem, vel rem iudicatam, Rota *decis. 3. de restit. spoliat. in nou.* Mohed. *decis. 184.* & fuit sæpissimè à Rota decisum, præsertim in vna Eugubina Prioratus S. Petri de Vignate 21. Iunij 1591. coram bon. me. Orano, & alibi sæpissimè, &c.

R. P. D. ANDREA,

Signina bonorum feudalium.

Luna 21. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Possessio defuncti in hærede continuata vigore statuti, an & quando sufficiat ad manutentionem, est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Possessio defuncti censetur continuata in heredem vigore statuti Vrbis, & sufficit ad manutentionem, n. 1.

Possessio defuncti in heredem continuata vigore statuti Vrbis habet locum etiam in herede infante, n. 2.

Possessio defuncti in heredem continuata vigore statuti, nunquid habeat locum in bonis feudalibus, & emphyteotitis, num. 3. & 4.

Iurium extractio parte non citata non valet, n. 4.

Dominus directus nunquid posset intentare interdictum retinende pro recuperatione naturalis possessionis vigore ciuilis possessionis, quam retinet in bonis emphyteoticis, & feudalibus, num. 5.

Possessio nulla, & infecta non suffragatur in præiudicium veri possessoris, in quem est continuata possessio ob mortem defuncti vigore statuti, num. 6.

DECISIO DCXCII.

1 MAriæ dandum esse mandatum de manutenendo, fuit resolutum. Quia de possessione Curtij ipsius patris de tempore obitus, & quòd ille reliquerit ventrem vxoris prægnantem, indeque nata sit Maria, in confesso est penes Dominum Ducem in instrumento captæ per eum possessionis in hoc iudicio coram A. C. postea per eundem producto, & vigore statuti vrbis *lib. 1. cap. 147.* possessio defuncti in illam fuit continoata, per quam competit manutentio, vt sunt verba statuti expressa, & in his terminis tradit Gabr. alios referens *de acquir. possess. conclus. 7. n. 3.* Tiraq. *in tract. le mort saisit. par. 3. declaration. 2. num. 1.* Couar. *lib. 3. variar. c. 5. num. 6. ad med. vers. item, & hic possessor,* idem *pract. c. 17. n. 5. vers. At si quis habent,* Ant. Gomez *in l. 45. Taur. n. 194.* Azeued. *in l. 8. num. 22. lib. 5. tit. 7. nou. collect.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. c. 13. n. 5. vers. Quamuis autem, & seq.* Menoch. *de retinend. remed. vlt. n. 16.* Guidop. *dec. 552. n. 2. vers. & in hac materia, & n. 3.* Verall. *dec. 213. par. 3.* & nemo, qui de hac re scripserunt, contradicit secundùm Tiraq. *vbi suprà n. 2.*

4 Quod statutum procedit etiam in infante. Cùm enim ad illam ciuilissimam possessionem acquirendam nullus actus requiratur, sed ea solùm ex statuti dispositione transferatur, ideò nihil interest, an successor intellectum habeat, nec ne, cùm pro eius parte nihil exercendum veniat, Ant. Gomez de iure hoc latè comprobans *in dicta l. 45. Taur. num 112. vers. sed his non obstantibus,* quem sequitur Molin. *dicto lib. 3. cap. 12. num. 24.* & de stylo, & practica defendit Tiraq. *in dictu tract. le mort saisit. part. 2. declaration. 17. n. 4.*

3 Nec obstare videtur, statutum huiusmodi locum non habere in bonis feudalibus, & emphyteoticis, vt fuit resolutum in Imolen. bonorum 20. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, id enim procedit quando non controuertitur bona esse emphyteotica, vel feudalia; si verò de hoc dubitetur, vt in præsenti casu, debetur interim filiæ, non autem domino directo manutentio, iuxta text. expressum *in c. 1. §. inter filiam vers. defuncto,* ibi, *respondi filiam in possessione feudi manere debere, donec de eo iudicetur, si de feud. defunct.* & suprà *eodem §. inter filiam,* ibi, *responsum est apud filiam possessionem interim collocandam,* per quæ ita sic in terminis decreti Mediolanen. huic Romano similis statuto ad effectum manutentionis tradit Dec. *cons. 467. n. 9. vers. & ista conclusio, iuncto 4. 2. ad fin.* cum alijs suo more congestis à Tiraquel. *in d. tract. 4. par. declaration. 5. n. 20. & 21.* Molin. *d. lib. 3. cap. 4. n. 41.* Rosenthal *de feud. cap. 7. n. 3.*

4 Et licet hæc conclusio restringi soleat, nisi dominus, vel agnati in continenti probationes afferant super qualitate feudali, & est receptior opinio, de qua per Rosenthal *vbi suprà conclus. 52. n. 1.* & Molin. *d. c. 4. n. 42.* Attamen probationes Domini Ducis non fundant huiusmodi qualitatem feudalis, quia in extractione iurium, & examine testium Maria, siue eius tutor, vel Procurator non fuerunt citati, *l. 1. & toto tit. C. res inter al. act.* Tum quia contra huiusmodi probationes multa possunt opponi; confessio verò Corneliæ auiæ paternæ non potest præiudicare Mariæ non habenti causam ab auia, *l. duobus, §. 1.* vbi Ias. post alios, *ff. de iureiuran. l. Seia, in princ. ff. ad Vellean.* Ruin. *cons. 147. n. 13. lib. 1.* Surd. *cons. 5. n. 39. & cons. 82. num. 22.* idem *decis. 325. n. 3.* Achil. *decis. 5. n. 2. de confess.* Rota *decis. 802. n. 10. part. 1.* & in terminis fuit dictum in Ariminen. deuolutionis bonorum 16. Februarij 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno.

5 Hinc cessat aliud obiectum ciuilis possessionis, quæ remanet penes dominum directum, cuius ratione potest agere interdicto retinendi pro recuperatione naturalis, vt in ciuitatis Castelli bonorum 8. Aprilis 1589. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, cum alijs allegatis. Quia hoc intelligitur quotiescunque bonorum qualitas, & ipsa denominatio est clara: secus, prout hic vbi illa negatur, & probabiliter con-

controuertitur; ideò interim Matiæ non potest manutentio denegari, ex allegatis, & in indiuiduo tenuit Rota in
1 dicta Ariminens. vbi fuit declarata decisio in causa ciuitatis Castelli, de qua suprà.

6 Non obstat possessio naturaliter apprehensa per Dominum Ducem, quia stante prædicto statuto continuatio possessionis defuncti in hæredem, illa non erat vacans, & sic possessio Domini Ducis fuit nulla, & infecta, nec impedire potuit dictam continuationem, aut aliquem alium iuris effectum producere, vt in indiuiduo per Dec. *dicto cons.* 467. *num.* 12. *vers. & ista conclusio*, *& num.* 17. *vers. & hoc saltem videtur*, Paris. *cons.* 41. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. & ita conclusum Matiæ esse dandum mandatum de manutenendo, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Leodien. fideicom. de Renesse.

Veneris 26. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Remissoria in profanis conceditur, quando materia est releuans, & etiam vno tantùm articulo existente releuante, & quid si fuerit calumniosè petita, & in vltimis audientijs.

SVMMARIVM.

Remissoria datur in profanis, quando materia est releuans, etiam vno tantùm articulo existente releuante, n. 1.

Consuetudo maximè attenditur in materia feudali, n. 2.

Remissoria calumniosè petita, prout in vltimis audientijs, denegatur, n. 3.

Remissoria de stylo Rotæ non ita de facili solet denegari ob præsumptam calumniam, date præsertim aliquo fumo, num. 4.

DECISIO DCXCIII.

1 FVit conclusum remissoriam esse dandam D. Renato q. Gulielmi, quia versamur in profanis, in quibus passim datur etiam absque fumo, quotiescunque materia est releuans, Caputaq. *decis.* 68. *part.* 3. Put. *dec.* 211. *lib.* 1. Cæs. de Grass. *decis.* 1. *de dilat.* nec requiritur, quòd omnes articuli sint releuantes; sed vnicus tantùm sufficit ad hoc, vt in omnibus remissoria concedatur, secundùm decis. Cassad. 5. *in fin. de sequestr. possess. & fruct.*

2 Materia autem articulata visa est Dominis releuans, quia in articulis deducitur particularis consuetudo patriæ Leodien. & Comitatus Lossen. vbi bona feudalia, de quibus agitur, sita sunt, per quam disponi non possit de feudo, nec per viam vltimæ voluntatis, nec etiam ad fauorem vocatorum in inuestituris sine consensu domini directi, & dispositiones similes factæ citra consensum domini sunt nullæ, etiam domino non declarante, quæ consuetudo si est attendenda, prout in materia feudali, attendi debet, cùm ab ea legem accipiunt feuda, *c.* 1. *de feud. cognit.* vbi gloss. & Bald. *n.* 5. & latissimè firmat Schrader. *de feud. par.* 10. *sect.* 7. *n.* 19. Inde resultare videtur releuantia, quia testamentum Ioannis tanquam carens consensu domini directi, nullius valoris erit iudicandum, & consequenter fideicommissum, de quo agitur, ab eodem testamento deductum sine fundamento remanebit.

3 Non obstat, quòd vbi remissoria calumniosè petitur, illa non sit admittenda, Cassad. *decis.* 3. *de dilation.* Chisan. *decis.* 164. Calumnia autem apertè colligatur ex eo, quòd neque in partibus, vbi causa fuit acerrimè ventilata, neque in secunda instantia coram Reuerendissimo Damasceno per plures annos tractata, & disputata, nihil vnquam de hac consuetudine excitatum fuerit, sed demum post resolutionem super confirmatione sententiarum, & in vltimis audientijs, ex quibus vehemens præsumptio oritur, magis differendi expeditionem, quàm vt causa defendatur, vt considerat Rota coram Seraphino 1450. *num.* 1. & etiam fuit dictum in Auximana fideicommissi 8. Iunij 1612. coram R. P. D. Vbaldo.

4 Fuit enim responsum, quamuis hæc petitio non careret suspicione calumniæ, cùm articulentur consuetudines contra ferè omnes iuris conclusiones in decisionibus firmatas, & signanter, quòd secundùm consuetudinem illarum partium, quis non possit consentire, & refutare dispositionem fiendam inter viuos, nisi superaccedat licentia Principis, & Domini directi, quod admodum visum est Dominis inuerisimile, & contra communes regulas. Tamen quia de stylo huius Tribunalis non ita de facili solet denegari remissoria, ob præsumptionem calumniæ, Ægid. *decis.* 625. Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* Cæs. de Grass. *decis.* 1. *eodem tit. de dilat.* Censuerunt Domini esse dandam, attento maximè, quia aliqualis fumus colligebatur ex fide scabinarum data, & ex assertione ipsiusmet testatoris Ioannis in condendo testamento, dicentis pro tali dispositione habuisse facultatem à domino directo. Et ita, &c.

R. P. D. ANDREA.

Senogallien. prædij.

Veneris 26. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

De concessione remissoriæ plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Remissoria conceditur in profanis, data releuantia articulorum, etiam absque fumo, n. 1.

Fideicommissarius qui de suo proprio fideicommittentis debita soluit, per ipsum soluta detrahere debet ex bonis fideicommissarijs in casu restitutionis, n. 2.

Remissoria non conceditur ad probandum ea per testes, quæ per scripturam probari possunt, n. 3.

Remissoria conceditur etiam data releuantia vnius tantum articuli, ibid.

Remissoria petita in vltimis audientijs Rota quando calumniam arguat, ibid.

DECISIO DCXCIV.

DIxerunt Domini remissoriam non posse denegari Bernabeo, quia omnes regulæ illi suffragantur, sumus enim in profanis, & articuli sunt releuantes, quibus positis etiam absque fumo, & passim illa conceditur, Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* Cæs. de Grass. *decis.* 1. *n.* 10. *eod. tit.* Put. *dec.* 219. *ad fin. lib.* 1. *&* 413. *lib.* 2. Verall. *decis.* 68. *par.* 3. Chisan. *decis.* 164. & fuit sæpissimè resolutum. 1

In huiusmodi autem casu patet releuantia articulorum, 2 quia Bernabeus probare intendit esse faciendas multas detractiones ex bonis fideicommisso subiectis; confessionem ab eo factam in precibus, quòd dicta bona non ascenderent, nisi ad scuta 2000. esse veram: æs alienum testatoris pro maiori parte ab ipso fuisse solutum, & alia quæ dantur in articulis, quæ omnia sunt detrahenda de fideicommisso, ex deductis per Surd. *cons.* 7. *n.* 23. *& seqq. decis.* 333. *num.* 16. & latissimè in Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illustrissimo Lancelloto, & in Montisfalisci fideicommissi 16. Iunij eodem anno coram Reuerend. Bononien.

Nec obstat, quod hæc pro maiori parte probari possint 3 ex instrumento diuisionis, & sic per scripturam, quo casu remissoria non datur, Ægid. *decis.* 9. Rota *decis.* 44. *de testib. in antiqu.* cum alijs adductis in Carthaginen. fructuum 2. Maij 1611. coram Illustrissimo Lancelloto, quia, vt patet ex lectura articulorum, Bernabeus plura intendit probare, quæ in dicto instrumento diuisionis non continentur, scilicet omnia debita Rochi testatoris, melioramenta etiam post diuisionem facta ab ipso Bernabeo; cùm tamen iuxta stylum huius tribunalis sufficiat vnum articulum esse releuantem ad hoc, vt remissoria in omnibus concedatur, Cassad. *decis.* 5. *n. vlt. de sequestr. possess. & fruct.* Seraphin. *decis.* 1364. *num.* 3. & dictum fuit in Neapolitana illegitimitatis 18. Maij 1607. coram bo. me. Penia, & in Hispalen. Archidiaconatus 8. Maij 1609. coram R. P. D. meo Caualerio.

Non obstat, quòd in secundo articulo aliquæ particulæ 4 contineantur alteratæ, à summis contentis in instrumento diuisionis, quod videtur tendere contra iuramentum in dicto instrumento præstitum, & suspicionem calumniæ dare; quia licèt ibi fuerit iuramento affirmatum debita hæreditaria esse in tanta summa, cùm tamen nulla fuerit apposita dictio taxatiua, non videtur contraria, nec exclusa probatio debitorum in maiori quantitate, & ideò

cessat suspicio calumniæ, cùm ex hoc non videatur aliquod apparere periurium.

5 Vltimò neque obstat alia suspicio calumniæ, ex quo remissoria petitur in vltimis audientijs, nam id procederet si peteretur ad differendam causæ expeditionem, in quibus terminis loquitur Seraph. *decis.* 1450. quod non applicatur casui nostro, cùm in statu expeditionis causa non reperiatur, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana vineæ.

Mercurij 1. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

Melioramenta probantur per relationem periti, & tota lite pendente dicuntur facta mala fide, & in omni casu per cautionem de illis reficiendis impeditur retentio.

SVMMARIVM.

Melioramenta probata censentur per relationem tertij periti de ordine Rotæ electi, n. 1.

Melioramenta facta lite pendente, & post totalem inhibitionem mala fide facta dicuntur, n. 2.

Melioramentorum exceptio per cautionem de illa reficiendo repellitur, n. 3.

DECISIO DCXCV.

1 DOmini visum fuit non posse controuerti melioramenta facta fuisse stante relatione tertij periti de ordine Rotæ electi, vt in his terminis fuit datum in alia Romana vineæ 27. Iunij 1611. coram R.P.D. meo Manzanedo,

2 Verùm placuit non obstare exceptionem dictorum melioramentorum hoc casu, quia vltra quòd per binas decisiones coram me cõstat nimis callidè fuisse deuentum ad deliberationem huius vineæ, dicta deliberatio & melioramenta subsecuta fuerunt attentata, in spretum litis pendentiæ, & inhibitionis Rotalis, ita vt melioráns non possit aliqua ratione excusari à dolo, & mala fide, Rot. *dec.* 5. *de rest. spol. in nou.* Lancell. *de attent. cap.* 31. *num.* 68. & multò minus in melioramentis factis post decisionem coram bo. me. Pennia, in qua fuit dictum vtraque parte informante omnia gesta post commissam causam in Rota, vti attendata reuocanda esse.

3 Alia, & potissima ratione Domini moti sunt, quia melioranti existenti in possessione datur retentio aduersus agentem remedio adipiscendæ; sed hic melioráns non est in possessione, sed Bartholomæus, cui Rota decreuit dandum esse mandatum de manutenendo: vnde occasione dictorum melioramentorum ipsum priuandum esse sua possessione, nec aliquod ius præcepit, nec aliqua ratio, aut æquitas suadet, & meliorantis præiudicio, quia ex quo pro melioramentis non competit actio, conceditur retentio, *l. si in area,* & fuit dictum in vna Romana Salu. interdict. Ven. 19. Nouembris 1593. coram bo. me. Pennia apud modero. *de Salu. interd. decis.* 64. *n.* 5. satis fuit consultum per cautionem præstitam à Bartholomæo in forma depositi de illis reficiendis. Ex his vtraque parte informante ita fuit decisum,

R. P. D. PIROVANO.

Assisien. bonorum.

Mercurij 1. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur non probata possessione tempore motæ litis, & quando capta possessio præsumatur continuata, vel derelicta.

SVMMARIVM.

Manutentio non datur vbi non constat de possessione tempore motæ litis, n. 1. & 2. in fine.

Possessio sine apprehensione non transfertur, n. 1. in fin.

Possessio capta non præsumitur continuata, sed præsumitur derelicta quando sumus vltra decennium, n. 2.

DECISIO DCXCVI.

NEutri esse dandum mandatum de manutenendo, fuit 1
resolutum fratribus S. Francisci, non quia non constat de eorum possessione, quæ dicitur fundamentum manutentionis, vulgat. §. *retinenda, Instit. de interd.* & quamuis fratres prædicti veniant titulo hæreditario, & etiam ex donatione facta fratri Francisco de Paris per Dianoram vxorem Ioan. Baptistæ Paridis, & simul matrem Rugerij, quæ dicebatur esse in possessione bonorum, de quibus agitur, & iudicialiter mandatum de manutenendo obtinuisse; tamen quia donatarius possessionem bonorum donatorum non apprehendit, neque vti hæres eam ingressus est, ideò manutentio dari non potest, quia fratres non habent possessionem, nec illa transit sine apprehensione, *l. cum hæredes, ff. de acquir. possess.* Tiraquel. *de constit. poss. par.* 1. *declar.* 3. *n.* 4. & 5. Peregr. *de fideicom. art.* 47. *num.* 34.

Canonicis autem S. Saluatoris in Lauro non etiam, quia 2
& ipsi de sufficienti possessione non docent, dum pro parte eorum detur tantummodò instrumentum possessionis captæ de anno 1597. de cuius continuatione, cùm non doceatur per alios actus, præsumitur derelicta, quando sumus vltra decennium, vt in præsenti, *l. si de eo, §. si forte, ff. de acquir. possess.* Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina, n.* 23. *vers. ex hoc elicitur, & c. de caus. possess. & propriet.* quod etiam fuit resolutum in Romana Canonicatus sancti Marci 25. Februarij 1610. coram R. P. D. Pamphilio, & consequenter dici non potest constare de possessione Canonicorum de tempore motæ litis, prout necessarium est, §. *retinenda, Instit. de interd.* Et ita, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Lucana Iurispatronatus.

Mercurij 1. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

De successione fœminarum in iurepatronatus.

SVMMARIVM.

Iurispatronatus successio spectat etiam ad fœminas non existente expressa contraria prohibitione, num. 1.

Descendentium appellatione continentur etiam fœminæ, n. 2.

Iuspatronatus linea masculina deficiente spectat ad fœminas, etiam quod in fundatione qualitas masculinitatis adiecta fuerit, n. 3.

Obseruantia subsequuta operatur etiam in successione iurispatronatus, num. 4.

DECISIO DCXCVII.

DOmini, informante tantùm Laurentio, dixerunt 1
iuspatronatus de quo agitur, competere etiam fœminis, cùm illæ, cessante expressa prohibitione, regulariter succedant in iurepatronatus, Abb. *in cap.* 1. *sub num.* 3. *de iurepatr.* Calder. *cons.* 1. *eod. tit.* Cassad. *decis.* 1. *num.* 4. *eod. tit.* & Roch. de Curt. *de iurepatr. in verb. competens num.* 1. *& seq.*

Non obstat, quòd in mandato Nicolai de Martinis vo- 2
centur solummodo fœminæ masculi, ex quo hoc iuspatronatus legauit alteri Nicolao iuniori, & eius filis, & descendentibus, & alijs omnibus masculis de Martinis. Quia vltra quòd dictum testamentum non erat in actis, dicebatur dictam qualitatem masculinitatis referri ad alios de Martinis vocatos post descendentes Nicolai, non autem ad ipsos descendentes, quales sunt fœminæ hodie iuspatronatus prætendentes, quæ appellatione descendentium continentur, Gozad. *cons.* 20. *num.* 8. Paris. *cons.* 51. *num.* 39. *lib.* 2. Surd. *decis.* 66. *n.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 26. *n.* 23. *& seq.*

Vlteriùs etiamsi fuisset hæc qualitas masculinitatis adie- 3
cta dictis descendentibus, non tamen propterea deficientibus masculis Ecclesia acquisiuisset libertatem, sed in illorum defectum succederent ipsæ fœminæ, Calder. *cons.* 4. *de iurepatr.* Anchar. *cons.* 581. Ferret. *cons.* 131. *n.* 10. *& seq.* Roch. de Curt. *vbi suprà dicto n.* 1. *vers. & præmissam etiam,* vbi dicitur, quòd non reperit aliquem tenere contra Calder. Cassad. *decis.* 1. *n.* 3. *de iurepatr.* Rot. *decis.* 383. *per tot. part.* 1. Seraphin. *decis.* 368. *n.* 9.

Et

4 Et prædicta roborantur ex obseruantiæ subsecuta, cùm fœminæ non semel, sed bis tanquam patronæ consensum præstiterint resignationibus de ista Ecclesia factis, & de anno 1561. ad illam præsentauerint quendam Michaelem, quæ præsentatio, & consensus effectum habuerunt, vt fuit firmatum in hac causa 3. Aprilis præteriti coram me, quæ quidem obseruantia est optima interpres, Aym. *cons.* 118. *num.* 2. Paris. *cons.* 50. *num.* 19. *lib.* 4. Seraph. *decis.* 489. *n.* 2.

5 Ex quibus fuit conclusum iuspatronatus competere etiam fœminis. An autem constet de illarum descendentia, poterit particulariter videri, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Amerinen. decimarum.

Mercurij 5. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

Laici sunt incapaces iuris decimandi, quando carent priuilegio, vel immemorabili probatione famæ d. priuilegij, & quomodo probetur quasi possessio, seu obseruantia iuris decimandi per testes, super ea deponentes.

SVMMARIVM.

Decimandi iure laicus est incapax, quando caret priuilegio, vel immemorabili, cum probatione famæ priuilegij Apostolici, n. 2.

Testes super obseruantia iuris decimandi ad hoc vt probent quomodo deponere debeant, n 4. *in fine, & n* 5.

Decima debetur Ecclesiis, & non laicis, ibid.

Decimandi quasi possessio maximè probatur per testes laboratores, & conductores qui decimas soluerunt, ibid. in fin.

Causæ expeditio in Rota non retardatur per mortem litigantis, num. 8.

DECISIO DCXCVIII.

1 PRo Ecclesijs Almerien. latæ fuerunt tres sententiæ in partibus, in quibus habitatores incolæ statu de Seron, tanquam Christiani originarij illius oppidi, condemnati fuerunt ad soluendum decimas prædictis Ecclesijs per septem nouennas, ex nouem scilicet septem partes, & cum in eisdem decimis D. Marchio de Villena, Dominus eiusdem status de Seron, prætenderet ex nouem partibus sex sibi ab incolis esse persoluendas, causa in Rota fuit commissa super nullitate, & notoria iniustitia. De nullitate hactenus fuit disputatum, ac resolutum sententias esse validas. De notoria iniustitia nunc agitur; sed eam pariter non subesse Domini censuerunt, quia sententiarum iustitia benè iustificatur, tam iuris præsumptione, quàm ex probationibus factis nomine Ecclesiarum.

2 Vera est enim conclusio laicum esse incapacem iuris decimandi, quando caret priuilegio, vel immemorabili, cum probatione famæ priuilegij Apostolici, secundùm veriorem opinionem, de qua per Abbatem & Imol. *in cap. cùm Apostolica, de ijs quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in cap. causam quæ, num.* 3. *de præscr.* Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *num.* 69. Gabr. *de præscr. conclus.* 1. *num.* 16. *&* 18. & vti veriorem sequuta est Rota in pluribus causis, vt in Toletana decimarum inter impress. 485. *part.* 2. *diuers.* in Pampilonen. decimarum 29 Octobris 1599. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in qua firmatur, eandem opinionem procedere ad effectum etiam, vt laici non possint acquirere exemptionem, quamuis non adsit tanta iuris resistentia, quantum ad hoc vt fiant capaces iuris decimandi, & plenius fuit firmatum in Mediolanen. rescissionis permutationis coram eodem 21. Maij 1597. & coram me in alia Mediolanen. decimarum S. Donati 21. Martij 1613.

3 Ideò cùm D. Marchio neque immemorabilem cum probatione famæ priuilegij, neque priuilegium ipsum ostendat, satis conuincitur notoriè tantæ iniustitiæ, nedum probatam non fuisse, sed prorsus discoloratam remanere, & priuilegium Alexandri sexti, quod allegatur contra Ecclesias, concedens dominis temporalibus locorum duas tertias partes decimarum exigendas à Mauris Granatæ, vel ab eorum hæredibus, & successoribus, non potest suffragari Marchioni, quia Ecclesiæ non agunt contra similes personas, aut earum hæredes, & successores, sed contendunt decimas habere à Christianis originarijs, & simpliciter conductoribus, & laborantibus conuentionatis, & eodem modo loquitur transactio, quæ dicitur inserta inter quædam acta producta de anno 1574. & in hoc iudicio compulsata, quæ datur, in qua distinguuntur noui coloni succedentes in facultatibus Maurorum à colonis incolarum indigenorum, vt à primis Marchio sex nouennas percipere debeat, à secundis Ecclesiæ septem nouennas, & Marchio duas tantùm habere debeat, quod est conforme intentioni Ecclesiarum.

Secundò principaliter iustitia sententiarum iustificatur 4 ex probationibus in causa factis tam in prima, quàm in secunda instantia, testes enim primæ instantiæ ad numerum 18. super 30. affirmant, quòd omnes incolæ contra quos agunt Ecclesiæ, non sunt successores Maurorum, neque aliqua bona Maurorum data fuerunt illis in sortem coloniatus, sed sunt proprietarij, vel coloni partiarij, aut arrendatores. Super octauo autem articulo concludunt obligationem, & obseruantiam talium personarum soluendi Ecclesijs septem nouennas, & idem concludunt alij 30. testes in secunda instantia examinati, eodem modo distinguentes inter successores Maurorum, & originarios Christianos, dicentes quòd ita ab eorum recordatu fuit obseruatum, nec contrarium obseruari viderunt, quæ ratio concludentissima est, cùm sit specialis de obseruantia tam respectu loci, quàm personarum, Oldrad *cons.* 237. *col.* 1. Natta *cons.* 575. *n.* 15. Roland. *cons.* 80. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 54. *n.* 37. Bec. *cons.* 96 *n.* 6.

Et eò magis stringit huiusmodi testium depositio, quia 5 talis obseruantia concordat cum iure communi, vt considerat Anchar. *cons.* 264. *vers. postremo*, & idem Bec. *d. cons.* 96. *num* 7. *lib.* 1. secundùm quod decimæ Ecclesijs, non autem laicis debentur, *cap. Ecclesias* 12. *quæst.* 1. *cap. decimas* 16. *quæst.* 1. Rebuff. *de decim. quæst.* 1. *num.* 7. & multi ex testibus prædictis sunt laboratores, & conductores eorumdem bonorum, nempè 2. 3. 4. 7. & 11. super primo in prima instantia, quibus propterea magis etiam credendum est, cùm de facto proprio deponant, & narratiua facti multum veritati consonat, Dec. *cons.* 610. *n.* 9. Verall. *dec.* 267. *n.* 1. *par.* 3. Seraph. *decis.* 1211. *n.* 4. *part.* 2.

Nec testes Marchionis quidquam obstare videbantur, 6 quamuis in nobili numero 30. scilicet deducerentur, nam ex eis nullus deponit super tertio articulo respectu qualitatis personarum, quòd isti, contra quos Ecclesiæ agunt, non sunt originarij, & coloni, aut partiarij, prout prætenditur: super obseruantia autem & obligatione incolarum alij responderunt nescire contenta in articulis: alij confirmarunt intentionem Ecclesiarum, nempè 5. 7. 8. 9. 10. 17. 27. alij verò, scilicet 3. 6. 11. 15. 18. 21. 22. 24. 26. 28. 29. 30. deponunt pro Marchione de duabus tertijs, sed non ab omnibus, & recensent perpetuas viguisse controuersias super collectione decimarum, ex quorum dictis desumitur quòd huiusmodi collectio decimarum, vel probatur facta lite pendente, vel ante motam litem, per modum tamen controuersum, quo casu actus iudicantur turbatiui, nec conferunt ad statum obseruantiæ firmandum.

Ac demum conquassantur ex contrarijs probationibus 7 Ecclesiarum, ac etiam ex testibus eiusdemmet Marchionis, & ex eo quòd veritati multum dissonant, vt iam dictum est, ex quibus satis patet, vel constare apertè de iustitia sententiarum, vel de notoria iniustitia adhuc non constare, quod est principale fundamentum Marchionis, in quo cum deficiant Ecclesiæ, sunt absoluendæ, ex vulgata regula, *Actore non probante, l. qui accusare, C. de edend. l. ei qui dicit, ff. de probat.*

Neque à petita absolutione per Ecclesias visum est su- 8 persederi debere, ex eo quòd Marchio vita functus fuerit, & modernus Marchio successor sit expectandus, quia cùm aliàs similis quæstio incideret in causa Hispalen. decimarum de Ayamonte, fuit resolutum coram R. Archiepiscopo Bonon. 30. Ianuarij 1609. Capitulum potuisse prosequi iudicium, etiam non expectato moderno Marchione successore, quam Domini sequendo idem determinarunt in præsenti. Et ita, &c.

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano,

Romana canonis,

Veneris 6. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM,

Emphyteota tenetur integrum canonem præstare, donec res emphyteotica, seu illius pars existit, & funditus non perijt.

SVMMARIVM.

Emphyteota tenetur integrum canonem præstare, donec res emphyteotica, seu illius pars existit, & funditus non perijt, num.1.

Emphyteota soluit canonem in recognitionem dominij, non autem pro fructibus, ibid.

Locator non tenetur ad casus fortuitos contingentes post locationem ex facto Principis, n.2. in fine, & n.3.

Principis voluntas, & constitutio dicitur casus fortuitus, n.2.

Promissio de manutendo, & defendendo emphyteotam ab omni molestatione, & de soluendo omnia damna, & interesse, intelligitur ex causa de præterito, non autem de ea qua orta fuit post contractum, n.3.

DECISIO DCXCIX.

1 CVm Ioannes Baptista Marchesius fuisset per sententiam à magistris viarum condemnatus ad accumunandum, seu communes faciendum Curtio Vanno muros domus, quam in emphyteusim tenebat à Venerabili Collegio Anglorum, ac post factam dictam accumunationem sexdecim fenestræ eiusdem domus obcæcatæ totaliter remansissent, ac propterea illa deterior, & ferè inhabitabilis effecta fuerit, instabat contra dictum Collegium pro Canonis diminutione, Vnde dedi dubium, an locus esset dictæ diminutioni? Quo hodie in Rota proposito Domini negatiuè responderunt; & mouebantur, quia de iure emphyteuta tenetur integrum canonem præstare, donec res emphyteotica, seu illius pars existit, & funditus non perit, iuncta glos. *in cap. potuit, verbo expelli, in vers. idem si fundus, de locat.* communiter receptam, teste Abbate *ibid. num.* 16. Natt. *cons.377. num.2.* Bero. *cons.130. num.4. & seq. vol.1.* Rot. *diuers. decis.720. num 6. part.1.* Seraph. *decis.286 num.3,* Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.11. per totam.* Canon enim soluitur in recognitionem dominij, quod est indiuisibile, non autem pro fructibus, Roman. *cons.369. num.32.* Clar. *in § emphyteusis quæst.6. num* 8. Corbul. *vbi suprà n.2.* Vnde cùm in casu nostro non tota domus perierit, sed in suo statu adhuc permaneat, licet cum aliquo defectu luminum, non videtur esse locus dictæ diminutioni, cùm præsertim Ioannes Baptista longè maiorem pensionem etiam hodie percipiat ex dicta domo, quam comportet canon, quem soluit Collegio.

2 Vlteriùs mouebantur, quia in instrumento emphyteusis celebrato inter Marchesium, & Collegium de anno 1565. fuit expressè conuentum, quòd Canon non posset aliquo modo minui propter casum fortuitum, vnde cùm de anno 1577. emanauerit constitutio fel. record. Gregorij XIII. super iure congrui, cuius vigore præuia dicta sententia Curtius Vannus muro dictæ domus appodiauit, atque fenestras obcæcauit, non potest diminutio canonis prætendi propter talem obcæcationem, cùm fuerit casus fortuitus proueniens ex facto Principis, nempè ex dicta constitutione longè post contractum promulgata, Bald. *cons.395. n.3. vol.2.* Soc. *in l. quidam relegatus num.3. circa med. ff. de reb. dub.* Aym. *cons.95 n.1. & cons.233. num.2.* Bero. *cons.143. n.6. lib.1.* Roland. *cons.45. n.2. & seq. lib.3.* Bursat. *cons 151. n.124 lib.2.* Cauallin. *in tract. de euiction. §.5. num.56.* & in terminis quòd locator non teneatur ad casus contingentes post locationem vigore dictæ constitutionis, fuit resolutum in vna Romana retractus 28. Aprilis 1600. coram Illustrissimo Millino.

3 Quibus non obstat promissio Collegij de manutenendo, & defendendo emphyteutam ab omni molestatione, & de soluendo omnia damna, & interesse, &c. Quia dicta promissio intelligitur de euictione ortum habente ex causa de præterito, non autem de ea, quæ orta fuit post contractum ex prouisione dictæ Bullæ Gregorij iuxta Ioann. de Amic. *cons.145. n.20.* Tiraq. *de retract. lignag. §.1. glos.9. num.36.* & fuit dictum in allegata *Romana iuris congrui.*

Vltra quòd dicta promissio videtur respicere refectionem damnorum, & interesse, de quibus hodie non agitur, & quæ Curtius fuit per magistros viarum condemnatus ad reficiendum ratione dictæ accumunationis, iuxta peritorum relationem, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana nullitatis obligationis.

Veneris 13. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio l. & inuentarij, si obligauit se soluere legatum, cogi potest ad illud soluendum, via executiua, sed non nisi quatenus hæreditas sit soluendo.

SVMMARIVM.

Hæres cum benefic. l. & inuentarij si obligauerit se soluere legatum, cogi potest ad illud soluendum via executiua, sed non nisi quatenus hæreditas sit soluendo, n.1. & per tot.

Summa pecuniarum specificata in obligatione diminutionem non recipit, n.2.

Hæres cum beneficio l. & inuentarij, si se obligauit soluere legatum, & in obligatione non vocauit se hæredem cum beneficio prædicto, nunquid teneatur de suo, hæreditate non existente soluendo, ibid. in fin.

DECISIO DCC.

FVit aliàs in hac eadem causa resolutum, D. Isabellam Celsam hæredem bon. mem. Laurentij Celsi non censeri renunciasse beneficio legis, & inuentarij, nec vltra vires hæreditarias teneri, quamuis se proprio nomine, & bona sua obligauerit pro solutione legati; & hodie eadem causa reproposita Domini in decisis persisterunt, considerantes, quòd ex eodem instrumento apparet bon. me. Iustum in executionem decreti Congregationis fabricæ ordinasse eidem D. Isabellæ hæredi cum beneficio legis, & inuentarij Laurentij Celsi, vt solueret Catherinæ, quando Monialis efficeretur, scuta quingenta, & quòd ipsa Isabella, vt decreto satisfaceret, se obligauit per sequentia verba. *Quapropter volens modo D. Isabella suprascripto ordini, seu mandato D. Iusti obedire, promisit, & solemniter obligauit,* & pro quibus attendendis se hæredes, & bona in forma Cameræ obligauit, ideò ratione causæ finalis, quæ ex decreto deducitur, & ex qualitate personæ per decretum obligatæ hæredis, scilicet cum beneficio legis, & inuentarij, & ex voluntate D. Isabellæ dispositiuè restricta ad decretum per illa verba, *Quapropter volens mandato supradicto obedire,* ac demum propter consensum propinquorum, qui in eo præstando obligationi suscipiendæ iurarunt, non tendere in præiudicium D. Isabellæ, visum est posse sumi omnem interpretationem pro compatibilitate istarum obligationum, vt scilicet obligatio propria D. Isabellæ deseruiat creditoribus in via executiua; quod valdè vtile, & commodum erit creditoribus, ne cogantur discussionem bonorum, & iurium hæreditatis expectare; & nihilominus vltra vires hæreditarias non teneatur, quatenus pro solutione legati prædicti hæreditas soluendo non reperiatur, vt in his terminis declarant Monticul. *de inuent. quæst.11. num.8.* Menad. *decis.25. n.6.* Franc. *decis.323. & decis.648. per totam,* in alia decisione allegat. quorum distinctio iterùm placuit Dominis, cùm in hac parte non offendatur doctrina Angeli *in cons.31.* nec aliorum qui Angelum sequuntur, quia non ponunt casum de hærede, qui coactè obligationem suscepit, aut de eo qui liberè, nam poterat se obligare propter necessitatem consensus propinquorum; sed de voluntariè, & simpliciter se obligante, & bona sua supponente, in quibus terminis visum est procedere Angeli opinionem, & aliorum, qui eum sequuti sunt. 1

Non obstat, quòd attenta etiam ratione compatibilitatis promissionum appareat de voluntate D. Isabellæ nouandi priorem obligationem; dum non promisit soluere legatum simpliciter, quod poterat intelligi de eo, quod ipsa debebat saluo beneficio inuentarij; sed promisit scuta 500. quæ summa sic certificata non videtur pati diminutionem, 2

Bati.

Bart. *in l. quod nomine, ff. de condict. indeb.* vbi ex hoc inductam esse nouationem affirmat, & sequuntur Surd. *decis.* 132. *num.* 24. & Phannel. *de inuent. part. 6. n.* 12. Quia dum enunciato iudicis decreto, & ordine in dicto D. Isabellæ hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, vt solueret præcisam summam scutorum 500. Catherinæ, si ipsa D. Isabella promisit soluere scuta 500. verba promissionis referenda sunt ad ius, prout tenetur ex forma decreti, & tanquam hæres cum beneficio inuentarij, non autem ad nouam voluntatem, maximè quia se restrinxit ad debitum, promittendo supradicta scuta 500. vt ideò promissio videatur facta ea necessitate legis præscriptæ, quæ meritò ab eadem lege recipit interpretationem, ne promissor videatur renunciare beneficio sibi per legem inducto, *l. in prætorijs, ff. de prætor. stipul.* & ita declarat Alc. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 32. *n.* 12. & per eandem rationem tollitur aliud obiectum, quòd D. Isabella in promissione non repetijt vti hæredem cum beneficio legis, & inuentarij se obligare, prout videtur necesse, secundùm distinctionem, de qua in Clusina grani 13. Iunij 1576. coram Robusterio. Quia cùm de causa suæ obligationis appareat in eodem instrumento, & vigore decreti se obligauerit per verba relatiua ad decretum, satis est vt verba, vti hæres, cum beneficio legis, & inuentarij nedum demonstratiuè, sed suppositiuè censeantur in instrumento apposita.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Beneuentana Vicariæ.

Veneris 13. *Nouembris* 1615.

ARGVMENTVM.

Ex præsentia quando præsumatur acceptata præsentatio.

SVMMARIVM.

Præsentare aliud non est quàm sensibus corporis exhibere, num. 1.

Præsens præsentatus præsentationem acceptare præsumitur, ibid.

Præsens, & tacens in lucrosis consentire præsumitur, ibid.

Superflua non vitiant, vtileque per inutile non vitiatur, num. 2.

Ius ad rem in gratia Apostolica præseruatum censetur, n. 3.

DECISIO DCCI.

1 PLacuit Dominis recedere à decisione in hac causa facta die 7. Nouembris 1614. siquidem ex attestatione iurata Procuratoris Rectoris Collegij de 1010 data apparet Marcellum actualiter, & personaliter præsentatum, quando dictus Procurator fecit præsentationem de illo, quod etiam sonant verba suæ præsentationis, ibi, *præsentauit*, &c. præsentare enim est sensibus corporeis exhibere. glos. *in Clem. dudum, §. præsentare, de sepult.* ita in puncto argumentata fuit Rota in causa Gerunden. beneficij 18. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Corduba, stantibus etiam alijs verbis, *& petijt examinari*, &c. quæ denotant actualem præsentiam, quia aliàs non potuisset examinari firmata præsentia. Insurgit præsumptio acceptationis, Cardin. *in cap. fin. n.* 6. *de iurepatr.* Lambert. *de iurepatron. part. 2. lib.* 2. *quæst.* 5. *principali art.* 1. *num.* 1. *cum plurib. seqq.* Rota in dicta Gerunden. beneficij coram bon. mem. Corduba, & est communis regula quòd in lucrosis ex præsentia præsumatur acceptatio, de qua per Ias. *in l. quæ dotis n.* 70. *&* 71. *ff. solut. matr.* Crauet. *cons.* 261. *n.* 5. Bald. *cons.* 146. *num.* 8. *lib.* 1. Rolan. Aualle *cons.* 4. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 3. Dec. *cons.* 58. *n.* 1. *&* 2.

2 Nec facit, quòd Marcellus post lapsum temporis fecerit aliam acceptationem, quasi qui ex hoc excludatur, quòd aliam fecerit tempore, quia acceptatio post tempus non excludit acceptationem de tempore acceptationis, cùm simul stare potuerint de facto, & quantum ad ius inutilitas secundæ acceptationis minimè tollat vtilitatem, prout iuxta regulam, quòd superflua non vitiant, & quòd vtilè per inutilè non vitiatur, de quo per text. *in l. actus legitimi, ff. de reg. iur. cap. actus, de reg. iur. in* 6. & ita in puncto, quòd acceptatio extra tempus non noceat proximæ præsumptæ ex præsentia, respondit Rota in dicta Gerunden. beneficij coram Corduba, & in simili de duobus mandatis fuit resolutum in causa Firma. iurispatronatus 28. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & prædicta eo magis videbantur admittenda, quia onus probandi acceptationem in tempore non incumbit Marcello, cùm ipse nihil petat, sed Francisco Martino incumbit onus probandi non acceptationem in tempore, cùm ipse impetrauerit beneficium de quo agitur, tanquam vaca s, vt priùs, ob non factam acceptationem in tempore, & proinde sufficit Marcello cum prædictis reddere probationem actoris turbidam, iuxta not. *in cap. in præsentia, de præbend.*

3 Exclusa ex prædictis probatione super negatiua acceptationis in tempore, corruit gratia Francisci Martini, etiamsi probaretur Marcellum infra sex menses non acceptasse prouisionem Apostolicam, quia constitutio Pij V. 46. int. impres. in qua imponitur onus huiusmodi expeditionis, non præfigit certum tempus, & propterea non potest sibi dici quòd ob non obtentam prouisionem Apostolicam Marcellus admiserit ius sibi quæsitum ad beneficium per prædictam præsentationem acceptatam in tempore quòd ius ad rem censetur præseruatum in gratia Apostolica, Sarnen. *in reg. de iur. quæsit. non tollen. quæst.* 1. *vers. & quidem extrà*, Mandos. *cons.* 51. *per tot.* Gerunden. beneficij 2. Decembris 1611. coram me, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Meliten. seu Portugalen. Commendę.

Veneris 13. *Nouembris* 1615.

ARGVMENTVM.

Inferiores tenentur literis in forma Breuis à Papa expeditis obedire, siue præceptiuè, siue etiam monitoriæ sint, & quando dicantur præceptiuè, vel monitoriæ.

SVMMARIVM.

Papæ monitionibus perinde, ac mandatis inferiores obedire tenentur, n. 1.

Verba volumus, *&* nolumus, *secundùm sui propriam significationem sunt merè imperatiua, num.* 2.

Verborum geminatio enixam proferentis voluntatem significant, ibid. in fin.

Monitoriæ literæ expectant post se executorias, n. 3.

Verba Principis quando dicantur commendatitia, & quando imperatiua, n. 4.

Gratuita non sunt ea ad quæ nos necessitas astringit, ibid. in fine.

Verba posita in dispositiua attendi potius debent, quàm posita in narratiua, n. 5.

Verba ambigua declarantur ex his quæ præcedunt, & quæ sequuntur, ibid.

Verba Papæ monitoria in literis Breuis apposita, sufficiunt ad implorandum officium iudicis vt illis obediatur, n. 6.

Verba quando conditionaliter, & quando causatiuè intelligenda sint, n. 7.

Mandatum Episcopo datum prouidendi pauperem Clericum expirat si interim illi Clerico aliud beneficium collatum fuerit, num. 8.

DECISIO DCCII.

NOn acquiescente Illustrissimo, & Reuerendissimo D. magno Magistro ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, decisioni in hac causa coram me factæ die 23. Iunij 1614. in qua Domini concluserant ipsum vigore Breuis monitorij fel. rec. Clem. VIII. teneri conferre primam commendam vacaturam Fratri Emanueli de Couros. Propositum iterùm hac die idem dubium, quo maturè ab omnibus DD. discusso, non esse receden. à decisis censuerunt. Cùm enim de suprema summi Pontificis, & præcipuè erga inferiores collatores, potestate nefas sit dubitare ex tota rescripti Apostolici serie ponderatis omnibus eius verbis satis superque constare visum fuit, Papam adstringere voluisse D. magnum Magistrum ad conferendam d. commendam D. Fratri Emanueli. Verba siquidem de sui natura, & in proprio sensu sunt Principis iubentis inferiori, vel saltem monentis quod sufficit, quia Papæ monitionibus, perinde ac mandatis inferiores obedire tenentur, Bald. *in l. si mandatorum, num.* 2. *C. quod cum eo qui*, Dec. 1

in

in rubr. C. mand. n. 7. Barbat. *in cap. mandatum, n. 5. de rescript.* cum aliis fusissimè adductis in dicta decisione.

2 Considerabant etiam Domini tot verba in dicto rescripto imperatiua contineri, & inter alia *monemus, & requirimus ius quæsitum, & antianitatem concedas, & registrari facias*, quæ singulatim ponderata fuerunt in dicta decisione, & præcipuè cùm in eo DD. facièbant qùod summus Pontifex vtitur his verbis *volumus & nolumus*, quæ verba secundùm sui propriam significationem sunt merè imperatiua, arg. *l. si pater, §. quadam, ff. de fideic. libert.* & prolata à Princi, e inducunt formam præcisam, Seraph. *decis. 1474.* qui refert ita aliàs coram Reuerendissimo Attebaten. à Rota iudicatum, & patet ad sensum, quia ex stylo Cancellariæ Apostolicæ in omnibus literis Apostolicis hoc verbum *volumus* ponitur, legemque præscribit executoribus. Nec solùm hoc verbo, *volumus*, semel vtitur, sed etiam illud repetitum legitur, quæ repetitio est maximum enixè Papæ voluntatis argumentum, arg. *l. Balista, ff. ad Trebell.* Purpur. *cons. 558. n. 25.* Cephal. *cons. 251. n. 77.* Decia. *cons. 44. n. 14. & 15. lib. 3.* cum multis aliis adductis in vna ciuitatis Castelli bonorum 21. Maij 1614. coram me.

3 Animaduerterunt etiam DD. Papam in eisdem literis declarauisse non esse D. Emanueli denegandam facultatem redeundi ad Sedem Apostolicam pro opportuno iuris remedio, quatenus magnus Magister vigore d. Breuis ei non prouideat: vnde colligitur literas esse monitorias, quæ post se expectant executorias, Dec. *in cap. literis, de rescript.* latè Federic. de Sen. *quæst. 290. n. 1. 2. & 3.*

4 Hoc posito non obstant, quæ ab informantibus pro magno Magistro dicuntur, rescriptum istud non esse monitorium, sed commendatitium, vt colligitur ex his verbis contentis in narratiua, *nostra commendationis fauor accedat*: vnde inferunt literas in dubio iudicandas esse commendatitias, quia Pontifex eas concedens tales nominat; tum etiam quia eundem magnum Magistrum monet, vt beneficentiam suam exerceat erga d. Fratrem Emanuelem, quibus verbis non vtitetur, si necessariò primam vacaturam eidem conferre vigore dicti Breuis teneretur, cùm non sint gratuita ea ad quæ nos necessitas adstringit.

5 Huic obiectioni duobus modis responderunt Domini, & 1. hæc verba legi in narratiua d. rescripti, sed postea in dispositiua adsunt verba illa superiùs dicta merè imperatiua, ex quibus elicitur clara voluntas summi Pontificis iubentis, aut saltem monentis, quæ potiùs attendi debent, quàm contenta in narratiua, secundùm Barr. *in l. Aurelio Sticho, ff. de liber. legat.* Dec. *cons. 28. n. 3.* & fuit resolutum in illa Romana mensæ nummulariæ coram R. D. meo Decano 30. Iulij 1614. Secundò responsum fuit verba illa vrbanitatis plena, & æquiuoca in principio apposita recipere interpretationem à verbis subsequentibus imperatiuis, quæ in medio, & in fine rescripti sunt apposita, quod non est nouum in iore, cùm ambiguitas scripturarum, & etiam voluntatis ex his quæ præcedunt, & quæ sequuntur, interpretationem recipiat, *l. heredes palam, §. sed & si notam, ff. de testam. l. si seruus plurium, §. vlt. l. qui filiab. in princ. de leg. 1.* glos. *in l. ille à quo, § si de testam. in verb. verba fideicomm. ff. ad Treb.* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 13. n. 1.* Sutd. *cons. 565. n. 6.*

6 Nec obstare visum fuit, quod dicitur literas illas etiam cum verbo, *monemus*, & *requirimus*, ideò non imposuisse legem magno Magistro, quia non habent vllum annexum mandatum, quia tunc demum monitoria habent vim præcepti, quando Papa mandat, aut præcipit. Responsum enim fuit non solùm præceptorias, sed etiam monitorias literas præcisam imponere necessitatem inferiori collatori, & licet illud verbum *mandantes*, non sit appositum, adsunt tamen in d. Breui verba æquiualentia, de quibus suprà, quæ satis superque visa sunt sufficere, ad hoc vt literæ si non præceptoriæ, saltem monitoriales iudicentur, quæ licet ius in re non quærant, sufficiunt tamen ad implorandum iudicis officium, *c. si sulu de concess. præben. in 6.* Doct. Canonistæ *in cap. literis, de rescript. & in cap. dilectus, de præben.* & fusius fuit firmatum in præcedenti decisione in hac causa facta.

7 Nec etiam obstat, quòd dicitur, per verba illa, prout *iuris & æquitatis ratio postulat*, limitari alia verba imperatiua. Placuit enim responsio data in suprà dicta decis. non n. debent intelligi conditionaliter, sed causatiuè, arg. text. *in c. Abbate, de verb. sign.* Bertaz. *de claus. instr. claus. 5. glos. 2. n. 5. vers. & sciendum*, cum multis ibidem allegatis.

Nec applicari potest dispositio *c. si illo, & c. si pauper, de præben. in 6.* vbi si datur mandatum Episcopo prouidendi pauperem clericum, si interim aliud beneficium illi collatum fuerit, non tenetur ampliùs Episcopus prouidere, hæc. obiectio tollitur ex lectura Breuis, cum appareat D. Emanuelem tunc temporis tam commendari, quàm vocant iustitiæ, obtinuisse, & perijsse gratiosam commendam sibi afferri, non ratione paupertatis, sed meritorum intuitu, & obsequij per eum redditi suæ religioni, a qua nullam aliam remunerationem acceperat. Quæ dicuntur de subreptione Breuis, de eiusdem registratione, ac de prætensa renunciatione facta per D. Fratrem Emanuelem iuris sibi per d. Breue quæsiti sublata fuerunt, ex deductis in d. decisione coram me facta, cuius rationes iterùm examinatæ placuerunt Dominis. Et ita decisum. vtraque parte informante. 8

R. P. D. SACRATO,

deinde S. R. E. Cardinali.

Romana de Cangijs.

Lunæ 16. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Soluens alterius debita, contra debitorem, pro quo soluit, habet vtilem gestorum negotiorum actionem, potestque creditor pro sui crediti satisfactione executionem facere contra nomen debitoris.

SVMMARIVM.

Soluens debita alterius habet contra debitorem, pro quo soluit, vtilem negotiorum gestorum actionem, n. 1.

Compensatio regulariter non fit ipso iure, nisi in quibusdam casibus priuilegiatis, ibid. post med.

Creditor potest facere executionem super nominibus debitoris, ibid. in fine.

Debitor debitoris consideratur tanquam res inanimata reperta in bonis principalis debitoris, n. 2.

Compensatio, & restitutio à pari procedunt, ibid. in fin.

DECISIO DCCIII.

1 Quondam Blasius Cangius soluit proprium æs alienum quod nepotes ipsius occasione donationis ad eorum fauorem emanatæ soluere tenebantur, & hoc pacto effectus fuit eorum creditor vtili negotiorum gestorum actione, vt aliàs in hac causa fuit decisum in Rota. Postea defectum fuit eumdem Blasium contraxisse noua debita cum D. Ioan. Antonio Citarella, & consortibus, qui propterea mortuo eodem Blasio egerunt contra dd. nepotes donatarios pro consecutione pecuniarum, quas Blasius soluerat pro eisdem donatarijs, & sic contra nomina debitorum ipsius Blasij. Post plures annos dd. nepotes donatarij se opposuerunt præd. creditoribus Blasij, ex eo, quia ipsi deinde extinxerunt alia debita pro dicto Blasio, & ex quo Ioannes Baptista alter ex dd. nepotibus, & donatarijs repertus fuit creditor D. Blasij ex alijs causis. Ideòque prætendebant ex hoc nouo credito extinguere illud quod Blasius contra seipsos habebat, & hoc modo excludere Citarellam, & consortes: propterea coram me dubitatum fuit, an id nepotibus liceret? Et pro negatiua tentum, prætendendo creditum Blasij cum nepotibus non fuisse extinctum, eo ipso quòd nepotes aliquid pro eo soluerunt, vel aliàs effecti fuerunt illius creditores, sed ex illo tempore fuisse nepotes ex vna causa debitores Blasij; ex alia vero creditores, etenim exceptis quibusdam casibus priuilegiatis compensatio non fit ipso iure, sed qui vult compensare, debet opponere, *l. 2. C. si quid à fideiussore, ff. de compensat.* glos. *in l. 4. vers. ipso iure, C. eod.* Tindar. *in tractatu de compensat. art. sexto, num. 23. & 77.* Parif. *cons. 82. num. 83. vers. propterea, lib. 1.* Propterea cùm nepotes Blasij in vita ipsius Blasij nunquam dederint de compensatione, resultat quòd viuente Blasio debitum, & creditum hinc inde remansit in suo esse. Et hinc sequitur licuisse Citarellæ, & alijs creditoribus Blasij, qui inuenerunt hoc nomen debitoris adhuc extans super illo, sibi ipsi satisfacere, iuxta notata per Neguf. *in tractatu de pignor. par. 2. membr. 3. num. 22. & 23.* & ponit in specie Francus *decis. 57. per tot.*

Non

2 Non obstat, quòd Citarella, & alij creditores Blasij repræsentent ipsum Blasium, & proinde sicut compensatio posset per nepotes opponi ipsi Blasio, ita debebat posse opponi creditoribus illum repræsentantibus, quia fuit responsum non esse verum quod creditores Blasij repræsentent ipsum Blasium, sed imò repræsentant personam propriam, quæ vult satisfieri in bonis sui debitoris: etenim debitor debitoris in hoc casu consideratur tanquam res inanimata reperta in bonis principalis debitoris, *l. bonorum*, §. *fin.* vbi Alban. *ff. de verb. signif.* Surd. post alios *cons.* 4. *num.* 18. atque hinc apparet non benè inferri de compensat. quæ posset opponi Blasio ad compensationem opponendam creditoribus, non ideo compensatio posset opponi Blasio, quia si Blasio solueret ex vna causa, statim ab illo posset repeti ex alia: vnde leges ad euitandum inanem circuitum, inuenerunt remedium compensationis, quando agitur singulariter inter debitorem, & creditorem: at quando creditor agit contra debitorem sui debitoris, cessat ista ratio, quia creditor non tenetur soluere debita sui debitoris: vnde si exigat à debitore sui debitoris, non tenetur restituere; ergo neque compensare, quia hæc duo pari passu ambulant, *l. si debitor*, *ff. qui potiores in pignore habeantur*, Gabr. *in cons.* 329. *n.* 1. *lib.* 1.

3 Neque etiam obstat, quòd donatarij de anno 1608. petierint dictam compensationem, quia non suffragatur vti facta contra tertium, hoc est, creditores Blasij, qui non tenentur compensare, vt per Franciscum in suprà allegata *decis.* 53. *num.* 10.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana legatorum de Columna.

Veneris 20. *Nouembris* 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum.

SVMMARIVM.

Saluiani interdicti iudicium impeditur per exceptionem claram, & in continenti probatam, aliàs secus, *n.* 1.

Possessio arguit dominium, *num.* 2.

Legitimæ imponi non potest fideicommissum, declara, vt num. 2. *vers. verum quia.*

Fideicommissaria bona possunt alienari pro solutione debitorum fideicommittentis, *num.* 3.

DECISIO DCCIV.

1 FVit confirmata decisio in hac causa facta sub die 27. Ianuarij 1614. & quòd pro legato competat Saluianum, etiam super mobilibus pecunijs, & nominibus creditorum, & quòd constet de primo, & secundo extremo, Domini non dubitarunt, ex deductis in prædicta decisione. Difficultas fuit restricta ad exceptiones, quibus D. Comestabilis prætendit impedire cursum Saluiani, & quia fuit sæpiùs firmata in Rota distinctio, nempè, quòd si exceptio est clara, & in continenti probata, admittitur, aliàs non, vt patet ex allegatis in eadem decisione, ideò Domini institerunt in eo, vt videretur, an crediti D. Comestabilis, quibus prætendit impedire immissionem legatariorum, essent clara, vel potiùs dubia, & requirentia altiorem indaginem, & quòd dempto credito scutorum 30000. firmata in alia decisione, visum fuit Dominis, quòd reliqua sint dubia, & requirentia altiorem indaginem: nam D. Comestabilis, vt absorbeat scuta 170000. quæ desumptis dictis scutis 30000. remanent in hæreditate Marci Antonij quarti in mobilibus pecunijs, & nominibus debitorum allegat, quòd hæreditas Marci Antonij quarti est sua debitrix occasione locorum montium, quæ idem Marcus Antonius quartus erexit, & quòd pro dicto suo credito vult se reualere super dictis scutis 170000.

2 Replicant legatarij, quòd D. Marcus Antonius erexit loca montium, hoc fecit sub bonis a se possessis, quæ bona præsumuntur fuisse D. possidentis, *l. ob maritorum*, vbi Bart. *in summario*, & glos. *in verbo occupata sunt*, *Cod. ne vxor pro marito*, Bart. *cons.* 29. *n.* 4. *lib.* 1. cum concord. & proinde cùm D. Comestabilis habeat bona super quibus fuerunt erecti montes, potest, & debet cum dictis bonis soluere loca montium, siue sibi ipsi satisfacere, quam difficultatem vt euitet D. Comestabilis, siue informantes pro eo, confugiunt ad fideicommissa, quibus dicunt esse obnoxia illa bona ad fauorem D. Comestabilis; vnde sequitur, quòd Marcus Antonius quartus onerando illa bona, remanserit debitor fideicommissi, & consequenter D. Comestabilis fideicommittentis, verùm, quia fideicommissa ascendentium alia sunt ista, quæ allegantur per Dominum Comestabilem, habent semper in ventre exceptionem legitimæ, quæ non potest fideicommisso grauari, vulg. *l. quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* ideò, vt exceptio excludat, debet probari, quòd legitima fuerit per illos, quibus debebatur, & signanter per Fabritium filium Marci Antonij secundi prætensi fideicommittentis, legitimis portionibus consumpta, quia aliàs in illa, siue in illis sustinetur erectio locorum montium, cùm plus importet legitima, quàm erectio locorum montium, & in hoc fuit dictum defecisse Dominum Comestabilem, cùm non probauerit incontinenti dictam consumptionem, prout requiritur ad impediendum Saluianum, ex aliàs allegatis.

3 Accedat, quòd ex multis circumstantijs datur magnus fumus, quòd prædictæ erectiones fuerunt factæ per Marcum Antonium quartum pro extinctione æris alieni suorum maiorum, & sic ipsorummet fideicommittentium; nec enim alia de causa potuissent alienari, seu grauari bona stabilia dicti Marci Antonij quarti tunc pupilli, ad not. *in l. ob æs*, *C. de præd. min. l. magis puto*, §. *non passim*, *ff. de reb. eorum*, &c. Item quòd ex dictis scutis 170000. quibus de nouo adduntur scuta 230000. pro tot acquisitionibus stabilium factis per eundem Dominum Marcum Antonium quartum, legatarij petunt tantum scuta 27000. Vnde solutis legatis remanent scuta 160000. in quibus vltra alia, de quibus suprà, D. Comestabilis potest exercere prætensiones, quas habet contra hæreditatem Marci Antonij quarti, & consequenter eò magis dubia remanet sua exceptio contra ista scuta 27000. petita à legatarijs, qui vlteriùs offerunt cautionem de restituendo casu, quo hæreditas non reperiatur soluendo, iuxta notat. *in l. fin. C. de petit. hæred.* cum alijs in alia decisione allegatis. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. ANDREA.

Burgen. seruitij.

Die 20. *Nouembris* 1615.

ARGVMENTVM.

Expensarum condemnatio facta in lite contra Canonicos, & alias dignitates, nunquid exequi possit contra eorum successores. De vi & efficacia clausulæ *Parito iudicato*.

SVMMARIVM.

Expensarum condemnatio contra Canonicos lata an transeat contra Canonicorum heredes, *n.* 2. *& seq. & per tot.*

Res iudicata præiudicat successoribus in officio, *n.* 3.

Clausula Parito iudicato *operatur vt quis non audiatur absque eo quòd pareat*, *n.* 4. *& n.* 8. *in fine.*

Arbitrium regulatur a iure, *n.* 4.

Expensarum solutio venit in executione rei iudicatæ quando in sententia adest illarum condemnatio, *ibid. in fine.*

Commissio est facta communis per illius præsentationem, & citationem ad dicendum contra, *n.* 8. *vers. cum enim.*

Tertius admissus ad causam in cuius commissione clausula Parito iudicato *non auditur*, *nisi iudicato pareat*, *n.* 9.

DECISIO DCCV.

1 INtroducta lite in Rota inter plures dignitates Ecclesiæ Burgen. habentes Canonicatum, vel portionum distinctam ex vna, & Canonicos, & portionarios simplices dictæ Ecclesiæ ex altera, super eo, an dignitates præfatæ tenerentur in dicta Ecclesia, & choro ad præstandum seruitia Canonici, & portionarij, prout tenebantur, & præstabant cæteri Canonici, & portionarij simplices. Ad quam causam aliæ dignitates ob interesse si in posterum obtinerent Canonicatum, vel portionem, deinde venerant, condemnati fuerunt per tres sententias Rotales omnes, qui tunc obtinebant, & in posterum obtinerent dignitates, & Canonicatus, seu portiones distinctas, & separatas ad ea præstanda in omnibus, & per omnia, prout præstabant simplices Canonici, & portionarij, cum condemnatione expensarum in forma, & in vim trium fuerunt relaxatæ exe-

exequutoriales, & successiuè intimatæ singulis dictis dignitatibus, quæ verbo responderunt *parere*, excepto Decano, qui obedire expressè recusauit.

2 Vnde dato dubio per R.P.D. meum Pirouanum an esset danda declaratoria sub die 4. Iulij 1614 fuit resolutum (excepto Decano, de quo videretur) contra alios non esse dandam, non quoad præstationem dictorum seruitiorum, quia sufficit oblatio de parendo, cùm tunc nihil esset præstandum; non etiam quoad expensas, quia lis non fuerat mota contra dignitates collegialiter, sed contra obtinentes de eo tempore Canonicatum, neque nomine Capituli pro interesse Ecclesiæ, sed propter vtilitatem singulorum, & ideò contra Canonicos dignitates obtinentes, & tunc de mortuos, ac Canonicis, qui de tempore rei iudicatæ non extabant, pro expensis non daretur actio, cùm illa solùm transeat ad hæredes Canonicorum, & contra hæredes dignitatum, per *decis. 777. in princ. par. 1. diuers.* Et in causa Elboren. dismembrationis 7. Nouembris 1603. coram Illustriss. Millino: contra dignitates autem superuenientes deberet fieri liquidatio expensarum pro earum ratis, iuxta decis. Verall. 343. *par. 1.*

3 Sed quia eueniente casu seruitij Abbas de Zernaros, & Canonicus recusauit seruire, fuit disputatum, an esset danda declaratoria contra istum, & Decanum in alia disputatione reseruatum? & Rota die 16. Martij præteriti censuit contra istos declaratoriam esse dandam, quia sufficit in sententijs fuisse citatas, & condemnatas dignitates tunc Canonicatum habentes, & quæ in futurum habebunt. Et quia res iudicata præiudicat successoribus in beneficio, quia sententia respicit onus ad dignitatem pertinens, non autem ad personam, quo casu successores etiam afficiuntur.

4 Cùm autem pro parte dignitatum fuisset commissa causa restitutionis in integrum, cum clausula *Parito*, quoad expensas arbitrio Rotæ iudicato. Hodie 15. Nouembris 1615. dubitaui, an intraret arbitrium? & Domini quoad ratam expensarum, quas reficere debent dignitates, quæ fuerunt in illa lite, & adhuc superuiuunt, nullam difficultatem habentes, illud non intrare vnanimiter censuerunt, quia cùm fuerint condemnatæ per tres sententias conformes, quæ transitum fecerunt in iudicatum, nulla æquitas, nullaque iuris ratio suadet, vt de nouo audiantur, absque eo quòd pareant, quia arbitrium regulatur prout de iure, Bart. *in extrauag. ad reprimendam, verbo videbitur, n. 8.* Alex. *cons. 33. n. 3. lib. 1.* Cæsar. de Graff. *decis. 7. n. 7. & decis. 8. n. 2. de re iudic.* Et de iure exequutio trium conformium debetur, *Clem. vt calumnijs, eodem tit.* in qua exequutione veniunt etiam expensæ, quando in sententia adest illarum condemnatio, Ferret. *cons. 43. num. 7.* Odd. *de restit. in integr. part. 2. quæst. 71. art. 6. n. 63.* Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 18. n. 142.* Modern. *de clausul. 84. n. 1.* & sæpiùs fuit resolutum.

5 Difficultas erat quoad alias dignitates, quæ successerunt. Alij enim credebant esse locum *Arbitrio*, quia ipsæ non tenentur ad aliquas expensas, vt fuit firmatum in prima decisione coram R.P.D. Pirouano, & clarè etiam constabat in decisione bon. mem. Litiæ 20. Nouembris 1595. in hac causa facta, in qua dictum fuit hic non agi de vtilitate aliqua Ecclesiæ, cùm eius non intersit, vt seruitium ab vno magis, quàm ab alio præstetur, dummodo dicto seruitio non defraudetur, sed potiùs de commodo singulorum, qui contendunt se exonerare, & tale onus in alios transferre, quo casu sumptus litis nunquam possunt dici spectare ad Ecclesiam, nec debiti à Collegio, sed à singulis, & ideò vel sunt deducendi pro vtraque parte ex massa communi, vel ex proprijs redditibus singulorum.

6 Hinc cessare putabant deducta per Abbatem *in cap. reprehensibilis, num. 21. & seq. de appellat.* & ibi Franch. *num. 21.* Dec. *num. 34.* Quia loquuntur in beneficiato, qui litigauit pro defensione Ecclesiæ, vel quando lis fuit facta collegialiter, vt patet ex eorum lectura, quod non applicatur casui nostro, in quo non fuit actum collegialiter, nec lis respicit vtilitatem Ecclesiæ, sed interesse singulorum, vt fuit firmatum in vtraque decisione: vnde cùm istæ dignitates successores, quæ non fuerunt in illa lite, non teneantur reficere expensas, omnis æquitas, ex qua relaxari solet rigor clausulæ *Parito*, suadet vt sit locus *Arbitrio*, ne ex aliorum negligentia ipsæ reperiantur impeditæ prosequi ius suum, *l. si seruus communis, §. quod verò, ff. de furt.* cum concord. adductis per glos. *in princ. Instit. de nox. actionib. in verbo iniquum.*

Prout etiam respondebant ad decis. 761. *& 809. part. 1. diuers.* Quia loquuntur in expensis, quæ erant reficiendæ antecessoribus, quæ debentur successori tanquam spectantes ad Ecclesiam, non autem dicunt, quòd successor teneatur ad expensas, ad quas tenebatur antecessor pro defensione sui iuris singularis, vt loquitur *decis. 777. par. 1. diuers.* Decision. autem R.P.D. mei Decani in causa Burgen. iurisdictionis de Berbrisca 6. Februarij 1604. quæ loquitur in clausula *Parito*, dicebant eam non attingere istum casum, quia non dicit, quòd Episcopus successor teneatur soluere expensas, sed quòd non possit audiri, nisi fuerit paritum iudicato, etiam quoad expensas, quæ debent solui ab eo, qui illas soluere tenebatur. 7

Alij oppositum sentiebant, atque ita quòd arbitrium non intraret, quia cùm dignitates commissionem obtinuerint cum dicta clausula *Parito*, & illam in actis produxerint, nec non illius vigore processerint ad plures actus, non videtur quòd hodie possint ab ea recedere, & petere illius reductionem, ex regula, *quod semel placuit, de reg. iur. in 6.* Cùm enim ex præsentatione commissionis, & citatione ad dicendum contrà, commissio facta sit communis, sequitur ex clausula ista *Parito* fuisse quæsitum ius Capitulo, cuius clausulæ virtus operatur, vt antequam audiri possent dignitates condemnatæ, fieri debeat integra solutio, Staphil. *de liter. iustit. §. dicendum n. 42.* Modern. *de clausul. 84. n. 7.* 8

Vnde videmus in fortiori casu, si tertius compareat in causa commissa cum ista clausula, & faciat se admitti in statu, & terminis, in quibus reperitur, tunc istam clausulam *Parito* illi obstare, cùm per huiusmodi admissionem dicatur eam acceptasse Verall. *decis. 1. lib. 1. in manuscript.* & tradunt Modern. *vbi suprà n. 4.* Et præterea successores in dignitate tenentur ad expensas, ad quas condemnati fuerunt illorum Antecessores, ex quo litigarunt nomine dignitatum, Abb. Franc. & Dec. suprà allegati *in d. cap. reprehensibilis*, & fuit resolutum in dicta Burgen. iurisdictionis de Berbrisca. 9

Nec obstabant decisiones factæ in hac causa coram R. P.D. meo Pirouano, & coram bon. mem. Litta, in quibus fuit dictum successores in dignitate non teneri ad expensas litis, iuxta dictam *decis. 777. part. 1. diuers.* Quia cùm hodie legatur *decis. 809. ead. part. 1.* reuocatoria *d. decis. 777.* cuius rationes videntur multum stringere, & postea sub die 16. Martij præteriti coram eodem Domino Pirouano resolutum fuerit in sententijs fuisse citatas, & condemnatas dignitates, tunc habentes Canonicatum, & quæ in posterum sunt habituræ, & rem iudicatam successoribus in beneficio præiudicare, cùm sententia respiciat onus pertinens ad dignitatem, non ad personam; hæc difficultas cessare videbatur, & ideò cùm arbitrium regulетur à iure, non est sine causa recedendum à iuris dispositione impediente iurisdictionem sub conditione datam, donec fuerit paritum, Put. *decis. 429. lib. 1. & decis. 283. lib. 2.* Verall. *decis. 150. n. 3. par. 2.* Nec valebat dicere supradicta procedere, quando fuit bona fide lis acta in vtilitatem Ecclesiæ; quia licet dignitates succubuerint, non ideò tamen illæ cessarunt gerere necessarium negotium pro defensione iurium ipsarum dignitatum, cùm sufficiat negotium fuisse vtiliter cœptum, nec attendatur postea quid venerit, Surd. *decis. 278. n. 8. in fin.* 10

Et licet ex prædictis Domini essent varij, tamen pro denegatione arbitrij placuit indistinctè illa ratio, quòd si daretur arbitrium quoad dignitates successores, quæ non tenerentur ad expensas, eluderetur clausula *Parito*. Nam veteres dignitates causam non prosequendo iudicato non parerent, & nihilominus, quia idem ius habent, cùm nouis dignitatibus iuuarentur, sententia per illos obtinen. contra reg. text. *in cap. tua, de procur. & in reg. cùm quid vna via, de reg. iur. in 6.* Vnde ex hoc capite non intrare arbitrium, vnanimiter fuit resolutum, &c. 11

R. P. D. VBALDO.

Burgen. Abbatiæ de Salas.

Veneris 20 Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Gratia non suffragatur nisi constet de illius acceptatione, quæ concludenter, & non præsum-

ſumptiuè probari debet. Ponuntur autem in hac deciſione, quæ in hac materia eſt ſingularis, & memorabilis, plures præſumptiones, quibus gratia præſumitur, & non præſumitur acceptata. In contingenti caſu recurras ſemper ad hanc deciſionem à ſapientiſſimo Auditore factam.

S V M M A R I V M.

Epiſcopus conferens beneficium vacans in ſuo menſe, & vigore d. collationis ſi prouiſus reperiatur in poſſeſſione, vterque dicitur habere intentionem fundatam, n. 1.

Reſeruatio veniens ad annullandum anteriorem collationem ordinarij, & excludendum reum poſſeſſorem, debet concludenter probari, num. 2.

Beneficia Prothonotariorum ſunt reſeruata, etiamſi non ſint de numero participantium, n. 3.

Gratia quæ non emanauit motu proprio Papæ pro ſeruitio Eccleſiæ, ſed ad ſupplicationem partis, non ſuffragatur, niſi eiuſdem ſupplicantis adſit conſenſus, n. 4.

Papa ſi transfert vnum Epiſcopum ad alium Epiſcopatum, an requiratur eiuſdem Epiſcopi conſenſus, ibid.

Gratia non ſuffragatur niſi fuerit acceptata, & præſumitur acceptata quando adeſt conſiderabilis impenſa, & an ſufficiat literas eſſe expeditas, n. 5. & num. 6. Vbi de eadem materia.

Gratia Prothonotariatus an acceptationem requirat, n. 6. & 7.

Beneficia Prothonotarij abſentis nunquid ſint reſeruata quando non conſtat de acceptatione, n. 7.

Acceptationis gratiæ non eſt ſufficiens probatio, ſed tantum præſumptio, ea quæ oritur ex regiſtratione ſupplicationis etiam ſupplicante præſente, n. 8.

Supplicatio non præſumitur impetrata per oratorem in ea nominatum, niſi hoc aliunde conſtet, ibid.

Gratiæ acceptatio non cenſetur probata ex ſola ſupplicatione expedita, vel regiſtrata, n. 9. in fine, & n. 11. & 13. Vbi declaratur hæc concluſio.

Mandatum licet præſumatur ex ſuſtentatione litis ſimul cum impenſa, impenſa tamen aliunde probari debet quàm ex ſubhaſtatione litis, n. 10.

Præſumptio non oritur ex facto non plenè probato, ibid.

Dominium præſumitur ex poſſeſſione concludenter probata, ſecus probata tantum præſumptiuè, ibid.

Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ex obſeruantia contractus 30. annorum, dum tamen obſeruantia plenè probetur, ſecus ſi præſumptiuè, ibid.

Præſumptionum plurium concurſus à iure non admittitur, num. 11.

Gratiæ acceptatio ad effectum priuandi poſſeſſorem beneficio, vt probata dicatur, plures præſumptiones non ſufficiunt, ibid.

Negatiua quod quid non ſit ſcriptum in libris officialium, probatur per diligentiam eorumdem officialium aſſerentium in dictis libris non reperiſſe, &c. n. 12.

Gratiæ acceptatio non probatur per publicam vocem, & famam, n. 14.

Fama non cenſetur probata per teſtes de tempore ortæ famæ non deponentes, ibid.

Supplicatio vbi eſt ſignata cum diuerſis reſtrictiuis, & caſſaturis, non cenſetur acceptata, n. 16.

Poſſibilitate data in contrarium corruit omnis probatio, n. 17.

Gratia non præſumitur acceptata quando is qui gratiam obtinuit, alteram porrexit ſupplicationem, n. 18.

Præſumptio vna tollit aliam, & fortior vincit debiliorem, num. 20.

Reſeruatio non intrat quando contra eam opponitur aliquid coloratum, ibid.

Præſumptiones plures vbi ſunt inter ſe contrariæ præferuntur illæ, quæ fauent reo, & poſſeſſori, num. 21.

DECISIO DCCVI.

1 POſt varias huius cauſæ propoſitiones, viſum fuit DD. vt diſputarem dubium ſuper iuſtificatione gratiæ R. P. D. Queſadæ. Quo propoſito die 26. Iunij præteriti, & non reſoluto, illud denuò propoſui hac die 20. Nouembris 1615. Et Rota, vtraque parte informante, cenſuit, dictam gratiam non eſſe iuſtificatam quoad reſeruationem. Fundamentum præcipuum fuit, quia hoc caſu agitur de reſeruatione contra prouiſum ab Ordinario, qui bona fide contulit beneficium vacans in ſuo menſe, & prouiſus reperitur in poſſeſſione, quo caſu vterque dicitur habere intentionem fundatam de iure communi, *c. ex frequent. de inſt.* Fel. *in c. cum venerabilis, n. 32. de excep.* Dec *conſ. 117. pro tenui, n. 1.* Rot. *dec. 4. in princ. de conc. præb. in non.* cum alijs per Modern. *ad reg. 8. §. 1. proœmial. n. 21.* & gloſ. 11. *n. 37. & 38.*

Ex quo ſequitur, vt tali caſu, quia reſeruatio venit ad annullandam anteriorem collationem Ordinarij, & excludendum reum, & poſſeſſorem, debeat plenè, & concludenter probari, Ægid. *dec. 612.* Put. *dec. 266. lib. 3.* Rota *diuerſ. dec. 146. n. 3. & 4. p. 2.* Verall. *dec. 10. par. 2.* & fuit dictum in Giennen. Canonicatus 11. Martij 1587. coram Robuſterio, vbi expreſsè dicitur, quòd quia agebatur contra poſſeſſorem, prouiſum ab Ordinario bona fide, non erat per plures præſumptiones amouendus à poſſeſſione, ſed per plures probationes, & fuit etiam dictum in Hiſpalen. Archidiaconatus 20. Februarij, & 26. Iunij coram Iuſto, in Calaguritana de Ocon 30. Ianuarij 1606. coram R. Lugdunen. & in Burgen. de Pancoruo 24. Octobris 1585. coram Gypſio, & alias deciſiones allegat Modern. ad *reg. 8. gloſ. 11. n. 100. & ſeqq.* 2

Reſeruatio autem in caſu iſto deducitur ex Prothonotariato Andreę, & benè, quia beneficia Prothonotariorum ſunt reſeruata, etiam ſi non ſint de numero participantium, Put. *dec. 313. lib. 1.* Verall. *dec. 327. lib. 1. in manuſcrip. & dec. 404. p. 2. & 27. par. 3. in impreſſ.* & fuit firmatum in prima deciſione huius cauſæ 14. Maij 1612. & alias deciſiones adducit Modern. *ad reg. 8. gloſ. 51. n. 9.* Ad Prothonotariatum autem probandum datur ſumptum ſupplicationis ſignatæ, extractum ex regiſtro ſupplicationum fel. re. Gregorij XIII. Ex quo tamen ſumpto in caſu iſto DD tenuerunt, non probari Prothonotariatum, & conſequenter reſeruationem, quia non conſtat ſufficienter de acceptatione gratiæ per Andream, ex infrà allegandis. 3

Pro cuius reſolutionis fundamento, neceſſariò præſuppoſuerunt in hoc caſu requiri acceptationem, & mouebantur Domini, quia cùm hæc gratia Prothonotariatus non emanauerit Motu proprio Papæ, pro ſeruitio Eccleſiæ, ſed ad ſupplicationem partis, vt faueret Oratori, requirebatur eius conſenſus: vt benè ad propoſitum diſtinguit Abb. *in c. fin. col. fin. n. 13. de poſtul. prælat.* vbi quòd ſi Papa transfert Epiſcopum ad alium Epiſcopatum propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſię, non requiritur aliquis conſenſus Epiſcopi; ſi verò transfert propter meritum perſonæ, & tunc requiritur eius conſenſus, cùm id Papa faciat, ob eius gratiam. & pro hoc faciunt, quæ ſcribit Cald. *conſ. 1. de tranſlat. prælat.* Et quod requiratur acceptatio facit deciſio Achil. 1. *de priuileg.* Lap. *alleg. 89. n. 6.* Mohed. *deciſ. 18. de præb.* Et in noſtris terminis firmat Mandoſ. *ad reg. 1. Cancellar. q. 8. in fin.* & Simonett. ſeu potius Granut. *de reſeruat. q. 100. n. 8. & 9.* 4

Et confirmatur, quia quatenus deciſiones dicunt acceptationem poſſe induci, & præſumi, aut expenſa centum ducatorum, aut ſtante expeditione Bullæ, vel ex alijs de quibus infrà, apertè ſentiunt requiri acceptationem, cùm alias fruſtra induceretur d. præſumptio. & in iſtis terminis loquuntur Mohed. *d. dec. 18 de præb.* Put. *dec. 27. n. 9. lib. 1.* Creſc. *dec. 1. de præſumpt.* Rota *diuerſ. deciſ. 7. lib. 2. par. 3. & dec. 43. lib. 1. ead. par. 3.* Sarnen. *in reg. de Annal. q. 32. n. 6.* diſtinguendo inter caſum in quo adeſt conſiderabilis impenſa, & inter caſum in quo non adeſt, & Rota in vna Carthaginen. beneficij 26. Febr. 1603. coram Illuſtr. Lancellotto diſtinguit, an litteræ ſint expeditæ, vt tunc acceptatio non requiratur; ſecus verò ſi litteræ non ſint expeditæ, & facit deciſ. Verall. 326. incipit, *Prothonotarij, lib. 1. in manuſc.* ſimiliter deciſio Tholomæi inter diuerſ. 1033. *par. 3. lib. 3.* quatenus dicit, creatum Prothonotarium cenſeri acceptaſſe. 5

Et licèt d. deciſ. Tholomæi adducat duas rationes, tum propter compoſitionem centum duc. tum quia Prothonotariatus eſt officium publicum, quæ rationes ſignificantur etiam *in dec. 1292. ead. par. 3.* & adducuntur etiam in illa dec. Put. 339. *lib. 2.* quæ eſt *dec. 329.* ſecundùm nouam impreſ. & eſt eadem cum d. dec. Tholomęi, & eadem die menſe & anno emanauit, prout videtur etiam eadem cum *d. dec. 1292.* Tamen in iſta Putei additur in fine, non ita placuiſſe DD. rationem, quia Prothonotariatus concernat publicam vtilitatem, quaſi Prothonotarij ſint deputati ad ſcribendum geſta Martyrum, cùm hoc conueniat ſolis partici- 6

tici-

ticipantibus: sed magis aliam, quæ erat propter compositionem quæ soluitur, & sic sensit illa decisio, quòd in Prothonotarijs non participantibus, in quibus terminis nos versamur, sit necessaria acceptatio saltem præsumpta propter impensam.

7 Et quamuis *dec. 373. ead. p. & lib. 3.* residere videatur in eo, quòd beneficia Prothonotarij absentis creati sint reseruata, quamuis non constet de acceptatione; tamen venit intelligenda iuxta dec. Cresc. 15. quam allegat ius. doct. Bart. *in l. non solum, §. liberationis, ff. de lib. leg.* cum vulg. quæ est *decis. 1.* Cresc. *de præsumpt.* expressè dicit, Bullam Prothonotariatus eum probare, quamuis aliter non constet, quòd ille ratum habuerit, & reddit rationem, scilicet, propter impensam. Vnde omnes istæ decisiones præsupponunt requiri acceptationem, saltem præsumptam; si verò id negant, intelligunt de acceptatione expressa, vt ex supradictis patet.

8 Cum isto igitur præsupposito requisitæ acceptationis, vt suprà, firmato, faciliùs procedit resolutio, de qua suprà, quòd non probetur acceptatio gratiæ Prothonotariatus, ad effectum de quo agitur, probandi plenè, & concludenter reseruationem, & ex ea excludendi prouisum ab Ordinario, & possessorem. Sola enim registratio supplicationis, etiamsi supplicans esset præsens in Curia, non est sufficiens probatio, sed tantùm quædam præsumptio acceptationis gratiæ, & ideò Rota, vltra talem præsumptionem, solet desiderare aliquod adminiculum, ex eo desumptum, quòd vel fuerit probatus vsus gratiæ, vel interuenerit expeditio literarum, vel considerabilis impensa, & ita procedunt decisiones suprà proximè allegatæ, Gomes. *in reg. de annal. quæst. 33. circa med. vers. Rota tamen, & in reg. de triennal. q. 38. in fin.* Put. *decis. 2. sup. reg. de non indic.* Vbi quòd supplicatio non præsumitur impetrata per Oratorem in ea nominatum, nisi aliunde constet, & idem Put. *decis. 27. num. 8. lib. 1.* ad idem *decis. 3.* Mohed. *de præsumpt.* vbi præsumitur ratificatio ex pluribus coniecturis ibi consideratis, & fuit dictum in Gerunden. anniuersariorum 9. Februarij 1582. coram Seraph. quæ est *decis. 560. n. 1. & 2.* in eius recollectis, & quidem de expeditione literarum hic non docetur, imò constat de negatiua ex diligentijs factis.

9 Quo ad alia verò adminicula, licèt pro D. Quesada prætendatur hic etiam adesse, videlicet expensam, quæ fit in expeditione, seu registratione supplicationis, & testes de publica voce, & fama, quòd Andreas esset Prothonotarius, & vsum pilei in insignibus, & armis; vt fuit ponderatum in prima decisione. Tamen respondebatur, quoad impensam, negari quidem non posse quin illa regulariter concurrat quando supplicatio reperitur expedita, & registrata, & ideò dum decisiones requirunt præter supplicationem, adminiculum impensæ, debent intelligi, quòd de impensa aliunde constet, quàm ex ipsamet supplicatione expedita, vel registrata, alias frustra requirerent adminiculum impensæ, præter supplicationem signatam, vel expeditam.

10 Et quòd dictæ decisiones loquantur de supplicationibus registratis patet, quia adducebantur à partibus ad fundandam suam intentionem, & tamen certum est, quòd supplicationes non veniunt ad manus partium ante registrationem, & fuit adductum simile, nam ex sustentatione litis, simul cum impensa, præsumitur mandatum, Bart. & Alex. *in l. cum seruus, ff. de verb. oblig.* Et tamen impensa aliunde debet probari, quàm ex sustentatione litis, licèt non soleat fieri absque impensa, vt colligitur ex *decis. 3.* Cæs. de Gras. *de procurat.* Et confirmatur, quia vt ex facto oritur præsumptio, debet factum concludenter probari, & non præsumptiuè, vt si ex possessione præsumitur dominium, debet possessio concludenter probari, Bald. *in l. non hoc, num. 5. C. unde leg.* Sic ex obseruantia contractus 30. annorum præsumitur beneplacitum Apostolicum, dum tamen obseruantia plenè probetur, secus si præsumptiuè, Seraph. *decis. 1043. n. 4. par. 2.*

11 In proposito autem tota probatio acceptationis fundatur in præsumptione impensæ, quæ fit in registratione, & expeditione supplicationis; quod nihil aliud est dicere, quàm quòd supplicatio registrata sola probet acceptationem, & consequenter reseruationem; quod tamen Rota nunquam admisit, vt videre est in omnibus decisionibus suprà allegatis, in quibus requiritur adminiculum impensæ seorsim, & separatim ab ipsa supplicatione, alias sequeretur; quòd admitteretur concursus plurium præsumptionum, videlicet, quòd præsumeretur Pesquieram expediuisse supplicationem, & quod ex expeditione præsumatur fecisse impensam, contra text. *in l. f. C. de dot. promiss.* Rot. *decis. 800. num. 17. par. 1. diuers.* Menoch. *præs. 132. num. 81. in 8. declarat. lib. 3.* Et in specie ad hunc effectum priuandi possessorem beneficio, non sufficere plures præsumptiones, fuit dictum in Giennen. Canonicatus coram Robusterio, suprà relata; imò in decisione illa Placentina Canonicatus, coram Paleotto, quæ est *decis. 743. lib. 3. par. 3. diuers.* non admittitur pro coniectura, vel probatione sufficienti acceptationis, quòd quis sit præsens in Curia, & quòd sit facta impensa in expedienda supplicatione, nisi etiam alia concurrant.

12 Ac prædicta eò magis videntur admittenda, ex quo factis diligentijs in omnibus libris officialium, in quibus expensæ pro facienda tali expeditione, vel condonationes solent adnotari, nulla fuit reperta expensa, nec condonatio annotata; ex qua diligentia, vel probatur negatiua non factæ impensæ, nec condonatæ, iux. trad. per Bart. *in l. fin. in 1. not. C. de reb. cred. & in l. 2. n. 2. C. de error. aduoc.* præsertim stante maxima diligentia, & legalitate Officialium Datariæ, vel saltem redditur offuscata, & turbida præsumptio ex aduerso inducta, quòd supplicationes non perueniant ad registrum, absque impensa, vel condonatione.

13 Nec videbatur obstare vna ratio ponderata in prima decisione, quòd cùm non agatur de canonizanda gratia Prothonotariatus, sed ad effectum solius reseruationis, videatur sufficere sola supplicatio, iuxta Cassad. *decis. 8. n. 13. & seqq. de restit. spoliat.* Mohed. Put. Caputaq. & Gabr. in decis. relatos, quia fuit responsum, prædictos omnes loqui in casibus, quibus minor probatio sufficiebat, & plena non requirebatur, vtputa si subrogatus tractet de iustificanda gratia sui auctoris, sufficit enim ostendere supplicationem signatam, & ita loquuntur Put. *dec. 347. lib. 1.* Caput. *decis. 235. & 301. par. 3.* Sed nullus ex prædictis loquitur in casu reseruationis probandæ, dato concursu prouisionis Ordinarij, & possessore beneficij, quo casu cùm reseruatio sit plenè, & concludenter probanda, & ipsa consistat in Prothonotariatu, sequitur vt de illo, tanquam de causa reseruationis plenè, & concludenter constare debeat, ex suprà allegatis.

14 Quo verò ad publicam vocem, & famam, vltrà quòd in casu nostro talis præsumptio non sufficit, ex suprà adductis, & tradit Cassad. *decis. 2. n. 2. in fin. de constit.* Simonet. *de reseru. q. 24.* Put. *decis. 17. de prob.* Illa nec videtur probata; quia testes de ea deponentes dati in Summ. pro D. Quesada, partim fuerunt examinati in partibus, extraiudicialiter, & sine citatione partis, qui ideò nihil probant, *l. si quando, C. de testib. c. quoniam contra*, vbi Doct. *de prob.* Cresc. *decis. 2. n. 6. de testib.* Partim verò fuerunt examinati in Curia tempore Villanouæ, qui postea repetiti ad instantiam D. Gabrielis, declararunt, eam famam ortum habuisse post obitum Pesqueræ, & aliqui dicunt etiam, post motam hanc litem, vnde cùm non constet de origine sufficienti ad istam famam inducendam, non fama, sed vana vox populi reputatur, *l. decurionum, C. de pœn.* Bald. *in l. proprietatis n. 3. C. de prob.* Surd. *cons. 51. n. 76. lib. 2.* Et in terminis nostris est decisio Regien. Canonicatus coram Paleotto, quæ est *decis. 525. lib. 3. p. 3. diuers.*

15 Nec est facienda vis in testibus deponentibus de vsu pilei, quo Andreas vtebatur, quia etiam ex testibus constat, quòd Andreas hoc prætendebat sibi competere, quia erat Abbas, & caput Ecclesiæ de Salas, & quia sui antecessores pileo vsi fuerant, & hoc conabatur defendere in lite super hoc articulo cum Capitulo Burgen. in qua non priuilegio Prothonotariatus vtebatur, quod alias facilè sibi fuisset allegare ad fundandam intentionem suam, sed rationibus proximè adductis; imò id in quodam libello contra Decanum, & Capitulum prædictum porrecto, deduxit, & declarauit, in quo etiam produxit quatuor scripturas, & sententiam pro suis antecessoribus latam super iurisdictione, & gestatione pilei, vt in summario D. Gabrielis dato in hac causa 27. Martij præteriti *n. 33.*

16 Postremò considerabant DD. multas contrarias præsumptiones pro Gabriele adductas, ad excludendam acceptationem gratiæ de qua agitur. Et primò quòd supplicatio reperitur signata cum diuersis restrictiuis; vnde consensus ex datione supplicationis, non potest dici cum restrictiuis, sed sine ipsis, Put. *dec. 184. n. 2. lib. 2. in nou.* Caput. *dec. 310. num. 6. part. 1.* Et additur pro adminiculo dictum vnius te-

teſtis iam defuncti, licet examinari ad perpetuam rei memoriam, qui deponit, quòd ob dictas reſtrictiuas, & compoſitionem petitam ab Andrea, ipſe noluit gratiam acceptare, quo ſtante nihil operatur præſentia Andreæ, quia cùm fuerit data ſupplicatio ampla, & ſignata cum pluribus reſtrictiuis, & caſſaturis, vt patet ex crucibus appoſitis, Cæſ. de Graſſ. *deciſ.*121.*n.*7.*& deciſ.*122.*n.*1. *alias dec.*10. *&* 11. *de prab.* Seraph. *deciſ.* 683. *n.*2. Non ſequitur ex præſentia, acceptatio, *l.* 1. *§. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig. §. præterea Inſtit. de inut. ſtipul.* Conſenſus enim ſuper vna petitione non operatur circa aliam, Bald. *in l. ſi curatorem ff. de reſt. in integr.* Aret. *in l. Domitius ff. de teſtam.* Ceph. *conſ.* 184. *n.* 24.

17 Secundò, quòd fuerit poſſibile ſupplicationem, abſque inſtantia, & impenſa alicuius, regiſtrari, vt probatur per teſtes à Gabriele inductos, & cùm ex aduerſo non probetur concludenter ex ſola regiſtratione acceptatio Prothonotariatus, ex ſupra deductis; ſufficit Gabrieli reo, & poſſeſſori allegare hanc poſſibilitatem, gloſ. *in l. ſi tutor in verb. oſtendes C. de peric. tut. & in l.* 2. *in verb. probationibus C. qui teſtam. fac. poſſ.* Soc. iun. *conſ.* 67. *n.* 18. *lib.* 1. Surd. *conſ.*180. *n.*8. *lib.*2.

18 Accedit tertiò, quòd valdè mouebat Dominos, porrectio alterius ſupplicationis eiuſdem gratiæ Prothonotariatus & ſignata à fel. rec. Sixto V. quæ nec etiam fuit expedita, quia fuit petita compoſitio, & ex hac ſecunda arguitur, quòd prima ſupplicatio non habuit effectum, vt benè ad propoſitum Put. *deciſ.*298. *in fin. lib.* 3. *in nou.*

19 Quartò, quia Andreas numquam ſe geſſit pro Prothonotario, nec pro tali vnquam fuit vel ab eius conſanguineis; vel ab alijs reputatus, vt deponunt teſtes, quæ tamen reputatio valdè facit ad iſtum effectum, vt in d. Regien. Canonicatus coram Paleotto, ſupra allegata.

20 Et aliæ coniecturæ adducuntur per Informantes pro Gabriele, ex quibus videtur ſatis debilitari, & eneruari probatio, ſeu præſumptio prouiſi Apoſtolici, deducta ex ſolo ſumpto ſupplicationis ſignatæ; & intrant vulgares regulæ, quòd vna præſumptio tollitur ex alia, & fortior vincit debiliorem, *l. Diuus ff. de in integr. reſt. cap. litteris de præſumpt.* Et vna probatio contraria probatione conquaſſatur, Surd. *conſ.* 135. *num.* 93. *& ſeq. lib.*1. Et in terminis reſeruationis, quòd illa non intret, quando contra eam aliquid coloratum opponitur, fuit per doctrinam Soc. *in l. rem quæ nobis ſub n.* 19. *verſ. ſed tu conſidera ff. de acq. poſſ.* deciſum coram Paleotto *deciſ.* 258. in manuſcriptis, vt in copia data.

21 Et quatenus præſumptiones redderentur pares, in paritate præſumptionum eſt præferendus reus, & poſſeſſor, Spec. *in tit. de iuram. delat. §.* 1. *num.* 9. *verſ. quid ſi actor.* Cephal. *conſ.*152. *n.* 30. Felin. *in c. ex litteris n.*4. *de probat.* Alciat. *reg.*3.*præſ.*44.*n.*1. Tiraq. *de iur. primogen. q.*17. *opin.* 11. *num.* 2. & vt dicit Aret. *in c. in noſtra de reſcrip.* cum poſſeſſione, paritas probationum reducitur ad imparitatem, & fuit dictum in vna Portalegren. vnionis 9. Martij 1594. coram Orano. Neque eſt dubitandum Gabrielem poſſidere, etiamſi fuerit appoſitum ſequeſtrum de mandato Principis, donec cauſa cognoſcatur, vt per Alex. *conſ.*112. *n.*5. *verſ. ſed ita eſt, lib.*6.

22 Ex quibus fuit concluſum, gratiam D. Queſadæ non eſſe iuſtificatam quoad reſeruationem.

R. P. D. PAMPHILIO IVN.
poſteà S. R. E. Cardinali.

Vlixbonen. cœmeterij.

Veneris 20. *Nouembris* 1615.

A R G V M E N T V M.

Cœmeterium, & alius locus ſacer profanari non poteſt ſine cauſa, nec etiam alienari ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis in alienatione rerum Eccleſiaſticarum.

S V M M A R I V M.

*Sententia quod fuerit lata ſine citatione partis, probatur ex inſpectione actorum, & propterea eſt nulla, n.*1.

*Archiepiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus an prophanare poſſit cœmeterium, ſicut poteſt prophanare Eccleſias dirutas, n.*2.

Clauſula, vocatis ijs quorum intereſt, *operatur vt niſi citentur intereſſe habentes, ſententia ſit nulla, ibid.*

Locus ſacer prophanari non poteſt, præſertim ſine cauſa, num. 4.

Eccleſiaſtica bona ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis alienari nequeunt, n. 5.

D E C I S I O DCCVII.

PRo Patribus Societatis IESV informantibus, nempè ſententiam Archiepiſcopi eſſe infirmandam, quia de eius nullitate ſatis viſum fuit conſtare ex inſpectione actorum, ex quibus apparet illam fuiſſe latam abſque citatione Patrum, Abb. *conſ.* 84. *n.* 1. *in fin. lib.*2. Caſtr. *conſ.* 81. *n.* 3. *lib.*2. Corn. *conſ.*141. *n.*3. *lib.*3. Rota in cauſa Senogallien. ſiluæ 24. Maij 1577. relat. inter impreſſ. *deciſ.* 64. *n.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* & coram me in cauſa Leodien. parochialis 19. Decembris 1611. Qui tamen, cùm de illorum præiudicio ageretur, erant ad id omninò citandi, *Clem. ſæpè verſ. ſententiam vero,* & ibi gloſſ. *verb. ad id de verb. ſignif.* Anchar. *conſ.*211. *n.*1. 1

Nec obſtare, quòd Archiepiſcopus per eius ſententiam profanauerit Cœmeterium de quo agitur, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vigore Conc. Trid. *ſeſſ.* 21. *c.* 7. *de reformat.* Quia vltra quòd *in d. c.* 7. fit mentio tantùm de Eccleſijs dirutis, ſeu collapſis, ita vt ipſius diſpoſitio non comprehendat Cœmeterium præfatum, quod non apparet fuiſſe tale, *ad l.*4. *§. toties,* & ibi Doct. *ff. de damn. infect.* fuit etiam reſponſum quòd in eo adeſt clauſula, *vocatis ijs, quorum intereſt,* cuius vigore Patres, de quorum intereſſe agebatur, erant omninò citandi, aliàs ſententia eſt nulla; vt ex trad. per Pariſ. *conſ.*45. *n.*6. *lib.*4. tenuit Rota in cauſa Feretrana parochialis 3. Iulij 1589. coram bon. mem. Card. Pamphilio. 2

Et prædicta viſa fuerunt Dominis eo faciliùs admittenda, quia ſententia iſta non poteſt ſaluari ab iniuſtitia. In ea enim profanatur locus, de quo agitur, ex eo præcipuè quod is ab immemorabili tempore habitus fuerit pro prophano, & Dominus Comes ex legitimo titulo in poſſeſſione permanſerit, quod non ſolùm non apparet in actis tunc fuiſſe legitimè iuſtificatum, quinimò potius conſtat de contrario, quia in inſtrumento acquiſitionis factæ per Comitem à ciuitate de anno 1543. pro confine bonorum tunc conceſſorum datur Cœmeterium S. Rocchi, & ſic patet Cœmeterium non fuiſſe in conceſſione comprehenſum, quod etiam arguitur ex modica quantitate ducat. 20. de Camera tunc pro dicta acquiſitione ſolutorum, quæ oſtendit illa bona fuiſſe parui momenti. 3

Vlteriùs pro Patribus datur ſententia, in qua locus prædictus dicitur eſſe Cœmeterium Eccleſiæ Sancti Rocchi ſupradictorum Patrum, quod etiam diſponunt teſtes pro eiſdem Patribus examinati, idque etiam iuſtificatur ex altera ſententia, in qua quidem officialis propter extractionem vnius delinquentibus ab iſto Cœmeterio S. Rocchi, fuit declaratus ſacrilegus, quæ ſententia fuit poſtea in gradu appellationis per iudicem confirmata, & comprobatur ex ipſa ſententia, de qua agitur, in qua dictus Archiepiſcopus declarat, quòd nec Comes, nec eius ſucceſſores ſupradicto loco in ſordidis vſibus vtantur, prout Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 21. *c.* 7. *de reform.* in locis ſacris prophanatis ſeruandum eſſe diſponit, vndè patet quod hoc Cœmeterium tanquam locus ſacer prophanari non poterat, *c. quæ ſemel* 19. *q.* 3. *c. ſemel Deo, de reg. iur. in* 6. Anton. *in ſumm. par.*3. *tit.*12. *c.*2. *§. S. Silueſtrin. verb. Eccleſ.*2. *n.*7. *q.*5. & Tabien. *in eodem verb. n.*7. præſertim ſine cauſa, Franch. *in d. c. ſemel Deo, n.*2. *de reg. iur. in* 6. 4

Nec poſtea tanquam res Eccleſiaſtica potuiſſet D. Comiti concedi ſine debitis ſolemnitatibus de iure requiſitis in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, iuxta text. *in c. ſine exceptione* 12. *q.*2. vbi Laurent. de Rodulphin. *n.*17. Dec. *in authent. qui rem n.*21. *C. de ſacroſ. Eccl. & conſ.*142. *n.*4. *in princ.* cum alijs adduct. coram Seraph. *deciſ.*508. *n.*1. Et ita deciſum, &c. 5

R. P. D. PIROVANO.

Romana Accommanditæ.

Veneris 27. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Accommanditæ contractus, ex quibus iustus, vel iniustus dicatur.

SVMMARIVM.

Contractus in dubio præsumitur iustus, & validus, non autem iustus, & inualidus, siue agatur de fœnore, siue de annullatione contractus, n.1.

Bona societas est illa, quæ & naturaliter, & proportionabiliter confert, & diuidit lucrum, & damnum sustinet, n.2.

Contrahentes præsumuntur velle se conformare cum lege municipali, n.4.

Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis, n.5.

Procurator non potest suum principalem obligare contra, vel propter formam mandati, n.6.

Consuetudo, & stylus excusat ab iniustitia contractus, n.7.

DECISIO DCCVIII.

1 HOdie partem reseruatam in præterita disputatione proposui, an scilicet obstet iniustitia contractus de quo agitur? & non obstare fuit resolutum. Regulare enim est, quòd contractus præsumatur iustus, & validus, & qui dicit contrarium, tenetur plenè, & concludenter probare, *l. si ea pactione C. de vsur.* Bald. *cons. 39. in fin. volum. 3.* Ias. *in l. rogasti §. si tibi num. 7. si cert. pet.* Socin. iun. *cons. 83. num. 6. vol. 2.* Surd. *cons. 184. n. 7. vol. 2. & cons. 327. num. 13.* fomitur enim præsumptio exclusiua delicti, iuxta dispositionem *l. merito ff. pro socio,* siue agatur de fœnore quod propriè delictum est, siue de annullatione contractus ratione illius iniustitiæ, cùm & ipsa annullatio actus sit pœna quæ citra culpam non indicitur, *l. ad senatus ff. de contrahend. empt. l. fin. C. de posthum. hered. instit.* Bart. *in l. sancimus legum ff. de pœn.* Surd. *consil. 257. n. 22. vol. 2.*

2 Probatio autem iniustitiæ huius contractus Accommanditæ aliundè deduci, aut considerari non potest, quàm ex apocha societatis continente obligationes, gubernium, & exercitium ipsius Accommanditæ, & tamen ponderatis singulis partibus illius visum est pacta non probari esse iniusta, sed magis in vtilitatem Guicciardini, quàm Accommandantium præponderare. Conuenitur enim in 3. 4. & 10. cap. de erigenda societate per viam Accommanditæ, & de præponendo Guicciardino administratore de exponendo pro capituli scuta 40. mill. cum pacto lucri, & de lucri, iuxta quantitatem à quolibet ex Accommandantibus expositam, quæ omnia si loquamur cum Gicciardino socio respectu participationis duplicatæ portionis, per eum in hac ipsa Accommandita cum alijs expositæ, videntur conuenire legibus bonæ societatis, quia, & naturaliter, & proportionabiliter confert, & diuidit lucrum, & damnum sostinet, *l. si non fuerint in principio,* vbi gloss. *in verb. partes ff. pro socio,* Corn. *cons. 196. n. 3. lib. 3.* Card. Mant. *de contract. lib. 6. tit. 4. n. 10. & 22. & tit. 6. n. 10.*

3 Si verò agatur cum Guicciardino administratore, & vti ab Accommandantibus toti negotiationi, præposito visum est etiam non probari pacta administrationem respicientia esse iniusta, sed potius in vtilitatem administratoris exuberare, quia in 9. capitulo Accommodantes volunt, quòd omnes expensæ pro sustentatione domus, in qua banchatia ratio exercetur, tam ratione victus, quàm mercedis iuuenum, famulorum, & proxenetarum, & aliarum rerum occurrentium cedant damno, & incommodo ipsius rationis, itaut persona, seu personæ administratorum exemptæ, ab omni impensa sustentationis domus remaneant. In 10. autem Capitulo assignantur Guicciardino viginti quinque pro singulis centum lucrandis cum titulo recognitionis. Et in Capitulo octauo datur facultas eidem Guicciardino retinendi Thesaurariam Sanctissimi, & illius omnes prouentus sibi appropriandi, & quòd Accommandantium periculo ratione eiusdem Thesaurariæ stare debeant scuta 12. mill. auri, qui prouentus multum ab ipsis Accommandantibus, & communi mercatorum cœtu solent æstimari.

4 Non obstat inæqualitas, & iniustitia ponderata ex qualitate obligationis Guicciardini, qui solus, & insolidum in omnibus contractibus obligatur, & ex facultate ipsi in capitulationibus attributa obligari potest, nedum pro sorte exposita, sed pro maiori; Accommandantes verò nonnisi pro sorte exposita, & pro lucris prouenientibus ab ea, remanent obligati, & tamen ad lucra maioris summæ, & indefinitæ volunt admitti; ad damna verò vltra sortem non obligantur, quod videtur inæquale, & iniustum. Quia de huiusmodi obligatione in capitulis non videtur expressè conuentum, sed tacitè, & in consequentiam, dum conuenerunt, quòd huiusmodi Accommandita describeretur in officio mercantiæ Florentinæ, & notificaretur secundum stylum consuetum, quasi voluerint se conformare cum lege municipali eiusdem ciuitatis, per ea quæ tradunt Bart. *in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Treb.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 32.* Surd. *decis. 322. n. 35.* Ideò Domini

5 Primò dixerunt statutum prædictum disponere quidem, quòd Administratores remaneant obligati insolidum aduersus creditores, pro quacumque summa, sed quòd soli Administratores insolidum teneantur pro damnis contingentibus, quando sortem expositam excedunt; de hoc inter Accommandantes, & Administratores nihil in statuto videtur determinatum, quod propterea videbatur relinquendum tanquam casus omissus dispositioni iuris communis requirentis æqualitatem inter socios, vt dictum fuit in decisione diei 10. Decembris 1614.

6 Secundò, quatenus vsus, & consuetudo mercatorum aliter suaderet, animaduerterunt, quòd inter Administratorem, & Accommandantes, non legitur in statuto determinatum, vt obligetur Administrator ad subeundam obligationem solidalem pro maiori summa, quàm à socijs exposita fuerit. Ideo aut eorum obligatio intra limites sortis versatur, & in hac parte non cadit inæqualitas, aut iniustitia, quia Administrator ex futuris contractibus lædi non potest, cùm incumbat pignori sortis in eius manibus expositæ, aut excedit limites, & ipsi, quatenus damnum sentiat, imputandum est cum contrahat præter naturam legalis, & conuentionalis mandati, quo casu non potest obligare dominos Accommandantes, *l. diligenter ff. mandati c. cum olim de offic. deleg.* Gabr. *cons. 155. num. 3. lib. 1.* vbi latissimè probat Procuratorem contra vel præter formam mandati obligare dominum, & sequitur Surd. *decis. 209. n. 6.* Quòd autem præter legale mandatum, & conuentionale se obliget, satis patet, quia in statuto nullum verbum de obligatione vltra sortem, & in c. 5. 6. & 7. facultas Administratoris est restricta *alla sopradetta quantità di denari accordata di mettere di corpo in questa Ragione con li emolumenti;* quatenus autem administrator lucra respectiuè ad excessum sortis sibi ipsi acquirere prætendit, neque id potest propter conuentionem prohibitiuam, nè possit in proprio negotiari, per quam neque voluisse, neque potuisse Guicciardinum sibi acquirere, fuit firmatum in decisione 13. Ianuarij 1614.

7 Tertiò, fuit responsum, quòd cùm obligatio solidalis, quæ concurrit in Administratore Accommanditæ, ex dispositione statuti Florentini sit inseparabilis ab ipso officio administrandi, itaut qui suscepit tale onus, sciat statim se teneri insolidum, et Accommandantes nisi pro sorte exposita; inde sequitur quod merces, vt supra assignata ad vtrumque onus pariter debet esse correspectiua, quæ cùm iniusta non probetur, respectiuè ad similes contractus, sed constituta secundùm consuetudinem mercatorum, exceptio iniustitiæ cessare videtur, vt in proximis terminis respondit Rom. *cons. 238. n. 6.* loquens de contractu cambij secundùm generalem mercatorum consuetudinem celebrato, quem sequuti sunt Domini in causa Mediolanen. camblorum 25. Iunij 1610. coram Illustrissimo Lancellotto, & faciunt deducta per Card. Mant. *de contract. lib. 6. tit. 6. à num. 1. vsque ad decimum.* Et quando iniustitia non est patens, si eo modo similes contractus, inter mercatores frequententur, dicit Bald. *in l. vnica in 3. q. n. 39. C. de his quæ pœnæ nomine,* quod tollitur

omnis

omnis suscipio, quæ contra illius validitatem vrgere possit, idem responderunt, Alc. Rol. Natt. Dec. & alij relati per Surd. *cons.* 327. *num.* 52. *&* 53. *vol.* 3. quibus accedunt Menoch. *cons.* 343. *num.* 4. & Ioseph. Lud. *concl.* 38. *vers.* 105. & etiam fuit dictum in allegata decisione Mediolanen. cambiorum coram Illustrissimo Lancell. Et ita resolutum.

R. P. D. COCCINO.

Romana pecuniaria de Astallis.

Veneris 27. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Ex diuersitate quitantiarum quando præsumatur diuersitas summarum.

SVMMARIVM.

Identitas summarum non præsumitur, sed diuersitas quando quitantia sunt diuersa, num. 1. vbi declaratur hæc conclusio.

Solutio præsumitur facta in extinctionem debiti, pro quo fuerat relaxatum mandatum, n. 2.

Soluere quis anticipatè non præsumitur, n. 3.

Testes duo quando sunt inter se contrarij, vnus alterum destruit, num. 4.

DECISIO DCCIX.

1 TErtiò proposui hanc causam, & tertiò eadem sententia placuit Dominis; quamuis enim Capitaneus habeat intentionem fundatam in diuersitate quitantiarum, *vt in l. quingenta*, aliàs *quinquaginta ff. de prob.* attamen non est præclusa via probandi contrarium, vt in eodem textu, & ibid. notant DD. Hic autem ex serie facti satis probatur contrarium, nam prima vice fuerunt soluta 6. Augusti mediante banco scut. 142. & deindè locatur cuidam Furnario, qui soluit de ordine Capitanei, fecit quitantiam sub die 11. Augusti de scut. 508. quæ duæ summæ ascendunt ad scuta 1050. locator verò fecit quitantiam 7. Augusti eidem Capitaneo conductori de scut. 1050. *a bon conto delle paghe maturate conforme al decreto e mandate relassato*, & licet quitantia facta Furnario fuerit facta post quitantiam factam per conductorem de scutis 1050. tamen non repugnat quòd pecuniæ antea fuerint solutæ, & socius eiusdem Furnarij modo defuncti attestatur, quòd Capitaneus dederat ordinem per tres, aut quatuor dies ante d. solutionem, quòd pecuniæ soluerentur locatori: vndè quitantia generalis non repugnat, quod quitantia facta Furnario fuerit facta post d. quitantiam generalem. Quare stante ista serie facti manifestissimè constat quòd est habenda ratio tantùm scutor. 1050. nam in istis quitantijs conuenit primò identitas summæ, quæ non parum facit, vt fuit consideratum in alijs decisionibus.

2 Accedat quòd quitantia fuit facta *a bon conto delle paghe maturate conforme al decreto e mandato relassato*, nam si duplicatæ fuissent istæ partitæ, frustrà fuisset facta quitantia hoc modo, quia cùm primæ solutiones essent præsumendæ quòd fuerint factæ in extinctionem debiti, pro quo fuerat relaxatum mandatum, iuxta not. per Imol. *in l. si quis ex famosa num. 2. ff. de solut.* vt fuit in specie resolutum in causa Rom. pecuniaria 18. Maij & 20. Nouembris huius anni, coram R. P. D. meo Pamphilio, quitantia non poterat fieri *a bon conto delle paghe maturate conforme al decreto e mandato relassato*, quia ista secunda partita iuncta cum alijs longè excederet creditum pro quo fuerat relaxatum mandatum, & cuius vigore poterat carcerari, vt benè ad propositum considerat Imol. *loco proximè alleg.* & consideratur etiam in vltima decis. D. mei Pamphilij supra alleg.

3 Quæ etiam optimè corroborantur, quia Capitaneus sub die 14. Septembris soluit scut. 300. & sub die 2. Octobris scut. 400. & in quitantijs fuit dictum *a conto di che deue*; & tamen si habenda esset ratio summarum duplicatarum, nihil debuisset Capitaneus, sed remansisset creditor, vndè excluditur quod solutiones potuerint fieri pro futuris paghis, cùm fuerit dictum *a conto di che deue*, vltra quòd solutio anticipata non præsumitur, vt fuit consideratum in causa Romana fructuum census coram Illustr. D. meo Card. Lancell. 21. April. 1610. & cùm Capitaneus esset solitus soluere mediantibus mandatis, non de facili debet præsumi ista solutio, iux. trad. per Afflict. *in decis.* 13. *n.* 18. Mandell. *cons.* 789. *n.* 4. *lib.* 1. & prædicta recipiunt adminiculum ex qualitate locatoris, & ex eius libris, vt fuit ponderatum in alijs decisionibus, quæ eo magis procedunt hodiè, cùm ipse conductor sit mortuus in gremio sanctæ matris Ecclesiæ, receptis omnibus Sacramentis; nemo enim præsumitur immemor salutis æternæ, & quamuis ista non sufficiant, prout est verum, tamen negari non potest quin multum faciant vnà cum alijs ad eliciendam veritatem.

Nec obstant testes examinati pro parte Capitanei, quia 4
vltra alias responsiones datas in præcedentibus decisionibus fuit consideratum quòd secundus testis dicit neminem fuisse præsentem numerationi pecuniarum, & tamen quartus dicit se præsentem fuisse, & sic vnus destruit dictum alterius, *l. duobus §. fin.* vbi DD. *ff. de iureiur.* Surd. *decis.* 326. *in fin.* neque ipsi cognoscunt summam solutam, nec causam, & dicunt de datione quitantiæ, quæ tamen non exhibetur, vndè non benè sentiendum est, Aym. *cons.* 134. *n.* 17. Decian. *resp.* 24. *n.* 30. *lib.* 1.

R. P. D. ANDREA.

Bononien. de Capacellis.

Veneris 27. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Defenditur in hac decisione sententia, quæ primò nulla prætendebatur ex non transportatione actorum. Secundò quia non erat conformis libello. Tertiò quia iudex omiserat pronunciare super reconuentione; & quartò quia iniusta, cùm iura non fuerint legitimè recognita, & præsertim in eadem decisione discutitur, an & quando actorum transportatio omissa sententiam reddat nullam.

SVMMARIVM.

Actorum transportatio omissa subsequutam sententiam annullat tam de iure communi, quàm vigore Concilij Tridentini, n. 1.

Acta coram iudice à quo de partibus sunt transportanda, quando quomodocumque influunt in causam pendentem in curia, & quando acta sit in causa influere dicantur, n. 2.

Actorum transportatio vigore Concilij Tridentini non habet locum in causis profanis, n. 3.

Actorum transportatio de iure communi non est necessaria, quando acta non concernunt merita causæ, nec impugnant iustitiam sententiæ, ibid.

Actorum transportatio non est necessaria, quando causa est diuersa, ibid. in fin.

Clausula quam & quas, *apposita in commissione comprehendit tam petitorium, quàm possessorium, n. 4.*

Commissio causæ in petitorio quando iurisdictionem tribuat etiam in possessorio, n. 5.

Petitorium an & quando suspendi possit in causa appellationis, n. 6.

Sententia an sit nulla ex eo, quod iudex omisit pronunciare super reconuentione, n. 7.

Protestatio non suffragatur post actum perfectum, n. 8.

DECISIO DCCX.

COntra sententiam Rotalem opponebatur de 1
multiplici nullitate, et iniustitia, quibus tamen
non obstantibus eam esse confirmandam maior pars Do-
minorum censuit. Prima erat nullitas ob non integram 2
transportationem actorum, ex quo non fuerant transportata acta coram Rangono; cùm tamen acta omnia sint transportanda, non solùm attenta dispositione Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 20. sed et iuris communis, aliter sententia est nulla, Bart. *in l.* 2. *num.* 5. et communiter alij, *Cod. de edend.* Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ num.* 16. *ad fin. vers. & idem si acta de const.* Vant. *de nullit. n.* 6. *à quo, & quib. mod. n.* 21. *& seq.* Cæs. de Grass. *decis.* 9. *n.* 5. *de caus. poss. & propr.* &

fuit dictum in Vrbeuetana, &c. legati 5. Decembris 1603. coram bon. mem. Luta.

2 Nec obstabat hæc acta non fuisse facta coram iudice à quo, sed coram Rangono iudice secundæ instaotiæ, quia nihilominus acta de partibus sunt transportanda quando influunt quocumque modo in causam pendentiæ in Curia, vt fuit decisum in Bracharen. parochialis 8. Martij coram Iusto, & quod in hac materia solùm debeatur attendi, an acta in causam influant, dictum fuit in Romana de Cincijs 1. Iunij 1607. coram Reuerend. Bonon. Dicta autem coram Rangono influere in causam, ex eo constabat, quia relationes peritorum factæ coram ipso erant de appendicibus iudicij facti coram Martinello primo iudice; cùm illi periti fuerint electi in prima instantia, licet tunc relationem non fecerint. Vndè non est dubium, quod ex illa iudex appellationis instrui poterat de iustitia, vel iniustitia sententiæ, quæ est ratio, cur acta primæ instantiæ transportari debeantur, Castr. *cons.* 117. *n.* 2. *lib.* 1. Vant. *vbi sup. n.* 21. & fuit dictum in Placentina administrationis S. Sacramenti 1. Decembris 1597. coram Gipsio.

3 Verum fuit responsum, quòd decretum Conc. *vbi supra*, non habet locum in causis prophanis, noo Ecclesiasticis, vt S. Congregatio, illius interpres, sæpiùs declarauit, & Rota secuta fuit in Romana lignorum 28. Iunij 1603. coram Reuerend. Domino meo Damasceno, & in Perusina liquidationis fructuum 21. Maij 1610. coram R. P. D. meo Decano, & in Romana domorum 10. Iunij 1611. coram Reuerend. Bononien. De iore autem communi non est necessaria actorum transportatio, quæ non concernunt merita causæ, nec impugnant iustam sententiam Castr. *d. cons.* 117. *n.* 1. & dixit Rota in d. Romana lignorum. Prædictæ autem relationes solùm pertinent ad causam transactionis inter Iuliam, & Hippolytam, quæ nihil commune habet cum hac causa, in qua Hieronymus egit vigore fideicommissi, & primogenituræ Ioan. Baptistæ, & Tanatini, vti primogenitus ab eis vocatus, & super qua dicta sententia lata fuit, & sic tanquam super re diuersa non fuit necessaria illarum transportatio, sed satis fuit transportari acta in hac causa facta, vt fuit dictum in Conchen. limitum 17. Iunij 1596. coram bon. mem. Card. Pamphil. & in Albanen. successionis 20. Maij 1602. coram R. Bonon.

4 Secunda nullitas ex eo deducebatur, quia sententia non erat conformis libello. Nam in prima instantia fuit intentatum petitorium, & in causa appellationis fuit pronunciatum in possessorio: sed hæc nullitas cessabat ex clausula *quam & quas*, io commissione apposita, quæ comprehendit tam petitorium, quam possessorium, Molied. *decis.* 6. *ante num.* 1. *vers. insuper de rescrip.* & fuit pluries resolutum, & signanter in Cæsarina præceptoriæ 16. Martij 1607. coram bon. mem. Iusto, & in Nucerina iurispatronat. 14. Maij 1612. coram R.P.D. meo Caualerio.

5 Prout etiam cessabat id, quod dicebatur, non potuisse dictam sententiam ferri in possessorio, stando quod in Rota fuerat commissa causa appellationis interpositæ à sententia lata super petitorio, cùm simus in prophanis, in quibus huiusmodi commissio tribuit iurisdictionem tantummodo in petitorio, non autem in possessorio, Castr. *cons.* 278. *num.* 2. *in fin. & seq. lib.* 1. Vbi respondet ad rationem quod petitorium habet in ventre possessorium, quia in causa Castr. non erat commissa causa cum clausula *quam & quas*, cuius vigore vtrumque censetur deductum, vt supra dixi, & potest procedi, prout in prima Seraph. *decis.* 1327. *n.* 3. Barz. *dec. Bonon.* 47. *n.* 38. Rot. *decis.* 74. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers.* cum alijs adductis in Alerien. beneficij 12. Maij 1614. coram R. P. D. meo Buratto, & in istis terminis fuit dictum in Perusina fideicommissi 16. Febr. proximè præteriti coram R.P.D. meo Decano.

6 Vndè etiam corruebant latè hic deducta per informantes pro Claudio, super eo quòd petitorium suspendi non potuit in causa appellationis, Rom. *cons.* 381. cum alijs alleg. Quia totum hoc prouenit ex natura clausulæ *quam & quas*, per quam apparet quòd agens à principio non se arctauit magis ad vnam causam, quàm ad aliam, sed omne ius suum à principio deduxit. Rota in causa Romana donationis 50000. 29. Maij, & 30. Iulij 1570. coram fel. rec. Clem. VIII. & in Romana pecuniaria siue societatis 26. Iunij 1606. coram R. Bonon. quo casu prosequutio ex vno capite non tollit aliud, Seraph. *dec.* 630. *n.* 3. *par.* 1.

Tertia nullitas, aut saltem notoria iniustitia fundabatur in eo, quòd in eadem sententia non fuit terminata, etiam causa reconuentioois, *cap.* 1. *in fin.* & ibidem Abb. *num.* 4. Socin. *in* 6. *notab. de mut. petit.* Sed placuit R. P. D. quòd contra Hieronymum non fuit motum aliquod iudicium reconuentionis, sed solùm contra Hippolytam eius matrem, quæ in ista causa nihil habet agere, sed solùm in caosa transactionis inter ipsam, & Iuliam. Et nihilominus obiectum cessabat in casu isto, in quo iudici plus licuit de possessorio, quòd propterea omissa reconuentione solùm potuit terminari, Abb. *vbi supra num.* 9. *vers. nam si longe prius*, Soc. *in c.* 2. *n.* 17. *eod. vers. nam si longè d. tit.* 7

Iniustitia verò omisso articulo principali super primogenitura deducebatur. Primò ex non productione iostrumentorum, & non recognitione illorum in partibus, sed fuit responsum hoc cessare, quia postea in Curia fuit facta noua productio in actis, & debita recognitio. Nec refragari protectionem D. Riuani, quod non fieret recognitio nisi sibi intimato, quia emanauit post audientiam, sub qua cadebat citatio, & postquam iam fuerat facta legitima recognitio dd. instrumentorum, Bart. *in l. fin. §. item si prædixerit ff. naut. caup. stab.* Honded. *cons.* 24. *n.* 45. *lib.* 2. Surd. *decis.* 246. *n.* 4. 8

Secundò opponebatur non fuisse probatam identitatem bonorum Ioan. Baptistæ, & Tinatini, pront nec fuisse factas detractiones, quæ competebant Iuliæ, quibus casibus retardatur immissio tam de iure communi, quàm iuxta laudabilem huius sacr. Tribunalis consuetudinem & stylum, quæ exceptiones quia visæ fuerunt releuantes, ideò fuit resolutum, vt supra, sententiam esse coofirmandam, nisi obstent exceptiones identitatis bonorum & detractionum, de quibus erit particulariter videndum, &c. 9

R. P. D. REMBOLDO.

Senogalien. affictus.

Veneris 27. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Socius quando conuenit cum socio vt pensio rei, super qua est contracta societas, deberet primò solui ex illius fructibus, non potest agere contra socium ad contributionem pro dicta pensione, nisi priùs liquidato, an pensio possit solui ex dictis fructibus.

SVMMARIVM.

Obligatio conditionalis non potest exequi antequam constet purificatam fuisse conditionem, n. 1.
Instrumenti vna pars aliam declarat, n. 2.
Interpretatio ea est admittenda per quam omnia ad concordiam reducuntur, & vtique casui satisfit, ibid.
Actor tenetur plenè probare intentionem suam, etiam quod consistat in negatiua, n. 3.
Societas potius præsumitur lucrosa, quàm damnosa, ibid.
Bilancium vt concludat, lucrum vel damnum societatis debet ritè, & rectè confici, n. 4.
Soluens, de proprio soluisse præsumitur, n. 5.
Socius qui administrauit, prius discuti debet, quàm conueniantur alij socij, ibid.
Cambia nullo iure debentur, nisi sint iustificata, n. 6.
Licitum facere non possunt partes quod alias est illicitum, ibid.

DECISIO DCCXI.

CVm aliàs Vincentius Mazingus, & Leo Bettus, à 2
Venerabili Germanorum Collegio bona Abbatiæ Auellanæ, pro certa pensione tunc conuenta conduxissent de anno 1608. medietatem dictorum bonorum Hieronymo de Scalamontibus, & Marco Aurelio de Domo sublocarunt; pacto inter cætera adiecto, quod dicti Hieronymus, & Aurelius de omnibus lucris, & damnis ex dicta conductione quærendis pro rata dictæ medietatis participare deberent, & casu quo pecuniæ ex fructibus dictæ

Ab-

Abbatiæ colligendæ non extarent, quibus eueniente die pensio soluenda sit, quilibet sociorum pro sua parte, & ratam contribuere teneretur vsque ad integram summam, ita quòd deficiente aliquo ex dictis socijs, liceat reliquis accipere pecunias ad cambium, & recambium damno, & interesse deficientis.

1 Finita igitur locatione Vincentius Mazingus prætendens, societatem in notabili damno remansisse, ipsumque pensiones eidemmet Collegio pro tempore decursas de proprio soluisse, conuenit coram A. C. dictos Hieronymum, & Aurelium ad soluendam ratam ipsos tangen. ac contra eosdem mandatum pro summa scut. 4400. auri stamparum decerni, ac relaxari impetrauit. Vndè mihi causa commissa, dubitaui an dictum mandatum esset confirman. vel infirman. & Domini infirmandum censuerunt. Ratio autem decisionis potissima fuit, quòd videbatur ex forma conuentionis super relatæ, satis apparere non potuisse dictos Hieronymum, & Aurelium priùs coqueniri, quàm verè constaret, quòd pecuniæ in societate non adessent, quibus pensio solui potuisset, cùm in eum tantùm casum de proprio contribuere promisissent, *ad l. cedere diem ff. de verb. signif. l. qui heredi §. fin. ff. de cond. & demonstr. l. pecuniam ff. si cert. pet.* cum similibus.

Nec subsistit, quòd promissio soluendi ratam pensionis sit pura, & conditio defectus pecuniarum, apposita tantùm ad effectum, vt pecuniæ pro solutione dictæ pensionis necessariæ ad cambium capi possent, quia ex ipsamet lectura instrumenti manifestè contrarium apparet, quòd scil. eandem coodítio adiecta fuit etiam contributioni faciendæ, ibi, *Che se mancaranno li denari ciascheduno debba contribuire per la parte sua sino alla bastanza*, & quod ad hoc, vt pecuniæ ad cambium capi potuissent, requirebatur nedum, quòd pecuniæ noo adessent in societate, sed quod etiam socius in contributione deficeret.

2 Non obstat, quod in eodem instrumento priùs etiam partes conuenerint, *Che tutti quattro li compagni siano obligati in equal portione pagare la pensione, cioè la quarta parte per ciascheduno*, adque sine adiectione alterius conditionis, quia fuit responsum, id actum fuisse ad ostendendum, quòd sicut quilibet participabat pro quarta parte, ita etiam quilibet pro quarta parte contribuere teneretur; quòd tamen intelligi debet, quatenus pecuniæ deficerent ex prouentibus Abbatiæ redigendæ, iuxt. conuentionem inferiùs factam, vna enim pars instrumenti aliâ declarat, *l. qui filiabus ff. de leg.* 1. & interpretatio facien. est per quam vtrique casui satisfiat, & omnia ad concordiam reducantur, *cap. inter dilectos, vers. caterum de fide instrum.* Crauet. *cons.* 301. *n.* 4. Gabr. *cons.* 94. *nu.* 6. *lib.* 1. cum præsertim verisimile non sit quòd extantibus pecunijs ex fructibus Abbatiæ collectas socij de proprio pensiones soluere voluissent.

3 Neque dicatur, quòd eo ipso quòd existentia pecuniarum non probatur, præsumitur defectus, & sic purificata videtur conditio, quia vltra quòd non sufficit actori probatio præsumpta, sed tenetur plenè, & concludenter fundare intentionem suam, etiam quòd consistat in negatiua, *l. in illa stipulatione*, & ibi Ias. *n.* 13. *ff. de verb. oblig.* Surd. *cons.* 180. *n.* 16. Cæs. de Gras. *decis.* 1. *num.* 17. *qui fil. sint legit.* Achil. *decis.* 1. *de prob.* non potest etiam præsumi hoc casu defectus, cùm versemur in negotio, quod potiùs præsumitur lucrosum, quàm damnosum, *l. semper §. negotiatio ff. de iur. immunit.* Soc. *cons.* 24. *n.* 41. *& seq. lib.* 1. Rot. Ianuen. *decis.* 173. *n.* 8. *& seq.*

4 Minus quoque dici potest probatus defectus ex bilancio quod datur, quia illud nihil concludit, nec apparet fuisse ritè, & rectè confectum, ad deduc. in Rot. Laudi 28. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Buratt. Quinimò quatenus etiam non esset necessaria probatio dicti defectus, vel posset dici probatus; nihilominus cùm non constet quòd creditum, quod in dicto bilancio reperitur Vincentio adscriptum, proueniat ex solutione pensionum ab ipso, vt prætenditur, Collegio facta, vel potiùs ex cambijs, adhuc mandatum quod pro sorte principali tantùm relaxatum asseritur, non esset aliqua ratione ex dicto bilancio iustificatum.

5 Nec subsistit, quòd saltem videatur iustificatum ex eo quòd probetur pensiones fuisse per Vincentium Collegio solutas, quia de proprio soluisse præsumitur, *l.* 2. & ibi Bart. & Bald. *Cod. pro soc.* Alex. *in l. certi conditio §. si nummos propè finem ff. si cert. pet.* nam vltra quod ostenditur, peruenisse ad manus eiusdem Vincentij plures pecuniarum summas societati debitas, & consequenter non nisi facto calculo constare potest in quo ipse creditor remaneat, visum etiam fuit, quòd cùm prædicti Hieronymus, & Aurelius non administrauerint, & pensiones, vt dixi, de fructibus Abbatiæ soluendæ essent, priùs negotium hoc inter ipsum, & Bettum administratorem discuti debuisset, quàm alij socij, qui non administrarunt, conueniri, *l. actiones §. si communis ff. pro soc.* glos. *in l. creditor §. duobus in verb. solido ff. mand.* Anchar. *cons.* 332. *n.* 6. Rot. Ian. *decis.* 46. *n.* 2.

6 Non obstat, quòd Hieronymus, & Aurelius promiserunt stare libris à Betto vti principali administratore conficiendis, quia nec mandatum de cuius reuocatione agitur fuit in dictis libris fundatum, sed tantùm in bilancio minùs legitimè, vt dixi, confecto, nec dicta promissio extendi potest ad cambia, vt dicitur, in dictis libris ad debitum Hieronymi, & Aurelij descripta, cùm illa nullo iure debeantur, nisi sint iustificata, iux. deduc. in Mediolanen. pecuniaria 27. Maij 1602. coram bon. mem. Litta, & in partium potestate non sit facere licitum, quod aliàs est illicitum, Bart. *in l. si fortè ff. de castrens. pecul.* præterquam quod mandatum dicitur relaxatum pro sorte principali tantùm, & re vera nullibi probatum apparet quòd negotium, de quo agitur, remansetit dempto cambiorum interesse in damno plusquam scut. 8800. auri stamparum, prout probari deberet ad hoc vt dictum mandatum posset sustineri, &c.

R. P. D. COCCINO.

Burgen. præeminentiarum.

Mercurij 2. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura explicantur notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Indefinita oratio æquipollet vniuersali, est eadem ratio, num. 1.

Statutum, & constitutio regulantur à ratione, & causa, n. 2.

Negatiua non censetur probata, nisi fuerit coarctata loco, & tempore, n. 3.

Obseruantia interpretatiua non suffragatur quando dispositionis verba sunt clara, n. 3. *in fine.*

Læsio enormissima quomodo sit consideranda ad effectum restitutionis in integrum aduersus lapsum quadriennij, & quomodo ad effectum rescissionis laudi, n. 4.

DECISIO DCCXII.

1 FVit resolutum in hac causa 1. Decembris superioris anni, quòd dimidij portionarij debent participare de iuribus suppressis per Iulium II. & Leonem X. iuxta sententiam Conchen. & quòd propterea, cùm laudum hoc auferat, & assignet quid minimom, satis dicitur constare de læsione ad effectum, quòd contradictio vnius ex dimidijs portionarijs suffragetur alijs, vt fuit pariter resolutum in hac causa 14. Ianuarij 1611. coram me, cui resolutioni non obstat, quòd verba suppressionis Iulij, & Leonis videantur satis clara, vt non comprehendat dimidios portionarios, nam contrarium visum fuit ponderando verba suppressionis Iulij II. ibi, *ac modica pars eorumdem fructuum, &c. dictis Canonicis portionarijs, & alijs beneficiatis in dicta Ecclesia singulis diebus interessentibus*, quæ verba *beneficiatis*, nedum ex propria significatione comprehendunt dimidios portionarios interessentes, ex allegatis in prima decisione, sed etiam comprehendunt ex ordine litteræ, & modo loquendi, quia non possunt verificari, nisi in dimidijs portionarijs; & clariùs hoc ostenditur ex verbis dispositiuis subsequentibus super distributione facienda, quæ sunt indefinita pro interessentibus, & personis prædictis; cùm enim interessentium sit eadem ratio, & conditio, videlicet, vt inuitentur ad interessendum, illa verba indefinita æquipollent vniuersali, vt per Din. *in proœm. reg. in 2. q. vers. sed si dicendum est*, Dec. *cons.* 30. *n.* 4. *&*

conſ. 146. *n.* 15. *verſ. vltimò non obſtat*, Bald. *conſ.* 184. *n.* 4. *vol.* 5. maximè, quia ſi adeſſet aliqua dubietas, videtur declarata per ſuppreſſionem Leonis X. in illis verbis, *& aliarum perſonarum ibi debitas laudes Domino aſſiduè perſoluendas commoditatibus, &c.* quæ verba, *& aliarum perſonarum*, ſunt clariſſima, & comprehendunt abſque dubio dimidios portionarios.

2 Et prædicta eo magis procedere debent, quia dicta verba declarantur ex ratione ſuppreſſionis, quæ quidem ratio multum operatur ad intelligendum, de quibus ſtatutum, vel conſtitutio loquatur, per ea, quæ not. Alex. *in conſ.* 216. *num.* 31. *& ſeqq. ad* 8. *lib.* 2. in prima enim ſuppreſſione dicitur, quòd modica pars fructuum remanebat intereſſentibus diuinis Officijs poſt Miſſam defunctorum, & ideò ſuppreſſiones fuerunt factæ, ne diuinus cultus pateretur, & ideò fuit ordinata applicatio fructuum, quæ quidem ratio inficiari non poteſt, quin & optimè conueniat eum dimidijs portionarijs, quare parum refert, quòd penſiones ſuppreſſæ fuerint extractæ è menſa Capitulari, quæ eſt ſeparata à menſa dimidiorum portionariorum, quia ex prædictis patet ex qua cauſa, & ad quem effectum fuerit facta ſuppreſſio, & ideò hoc eſt attendendum, per ea, quæ not. Surd. *in conſ.* 393. *num.* 38. *& ſeqq.*

3 Non obſtat obſeruantia allegata in contrarium, quia non probatur ante annum 1551. de quo fuit motalis, non enim ſufficit, quod non conſtet dimidios portionarios aliquid percepiſſe, ſed debet probari negatiua, quòd non perceperint, nam probando, quod non conſtet dimidios portionarios percepiſſe, non probatur negatiua non perceptionis, cùm non ſit coarctata loco, & tempore, *leg. Titia textores*, vbi Bart. *de legat.* 1. *l. fin. Cod. de reb. redit.* Aym. *conſil.* 139. *num.* 5. Veroll. *deciſ.* 192. *num.* 3. *part.* 3. vltrà quòd cùm verba ſuppreſſionum ſint ſatis clara, obſeruantia non eſſet interpretatiua, ſed deſtructiua; quare non attenditur, ex deductis in alia deciſione.

4 Nec eſt verum, quòd ad effectum, de quo agitur, læſio debeat eſſe enormiſſima, quæ deberet conſiderari reſpectu totius patrimonij, & non reſpectu iſtorum redditutum, iuxta deciſ. Achill. 6. *de in integr. reſtit.* & Socin. *in conſ.* 266. *num.* 24. *vol.* 2. Nam quicquid ſit de has concluſione, quæ mihi ſemper viſa fuit dura, procedit quando agitur de probanda læſione ad effectum reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum quadriennij, qui non eſt caſus noſter, in quo cùm agatur ad effectum, vt contradictio vnius facta laudo ſuffragetur, ſatis ſuperque videtur conſtare de læſione, quia pro diſtributionibus pinguibus fuit aſſignatum quid minimum, vt fuit conſideratum in prima deciſione ſub die prima Decembris ſuperioris anni, à qua ex prædictis Domini cenſuerunt non eſſe recedendum. Et ita concluſum, &c.

R. P. D. PAMPHILIO IVN.
poſteà S. R. E. Cardinali.

Reatina cenſus, ſeu pecuniaria.

Mercurij 2. Decembris 1615.

A R G V M E N T V M.

Promiſſio, & obligatio facta ex aliqua cauſa, ſi cauſa illa vera non eſt, inualida eſt promiſſio, & obligatio.

S V M M A R I V M.

Promiſſio, ſeu obligatio facta ſine cauſa, nulla, & inualida eſt, etiam quod hoc Camerali obligatione ſit validata, n. 1.

Negatiua probatur ex inſpectione inſtrumenti, numer. 2.

Decretum iudicis, & curatoris authoritas habent præſumptionem pro ſe, n. 3.

Fructus ſoluti vigore obligationis factæ ſine cauſa indebitè ſoluta dicuntur, n. 6.

D E C I S I O DCCXIII.

1 DOmini concluſerunt mandatum eſſe iniuſtum, quia licet fuerit relictum vigore inſtrumenti, in quo Domini de Pagnottis de anno 1600. cum obligatione Camerali promiſerunt infra annum extinguere cenſum ſcutorum 1000. etiam pro rata ſcut. 600. quam aliàs Thomas eorum pater ſuper ſe accollauit pro vltima ſolutione pretij eiuſdem petiæ terræ, quam à Mutio, & Camillo de Sinibaldis emit, prout contrahentes conſtare dixerunt ex inſtrumento emptionis, ad quod relationem haberi voluerunt; tamen cùm de accollatione ex dicto inſtrumento emptionis non appareat promiſſio ex defectu cauſæ, propter quam illa fuit facta, remanet inualida, Bald. *in l. nec apud, Cod. de hæred. inſtit.* Dec. *conſil.* 600. *num.* 7. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 50. & per conſequens ceſſabat illius exequutio, non obſtante obligatione Camerali, contra quam poteſt opponi etiam de defectu cauſæ, Galeſ. *poſt relat. ad* 4. *part. obligat. Camer. quæſt.* 1. *num.* 12. Rota in cauſa Romana pecuniaria coram Cantuccio, vt in deciſ. relat. inter impreſſ. 123. *n.* 15. *par.* 2. *diuerſ.* Theſaur. *deciſ.* 26. *n.* 15.

3 Nec poſſe dubitari quin ex inſpectione ipſius inſtrumenti emptionis de negatiua accollationis, & ſic de defectu cauſæ obligationis ſatis conſtare dicatur, quia licet aliàs accollatio huiuſmodi potuerit fieri in alio inſtrumento ſeparato, ex quo tamen in caſu iſto contrahentes ad illud relationem haberi voluerunt huiuſmodi negatiua, ex illius inſpectione ſatis probatur, Alex. *conſil.* 83. *numer.* 1. *verſ. modus autem lib.* 1. & fuit dictum in Romana cenſus 12. Maij 1606. coram Litta. Tantò magis, quia in dicto inſtrumento non ſolùm accollatio huiuſmodi non legitur, ſed etiam illa ſatis viſa fuit excludi, ex eo quia venditores in eo aſſerunt ſe à dicto Thoma recepiſſe integrum pretium ducat. 1200. in tot paulis argenteis pro duobus tertijs, & pro altero in moneta Regni, & ſic in pecunia numerata, aliàs enim huiuſmodi diſtinctio monetarum non fuiſſet ibi adnotata.

3 Nec obſtare, quod ex his probetur ſolùm confeſſio de recepto facta ab ipſis venditoribus, qui erant minores, quia cùm fuerit ſolemniter facta cum auctoritate curatoris & decreto iudicis, pro quo præſumitur, Put. *deciſ.* 205. *n.* 2. *lib.* 3. Seraph. *deciſ.* 217. *num.* 1. & fuit ſæpè deciſum, ex ea ſatis probata remanet vera, & realis ſolutio, *l. pecuniæ*, vbi Bald. *C. de ſolut.* Dec. *in l.* 2. *§. fin. n.* 27. *ff. ſi cert. pet.* & fuit dictum in cauſa Ceturen. bonorum 17. Iulij 1585. coram bon. mem. Card. Pamphilio.

4 Nec ſubſiſtere, quòd huiuſmodi confeſſio poſſit etiam referri ad accollationem cenſus, ex deductis in cauſa Ianuen. pecun. 15. Aprilis 1611. coram Illuſtriſſimo D. Cardin. Lancellotto, quia placuit reſponſio, quòd ibi nullum aderat verbum quod de neceſſitate denotaret, ſolutionem fuiſſe factam in pecunia numerata, imò, vt ibi dicitur, concludenter conſtabat de ſolutione facta mediante ſchedula bancharia per teſtes vtriuſque partis, cùm alijs ibi deductis: in caſu autem de quo agitur de accollatione cenſus nullibi apparet, & ex illa duplici ſpecie monetæ ſatis colligitur integrum pretium fuiſſe ſolutum in pecunia numerata, adeò vt accollatio cenſus pro parte pretij iam ſoluti fieri non potuerit, *ad l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iud.*

5 Neque refragari, quòd Thomas in dicto inſtrumento de anno 1600. dicatur in ſe ſuſcepiſſe ſupradictum cenſum pro rata ſcutorum 600. & ſic vt aliàs prout in huiuſmodi venditionis inſtrumento dicitur conſtare, quæ verba videntur poſſe etiam referri ad aliud inſtrumentum, & dubitationem importare, ex Bart. *conſil.* 90. *n.* 8. *lib.* 1. quia præterquam quòd accollatio cenſus in caſu iſto ſatis remanet excluſa, ex quo conſtat pretium fuiſſe ſolutum in pecunia numerata, ex ſupradictis. Placuit etiam reſponſio, quinimò dicta verba, vel alia, non poſſent referri ad aliud inſtrumentum, ſed ſolùm ad latiùs deducta in eodem inſtrumento venditionis, ad quæ contrahentes expreſsè relationem haberi voluerunt, & licet verba etiam ſubſequentia, prout in huiuſmodi venditionis inſtrumento dicitur conſtare, denotent quòd contrahentes ſuper huiuſmodi accollatione dubitabant, tamen certum eſt,

est, quòd ad dictum instrumentum relationem fieri voluerunt, & nulla alia de causa id verisimiliter fecerunt, nisi quia de accollatione dubitabant, quod sufficit ad effectum, vt ex illius inspectione de defectu causæ constare dicatur, ex supradictis.

6 Quod vltimo loco dicebatur de fructibus census solutis ab istis de Pagnottis, nihil pariter visum fuit releuare, quia solutiones factæ sunt post supradictum instrumentum de anno 1600. quod cùm ex defectu causæ finalis remanserit inualidum, fructus etiam illius vigore indebitè soluti repeti possunt, *l. 1. ff. de cond. indeb.* Dec. *d. cons.* 600. *n.* 4. *&* 6. Et ita decisum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Maceraten. prædij.

Veneris 1. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

De solutione facta tutori non legitimo, qui tamen publicè reputabatur legitimus, nunquid soluentem debitorem liberet.

SVMMARIVM.

Solutione omnis obligatio extinguitur, etiam facta tutori, num. 1.

Tutoris confessio de recepto pupillo non præiudicat, numer. 2.

Numeratio pecuniæ realis probatur per instrumentum publicum, ibid.

Pecuniarum conuersio in vtilitatem pupilli probatur coniecturis, n. 3.

Solutio facta tutori minus legitimo, qui tamen pro legitimo tutore habebatur, liberat soluentem, n. 4.

Statutum vsu non receptum seruari non debet, numer. 5.

Tutor præsumitur fuisse inuentarium, & omnia alia, ad quæ de iure tenetur, nisi probetur contrarium, ibid.

Minor maior factus potest approbare nulliter gesta per tutorem, num. 6.

DECISIO DCCXIV.

1 CVm aliàs Domini censuissent sententiam, qua Dominus Antonius in partibus condemnatus fuit ad soluendum Paulo Vlyssi scuta 1065. tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ esse reuocandam, iterùm à me super iisdem dubio proposito dixerunt quoad scuta 805. iam prius per D. Antonium de Paulo, siue eiusdem Pauli tutori soluta iniustitiam dictæ sententiæ esse claram: nam cùm mediante dictæ summæ solutione etiam tutori facta, extincta fuerit omnis eius obligatio, *l. Lucius la 2. §. tutela, & §. fin. ff. de administr. tut. vel curat. l. sancimus C. eod. l. quod si fortè, §. quid ergo,* vbi Bart. *num. 4. ff. de solut.* non potuit ad illam iterùm soluendum condemnari.

2 Non obstat, quod de solutione dictorum scutorum 805. non constat, nisi per confessioem de recepto tutoris, quæ pupillo non præindicat, iuxta magis communem opinionem, de qua per Bart. *in dict. l. Lucius §. tutelæ ff. de administr. tutor.* Ias. *in l. 2. §. final. num. 20. vers. puto ff. si cert. pet.* Castrens. *cons.* 186. *numer.* 1. cum alijs per Tiraquell. *tract. de retractu conuent. glos. 6. §. 4. num. 10. & seqq.* & fuit dictum in vna Romana residui 9. Decembris coram bon. memoriæ Rubeo, quia imò quoad scuta 405. constat fuisse verè, & realiter numerata per publicum instrumentum, quod facit probationem probatam, *l. cum precibus C. de probat.* Bad. *in l. Imperator n. 8. ff. de statu hominum.*

3 Quo verò ad alia scuta 480. nedum probatur numeratio; sed etiam, quòd versa fuerint in vtilitatem pupilli, ex quo apparet mediantibus illis redemptum fecisse censum super bonis Pauli de anno 1588. à Bernardino impositum. Et licet in instrumento dictæ redemptionis non exprimatur, quòd pecuniæ, quibus facta fuit redemptio, sint illæmet quæ recepta fuerunt à D. Antonio; nihilominus id satis probatum videbatur ex circumstantijs temporis, & alijs, accedente præsertim propria attestatione D. Venantij ferri, qui dictas pecunias recepit, & censum redemit, cùm versio etiam per coniecturas, & indicia probetur, Bart. *in l. ciuitas n. 12. & seqq. ff. si cert. pet.* Menoch. *cons.* 375. *n.* 12. Ruin. *cons.* 142. *num.* 4. *lib.* 1. Natt. *cons.* 543. *n.* 20.

Non obstat, quod tutor, cui dicitur facta solutio, inuentarium non confecit, atque ideò ea dispositione statuti ciuitatis Maceraten. D. Antonius per solutionem ei factam non censetur in præiudicium pupilli à debito liberatus, quia vltra quod satis est, quòd solutio facta sit ei, qui communiter reputabatur tutor, etiamsi minus legitimus postea appareret, *l. si quis seruo, l. quod seruus, & l. cum quis §. 1. ff. de solut. l. si procuratorem ff. de procurat.* Rot. *decis. num. 9. par. 2. diuers.* 4

Necdum statum probatur vsu receptum, prout requiritur, vt in terminis statuti Maceraten. fuit dictum coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino *decis.* 1004. *num.* 8. *&* 9. inter impress. & omnem etiam euentum, eo *ipso* quòd pro tutore publicè se gessit, præsumitur omnia adimpleuisse: ad quæ tam de iure communi, quam vigore statuti tenebatur, Socin. *cons.* 153. *vol.* 2. Caputaq. *decis.* 323. *n. 3. vol.* 2. Boer. *decis.* 124. *sub num.* 13. *vers. & pro hac conclusione.* 5

Et quia, vt in alia decisione dictum fuit, idemmet Paulus maior factus gesta per eundem tutorem approbauit, iuxta not. *in l. final. C. ad Maced. & in l. pupilli §. item quæritur ff. de negot. gest.* Alex. *cons.* 127. *sub n.* 1. *vol.* 5. Decius *cons.* 261. *n.* 6. *&c.* 6

R. P. D. DVNOZETTO.

Toletana decimarum.

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur in profanis vbi articuli sunt releuantes, imò sufficit releuantia vnius tantùm articuli, & quid si remissoria petatur, postquam alij testes fuerunt in partibus examinati, & dicicita testificata.

SVMMARIVM.

Laici sunt capaces iuris decimarum, si illarum solutionem probant immemorabilem cum forma, & priuilegijs, n. 1. Vbi etiam quod in personis Ecclesiasticis sufficit sola immemorabilis.

Remissoria datur absque fumo boni iuris, quando sumus in prophanis, & articuli sunt releuantes, ibid.

Remissoria quando concedatur postquam alij testes fuerunt in partibus examinati, & eorum dicicita testificata, num. 2.

Remissoriæ petitæ cessat præsumptio calumniæ ex vno articulo releuanti, n. 3.

Sententia licet sit deserta respectu appellationis, & notoria iniustitia, non tamen dicitur deserta causa nullitatis, quæ durat per annos 30. n. 4.

DECISIO DCCXV.

VIsum fuit Dominis dandam esse remissoriam hospitali, articulatur enim immemorialis præscriptio à solutione decimarum, cùm fama priuilegij, quæ reddit laicos capaces iuris decimarum, Abb. Innoc. & alij *in cap. cum Apostolica de his quæ fiunt à Prælat.* Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *num.* 64. fuit dictum in Toletana decimarum de Capilla 8. Februarij 1588. coram Orano, & in Ceruien. decimarum 27. Ionij 1602. coram bon. mem. Penia. Imò sola immemorabilis in personis Ecclesiasticis sufficeret, Crescen. *decis.* 1. *de decim.* & fuit dictum in Valentina decimarum Veneris 21. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Caualerio, ex quo articulus cùm sit releuans, & versemur in prophanis, qualis reputatur materia decimarum, Caputaq. *decis.* 99. *par.* 1. datur remissoria absque fumo, Caputaq. *decis.* 68. *par.* 3. & fuit decisum in dicta Valentina. 1

Non obstat examinatos fuisse alios testes in partibus, & dicicita testificata, quo casu non solet super eisdem concedi remissoria, vt fuit dictum in Conchen. decimarum de Castelon 19. Ianuarij præteriti. Nam fuit 2

responſum, quòd in partibus ſolum fuit articulatum hoſpitale percepiſſe decimas de quibus agitur, non autem immemorabilis cum ſuis requiſitis, prout hodie articulatur, quo caſu cùm articuli magis ſpecificent id quod aliàs fuit ſimpliciter articulatum, concedi ſolet remiſſoria, Abb. *in cap. fraternitatis n. 9. verſ. nam qui probauit, de teſtib.* & fuit dictum in Pacen. decimarum 12. Iunij præteriti, coram R. P. D. meo Manzanedo, & priùs in Hiſpalen. primiriarum 28. Nouembris 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio, vbi etiam fuit dictum, quod ſaltem datur remiſſoria per viam reſtitutionis, ne Eccleſia culpa defenſoris remaneat læſa.

3 Et eo magis viſa fuit concedenda remiſſoria, quia de nouo articulatur, locum de quo agitur, non eſſe infra limites parochiæ Eccleſiæ Cathedralis, vndè intrat concluſio, quòd dato vno articulo releuanti, ceſſat præſumptio calumniæ, ex qua ſola non ſolet ita de facili denegari remiſſoria, vt fuit ſæpiſſimè deciſum.

4 Non obſtat cauſam eſſe finitam per lapſum quadriennij, quia cauſa eſt commiſſa, non ſolùm ſuper notoria iniuſtitia & reſtitutione in integrum, ſed etiam ſuper nullitate. Ideò etiam ſi reſpectu appellationis & notoriæ iniuſtitiæ eſſet inſtantia deſerta, tamen reſpectu nullitatis durat vſque ad triginta annos, Achill. *deciſ.* 15. *de reſcript.* & fuit dictum in Placentina parochialis de Malpartida 1. Decembris 1630. coram bon. mem. Litta. Et ita deciſum, &c.

R. P. D. PAMPHILIO.
poſteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. litterarum cambij.

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Debitor non liberatur ex eo, quòd litteræ cambiæ pro illius ſolutione tranſmiſſæ fuerint acceptatæ, niſi etiam pecunia fuerit ſoluta.

SVMMARIVM.

Debitor non liberatur ex eo, quod littera cambiæ pro illius ſolutione tranſmiſſæ, fuerint acceptata, niſi etiam pecunia fuerit ſoluta, numero 1. Sed an iſto caſu teneatur creditor reſtituere litteras cambij, num. 5. & ſeqq.

Solutio non præſumitur, & creditoris aſſertioni ſtatur ſuper non ſolutione, niſi debitor contrarium probauerit, num. 2.

Solutio quod non fuerit facta à mercatore, probatur ex eius libris, in quibus ſolutio adnotata non fuit, ibidem.

Apochæ tenor maximè attendendus eſt inter contrahentes, num. 4.

Cedere actiones quis non tenetur ſoluenti proprium debitum, num. 7.

DECISIO DCCXVI.

1 DVbitaui an Domini de Bocchijs, & litis conſortes teneantur ad ſoluendum DD. de Barutis ſcuta 1500. de quibus agitur, vnà cum cambijs, & recambijs, damnis, & intereſſe? Et Domini affirmatiuè reſponderunt, Bocchios ſcilicet, & litis conſortes teneri, quia licet litteræ cambij, in quibus ipſi dictam ſummam Illuſtr. D. Card. Mont'alto ſolui mandarunt, Lauaianæ præſentatæ, & ab eo acceptatæ fuerint, non tamen per huiuſmodi acceptationem poſſunt dici liberati, cùm Lauaiana verè dictam ſummam non ſoluerit, nec aliàs per eam nouatio, vel delegatio inducta præſumitur, *l. ſi litterarum*, & ibi Bald. *C. de ſolut.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi debitorem num. 5. ff. de nouat. & delegat.* Cagnol. *in l. ſingularia in 1. lect. n. 161. verſ. nec obſtat ff. ſi certum pet.* cum alijs adductis per Gabr. *de nouat. concluſ. 1. ſub num. 19. verſ. contrarium, & an.* 20. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, quàm etiam ſequuta fuit Rot. in cauſa Bonon. pecuniaria 15. Ianuarij 1561. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in pluribus alijs cauſis relatis coram R. P. D. meo Remboldo in vna Romana Litterarum Cambij 1. Iunij præteriti.

Quòd autem Lauaiana dictam ſummam non ſoluerit, ſatis conſtare viſum fuit, nedum ex eo, quòd d. 2
D. Cardinalis, cui erat facienda ſolutio pro intereſſe iſtorum de Barutis, aſſerit ſe pecunias huiuſmodi non recepiſſe, quo caſu dicitur probata negatiua ſolutionis, niſi per debitorem contrarium probetur, Salyc. *in l. 2. num. 15. C. de iur. emphyt.* Iaſ. *in l. in illa ſub num. 15. verſ. amplia iſtam limitationem*, & ibi Rip. *num. 15. verſ. & iſta fallentia ff. de verb. oblig.* Gabr. *de probat. concluſ. 6. n. 16.* Sed etiam quia talis ſolutio non apparet adnotata in libris Lauaianæ, qui eam abſque dubio adnotaſſet, ſi verè illam ſoluiſſet, *l. Titia textores*, & ibi Bart. *n. 2. ff. de legat.* 1. quem ſequitur Ripa *in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 82. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Dec. *in l. iuſtam num. 3. Cod. de eden.* prout etiam duas quitantias iuxta communem ſtylum pro eadem ſumma recepiſſet, vt ille alteram apud ſe retineret, alteram verò Bononiam tranſmitteret eiſdem Bocchijs, qui talem quitantiam hodie ad probandam ſolutionem oſtendere poſſent.

Concurrit etiam diligentia aliàs facta per Officialem di- 3
cti D. Cardinalis pro conſequendis iſtis pecunijs à Lauaiana, quæ cùm haberi non potuerint, dictus Officialis proteſtatus fuit de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, vt apparet ex publico inſtrumento. Denique fuit ponderata apocha poſtmodum inter dictas partes facta, ex qua colligitur, quòd dictæ litteræ non habuerunt effectum propter ſuperuenientem decoctionem Lauaianæ, & propterea in ea conuentum fuit, quòd in reſtitutione dictarum pecuniarum ſuperſederetur per quindecim dies. Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis viſum fuit de veritate huius negatiuæ dubitari non poſſe, ex adduct. per Cephal. *conſ. 29. n. 6. & ſeq.*

Nec ſubſiſtit, quòd in dicta apocha D. de Barutis pro- 4
miſerint litteras Bocchijs reſtituere, quia imò inter dictas partes fuit in ea ſimpliciter conuentum quòd in executione litterarum, & proteſtationum ſuperſederetur per quindecim dies, vt interim DD. de Barutis procurent litteras cambij, ad effectum illas reſtituendi Bocchijs, & vt clariùs appareat in dicta ſumma illarum vigore ſoluta fuerit, vt colligitur ex tenore apochæ, qui eſt attendendus, *l. ſancimus circa med. C. de fideiuſſ.* Surd. *conſ. 156. n. 32.* Ideòque cùm DD. de Barutis plures diligentias adhibuerint, tam pro recuperatione dictarum litterarum, quàm etiam pro negatiua ſolutionis meliùs probanda, vt patet ex ſupra deductis eorum obligationi ſatisfactum cenſetur; & litteras recuperare non potuerint, ex tradit. per Gabr. *de pact. concl. 2. n. 1. & pluribus ſeqq.*

Minùs refragatur, quòd etiam de iure Bocchij non poſ- 5
ſint cogi ad ſolutionem dictarum pecuniarum, niſi reſtitutis litteris, *l. diſſoluta*, vbi Doct. *C. de condict. ex leg. & ſine cauſ.* cum alijs alleg. Quia id non procedit vbi litteræ, prout in caſu iſto, non reperiuntur, & creditores offerunt ſeparatos releuare debitores indemnes, Bald. *in l. inſtrumenta in fin.* & ibi Iaſ. *num. 2. Cod. de fideicomm.* idem Iaſ. *in l. huiuſmodi §. ſi ita numer. 12. ff. de legat.* 1. And. Gayl. *lib. 2. obſeru. 37. num.* 8. Burſat. *conſ. 39. numer. 12. lib. 1.* Benintend. *deciſ.* 58. Vinc. de Franc. *deciſ.* 498. Gamm. *deciſ. Luſit.* 336. *num.* 1. Præſertim quia pro amiſſione litterarum adeſt aſſertio facta medio iuramento per Barutos creditores, quòd tales litteras per Officiales prædicti D. Cardinalis Bononien. ſibi tranſmiſſas nullatenus receperant, & ideò illas, vel interceptas, vel deperditas credunt, adſunt etiam plura alia ponderata per informantes, ex quibus talis amiſſio viſa fuit ſatis veriſimilis, & per conſequens tantò minus poſſunt Baruti cogi ad eorum reſtitutionem, præcipuè cùm Bocchij, & litis conſortes remaneant tuti ex d. cautione, ac etiam ex declaratione facta ab eodem D. Card. Mont'alto, quòd videlicet à Barutis fuit ei prouiſum de noua remiſſione pecuniarum ad idem computum, quodque ſi dictæ litteræ inuenirentur, neque ab ipſo, neque de illius ordinatione procurabitur illarum exactio, etiam quòd à Lauaiana, vel ab alijs offerretur.

Nec ad iſtum effectum releuat præiudicium, quòd 6
per informantes pro Bocchijs deducebatur extracta per Lauaianam Venetijs ipſis facta. Nam quominus etiam litteræ ſuper tracta intelligi debeant reſpectu iſtius ſummæ ſcutorum 1500. de quo ſatis dubitari poteſt, placuit reſponſio, quòd cum dicti Bocchij tractam probare

poſ-

possint ex literis ipsius Lauaianæ, & alijs super tracta sibi transmissis, negatiuam verò solutionis ex libris eiusdem, & protestatione cum alijs suprà deductis, dictas pecunias, vti sibi indebitè tractus recuperare poterunt, perindè ac si literas haberent, *l. in summa, §. sed & agere, ff. de condit. indeb.* cum alijs alleg.

7 Neque demum obstat, quòd DD. de Barutis non restituentes literas repelli possint, saltem exceptione cedendarum. Quia cùm literæ cambij non habuerint effectum, nec fuerit per eos inducta nouatio, vel delegatio Bocchij, respectu dd. de Barutis remanserunt principales debitores, quibus propterea vti soluentibus debitum proprium, nulla est facienda cessio, *l. nulla est facienda cessio, l. nulla*, cum ibi not. *C. de solut.* Vinc. de Franch. *decis. 55. n. 7.* cum alijs allegatis. Et ita decisum, &c.

R. P. D. LVDOVISIO,

Posteà fel. rec. Greg. XV.

Romana spolij domorum.

Veneris 10. Februarij 1612.

ARGVMENTVM.

Actio spolij an transeat ad hæredes, & contra hæredes, & an hæres institutus in parte non dato alio cohærede sit hæres in totum.

SVMMARIVM.

Actio spolij transit etiam ad heredes, n. 1.
Actio spolij transit contra heredes, quando res apud heredem reperitur, ibid.
Actio spolij transit ad heredes, quando lis fuit introducta contra authorem, ibid.
Legatum factum heredi non date alio coherede, non sustinetur, n. 2.
Vsufructuarius non date coherede in proprietate dicitur heres vniuersalis, ibid.
Testatus pro parte, & pro parte intestatus, decedere quis non potest, ibid.
Vsusfructus non cadit in re propria, n. 3.
Substitutus si predecedat ante restitutum, bona apud institutum remanent libera, ibid.

DECISIO DCCXVII.

1 PRo Io. Paulo informante fuit resolutum ipsum restituendum ad omnimodam possessionem domorum, de quibus agitur, quia de primo extremo quod Cap. Iulius possederit, probant quinque testes, vt fuit firmatum 29. Ianuarij 1601. in qua etiam fuit dictum constare de secundo extremo per sustentationem litis, iunctis adminiculis: actio autem spolij competens Capitaneo Iulio, transiuit in Ioan. Paulum eius hæredem, Socin. *in l. rem quæ nobis, sub num. 10. vers. Item quia transit, ff. de acquirend. possess.* Cagnol. *in l. heredem, ff. de regul. iur.* Negus. *cons. 78. numer. 2.* Crescen. *decis. 13. de restitut. spoliat.* Fuit dictum in Perusina spolij domus 1. Februarij 1608. coram R. P. D. meo Decano, & sæpissimè in alijs, & datur contra hæredes Tarquiniæ cambiæ spoliatricis, tum quia ad ipsos peruenit domus, in qua fuit commissum spolium, *l. 1. §. vlt. & leg. si plures, de vi & vi arm.* Abb. *in cap. 2. n. 57. de ord. cogn.* Rip. *in c. sæpe, sub n. 8. & vers. An autem, de restit. spol.* cum alijs per Menoch. *de recup. remed. 1. num. 137. & seqq.* Tum quia lis super spolio fuerat introducta contra ipsam Tarquiniam, vt per Abb. *in d. cap. 2. sub n. 57. vers. ex quo infero*, Menoch. *d. remed. sub n. 160. vers. limitatur prime.*

2 Quæ alias obijciebantur de renonciatione quam fecerat Capitaneus Iulius in testamento Clementis sunt satis sublata in decisione tunc facta: licèt autem tunc dictum fuerit Capitaneum Iulium fuisse restituendum ad possessionem vsusfructus tantum: attamen hodie Domini dixerunt, hæredes ipsius restituendos fore ad possessionem ipsarum rerum, quia cùm Capitaneus esset etiam hæres institutus, sequitur quòd prætensum legatum vsusfructus non subsistebat; tum quia erat vnicus hæres, vnde seipsum legare non potuit, *l. legatum est non heredi*, vbi glos. & Doct. *ff. de leg. 1.* Tum quia proprietas quæ alteri non reperiebatur legata, veniebat sub generali institutione facta ad eius fauorem. Nam quoad illam non potuit decedere intestata, *§. non autem vtique, Institut. de hered. instituen. l. ius nostrum, ff. de reg. iur.*

In re autem propria non cadit vsusfructus, *leg. vsufr. in princ. ff. si vsusfruct. pet. l. 1. ff. de vsufr. instit. eodem, in princ.* Et licèt Capitaneo Iulio fuerint eius filij substituti, qui tamen illi prædecesserunt, & non superfuit persona cui deberet fieri restitutio, bona penes ipsum remanserunt libera, & ad quoscumque transmissibilia, *l. cùm pater, §. libertis, & l. qui solidum, §. prædium*, vbi glos. *ff. de leg. 1.* Dec. *cons. 182. n. 1.* Natt. *cons. 191. n. 4. &c.* 3

R. P. D. CAVALERIO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Calaguritana beneficij de Victoria.

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

De remissoria concedenda in nonnullis casibus, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Præsentatus à maiori parte patronorum instituendus est ab Ordinario, n. 1.
Remissoria concedenda est quando petitur ad probandam interpretatiuam obseruantiam, n. 3. Vbi & idem quando proposita probatio est releuans.
Remissoria conceditur etiam ad probandum per testes id, quod poterat probari per scripturas, quando archiuum, in quo scriptura reperiebantur, incendio combustum est, num. 5.

DECISIO DCCXVIII.

CVm ad hoc dimidium beneficium, de quo agitur, vigore particularis constitutionis existentis in hac Ecclesia beneficiati vocassent ad examen filios naturales, & primogeniales, ad effectum præsentandi magis idoneum scientia, vita, & moribus coram Ordinario, qui ab ipso deberet institui præuio examine; vndecim ex ipsis præsentarunt Antonium, tres verò Andream, & vnus Didacum; Ordinarius fecit nouum examen, in quo Andreas à tribus tantùm præsentatus, fuit declaratus magis idoneus. Appellauit Antonius tanquam grauatus ab huiusmodi relatione examinatorum, & causa commissa in Rota R. P. D. meo Pamphilio, resolutum fuit die 28. Iunij 1613. beneficium esse Antonio adiudicandum tanquam præsentato à maiori parte, ea ratione quòd sufficiebat ipsum fuisse repertum magis idoneum in examine facto à beneficiatis, qui cùm ipsum præsentassent, partes Ordinarij erant in ipsum instituendo, Rot. *de iurepatron. in nou. decis. 4.* non autem debebat facere nouum examen: vnde fuit lata sententia in fauorem Antonij. 1

Causa deinde commissa R. P. D. meo Pirouano, fuit dicta decisio confirmata, & cùm pro parte Andreæ peteretur remissoria ad probandam consuetudinem, quòd facto examine per beneficiatos, & aliquo à maiori parte approbato, Episcopus iterùm examini subijciet antè examinatos, & magis idoneum repertum instituat, fuit particulariter disputatum, & denegata remissoria, vt in decis. sub die 28. Maij 1614. & successiuè confirmata prima sententia. Demum mihi causa commissa, cùm iterùm pro parte Andreæ instaretur pro remissoria, Domini voluerunt vt rursus disputarem dubium particulare, quo pluries proposito, cùm ob varias difficultates suscitatas Domini non essent concordes, tandem resoluerunt remissoriam esse concedendam. 2

Non enim dicebant posse negari quin verba constitutionis vigentis in hac Ecclesia de Victoria sint aliquantulum dubia: vnde non sine causa videbatur peti remissoria ad probandam eius obseruantiam interpretatiuam, nam in constitutione cauetur, quòd ad dimidias portiones quocumque modo vacantes in dicta Ecclesia vocentur per edictum publicum filij naturales patrimoniales d. loci per integros portionarios, & assignato termino peremptorio competenti ad experiendum, & examinandum idoneior, & sufficientior scientia, moribus, & vita præferatur. 3

Nam si dicta verba prælationem denotantia, velimus referre ad ipsosmet beneficiatos, seu integros portionarios, quasi ipsi debeant præferre in præsentando eum, quem in examine coram ipsis facto repererint magis idoneum, 4

neum, & de hoc datur obferuantia contraria, quæ non controuertitur, quia beneficiati præfentant omnes coram ipfis examinatos, etiamfi fint difpares in votis, & fic non præfentant tantummodò digniorem, qualis præfumitur effe qui habuit maiorem partem votorum, & oftendantur plures præfentationes, & collationes hoc modo factæ de pluribus examinatis: vnde videtur quòd potiùs debeant referri d. verba prælationis ad collatores, vt videlicet debeat Ordinarius conferre beneficium magis digno, & cum conftitutio non exprimat, an quoad iftam qualitatem fit attendendus tantum concurfus factus coram beneficiatis; an verò Ordinarius debeat facere nouum concurfum poft præfentationem, non videbatur in hac dubietate poffe denegari admiffio ad probandum confuetudinem, vel obferuantiam interpretatiuam huius conftitutionis: vnde refultat releuantia, qua ftante non folet denegari remifforia, Caputaq. *decif.66. part.3.* maximè dato fumo, Put. *decif.356. numer.7. lib.2.* Cæfar de Graff. *decif.1. num.1. de dilat.* Pro fumo autem dabantur multæ præfentationes, & collationes hoc modo factæ, & depofitiones multorum teftium, qui licèt examinati ad perpetuam rei memoriam, tamen fatis vifi fuerunt fufficere ad dandum fumum, præfertim cùm fimus in tertia inftantia, beneficium remaneat fub fequeftro.

5 Ad decifionem coram Reuerendiff. Patri Domino meo Pirouano fuper huius remifforiæ denegatione, refponfum fuit poft illam fuiffe productas dictas præfentationes, & collationes quæ dantur pro fumo, quibus additur etiam articulari combuftionem archiui, in quo dictæ ex dictis præfentatiooibus, & collationibus afferuabantur, cuius incendij datur fides, & tali cafu non folet remifforia denegari ad probandum per teftes, quòd aliter potuiffet probari, Rot. *decif.403. lib.3.* Et ex his refolutum fuit dandam effe remifforiam, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Affifien. hæreditatis.

Mercurij 9. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Æftimi, feu cataftri liber non probat valorem bonorum in præiudicium non confentientis.

SVMMARIVM.

Cataftri liber probat valorem terrarum, ita dictante ftatuto, num.1.

Cataftri liber non probat in præiudicium non confentientis ijs, quæ in cataftro fcripta funt, n.2. & 3.

Cataftri, feu æftimi liber conficitur ad effectum fupportationis onerum pro rata quemlibet tangere, n.3.

Valor, feu pretium bonorum probandus eft de illo tempore, de quo eft controuerfia, & non de alio, ibid. in fin.

DECISIO DCCXIX.

1 TErtio loco hanc caufam propofui, & Domini adhuc in decifis perftiterunt. Quia contra decifiones folum opponitur de exceffu bonorum, quæ data fuerunt per Martinangelum Andreæ eius filio in executione promiffionis de donando florenos 400. qui exceffus dicebatur probari ex eo, quòd donatio incepit à quantitate florenorum 400. in tot bonis ftabilibus, ita vt bona cenfeantur data refpectiuè ad quantitatem, & per confequens donationem non poffe comprehendere bona in balia plebis, & moræ, quæ vnà cum bonis exiftentibus in balia collis Puni afcendunt ad florenos mille, iuxta æftimationem, de qua in æftimo, feu cataftro ciuitatis, per quod ftante ftatuto eiufdem ciuitatis dicitur probari valor terrarum, ex Bald. *in l.2.n.59.C.de refcind.vendit.* & Cagnol. *ibid.n.266.* Alex. *conf.199.n.6. lib.6.*

2 Sed ad prædicta fuit refponfum, quòd etfi ftatutum det formam, & modum in defcribendo bona in cataftro, videlicet fi bona fint æftimata in valore florenorum 100. quòd illa fumma reducatur ad vigefimam partem intra certam cohærentiam, & extra illam ad decimam partem, & fecundùm huiufmodi reductionem exceffus videatur patens; tamen in primis firmandus eft verus valor bonorum, & exinde procedere ad argumentum reductionis: fed veritas valoris ex libro æftimi non poteft firmari, ergo confequentia ftatuti non fuffragatur, & quòd cataftrum non probet in præiudicium non confentientis ex veriori opinione ponit Cagnol. *in ead. l.2. num.266. Cod. de refcind. vendit.* ea ratione, quia agitur de actu inter alios celebrato, nempè inter æftimatum, & rempublicam facientem bona æftimari, quæ regulariter cæteris non folet præiudicare.

Præterea æftimum conficitur ad effectum fupportationis onerum pro rata quemlibet tangente, ideò propter limitatam caufam non debet vltrà operari, & Cagnol. ex eifdem rationibus fequuti funt Domini in caufa Tudertina confinium 4. Maij 1584. coram fanctæ memoriæ Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, & in ciuitatis Caftelli legitima 14. Nouembris 1603. coram Illuftriff. Cardinali Lancellotto addebatur, quòd cataftrum multo poft donationem fuit factum, ita vt probatio non percutiebat tempus donationis, prout neceffarium eft, *leg. fi voluntate, Cod. de refcindenda venditione,* Natt. *conf.548. numer.36. cum fequentibus,* & in eadem donatione Martinus Angelus donans referuauerat vfumfructum bonorum donatorum eius vita durante, ex quibus magis redditur incerta æftimatio bonorum de tempore donationis, cùm tanto tempore potuiffent fuperuenire donans, vt æquaret fortem de tempore matrimonij Clementiæ cum Andrea foluere promiffam. Et ita, &c. 3

R. P. D. VEROSPIO SEN.

Poftea S.R.E. Cardinali.

Piftorien. Prioriæ.

Mercurij 9. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Prior electus in Ecclefia Cathedrali numquid participare debeat de omnibus diftributionibus, & alijs de quibus participant aliæ dignitates, & Canonici.

SVMMARIVM.

Canonicus eo ipfo quod in Canonicum recipitur, participat de omnibus, honoribus, priuilegijs, & diftributionibus quotidianis, quæ ratione refidentiæ conceduntur, n.1. & 2. Vbi ampliatur hoc procedere etiam in alijs dignitatibus erectis ad inftar aliarum.

Verbum pariformiter, *denotat omnimodam communicationem, n.2.*

Vniuerfalia verba, non patiuntur reftrictionem, n.3.

Diftributiones Canonicatus pertinent ad eos, qui inferuiunt, ibid. in fine.

Confuetudini multum deferendum eft in materia participationis diftributionum, n.4.

Claufula fine præiudicio alicuius, *non extenditur ad expreffa, n.6.*

DECISIO DCCXX.

BArtholomæus Panciaticus poft adeptam in Cathedrali Ecclefia Piftorien. poffeffionem Prioriæ nuper erectæ mandatum obtinuit de manutenendo fuper certis iuribus, tanquam ad dictam Prioriam fpectantibus; quod mandatum præuia decifione coram me facta fub die 13. Martij præteriti, cùm reuocatum fuiffet, Bartholomæus relicto poffefforio ad petitorium fe tranftulit: vnde aduerfus inftantiam dubitatur, an Prior de omnibus participare debeat, de quibus participant aliæ dignitates, & Canonici non participantes de maffa groffa? Et Dominis vifum fuit affirmatiuè refpondendum, cùm eo ipfo quòd in Canonicum quis recipitur, de omnibus honoribus, priuilegijs, & diftributionibus quotidianis participet, quæ ratione interficientiæ conceduntur, Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. num.20. verf. & forte poffet dici, & num.4.* vbi Abb. *numer.29.30. & 31. fuper glof. in verbo vltra num. de conftitut.* Felin. *num.23.* Dec. *num.132. fuper eadem glof.* Rip. *num.186.* Hoied. *de incompatib. benef. part.1. cap.12. num.67. & 68.* & fuit dictum in caufa Iacen. Archidiaconatus 1. Iulij 1599. coram Illuftriffimo Lancellotto, & in fpecie de omnibus Sacriftiæ emolumentis, Monet. *de diftribut. quotid. part.2. qu.1. n.4. & 8.* & fuit dictum in Burgen. diftributionum 26. Aprilis, & 8. Nouembris 1610. coram Penia. 1

Et eo magis id procedit, cùm hæc dignitas erecta fuerit ad inftar aliarum quæ de honoribus, & emolumentis controuerfis participant, Federic. de Sen. *conf.290. numer.5. verf.* 2

vers. an isti recepti, Abb. *in d. cap. cum M. Ferrarien. n. 31.* Bellamer. *num. 9.* Felin. *numer. 23. de constit.* Rot. *decis. 26. num. 5. de praeben. in nou.* Hanc autem esse ad aliarum instar erectam, colligitur ex verbis amplissimis, nimirum, *Cum omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus, libertatibus, praerogatiuis, praeminentijs, & antelationibus, honoribus, insignijs, facultatibus, indultis, fauoribus, & gratijs, tam spiritualibus quàm temporalibus, quibus aliae sex dignitates de iure, vel consuetudine, vel aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, ac vti, frui, potiri, & gaudere possent, & poterunt in futurum pariformiter, & equè particulariter in omnibus, & per omnia, absque vlla prorsus difficultate.* Quae verba pariformiter denotant omnimodam communicationem omnium Canonicalium iurium, quibus caeterae dignitates gaudent, *l. 1. ff. de leg. 1.* Ias. *in l. si Rufinus, numer. 6. C. de testam. milit.* Ruin. *cons. 56. num. 12. lib. 2.* Rot. *decis. 8. n. 5. & seq. part. 2. diuers.*

3 Attentis primùm verbis vniuersalibus literarum erectionis, quae restrictiuam non patiuntur, Aym. *consil. 294. num. 1.* Sarnen. *in reg. de trien. quaest. 2. num. 3.* Rolan. *cons. 27. num. 16. lib. 4.* Ruin. *cons. 103. num. 8. lib. 3.* Alex. *cons. 30. num. 14. lib. 5.* Onded. *cons. 30. num. 61. lib. 1.* Seraph. *decis. 325. num. 7.* Quod ex sequentibus etiam verbis arguitur, ibi, *horis Canonicis, Missis, alijsque diuinis actibus in dicta Ecclesia, illiusque choro celebrandis, & peragendis, Prior interesse possit, necnon actibus capitularibus, ac etiam rebus, & negotijs ad illius sacristiam spectantibus, vocemque actiuam, & passiuam in Capitulo habeat, &c.* ex quibus necessario sequitur Priorem de distributionibus etiam participare debere, quas praesentes, & reliquae dignitates ratione seruitij lucrantur, cùm de iure communi ad eos illae pertineant qui seruiunt Capitulo vnico, & ibi notat. *de cleric. non resid. in 6.* Conc. Trid. *cap. 12. §. distributiones sess. 24.* & fuit dictum in allegata Burgen. distributionum coram Penia.

4 Nec obstat restrictiua in dictis literis apposita, quòd nimirum Prior temporalibus gaudere non valeat, nisi postquam ex fructibus Prioriae tot mensae Capitulari fuerint applicati, quot ab vnoquoque Canonicorum pro rata percipitur, &c. Vnde non secuta huiusmodi applicatione Prior de istis distributionibus participare non possit, ex alleg. pro Capitulo. Nam respondetur hanc restrictiuam esse intelligendam respectu participationis emolumentorum ex mensa Capitulari prouenientium, vt ex dictis literis apparet, ibi, *Quot iuxta ratam partem, seu portionem per vnumquemque dictorum Canonicorum, ex distributionibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis mensae capitulari, eiusdem maioris Ecclesiae percipi & lucrari solitis,* iuxta sacr. Conc. Trid. dispositionem, *cap. 3. sess. 22. de reform.* à quibus distributionibus excluditur ille, qui non contulit, Seraph. *decis. 1602. num. 1.* Secus autem respectu aliarum distributionum, de quibus seruientes etiam, qui non contulerint, participant, *d. cap. vnic. de Cleric. non residen.* vbi Canonistae, & fuit dictum in alleg. Burgen. distributionum coram Penia.

5 Quod etiam ex ipsius Ecclesiae consuetudine comprobatur; nam testes pro Bartholomaeo examinati, deponunt seruientes etiam, quòd de mensa Capitulari non participent de alijs distributionibus, & emolumentis participare, cui consuetudini multum est in hac materia deferendum, *cap. vnic. §. statuimus de Cleric. non resid. in 6.* Dec. *cons. 280. in princ.* Paris. *cons. 32. numer. 20. lib. 4.* Zabarel. *consil. 53. num. 4.* & fuit dictum in Valentina emolumentorum 16. Octobris 1585. coram Cantuccio, & alibi saepiùs: vnde praedicta restrictiua solùm ad participationem mensae capitularis est referenda, cùm haec sit aequior interpretatio ad excludendum incompositum sensum, ne videlicet quis ratione seruitij lucretur, cùm in eadem Ecclesia testes deponant alios, quamuis minimos lucrari.

6 Non obstat clausula *sine alicuius praeiudicio*, in erectione posita, non enim inde sequitur nouum in Ecclesia receptum de distributionibus non participare, nec vocem habere debere in Capitulo, nec alijs iuribus potiri, quae in ipsa erectione conceduntur, cùm dicta clausula quoad expressa, nihil operetur, Oldrad. *cons. 330. in fin.* Sarnen. *super regula de iure quaesit. quaest. 1. num. 41. circa med.* Paris. *cons. 70. numer. 12. lib. 1.* Zabarel. *consil. 151. numer. 30. lib. 2.* Gram. *decis. 66. num. 4.* Put. *decis. 183. lib. 3.* Seraph. *decis. 1445. num. 4.*

R. P. D. SACRATO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Carthaginen. & Abulen. beneficiorum.

Mercurij 11. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Mandatum de dispensando non est dispensatio, pluriumque incompatibilium beneficiorum assequutio de iure communi non est prohibita, sed retentio.

SVMMARIVM.

Dispensatio differt à mandato de dispensando, mandatumque de dispensando non potest dici dispensatio, numer. 1.

Beneficiorum incompatibilium assequutio de iure communi non est prohibita, sed retentio, & ideo qui plura obtinent beneficia incompatibilia, habet electionem retinendi illud, quod sibi magis placuerit, n. 2.

Quaecumque, & qualiacumque *verba vniuersalia referuntur non ad numerum, sed ad qualitatem, n. 3.*

DECISIO DCCXXI.

Domini perstiterunt in decisis quòd causa sit expedienda ad fauorem Parechi, & Molinae, & quòd 1 dispensatio Cosmi, etiam vncta clausula quòd dispensationes habeantur pro expressis, nullatenus suffragentur Cosmo, & vltra aliàs dicta, fuit consideratum, quòd praetensa dispensatio Cosmi verè non est dispensatio, sed mandatum de dispensando, quod non habet vim dispensationis, Paris. *consil. 57. numer. 53. lib. 4.* Put. *decis. 256. lib. 1. & decis. 41. in fin. lib. 3.* Achil. *decis. 18. de procurat.* Rot. relat. per Add. *ad decis. 2. de filijs presbyt. numer. 1. in nou.* Nauar. *cons. 3. numer. 2. eod. tit.* Couar. *part. 2. cap. 6. §. 9. numer. 11. ad fin.* cum alijs per Sanchez *de matrim. lib. 8. tit. de dispens. disp. 30. numer. 12.* Nec visum fuit Dominis esse amplius expectandam scripturam super exequutione dicti mandati, quia istud obiectum fuit factum per informantes pro Parecho, & Molina vsque ante vacantias, quo tempore vsque in praesens potuisset afferri scriptura super dicta exequutione si adesset. Et praetereà etiamsi adesset exequutio dispensationis, adhuc illa non videbatur suffragari ad effectum obtinendi plura eodem tempore, sed tantùm successiuè, rationibus deductis in decisionibus in hac causa factis.

Quibus visum fuit non obstare, quòd de iure com- 2 muni non sit prohibita assequutio plurium beneficiorum incompatibilium simul, sed retentio: vnde qui obtinuit, regulariter habet electionem retinendi, quod magis vult, ad *cap. referente*, vbi Butr. *numer. 7. de praeb.* Capr. *regul. 90. numer. 87.* vnde infertur clausulam, *dummodo plura non sint*, minimè esse referenda ad assequutionem, sed ad retentionem, quia respondetur nos non versari in terminis iuris communis, sed in terminis dispensationis, in quibus dispensatio ipsa deseruit pro lege, cùm sine hac illegitimus neque obtinere, neque retinere beneficia Ecclesiastica posset, & proinde videndum remanet, quid Papa voluerit concedere Cosmo, in quo duplex potest fieri interpretatio. Prima, quòd voluerit illi concedere, vt plura posset beneficia obtinere. Secunda, quòd nedum non posset simul retinere, sed neque etiam simul obtinere, & cùm verba dispensationis sint ista, *Necnon quaecumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura, &c. recipere, & dummodo plura simul non sint, retinere valeat, &c.* apparet quòd clausula, *dummodo*, potest referri nedum ad retentionem, sed etiam ad assequutionem, & proinde cùm materia dispensationis sit odiosa, & strictè interpretanda, ex allegatis in alijs decisionibus, sequitur quòd limitatio clausulae, *dummodò*, sit referenda tam ad vnum quàm ad aliud, vt minùs dicatur concessum, & dispensatio euadat magis stricta, pro quo est bonus text. *in c. 1. § ille verò de filijs presbyt. in 6.* vbi Anchar. post Lap. *circa fin. vers. quaero si ille*, vbi etiam Franc. *n. 14.* Gemin. *n. 3. vers. sed pone.*

Non obstant verba generalia quaecumque & qualia- 3 cumque, quia illa verba non referuntur ad numerum beneficiorum, sed ad qualitatem, vt in terminis verbi,

qui-

quibusuis, resoluit Rota coram Aldobrandino, vt in decisione 533. *part. 1. diuers.* Quantum ad clausulam pro expressis, placuerunt responsiones datæ in decisione in hac causa facta sub die 7. Maij 1612. & etiam suffragari visa fuit regul. Cancell. 50. incip. *Item quod per quamcumque signaturam*.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Pistorien. beneficij.

Luna 14. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Appellatio quatenus contrà recipitur ex stylo Palatij, dicitur tamen circumducta vbi iudex non pronuntiat in termino, in quo appellatio producta fuit, nec suffragatur appellatio penes Notarium in actis dimissa, & coram iudice non interposita, & quòd mandatum probatur coniecturis, & quibus.

SVMMARIVM.

Res indicata adesse dicitur vbi non docetur de interposita appellatione, n.1.

Appellatio quatenus contrà recipitur ex vsu palatij, ibidem.

Appellatio dicitur circumducta, vbi non pronunciatur in termino, in quo appellatio producta fuit, ibid.

Appellatio dimissa in actis penes Notarium, non autem interposita coram iudice, appellanti non prodest, numer.2.

Mandati defectus vbi à parte non opponitur, non nocet quando reuera adest mandatum, etiam quòd non sit productum, num.3.

Mandatum Procuratoris coniecturis probatur, n.4.

Procuratoris mandatum præsumitur in eo, qui in manibus habet plures scripturas ad causam facientes, ibidem.

Mandatum præsumitur in eo, qui sportulas deposuit, & alias expensas fecit in lite, ibid.

Citatus vbi quis fuit tanquam Procurator non potest amplius contra ipsum excipi de defectu mandati, num.4. in fine.

DECISIO DCCXXII.

1 Constare de re iudicata Domini dixerunt, cùm non doceatur de appellatione saltim intra legitima tempora interposita, *cap. Romana, §. si vero, de appellat. in 6.* Rot. *decis.30. de appellat. in nou.* Lancellot. *de attent. appellat. pendent. limit.50. num.37.* Seraphin. *decis.422. n.5.* licèt enim die 8. Aprilis præteriti fuerit data Notario schedula appellationis sub formula, *quatenus contrà*, quæ recipitur ex vsu palatij, iuxta Vestr. *in prax. lib.7. cap.3. num.29. in fine*, Put. *decis.102. num.2. lib.3.* Rota *diuers. decis.391. numer.3. part.3. lib.3.* Tamen, quia non fuit pronunciatum sub termino, infra quem fuerat appellatum, sed die 29. eiusdem mensis appellatio remansit circumducta, & inutilis, perinde ac si interposita non fuisset, & ideò erat de nouo interponenda in termino alterius citationis ad sententiam, sub quo fuit pronunciatum.

2 Vltra quòd dicta schedula appellationis fuit dimissa tantummodò in actis penes Notarium, non autem interposita coram iudice à quo, prout requiritur ad text. *in cap. vt debitum, de appellat.* Rota *decis.50. de appellat. in nou.* Grammat. *decis.36. n.76.* Cephal. *cons.185. n.5.* Vestr. *vbi suprà n.29.* Lancell. *loco cit. n.184.*

3 Non obstat defectus mandati eius, qui obtinuit sententiam, & in causa comparuit, quia adest mandatum ad lites, & cùm contra illud nihil vnquam fuerit oppositum, non potest hodie agi de illius defectu, iuxta decis. Mohed. *1. de procurat.*

4 Maximè, quia concurrunt plures coniecturæ in casu nostro, ex quibus illud probatur, Gozad. *cons.11. num.13.* Cæs. de Graff. *decis.2. n.5. de reb. Eccles. non alienan.* Rota *diuers. decis.18. n.1. part.1. & decis.32. n.2. part.2.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.7. tit.6. n.1.* Ille enim, qui comparuit, habebat plures scripturas ad causam facientes, quas in actis produxit Ias. *in l.1. sub n.12. vers. item vltra, Cod. de procurat.* Cassad. *decis.3. sub n.5. vers. & si apud aliquem de procurat.* Caputaq. *decis.185. n.3. part.2.* Item in huiusmodi causa sportulas deposuit, & alias expensas fecit, Rot. *diuers. decis.2. de caus. possess. & propriet. in antiq.* Socin. *cons.86. n.3. lib.3.* Gabr. *de procur. conclus.1. n.6.* & tandem vti Procurator fuit semper citatus per partem aduersam, & sic approbatum pro tali, Surd. *decis.104. num.12.* Menoch. *de adipiscend. remed.4. num.611.* Ex quibus ita resolutum, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Lucana iuris patronatus.

Luna 14. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

De probatione ascendentiæ in successione iurispatronatus.

SVMMARIVM.

Descendentia probatur ex pluribus testamentis, in quibus quilibet pater respectiuè nominat, & instituit suum filium, num.2.

Descendentia ad effectum successionis in iurepatronatus an sit necesse vt probetur à primo fundatore, an vero sufficiat probari ab illis, qui fuerunt in quasi possessione præsentandi, n.3.

DECISIO DCCXXIII.

Domini dixerunt constare de descendentia illorum, 1
qui præsentati fuerunt à Margarita, Maria, & Magdalena filiabus Bartholomæi Martini, incipiendo à Margarita, quæ nupsit Hieronymo Burlamacchio, ex illa natus est Sebastianus, ex Sebastiano Hieronymus, & ex Hieronymo Vincentius, Nicolaus, & Ioannes, qui præsentarunt. Ex Maria, quæ nupsit Francisco Marchio nati sunt Franciscus, Maria, & Ioseph. Ex Francisco, Maria, Ioannes, & Vincentius, ex quo Vincentio natus est Franciscus, qui præsentauit; ex Ioanne Ioannes Baptista, qui pariter præsentauit; ex Iosepho autem altero filio Mariæ natus est Syluester, & ex Syluestro Laura, & Maria, quæ præsentauit, ex Magdalena verò, quæ nupsit Hieronymo Magrino natus est Benedictus, ex Benedicto Angela, & ex Angela quæ nupsit Ioan. Baptistæ Guinigi Pier Angelus, & Laurentius, & ex Laurentio Ioan. Baptista Guinigi, qui præsentauit; ex Pier Angelo iunior, qui pariter præsentauit.

Quæ quidem descendentiæ omnium supranominato- 2
rum sufficienter probantur in diuersis testamentis, in quibus quilibet pater respectiuè successiuis temporibus nominat, & instituit filium suum, Paris. *cons.29. n.10. lib.2.* Gozzad. *cons.13. num.7.* Seraph. *decis.489. part.1.* & fuit dictum in vna Veliterna iurispatronatus 16. Februarij 1609. coram Domino meo Decano, iunctis præsertim alijs iuribus, & testibus, de quibus in summarijs datis pro parte Laurentij.

Non obstat, quòd descendentia sit probanda à primo 3
fundatore, quia cum dicta Margarita, Maria, & Magdalena fuerint in quasi possessione præsentandi, vt iam fuit firmatum in prima decisione huius causæ, ab illis sufficit descendentiam probare, Molin. *de primog. lib.6. cap.7. numer.6.* & fuit dictum in vna Mediolanen. Clericatus 7. Maij 1610. coram R. Damasceno, & in alia Baren. beneficij prima Iulij 1611. coram D. meo Vbaldo, & aliàs sæpè. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. de Cattaneis.

Luna 14. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Hæres facto inuentario non confundit actiones si quas habet contra hæreditatem, & propterea potest contra factum defuncti venire.

SVM-

SVMMARIVM.

Hæres non potest venire contra factum testatoris defuncti, num.1. nisi hæreditatem adierit cum beneficio legis, & inuentarij, n.2.

Mors probatur ex libro parochi, n.3. & 4.

Hæres in confectione inuentarij numquid debeat citare creditores, n.5.

DECISIO DCCXXIV.

1 PRo fundamento intentionis D. Isottæ, & filiorum D. Ludouicæ, supererat videndum de identitate bonorum in fideicommisso comprehensorum; verùm quia opponebatur eandem D. Isottam, & Ludouicam esse hæredes Curtij, & Cæsaris, qui alienarunt, & causa agitatur cum Leonibus, & alijs tertijs possessoribus, quibus videbatur sufficere reijcere agentes per exceptionem *l. vindicantem, ff. de euict. & l. cùm à matre, C. de rei vend.* Ideò dubitaui, an exceptio dictarum legum obstet in casu proposito. Et non obstare fuit resolutum, nisi in hæreditate sint computanda bona Bubani, quod Domini reseruarunt in separata disputatione examinare.

2 Nam etsi pro parte istarum sororum non impugnetur aditio hæreditatis Cæsaris ex persona Curtij, quæ regulariter solet importare approbationem gestorum per testatorem, per *l. cum à matre, C. de rei vend.* & per consequens securitatem tertijs possessoribus, ne ab hæredibus possint inquietari. Tamen si hæreditas fuerit adita cum beneficio legis, & inuentarij, vt in præsenti probatur, tunc non erit interdictum hæredibus auocare bona per testatorem alienàta, quatenus ad ea consequenda alio iure, quàm hæreditario veniant, cùm hoc præcipuum sit inuentarij beneficium, vt præseruet omnes actiones hæredi competentes, & quoad damnum vitandum constituat hæredem ac si hæreditatem adiuisset, *l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* Fanut. *de inuent. part.5. num.94.* Roland. *eod. tit. in* 10. *vtilitate*, Osasc. *decis.* 181. *n.* 13. Surd. *cons.7. n.31. & seqq.*

3 Nec visum est obstare, quòd hæreditas à principio simpliciter adita fuerit, quia postmodum sorores gratiosè fuerunt restitutæ aduersùs non confectum inuentarium, vt ex literis fel. rec. Clementis VIII. quæ datæ fuerunt, & quæ pariter in earum narratiua benè iustificantur, quia infantilis ætas istarum sororum narrata respectiuè de tempore mortis Curtij earum patris probatur, tam ex fide earum baptismatis, quam ex libro Sacristæ S. Dominici de morte Curtij, quibus in probanda natiuitate, & morte solet fides adhiberi, Bald. *cons.452. lib.4. & in leg. fin. ante finem num.* 15. *C. sine cens. vel reliq.* Maurit. *de restit. in integ. quæst.*321. ea ratione, quia in Plebano tunc quando scribunt diem baptismatis, vel mortis, nulla prorsus sit præsumenda fraus, ex quo nihil vtilitatis, aut commodi percipiunt ex tali scriptura.

4 Secundò autem dum narratur hæreditas damnosa, & hæc qualitas satis colligitur ex quantitate debitorum in inuentario descriptorum, quæ excedunt valorem bonorum hæreditariorum, quæ fuerunt æstimata in libris 1461. ideò cum hodie constet de inuentario legitimè confecto, neque *l. cum à matre*, videtur obstare, quia propriæ hæredum actiones sunt præseruatæ à confusione actionum, neque *l. vendicantem*, quia adhuc non est expeditum, quòd bona quæ peruenerunt ad sorores, sint hæreditaria, & per consequens interim non sunt impediendæ, quatenus procedant ad canonizationem fideicommissi, vel aliorum bonorum, ad quæ ex persona propria sint vocatæ.

5 Non obstat, quòd Leonij, & alij possessores bonorum non fuerint citati in confectione inuentarij, quia non poterant dici certi creditores prætextu futuræ euictionis bonorum, de quibus agitur, super quorum recuperatione adhuc non fuerat mota lis, *l. euict. 2, §. duplex, ff. de euict.* & latè fuit deductum in causa Bononien. de Formaliarijs 28. Ianuarij 1591. coram bon. mem. Card. Pamphilio. Præterea datur etiam statutum particulare ciuitatis Bononiæ, in quo datur forma exequendi restitutiones in integrum aduersùs aditiones hæreditatis, & non confectionis inuentarij, qua seruata, vt in præsenti, restiturio, & inuentarium suffragatur, etiam quoad non comparentium, & specialiter non citatorum. Et ita, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana mercedis.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Salarium, seu merces non conuenta quomodo taxari debeat, & an, & quando Procurator non producendo mandatum parte petente, & protestante reddat actum nullum.

SVMMARIVM.

Mercedis solutio taxari debet ad eam summam, ad quam alias dicta merces soluta fuit, n.1.

Partita in libro mercatorum scripta manu alicuius censentur creata de consensu scribentis, num.2. Vbi etiam idem de eo qui scripturam partitarum scientiam habebat, & non reclamauit.

Salarium augendum est iuxta quod labor augetur. Declara vt num.3.

Sententia lata ad instantiam asserti Procuratoris, de cuius mandato non fuit doctum, licèt sæpius ex aduerso fuisset protestatum, nulla est, etiam quod is esset verè Procurator. Declara vt n.4.

Procuratoris mandatum parte petente, & protestante, produci debet, etiam quod is verè sit Procurator. Declara vt ibid.

Mandatum Procuratoris præsumitur ex eo quòd quis habeat in manibus scripturas sui principalis, & illas produxerit, ibid.

DECISIO DCCXXV.

DOmini censuerunt sententiam Gubernatoris esse 1
confirmandam quoad quantitatem mercedis taxatam in annuis scutis 52. & bol.50. Regula enim est, quòd quoties non apparet de certa conuentione inter partes, ea quantitas censetur conuenta, quæ fuit soluta, Bald. *in l. si certis num.*11. *C. de pact.* Felin. *in cap. cum Bertoldus, sub num.28. vers. & si est facta, &c. de re iud.* Purpur. *consil.* 423. *num.*24. Honded. *cons.35. numer.4. lib.2.* In casu vero nostro ad dictam rationem fuit soluta merces Vincentio die 26. Decembris 1606. vt constat ex partita libri Fundaci, in qua dicitur, *si fanno boni à Vincentio scudi 227. bol.* 80. *per sua prouisione di quanto n'hà seruito per fino al sudetto giorno*. Calculando enim ad rationem quatuor annorum, & trium, vel quatuor mensium, quibus apud partes est in confessu Vincentium de illo tempore seruijsse Fundaco, dicta summa scutorum 227.80. correspondet annuæ prouisioni scutorum 52. bol.50. circumcirca.

Non obstat, quòd dictæ partitæ non sit standum in 2
præiudicium Vincentij, quia cùm illa sit scripta manu ipsius, censetur creata de eius consensu, & in omnem euentum, cùm ipse haberet curam libri, non potest prætendere ignorantiam dictæ partitæ, quam ad sui libitum videre poterat, ac propterea non reclamando videtur acquieuisse quantitati mercedis in illa adnotatæ, vt fuit dictum in vna Romana mercedis 26. Ianuarij 1604. coram bon. mem. Pamphilio, & in eadem 24. Nouembris eiusdem anni coram bon. mem. Iusto.

Minus obstat, quòd posteà Vincentius fuerit deputatus 3
in locum Capretti ad seruitium tenendi scripturam, quod est maioris laboris, & ideò salarium sic augendum ad quantitatem solutam dicto Capretto, iuxta *cons.* Rom. 25. Quia istud procederet, si Vincentius a principio fuisset assumptus pro certo & determinato seruitio; tunc enim si inseruisset in alio, maioris laboris esset augendum salarium, & procederet cons. Rom. vt fuit dictum in vna Romana mercedis 14. Nouembris 1611. coram D. meo Vbaldo; sed cum fuerit conductus generaliter, & indeterminatè pro seruitio Fundaci, non potest prætextu mutationis, vel multiplicationis seruitiorum Fundaci prætendere maiorem mercedem prædicta, vt fuit dictum allegatis decisionibus Rom. mercedis coram bon. mem. Pamphilio, & Iusto.

Non obstat, quòd sententia fuerit lata instante asserto 4
Procuratore, de cuius mandato non fuit dictum, licèt sæpiùs ex aduerso fuisset protestatum, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, quo casu non releuat, quòd verè esset Procurator, Aym. *cons.*118. *vol.*1. Gabr. *cons.*25 *num.*23. *lib.*2. Fuit enim responsum prædicta esse vera iure,

iure, sed non procedere in casu nostro, in quo licèt non fuisset exhibitum in actis mandatum, tamen aderant coniecturæ, ex quibus illud probatum remanebat, Gozad. *cons.* 11. *num.* 13. Cæs. de Grass. *decis.* 2. *num.* 5. *de reb. Eccl. non alien.* Rot. *diuers. decis.* 187. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 32. *num.* 2. *part.* 2. Mantic. *de tacit. & amb. lib.* 7. *tit.* 6. *num.* 1. cùm ille, qui obtinuit sententiam, haberet in manibus plures scripturas, quas in actis produxit, Ias. *in l.* 1. *sub num.* 12. *vers. Item vltra, Cod. de procurat.* Cassad. *decis.* 3. *sub num.* 5. *vers. & si apud aliquem, eod. tit.* Caputaq. *decis.* 185. *num.* 3. *part.* 2. & plures impensas in causa fecerit Rot. *decis.* 2. *de caus. possess. & propriet. in antiq.* Socin. *consil.* 86. *num.* 3. *lib.* 3. Gabr. *de procur. conclus.* 1. *num.* 6. Mantic. *vbi suprà num.* 3. *&* 4. & fuit dictum in vna Elboren. iuris conferendi 18. Martij 1613. coram me. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Marianen. seu Alerien. vnionis.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summario sume argumentum, & plura notabilia.

SVMMARIVM.

Sententia præsumitur valida, vbi constat de iurisdictione iudicis, de mandato comparentium, & de citatione ad sententiam, n. 1.

Litterarum Apostolicarum iustificatio præsumitur ex effectuatione continuata per longum tempus, ibid.

Papa non censetur derogare vnioni iam factæ quam ignorabat, n. 2.

Beneficij impetratio non datur vbi beneficium non vacat, ibid.

Beneficiorum an & quando vltimus status attendendus sit, distingue vt n. 3.

DECISIO DCCXXVI.

1 FActa fuit resolutio pro informante, videlicet sententiam Rotalem esse confirmandam; de eius enim validitate satis constare videbatur ex commissione quæ firmat iurisdictionem iudicis ex mandatis, & ex citatione ad sententiam, quæ omnia sunt in registro actorum, Caputaq. *decis.* 260. *part.* 2. De iustitia verò satis apparebat ex duabus decisionibus in hac causa factis in præcedenti instantia coram Reuerendissimo Domino meo Decano sub diebus 20. Decembris 1613. & 22. Iunij præteriti, quæ optimè fundatæ sunt in vnione huius Ecclesiæ sanctæ Susannæ, facta Monasterio Carthusiæ Pisarum vigore literarum Pauli III. fel. mem. quarum iustificatio præsumitur ex effectuatione continuata per longum tempus, cùm appareant continuatæ prouisiones Capellanorum tanquam de vnito, ex quibus apparet vnum post obitum alterius fuisse prouisum, iuxta *cons.* Oldrad. 229. *n.* 12. quod passim Rota sequitur. Vnde præsumitur iustificatio, vt in Eugubin. Parochialis sancti Petri 13. Iunij 1593. & 23. Aprilis 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & Cardinali Seraph. *decis.* 1432. *n.* 4.

2 Ex hac autem vnione resultat iustificatio sententiæ in ttibus capitibus in ea contentis, videlicet quòd Ecclesia spectaret ad Monasterium cui fuit vnita, & ideò Monasterium esse reintegrans, quòd aliæ vniones per Ordinarium factæ Ecclesiæ sancti Quirici fuissent nullæ, quia prima vnio facta per Papam non poterat ab inferiore dissolui, & illa facta per Clem. VIII. neque subsistebat, cùm ipse non habuisset scientiam dict. vnionis antea factæ per Paulum III. Rota *decis.* 3. *de rer. permutat. in antiq.* Demum quòd impetratio Antonij Simonis fuerat nulla, cùm stante vnione non daretur vacatio, sine qua impetratio non subsistit, iuxta *cons.* Feder. 200. *n.* 2. Oldrad. *cons.* 257. *n.* 15. *in fin.* fuit dictum in Vercellen. Capellaniæ 28. Iunij 1606. coram Reuerendiss. Lugdunen.

3 Ea quæ dicebantur de vltimo statu, qui attendi debet *cap. querelam de elect. c. consultationibus de iur. patr.* tollebantur per distinctionem optimè factam in vltima decisione, quia videlicet probabatur in hoc casu status anterior, & status sequens, licèt vltimus non sit legitimè præscriptus: vnde non est attendens, & collatio eius vigore facta est nulla, *c. cùm de benef. de preben. in* 6. vbi glos. & Gem. *n.* 8. & alij, nam vltimus status in dubio attendi debet, non autem quando constat de veritate in contrarium, vt in Ferrarien. Prioratus 25. Maij 1609. coram bon. mem. Penia, & alijs satis copiosè allegatis in decisione vltima D. Decani, quæ placuerunt, & ideò cùm contra sententiam Rotalem nihil opponeretur de nouo, Domini respondentes pro parte informante dixerunt esse confirman. Caputaq. *decis.* 133. *in princ. part.* 3. *&c.*

R. P. D. VBALDO.

Mantuana bonorum.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Fructuum perceptio probatur ex possessione rei fructiferæ: fructuum autem liquidatio probatur per coniecturas arbitrio iudicis.

SVMMARIVM.

Fructuum perceptio præsumitur ex possessione rei fructiferæ, num. 1.

Fructuum liquidatio est difficilis probationis, & ideò per coniecturas probatur, ibid. Vbi etiam quod probatur per testes de credulitate, & singulares.

Testes deponentes super liquidatione, & quantitate fructuum, quomodo debeant deponere, n. 2.

Fructuum liquidatio est multum arbitraria, ibidem in fine.

DECISIO DCCXXVII.

FVit dictum constare de sufficienti liquidatione fructuum quoad D. Lauiniam, quæ fuerat vsque de anno 1581. inuestita de quibusdam terrenis per Dominum Carolum Gonzagam, qui in iudicio spolij in Rota succubuit, & executio mandati Rotalis fuit intentata etiam contra tertios possessores, vt paret ex alijs decisionibus in causa factis. Fundamentum resolutum fuit, quia cùm de perceptione non dubitetur, & ea præsumatur ex possessione rei fructiferæ, Rota *decis.* 25. *vers. sed præsumitur, de probat. in non.* Ægid. *decis.* 703. *num.* 1, *vers. quia si habuis*, & fuit dictum in vna Bonon. de Pannolinis 28. Aprilis 1614. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Manzanedo, vbi aliæ decisiones allegantur, sequitur, vt pro liquidatione quantitatis fructuum, quæ reputatur difficilis probationis, sufficiant leuiores probationes, etiam per coniecturas, Bald. *cons.* 323. *numer.* 5. *lib.* 2. & idem Bald. *in l.* 1. *num.* 22. *Cod. de fruct. & lit. expens.* Natt. *cons.* 510. *num.* 4. Surd. *cons.* 293. *num.* 31. *lib.* 2. Rota in Senogallien. prædij 5. Iunij 1595. coram Seraphin. quæ est *decis.* 1132. *in impress.* & in d. Bonnnien. de Pannoliois, & admittentur etiam testes de credulitate, & singulares, vt fuit dictum in Romana liquidationis fructuum 26. Octobris 1592. coram Orano. 1

Vnde cùm in hoc casu testes, primus, secundus & septimus, deponant quòd ex terris articularis pro toto tempore, & computato anno sterili cum fertili, & deducto quocumque grauamine, potuissent percipi decem libræ annuæ affictus pro singulis bubulcis, & idem deponant tertius testis à 20. annis citrà, & sextus etiam de maiori quantitate, qui etiam testatur se similes terras in eisdem partibus pro eadem quantitate conduxisse, visa fuit satis sufficiens probatio, secundùm *decis.* Put. 8. *lib.* 1. *in nou.* accedente instrumento locationis factæ à D. Lauinia de anno 1603. ad quinquennium cum responsione *lib.* 12. pro bubulca, ex quo valdè adminiculantur dicta testium, maximè cùm agatur in causa spolij, Bald. *cons.* 323. *num.* 5. *lib.* 2. & materia sit valdè arbitraria, vt fuit dictum in dicta Romana liquidationis fructuum coram Orano, & in dicta Bononien. de Pannolinis coram Domino meo Manzanedo, confirmata 26. Ianuarij præteriti coram eodem. Et ita fuit decisum Domina Æmilia tantùm informante. 2

R. P. D. COCCINO.

Pampilonen. decimarum.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

Priuilegia quando dicantur personalia, n.1.
Priuilegium reductum ad ius commune habetur, ac si non emanasset, n.2.

DECISIO DCCXXVIII.

1 FVit resolutum priuilegia concessa Ordini Cisterciensi non suffragari colonis, & arrendatarijs, quia sunt personalia pro rebus, vt patet ex verbis priuilegij Sixti IV. in quo referuntur alia priuilegia, ibi, *singulares personas dicti Ordinis a præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante, & post Concilium, quam de cætero habendis, &c. quæ proprijs sumptibus excolunt, & excolent, &c.* Talia enim appellantur priuilegia personalia pro rebus, quæ eximunt solùm, quando res proprijs manibus, aut sumptibus colitur, & quando colono partiario colenda traduntur, eximitur pars priuilegiata tantùm, & si locentur ad pecuniam, in nihilo sunt exempta, Rot. *decis. 4. de priuil. in antiq.* Put. *decis. 510. lib. 2. in nou.* qui loquitur in terminis, Rot. *decis. 23. n. 4. & seqq. part. 2. glos. in Clement. prima, vers. excolendas, de decimis,* & ibi Bellamer. *n. 240. & 241.* & fuit resolutum in causa Carthaginen. decimarum 10. Nouembris 1600. coram bon. mem. Penia.

2 Neque obstat, quòd sanctæ mem. Pius V. concessit priuilegium reale Mendicantibus, quod extenditur etiam ad ordinem Cisterciens. vt in eius constitutione 38. quia hoc priuilegium fuit reductum ad terminos iuris per Gregorium XIII. vt in eius constitutione incipitur, *in tanta rerum, & negotiorum mole*, quæ perinde est, ac si non emanasset, vt fuit resolutum in causa Albanen. beneficiorum coram Illustrissimo Domino Cardinali Lancellotto, & in causa Signina castrorum coram R. P. D. meo Buratto, & aliàs sæpius, qua remanent solùm priuilegia, quæ referuntur in constitutione Sixti IV. quæ sunt personalia pro rebus, & ideò non suffraganrur colonis, & arrendatarijs, vt supra dictum est, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Nucerina census.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Iura recognita parte non citata ad videndum iurare testes super eorum recognitione, non dicuntur in forma probanti, nec contrarius stylus attenditur, nisi fuerit plene, & concludenter probatus.

SVMMARIVM.

Iura coram indice compulsore extracta parte non citata ad videndum iurare testes super recognitione, non dicuntur in forma probanti, n.1.
Testium depositionis substantia pendet à iuramento, ibid.
Stylus respiciens substantiam probationis dicitur decisorius, & non ordinatorius, & ideo extraiudiciales informationes illum non probant, sicut probant ordinatoriorum, & ideò requiruntur plena probationes, numer.2.

DECISIO DCCXXIX.

1 FVit responsum, iura super quibus cadit præsens disputatio, non esse in forma probanti. Quia in eorum extractione coram iudice compulsore omissa fuit citatio ad videndum iurare testes super recognitione scripturarum, ideò examen subsequutum nullum, & inualidum remanet, cùm substantia depositionis testis pendeat à iuramento, *l. iurisiurandi, C. de testib.* & parti interest cognoscere testes, ne vnus pro altero supponatur, quæ fuit ratio annullandi examinis deducta in text. *cap. 2. de testib.* vbi Abb. hoc expresse notat *num. 6.* Lanfranch. *eodem tract. num. 8.* Achill. *decis. 1. de testibus.*

Non obstat, quòd de stylo fori Neapolitani in qualibet 2
recognitione testes iurent facta citatione pro dicta recognitione vti necessarium antecedens ad ipsum examen, quod sufficere dicebatur. Quia iste stylus non fuit probatus, & cùm sit contrarius *dicto cap. 2. de testib. & l. iurisiurandi, Cod. eodem tit. de testib.* tanquam respiciens decisoria, non autem ordinatoria propter substantiam probationis, secundùm Dec. *in cap. 2. num. 14. de probat.* non sufficiunt informationes extraiudiciales, prout in ordinatorijs admisit Rota in causa Mediolanen. rescissionis contractus 17. Iunij 1602. coram Reuerendissimo Damasceno, & coram me in Mediolanen. Canonicatus 9. Ianuarij præteriti, sed requiruntur plenæ probationes, Ossasc. *decis. 2. num. 3.* Cæl. de Grass. *decis. 7. de probat,* & ita etiam fuit resolutum in Aretina spolij 9. Iunij 1604. coram Reuerendissimo nostro Decano.

Cæteræ oppositiones, quæ per Lollium afferebantur, 3
non placuerunt Dominis, ideò transierunt cum responsionibus Antonij. Et ita, &c.

R. P. D. ANDREA.

Burgen. quindenniorum.

Lunæ 2. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Regula de iure quæsito non tollendo non procedit in iure quæsito euentualiter, prout est ius percipiendi annatam de beneficijs vacaturis. De vnione quando præsumatur facta sine præiudicio tertij, & quando Papa præsumatur voluisse iuri tertij præiudicare.

SVMMARIVM.

Vnio intelligitur facta sine præiudicio iuris tertij, n.1. Item sine præiudicio habentis annatam, ibid.
Declara procedere in vnione conseruatiua iuris antiqui, secus in extinctiua, n.5. vbi de ratione differentia.
Rota si recedat ab vna opinione, quam alias fuerat amplexa, hoc debet deseruire pro terminandis causis tunc pendentibus, & futuris, non autem pro reuocatione illarum, quæ anteà fuerunt terminatæ, n.2. Intellige vt post terminatam causam quoad solutiones præteritas factas non detur repetitio, sed quoad futuras poterit quis agere vt liberetur postquam prima opinio fuit detecta falsa, & ab illa Rota recessit, n.8.
Ius percipiendi annatam de beneficijs vacaturis dicitur euentuale, n.3. Vbi quod propterea in vnionibus de illo non est facienda mentio.
Papa decernens beneficium iurispatronatus non vacare per promotionem ad Episcopatum non dicitur tollere ius quæsitum patronis, ita vt de illo sit facienda mentio, dicto num.3.
Princeps legitimando filium illegitimum non dicitur facere præiudicium agnatis, qui aliàs successissent, n.4.
Regula de iure quæsito non tollendo non procedit in iure euentuali, quod tollitur in consequentia, & occasionaliter, ibid.
Accidentia non possunt esse sine subiecto, n.5.
Decisio vnic. de sepult. in antiq. & alia in Toletana Annatarum coram Orano declarantur.
Text. in c. cùm inferior, de maiorit. & obed. declaratur.
Læsio considerabilis conferri non dicitur quoties aufertur ius quod non est certum, & radicatum, sed habet se ad esse, & non esse, n.7.
In adiudicanda læsione attenditur tempus futurum, quando obligatio habet tractum in futurum, n.9.
Transactio non confirmata à Sede Apostolica non præiudicat successoribus in beneficio, ibid.

DECISIO DCCXXX.

POstquam die 16. Martij 1615. fuerat resolutum sententias Rotales esse confirmandas, pro grauitate 1
causæ, volui partem Capituli Burgen. iterùm audire, qua re proposita 12. Iunij 1615. resolutio fuit dilata ad tertiam, & sub die 26. remissa ad Calendas, ac demum 2. Ianuarij 1616. re maturè discussa in decisis à die moræ litis Domini persisterunt. Impugnabatur enim decisio duo-

duobus fundamentis. Primum erat, quòd vnio ob non factam mentionem iuris ipsius Capituli, cui præiudicatur in speciali priuilegio annatæ, de quo Papa non habuit notitiam, vel saltem reseruatum censetur ius Capituli, cùm de natura vnionis sit, vt intelligatur facta sine præiudicio iuris tertij, Abb. *in cap.2. num.5. de relig. domib.* Rota *decis. vnic. de sepult. in antiq.* & in terminis præiudicij resultan. creditori annatæ fuit dictum in Toletana annatarum 23. Ianuarij 1589. coram bonæ memoriæ Orano, pro quo etiam allegabatur text. *in cap. cum inferior. de maior. & obedient.* in quo datur recompensatio pro iuribus Archidiaconatus, quæ fuerant læsa, & erectione Monasterij in Cathedralem, quem text. ponderat Rota *d. decis. vnic.* & repetita fuit decisio in Taruisina plebis de Medullo 18. Iunij 1593. coram Illustriss. Millino.

2 Alterum fundamentum erat, quòd cùm ista causa inter Capitulum, & beneficiatos sancti Ægidij fuerit terminata in Rota per rem iudicatam tempore, quo vigebant decisiones pro affirmatiua, & talis res iudicata fuerit confirmata mediante transactione, non debet modò talis res iudicata, & successiuè transactio reuocari ex noua opinione, quam posteà tenuit Rota, quæ debet inseruire pro terminandis causis tunc pendentibus, & futuris: non autem pro reuocatione illarum, quæ antea fuerant terminatæ, ex deductis in causa Paduan. Prioratus 5. Decembris 1614. coram R. P. D. Piroano, & hic per informantes.

3 Ad quæ fundamenta iam aliàs deducta, licèt in decisionibus bonæ memoriæ Cardin. Seraph. Peniæ, & coram me sublata fuerint, nihilominus responsum. Ad primum enim placuerunt responsiones datæ in dictis decisionibus, & hic per informantes pro Capitulo, nempè quòd ius Capituli percipiendi annatas erat euentuale, & consequutiuum, quando scilicet beneficia vacassent, & proptereà in vnionibus non erat facienda mentio de tali iure, nec ei derogare, prout quando Papa decernit beneficium iurispatronatus non vacare per promotionem ad Episcopatum; nam licèt præiudicet patronis, & alijs, ad quos spectaret præsentatio, seu collatio; in vacatione tamen non dicitur tollere ius quæsitum, cùm illud ius veniat in consequentiam illius vacationis, quæ impeditur, & sic potest impedire vacationem, & eis præiudicare absque eo, quòd de tali iure mentio fieri debeat, Rota *decis.21. n.5. vers. pro parte contraria, de præb. in nou.*

4 Sicut etiam Princeps legitimando filium illegitimum non dicitur facere præiudicium agnatis, qui aliàs successissent, nempè quia Princeps legitimando vtitur iure suo, & ius succedendi competens agnatis erat euentuale, scilicet si alij agnati decederent sine filijs legitimis, & naturalibus, & sic Princeps impedit, nec eueniat ille casus, in quem agnati succedere debuissent, Soc. *cons.226. ante num. 10. vers. adduco etiam*, & meliùs Curt. iun. *d. cons.1. n.22. vers.4. concl.* Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum n.49. in 1. casu de constit.* Et de omissis alijs exemplo adductis hic per informantes, & quæ adduci poterant, est firmanda regula generalis, quòd in hoc iure euentuali, quod tollitur in consequentiam, & occasionaliter, non procedit regula de iure quæsito non tollendo, ex deductis per Franc. *in c. ei cui, n.4. in fine, vers. nec obstat quod tunc tollatur de præben. l. in 6.* Curt. iun. *d. cons.1. n.20. & 21.* Sarn. *in d. regula qu.3.* Seraph. *decis.1445. n.2. 3. & 6.*

5 Ad illud autem, quòd in vnione censeatur reseruatum ius tertij, ex Abb. & alijs *vbi suprà*, fuit responsum hoc procedere in vnione conseruatiua iuris antiqui, non autem extinctiua. Nam primo casu datur compatibilitas iuris tertij cum vnione, ex quo Ecclesia vnita debet in statu suo conseruari, vt est casus secundùm communem intellectum, *in d. c.2.* & ibi declarat Abb. *n.7. de relig. domib.* Altero autem casu in quo versamur cessat huiusmodi compatibilitas, quia impossibile est dari ius annatæ in beneficio, quod non est, nec amplius vacare debet, quemadmodum accidentia non possunt esse sine subiecto, *l.2. ff. de vsufruct. l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet.* & in terminis ita arguunt Doct. *in c. sua nobis, de verbor. signific.* vbi in specie Io. Andr. *num.2.* Cardin. *in 2. opposit. vers. quæro, an hæc indulgentia,* Butr. *n.5. vers. Quærunt Doctores*, & Rota in hac causa coram bon. mem. Penia, & coram me, & antea in causa Toletana annatarum 17. Nouembris 1599. coram Bubalo.

6 In eadem ratione compatibilitatis etiam fundatur illa decisio vnica *de sepult. in antiq.* ibi enim Ecclesia Parochialis erecta in collegiatam, adhuc remanebat Parochialis sicut priùs, & ideò ius recipiendi mediam partem de sepulturis Curialium erat compatibile cum iure antiquo, non obstante mutatione status, vt argumentatur illa decisio, seu potiùs disputatio, ad par. *n.2. ad fin. vers. in contrarium, & vers. ergo etiam contra ius commune*, vbi daretur compatibilitas, &c. sicut etiam illa Toletana annatarum coram Orano habet eandem rationem compatibilitatis, quia licèt beneficia, de quorum fructibus soluebatur annata, fuissent expressa: attamen loco illorum fuerunt alia subrogata, vt dicitur ibi in fine; de iure autem communi non reperitur cautum, quòd quindennia loco annatarum, & minus de speciali Capitulum fundat aliquo modo ius suum, quia Bulla Pauli II. loquitur ad fauorem Cameræ Apostolicæ, cuius respectu militat diuersa ratio tam iuris, quàm facti, vt latè comprobatur in decisione bonæ mem. Cardinalis Seraphini 1410. *n.10. cum quinque seqq.* & idem firmatur decisione bon. mem. Peniæ.

7 Quo verò ad prætensam recompensationem, iuxta terminos *cap. cum inferior, de maior. & obed.* visum fuit illum text. non obstare, quia non præcisè ibi mandatur fieri recompensam ob illam erectionem in Cathedralem, sed conditionaliter, nempè si ex hoc Archidiaconatus iura lædantur, vt patet *in vers. prouisio*, huiusmodi autem ius Capituli erat incertum, & conditionale, videlicet si, & quatenus beneficia vacarent per obitum, quæ vacatio non erat certa, cùm beneficia possent vacare per resignationem, vel permutationem: vbi autem ius non est certum, & radicatum, sed habet se ad esse, & non esse, illius ademptio non dicitur inferre læsionem considerabilem, Roman. *consil. 256. in fine*, Sarn. *in reg. de non tollen. q.4. in princ.* cum alijs allegatis in decisione bon. mem. Peniæ *in vers. ex prædictis.* Ad decisionem verò Illustrissimi Millini in Taruisina plebis de Medullo fuit responsum, vt in alia decisione coram me, illud ius Capituli esse certum, & radicatum, atque ideò fuisse necessariam illius mentionem.

8 Ad secundum principale obiectum, quòd tunc vigeret illa opinio, quando concordia fuit inita, & sententia lata, etiamsi vni ex Dominis placerent responsiones aliàs datæ; nihilominus fuit per omnes dictum posse procedere quoad quindennia soluta, durante illa opinione, & sic quoad præterita, non autem quoad futura, quia non debet ista Ecclesia remanere impedita, vt hodie postquam constat, quòd ex falsa opinione fuit condemnata, non possit agere, vt liberetur a tali onere, quia non est vna obligatio soluendi, sed plures, secundùm occurrentiam vacationum, Fulgos. *cons.164. in princip.* Put. *decis.259. n.2. lib.1.* ideò semper est attendendum tempus grauaminis illati, vt inde colligatur læsio transactionis, & sententiæ pro illarum informatione, vt considerat Natt. *cons.548. n.56.* vbi quod etiam in dijudicanda læsione attenditur tempus futurum, quando obligatio habet tractum in futurum, vt in præsenti, & faciunt tradita per Imol. *cons.130. n.9.*

9 Quod autem dicebatur, sententiam fuisse approbatam mediante transactione, cessabat ex facto, quia concordia inita fuit sub die 17. Martij 1597. & sententia fuit lata sub die 26. Martij eiusdem anni, vltra quòd dicta transactio nec etiam fuit confirmata à Sede Apostolica, & per consequens non præiudicat successoribus, *cap. veniens*, vbi not. Doct. *de transact.* Feder. *cons.94. per tot.* Abb. *cons.56. n.2. lib.1.* & fuit dictum in hac causa 20. Nouembris 1613. coram R. P. D. Dunozetto. Ex quibus ita fuit conclusum esse standum in decisis à die motæ præsentis litis, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Saluiani interdicti.

Lunæ 11. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Notabilis est decisio, cùm in ea magistraliter declaretur quando valida sit obligatio vxoris ad fauorem mariti ære alieno grauati, & quando vxor insimul cum viro pecunias, vtputà mutuò accipiens, remaneat obligata, non constito, quòd ipsa pecunia in ipsius vtilitatem versa fuerit.

SVM-

SVMMARIVM.

Possessio rei conuenti in Saluiano interdicto probatur ex sustentatione litis, n. 1.
Saluianum interdictum datur, probato credito cum hypotheca, & possessione rei conuenti, ibid.
Vxor quando insimul cum viro se obligauit, censetur pro viro intercedere, nec obligatio sostinetur, nisi probetur manifeste in propriam mulieris vtilitatem expensas fuisse, n. 2. declara vt n. 3.
Vxor quando insimul cum viro se obligat ad soluendum virum magno ære alieno grauatum, vel pro liberando eum à carceribus, & pro alijs indigentijs domus, sustinetur obligatio, etiam quod non constet pecunias versas fuisse in vtilitatem mulieris, n. 3. & 4.
Vxor tenetur subuenire inopiæ mariti, n. 4.
Carceratum esse aliquem, vel carcerationis periculum imminere, paria sunt, ibid.
Obligatio vxoris ad fauorem mariti carcerati valet quando mulier non remanet indotata, n. 5.
Vxoris obligatio iuramento vallata etiam ad viri fauorem, & insimul cum viro, sustinetur de iure Canonico, etiam quod non constet pecunias versas fuisse in vtilitatem mulierie, n. 6. & 7.

DECISIO DCCXXXI.

1 DOmini censuerunt esse locum Saluiano. Nam de primo extremo, nempè de credito cum hypotheca Dominorum de Fabio, & Petronio constat ex impositione census facta per D. Olympiam super rebus proprijs cum decreto iudicis, & alijs solemnitatibus stat. Vrbis *lib. 1. cap. 151.* & de secundo ex sustentatione litis, Caputaq. *decis. 372. par. 2.* Quibus stantibus intrat Saluianum, Negusant. *de pig. 1. memb. oct. par. num. 6.* Roland. *cons. 14. num. 13. lib. 1.* cum alijs relatis a Contard. *in l. vnic. limitat. 14. num. 10. C. si de moment. possess.* Put. *decis. 207. n. 2. lib. 1.*

2 Neque obstare videbatur, quòd Olympia censum imposuerit vnà cum eius viro, quo casu licèt principaliter obligauerit, tamen censetur pro illo intercedere, & obligatio non sustinetur, nisi manifestè probetur, quòd pecuniæ in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensæ sint, iux. text. *in Auth. si qua mulier, C. ad Velleian.* Surd. *decis. 164. num. 11.* Honded. plures referens *cons. 45. num. 16. & seq. lib. 1.*

3 Fuit enim responsum dictam Auth. non habere locum in casu nostro, quia procedit in obligatione omnino voluntaria, quam facit vxor pro marito, non autem in obligatione facta ab subleuandum maritum magno ære alieno grauatum, & pro eum liberando à carceribus, ac pro alijs indigentijs domus, Riminal. sen. *cons. 77. num. 16. vol. 1.* post Bald. *cons. 20. in fin. vol. 2.* Surd. *cons. 367. num. 14.* Franch. *decis. 237. num. 3.* Thesaur. *decis. 223. num. 15.* Tiraq. *de ll. connubial. glos. 8. num. 285.* Lamberteng. *de contract. mulier. glos. 10. num. 25.* & fuit dictum in vna Roman. nullitatis obligationis 28. Februarij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten.

4 Hanc enim obligationem videtur facere ex quadam necessitate, & lege permittente; cùm de iure vxor teneatur subuenire inopiæ mariti, *l. 1. & Authen. præterea, C. vnde vir & vxor, & l. si cum dotem, §. sin autem in senissimo, ff. solut. matrimon.* Bald. *cons. 478. circa fin. vol. 5.* Natt. *consil. 547. num. 19.* Decian. *cons. 84. num. 29. vol. 4.* Surd. *decis. 86. n. 6. & seq.* Et licèt maritus de tempore obligationis non esset in carceribus detentus, tamen sat est ad hunc effectum, quòd imminetet periculum carcerationis ob paratam executionem Cameralis obligationis, qua suis creditoribus adstrictus reperiebatur, Riminal. *dicto cons. 77. num. 16. & seq.* Surd. *d. consil. 367. num. 18.*

5 Quæ faciliùs procedunt, quia D. Olympia censum imposuit super bonis non dotalibus, quo fit, vt eius obligatiò sustineatur, cùm non remaneat vllo modo indotata, Thesaur. *dicta decis. 223. num. 14.* Seraphin. *decis. 1187. num. 2.* Et fuit dictum in Anconitan. dotis 28. Iunij 1602. coram Illustrissimo Millino, & in Roman. Saluiani interdicti 15. Decembris 1614. coram D. meo Pamphilio.

Vlteriùs dicebatur obligationem D. Olympiæ esse iuramento vallatam, & sic saltim de iure canonico sustineri, non obstante dispositione dictæ Auth. *si qua mulier*, iuxta Castr. *cons. 8. per totum, lib. 2.* Boer. *decis. 23. num. 9. vers. Nisi iurauerint*, Alex. *cons. 146. per totum, lib. 7.* Seraph. *de priuil. iurament. priuil. 118.* & hanc esse communem, & in praxi receptam testantur Afflict. *decis. 311. num. 4.* Thesaur. *dicta decis. 223. num. 10.* Guttierez *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 55. num. 6.* Surd. *dicto cons. 367. num. 13.* & illam tenuit Rota in vna Interamnen. mercium 4. Iunij 1597. coram bon. mem. Penia, & in allegatis Anconitan. dotis coram Illustrissimo Millino, & Romana Saluiani interdicti coram D. meo Pamphilio. Accedente præsertim decreto iudicis, & consensu propinquorum, ex quibus metus, & dolus excluditur, Surd. *vbi suprà*. 6

Et tandem omnis difficultas videbatur cessare ex eo, quòd D. Olympia certiorata de beneficio dictæ Authenticæ, illi expressè, & cum particulari iuramento renunciauit, quo casu valida est renunciatio, & impugnari non potest, vt tradunt Bertrand. *cons. 218. per totum, lib. 4.* Surd. *dicto cons. 367. num. 12.* Thesaur. *vbi suprà, num. 18.* Tiraquell. *in l. si vnquam in præfat. num. 137. C. de renoc. donat.* Gomez *var. resolut. tom. 2. cap. 13. num. 17. in fin.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 63. num. 3. & seq.* 7

Minus obstat defectus iurisdictionis Rotæ per Olympiam oppositus ex eo, quòd debitor census sit etiam Marcusantonius maritus, cuius creditorum causæ omnes fuerunt commissæ R. P. D. Raymundo per particulare Breue Sanctissimi. Quia hodie non agitur contra Marcumantonium, sed contra ipsam, quæ in dicto Breui non est nominata, & contra quam causa reperitur in Rota commissa per particulare rescriptum Sanctissimi. Et licèt Domini de Fabio, & Petronio coram dicto Raymundo curauerint se describi inter alios creditores dicti Marciantonij fideiussoris census; non tamen propterea sibi præiudicarunt, quin coram alio iudice competenti agere possint contra D. Olympiam principalem, cùm nemo præsumatur renunciare iuri suo, nisi id expressè faciat. 8

R. P. D. COCCINO.

Romana census de mutis.

Luna 11. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi in contractibus nunquid censeantur vocati? Quid si vocati fuerint à statuto, & an hoc statutum extendatur ad nepotes. Cætera vide in summarijs.

SVMMARIVM.

Filij positi in conditione in contractibus, nunquid censeantur vocati, n. 1.
Filij à statuto vocati, quando positi sunt in conditione, nunquid hoc statutum intelligatur etiam de filijs positis in conditione in contractibus, & an etiam extendatur ad nepotes, ibid.
Tertius non potest opponere defectum solemnitatum statutariarum in donatione, num. 2.
Donatio nulla, & sine solemnitatibus statutarijs valet, si fuit confirmata in testamento, ibid.
Relatio intelligenda est secundum qualitates in relato expressa, num. 3.
Substitutio in contractu donationis facta volgaris reputatur, ibid. in fine.

DECISIO DCCXXXII.

IN hac causa fuit dubitatum, an adessent bona libera, super quibus D. Hieronyma possit satisfieri de suo credito? & Rota mandauit, vt strictè videretur, an constaret de fideicommisso Liuiæ, & hoc viso supradicta die censuit affirmatiuè respondendum, Liuia enim prædicta donauit Ioanni eius filio omnia bona, &c. & in euentum, in quem Ioannes, ac ipsi 1

filij, & filij filiorum, qui sunt illi, qui hodie agunt, decedant sine filijs legitimis, bona perueniant ad proximiores in gradu, nam quicquid sit de illa quæstione, an filij positi in contractibus in conditione censeantur vocati, de qua Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. vers. 4. num. 19. vsque ad fin.* Petr. *de fideic. quæst. 9. num. 227.* hic cessat omnis difficultas standi statuto Vrbis, *cap. 142. lib. 1.* quod erat in antiq. *cap. 25. lib. 5.* in quo expresse disponitur, quòd filij in conditione fideic. positi censeantur vocati, quod quidem statutum nedum habet locum in fideicommisso facto in vltima voluntate, sed etiam in contractibus, cùm indistinctè loquatur, *l. de pretio, ff. de public.* & benè ad propositum Peregr. *de fideicom. art. 28. num. 29.* & dum loquitur de filijs, habet locum etiam in nepotibus, nam quicquid sit in dispositione hominis, an sub nomine filiorum veniant nepotes, veniunt in dispositione legis, *l. iusta, & l. filij, ff. de verb. significat. & in l. filium habeo, ff. ad Macedon.* Pereg. *vbi sup. art. 22. num. 56.*

2 Neque obstat, quòd prædicta donatio fuit nulla ex quo non interuenerunt solemnitates statuti, quia quicquid sit de hoc, cùm respiciat principaliter vtilitatem priuatam, licèt secundariò vtilitatem publicam, cùm Liuia de ista solemnitate non opposuerit, hodie de ea per tertium non potest opponi, Tiraq. *de legib. connub. glos. 8. num. 93.* Surd. *decis. 108. num. 4.* Rom. *cons. 151. n. 1.* Socin. sen. *cons. 77. num. 17. vol. 1.* Bart. *in suis quæstionibus, quæst. 1. n. 8.* & in omnem euentum, si donatio fuit nulla, cùm postmodum fuerit confirmata in testamento, recipit robur à testamento, non autem à contractu, ita vt habenda sit pro dispositione facta in vltima voluntate, non autem in contractu, Gabr. *cons. 129. num. 5. lib. 1.* Ruin. *cons. 139. num. 9. lib. 1.*

3 Neque est verum, quòd si donatio sumit robur à testamento, nepotes non succedunt, cùm donatio fuerit confirmata ad fauorem Ioannis, & filiorum, nam fuit responsum in testamento, Liuia dixit, confirmauit etiam donationem, aliàs factam ad fauorem Ioannis, eius quoque filiorum in actis Curtij Saccouiæ, ad quæ habeatur relatio, &c. quare cùm habuerit relationem ad ipsam donationem, de qua in actis Curtij, censetur confirmasse nedum ad fauorem Ioannis, & filiorum, sed etiam nepotum, *l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr.* vbi Bart. Alex. *cons. 201. n. 20. lib. 6.* Dec. *cons. 362. in princ.* & fuit dictum in causa Romana fideicommissi de Naris 11. Decembr. 1599. coram bon. mem. Penia. Quare aut donatio fuit nulla, ita vt per testamentum sustineatur, & isti nepotes debent succedere per fideicommissum, aut ipsa donatio sustineat, & debent succedere per vulgarem, Dec. *cons. 488. n. 18. in fin.* Menoch. *cons. 325. num. 7. & n. 43. lib. 4.* Et ita conclusum, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana portus molæ.

Veneris 15. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Emptor si rem emptam retrouendere promisit, & interpellatus facto deposito soluti pretij retrouendere recusauit, tenetur à die moræ fructus restituere.

SVMMARIVM.

Fructus veniunt restituendi à die, quo quis promisit retrouendere, & non retrouendidit, & sic a die mora, num. 1.

Depositum legitimè factum habet omnes effectus, quos habet solutio, num. 2.

Numerata pecunia vim habet schedula bancaria, ibid.

Nullitas actus non facit litis pendentiam, nec præscriptionem interrumpit, num. 3.

Actus nulliter factus in iudicio reputatur extraiudicialis, ibid.

Mora inducitur per extraiudicialem interpellationem, ibid. in fine.

Monitorium requiritur in iudicio ordinario coram A. C. quando seruantur termini substantiales, numero 4.

Interpellatio valida non annullatur per actuum inualiditatem, ibid. in fine.

DECISIO DCCXXXIII.

ROta censuit fructus deberi Ioanni à die per eum facti 1
depositi, quia hoc est expeditum in iure, quòd fructus rei retrouendendæ deberentur à die quo quis fuit in mora retrouendendi, *l. 2.* vbi not. Bart. & Salicet. *in summario*, & communiter scribentes, *C. de pact. inter empt. & vendit.* & quòd Christophorus teneretur retrouendere, fuit iam bis resolutum in Rota, & non controuertitur.

Quòd autem idem Christophorus fuerit in mora retro- 2
uendendi, satis apparet eo ipso, quòd sibi fuerunt oblatæ pecuniæ, & illo non acceptante, fuerunt depositatæ, etenim depositum legitimè factum habet omnes effectus quos habet solutio, *l. creditor*, vbi Bart. *n. 2. C. de pignor.* glos. *in l. si debitor offerat, verbo debitor, ff. de solut.* Crauett. *cons. 705. num. 8. vers. sic tamen, lib. 4.* maximè quando interuenit schedula bancaria, quod dicitur habere vim numerationis, Put. *decis. 163. lib. 6.* Rota in Romana prætensorum fructuum census 9. Maij 1584. coram fel. mem. Clemente VIII. & in alia Romana fructuum census 9. Aprilis 1606. coram bon. mem. Iusto.

Non obstat, quòd Ioannes cœperit super hac retrouen- 3
ditione quoddam iudicium nullum coram A. C. à quo etiam reportauit sententiam, & quòd ex actu nullo non resultet litis pendentia, aut contestatio, vel præscriptionis interruptio, glos. *in l. si pater, C. ne de stat. defunct.* Seraphin. *decis. 697. num. 5.* cum concord. alleg. quia Domini existimarunt prædicta procedere quoad effectum, qui debet causari ab actibus iudicialibus: secus quando ad effectum qui potest causari ex actibus extraiudicialibus, quia tunc non videtur, quòd nullitas iudicij possit impedire istos effectus, cùm actus nulli vim habeant actuum extraiudicialium: mora autem est de ijs, quæ inducitur per actum siue interpellationem extraiudicialem, Menoch. qui de veriori, & crebriori DD. sententia, *tract. de arbitr. casu 220. n. 26. cum pluribus seqq.*

Cæterùm posito, quòd conclusio haberet difficultatem 4
ex contradictoribus relatis per Menoch. *vbi suprà*, considerabatur, quòd interpellatio, & depositum fuit factum iudicialiter, hoc est, coram A. C. iudice competenti, & parte legitimè citata, & licèt Ioannes non inceperit à monitorio, & seruauerit terminos substantiales, ita vt validè non potuerit obtinere sententiam ab eodem A. C. non per hoc fuit nulla interpellatio facta Christophoro ad recipiendum pretium, alias videndum deponi, qui actus sufficit pro constituendo Christophoro in mora, cùm Doctores, qui tenent opinionem contra communem, de quibus per Menoch. *vbi suprà*, admittunt sufficere vnam interpellationem iudicialem, neque inualiditas actuum debet nocere interpellationi validè, iuxta regulam, quòd vtile per inutile non vitiatur, *l. sancimus, C. de donat. c. vtile, de reg. iur. in 6.* Gemin. *cons. 94. num. 4.* Anchar. *cons. 215. num. 4.*

Non obstat, quòd Christophorus post decisiones Rota- 5
les obtulerit retrouendere solutis sibi expensis illius iudicij nulli, vnde saltem ab illo tempore non currant fructus in damnum Christophori, cùm non fuerit in mora, quia visum fuit Dominis, quòd materia expensarum nihil habeat commune cum retrouenditione, & proinde non potuerit Christophorus sub hoc prætextu retardare retrouenditionem, vel purgare moram semel incursam. Et ita tentum.

R. P. D. REMBOLDO,

Firmana beneficij.

Veneris 15. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Appellandi tempus quando currat à die habitæ notitiæ? Quando quis dicatur verus contumax, & quando contra absentem procedi possit per contradictas.

SVM-

S V M M A R I V M.

Sententia transit ob non interpositam appellationem infra legitima tempora, num. 1.

Appellandi tempus currit à die notitia, quando sententia est lata in contumaciam, declara vt num. 2.

Contumax verus dicitur qui primò personaliter citatus constituit Procuratorem, qui ab vrbe recessit ante acceptationem mandati, ibid.

Procuratoribus duobus constitutis, vno absente, procedi non potest per contradictas, declara vt num. 3.

Restitutio in integrum non impedit executionem iam captam, & sine læsione non conceditur, num. 4.

DECISIO DCCXXXIV.

1 DOmini non dubitarunt de validitate, & iustitia sententiæ Rotalis, cùm illa per inspectionem processus, hæc autem ex decisione R. P. D. mei Andreæ manifestè appareret, & quia ob non interpositam appellationem saltem infra legitima tempora in iudicium transiisse competitur, ad not. *in cap. quoad consultationem, de re iud. & in auth. hodie, C. de appelll.* dixerunt illam esse exequendam.

2 Non obstat, quòd cùm sententia lata esset per contradictorias, & sic in contumaciam Annibalis non comparentis, sufficit eundem infra decennium à die habitæ notitiæ appellasse, Rot. *decis. 46. de appell. in antiq.* quia fuit responsum, quòd obiectum procederet, si Annibal fuisset factus contumax, sed cùm ipse personaliter priùs citatus, Procuratorem ad hanc causam constituisset, qui postea quam onus Procuratoris acceptauerat, ab vrbe recessit, dicitur verus contumax, & sententia contra eum, docto de Procuratoris absentia per contradictorias lata exequutioni demandari debet, Rot. *decis. 27. de appell. in antiq.* Achil. *decis. 1. de dol. & contum.*

3 Minus etiam subsistit, quòd cùm fuissent ab eodem Annibale duo Procuratores constituti, non poterat stante absentia vnius contra ipsum per contradictorias procedi, sed debebat etiam alter citari, quia vltra quòd factæ fuerunt diligentiæ de eo reperiendo, vt constat per fidem à nuncijs factam, non erat etiam necessarium, quòd citaretur, ex quo onus Procuratoris non acceptauerat, iuxta opinionem, quam Rot. seruat, vt testatur Cardin. Seraphin. decis. inter impress. 400. *num. 4.*

4 Nec denique dicta exequutio retardari debet sub prætextu restitutionis in integrum, tum quia executio erat cœpta, Cæs. de Grass. *decis. 1. n. 14. de restit. in integ.* Put. *decis. 281.* tum quia non constat de aliqua læsione, sine qua non conceditur restitutio, *l. minoribus, C. de in integrum restit. l. nam postea, §. si minor, ff. de iur. iur.* Et ita fuit solo Theodoro informante resolutum, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Lucana iurispatronatus.

Luna 21. Ianuarij 1616.

A R G V M E N T V M.

Præsentatus à patronis existentibus in quasi possessione præsentandi, nunquid præferatur præsentato ab eo, qui in iurepatronatus de proprietate docet, & hinc multa explicantur de probatione iurispatronatus, tam respectu proprietatis, quàm quasi possessionis præsentandi, est decisio notabilis, & magistralis.

S V M M A R I V M.

Præsentati vbi sunt duo, vnus à patronis putatiuis existentibus, tamen in quasi possessione præsentandi, alter vero à vero patrono, de cuius proprietate legitimè constat, attenditur præsentatio proprietarij, quia tunc proprietas dicitur absorbere possessionem, num. 1.

Iurispatronatus proprietas ad effectum vt præferatur quasi possessioni præsentandi, censetur probata per rem

indicatam per confessionem partis, vt per publicum instrumentum, num. 2.

Altare constitutum in iurepatronatus præsumitur constructum iuxta ordinationem testatoris, declara vt nu. 4.

Referens stat in relato cum omnibus suis qualitatibus, num. 5.

Iuspatronatus probatur per assertionem, & confessionem Ordinariorum, qui solent esse difficiles in institutionibus faciendis, ibid.

Iuspatronatus probatur ex assertione Ordinarij facta in visitatione, num. 6.

Iurispatronatus proprietatis exceptio non potest opponi ab eo, qui consensit præsentationibus factis ab habentibus præsentandi quasi possessionem, num. 7.

Præsentationis effectuatio censetur probata per resignationem illius, qui præsentatus fuit, num. 8.

Institutus in iurepatronatus tenetur subuenire patronis in eorum necessitatibus, num. 9.

Iurispatronatus proprietas non censetur probata, nisi vel per rem indicatam, vel per confessionem partis, vel saltim per talem notorietatem, quæ his æquipolleat, & contra quam nihil opponi possit, ibid.

DECISIO DCCXXXV.

CVm Domini Montecatini, & Baldassares, & Thomas ab eis præsentati non acquiescerent decisioni, quæ contra eos emanauerat die 23. Ianuarij 1612. coram bon. mem. Penia, & à Rota obtinuissent iterum audiri, præsertim super effectuatione testamenti Francisci, proposui supradicta die causam, in cuius discussione Domini non dubitarunt de veritate illius conclusionis sæpè in Rota firmatæ, quòd in concursu præsentati à patronis putatiuis etiam existentibus in quasi possessione præsentandi cum præsentato à vero patrono, de cuius proprietate legitimè constat, ante institutionem attenditur præsentatio proprietarij, quia tunc proprietas dicitur absorbere possessionem, Abb. *in cap. consultationibus, n. 9. vers. quod ego intelligerem, de iur. patron.* Dec. *cons. 127. num. 1.* Rot. *decis. 167. num. 10. part. 2. diuers.* & fuit dictum in Alatrina Capellaniæ 27. Octobris 1589. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in alijs relatis in dicta decisione coram Penia, *vers. secunda conclusio.* 1

Similiter admittebant sine veri præiudicio, quòd de iure proprietarij possit dici constare ad effectum prædictum, non solùm per rem iudicatam, & per confessionem partis, sed etiam per publicum instrumentum, ex latè congestis in vna Meleuitana iurispatronatus 18. Aprilis 1608. coram Reuerendissimo Lugdunen. & in dicta decisione coram Penia in tertia conclusione, quam etiam sequuta est Rota in vna Papien. iurispatronatus 8. Martij 1613. coram R. P. D. meo Manzanedo: sed tamen dixerunt in hoc casu non constare sufficienter de proprietate solius operarij, qui præsentauit Dominum Lelium ad effectum excludendi Montecatinos, & Baldassares, qui sunt in longissima quasi possessione præsentandi vnà cum ipso operario, & in hoc censuerunt esse recedendum à prædicta decisione coram bon. mem. Penia. 2

Instrumentum enim testamenti Francisci quondam Marci Parducci, quo nititur D. Lelius, non continet nisi quoddam mandatum factum Laurentiæ matri, & hæredi dicti Francisci de erigendo altare de bonis, & expensis ipsius testatoris in Ecclesia Sanctorum Antonij, & Paulini, sub inuocatione sancti Acconcij, & ad illud construendum dedit, & assignauit eidem Laurentiæ terminum 20. annorum, ad quod voluit eligi per operatios dictæ Ecclesiæ vnum Sacerdotem, qui debeat ad dictum altare celebrare vnam Missam, & eius Sacerdotis electio, nominatio, & præsentatio post mortem dictæ Laurentiæ tantùm, & non aliter pertineat, & spectet perpetuò, & successiuis temporibus ad operarios operæ dictæ Ecclesiæ Sanctorum Antonij, & Paulini, vnde quicquid esset dicendum, si daretur instrumentum erectionis, & fundationis dicti altaris, iuxta dictam ordinationem testatoris, certè ex dicto testamento non elicitur, nisi ordinatio erectionis, & fundationis faciendæ per Laurentiam, vel post eius mortem per operarios; & licèt dictum Altare postea reperiatur constructum, & in decisione 3

dicatur, quòd de effectuatione constabat ex multis, quæ in facto deducebantur pro Lelio; tamen Dominis hodie visum fuit id non deduci, nisi ex præsumptionibus quæ contrarijs præsumptionibus, vel probationibus adeò eliduntur, vt nullo modo dici possit legitimè constare de proprietate operarij ad excludendam quasi possessionem aliorum.

4 Licèt enim præsumptio sit, quòd Altare, cùm reperiatur constructum, fuerit constructum iuxta ordinationem testatoris, ad cons. Abb. 54. *lib.* 1. & fuit resolutum in Lucana iurispatronatus 9. Ianuarij 1615. coram R. P. D. meo Ramboldo; tamen non inde sequitur, quin potuerit erigi, & construi diuerso modo ab eo, quem testator ordinauerat, cuius rei non leues afferebantur coniecturæ, & præsumptiones per informantes; nam inspecto statu proximo fundationi colligitur Altare fuisse fundatum & dotatum, non solùm de bonis Francisci testatoris, sed etiam Laurentiæ matris, ita vt non videatur absurdum, vt si voluit concurrere in pinguius fundando dictum Altare, potuerit etiam augere numerum patronorum. Lambert. *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 1. *art.* 5. *quæst.* 3. quæ dotatio de bonis Laurentiæ desumi potest, tam ex eo, quòd altare fuit dictæ Laurentiæ, vt enunciatur in instrumento quitantiæ dato per informantes pro Montecatinis in summario *num.* 7. quàm ex inuentario per obitum ipsius Laurentiæ confecto de anno 1455. à Rectore Sanctorum Antonij, & Paulini, & alijs executoribus, in quo fuerunt illius bona descripta, & postea consignata Rectori sancti Antonij, vt in dicto summario *num.* 2. *&* 7.

5 Quibus accedunt plurima alia deducta per informantes, ex quibus negari posse non videtur, quin status antiquus huius beneficij fuerit difformis à testamento; & ordinatione Francisci, nam statim post mortem Laurentiæ, non solum reperitur patronus operarius, sed etiam Montecatini, & Baldassares, præsertim in emptione cuiusdam fundi pro dicto altari de anno 1456. in qua se appellant executores, & patronos vna cum operario: nec dicatur verbum *patronos*, referri ad operarium, *executores* verò ad alios, quia placuit responsio, quòd ista relatio fieri non possit, cùm verbum patroni in numero plurali æquè determinare debeat omnes, ad quos refertur, ex regula *l. iam hoc iure, ff. de vulg. l. quamuis, C. de impub.* & res videbatur reddi adhuc clarior ex prima vacatione sequuta post mortem Laurentiæ de anno 1470. in qua Montecatini, & Baldassares præsentarunt, & Ordinarius præsentatum instituit cum assertione, quòd viderat iura dicti patronatus authentica, cui assertioni multum solet deferri, cùm Ordinarij habeant esse difficiles in huiusmodi admissionibus, & institutionibus faciendis, Rota *decis.* 11. *de iur. patron. in nou.* Put. *decis.* 243. *in fine*, *lib.* 2. Seraphin. *decis.* 1141. *num.* 8. & fuit dictum in vna Fesulana iurispatronatus 7. Februarij 1583. coram Bubalo in Taurinen. beneficij 5. Martij 1584. coram Orano, in Vercellen. Capellaniæ 7. Maij 1600. coram Reuerendissimo Damasceno, in Tuden. parochialis 7. Nouembris 1611. coram me, & in Palentina Capellæ 12. Maij 1614. coram R. P. D. meo Andrea, & aliàs sæpè.

6 Accedit alia assertio Ordinarij facta in visitatione de anno 1567. in qua illa Capella asseritur de iurepatronatus illorum de Montecatinis, & Baldassaribus, quæ assertio præsumitur facta cum causæ cognitione, & ideo multum conducit ad eius probationem, Rota *dicta decis.* 11. *de iurepatron. in nou.* Caputaquen. *decis.* 158. *part.* 2. & fuit dictum in Gerunden. beneficij 1590. coram Orano, in dicta Fesulana iurispatronatus coram Bubalo, in Lucana iurispatronatus 14. Februarij 1605. coram R. P. D. meo nunc Decano, & in dicta Tuden. parochialis coram me.

7 Adsunt præterea continuatæ præsentationes ab anno 1522. citra, in quibus semper Baldassares, & Montecatini præsentarunt vna cum operario, qui cùm toties consenserit, & admiserit secum ad præsentandum illos de Montecatinis, & Baldassaribus, & è contra, nulla detur probatio solius operarij, præter illam de anno 1470. de cuius effectuatione non constat, vt dictum est, non videtur hodie posse operarius sub prætextu proprietatis alij obijcere, quòd non sint tuendi in sua quasi possessione, Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 9. *sub num.* 3. *vers. Accedat*, *& art.* 17. *num.* 4. *&* 9. Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina, sub num.* 93. *vers. sexto requiritur, de caus. poss. & propriet.* & fuit firmatum in Lucana Capellaniæ prima Februarij 1610. coram Reuerendissimo Bononien. vbi aliæ decisiones allegantur, & signanter Florentina de Ricasulis coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & Ceneten. iurispatronatus prima Decembris 1606. coram R. Lugdunen.

Et de effectuatione istarum præsentationum dubitari non potest, quia de anno 1522. fuit præsentatus, vt suprà, & institutus Nicolaus Paulini, per cuius resignationem de anno 1539. fuit ad præsentationem eorundem patronorum præsentatus, & institutus Franciscus Nerius, & ex resignatione benè probatur effectuatio, Rot. *decis.* 147. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* & fuit dictum in Papien. Archipresbyteratus 19. Februarij 1601. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Firmana iurispatronatus de Rosiis 15. Februarij 1600. coram Reuerendissimo Lugdunen. per obitum postea dicti Francisci fuit de anno 1586. ijsdem præsentantibus electus, & institutus Baldassar Montecatinus, & sic etiam probatur effectuatio præsentationis Francisci, iuxta cons. Oldr. 229. *num.* 2. toties in Rota canonizatum, & per resignationem eiusdem Baldassaris de anno 1587. fuit eodem modo prouisus Ioannes Morotus, cuius obitus dedit causam præsenti liti. 8

Adest etiam instrumentum de anno 1556. in quo Rector illius temporis se obligauit pro subueniendis necessitatibus vnius ex patronis prædictis in paupertatem redacti; iuxta not. *in cap. nobis, de iurepatron.* & alia deducta latè per informantes, quæ si non sufficiant ad probandum ius Thomæ, vel eorum; qui ipsum præsentarunt, de quo tamen hodie non quæritur; tamen adeo offuscant prætensam proprietatem solius operarij fundatam in solo testamento Francisci, & non propterea veniat antiquissima, & moderna quasi possessio aliorum requirenda, cùm ad hunc effectum semper Rota requisierit, vel rem iudicatam, vel confessionem partis, vel saltem talem notorietatem, quæ his æquipolleat, & contra quam nihil opponi possit, Aym. *cons.* 299. *num.* 8. Menoch. *de recuperand. remed.* 1. *quæst.* 17. *num.* 235. *& de retinend. remed.* 3. *num.* 693. & tenuit Rota in Firmana Capellaniæ 28. Maij 1584. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, in Baren. beneficiorum 11. Februarij 1605. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in Cæsaraugustana dismembrationis 27. Ianuarij 1610. coram Reuerend. Damasceno. 9

Non obstat illa decisio Meleuitana iurispatronatus coram Reuerend. Lugdunen. quia dicebatur non applicari, cùm ibi clarè constaret de proprietate per instrumentum dotationis, & fundationis, quod non controuertebatur: hic autem non constat de proprietate solius operarij, ex fundatione, & dotatione, ex supradictis. Ex quibus in hac Domini recesserunt à decisis, &c. 10

R. P. D. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Pistorien. beneficij.

Sabbati 23. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Ex summarijs sume argumentum.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum non datur aduersùs sententiam iniustam, num. 1.

Subreptio non inducitur ex taciturnitate eorum, quæ facta sunt lite pendente, ibid.

Lis non dicitur extincta ex sola desertione, nisi etiam subsequatur sententia declaratoria talis desertionis, n. 2.

Litte-

Littera Apostolica satis benè iustificantur ex confessione partis, num. 3.

Sententia de partibus non habentur in consideratione, si de earum iniustitia constat, num. 4.

DECISIO DCCXXXVI.

1 FVit per Dominos resolutum, non constare de causis restitutionis aduersus sententiam Rotalem, cùm illa non solùm sit valida, sed etiam iusta, Rota *decis. 1. de restit. in integr. in nou.* Mohad. *decis. 2. de appellat.* Seraph. *decis.* 1238. *num.* 1. De validitate enim constat in actis, ex quorum resolutione elicitur non adesse nullitatem. Et de iustitia apparet ex eo, quòd reuocauit sententiam Vicarij Pistorien. quæ denegauit executionem litteris Apostolicis tanquam subreptitiis, ubi non factam mentionem præsentationis Lazari, de qua tamen vti attenta, & facta lite pendente inter Laurentium, & Petrum, nulla erat facienda mentio, iuxta Calder. *cons.* 1. *vt lit. pend.* cum aliis adductis in decis. in ista causa facta 10. Ianuarij 1614. coram D. meo Caualerio.

2 Nec facit, quod d. lis esset extincta de tempore factæ præsentationis Lazari per sententiam latam ad fauorem Laurentij, à qua licèt Petrus appellauerit, tamen appellatio remansit deserta ob illius non prosecutionem, omisso enim an constet de tali fatalium prorogatione, quæ potuerit desertionem impedire, dicebatur omnem difficultatem cessare, ex eo, quòd ad hoc, vt lis dicatur extincta, non sufficit sola desertio, nisi etiam subsequatur sententia declaratoria talis desertionis, Rota *decis.* 10. *vt lit. pend. in nou.* cum aliis adductis in alia decisione huius causæ facta 23. Iunij 1614. coram eodem D. meo Caualerio.

3 Minùs facit, quòd in litteris Sanctini Papa denegauerit iuspatronatus, dummodo lis esset legitimè introducta à Petro Biscontio, quod non fuit iustificatum, quia de d. lite constat ex confessione ipsorummet Lazari, quòd in commissione huius causæ in Rota d. litem narrauit, & non adest aliqua suspicio quòd Biscontius eam calumniosè, vel fictè introduxerit.

4 Tandem non obstat, quòd restitutio saltim sit concedenda ex quo Sanctinus & Lazarus sunt in pari gradu, cùm quilibet habeat per se sententiam, fuit enim dictum sententiæ de partibus nullam esse habendam rationem, cùm de eius iniustitia constet, ex adductis suprà, & in aliis decis. & ideò iure optimo fuit reuocata per sententiam Rotalem, quæ in iudicatum transiuit, vt iam fuit resolutum coram me 14. Decembris præteriti, &c.

R. P. D. CAVALERIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana nullitatis concordiæ.

Mercurij 27. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

De probatione ætatis ponuntur in hac decisione plures notabiles conclusiones.

SVMMARIVM.

Testes probant ætatem alicuius deponentes de mense, quo is natus fuit, etiam quod non deponant de die præciso, num. 1.

Ætas benè probatur per testes familiares, & solitos conuersari in domo vbi puer natus est, ibid.

Testes in vna causa examinati non probant in alia, fallit in causa status, num. 2.

Testes incertè deponentes, & de suo iudicio, non probant, num. 3.

Mater tenetur lactare filium per triennium, nu. 4.

Testes super ætate non probant concludenter, nisi etiam deponant, quod erat notorium, & publicum inter vicinos, num. 5.

Instrumentorum probationes præferuntur probationibus testium, num. 6.

DECISIO DCCXXXVII.

1 DIe 13. Iunij 1612. resolutum fuit concordiam alias factam à D. Iacobo Buccabella de anno 1584. non fuisse nullam ex capite minoris ætatis, & consequenter omissionis solemnitatum à statuto vrbis *in contract. minor. lib. 1. cap.* 151. & præcipuè ratione, quia non probabatur asserta minoritas Iacobi, quæ decisio fuit confirmata die 14. Martij 1614. & cùm neque D. Iacobus acquiesceret, vt ei satisfacerem, tertiò proposui causam super eodem dubio bis resoluto, & Dominis steterunt in decisis. Et quia principale fundamentum Iacobi fiebat in testibus alias ad eius instantiam examinatis super prætensa eius minoritate, prætendebat enim depositionibus probari ipsum fuisse natum de mense Ianuarij anni 1566. vnde arguebat de tempore transactionis se fuisse ætatis annorum 18. & sic minorem 20. quæ ætas requiritur à statuto, *lib.* 1. *cap.* 151. vnde assecuta minoritas satis probata videbatur, iuxta doctr. Bart. *in l. de ætate, num. 7. vers. sed si haberi non posset, ff. de minor.* Surd. *cons.* 77. *num.* 5. etiam quòd testes non deponant de præciso die, Mandel. *cons.* 301. *num.* 3. præsertim cum essent familiares, & soliti conuersari in domo patris Iacobi, ex adductis per Menoch. *præsumpt.* 51. *num.* 42. *lib.* 2. & quia adducebant factum notabile, nempe tempus coronationis Pij V. fel. me. de tempore natiuitatis Iacobi, Bart. *in dicta l. de ætate, num. 7. in fin.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 55. *num.* 8.

2 Tamen Domini non habuerunt huiusmodi probationes pro sufficientibus, quia testes erant examinati in alia causa, nempe inter Carolum filium naturalem Scipionis, & Iacobum, in quo iudicio licèt esset etiam d. Christophora, cum qua hodie Iacobus litigat, nihilominus causa non erat inter Iacobum ex vna, & Christophoram ex altera. Neque placebat responsio, quòd hi testes tanquam examinati in causa status probarent etiam in alia causa, ad not. per DD. *in l. ingenuum, ff. de stat. homin.* quia illa non erat causa status.

3 Præterea secundus testis deponit per hæc verba, *puo hauere da 32. o 33. anni*, & sic non probat, cùm loquatur incertè secundùm suum iudicium. Iacob. de S. Georgio *in l. cum de ætate, nu. 2. ff. de probat.* nec dicit se esse etiam sanguineum, vel vicinum, nec de fama inter vicinos, iuxta requisita per Bart. *in dicta l. de ætate.*

4 Tertius dicit se scire Iacobum natum esse in principio Pontificatus Pij V. & subdit rationem non concludentem, *perche quando lo vidi piccolo, vidi andare ad incoronare Pio V.* & licèt etiam dicat, quòd mater eum lactabat, tamen non dicit, quòd lactaret de dicto tempore coronationis, nec concludit quòd de dicto tempore natus esset, cùm mater teneatur alere, & sic lactare filium per triennium, *l. pen. C. de patr. potest.* & ibi not. glos. *in verb. trimo*, cum multis aliis congestis per Surd. *de alim. tit. 1. q. 14. n. 1.*

5 Primus autem licèt expressè deponat Iacobum natum de mense Ianuarij, vel Februarij 1566. non faciebat fidē indubitatā, prout si fuisset obstetrix, vel mulier quæ interfuisset partui, & ideo debebat etiā deponere, quòd erat publicū & notorium inter vicinos, quod ante illum diem Lucius nondum habebat Iacobum filium, & quòd ab ea die cœpit esse notorium, quòd talis filius sibi natus erat, Bart. *in d. num. 7. vers. sed in probanda*, & Iacob. *in d. l. cum de ætate, nu. 3. ff. de probat.* & in omnem euentum hic testis remanebat vnicus.

6 Sed esto etiam quòd hi testes probarent, Domini censebant præualere probationes per instrumenta, Bald. *in l. 2. C. quando fisc. vel priuat. num.* 6. Bart. *in l. 1. in princ. ff. de oper. nou. nunc.* cum adductis in aliis decisionibus, quæ instrumenta continebant confessiones iuratas ipsius Iacobi cum solemnitatibus.

7 Nec visum fuit obstare, quòd dicebatur hæc instrumenta inuicem conquassari, ea ratione quia in instrumentis celebratis de anno 1573. Iacobus cum iuramento asserebat se maiorem 14. annis, & in alio de anno 1580. faciebat se maiorem 16. & in alio de anno 1581. maiorem 19. cum attento primo instrumento, in quo asserebat se maiorem 14. debuisset esse maior 20. de anno 1580. & 1581. Quia vnum erat certum, quòd attentis confessionibus omnium instrumentorum semper Iacobus de anno 1584. quo fuit facta concordia, erat maior 20. nam si de anno 1573.

erat maior 14. vtique de anno 1584. erat ætatis annorum 25. si verò de anno 1580. erat maior annorum 16. vt ipse tunc fatebatur, consequenter de dicto anno 1584. erat annorum 20. & demum si de anno 1581. erat annorum 19. necesse erat, quòd de dicto anno 1584. esset annorum 23.

8 Ex quibus Domini non solùm censuerunt esse probatam assertam minoritatem Iacobi, sed potiùs censuerunt esse probatam eius maioritatem de dicto tempore concordiæ, & ideò steterunt in decisis, &c.

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Gerunden. præeminentiarum.

Mercurij 27. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Sententia sine citatione partis non valet, & hæc citatio debet esse certa, specifica, & non vaga.

SVMMARIVM.

Sententia lata sine citatione partis est nulla, n. 1.
Citatio ad sententiam debet esse certa, & specifica, n. 1. & 2.
Citatio ad videndum mandari ad vlteriora procedi non dicitur sufficiens ad sententiam, n. 2. *Vbi idem in citatione facta ad videndum fieri quamcunque ordinationem, seu prouisionem.*
Conclusio in causa habet vim citationis ad sententiam in partibus Hispaniæ, num. 2. in fine.
Citatio incerta, & absque expressione alicuius diei est nulla, num. 4.
Citatio vaga ad sex dies ad sententiam non valet, ib. in fin.

DECISIO DCCXXXVIII.

1 DOmini censuerunt sententiam Metropolitani esse infirmandam, vti nullam, & inualidam ex defectu citationis ad sententiam, *clem. pastoralis, de re iud.* Cæs. de Grass. *decis. 11. n. 2. eod. tit.* quæ debet esse certa, & specifica, glos. *in clem. sæpe, in vers. ad id, de verb. signific.* Rot. *decis. 17. de re iud. in nou.* & debet præcisè fieri, Rom. *cons. 369. num.* 8. & ibi adden.

2 Talis autem citatio deficiebat in casu proposito, in quo ostendebatur tantummodo quædam citatio, seu intimatio, quòd iudex mandabat processum regulari, & regulatum ad se deferri, quo viso prouidebatur, quid iuris fuerit, & rationis, quæ non visa fuit posse dici citatio ad sententiam, vt in simili aliàs Rot. non censuit sufficere citationem ad videndum reproduci preces, videndum pronunciari se iudicem competentem, & mandari ad vlteriora procedi, tenuit alias Rota eadem ratione in vna Cesenaten. bonorum 4. Martij 1602. coram bo. me. Iusto, & de alia citatione, ad videndum fieri quemcunque ordinem in Mediolanen. decimarum 27. Ianuarij 1592. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, & de alia citatione ad videndum fieri prouisionem, quæ de iure locum haberet in Salamantin. decimarum 4. Decembris 1600. coram eodem Iusto, quas omnes ipse recenset in d. Cesenaten. & licèt in partibus Hispaniarum sufficiat conclusio in causa, tanquam habens vim citationis, vt in Toletan. admissionis fenestræ 2. Iunij 1582. coram bo. me. Bubalo, & in Aurien. dismembrationis 29. Martij 1597. coram Penia, & aliàs sæpiùs resolutum, tamen ex verbis huius citationis DD. non putabant posse induci conclusionem vllam necessariam ad hunc effectum.

3 Nec obstare dixerunt, quòd sententia de qua agitur non esset diffinitiua, sed reuocatoria attestatorum, quæ videtur potiùs interlocutoria, quia placebat responsio sententia super attentatis saltem habere vim diffinitiuæ, Rot. *decis. 1. vt lit. pend. in nou.* Ægid. *decis.* 148. & 786. Menoch. *de recup. remed. vltim. num.* 51. Quæ tantò magis visa fuerunt procedere in hac sententia, in qua iudex mandauit Capitulum restituere omnia in pristinum, & reddere distributiones Archidiacono, quibus eum priuauerat, & damna, & expensas, vt per Vestr. *lib. 8. c. 4. n.* 22.

4 Insuper talis prætensa citatio visa fuit etiam nulla, tanquam, & incerta, & absque expressione alicuius diei, Cardin. Seraph. *decis.* 597. *num.* 6. & licèt tales citationes sustineantur pro prima die, Put. *decis.* 207. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 857. *num.* 23. *& aliquot seqq.* Cæs. de Grass. *decis. 9. num. 6. de sent. & re iud.* & dictum fuit in Casalen. domus 17. Aprilis 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, tamen ibi aderat clausula *& successiuè*, &c. & dd. decisiones loquuntur in citatione ad videndum iurare testes, quæ est minoris præiudicij, quàm citatio ad sententiam, qua omissa dicitur tolli naturalis defensio, vt in Mantuana bonorum coram D. meo Vbaldo, & in Zamoren. pecuniaria 20. Martij 1609. coram me. Et in omnem euentum nullibi cauetur citationem vagam sustineri ad sex dies, prout in hoc casu factum fuit, in quo prætensa citatio emanauit die 11. Iulij, & sententia fuit lata die 17. eiusdem mensis. Et ex his fuit resolutum pro nullitate sententiæ, &c.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana societatis.

Veneris 29. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Apocha, & qualibet alia scriptura sine die valet, & sustinetur, quando vis non est in tempore. Idem in teste sine tempore deponente, & ad falsitatem vitandam, actuum pluralitas præsumitur.

SVMMARIVM.

Clausula appellatione remota, *sententia lata operatur illius rem iudicam*, n. 1.
Apocha, & scriptura valet etiam sine tempore, quando vis non est in tempore, num. 2.
Testis præcisè deponens de substantia actus, plenè probat, etiam quod de tempore dubitanter deponat, n. 2.
Identitas non præsumitur, sed actuum pluralitas, vt falsitas euitetur, num. 3.

DECISIO DCCXXXIX.

PRo Ioffredo solo informante fuit tentum, procedendum scilicet esse ad executionem sententiæ D. Nappi, cui cùm esset commissa, appellatione remota, illius sententia debet executioni mandari, sicut si essent tres conformes, *c. pastoralis, de appellationibus, l. vnica, C. de offic. præf. præt.* cum concordant. & licet Rota non soleat exequi sententias aliorum Tribunalium, nisi gustet priùs de iustitia: attamen cessat difficultas in proposito casu ex decisione in hac causa coram me facta vsque de anno 1611, vtraque parte informante, in qua fuit dictum prædictam sententiam esse iustam in omnibus, exceptis scutis bis centum, quæ Rota ibi, prout etiam in hac propositione, reseruauit particulariter videre. 1

Et signanter fuit responsum ad grauamen non exhibitionis schedularum per Ioffredum; nempè quòd Ioffredus ex ordine Cæsaris patris, & authoris aduersariorum illam consignauit cuidam Rutilio, à quo reportauit quitantiam, quæ exhibetur, & quatenus fuit aliàs oretenus appositum, quòd ista quitantia caret die, & anno, vnde suspecta est, placuit Dominis responsio modò data per Ioffredum, nempè quòd quando ius non est in tempore, prout non est in hoc casu, carentia diei, & anni non vitiat scripturam, *l. cum tabernam, §. idem quæsit, ff. de pignoribus*, Alex. *cons. 20. num. 5. vers. quia magis communis, lib. 1. & in cons. 42. num.* 20. vbi etiam de magis communi *lib.* 3. & videmus in simili, quòd si testis præcisè deponat de substantia actus, non vitiatur illius dictum, etiamsi dubitanter deponat de tempore dicti actus, Bart. *in l. quid tamen, §. si arbiter, num. 3. ff. de recept. arbitr.* quem alij ibidem sequuti fuerunt, & Card. *cons. 56. num. 10. vers. quod tamen dicitur.* 2

Minus facit, quòd Ioffredus aliquas ex dictis schedulis postmodum ostenderit. Vnde infertur non fuisse verè consignatas schedulas Rutilio, quia fuit responsum posse esse, quòd Rutilius post aliquas ex dictis schedulis restituerit Ioffredo pro aliquo suo particu- 3

ticulari negotio, & ita esse præsumendum ad euitandam suspicionem falsitatis dictæ quitantiæ facta per Rutilium, quod contineret falsum; est enim expeditum in iure, quòd potius præsumatur pluralitas actuum, quàm falsitas, Felin. *in c. cum Ioannes, num. 9. de testibus*, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. num. 15.* & mouit Dominos, quòd prædictus Rutilius post exhibitam quitantiam à Ioffredo superuenit super nonnullos annos. Vnde potuerunt Cæsar, & eius filij agere contra D. Rutilium. Ideòque vel est eis imputandum, quòd non exegerint, vel credendum, quòd ab illo fuerint certiorati de hoc negotio.

4 Quod aliàs obiiciebatur Ioffredum non communicasse Cæsari creditum cum Molendinariis, fuit sublatum ex facto, cùm de exactione facta per Cæsarem à Molendinariis appareat ex partibus, & quitantiis datis in summario Ioffredi, &c.

R. P. D. VEROSPIO SEN.

Postea S. R. E. Cardinali.

Brixien. Canonicatus.

Veneris 29. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur quando articuli sunt releuantes, imò sufficit vnum articulum esse releuantem, & ex releuantia articulorum tollitur præsumptio calumniæ.

SVMMARIVM.

Remissoria semper conceditur stante releuantia articulorum, num. 1. Vbi etiam quod sufficit vnum articulum esse releuantem.

Papa solum conferre potest beneficium Sedi Apostolicæ affectum, num. 2.

Coadiutor datur ob valitudinem coadiuti, num. 3.

Calumniæ exceptio tollitur per articulorum releuantiam, num. 4.

Probatio quando probationem excludat, num. 5.

DECISIO DCCXL.

1 MOrtuo Francisco Coradella fuit de illius Canonicatu prouisus ab Episcopo Brixien. Constantinus Manerba, licet eundem Canonicatum à Sanctissimo priùs impetrasset Claudius Barbisonus, ex quo Francisci coadiutor in habitu Clericali non incedebat: vnde postea d. Claudius nouam prouisionem per obitum eiusdem Francisci à Sede Apostolica impetrauit, & cùm sententiam in partibus, & possessionem obtinuisset, Canonicatus causa per viam appositionis ad Rotam deuolutam fuit, præuia decisione coram me sub die 20. Maij præteriti facta Canonicatui sequestrum appositum. Verùm quia postea Claudius volebat iustificare gratiam coadiutoriæ Francisci, Rotæ placuit dubio primo proposito remissoriam illi non denegare, semper enim illa conceditur vbi de releuantia articulorum apparet, Cassad. *decis. 3. de dilat.* Caputaq. *decis. 56. p. 3.* & sufficit vnum articulum esse releuantem, vt cæteri omnes admittantur, Cassad. *decis. 5. num. 6. de sequestr. poss.* & fuit dictum in causa Metin. Mercurij 19. Februarij 1596. coram Iulio.

2 Hìc autem releuantia probatur. Nam iustificata gratia d. coadiutoriæ resultare affectio, & per consequens detegeretur ius Claudij prouenienis à Summo Pontifice, ad quem solum stante affectione Canonicatus collatio pertineret, Innoc. *in cap. inter dilectos, num. 4. vers. sed nobis videtur, de excess. Prælat.* Anchar. *cons. 58. num. 4.* Vital. *in clementina 1. num. 6. vt lit. pend.* Prob. ad Monachum *in cap. statutum, num. 17. de præb. in 6.*

3 Non obstat, quòd versemur in beneficialibus, in quibus absque fumo remissoria non conceditur, nam datur pro aliquibus articulis fumus, & præsertim, quòd Franciscus qui coadiutorem habuit, esset ætatis annorum 50. & ob corporis imbecillitatem, & varias ægritudines diuinis interesse non posset. Cùm enim tales coadiutoriæ de stylo non nisi præuia extraiudiciali informatione concedantur, satis ex ipsa concessione fumus oritur coadiutum aduersa valitudine laborasse, ex qua probatione coadiutoriæ iustificatio resultaret, *cap. penult.* vbi Doct. *de clerico ægrot. c. vnico, & de tit. in 6.* vbi Io: And. *num. 6.* & Anchar. *num. 10. cap. 8. & c. quamuis, 7. q. 1.*

Exceptio calumniæ tollitur ex articulorum releuantia, neque ex illius præsumptione remissoria denegaretur, vt fuit dictum in causa Virdunen. fructuum 16. Nouembris 1605. coram Illustrissimo Lancellotto in Vicin. Prioratus 4. Nouembris 1611. coram R. P. D. meo Pamphilio. 4

Circa ea quæ dicebantur à non iure coadiutoris non expeditionem gratiæ, fuit responsum non esse præsentis indaginis, quia nihilominus affectio prætenderetur, ex allegatis, de quibus erit agendum in causæ discussione, & interim ad effectum de quo agitur, satis erit exequutiones in contrarium adductas ius Claudij penitus non tollere, cùm præsertim probatio probationem non excludat, Alex. *cons. 114. num. 8. lib. 4.* Put. *decis. 63. num. 1. lib. 3.* 5

R. P. D. COCCINO.

Romana census.

Lunæ 1. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Creditor habens hypothecata omnia bona debitoris, potest pro suo credito facere executionem ad sui electionem in vna ex hypothecatis rebus sibi benè visis, & etiam contra tertium possessorem, in quem res peruenit post iudicis sententiam, præsertim ex simulato contractu, & hinc quòd simulatio coniecturis probatur, & quibus. Est magistralis decisio in hac materia.

SVMMARIVM.

Creditor habens hypothecata bona creditoris præsentia, & futura, potest pro executione facienda eligere vnum ex pignoribus sibi benè visum, num. 1.

Obligatio cameralis non admittit exceptiones extrinsecas, ibid. in fine.

Executio fieri potest etiam contra tertium possessorem, ad quem res peruenit post decretum, mandatum, & sententiam, num. 2. declara vt num. 3.

Contractus simulatus dicitur fictus, caret substantia, & spiritu, & nihil operatur, ibid.

Consensus est substantia omnium obligationum, ibid.

Simulatio in contractu præsumitur vbi procedit causa simulationis, aliter non, num. 4.

Simulatio probatur coniecturis ex quibus concludenter dicitur probata, num. 5. & 6. Vbi etiam quod sufficiunt leues coniecturæ.

Simulatio inter personas coniunctas, & suspectas præsumitur, ibid.

Simulatio præsumitur ex actuum multiplicatione, & variatione, num. 6.

Simulatio præsumitur ex repugnantia contractuum, num. 7.

Notarij stipulatio facta pro absente requirit acceptationem absentis antequam alteri sit ius quæsitum, ibid.

DECISIO DCCXLI.

QVod mandata relaxata pro fructibus census, visum fuit Dominis procedendum esse ad executionem super castro Montis Nigri, & super fructibus aliorum bonorum D. Ducis, & per consequens etiam super vsufructu castri sancti Gregorij, nam D. Hieronymus habet omnia bona præsentia, & futura D. Ducis hypothecata. Quare ad suum libitum potest eligere vnum ex pignoribus sibi benè visum pro executione facienda, *l. creditoris, ff. de distr. pign.* iuncta *l. qui generaliter, ff. qui pot. in pign. habeant.* Surd. *decis. 44. num. 6.* nec hoc ius potest impediri per debitorem, *l. 1. C. debit. vend. pign. non poss. dicta l. creditoris, ff. de destr. pignor.* Bald. *in l. 2. num. 4. C. si aduers. vend. pignor. & in dicta l. 1. in princip. C. debit.* 1

vend. pign. imped. non poſs. maximè cùm D. Hieronymus habeat obligationem Cameralem ad ſui fauorem, quæ non admittit exceptiones extrinſecas à contractu, Caſſad. *deciſ. 1. de mutua petit.*

2 Tota igitur difficultas conſiſtit in eo, quia cùm D. Dux habeat filium ex prima vxore, cui aſſignauit pro ſcutis 30000. dotis maternæ die prima Ianuarij 1609. & die 12. Aprilis 1614. caſtrum Montis Nigri, & villam Hierocomij certum molendinum, & emolumenta etiam iuriſdictionalia caſtri ſancti Gregorij, & ideò videtur dicendum, quòd D. Hieronymus non poſſit agere executiuè, ſed ordinariè ad reſciſſionem aſſignationis factæ, cùm ipſe egerit actione perſonali contra D. Ducem, & obtinuerit mandatum relaxari ad eius fauorem poſt factam dictam aſſignationem, tunc enim poſſet agere executiuè, ſi aſſignatio fuiſſet facta poſt ſententiam, ita vt ſolùm ſupereſſet immiſſio, Olaſc. *deciſ. 65. num. 4.* qui ita intelligit dictum Baldi *in l. ob maritorum, n. 4. C. ne vxor pro marit.* & refert Surd. *in conſ. 323. num. 4. poſt med. lib. 4.* latè Hond. *conſ. 20. num. 42. 52. & 53. cum ſeqq. lib. 1.*

3 Hoc tamen non obſtante Rota dixit procedendum eſſe ad executionem, prout ſuprà, nam iſta aſſignatio fuit ſimulata; quare nihil valet & operatur, Bald. *conſil. 65. lib. 1.* Calcan. *conſil. 36. num. 4.* Pariſ. *conſil. 34. num. 29. lib. 1.* Ratio eſt, quia contractus ſimulatus dicitur fictus, & pictus, *l. ab Anaſtaſio, C. mandat.* & caret ſubſtantia, & ſpiritu, & dicitur corpus ſine ſpiritu, & vmbra ſine effectu, Pariſ. *dicto conſil. 34. num. 26. & 27.* Socin. *conſil. 65. num. 14. lib. 1. & conſil. 264. num. 4. lib. 2.* Iaſon *conſil. 170. num. 3. lib. 2.* & meritò, quia deficit verus conſenſus, cùm non dicantur contrahentes verbo dixiſſe quod gerebant in mente, Socin. ſen. *dicto conſil. 65. num. 14. lib. 1.* conſenſus enim eſt ſubſtantia omnium obligationum, *l. obligationum ſubſtantia, ff. de act. & oblig. l. conſenſu, eodem titul. toto titul. Inſtitut. de oblig. quæ ex conſen.* & dat eſſe obligationi, adeò quòd ſine eo ſubſiſtere non poteſt, vt per Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus, in 2. oppoſit. ff. de verb. obligat. & in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor.* quare non poteſt impedire executionem mandati, Bald. *in l. executorem, num. 27. verſ. pone quod executio, C. de execut. rei vend.*

4 Quòd autem hîc adſit ſimulatio, ſatis patet ex ſerie facti, nam hæc cauſa fuit mota de anno 1597. & de anno 1604. D. Dux aſſignauit filio pro eadem dote mobilia, & ſupellectilia quædam pretioſa, & palatium campi Martij, & turris de Comitib. ſecundo loco de anno 1609. ſub prætextu quòd dicta Palatia eſſent fideicommiſſaria, & ſic malè aſſignata denuò aſſignauit eidem filio caſtrum Montis Nigri, & Palatium Mentianæ. Tertio loco paulò ante relaxationem mandatorum, de quibus agitur, videlicet de anno 1614. fecit nouam aſſignationem, de qua ſuprà dictum eſt, caſtri Montis nigri, villæ Hierocomij, molendini, ac omnium, & quorumcunque fructuum, & emolumentorum etiam iuriſdictionalium caſtri Poli ſancti Gregorij, Guadagnoli, & aliorum bonorum ipſius Ducis; quare ex iſta ſerie facti nedum oritur cauſa ſimulandi, quæ eſt neceſſaria ad effectum de quo agitur, Bartol. *in conſil. 65. num. 4. verſ. ijs præmiſſis, lib. 1.* videlicet ad euitandam executionem mandati.

5 Sed etiam oriuntur probabiles coniecturæ & præſumptiones, quæ ſufficiunt pro ipſa ſimulatione, *cap. cùm dilectus, de ſucceſ. ab inteſt.* Caſtr. *conſ. 109. num. 1. vol. 2.* Calcan. *conſil. 8. col. 5. num. 8.* Aym. *conſil. 156. num. 7. & ſeqq.* nam cùm vſusfructus huius dotis vigore ſtatuti vrbis *cap. 131.* ſpectaret ad D. Ducem, ceſſat cauſa, ex qua pater dedit, vnde præſumitur ſimulatio, Bald. *in l. ab Anaſtaſio, in 4. & 6. notab. C. mandat.* benè ad propoſitum Surd. *conſ. 382. num. 54. & 55.* maximè cùm nemo præſumatur iactare ſuum, *l. cum de indeb. C. de probat. l. Campanus, ff. de oper. libert.* & ex quo fuit dictum inter perſonas coniunctas, & Dominus Dux premebatur ſuper ſolutione fructuum, & ſortis cenſus, Bald. *conſ. 70. incip. Apparet quædam inſtantia, in princ. lib. 1.* & benè ad propoſitum Cuman. *in conſ. 155. per tot.*

6 Eòque amplius, cùm fuerint factæ tres aſſignationes, vna poſt aliam, ſemper variando, & alterando; prætendebat enim D. Dux quòd palatia eſſent ſubiecta tali fideicommiſſo, vt in obligatione non comprehenderentur, quod colligitur ex ſecunda aſſignatione facta filio, & quia adhuc ſecunda non ſuffragabatur, quia executio poterat fieri ſuper fructibus aliorum bonorum, illos quoque aſſignauit filio in tertia aſſignatione, ex qua ſerie facti colligitur animus Domini Ducis, non ex alia cauſa feciſſe dictam aſſignationem, niſi ad euitandam executionem, quæ veriſimilitudo eſt attendenda, cùm ſit ſufficiens ad probandam ſimulationem, Decian. *conſ. 62. num. 72. lib. 3.* Aym. *conſ. 156. num. 9.* Caſtr. *in conſ. 109. col. 2.* vbi quòd ad probandam ſimulationem veriſimiliter leues coniecturæ ſufficiunt, maximè cùm ſimulatio verſetur contra ea, quæ ſecretò ſolent fieri, & cum perſonis ſuſpectis, prout in caſu iſto.

7 Et prædictis addi poteſt, quòd poſt ſecundam aſſignationem D. Dux locauit caſtrum Montis Nigri, cum aſſertione quòd ad ſe ſpectabat pleno iure, vtilis, & directi dominij, quod repugnat aſſignationi factæ, Bald. *conſ. 438. incip. An poſſeſſio longo tempore, in princ. & num. 2. verſ. ſuper iſto puncto, lib. 5.* Roman *conſ. 246. in princ. & per tot.* & eo magis prædicta procedere debent, quia non conſtat de acceptatione filij, quæ acceptatio eſt omnino neceſſaria, non obſtante ſtipulatione Notarij, ita vt etiam non ſuffragetur, ſi fiat poſtquam alteri eſt ius quæſitum, Theſſ. *dec. 70. à num. 1. vſque ad 6.* vbi latiſſimè examinat articulum.

8 Quoad executionem faciendam ſuper proprietate caſtri S. Gregorij, placuit Dominis quòd priùs fieret ſeparatio, cùm pars d. caſtri ſit ſubrogata in locum caſtri Patiuæ ſubiecti fideicommiſſo cum ampliſſima prohibitione alienandi, & quoad executionem mandatorum pro ſorte principali cenſus, cùm illa fuerint relaxata ad effectum deponendi, donec darentur idonei fideiuſſores, placuit, vt videatur priùs, an fideiuſſores dati ſint idonei.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hieroſolymitano.

Hiſpalen. matrimonij.

Lunæ 8. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Qui per verba de futuro promiſit aliquam ducere in vxorem, tenetur cum ea matrimonium contrahere, etiam quòd ſponſalia iuramento firmata non ſint, præſertim transducta muliere ad domum viri, eaque vt vxore tractata, cætera vide in ſummarijs.

SVMMARIVM.

Sponſalia de futuro vbi præcedunt matrimonium, illud omnino contrahendum eſt, & qui promiſit ducere aliquam in vxorem, tenetur omnino cum ea matrimonium contrahere, etiam quòd in ſponſalibus iuramentum non interuenerit, num. 1.

Teſtes præſumuntur conteſtes, licèt vnus alium non alleget in conteſtem, n. 2.

Sponſalia præſumuntur ex transductione mulieris ad domum viri ſubſequente tractatu viri, & vxoris, num. 3.

Teſtes examinati parte non citata poſſunt ſeruire pro adminiculo, n. 4.

Sententiam lata ſine citatione valet quando fuit concluſum in cauſa parte citata, ſic ſtylo dictante, n. 5. & 6.

DECISIO DCCXLII.

CVm Ioannes Villalon fuiſſet in partibus per duas 1 ſententias condemnatus ad contrahendum matrimonium cum D. Maria de Padilla, & cauſa in gradu appellationis mihi commiſſa reperiatur, dubitaui die 26. Iunij præteriti, an dictæ ſententiæ eſſent confirmandæ, vel infirmandæ? Et Domini affirmatiuè reſponderunt, & hodie cauſa ſuper eiſdem repropoſita, in eadem ſententia Domini ſteterunt, cùm enim inter ipſum Ioannem & Mariam præceſſerint ſponſalia de futuro, matrimonium contrahere tenetur, iuxta tex. *in cap. ex literis, el 2.* vbi Card. *num. 3. & in cap. re-*

qui-

quisiuit, vbi Doct. *de sponsal.* glos. *in cap. sic quippe 27. quaest.2. verb. quaeritur*, Nauar. *tit. de sponsal. impub. cons. 2. in fin. lib.4.* etiam quòd dicta sponsalia non sint iuramento firmata, glos. *in cap.2. verb. interpositione*, vbi Abb. *num.4.* Alex. de Neu. *num.13.* Felin. *num.14. de sponsal. cap. de illis il 1. de desponsf. impub.* vbi Butr. *num.5.* & Anchar. *num.4.* Rimin. *cons.538. num.25. & seq.* Marcumbrun *cons.7. num.35.* Menoch. *cons.386. num.1. & 2. volum.4.* Surd. *consil. 364. num. 7. & seq. lib. 3.* Couar. dicens oppositam sententiam fuisse erroneam *in epitome de sponsf. 1. part. cap.4. in princip. num.2. & 3.* Seraph. *decis.112. num.1.* Sanchez *de matrim. lib.1. disput. 29. num.4.*

2 De sponsalibus verò in casu nostro constare videtur ex pluribus testibus deponentibus Ioannem post mortem suæ vxoris, & quando erat viduus, permisisse Mariæ accipere ipsam in vxorem, & è conuerso Mariam permisisse accipere dictum Ioannem in virum, qui quidem testes præsumuntur contestes, licèt in tales non se allegent, Rolan. *cons.26. num.39. lib.3.* decis. Pedem. *99. num.28.* Rot. *diuers. decis.191. num.4. part.1.* & de communi testatur Farinac. *in tract. de testib. quaest.64. num.317.* Vltra quòd duo ex illis, nempè quartus, & quintus, concordant d. promissiones fuisse factas in die Sanctæ Luciæ. Nam licèt quartus simpliciter dicat vna die, tamen quia supra mentionem fecerat de die Sanctæ Luciæ, de ea videtur intelligendum vt reducatur ad concordiam cum alio teste de eadem die deponente, ad quem effectum omnis interpretatio facienda est, Farinac. *vbi supra num. 322.* præsertim fauore matrimonij, & in hoc videntur conformes intentioni ipsius Mariæ ad positiones dicentis eadem die fuisse factam promissionem in præsentia dictorum duorum testium, ac aliorum, ex qua quidem mutua promissione inter Ioannem, & Mariam resultant sponsalia de futuro. Martinus Laudens. *cons.17. num.1. inter cons. matrim. diuers.* Sanchez *vbi supra disput.5. in princip.*

3 Et vltra supradictos testes concurrunt plura, & quidem vrgentissima adminicula, nempè traductio dictę Mariæ ad domum dicti Ioannis, ex qua regulariter sponsalia præsumuntur, Couat. *vbi supra part.1. cap.4. §.2. num.1. vers.1. quando*, Menoch. *de praesumpt. lib.6. praesumpt.1. num.55.* Cùm præsertim Ioannes illam tractaret tanquam vxorem, vt præsertim quartus, & quintus testes deponunt; Laudens. *vbi supra num.3.* & Menoch. *ibidem num.82.* & plurimum facit Breue obtentum per Ioannem super dispensatione dicti matrimonij ex eo, quando Mariam cognouerat viuente adhuc prima vxore, per quem actum positiuum censetur spousalia præcedentia approbasse, Cald. *cons.1. in fin. de sponsf.* Menoch. *praesumpt.99. num. 27. lib.6.*

4 Quibus non obstant, quòd dictæ sententiæ sint iniustæ, ex quo fundantur in depositionib. testium examinatorum absque citatione ad videndum iurare, & sic nulliter, *cap. 2. de testib.* quia vltra quòd Maria non fuit vsa, nec vtitur prædictis testibus, sed primis ritè, & rectè examinatis, dicebatur illos in eo quòd concordant cum alijs, posse deseruire saltim pro adminiculo, Ruin. *cons.46. num. 10. lib.4.* Dec. *cons.54. versic. postremò*, & fuit dictum in vna Hispalen. legitimitatis 11. Maij 1612. coram D. meo Vbaldo, & in Leodien. parochialis 20. Martij præteriti coram me.

5 Minus obstant nullitates oppositæ. Nam quòd prima sententia fuit lata nemine instante, & sine citatione, non subsistit in facto cum Maria 1. Decembris 1611. citauerit ad sententiam, & iudex habuerit causam pro conclusa, quæ quidem conclusio habetur locis citatis de stylo illarum partium, vt fuit decisum in vna Seguntin. residentiæ 1. Iulij 1605. coram me, & aliàs sæpè; & licèt postea idem iudex monuerit partes die 5. eiusdem mensis ad informandum: tamen non proposita per talem actum extraiudicialem conclusio remansit circumducta, vt fuit dictum in in vna Elboren. iuris conferendi 15. Decembris 1614. coram me.

6 Prout nec pariter subsistit, quòd secunda sententia fuerat lata pendente remissoria, & sine citatione, vt prætenditur executio ad sententiam, cùm imò veritas sit, quòd expirato termino tertiæ remissoriæ, quæ nec reproducta, nec quidem præsentata fuit, iudex processum publicauit, & habuit causam pro conclusa, citatis hincindè prouisionibus ad sententiam. Et ita resolutum.

R. P. D. VBALDO.

Romana donorum in Burgo.

Lunæ 8. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plures firmantur conclusiones, & illæ quidem notabiles in materia Saluiani interdicti, & præsertim quòd illud non datur pro credito non liquido, & quòd concessio, seu conditio sub conditione mensurationis facta, mensuratione non sequuta actionem non producit, ad effectum vt intret iudicium Saluiani interdicti.

SVMMARIVM.

Iudex nulliter, & minus legitimè procedens dicitur spoliare, num.1.

Confessio facta in precibus, sicut nocet supplicanti, ita etiam nocet eius haeredibus, n.2.

Iudicis iurisdictio non censetur tributa per comparitionem, nec per eam inductus aliquis consensus quando quis comparet praeuia protestatione nullitatis actorum, & agendorum, num.4.

Sententiae notoria iniustitia aequiparatur nullitati, numer.5.

Concessio emphyteusis facta sub conditione mensurationis, mensuratione non sequuta actionem non producit, num.5. in fine.

Venditio facta ad mensurationem dicitur perfecta, sequuta traditione, etiam mensuratione non facta, quod an verum sit, n.6.

Sententia, seu decreto, qui vti vult, debet docere omnia eius requisita fuisse seruata, & haec exceptio non adimpleti modi, seu conditionis sententiae semper opponi potest, num.7.

Executio regulariter est nulla, non procedente liquidatione crediti, pro quo est facienda, n.8.

Saluianum interdictum non datur non constito de credito certo, & liquido, n.9.

Retentio non datur pro praetenso credito non liquido, numer.11.

DECISIO DCCXLIII.

Post factam resolutionem in Rota, quòd non intraret arbitrium pro facienda mensuratione petita per DD. de Neris, ex rationibus, de quibus in decisiones extensa sub die 22. Iunij præteriti, hodie iterùm proposui dubium particulare super prætenso spolio, quod fuerat antea propositum die 6. Iunij 1614. & non resolutum, & Domini vtraque parte informante, censuerunt intrare spolium: quia certum est, quòd iudex nulliter, & minus legitimè procedens dicitur spoliare, DD. *in cap. conquerente*, vbi Abb. *num.8.* Berous *n.7. & 8. de restit. spoliat.* Aym. *cons. 18. num.8. cons.124. num.4. & cons.140. sub num.2.* Gabriel. *titul. de restitut. spoliat. conclus.1. num.124.* Surd. *cons.168. num.26. lib.2.* Menoch. *de recuperan. remed. 8. num.19.* vbi de communi, Verall. *decis.186. par.3.* Cæsar. de Grass. *decis.1. num.4. de constit.* & fuit dictum in vna Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram me, & aliàs sæpè. 1

Quod autem nulliter fuerit processum, deducebatur ex defectu iurisdictionis in iudice qui dedit Neris inmissionem ex Saluiano, nam cùm duæ causæ penderent coram bon. memor. R. P. D. Lancellotto Referendario, vna contra Magdalenam de Bobus, altera contra Faustinam Guadagnam, d. Referendarius pronunciauit solùm contra Magdalenam, & illa causa fuit per appellationem commissa in Rota bon. mem. Sarmiento, & postea Robusterio, & demum Illustriss. Card. Lancellotto in eorum locum suffecto; causa verò Faustina auctricis D. Mutij Camerini remansit penes eundem Referendarium, quo recusato suspecto à d. Faustina, causa fuit ab eo auocata, & commissa R. P. D. bon. me. Odescalcho, coram quo dicitur fuisse deuentum ad nonnullos actus, sed rescripto 2

d. com-

d. commissionis deperdito, fuit ad instantiam Claudij Nerij eidem Odescalcho denuò commissa, & demum S. D. N. tunc in minoribus existenti in eius locum subrogato, prout hæc continentur in commissione à Claudio impetrata, cuius confessio sicut noceret ipsi, *l. cum precum, C. de lib. caus.* ita nocere debet eius hæredibus, *l. si superatus in princ.* vbi Bart. *ff. de pignor.* Bald. *cons. 364. sub num. 2. vers. tertio quia lib. 2.* Aymon. *de antiq. temp. 1. par. vers. ampliatur num. 22. & seq. & cons. 29. num. 1.* Rot. *decis. 776. num. 1. par. 1. divers.* & fuit dictum in Romana dotis 6. Iunij 1611. & 15. Maij 1612. coram me.

3 Neque obstat, quòd in prima commissione Rotali nominetur Faustina pro Oratrice vnà cum Magdalena, quia vltra quòd non constat eam fuisse impetratam, vel ratificatam à Faustina, d. commissio apparet manifestè erronea, ex quo in ea petitur committi causam appellationis per oratrices intra legitima tempora interposita, & tamen constat Faustinam non appellasse, sed impetrasse auocari causam à Lancellotto referendario, & committi Odescalcho, vt apparet ex dictæ partis confessione, de qua supra dixi.

4 Nec etiam obstat, quod D. Ioan. Camerinus successor Faustinæ pluries comparuerit coram Illustrissimo Card. Lancellotto. Quia præter id, quod dicebatur comparuisse, præuia protestatione nullitatis actorum, & agendorum, ipsius consensus non poterat iurisdictionem tribuere, *l. priuatorum, C. de iur. omn. iud.* præsertim post expressam auocationem, & successiuè delegationem à Papa factam alteri iudici, Doctores *in c. P. & G. de off. deleg.* Seraphin. *decis. 816. num. 3. par. 1.* ex quibus apparet defectus iurisdictionis in iudice Rotali, qui defectus propriè causat spolium, Menoch. *de recuper. remed. 8. num. 17.*

5 Allegabantur etiam aliæ nullitates ex defectu citationis ad sententiam, & transportationis actorum, quæ nonnullis Dominis placebant, sed plerisque placuit notoria iniustitia dictæ sententiæ, vel eius executionis, quæ æquiparatur nullitati, vt per Felin. & alios *in c. inter cæteras de sent. & re iud.* Surd. *cons. 61. num. 24. & 52. lib. 1.* & iniustitia notoria deducebatur ex deductis in decisione huius causæ super arbitrio dum fuit concessa immissio non liquidato credito Dominorum de Neris, vt requirebatur tam ex forma instrumenti, quàm vigore ipsius sententiæ, & ex natura iudicij intentati, vt latè fuit deductum in decisione. Nam quoad instrumentum concessionis situs de quo agitur, negari non potest, quin illud contineat concessionem, non ad corpus, sed ad mensuram facien. per duos peritos communiter eligendos, & ad rationem Iuliorum 12. pro qualibet Canna, & ideò videatur concessio sub conditione mensurationis, qua non facta, vel non erat orta obligatio, vel creditum erat incertum, *l. quod sæpè, §. in ijs, ff. de contrah. empt.* Bart. *cons. 74. num. 2.* cum alijs in decisione adductis, adeo vt non potuerit agi Saluiano pro Canonibus decursis, & non solutis.

6 Et sic non obstat, quòd sit deuentum ad traditionem situs de quo agitur, quo casu dicitur translatum dominium, & possessio, & contractus dicitur perfectus, etiam non facta mensuratione, vt per Angel. & Castren. *in l. 2. ff. de peric. & comm. rei vend.* Capyc. *decis. 14. num. 10.* cum alleg. quia dato, sine veri præiudicio, quòd de tali traditione facta à prætensis auctoribus Dominorum de Neris constaret, prout non constet; tamen illa opinio esset periculosa, quòd ante mensurationem, etiam secuta traditione, contractus sit perfectus, ex his quæ scribit Alexand. *cons. 33. num. 6. lib. 6.* Bart. *d. cons. 74.* Roland. *cons. 7. num. 14. lib. 3.* Curt. iunior. *in d. l. quod sæpè, §. in ijs n. 5. ff. de contrah. empt. & cons. 244. num. 10. & seqq. lib. 3.* Neuizan. *cons. 38. num. 27.* vbi alios allegat, & suadetur ratione, quia ante mensurationem non constat de certa mercede, etiam secuta traditione, ideò non potest dici perfectus contractus locationis, *l. si merces, ff. de locat.* Surd. *cons. 168. num. 49. lib. 2.* & in omnem casum quicquid esset dicendum de hoc, certè quoad obligationem de soluendi canonibus de qua agimus, illa videtur fuisse conditionalis conditione suspensiua, donec fieret mensura, iuxta notat. *in l. item quia, §. 1. ff. de pact.* & sine obligatione non potuit oriri hypotheca, quod est præcipuum extremum in Saluiano.

7 Alterum etiam fundamentum decisionis visum est subsistere, videlicèt, quòd mensuratio esset necessaria ex forma sententiæ Rotalis, cuius verba sunt clara, & ideo non est quærendum, an post executionem sit facienda mensuratio, Surd. *consil. 186. sub num. 6. vers. 2. verba sententiæ, & num. 7. lib. 2.* & ideò saltem executio remanet nulla, & sine iudiciali fomento, qui enim vult vti sententia, seu decreto, debet docere, omnia eius requisita fuisse seruata, *l. Caius, ff. de manumiss.* Soc. iun. *cons. 67. num. 16. lib. 1.* Surd. *d. consil. 186. num. 9.* & hæc exceptio de modo, seu conditione sententiæ non adimpletis, semper opponi potest, Bald. *in l. 1. num. 4. versic. concludo ergo, C. de iur. & fact. ignor.* Socin. iunior. *d. cons. 67. num. 8.* Surd. *vbi supra num. 13.*

Non obstat, quòd aduersarij videantur esse in tempore faciendæ mensurationis, quia tollitur ex prædictis, & ex decisione in hac causa facta, in qua fuit denegatum arbitrium pro facienda mensuratione, & aliàs regulare est, quòd executio est nulla non præcedente liquidatione, quæ in hoc casu pendet à mensuratione, vt fuit dictum in Maceraten. spolij 4. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Manzanedo, in Turritana tertiariæ 18. Decembris 1595. coram Seraph. quæ est *decis. 1168. num. 5. par. 2. in impress.* in Romana Vineæ 24. Octobris 1605. coram Reuerendiss. Bononiens. vbi quòd defectus liquidationis causat spolium, & idem fuit dictum in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram me, & in materia Saluiani est decisio in Bononien. Saluiani 15. Nouembris 1599. coram Illustriss. Cardin. Lancellotto allegata in decisione huius causæ. 8

Tertium etiam fundamentum dictæ decisionis, quòd ex natura iudicij intentati in Saluiano requireretur liquidatio, placuit Dominis, quia certum est, in dicto iudicio debere constare de credito, *l. 1.* ibi, *debitor tuus, C. de precar.* & Saluian. imò hanc qualitatem, seu potiùs substantiam, & necessarium antecedens esse ad stabiliendum Saluianum, dicit Menoch. *de adipisc. remed. 3. num. 163.* non potest autem dici constare de credito, quando illud est incertum, & illiquidum, nec debitor potest dici in mora, antequam moram non debet pati executionem, seu immissionem in Saluiano, Rimin. *cons. 361. num. 10. lib. 2.* & fuit dictum in Romana societatis artis albæ 17. Iunij 1580. coram Seraphino, quæ est *decis. 473. num. 1. & 2.* in impress. aliàs sublata fuisset possessoribus facultas offerendi, & se liberandi ab immissione, quod tamen est remedium iuridicum, vt optimè firmatur in illa Maceraten. domus 17. Iunij 1602. coram Illustrissimo Card. Mellino. Nec contrarium dicit Alexand. *consil. 85. num. 2. lib. 6.* quia in primis non loquitur in Saluiano, sed in remedio *l. fin. C. de acqu. poss.* in quo non tractatur de aliqua quantitate debiti, sed solùm de recuperan. possessione interuersa per alienationem factam à debitore, qui se constituerat possidere pro creditore, & tamen contra possessorem idem Alex. requirit liquidationem, vt ibi *num. 3.* & decisio Sarmienti data non fundatur nisi in d. cons. Alexandri. 9

Neque obstant decisiones Dertusen. decimarum, & Corduben. gabellarum ex aduerso allegatæ, quia loquuntur in terminis declaratoriæ ob contumaciam non comparentium post intimatas executoriales, qui si comparuissent, & petijssent liquidationem, subterfugissent declarationem, vt decisiones admittunt; quæ etiam loquuntur in debitore certo, vel qui poterat certificari ex suis libris, vt in dict. Corduben. gabellarum coram Reuerendissimo Decano, quæ cessant in casu nostro. Et ad illud, quod dicebatur sententiam posse sustineri saltem pro caponibus, pro quibus nulla erat necessaria mensuratio, placuerunt responsiones datæ in decisione, vltra quòd cùm DD. de Neris pluribus annis possederint domum, Saluianum respectu caponum esset resolutum. 10

Non obstat denique exceptio retentionis, iuxta textum *in l. si non sortem, §. si centum,* & ibi Doctores *ff. de cond. indeb.* latè Surd. *decis. 46. num. 7. & seqq.* Quia omisso, quòd ibi non fuit actum spolio, sed condictione indebiti ad recuperan. fundum datum pro maiori quantitate, text. etiam loquitur de debito liquido, ibi, *donec debita pecunia soluatur,* & sic etiam procedit decisio in causa Reatina spolij coram Reuerendissimo Domino meo Decano, ex aduerso allegata, vt patet ibi, *constat tamen de credito illius, qui fuit immissus;* sed in hoc 11

casu

casu creditum non solùm non est liquidum, sed nec purificatum, vt patet ex supra adductis. Ex quibus Domini concluserunt spolium intrare.

R. P. D. VBALDO.

Romana de Naris.

Veneris 26. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

De vicino volente ædificium quod facit in suo iniungere, & annectere cum muro vicini, an & quando hoc possit: quibus exceptionibus hoc iudicium impediatur, & lite pendente potest vicinus tutè in suo ædificare, data cautione de demoliendo in casu succumbentiæ.

SVMMARIVM.

Vicinus potest liberè vti muro sibi propinquo, illique totum ædificium iniungere, & annectere, etiamsi murus spectaret ad solum vicinum, n.1.

Dominij quæstio non potest refricari possessori domus in casu, de quo num.2.

Vicinus quando possit vicini ædificium impedire sub prætextu, quod suæ domus luminibus officiatur, n.4.

Vicinus tutè ædificare potest, etiam in præiudicium vicini, lite pendente, data cautione de demoliendo in casu succumbentiæ, num.5.

DECISIO DCCXLIV.

1 NOn controuertebatur, nec controuerti poterat per informantes conclusio illa quod vicinus tam pro nouis ædificiis construendis, quàm etiam pro antiquis ampliandis, possit liberè vti quouis muro sibi propinquo, totum ædificium illi iniungere, & annectere, etiamsi murus spectaret ad solum vicinum, quia hoc expresè cauetur in Bulla iuris congrui fel. record. Gregor. XIII. & conforme hoc videtur cum iure communi, iuxta *l. si ædes*, cum glos. *ff. de comm. diuiden.* Veron. *in tract. de seru. vrb. præd. cap.30. de seruit. sign. immitt. sub num.4.*

2 Sed prætendebatur pro filijs q. Francisci Nari repellere Ioannem Antonium à petita iniunctione, seu appodiatione super muro dictorum filiorum, quasi proprietas domus Ioannis Antonij, quam ampliare intendit, non spectet ad ipsum, sed potiùs ad eosdem filios, tanquam sit descripta in inuentario inter bona Hieronymi eorum patrui, cuius hæreditatem Ioannes Antonius repudiauit: sed his non obstantibus, Domini censuerunt licere Ioanni Antonio appodiare super muro, seu lodia pupillorum, quia ipse habet intentionem fundatam in dispositione prædictæ Bullæ, & iuris communis, & præterea reperitur in possessione domus quam inhabitat à pluribus annis, cùm ea sibi obtigerit vigore diuisionis inter ipsum, & Franciscum pupillorum patrem factæ auctoritate Rotæ. Ideo dum vult vti fructu suæ possessionis in amplianda domo, non potest sibi refricari quæstio dominij, iuxta notat. per Gemin. *in cap.1. in princip. num.10.* & ibi Franc. *n.6. de concess. præb. in 6.* Achill. *decis.24. ad fin. de restit. spoliat.*

3 Non obstat, quod incontinenti doceatur de defectu proprietatis ex dicto inuentario, & repudiatione Ioannis Antonij, quia in inuentario fuit descripta domus, non tanquam hæreditaria Hieronymi, sed tanquam supposita fideicommisso Pompilij communis patrui Io. Antonij, & Francisci, & ideò fuit diuisa inter ipsos pro medietate. Quo verò ad renunciationem, illa etiam fuit de bonis Hieronymi, inter quæ non reperiatur ista domus, vt dictum est, vel saltim negari non potest, quin exceptio defectus proprietatis reddatur turbida, & requirat altiorem indaginem, & ideò interim Ioan. Antonius non veniat priuandus fructu suæ possessionis, ex supra allegatis.

4 Nec obstat, quod impediatur lumen ex vna parte lodiæ, quia cùm remaneant apertæ tres aliæ partes, non potest eo prætextu impediri ædificium, *l. luminum*, & ibi glos. & Bar. *ff. de seru. vrb. præd.* Bar. Veron. *d. tract. cap.35. num.4.*

5 Ad particulam inuentarij bonorum Sabæ de Naris, in qua describitur ista domus, fuit responsum eam non esse in forma probanti, addebat etiam vnus ex Dominis, quòd cum Ioannes Antonius præstiterit de ordine Rotæ cautionem de demoliendo, & iudicium diutiorium quod ex aduerso prætenditur intentari, non solùm non fuerit terminatum intra tres menses, sed nec etiam inceptum, nec videtur vltimus posse prohiberi in ædificando sub dicta cautione, *l. vnica, C. de nou. oper. nunciat. cap. fin. eod. tit.* Bart. *in l. Prætor ait, §. si quis paratus, ff. eod. tit.* Pract. Pap. *in form. libell. in act. oper. nunciat. in titul. ante aliquam num.3.* Ex quibus fuit conclusum D. Ioan. Antonio licere appodiare.

R. P. D. VEROSPIO.

postea S. R. E. Cardinali.

Policastren. congruæ.

Lunæ 29. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Congrua debetur Episcopo de fructibus beneficij, illaque propterea soluenda est à reseruatorio.

SVMMARIVM.

Congruam Episcopo debitam regulariter præstare quis debet, qui beneficij fructus percepit, n.1.

Congruam Episcopo soluere debet reseruatarius beneficij, num.2. Vbi quod ad id tenetur reali, & personali actione, & n.3. & 4.

Fructus beneficij succedunt loco alimentorum, qualis est congrua, num.3.

Reseruatarius dando schedulam solutionis congruæ Episcopo, censetur cum Episcopo contraxisse, & se ad soluendum illam annuatim obligasse, num.4.

Vasallus, & donatarius tenentur præstare alimenta domino, & donatario, num.5.

DECISIO DCCXLV.

1 POst decisionem ad fauorem Reuerendiss. Episcopi Policastrensis coram me sub die 16. Nouembris præteriti factam, quòd nimirum ille posset ante Illustriss. Cardinalem Reseruatarium scuta mille pro Congrua percipere, necnon eidem temporalis iurisdictio Terræ Turris Orsariæ competeret, insurrexerunt Locorum Fidei Montistæ, quibus per Clementem VIII. scuta quinque millia de fructibus huius Ecclesiæ fuerant applicata, & cùm se anteriores, & potiores prætenderent, ad eorum instantiam dubitaui, an ipsis dicta scuta quinque millia deberentur, non obstante quòd Episcopo mille pro Congrua non remanerent. Et quia super Breui Clementis VIII. ad illorum fauorem emanato nonnullæ difficultates exoriebantur, Dominis placuit, vt circumscriptis Montistarum iuribus, dubium proponerem, ad quæ Illustrissimus Cardin. teneretur. Et fuit resolutum ipsum ad scuta mille teneri, cùm regulariter congruam ille præstare debeat, qui beneficij fructus percipit, *cap. de Monachis, cap. auaritiæ, cap. extirpandæ, & cap. in Lateranensi de præbend. cap. sicut de supplen. negligen. prælat.* Rebuff. *de Congr. quæst.5. num.47. & seq.* Cæl. de Grass. *decis.6. num.9. de præb.*

2 Ad cuius præstationem Cardinalis Reseruatarius reali, & personali actione tenetur. Reali, quia fructus pro congrua semper hypothecati remanent in quemcunque transeant, Roman. *cons.388. num.2. & 3.* Caputaquen. *decis.304. num.5. part.2.* Gigas *de pens. quæst.51. in princ.* & fuit dictum in vna Pampilonen. iurispatronatus de Gongora 30. Ianuarij 1609. coram Reuerendiss. Bononien. Personali verò cùm etiam conditione ex lege de fructibus perceptis congrua debeatur, Rebuff. *loco supra allegato num.52.* Cuius conditionis vigore personalis actio contra quemcunque possessorem competit, *§. sic itaque, discretis autem, vers. appellamus de institut. act.* Cardinalis Mantica *de tacit. & ambig. lib.11. tit.13. num.29. vers. omnis autem conditio.*

3 Et præsertim contra possidentem fructus, qui alimentorum loco, qualis est congrua, succedunt, *l. Lucius, ff. de alim. & cib. leg.* Guidopap. *decis.376. num.1. vers. nisi in* ali-

aliquibus, & n.seq. Caputaq. *decis.304. num.3.& seq. par.2.* Vnde cùm admissa fuerit ad fauorem Cardinalis huius Ecclesiæ Policastrensis resignatio solutis Episcopo mille, tenetur idem Cardinalis omnes istos actus, videlicet reseruationis fructuum, & solutionis mille pariformiter seruare, cùm illi sint correspectiui, ad not. *in l.1. C.de transact.* Mohed. *dec.10. de sent. & re iud.*

4 De correspectiuitate autem dictorum actuum constat, quia præsumi non potest voluisse Summum Pontificem impartiri Cardinali prædicto facultatem resignandi Episcopatum cum omnium fructuum reseruatione, nisi pariter idem acceptasset onus scuta mille, prout in schedula soluendi, per quam acceptationem Cardinalis censetur cum Episcopo quasi contraxisse, & se ad soluendum obligasse, *dict. l. Lucius, ff. de alien. & cib. leg.* Caputaq. *d.decis.304. num.2.part.2.* Guidopap. *ead. decis.576.* & fuit dictum in vna Toletana pensionis 5. Decembris 1603. coram Iusto.

5 His accedit, quòd etiamsi obligatio per schedulam non præcessisset, cùm tamen istius Ecclesiæ fructus pro debitis Cardinalis persoluendis deseruiant, in vim antidotalis obligationis ipse pro congrua teneretur, vt in simili de vasallo, & donatario dicitur, qui Domino, & donanti præstare tenentur alimenta, Aret. *in l.si quis non quasi col. 2. vers. ex isto textu, ff. de acquir. hered.* Salicet. *in l.fin.* vbi Rip. *n.165. C. de reuoc. donat.* Surd. *de aliment. tit.3. qu.3. n.13. & 15.*

R. P. D. BVRATTO.

Romana depositi.

Luna 29. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Identitas summarum an, & quando præsumatur, seu potiùs duplicitas, & diuersitas ex diuersitate scripturarum, est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Identitas summarum non præsumitur, sed duplicitas, & diuersitas, quando scripturæ sunt diuersæ, tanto magis, quando sunt diuersæ summæ, & concurrit temporis diuersitas, num.2.

Identitas summarum non præsumitur, sed diuersitas ex diuersitate scripturarum diuerso tempore factarum, & de disparibus summis, & inter easdem personas: secus si inter diuersas personas, num.3. & 4. Vbi sunt plures illationes.

Identitas summarum non præsumitur, sed duplicitas, & diuersitas ex diuersitate scripturarum, quando scripturæ sunt factæ directè ad fauorem illius, qui prætendit duplicitatem summarum, secus si scriptura non est facta cum eodem, sed cum tertio, num.4.

Identitas summarum præsumitur, & non diuersitas, quando in vltima scriptura dicitur summam contentam in prima esse in ea comprehensam, declara vt n.5.

DECISIO DCCXLVI.

1 SVper libro Banchi Ioannis Rotuli, nuncupati *Stracciafoglio*, sub die 8. Ianuarij 1614. adnotata est ad creditum Io. Baptistæ Martini, partita scut. 700. delatorum per Ioan. Baptistam Galeottum furnarium. Et super alio libro noncupato, *Quaderno di cassa*, sub computo Illustrissimi Domini Cardinalis Burghesij, aptata est alia partita scut. 1000. ad creditum dicti Illustrissimi D. Cardinalis (à quo Martinus tenet in affictum Casale S. Nicolæ) cum istis verbis, *hauuti dal Sign.Gio: Battista Martini disse à conto della paga di Maggio passato, anzi di Ottobre:* quarum partitarum cedulæ relatiuæ tamen ad dictos libros manu Capserij scriptæ fuerunt, & illa scutorum 700. fuit consignata Galeotto; alia verò scutorum 1000. Martino, qui cùm prætenderet sibi esse restituen. per Rotulum dd. sc. 700. de quibus in prima partita, dubitaui an illa essent inclusa in alia partita scutorum 1000. & conclusum fuit affirmatiuè.

2 Quia DD. visum fuit Martinum actorem non probasse intentionem suam, quod ipse scilicet deposuerit penes Banchum dictas suas summas, videlicet scut.700. in vna, & 1000. in alia manu, prout probare debet, ex text. *in l. quingenta, vers.1. fronte*, & ibi Scrib. *ff. de probat.* Et licèt partita scut.700. non fuerit controuersa; tamen Martinus non fuit super aliquo ex libris Banchi creatus creditor dictæ summæ scut.1000. prout fuerat de dictis sc. 700. super dicto libro *del Stracciafoglio*, sed partita sc.1000. est directè concepta ad creditum, & in computo Illustrissimi D. Cardinalis Burghesij. Quamuis autem contineat confessionem, quòd pecuniæ fuerunt habitæ à Martino, ibi, *hauuti dal Sign. Gio: Battista Martini affittuario*, &c. Non tamen sufficit ad probandum summæ duplicitatem, quæ regulariter quidem probatur ex sola diuersitate scripturarum, tantò magis summarum, & temporis, ex notat. *in l. quingenta, ff. de probat. & in l. triticum, ff. de verb. obligat.* Iason *consil.87. vol.3.* Surd. *consil.80. per tot.*

3 Sed requiritur scripturas esse factas diuerso tempore, de disparibus summis, & inter easdem personas, & tunc ille qui dicit summas esse duplicatas, habet intentionem suam fundatam, & in istis terminis de pluribus legatis eiusdem, vel diuersarum summarum eidem per eundem testatorem factis loquuntur text. *in dict. l. quingenta, & in l. cum centum*, & ibi Bart. *ff. de adim. leg. in l. planè, §. si eadem de leg.1. in l. si pluribus, §.1. de leg.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.129. per tot.* de pluribus stipulationibus per eundem, & idem *in l. triticum*, vbi Scrib. præsertim Iason *num.9. ff. de verb. oblig.* de pluribus confessionibus per eundem ad fauorem eiusdem, Barb. *cons.25. per tot. vol.1.* de pluribus sententijs Surd. *dict. cons.80. num.16.* de diuersis obligationibus diuersarum summarum inter easdem personas, Franc. Marc. *decis.438. num.3. & 4. par.1.* & de pluribus securitatibus, seu quitantijs, glos. *in l. ne casu, in verb. collatoribus*, vbi Luc. de Penn. Bald. & Ioan. de Plat. *in princip. C. de discuss. lib.10.* quam glos. sic intelligit idem Bald. *in l. seruo. 113. alias 114. §. si quis à primo, ff. de leg.1.* & in istis terminis refert quæstionem Martini de Fan. Alber. *in l. quingenta num.4. in fin. & num.5. ff. de probat.* Angel. *in l. si pluribus, §. si eadem in fin.* vbi Alexand. *num.3.* Ias. *num.16. de leg.1.* Alexand. *cons.4. num.3. volum.1.* Ias. *in d. l. triticum num.9. ff. de verb. oblig.* Roman. *sing.553.* Bald. *cons.218. vol.5.* Aym. *consil.282. num.1. & 2.* Alexand. *dict. cons.4. num.3. & per tot.* qui in istis terminis consuluit, & Iason *d. cons.87. vol.3.* Barbat. *dict. cons.25. per tot. volum.1.* Neuizan. *cons.96. num.1. cum seqq.* Surd. *dict. cons.80. per tot.* Marc. *dict. decis.438.*

4 Ratio autem est, quia quando de pluribus summis factæ sunt plures scripturæ, cum tamen vna sufficeret, præsumuntur diuersæ obligationes, & disponentes voluisse actum multiplicare, Alex. *dict. cons.4. num.3. vers. si ergo.* Ne secunda reddatur inutilis, Florian. *d. l. quingenta num.3.* Alex. *dict. l. triticum num.6. & dict. cons.4. num.3. circa fin.* Ias. *dict. l. si pluribus, §. si eadem num.16. & dict. l. triticum num.9.* Surd. *dict. cons.80. num.32.* Quod procedit, quando scripturæ sunt factæ directè ad fauorem illius, qui prætendit duplicitatem summarum, & sic cessat quando scriptura non est facta cum eodem, sed cum tertio, quia tunc secunda redditur inutilis, sed dirigitur ad alium principalem finem, & effectum, vt in hoc casu, in quo hæc secunda partita scut.1000. fuit creata ad constituendum creditorem istius summæ d. Illustrissimum D. Cardinalem, quod propterea tanquam id quod principaliter actum fuit, in hac materia attendi, & inspici debet, iuxta *l. si quis nec causam, & l. rogasti in princip. ff. si cert. petat.* Angel. *dict. l. triticum*, Alex. *dict. cons.4. num.1.*

5 Cessat autem cautela, quæ datur, quòd in vltima scriptura dicatur summam contentam in prima esse in ea comprehensam, quam trad. Bart. *dict. leg. triticum num.3.* Ias. *num.9.* Alber. *dict. l. quingenta num.5.* Angel. *dict. §. cum eadem*, quæ cautela fuisset inutilis Rotulo tanquam adhibita inter alios, & absente Martino. Et ita videtur cessare materia *d. l. quinquaginta, & l. triticum*, & similium, latissimè tractata per Menoch. *de arbitr. lib.2. cent.3. cas.213.* & Surd. *d. cons.80.* Et non applicari decisiones in causa Romana de Astallis 1. Februarij 1613. & 22. Iunij 1614. coram Reuer. D. meo Decano, in qua constabat de pluribus quitantijs factis ad fauorem eiusdem, & nihilominus fuit resolutum, quòd essent comprehensæ in vna, & propterea non est necesse recurrere ad coniecturas, tantò magis inspicien. verba partitæ ad creditum d. Illustrissimi D. Cardinalis Burghesij, ex quibus patet, quod ea die non fuerunt numerata dd. scuta 1000. illud enim verbum, *hauuti*, est præteriti temporis, & sic ante scriptu-

tam

ram libri, aliter enim esset per verba præsentis temporis, vel æquipollentia, vt in terminis nostris similia verba ponderat Soc. *cons.* 129. *n.* 9. *vol.* 4. Et sic confessio ex dicta partita resultans ad fauorem Martini, intelligitur de præterito, ad text. *in l. desiderium*, & ibi DD. *C. deposit.* Et ideò fuit, vt supra, decisum.

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Lunen. Sarzanen. pensionis.

Lunæ 20. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Testes super valore beneficij, vt concludenter probent, quomodo deponere debeant.

SVMMARIVM.

Pensio dicitur conditionaliter reseruata per clausulam, dummodò remaneant centum liberi pro rectore, *& ideo onus hoc probandi spectat ad pensionarium, n.* 1.

Testes non probant beneficij valorem, quando in eorum depositionibus onera non deducunt, n. 2.

Testes non plenè informati de omnibus prædijs, & redditibus Ecclesiæ, non possunt de illius valore deponere, num. 3.

Testes deponentes super valore beneficij, debent percutere tempus factæ gratiæ, num. 4.

Testis deponens de auditu, non probat valorem de auditu, num. 5.

DECISIO DCCXLVII.

1 FActa fuit resolutio pro informante, videlicet non remanere centum pro Rectore. Effectus dubij erat ad sustinendum pensionem super parochiali impositam. Nam, cùm hæc pensio reseruata fuisset sub clausula solita, *dummodo remaneant centum libere pro Rectore*, & conditio esset apposita dispositioni, & non executioni, onus probandi spectabat ad pensionatium; quia pensio non erat pura, sed conditionalis; vt in alia Lunen. Sarzanen. pensionis relata inter impressas Cardinalis Seraph. 1074. *n.* 4. in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram bon. me. Gypsio, in Meleuitana pensionum 27. Iunij 1597. coram Litta, & alias sæpius resolutum fuit.

2 At in casu proposito Domini non censuerunt testes examinatos per pensionatium vigore remissoriæ, neque vnum, quem examinari fecerat in Curia; probare valorem beneficij, quia non deducunt onera, prout facere debebant, Felin. *in cap. ad aures num.* 13. *in* 12. *conclus. de rescript.* Sarnen. *in regul. de valore quæst. vlt.* Cresc. *decis.* 2. *de probat.* Fuit dictum in Auersana beneficij 11. Februarij 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo. Imò omnes testes deponunt de pluribus oneribus Rectori incumbentibus; nempè Candelarum, Palmarum, Prædicatoris, Capellani, & nonnulli de vno Clerico.

3 Et ijdem iuxta quintum deponunt ignorare omnia prædia Ecclesiæ, de qua agitur; sed dicunt habere notitiam aliquorum; vnde, tanquam non informati, non possunt deponere de valore beneficij, Alex. *cons.* 54. *num.* 4. *lib.* 6. dictum fuit in Aretina beneficij 16. Martij 1592. coram bo. me. Card. Blanchetto.

4 Præterea neque percutiunt tempus reseruatæ pensionis, quod fuit de anno 1592. sed loquuntur per tempus præsens, & sic de tempore examinis, quod dicitur fuisse factum de anno 1606. Et tamen debebant percutere tempus gratiæ, Fel. *in c. ad aures num.* 17. Caputaq. *decis.* 330. *num.* 1. *part.* 3. fuit dictum in Oppiden. pensionis 2. Iunij 1585. & in Cæsaraugustana beneficij 16. Ianuar. 1607. coram bo. me. Card. Pamphilio, quæ allegantur in dicta Auersana. Imò 3. 4. & 7. iuxta secundum, expressè dicunt ignorare quantum redderet hoc beneficium de anno 1592. & 5. etiam iuxta 7. dicit, quod plus reddit de tempore præsenti, quàm de dicto anno 1592.

5 Minus visus fuit obstare secundus testis remissorialis deponens de tempore suis fratris, qui fuit Rector huius beneficij; quem dicit obijsse de anno 1590. Quia nec percutit tempus gratiæ de anno 1592. & deponit de auditu à fratre; & sic non probat, vt fuit in puncto dictum in Placentina præpositurae 29. Maij 1592. coram Cardinali Mantica. Eundem defectum patitur primus testis examinatus in Curia, quia de auditu, *cap. licet ex quadam de testib.* cum vulgaribus.

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana retrouenditionis domus.

Lunæ 29. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Promittens retrouendere præcisè cogi potest ad restituendum rem emptam pro solito pretio, nec præstando interesse liberatur, præsertim vbi promissio fuit iurata, cætera vide in summario.

SVMMARIVM.

Ius redimendi cedi potest, num. 1.

Tutor pupillares pecunias otiosas tenere non debet, sed de illis emere prædia, quando pupillis expediret hanc emptionem facere, num. 3.

Mandati verba dubia nunquid extendantur ad ea, quæ non sunt maioris expressis, n. 4. *in fine.*

Abundans cautela non nocet, n. 6.

Allegantes contraria non sunt audiendi, ibid.

Pactum de retrouenden. nunquid præcisè obliget ad retrouendendum rem emptam, an verò potius sic promittens retrouendere liberetur præstando interesse, n. 7.

DECISIO DCCXLVIII.

ROta censuit domum de qua agitur esse retrouendendam à D. Pirro, soluto tamen sibi pretio, etenim D. Leonardus Emus actor tanquam cessionarius DD. de Lippomanis, habet fundatam intentionem in publico instrumento confecto 15. Nouembris 1604. in quo ipse Pirrus promisit retrouendere hanc domum Dominis Lippomanis infra sex annos, quod tempus fuit postea per eundem Pirrum prorogatum per alios annos, quia propterea adhuc durat, nec videtur dubitandum, quin ius redimendi potuerit cedi per Dominos de Lippomanis d. D. Emo, per ea, quæ latè fuerunt coram me deducta in causa Romana Portus Molæ die 20. Decembris 1613. Et in his omnibus D. Pirrus dabat manus, dummodo restitueretur sibi pretium: sed difficultas erat, quòd Domini de Donis detentores huius domus prætendunt, quòd illa fuerit empta à prædicto Pirro pro se, & persona nominanda, & quòd ipse Pirrus 28. Augusti 1610. cesserit hanc domum ipsis Donis, & consequenter quòd prorogationes factæ per D. Pirrum prædictis de Lippomanis post d. cessionem tanquam factam à persona non habente ius super domo, minimè suffragatur prædictis de Lippomanis. 1

Quibus non obstantibus Rota censuit, vt supra, idque ex eo, quòd cessio facta per Pirrum Donis non habuit effectum, & consequenter ius super ista domo remanserit penes ipsum Pirrum, à quo propterea domus sit retrouendenda, & illi ex consequentia contractus soluendi pretium. Quòd cessio facta per Pirrum non habuerit effectum, apparet ex publico instrumento sub die 11. Decembris 1610. in quo D. Octauius Donus nomine proprio, & Ioan. Baptista Riccasulus tanquam tutor, & curator filiorum quondam Marij Doni hoc fassi fuerunt, reddendo rationem, quare cessio istius domus facta Donis non habuerit effectum; nempè quia Marius Donus alter ex illis, quibus per Pirrum fuit cessa domus, ex hac via migrauit, & quia Pirrus in libris banchi non fuerat creatus creditor pretij domus, iuxta formam instrumenti cessionis factæ à Pirro, quam ob causam prædicti Octauius Donus, & Riccasulus prædictam domum omni meliori modo retrocesserunt eidem Pirro. 2

Non obstat, quòd prædictus Ioan. Baptista tutor sine causa, & solemnitatibus minimè potuerit præiudicare pupillis, consitendo, & remittendo ius cessum à Pirro ad fauorem Marij Doni, & successiuè eius filiorum pupillorum, quia obiectum visum fuit cessare ex pluribus saltem simul iunctis, in primis, quia hic non agitur de remittendo iure quæsito ipsis pupillis, vel quærendo merè lucratiuo, puta de non acceptanda donatione, vel legato; sed agitur 3

tur tantùm de contrahendo, etenim non apparet quòd Marius Donus acceptauerit cessionem domus factam à Pitro, cùm non interuenit instrumento super illa confecto, & consequenter sicut potuisset Riccasulus non emere domum nisi aliàs appareat, quod habuerit pecunias pupillares otiosas, & quòd multum expediret pupillis facere dictam emptionem, iuxta notata per Roland. *cons.* 49. *num.*34. *lib.*1. Dec. *cons.*178. *volum.vltim.* Gabr. *cons.* 26. *num.*9.*lib.*1. Ita potuit remittere cessionem eisdem pupillis factam à Pitro, ne aliàs cogeretur erogare pecunias pupillares, vel docere de illarum erogatione tempore cessionis.

3 Secundò quicquid regulariter dicere esset, in proposito habemus facultatem amplissimam concessam tutoribus à patre pupillorum in suo testamento, vt scilicet possint facere quæcunque occurrunt occasione suæ hæreditatis sine decreto iudicis, vel alia solemnitate requisita in contractibus pupillorum, etiam alienationis latè sumpto vocabulo, vnde sine dubio potuerunt non acceptare, & remittere cessionem factam contractus à Pitro, cùm non sit propriè alienatio; sed non acquisitio, vt dictum est, & licèt facultas, de qua in dicto testamento, cùm non sit data soli Riccasulo, sed omnibus tutoribus simul: attamen tollitur obiectum ex mandato facto per alios tutores in personam prædicti Riccasuli, quod mandatum licèt non contineat expresse facultatem alienandi bona pupillorum, & consequenter dubitari posset, an prædicta facultas veniret in generali mandato; attamen cùm mandatum habeat facultatem alienandi quæcunque loca montium hæreditatis solidandi quæcunque computa hæreditatis super quibuscunque litibus, ortis, & orituris, concordandi, & transigendi, & quascunque concordias, compositiones, & transactiones, cùm quibuscunque conditionibus, pactis, & formis arbitrio D. Procuratoris faciendi; visum fuit Dominis quòd sub hoc mandato posset venire actus factus per Riccasulum; verba enim sunt apta comprehendere, ibi, *quascunque compositiones, concordias*, &c. *cum quibuscumque pactis*, &c. res verò in se non est maior expressis, quod solet ponderari pro interpretatione verborum dubiorum mandati, Alexand. *cons.* 22. *num.*10. *vers.primo*, &c. *lib.*1. & benè faciunt tradita per Felin. *in cap.sedes num.*3. *vers. clausula generalis de rescriptis*.

5 Et licèt pro parte DD. de Donis diceretur, quòd prædicta concernant ius inter ipsos Donos, & Pirrum, quod requirit particularem inspectionem, cùm disputatio esset tantùm cum ipsis Emis: attamen visum fuit Dominis, quòd hæc disputatio non posset separari, &c. interest DD. de Emis sustinere ius Pirri super domo, de qua agitur, cùm contra illum habeant ius redimendi magis clarum quàm contra Donos.

6 Nec mouet Dominos, quod Emi receperint etiam prorogationes à Donis, vnde videantur magni fecisse illorum ius, quia hoc fuit ad abundantiorem cautelam; quæ non nocet, *l. testamentum*, *C. de testament.* Roman. *cons.*543. *num.*7. & eo magis, quia Emi non impugnant directè ius illorum de Donis, ita vt tanquam allegantes contraria non sint audiendi, *l.* 1. *C. de furt. cap. sollicitudinem in fin. de appellationibus*, sed hoc deducunt indirectè, & per viam replicationis, quatenus scilicet Domini de Donis nolint stare prorogationibus factis à se sub prætextu illorum nullitatis.

7 Denique visum fuit non obstare, quòd pactum de retrouendendo non obliget præcise ad retrouendendum, sed liberatur quis præstando interesse, quia stantibus supra deductis, quòd scilicet contractus resederat in Pirro, ista exceptio pertinent ad illum, non autem ad Donos: vltra quòd contrariam sententiam latè defendit Ant. Pinell. *in tract. de rescind. vendit. par.*2.*cap.*3.*n.*21.22. & 23. vbi veriorem, & receptiorem testatur, sequuntur Gomez *de contr. cap.*2. *tit. de empt. & vend. num.*28. *vers. eamen in hoc erit differentia*, Thesaur. *decis.*222. *num.*9. cum alijs per Aduocatum Beltraminum, & prædicta eò magis, quando, vt in proposito, interuenit iuramentum, ex addictis per bo.me. Card. Manticam *de tacit. & ambig. lib.*4. *tit.* 32. *num.*34. *& c.*

R. P. D. BVRATTO.

Romana domorum de Roncionibus.

Veneris 4. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Plura de probatione possessionis ad effectum concedendi immissionem, & præsertim an possessio partis confessione probetur; & quando fructus ex re hypothecata percepti sortem extenuent.

SVMMARIVM.

*Iustè possidet qui authore prætore possidet, n.*1.

Possessio probatur per instrumenta locationum iuncta pensionum exactione, ibid.

Producens instrumenta, illa approbare censetur, ibidem in fine.

*Possessio probatur per confessionem partis agentis ad possessionis missionem vigore spolij, num.*2. *&* 3. *vers. Et sic resultat confessio.*

*Possessio capta de mandato iudicis, parte non citata, nihil operatur, nec primum possessorem sua possessione priuat, num.*3.

*Immissio in possessionem propter creditum, credito satisfacto ipsa etiam immissio cessat, n.*4.

Fructus extinuant sortem principalem debitam ex natura pignoris, & hypothecæ, ibidem, vers. Nam dict. creditum.

*Heredes matris defunctæ non possunt prætendere fructus aliquos dotis maternæ in bonis patris debitoris, n.*5.

*Exceptio retentionis fructuum non retardat reintegrationem faciendam postquam creditores sunt satisfacti, num.*6.

*Fructus non sunt computandi in sortem, quando bona, super quibus fuit facta immissio, non excedebant valorem crediti, num.*9.

DECISIO DCCXLIX.

RESponderunt Domini Excellentissimum D. Ducem 1
Camillum de Comitibus esse reintegrandum ad possessionem bonorum de quibus agitur. Nam de anteriori illius possessione, & sic de primo extremo constat. Primò, ex instrumento adeptæ per eum possessionis, mediante speciali Procuratore 19. Maij 1590. vigore mandati de immittendo præuia bonorum adiudicatione relaxati, ad *l. prædia*, *& l. iustè possidet*, *ff. de acq. poss.* cum alijs per Menoch. *remed.*3. *retin. num.*575. Secundo, ex instrumentis locationum post dictam captam possessionem per D. Ducem factarum, iuncta pensionum solutione, & exactione, *cap. cum venissent de restit. spol.* latè Gabr. *de locat. concl.*4. *num.*2. & Menoch. *d. remed.*3. *retin. n.*572. Quæ instrumenta fuerunt in hoc iudicio coram A. C. per Ronciones producta, & sic approbata, *cap. cum venerab. de except.* vbi omnes cum vulg.

Tertiò, ex natura iudicij pro parte Dominorum de Ron- 2
cionibus contra D. Ducem moti de anno 1605. pro immissione in possessionem eorundem bonorum, quia sic fassi sunt illum reum conuentum esse possessorem, Rota in Rauennaten. Magazeni 17. Decembris 1604. coram Reuerendiss. Bononien. & ex sententia ad eorum fauorem per A.C. lata condemnatoria D. Ducis ad dimittendum, & relaxandum, &c. & verbis mandati immissiui in illius executionem relaxati de amouendo, & eijciendo D. Ducem detentorem, vt fuit resolutum in Narnien. spolij 19. Iunij 1613. coram R. D. meo Damasceno. Nec obstat, quod in sententia, & mandatis sint nominati alij detentores, quia cùm non constet illorum aliqua possessione, remanet sola possessio D. Ducis, vt supra acquisita, & ex confessione partis comprobata. Quæ clarior redditur ex commissione per eos porrecta Sanctissimo super adiudicatione eorundem bonorum, in qua nominant solum possessorem eundem D. Ducem, quæ contra eos probat, vulg. *l. cum precum*, *C. de lib. caus.* præsertim quia non potest dubitari quin fuerit per eos, vel saltem de illorum consensu porrecta tanquam ciues, & præsentes in Curia, & quia approbarunt totum iudicium, & acceptarunt sen-

ten-

tentias ad eorum fauorem latas, in quarum executionem fuerunt immissi, & detinuerunt, prout hodie detinent eadem bona.

3 Nec obstat, quòd possessio d. D. Ducis non fuerit effectuata, quia Ronciones fuerunt auctore Praetore ad eandem possessionem associati de anno 1594. tum quia d. associatio, tanquam non citato dict. D. Duce immisso del 1590. fuit nulla, Cassad. *decis.* 1. *num.* 7. *de rest. spol.* & fuit dictum in Baren. seu nullius Prioratus 18. Martij 1613. coram D. meo Damasceno, nec priuauit eum sua possessione, *l. meminerit*, *C. vnde vi*, *cap. licet Episcopus de praeb. in* 6. Rot. *decis.* 802. *num.* 7. *vers. quia pro responsione p.* 1. *diuers.* in Maccerat. haereditatis 27. Nouemb. 1579. coram bo. me. Litta, & aliàs passim, tum etiam, quia constat d. possessionem non habuisse effectum ex eo, quòd in commissione ad instantiam dd. de Roncionibus directa bo. me. Littae ipsi fatentur D. Ducem detentorem, & sic resultat confessio possessionis de d. tempore reiecta qualitate intrusionis, Rot. *decis.* 802. *num.* 2. *par.* 1. & in Mediol. beneficij 10. Martij 1614. coram R. P. D. meo Andrea, & in Virdunen. Abbatiae 20. Februarij anni praeteriti coram me. Ac etiam ex eo, quòd ipsi de anno 1601. petierunt, & obtinuerunt per sententias contra dictum D. Ducem immissionem in possessionem dd. bonorum iure pignoris, & hypothecae, quam non potuissent obtinere, si effectum habuisset dicta possessio del 1594. Bald. *cons.* 186. *n.* 8. *lib.* 1. & dixit Rota in Romana census 28. Maij 1586. coram bo. me. Bubalo.

4 Firmato igitur primo extremo pro D. Duce cùm DD. de Roncionibus fuerint immissi del 1605. vigore sententiae A.C. confirmatae per aliam R. Attrebaten. iure pignoris, & hypothecae pro summa scut. 1502. ratione dotis maternae, & abindè citra calculando pensiones domorum per eos perceptas vt ex instrumentis locationum quas fecerunt, certum sit illis fuisse de d. summa satisfactum, & sic cesset causa immissionis, quae fuit temporalis, danda est D. Duci reintegratio, vt in specie tenuit Rot. in Romana vineae de Brunis 4. Decembris 1584. coram bon. me. Card. Blanchetto, & in Perusina bonorum de Oddis 5. Maij 1606. coram R. Bonon. Nam dictum creditum dotis maternae fuit extinctum ex natura pignoris, & hypothecae cùm fructus extenuent sortem, *l.* 1. *C. de pignor. act.* cum concord. & in specie nostra Alexand. *cons.* 70. *num.* 7. *l.* 7. Neguſ. *de pignor.* 5. *membr.* 5. *par. num.* 1. Natt. *cons.* 535. *num.* 5. *& seq. & cons.* 536. *num.* 18. *&* 19. Rot. *decis.* 43. *num.* 2. *decis.* 44. *num.* 10. *par.* 1. *diuers.* & in Romana vineae de Brunis 11. Decembris 1591. coram bo. mem. Orano, latè Surd. *cons.* 198. *num.* 10. *& seq.*

5 Non obstat, quòd dicti fructus non extenuauerint sortem pro rata fructuum dotalium; quia creditum erat pro dotibus maternis. Nam vltra quòd etiam ipsa si viueret, & moram passa fuisset in restitutione dotis, teneretur illos imputare, vt ex Innoc. Hostien. Ioan. Andr. Butr. & alijs tradit Surd. *dicto cons.* 194. *num.* 13. vbi refert consultum esse mulieri, vt faciat distrahi pignus, vel illud capiat in solutum. Hoc motiuum videtur cessare mortua matre, cuius haeredes non possunt praetendere aliquos fructus in bonis paternis debitoris, Gabr. *cons.* 153. *n.* 2. *& seq. lib.* 2. Peregr. *cons.* 70. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. & fuit dictum in Bonon. dotis 4. Iunij 1597. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & in Romana fructuum census 19. Nouembris 1614. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Dunozetto.

6 Nec etiam obstat praetensa retentio ratione fructuum, in quibus D. Dux fuit condemnatus per sententiam bon. me. Litta occasione fructuum aliorum bonorum Francisci de Roncionibus, & Iuliae Cinciae, quia cùm à dicta sententia fuerit appellatum, & fructus non sint liquidati, huiusmodi exceptio non retardat reintegrationem faciendam postquam dd. de Roncionibus sunt satisfacti, vt in specie fuit resolutum in dicta Perusina bonorum 5. Maij 1606. coram R. Bonon.

7 Nec etiam obstat, quòd Ronciones praetendant retentionem, & fecisse fructus suos vigore fideicommissi Lactantij senioris, quia illi fuit expressè derogatum à fel. rec. Clemente VIII. ad fauorem D. Ducis, quae derogatio fuit producta coram R. P. D. Litta, à quo fuit lata sententia fauorabilis Roncionibus super immissione in possessionem bonorum in dicta derogatione non comprehensorum, de quibus modò non agitur, & processus coram eodem Litta fabricatus fuit in hac causa reproductus, & ipsi super istis bonis in dicta reuocatione comprehensis egerunt hypothecaria pro restitutione dotis maternae, & post immissionem petita fuit illorum nominibus adiudicatio, licèt non subsecuta, vt aliàs firmatum fuit, & sic sciebant non posse possidere vigore fideicommissi, consequenter nec facere fructus suos.

Prout etiam non obstat, quòd Ronciones crediderint dictam adiudicationem obtinuisse, & quòd exindè oriatur titulus putatiuus, qui debet ipsos excusare à dd. fructuum restitutione, vel imputatione in sortem, quia cùm Rota firmauerit 17. Iunij praeteriti, non constare de aliqua adiudicatione quae reuera non fuit facta, sed solùm iussa fieri, ex dicto solo iussu non potest dici ortus titulus putatiuus, imò potiùs excluditur ex defectu consensus, vt fuit firmatum in d. decisione. 8

Tandem tollitur motiuum quòd fructus non sint imputandi in sortem, quia bona super quibus fuit facta immissio non excedebant valorem crediti, ex Alexand. *in l.* 1. *§. per seruum corporaliter num.* 7. *ff. de acquir. poss.* cum alijs qui eum sequuntur; tum quia non subsistit in facto, tum quia conclusio procedit in pignore conuentionali dato pro tanta summa quod verisimiliter nulla sit spes luitionis; quia tunc videtur exiuisse potestatem, & dominium debitoris, & iudicatur prout de rebus quae pleno iure spectant ad creditorem, per text. *in l. qui habebat in princ. de leg.* 3. & expressè Alexand. *vbi supra n.* 7. quae ratio cessat in pignore capto per hypothecariam, cuius natura est vt fructus sortem extenuent, vt dictum est. Et ita decisum vtraque parte informante. 9

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. de Cataneis.

Veneris 4. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis quando dicatur haereditaria, & quando ex facto, & prouidentia, & sic quando transeat ad quoscunque haeredes in praeiudicium Ecclesiae, seu vocatorum in ipsa inuestitura.

SVMMARIVM.

Emphyteusis recepta ab Ecclesia pro se, & suis haeredibus ex eis legitimè descendentibus, dicitur partim ex pacto, & prouidentia, & partim haereditaria, & ideò in ea non succedunt nisi descendentes legitimi, & haeredes haereditatis, non autem sanguinis, num. 1.

Emphyteusis dicitur haereditaria, & transitoria ad quoscunque haeredes, quando in inuestitura fuit data licentia alienandi in quoscunque bona emphyteotica, num. 2. *Declara conclusionem procedere in praeiudicium Ecclesiae, secus in praeiudicium vocatorum in inuestitura, num.* 3. *& seqq.*

Emphyteusis noua acquisitio quando facta dicatur, seu potius renouatio ex antiqua inuestitura, n. 7.

DECISIO DCCL.

IN disputatione diei 14. Decembris 1615. fuit resolutum non obstare exceptionem *l. vindicantem, ff. de euict. & l. cùm à matre, C. de rei vend.* nisi in haereditate sint computanda bona Bubani. Hodie verò posita hac parte reseruata absolutè DD. responderunt ll. praedictas non obstare. Quia eadem bona Bubani vsque de anno 1506. fuerunt data in emphyteusim per Abbatem S. Mariae in Regula ad 69. annos Francisco de Cataneis recipienti pro se, & suis haeredibus ex eo legitimè descendentibus, necnon vice, & nomine Andreae, Antonij, & Sixti eius fratrum, & cuiuslibet ipsorum haeredum ex eis legitimè descendentium; & deinde in anno 1575. renouata fuit in Curtium nepotem Andreae, mortuis iam caeteris fratribus inuestitis, ac demum eodem Curtio mortuo de anno 1585. sequuta fuit refirma in Isottam, & Ludouicam dicti Curtij filias. Ideò cùm emphyteusis fuerit recepta ab Ecclesia pro se, & suis haeredibus ex eis legitimè descendentibus, non est dubitandum, quin sit partim ex pacto, & prouidentia, & partim haereditaria, in qua succedere praetendentes debent quidem habere vtramque qualitatem, nempè quod sint descendentes legitimi, & haeredes haereditatis, non autem san- 1

guinis tantum secundùm veriorem opinionem, de qua per Crau. *cons.* 197. *num.* 5. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 3. *vers. idem omnino*, Velasch. *de iur. emphyt. q.* 44. *n.* 11. Clar. *in §. feudum q.* 40. *vers. sed quia*. Sed nihilominus in reliquis retinet naturam emphyteusis Ecclesiæ, & prouidentiæ, ne in quemlibet hæredem extraneum, sed ad ipsos tantùm descendentes legitimos transire possit, vt declarat Soc. iun. *in cons.* 112. *num.* 10. *vol.* 2. Cephal. *cons.* 301. *n.* 38. Bec. *cons.* 88. *num.* 8. Phan. *de inuent. part.* 6. *n.* 17. Clar. *in §. feudum q.* 9. Surd. *cons.* 63. *n.* 11. *&* 12. consequenter cum istæ mulieres sint descendentes legitimæ ab Andrea mediante persona Curtij earum patris, & Cæsaris aui, & hæredes non tenentur confecto inuentario probare factum patris, vel aui, Bald. *cons.* 457. *in fin. lib.* 5. Dec. *cons.* 185. *n.* 5. Clar. *in §. feudum qu.* 10. *vers. sed quia*, Phanuc. *de inuent. par.* 6. *n.* 17. vbi latissimè comprobat.

2 Non obstat, quòd hæc emphyteusis sit iudicanda absolutè hæreditaria, & transitoria ad quoscunque hæredes propter licentiam conductoribus datam alienandi bona emphyteutica in quoscunque, dummodo sint ipsis minores vel æquales, per quam dicebatur bona remanere merè hæreditaria, etiam in præiudicium vocatorum, Anchar. *cons.* 125. *n.* 4. & Ruin. *cons.* 213. *n.* 5. *& cons.* 165. *n.* 7. *vol.* 1. Laderch. *cons.* 1. *num.* 15. quod etiam dicitur resolutum in Imolen. bonorum 13. Nouembris 1592. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, & in Nonantulana bonorum 4. Iunij 1616. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno.

3 Fuit enim responsum conclusionem fortè posse procedere in præiudicium Ecclesiæ, secus verò in præiudicium vocatorum in ipsa inuestitura, quibus ius est quæsitum per stipulationem, quia quoad eos licentia alienandi non immutat naturam emphyteusis, vt apertè senserunt Bald. *cons.* 852. *num.* 5. *lib.* 5. Alex. *cons.* 106. *num.* 2. *lib.* 4. Dec. *cons.* 395. *num.* 2. Ruin. *cons.* 37. *num.* 18. *lib.* 1. Rub. Alex. *cons.* 110. *n.* 10. Menoch. *cons.* 61. *num.* 20. *&* 24. *& cons.* 545. *num.* 5. Caldas *de iur. emphyt. lib.* 4. *c.* 20. *n.* 33. Cnrbul. *de caus. priuat. ob mort. ciuil. n.* 51. Bertaz. *cons.* 73. *num.* 15. *&* 16.

4 Et quamuis non desint, qui contrariam opinionem tueantur, & vrgentissimis rationibus eam defendant, nempè Gozad. Anchar. Ruin. Paris. relati per Laderch. *in suo cons.* 1. & ipsemet hanc opinionem sequens ea ratione, quia ab initio transeat ius emphyteusis cum hac qualitate, vt bona alienari possint, ita vt præiudicium sit generatum descendentibus antequam ad eos transeat emphyteusis, tamen in casu de quo agitur magis placuit DD. prior opinio, quam etiam Rota approbauit in causa Camerinen. domus 4. Iulij 1593. coram bon. mem. Gipsio, in qua ponderatur ratio euitandi repugnantiam, & correctionem, ne statim per licentiam recedatur à prouisione pro descendentibus facta, quod multum conuenit in præsenti, & stringit, dum emphyteusis non est recepta simpliciter pro se, & suis hæredibus ex eis legitimè descendentibus, sed vlterius processum fuit addendo explicitam substitutionem reciprocam ad fauorem descendentium, per quam cuilibet ex vocatis dicitur ius quæsitum ex prouidentia concedentis, Gabr. *cons.* 88. *num.* 6. quod non tollitur per subsequentem, vel superuenientem libertatem alienandi, secundùm opinionem Castr. *in cons.* 253. *num.* 3. *vol.* 2. quam probarunt Dec. 386. Paris. *cons.* 31. *num.* 34. *&* 39. *vol.* 2. Olasch. *cons.* 40. & veriorem dixit Peregr. *de fideic. art.* 40. *n.* 40. *&* 65.

5 Præterea ex facto aduertebatur, quòd bona, de quibus agitur, non sunt alienata, ideò tanto magis cessare videbatur hæsitatio, quia ad inuicem non contrariantur fideicommissum, & libertas alienandi, dum videtur conceptum fideicommissum sub conditione, si descendentes non alienauerint, vt in simili dispositione testatoris voluerunt Soc. sen. *cons.* 123. *num.* 4. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 151. *num.* 49. Surd. *cons.* 357. *num.* 27.

6 Non obstat, quod si licentia alienandi non esset intelligenda etiam ad præiudicium vocatorum, fuisset omninò superfluè apposita contra regulam *l. si quando, ff. de leg.* 1. *& c. si Papa de priuil. in* 6. dum interesse vocatorum semper se opponeret alienationi fiendæ, vel iam factam reuocaret. Quia fuit considerata vtilis in pluribus casibus, nempe si non superesset aliquis ex vocatis in inuestitura, vel si omnes vocati consentirent alienationi, quia tunc licentia esset necessaria, cùm agatur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ de sui natura non est transitoria ad extraneos hæredes, Clar. *in §. emphyteusis*, q. 13. & hic casus ponderatur etiam per Rub. Alex. *cons.* 110. *n.* 11. Idem etiam dicitur, si hæreditas alienantis fuisset adita sine beneficio legis, & inuentarij, tunc non possent bona emphyteotica vendicari, & in hac parte licentia sustineret alienationem, & aditio probaret factum, vt considerat Bald. *cons.* 452. *in fin. vol.* 5.

Non obstat renouatio in Curtium facta, quæ cum fuerit noua acquisitio eiusdem emphyteusis, quoad eum, vti primus acquirens potuit alijs vocatis præiudicare, Clar. *in §. emph. qu.* 16. *vers. seq quid*, cum alijs allegatis. Quia neque ista fuit noua acquisitio, sed vigore pactorum antiquæ inuestituræ renouatio, ad quam poterat Ecclesia compelli: ideò cùm non contineat pacta contraria antiquę, illa antiqua erit attendenda, Castr. *cons.* 142. *n.* 3. *part.* 2. quem retento themate, quod pacta non contrarientur, sequuta est Rota in causa Imolen. bonorum 8. Martij 1596. coram bo. me. Card. Pamphilio. 7

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Sancti Thomæ.

Veneris 8. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

De immissione danda spoliato, nec de probatione primi, & secundi extremi plura notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Diuturna possessio facit præsumere titulum coloratum, n. 1.
Possessio rei conuenti ex sustentatione litis plenè probatur, ib. *in fine*.
Domino directo pro sua possessionis recuperatione competit actio spolij, n. 2.
Iudicis authoritate possidens iustè possidere dicitur, n. 3.
Capitulum citari debet quando agitur de illius interesse, nec sufficit citare conductorem, ibid.
Successori ius dicitur resolutum resoluto iure authoris, n. 4.
Clausula constito de bono iure, *in materia spolij non suffragatur, nisi de bono iure constito per confessionem partis, aut rem iudicatam*, n. 5.

DECISIO DCCLI.

Domini inhærendo decisionibus aliàs in hac causa, & super hoc eodem articulo factis, primò coram bon. mem. Card. Seraphino die 20. Nouembris 1589. vt *in decis.* 896. inter impress. & secundò coram R. D. meo Decano sub die 27. Iunij 1607. resoluerunt intrare spolium, & ideò Capitulum S. Petri tanquam dominum directum esse reintegrandum ad possessionem naturalem Ecclesiæ S. Thomæ. & habitationis, in qua Petrus erat. Nam de primo extremo, nempè de antiquiori possessione Capituli, satis videbatur constare ex concessione facta per Capitulum vsque de anno 1538. die 27. Martij fratri Ludouico ad eius vitam, & alterius personę per eum nominan. & nominatione facta per ipsum de persona Timothei de anno 1541. ex cessione facta per Timotheum Petro Vertici anno 1562. die 11. Martij, cum receptione laudemij, & recognitione in dominum directum, ex traditione clauium ex promissione locutionis annui canonis ex denominatione facta per eundem Verticem citatum, qui nominauit Capitulum ex decreto de mitten. ex immissione subsequuta citra præiudicium iurium Capituli in fauore RR. Fratrum Ordinis S. Trinitatis redemptionis Captiuorum, & demum ex partitis extractis ex libris censualibus Capituli de anno 1397. vsque ad moderna tempora, ex quibus apparent plurimi actus possessorij ipsius Capituli: ex hac autem diuturna possessione, sublata omni calumnia, oritur titulus coloratus, vt in decisione Ægid. 455. Felin. *consil.* 2. *num.* 27. cum alijs adductis in dictis decisionibus. Secundum verò extremum etiam satis videbatur probatum ex sustentatione litis, Caputaq. *decis.* 369. *par.* 2. neque controuertitur. 1

Vnde cùm per mortem Petri habentis causam à Capitulo, & qui illud in dominum directum recognouerat, sit finita locatio, & ipse per dictos fratres fuisset eiectus, & cum 2

& cùm Capitulum reuertens pro sua possessione, non solum non fuerit admissum à fratribus, sed ipsi se opposuerint, controuertendo nedum possessionem, sed etiam dominium vtique Capitulo domino directo pro suæ possessionis recuperatione competit actio spolij, Cephal. *cons.* 47. *num.* 40. *lib.* 1. & dicitur in dicta decisione Seraph. 896. *& decis.* 117. & plures cumulat Menoch. *de recuper. remed.* 9. *num.* 137.

3 Difficultas reducebatur, quia pro parte fratrum allegabatur ipsos possidere auctoritate iudicis, & sic iustè, ad *l. iustè, ff. de acquir. poss.* Bart. & alij, *in l. si de eo, §. vlt. ff. eod.* & hodie cessat motiuum illud, in quo principaliter fundabantur decis. Card. Seraph. & Reuerendiss. D. mei Decani, quòd secularis iudex spoliauerat, non ritè, & rectè procedendo, ex quo non fuerat citatum Capitulum, nec sufficiebat citatio solius Verticis conductoris, qui non sibi, sed Capitulo possidebat, *l. si quis ante, l. quod meo ff. eod.* cùm nuper die 15. Decembris 1614. fuerit resolutum, Capitulum non fuisse citandum.

4 Sed responsum fuit, hanc vltimam decisionem esse in eo fundatam, quia non agebatur de præiudicio Capituli, sed solius Verticis possessoris, & tam petitio fructuum in dicto iudicio, quàm decretum de immittendo fuit cum clausula, *sine præiudicio iurium Capituli*, & ideò talis immissio nullum aliud ius tribuit fratribus, quàm illud quod habebat Petrus, quo resoluto, per eius mortem vtique resolutum est etiam ius fructuum, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* nec propterea fratres acquisiuerunt aliquam possessionem contra Capitulum, Put. *decis.* 34. *lib.* 2. fuit dictum in Romana domus de Cardellis 27. Maij 1609. coram me.

5 Tandem neque visum fuit obstare, quòd dicebatur constare de bono iure fructuum ex motu proprio Pij V. quia, vt benè dicitur in alijs decisionibus, per dictum motum proprium commissa fuit tantùm causa prout de iure: de iure autem in hac materia spolij non dicitur constare de bono iure, nisi per confessionem partis, aut rem iudicatam, Rot. *decis.* 3. *de restit. spol. in nou.* præsertim cùm sententia aliàs lata in fauorem fructuum non sit super bono iure, & dominio, & super petitorio, sed super manutentione tantùm, &c. Cætera adducta pro fratribus visa fuerunt respicere petitorium, & ideò Domini censuerunt intrare spolium, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Clusina postæ Puteoli.

Veneris 11. *Maij* 1616.

ARGVMENTVM.

Feudi dominus potest durante prima inuestitura alium inuestire pro tempore, quo res ad ipsum deuolueretur, & an inuestitus cum pacto. quòd iuramentum ad ipsum pertineat, nunquid pro deuoluendis indigeat noua inuestitura: excadentiæ autem cedunt commodo directi domini, non autem habentibus vtile dominim, cætera videas in summario.

SVMMARIVM.

Dominus feudi potest durante prima inuestitura alterum inuestire pro tempore, quo res ad ipsum deuolueretur, num. 1.

Inuestitus quando pactus est, quod omne incrementum pertineat ad eum per inuestituram, non eget pro deuoluendis noua inuestitura, dicto num. 1.

Quia reputatur eadem res vsque ab initio, num. 2.

Excadentiæ cedunt commodo directi domini, non autem habentis vtile tantùm, ibid.

Quando dominus in territorio, vel feudo concesso aliquid sibi reseruauit, tunc deuolutiones, & additamenta, non feudatario, sed infeudantis commodo cedere debent, ibid.

Intellige quando reseruauit partem feudi, non autem census, siue canones, ibid.

Coniecturis in claris non est opus, num. 3.

Referens continent omne id, quod continetur in relato, num. 4.

Dictio omnis, *nihil excludit, ibid.*

Confirmatio intelligitur secundum naturam, & cum qualitatibus confirmati, ibid.

DECISIO DCCLII.

PLacuit DD. audire D. Ducem super resolutis in hac causa die 24. Februarij 1612. & non obstantibus de nouo ponderatis, censuerunt standum esse in decisa. Clarè enim, & verbis expressis in concessionibus Iulij Tertij, & Pij Quarti legitur infeudatio Clusij Perusini cum toto territorio, & expressione confinium, ex quibus Posta, de qua agitur, nedum videtur intra limites Clusij comprehensa; sed etiam in verbis concessionum explicita; dum primò Iulius Tertius voluerit quòd quibuscumque concessionibus, & prouisionibus infra nouem annorum tempus cessantibus per lapsum temporis, lineam finitam, delictum, pactorum inobseruantiam, vel alia quacumque causa, etiam in maxima quantitate, & quantumlibet excrescentibus id totum, nihilominus eidem Iacobæ, & suis hæredibus commodum accresceret, sicuti eidem Cameræ ad eiusque commodum accreuisset, & accresceret, & deinde eandem concessionem, & tempus nouem annorum idem Iulius Tertius ad vitam Ascanij, & Fuluij Cardinalis Iacobæ filiorum amplissimè prorogauerit, ac demum Pius Quartus easdem concessiones confirmauerit, & ampliauit ad secundam eorum generationem, ideò cùm contigerit vacatio huius Postæ per lineam finitam DD. de Sfortijs, inde ex potestate, & voluntate concedentis remansit aperta deuolutio moderno Marchioni à Cornea in generatione comprehenso, prout remansisset Cameræ Apostolicæ, si prædicta infeudatio facta non fuisset Iacobæ, & eius hæredibus, & successoribus, ita ponderans omnes partes dictarum concessionum, in hac causa respondens explicat Honded. *cons.* 86. *num.* 8. *& seqq. volum.* 2. & rationes eius benè iustificantur, quia verba illa, *accresceret, sicuti eidem Cameræ Apostolicæ accreuisset*, important respectu excadentium similem inuestituram, & concessionem, quæ non denegatur domino infeudanti, pro & quando res deuoluetur ad ipsummet directarium, Soc. iun. *cons.* 76. *num.* 119. *& num.* 120. *lib.* 1. Roland. *cons.* 2. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 1. Bursatt. *cons.* 127. *num.* 129. Intrigl. *de feud. centur.* 1. *quæst.* 64. *nu.* 1. *& seq.* Schrader. *de feud. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 16. Rosentall. *de feud. cap.* 4. *concl.* 9. *num.* 1. & præsuppositis dictis verbis concessionum dicebatur in decisione 24. Februarij 1612. modernum Marchionem habere fundatam intentionem de iure communi, quia ex natura feudorum, vbi inuestitus pactus est, quòd omne incrementum pertineat ad eum per inuestituram, tunc non eget pro deuoluendis noua inuestitura, aut prouisione secundùm dispositionem *cap.* 1. *§. similiter, vers. si quis de manso si de inuest. feud. controu. fuer.* quod faciliùs dicebatur posse affirmari in præsenti, in quo non agebatur de feudo particulari separato vacaturo, sed de feudo dato in consequentiam alterius vniuersalis feudi iam aperti, cum omnibus, & singulis villis, etiam Postis nuncupatis, quod de sui natura aptum est comprehendere omnes excadentias, & multò faciliùs concurrentibus amplioribus verbis ipsarum concessionum, vt quibuscunque concessionibus, prouisionibus, & iuribus cessantibus quomodolibet, etiam in maxima quantitate, & quomodocumque excrescentibus, id totum D. Iacobæ, & suis, &c. accresceret. 1

Atque ita non videtur obstare, quòd excadentiæ cedant commodo directi domini, non autem habentis vtile tantùm propter effectum deuolutionis, quæ cùm nihil aliud esset, quàm consolidatio dominij vtilis cum directo, impossibile dicebatur vt dominium vtile cum vtili consolidetur, sed cum directo, à quo vtile fuit separatum, Guidop. *quæst.* 477. Berou. *cons.* 75. *num.* 11. *lib.* 1. Schrader. *de feud. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. *versic. præterea*. Quia modernus Marchio non prætendit hanc Postam tanquam de natura vtilis dominij per attractionem, & consolidationem, sed vigore suarum concessionum, & tanquam de corpore vniuersali feudi iam concessi, quæ non eget noua concessione, aut inuestitura, cùm reputetur eadem res vsque ab initio, *cap. sed & res, per quos fiat inuestitura*, Paris. *cons.* 23. *num.* 18. *voln.* 1. Dec. *cons.* 123. *n.* 71. *vei.* 3. Neque aduersùs sensum prædictum videntur accommodari absurda ponderata, quia non prætenditur 2

translatio dominij directi istius Postæ priuatiuæ quoad Cameram, aut quòd dominium vtile cum vtili consolidetur, vel quòd in concessionibus comprehendatur id, quod verè non est comprehensum; sed tantummodo, quod verè fuit datum in concessionibus, siue purè, siue in spe, quando deuoluetur, quod Principi concedente non denegatur, quando vult, & potest. Similiter cessare visa fuerunt quæ dicebantur ad excludendam comprehensionem istius Postæ, nempè quando dominus in territorio, vel feudo concesso aliquid sibi reseruauit, quòd tunc deuolutiones, & adduamenta non feudatario, sed infeudantis commodo cedere debeant, vt *in eodem cap. 1. §. similiter vers. si quis de manso*, expresè dispositum dicebatur, & signanter notari per Afflict. *ibid. num.* 3. *&* 19. & Aiuerot. *num.* 3. & hoc ipsum admittere, Decian. *cons.* 123. *num.* 57. *vol.* 3. & quòd reseruatio patebat ex canone, & iurisdictione istius Postæ, quæ semper fuerunt penes Cameram Apostolicam. Nam prædictis fuit responsum, quòd in concessione Clusij Papa nihil sibi reseruauit, sed omnia intra Clusum concessit, cum sola præseruatione habentium inuestituras, quibus cessantibus voluit, quòd DD. à Cornea accrescerent, prout accreuissent Cameræ Apostolicæ, ideò quidquid Cameræ ante deuolutionem per lineam finitam DD. de Sfortijs fuit solutum, iam Cameræ Apostolicæ debitum videbatur propter præseruationem habentium inuestituras, qui immediatè Cameram Apostolicam recognoscebant, & recognoscere voluerunt, atque ita actus solutionis canonum magis ad debitum, & contra possessorem videtur referendus, quàm reseruationis, de qua nullum verbum in concessione Clusij: vltra quòd *vers. si quis manso*, loquitur de reseruatione certæ partis feudi, non autem de reseruatione census, qui præstatur tantùm in recognitionem supremi dominij, nec participat de vtili dominio rei feudalis, vt aliàs fuit ponderatum in decisione 20. Martij 1615. in vers. obiectum remouetur.

3 Neque obseruantia contrarium suadere videtur ad excludendam hanc Postam à concessione Clusij, quæ etsi ex multis deducatur, nempè ex solutione canonis post concessionem, iurisdictione, vsu patrisfamilias, quantitate pretij, præsumptione prohibitæ alienationis, tanquam de regalibus, qualitate rei requirentis specialem notam; tamen ad mutandum sensum ipsarum concessionum in verbis expressum, nempè cessantibus quibuscunque concessionibus, & prouisionibus, etiam in maxima quantitate, & quantumlibet excrescentibus, id totum accrescere D. Iacobæ, & suis, visa non sunt sufficere, tanquam quoad versamur in claris, quæ non egent coniecturis, aut extrinsecis adminiculis vulgata *l. ille aut ille ff. de leg.* 3. & comprobant Aret. *cons.* 115. *num.* 2. Surd. *cons.* 426. *num.* 44.

4 Demum non obstat, quòd deuolutiones in concessionibus Iulij III. fuerint restrictæ intra nouennium, & similiter concessio Pij IV. tanquam relatiua aliarum concessionum intra terminos earundem restricta videatur, ita vt Posta de qua agitur, tanquam vacata nedum post primum nouennium, sed etiam post secundam eiusdem Iulij III. concessionem non videatur posse comprehendi in concessione vniuersi territorij Clusij. Quia obiectum ex lectura ipsarum concessionum cessare videtur, in prima enim fuit concessum totum territorium Clusij pro tempore nouem annorum, & deinde vsque ad restitutionem scutor. 12. mill. faciendam per Cam. Apostolicam ad habendum, tenendum, &c. & cum subrogatione in omnibus, & per omnia in iuribus Cameræ. In secunda verò legitur prorogatio temporis, & termini nouem annorum ad vitam ipsius Iacobæ, & deinde Ascanij, & Fuluij Cardinalis; & quamuis subdatur, atque ita quod ipsi, & quilibet ipsorum donec vixerit, fructus percipere, & habere possit, quasi de fructibus, non autem de deuolutionibus actum sit; tamen remouetur omnis hæsitatio ex sequentibus in omnibus & per omnia, vt in priore concessione continetur, & cum omnibus, & singulis gratijs, & facultatibus eidem Iacobæ concessis, ex natura enim relationis omnia contenta in prima concessione verificari debent, & in secunda, *l. asse toto, ff. de hered. instit.* Dec. *cons.* 489. *num.* 10. Crau. *cons.* 45. *num.* 4. & ex qualitate verborum in omnibus, & per omnia nihil excluditur, Ruin. *cons.* 137. *num.* 6. *lib.* 2. Demum in tertia concessione tam primam, quàm secunda fuit confirmata, & ampliata ad duas generationes, quæ confirmatio si simpliciter emanata esset, adhuc secundùm suam naturam intelligi deberet, cum qualitatibus rei confirmatæ, Bart. *in l. si mihi, & Titio, num.* 7. *ff. de verbor. oblig.* Honded. *d. consil.* 86. *num.* 9. *lib.* 2. Sed nihilominus fuit additum, & expressum, quòd prouisiones, pensiones, assignationes si cessauerint, omninò iuxta litteras Iulij Tertij personis nominatis accrescant, quod sufficere visum fuit ad euitandam interpretationem exclusionis huius Postæ à prædictis concessionibus.

Et ita, &c.

R. P. D. SACRATO,

postea S. R. E. Cardinali.

Esina grsnorum.

Veneris 11. *Martij* 1616.

ARGVMENTVM.

Promittens vni vendere, si eius minister alteri vendidit rem, quam quis priùs vendere promiserat, nunquid teneatur ad interesse.

SVMMARIVM.

Interesse extrinsecum, & lucri cessantis vt debeatur ab eo, qui promisit vni vendere, & postea eius minister alteri vendidit, requiritur scientia in venditore, num. 1.

Ignorantia excusat quando vnus agit de lucro captando, & alter de damno vitando, ibid.

Emptor scienter emens rem alteri prius venditam imputare sibi debet, nec aliquod interesse prætendere potest, num. 2.

Interesse pecuniarum non probatur ex eo quod aliàs inuestiuerit ad rationem tot pro centenario, vel quod adfuerit in promptu occasio inuestiendi, nisi etiam in indiuiduo probetur, quod ille qui petit interesse, erat paratus inuestire, vt quando de hoc protestatus fuerit, num. 3.

DECISIO DCCLIII.

OMissis, quæ dicebantur contra decisionem in hac causa factam, & strictè ad interesse, de quo cantar dubium, Domini resoluerunt Octauium non teneri ad interesse. Primò, quia vt quis teneatur ad interesse extrinsecum, & non promissum, saltim lucri cessantis, quale est istud, quod prætenditur, requiritur scientia in venditore, Bart. *in l. Iulianus, in princ. ff. de act. empt.* cum alijs per Card. Seraph. *decis.* 787. *num.* 8. *&* 9. & per Bec. *cons.* 106. *nu.* 12. est regulare, quòd quando vnus agit de lucro captando, & alter de damno euitando, ignorantia excusat, Castr. *cons.* 247. *num.* 7. *lib.* 1. Rot. in Romana alienationis situs 2. Decembris 1613. & in alia Romana de Marescottis 20. Martij 1615. coram me. Ignorantia autem in proposito satis apparet, quia Octauius fecit promissionem de vendendo Romæ sub die 27. Decemb. & die sequenti ministri eiusdem in territorio Esij fecerunt aliam venditionem, & traditionem. 1

Secundò, vt venditor teneatur ad interesse, requiritur ignorantia in emptore, aliàs sibi imputare debet, si emit rem alteri priùs venditam, Bald. *cons.* 240. *lib.* 2. Crauet. *cons.* 6. *num.* 104. Couar. *var. resol. cap.* 19. *num.* 5. *vers. illud vero admonendum, lib.* 2. Surd. *cons.* 13. *num.* 39. *&* 41. & meliùs *cons.* 15. *num.* 16. Hæc autem conclusio in proposito casu verificatur, nam etsi quando Octauius promisit vendere, nondum esset secuta venditio ministrorum, de qua suprà, & consequenter non possent illam scire Lucinus, & socij, nihilominus venditio ministrorum fuit postea secuta antea acceptationem, & d. venditionem ministrorum Octauij, benè sciuerunt Lucinus, & socij, vt patet ex deductis in summario Octauij: sibi igitur imputare debent Lucinus, & socij, si acceptarunt promissionem Octauij postquam sciuerunt frumentum fuisse iam alteri venditum. Idem enim videtur, quòd quis emat scienter rem alteri venditam, vel quòd scienter acceptet promissionem, posteaquam res promissa vendi iam reperitur alteri effectualiter vendita, maximè quando ista secunda venditio est facta sine culpa promittentis. 2

Tertiò fuit dictum, quòd etiamsi Octauius teneretur 3

ad

ad interesse, adhuc nullum interesse esse liquidatum in proposito casu, nam Lucinus, & socij solùm se fundant in eo, quòd granum sibi promissum vendi fuerit auctum in pretio, & hoc augmentum petunt loco sui interesse, quàm probationem, quòd fuerit pluris venditum, visum fuit Dominis non sufficere, quia potest esse, quòd ipsi non vendidissent eo tempore quo vendidit Octauius, putà quòd ad aliud tempus reseruassent, vel in proprios vsus
2 consumpsissent, aut quòd tanti non vendidissent: vnde non est probatio concludens; sicut dicimus de interesse pecuniarum, quod non probatur ex eo quòd alius inuestiuerit ad rationem tot pro centenario, vel quòd adfuerit in promptu occasio inuestiendi, nisi probetur in indiuiduo, quòd ille, qui petit interesse, erat paratus inuestire, vt quando de hoc protestatus fuit, Castr. *in leg.3. §.fin. numer.3. de eo quod cert. loc.* Mohed. *decis.108. alias 3. de vsuris*, Menoch. *de arbitr. iudic. cas.119. num.21* multos congerit Mascard. *de probat. conclus.933. num.17. lib.2.* & ita fuit resolutum in Rota apud Seraph. *decis.714. & 721. & vlt.* in Bonon. dotis 24. Maij 1600. coram Illustriss. D. Card. Lancellotto.

R. P. D. CAVALERIO,

Argentina commendæ.

Veneris 11. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

De vnione quando in perpetuum, & quando ad tempus concessa dicatur.

SVMMARIVM.

Confirmatio non extenditur vltra actum confirmatum, sed ad illum commensuratur, n.1.

Vnionis perpetuæ gratia censetur concessa ex clausulis, de quibus, n.2.

Vnio, an fuerit concessa in perpetuum, vel ad tempus, antiqua obseruantia docet, & in dubio præsumitur perpetua, num.3.

DECISIO DCCLIV.

1 ITerùm proposui dubium aliàs vna tantùm parte informante resolutum die 14. Decembris præteriti, & vtraque parte informante, Domini steterunt in decisis, concludentes nos non versari in oppignoratione, sed in vnione perpetua, & placuerunt decisiones aliàs deductæ in decisionibus anteà factis, primò coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & deinde coram me. Difficultatem faciebat, quia in confirmatione magni Magistri facta de consensu Capituli generalis die 17. Nouembris 1417. adest clausula relatiua ad primam vnionem factam de anno 1399. modo, & forma suis in litteris super inde confectis: vnde videbatur intrare regula, quòd confirmatio non extenditur vltra actum confirmabilem, sed ad illum commensuratur, Bald. *in leg. nominationes, in fine, Cod. de appellat.* Dec. *in rubr. de confirm. vtil. vel inut. numer.1. vers.2. pro introductione*, Paris. *cons.23. numer.8. lib.1.* Afflict. *decis.404. num.4.* Osasch. *decis.39. numer.13.* dicta autem prima vnio dicebatur esse temporanea, & non perpetua.

2 Sed ad præmissa respondebatur vltra alia fundamenta in alijs decisionibus deducta, quòd etiamsi fuisset commenda temporalis per confirmationes subsequutas, fuit effecta perpetua, ponderando clausulam, ex *vberiori gratia de voluntate, & assensu præfatis tenore præsentium perpetuò vnimus, adiungimus, annectimus, & incorporamus*; vnde constat fuisse excessum terminum simplicis confirmationis, & vltra confirmationem præcedentem vnionis ad tempus magnum Magistrum voluisse vberiorem gratiam concedere, nempè vnionem perpetuam, Gabr. *consil.151. numer.19. lib.2.* Cardin. Seraphino *decis.1432. numer.1.* cum ibi adductis, & non videtur posse dubitari, fuisse per talia verba inductam nouam concessionem.

3 Nec Domini dicebant obstare illam clausulam relatiuam modo, & forma prout in literis, quia illa legitur in narratiua primæ vnionis, in qua narrans refert se ad modum, & formam, prout in litteris. Sed in noua concessione ex vberiori gratia, quæ sequitur pod dictam narratiuam, & confirmationem per dictionem separatam, & penitus disiunctiuam, nulla legitur clausula relatiua, per quam noua concessio restringi, & iuxta formam primæ intelligi debere videatur, & sic cessant ea, quæ dicebantur de correctione incontinenti, & de superfluitate, *leg. non ad ea, ff. de condit. & demonstr. vbi not.* Sed Domini prorsus omne dubium tolli dicebant ex antiqua obseruantia longissimi temporis, nempè 200. annorum, per quam satis visum fuit constare de vnione perpetua, ex latè deductis in decisione Reuerendissimi Decani, stante præsertim præsumptione, quòd in dubio vnio præsumatur perpetua, ad trad. per Mandos. *super regul. de verisim. not. quæst.3. num.4.* Et ideò Domini noluerunt recedere à decisis.

R. P. D. PAMPHILIO SEN.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Ferrarien. bonorum de Tassonis.

Veneris 11. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem bonorum fideicommissariorum datur vocato in testamento ad fideicommissum, vbi probauerit dicta bona fuisse à testatore possessa tempore obitus, etiam non probato dominio.

SVMMARIVM.

Saluianum interdictum datur fideicommissario contra bona fideicommissaria possessa à testatore tempore fideicommissi, etiam ante factam restitutionem, n.1.

Immissio denegari non potest filijs grauatis ratione detractionis legitimæ Trebellianicæ, vel melioramentorum, num.2.

Legitimus contradictor in Saluiano interdicto non dicitur fideicommissarius, si de fideicommisso incontinenti non noceat, n.3.

Exceptio proprietatis, quæ non includit ius excipientis, non admittitur in remedijs possessorijs, ibid.

Immissio ex remedio vtilis Saluiani interdicti datur in bonis, quæ testator tempore obitus possidebat, etiam quod dominium non probetur, n.4.

DECISIO DCCLV.

POSt resolutiones factas super immissione ad fauorem Comitis Camilli, necnon super identitate bonorum per Herculem Patriarcham testatorem de tempore obitus, possessorium fuit eidem Comiti Camillo super pluribus ex dictis bonis data immissio, & de alijs, quæ pro parte DD. Claudiæ, & Beatricis filiarum Herculis iunioris; prætendebant libera à fideicommisso Herculis testatoris, Domini mandarunt, quòd particulariter videatur; ideò supradicta die proposui dubium super bonis Parasacchi, an scilicet quoad illa sit standum in decisis? & Domini affirmatiuè responderunt, quia ex deductis satis apparet dicta bona, quæ modò possidentur per dictas filias, suisse alias per dictum testatorem de tempore obitus possessa, & ex fideicommisso eiusdem esse vocatum Comiti Camillum vti proximiorem agnatum, cui propterea competit immissio ex remedio vtilis Saluiani interdicti, etiam ante factam restitutionem, Gabr. *consil.44. numer.2. lib.2.* cum alijs in dictis decisionibus adductis. 1

Nec obstare, quòd huiusmodi bona Parasacchi, sint comprehensa sub antiquiori fideicommisso Iulij aui paterni d. Herculis Patriarchæ, in quo Comes Camillus non reperitur expressè vocatus, quia fuit responsum, quòd licèt non sit in testamento nominatus, benè tamen potest esse comprehensus ex alijs verbis in eo contentis, ideòque donec de comprehensione discutitur per interpretationem verborum, non est ei deneganda immissio ex testamento Herculis, in quo constat esse vocatum, Decius *consil.424. sub numer.19. versic. cum ergo.* Vltrà quod pro responsione fuit etiam ponderatum, quòd Comes Camillo ex personas Herculis Patriarchæ, & aliorum descendentium à Iulio super istis bonis potest ius competere, saltem ratione detractionis legitimæ, Trebellianicæ, vel melioramentorum, quo casu non potest ei denegari immissio per dictos filios, Boci. *decis.156. n.3. & 5.* 2

Seraph. *decis.231. numer.5,* & fuit dictum coram me in causa Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. & aliàs sæpè.

3 Et in omnem euentum fuit dictum, quòd in casu isto non apparet fœminas quamdiu descendentes masculi supersunt: esse vocatas, nec alias d. fideicommissum fuisse purificatum ad fauorem DD. Claudiæ, & Beatricis, quæ propterea cùm de fideicommisso incontinenti non doceant legitimè, contradictrices dici non possunt, Menoch. *de adipisc. poss. remed.4. numer.367.* Dec. *cons.424. numer.107.* & tenuit Rota in causa Romana Casalis sancti Matthæi coram Robusterio relatam inter impress. *decis.520. numer.5. & 6. part.1. diuers.* vbi fuit etiam dictum, quòd exceptio defectus proprietatis, quæ non includit ius excipientis, prout in casu, de quo agitur, non admittitur in huiusmodi remedijs possessorijs, quæ quodammodò restitutoria dicuntur, ex adductis *ibidem num.3. & 9.* præsertim ad impediendam immissionem dando Comiti Camillo ex remedio vtilis Salu. interdicti, in quo non admittitur exceptio fideicommissi nondum clari, vt tenuit Rota in causa Romana Saluiani 3. Maij 1608. coram bon. mem..... & aliàs sæpè.

4 Et ex his cessat, quòd Hercules Patriarcha dispositionem de rebus suis non censeatur disposuisse de istis bonis Paràsacchi antiquiori fideicommisso subiectis, quia vltrà quod hoc non procedit quoad supradictas detrectantes, quæ ipsi Herculi testatori ex persona propria, & eorum descendentium à iure competere poterant, & quarum responsum, & pro rata etiam ista bona sua dicerentur, fuit etiam responsum, quòd cùm adhuc non constet ista bona esse antiquiori fideicommisso subiecta, sufficit interim Com. Camillo docere de possessore de tempore obitus testatoris absque eo, quòd probet dominium, tam ad effectum immissionis ex remedio vtilis Saluiani interd. Bart. *in leg.1. numer.3. ff. de Salu. interd.* Menoch. *de adipisc. poss. remed.3. quæst.29. numer.160.* quam etiam *leg. fin. Cod. de eden. diu. Adr. toll.* Paris. *cons.14. num.2. lib.3.* Socin. iun. *cons.77. num.160. lib.1.* cum alijs relatis per Menoch. *d. tract. de adipisc. poss. remed.4. num.363. & seqq.* Et ita decisum.

R. P. D. CAVALERIO,

posteà S.R.E. Cardinali.

Romana hæreditatis.

14. *Martij* 1616.

ARGVMENTVM.

De interdicto *quorum bonorum*, quando detur, & quando non.

SVMMARIVM.

Interdictum quorum bonorum, *competit contra possidentem pro hærede, vel pro possessore, n.1.*

Interdictum quorum bonorum, *non datur contra titulo possidentem, prout neque etiam datur petitio hæreditatis, ibidem.*

Interdictum quorum bonorum, *non datur inter cohæredes, sed agi debet iudicio familiæ ercifcundæ, declara ut num.2.*

DECISIO DCCLVI.

1 CVm per obitum Pompei fratris, Dom. Virginia de Comite accepisset possessionem omnium bonorum per ipsum possessorum. Ven. Monasterium sancti Ambrosij de Maxima ex persona DD. Luciæ, & Hortensiæ Monialium professarum, egit interdicto, quorum bonorum, contra Dom. Virginiam coram Illustrissimo Domino M. Cardin. Vic. sco Reuerendiss. Patre Domino Cellesio iudice ab eo deputato, cùmque superuenitet commemoratio signata manu Sanctissimi, vt præcederet in petitorio, & possessorio de voto Rotæ, appellatione remota, dubitatum fuit, an Monasterio esset danda immissio petita in bonis, & hæreditate Pompei. Et DD. responderunt dandam esse immissionem pro duabus tertijs partibus: tale enim interdictum competit contra possidentem pro hærede, vel pro possessore, vt est textus *in leg.1.* & ibi Bart. & alij, *ff. quor. bonor. & in l.2. Cod. eod.* & licèt non detur contra titulo possidentem, sicuti neque datur petitio hæreditatis, quia in hoc pari passu ambulant, gloss. *in rubr. Cod. quorum bonorum*, Menochius *de adipiscend. remed.1. numer.60. & sequentibus*, Rolan. *consil.1. numer.9. cum seqq. lib.1.* tamen cùm non constet Dom. Virginiam possidere bona de quibus agitur, nisi tanquam hæres fratris ab intestato, cùm circa assertum fideicommissum nihil probet, DD. censebant sine dubio competere alijs sororibus pro portionibus sibi tangen. *dict. rem. quorum bonorum.*

Nec visum fuit obstare principale fundamentum, cui 2
informantes pro Dom. Virginia innitebantur, quòd scilicet inter cohæredes non detur immissio, sed agi debeat iudicio familiæ ercisc. etiamsi vnus ex cohæredibus non possideat, per *leg.1. & 2. ff. famil. ercisc.* & fuit dictum in Recanaten. hæreditatis 18. Aprilis 1603. coram bonæ memoriæ Penia, & in Romana Palatij Aquilæ 5. Iunij 1602. coram Reuerendiss. Domino meo Archiepiscopo Damasceno. Respondebatur enim hoc procedere, quando non negatur actorem esse cohæredem, & quando vti cohæres admittit, sed quando quis non admittit cohæredem, sed dicit ad se solum spectare hæreditatem, prout videtur prætendere Dom. Virginia, quæ adepta est possessionem omnium bonorum, tunc potest agi remissorio possessorio adipisc. neque decisiones allatæ dicunt contrarium, & hæc responsio expressè colligitur ex text. *in d.l.1. vers. sed si is qui possidet, & in leg. hæredes, §. quantum* vbi gloss. *ff. famil. ercisc.* Ias. *in §. quadam, n.46. institut. de act.* & ita decisum fuit.

R. P. D. PAMPHILIO IVN.

posteà S.R.E. Cardinali.

Valentina subsidij.

Lunæ 14. *Martij* 1616.

ARGVMENTVM.

De vnionum, & dismembrationum reuocatione facta per Leonem XI. & Paulum V. nonnulla notanda, vt in summarijs.

SVMMARIVM.

Subsidium cùm sit onus reale, solui debet ab eo, qui fructus percipit, n.1.

Dismembrationes, & applicationes, de quibusuis Ecclesijs, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, quæ effectum sortitæ non fuerunt, sunt reuocatæ per Bullam Leonis XI. & Pauli V. n.2.

Dismembratio fructuum non comprehenditur sub regula reuocatoria vnionum, an hoc verum sit, n.3.

Dismembratio facta ad succurrendum necessitatibus mensæ Capitularis, numquid censeatur reuocata à Pontificibus in regula, n.4.

DECISIO DCCLVII.

POst factam resolutionem sub die 22. Maij præteriti, 1
* super infirmatione sententiæ de partibus, tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ, quæ præcipuè fundatur super interpretatione dismembrationis alias factæ de anno 1597. cuius validitas tunc non controuertebatur, supradicta die 14. Martij de ordine Rotæ proposui causam super eisdem, & Domini concluserunt quoad iustitiam ex nouiter deductis esse recedendum à decisis, & moti fuerunt ex eo, quòd semota dicta dismembratione, quæ iam apparet reuocata, debet controuersia ista inter Dominum Archidiaconum, & Capitulum terminari, secundùm dispositionem iuris communis, de quo Capitulum ex fructibus per ipsum perceptis tenetur soluere subsidium, quod vti onus reale spectat ad eum, qui fructus percipit, Dec. *cons.156. num.3.* Bellenc. *de charit. subsid. q.43. n.3. & q.37. n.1. & seq.*

Quòd autem dicta dismembratio fuerit reuocata, 2
satis visum fuit constare, ex eo, quòd illa fuit facta per Clementem VIII. felicis recordationis, cùm primùm Archidiaconatus vacasset, per cessum, vel decessum Vincentij tunc Archidiaconi, qui tamen non constat, quòd antea in manibus Sanctissimi Domini nostri Archidiaconatum dimiserit, quàm sub die prima Iulij 1605. de quo tempore iam emanauerat regula reuocatoria vnionum Pontificum successorum, nempè Leonis XI.

& caus-

& eiusdem Sanctissimi Domini nostri, in qua reuocantur dismembrationes, & applicationes de quibusuis Ecclesijs, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, eorumve domibus, prædijs, & locis, mensis etiam Capitularibus, motu proprio, & ex certa scientia factæ, quæ suum non fuerint sortitæ effectum, prout erat ista, quæ propterea reuocata remanet, perinde ac si non emanasset, iuxta text. *in Clem. vnic. vbi glos. verb. pro infectis de immunit. Ecclesi.*

3 Non obstat, quòd in casu isto agatur de dismembratione fructuum, quæ non comprehenditur sub regula reuocatoria vnionum, vt refert Mandos. *ibidem quæst. 2. in princip.* Quia vltra, quòd Mandos. nihil firmat, in casu istò cessat difficultas ex verbis regulæ, ibi, *eorumve domibus, prædijs, &c.* quæ non leguntur in regula super qua scripsit Mandos. quæ erat restricta ad beneficia Ecclesiastica, & nihilominus etiam in illo casu sub *numer. 6.* ex mente regulæ dicit, illam habere locum etiam in dismembratione fructuum, ex pluribus ibi per eum adductis.

4 Neque subsistit, quòd huiusmodi dismembratio fuerit facta ad succurrendum necessitatibus mensæ Capitularis, & propterea non censeatur reuocata. Quia placuit responsio, quòd imò censeatur facta pro commodiori sustentatione Capitularium, ex quo non apparet, quòd ante dismembrationem se sustentare non possent, & tamen cùm ista Ecclesia sit ex antiquioribus Regni Valentiæ, & per tot annos ante dismembrationem Capitulares se sustentauerint, credendum est, quòd etiam de tempure dismembrationis se sustentare possent, adeò vt per huiusmodi regulas reuocatorias illa censeri debet reuocata, Put. *decis. 337. numer. 3. lib. 1.* Achill. *decis. 1. super regula reuocat. vnion.* & fuit resolutum in causa Toletana beneficij 20. Nouembris 1592. & 10. Maij 1593. coram bonæ memoriæ Giptio, & maximè per modernas quæ expressè reuocant dismembrationes factas in fauorem cultus diuini, & pro augmento dotis mensarum Capitularium, vt fuit ponderatum coram me in causa Toletana Capellaniæ 23. Ianuarij 1608. & 28. Iunij 1610. & ita fuit decisum, &c. *Est decis. 702. part. 2. recent.*

R. P. D. VEROSPIO SEN.

posteà S. R. E. Cardinali.

Nucerina Paganorum iurisdictionis.

Veneris 18. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur domum esse de parochia; & an sufficiat sacramentorum administratio? An partis confessio tam in possessorio, quàm in petitorio.

SVMMARIVM.

Confessio superat omnes probationes, & in confitentis præiudicium probatur iuspatronatus, & quod Ecclesia sit parochialis, n. 2.

Domus dicitur esse de illa parochia, in quo sibi sacramenta administrantur, n. 3.

Quasi possessio administrandi sacramenta in aliqua domo probat illam domum esse de illa parochia, à qua sacramenta suscipiuntur, n. 3. vers. & denique intellige in possessorio, non autem in petitorio, n. 5.

Confessio qualificata in præiudicium confitentis potest pro parte acceptari, & pro parte non, n. 4.

Actor debet probare fundamentum suæ intentionis, ibidem.

DECISIO DCCLVIII.

1 ARchipresbyter Cathedralis Ecclesiæ Nucerinæ Paganorum, habens annexam curam animarum, cùm prætenderet Ducis domum intra suæ parochiæ fines existere, coram illo Vicario litem instituit, contra Capellanos parochialis Ecclesiæ sancti Matthæi, tanquam de præterito illi non iure proprio, sed de ipsius Archipresbyteri licentia, & assensu in dicta domo curam exercuissent, & propterea volebat, vt isti Capellani se amplius in huiusmodi cura non immiscerent. Verùm illi per Vicarium fuerunt ab impetitis absoluti, qui pariter declarauit, eosdem iure proprio administrare posse omnia, & singula Sacramenta personæ Domini Ducis, familiæ, & Domus eiusdem, sitæ in districtu parochialis Ecclesiæ sancti Matthæi, necnon ad ipsos vti proprios Parochos animarum curam pertinere, quo subsecuto, causa per viam appellationis in Rota coram me introducta, dubitaui an dicta sententia confirmanda esset, vel infirmanda.

Et quo ad Absolutoriam Domini confirmandam esse censuerunt. Constat enim ex propria ipsius Archipresbyteri confessione, Ecclesiam sancti Matthæi esse parochialem, quæ confessio superat omnes probationes, *leg. 1. Cod. de confess. leg. cùm te, Cod. de transact. leg. generaliter, Cod. de non numerata pecunia authentica contra qui propriam, Cod. eod.* Alex. *consil. 127. numer. 2. lib. 4.* Crauetta *consil. 61. numer. 3.* Sicut pariter ex confessione videmus in confitentis præiudicium probari iurispatronatus, vbi de illius canonizatione non agitur, Cassad. *decis. 7. de iurepatronatus*, Puteus *decis. 36. numer. 1. lib. 3.* Peregrin. *decis. 64. lib. 2. in manuscrip.* Et fuit dictum in causa Bononien. iurispatronatus 16. Ianuarij 1608. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Et in terminis de confessione, quòd Ecclesia sit parochialis, Rota *decis. 48. numer. 2. part. 1. diuersorum*. Vltra quòd hic plura etiam concurrunt ad arguendam parochialem, fuerunt enim ibi celebrata matrimonia, adest forum pœnitentiale, fons Baptismalis, & alia, quæ ad hunc effectum præcipua reputantur, Rota *decis. 52. part. 2. diuersorum*. 2

Rursus ex depositione testium apparet hanc domum esse positam intra limites parochialis Ecclesiæ sancti Matthæi. Et licèt distincta scientiæ causa non reddatur, satis tamen illa deducta videtur, ex Sacramentorum administratione, vt aliàs fuit consideratum in vna Aquen. pensionis 19. Decembris 1608. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto. Et denique cùm probata fuerit in huiusmodi domo Capellanorum quasi possessio circa Sacramentorum administrationem parochis competentem, per hanc quasi possessionem illi ab onere probandi releuantur, *leg. res aliena, Cod. de rei vendicatione, leg. finali, ff. eodem*, Cassad. *decis. 3. numer. 5. de restitut. spoliat.* Rota *decis. 4. de re iudicata, in nou.* & fuit dictum in Viennen. præstimonij 15. Februarij 1593. coram Cardinali Blanchetto. 3

Non obstat Archipresbyteri confessionem respectu parochialis esse qualificatam, quòd videlicet Capellani de ipsius licentia curam animarum exercuerint. In eius enim præiudicium Confessio circa parochialem est acceptanda, quod fieri valet, cùm illa possit separari, Rota *decis. 272. numer. 2. part. 2. diuersorum*, & fuit dictum in Narnien. pecuniaria 28. Ianuarij 1585. coram Cardinali Pamphilio, & in Romana census 24. Nouembris 1606. coram Reuerendissimo Attrebaten. Prætensa verò licentia tanquam fundamentum intentionis Archipresbyteri, venit ab eodem concludenter probanda, *leg. actor quod asseuerat, Cod. de probat. leg. 2. ff. eod.* Alex. *consil. 46. num. 1. lib. 5.* Decius *consil. 564. num. 1.* Et interim hoc non præstito, Capellani benè fuerunt absoluti, *leg. qui accusare, Cod. de edendo, cap. vltim. §. sanè de iureiurando.* 4

Quo verò ad canonizatoriam, visum Dominis fuit sententiam esse reuocandam, cùm pro iuris canonizatione prædicta satis non fuerint, sed illud ab allegante debet plenè iustificari, *cap. in præsentia, de probat.* Oldrad. *cons. 286. num. 3.* Bald. *cons. 62. in princ. vers. quinta conclusio lib. 2.* Et licèt administratio proprietatem subsequatur; cùm tamen possit esse penes Capellanos exercitium, non autem proprietas, hæc probatio tanquam æquiuoca illos non releuat, *leg. non hoc, Cod. vnde legitimi, leg. neque natales, Cod. de probat.* 5

R. P. D. BVRATTO.

Asculana spolii.

Veneris 18. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Plura in hac decisione notanda explicantur, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Clausula Saluo tamen, *&c. restringit, & modificat verba præcedentia, n.1.*

Iudex nulliter, & minus legitimè procedens spoliare dicitur, ibid. in fine.

Periti, & calculatoris auctoritas dependet ab illius deputatione, n.2.

Legitimæ fructus quando debeantur parenti, n.3.

Peritus, & calculator debet referre in omnibus, in quibus deputatus fuit pro vtraque parte, ibid.

Causæ cognitionem non interuenisse ex breuitate temporis præsumitur, ibid.

Sententia dicitur notoriè iniusta, quando est fundata in causa erronea, & iniusta, n.4.

DECISIO DCCLIX.

1 Constare de spolio dixerunt Domini, quia cùm sententia bonæ memoriæ Cardin. Seraphini de immittendo pacificum fideicommissarium in possessionem, esset cum clausula, *Salua tamen*, & retenta dote Constantiæ, & legitima ei debita ex persona Candidi eius filij prædefuncti, quæ modificat, & restringit verba præcedentia, Angel. *cons.290. col.2. vers. & hoc importat*, Dec. *consil.656. num.6.* Pedemont. *decis.164. numer.7. & 8.* prius facienda erat detractio dictæ dotis, & legitimæ ante exequutionem dictæ sententiæ, Socin. iun. *consil.67. num.19. vol.1.* Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.5. interpret. vlt. dub.1. num.227. in fin.* Surd. *consil.186. num.9. & 22.* & fuit dictum in Romana domorum in Burgo 8. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo, & in specie nostra Bertaz. *cons. ciuil.117. num.1.2.3. & 4.* & ideò cum immissio data fuerit non factis prius dictis detractionibus, sequitur illam fuisse notoriè spoliatiuam, iudex enim nulliter, & minus legitimè procedens dicitur spoliare, DD. *in cap. conquerente, de restitut. spoliat.* Caputaq. *decis. 186. part.3.* Cæs. de Grass. *decis.1. num.4. de constit.* Card. Seraph. *decis.777. n.1.* & latè fuit dictum in allegata Romana domorum in Burgo.

2 Non obstat, quòd facta fuerit compensatio ordinata in dicta sententia dotis, & legitimæ cum pecunijs quæ ex bonis q. Baldassaris mariti, & dicti Candidi filij Constantiæ ad eandem Constantiam peruenerant, nam dicta compensatio facta fuit præcedente decreto electione periti in exequutionem dictæ sententiæ ad calculandum super partitis liquidis, & confessatis à partibus, cuius tamen calculus fuit notoriè nullus, erroneus, & iniustus. Nullus, quia peritus posuit ad debitum Constantiæ flor. 1772.8.25. referendo se ad quoddam laudum prolatum in partibus, quod in hoc capite aliter non iustificatur, quàm ex quodam libro arbitri, ostenso super ipsummet pacificum, de cuius postea existentia penes Constantiam cum ad effectum exhibitionis dubitaretur, Rota 21. Maij 1603. coram R. Attrebaten. negatiuè respondit firmandi librum huiusmodi non fuisse scriptum per Constantiam, sed per D. Paulum eius patrem, qui vna cum pacifico fuerat tutor constitutus, & ideò quatenus etiam de dicta existentia constitisset, dictus liber tanquam alienus, & priuatus, non probaret contra Constantiam, & sic dicta partita non erat liquida, nec confessata, & consequenter calculus fuit notoriè nullus, vti factus præter, & contra formam deputationis, à qua calculatoris authoritas dependebat, ad gl. *in c. examinata in verb. iuris, in fin. de confirm. vtil. vel inutil.* Gabr. *cons.43. n.18. lib.1.*

3 Erroneus, & iniustus, quia idem peritus, in calculanda, & statuenda legitima Constantiæ, non habuit rationem, nec partis hæreditatis, in qua ipsa ab eius viro fuerat instituta, quæ tunc restituebatur, prout habenda erat, & decisione facta in hac causa 13. Maij 1596. coram bon. mem. Orano, nec fructuum eiusdem legitimæ, quos certum est deberi ex iuris dispositione, *leg. Papinianus* 8. *§. vnde si quis fuit, ff. de inoff. testam. cum concord.* & in legitima debita parentibus, Dec. *resp.79. n.14. lib.2.* & fuit in hac causa resolutum coram bon. mem. Card. Seraph. vt in eius *decis.1406. n.7.* Sed contra formam dicti decreti calculauit ad debitum Constantiæ partitas non liquidas, nec confessatas, vt dictum est, alias liquidas, & claras ad eius creditum omittendo, vt detectum fuit in nouo calculo, cum tamen deberet super omnibus hinc inde referre, Gabr. *d. cons.43. d. n.18.* sed non minùs visum fuit quòd in prædictis errauerit, cùm fuerit deputatus die 13. Iulij, & die 5. retulerit, ex hac enim temporis breuitate censetur non adhibuisse causæ cognitionem quam debuit, Bart. *in l. prolatam n.6. C. de sent. & interl. omn. iud.* Calder. *cons. vlt. ad med. vers.2. dixi, eod. tit.* Put. *decis.334. lib.1. in nouis*, & in terminis pro calculi nullitate, Socin. *cons.92. sub num.12. vers. ex temporis breuitate lib.4.*

Ex quibus sequitur etiam mandatum immissionis ad fauorem Pacifici expeditum laborare eodem vitio nullitatis, & iniustitiæ, non solum quia fundatur super dicto calculo nullo, erroneo, ac notoriè iniusto, Bald. *in cap. cum causa num.2. de sent. & re iudic.* Felin. *in cap. inter cæteras num.2. eod. tit.* Alex. *cons.123. n.7. lib.1.* Afflict. *decis. 47. num.3.* cum alijs per Vant. *de nullit. ex defectu processus, num.129.* sed etiam, quia in eo enunciatur fuisse priùs compensatum creditum dotis, & legitimæ Constantiæ, cum partitis liquidatis, prout in actis, ex quibus tamen actis, ad quæ expressam habet relationem, per modum causæ dispositiuæ non solùm non iustificatur, sed etiam de contrario apparet, Bart. *in l.1. n.2. vers. quandoque non est expressus,* vbi etiam Bald. *C. de error. calcul.* idem Bald. *in l.2. num.20. C. de sent. & re indic.* Afflict. *decis.39. sub num.5.* & alij per Gabr. *de sent. concl.10. num.6.* Contard. *de moment. possess. limit.9. sub n.19. vers. aut iudex expressim*, Surd. *cons.223. n.17. & 18.* & ideò intrat spolium ex superiùs allegatis. Et ita decisum sola Constantia informante, &c. 4

R. P. D. CAVALERIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Fanen. Parochialis.

Veneris 15. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Beneficia regularia curata, an sint perpetua, vel manualia, & quid in dubio præsumatur benè in hac decisione declaratur.

SVMMARIVM.

Beneficia regularia curata in dubio præsumuntur perpetua, declara vt n.2.

Curati qui habent curam in titulum, debent esse perpetuo; secus qui habent solum exercitium, n.3.

Beneficia manualia possunt etiam vacare per obitum, nisi manualis fuerit antea remota, n.2.

Beneficia, quod sint perpetua, & non manualia, licèt præsumantur: hoc tamen procedit in dubio, secus in claris, n.2. præsertim quando in clausulis derogatorijs non est expressè facta mentio manualitatis, n.5.

Vltimus status attendendus est in materia beneficiorum regularium, an sint perpetua, vel manualia, numer.6.

DECISIO DCCLX.

Iterùm proposui dubium aliàs, vna tantùm parte informante, resolutum die 18. Maij præteriti, & Domini vtraque parte informante steteruot in decisis, ob rationes in decisione adductas, quæ placueruot, & præcipuè ex prouisionibus antiquis, & modernis, cum illa clausula, *ad nutum, & beneplacitum Abbatis, & successorum*, vt præter allegatos in decisione considerat Aretin. *cons.63. num.5. vers. & hanc, & vers. fateor.* 1

Nec putauerunt obstare, quòd dicebatur, beneficia regularia curata præsumi perpetua, vt in Fanen. iurisdictionis 28. Nouembris 1605. coram bon. mem. Litta, & notatur per Modern. *ad reg.8. glos.5. §.6. n.60. & seqq.* Quia respondebatur hoc procedere in dubio, non autem in claris, prout in hoc casu, in quo satis constare visum fuit de manualitate, ad text. *in cap. cum de Capell. Monach. in 6.* 2

pla-

placebat responsio data in decisione, quòd scilicet procedit in Curatis, in quibus Episcopi instituunt ad Monachorum præsentationem, non autem in ijs, in quibus soli Monachi conferunt sine Episcopo, vt in casu proposito.

3 Addebatur insuper, quòd data manualitate in his Rectoribus constitutis ab Abbate, potest dici curam residere penes ipsum Abbatem, & Monasterium, licèt exercitium sit penes hos Moniales ad nutum amouibiles, & sic viget ratio *dicti cap. vnic.* quòd Curati debent esse perpetui, illi videlicet, qui habent curam in titulum: secus in illis, qui habent solum exercitium, quod potest esse temporale.

5 Minus obstare dicebant, quòd Abbates aliàs contulerint nnc beneficium vti vacans per obitum, quia etiam in manualibus potest dari vacatio per obitum, nisi antea manualis fuerit remotus, vt per glos. *in Clement.* 1. *§. præmissa, in verbo reuocari*, vbi Card. Imol. Vitalin. & alij *de supplen. neglig. prælat.* & fuit dictum *in decis.739. nu.4.* relata inter impress. diuers. *part.* 1.

5 Tandem ad illud, quod dicebatur fuisse in gratia factam mentionem, quòd huius beneficij collatio spectabat ad Abbatem, & nihilominus fuisse appositas clausula derogatorias, placebat responsio, quod non fuit facta mentio mannalitatis, quæ tamen erat necessariò exprimenda in indiuiduo, Calder. *consil. 26. versic. præterea de præben.* Cassad. *decis.4. num.1. eod. tit.* cum adductis per Paris. *de resignat. benefic. lib.12. quæst.11. num.7.*

6 Quare cùm in hac materia vltimus status sit attendendus, vt post Dec. *consil.* 126. *num.* 1. & Bald. *in l. mater num.3. Cod. ne de stat. defunct.* tenuit Rota apud Cardin. Seraphin. *decis.* 1103. *num.5. & decis.*1120. *num.* 2. & vltima prouisio sit tanquam de manuali, vt firmatum fuit in decisione: propterea Domini ab ea recedere noluerunt, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Amerina bonorum.

Luna 18. Aprilis 1616.

ARGVMENT·VM.

Fideicommissum in testamento relictum an, & quando reuocatum censeatur per subsequentia prælegata facta in codicillis? & quando etiam in restitutione fideicommissi eadem prælegata veniant? Exemplaris, & magistralis est decisio.

SVMMARIVM.

Prælegata regulariter non veniunt in fideicommisso, præsertim facta in codicillis, num.1.

Fideicommissum in testamento relictum non censetur mutatum, nec adeptum per codicillos, præsertim quando alia coniectura, quàm ademptionis capi potest, num. 2. & 3.

Testatoris voluntas non præsumitur mutata, nisi de mutatione expresse appareat, num.2.

Testamentum non censetur mutatum per codicillos, nisi in his, quæ expressè mutata reperiuntur, num. 3. & num.9.

Fideicommissum fuisse ademptum, & mutatum per codicillos, probandi onus spectat ad eum, qui fideicommissum recusat, num.4.

Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, quando sic constat ex voluntate testatoris, num.5. & quando de hac testatoris voluntate constare dicatur, num.6.

Verba vniuersalia quicumque, quomodocumque, & qualitercumque, *nunquid in fideicommissis importent, vt etiam prælegata veniant in illius restitutione, ibidem.*

Prælegata facta in eodem testamento, seu in codicillis ante, vel post fideicommissum, an, & quando veniant in illius restitutione, num.7.

Verba vniuersalia apposita in institutione hæredis, censentur etiam repetita in substitutione, & fideicommisso immediatè subordinatis, num.8.

Fideicommissum in testamento relictum nunquid censeatur ademptum per prælegata facta in codicillis, coniecturis probatur, num.9. & seqq. vbi etiam ponuntur quæ sint istæ coniecturæ.

Prohibitio alienationis inducit fideicommissum, quando alienari prohibentur bona acquisita à suis maioribus, num.10. & 11. vbi idem quando fuit dictum vt bona conseruentur in cippo domus per lineam masculinam descendentem.

Testis deponens de facto proprio, & sine interesse, probat plusquam semiplenè, num.12.

Testatoris mens qualis fuerit deprehenditur ex verbis ab eo dictis extra testamentum, num.13.

Fideicommissum probatur etiam confessione partis, num.14.

Testes de consensu partium habiti pro rite, & rectè examinati, non possunt impugnari ex defectu examinis, ibid.

Testes singulares probant voluntatem, & intentionem testatoris, num.14.

Fideicommissum nunquid censeatur ademptum per prællegata facta in codicillis, cùm expressione verborum importantium liberam, & absolutam potestatem disponendi legatarijs à testatore tributam, num. 15. & 16.

Verba testatoris recipiunt interpretationem à subiecta materia, num.15. in fine.

Confessio erronea, & de ijs, quæ iuris sunt, confitenti non nocent, num.17.

Confessio incidenter emanata confitenti non nocet, ibid.

DECISIO DCCLXI.

1 DVbitaui, an bona nuncupata Cæsarum, sint exempta à fideicommisso facto per Nannem in testamento 1. Maij 1588. Dubitandi ratio fuit, quia vti prælegata regulariter non veniunt in fideicommisso, & præsertim cùm sint facta in codicillis del 1596. & sic posterioribus, qui videntur derogare testamento, & verba prælegati sint, reliquit dictorum bonorum medietatem totam liberam, & absolutam, quæ videntur importare liberationem à fideicommisso, Bald. *consil. 474. propè finem, lib.2.* Cuman. *consil.37. versic ad secundum*, Fulgos. *consil.99. col. fin.* Rimin. iun. *consil.147. num.47. lib.2.* Surd. *decis.269. num.17. in fin. & num.* 18. Menoch. *lib. 4. præsumpt.194. num.21.* & Peregrin. *de fideicommiss. art. 7. num 14.*

2 Contrarium tamen senserunt Domini. Nam fideicommissum in dicto testamento, in quo sunt nominatim specificata dicta bona, est clarissimum, literale, & indubitatum, & per obitum sine filijs Sforziæ prælegatarij, & hæredis respectiuè purificatum ad fauorem D. Prioris Io. Cosmi eius consobrini, vt fuit resolutum 23. Ian. præteriti; & ideò testamentum non censetur mutatum per codicillos, qui recipiunt eodem tempore confirmationem, *l. etsi à patre*, vbi not. Cyn. Bellapert. Odofred. Bart. Bald. Angel. & Salic. *C. de testam. tutel.* sed quando alia coniectura capi potest, cessat præsumptio ademptionis, Alex. *cons.169. num.4. lib.5.* cùm sit correctio, quæ in voluntate testatoris est euitanda, non minus quàm in legis dispositione, Curt. iun. *cons.103. num.2.* Natt. *cons.476. nu.16.* Roland. *cons.31. num.4. vol.4.*

3 Et per codicillos non censetur recessum à testamento nisi in mutatis tantùm, & reformatis, *l. alumna, §. qui filias*, & ibi Alber. *num.* 6. Odofred. *in §. Titia, versic. nunquid si postea, ff. de alim. leg.* Paris. *consil.108. num. 27. lib.3.* Roland. *d. consil.31. num.23.* & Peregrin. *de fideicommiss. art.16. num.49. versic. propterea per codicillos*, & in specie quòd per eos non censeatur reuocatum fideicommissum in testamento relictum, per textum *in dict. §. qui filias*, Ias. *cons.18. col.2. vers. verum, col.3.* prout nec legata etiam per verba generalia, nisi sint necessaria, *l. fideicommissa 11. §. si quis ita, de leg. 3.* Præsertim quando sunt conditionalia, prout fideicommissum, de quo agitur, Bart. *in l. peto 71. de leg. 2.* & ibi Castren. *num. 2. in fin. & num.3.* & Ias. *d.cons.18.*

4 Onus autem probandi mutationem voluntatis ad eum spectat, qui fideicommissum recusat, *l. Lucius Titius, 22. in fine*, & ibi gloss. *in vers. ostenderit* & Odofred. *propè finem, de lega. 2.* Natt. *dicto consil. 476. num. 7. & 16. & consil.484. num.32.* & Roland. *d. consil.31. n.10. & 11.* & faciunt tradita per Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.12. tit. 1. in princ. & tit. 2. num. 1. in fine,*

in fine, *& num*.2. & per Menoch. *lib*. 5. *præsumpt*. 165. *& lib*.6. *præsumpt*. 37. *in princ*. & probatio debet concludere necessariò, vt ex prædictis, & tenent Curt. iun. *d. cons*. 103. *num*.4. & Roland. *d. num*. 11. & euideoter Alexand. *d. cons*. 169. *num* 7. *lib*.5.

5 Talis autem probatio non resultat ex eo quòd prælegata non veniant in restitutione, quia regula non procedit, quando constat de contraria voluntate testatoris, vt trad. communiter DD. *in l. cum virum* 16. *C. de fideicommiss. in l*.3. *§. quidam liberis*, *ff. ad Trebell. an. in l. cum pater* 79. *§. fides tua, de lega*. 2. & alibi, prout constare visum fuit Dominis in præsenti casu, tam ex verbis testatoris, quàm etiam ex coniecturis, & præsumptionibus.

6 Ex verbis, quia omnia sunt vniuersalia, videlicet cuiuscumque generis, & speciei, vt ex trad. per Bertaz. *claus*.21. *glos*.14. Quomodocumque, & qualitercumque spectan. & pertinen. Menoch. plures allegans *cons*. 335. *num*.22. *lib*.4. *& cons*.401. *num*.63. *&* 75. *lib*. 5. & quibuscumque, idem Menoch. *d. cons*. 335. *num*. 23. & Rota *decis*.239. *part*. 1. *diuersor*. Verba autem alia comprehendunt etiam prælegata, Azor. *in rubr. Cod. ad Trebell. num*.25. Alberic. *in dict. l*.3. *§. quidam liberis*, *post princip. vers. & quod hic*, glos. & ibi Socin. *num*. 2. *in fin. versic. secundo limitatur*, *ff. eod*. Idem Alber. Bald. Ias. & Anton. de Padil. *in d. l. cum virum*, *Cod. de fideicommiss*. & alij per Rip. Zanch. Bolog. *in repet. l. heredes mei*, *§. cum ita*, *ff. ad Trebell*. Eugen. *cons*.88. *num*.15. & Ceph. *cons*.379. *num*.12. *&* 13. Præsertim cum sint etiam futuris temporis, vt patet ibi, *Quomodocumque sibi nunc*, *& pro tempore competen. & competituris*, vt per Alber. & alios *in locis preallegatis*. Imò magis operantur cùm sint diuersa, & multiplicata, Alex. *consil*. 118. *num*. 5. *versic. & tanto magis*, *lib*. 5. Gozad. *consil*.30. *num*. 1. 2. *&* 3. Roland. *consil*.5. *num*. 50. *versic. Nam hic dictum*, *volum*. 1. *& cons*.12. *num*.42. *volum*.4. & Gabr. *cons*. 168. *num*. 28 *lib*. 1. quamuis etiam vnicum ad hunc effectum sufficiat, Gabr. *dict. num*.28.

7 Quæ procedunt non solùm quando prælegata sunt ante, sed etiam quando post ipsum fideicommissum, non enim fit ius in ordine scripturæ, quando testator vsus fuit verbis vniuersalibus, & futuri temporis simul, Bellaper. *in d. l. cum virum*, *col*. 2. *versic. credo*, & ibi Castren. *num*.6. *versic*.2. *casus*, Salic. *num*. 3. *quia aut in fideicommisso*, Coras. *num* 31. *versic. primus hoc loco*, & Padill. *de communi*, *num*.6. *in fine*, Bart. *in dict. §. fides tua*, *in solut. ad* 2. *argumentum*, Rip. *in dict. §. cum ita*, *num*.37. *versic. ad quem potest*, & ibi Bolognett. *num*. 105. *versic. quæ conclusio*, Hercul. *in l. Titia* 85. *col*. 3. *versic. ex glos. & col*. 4. *versic. & sic ex prædictis*, *ff. ad l. falcid*. Bero. *consil*.81. *num* 22. *versic. tamen quando*, *volum*.2. Pereg. *d. art*.7. *num*.23. *vers. Et quidem cum pluribus de communi*, relatis per Vasq. *de success. progress. part*.2. *lib*. 3. *sub n*. 19. *versic. contrariam partem*, Capr. *cons*. 119. *num*. 2. *versic. quod & voluit*, & Cephal. *d. consil*. 379. *num*. 14. & nedum quando prælegata sunt facta in eodem testamento, sed etiam in alia scriptura, vt in codicillis, prout hìc. Ita in terminis per text. *in supradicto §. fidei tuo*, Coras. *in d. l. cum virum*, *sub num* 23. *versic. Vnde etiam*, *& sub num*. 31. *versic. qui text. & num*. 42. Socin. *in dict. l*. 3. *§. quidam liberis*, *num*. 2. *versic* 2. *limitatur*, *ff. ad Trebell*. Eugen. *d. cons*.88. *num*.15. & Peregr. *dict. art*. 7. *num*. 23. *vers. amplia, vt dixi*.

8 Et licèt prædicta verba vniuersalia legantur apposita solùm in institutione hæredis, censentur tamen repetita etiam in substitutione, & fideicommisso immediatè subordinatis, *l*. 1. vbi DD. *C. de impub. &c. l. Lucius*, *§. pater puerum*, *& §. mea*, *ff. ad Trebell*. præsertim virtute copulæ, &, vt in nostris terminis Ias. *cons. fin. in princ. vers. sed ita contingit*, *vol*. 4. Eugen. *d. cons*. 88. *num*. 10. & faciunt tradita per Hooded. *cons*. 71. *num*. 44. *vol*. 1. & prohibitio etiam cuiuscumque detractionis, de qua in dicta substitutione, æquipollet ad hunc effectum verbis vniuersalibus, Cuman. *cons*. 70. *col*. 2. *in fin. vers. & quamuis*, Peregr. *d. art*. 7. *num*. 27. *in fin*. & Surdus *d. decis*.269. *num*. 18. *in fine*, *& num*. 19. *vers. & id attenditur*.

9 Ex coniecturis verò, & præsumptionibus, à quibus tota hæc materia regulatur, ex cumulatis per Zanch. *in d. §. cum ita*, *num*. 10. & Menoch. *d. præsumpt*. 194. *num*. 1. *lib*.4. Primò, quia in codicillis professus fuit nolle mutare testamentum, sed illud in quibusdam tantummodo reformare, dicendo, quòd cætera omnia, & singula in eo, & præcedentibus codicillis contenta confirmabat, approbabat, & valere volebat, de quo censetur idem fideicommissum repetijsse, & noluisse recedere à testamento, nisi in ijs tantùm, quæ immutauit, vt ex supradictis, & considerant Natt. *d. cons*. 476. *num*. 4. *versic. sed testator*, Roland. *d. cons*.31. *num*. 17. *in fine*, *& num*. 18. *lib*.4.

Secundò, quia bona prælegata sunt insignia, & fuerunt acquisita per maiorem ipsius Nannis (quod per partem non fuit controuersum) quæ sola ratio sicut sufficit ad vestiendam prohibitionem alienationis ad hoc vt ex ea inducatur fideicommissum, ad not. per Doct. *in l. filiusfamilias*, *§. diui de legat*. 1. cum cumulatis per Petr. *de fideicommiss. quæst*. 1. *num*.93. ita multò magis ad iam inductum conseruandum. 10

Tertiò, quia intentio, & mens dicti Nannis semper fuit (vt dicitur in testamento) quòd bona sua hæreditaria conseruentur in cippo domus per lineam masculinam descendentium, vt in his terminis dixerunt Decian. *respons*. 41. *num*. 134. *lib*. 1. Honded. *d. cons*. 71. *num*. 37. & Peregrin. qui dicit indubitatum *d. art*. 7. *num*. 68. *vers. & indubitanter*. 11

Pro quorum confirmatione concurrit declaratio ipsius Nannis, quòd motus fuerat ad codicillandum solùm, quia cùm Cæsens post testamentum vendidisset Sforziæ suam medietatem domus cum Sforzia communis, voluit ei prouidere ne remaneret sine domo. Ideòque eidem in codicillis reliquit totam suam domum, vnà cum alijs domibus, & viridario; in recompensam verò partis dictæ domus quam reliquerat Sforziæ in testamento, et in codicillis reliquit medietatem dictorum bonorum Cæsarum, quorum eidem reliquerat solùm tertiam partem in testamento, vt deponit testis datos in summario Prioris *num*.4. qui cùm ab eodem Nanne antea missus fuisset ad tractandum de hac eius intentione cum Sforzia, & sic deponat de facto proprio, & sine eius interesse, plusquam semiplenè probat Rot. *decis*.521. *num*.6. *part*. 1. *diuers*. & apud Card. Seraphin. *decis*.889. *num*. 3. plenè Barzar. *decis*.50. *num*. 3. & Farinac. *de testib. quæst*. 63. *num*. 224. & plenam iunctis coniecturis, prout hìc, Soc. iun. *cons*. 62. *num*.6. *lib*. 1. Aym. *cons*. 178. *num*. 8. 12

Concurrit etiam alia declaratio eiusdem Nannis in actu codicillandi, & post codicillos mentem suam esse vt remaneret fideicommissum, *de qua deponunt duo testes in d. summ. num*. 11. Quæ etiamsi sit facta extra testamentum, attenditur, vt plenè per Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib*. 3. *tit*. 1. *num*. 1. *&* 4. Et ex ea colligi potest interpretatio verborum, & dispositionis testatoris, Cardin. Seraphin. *decis*. 382. *num*. 5. & coniecturari illius mens, siue facta fuerit ante, siue post testamentum, Bart. & alij *in l*. 2. *ff. de vulgar. & pupill*. Ruin. *in l. heredes mei*, *§. cum ita*, *num*.21. *ff. ad Trebellian*. 13

Adduntur etiam confessiones Sforziæ, de quibus deponunt testes *in d. summ. num*.12. quòd bona Cæsarum à se possessa erant fideicommisso subiecta, quibus confessionibus standum est, vt in terminis fideicommissi, Socin. *cons*.12. *num*.20. *versic. secundum quæ*, *lib*. 3. Pariss. *cons*. 11. *num*. 39. *lib*. 3. Decius *cons*. 87. *num*. 22. *lib*. 2. Bart. *decis*.81. *num*. 16. Et fuit dictum in hac eadem causa 12. Ianuarij 1615. & in simili in Romana mensæ numulariæ 30. Iulij 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & cùm dicti testes de consensu partium in iudicio fuerint habiti pro ritè, & rectè examinatis, cessant defectus contra examen oppositi, Honded. *cons*. 101. *num*. 33. *vol*. 1. cum alijs per Farinac. *de opposit. contra exam. quæ est* 72. *num*. 149. & eorum dicta non possunt intelligi, nisi de vltimis codicillis, cùm referant se ad *art*. 52. *&* 53. illos continen. Card. Seraph. *decis*. 72. & licèt singulares sufficiunt; tamen ad probandum voluntatem, & intentionem testatoris, Castr. *consil*. 395. *col*.3. *in princ. versic. Isti quidem*, *lib*.2. Aym. *cons*. 73. *num*. 33. & fuit dictum in Romana de Alexijs 24. Februarij præteriti coram R.P.D. meo Caualerio. 14

Nec constare visum fuit de contraria mente testatoris, ex illis verbis, *totam*, *liberam*, *& absolutam*, quia vltra quòd DD. ad hoc allegati loquuntur in casu, in quo 15

vnus

vnus tantùm fuit hæres institutus, & sic nostro non applicantur, in quo plures fuerunt hæredes scripti, iuxta distinctionem Peregr. *d. art.7. num.* 11. Sufficit ad exclusionem reuocationis fideicommissi, quòd dicta verba possint reddi dubia, & æquiuoca, & aliud operari, vt de verbo *liberè*, Gozad. *d. cons.*30. *num.*15. Laderch. *d. cons.* 120. *in fin.* & in his præcisis terminis resolutum fuit in ciuitatis Castelli fideicommissi 10. Nouembris 1578. coram bon. mem. Bubalo, & facit decisio in Parmen. Datij longè Padi 10. Iunij 1611. coram R. D. meo Decano, & de similibus verbis pro faciendis voluntatibus, & libero arbitrio, Dec. *cons.*253. *viso puncto*, Paris. *cons.* 18. *num.* 25. *vol.*3. & quòd possit ad libitum disponere, Dec. *respons.*92. *in fin. vers. Non obstat*, 4. lo 5. Ruin. *consil.* 99. *num.* 52. *vers. & similiter, lib.*4. Peregr. *cons.*93. *num.*7. & 8. *lib.* 1. Quia verba semper recipiunt interpretationem à subiecta materia, vt de dicto verbo *liberè*, Laderch. *vbi suprà*, Gonzal. *ad reg.*8. *glos.*53. *num.*24. Gratian. *discept.*46. *num.*11. & Rot. *in decis.*316. *num.*16. *part.*2. *diuersor.* & in Bononien. de Blanchettis 6. Martij 1592. coram Illustriss. Card. Mellino.

16 In proposito autem, omissis alijs consideratis per informantes, quorum aliquæ applicari possent circa varias dictorum verborum significationes, inter cætera dici potest, quòd cùm Nannes in testamento instituisset hæredes dictum Sforziam pro vna ex tribus partibus, pro alijs verò duabus Priorem Io. Cosmum, & Numam Pompilium filios Cæsei quoad proprietatem, Cæseum verò quoad vsumfructum, relinquendo postea in codicillis eidem Cæseo non ampliùs vsumfructum in dictis duabus partibus, sed proprietatem medietatis omnium trium partium, & Sforziæ non ampliùs tertiam partem, sed aliam medietatem dictarum trium, poterat hoc modo dubitari, an idem Sforzia, qui pro consequenda sua medietate percepturus erat vltra dictam tertiam partem sibi relictam in testamento quartam partem ex dictis duabus ibidem relictis Io. Cosmo, & Numæ Pompilio, debuisset pro dicta quarta præstare vsumfructum relictum Cæseo in dictis duabus. Ideò verba illa, totam liberam, & absolutam, possunt intelligi apposita ad inducendam liberationem à dicto vsufructu, non autem à dicto fideicommisso, sed vbi etiam in aliquo repugnarent, esset potiùs attendenda mens, & voluntas illud non reuocandi, & quòd in eo veniant prælegata (quæ est certa ex supradictis) illa enim seruanda est etiam contra propriam verborum significationem, Cign. *in d. l. cum virum, num.*1. *vers.*3. *oppono C. de fideicommis.* & ibi Burrig. *in fine*, Odofred. *n.*1. *vers. aliquando spectatur voluntas*, Alber. *num.*3. Bald. *num.* 19. & Salic. *num.* 5. Paris. *cons.*79. *num.*11. *& seqq. lib.*2. Card. Mantic. *de coniect. lib.* 1. *tit.*7. *num.*3. & Peregr. *d. art.*7. *num.*21.

17 Demum non fuit visum obstare, quòd D. Prior in duobus instrumentis fassus fuerit bona prædicta esse libera ab omni obligatione, hypotheca, & fideicommisso. Nam in primo dell'anno 1607. venditionis vnius petioli terræ in dicto territorio Cæsarum hæc assertio non legitur, cùm ex prædictis appareat euidenter erronea, *l. non fatetur, ff. de confess.* Dec. *cons.*408. *num.*5. Aym. *cons.*56. *num.*8. *in fin. vers. Præterea*, & *cons.* 202. *num.* 1. Corn. *cons.* 229. *num.*3. *vol.*2. Et sit circa ea quæ sunt iuris, an scilicet fideicommissum esset reuocatum, necne, vt considerat Decian. *vbi suprà num.*69. Similis verò assertio in instrumento permutationis factæ 3. Martij 1608. per Sforziam, & Priorem Ioan. Cosmum cum Ioanne Baptista Interamnen. est incidenter, nec præiudicat, cùm principaliter de fideicommisso disputetur, vt ex Burr. & Felin. *in cap. illud, de præsumpt.* not. in specie Decian. *respons.* 33. *num.*68. *vol.*1. Alia in contrarium adducta Dominis visa fuerunt responsione non indigere. Et ideò ex his decisum fuit, clarè constare de non reuocatione fideicommissi, prout etiam esset in dubio pronunciandum, ex allegatis per Mantic. *de coniect. lib.*12. *tit.* 1. *num.*10. & Peregrin. *de fideicommis. art.* 1. *num.* 40. *vers. cum enim constat, &c.*

R. P. D. SACRATO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Anconitana, seu Ausimana florum.

Lunæ 18. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio non conceditur non probata possessione tempore motæ litis, & de probatione possessionis per testes plura notantur, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

*Manutentio non conceditur non probata possessione tempore mota litis, num.*1.

*Possessio probata contra vnum non suffragatur quoad alium, num.*2.

*Testis contra producentem plenè probat, num.*3. *in fine.*

*Testis de facto proprio deponens probat plusquam semiplenè, & satis dicitur deponere de facto proprio deponens, etiam quod deponat de facto, quod est sibi commune cum alio, num.*4.

*Possessio quæ per decennium non habet adminiculum facti admittitur, num.*5.

Possessio non probatur per testes de audito, num. 5. *in fine.*

Vniuersitati, seu communitati præiudicare non possunt particulares homines. Aliud enim est factum singulorum de vniuersitate, aliud vero factum ipsius vniuersitatis.

DECISIO DCCLXII.

1 TEnnuerunt Domini, sententiam de partibus, quæ concedit manutentionem Communitati Anconæ, contra Communitatem terræ Offaneæ, ad portandum flores ad Ciuitatem Anconæ in festo Sanctissimi Corporis Christi, esse infirmandam; quandoquidem ex deductis non apparet de quasi possessione dictæ Communitatis Anconæ de tempore motæ litis, quod est præcipuum requisitum, ad obtinen. manutentionem, *§. retinendæ, Instit. de interdict.* Couar. *pract. quæst. cap.*17. *num.*3. *vers. quoad interdictum*, Alex. *consil.*90. *num.*4. *lib.*1. Neuiz. *cons.*80. *num.*2. Caputaq. *decis.*198. *part.* 2. Seraph. *decis.*1295.

2 Nec suffragaretur quasi possessio contra alias Communitates, nisi probatur in indiuiduo contra Communitatem Offaneæ, etenim quasi possessio contra vnum non suffragatur quoad alium, Crauet. *cons.* 317. *in fin.* Paris. *consil.*37. *num.*17. *lib.*3. Menoch. *consil.* 331. *n.* 113. Et eo minus, quia terra Offaneæ non est de Diœcesi Anconitana. Vnde quicquid fecerint Castra Diœcesis in honorem Sanctissimi Corporis Christi, & sic ad cultum spiritualem, non inferret ad Castra, quæ non sunt de Diœcesi Anconitana, & quæ tenerentur exhibere cultum spiritualem suæ Cathedrali, aliàs posset euenire, quòd terra Offaneæ pro eodem cultu posset grauari duplici onere, nempè, & in ciuitate Domina temporali, & in ciuitate Domina spirituali, contra not. *in cap. non debet de reg. iur. in* 6. cum concordantibus, & sic stante diuersitatis ratione, non benè arguitur de castris subiectis Anconæ, in temporalibus, & spiritualibus ad castra subiecta in temporalibus tantùm, ad not. *in l. illud ff. ad l. aquil.* cum similibus.

3 Non obstant testes inducti pro parte Communitatis Anconæ, quia visum fuit, illos non concludere quasi possessionem de tempore litis motæ, quin potiùs aliqui ex illis contrarium deponunt. Primus testis licèt dicat se tulisse intimationes Communitati Offaneæ ad portandos flores, attamen expresè declarat, se nescire, an dicti flores fuerint asportati, vel non. Tertius testis iuxta quartum expresè dicit se non esse informatum, an Communitas Offaneæ portauerit, aut miserit flores, vel non, & idem repetit iuxta quintum, & iuxta sextum. Quartus testis satis clarè deponit contra Communitatem, dicit enim se esse Officialem Communitatis Anconæ, & fuisse suam incumbentiam recipere dictos flores, & exercuisse dictum officium spatio 18. annorum in circa, & quòd durante suo officio, nunquam

vidit

vidit Communitatem Offaneæ portasse istos flores; & ponderarunt Domini, quòd iste testis ex duplici capite est maximè attendendus. Primò, quia inductus ab ipsa Communitate Aoconæ, contra quam deponit, ad not. per Bald. *in l. data opera, num.47. C. qui accusare non pos.* Bart. *consil.92. num.6. lib.1.* Bero. *consil.96. num. 11. lib.3.* Boer. *decis. 245. num. 3. in fine*, Surd. *consil. 217. num.21.* Grammat. *decis. 34. num. 10. cum tribus sequentib.*

4 Secundò, quia deponit de facto proprio; dicitur enim factum proprium, quod est sibi commune cum alio, *Clem.1.* & ibi Imol. *num. 9. versic. tertio casu, de probat.* Rota in Elnen. beneficij 27. Februarij 1606. coram Reuerendiss. Bononien. & in Asculana iurispatronatus 18. Martij 1616. coram me; testis autem in facto proprio, plusquam semiplenè probat Paul. de Castr. *in l. quicunque, in fin. C. de seru. fugit.* Alex. *consil.192. sub num. 14. vol. 6.* Gabr. *conclus.1. num.20. & 22. de testib.* Quintus testis, & ipse concordat cum isto quarto, ibi, *sono alcuni anni che la detta Communità d'Offagna non porta, nè manda li fiori in Ancona.*

5 Et licèt subiungat esse verum, *che 25. ò 30. anni fà era solita detta Communità mandare in Ancona detti fiori per detta Festa*, & se vidisse illos portare, attamen etiam sit talis depositio concluderet quasi possessionem de tempore ante 20. annos, non suffragaretur modernis temporibus, & sic de tempore motæ litis; quia possessio, quæ per decennium non habet adminiculum facti, amittitur, Ioan. de Imol. *in cons.111. sub num.2.* Castr. *cons.54. num.1. lib.1.* Gabr. qui multos congerit, *de restit. spoliat. concl. 5. num.22.* Sextus testis, & ipse percutit tempus ante 30. annos, erat enim tempore examinis annorum 45. suæ ætatis, & deponit de his, quæ vidit, vel fecit, dum erat annorum 14. in circa. Septimus testis licèt dicat, se scito, *che sono stati portati li fiori dalle Communità per honorare la Festa del Santissimo Sacramento*; attamen dicit, *che Castello fusse, io non me lo ricordo*; dicebant etiam adesse alios testes de auditu, qui non probant, ad *l. testium Cod. de testib.* Natt. *consil. 245. num. 1.* Gemin. *consil.142. num. 5. vers. Bertinus*, Alex. *cons. 72. num. 8. in fin. lib. 1.* Roland. à Vall. *consil. 51. num. 23. & seq. lib.1.*

6 Et vlterius fuit ponderatum, quòd testes, qui deponunt de antiquis temporibus, adhuc nihil concludunt de illo tempore, quia non deponunt, fuisse asportatos de ordine Communitatis Offaneæ, congregato Conc. vt requirebatur ad obligandam Communitatem, aliàs quicquid fecissent particulares homines, non posset præiudicare ipsi Communitati, *c. non debet de reg. iur. in 6.* Aliud est enim factum singulorum de Vniuersitate, aliud verò factum ipsius Vniuersitatis, *l. sicut ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Federic. de Sen. *cons. 15. in princip. vers. præterea aliud*, Gabr. *concl. vnic. num. 6. & seq. quod cuiusque vniuers. nom.*

R. P. D. PAMPHILIO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Reatina bonorum.

Veneris 22. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Prohibitus alienare sub pœna caducitatis, si prohibitioni contrauenitur, cadit à re alienata, non autem à rebus non alienatis, & multò minus cadit à fideicommisso iniuncto in casu mortis.

SVMMARIVM.

Fideicommisso expirato possunt bona fideicommissaria alienari, non obstante quacumque testatoris prohibitione de non alienando, num. 1.

Prohibitus alienare si alienat, cadit à iure rerum alienatarum, & non ab alijs rebus non alienatis, num. 2. & 3. Vbi nec etiam cadit à fideicommisso facto in casu mortis.

Instrumentum dicitur probatio probata, num. 4.

Prohibitus alienare sub pœna caducitatis ab omni iure intelligitur in casu alienationis, & à re alienata, non autem, quòd sit exclusus à fideicommisso in casu mortis, num. 3. & 5.

DECISIO DCCLXIII.

1 FVit resolutum laudum esse reuocandum, quia declarat Sideriam esse immittendam in possessionem bonorum, de quibus agitur, sub prætextu quòd super ijs factus fuerit locus fideicommissis ex testamento Peregrini, & Angeli ad fauorem Ioannis, & Attilij fratrum, & quòd ex illorum persona, dicta bona ad Sideriam vti sororem, & hæredem ab intestato transmissa fuerant, & tamen per dictum Peregrinum testatorem, & Angelum ipsius filium, dicta bona perpetuo fideicommisso supposita fuerunt, cùm expressa probibitione alienationis ad fauorem descendentium masculorum, fœminis quoad ea perpetuò exclusis, ita vt cùm Hortensium, & Dominicus fuerint vltimi masculi ex descendentibus testatorum in dictis fideicommissis vocati, sicque fideicommissum in ijs expirauerit, benè potuerint dicta bona liberè alienare, *l. cum pater, §. libertis, in fin. ff. de legat. 2.* Paul. de Castr. *consil.454. num.2. lib. 1.* Dec. *consil. 635. num. 18.* Gabr. *consil. 140. num. 42. lib. 1.* Surd. *consil. 284. num. 19. consil. 473. num. 6. & consil. 559. num. 9.* Rota in causa Vrbeuetana fideicommissi 24. Nouembris 1614. coram Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo.

2 Nec obstare, quòd aliqua ex supradictis bonis per Hortensium, & Dominicum, de anno 1587. alienata fuerint, & consequenter statim factus fuerit locus dictis fideicommissis ad fauorem Ioannis, & Attilij vnius ex dictis alienantibus filiorum, quia fuit responsum, quòd prohibitio alienationis est facta sub pœna caducitatis ab omni iure in re alienata, quo casu non poterat dici factus locus fideicommisso ad fauorem Ioannis, & Attilij super omnibus bonis, de quibus loquitur laudum, cùm pœna priuationis comprehendat tantùm bona alienata, nedum quia ad ea est restricta per testatores, ad not. per Doctor. *in l. filiusfamilias, §. diui, il 2. ff. de legat. 1.* Sed etiam quia regulariter de iure pœna priuationis pro re tantùm alienata locum habet, & non vltrà, Ias. *in l. ait prætor num.4. & seq. ff. de iur. iuran.* & post alios Menoch. qui dicit hanc opinionem esse probabiliorem, & magis receptam, *consil. 164. num. 22.* & sine dubio procedere iuris Canonici æquitate inspecta, post relatos testatur Honded. *consil.72. num.13. lib.1.* Ideòque laudum remanet iniustum, saltem quoad bona alienata per Dominicum, de anno 1592. post mortem dictorum Ioannis, & Attilij, quorum respectu iam fuerat factus locus fideicommissis ad fauorem ipsius Dominici, qui propterea vti vltimus vocatus dicta bona liberè alienare potuit, ex supradictis.

3 Vltra quod fuit etiam dictum, laudum esse iniustum quoad bona alienata de dicto anno 1587. quia licèt alienantes ab omni iure super re alienata, tunc ceciderint ad fauorem Ioannis, & Attilij, & fideicommisso in casu alienationis priuati essent; non tamen sequitur, quòd essent exclosi à fideicommisso in casu mortis, si Ioannes, & Attilius prædecessissent, prout postea contigit, Bart. *in l. cum pater, §. libertis, sub num. 2. in fin. ff. de legat. 2.* Ruin. *consil. 166. num. 4. & 9. in fin. lib. 2.* Honded. *dicto consil.72. num. 10. & pluribus sequentibus, lib.1. & cons.69. num.50. lib.2.* Petr. *de fideicommis. qu. 11. num.576.*

4 Quòd autem Ioannes, & Attilius prædecesserint, satis visum fuit constare ex testibus, qui deponunt, quòd Ioannes obijt ante Attilium, & quòd Attilius obijt de mense Augusti 1591. Hortensius verò superuixit postea per plures annos, vt apparet ex ipsius testamento condito de anno 1597. prout etiam superuixit Dominicus, vt constat ex publico instrumento venditionis factæ de anno 1592. quòd dicitur probatio probata, Bald. *in l. 1. num. 8.* & ibi Iason. *num. 10. ff. de nou. oper. nunciat.*

5 Neque releuare, quòd Peregrinus testator alienantem, & quomodolibet contrafacientem ab omni iure cecidisse, eòque irreuocabiliter priuatum esse declarauerit, quia id intelligitur in casu alienationis, ita vt alie-

alienantes censeantur irreuocabiliter priuati ex alienatione facta per cohæredem, vel alium, non autem quòd censeantur etiam exclusi à fideicommisso in casu mortis, ex supradictis, & facit quia licet alienantes contrauenerint respectu fideicommissi ex causa alienationis, non tamen contrauenerunt respectu fideicommissi in casu mortis inducti, & propterea eo priuari non debent, cùm circa ipsum in nihilo deliquerint, ad text. *in l. ex facti §. Iulianus ff. de vulg. & pupill.* cum alijs adduct. per Honded. *d. cons. 72. n. 10. & seq. in fin.*

6 Minus obstare, quòd alienantes supradictis fideicommissis in omnibus, & per omnia in instrumento alienationis renunciauerint; quia placuit responsio, quòd cùm id fecerint ad cautelam, & ad fauorem emptoris, ne scilicet ex causa fideicommissi venditio annullari posset, non censentur propterea exclusi à fideicommisso in casu mortis, & sic à iure superueniente ex persona substitutorum, ex supra deductis.

Et ita decisum.

R. P. D. B V R A T T O.

Spoletana bonorum.

Veneris 22. Aprilis 1616.

A R G V M E N T V M.

De manutentione concedenda ei, qui sua possessione spoliatus fuit per sententiam iudicis notoriè iniustam, quando pro spoliato se non habuit, & quando sententia notoriè iniusta dicatur.

S V M M A R I V M.

Mandatum de manutenende dari debet sua possessione spoliato vigore sententiæ notoriè iniustæ & non habentis se pro spoliato, n. 1.

Sententia quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta, num. 2.

Possessio iure familiaritatis nullum possessori ius tribuit, n. 2. & 3. in fin.

Possessio præsumitur iure familiaritatis, quando possidens nullum habet ius, præsumiturque possessorem possidere nomine habentis titulum, præsertim ad exclusionem spolij, n. 3.

Possessio curatoris non præsumitur iure proprio, sed nomine pupilli, cuius curam quis gerit, n. 4.

Sententia vbi est iniusta, est etiam iniusta exequutio facta illius vigore, ibid. in fine.

Testes examinati sine citatione partis, & sine commissione iudicis, dicuntur nulliter examinati, n. 5. & 6.

Meliorarmentn vbi sunt liquida impediunt reintegrationem possessionis, nec cnutioni de illa reficiendo locus erat., num. 7.

D E C I S I O DCCLXIV.

1 DIxerunt Domini dandum esse mandatum de manutenendo Francisco, electo à possessione bonorum, de quibus agitur, per sententiam de partibus notoriè iniustam, & non habenti se pro spoliato, quod quotidiè seruat Rota, ex communi & trita conclusione, quòd iudex minus rectè & ritè procedens non priuat possessione, *cap. consequente de restit. spoliat.* & ibi Abb. *num. 8.* quæ manutentio datur in gradu appellationis, vt seruatum fuit in pluribus causis relatis in illa Romana de Bambellis coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & vltimo loco in Papien. bonorum 17. Decembris 1612. coram R. P. D. meo Verospio.

2 Quòd autem sententia sit notoriè iniusta, ostenditur. Primò, quia ex actis non iustificatur, Put. *decis. 401. lib. 1. in fin.* Cæsar. de Grass. 16. *n. 15. de probat.* Card. Seraph. *decis. 684. num. 8. & decis. 987. num. 2. & 6.* & de inueterata Rotæ obseruantia idem Cardin. Seraph. *decis. 1261. num. 5.* Deficit enim primum extremum in hoc iudicio requisitum, quia possessio Doralicis per septem eius testes probata, aut fuit iure familiaritatis, vt arguitur. Tum ex renunciatione successioni paternæ per ipsam præuia dote sibi constituta facta Capitulo Francisco patri stipulanti pro se, & Innocentio filio legitimato, eiusque descendentibus, cum præsentia iudicis & consensu propinquorum, Corn. *cons. 91. num. 17. vers. maximè, vol. 4.* Tum ex duobus testamentis paternis, in quibus d. Innocentius fuit vniuersaliter hæres institutus, & Doralix ei substituta.

3 Vndè cum ipsa non existente conditione substitutionis nullum haberet, nec habere posset titulum, adeò vt nec etiam potuisset à creditoribus vti hæres conueniri, vt in puncto considetatur, Soc. *cons. 60. num. 7. vers. ex prædictis vol. 1.* possessio illius præsumitur iure familiaritatis, & nomine Innocentij habentis titulum ex prædictis testamentis, Bart. *in l. qui iure 41.* & ibi Castren. & alij *ff. de acquiren. hered.* Soc. *d. cons. 6. num. 4. 5. & 7. lib. 1.* Menoch. *præsump. 67. num. 12. lib. 6.* & in terminis ad exclusionem spolij Pontan. *de spol. lib. 3. sub num. 50. vers. probabiliter igitur, & vers. idemque futurum,* & consequenter huiusmodi possessio attendi non debuit, nec in aliqua consideratione haben. *l. qui iure, & l. communis seruus ff. de acquir. possess.* & ibi Doct. præsertim Castren. *in l. specie nostra ad obtinen. in spolio*, Gozad. *cons. 99. num. 15.* Bero. *cons. 58. num. 9. & cons. 60. n. 23. & 24. vol. 3.* Ceph. *cons. 4. num. 40. vol. 1.* Pont. *de spol. d. lib. 3. sub n. 50.*

4 Aut prædicta possessio Doralicis fuit iure proprio, & cùm per testes ipsius non probet priuatiua, quoad alios, sed simul etiam cum Innoc. vt deponunt primus, & quartus, qui etiam coadiuuatur per secundum & septimum, testificantes de cohabitatione dicti Innocentij in domibus hæreditarijs, & cum Cæcilia quoque eius matre, vt deponunt omnes, siue illa iure proprio possederit, siue curatorio nomine dicti Innocentij, prout præsumendum videtur ex eo, quòd tutrix & curatrix illius relicta fuit in vltimo testamento Francisci, Gozadin. *d. cons. 99. num. 5. & num. 7. in fin. & num. 15.* Bero. *d. cons. 58. num. 3. vol. 3.* Paris. *cons. 99. num. 18. vol. 2.* Numquam potuit Doralix reintegrari ad totam & integram possessionem bonorum emptorum & possessorum per Franciscum, & ideò sententia ad totam reintegratoria reditur expressiua, & sic in totum nulla & iniusta, *l. in hoc iudicio ff. famil. hercisc.* Put. *decis. 315. num. 1. cum seq. lib. 1. in nouis*, & consequenter etiam executio, iuxta decis. in illa Romana spolij 21. Februarij 1600. coram bon. mem. Iusto.

5 Secundò principaliter, quia testes Doralicis fuerunt sine partis citatione ad videndum illos iurare, & sic nulliter recepti, *l. si quando Cod. de testib. cap. 2. eod. tit.* Rot. *decis. 15. eod. tit. in nouis*, ac etiam sine commissione receptionis iuramenti, quod erat præstandum, vel per iudicem Notarium de eius mandato, Bart. *in l. videamus §. deferri de in lite. iuran.* Felin. *in c. tuis nu. 8. vers. item quoniam, de testib.* Verall. *dec. 266. in princ. par. 3.* Vestr. *in prax. lib. 6. cap. 2. num. 11.* & ibi Apostil. *n. 45. & seq.* Rota in Niuetina castri 6. Iulij 1595. coram Card. Blanchetto.

6 Nec decretum 18. Septembris 1613. in præsentia Procuratoris Francisci aliud continet quàm admissionem articulorum Doralicis, non autem declarationem instrumenti, & testes non iurarunt nisi de mense Nouembris subsequenti, de quo fuerunt examinati. Aliud verò decretum 18. Iunij 1614. commissionis factæ Notario instrumenti testium, quòd interim habeantur pro iuratis de partium consensu, fuit post examen testium super primo completum, & pro examine aliorum testium super alijs articulis ad repulsandum testes Francisci, & super quibus postea aliqui testes non fuerint inducti, & præfata fuerunt in facto coram me firmata.

7 Tertiò, iustitia notoria resultat ex reiectione exceptionis melioramentorum factorum per Franciscum in refectione hospitij, reductione terrarum ad culturam, plantationem arborum & vitium, & exciccatione aquarum et ædificiorum, quibus omnibus & alijs vltra testes Doralicis iuxta 21. et 22. deponunt omnes testes Francisci, prout etiam, quòd sunt vtilia et necessaria, et videlicet primus, tertius, et quartus iuxta 38. et super 39. et quintus iuxta 35. et 38. et art. 39. et 6. iuxta 39. octauus, nonus et decimus iuxta 38. et 39, quorum etiam aliqui de augmento valoris et redditus bonorum propter dicta melioramenta, videlicet primus iuxta 41. et 57. tertius iuxta 40. de quibus melioramen-

mentis fuerat in tempore oppositum et protestatum, et ideò cùm essent liquida saltem in genere, non erat locus reintegrationi, nisi illis in primis, & ante omnia refectis ipsi Francisco possessori bonæ fidei & cum tit. empt. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 569. *vers. contrarium*, Pontan. *de spol. lib.* 4. Surd. *num.* 63. *vers. interdumque poterit*. Nec erat locus cautioni, Capic. *decis.* 57. *num.* 7. Ruin. *cons.* 44. *in fin. lib.* 1. Menoch. *dict. remed.* 15. *n.* 570. quam opinionem sequitur Rota, teste Galles. *de oblig. Cameral. part.* 4. *quest.* 2. *num.* 13. *& est decis. Putei* 10. *de re iudic.* & Peregr. 16. *ead. tit. in manuscr.* in cuius decisionis casu melioramenta non erant liquidata, & possessor erat paratus liquidare, & probare, Rot. *decis.* 120. *part.* 2. *diuers.* cum alijs in Romana de thesauris 11. Ianuarij 1613. coram Reuerendissimo Damasceno.

R. P. D. PIROVANO.

Mediolan. pensionis.

Veneris 29. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Arbitrio alicuius quando quid est commissum morte arbitrari debentis expirat arbitrium. Cætera videas in summario.

SVMMARIVM.

Verba plus, *&* minus *solent importare quantumcumque tempus subiectæ materiæ sit necessarium, n.* 1.

Verba prout sibi videbitur, *&* prout sibi visum fuerit, *important liberam, & absolutam potestatem, num.* 2.

Prorogatio non præsumitur maior prima dilatione, n. 3.

Arbitrium omne arbitrari debentis illius morte extinguitur, ibid. in fine.

Indefinita oratio solet vniuersali æquipollere num. 4. *declara, vt n.* 5.

Voluntas ex facto declaratur, n. 6.

DECISIO DCCLXV.

1 CVm ad fauorem deputatorum fabricæ Canonicæ Ecclesiæ maioris ciuitatis Mediolani fuisset resolutum Canonicos ordinarios neque beneficiatos officiales durante 2. quinquennio posse fructus bonorum fabricæ applicatorum in præiudicium fabricæ subtrahere, quòd videbatur etiam conuenire resolutionibus iam factis inter Canonicos, & officiales coram R. P. D. meo Vbaldo 22. Maij 1614. & 20. Februarij 1615. exindè dubitatum fuit, an esset recedendum à prædictis decisionibus in ca parte, in qua fuerat firmatum applicationem per S. Carolum factum vltra secundum quinq. non durare, qui erat effectus præsentis disputationis, ex quo fabricerij prætendebant fructus dd. bonorum vinculatos remanere vsquequò fabrica fuisset perfecta, iuxta eiusdem S. Caroli facultates.

2 Verum DD. censuerunt non esse recedendum à prædictis decisionibus. Nam etsi de applicatione fructuum pensionis, & bonorum Caluenzani, & Besati instrumento constet, & de potestate Sancti applicanda non videatur posse dubitari, cùm de pensione & bonis Caluenzani in Breui Pij V. sub Gregor. XIII. expedito legatur facultas per quinquennium, & plus, & minus, arbitrio suo, & vsquequò fabrica fuerit perfecta, quæ voces *plus*, *& minus* solent importare quantumcumque tempus subiectæ materiæ sit necessarium, *l. sufficit ff. de cond. indeb. l.* 1. *C. de legat.* & declarat Soc. sen. *cons.* 51. *n.* 44. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 816. *n.* 8. *&* 9. & quoad bona Besati amplior sit facultas ex altero Breue eiusdem Greg. XIII. dum illa est data arbitrio suo, & prout sibi videbitur, & in alios etiam quos dixit vsus, & prout sibi visum fuerit expedire, ex quibus libera, & absoluta potestas videtur attributa per ea, quæ latissimè tradunt Crau. *cons.* 105. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. iud. q.* 8. *n.* 12. Surd. *cons.* 380. *n.* 33. *& seqq.*

3 Tamen de voluntate non est absolutum vsquequo fabrica sit perfecta, quia applicatio reperitur facta ad primum quinquennium, iuxta facultates, & inchoanda ab anno 1577. in Natiuitate Domini, & finien. in eodem die de anno 1582. & de eadem voluntate circa vsum arbitrij in maiori tempore durare deberet, applicatio non videtur constare vltra secundum quinquennium, quia instrumentum fabriceriorum anni 1583. 13. Octobris, quod in decisione 12. Maij 1614. dictum fuit continere applicationem pensionis, & sic verius declarationem continuationis applicationis, emanauit postea noua facultas ad secundum quinquennium per eundem S. Carolum obtentum, nempe de anno 1582. 18. Martij. Ideò ab ea tanquam à præcedenti titulo videtur regulandum & declarandum, *l. quæ mulier cum glos. ff. de rei vend. l.* 2. *de acq. poss.* Dec. *cons.* 297. *n.* 2. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 23. Bec. *cons.* 6. *num.* 6. ac etiam ne maior videatur prorogatio prima dilatione, vt benè ponderatur *in decis.* 12. Maij 1614. ex Bald. Gabr. & alijs alleg. & cessante declaratione voluntatis clausula *plus*, *& minus* arbitrio eiusdem Sancti, & vsquequo fabrica sit perfecta, non potest, mortuo eodem sancto Carolo, ampliare determinationem temporis expressam in 5. annos, cùm omne arbitrium arbitrantis morte extinguatur, *l....:* §. *fin.* vbi Bart. *n.* 5. *ff. de verb. oblig.* cum alijs alleg. in decis. 20. Februarij 1615.

Non obstat, quòd S. Carolus viuens declarauerit arbitrium esse in perpetuum vsque ad fabricæ perfectionem, dum transacto primo quinquennio, finito in Natiuitate Domini anni 1582. de mense Martij anni seq. 1583. deputauit fabricerios indefinitè, & absque temporis præfinitione, cùm potestate exigendi fructus, & illos conuertendi in fabricam, quæ deputatio cùm emanauerit ex facultatiuo arbitrio applicandi fructus vsquequo fabrica fuerit perfecta, habet vim declarationis, & sic nouæ applicationis, quæ, vt iam fuit firmatum, sicut indefinitè facta fuit, ita dicebatur censeri debere applicationem esse factam vsquequo fabrica perfecta esset, sequendo naturam indefinitæ rationis, quæ solet æquipollere vniuersali dispositioni, & facultati, ac si dictum fuisset, vsquequo fabrica esset perfecta, *l. iurisperitos ff. de excus. tutor. l. sufficit ff. de cond. indeb.* & concurren. coniecturis pro fabricerijs circa voluntatem enixam eiusdem Sancti de fabrica perficienda ponderatis dicebatur eo faciliùs sensum prædictum esse retinendum. 4

Fuit enim responsum ex dicta deputatione inferri quidem ad vsum facultatis, & arbitrij ad extendendam applicationem pro maiori tempore vltra quinquennium, & pro eo maiori tempore non declarato indefinitam deputationem æquipollere tempori in administrando, sed non propterea inferri ad declarationem determinati temporis, poterat enim intelligi, vel ad vitam S. Caroli, cùm arbitrium per mortem soleat expirare, vt iam dictum est; vel secundum nouam facultatem pro altero quinquennio, vel vsquequo fabrica perfecta esset, & ideò placuit Dominis arbitrium pro maiori tempore ex deputatione fabriceriorum desumptum esse determinandum ad secundum quinquennium, non autem vsquequo fabrica esset perfecta, per rationes in decisione diei 12. Maij ponderatas, ne scilicet longior sit prorogatio dilatione, & quia hoc conueniebat nouæ facti ad alterum quinquennium obtentæ, & agebatur de præiudicio tertij, cui ista bona, & pensio fuerunt antea applicata, pro quo sumenda est interpretatio, et quantò minus possit, istæ temporales concessiones præiudicent, ac demum quia sanctus Carolus in applicatione de anno 1577. pro fructibus tantùm Caluenzani addidit verba facultatis *plus*, *& minus dd.* 5. *annorum*, prout Illustrissim. & Reuerendiss. Dom. suæ videbatur, et non etiam addidit, vsquequo fabrica esset perfecta, prout debuisset, vt certus esset vsus facultatis, et declaratio sui arbitrij de applicatione vsque ad finem fabricæ, et potiùs contrarium argumentum desumitur, ex quo in Breui secundi quinquennij de facultate sua dubitauit, et deputatio fuit facta post Breue obtentum. 5

Coniecturæ autem in contrarium ponderatæ visæ sunt Dominis non releuare, cùm certum sit S. Carolum non vsum fuisse facultate applicandi prædictos fructus vsque-

vſqueqüo fabrica eſſet perfecta, neque verbis expreſſis, neque ex alio actu, qui eam declarationem ex neceſſitate inferre poſſet, vt exinde tanquam ex facto certo poſſet voluntas declarari, iuxta diſpoſitionem *l. Paulus ff. rem rat. hab.*

7 Non obſtat, quòd applicatio ſemel falſa, cùm clauſula *arbitrio*, cenſeatur perpetuò durare, ratione ſubiectæ materiæ, vt per Crauet. *conſ.* 732. *num.* 12. & conſequenter in præſenti vſqueqüo fabrica ſit perfecta, quia hoc eſt, de quo quæritur, an ſanctus Carolus vſus ſit arbitrio in appoſitione fructuum, vſqueqüo fabrica ſit perfecta, quod Dominis viſum eſt non probari, ſed potiùs contrarium, vt dictum eſt, quòd ipſemet Sanctus dubitauit in vltimo Breui.

8 Non obſtat, quod Sanctus non dubitauerit de priori ſua facultate quoad fabricam Canonicæ, ſed tantùm quoad fabricam domorum officialium, ex quo de anno 1577. applicationem fecerat ad quinquennium, & plus, & minus arbitrio, quod non feciſſet, ſi dubitaſſet perfecto quinquennio non habere facultatem, quia per illa verba *plus*, *&* *minus*, non totaliter dubitatur reſpectu temporis determinati, ſed pro modico tempore, maximè quia Sanctus non addidit verba, *& vſqueqüo fabrica fuerit perfecta*.

9 Similiter ceſſant aliæ reſponſiones datæ ad illud Breue, quod ſcilicet eo non fuerit vſus, vel quòd fuerit obtentum ad cautelam, quia non propterea ceſſat præſumptio ex eo deſumpta ad determinandum voluntatem ſancti Caroli circa tempus ad probandum.

Et ita, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Romana expeditionum, ſeu mercedis.

Mercurij 4. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

De procuratore an, & quando teneatur Notario ſoluere mercedem ſcripturarum factarum in cauſa ſui principalis, & quando credatur libro expeditionum Notarij, in quo facit debitorem ipſum Procuratorem.

SVMMARIVM.

Procurator non tenetur Notario ad mercedem ſcripturarum, niſi vel ex propria promiſſione, vel vtili actione ex locato, num. 1.

Libri retenti ex neceſſitate officij à perſonis authoritate publica deputatis, fidem faciunt, num. 2. *Vbi præſertim de libro expeditionum. Declara, vt fidem faciat contra illum, ad quem ſpectant expeditiones ſcriptæ in libro, ſeu illum, de cuius ordine, & mandato ſcripta fuerint, d. n.* 2. *&* 4.

Notario aſſerenti ſe rogatum de commiſſione ſibi facta non creditur, n. 3.

Libris dationum non creditur in his, quæ non pertinent ad officium ſcribentis, ibid.

*Notarijs pro exactione mercedis ſcripturarum datur officium iudicis nobile, n.*4.

Iudicis officium competit loco deficientis actionis, ibid.

Libris Notariorum circa expeditiones factas non creditur, niſi contra eos ad quos pertinent expeditiones, ibid.

Procurator non tenetur Notario ſoluere mercedem ſcripturarum habitarum pro ſuo principali, niſi fidem propriam aſtrinxiſſet, n. 5.

Procurator præſumitur proprio nomine contraxiſſe, & non ſe ipſum obligare voluiſſe, ibid.

Procurator præſumitur ſolum ſuum principalem obligare voluiſſe, quando is qui contraxit, ſciebat mandatum, ibid.

Soluens debitum in aliqua parte, non videtur debitum approbaſſe in parte non ſoluta, n. 6.

DECISIO DCCLXVI.

1 Dixerunt DD. Dominum Torquatum non teneri ad ſoluendam ſummam à Fabrio petitam pro mercede expeditionum, & ſcripturarum in eius officio dum erat Notarius A. C. pro diuerſis perſonis confectarum, de qua fuit eidem datum debitum in libris dicti officij. Ipſe enim non tenetur ad mercedem niſi vel ex propria promiſſione, Bart. *in l.* 1. *§. ludi in fin. ff. de var. & extr. cogn.* Bec. *conſ.* 27. *num.* 9. vel vtili actione ex locato. Idem Bart. *in d. §. ludi, & in l. argentarius nu.* 3. *ff. de eden.* & ibi Angel. *num.* 2. *circa fin.* Alex. *num.* 5. Iacob. *num.* 8. Iaſ. *num.* 1. *&* 2. Cagnol. *in l. ſi librarius num.* 49. *ff. de reg. iur.* & Bec. *d. conſ.* 27. *num.* 4. *&* 9. Quæ tamen promiſſio, vel locatio non probantur ex dictis libris, ſuper quibus Fabrius intentionem ſuam fundare conatur.

2 Quamuis enim (vt notiſſimum eſt) in illis adnotentur expeditiones in Curia, & extra, ad hoc præſertim, vt in fine cuiuslibet menſis videantur emolumenta officiorum, de quibus participes ſunt Illuſtriſſimus D. Cardin. Camerarius, A. C. Montiſtæ, & Maſſa communis Collegij Notariorum, vt etiam habetur in Reformatione Tribunalis A. C. fel. record. Pij V. edita 4. Decembris 1570. *in §. de pretio autem, & in §. hoc autem.* Ideòque DD. firmauerint eos vti detentos ex neceſſitate officij, & à perſonis authoritate publica deputatis fidem mereri, *d. l. argentarius, & l. quadam §. nummularios*, vbi Bart. *in fin.* Alex. *num.* 2. Iacob. *num.* 5. & Iaſ. *num.* 8. Rip. *in l. admonendi num.* 130. *verſ.* 1. *caſu ff. de iur. iurand.* cum alleg. per Surd. *conſ.* 429. *n.* 38. & Card. Seraph. *deciſ.* 431. *num.* 5. *& deciſ.* 1088. *num.* 4. & de libro huiuſmodi expeditionum habetur *in d. reformatione §. in omnibus*. Eam tamen mereri dixerunt in eo ſolùm, vt probent quòd dictæ ſcripturæ, & expeditiones fuerint factæ, & datæ extra, vt per DD. *in l.* 2. *C. de eden.* & Cardin. Seraph. *d. deciſ.* 431. *num.* 6. Secus verò in eo, quòd fuerint per D. Torquatum, ad quem non ſpectant petitæ, ſeu de illius ordine, & mandato confectæ, in hoc enim tanquam priuati, & familiares nihil probant ad fauorem ſcribentis, *vulg. l. exemplo*, & ibi DD. *C. de probat.* Bart. *in d. l. admonendi num.* 26. *verſ. ſi vero ff. de iur. iuran.* cum quo tranſeunt ibid. Alex. *num.* 34. Iaſ. *num.* 81. *& in repet. num.* 111. Ripa *num.* 121. Curt. iun. *num.* 38. & Purpurat. *n.* 190. Rot. *deciſ.* 164. *num.* 3. *& deciſ. vltim. num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* & in Tudertin. dotium 6. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo.

3 Sicut in fortioribus non creditur Notario aſſerenti ſe rogatum de commiſſione ſibi facta, quia agitur de eius vtilitate, Dec. *de communi conſ.* 159. *num.* 8. *& in c. quoniam contra num.* 49. *de probat.* Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 79. *num.* 18. & facit Iaſ. *conſ.* 103. *vol.* 1. vbi quòd non credunt libris Dationum, non obſtante priuilegio ducali, quòd fides adhibeatur, reſpectu cuiuſdam fideiuſſionis in eis ſcriptæ, quia non pertinebat ad officium. Nec releuat prætenſa conſuetudo adhibendi fidem in hoc prædictis libris, cùm non fuerit probata, Salicet. *in d. l. exemplo nu.* 1. *circa fin. verſ. oportuit*, Bertachin. *in tract. de gabell. part.* 4. *num.* 4. Dec. *in c.* 1. *num.* 113. *de probat.* Purpurat. *in d. l. admonendi num.* 200. *verſ. ſed tamen*. Ideòque ex prædictis reſultat, quòd in iſtis libris non potuit dari debitum d. Torquato de d. mercede, prout in eorum margine factum fuit per hæc verba, *Torquatus Fierauantes debet*. Quod ideò etiam tantò minus fieri potuit in liberculo (vt vocant) creditorum, qui ex iiſdem libris extrahitur, ne plus credatur ſumpto, quàm originali. Et dictæ ſcripturæ, et expeditiones non ad d. Torquatum (niſi fortè reſpectu curæ, et ſolicitudinis) ſed ad alias perſonas attinentes, præſumuntur ad illarum inſtantiam confectæ, ad not. per DD. *in c. conſtitutis il primo de teſtib.* Bero. *in cap.* 1. *numer.* 53. *de iudic.* Aym. *conſ.* 304. *num.* 4. et Menoch. *præſ.* 23. *num.* 7. *lib.* 2. Et ſic Fabrius dicitur actione carere, et conſequenter non venit audiendus, vt per Bec. *d. conſ.* 27. *num.* 10.

4 Imò nec etiam illi competit officium iudicis nobile, quod competere Notario pro mercede, voluerunt *in d. l. argentarius*, Alber. *num.* 1. *in fin.* et Iaſon *num.* 1. *&* 2. quam-

quamuis contrarium teneant Bart. in d. §. ludi num. 1. Cagnol. in d. l. si librarius num. 49. et Bec. d. consil. 17. num. 9. Quia cùm illud detur loco deficientis actionis, Azor. in sum. Inst. de offic. indic. num. 10. vers. Item pro salario, Cyn. in l. 1. num. 24. vers. illud enim competit, et ibi Odofr. n. 4. in princ. ff. de iurisd. omn. iud. Alber. in rubr. ff. de var. & extr. cognit. num. 2. vers. & vbicumque, Bart. in l. 4. n. 2. vers. primum C. depos. et Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 2. num. 13. præstari non potest, nisi contra eos, ad quos pertinent scripturæ, et expeditiones, vt colligitur ex verbis, l. 1. ff. de var. & extr. cognit. Vbi enim deficit obligatio, nascitur ex mera æquitate, Bald. in l. fin. §. sed cum in secundam, sub num. 1. vers. sol. habet. Cod. de furt. Soc. iun. consil. 52. num. 2. part. 2. cum alijs per Surd. cons. 142. num. 4. vol. 1. & de aliment. d. tit. 3. quæst. 1. numer. 17. & tit. 5. quæst. 1. sub num. 54. et ab ea tanquam à matre descendit, Signorol. cons. 100. num. 13. vers. modò in casu nostro, Surd. d. tit. 3. quæst. 1. num. 16. & d. tit. 5. quæst. 1. d. num. 54. Æquitas verò non solùm hic non adesset si tale officium contra d. Torquatum concederetur, sed resultaret iniquitas, quia sic vnus pro alio sine proprio consensu teneretur, ad tot. tit. C. ne vx. pro marit. C. ne fil. pro pat.

5 Sed quando etiam dicti libri probarent prædictas scripturas fuisse factas de ordine, et mandato Torquati, ipse tamen adhuc non teneretur, nisi fidem propriam adstrinxisset, prout requiritur ad hoc vt Procurator teneatur, iuxt. text. in l. procurator qui pro euictione, et ibi gloss. et DD. ff. de procur. l. 2. §. in eum ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. In dubio autem præsumitur procuratorio nomine contraxisse super rebus ad dominos pertinentibus, Bart. in l. si pupilli §. 1. num. 4. vers. si verò non dicit, et ibi Bald. num. 8. vers. ego dico, ff. de neg. gest. latè Decian. cons. 85. numer. 18. volum. 5. Surd. consil. 19. numer. 33. et Laderch. consil. 36. numer. 10. Præsertim quia Fabrius, cùm quo contraxit, sciebat mandatum extare, quo casu sine difficultate solus dominus obligatur, Bart. in d. §. 1. numer. 5. vers. sed si non haberet mandatum, & in l. qui in aliena §. si is qui putabat ff. de acq. hæred. Surd. dict. cons. 19. numer. 34. & 40. et Menocb. lib. 3. præs. 49. num. 17. Tantò magis concurrentibus coniecturis, quòd Torquatus non adstrinxerit fidem propriam, sed Fabrius sequutus fuerit fidem eorum, ad quos negotia pertinebant, vt patet, quia in partitis descriptis ad creditum Monasterij S. Pauli videtur d. Monasterio credidisse, ex illis verbis, pro eo quod mihi debet Monasterium de anno præterito, & in alijs, ibi, pro partitis spectan. ad Congregationem Cassinen.

6 Non obstant duo ordines Torquati directi Campsori de solun. ccum solutionibus subsecutis; tum quia non probatur illius scientia de partitis ad eius debitum descriptis, & quod ad illarum computum soluerit. Tum etiam quia non ob id sibi præiudicauit in parte non soluta, nec illam videtur tanquam debitam agnouisse, l. fin. vbi gl. & Bald. C. ne vx. pro marit. gl. in l. non dubium in verb. agnouerit, vbi Bart. & alij, C. de test. & Surd. cons. 212. n. 25. & cons. 521. n. 16.

Ex quibus ita, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Alerien. beneficij.

Mercurij 4. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Probatio liquidationis fructuum est difficilis probationis, & in ea admittuntur coniecturæ, & testes singulares, daturque iuramentum in supplementum: ex possessione rei fructiferæ præsumitur fructuum perceptio.

SVMMARIVM.

Fructuum liquidatio probatur per duos testes, & quomodo isti testes desuper deponere debeant, n. 1.

Fructus percipere quisque præsumitur ex fundo quem quis possidet, præsertim quando fundus est fructiferus, n. 2.

Probatio liquidationis fructuum est difficilis, & ideo probatur coniecturis, n. 3.

Fructuum liquidatio probatur etiam per testes singulares, ibid.

Iuramentum in supplementum datur in materia probationis liquidationis fructuum, ibid. in fin.

DECISIO DCCLXVII.

PEr sententiam Rotalem fuit condemnatus Andreas ad 1
dimitten. Vincentio beneficium simplex sancti Saluatoris, & ad restitutionem fructuum à die motæ litis perceptorum. Quos, hodie proposito desuper dubio, dixerunt DD. esse liquidatos ad annuam summam librarum 500. monetæ Ianuen. Perceptio enim fructuum per Andream probatur per duos testes de visu in summ. Vincentij n. 1. videlicet, primum super 2. & secundum iuxt. 12. Bald. in l. 1. n. 22. vbi Salic. in fin. n. 5. C. de fruct. & lit. expen. qui plenè probant ad l. vbi numerus ff. de testib. & c. in omni negotio, & c. licet vniuersis extr. eod. & adminiculatur ista perceptio. Tum ex confessione dicti Andreæ, de qua ter. sup. 2. qui licet vnicus facit adminiculum; tum ex magna verisimilitudine, quia Andreas per d. sententiam, tanquam detentor, fuit condemnatus ad restituendum d. beneficium, & fructus d. Vincentio, quæ fecit transitum in iudicatum, & cui fuit paritum per dimissionem d. beneficij factam per instrumentum 22. Nouemb. 1613.

Ex qua possessione præsumitur etiam fructus percepisse, 3
ne illa reddatur inutilis, Rot. decis. 25. de præb. in nou. in Romana vineæ de Fabris 14. Nouem. 1603. coram bon. mem. Littà, & io Bonon de Panolinis 28. Aprilis 1614. coram R.P.D. meo Manzanedo, in qua aliæ decisiones recensentur, & dicitur solam possessionem sufficere, maximè coadiuuatam alijs adminiculis, & quia bona erant fructifera, itaut Andreæ neganti onus probandi incumbat, Neguf. de pig. 2. in tertia par. princ. n. 19. vers. sed in hoc posset dubitari. Tempus etiam probatur ex dd. testibus, nempè ex 1. & 3. sup. 2. à 7. aut 8. annis citra, qui testes fuerunt examinati de anno 1606. Summa verò probatur ex primo iuxta 11. & 25. ex secundo iuxta 12. & ex tertio iuxta 13. & super 4. in d. summ. n. 3. qui deponunt fructus beneficiorum S. Petri, & S. Saluatoris ascendere annuatim ad minus ad mille libras iuxta solitum, & consuetum, & quòd solent diuidi æqualiter pro medietate, vt deponunt primus iuxt. 21. & sup. 2. sec. iux. 13. & iux. 19. quod fuit præsens diuisionibus, & sup. 2. de medietate, & tertius iox. 13. 18. & iux. 19. de interessentia, & super 2. de possessione medietatis.

Qui testes plenè probant cùm simus in materia liquida- 3
tionis fructuum, quæ est difficilis probationis, & quæ probatur à solito, & per coniecturas, Bald. cons. 323. n. 5. lib. 2. Natt. cons. 536. n. 5. post med. vers. reperio etiam, Achill. decis. 22. de rest. spol. Card. Seraph. decis. 955. n. 3. dec. 1132. & decis. 1245. n. 7. Rota in Camerinen. spolij 4. Ianuarij 1608. coram bon. mem. Iusto, in Maceraten. fructuum 30. Octob. 1613. in d. Bonon. de Panolinis 28. Aprilis 1614. coram R.P.D. meo Manzanedo, vbi dicitur Rotam sequi passim d. decis. Aelull. reprobata decis. Verall. 30. par. 2. & in eadem Bonon. 16. Ianuar. 1615. coram eod. & admittuntur etiam testes singulares, vt fuit dictum in Romana liquidationis fructuum 26. Octobris 1592. coram bo. me. Orano. Imò concurrentibus aliquibus coniecturis potest deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, Bal. d. cons. 323. n. 4. vers. sed super fructibus non liquidatis lib. 2. & in l. si fundum in fin. C. de rei vendic. Rom. in l. admonendi n. 53. vers. item probatur quantitas fructuum ff. de iur. iur. Rota in d. Romana liquidationis fructuum coram Orano, vbi quòd ita seruat sacrum Palatium.

Deducta contra dicta testium visa fuerunt nimis remo- 4
ta, et ideò tantò minus admittenda in hac materia. Quòd verò Ecclesia S. Saluatoris sit vnita Ecclesiæ S. Petri, itaot ad Ecclesiam S. Petri spectent omnes fructus, non subsistit, quia in contrarium est sententia R. P. D. mei Pamphilij. Nec facit ad punctum, quia hodie ex possessione Ecclesiæ S. Saluatoris percipiendi fructus est ius metiendum circa eorundem liquidationem.

Et ita decisum vtraque parte &c.

R.P.D.

R. P. D. SACRATO,
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana domus.

Mercurij 18. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Arbiter non debet ferre laudum super iis, quæ compromissa non fuerunt. Causa quando dicatur eadem, vel diuersa, & quando attentata lite pendente sint reuocanda.

SVMMARIVM.

Compromissum non censetur factum nisi super illis differentijs, quæ in eo leguntur, num. 1.

Contrahentes, & compromittentes quod non expresserunt noluisse præsumuntur, num. 2.

Verba generalia restringuntur ad limites materiæ expressæ, de qua agitur, num. 3.

Emens de pecunia aliena sibi acquirit, & non domino pecuniæ, num. 4.

Arbiter non potest pronunciare super non contentis in compromisso, num. 6.

Confessio non præiudicat confitenti in iis, quæ iuris sunt, & quæ non pendent à potestate confitentis, num. 7.

Causa est diuersa quando personæ litigantes sunt diuersæ, etiam quod super eadem re litigetur, & idem sit articulus, num. 9. & 10. Vbi ampliatur hæc conclusio, vt multò magis procedat stante commissione directa duobus iudicibus.

Attentata non principaliter, sed secundariò, & consequutiue non operatur, idem quod operantur attentata circa principale, num. 12.

Attentata lite pendente non sunt attendenda, nisi vel iudicis maiestatem offendat, vel interesse partis, num. 13.

DECISIO DCCLXVIII.

1 ROta permansit in decisis coram me in hac causa die 29. Februarij 1616. Etenim ex tunc deductis iustitia visa fuit clara, & defectus iurisdictionis, & purgatio attentatorum, quæ duo vltimo loco fuerunt opposita, visa fuerunt DD. non obstare. Firmarunt enim in primis, quòd in compromisso facto inter Donos ex vna, & Albericum ex altera, non comprehenditur domus, de qua agitur, pro quo sufficit dicere: Hoc non legitur in dicto compromisso, Bald. *in l. fin num 4. C. de suis, & legit.* Aldobrand. *cons. 27. num. 44.* & ita fuit resolutum in Romana census 14. Martij 1603. coram me.

2 Compromissum enim fuit tantùm factum super materia rationis banchariæ, & restitutionis scut. octo mill. vt patet ex verbis compromissi, ibi, *Super dicta administratione, & prætensa participatione vtilium earundem rationum, ac computorum reuisione, ac solidatione cunctarum rationum, & aliorum quorumcumque à dictis rationibus dependentium, necnon supradicta restitutione dictorum scutorum octo mill. &c.* Et quòd partes noluerint compromittere prætensiones extra materiam rationis banchariæ, satis videbatur deprehendi ex eo, quòd vbi hoc voluerunt facere, sciuerunt exprimere, quippè quia quo ad restitutionem dictorum scutor. octo mill. quia poterat dubitari, an esset materia rationis banchariæ, vel dependens ab illa, expresserunt, quòd etiam super dicta prætensione faciebant compromissum; ergo idem fecissent de domo, si super illa voluissent compromittere, *ad l. vnicam, §. vbi autem, vers. si autem ad deficientes, C. de caduc. toll.*

3 Et licèt compromittentes vsi fuerint verbis satis amplis, & generalibus, nihilominus illa debent restringi ad limites materiæ expressè, & de qua agebatur, *l. si de certa,* vbi Bald. *in 1. summario, C. de transact.* glos. *in cap. dilecto, verb. vim vi, de sent. excommun. in 6.* Alexan. *in l. 3. num. 24. & 25. C. de acq. poss.* Gem. *cons. 29. num. 3. in fin.*

4 Quòd autem acquisitio domus, de qua agitur, nihil habuerit commune cum ratione bancharia, dicebant colligi ex eo, quòd totum pendet ab inspectione instrumentorum, quæ si cantant ad fauorem Alberici, prout verè cantant, nihil est, quòd ipse in solidatione computorum sit remansurus debitor rationis banchariæ, vel aliàs appareret, quòd ipse de pecunijs banchi emisset domum, quia nihilominus remansisset dominus domus, cùm res empta de pecunia aliena, acquiritur ementi, *l. 1. C. si quis alteri,* Roman. *cons. 274.* Tiraqu. *de retract. conuent. ad fin. tit. num. 88.* Aym. *cons. 131. num. 12.* Corn. *cons. 98. col. penult. versic. censetur enim,* Seraph. *decis. 979. num. 1.*

Vlterius quòd negotium domus etiam secundum promissionem illorum de Donis, sit quid diuersum à ratione bancharia, manifestè patet ex eo, quòd Doni prætendunt totam domum, quod esse non posset, si domus spectaret ad rationem banchariam, quia eo casu Albericus deberet participare de domo, sicut participat de reliqua ratione bancharia, & sic Doni non possent prætendere totam domum, sed suam tantùm partem. 5

Stante autem quòd, vt ex prædictis apparet, quæstio super emptione domus non comprehenderetur in compromisso, nihil obstaret, quòd iudex compromissarius voluisset super hac domo pronunciare, cùm non esset in eius potestate facere litigiosum, quod non erat, sed neque videbatur subsistere, quòd ipse super domo pronunciauerit, quia de hac domo nihil legitur in laudo, & partita super hoc data in summario Donorum num. 3. non apparet à quo, & de quo tempore sit scripta, vnde potuit creari post litem specialiter motam super domo, cùm non habeant diem, & annum, & idem respondebatur ad alias partitas, eodem summario num. 4. & 5. 6

Minus refragari videbatur, quòd Albericus coram Reuerendiss. P. D. Buratto iudice appel. interpositæ à sententia d. iudicis compromissarij, citauerit Donos fabricantes in domo, de qua agitur, ad viden. sibi inhiberi, attenta litis pendentia super dicta domo, quia in ijs, quæ sunt iuris, & quæ non pendent à potestate confitentis, confessio minimè præiudicat, *l. in confessionibus, ff. de interrog. act. cap. super eo, de eo qui cognou. consang. vxo. suæ,* Crauett. *cons. 93. num. 1.* Verall. *decis. 185. nu. 4. part. 1.* Erat autem iuris an lis penderet, vel non, super domo, quia hoc ponderabat ex inspectione actorum, nec erat in potestate partis hoc facere de præterito, etiamsi potuisset de nouo introducere, vnde talis confessio non præiudicauit. 7

Ex prædictis, quòd lis super domo non penderet coram arbitro, nec successiuè coram R. P. D. Buratto iudice appellationis, à d. arbitro cessare videbatur defectus iurisdictionis, deductus ex eo, quòd pendente iudicio vniuersali coram vno, non possit peti exequutio super vna prætensione coram alio, ex allegatis, quia, vt dictum est, iste articulus non fuit comprehensus in iudicio vniuersali super ratione bancharia, quod pendet coram R. P. D. Buratto, similiter cessat secundum obiectum de attentatis, & vitio litigioso, cùm hæc non cadant, vbi non adest lis, vt de se patet. Cæterùm dato, & non concesso, quòd lis super domo pependerit coram arbitro, & successiuè coram R. P. D. Buratto, adhuc videbatur Dominis cessare vtrumque obiectum. 8

Et quantum ad primum, de iurisdictione fuit dictum, quòd causa pendens coram Reuerendiss. P. D. Buratto est diuersa ab illa, quæ pendet coram me, quia personæ sunt diuersæ, vnde causa est diuersa, etiamsi idem esset articulus, & super eadem re litigaretur, *l. conquerebatur,* vbi Castr. *in summario, cum duobus seqq. ff. de excep. rei indicat.* Quòd autem personæ sint diuersæ, patet, quia illa pendet inter Donos ex vna, & Albericum ex altera: hæc autem coram me pendet inter Emos actores ex vna, & Donos, & Albericum reos conuentos ex altera, & sic Doni, & Albericus non sunt ampliùs actor, & reus, cùm ambo faciant vnam personam in iudicio, Rot. *decis. 12. de rescript. in nou.* 9

Secundò, etiamsi idem esset articulus, & eædem personæ stante commissio mihi directa posset coram vtroque iudice procedi, & quod dicitur de periculo ferendi sententias contrarias, procedit ad effectum mouendi animum Principis, vt causas vniat, non autem operatur, quòd ante vnionem causarum non posset procedi coram vtroque iudice, vt nouissimè sensit Rota in causa Romana de Vrsinis coram RR. PP. DD. Verospio, & Andrea, antequam vnirentur à signatura. 10

Ter-

4 Nec obstet, quòd Claudius non possit dicere attentatam exequutionem dictarum sententiarum, ex quo non fuerunt latæ contra ipsum, sed contra Herculem & Riccium. Quia imo potest, cùm eos releuare teneretur, Dec. *cons.33. num.4. circa med. vers. his præmissis*, & late Lancell. *de attentat. cap.20. limitat.6.* Et verba commissionis tollunt omnem difficultatem, quia per eam auocatur causa à quibuscunque iudicibus de partibus pro interesse Claudij, & dictorum condemnatorum, cum clausola de procedendo ad legitimam executionem, data tamen per hæredes Cæciliæ idonea cautione de restituendo in euentum succumbentiæ, & sic expresse comprehendit dictos Herculem & Riccium, contra quos fuerat per alia rescripta commissa causa exequutionis, & super exequutione pronunciatum, tam per Rotam, quàm per Vicarium Ferrariæ, vt dicta commissione narratum
5 fuit. Imò considerabant Domini, non solùm esse offensam iudicis maiestatem, sed etiam læsum ius patris, quia post causam commissam in Rota cum dicta facultate procedendi ad legitimam executionem ad fauorem hæredum Cæciliæ, data cautione de restituendo in casum succumbentiæ, Catherina dictas pecunias attentatè extorsit, vt suprà, & sine dicta cautione, quòd nec etiam Rota (quatenus fuisset locus executioni) facere poterat, & ideo non potest exerceri arbitrium pro reiectione attentatorum ad tollendum ius parti quæsitum, ex dicta clausula de procedendo ad executionem, data cautione, ex latè traditis per Menoch. *de arbitrar. lib.1. quæst.48. per tot.*

Et ita decisum, &c.

R. P. D. B V R A T T O.

Bononien. bonorum.

Mercurij 18. Maij 1616.

A R G V M E N T V M.

De clausula *constituti*, & *precarij*, quòd transferat omnem possessionem in præiudicium posterioris possessionis, & quòd talis possessio manutenibilis est, necnon etiam de vi, & potestate clausulæ, *ex nunc prout ex tunc*, appositæ in constituto, seu precario.

S V M M A R I V M.

Constituti, *clausula transfert omnem possessionem, n.2.*

Clausula precarij *transfert possessionem, ibid.*

Possessio translata vigore constituti, vel precarij manutenibilis est, ibid.

Possessio translata vigore constituti, vel precarij anterior præfertur posteriori, ibid.

Authoritate propria potest vxor post mortem viri accipere possessionem rei dotalis, stante clausula Precarij, *ibidem.*

Clausula ex nunc, prout ex tunc, *operatur etiam in tempus futurum, & alia de eius effectu in præiudicium tertij, num.3.*

D E C I S I O DCCLXX.

1 IN præsenti positione Laurentius vltra instrumentum locationis bonorum, de quibus agitur, per eum factæ q. Alexandro, docuit de præcedenti instrumento venditionis eorundem bonorum sibi per eundem Alexandrum factæ, cum clausula *Constituti*, ac etiam de receptione affictuum plurium annorum à dicto conductore; ideòque DD. non dubitarunt de illius possessione, cùm ex istis cessent responsiones datæ in priore decisione primo & secundo fundamento pro parte eiusdem Laurentij deductis.

2 Nihilominus à dicta decisione, qua fuit illi denegatum mandatum de manutenendo, non recesserunt, ex eo moti, quòd constabat de anteriori possessione Alexandræ ex instrumento 4. Iunij 1583. in quo d. Alexander eius maritus promisit illi restituere dotem receptam, cum obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, & cum pacto precarij, quod iuxta extensionem statutorum Bononiæ in vol. criminal. in fin. continet verba, *constituit ex nunc prout ex tunc*, ex quibus dicitur in eam translata omnis possessio, *l. quod meo, ff. de acquir. poss.* cum alijs per Tiraq. *de iur. constit. part.1. num.2. & 4. & part.2. ampliat.9.* Rot. *decis.549. num.1. part.1. diuers.*

& in precario extenso iuxta dicta statuta Bononiæ Laurentius de Pinu, qui loquitur in specie nostra, *cons. 99. num.3. in fin. & num.4.* & possessio sic translata est manutenibilis, Gratian. *cons.63. num. 33. & seq. part.2.* & alijs per Osasch. *decis.133. num.6. & 7.* Adeò vt præferatur posteriori alterius, & sic Laurentij, Gozad. *cons.28. num.35.* & fuit in terminis decisum in Chusin. seu Perusin. Postæ 27. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Litta, & in Romana de incoronatis 29. Aprilis præteriti coram Reu. P. D. meo Vbaldo. Tanto magis, quia eadem Alexandra statim sequuta morte viri declarauit velle retinere iure proprio ratione suarum dotium prædicta bona. Quorum etiam possessionem ex abundanti denuo cepit authoritate iudicis, prout etiam stante precario in promissione restitutionis dotis, vt dictum est, potuit propria authoritate, *l. pen.* & ibi Bart. Bald. & Salicet, *Cod. de pignor. act.* idem Bald. *in l. 1. num.4. Cod. de seru. pign. dat.* Boer. *decis.200. num.8. vers. quo casu poterit*, Natt. *cons. 453. num.5.* Menoch. *remed. 14. recuper. num.31.* & Surd. *cons.221. n.48. in fin. & n.49.*

Nec obstare visum fuit, quòd constitutum videatur collatum post mortem viri, quia stante dicta clausula, *ex nunc prout ex tunc*, sustinetur, & translationem possessionis operatur ab initio de tempore contractus, licèt effectus dictæ possessionis translatæ in tempus dictæ mortis collatus intelligatur, Olden. *cons.114. incip. Quedam mulier, & cons.139. incip. Ad habendam num.7. vers. tertius erit*, Alexan. *cons.83. num.6. vers. confirmatur volum.2.* Guid. Pap. *decis.268.* Negusant. *de pignor. part.2. membr.2. num.5.* Paris. *cons.126. num.128. & cons.62. num.23. lib.2.* Natt. *d. cons.453. num.6.* Gabr. *cons.141. num.4. lib.1.* Alb. *cons.782. num.38.* Surd. *cons.171. num.22. & cons.221. num. 53.* & fuit resolutum in d. Romana de incoronatis. Et operatur etiam vt tempus futurum videatur inesse præsenti, & quòd actus sumere possit initium ex quocumque tempore, glos. *in Clem. Nolentes, in ver. ex tunc*, & ibi Card. & Imol. *de heret.* cum alijs per Tiraqu. *de retr. conuent. §.2. glos.1. num.86. & de constit. part.3. limitat.2. num. 15. & 16.* Surd. *cons.179. num.12. & cons.221. d. num.53.* & in terminis precarij, de quo in d. statuto, appositi in instrumento dotali, Maluas. *cons.99. num.12. 13. 14. & 15. volum.1.* Et quod effectum suum operetur etiam in præiudicium tertii, cui fuit pendente conditione tradita possessio, & sic etiam Laurentii, cui ex prædictis tradita fuit, firmant in terminis nostris Paris. *cons.11. num. 99. & 100. lib.1.* & Maluas. *d. cons.99. num.19. vers. postremo, & nn. seqq.* vbi respondet contrarium tenentibus. Quamuis in eisdem terminis contrarium teneant Dec. *in l. contractus num.22. ff. de reg. iur. & cons.247. num.3. vers. quibus tamen non obstan. & nn. seqq.* & alii per Tiraq. *de constit. ampliat. 17. num.4.* & Honded. *cons.18. num.66. & 67. vol.2.* Super qua controuersia si opus videbitur, erunt aliàs DD. consulendi, &c.

R. P. D. A N D R E A.

Romana domorum.

Veneris 10. Iunij 1616.

A R G V M E N T V M.

Mater secundò nubens tenetur reseruare liberis ex primo matrimonio superstitibus omne id, quod ex successione filij præmortui ab intestato consequuta de bonis immediatè obuentis à primo viro; secus de obuentis mediatè, vtputa per mortem filiorum, qui priùs suis fratribus successerant singularis, & notabilis est decisio.

S V M M A R I V M.

Mater secundo nubens tenetur reseruare liberis omne id, quod ex successione filii præmortui ab intestato fuit consequuta obuenta à primo viro, non solùm immediatè sed etiam mediatè, per mortem filiorum; qui priùs suis fratribus successerat, n.1. & seqq. contra, n.12. & seqq.

Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, n.2.

Dictio, ex, *denotat causam immediatam, quandoque tamen causam remotam significat, num. 13. præsertim in materia fauorabili, num.4. in fine, & num.15. vbi de eadem materia.*

Mater secundo nubens, nunquid legibus dicatur odiosa, & sic an hæc materia matris binubæ sit amplianda, vel restringenda, num.4. & 21.

Dispositio continens fauorem liberorum dicitur fauorabilis, num.4. & 21.

Constitutio dicitur in totum fauorabilis secundum principalem intentionem statuentis, num.4.

Renunciatio est stricti iuris, & non extenditur vltra quàm sit expressum, num.5.

Mater secundo nubens facit iniuriam non solum primo viro, sed etiam filijs ex eo procreatis, num.6. declara, vt num.22.

Origo, & principium rerum, & bonorum in omni materia inspicienda & attendenda est, num.7. declara vt num.23.

Substantiæ *verbum, latius patet quàm verbum* hæreditas, *seu* successio, *verificaturque in successione mediata, n.8. declara vt num.17.*

Patris hæreditas adita non dicitur ampliùs hæreditas paterna, declara vt n.9. & 19.

Successionis *verbum nunquid intelligatur de successione immediata, vel etiam de mediata, num.6.*

Renunciatio filiæ facta bonis paternis non extenditur ad bona fraterna, etiamsi frater in bonis patris successerit, num.18.

Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed proprium patrimonium adeuntis, num.18.

DECISIO DCCLXXI.

1 NOn impugnabat Syluia resolutionem aliàs factam sub die 29. Ianuarij præteriti coram me, in qua fuit conclusum illam esse tantum vsufructuariam sua vita durante, quia tota illa disputatio facta fuit super bonis, quæ immediatè ad filios, & ab eis ad matrem peruenerant: sed cùm aliqui ex filijs, quibus ipsa ab intestato fuit hæres, priùs alijs fratribus eorum prædefunctis successissent, atque ita res versaretur in bonis patris, quæ mediatè ad filios vltimò defunctos, & immediatè ab eis ad matrem fuerant delata; idcirco sub die 10. Iunij sequen. dubitaui ad dispositio *l. fœmina, §. illud, Cod. de sec. nupt.* haberet locum in ijs etiam bonis, quæ Syluiæ obuenerunt per mortem filiorum, qui prius suis fratribus successerant. Et placuit negatiua opinio, licèt multa ex veteri, & noua iurisprudentia deduxissent informantes pro Albano, quæ rem per se difficilem etiam difficiliorem reddere videbantur.

2 Et primò dicebatur illum text. *in §. illud*, in quo mater binuba tenetur reseruare liberis ex primo matrimonio superstitibus omne id, quod ex successione filij præmortui ab intestato fuit consequuta, non distinguere inter bona obuenta à primo viro immediatè, vel mediatè, prout neque distinguit *l. mater, Cod. ad Tertyll.* inter res paternas, & ideò generaliter illa iura esse intelligenda, *l.1. §. generaliter, ff. de legat. præst.* & in hunc sensum allegabatur Salyc. *in d. §. illud num. 3. in princ. vers. Nec distinguit*, Castr. *cons. 150. num. 2. ante med. vers. item dicta lex fœmina lib. 2.* Ioan. Nicol. *in l. generaliter, in noua editione, Coloniæ numer. 10. Cod. de secund. nupt.* Mathesil. *de success. ad intest. art. 2. ante num. 26.* Surd. *cons. 196. num. 63. ad fin. lib. 2.*

3 Nec obstare text. *in auth. ex testamento, eod. tit. & in Nouella de nupt.* vnde sumitur, *in §. hinc nos, vers. sed quanta.* Vbi mater in ijs, quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt, vsumfructum, & non proprietatem habet, quasi illa dicantur ex paterna substantia peruenire, quæ immediatè à patre fuerunt obtenta, iuxta naturam dictionis *ex*, quæ denotat causam immediatam, quia præfata dictio quandoque etiam causam remotam denotat, vt plenè per Bertran. qui in indiuiduo reprobat hanc rationem, *cons. 157. num. 2. lib. 1. part. 2.* Rip. *in d. l. fœmina num. 8.*

4 Quod tantò magis videbatur dicendum, quia eramus in materia fauorabili, quamuis enim dicta auth. *ex testament.* & omnes leges similes hanc priuationem matris binubæ post annum luctus inducentes respectu matris sint pœnales, & odiosæ; nihilominus cùm contineant fauorem liberorum, in totum dicuntur fauorabiles, vt declarat Abb. *in cap. non dubium num. 3. de sentent. excommunic.* Anchar. *cons. 215. num. 8. vers. cum ergo*, Aym. *cons. 18. numer. 10.* Rot. *decis. 240. numer. 11. & decis. 457. num. 19. part. 1. diuers.* & præsertim, quia dictæ leges principaliter emanarunt fauore liberorum, quæ intentio principalis constituentium attenditur, ad hoc vt constitutio tota dicatur fauorabilis, Rot. *d. decis. 457. num. 2. & 20.* & in specie Bald. *cons. 439. num. 4. post princ. vers. sed dicet aliquis lib. 4.* Bertran. optimè declarans *in l. hac edictali numer. 1. & 2. Cod. de secund. nupt. & d. cons. 157. num. 2. ad med. vers. & maximè*, Io. Nicol. *in d. l. generaliter in 2. notab. num. 22. & seq.* Vnde cùm materia sit fauorabilis, illa dictio *ex*, in d. auth. *ex testamento*, præposita paternæ substantiæ, debet stare largè, vt comprehendat etiam quod mediatè ex dicta paterna substantia ad filium peruenit. gloss. *in l. cum oportet*, verbo *ex eius substantia*, & ad eam Bart. *n. 1. vers. Quæro ergo*, Bal. Castr. & Doct. omnes, *Cod. de bon. quæ liber.* Vinc. de Franch. *decis. 18. n. 6. vers. sed ad hoc dicebatur, & n. 8. vers. Igitur*,

Hinc dicebatur non applicari simile de renunciatione filiæ bonis paternis, quæ non extenditur ad bona paterna, quæ per aditionem hæreditatis factam à fratre fuerunt effecta fraterna, quia renunciatio est stricti iuris, nec extenditur vltra quàm sit expressum: at illa dispositio auth. *ex testamento*, & in corpore vnde sumitur, est merè fauorabilis filijs primi matrimonij, & ideò extendenda, vt latè firmant Bertran. & Io. Nicol. *vbi supra*. 5

Secundò perpendebatur ratio *d. l. fœmina, §. illud, & auth. ex testamento*, cum alijs in hac materia, quæ duplex esse poterat. Prima, quia æquitati naturali, & rationi consonum est, vt bona laboribus prioris viri quæsita non cedant in vtilitatem vitrici, & eius filiorum, sed reseruentur filiis alterius matrimonii prioris, vt considerat Sarnen. *select. interpret. lib. 1. cap. 4. num. 3. vers. Non obstat*, Ioan. Nicol. *vbi supra num. 11. ad fin. vers. declaro.* Secunda, quia mater secundo nubendo tam primo marito, cuius anima dicitur contristari, quàm filiis omnibus ex eo procreatis simul fecit iniuriam, *auth. de non eligen. 2. nuben. §. prospeximus, d. auth. de nupt. §. solute, & §. quæ vero, vbi gloss. in verb. defuncti.* Quæ vtraque ratio tam militat in successione secundi filii morientis, qui iam successit primo, quàm in successione primi; ergo & idem ius est statuendum, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* & ita in puncto arguit Azeued. *in l. 4. lib. 5. tit. 1. nou. collect. n. 55.* 6

Neque ad istum effectum releuare distinctionem, quæ fit inter successionem mediatam, & immediatam, cum certum sit in quolibet actu, & casu, attendendam esse originem rerum, & bonorum, *l. qui id quod, in princ. ff. de donat. l. tutor. ff. de fideiuss.* Roland. *cons. 76. num. 10. lib. 3.* Bero. *cons. 120. num. 11. lib. 2.* Quam regulam iidem informantes multis similibus confirmabant in specie, allegando Bal. *in dict. auth. ex testamento num. 4.* vbi super verbo *ex paterna substantia*, notat originem bonorum considerari, Ruin. *cons. 58. num. 7. vers. Dum ergo lib. 5.* Vbi quòd dum iura loquuntur de bonis, quæ obuenerunt filio ex substantia paterna, debet subaudiri dictio, *olim*, & sic dici de substantia olim paterna, cum aliis per Molfes. *ad consuet. Neap. part. 3. de success. ex testam. quæst. 22. num. 8.* 7

Quæ eo faciliùs procedere dicebant, quia dicta auth. *ex testamento*, dum repellit matrem binubam à successione filiorum in bonis à patre prouenientibus, non loquitur de bonis prouenientibus ex hæreditate, seu successione patris, sed de prouenientibus ex substantia paterna: quod verbum *substantia* latius patet quàm verbum *hæreditas*, seu *successio*, & verificatur non solum in immediata, sed etiam in mediata successione, Bolog. in addit. ad Matthes. *de success. art. 2. num. 21. vers. & nota*, Vinc. de Franch. *decis. 18. num. 5.* 8

Similiter nec debere attendi rationem, quæ inter cæteras affertur, quòd ideò mater binuba non excludatur à successione filii in istis bonis, quia per aditionem hæreditatis paternæ factam per filium bona iam desierunt esse paterna, & fuerunt effecta proprium patrimonium ipsius filii, quia quamuis hæreditas patris adita non dicatur ampliùs hæreditas paterna, tamen non desinit esse paterna, vt priùs, Alex. *cons. 49. num. 10. lib. 3. & cons. 124. num. 13. lib. 4.* Socin. iun. *cons. 113. num. 33. & seq. lib. 1.* & in indiuiduo Bertran. *dict. cons. 157. num. 4. vers. Ad id, quod dicitur.* Alias sequeretur attenta dicta ratione, quòd nec bona paterna, quæ ex immediata successione filiorum primi matrimonii ad matrem binubam peruenIunt, essent filiis eiusdem matrimonii reseruanda, 9

cùm

cùm in ijs etiam dici posset aditione filiorum desijsse esse paterna, & fuisse effecta ipsorum patrimonium, vt considerant Ruin. *d.cons.58.n.7.vers.Nec etiam obstat*, & Ioan. Nicol. *in d.l.generaliter n.10.vers.etsi dixeris*.

10 Tertiò opponebatur, quòd text. *in auth. de non eligen. 2. nub.§. cum igitur*, in quo mater binuba indistinctè succedit filio in bonis omnibus, excepta antenuptiali donatione, & sic in eo corriguntur iura antiqua, scilicet, *d.leg. fœmina, §. illud, & l. mater, Cod. ad Tertyl.* vt constat expressè *in dict. §. cum igitur, vers. nequaquam*, vbi glos. *verbo constitutionem, & verbo Tertyllians*, Bart. & cæteri Doct. Ille, inquam, text. *in §. cum igitur*, fuit & ipse correctus à Iustiniano *in d.auth.de nupt.§. hinc nos*, vnde fuit sumpta dicta auth. *ex testamento*, vbi res fuit reducta ad distinctionem, de qua *in l. mater, Cod. ad Tertyll.* vt declarat glos. ibi, *in verbo coniugium*, quæ est intelligenda in successione ab intestato, vt per Bart. & Doct. *ibi, & in dict. §. cum igitur, & in d. §. hinc nos*, At *in d.l. mater, in vers. sin vero*, distinguitur inter bona paterna, & inter bona extrinsecus habita, prout distinguitur *in d. §. hinc nos, in vers. sed quanta auth. de nupt.* inter paternam successionem, & inter res aliunde, id est, extrinsecus obtentas, vt legitur in text. Græco secundùm exemplar contrarium ἔξωθεν, quod propriè est *extrinsecus*. Huiusmodi autem res, seu bona extrinsecus obtenta, Iustinianus intelligit, quæ ab extraneis, & qui non sunt de genere, ad filios peruenerunt, vt *in §. si vero expectet, in fin.* ibi, *siue ex genere, siue etiam extrinsecus, eadem Nouell.* Cùm igitur *in dict.leg.mater, & in dict. §. hinc nos, in vers. sed quanta fuerint*, expressim distinctæ duæ species bonorum, filij scilicet, vnà perueniorum ex substantia patris, & alia extrinsecus filio quæsitorum, & bona de quibus agitur, vtpotè ex fraterna successione, & sic de genere non cadant sub specie quæsitorum extrinsecus; ideo necessariò fateri cogimur illa cadere sub altera specie perueniorum, scilicet, ex substantia patris.

11 Vltimò pro hac parte contra matrem allegabantur etiam Doctores auctoritate graues, scilicet, Bal. *in d. auth. ex testamento num.4.* & ibi Sichat. *num.3. & 4. in fin.* Bertran. *cons.157. per tot. lib.1. part.2.* Matthes. *in tract.de success.ab intestat. art.2. princ. num.26.* & ad eum Bologn. *num. 21. super verbo rectè*, Io. Nicol. *in d.l.generaliter num.10. in princ. & vers.respondeo etiam, & num.11.vers. fatebimur ergo*, Ferron. *ad consuet. Burdegal. lib.2. tit.5. de testam.§. 1.col.2. & seq.* Castr. *cons.150. num.2. ante med.vers. item d. l.fœmina lib.2.* Ruin. *cons.58. num.7. post med. vers.dum ergo lib.5.* Capt. *cons.27. num.2. & 5.* Odd. *consil.37. num. 28. & pluribus seqq.* Surd. *cons. 196. num. 63.* Azeued. *in l.4. lib.5. tit.1. nouæ collect. num.55.* Molphes. *ad consuetud. Neap. part. 3. de successione ex testament. quæst.22.n.8.& 9.*

12 Quibus non obstantibus in contrariam sententiam matri fauorabilem itum fuit per Dominos, Et primò illi firmarunt eam esse communiter receptam, quia pro illa stant Corn. *cons.286. num.2. lib.1.* qui attestatur se sic vidisse consultum per Io. de Imol. & Florian. de S. Petro, Io. de Garro. *in d.auth. ex testamento, in 7. notab. num.25. & 26. in noua editione*, vbi dicit se ita consuluisse, & plures Doctores Auenionenses adhæsisse illius opinioni, & sic fuisse iudicatum, hancque veritatem videri Ferron. qui verè eam tenuit *vbi suprà, d.§. 1. ad med. vers. finge enim*, prout eum sequitur, & fideliter allegat Matth.Boys *in add. ad Io. de Garron. vbi suprà num.25.* Boer. *decis.192. num.2.* Vinc. de Franc. *decis.666. num.5. vers. imo decisa, & num. 6. & 7.* Barbos. *in l. post dotem 41. num. 76. vers. quod confirmo, ff. solut. matrim.* Peregr. *cons. 78. num.2. lib.1.* Sanchez *de matrim. lib.7. disput.88. num.22.* Castil. *de vsufruct. cap.2. num.60. cum pluribus seqq.* Alex. Trentacin. *var. resol. lib.3. resolut.5. de matrim. sub num.29. vers. secundus casus*.

13 Hæc enim opinio ex numero Doctorum sine dubio victa est communis, quia ex ijs, qui in contrarium allegantur, Bal. non aliam tenet, sed istam, vt infrà dicetur, Sichard. *in d. auth. ex testament. num. 3. & 4. in fin.* dum intelligit bona aduentitia, quæ ab alio præter patrem, filio dantur, nihil contradicit, imò retorquetur, quia ista bona non fuerunt relicta à patre huic filio, qui vltimò decessit, sed à fratre primò decedente, Matthes. & Ioan. Nicol. *in locis vbi suprà*, loquuntur de bonis, quæ ex hæreditate filij, qui patri successerat, ad matrem peruenerunt, & sic de successione immediata, Bologn. ad Matthes. etsi primo dicit, quòd substantia paterna, quæ peruenit ad filium mediatè, vel immediatè à patre iudicatur semper substantia paterna, secundùm Bald. *in d. l. fœmine*, tamen Bal. in ea nihil dicit, quòd si eùm voluit allegare *in d. auth. ex testamento*, contrarium ibi tenet, idemque Bologn. *in fin.* magis pro hac parte allegari potest dum considerat verbum *successionem*, de quo *in dict. §. Hinc nos, vers. sed quanta*, dicens, quòd significat causam immediatam, Ferron. vt dixi, fauet matri, Castr. & eum sequuti Gabr. & Surd. eodem modo versantur in bonis, quæ immediatè ex substantia viri processerunt, Odd. loquitur in bonis aui, quo casu recepta est opinio, vt non procedat illa auth. *ex testamento*, prout tenet Ioan. Garron. *ibid. in 7. notab. numer. 27. in noua editione*, vbi quòd ista est vera, & communis opinio, Boer. *dict. decis. 192. num.5.* vbi etiam de communi, & quòd ita fuit conclusum, Gabr. *de secund. nupt. conclus.3. num.16.* vbi alios refert, & plures Sanch. *vbi suprà num.23.* Molphes. *d. quæst. 22. num. 10.* Quibus detractis remanent pro contraria opinione solum Bertran. Ruin. Capr. Azeued. & Molphes. ita quòd si numerum spectemus, illa pro matre sit superior, & multò magis si auctoritatem, vt patet ex Doctor. antiquis eam tenentibus, & quia illam probarunt Senatus Auenionen. Burdegalen. & Neapolitan. iuxta trad. per Doctor. *in cap. 1.* vbi Abb. *num.15. de constit.* à qua communi opinione non solet Rota recedere, nisi raro, & cùm euidenter constat eam non posse de iure sustineri, ex eodem Abb. *vbi suprà*, quod in præsenti non visum fuit Dominis.

Illa enim optimè fundabatur *in d. auth. de non elig. secun. nub. in §. Gregoria*, sumpto argumento à speciali; nam ibi deciditur, quòd mater in lucro dotali ad se delato, quod postea donauit filio, si interim moriatur filius, & illa deinde secundas ineat nuptias, in dicto lucro succedere non debet vnà cum fratre, vel sorore defuncti, non obstante allegatione matris, quòd lucrum esset iam permistum rebus filij, & sic tanquam illius hæreditas, non autem tanquam lucrum ex paterna substantia mediante donatione matris, ei quæsitum deberet reputari. Si enim ibi, & in §. *Antenuptials, eadem authentica*, est casus specialis in donatione propter nuptias, vt matri non quæratur ex successione filij, etiamsi mediatè ad filium peruenerit; ergo in cæteris bonis, quæ filius habuit ex substantia paterna, etiam mediatè debet mater succedere, *vt in §. cum igitur, eadem auth.* vbi generaliter disponitur, quòd excepta antenuptiali donatione mater in bonis omnibus succedat filio cum fratribus, atque ita siue mediatè, siue immediatè res a patre prouenerint, siue mater nubat secundò, siue non nubat, in hoc corrigendo, *d. l. fœmina, §. illud, & d. l. si mater*, quas in illa specie filia pro se allegabat; vnde per illa iura *in d. §. Gregorian, & §. cum igitur, iuncta glos. in verb. post antenuptialem*, ita arguunt in proposito Io. de Garro. *in d. auth. ex testamento num.25.* Boer. & Barbos. *vbi suprà*, Castil. *d. cap.2. num.63. vers. Vltimo pro hac opinione*, Alex. Trentacin. *d. resol.5. num.29. vers. secunda est opinio*. 14

Non obstat, quòd Iustinianus hoc quoque recantauit *in auth. de nuptiis, d. §. Hinc nos, in vers. sed quanta*, vbi sequutus fuit antiquam distinctionem, de qua *in l.mater, iuncta l.fœmina, §.fin.* quia *in d.§. Hinc nos, & in auth. ex testamento*, inde sumpta, mater secundo nubens non excluditur à successione filij cum fratribus absolutè, nisi tantùm in ijs, quæ ex paterna substantia, atque ita immediatè ad filium peruenerunt, iuxta naturam dictionis, *ex*, quæ propriè denotat causam immediatam, *l. qui liberis, §. hæc verba. ff. de vulg.* Bart. *in l. 1. §. ex incendio, in princ. vers. regulariter, ff. de incen. ruin. & naufrag.* Ias. *in l. non dubium num.23. C. de leg.* Alex, *cons.49. num. 3. lib.3.* Socin. *cons.51. num.7. lib.4.* Corn. *d.cons.286. num.1. lib.1.* cum alijs per Castil. *vbi supra num.61.* Quæ dictio, *ex*, etiam legitur *in d. l. fœmine, in princ.* ibi, *quidquid ex facultatibus*, & paulò inferiùs, ibi, *ex bonis, vt dictum est, priorum maritorum*, atque ita est accipienda *d. l. mater*, in illis verbis, *rerum vero paternarum defuncti*, &c. vt vna lex per aliam declaretur, vbi non sunt contraria, *l. sed & posterioris, ff. de legib.* 15

Idque eo magis Domini procedere dicebant, quia *in d.§. Hinc nos, vers. sed quanta*, Imperator exprimit paternam substantiam, quæ quia poterat denotare causam mediatam, & immediatam, deinde ponit successionem, ibi, 16

in residuis verò omnibus, quæ aliunde erant filio præter paternam successionem, atque ita quod dicitur *in d. l. mater* (*extrinsecus*) *in dicto vers. sed quanta*, enunciatur *aliunde*, præter paternam successione, Vinc. de Franch. *decis.* 18. *num.* 2. *vers. Huic argumentu*, quod verbum *successio* importat solùm causam immediatam, *vt tot. tit. ff. & Cod. de success. edict. & Cod. commun. de success.* Bologn. ad Matthes. *in d. tract. de success. ab intest. art.* 2. *num.* 21. *ad fin. vers. & nota*, Vinc. de Franch. *d. decis.* 18. *num.* 5. Trentacin. *d. resolut.* 5. *num.* 29. *ad fin. vers. ex his omnibus*, qui propterea subdunt, quòd illa verba *præter paternam successionem*, restringunt alia verba, *paterna substantia*, licèt Irner. *in d. auth. ex testamentu*, omiserit verbum *successionem*,

17 Secundò, pro hac communi opinione vrgebat text. *in l. scimus*, §. *repletionem*, *Cod. de inoff. testament.* prout in simili eum inducit Franch. *vbi supra num.* 13. ibi enim in quo repletio legitimæ fieri debet ex substantia patris, non si quid ex alijs causis filius lucratus est, ex substitutione, vel iure accrescendi, licèt illud à patre prouenerit, quæ distinctio inter bona ex substantia paterna, & inter aliunde habita, *fit in dict.* §. *hinc nos vers. quanta autem*. Si ergo quod filius ex fratris substitutione à patre facta ex eius bonis ad fratrem peruenientis lucratus est, non debet imputari in legitimam, eo quia non sit de patris substantia, multo fortiùs bona fratris ad fratrem peruenta non erunt de patris substantia, licèt mediatè ex eius bonis prouenerint.

18 Tertiò, placebat simile de filia renunciante bonis paternis, quæ non excluditur à fraternis, etiamsi frater in bonis successerit, Roman. *cons.* 168. *num.* 1. & 2. Ias. *in l. eius qui in prouincia*, §. *quod si stipulatus num.* 11. *ff. si cert. pet.* Anton. Gomez *in l.* 22. *Tauri num.* 13. Couar. *in cap. quamuis pactum* 3. *part.* §. 3. *num.* 2. Crass. *in* §. *successio ab intestato quæst.* 10. *num.* 16. *vers. Quæro item*, Io. de Garro, & Boer. *vbi suprà*, cum alijs allegatis per Castil. *dicto cap.* 2. *num.* 63. qui eam reddunt rationem, quod hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed efficitur proprium patrimonium adeuntis glos. recepta *in l.* 1. §. *veteres*, *verbo per vnum vers. At post aditam*, *ff. de acquir. poss.* Corn. *dict. cons.* 286. *num.* 2. *lib.* 1. Ias. *in d.* §. *quod si stipulatus num.* 8. Castill. *vbi suprà n.* 64.

19 Nec obstabat non dici amplius paterna, etiam quando bona immediatè ad filium peruenerunt, & sic nunquam fore locum dispositioni *d. l. fœmine*, & similium; quia etsi eo etiam casu non dicantur ampliùs patris bona, inspecta tamen persona, à qua prouenerunt, quæ ad hunc effectum attenditur, illa dicuntur à patre prouenire, & hoc est, quod ait Bald. *in d. auth. ex testamento num.* 4. originem bonorum considerari, nempe immediatè, ita quòd si à patre immediatè prouenerint, *paterna*, si verò à fratre immediatè *fraterna* dicantur, atque ita Baldum intelligunt Io. de Garro *vbi suprà num.* 26. *vers. & quod vult hic*, Boer. *dict. decis.* 192. *num.* 2. Vinc. de Franch. *d. decis.* 18. *num.* 9. Barbos. *in d. l. post dotem num.* 77. Castil, *vbi suprà num.* 69. Et quamuis diceretur non applicari simile de renunciatione, quæ est stricti iuris ad hanc materiam successionis filiorum, quæ est fauorabilis, *vt suprà*; tamen placebat responsio, quòd Doctor. non mouentur hac ratione, quia si mouerentur, eam allegarent, sed mouentur ex illa, quam allegant, scilicet, quia bona nunc non dicuntur paterna, sed fraterna.

20 Quibus non obstabant in contrarium deducta. Ad primum enim, quòd illa *l. fœmina*, § *illud*, & *l. mater*, non distinguunt inter bona paterna mediatè, vel immediatè, fuit responsum verius, & receptius esse, quòd loquantur in bonis à patre immediatè peruenitis, vt supra fuit ostensum, & ideo Doct. *in d. l. fœmine*, & aliàs notant, quòd dispositio illius l. quæ fuit extensa ad lucra dotium, & antenuptialis donationis ab alio, & non de bonis mariti, vel vxoris datorum, secundùm auth. *in donatione*, & *l. generaliter*, *in princ. Cod. eod. tit. de sec. nupt.* non procedit in alijs, quæ fuerunt data etiam contemplatione mariti vxori, vel è contra, Rip. *in d. l. fœmine quæst.* 16. *num.* 26. & ibi Sichar. *num.* 6. *vers. Quid autem, & seq.* Rom. *cons.* 405. *in* 1. *dubio*, Ioan. Nicol. *in d. l. generaliter num.* 52. vbi quòd hæc negatiua opinio est æquior, & magis communis, Gabr. *de secund. nupt. conclus.* 3. *num.* 32. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *quæst.* 89. *num.* 17. vbi plures cumulat, Vinc. de Franch. *d. decis.* 18. *num.* 7. & mouentur omnes, quia *d. l. fœmine*, quatenus priuat matrem binubam successione filiorum, est odiosa, & pœnalis, & ideò non extendenda ad alios casus, quàm expressos, quia in hoc materia secundarum nuptiarum erubescimus, cum sine lege loquimur, *d. auth. de non elig. secun. nub.* §. *optimum*, ibi, *nec qualibet est lex aliquid tale dicens*.

Non obstat, quòd imò *d. l. fœmine*, & aliæ similes in hac materia loquentes sint fauorabiles, cùm principaliter emanauerint fauore liberorum, ex deductis suprà *in vers. Quod tanto magis*, atque ita ampliandæ ad alios casus, etiam non expressos; quia omisso, quòd communis opinio est in contrarium respectu matris, & quòd contra suprà deducta multa in proposito consideratione digna tradunt Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 5. & Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disputat.* 1. *num.* 4. *vers. Hac tamen doctrina*, & *seq.* in hoc casu cessat fundamentum extensionis, scilicet, identitas rationis, qua cessante, cessat extensio in quacunque materia etiam fauorabili, Mandel. *cons.* 770. *num.* 16. Crauet. *cons.* 17. *num.* 2. & *cons.* 173. *num.* 13. In bonis autem quæ immediatè ab vno fratre ad alium peruenerunt, non militat eadem ratio, quæ in bonis à patre prouenientibus, vt mox dicetur in responsione ad secundum; & in omnem euentum hic sumus in materia correctoria illius auth. *de non eligen. sec. nub.* §. *cùm igitur*, vbi mater binuba succedit filio cum fratribus indistinctè in omnibus bonis, siue mediatè, siue immediatè à patre illa prouenerint, & licèt ille text. fuerit correctus per *d.* §. *Hinc nos*, *auth. de nupt.* in bonis, quæ immediatè filijs obuenerunt ex substantia paterna, vt tradunt communiter Doct. & suprà dictum fuit. In alijs tamen, quæ mediatè fuerunt delata, remanet incorrectus, & sic non debet fieri extensio ad dicta bona etiam ex identitate, vel maioritate rationis, glos. *in auth quas actiones*, vbi Ias. *num.* 21. dicit veram, & communem, *Cod. de sacros. Eccles.* & benè in proposito Corn. *d. cons.* 286. *num.* 2. *vers. ex quo datur intelligi lib.* 1. Vbi ita arguendo concludit, quod *d.* §. *hinc nos*, quatenus disponit quòd mater binuba amittat proprietatem rerum ex paterna substantia prouenientium, non debet extendi vltra quàm verba sonent. 21

Ad secundum, de ratione *d. l. fœmine* §. *illud*, cum simil. quæ erat duplex, vt suprà dictum fuit, neutrum habere locum in hoc casu. Non primam quòd æquitati naturali, & rationi conueniat, vt bona quæsita laboribus primi viri non cedant in vtilitatem vitrici, & eius filiorum, sed reseruentur filijs primi matrimonij, quia etiam ab eo quæsita ex alijs causis, vtputa ex successione, vel ex liberalitate fortunæ cadunt sub hac lege, & similibus; vnde minimè verum esse has leges editas ne vitricus, aut filij ex eo geniti fruerentur laboribus primi viri. Non secunda, quòd mulier faciat iniuriam primo viro, cuius anima dicitur contristari, & etiam filijs primi matrimonij; nam quoad virum, & filium, qui decesserunt, non procedit hæc ratio iniuriæ, vt trad. Cuiac. *in d. l. fœmina col.* 2. *ad fin. vers. quæro igitur*, & *ad tit. C. ad Senat. cons. Tertul. col.* 3. *in princ. vers. quia maiori pœna*, & minus quoad virum illud de contristatione animæ, vt benè declarat Old. *d. cons.* 37. *num.* 30. *cum duob. seqq.* vbi hoc appellat somnium scribentium. Quoad fratres autem superstites adhuc eadem ratio iniuriæ non procedit in his bonis, quæ fuerunt acquisita fratri ex successione alterius fratris, & non immediatè ex substantia paterna, iuxt. deducta suprà *in vers. nec obstabat*, aliàs sequeretur, quòd neque succederet mater filio in reliquis bonis aduentitijs; quia semper esset verum, quòd secundo nubendo filijs omnibus iniuriam fecisset, quod esset contra dispositionem *d. l. mater*, & *d.* §. *hinc nos in vers. sed quanta*. 22

Nec aliquid faciebat in omni materia, & præsertim in ista esse attendendam originem bonorum, vt dicit Bald. *in dict. auth. ex testamento num.* 4. cum alijs allegatis, quia dictum in se est verum, sed intelligi debet immediatè, & sic attendi persona vltima, a qua bona immediatè prouenerunt, iuxt. text. *in l. auia in fin.* ib. *quod ex origine patris, vel aui vestri descendunt, nihil prodest*, *Cod. de donat.* cum alijs in terminis per Barbos. *in d. l. post dotem num.* 77. & *seq.* vbi plura cumulat; nam, vt optimè ad propositum ait Oldrad. *cons.* 25. *num.* 2. *in fin.* & *seq.* Iurisconsulti proximam cuiusque rei causam attendunt, alioqui secundùm eum oporteret nos agrum quærere Damascenum, vbi formatus fuit primus parens, & quòd Bald. intelligat de origine bonorum immediatè patet, ex 23

eo,

eo, quia dum opponit de *l. auia*, vbi consideratur successio vltimi, & non pleni primi, acquiescens contrario in secunda responsione dicit, quòd in dicta auth. lex vltrà processit, hoc est, quia voluit, quòd non obstante, quòd bona patris aditione filij essent effecta proprium patrimonium: filij tamen, quia ex paterna substantia immediatè ad eum peruenerant, in eis mater solum vsumfructum perciperet, vt sunt verba expressa illius authenticæ, & in corpore vnde sumitur.

24 Ad tertium, quòd bona extrinsecus obuenta, de quibus *in d. l. mater, & in dict. §. hinc nos in vers. sed quanta*, Iustinianus intelligat, quæ ab extraneis, & qui non sunt de genere, ad filios peruenerunt, vt *in §. si verò expectet in fin. eadem nouell. de nupt.* fuit breuiter responsum, quòd *in dict. §. si verè expectet*, verbum *extrinsecus* ponitur, ad differentiam generis, quod non applicatur ad verbum *aliunde*, seu *extrinsecus*, de quo *in dict. vers. sed quanta*, quod ponitur ad differentiam paternæ successionis.

25 Quibus omnibus in vtramque partem exactè ponderatis, opinio communis visa fuit Dominis, non solùm de iure sustinabilis, imò etiam verior, & sequenda, & tantò magis, quia vbi hæc quæstio dubia fuisset, adhuc illa pro matre decidi debuisset, ne excluderetur à luctuosa filij hæreditate, *l. vltim. Cod. de instit. & substit.* Vinc. de Franch. *d. decis. 18. num. 13. vers. etsi hæc quæstio*. Et ita conclusum in hac specie dispositionem *l. fœmina*, non habere locum, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Mediolanen. pensionis.

Luna 13. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur quando articuli sunt irreleuantes, & plura exempla articulorum irreleuantium.

SVMMARIVM.

Remissoria non conceditur quando articuli non sunt releuantes, num. 1.

Articuli quando non dicantur releuantes, vide plura exempla, n. 2. & seqq.

Remissoria non datur ad probandum id quod scripturam requirit, num. 4.

Articuli contradicentes partium conuentionibus reijciendi sunt tanquam irreleuantes, num. 5.

DECISIO DCCLXXII.

1 Regulare est quando materia est irreleuans non dari remissoriam, ne concedatur dilatio ad petendum id, quod probatum non releuaret, *l. ad probationem, Cod. de probat.* Cassad. *decis. 2. de dilat.* Caputaq. *decis. 94. & 66. part. 3.* Ideò cùm articuli pro parte DD. Canonicorum dati visi fuerunt Dominis irreleuantes, resolutum fuit remissoriam non esse dandam.

2 Primus enim non videbatur pertinere, etsi contineat, quòd ad transactionem anni 1585. per Canonicos fabricæ fuerint aliquæ habitationes pro Officialibus valoris scutorum 6000. & eis Officiales semper gauisi fuerunt. Quia dicebatur factum videri ex decretis S. Caroli, de cuius potestate non dubitatur, & antequam expirarent applicationes pensionis de qua agitur, non autem in vim transactionis, quod sequuta est, quæ propterea non debebant pertinere ad Canonicos in proprietate: sed quia hæc responsio non remouebat pertinentiam, dum applicatio per Sanctum Carolum facta, respiciebat tantummodo fabricam domorum destinatam, pecuniæ fuerint conuersæ, nulli dubium, quòd intererat Canonicis reintegrari pro eadem summa; ideò secundo loco fuit responsum, quòd in transactione eiusdem anni 1585. non legitur, quòd fuerit controuersia super prætensione ex parte Canonicorum respectu dictarum habitationum, quòd si domus fabricatur, & scuta 500. pro quindemnio remanserint Officialibus, nihil pertinebat ad instantiam transactionis sustinendam, quia super prædictis non fuit transactum, neque habita ratio pro retentione pensionis.

3 Secundus verò articulus eadem ratione remouetur quo-

ad scuta 500. & domos fabricatas; quòd verò bona Besati, & fructus beneficiatis remanserint vigore transactionis de prædictis mentionem faciente, Ægid. *decis. 9. & 384.* Rot. *decis. 46. de testibus in antiqu. & decis. 6. de praben. in nou.* Tertius articulus, quòd in vim secundæ transactionis anni 1591. beneficiatis soluta fuerint annua scuta 300. de pecunijs dictæ pensionis, eodem modo remouetur propter facilem probationem per quitantias, sine quibus releuantes summæ non exbursantur. Quartus articulus eadem ratione tollitur, quia Officiales non impugnant, quòd vigore transactionis anni 1602. non retineant domunculas nuncupatas *de Ospicie*, quia extat instrumentum transactionis, in quo prædicta narrantur.

Quintus articulus non videbatur pertinere ad causam immissionis, quia etsi Canonici prætendant probare, quòd habitationes Officialium fabricatæ post transactionem anni 1585. de pecunijs eiusdem pensionis sint valoris scutorum 3000. tamen ex quo Officiales in transactionibus non conuenerunt, quod tenerentur ad valorem futuræ fabricæ, sed tantummodo ad id quod diceretur impensum per Canonicos fabricerios pro ipsis beneficiatis, vel cum eorum interuentu; ideo frustrà quæritur de valore ad impediendam immissionem, cùm de expensis tantùm sint expectanda computa, quod aliter quàm per testes ab Administratoribus fabricerijs sunt redden. Ias. *cons. 100. num. 6. lib. 4.* Magon. *decis. Floren. 42.* Viu. *decis. 153. n. 2. part. 1.* dicentes rationem non reddi nisi per traditionem libri rationum. 4

Sextus articulus videbatur reijciendus cùm tendat ad probandum contrarium eius quod est conuentum in transactionibus ann. 1585. Put. *decis. 331. & 389. lib. 2.* Seraph. *decis. 1460. num. 3.* nempe quòd pensio semper fuerit exacta à Thesaurario per Archiepiscopum deputato, vel eius Vicario, & fabrica fuerit prosequuta per fabricerios ab eodem Archiepiscopo deputatos, & tamen totum contrarium legitur in dd. instrumentis, in quibus immediatè datur facultas Capitulo, & ab eo particulariter deputan. 5

Septimus, & octauus articulus, non etiam videntur releuare, quia Officiales non insistunt super inualiditate, sed super læsione, de qua nullum verbum in eorum contextu; & nihilominus super ea fundantur rationes decisionum R. P. D. Vbaldi. Nonus, & vltimus articulus pariter videbantur non pertinere, quia magis iustificaret læsionem contractus, si probata indigentia scut. 2000. pro fabrica Canonicorum perficienda ad eam tenerentur Officiales. Et ita, &c. 6

R. P. D. SACRATTO.

Posteà S. R. E. Cardinali,

Parmen. status.

Luna 13. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

De præterito præsumitur in præsens: vltimusque status attenditur in remedio *l. final. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* Insertum non probat ad fauorem inserentis gesta, & ordinata à Principe nunquid valeant, postquam desiit esse Princeps in præiudicium successoris licentia data expirat per mortem illius, cui fuit data, & in proprio contractu nemo authoritatem præstare potest. De his omnibus in præsenti conclusione tractatur.

SVMMARIVM.

Præsumitur de præterito in præsens, statusque præteritus præsumitur continuatus vsque in præsentem diem; nisi contrarium probetur, num. 1.

Bona fuisse fideicommittentis sufficit vltimus status ad obtinendum in remed. l. final. C. de edict. diu. Adrian. tollen. *ibid. in fine.*

Exceptio turbida, & requirens altiorem indaginem non impedit immissionem, ex l. final. Cod. de edict. diu. Adr. *num. 2.*

Instrumentum insertum in alio instrumento non probat ad fauorem inserentis, num.3.

Assertioni alicuius, qui prohibitus est aliquid facere, standum non est, ibid. in fine.

Principis gesta tempore, quo fuit dominus alicuius ciuitatis, nunquid valeant si eiusdem ciuitatis desijt esse dominus, num.4. & seqq.

Principis licentia alicui data de alienando expirat per mortem illius, qui licentiam habuit, n.8.

Loca montium non descripta ad fauorem emptoris non dicuntur eidem emptori tradita, ibid.

Consensum, & authoritatem præstare in negotio, & contractu proprio de iure non licet, ibid.

DECISIO DCCLXXIII.

1 ROta censuit loca S. Georgi etiam hodie esse subiecta fideicommisso d. Ioan. Francisci Pallauicini. Etenim moderni DD. Pallauicini (quatenus probent se esse vocatos ad fideicommissum d. Ioan. Francisci, de quo erit suo loco agendum) habent fundatam intentionem, tam quoad antiquum statum, secundùm quem non dubitatur ista loca fuisse subiecta prædicto fideicommisso, qui status præsumitur continuatus vsque ad præsentem diem, nisi contrarium probetur, Salic. *in l. ex persona num.2, Cod. de probat.* Socin. *cons.89. num.19. lib.1.* Alexand. *cons.16. num.3. vers. nec prædictis lib. 5.* Alciat. *de præsumpt. præsumpt. 21. num. 7.* & fuit dictum in Toletana decimarum 4. Iunij 1612. coram me, quam etiam in præsenti statu, quia adhuc prædicta loca reperiuntur descripta ad fauorem fideicommittentis, qui vltimus status sufficit ad obtinendum, in remed. *l. final.* quò agunt DD. Pallauicini reiectis alijs exceptionibus ad petitorium, Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num.55. vers. 4. requiritur, & num.366.* Peregr. *de fideicomm. art.44. num.14.*

2 Non obstat validum fundamentum DD. de Rangonibus, quòd scilicet ista loca fuerint aliàs per Rolandum Pallauicinum filium testatoris cum licentia Regis Francorum præuia exemptione à fideicommisso alienata in quendam Babilanum Pallauicinum, quia visum fuit DD. istam esse exceptionem turbidam, & requirentem altiorem indaginem, & propterea non esse admittendam contra agentem, remedio *d. l. final. Cod. de edict. diu. ad toll.* per text. *in l.2. Cod. eod. tit. l. quisquis, Cod. quor. appellat. non recip.* Fulgos. *cons.215. in fin. vers. ad secundam,* Roman. *cons. 323. num.5. & 6.* Peregr. *de fideicom. art.48. num.48.*

3 Quòd autem prædicta exceptio sit turbida, & requirens altiorem indaginem, dictum fuit apparere. Primò, quia de prætensa licentia Regis Franciæ non apparet aliunde, quam ex inserto in instrumento dictæ venditionis factæ a Rolando, quod quidem insertum minimè probat ad fauorem inserentis, glos. *in cap. Abbati, verb. fiat fides, vers. sed alij dicunt, verb. significat.* Ias. *cons. 169. num.29. volum.4.* Afflict. *decis.273. numer.4. vers. bene facit,* Ægid. *decis.323.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. numer. 149.* & faciunt tradita per Bartol. *cons.40. sub numer. 4. & 5. volum.1.* Et est regulare, quòd in prohibitis non statur assertioni eius, qui est prohibitus facere, *l. qui testamentum, ff. de probat.* Dec. *cons.132. incipit, in casu proposito,* Oldrad. *cons.226. vers. vnde Doctores.*

4 Secundò, esset videndum qua auctoritate potuerit Rex Galliæ dispensare super fideicommissis in ciuitate Parmæ, quæ est de directo dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & licèt allegetur quòd tunc temporis Rex Franciæ possidebat Ducatum Mediolani, & quòd ciuitas Parmæ erat membrum dicti Ducatus, & quòd talis possessio fuit satis ad sustinendam gratiam, vt per Crescen. *decis. vnica, de confirmat. vti l. vel inutil.* attamen ista responsio visa fuit continere inexplicabiles difficultates. Prima est, an attendatur sola possessio in Principe, qui non fuit pacificè electus, sed armis ingressus est possessionem Principatus, quasi quòd validitas actus in hoc pendeat à iustitia belli, à qua pendet iustitia possessionis, ex trad. per Bart. *in tract. de represal. quæst.5. num.12. vers. aut sua authoritate occupant*; hanc autem inspectionem, an bellum fuerit iustum, vel non, Domini nullo modo voluerunt ingredi.

5 Secunda difficultas est, posito, quòd possessio esset iniusta, an illa possessio dimisso Principatu, attendatur solùm quoad ea, quæ fuerunt administrata per Principem possessorem per viam iustitiæ; secus verò si per viam gratiæ, ex tradit. per Bart. alij dicunt esse Bald. *in repetit. l. Barbarius num.4. vers. fallit in ijs, quæ pertinent ad iustitiam, & iurisdictionem, & num.10.* vbi distinguit inter actus necessarios, inter quos ponit administrationem iustitiæ, & actus voluntarios, *ff. de offic. præsidis.*

6 Tertiò, dato quòd sola possessio principatus sufficiat pro validitate gratiæ, esset videndum, an hoc debeat habere locum, quando, vt infrà diceretur, gratia non fuit consumpta tempore possessionis, maximè in gratijs maioribus, & requirentibus plenitudinem potestatis, vt videtur esse commutatio vltimarum voluntatum, vnde Rex Franciæ in proposito vsus fuit clausula, de plenitudine, & hæc per ea, quæ post Alciatum tradit Peregrin. *de fideicomm. art.52. num.157.*

7 Tertiò dubitabatur, an in præsenti casu esset attendendus Princeps originis, vel potius Princeps loci, in quo sita sunt bona, & sic Ianua in qua non apparet Regem Franciæ tunc habuisse dominium, vel possessionem, licèt enim regulariter esset attendendus Princeps originis, nihilominus in hoc casu mons Ianuæ dicitur habere propria statuta, quibus nec ipsamet Respublica Ianuensis solet derogare, & cùm Ioan. Franciscus dominus pecuniarum illas posuerit super dicto monte, videtur illa subiecisse nexibus, & statutis illius montis, ita vt alius Princeps minimè potuerit derogare.

8 Quartò, cùm prætensa licentia minimè fuerit effectuata viuente ipso Rolando, videtur, quòd per illius mortem expirauerit, Natt. *cons. 162. num. 7. lib. 1.* Bursat. *cons.131. num. 34. & seq. vsque ad fin. lib.2.* Cælius Vgo *cons.117. num.4. vers. & posito prosecto,* Lud. Molin. *de primogen. lib.4. cap. 5. num.37.* Quòd autem non fuerit effectuata in vita Rolandi, videbatur deduci ex eo, quòd loca in vita Rolandi non fuerunt tradita, cùm non fuerint descripta ad fauorem emptoris, in quo stat traditio similium locorum, Alex. *cons. 103. num. 6. & 7. lib.2.* Dec. *cons.146. num.13. vers. & primo fuit data,* Anchar. *cons. 32. num. 2.* Ias. *cons. 231. num.2. & 3. lib. 2.* Sicut è conuerso non reperitur, quòd pretium fueri per emptorem solutum. Et prædicta non effectuatio satis probatur ex eo, quòd de anno 1553. hæredes emptoris mouerunt litem contra Dominos Rangonos hæredes venditoris pro dicta non effectuatione. Et de anno 1560. deuenerunt ad quandam transactionem, quæ tamen non nocuit DD. Pallauicinis, tum quia fuit res inter alios acta, *tot. tit. C. inter alios acta*, alijs non nocere. tum quia iam erat lis mota per DD. Pallauicinos contra DD. Rangonos, qua stante nihil potuit innouari, *tot. tit. vt lit. pendent.*

9 Quintò, in multis non videbatur satisfactum formæ prætensæ licentię, & signanter circa reinuestimentum, quod debebat fieri de pretio extrahendo ex locis montium, & licèt in memorialibus fuerit datum quoddam instrumentum assignationis propriorum bonorum factę per Rolandum: attamen præter quòd tanquam non existens de actis videbatur parum attendendum, fuit dictum, quòd cùm Rolandus esset curator Gasparis mente capti, ad quem spectabant loca montium, non poterat postea tanquam curator Gasparis emere à seipso, quia fuisset authorizare in negotio proprio, quod de iure non licet, *l. 1. ff. de auth. tut. vel curat. §. final. Institut. eodem titul.* glos. *in Clement.2. verb. mense de reb. Eccles. non alienan.* innumeros congerit Michael Crass. *in §. donatio quæst.3. num.2. vers. contrariam sententiam.*

10 Ex qua ratione videbatur etiam non fuisse satisfactum formę licentię Regię, in eo quòd deberent consentire curatores Gasparis mente capti, & Polidori Furiosi, quia licentia debebat intelligi de alio curatore, quam de ipso Rolando, qui fuit ipsemet supplicans pro licentia, & cui fuit data facultas vendendi loca montium.

R.P.D.

R. P. D. SACRATTO,

posteà S. R. E. Cardinali.

Anconitana, seu Auximana florum.

Luna 20. Iune 1616.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plures explicantur conclusiones, de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Causa, & tituli vniuersalitas magis attenditur, quàm actuum particularitas, num.1.*

Ciuitates recognoscentes superiorem non possunt facere statuta, ibid. in fine.

Possessio admittitur per decennalem acquiescientiam, & desistentiam possessionis, num.2.

Testis depositio super interrogatorijs magis attenditur, quàm super articulis, num.3.

Fides non facit fidem, ibid.

Vniuersitatis iuribus particulares personæ praiudicare non possunt, ibid. in fine.

DECISIO DCCLXXIV.

1 ROta stetit in decisis coram me in hac causa die 18. Aprilis 1616. * fundamentis de quibus in ea, quibus visum fuit non obstare, quòd Communitas Anconæ tanquam domina territorij Anconitani sit in quasi possessione faciendi asportare flores ab alijs terris, & castris d. territorij, cuius quasi possessionis vigore, stante titulo vniuersali, possit cogere Communitatem Offaneæ, etiamsi alias non coegisset, cùm de iure magis attendatur vniuersalitas causæ, & tituli, quàm particularitas actuum, Seraph. *decis.*1295. *num.*6. quia fuit responsum, non probari hunc titulum vniuersalem, cùm nullo iure caueatur, quòd ciuitas subiecta Principi, vt est ciuitas Anconæ, habeat iurisdictionem in castra, & terras de territorio, cùm potius omnes sint æqualiter subiectæ ipsi Principi, vnde solet dici, quòd huiusmodi ciuitates, quæ recognoscunt superiorem, non possunt facere statuta, Bart. *in l. omnes populi num.* 3. *ff. de inst. & iur.* Petr. de Anchar. *cons.*12. *in princ.* Bald. *cons.* 143. *num.*1. *lib.* 1. *& cons.* 292. *in princ. lib.*2. Rom. *cons.*218. Rota in Assisien. hæreditatis 14. Decembris 1607. coram Reuerend. Attrebaten.

2 Secundò, cum ex 4. & 5. testibus pro parte Communitatis Anconæ examinatis, & in alia decisione in hac causa facta ponderatis appareat à 10. & vltra annis Communitatem Anconæ non exegisse flores à Communitate Offaneæ, etiamsi à prædicta Communitate per prius exegisset, videtur per lapsum decennij quoad ista Communitatem Offaneæ deposuisse animum possidendi, ex allegatis in alia decisione, & de magis communi attestatur Alexand. *cons.* 94. *num.* 7. *lib.* 5. Rota in Roman. vineæ 3. Decembris 1609. coram Reuerend. P. D. Decano. Concurrentibus maximè petitionibus Communitatis Anconæ, & denegationibus Communitatis Offaneæ, cum dicta decennali acquiescentia, per quem modum fuit Communitas Offaneæ constituta in quasi possessione negatiua, Bald. *cons.*101. *sub num.*1. *lib.*2. Seraphin. *decis.*1086.

3 Non obstant testes ouper ponderati pro parte Communitatis Anconæ; nam primus testis deponens de quasi possessione Communitatis defuit in ratione, subiungit enim; *Perche si portauano le citationi*, quæ ratio non concludit, vt de se patet, & ipse meliùs declarat, iuxt. 4. dum dicit, *Io ho portato l'intimatione, se poi habbino portato li fiori, o ne, non lo so*, idem repetit iuxt. 9. & propterea quidquid dixisset super articulis, magis attenderetur hoc eius dictum super interrogatorijs, in quibus concludit, se nihil scire, magis enim attenditur depositio testis super interrogatorijs, quàm super articulis, cùm super articulis sit magis suspectus, quòd voluerit inseruire parti, quæ illum induxit, Verall. *decis.* 421. *incipit, quando dato, lib.* 1. *in manuscript.* Seraphin. *decis.* 1073. *num.*9. Alij verò testes deponunt de quasi possessione super 10. & 20. annos, quæ possessio non releuat, ex dictis suprà, & etiam in alia decisione; fides verò ad idem data fuit dictum oon facere fidem, *l. si quando, Cod. de testibus*, Cephal. *cons.*384. *num.* 21. *lib.* 3. Dec. *cons.* 51. *num.* 6. *&* 7. & placuit etiam illud quod fuit tactum in alia decisione, quòd scilicet quatenus probaretur asportatio facta per aliquos particulares Offaneæ, hoc non potuisset præiudicare ipsi Communitati, ad *l. sicut, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* cum alijs per Gabr. *conclus.*1. *num.*6. *eod. tit.*

Est decisio 762. supra in hac parte.

R. P. D. BVRATTO.

Colimbrien. Matrimonij.

Mercurij 22. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Matrimonium probatur per testes etiam domesticos, & familiares, ac etiam per epistolas non subscriptas sine nomine, & cognomine scribentis, quando ex alijs circunstantijs constat de scribente.

SVMMARIVM.

Matrimonium, vt per testes concludenter probatum dicatur, quomodo dicti testes deponere debeant, n.1.

Matrimonium, & sponsalia probantur per testes familiares, & domesticos, præsertim quando sponsalia fuerunt clandestina, ibid.

Testes domestici, & minus idonei non probant, quando producenti imputari potest, quod non adhibuerit alios testes magis idoneos, & non domesticos, ibid.

Testes domestici supplentur ex numero arbitrio iudicis, ibid. in fine.

Testis deponens de facto proprio, & sine interesse probat plusquam semiplenè, num.2.

Matrimonium contrahendum probatur per epistolas, ibid.

Epistolæ non subscripta à scribente, & sine illius nomine, & cognomine probant, quando aliunde constat de scribente, præsertim si sint litteræ amatoriæ, num.3.

DECISIO DCCLXXV.

PLacuit Dominis resolutio facta 14. Decembris præteriti, videlicet, esse probata sponsalia inter DD. 1
Emanuelem, & Blancham. Nam subsistit primum fundamentum super tribus contestibus de visu, & interessentia, & de eisdem loco, tempore, verbis, modo, & alijs circumstantijs, deponentibus, qui etiam ad probationem matrimonij sufficerent, vt per Rebuff. *in addit. ad eius consil.* 117. *num.* 1. Et exceptio familiaritatis, & domesticitatis fuit plenè in decisione sublata, ex eo potissimum, quia dicta sponsalia coram dictis testibus secretis contracta, sunt clandestina, Bald. *cons.* 148. *num.* 13. *vers. & intelliguntur volum.* 1. Nec sine causa ita occultè, non autem publicè fuerunt celebrata, videlicet, propter opinatum per ipsos periculum, vel quòd amitterentur pensiones Ecclesiasticæ, quas Emanuel obtinebat, vel quòd redderetur difficilior impetratio emptionis Militiarum Lauretanarum, & sic nihil imputari potest Blanchæ, quòd testes magis idoneos non adhibuerit, quæ est præcipua ratio repellendi testes domesticos, vt vltra Alexand. *cons.*158. *num.*15. *volum.*5. in decisione allegatum, notat Aret. *in cap. cum à nobis num.*42. *versic. circa secundum de testibus*. Quorum etiam defectus suppletur ex numero, licèt omnes sint domestici, vt per Rebuff. *vbi suprà num.* 4. & numerum trium in proposito sufficientem esse tot alijs concurrentibus, censuerunt Domini, quorum arbitrio remittitur, an talis numerus sufficiat ad hoc, vt defectus ex eo suppleatur, vt aliàs dictum est.

Alia verò exceptio, quòd dicti testes fuerint mediatores commercij inter partes, non verificatur ex testibus 2
nunc datis in summario Emanuelis, *num.* 1. nec alibi. Secundò, vigent adbuc coniecturæ, præsumptiones, & verisimilitudines in dicta decisione ponderatæ, & dicta testium de confessionibus extraiudicialibus Emanuelis, quibus nihil talrem releuans fuit responsum. Ac denique, litteræ amatoriæ eiusdem Emanuelis in dicta decisione consideratæ, eius sigillo munitæ, & benè recognitæ per testes eius manum notam habentes, & aliquæ per duos deponentes de interessentia, & visu, quando

per Emanuelem scriptæ fuerint, & illas per eos sæpius eius nomine fuisse præsentatas eidem Blanchæ, qui vti de facto proprio, & sine eorum interesse deponentes plusquam semiplenè probant, Rota *decis.331. num.6. part.1. diuers.* cum alijs in Amerina, bonorum 16. Aprilis præteriti coram me. Quas epistolas probare matrimonium contrahendum, Verall. *decis.212. num.10. part.2.* Viu. *decis.341. num.10. lib.2.* & nouissimè Nicol. Genua *in tract. de script. priuat. lib.3. in tit. de litteris amatorijs num.7. pag. mihi 164. & sponsalia l. fin.* & ibi Alberic. & Bald. *ff. de sponsal.* & latè Genua *in d. tract. d. lib.3. quæst. 30. pag. mihi* 139.

3 Nec obstare visus fuit defectus nominis, & cognominis, & subscriptionis Emanuelis in dictis epistolis, ad not. per Alberic. & Bald. *in proœmio Digestorum*, & Menoch. *de arbitr. lib.2. cas.94. num.15. & 21.* Nam cùm per testes de visu, & interessentia constet aliquas ex eis fuisse per ipsum scriptas, & destinatas Blanchæ, & ad illam missas, eique præsentatas nomine eiusdem Emanuelis, & per eam receptas, & duæ contineant nomen appellatiuum *mariti*, vni soli conueniens, consequenter videtur tolli defectus nominis; nec videtur negari posse quin Emanuel habuerit illas pro perfectis, & absolutis, & quin perinde sit, ac si nomen proprium apposuisset, ad *text. in l.2.* vbi Bart. & alij, *ff. de liber. & posthum.* Aymon, *consil.121. num.6. in fine, & cons.162. num.4.* & facit decisio Card. Seraph. 1088. *num.7. & seqq.* Nec incerta dici potest illius persona ex tot circumstantijs ex tenore dictarum epistolarum resultantibus certificata, Socin. *in l. quem heredi, in 2. not. ff. de reb. dub* Aym. *dict. cons.162. num. 8. vers.3. & num.6. vers. non obstant.* Vltra quòd ea, quæ dicuntur de nomine apponendo in epistolis, non videntur procedere in amatorijs; istæ enim secretò fieri solent, & sine nomine, vt est notissimum, & prout etiam semper factæ fuerunt per ipsum Emanuelem; solemnitas autem iuris non attenditur quando de consuetudine non obseruatur, vt in specie literarum sine nomine, Aym. *d. cons.121. num.9.*

4 Ideòque stantibus prædictis, & attenta etiam difficultate probationis dictæ epistolæ faciunt saltem aliquem gradum probationis contra ipsum scribentem, prout in
1 simili, de quodam folio sine die, & causa, & sic in forma simplicis memorialis, coadiunati tamen ex facti circumstantijs, est decis. Cardin. Seraphin. 373. *num.3. & sequentibus*. Ex omnibus verò supradictis, videlicet, testibus, coniecturis, præsumptionibus, verisimilitudinibus, ac demum istis epistolis simul iunctis, visum fuit probationem impleri; si quæ deficiat, vt in terminis fuit sentum in Vlixbonen. matrimonij 2. Maij præteriti coram R. P. D. meo Pirouano. Et ideò Domini steterunt in decisis.

R. P. D. S A C R A T T O.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana bonorum de Marescottis,

Mercurij 22. Iunij 1616.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissarius quando sit legitimus contradictor aduersus petitam commissionem hæreditatis ab intestato, Cætera videas in summario,

S V M M A R I V M.

Filii habent de iure fundatam intentionem super successione ab intestata paterna hereditatis, num.1.

Filius preteritus in testamento patris veniens ab intestato dempta sua legitima debet restituere residuum hereditatis
2 *heredi scripto, n.2.*

Fideicommissarius quando sit legitimus contradictor aduersus immissionem petitam ab herede ab intestato, num.3.

Clausula codicillaris, an operetur fideicommissum in præiudicium filiorum ad fauorem extraneorum, numero 4.

Fideicommissarius nunquam est legitimus contradictor aduersus immissionem petitam ab herede ab intestato, quando certum est faciendas esse detractiones ad fauorem heredis, n.5. & seq.

Fideicommissarius capere debet portionem suam de manu heredis, & non è contra heres capere debet de manu fideicommissarij, n.6.

Restitutio verbalis est necessaria in fideicommissis secundum terminos iuris ciuilis, n.7.

Ius ciuile seruandum est inter Romanos vigore statuti Vrbis, ibid.

Legitima debet detrahi super qualibet parte bonorum hereditariorum, ibid. arbitrio iudicis, n.8.

D E C I S I O DCCLXXVI.

Resolutum fuit, D. Pirro non competere retentionem 1
fructuum, de quibus agitur, etenim DD. de Marescottis tanquam hæredes M. Antonij patris, qui fuit hæres ab intestato q. Alphonsi Marescotti sui patris, habent fundatam intentionem, quòd debeant immitti in omnibus bonis, quæ fuerunt in hæreditate d. Alphonsi, vt fuit coram me pluries decisum in hac causa, & proinde cùm non dubitetur census, de quibus agitur, fuisse in bonis dicti q. Alphonsi DD. de Marescottis, debeant immitti iuxta resolutionem iam factam.

Non obstat, quòd D. Pirrus, qui est ille, qui imposuit 2
censum super proprijs bonis, & illos vendidit prædicto q. Alphonso, prætendat retinere fructus censuum decursos, & modò debitos hæreditati dicti q. Alphonsi, tanquam fideicommissarius vocatus in testamento dicti q. Alphonsi, prætendit enim, quòd ex quo Alphonsus sciens, præterijt M. Antonium filium, quòd annullato testamento per præteritionem teneatur d. filius veniens ab intestato dempta sua legitima residuum hæreditatis restituere hæredi scripto in testamento, iuxt. not. per Soc. sen. *cons.93. num.32. lib.4.* Socin. iun. *cons.128. num.257. lib.1.* Dec. *cons.490. num.3. & 6.* Clar. *in §. testament. quæst.46. per tot.* Crass. *de success. d. §. testament. quæst.30. num.1.* Ant. Gabr. *de clausul. conclus.8. num.5.* Gabr. *cons.109. num.3. lib.1.* Surd. *cons.232. num.20.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.32.* & fuit decisum in Ariminen. legati 10. Decembris 1597. coram bon. mem. Litta.

A quo hærede scripto, nempè q. Iulia Balleona præten- 3
dit D. Pirrus se fuisse hæredem institutum; atque hinc facit conclusionem, quòd cum ipse ex vna non sit innosor illorum fructuum, sed illos iam habeat in manibus, ex quo illos nunquam soluit, & ex altera sit indubitatè vocatus ad duas tertias partes hæreditatis d. q. Alphonsi, licere sibi retinere istos fructus loco portionis sibi debitæ ex dicto fideicommisso; sicque non obstare Doctores, & decisiones, quæ dicunt fideicommissarium non esse legitimum contradictorem aduersus immissionem petitam ab hærede ab intestato; quia debent intelligi, vel quando fideicommissarius est vitiosus possessor, vel quatenus non sit vitiosus possessor, vbi in continenti non docet de iure suo: secus si concurrat vtrumque, quia quoad possessorem cessat pœna temeritatis, propter quam vitiosus possessor non est legitimus contradictor, & quoad bonum ius, illud non cessat, præsupposito, quòd de illo in continenti, & per publicum instrumentum doceatur, hoc est, per testamentum, habens clausulam codicillarem, Ita Bero. *cons.60. num. 2. cum seqq. lib.2.* Surd. *cons.*..... Rota in causa S. Seuerini bonorum 20. Decembris 1610. coram me, & in causa Romana de S. Cruce 4. Iunij 1610. coram me, cum multis alijs allegatis.

Quibus non obstan. Rota censuit D. Pirro non com- 4
petere immissionem, & omisso, an ipse possit dici possessor, itaut applicentur iura, loquentia de non vitiosis possessoribus, & sic etiam omisso, an clausula codicillaris, de qua in testamento q. Alphonsi operetur fideicommissum ad fauorem q. Iuliæ, tanquam extraneæ contra proprios filios, cùm sit magna controuersia inter Doctores: at clausula codicillaris operetur in præiudicium filiorum ad fauorem extraneorum, de quo per Thesaur. *decis.145. n.15.*

Fuit dictum non constare in continenti de iure D. Pirri 5
in censibus, de quibus agitur. Primò, quia quando certum est, faciendas esse detractiones ad fauorem hæredis, tunc fideicommissarius nunquam est legitimus contradictor, latè Surd. *decis.233. sub num.8. & seq.* post 4. volum. consiliorum Rota *decis.505. num.3. part.1. diuers.* Seraph. *decis.609. num.4. & decis.850. num.1.* Et fuit

dictum

dictum in causa Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illustrissimo D. Cardinali Lancellotto, & in Senogallien. fideicommissi 22. Martii 1606. coram me.

6 Et meritò, quia quando certum est aliquod de eo, quod retinet fideicommissarius, remansurum esse penes hæredem, tunc cessat omnis æquitas, quòd retardetur immissio heredis, quia æquius est, quòd fideicommissarius capiat suam portionem de manu hæredis, *l. 1. in princ. ff. quor. leg.* Dec. *consl. 467. num. 12.* Rot. *decis. 83. num. 1. par. 1. divers.* non è contra, quòd hæres capiat de manu fideicommissarii, & etiam cessat absurdum de inani circuitu, & regula, *Dolo petis*, in qua fundatur prima opinio.

7 Quod magis de plano videbatur procedere, quia secundùm terminos iuris Ciuilis, quicquid sit de æquitate Canonica, in fideicommissis est necessaria restitutio verbalis, *l. facta, ff. ad Trebell.* Gabr. *consil. 36. num. 2. lib. 2.* & cùm ista causa agatur inter Romanos, dicebatur esse seruandum ius Ciuile, ex Stat. Vrb. *cap. 42. lib. 1.* In proposito autem casu, certum est, quod debet detrahi legitima M. Antonii filii Alphonsi, in qua M. Antonius habet fundatam intentionem super qualibet parte bonorum d. Alphonsi: vnde non potest retineri aliqua pars hæreditatis, & bonorum d. Alphonsi tanquam immunis, & exempta à prædicta detractione, vt considerauit Rota in prædictis causis, Romana de Capizucchis coram Cardinali Lancellotto, & Senogallien. fideicommissi coram me.

8 Et cùm Alphonsus reliquerit multa debita, & legata, potest esse, quòd pro prætenso fideicommisso parum remaneat, & etiam quòd iudex, cuius arbitrio relinquitur, in quo corpore danda sit legitima, Crass. §. *legitima q. 16. num. 1.* Gabr. *de legitim. conclus. 3. num. 1.* eligat istos census in legitima filiorum Alphonsi.

9 Secundo, principaliter fuit responsum, quòd cùm Rota iam resoluerit testamentum Iuliæ, à quo habet causam D. Pirrus, fuisse nullum, quo casu succedunt Iuliæ ipsimet Marescotti, tanquam illius ex filio nepotes, & sic hæredes ab intestato, non potest dici constare incontinenti de bono iure D. Pirri, quia etiam si Iulia esset vocata per fideicommissum ad duas tertias hęreditatis Alphonsi, rursus istæ duæ tertię stantibus prædictis decis. reuertuntur ad istosmet de Marescottis tanquam nepotibus ex filio d. Iuliæ, vt dictum est, & licèt replicetur pro parte D. Pirri, quòd super testamento d. Iuliæ adhuc pendet lis, & quòd ipse intendit reaudiri super decisione de illius nullitate facta, attamen cùm D. Pirrus prætendat istam retentionem contra regulas iuris, secundum quas fideicommissarius debet capere de manu hæredis, vt suprà firmatum est, debet clarè, & liquidè docere de iure suo, & proindè cùm super hoc, quod prætendit, habeat iam decisionem contra se, visum fuit hoc sufficere pro hoc, quòd incontinenti non doceat de iure suo.

10 Atque ex his visum fuit, non obstare etiam decisiones supra in contrarium allegatæ, quia non loquuntur, vel quando ex portione, quam fideicommissarius prætendit retinere, erant faciendæ detractiones, vel quando erat iam detectum ius hæredis etiam super bonis fideicommisso subiectis, & multò minus loquuntur, quando concurrit vtrumque, vt in proposito casu. Et ita tentum.

R. P. D. BVRATTO.

Bononien. pecuniaria.

Veneris 1. Iulii 1616.

ARGVMENTVM.

Hæres in testamento scriptus immitti debet in possessionem bonorum hæreditariorum, & immissus manuteneri tam de iure communi, quàm ex Statuto Bononiæ.

SVMMARIVM.

Heres qui in testamento scriptus immissus est in possessionem hereditatis, non potest in sua possessione molestari tam de iure communi, quàm vigore statuti Bononie, num. 1. & 2.

Contradictor, vel resistens heredi in testamento scripto ne in possessionem rei hereditarie immittatur, & immissus manuteneatur vigore statuti Bononie puniendus est, numero 3.

Statuta Bononie valida sunt, & seruanda, cum habeant Apostolicas confirmationes, ibid.

Filiatio probatur ex nominatione patris in testamento facta, num. 4.

Epistola probat contra scribentem, ibid.

DECISIO DCCLXXVII.

1 Domini dixerunt DD. Fabio celebri in Vrbe Aduocato, & fratribus de Carandinis filiis q. Claudiæ de Ferraris de mense Martii præteriti in terra Centi defunctæ, competere remedium tam *l. fin. C. de edict. D. Adr.* vti heredibus in testamento dictæ Claudiæ scriptis, quatenus immissi non essent, vel si immissi, pro confirmatione immissionis, iuxta doctr. Alberic. *in d. l. fin. num. 16. in fin. vers. Item queritur*, Dec. qui plures allegat *num. 44* & Zuccard. *num. 218. vers. competit tamen, & nu. seqq.* & præsertim *num. 219. vers. quibus non obstantibus*, vbi dicit communem Guidopap. *quæst. 132. num. 4 & quest. 219. in princ.* Bero. *cons. 56. num. 2. vol. 2.* & Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 348. & seqq.* vbi dicit receptissimam Doct. sententiam.

2 Quam statuti Bononiæ *lib. 2. sub rubr. quod nullus occupet possessionem rei hereditarie*, expressè disponentis nulli ante apprehensam hæreditatem, seu etiam ea apprehensa licere præuenire hæredem in capien. possessione bonorum per defunctum tempore vitæ, & mortis possessorum, seu detentorum, nisi legitimis citationibus secundùm formam statutorum dictæ ciuitatis præmissis.

3 Et quòd contradictor, vel resistens puniatur, vt in dicto statuto, & hæres immittatur, & immissus manuteneatur, & defendatur, & alius quicumque, qui in possessione fuerit, expellatur, inuasione, ingressu, vel occupatione, vel quocumque iure competenti ipsi occupanti, & inuadenti, vel ab eo causam habenti non obstan. De cuius statuti validitate dubitari non potest, cùm statuta Bononiæ habeant confirmationes Apostolicas, & præcipuè Iulii II. in forma specifica, in qua meminit Gozad. *consil. 108. num. 2. & 8.* Malual. *consil. 3. num. 29. & 30.* Glossator ad dictam Bullam Confirmationis in calce dictorum statutorum, in verbo *contractus, circa fin.* & eisdem statutis vtitur terra Centi, vbi nupta erat dicta Claudia D. Comiti Aloysio de Pepulis, & vbi decessit, quamuis hodie sit sub legatione Ferrariæ, vt notissimum est.

4 De filiatione autem DD. Fabii, & fratrum, constat ex lectura eiusdem testamenti Claudiæ, in quo ipsos hæredes instituit vti eius filios ex q. Paulo Carandino primo viro, quod solùm sufficit, secundùm communem, ex *l. quidam cum filium, ff. de verbor. oblig.* Ruin. *cons. 53. num. 6. lib. 5.* cum aliis per Menoch. *præsump. 53. num. 39. lib. 6.* Cardin. Seraph. *decis. 1331. sub num. 8.* Et ex confessione dicti D. Comitis Aloysii respectu D. Fabii in epistola ad eum transmissa, in qua illum certiorem reddidit mortis dictæ eius matris, quæ cùm sit recognita contra ipsum scribentem, plenè probat *l. Publia, ff. depos.* Abb. & omnes *in cap. 2. de fid. instrum.* Couarr. *pract. quest. cap. 22. num. 7.* Et ideò ita resolutum vna tantùm parte informante.

R. P. D. BVRATTO.

Colimbrien. prætensorum sponsalium.

Mercurij 26. Octobris 1616.

ARGVMENTVM.

Dispensatio sponsalium inter personas prohibitas contractorum, quando censeatur obtenta ab eo, cuius nomine impetrata est, nec inter personas prohibitas valent sponsalia, etiam quòd fuerint contracta sub conditione, quatenus obtineatur dispensatio, & nihilominus etiam dispensatione sequuta, vt subsequens matrimonium sit validum, requiritur nouus consensus expressus, vel tacitus, & est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Dispensatio matrimonii non censetur impetrata de consensu illius, cuius nomine impetrata fuit, nisi adminiculis concurrentibus, num. 2.

Sponsalia non dicuntur probata ex simplici tractatu matrimonii, num. 3.

Sponsalia contracta inter sanguine coniunctos, num. 3. & 4. gradu sunt inualida, & nulla, n. 4.

Spon-

Sponsalia contracta inter consanguineos, sunt nulla etiam, quod contracta fuerint sub conditione obtinenda dispensationis à Pontifice, num. 5. & 6.

Sponsalia inter personas prohibitas contracta ex obtenta dispensatione non conualidantur, nisi post dispensationem sequatur nouus consensus expressus, vel tacitus, num. 6.

Cedens liti, & causæ, censetur tacitè fateri nullum ius fouere, num. 7.

DECISIO DCCLXXVIII.

1 PRo Leonarda informante responderunt Domini non constare de sponsalibus cum Petro Laurentio (vt ipse prætendebat) contractis, quia nullo modo fuerunt per ipsum probata, nec coram iudicibus de partibus, nec in Curia. Et hæc negatiua resultat ex inspectione actorum, ideòque est locus absolutoriæ, ex vulgaribus.

2 Nec aliqua resultare potest probatio ex dispensatione à Sanctissimo obtenta, etiam sub nomine Leonardæ de contrahendo inter eos matrimonio, non obstante consanguinitate in gradibus in ea expressis, tum quia illa non fuit impetrata ad eius instantiam, vel de illius mandato, quod non præsumeretur, nisi concurrentibus adminiculis, etiamsi Leonarda fuisset præsens in Curia, multò minus cùm fuerit absens, & ita secundùm Rotæ obseruantiam procedere opinionem Oldrad. *in consil.* 136. *num.* 5. *vers. non obstat*, declarat Cardin. Seraph. *decis.* 560. *n.* 1. *&* 2. Et præsertim cùm de aliquo eius fauore non tractaretur, Put. *decis.* 267. *num.* 6. *vers. secundo quia, & dec.* 298. *sub nu.* 1. *vers. & tractabatur lib.* 3. secundùm nouissimam impressionem, & fuit dictum in Burgen. Abbatiæ de Salas 20. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo. Tum etiam, quia est impetrata, non sub solo eius nomine, quo casu, concurrentibus tamen adminiculis, vt suprà, intrare posset dicta præsumptio, sed etiam sub nomine Petri Laurentii, imò ipse est primo loco in ea nominatus.

3 Sed tollit omnem difficultatem, quia in dicta dispensatione non dicitur fuisse narrata Sanctissimo aliqua sponsalia, sed solùm tractatum de matrimonio simul contrahendo, ex quo non potest inferri ad conclusionem dict. sponsalium, cum multa tractantur, quæ non concluduntur, Bald. *in l. multum interest, sub num.* 5. *Cod. si quis alteri, vel sibi cum vulgaribus*, & in sponsalibus præsertim sit necessaria conclusio, non autem sufficiat simplex tractatus, cùm in eis contrahen. mutua requiratur promissio, *l.* 1. *ff. de sponsal.* Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disput.* 5. *num.* 1. & in specie fuit dictum in Taurinen. sponsalium 2. Decembris 1594. coram bon. mem. Gipsio, & videtur indubitatum, quia si illa fuissent verè contracta, fuissent etiam verisimiliter narrata Sanctissimo, vt facilis induceretur ad concedendam dispensationem.

4 Et quamuis ex his cesset inspectio secundæ partis dubii, an ea sint obligatoria, cùm non entis nullæ sint qualitates, tamen pro negatiua considerabant Domini, quod cùm constet de consanguinitate inter eos in secundo, & tertio, ex vno latere, & in tertio, & quarto ex alio per propriam dicti Laurentii confessionem resultantem, nedum ex precibus Sanctissimo porrectis pro dicta dispensatione, sed etiam ex productione eiusdem dispensationis, ex vulgar. sequitur illa fuisse inualida vti contracta inter coniunctos in gradibus prohibitis, Cardin. Seraph. *dec.* 1156. *num.* 3. & fuit dictum in allegata Taurinen. coram Gipsio in S. Seuerini sponsalium 11. Maii 1609. coram Illustr. D. Card. Ludouisio, & in Vlisbonen. matrimonii 27. Iunii 1613. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.

5 Etiam quòd fuissent contracta sub conditione, si dicta dispensatio obtineretur. Nam reprobata communi opinione Canonistarum, & aliorum tenentium, illa valere, de qua latissimè Guttierez *canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 22. *à n.* 2. *vsque ad* 14. *& num.* 21. *&* 22. saltem reuocabiliter, vt ex relatis per Sanchez *de matrim. lib.* 5. *disp.* 5. *n.* 11. & Guttier. idem tenen. *vbi suprà num.* 18. *&* 19. contrariam sententiam, quòd imò non valeant, quæ est communis inter Theologos, teste Guttier. *d. num.* 21. *&* 22. tenuerunt quamplures allegati per Sanch. *vbi suprà num.* 5. *vers. hanc sententiam*, & per Guttier. *num.* 16. Rota in Abulen. matrimonii 28. Maii 1595. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in dictis decisionibus Cardinalium Seraphini, & Ludouisii.

6 Et supradicta opinio affirmatiua Canonistarum posset procedere in conditione, quæ tamen sit licita, apposita in promissione valida, & inter personas non prohibitas; secus verò in inualida, prout hic, ratione consanguinitatis, vt ex deductis per Guttier. *d. num.* 22. *sub versic. Quæ communis Theologorum sententia*, & per Card. Seraphin. *d. decis.* 1156. *num.* 5. *vers. & illa opinio*, quæ sine difficultate procedunt, ex quo dispensatio non fuit expedita per Officialem executorem. Cùm tamen etiam post expeditionem fuisset necessarius nouus consensus, vt per Abb. *in cap. super eo, in fin.* & Cardin. *num.* 2. *vers. quid si dicit*, Aret. *consil.* 142. *num.* 3. 4. *& seqq.* & alios per Guttier. *d. n.* 16. tenuit Rot. *decis.* 605. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* Et in dictis decisionibus Cardinalium Blanchetti, & Seraphini, & Ludouisii, & bon. mem. Gipsii, & latè consuluit Surd. *consil.* 364. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 3. Vel aliquis actus saltem tacitum consensum significans, vt in d. decis. Gipsii, Papa enim dispensando non habet ratum, quod gestum fuit, sed tantùm contrahendi licentiam impartitur, vt dicitur in dictis decisionibus Gipsii Cardinalis Blanchetti, & Ludouisii. In proposito verò nedum constat de nouo consensu, sed de expresso dissensu Leonardæ, ex declaratione per eam facta etiam cum iuramento in Ecclesia Sancti Dominici oppidi de Aueyro absentibus parentibus coram Notario, testibus, Archipresbytero loci, & Priore Conuentuali, & ante Altare Sanctissimi Sacramenti, quod ipsa nunquam dicta sponsalia contraxit, nec dedit aliquod verbum dicto Petro Laurentio de illis contrahendis.

7 Quæ omnia manifesta redduntur ex cessione vltimo loco facta in actis litis, & causæ per dictum Petrum Laurentium, mediante speciali Procuratore, ex qua in necessarium antecedens agnoscendo veritatem, & bonam fidem tacitè fateri videtur se nullum ius fouere, iuxt. not. per Bald. *in l. postquam liti num.* 11. *vers. Ego dico*, Curt. iun. *num.* 27. & Sichard. *num.* 22. *C. de pactis*. Ideòque fuit vt suprà decisum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Tullen. nullitatis professionis.

Lunæ 7. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Professio Religionis Hierosolymitanæ facta per metum nulla, & inualida est, & quomodo isto casu probetur metus, præsertim reuerentialis.

SVMMARIVM.

Testes singulares probant qualis fuerit animus alicuius, num. 2.

Animus qualis fuerit magis probatur ex facto, quàm ex verbis, ibid.

Matrimonium metu contractum, maximè probatur per testes deponentes super auersione animi illius, qui matrimonium contraxit, ibid. in fine.

Metus etiam mortis censetur probatus ex denegatione victus, & domus facta filio à patre, vel ex nimia patris erga filium sæuitia, num. 2.

Metus reuerentialis patris probatus censetur ex denegatione victus, & ex nimia sæuitia in filium, ibid.

Metus iustus dicitur cadens in virum constantem, quando agitur de amissione bonorum, vel maioris partis, num. 3.

Metus iustus censetur probatus ex minis de occidendo, n. 4. *vbi præsertim quando proueniunt ab eo, qui minas exequi potest, ibid.*

Metus reuerentialis censetur probatur ex minis paternis contra filium de interdicendo ei aditum suæ domus, & aliàs, vt num. 3. *&* 4.

Testes singulares probant minas, num. 4.

Metus probatur ex mœstitia, lamentationibus, & lacrymis metum passi, num. 5.

Metus censetur probatus ex protestationibus præcedentibus, & subsequentibus, num. 6.

Testes etiam singulares probant metum, num. 7.

Metus probatur etiam per publicam vocem, & famam, num. 8.

Metus reuerentialis probatur leuioribus probationibus,

quàm

quàm metus non reuerentialis, num. 9. vbi præsertim in filium annorum quindecim.

Ætas minoris probatur per testes familiares, num. 9.

Professio Religionis metus facta nulla, & inualida est, num. 10.

Minæ cum reuerentia paterna inducunt iustum metum, ibid.

Professio Religionis Hierosolymitanæ facta ante annum 16. non valet, ibid. in fine.

Metus non censetur purgatus per lapsum quinquennii durante eadem causa metus, num. 11.

DECISIO DCCLXXIX.

1 EX testibus pro Renato examinatis Dominis visum fuit clarissimè constare illius professionem in Sacra Religione Hierosolymitana fuisse violentam, atque meticulosam. Optimè enim deponunt primus, secundus, tertius, quartus, & nonus super 2. in summ. *n.* 2. de contraria voluntate eiusdem Renati, ac totali auersione à profitendo, quam dicunt eum semper habuisse, & non solùm expressè continuò declarasse verbis mœstitiæ, afflictione, lamentationibus, lacrymis, suspiriis, & protestationibus tam ante, quam post dictam professionem, de quibus infrà, iuxta dicta in Hispalen. matrimonii de Alcala 23. Iunii 1608. coram Illustrissimo Dom. Cardin. Ludouisio, & in Meten. professionis 18. Aprilis 1614. coram Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo, sed etiam facto ipso apertiùs ostendisse, dum prima vice missus à patre ad insulam Meleuitanam, vt in illa Religione profiteretur, cum pecuniis, & aliis ad hunc finem necessariis illis consumptis, per diuersas Italiæ partes vagando, ad patriam reddiit absque habitus susceptione, vt in specie dicunt iidem, primus, tertius, & nonus super eodem in summ. *dict. num.* 2. qui pariter licèt singulares sufficiunt ad animi probationem, Aym. *consil.* 71. *num.* 33. Farinac. *de opposit. contra dictum testium, quæst.* 64. *num.* 290. Cardin. Seraphin. *decis.* 559. *num.* 13. Et fuit dictum in Meten. professionis, quæ magis ex facto, quàm ex verbis resultat, vt ex cumulatis per Rotam *decis.* 811. *num.* 19. 20. *&* 21. *par.* 1. *diuersor.* Quæ auersio, & repugnantia Renati multùm confert ad metum probandum, vt in terminis matrimonii considerant Rim. iun. *consil.* 77. *num.* 24. inter matrimonialia, Rota in Hispalen. matrimonii 18. Iunii 1607. coram eodem Illustrissimo D. Cardin. Ludouisio, & in Colimbrien. matrimonii 19. Decembris 1614. coram me.

2 Secundò, de maxima displicentia patris ob redditum Renati sine susceptione habitus omnibus familiaribus seuero, & iracundo animo, declarata præcisè iubendo ne illum in castro reciperent, sed eiicerent, vt dicunt primus, tertius, quartus, & nonus super secundo in summ. *dict. num.* 2. De quo etiam testantur obnixè rogasse amicos ad hoc, vt omni auxilio derelictus habitum suscipere cogeretur, vt præsertim explicat quartus super eodem secundo articulo. Vnde Renatus ad effugiendum iram, & furorem paternum clam, & furtiuè permansit per aliquot dies in quibusdam casis, & tuguriolis hortorum castri, vbi à nonnullis famulis pietatis causa alitus fuit, vt dicunt secundus, tertius, & nonus super eodem *dict. num.* 2. Ex qua denegatione victus, & domus resultat: vel metus etiam mortis, ad *l. necare, ff. de liber. agnoscen. cap. passa* 86. *distinct.* & considerauit Rota etiam in Toletana nullitatis professionis 19. Nouembris 16 4. coram eodem Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo, vel saltem nimia sæuitia patris erga filium, quæ qualitas præcipuè in persona cui debetur reuerentia, est multum considerabilis, Abb. *consil.* 77. *num.* 19. cum aliis in dictis Hispalen. 19. Iunii 1607. & Toletana 19. Nouembris 1614. & ad cuius probationem similiter sufficiunt testes etiam singulares, vt latè per Aldobrand. *consil.* 71. *num.* 30. *&* 38. *cum seqq.* & Bertach. *consil.* 273. *nu.* 9. *lib.* 2. *crim.* & Rota in Anconitana separationis Thori nona Iunii 1600. coram Illustrissimo Domino Cardin. Lancellotto.

3 Tertio, de vehementibus minis eiusdem patris tam ante discessum, quam post redditum Renati, videlicet vt arceretur ab eius conspectu, nisi professionem emitteret, alias eum in totum exhæredaret, vt dicunt secundus, & tertius, super secundo in summ. *dict. num.* 2. & illi interdiceret aditum suæ domus, vt dicit quartus super eodem, quæ iustum metum inducunt, vt de amissione bonorum, vel maioris partis, est text. *in cap.* 2. *de his quæ vi, &c.* Natt. *consil.* 50. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 135. *num.* 9. Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 7. *artic.* 9. *num.* 79. *&* 80. & Rota in dict. Hispalen. 18. Iunii 1607. Qui dicitur cadens in constantem virum, Couarr. *in epitom. de spons.* 2. *part* 4. *cap.* 3. §. 4. *num.* 18. & metui mortis æquiparatur, Bart. *in l. si ob turpem num.* 6. *ff. de cond. ob turp. caus.* Grammat. *decis.* 18. *num.* 11. Rota in dicta Hispalen. 18. Iunii 1612.

Et pugione interimeret, vt dicunt primus, secundus, 4
tertius, & nonus super eodem *dict. num.* 20. quod similiter metum mortis, vel corporis cruciatus inducit, qui sine dubio dicitur iustus, *l. interpositas, vers. nec tamen*, & ibi Bart. & Bald. *num.* 2. *Cod. de transact.* Natta vbi suprà, Angel. *consil.* 215. *num.* 4. Menoch. *dicto casu* 135. *num.* 5. *versic. casus tamen*, Oddus *vbi suprà num.* 75. Hæ autem minæ pariter per testes singulares probantur, Grammat. *decis.* 5. *num.* 14. *vers. Quæro, ad probat.* Gabr. *de testib. conclus.* 2. *num.* 56. Anton. à Petro *in tractat. de fideicomm. quæst.* 12. *num.* 542. Farinac. *de oppos. contradict. quæst.* 64. *num.* 275. & Rota in d. Hispalen. 23. Iunii 1608.

Et tanquam venientes ab eo, qui illas exequi poterat, meritò timendæ fuerunt, *leg. quæsitum, ff. ad Turpil. leg. nisi, §. si legatarius, ff. si cui plusquam per l. Falcid.* Alber. *in leg. metum num.* 2. *versic. si autem fiunt, Cod. de his quæ vi, &c.* Grammat. *dicta decis.* 5. *num.* 4. Et iunctæ cum reuerentia debita minanti metum iustum dicuntur incutere, vt dixit Rota in dicta Hispalen. 18. Iunii 1607.

Quartò, de mœstitia, afflictione, lamentationibus, 5
lacrymis, & suspiriis Renati tam ante, quàm post professionem, de quibus deponunt secundus, & tertius, super tertio, & primus, sextus, & nonus, super tertio, & quarto in summario *num.* 3. qui similiter ipsum metum valdè iustificant, Aym. *consil.* 461. *num.* 12. Rebuff. *consil.* 69. *num.* 10. *versic. quod etiam factis*, Menoch. *præsumpt.* 4. *num.* 11. *& præsumpt.* 126. *num.* 17. *lib.* 3. Hond. *dict. consil.* 29. *num.* 39. *lib.* 1. & Rota in d. Hispalen. 15. Iunii 1607. & 23. Iunii 1608.

Quintò, de protestationibus non solùm præcedentibus 6
ipsam professionem, quòd non intendebat illam emittere, nisi per vim, & metum, & quòd dum esset in libertate, dicturus erat de nullitate, vt quartus, sextus, & nonus, super tertio, & quarto in summario *dict. nu.* 3. quæ licèt metum non probent, *leg. metum, Cod. quod met. caus.* multùm tamen coadiuuant, & operantur, vt meliùs probetur, vt ex allegatis per Rot. in dictis Hispalen. 18. Iunii 1607. & 23. Iunii 1608. & in d. Toletana. Sed etiam subsequentibus, vt iidem quartus, sextus, & nonus super iisdem *d. num.* 3. quæ similiter ad metus probationem multum deseruiunt, vt in d. Hispalen. & Colimbrien.

Sextò expressè, & concludenter deponunt de vi, & 7
metu, & præsertim primus super secundo in summario *dict. num.* 2. explicitè dicent optimè cognouisse Renatum professionem emisisse per vim sibi à patre illatam, cum quo conueniunt secundus, tertius, & nonus, super eodem *dict. num.* 2. quibus in proposito fides est adhibenda, etiamsi essent singulares, Crott. *consil.* 106. *num.* 13. *vers. cum ergo metus lib.* 1. Surd. *consil.* 395. *num.* 26. *lib.* 3. & Rota in dictis Hispalen. 18. Iunii 1607. & Tolet. 19. Nouembris 1614.

Septimò, demum omnes in summario *num.* 2. *&* 3. di- 8
cunt de omnibus prædictis fuisse, & esse publicam vocem, & famam, quæ ad metum probandum est pariter multum considerabilis, Cæpoll. *consil. ciuil.* 2. *num.* 3. *&* 8. Menoch. *dict. præsumpt.* 4. *num.* 21. *& d. præsumpt.* 126. *num.* 23. *lib.* 2. Cardin. Seraphin. *decis.* 859. *n.* 7.

Quamuis autem huiusmodi probationes Dominis fue- 9
rint visæ exuberantes ad probandum etiam metum in constantem virum cadentem: dixerunt tamen in proposito non fuisse necessarium huiusmodi metum, sed leuiorem sufficere, attenta qualitate patris illum inferentis, tam ob reuerentiam illi debitam, Franc. Marc. *decis.* 1190. *num.* 1. *part.* 1. & Rota in dictis Hispalen. 18. Iunii 1607. & 23. Iunii 1608. & Toletana 19. Nouembris 1614.

quàm

quàm ex eo, quod minas exequi poterat, prout executum fuisse, patet ex supradictis, sed etiam filii metum passi, qui de tempore professionis non attingebat annum 15. vt concludunt primus, secundus, tertius, septimus, & nonus, super 1. in summario *num.* 4. qui tanquam familiares, & optimè informati, ac explicitè deponentes de tempore natiuitatis, & baptismi benè probant, *l. omnes, Cod. de his qui ven. &c.* Bart. *in l. de ætate num. 7. ff. de minor.* Odd. *de restitut. quæst. 37. num. 35. & num. 65. & 66.* propter quam teneram eius ætatem minor metus exigitur, Castrens. *consil. 174. post num. 3. lib. 1.* cum aliis in dicta Hispalen. 18. Iunii 1607. & Seraph. *decis. 771, num. 4.* & Menoch. *de arbitr. d. cas. 135. num. 5.*

10 Vnde cum ex prædictis clarissimè appareat professionem fuisse solùm per vim, & metum emissam, Domini vnanimiter concluserunt eam fuisse nullam, iuxta text. *in c. 1. & cap. perlatum, de his quæ vi, &c. cap. eos, in fine 30. quæst. 3.* Nauarr. *consil. 5. num. 2. eodem titul.* Vbi enim adest metus, deficiunt consensus, & libera voluntas, quæ tamen sunt de substantia professionis, vt in puncto Paris. *consil. 65. num. 13. vol. 4.* & in matrimonio Rota in dicta Hispalen. 26. Ianuarii 1609. & sicut matrimonium metu factum non valet, ita nec professio, quæ illi æquiparatur, & est quoddam matrimonium spirituale, Gloss. & Doct. *in cap. Abbas, de his quæ met. caus.* Rebuff. *consil. 69. n. 9. in fin.* Paris. *dict. consil. 65. num. 11. in fine*. Imò ad illam annullandam sufficiunt etiam minæ iunctæ cum reuerentia paterna, iuxta doctr. Abb. *in cap. cum virum n. 8. de reg.* quem sequuntur Felin. *in cap. causam matrimonii num. 5. de offic. deleg.* & ibi Dec. *num. 24. & 25.* Couarr. *de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 6. num. 8.* & tenet etiam Apost. *ad gloss. in cap. præsens 20. quæst. 3.* Azor. *Instit. moral. lib. 12. cap. 5. quæst. 4. versic. si reges par. 1.* Et aliqui etiam ex Dominis dicebant professionem fuisse quoque nullam vti factam ante annum 16. & sic contra stabilimentum dictæ Religionis, *tit. 2. del riceuere li fratelli, cap. 15. fol. 16.* ex quo etiam ita censuisse Congregationem S. Conc. Triden. Interpretum testatur Sanch. *de sponsal. lib. 7. disp. 44. sub n. 8. vers. licet posteà*.

11 Nec visum fuit obstare lapsum quinquennii post professionem, quia cùm adhuc superuiuat pater Renati, & sic durauerit, & duret eadem causa metus, ad notata per Doctores *in l. penult. ff. de condict. ob turp. caus.* Menoch. *d. præsumpt. 126. num. 26 lib. 3.* cum aliis in dicta Toletana 25. Maii 1615. vel dictum quinquennium non cucurrit, vel saltem adest impedimentum ad reclamandum, Nauarr. *consil. 6. num. 2. de his quæ vi, &c. lib. 1.* Azor. *Instit. moral. lib. 12. cap. 4. quæst. vltim. ad fin. par. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 37. num. 22.* qui pluribus comprobat rationibus. Tantò magis cùm illa fuerit mihi in Rota commissa per speciale rescriptum Sanctissimi, vt per Rotam in dicta Toletana nullitatis professionis 25. Maii 1615. & ita decisum solo Renato informante, &c.

R. P. D. BVRATTO,

Veneta donationis.

Lunæ 14. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Magistralis est hæc decisio, magistraliterque etiam docens, an & quando feudum transeat ad fœminas? Quando etiam descendentium filiorum, aut posterorum appellatione veniant fœminæ? & plura de interpretatione verborum in inuestitura feudorum existentium. Ad eam in occurrente casu recurras.

SVMMARIVM.

Emptum ex pretio feudi venditi, est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est feudum, num. 1. in fine.

Feudorum natura est, vt in eo fœminæ non succedant, nisi specialiter dictum sit, etiam quod feudum sit Ecclesiasticum, num. 2.

Filiorum appellatione fœminæ non veniunt in materia differenti, num. 3.

Masculorum appellatione fœminæ expressè censentur exclusæ in qualibet materia, ibid.

Descendentium quorumcumque appellatione veniunt fœminæ, num. 4. declara vt num. 6.

Feudi inuestitura interpretanda est, vt euitetur contrarietas, & superfluitas, num. 4.

Filiorum appellatione continentur omnes descendentes masculi vsque in infinitum, num. 4. in fine.

Feudum pro hæredibus, & successoribus quibuscumque dicitur hæreditarium, num. 5.

Descendentium appellatione in materia feudali fœminæ non veniunt, ibid. in fine.

Substantiuum verbum quando resoluatur in adiectiuum, num. 6.

Disponentis præsumpta mens colligitur à subiecta materia, num. 7.

Verba quandoque possunt stare ad maiorem declarationem, num. 8.

Verba sunt potius toleranda, vt sint superflua, quàm vt sequatur incontinenti contrarietas, aut absurdum, aut quod sint iuri communi contraria, ibid.

Feudi successio transit etiam ad fœminas, quando in illius inuestitura adsunt verba communia includentia fœminas, num. 9.

Feudum dignitatis, & iurisdictionis, prout est feudum comitatus, non transit ad fœminas, ibid.

Posterorum appellatione non veniunt fœminæ in materia differenti, num. 10.

Obseruantia subsequuta maximè attenditur ad interpretationem inuestiturarum, præsertim feudalium, num. 11. in fine.

Feudum prohibitum alienari, sine consensu Principis, cum illius consensu alienari potest, n. 12.

Exequutio Cameralis obligationis non retardatur per exceptionem dubiam requirentem altiorem indaginem; item nec per eum, qui dicit bona in quibus facta est exequutio esse sua, nisi incontinenti doceat de iure suo, ibid.

Exequutio pro obligatione personali defuncti fieri potest in fructibus feudi hæreditarij, ibid. in fine.

DECISIO DCCLXXX.

QVia Antonius de Domo habens mandatum exequutiuum A. C. contra bona, & iura hæreditaria Rodulphi Pij de Sabaudia, pro certis ratis annuæ perpetuæ præstationis scutor. 300. auri in auro aliàs q. Dominico eius fratri, & Authori per d. Rodulphum donatæ, prætendebat illud exequi super censibus, & locis montium; emptis ex prætio status feudalis Meldulæ venditi Excell. DD. de Aldobrandinis, & loco dicti status subrogatis, seu super illorum fructibus, contra verò se opponebat D. Maria filia, & hæres d. Rodulphi, allegando bona empta ex d. pretio ad se spectare alio iure, quàm hæreditario, Ideò dubitaui super huiusmodi exceptione, & DD. contra Mariam responderunt, Sicut enim ad eam d. status alio iure, quàm hæreditario non spectasset, ita nec subrogata in eius locum tanquam empta ex eius pretio, Afflict. *in cap. 1. num. 19. vers. sed in rem stabilem, de feudis non hab. prop. nat.* Menoch. *cons. 202. num. 112.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 3. num. 58.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 36.* & Guttier. *pract. quæst. lib. 5. quæst. 87. num. 12. & 13.* 1

Quod autem d. status ad Mariam alio iure, quàm hæreditario spectare non posset, Domini clarissimum visum fuit, nedum ex natura feudorum, in quibus nisi specialiter dictum sit, fœminæ non succedunt, *cap. 1. §. hoc autem de his, qui feud. dar. poss. & cap. 1. §. filia, de success. feud.* cum pluribus per Schrader. *de feud. part. 7. cap. 4.* Intrigl. *in eodem tract. quæst. 7. num. 15. & quæst. 9. num. 234.* & est communis regula, Clar. *in §. feudum quæst. 73. in princ.* & tradit Peregrin. *cons. 22. num. 2. lib. 1.* & procedit etiam in feudo Ecclesiastico, *cap. 1. §. quin etiam, tit. Episcopum, vel Abbatem, & not.* Abb. *in cap. ex parte num. 1. de feud.* Schrader. *vbi suprà num. 20.* cum aliis per Peregr. *d. num. 2.* & Card. Mantich. *de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 14. num. 22.* 2

Sed etiam ex inuestituris felic. recor. Leonis X. & Clemen- 3

mentis V I I. Alberto, & Leonello authoribus d. Rodulphi cum illis verbis, *Tibi filijsque tuis masculis legitimis, & naturalibus descendentibus, ac hæredibus, & successoribus quibuscunque*, &c. fœminæ enim excluduntur, tam ex verbo *filijs*, quorum nomine illæ non veniunt in materia differenti; vt ex latè allegatis in Romana mensæ Numulariæ 30. Iulij 1614. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quam etiam ex verbo *masculis*, quod eas expresse excludit, illisque prorsus resistit in quacunque materia, vt notissimum est, & notat Bart. *in l. cùm anus num.*4. & ibi Socin. *num.*76. *ff. de cond. & demon.* cum cumulatis, per Peregrin. *de fideicom. art.*25 *num.*11. & in specie nostra, Bald. *cons.*330. *in princ. lib.*3. Dec. *cons.*193. *col.*1. Paris. *cons.*72 *num.*21. *lib.*4. & Peregr. *d. cons.*22. *num.*8. *in fine*.

4 Nec obstare dixerunt, quod dicebatur in dd. inuestituris sub vnica verborum structura videri factas tres concessiones; primam videlicet pro Alberto, & Leonello, & eorum filijs, & descendentibus masculis. Secundam, in istorum defectum pro descendentibus quibuscunque, & sic etiam pro fœminis, Crot. *in l.* 1. §. *nunciatio num.*55. *ff. de nou. oper. nunc.* Rolan. *cons.* 79. *in fin. volum.*2. & Card. Mantic. *d. lib.*23. *tit.*15. *num.* 59. Et tertiam demum in defectum descendentium masculorum, & fœminarum pro hæredibus, & successoribus quibuscunque. Et quòd istæ concessiones debeant intelligi ita subordinatè, tam ad euitandam contrarietatem, & perplexitatem inuestiturarum, quia alias essent eodem tempore ex pacto, & prouidentia, dum vocantur filij, & descendentes, & hæreditariæ tanquam factæ etiam pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, vt in similibus terminis pro euitanda contrarietate inuestituræ, considerant Rimin. sen. *cons.*437. *num.*8. & 9. Rub. Alex. *cons.*110. *num.*11. *vers. Item poterit*, Veg. *cons.*28. *num.*21. *lib.*1. cum alijs per Caldas *de nomin. emphyt. lib.*2. *quæst.* 24. *num.*8. quam etiam ad euitandam superfluitatem, quæ oriretur ex verbo, *descendentibus*, nisi fœminas comprehenderet, ex quo omnes descendentes masculi vsque in infinitum erant comprehensi sub verbo *filijs*, Alciat. *in l. liberorum* 220. *num.*11. *ff. de verb. signif.* cum relatis per Rosent. *de feud. concl.*15. *num.*8 *cap.*7. & *ibi Apostill.* Schrader. *dict. part.*7. *cap.*4. *n.*44. & *cap.*5. *num.*3. Intrigl. *quæst.*47. *num.*22. & Surd. *decis.*73. *n.*16.

5 Nam omisso, quòd (vt aliqui ex DD. dicebant) clausula illa, *Ac pro hæredibus, & successoribus quibuscunque* (quæ efficit feudum omnino hæreditarium, *cap.* 1. *de feud. non hab. prop. nat. & cap.* 1. §. *fin. si de feud. defunct. sit contr.* & vbique scribentes cum latè alleg. in Romana legitimæ 22. Iunij 1615. coram Reuer. P. D. meo Verospio;) referri posset, nedum ad Albertum, & Leonellum, sed etiam ad filios, & descendentes, super quo non videtur opus modò insistere, Responsum fuit, quòd cessat contrarietas, & perplexitas, quia in hac materia feudali verbum, *descendentibus*, solùm masculos comprehendit, Corn. *cons.*16. *num* 6. *lib.*1. Paris. *d. cons.*72. *num.*7. *lib.*4. Menoch. *cons.*204. *n.*10. & 11. & *cons.*331. *n.*30. & 31. *in fin.* & *n.*32. & Card. Mantic. *d. lib.* 23. *tit.* 4. *n.*17.

6 Nec potest extendi etiam ad fœminas propter dictionem, *quibuscunque*: quamuis enim de sui natura sit substantiuum, cùm tamen appositum fuerit sine aliqua dictione, vel signo disiunctiuis in eadem oratione, in qua adest aliud sobstantiuum, videlicet *filiis*, quod idem importare videtur, ideò resoluitur in adiectiuum eiusdem verbis *filiis*, vt declarant glos. *in rubric. Cod. de agricult. & censit. lib.* 11. *vers. vel tertio*, & ibi Bartol. & Ioan. de Platea, *vers. Tertio, quòd aliud*, idem Bartol. *in leg.* 1. *num.* 2. *ff. de pact. & in l.* 1. *num.* 1. *vers. quia sunt duo, ff. de tutel.* & ibi Bald. *num.* 1. *vers. & sic dico*. Quasi dictum fuerit de filijs descendentibus ad differentiam illorum, qui non sunt descendentes, & consequenter verbum, *descendentibus*, recipit intellectum, & qualitatem, non à subsequenti dictione *quibuscunque*, in separata oratione apposita, sed tam a dicto verbo, *filiis*, quàm à nomine illo generico *masculis*, quibus reperitur adiectum, vt latè Rimin. sen. *cons.* 179. à *num.* 4. *lib.*1. Curt. iun. *cons.* 321. *num.* 24. & 31. *lib.* 3. Cephal. *cons.*11. *num.*21. & 22. Laderch. *cons.*9. *num.*10. Rot. Lucen. apud Ioseph. Ludou. *decis.* 29. *num.* 1. & apud Magon. *decis.* 7. *num.*6. & *seqq.* cum alijs in d. Romana mensæ Numulariæ, *sub vers. Præterea placuit DD.* Impossibile enim est adiectiuum à suo substantiuo separari, Rot. *decis.*368. *num.*6. *part.*1. *diuers.*

7 Imò etiamsi staret, substantiuè intelligi pariter deberet cum eadem qualitate masculinitatis, ratione subiectæ materiæ, secundùm quam (vt dictum est) fœminæ sunt incapaces, vt latè Alex. Rauden. *de analog. cap.*16. *num.* 11. & 12. & 13. A subiecta enim materia regulatur, & desumitur præsumpta mens disponentis, quæ d. verbum *descendentibus*, restringit, Burr. *cons.*9. *in primo dub.* Socin. iun. *cons.*168. *num.*69. *lib.*2. cum aliis per Magon. *d. decis.*7. *n.*31. & Cephal. *cons.*312. *n.*107.

8 Superfluitas verò cessat, cùm verbum, *descendentibus*, stare possit ad maiorem declarationem, Franch. *in cap. licet canon. num.* 2. *de elect. in* 6. & Card. Mantic. *de tacit. lib.*2. *tit.*12. *num.* 18. & 31. & magis toleranda esset superfluitas, quàm quòd fœminæ comprehendantur, ne alias sequatur contrarietas incontinenti, ex quo solùm de masculis proximè dictum fuerat, Rim. sen. *cons.*79. *numer.* 25. & Mantic. *dict. lib.* 2. *tit.* 11. *num.*33. & absurdum, quia aliàs fœminæ remotiores essent prædilectæ filiabus primi gradus, vt considerant Cephal. *d. cons.* 11. *num.* 18. & 19. Menoch. *dict. cons.* 331. *num.* 34. & Rota in d. Romana mensæ Numulariæ *sub dict. versicul. Præterea ibi, maxime quia si aliter*. Et tantò magis, quia tolerantur potius verba superflua, quam ea quæ sunt iuri communi contraria, *lib.* 1. & ibi Bald. *Cod. de pact. pign.* Rimin. sen. *d. consil.*70. *sub d. num.*25. Mantic. *vbi supra num.*21. vel contra naturam actus, *l. si vno, ff. locati*, Rosental. *de feud. cap.*9. *conclus.*42. *in glos. b. vers. accedit*, & Mantic. *vbi sup. n.*25. *in fin.*

9 Non etiam visum fuit obstare, quòd non simus in feudo concesso ad certum seruitium, quod per feminam honestè præstari non possit, sed conditionato, & sub annua præstatione vnius crateris argenti, & ita quòd sub verbis communibus etiam feminæ includantur, Clar. *in dict.* §. *feudum quæst.*73. *num.* 8. Decian. *resp.* 58. *numer.* 39. *lib.*2. Menoch. *dict. cons.*443. *numer.*37. *cum pluribus*, per Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.* 15. *num.* 40. Nam (vltra quòd hic non sumus in verbis communibus, sed in verbis expressè masculinitatem denotantibus, quia verba *filiis, & descendentibus*, quæ alioquin essent, tam masculis, quàm feminis communia, in hac materia solùm de masculis intelliguntur, vt ex prædictis) dictum fuit, quòd hic sumus in feudo dignitatis, & iurisdictionis, videlicet Comitatus, a quo feminæ penitus repelluntur, Abb. *in cap. dilecti sub nu.* 11. *de arbitr.* Paris. *d. cons.* 72. *num.* 71. & *num.* 76. Rosental. *de feud. cap.*7. *conclus.*31. *num.* 1. & *seq.* Mantic. *d. tit.*14. *num.*27. & 28.

10 Minus obstare visum fuit, quòd ex procemio primæ inuestituræ concessio videatur facta contemplatione *posterorum*, & sic etiam pro fœminis, *l. quod is* 81. §. 1. *cum ibi not. ff. de leg.*3. cum aliis per Peregrin. *de fideicom. art.*12. *num.*37. Vltra quòd etiam in materia differenti illæ non veniunt sub nomine *posterorum*, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 240 & Rot. in d. Romana mensæ Numulariæ, *vers. non obstant verba procemii*. Ex supradictis clarè patet, quòd Pontifex in dispositiua voluit tantùm de posteris masculis intelligere, quæ dispositiua est attenden. Bart. *in l. Aurelius*, §. *Sticho, ff. de liber. legat. cum aliis in d. decisione in d. vers. non obstante*.

11 Sed tandem res visa fuit extra difficultatem, quia feudum d. status fuit semper habitum pro hæreditario, tam per d. Rodulphum, quàm per ipsam Mariam. Rodulphus enim id expressit, non solùm in supplicatione per eum ad cautelam Sanctiss. porrecta pro licentia illud alienandi, ibi, *Et licet absque dubio ipse Rodulphus crederet, & credat ex tenore inuestiturarum status*, &c. *sibi de iure permissam esse alienationem*, &c. sed etiam in ipso instrumento venditionis, dum promisit *d. statutum, & alia bona vendita esse libera, immunia, & penitus exempla ab omni fideicommisso, seu qualiber alia simili, vel dissimili prohibitione, & dispositione*, &c. Imò

&

& facto ipso apertiùs declarauit, dum ex pretio, quod fuit scutorum 147. mill. propria debita persoluit, & tantummodo reinuestita fuerunt in censibus, & locis montium scuta 65. mill. quæ confessiones non possunt hodie per Mariam eius filiam, & hæredem impugnari ex vulgatibus. Ipsa verò Maria dd. census, & loca montium empta ex pretio d. status post obitum patris vti eius hæres possedit, seu quasi tanquam hæreditaria percipiendo fructus, & redditus eorundem extinguendo census, & reinuestiendo pretium in emptionem locorum montium facien. se vti hæredem describi super libris Secretariorum exigendo, & recipien. fructus dd. locorum, & assignando Lucretiæ eius matri pro prætensis alimentis suæ dotis, donec de illa sibi satisfieret fructus locorum 210. montis Fidei ex locis 222. in fauorem d. Mariæ, & bon. mem. Rodulphi eius patris emptis, & cantan. Et posteà dando D. Duci Pbiani eius viro pro sua dote omnes, & singulas prætensiones, quas ipsa habet vti hæres dict. Rodulphi, & inter alia exprimit creditum scutorum 65. mill. quod ipsa habet in vrbe pro residuo pretii status Medulæ consisten. in & super censibus, & locis montium, & demum patiendo exequtiua sequestra, & mandata exequtiua ad fauorem Dominici authoris Antonii super fructibus dictorum locorum similiter vti hæreditariorum Rodulphi. Ex quibus clarè videtur constare de vltimo statu d. pretii in locum feudi subrogati, & de continua obseruantia, quæ plurimum attendi solet pro interpretatione inuestiturarum, præsertim feudalium, Paris. *consil.* 23. *num.* 23. *vol.* 1. Decian. *respons.* 324. *num.* 7. *& seqq. lib.* 3. Menoch. *consil.* 331. *num.* 21. Rosental. *de feud. cap.* 12. *conclus.* 14. *num.* 39. 40. *&* 41. & ponderauit etiam Rota in d. Romana mensæ Numulariæ *propè fin. vers. & pro huiusmodi interpretatione*,

12 Nec visum fuit obstare, quòd in inuestitura fuerit prohibita alienatio, & ideo feudum quousque extarent descendentes non possit esse hæreditarium. Nam (vltra quod obseruantia prædicta contrarium declarauit) alienatio fuit solùm prohibita si fieret sine consensu Principis, ideòque cum eius consensu, censetur permissa per argumentum à contrario sensu, *c. quamquam*, & ibi DD. *de censibus*. Vnde ex his clarè resultat dict. feudum non potuisse ad Mariam spectare alio iure, quàm hæreditario, vel saltem ipsa prætendens contrarium illud, deberet clarè, & concludenter probare; interim verò non est retardanda exequutio Cameralis obligationis per eius exceptionem, quæ tanquam dubia altiorem indaginem videtur requirere, Card. Seraph. *decis.* 1455. *num.* 2. sicuti non retardatur, quando tertius se opponit, prætendens bona, in quibus fit exequutio, ad se spectare, non autem ad debitorem, nisi clarè, & incontinenti doceat de iure suo, ad not. *in l. à Diuo Pio*, §. *si super rebus*, *ff. de re iud.* Et clarum est, quòd pro obligatione personali ipsius defuncti fieri potest exequutio in fructibus feudi hæreditarii, Afflict. *decis.* 140. *sub num.* 10. Et ita vtraque parte informante decisum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Romana hæreditatis, & paragli dotis.

Mercurij 16. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Aditio hereditatis ex quibus actibus probata censeatur? est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Aditio hereditatis probari debet per fundantem se in ea plene, & concludenter, & per probationes explicitas, & necessarias, vbi agitur de amissione iuris propter aditionem, num. 1.

Aditio hereditatis præsumitur ex possessione bonorum hereditariorum post mortem eius, de cuius hereditate agitur, declara vt num. 2.

Aditio hereditatis non inducitur ex actu, qui potest etiam fieri citra ius, & non contrarietate, num. 2. *in fine.*

Aditio hereditatis non præsumitur, etiam quòd hereditas sit opulenta, num. 3.

Aditio hereditatis præsumitur ex locatione rerum hereditariarum, declara vt num. 4. 5. *&* 6.

Vsufructuarius potest etiam locare rem, in qua habet vsumfructum, n. 4. *in fine.*

Vsufructuarius dicitur etiam dominus rei, in qua habet vsumfructum, declara vt num. 5.

Pater in bonis aduentitiis filiorum vltra vsumfructum habet etiam illorum legitimam administrationem, numero 6.

Aditio hereditatis numquid censeatur probata per comparitionem factam in actis, in qua comparens se heredem vocat, num. 7. *&* 8.

DECISIO DCCLXXXI.

RESolutum fuit non constare Antonium adiuisse 1
hæreditatem per mortem duorum eius filiorum, qui fuerant hæredes Orinthiæ matris sibi, & Faustinæ filiæ delatam, iuxta terminos *auth. defuncto, Cod. ad Tertull.* & consequenter non constare de tali illius successione, propter quam amiserit vsumfructum anteà in bonis maternis dd. filiorum sibi quæsitum. Cùm enim Faustina ad fundandum eius intentionem super amissione dicti vsusfructus, asserat Antonium adiuisse dictam hæreditatem, tenebatur hoc ipsum probare plenè, & concludenter, & per probationes explicitas, & necessarias, *l.* 2. *&* 3. *ff. de interrogat. act.* Aym. *consil.* 33. *n.* 2. *& consil.* 37. *num.* 4. *versic. ideò si Carolus*, Dec. *consil.* 442. *num.* 15. 16. *&* 17. Roman. *consil.* 224. *num.* 2. *in fin.* cum aliis per Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *titul.* 9. *num.* 3. *cum seqq.* & Menoch. *præsumpt.* 99. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 4. Probationes autem, & actus per eam adducti non fuerunt visi DD. sufficientes.

Nam primus, quòd Antonius possederit bona dicto- 2
rum filiorum, etiam post illorum mortem, licèt soleat inducere aditionem, Bart. *in l. gerit num.* 3. *ff. de acquir. heredit.* Alexan. *consil.* 32. *num.* 1. *versic. & etiam possidendo lib.* 3. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. dict. lib.* 12. *titul.* 12. *num.* 5. In proposito tamen non est necessarius, sed æquiuocus, quia potuit continuare possessionem, quæ sibi ratione vsusfructus competebat in dictis bonis, & sic ex tali possessione non resultat aditio, Marant. *in l.* 15. *potest*, *num.* 98. *versic. prædicta tamen*, *ff. de acquirend. heredit.* Roman. *consil.* 154. *n.* 1. *&* 2. Corn. *consil.* 1. *num.* 8. *lib.* 2. Et fuit dictum in terminis in Romana dotis 8. Martii 1610. coram Illustr. Domino Card. Ludouisio, quæ non dicitur probata, quando actus fieri potuit citra ius, & nomen hæredis, *l. pro herede*, §. 1. *&* §. *Papinianus*, *in fin. ff. de acquir. heredit.* Dec. *consil.* 445. *num.* 54. *versic. & sic non videtur*, Mantic. *vbi suprà num.* 6. cum aliis in dicta Romana dotis.

Nec obstat, quòd Antonio esset magis expediens ha- 3
bere proprietatem mediante successione, quàm retinere simplicem vsumfructum, tum quia ad probandam aditionem non sufficit præsumptio etiam hæreditatis opulentæ, Vinc. de Franch. *decis.* 60. *num.* 22. & Menoch. *dict. præsumpt.* 99. *num.* 3. *versic. & hæc quidem*. Tum etiam quia potuit existimare sibi magis conducere gaudere solum integro vsufructu, durante eius vita, quam sola medietate proprietatis in concursu cum Faustina filia. Homines namque, vt plurimum sperant diutiùs superuiuere, & hic multoties pluries extimant vsumfructum, quàm ipsam proprietatem, vt in similibus terminis considerauit Soccin. *consil.* 34. *num.* 10. *versic. præterea posito lib.* 1. quòd hic præsertim dici posse videtur, quia non constat Antonium fuisse talis ætatis, quòd iure non potuerit habere talem opinionem, imò contrarium apparet, ex quo in instrumento renunciationis sibi factæ per Faustinam declarauit se velle ducere secundam vxorem, prout posteà duxit, ac insuper ex ea filios suscepit.

Secundus etiam actus locationum dictorum bono- 4
rum factarum per eundem Antonium, inducens aditionem hæreditatis, Butr. *in dict. leg. gerit*, *num.* 21. Ias. *consil.* 112. *num.* 2. *versic. Nam dictus Ioannes*, *vol.* 4. Alex.

lexand. *consil.* 32. *sub num.* 1. *vers. & similiter locando*, Mantic. *dict. tit.* 12. *num.* 10. & Rota in Romana census de Carduciis 27. Octobris 1600. coram Illustrissimo D. Cardin. Ludouisio in Romana hæreditatis 10. Martii 1603. coram eodem, & in Bononien. de Guidalottis 3. Iunii, & 9. Decembris 1613. coram Reuerendo Patre Domino Verospio est pariter æquiuocus, cùm vsufructuarius possit locare, *l. arboribus, §. vsufructuarius*, & ibi Odofred. & Alberic. *ff. de vsufruct. §. 1. in fine, Institut. de vsu, & habit.*

5 Non obstat, quòd fecerit aliquid ex dictis locationibus tanquam dominis, quia etiam vsufructuarius dicitur dominus, & appellatione domini continetur, *l. in venditione, ff. de bon. author. iud. possid.* Gloss. *in rubr. Cod. de vsufruct. & in leg. proprietatis, Cod. de probat.* cum latè allegatis per Castill. *de vsufruct, cap.* 32. *num.* 16. saltem habito respectu ad ipsum ius vsusfructus, seu ius percipiendi fructus, quod habet in re, vt ex Guglielm. de Cun. declarant Bart. *in dict. rubr. Cod. de probat. n.* 1. *versic. potes saluare*, & ibi Bald. *in primo vers. responde, quod gloss.* Angel. *in princip. vers. & est verum*, Castrens. *in fin. versic. & nota sic gloss.* Salyc. *num.* 1. *in fin.* & Sichard. *num.* 6. *versic. ad quod est sciendum*, Soccin. *in leg. qui vsumfructum num.* 1. *versic. si autem quaris, ff. de verbor. obligat.* & repetentes *in leg. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess.* & Castill. *vbi suprà d. num.* 16. *versic. & ad hoc reduci debent.*

6 Quòd si dicitur de quocumque vsufructuario, multò magis dicendum erit de patre, qui vltra vsumfructum in bonis aduentitiis filiorum habet etiam illorum legitimam administrationem, vt benè explicat Pinell. *in l.* 1. *par.* 3. *sub num.* 17. *versic. & hinc infero, Cod. de bon. matern,* & Garz. *de express. & melior. cap.* 10. *n.* 1. *in fine, vers. vt est in patre com.* 17. *in tractat. fol.* 289. Et tantò magis in isto casu, quia locationes fiunt post transitum Antonii ad secundas nuptias, quo tempore ipse non poterat vllo modo vocare se dominum respectu proprietatis, quam etiamsi mediante successione acquisiuisset per transitum, ad secundas nuptias perdidisset, iuxta tex. *in leg. fœmina, Cod. de secund. nupt.* vt firmatum fuit in hac causa prima Decembris 1614. coram me. Et quatenus etiam illam non amisisset, adhuc tamen non poterat absolutè vocare se dominum, cùm illum haberet pro indiuiso cum Faustina, sicuti facere poterat respectu vsusfructus, quem integrum habebat, & cum nullo alio communem.

7 Tertius actus protestationis Antonii factæ in responsione ad inhibitionem sibi factam pro parte Oeconomi fabricæ sancti Petri super solutione quorundam legatorum per D. Antonium facien. vti hæredem successiuè q. Ioannis Baptistæ de Gualteronibus, in qua protestatione leguntur scripta in broliardo Notarii huiusmodi verba, *pro Antonio Caluo hærede q. Ioannis Baptistæ*. Cuius tamen heres esse non potuit, nisi mediantibus filiis hæredibus Orinthiæ eorum matris, quæ successerat dicto Ioanni Baptistæ fratri, & consequenter etiam se fateri hæredem dd. filiorum. Visus fuit DD. non obstare, quia omisso, quòd verba illa, *pro Antonio herede, &c. eidem citra, &c.* possunt esse verba Notarii qui, vt fieri solet, post delatam sibi dictam citationem ab Antonio cum adnotatione substantiæ dictæ protestationis à tergo factam per illius Procuratorem post discessum dicti Antonii ab officio; ita illum in broliardo hæredem descripserit, sicuti tanquam talis fuerit citatus, quo casu dicta verba non possent aditionem inducere, Roin. *consil.* 213. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. Cardin. Mantic. *dict. lib.* 12. *titul.* 1. *in fine.*

8 Tollitur difficultas, quia Antonius in eius comparitione produxit solutiones legatorum factas post obitum filiorum ab ipso non vti hærede, sed vti hæredum ministro, vt ex fide quitantiæ cuiusdam legatariæ tunc per eum productæ ibi confessa fuit recepisse ab hæredibus d. q. Ioannis Baptistę, & pro eis per manus dicti Antonii, ex quibus patet, quòd Antonius expresè distinxit eius personam à persona heredum, & sic quòd non comparuerit tanquam heres, Bertran. *consil.* 282. *num.* 3. *lib.* 2. & Rota in Romana pecuniaria 14. Decembris 1612. coram R. P. D. Pamphilio. Inuerisimile est enim, quòd dixerit se hæredem in eo actu, in quo voluit doceri de solutionibus contrario nomine factis, & dicendo quòd verba illa fuerunt per Notarium ex se descripta, actus comparitionis magis conuenit rei gestæ; ideòque ita dici debet, Aym. *consil.* 836. *num.* 3. *lib.* 5. Menoch. *præsumpt.* 10. *num.* 8. *lib.* 6. Et præsertim, quia Antonius ex dictis solutionibus factis nomine heredum declarauit animum, & voluntatem non adeundi. Vnde ab ista declaratione non presumitur recessisse per dicta verba enunciatiua, Corn. *consil.* 310. *num.* 4. *lib.* 3.

9 Quartus demùm actus solutionum canonum factarum ab eodem Antonio pro domibus hæreditariis dicti Ioannis Baptistæ, nihil facit, quia etiam istæ solutiones fuerunt per eum factæ non vti hæredem, sed vti heredum ministrum, prout solutiones dd. legatorum, vt patet ex quitantiis datis in summario *num.* 3. quę omnes ferè sunt sub eiusdem verbis conceptæ, & sic excluditur aditionem. Et ideò vtraque parte informante fuit vt suprà decisum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Romana excessus legati,

Mercurij 16. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

In causa alimentorum quando detur appellatio suspensiua?

SVMMARIVM.

Sententia quando dicatur lata in iudicio exequtiuo, seu potius ordinario, num. 1.

Appellare licet a sententia lata in iudicio ordinario, etiam quod agens potuerit Cameralem obligationem experiri, ibidem.

Via exequtiue renunciatum censetur per electionem via ordinaria, num. 2.

Legatarius pro consequendo legato non potest intentare viam exequutiuam, ibidem.

Appellatio numquid detur à sententia lata in causa alimentorum, saltem ad effectum suspensiuum, n. 3. *&* 4.

Paupertatis qualitas probanda est per eum, cuius intentionis est fundamentum, num. 4.

DECISIO DCCLXXXII.

1 A Sententia Aud. Cam. lata ad fauorem Azeuedi legatarii alimentorum bon. mem. Cardin. Dezę super augmento æstimationis coquinæ, & habitationis sibi in vrbe, dum in ea moram traxerit, per DD. heredes præstan. ab obitu D. Cardinalis, fuit ex parte dictorum heredum appellatum, causaque in Rota commissa cum clausula, *si quid exequendum, &c.* Dubitaui an dicta sententia esset exequenda? Et negatiuè Domini responderunt. Illa enim est appellabilis, quia fuit via ordinaria monitorii, & seruatis terminis substantialibus petitum, & declaratum dictos hæredes teneri, & obligatos esse ad solutionem dictę annuę præstationis, quæ verba non faciunt iudicium exequutiuum, sed ordinarium, & appellabile, etiam in obligatione Camerali, vt declarauit Rota in Cęsenaten. de Cacciaguerris 9. Maii 1598. coram Peregrino.

2 Ideòque videtur renunciatum vię exequutiuę, quatenus illa competiisset, ad text. *in cap. vt quos duas, de elect. in* 6. Coller. plures allegans, *de process. exequutiu. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 35. *& seqq.* Rot. *decis.* 551. *num.* 5. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* in Mediolanen. legati 30. Octobris 1585. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Romana pecuniaria 28. Iunii 1593. coram bon. mem. Litta. Et in Perusina pecuniaria 28. Nouembris 1612. coram R. P. D. meo Manzanedo. Et sic etiam cessat, an pro legato competat via exequutiua, in qua tamen Rota tenet negatiuam, contra Ang. *in §. illud, auth. de hered. & falcid.* vt in Vrbeuetana legati 6. Martii 1595. coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Romana legati 5. Maii 1599. coram Corduba, & in Romana spolii 9. Iunii 1606. coram Illust. D. Card. Lancelloto, & comprobat Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.* 644.

Nec

3 Nec obstat, quòd dicta sententia lata fuerit pro alimentario, ideoque non detur appellatio saltem suspensiua ex priuilegio alimentorum, vt latè post alios Surd. *de alimentis tit. 8. priuileg. 60. num. 5.* Quia imò contrarium est verius in proposito, tam respectu decursorum à die mortis dicti Cardinalis vsque ad litem motam, quia dicuntur præterita, Alberic. qui dicit communem *in leg. si index, num. 4. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Ias. *in l. de alimentis, num 5. in fine, Cod. de transact.* & ibi Dec. *num. 10. versic. & pari ratione*, Aretin. *consi. 97. num. 3.* Pontan. *de alimentis cap. 19. num. 3.* latè Surd. *dict. priuileg. 60. num. 15.* Caputaq. *decis. 24. num. 2. par. 1.* Rota *decis. 764. n. 4. par. 1. diuersor.* & in Anconitana alimentorum 4. Decembris 1585. coram bon. mem. Orano, quam etiam respectu decursorum, & decurrendorum à die litis contestatæ, quia fuerunt petita iure actionis, & non iudicis officio, nec propter inopiam, vt tenent Guliel. de Curt. *in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Specul. *in titul. de appellat. §. in quibus autem, num. 11. vers. tu dic*, & ibi Ioan. Andr. *in verbo aliorum*, Bart. *in l. fin. num. 1. ff. de appellat. recipien.* Aretin. *dict. consil. 97. num. 3. versic. 2. ratio*, Lancellott. *de attentat. cap. 28. num. 67.* Contard. *ad l. vnic. Cod. si ae momen. possess. ampliat. 141.* Surd. *vbi suprà num. 22. & 23.* Caputaq. *decis. 39. part. 1.* Rota *dict. decis. 764. num. 1. & 2. par. 1.* in dicta Anconitana alimentorum coram Orano, & in Perusina legati 30. Octobris 1585. coram bon. mem. Giptio, & latè Barzar. *decis. Bonon. 69. num. 17. versic. certe illa opinio, & num. 18. 19. & 20. 32.* qui etiam *à num. 22. vsque ad 33.* sigillatim ad omnia contraria respondet.

4 Et tantò magis, quia non constat de inopia legatarii, & quòd non habeat vnde se alat; imò ex deductis videtur de contrario apparere. Nam ipse à die obitus dicti Cardinalis vsque in præsens ex dicto eius testamento consequutus fuit menstruam prouisionem scutorum nouem, nec ostendit illam non sufficere pro suis alimentis. Quòd tamen cùm sit fundamentum suæ intentionis ad excludendam appellationem suspensiuam; ad quod ista qualitas paupertatis necessario requiritur, Bart. *in dict. leg. fin. num. 1. ff. de appellat. recipien.* Bald. Nouell. *in leg. 1. num. 485. versic. circa primum tamen, ff. solut. matrim.* Surd. *vbi suprà*, & Collect. *de aliment. lib. 3. cap. 15. num. 3.* ei incumberet onus præcisè proban. gloss. *in leg. si vero, §. qui pro rei, in verbo dubitetur, vers. aut vult excusari, ff. qui satisd. cog.* cum cumulatis per Couarr. *variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 2.* & Menoch. *præsumpt. 25. num. 14. lib. 6.* & faciunt tradita per Rot. *decis. 48. num. 3. & 4. par. 2. diuersor.* & in Romana grani 11. Aprilis 1614. coram me. Et in terminis, quòd in hoc casu onus probandi paupertatem spectet ad alimentarium, Bart. *dict. decis. 69. num. 21. 34. 35. & 36.* Ideòque benè intrat appellatio suspensiua, etiamsi actum fuisset pro alimentis principaliter, Surd. *d. priuileg. 60. num. 24. versic. sed hæc initia*, & consequenter non est locus executioni. Et ita decisum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Mindonen. Canonicatus.

Sabbati 26. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Breue non dicitur subreptitium ex eo, quòd non fuerit facta mentio sententiæ aliàs nullæ: dicitur autem sententia nulla defectu iurisdictionis lata ab Ordinario in causa, in qua sunt deputati exequutores speciales. Regula autem de triennali, vt habeat locum, requirit possessionem pacificam, & legitimam, captam scilicet, à Procuratore habente speciale mandatum.

SVMMARIVM.

Gratiosa subrogatio exequenda est constito de Clericatu subrogati, & de obitu, & possessione illius, in cuius locum est subrogatus, num. 1.

Subreptitium non dicitur breue, in quo non est facta mentio sententiæ aliàs lata contra impetrantem, quando sententia est nulla, num. 2.

Exequutores plures, vbi sunt deputati, Ordinarius non potest se intromittere in causa, in qua specialiter sunt exequutores deputati, num. 3.

Iudicibus, vel exequutoribus duobus insolidum deputatis, quando valeant acta facta ab vno tantùm deputato, ibidem.

Sententia fundata super causa in iure consistente, manifeste erronea redditur ipso iure nulla, ibid.

Regula de triennali iuuat tam in petitorio, quàm in possessorio, num. 4. Vbi declaratur quomodo procedat hæc conclusio.

Regula de triennali requirit possessionem pacificam, & legitimam, ibid.

Mandatum speciale requiritur ad acquirendam possessionem beneficij, ibid. in fine.

Mandatum speciale requiritur ad acceptandum collationem beneficii, seu institutionem, num. 5.

DECISIO DCCLXXXIII.

1 DOmini recedendo à decisis 6. Iunii præteriti, dixerunt non intrare arbitrium ad effectum retardandi exequutionem gratiosæ subrogationis Alphonsi; nam cùm clausula *constito, &c.* apposita in Breue de capienda possessione aliàs expedito ad fauorem Petri, in cuius locum D. Alphonsus est subrogatus, est benè iustificata, cùm apud partes sit in confessio Canonicatum, & præbendam, de quibus agitur, vacasse per obitum Galindi de mense Iunii reseruato, ex quo tam Franciscus prouisus ab Ordinario, quam dictus q. Petrus à Sanctissimo impetrarunt ex eadem vacatione, exprimendo dictum Galindum fuisse vltimum possessorem, & ideò non potest retardari exequutio dictæ gratiosæ subrogationis ad fauorem Alphonsi, qui docuit de eius Clericatu, & de obitu d. Galindi in possessione, Put. *decis. 495. num. 11. lib. 2.* summum nouiss. impress. Caputaq. *decis. 346. num. 1. part. 2.* Seraph. *decis. 1426. num. 1.* & fuit dictum in pluribus decisionibus relatis per Gonzal. *ad reg. 8. §. 7. procem. num. 212.*

2 Nec Breue dici potest subreptitium ex eo, quòd in subrogatione non sit facta mentio sententiæ Ordinarij Mindonien. super denegata exequutione litterarum Apostolicarum, ad gloss. *in cap. super litteris, in verb. litteras, de rescript.* & Rota in Nouarien. Canonicatus 12. Februarii 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & dictum fuit in alia decisione. Quia non erat facienda mentio sententiæ nullæ, vt declarat Abb. *in cap. per vestras num. 11. de donat. inter vir. & vx.* Felin. *in cap. super litteris num. 15.* & ibi Dec. *num. 36. versic. 1. quando sententia, & in cap. ex tenore num. 2. de rescript.* idem Dec. *in cap. oblata num. 12. & seqq. de appell.* Alex. *consil. 95. in fine lib. 2.* Ruin. *consil. 8. num. 2. lib. 4.* Cassan. *consil. 7. num. 68.* Afflict. *decis. 366. num. 9. & seqq.* Gabr. *de indic. concl. 4. num. 32. & 33.* Lancellott. *de attent. cap. 4. limit. 3. num. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu 202. num. 52.* Rota *decis. 807. par. 1. diuers.* & in Cremonen. pensionis 16. Martii 1609. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Pistorien. beneficii 10. Ianuarii, & 23. Iunii 1614. & 23. Ianuarii 1615. coram Reuerendo Patri Domino meo Caualerio, & in eadem 23. Ianuarii 1616. coram Reuerendo Patri Domino meo Manzanedo.

3 Nullitas sententiæ est euidens, tum ex defectu iurisdictionis, in litteris enim tres fuerunt dati exequutores, & ideò Ordinarius non potuit ad illarum exequutionem procedere, cùm non esset ad id deputatus, Bald. *in cap. 1. §. si facta num. 6. si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agnat. vassal.* Felin. *in cap. fin. num. 38. de præsumpt.* cum aliis per Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 52. num. 29.* & nouissimè tenuit Rota in Veliterna beneficij

ficij 1. Iulij præteriti coram R. P. D. meo Pamphilio. Imò nec potuisset, etiamsi fuisset vous ex deputatis, quia cùm omnibus concessa esset iurisdictio insolidum, per clausulam, *quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum*, &c. & vous ex illis iurisdictionem præoccupauerit tanquam aditus per Alphonsum, alij non nisi ex causa poterant se ampliùs intromittere, *cap. plures* 8. *de offic. deleg. in* 6. & ibi not. glos. Archid. *in princ.* Franch. & Anchar. *num.* 1. Tum etiam, quia dicta sententia non percutit reseruationem, sed est fundata super eo, quòd in gratia Alphonsi non fuerit facta mentio possessionis Francisci, nec illius qualitatis, vt in summario dicti Alphonsi *num.* 4. & tamen cùm beneficium esset reseruatum, & Franciscus fuisset prouisus ab Ordinario, illius possessio erat potiùs mera intrusio, de qua non debet fieri mentio, Cardin. Seraph. *decis.* 1060. *num.* 3. & ideò tanquam fundata super causa in iure consistente manifestè erronea, redditur ipso iure nulla, *l.* 2. *& ibi glos. in verb. palam*, Bart. & alij, *C. quando prouoc. non est necesse*, Dec. *cons.* 475. *num.* 12. *cum pluribus*, de communi per Gabr. *de sent. conclus.* 7. *num.* 1. & fuit rentum in dicta Pistorien. beneficij 10. Ianuarij 1614. coram Reuerendo Patre D. meo Caualerio.

4 Nec obstat regula de triennali, quæ iuuat, tam in petitorio, quàm etiam in possessorio, Cassad. *decis.* 5. *num.* 5. *de restitution. spoliat.* Rebuff. *in tract. de pacific. possess. num.* 25. *vers. ex his infertur*, *& in praxi benefic. super* 3. *par. signaturæ, in verb. ac regula de annali, vers. sed si quis impetrauerit*. Nam vltra, quòd Petrus fuit prouisus à Sede Apostolica de mense Septembris 1608, & obtineat Breue de capienda possessione nomine Cameræ de mense Maij 1610. & de eodem anno 8. Nouembris inita fuit concordia inter eum, & Franciscum sub beneplacito Apostolico, in qua fit mentio litis, & Franciscus promisit soluere expensas, & sic possessio eiusdem Francisci non videtur pacifica, prout requirit prædicta regula, vt patet ex ipsius tenore, & tradit Paris. *cons.* 81. *num.* 3. *vers. regula prædicta vol.* 4. & fuit sæpè decisum. Cessat difficultas, quia possessio non fuit capta per Franciscum, sed per quendam Petrum Ruiz vt assertum eius Procuratorem, vt in veteri summario Alphonsi *num.* 3. *in fine*, & dicti Francisci, *num.* 1. De cuius mandato non constat, nec illud probatur per enunciationem Notarij in instrumento captæ possessionis, adnotata *in auth. si quis in aliquo, Cod. de eden.* cum allegatis per Dec. *cons.* 522. *num.* 3. 4. *&* 5. & fuit dictum in Lunen. Sarzanen. Capellaniæ 30. Ianuarij 1589. coram R. Perusino. Et tamen requirebatur speciale ad acquirendam possessionem beneficij, vt in terminis Aym. *cons.* 104. *num.* 15. Capell. Tholos. *q.* 486. *vers. si autem quæratur*, cum relatis per Couar. qui tamen contrarium tenet in possessione, quæ post acceptationem beneficij pertinet ad solum factum, *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 9.

5 Et ideò dicto Francisco non suffragatur, vt in terminis dictæ regulæ de triennali fuit resolutum in dicta Lunen. Sarzanen. Capellaniæ. Imò nec etiam constat de titulo colorato, quia institutio non fuit facta dicto Francisci, sed alteri eius asserto Procuratori, de cuius pariter mandato non constat, nec de aliqua subsequuta ratificatione, & sic nullum ei ius fuit acquisitum, quia etiam ad acceptandam collationem beneficij, seu institutionem, requirur speciale mandatum, glos. *in cap. si sibi absenti, in verb. habueris, de præben. in* 6. *& in C. cum vnic. in verb. præteritis, de concess. preb.* Rota *decis.* 68. *num.* 3. *de rescript. & decis.* 27. *de procur. in antiq.* quam sequuntur Butr. *in cap. accedens, num.* 7. *vers. vnum*, sentit etiam Abb. *num.* 5. *de concess. preben.* Staphil. *de lit. grat. sub tit. de vi*, *& effectu, clausul. in rubr. de iuran. præst. num.* 4. *par.* 1. *diuers.*

Et ideò fuit ita decisum,

R. P. D. BVRATTO.

Colimbrien. matrimonij.

Veneris 2. *Decembris* 1616.

ARGVMENTVM.

Exemplaris, & facilè contigibilis est decisio, concludens, quòd matrimonium dicitur metu contractum ab eo, qui repertus in lecto cum puella à consanguineis puellæ, timens offendi matrimonium, contraxit cum ea,

SVMMARIVM.

Metus mortis, vel cruciatus corporis inducitur ex solo armorum terrore, & sic ex assistentia alicuius armati, num. 1.

Vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quòd non adsit vsus armorum, & etiam quod arma sint deposita, quando possunt de facili reassumi,

Matrimonium metu contractum dicitur ex terrore armorum, & præsentia alicuius armati, numer. 1. *&* 2.

Matrimonium dicitur metu factum ab eo qui iacens in lecto cum puella, & repertus à consanguineis, puellam in matrimonium duxit, num. 3.

Metus cadens in constantem virum, qui sit, coniecturis, & præsumptionibus probatur, de quibus statur arbitrio iudicis, num. 4.

Matrimonium metu contractum dicitur nullum, etiam quod præcesserint voluntaria sponsalia de futuro, num. 5.

DECISIO DCCLXXXIV.

Existimarunt Domini standum esse in decisis 19. Decembris 1614. matrimonium vltimum respectu D. Emanuelis fuisse meticulosum, & sic nullum. 1
Et inter cætera fundamenta visa fuerunt satis clara, Primò, assistentia Philippi generi D. Blancæ de tempore contracti matrimonij, & ante & post armati ense, & archibusio. Nam solus terror armorum inducit iustum metus, vel cruciatus corporis metum, *l.* 3. *§. qui armati, & ibi glos. in verbo armorum*, & Bart. *in §. armis, in* 1. *notab. ff. de vi, & vi armat*, glos. magna *in l.* 1. *vers. item numquid, C. vnde vi*, quam vidisse indistinctè seruari dicit ibi Alber. *num.* 14. & cum ea transire communiter Doct. testantur, Salic. *num.* 5. *vers. item dubitari potest*, & latè Hippol. Rimin. *in l. vt vim, num.* 61. 83. 87. *&* 201. & ibi Bolognet *num.* 27. *ff. de iustit. & iur.* qui metus non cessat ex non vsu armorum. Imò nec ex illorum depositione quando possunt de facili reassumi & exerceri, glos. *in d. §. qui armati, in vers. si deiecerint, vers. aut consensissent*, & ibi Odofred. & Ang. *in princ. & num.* 3. Bartol. *in d. §. armis in* 2. *notab.* Monter. *decis. Aragon.* 45. *num.* 19. & in specie nostra Corn. *cons.* 41. *num.* 11. *lib.* 2. Alex. *cons.* 98. *num.* 3. *vers. & hoc procedit, lib.* 3. *& consil.* 21. *num.* 3. inter matrimonialia, Grat. *cons.* 38. *num.* 10. *in fine, & cons.* 43. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2. Io. Franch. de Ponte *cons.* 49. *num.* 18. *vers. tametsi*, & latè Ferret. *cons.* 311. *num.* 1. *& pluribus seqq.*

Et ideò huiusmodi armorum terrorem ad annullandum matrimonium inter cætera præcipuè considerant 2
Alex. *d. cons.* 98. *num.* 3. *& cons.* 156. *num.* 4. *& num.* 5. *lib.* 1. Paris. *cons.* 60. *numer.* 15. *vers. ex quo enim, volum.* 4. Corn. *d. cons.* 41. *num.* 10. *& seqq.* Ferret. *d. cons.* 311. *sub num.* 6. *vers. ex quibus applicatis*, Grat. *d. cons.* 43. *num.* 12. Io. Franc. de Ponte *d. cons.* 44. *num.* 8. *&* 18. *in princ.* & Rota in Hispalen. matrimonij 8. Iunij 1607. coram Illustrissim. D. Cardinali Ludouisio cum pluribus per Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disp.* 5. *num.* 5. & per Menoch. *præsumpt.* 4. *num.* 8. *lib.* 3. Et in proposito visum fuit Do-

Dominis tantò magis considerabilis, cùm vltra Philippum, vt suprà, armatum, adstiterint etiam duo filij Blanchæ, & multi famuli & ancillæ, licèt inermes: Emanuel vero esset solus inermis, & nudus in lecto, nec alio vllo modo propriæ saluti posset consulere, quàm matrimonium contrahendum, prout tunc fuerat requisitus.

3 Secundò, deprehensio Emanuelis in lecto iacentem cum Blancha à dictis eius filijs & Philippo genero, de quorum honore agebatur. Nam hæc pariter inducit iustum mortis, vel eructatus corporis metum, etiamsi iure quis non possit occidi, *l. nec timorem*, 7. §. *proinde*, *ff. quod met. caus. & ibi glos. in verbo*, *non iure*, & Bald. *in addit. vers. non occidi iure*, & Ang. *in princ. & num.* 3. Azo. *in rubr. C. de his quæ vi*, &c. *num.* 5. *vers. Nam si adulter.* Odofred. *in l.* 3. *num.* 2. *vers. sed si aliquis deprehenditur*, *ff. quod met. caus.* Monter. *d. decis.* 45. *n.* 18, & ita in specie annullandum matrimonium inter alia ponderata Alexand. *d. cons.* 98. *numer.* 4. Alex. de Neuo post d. cons. Alex. *num.* 2. *lib.* 3. Cepol. *cons.* 2. *in* 2. *consult. iuncto num.* 18. *vers.* 2. *etiam coniectura.* Vbi nititur hoc fundamentum in facto vitare, Parif. *d. cons.* 60. *num.* 19. &c. Ioan. Franc. de Ponte *d. cons.* 44. *num.* 9. 10. & 11. & Menoch. *de præsump.* 4. *num.* 7. iusta enim causa timendi est quando quis iniuriam, vel offensam illis fecisset, à quibus nunc videt se posse offendi, vt in puncto Alex. *d. cons.* 98. *num.* 5. *vers. & iusta causa*, *& vers. Nam D. Hieronymus*, & Parif. *cons.* 58. *num.* 65. *vers. addens etiam*, *lib.* 4.

4 Sed quamuis etiam prædicta necessario non concluderent metum probabilem, & in constantem virum cadentem, nihilominus in omnem casum retenta illa conclusione, quòd committatur arbitrio iudicis, quando ille dici possit cadens in constantem virum, de qua per glos. Innocent. & Doct. *in cap. cùm dilectus*, *quod met. caus.* Nauarr. *de communi in Manual. cap.* 22. *num.* 11. *vers. quod vera*, & alios in d. Hispalen. 13. Iunij 1608. coram eodem Illustrissimo Domino Cardin. Ludouisio, Domini arbitrati sunt de illo etiam constare ex coniecturis, præsumptionibus, verisimilitudinibus, & alijs facti circunstantijs cumulatis in decis. videlicet inimicitia filiorum Blanchæ & Philippi eiusdem generi cum Emanuele, tractatus eorundem de ipsum compellendo ad matrimonium contrahen. verbaque per eos ante illud contractum prolata, & quia fuit celebratum in villa à ciuitate distante, in domo, cubiculo, & lecto ipsius Blanchæ de media nocte, & sic hora valdè intempestiua; parochus verò vocatus fuit sub falso prætextu infirmitatis eiusdem D. Blanchæ, postea que coactè retentus, & Philippus armatus, vt suprà, imperiosè dixit Emanueli, quòd ibi coram parocho D. Blancham duceret in vxorem, & demum Emanuel quam primum potuit è lecto recessit, vt de his omnibus vltra alios testes benè deponit idem parochus hinc inde examinatus, & postea cum summo manè discessisse etiam de dicta domo statim ægro animo cum suis amicis, & Episcopo Columbrien. & postmodum iudicialiter coram iudice oppidi de Formosellæ conquestus fuit de matrimonio per metum contracto, vt deponunt quam plures testes in veteri summario Emanuelis n. 14. & in nouo, n. 1.

5 Nec obstare visum fuit, quòd matrimonium dici debeat voluntarium tanquam contractum post sponsalia de futuro sponte facta, & iurata, per duas decisiones, iuat. doct. Butr. *in c. requisiuit*, *num.* 3. & Præpositus *num.* 2. *vers. soluit D. Anton. de sponsal.* Quia cùm constet metum in illo interuenisse, sponsalia voluntaria præcedentia nihil operantur, sed matrimonium remanet nullum, vt *in d. cap. requisiuit*, declarant Abb. *num* 2. *vers. per loc. infero*, & Alexand. de Neuo *num.* 2. *laf. in l. Titia*, *num.* 5. *vers. tertio amplia*, *ff. de verb. obligat.* Fortun. Tarz. *in repetit. cap.* 1. *num.* 131. *vers. contra à ratione*, *de pact.* Ferret. *cons.* 171. *num.* 6. *& per tot.* Couar. *in epit. de sponsal. in princ. eod. tit. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Gabr. *cons.* 186. *num.* 12. *lib.* 2. Card. Manric. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 9. & fuit dictum etiam in alia decisione in fine, quod procedit etiamsi metus ex propria culpa interuenerit. Text. *in d. cap. veniens* il 2. & ibi expressè glos. fin. *vers. & est sic*, *de sponsal.* & laf. *in d. l. Titia*, *num.* 5. *vers. non obstante*, Monter. *d. decis.* 45. *num.* 21. *vers. Nec obstat.* Alij verò, qui in contrarium adduci solent, procedunt quando iudex remedijs iuris communis cugeret adimplere sponsalia, non autem quando pars de facto, prout hic, incuteret metum qui cadere possit in constantem virum, vt per tex. *in d. cap. veniens il* 2. & post Hostiens. & alios *ibid.* declarat Sanchez *vbi suprà*, *lib.* 4. *disput.* 13. *num.* 9. *vers. ad primum*,

Cætera quæ pro D. Blancha deducebantur, visa fuerunt, vel respectiuè non indigere, vel esse sublata in alia decisione, à qua ideò Domini non recesserunt; &c. 6

R. P. D. BVRATTO,

Barchinonen. Vicariæ.

Veneris 4. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Beneficium, seu Ecclesia quando est vnitum alteri Ecclesiæ, ad quem spectet vnici beneficij, vel Ecclesiæ cura, & electio?

SVMMARIVM.

Vicarij perpetui electio annquid ad Episcopum spectet præuio examine, & concursu, num. 1.

Concursus locus non est, quando Vicaria spectat ad Ecclesiam, cui est annexa, vt cura habitu penes ipsam resideat, secus quando non nudum exercitium, sed totalis cura in Vicarium transfertur, declara vt num. 2.

Beneficium quando vnitur alteri Ecclesiæ, illius cura habitu residet penes Rectorem Ecclesiæ, cui sit vnio, & solum cura exercitium remanet penes Vicarium, qui in beneficio deputatur, num. 2.

Amplia vt num. 3.

Vicarius habeas exercitium curiæ, dicitur curam habere quamuis actu tantum, num. 4.

Obseruantia nunquid sit attendenda, quando contra eam adest sententia, num. 5.

DECISIO DCCLXXXV.

VAcante perpetua Vicaria beatæ Mariæ de Mari vnita Archidiaconatui erecto sub eadem inuocatione in Cathedrali Barchinonen. cùm Episcopus dictæ Ecclesiæ prætenderet esse locum concursui, Archidiaconus verò nominationem Vicarij absque alio concursu ad se spectare. Dubitatum an dicta nominatio spectaret Episcopum, vel Archidiaconum? Et Domini pro Archidiacono responderunt. Tum ex verbis vnionis, per quæ expressè reseruatur dicta nominatio Archidiacono, & institutio Episcopo, ibi, *Vicario ad præsentationem illius qui est, vel pro tempore erit in illa dignitate, cui vnita est ipsa Ecclesia*, &c. *per nos præfatum Episcopum seu successores nostros instituendo*. Tum ex Bulla fel. record. Pij V. de Vicar. Ex qua huiusmodi Vicarij perpetui non ad liberam Ordinatiorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesijs vnitis ponentur, cùm ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum præuio examine & approbatione deputentur, & ita etiam esse procedendum sine concursu sæpius censuit sacra Concilij Tridentini Congregatio, vt refert Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 3. *num.* 54. Et tenuit Rota in Tirasonen. iuris præsentandi 23. Maij 1588. coram bo. mem. Bubalo, & in Tirasonen. Vicariæ 13. Octobris 1595. coram bo. mem. Litta, confirmata 4. Decembris subsequentis coram eodem Reu. P. D. Litta. 1

Nec obstare visum fuit, quòd non sit locus concursui, quando Vicaria ita spectat ad Ecclesiam, cui est annexa, vt cura habitu penes ipsam Ecclesiam resideat; se- 2

secus verò quando non nudum exercitium, sed cura totalis & habitualis in Vicarium transfertur, vt declarauit eadem sacra Congregatio, & Rota in Vlisbon. iuris conferendi 2. Decembris 1605. coram bo. me. Litta, & 13. Iunij 1607. coram Illustrissimo D. Cardinali Lancellotto, & in Vlisbonen. concursus prima Iulij 1613. coram Reuerendissimo D. meo Decano. Quia
2 in proposito prima, non autem secunda pars distinctionis applicatur. Quando enim Ecclesia, vel beneficium, accessoriè vnitur, siue alteri Ecclesiæ, siue Monasterio, siue beneficio seculari, cura illius semper residet habitu penes Rectorem Ecclesiæ, vel beneficij cui fit vnio, & solum exercitium Curæ remanet penes Vicarium, qui in Ecclesia, vel beneficio vnito deputatur, *cap. super eo, & ibi glos. in verbo annexa*, & Doct. *de preben. in 6.* de communi, Rot. *decis. 2. de offic. Vicar. in antiq.* Abb. *in c. extirpandæ*, §. *qui vero vers. dicunt quidam, de prebend.* Felin. *in cap. postulasti, num. 1. vers. & not. quod licèt, de rescript. num. 15. in repet.* & fuit dictum in Vlisbonen. concursus 1. Iulij 1615. & coram R.P.D. meo Remboldo.

3 Quod præsertim procedit, quando (prout hic) omnes redditus, & prouentus Ecclesiæ vnitæ assignantur Ecclesiæ, monasterio, vel dignitati, cui fit vnio reseruata solùm certa portione, seu congrua pro Vicario, tunc enim cura dicitur translata in Rectorem Ecclesiæ, vel beneficij, cui fit vnio, & solum nudum ipsius exercitium remanet penes Vicarium, Hostien. Io. Andr. & alij *in c. exposuisti, de preben.* Abb. *in repet. d. §. qui vero, sub d. num. 15. vers. si autem perceptio*, Felin. *in d. c. postulasti, num. 1. vers. sed Abb.* Rebuff. *de congr. port. num. 117.* Caputaq. *decis. 339. n. 2. vers. Ratio est par. 3.* Aufrer. *ad decis. 109. Capel. Tolosan. vers. si autem perceptio*, & fuit dictum in præcitata Vlisbonen. iuris conferendi coram Litta, & in dicta Vlisbon. concursus coram D. meo Remboldo.

4 Minus obstare visa fuerunt verba illa vnionis (curam habeat, & exerceat animarum) quasi per illa videatur reseruari Vicario non solùm exercitium, sed etiam cura habitualis, ne verbum, *habeat*, de sui natura plenum ius denotans, *l. fideicommissum 11. §. filio, ff. de legat. 3.* stante subsequenti verbo, *& exerceat*, remaneat superfluum, & sine effectu operandi. Quia respondebatur, quòd attenta vnione cum assignatione omnium fructuum, per quam dicitur absque dubio translata cura in Archidiaconum, cuius Archidiaconatui facta est vnio, ex prææallegatis, verba illa, *habeat & exerceat*, intelliguntur prout de iure, vt scilicet habeat curam tanquam Vicarius actu, & quoad exercitium, cùm etiam Vicarius habens curæ exercitium, dicatur curam habere, quamuis actu tantùm, glos. *in d. c. super eo, in verbo annexa, vers. Vicarius enim*, & ibi Gemin. *num. 4. post med. vers. & quod Vicarius*, Franch. *num. 2. circa med. vers. vnde ipse Vicarius, de prebend. in 6.* Fastol. *dub. 25. n. 2. in princ.*

5 Nec denique visum fuit in contrarium facere prætensam obseruantiam faciendi concursum, tum quia ostenditur etiam obseruantia instituendi ad præsentationem Archidiaconi, quæ magis esset attendenda, tanquam magis vnioni conformis, stante præsertim sententia Episcopi Barchinonen. vti delegati Benedicti PP. XIII. lata del 1413. per quam fuit expresse declaratum dictum ius nominandi, & præsentandi ad fauorem Archidiaconi, cui est plurimum deferendum, Rota *decis. 11. num. 1. in fine, de iurepatron. in nou.* & in Florentina Canonicatus 11. Decembris 1615. coram me, & aliàs passim, vel saltem istæ obseruantiæ inuicem se confringerent. Tum etiam, quia contraria non releuat, ex quo prouisiones ad eam probandum allegatæ non sunt factæ iuxta supradictam constitutionem Pij V. quæ vti continens decretum irritans, infecit titulum, & possessionem, ideòque ex dd. prouisionibus non potest desumi talis obseruantia, quæ veritati rei possit præiudicare, vt fuit dictum in allegata Vlisbon. coram Reuerendo Patre D. meo Remboldo.

Et ita decisum, &c.

R. P. D. CAVALERIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Argentina Commendæ.

Lunæ 14. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersùs sententiam datur, quando sententia est iniusta, secus si iusta. Cætera sumas ex summarijs.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum datur aduersùs sententiam iniustam, secus aduersùs iustam sententiam, n. 1.

Contractus talis in dubio iudicatur, qualis denominatur à partibus, n. 2.

Pignus dicitur esse in potestate debitoris, non autem creditoris, num. 3.

Pignoris natura est, vt possessor non faciat illius fructus suos, ibid.

Verbum incorporamus, *omnia complectitur, ita vt ex pluribus vnum tantùm corpus efficiatur, numero 4.*

DECISIO DCCLXXXVI.

CVm sententia Reuerendissimi Domini mei Decani, ob non interpositam intra legitima tempora appellationem transisset in iudicatum, commissa mihi causa restitutionis in integrum ad instantiam D. Ioannis. Dubitaui an constaret de causis? & informantibus tantùm Commendatore, & Conuentu domus viridis insulæ Argentinæ, fuit pro illis facta resolutio, & qua ratione aliàs Rota censuit coram Domino Decano constare de causis restitutionis in integrum aduersùs sententiam bon. mem. Giptij tanquam iniustam, vt in decisione facta die 30. Martij præteriti, eadem ratione à contrario sensu hodie censuit non constare de causis aduersùs hanc vltimam sententiam tanquam iustam, de qua iustitia satis euidenter apparere dicebant ex dicta decisione. 1

Nam totum fundamentum d. Ioannis consistebat in eo, quòd prima concessio olim facta à Priore Alemaniæ de domo in Schelestat prædicto Conuentui vsque de anno 1599. esset oppignoratio, & non vnio, seu commendatio, & tamen contrarium apparebat, cùm in ea nullum legeretur verbum de oppignoratione, sed per plures vices concedens vtatur verbo *commendamus*, & *commendationis*. Ex quibus dictum fuit hanc vel fuisse commendam, vel vnionem ad tempus, quæ fraternizant, iuxta decision. Cassad. 2. *de vnion.* & sic intrabat regula, quòd contractus talis in dubio iudicatur, qualis denominatur à partibus, Bart. *in l. cotem, §. qui maximos, quæst. 5.* vbi etiam Castr. *ff. de publican.* Barbat. *in cap. ad quæstiones, de rer. permutat.* Aymon. *cons. 20. num. 1. & per tot.* 2

Accedebant verba illa, *regere*, *manutenere*, & *custodire*, magis commendæ, quàm pignori congruentia, & regulariter in dubio pignus non præsumitur, nec verba illa, quòd domus esset in potestate fratrum, vllo modo conueniunt pignori, quod dicitur esse in potestate debitoris, non autem creditoris pignus recipientis, ad tradit. per Menoch. *de præsump. lib. 2. præsumpt. quæst. 3. numero 4. & 5. & vsque ad finem*. Et quia ex dicta concessione apparebat concedentem voluisse, vt interim Commendator, & Conuentus domus viridis insulæ Argentinæ facerent fructus suos, quòd expressè repugnat naturæ pignoris, *cap. cum contrà, de pignor. l. 2. C. de pign. action.* Natt. *cons. 535. num. 3.* Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 12. num. 4.* 3

4 Demum tollebatur omnis difficultas ex confirmatione subsequuta magni Magistri, & Capituli, & fel. recor. Eugenij IV. cum clausulis amplissimis vltra terminos simplicis confirmationis, nempe, *perpetuò, & vberiori gratia vnimus*, ex quibus apparebat magnum Magistrum, & Papam voluisse facere nouam gratiam perpetuæ vnionis, Gabr. *cons. 151, num. 19. lib. 2.* & in puncto Card. Seraph. *decis. 1433. num. 1.* Vltra quòd aliqui ex Dominis considerabant in his confirmationibus vltra verba *vnimus, & annectimus*, fuisse additum verbum *incorporamus*, quod omnia complectitur, ita vt de pluribus vnum earum corpus efficiatur, ad trad. per Honed. *de incompatib. benefic. part. 2. cap. 3. num. 3. vers. vnde incorporatio*, Mandos. *super reg. in renocat. vnion. q. 1, num 6,*

5 Ex quibus, & alijs in decisione deductis, quæ Dominis placuerunt, noluerunt ab ea recedere, & resoluerunt pro parte informante non constare de causis restitutionis in integrum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Bononien. pecuniaria, seu bonorum,

Lunæ 23. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Possessio quando transferatur per clausulam *constituti*, seu *precarij*, ad effectum, vt manutenibilis sit,

SVMMARIVM.

Possessio capta vigore decreti iudicis nulli, ex defectu iurisdictionis, non est manutenibilis, num. 1.

Appellare licitum est in summarissimo possessorio vigore statuti Bononiæ, ibid.

Possideri non potest res incerta ratione loci, & quota, num. 2,

Constituti, & precarij, *clausula nihil operatur, quando cantat de tempore, quo constituens possidere non poterat, num 3.*

Constituti *clausula collata post mortem constituentis, non operatur translationem possessionis, nisi in ea adsit clausula*, ex nunc, prout ex tunc, *num. 4.*

Constituti *clausula nihil operatur stante nullitate contractus, in quo fuit apposita, vt puta, in contractu inter personas prohibitas, num. 5.*

Dotis augmentum factum constante matrimonio non operatur congruitatem dotis, ibid.

DECISIO DCCLXXXVII.

1 Dictum fuit mandatum de manutenendo esse denegandum D. Comiti Aloysio, quia non docuit de eius possessione de tempore motæ litis. Aut enim eam fundat super immissione sibi concessa per Gubernatorem Centi, & illa non solùm non est manutenibilis, ex quo decretum dicti Gubernatoris fuit nullum, ex defectu tam iurisdictionis respectu Dom. Fabij gaudentis priuilegio fori in vim Eugenianæ tanquam Curialis, & Aduocati in vrbe, de quo fuerat in specie oppositum, quàm legitimæ citationis eiusdem D. Fabij, imò fuit quoque notoriè iniustum, vti fundatum super clausulis *constituti*, & *precarij*, quæ in proposito nihil operantur, vt infrà dicetur. Sed etiam est attentata vti capta pendente appellatione DD. de Carandinis à dicto decreto, quod licèt in summarissimo possessorio, erat tamen quoad vtrumque effectum appellabile ex statuto Bononiæ, in cuius agro sita sunt bona de quibus agitur, de quo post relatos meminerunt Contard. *ad l. vnic. C. si de moment. possess. quæst. 7.* & Menoch. *de adipiscen. remed. 4. num. 833. & seqq.* Et quod pluries fuit in Rota seruatum, & præsertim in Bononien. de Prætis 28. Nouembris 1594. coram bon. mem. Orano, & in Bononien. pecationi 17. Decembris 1607. & 29. Februarij 1608. coram Reuerendissimo Lugdunen, & quòd etiam supponitur esse idem cum statuto terræ Centi, quæ est locus originis q. Dominæ Claudiæ, de cuius bonis tractatur, & incolatus D. Comitis, & fratrum Domini Fabij.

Aut verò D. Comes se fundat in clausula *constituti*, vel *precarij*, de qua in eius instrumento dotali, & cùm pro dote scutorum 5000. & eius lucro per dictam Claudiam eius vxorem facta fuerit obligatio eius bonorum immobilium ad dicti D. Comitis electionem; Ipse verò, viuente dicta Claudia, non elegerit, consequenter possessionem non acquisiuit ratione incertitudinis loci, & quotæ, vt in terminis *l. 3. §. incertam, ff. de acquir. possess.* dicit ibi Bart. *num. 2. vers. & per hoc*, quem sequitur ibidem Angel. *in vers. qui ergo*, Alex. *num. 6.* Hercul. *num. 8. vers. extra glos.* Ruin. *num. 2.* & cum quo tenent omnes indifferenter, vt ibi per Ias. *num. 2. vers. & cum Bart.* idem Bart. *cons. 74. num. 1. vers. Nec potest dici*, Bero. *cons. 159. num. 19. vers. præmissa etiam*, & Surd. *cons. 225. num. 12.* 2

Nec dicatur electionem fuisse factam post mortem Claudiæ, & ideò constitutum operari, cùm bona sint certificata, Ruin. *cons. 127. num. 16. vers. Præterea incertitudo, volum. 5.* Tiraquell. *de constit. limit. 19. num. 4.* Nam quicquid sit, an hæc certificatio subsequuta sufficiat, adhuc constitutum & precarium nihil possunt operari, cùm expressè canent post mortem Claudiæ ante Comitem Aloysium absque liberis communibus, & sic de tempore quo ipsa Claudia constituens possidere non poterat, Angel. *in d. l. quamuis, §. 1. num. 1. vers. & ex hoc dico*, & alij, *ff. de acquir. possess.* Dec. *cons. 247. num. 6. vers. vlterius etiam, & num. 7.* cum alijs per Tiraquell. *vbi suprà, limitat. 2. num. 1.* Gabr. *cons. 141. num. 6. vol. 1.* & Honded. *cons. 38. numer. 56. lib. 2.* & in constituto adiecto in instrumento dotali, Surd. *d. cons. 225. num. 14.* Rota *decis. 320. num. 1. lib. 3. par. 3. diuers.* 4

Tantò minus, quia in instrumento non legitur clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, quæ requiritur ad hoc vt constitutum collatum post mortem constituentis operari possit translationem possessionis, vt fuit dictum in Romana de Incoronatis 29. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo, & in alia Bononien. bonorum 18. Maij præteriti coram me, & in terminis de dote assignata in tot immobilibus, vt in casu nostro Hippol. Riminal. *cons. 254. n. 66.* 4

Aliqui etiam ex Dominis dicebant constitutum nihil quoque operari, stante nullitate contractus, in quo fuit appositum, vt per Alberic. *in l. pupillus, vers. & per hanc litteram, ff. de acquir. rer. domin.* cum allegatis per Tiraquell. *in dicto tract. constitut. par. 3. limit. 7. num. 1.* & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. &c. lib. 3. tit. 13. num. 27.* & Rota in Sutrina bonorum 16. Iunij 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in terminis constituti in contractu inter personas prohibitas, vt inter virum & vxorem, Castrens. *in l. 1. §. si vir vxori, num. 5.* & ibi Alexand. *num. 8. vers. Item habetis*, Socin. sen. *num. 12.* & Ias. *num. 16. ff. de acquir. possess.* Tiraq. *d. limitat. 7. num. 14. & limit. 25.* Contractus autem dicebatur nullus, quia continet augmentum dotis factum constante matrimonio, quod fieri non poterat, cùm dos congrua esset ab initio constituta, Bald. Nouell. *in tract. de dot. part. 3. priuileg. 8. num. 2. ad finem, vers. quatenus verò*, & Card. Mant. *de tacit. &c. lib. 20. tit. 2. num. 19.* 5

Ex quibus fuit vt suprà decisum, &c.

R. P. D.

R. P. D. BVRATTO.

Auxiacen. iuris nominandi.

Lunæ 30. Ianuarij 1607.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando dicatur Ecclesiasticum sæculare, ita quod Episcopus in eo se intromittere possit? & quando secus?

SVMMARIVM.

Beneficium non dicitur Ecclesiasticum, sed resolvitur in sæcularem administrationem, quando fundator prohibuit ne Episcopus in ea se intromitteret, num.2.

Beneficium vt dicatur Ecclesiasticum sæculare, requiritur vt authoritate Ordinarij sit fundatum, ibidem.

Beneficium, vt dicatur Ecclesiasticum sæculare, requiritur, vt non possit a laico conferri, sed à persona Ecclesiastica, & non ad tempus, sed in perpetuum, numer.3.

Vltimus status beneficij non attenditur, quando beneficium non est Ecclesiasticum, & collatiuum, numer.4.

Apostolica prouisiones non mutant statum iurispatronatus, num.5.

Patronus non potest actum facere, nec consentire in præiudicium fundatoris, & aliorum vocatorum, numer. 6.

DECISIO DCCLXXXVIII.

1 POstquam per duas decisiones fuit resolutum testamentum Andreæ Faissat fuisse effectuatum ad effectum iuris nominandi ad Capellaniam, seu bonorum administrationem pro certa celebratione Missarum in ea institutam, fuit successiuè subscriptum dubium, an ius nominandi spectaret ad Andream Bellonum prætendentem se post finitam lineam Faissartorum in dicto testamento vocatum. Cùmque Bellonus instaret pro disputatione, Tondurus Aduersarius opposuit videndum esse de validitate permutationis ad eius fauorem factæ, prætendens illam validam etiam vbi ad Bellonum spectaret ius nominandi; de quo habito cum DD. verbo, dubitaui cum supposito existentiæ iuris nominandi, non tamen pro nunc pertinente ad Bellonum, de quo postea erit videndum, an dicta permutatio esset valida, & DD. resoluerunt esse nullam.

2 Fundamentum fuit, quia ex lectura dicti testamenti apparet testatorem non erexisse beneficium dandum in titulum, sed simplicem bonorum administratione ad effectum alendi ex eius fructibus Sacerdotem eligendum per patronum ad id deputatum, qui ad altare, de quo agitur, quatuor Missas in singulo mense celebraret, quamdiù placuerit eidem patrono, ac insuper specialiter prohibuit ne aliquis Episcopus, Vicarius, Officialis, aut aliqua persona cuiusvis gradus, generis, & conditionis, valeant administrationem dictæ hæreditatis, & celebrationem dictarum Missarum conferre, nec Presbyterum ad id eligere, vel electum remouere, aut in aliquo se intromittere, sed ad patronum duntaxat id voluit pertinere. Quæ quidem denotant dictam administrationem bonorum non esse beneficium Ecclesiasticum, sed rem temporalem in laicos cadentem, vt declarauit Rota in Vlisbonen. administrationis Capellæ 16. Ianuarij 1595. coram bon. memot. Penia, & non conueniunt beneficio Ecclesiastico sæculari, quod inter cætera de sui natura requirit, quod sit authoritate Ordinarij fundatum, Glos. *in Clemen.2. in verbo si beneficiorum in fine*, & ibi communiter Doctores *de decim.* Nauarr. *consil.5. & 6. num.1. de præbend.* cum pluribus per Gonzal. *ad regul.8. glos.5. num.7.* & Rota in Monopolitan. hebdomadæ 1. Iunij 1613. coram Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo.

3 Et quòd non possit conferri à laico, sed à persona Ecclesiastica, Episcopo, vel Prælato, *cap. si quis deinceps*, & ibi glos. 16. *quæst.7.* Abb. *consil.47. num.1. vers. Primum attenditur part.2.* & alij per Gonzal. *vbi supra num.10.* Azor. *institut. moral. part.2. lib.3. cap.1. quæst.3. in princip. vers.1. ex eo.* Quòdque non ad tempus, sed in perpetuum conferatur, *cap. Sanctorum 70. distinct. cap. penult. de Cleric. ægrot.* Abb. *dict. consil. 47. num.7. vers. Item quia*, Nauar. *d. cons.5. num.1. in fine, & cons.6. num.1. in princip. de præbend. & cons.43. num.8. de simon.* Cassad. *decis.4. num.2. & decis.12. num. 9. de præben.* Cæsar. de Grass. *decis.13. numer.7. eodem titul.* latè Gonzal. *vbi supra num.11. 12. & 13.* & Azor. *dict. quæst. 3. vers. Quarto quando*, & fuit etiam in hac causa firmatum in prima decisione 10. Maij 1613. Nec illud onus spirituale celebrandi Missas, nec denominatio Capellaniæ faciunt beneficium Ecclesiasticum, non concurrentibus alijs qualitatibus ad illud constituendum requisitis, vt dictum fuit in allegata Vlisbonen. administrationis Capellæ, in qua aliæ citantur. Vnde permutatio dictæ Capellaniæ tanquam facta in manibus Ordinarij, vti de beneficio Ecclesiastico in perpetuum, & ad vitam Tonduti, cui etiam fuit collata in titulum contra expressam fundatoris dispositionem, non potest in præiudicium patronorum sustineri, vt aliàs tenuit Rota in Salernitana Oratorij 13. Martij 1559. coram Chiroga, registrata per Garz. *de benefic. part.1. cap.2. num.106.*

4 Non obstat prætensus vltimus status, quia cùm non versamur (vt firmatum est) in beneficio Ecclesiastico collatiuo, iuxta terminos *cap. querelam de elect. & cap. consultationibus de iur. patron.* si non adest quòd possit conferri, non potest super eos status firmari, vt dixit Rota in Marianen. vnionis 22. Iunij 1615. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in dicta Monopolitan. hebdomadæ 11. Decembris 1615. & 22. Aprilis præteriti, coram Reuerendo Patre Domino meo Verospio.

5 Vltra quòd nec verificatur status à Tonduto deductus, quia prætensa resignatio facta de anno 1549. per Gulielmum Ghirardi cum Guglielmo de Fortis, nullum habuit effectum, prout nec docetur de expeditione litterarum, sed sola duntaxat supplicatio exhibetur. Minusque probatur, quòd Bonifacius de Fortis, qui dicitur prouisus per obitum dicti Guglielmi de Fortis, retinuerit Capellaniam in titulum, quia solùm exhibetur instrumentum possessionis captæ de anno 1560. in vim litterarum Apostolicarum, adeò vt ex istis nullus potuerit status induci, præcipuè verò cùm sint prouisiones Apostolicæ, quæ non mutant statum iurispatronatus, vt fuit dictum in alia decisione huius causæ 8. Februarij anni præteriti, maximè quando non constat de voluntate Papæ conferentis, tollentis statum antiquum, & nouum inducentis, Lap. *in cap. cum de beneficio*, & ibi alij *de præbend. in 6.* & Rota in dicta Monopolitan. coram R.P.D. meo Verospio.

6 Minus obstat, quod Arnandus Faissatus tunc patronus dictæ permutationi consenserit, quia non potuit contra voluntatem fundatoris consentire in præiudicium aliorum vocatorum, sicuti non potuisset hæres grauatus, Peregrin. qui alios cumulat, *de fideicomm. art.40. num. 33.* Ex quibus ita decisum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Clusina postæ Puteoli.

Lunæ 13. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Commissio appellationis antequam sit interposita appellatio iurisdictionem non tribuit, nisi in commissione adsit clausula, *quam, & quas*.

SVMMARIVM.

Reuerentiales Apostoli dati in appellatione durant decem dies, num.1.

Commisso appellationis expedita ante appellationem interpositam, non tribuit iurisdictionem, & facit transire sententia postea datam, si ab ea non appelletur in iudicatum, numer.2. Declara, vt numer.6.

Præsentatio commissionis attenditur, & non impetratio, num.3.

Clausula quam, & quas, *comprehendit causam appellationis, & etiam alias causas mouendas, & futuras circa idem negotium, ita vt impetrans possit specificare causas quas vult, num.4.*

Commissio futura causa valet quando constat de voluntate concedentis, num.5.

Instrumentum Procuratoris extenditur etiam ad causas futuras; quæ tamen non requirunt speciale mandatum, quando constat de mente constituentis, ibidem.

Rescripta ad lites per subreptionem non vitiantur ipso iure, num.6.

Exceptio subreptionis tanquam dilatoria opponi, & probari debet ante litem contestatam, num.7.

Rescripta, & commissiones in causa appellationis sunt fauorabilia, nec subtiliter interpretanda sunt pro subreptione, ibid.

Causam non esse desertam in dubio Rota semper tenet, num.8.

Desertione non obstante quando causa est grauis Rot. semper solet audire appellantem, ibid.

DECISIO DCCLXXXIX.

1 NOn constare de re iudicata DD. responderunt, Nam ex parte Excellentissimi Domini Ducis Sfortiæ fuit appellatum à sententia Rotali diffinitiua, & appellabili, & commissio causæ appellationis producta parte citata infra terminum decem dierum; qui dicebatur datus per responsionem de Apostolis reuerentialibus, iuxta stylum, & obseruantiam huius sacri Tribunalis, de qua per Cassador. *decis.4. in princip. de appellat.* Caputaquen. *decis.* 31. *part.* 1. Lancell. *de attentat. part.* 4. *cap.*12. *in præfat. num.*59. Vestr. *in prax. lib.*3. *cap.*5. *num.*4. *& lib.*7. *cap. vlt. num.*6.

2 Nec visum fuit obstare fundamentum Excellentissimi Domini Marchionis à Cornea appellati, quod commissio fuerit expedita per duos dies ante prolationem sententiæ, & sic non potuerit comprehendere causam appellationis nondum interpositæ, Bellamer. *decis.* 28. Cæsar. de Graff. *decis.* 2. *de rescript.* Lancellott. *de attentat. cap.* 20. *part.* 2. *limit.*12. *num.* 1. cum allegatis. Ideòque ex capite non prosequutæ appellationis infra terminum à iudice præfixum, sententia transiuerit in iudicatum, *cap. personas*, & *cap. cum sit Romana*, & ibi omnes *de appell.* cum supra allegatis.

3 Quia omisso an probetur expeditio commissionis ante appellationem ex sola adnotatione diei à tergo dictæ commissionis (vt dicitur) manu Magistri cursorum facta, & quæ fides in hoc sit adhibenda dictæ adnotationi, præsertim cùm agatur de inducenda desertione, ex quo in commissionibus appellationum in Curia interpositarum, non apponitur data, & ideò præsentatio (quæ cùm hic facta fuerit eadem die interpositæ appellationis, præsumitur præcessisse) & non impetratio illarum attenditur, Rota *decis.*2. *num.*4. *de except. in nou.*

Respondebatur commissionem habere clausulam, 4
Ac quam, & quas Orator contra aduersarium quomodolibet habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit, quæ non solùm comprehendit causam appellationis, Rota *decis.* 34. *aliàs* 490. *de rescript. & decis.* 11. *alias* 343. *de offic. delegat. in nou.* Mandos. *de commiss. forma* 1. *in verbo quam, & quas*, & Cardin. Seraphin. *decis.*644. *in fine*, sed vti concepta per verba futuri temporis etiam causas mouendas, Mandos. *vbi supra*, & sensit Cæsar. de Graff. *decis.*2. *num.*4. & 5. *de rescript.* & futuras circa idem negotium, Rota *decis.* 18. *in addit. num.* 2. *de rescript. in nou.* & in Calagurritana beneficij de Ariola 17. Iunij 1594. coram bonæ memoriæ Gipsio, ita vt impetrans specificare possit causas quas vult, Achill. *decis.* 22. *numer.* 2. *de appellat.* prout similia verba, *habere potest*, comprehendunt etiam ius de futuro, Bart. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres num.* 19. *vers. ad solutionem*, & ibi Alexand. *de communi numer.* 65. *ff. de verbor. obligat.* Bero. *consil.* 130. *num.*24. *volum.* 2. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 52. *sub numer.* 32. Ponderata præsertim dictione illa vniuersali, *quomodolibet*, quam in simili considerant Berous *sub dict. num.*24. *vers. sed in casu nostro*, & Peregrin. *vbi supra num.*33.

Nec dubitari potest quin valeat commissio super 5
futura causa, quando constat de voluntate Papæ concedentis, Ioan. Andr. ad Specul. *titul. de rescript. præsentatione*, §. *final. littera D.* vbi de commissione causarum contra debitores præsentes, & futuros, Butr. *in cap. final. num.*21. *de rescript.* & ibi Cardin. *num.* 7. *in* 6. *oppos.* Imol. *column.* 3. *num.* 8. Barbat. *numer.* 38. Addit. ad Rot. *decis.*1*. *aliàs* 148. *eodem titul. in nou.* Innocent. *in cap. cum olim in princip. vers. nec absurdum de offic. deleg.* Sicuti quando constat de mente constituentis Procuratorem, mandatum extenditur ad lites, & causas etiam futuras, dummodò non requirant speciale mandatum, vt si dixerit, *ad omnes, & quascunque lites, & causas*, Rot. *decis.* 1. *numer.* 1. *vers. hoc verum de procurat. in nou.* Gramm. ad Vestr. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 38. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 37. *numer.* 2. *part.* 1. De tali autem mente Sanctissimi clarè constare videtur hic, non ex prædictis tamen, etiam quia dicta clausula, *quam, & quas*, (quæ comprehendit causam appellationis, vt dictum est) non videtur posse referri ad appellationem interpositam, cùm de illa supra facta esset expressa mentio in commissione, ideòque ad euitandam superfluitatem intelligenda est de appellatione interponenda.

Nec obstat, quod in vim dictæ clausulæ procedi 6
possit vt in prima, non autem vt in causa appellationis. DD. enim ex aduerso allegati loquuntur, vbi non constat de appellatione, vel illa est deserta: non autem negant procedi cum dicta clausula, *quam, & quas*, appellatione deinde intra decem dies interposita, vt in hoc casu. Præterea quod vbi etiam commissio fuisset impetrata ante appellationem, & ita ex hoc capite fuisset subreptitia; tamen tribuebat iurisdictionem etiam respectu causæ futuræ, quia certum est rescripta ad lites non vitiari ipso iure per subreptionem, Cardin. *in dict. cap. fin. de rescript. num.*4. licèt sint elidibilia per exceptionem, vt notant omnes *in cap. cæterum eodem tit.* & præsertim de communi Butr. *nu.* 4. & Dec. *num.* 24. *&* 35. Rota *decis.* 13. *aliàs* 362. *num.*2. *de offic. delegat. in nou.* Menoch. *de arbitr. cas.* 201. *num.*3. *&* 4. & Cardin. Seraphin. *decis.* 513. *num.* 7. & in commissione causæ appellationis, Inocent. *in d. c. cæterum*, Gemin. *in c.* 1. *ab eodem num.*4. *vers. Ego crederem de appell. in* 6. Paris. *cons.*124. *num.*19. 20. *&* 22. *vol.*4.

Ex-

7 Exceptio autem subreptionis tanquam dilatoria opponi, & probari debet ante litem contestatam, Abb. *in cap. ad audientiam il 2. num. 15. vers. quædam est, de rescrip.* Aym. *cons.79. num. 9.* & in continenti glos. *in cap. ex parte, in verbo tacitè, in fin. de testib.* Lap. *alleg. 112. num. 2.* Oldrad. *cons. 320. num. 2. vers. sed si quis.* Quod tamen hic factum non fuit pro parte D. Marchionis citati ad dicendum contra commissionem, & ideo si esset subsequuta sententia, illa fuisset valida, vt *in d. cap. fin. de rescr.* not. Innoc. *ante num. 4.* Hostien. *col. 3. in princ. vers. valet tamen collect. num. 4. vers. sed quid si fiet.* Card. *num. 4. circa princ.* Anchar. *num. 2. in 3. not.* & Imol. *num. 16.* Maximè quia rescripta ad causas appellationis non sunt odiosa, cùm impetrentur ad defendendum, nec requirunt illam subtilitatem circa expressionem, vel suppressionem veritatis, quæ in aliis requiritur, Io. Andr. *in c. ex litteris, col. 2. in princ. vers. si vero, de offic. deleg.* Felin. *in d. c. cæterùm, in fin. vers. restringitur, de rescript.* Et in dubio rescripta delegatoria fauore supplicantis interpretationem recipiunt, Cassad. *decis. 6. num. 4. de rescript.* Honded. *cons. 94. num. 66. vol. 1.*

8 Quæ tantò magis DD. placuerunt, attenta obseruantia Rotæ, quæ in dubio semper tenet pro non desertione, Cassad. *decis. 4. in fin. & decis. 9. de appellat.* Vestr. *lib. 3. cap. 5. num. 4. circa fin.* & qualitate, & grauitate causæ, ob quam Rotam solitam esse audire appellantem, non obstante desertione, refert Lancellot. *de attentat. par. 2. cap. 12. in præfat. num. 74.* Et ita decisum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Romana exequutionis, seu societatis extra Rotam.

Lunæ 13. Martij 1617.

ARGVMENTVM.

Societas quando rescindatur ex capite læsionis? Et quomodo in contractu societatis probanda sit læsio?

SVMMARIVM.

Societatis natura est vt lucrum æqualiter inter socios diuidatur, num. 1.

Remedium l. 2. C. de rescindenda venditione, habet locum in omnibus contractibus bonæ fidei, prout est societas, num. 2.

Forma libelli in remedio l. 2. C. de rescind. vendit. qualis debeat esse, & quomodo concludere, ibid.

Obligatus ad factum, si illud præstare non potest, tenetur ad interesse, num. 3.

Remedium l. 2. C. de rescind. vend. non competit scienti valorem rei, super qua contrahitur, n. 4.

Læsio ad hoc, vt contractum rescindat, debet probari eam fuisse tempore contractus, numero 5.

Læsio in contractu scietatis, quòd fuerit tempore contractus, quomodo probari debet, num. & 6.

Remedium l. 2. C. de rescind. vend. non habet locum in locatione operarum, num. 6.

DECISIO DCCXC.

1 INita fuit dell' anno 1608. societas pro triennio ad artem copertarum inter Alexandrum ex vna, cum capitali eius operarum, & scutorum 400. & Murium, & q. Io. Antonium ex alia, cum capitali scut. 800. pro quolibet, & conuentione de lucris æqualiter diuidendis. Post cuius finem & dictorum lucrorum diuisionem iuxta conuenta latæ fuerunt inter partes diuersæ sententiæ, & tres (vt supponitur) conformes ad fauorem Alexandri super rescissione instrumenti dictæ societatis tanquam læsiui, ex eo quòd solæ illius operæ æquiualerent capitali per alios duos socios simul exposito, & ipse non habuerit nisi tertiam partem lucri, cùm tamen stante æqualitate capitalis videretur illi fuisse debitam medietatem iuxta naturam societatis, ad tex. *in l. si non fuerit, & l. quid enim, ff. pro socio,* & tradita per omnes summistas *in verbo societas, & in verbo vsura,* & ideò dicti alij duo socij fuerunt condemnati ad ipsum reintegrandum, de quarum sententiarum iustitia fuit dubitatum coram iudice duputato. Et dubio per me in Rota proposito DD. responderunt illas esse iniustas, ideòque minimè exequendas. Quia vel remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* per Alexandrum expreisè intentatum illi non competit, vel quatenus competeret, non fuerunt per ipsum probata incumbentia.

Quòd autem non competat, visum fuit primò, 2 quia licètin omnibus contractibus bonæ fidei (prout est societas, §. *actionum, Instit. de action.*) locum habeat tale remedium, glos. *in d. l. 2. in verbo iudicis, vers. illud autem,* Cyn. *in 1. quæst.* Odofr. *8. vers. item quia nos,* Alber. *num. 7.* Bar. Bald. Angel. Castr. Sichard. & Cagnol. *ibidem,* & alij per Gabr. *de empt. & vend. conclus. 1. num. 19.* Tamen siue sequamur opinionem quòd actor debeat in libello concludere, alternatiuè petendo vel supplementum iusti pretij, vel rei restitutionem pretio restituto, & eodem modo iudex pronunciare, quam tenent Odofr. *in d. l. 2. n. 6.* Alber. *nu. 12. vers. qualiter,* Bart. *n. 17. vers. vel aliter,* Angel. *n. 8.* Pant. de Creman. 191. & 192. & Sichard. *nu. 16. in fin. vers. Bart. tamen, & nu. 17.* Aym. *cons. 12. nu. 12. vers. & si, & cons. 151. nu. 1. vers. sed in supplicatione,* Gabr. *d. concl. 1. nu. 3.* siue quòd sufficiat concludere ad solam rei restitutionem, quam tenent glos. *in dicta l. 2.* Bald. *nu. 34.* Salic. qui dicit communem, *n. 22. vers. sed secundum,* & Cagnol. *nu. 116. vers. sed non est recedendum.* Alexander nunquam agere potest ad dictam lucri reintegrationem, quia cùm non præstiterit nisi operas restitutio est impossibilis, factum enim pro infecto haberi non potest.

Nec obstat, quòd saltem earum restitutio fieri 3 possit præstando illarum æstimationem tanquam interesse, prout fit, quando petitur factum, & reus ad illud obligatus desinit posse facere, Bar. *in l. stipulationes non diuiduntur 72. n. 44.* Alex. *nu. 32.* vbi quòd cum Bart. ibi transeunt omnes, & Ruin. *n. 75. ff. de verb. oblig.* Aym. *cons. 12. n. 1. vers. sed posito,* Rot. in Roman. Palatij, seu census 7. Maij 1590. coram Bubalo, Card. Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 32. nu. 8.* & in terminis, quòd peti possit æstimatio operæ præteritæ, glos. *in l. si quando, ff. de oper. lib. & in l. in stipulationibus, §. operarum, ff. de verb. oblig.* Alex. *in d. l. stipulationes non diuiduntur, num. 32. vers. tamen sustinendo,* & Ruin. *num. 75. vers. & licet etiam.* Nam talis æstimatio vltra quòd non fuit petita, nec ad eam consequuta condemnatio, non fuit DD. visa probata, nec liquidata, vt etiam infrà dicetur.

Secundò, quia dictum remedium non competit 4 scienti valorem rei, super qua contrahitur, quia hic non potest dici deceptus, Azo. *in rubr. C. de rescind. vend. n. 3. in fin. vers. nec enim speculatio. eadem rub. in nu. 12.* & not. Ballapert. Odofr. Alber. Bald. Castr. Salicet. Pantal. de Crem. Sichard. & Cagnol. *in dicto lib. 2.* Dec. *cons. 583. num. 1.* Gabr. *dicta conclusione 1. num. 81. & n. 98.* & hanc rationem quando inæqualitas eorum, quæ sunt collata in societatem, non est ignota contrahentibus, ad hoc vt deceptus dici non possit ille, qui plus contrahit, sed videatur voluisse donare, vt pactum de inæqualiter diuidendo sustineatur, considerant Corn. *in l. si pascenda, nu. 2. vers. posset fortè dici, & col. 6. ante med. vers. nisi saluando,* Purpur. *num. 30. & 31.* Roman. *cons. 475. num. 4. & 6.*

Card.

Card. Mantic. *de tacit. & ambig. l. 6. tit. 4. num. 19.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 9. cap. 8. vers. 6. queritur*. In proposito autem Dominis visum fuit non posse probari errorem, vel ignorantiam aliquam Alexandri. Nam vltra, quòd sicuti regulariter quisque in dubio non præsomitur ignarus valoris rei suæ, Odofr. *in dicta l. 2. num. 8. vers. nam per hoc*, Albet. *num. 12. vers. sed tunc*, Salicet. *num. 17. vers. & hoc verius, & num. 33. vers. cum enim pretium*, & Sichard. *num. 18. vers. quia in dubio*, ita tantò minus operarum. Clarissimè in proposito videtur constare de scientia eiusdem Alexandri, tum quia vltra operas promisit etiam capitula scutorum 400. tum etiam quia ex instrumentis productis apparet eum operam suam æstimasse, imò quandoque minus, tam antè, quàm pòst.

5 Quod verò quatenus competeret remedium dictæ *l. 2.* Alexander non probauerit incumbentia, patet quia testes deponentes de æquiualentia illius personæ capitali per alios duos exposito non percutiunt tempus initæ societatis, vel paulò antè, vel pòst, prout percutere debent, vt not. ibi Alber. *num. 13. vers. imò quod de tempore contractus, & vers. sed cuius*, Bart. *sub num. 17. & seqq.* Bald. *num. 55. vers. tamen caue, & num. 56. vers. ex his apparet, & in repet. num. 59.* Angel. *num. 7. vers. ista opinio*, Castr. *num. 17. vers. sed hoc non sufficit*, Salicet. *num. 23. in fin.* Pant. de Crem. *num. 292. vers. sed aliam moneo difficultatem*, & Sichard. *num. 17. in fin. vers. quia debet, & num. 19. vers. ideo diximus*. Sed quatenus etiam concluderent, adhuc videretur, quòd huiusmodi probatio non sit sufficiens, nisi etiam probaretur Alexandrum de tempore initæ societatis potuisse cum solo capitali operarum contrahere societatem, cum alijs cum simili participatione, poterat enim illius persona stare otiosa, & nihil lucrari, & inspiciendum est quomodo alij communiter voluissent operas suas conducere, vel æstimare, vt de reb. not. omnes *in d. l. 2.*

6 Et nisi etiam probatum fuisset, quòd in societate præstitæ fuerint huiusmodi operæ, prout testes eas credunt valuisse, quia non sufficit, quòd tanti valeant, nisi etiam constet eas fuisse collatas, eo modo, quo fuerunt per testes æstimatæ; illæ enim non habent vniformem valorem, cùm possint vno, vel alio modo præstari, & ideò in earum locatione non habet locum remedium *d. l. 2.* vt tenuit Rot. in Nolana mercedis 23. Ianuarij 1591. coram bo. me. Penia. Ex quibus clarè resultat, quòd vel huiusmodi remedium non competit, vel probationes non releuant, aut sunt adeò confusæ, vel elisæ, vt Alexander in illis defecisse videatur. Et ideò fuit vt suprà vtraque parte informante decisum.

(·.·)

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO DECANO.

Palentiua Abbatiæ de Beneuiuere.

Veneris 14. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Beneficia, & monasteria consistorialia quæ dicantur, & quomodo de illis Papa disponat. Est magistralis decisio.

SVMMARIVM.

Priuilegij, seu indulti verba, vbi locum habent, ibi etiam locum habet eiusdem priuilegij, seu indulti dispositio, num. 1.

Reseruatio iurium generalis non tollit specialem contrariam prouisionem, n. 2.

Beneficium consistoriale probatur, vel ex eo quòd constat taxatum esse in libris Cameræ, seu Cancellariæ; vel quòd de eo consistorialiter dispositum fuerit, num. 2. & 5.

Papa potest prouidere de beneficiis consistorialibus, etiam sine Consistorio, num. 2.

Regula de annali, habet locum etiam in Monasterio consisteriali, si de eo non fuerit consistorialiter prouisum, ibid. Vbi idem de regula de infirmis.

Monasteria consistorialia reputantur etiamsi extra Consistorium per signaturam manu Papæ aliquando expediantur, n. 2. in discursu.

Monasteria consistorialia reputantur, etiam quod sint taxata ad summam, de qua num. 3.

Reseruatio regulæ secunda non habet locum nisi in solitis commendari, num. 4.

Papa in reseruationibus non intelligit comprehendere beneficia manualia, ibid.

Prouisus à Papa ab alio inferiori amoueri non potest, ibid.

DECISIO DCCXCI.

Sanctissimus D. N. ad relationem bonæ memoriæ Cardinalis Arigonij, & Illustrissimi Domini Cardinalis Mellini, concessit Breue, in quo declarauit Monasterium, de quo agitur, etiam consistoriale, vnde de consensu partium, præsupposito dicto Breui dubitaui, an huiusmodi Monasterium sit comprehensum in priuilegijs Catholicæ Maiestatis? Et Domini affirmatiuè responderunt; nam Adrianus VI. inter alia concessit Regi Carolo, & Reginæ Ioannæ, Regibusque suis successoribus in regnis Castellæ, Legionis, & Aragonum, iuspatronatus, & ius præsentandi personas idoneas ad Monasteria quæcunque consistorialia in Castellæ, & Legionis, & Aragonum, & Valentiæ, necnon Cathaloniæ, cæterisqoe Hispaniarum regnis, & dominiis, consistentia quocunque modo, præterquam apud Sedem vacantia, quæ cùm omnia concurrant, de quibus in prædicto indulto Adriani VI. sequitur, quod istud Monasterium in prædicto indulto comprehendatur, *l. 4. §. toties*, & ibi DD. Alex. *in §. prætor ait, num. 25. ff. de damn. infect.* 1

Neque obstat præseruatiua in eodem Breui, per quam Sanctissimus D. N. declarauit non intendere se præiudicare iuribus Catholicæ Maiestatis, aut Conuentui, aut Comiti, qui prætendit iuspatronatus, minusque liti, & causæ in Rota pendenti, sed voluit, quòd eorum iura salua, & illæsa remaneant; nam ista præseruatio est censenda de aliis, non autem de ipsa consistorialitate, Bart. *in l. vult.* 2

§. idem

§. idem quæsitum est, ff. de condict. indeb. Paris. *consil.* 70. *num.* 12. *lib.* 1. vbi de communi; vltra quòd consistorialitas videtur clara; nam, vt dicit Verall. *decis.* 18. incipien. *Probatur beneficium, lib.* 1. *in manuscript.* beneficium esse consistoriale, probatur ex eo quòd constat taxatum esse in libris Cameræ, vel quòd de eo fuit consistorialiter dispositum, Sarnen. *in reg. de valore, in proœmio, numer.* 6. *& quæst.* 3. *numer.* 5. Vestr, *in prax. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 2. *numer.* 10. Quod etiam sentit Gloss. antiquus *in regul.* 2. *post princip. versic. sed sine consistorio*, vbi quòd licèt Papa soleat prouidere consistorialiter Monasteria virorum excedentia valorem 200. flor. communi æstimatione, vt habetur *in dict. regul.* 2. Attamen si sine Consistorio prouideat, valet prouisio, & idem sentit Put. *decis.* 490. *in nov. l.* 2. vbi quòd reg. de annali habet locum in Monasterio consistoriali, si de eo non fuerit consistorialiter prouisum, & idem de regula de infirmis, dicit Sarnen. *ibid. quæst.* 14. *numer.* 6. *versic. Ista tamen*, & habetur decretum sacræ Congregationis rerum consistorialium sub die 9. Iunij 1591. vbi quòd Monasteria habentur pro consistorialibus, etiamsi extra Consistorium per signaturam manu Papæ aliquando expediantur: vnde parum refert, quòd constet vnquam de hoc Monasterio fuisse consistorialiter prouisum, cùm sufficiat quòd sit descriptum in libris Cameræ, vltra quòd non docetur de contrario, & prouisio quæ datur facta per Adrianum non releuat, tum quia non est in actis, tum etiam quia non ostenditur effectuata, tum denique quia non tollit consistorialitatem, quæ prouenit ex descriptione in libris Cameræ; nam si in dicta prouisione non reperiatur derogatum consistorialitati, non releuat, quia talis derogatio non est necessaria, nisi ad maiorem cautelam, quia nulla constitutione cauetur, quòd prouisio debeat fieri consistorialiter, & considerat Gloss. antiquus *in dict. regul.* 1. *post princip. versic. Quod sine consistorio*, ibi, *maxime quia nulla constitutione cauetur*, & sentit Sarnen. *in regul. de subrogan. quæst.* 15. *num.* 4. *versic. Non datur etiam.*

3 Minus etiam obstat, quòd huiusmodi Monasterium reperiatur taxatum in libris Cameræ ad florenos $63\frac{1}{3}$ ita vt propter regulam secundam quæ reseruat Monasteria 200. florenos excedentia, deberet esse taxatum ad summam florenorum $66\frac{2}{3}$ ad effectum quòd esset consistoriale, quæ summa ter ducta florenos 200. constituit, nam olim commune seruitium, quod soluitur pro consistorialibus, fuit taxatum ad maiorem summam, quoad per Ioannem Vigesimumsecundum fuit reductum ad tertiam partem veri valoris, & sic dicta taxatio ad florenos $66\frac{2}{3}$ probat Monasteria peruenire ad valorem florenorum 200. Galles. *de annat. num.* 3. *& num.* 4. & ad hunc effectum fuit editus prædictus liber Sarnen. *in regul. de valore in præfato numer.* 9. *ante finem, & quæst* 3. *numer.* 5. & sic nisi adsit ista taxa, non potest habere locum reg. 2. quæ reseruat Monasteria excedentia valorem florenorum 200. nam fuit responsum, quòd prædicta Congregatio rerum consistorialium præcitata die 9. Iunij 1591. resoluit, quòd Monasteria sunt consistorialia, etiam quòd sint taxata ad minorem summam floren. $66\frac{2}{3}$ & meritò, quia inter alias rationes potest considerari, quòd si Monasteria excedunt valorem 200. florenorum, etiam quòd in libris Cameræ non sint descripta ad tantam summam, hoc sufficit, quia regula vtitur verbis illis 200. florenorum auri de Camera communi æstimatione excedentium, vt considerat Gloss. antiquus *in dicta regula circa medium, versic. sed ponamus quod Monasterium.* Vnde sufficit, quòd Monasterium tanti valeat communi æstimatione, etiam quòd in tanta summa non sit taxatum, & pro intelligentia fuit additum, quòd ipsa regula generaliter loquitur de omnibus Monasterij, etiam quæ non sint taxata in libris Cameræ, quia cùm Vrbanus Quartus ediderit regulam de valore, non est amplius opus dicta taxatione, Sarnen. *in proœm. regul. de valore, num.* 9. *in fin.*

Neque obstat, quòd regula secunda habeat solum locum in Monasterijs solitis commendari, Mand. *super regul.* 2. *quæstione* 3. *num.* 3. Seraphin. *decis.* 1305. *numer.* 6. *& decis.* 1498. *num.* 2. Nam fuit responsum, quòd licèt verum sit, quòd Monasteria excedentia redditus 200. floren. quæ sunt solita commendari, consistorialia sint; attamen non est simpliciter verum, quòd Monasteria, quæ habent alias qualitates, aut quòd sint taxata in libris Cameræ, etiam quod non commendentur, non sint consistorialia, cùm verba regulæ sint generalia, & obseruantia sit in contrarium: sed veritas est, quòd si ex indulto Apostolico talia Monasteria sint manualia, quòd Summus Pontifex non solet de illis prouidere, quia cùm collatio debeat de sui natura censeri perpetua, Papa in reseruationibus non intelligit comprehendere manualia, ad euitandum absurdum, quòd prouisus ab illo possit ab inferiori amoueri, Calderin. *consil.* 26. *de præben.* Felin. *in cap. per tuas, num.* 4. *circa fin.* Æneas de Falcoutbus *de reseruat. in* 3. *regul. principalis, nu.* 25. Achill. *decis.* 9. *de præben.* Mandos. *super regul.* 2. *quæst.* 11. *numer.* 3. *& quæst.* 12. *per totum*, & fuit dictum in causa Celsonen. præceptoriæ 12. Iunij 1606. coram me, & propterea sufficit quòd hoc Monasterium sit solitum conferri in titulum perpetui beneficij, ad effectum quòd alij concurrentibus consistoriale dicatur. Et sic non obstant decisiones prædictæ Seraph. quia allegant Sarnen. qui hoc non dicit, & Mandos. qui pariter in illis allegantur, mouetur præcipuè ex communi stylo, & in hoc decipitur; quia stylus est in contrarium, & etiam ratio, vt patet ex prædictis. 4

Non obstat, quòd non probatur istud Monasterium fuisse consistoriale de tempore Adriani Sexti, quia contrarium est verius, cùm liber Cancellariæ, seu Cameræ sit antiquissimus, & longè excedat tempore Adriani Sexti, cum fuerit editus, vel per Bonifacium Nonus, vel per Ioannem Vigesimumsecundum, vt dicit Sarnen. *in proœm. regulæ de valore, num.* 6. *& num.* 7. Galles. *de annat. num.* 3. *& num.* 4. & post Vrbanum Quartum authorem regulæ de valore, non fuit opus alia taxatione in libris Cameræ, vt per Sarnen. *vbi supra, num.* 9. *in fin.* & patet etiam ex quamplurimis annotationibus *in eod. lib.* longè excedentibus tempora Adriani Quarti. Nam cùm fuerint factæ diuersæ vniones ante tempora Adriani Monasterijs in dicto libro Cameræ taxatis, augentur etiam taxæ, prout est de lore, vt dicit Calderin. *in consil.* 6. *circa fin. de offic. legat.* 5

R. P. D. B V A A T T O.

Perusina hæreditatis.

Lunæ 12. *Iunij* 1617.

A R G V M E N T V M.

Mirabilis est decisio, & in occurrenti casu ad eam semper recurre, quando scire volueris, an testamentum confectum dicatur à testatore sanę mentis? An verò potius à demente? & quomodo sana, vel insana testatoris mens præsumatur, seu probetur?

SVM-

S V M M A R I V M.

Testatorem fuisse sana mentis in dubio præsumitur, & qui contrarium dicit, probare debet, numero 2. vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quod testator esset valde senex.

Testatorem fuisse sanæ mentis vehemens præsumptio oritur ex Notarij assertione, num. 3.

Testatorem non fuisse sanæ mentis, debet concludenter probari, & de tempore conditi testamenti, num. 4. & num. 5.

Testes deponentes cognouisse aliquem post quatuor, vel quinque annos insanum, & dementem, non concludunt dementiam de principio illius primi anni, num. 5.

Testis alternatiuè deponens nihil probat, ibidem in fine.

Testis deponens dubitatiuè per verba, Potria essere; *vel per verba*, In circa, *nihil probat, num. 6.*

Testes deponentes de dementia alicuius debent reddere rationem sui dicti, etiam non interrogati, ibid.

Dementia, seu insania testatoris non censetur probata per actus tendentes potius ad quandam leuitatem, seu imbecillitatem ingenij, vel memoriæ, quàm ipsius dementiæ, exemplum, num. 6. 7. & 8.

Testamentum factum ab insano habente dilucida interualla, præsumitur factum tempore sanæ mentis, num. 8.

Dementia, & insania excluditur ab eo, qui prudenter sua negotia administrat, & ad Ecclesias quotidie accedens Missas audit, & Sacramenta sanctissima frequentat, num. 9.

Testes deponentes testatorem fuisse sanæ mentis, præferuntur testibus deponentibus de non sana mente, num. 10.

Testamentum fuisse conditum à testatore sanæ mentis, maximè arguitur ex eo, quod in eo nihil legitur sapienti inconueniens, num. 11.

Testamentum nunquid præsumatur factum à testatore non sanæ mentis, quando in eo sunt instituti non venientes ab intestato, sed alij remotiores, vel extranei, num. 12. & 13.

DECISIO DCCXCII.

1 CONtra Ioan. Paulum hæredem scriptum inter cætera opponebatur de dementia Margheritæ testatricis eius materteræ, quæ probata impedit immissionem, eam tamen pro amicis dictæ testatricis ex fratre nepotibus, ac prætensis hæredibus ab intestato non fuisse probatam, ac propterea standum esse in decisis 28. Nouembris præteriti Domini censuerunt.

2 Induhitata enim est naturæ ac Iuris præsumptio pro sanitate mentis, & contrarium asserentibus probatio incumbit, *l. nec codicillos 5. C. de codicill. l. fin. C. de hæred. instit. l. fin. de success. ab intest.* & vbique scribentes, Socin. *cons 42. num. 1. vol. 1.* Decian. *consil. 127. num. 29. lib. 3. & cons. 51. num. 33. & seqq. lib. 4.* Caldas *cons. 24. num. 2. vers. suffragatur, & nu. 24.* cum cumulatis per Menoch. *cons. 683. num. 1. lib. 7.* & Farinac. qui de commun. *de pœn. temperan. quæst. 94. nu. 48. & in fragmen. crim. in verbo furor num. 230.* & firmauit Rota in Romana bonorum 26. Iunij 1609. coram Reuerendiss. D. meo Decano in Meliten. testamenti 17. Februarij 1612. coram R. P. D. meo Manzanedo in Romana donationis de Gualterutiis 13. Nouembris 1615. coram R. P. D. meo Caualerio, & in dicta decisione in hac causa 29. Nouembris præteriti, quæ præsumptio militat etiam in quantumquis sene, vt not. *in l. senium, C. qui testam. fac. poss.* Bald. & Salic. *num. 1.* & Castren. *num. 2. in fin.* idem Baldus *in l. senectus 16. num. 1. C. de donat.* Capitaq. *decis. 200. lib. 1. in manuscript.* & Card. Mantic. *de coniectur. &c. lib. 2. tit. 5. n. 3.*

Et pro ea hic concurrit etiam assertio Notarij de testamento rogato per hæc verba: *Dei gratia sana sensu, visu, mente, corpore, & intellectu, & in bona, & recta scientia constituta*, quæ vehementer facit præsumptionem, vt præter allatos in decis. Alex. de Neu. *cons. 37. num. 2. & 3.* Honded. *cons. 78. num. 58. lib. 2.* Decian. *d. cons. 51. num. 41. vol. 4.* Magon. *decis. Floren. 97. nu. 12. & 13.* 3

Probatio autem dementiæ, prout alia qualibet, debet esse plena, & concludens, vt d. decis. Florent. 97. *num. 13.* & Rota in d. Meliten. testamenti. Et de tempore testamenti, *l. 2. & l. qui testamento, §. quicumque autem ff. de testam.* Salic. *in l. furiosum num. 2. C. qui testam. fac. poss* Paris. *de resignat. benef. lib. 3. quæst 8. n. 21.* Et dixit Rota in Rauennaten. attentatorum 13. Martij 1589. coram bon. mem. D. Orano, in Parmen. status 24. Ianuarij 1607. coram Illustrissimo D. Cardinali Ludouisio. In dicta Romana donationis de Gualterutiis, & in dicta Meliten. testamenti. 4

Non obstant igitur testes DD. de Amicis, quia præsertim, primus, secundus, & quartus, non concludunt (prout requiritur ex prædictis) quòd actus, & verba dictæ Margheritæ, de quibus deponunt, fuerint de tempore testamenti, nec ante, imò nec post testamentum, ante quendam lapsum Margheritæ testatricis ex scalis de anno 1613. ex quo dicunt illam fuisse læsam in capite, & non sine periculo vitæ, vt ex fide Medicorum in summario Laurentij prioris positionis num. 7. Tertius verò nullo modo includit tempus testamenti, vel antè, quia est examinatus (prout alij) de anno præsenti, & deponit quòd cœpit denuo conuersari in domo dictæ Margheritæ ab annis decem, vel vndecim citrà, & quòd eam cognouit sanam quatuor, aut quinque annis circiter, & post dd. quatuor, vel quinque annos cognouit eam insanam, sed non dicit quòd statim ab initio dd. quatuor, vel quinque annos eam cognouerit talem, sed post illud tempus, quod etiam in vltimo tantùm anno potest verificari, iuxta doctrin. Bart. *in l. Celsus, num. 22. & 23. ff. de vsucap. & in l. 1. §. quod autem, num. 1. ff. de aq. quot. & æstiu.* Felin. *in cap. licèt causam, num. 8. vers. 3. causa, de probat.* & sequitur Rot. in plurib. decisionibus relatis per Gonzal. *super reg. 8. glos. 9. in annot. num. 86.* Et quia alternatiuè loquitur, videlicet *dalli dieci o 11. anni in quà, che so ho incominciato à repraticare, &c. l'ho conosciuta sauia quattro, ò cinque anni in circa, e doppo li quattro, o cinque anni l'ho conosciuta ch'era matta, &c.* & sic nullum tempus firmare videtur, & ideò nihil probat, Alexan. *in l. & si post tres, num. 6. vers. secus dicit*, Roland. *cons. 35. num. 23. lib. 1.* cum alijs per Farinac. *de testib. quæst. 68. ampliat. 9. n. 18. & cons. 116. sub num. 3. lib. 3.* Et fuit tentum in Parmen. status 3. Decembris coram Illustriss. D. Cardinali Ludouisio, & in Romana nullitatis contractus 28. Febr. 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. 5

Quintus tandem & vltimus, vltra quod est vnicus & singularis, nihil etiam probat, quia dubitatiuè pluries loquitur, videlicet *Potria essere da cinque anni più in circa*, Butr. per illum textum *in cap. fin. de despons. impub.* cum pluribus per Farinac. *de testib. d. quæst. 68. num. 20. & 21.* Et Rota in dict. Parmen. status 24. Ianuarij 1607. coram Illustrissimo Domino Cardinali Ludouisio, & in eadem 11. Ianuarij 1616. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Imò cùm ratio potius quàm dicta testium sit consideranda, præsertim in hac materia, nam sic illa non creditur testibus de dementia deponentibus, etiamsi de ea non fuerint interrogati, vt post Socin. *d. cons. 42. num. 4. lib. 1.* & aliàs dixit Rota in dicta Romana donationis de Gualterutijs, & in dicta Meliten. testamenti, & Caldas *d. cons. 24. num. 25. vers. Item furor*, ipsi verò principaliter deducant insaniam Margheritæ ex tribus actibus, videlicet *d'infilzar' vn spillo con il filo bianco dalla parte della costa. D'infilzar' vn Carofano di spe-* 6

ciale

ciali nel panno, e di metter l'acqua in vn canestrò per abbreuerare li piccioni, &c. Quos etiam actus testes de Amicis admittunt fuisse post testamentum, vt primus, & secundus in summario Ioan. Pauli, num. 10. sed quòd tempus referre propterea debent illorum depositiones, & sic quatenus etiam de hoc tempore superuenisset dementia, illa tamen non infringeret testamentum, d. l. furiosum, & ibi omnes scribentes.

7 Ideò DD. visum fuit illos nihil concludere; prædicti enim actus tendunt potiùs ad quandam leuitatem, seu imbecillitatem ingenij, vel memoriæ, quàm ad dementiam, cùm non excludant vsum rationis, nec intellectus, nec mentis exilium inducant, & sic non tollunt testamenti factionem, Ias. in dicta l. furiosum, num. 2. Dec. in l. humanitatis 9. num. 1. vers. secus esset in eo, C. de impub. & alijs subst. Ferret. cons. 207. num. 3. Paris. 88. num. 40. 41. & 42. lib. 3. dicta decis. Florent. 97. num. 17. Menoch. dict. cons. 683. numero 12. & 15. cum pluribus per Farinac. in d. verbo, furor, num. 237. & Rot. decis. 107. num. 28. part. 2. Quæ etiam ita respondet testibus pro dementia examinatis in dicta Meliten. testamenti; non enim quilibet actus, etiamsi non omnino viro sanæ mentis conueniat, dementiam arguit, vt latè per Decian. dict. cons. 51. num. 82. cum seqq. lib. 4. & simul stare potest, quòd sit læsa imaginatio, non tamen memoria, & vsus rationis, seu discursus, vt ex Galeno considerauit Menoch. dict. cons. 683. num. 14. vers. & ideò verè.

8 Quinimò nec talem imbecillitatem, seu leuitatem continuatam ac permanentem probant, sed interpellatam ac discontinuam deponentes de sermonibus, & actibus dilucida interualla denotantibus, vt in dicto summario Ioan. Pauli, numer. 21. & ideò testamentum, cuius series cuicunque sanæ mentis congruit, præsumitur factum de tempore habili, & dilucidi interualli, vt not. in d. l. furiosum, Angel. num. 1. vers. sed in dubio, Castrens. num. 3. Alex. num. 2. vers. de hoc articulo, & num. 3. vers. Tamen putarem, & Decian. num. 27. Alexan. de Neu. d. cons. 37. num. 3. vers. & debet, & num. 4. Flamin. Rub. cons. 47. numero 65. Plot. cons. 17. num. 12. vers. & hoc nisi, Cephal. cons. 753. numero 46. Card. Mantic. de coniectur. lib. 2. tit. 5. num. 6. in fin. vers. 4 & vltim. & num. 7. & 8. Anton. à Gama decis. Regni Lusitani 302. num. 2. Odd. cons. 93. num. 35. Menoch. præsumpt. 45. num. 66. lib. 6. & dict. cons. 683. num. 6 d. decis. Florentin. 97. num. 22. versic. Maximè cum pluribus, de communi, magis communi, & rationabiliori per Honded. cons. 78. num. 61. volum. 2. & sensit Rota in dicta Meliten. testamenti. Quæ tantò magis sunt admittenda, cùm contra personas & dicta istorum testium deducantur plures exceptiones considerabiles. Et sic etiam cessare visa fuit prætensa datio curatoris eidem Margheritæ ad instantiam dd. de Amicis, quia fuit de anno 1615. & sic longè post testamentum & lapsum. Vltra quòd allegatur ad eam nulliter deuentum fuisse, non seruatis seruandis, & supponitur ab illa appellatum.

9 In contrarium verò de sanitate mentis deponunt quatuor testes Ioan. Pauli non solùm de communi reputatione, & formiter de publica voce, & fama, per verba fuit & est, vt in eius summario, num. 13. iuxt. decis. Rot. 577. num. 3. part. 1. diuersor. sed de scientia optimas reddentes rationes, videlicet quòd prudenter sua bona, & negotia administrabat, vt in d. summ. num. 14. quod considerat Menoch. dict. cons. 683. num. 4. vendebat, & alios contractus iniebat, numero 15. Zabar. cons. 56. num. 11. Bero. cons. 56. num. 11. vol. 2. Farinac. in d. verbo furor, num. 263. sub bona, & redditus clauibus custodiebat, num. 16. Alexand. de Neu. d. cons. 37. num. 6. vers. & etiam benè, ad Ecclesias quotidie accedebat, Missas audiebat, num. 17. Alex. de Neu. ibid. d. num. 6. circa med. Dec. cons. 127. num. 34. vers. insuper, Menoch. d. cons. 683. d. num. 4. Sacramenta Sanctissimæ Eucharistiæ, ac pœnitentiæ frequentabatur, illaque fuerunt ei exhibita vsque ad obitum, num. 18. Alex. de Neu. & Decian. vbi supra, Menoch. d. cons. 683. d. num. 4. Onded. d. cons. 78. num. 67. Farin. loco citato, num. 282. Rot. decis. 107. num. 20. part. 2. diuersor. & in terminis receptionis Sacramentorum in vltima infirmitate admissum fuit in dicta Meliten. testamenti, eleemosynas largiebatur, num. 19. Alex. de Neu. ibid. & demum visitabat & visitabatur, num. 20. vt per eundem ibid. num. 5. vers. & habuis conuersationem, & Decian. d. cons. 127. vbi suprà, Menoch. d. cons. 683. d. num. 4.

10 Et de his omnibus deponunt à 10. & vltrà annis citrà, vsque ad obitum, & sunt præferen. testibus qui de dementia deponerent, Dec. in d. l. furiosum, num. 20. & cons. 488. num. 10. & 35. Corn. cons. 219. num. 7. lib. 1. Ias. cons. 2. num. 10. lib. 1. Paris. d. cons. 88. num. 22. & seqq. Boer. decis. 23. num. 93. Gabr. de testib. conclus. 4. num. 19. Menoch. præsumpt. 45. num. 21. lib. 6. Dec. d. consil. 127. num. 35. lib. 3. & cons. 51. num. 42. lib. 2. Cephal. d. cons. 546. num. 82. lib. 4. Card. Mantica de coniectur. lib. 2. tit. 5. num. 6. Honded. d. cons. 78. numer. 73. vol. 2. cum alijs per Caldas dict. cons. 24. sub numero 24. Rot. d. decis. 577. num. 10. in dicta Romana bonorum coram Reuerendissimo Decano, & in dicta Meliten. testamenti. Accedentibus præsertim attestationibus plurium Religiosorum, qui eidem Margheritæ Sacramenta administrarunt, dicentium illa semper repetijsse in bona mente, ac dispositione, quibus plurimum creditur in hac materia, Dec. d. cons. 448. n. 20. in fine, Dec. d. cons. 127. num. 34. vers. & in specie, & Rot. d. decis. 107. num. 20. part. 2. diuers. Quæ licèt informes, tamen verificantur ex supradictis testibus formiter pro Ioanne Paulo examinatis.

11 Et tandem visum fuit clariorem reddi probationem sanitatis ex ipsamet serie dispositionis factæ in testamento, in qua non solùm nihil legitur sapienti inconueniens, & ideò etiam si probaretur Margheritam antea fuisse dementem; nihilominus secundùm aliquos, vt dicebat etiam vnus ex Dominis, testamentum validum dici posset, vt per Ioseph. Ludou. decis. 1. Perusin. numero 10. & 12. in fine, vbi de veriori, & magis communi, Crass. in §. testamentum, quæst. 21. numero 4. qui dicit ab hac non esse recedendum, & latè comprobant Decian. dict. cons. 51. numero 44. & cons. 74. num. 28. volum. 5. Surd. d. cons. 462. num. 32. & alij per Caldas d. cons. 24. num. 2. vers. facit etiam, imò omninò videntur benè, ac prudenter disposita & ordinata. Nam vltra institutionem, substitutionem, prohibitionem alienationis, & similia, adsunt commendatio animæ omnipotenti Deo, & omnibus Sanctis, legata pia, & dd. de Amicis sigillatim nominatis ex fratre, nepotibus, ac omnibus famulis, & ancillis, electio sepulturæ, prouisio circa modum sepeliendi cum habitu Monachali S. Francisci, locum sepulturæ, & impensam funeris, ac demum institutio Iacobi nepotis illegitimi ex filio prædefuncto, cum dispositione, quòd quatenus liberè non potuisset succedere, peteretur per Ioannem Paulum habitatio infra biennium. Quæ omnia & similia pro sanctitate mentis in testamento considerant Paris. dicto cons. 88. lib. 3. & Curt. iun. cons. 304. num. 83. volum. 3. Decian. dict. cons. 51. num. 46. vsque ad 54. & dict. cons. 74. num. 30.

12 Nec obstare Dominis visum fuit quòd dici possit à demente confectum, quia fuerint instituti hæredes non venientes ab intestato, nempe agnati, cognatis exclusis. Nam vltra quòd hæc est tantùm quædam coniectura, vt per Alexand. cons. 141. num. 8 ver. secunda est coniectura, lib. 1. & admittunt informantes pro Amicis, & quidem leuis, cùm per eam coarctari videantur libera suarum rerum dispositio hominibus quos aliquando mentis alienatione teneri contigisset, etiam si tunc sani essent, contra not. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig. Et ideò, prout etiam aliæ pro Amicis ponderatæ, tollitur in partibus alijs vrgentioribus ex ipso testamento deductis, de quibus suprà, l. ob carmen. §. si testes, ff. de testib. auth. Itaque cum, de success. Surd. cons. 1. num. 60. & cons. 313. n. 51. & ex probatione sanitatis pro Ioan. Paulo facta, in claris enim, coniecturis non est locus, vulg. l. continuus, ff. de verb. oblig.

Ces-

13 Cessare visa fuit difficultas, quia Margherita dd. de Amicis eius ex fratre nepotibus, non prætulit extraneum, vt loquuntur DD. ex aduerso allegati, & prout d. cons. Alex. declarat, Caldas *dict. cons.* 24. *sub num.* 6. sed instituit descendentem ab ipsa, videlicet nepotem ex filio prædefuncto, quem etiam voluit habilitari (vt dictum est,) quatenus non potuisset succedere; ac etiam instituit Ioan. Paulum eius ex sorore similiter nepotem, & sic in pari gradu coniunctum, & ita non penitus extraneum, nec dd. de Amicis præterijt, sed particulariter honorauit relictis, vt dictum est. Vltra quòd etiam esse potest, quòd potius instituerit Ioan. Paulum ex iusta causa, scilicet vel ob eius benemerita erga ipsam, vel ob maiorem affectionem, vel propter maiorem indigentiam ipsius Ioan. Pauli, quæ ad excludendam dementiam considerant in his terminis Decian, *d. cons.* 51. *num.* 57. *vers. secundum, cum pluribus seqq.* & Menoch. *d. cons.* 683. *num.* 19. *& pluribus seqq.* Cætera benè fuerunt sublata in alia decisione, & per informantes pro Ioanne Paulo.

Et ideò ita decisum, &c.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERVM, SEV MATERIARVM,

Quæ tam in Decisionibus, quàm in Annotationibus huius Tertiæ Partis Recentiorum continentur.

A

a Actus

Aditio

Alexan-

AN-

Archi-

B

Ban-

Cutia

Id ta-

Id tamen pro immensa æquitate Romanorum Pontificum numquam, aut fieri vidimus, nec legitur, ibid. num.202. & 203.
in Beneficialibus Papa est omnipotens. Rub. in Annot. decis.2. num.182.
Beneficia omnia Mundi Papæ sunt manualia. Rub.in Annot.decis. 2. num.201.& 212.
Beneficia si fint ad fauorem alicuius manualia, ipse potest amouere possessorem fine causa, ad libitum suæ voluntatis. Rub. in Annot. decis.2.num.207.
Et hanc opinionem sequitur Rota, ibid. num.211.
à Beneficio manuali fine causa amotus, non potest conqueri de amouente, quia ipse vtitur iure suo, ibid. num.209.
Beneficiorum omnium cum Papa sit Dominus. ideo omnibus collatoribus potest præiudicare. Rub. in Annotat. decisione 2. num.188.
Beneficium an dicatur affectum? & quando per appositionem manus Papæ, decis.44. num.3. & 4.
Beneficia conferre non est ordinis, sed iurisdictionis; & ideo beneficia conferre possunt etiam hi, qui nullum habent ordinem, decis.15. num.2.
Beneficia conferendi facultas est voluntaria iurisdictionis; & ideo exerceri potest etiam extra territorium, & Capitulum, decis.15. num.2.
Beneficia conferendi habens facultatem à Capitulo dicitur illa conferre tamquam executor Capituli, ibid.
Beneficia conferre nomine Capituli aliud est, quàm capitulariter nominare, & conferre, decis.15. num.3.
Beneficij concursus requiritur in Ecclesia parochiali de iurepatronatus Ecclesiastico, decis.453. num.1.
Beneficij vacatio probatur per confessionem partis, decis.165. num.2.
Beneficij collatio est actus voluntariæ iurisdictionis, quem Episcopi extra territorium possunt exercere. Rub. in annot. decis. 15. num.7.
Beneficij collatio facta à suspenso nondum etiam tali declarato, non valet. Rub. in Annor.decis.15. num.13.
Beneficij collatio potest fieri per quæcumque verba, cum in hoc non sit præscripta aliqua verborum formula. Rub. in Annot. decis.15. num.1.
Beneficiorum collatio est voluntariæ iurisdictionis, ibid. num.2.
Beneficij collatio facta ab excommunicato nondum tali declarato valet, & tenet. Rub. in Annot. decis.15. num.9. & 12.
Et hoc, quia beneficia conferre est iurisdictionis, ibid.
Beneficium consistoriale probatur vel ex eo, quòd constat taxatum esse in libris Cameræ, seu Cancellariæ; vel quod de eo consistorialiter dispositum fuerit, decis.791. num.2. & 5.
Beneficium quando vnitur alteri Ecclesiæ, illius cura habitu residet penes rectorem Ecclesiæ, cui fit vnio, & solum curæ exercitium remanet penes Vicarium, qui in beneficio vnito deputatur, decis.785. num.2.
Amplia vt num.3.
Beneficium non dicitur Ecclesiasticum, sed resoluitur in fæcularem administrationem, quando fundator prohibuit, ne Episcopus in ea se intromitteret, decis.788. num.1.
Beneficium vt dicatur Ecclesiasticum fæculare requiritur vt auctoritate ordinarij sit fundatum, decis.788. num.2.
Beneficium vt dicatur Ecclesiasticum fæculare requiritur vt non possit à laico conferri, sed à persona Ecclesiastica, & non ad tempus, sed in perpetuum, decis.788. num.3.
Beneficij vltimus status non attenditur, quando beneficium non est Ecclesiasticum, & collatiuum, decis.788. num.4.
Beneficij vniti titulus in vnione quando supprimitur, non est capienda illius possessio, tamquam de titulo, sed tamquam de proprietate, & bonis, decis.462. num.2. Fallit quando vnio deberet habere effectum post mortem beneficiati. quia illo viuente de eius consensu posset capi possessio tituli, & Ecclesiæ ad effectum vnionis, quæ sequi debet, ibid.
Beneficium non dicitur Sacerdotale, quando onus celebrandi Missas in fundatione non iniungitur Rectori specialiter, sed contentatur, quòd possit per alium celebrare, decis.21. num.2.
Beneficiatus, vt præcedat Canonicum in sacris non constitutum, statuto induci potest. Rub. in annot. decis.15. num.36.
Et hoc in odium Canonicorum ordines sacros suscipere negligentium, & sic inuitentur ad illos suscipiendos, ibid. num.27.
Intellige tamen hoc fieri ratione Ordinis non autem dignitatis, nam cum postea Canonicus initiatur sacris Ordinibus ascendit ad suum locum, ibid.
Beneficiati non debent esse melioris conditionis, quàm Canonici. Rub. in annot. decis.27. num.3.
Beneficiati si iudicarent Canonicos, hoc nihil aliud esset, nisi turbare Ordinem Ecclesiasticum, ibid. num.36.
Beneficiati seu portionarij non possunt eligi in Coniudices ab Ordinario, quando procedit contra Capitulares. Rub. in annot. decis.27. num.28.
Beneficiati, & alij ministri Canonicis inferiores sunt introducti in Ecclesia ad seruiendum, & non ad faciendum consortium cum Canonicis, ibid. num.29.

Et prædicti iurant obedientiam, & reuerentiam nedum Episcopo, sed etiam Ecclesiæ, ibid. num.20.
Beneficiati in vanum putant eos esse thurificandos ab Archipresbytero, qui thurificauit Episcopum. Rub. in annot. dec.27.n.25.
Beneficiati non possunt prætendere pro Tribunali assidere cum Episcopo. & coniudices agere in iudicando Canonicos sibi Superiores, ibid. num.26.
Beneficiati cum sint serui Ecclesiæ, penes ipsos potius obsequendi necessitas, quàm imperandi auctoritas manet. Rub. in annot. decis.27. num.21.
Beneficiati inseruire debent Capitulo, sicuti ipsi Episcopo, ibid.
Beneficiati si prætenderent sibi præstari seruitium à Canonicis, hoc esset indecorum, & inhonestum, ibid. num.22.
Beneficiati, de consuetudine, vel statuto Ecclesiæ, possunt effici de Capitulo. Rub. in annot. decis.27. num.37.
Beneficiati, vel alij Clerici, quando de iure speciali sunt de Capitulo, possunt eligi ab Ordinario in Coniudices, etsi procedat contra Capitulares, ibid. num.38.
Beneficiati tunc possunt eligi in Coniudices ab Ordinario in causis Canonicorum, quando sunt de Capitulo de iure speciali, secus verò si tantùm habeant vocem in Capitulo. Rub. in annot. decis. 27. num.51.
Beneficiati, quod habeant vocem in Capitulo, & ideo sint de Capitulo, non est bona consequentia, ibid. num.52.
Beneficiati, vt dicantur de Capitulo, non sufficit, vt in aliquibus, vel in omnibus actis habeant vocem in Capitulo, ibid. n.53.
Beneficiati non sunt de Capitulo. Rub. in annot. decisione 27. num.27.
Beneficiati, qui de iore speciali sunt de Capitulo, si ab Ordinario eliganturin Coniudices ad procedendum contra Canonicos inquisitos. Rub. in annot. decis.27. num.44.
Tunc dd. Beneficiati eorum personam particularem non repræsentant, sed bene ipsum Capitulum à quo procedit talis potestas, & sic cessat omnis incouenientia, ibid.
Beneficiati quando sunt de Capitulo, an possint eligi in Coniudices ab Ordinario procedente contra Capitulares, in Rota non parua fuit controuersia, sed tandem affirmatiua fuit resolutum. Rub. in annot. decis.27. num.42.
Beneficiatorum qualitas non mutatur ex eo quia habeaot vocem in Capitulo. Rub. In annot. decis.27. num.54.
Bertachin. cum à quodam Magnate interrogatus esset, cur non adulabat, respondit se tantæ industriæ non esse, vt adulare sciret. Rub. in Annot. decis.2. num.176.
BESTIÆ omnes dum bibunt, aut comedunt, vltra quam satis est, non sumunt, etiam si mille homines cogerent. Rub. in Annotat. decis.28. num.78.
Bibendum est quantum natura exigit, si quis vult viuere sanus. Rub. in Annot. decis.28. num.214.
Bibendum est non quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecilliras postulat, & hoc secundum S. Augustinum. Rub. in Annot. decis.28. num.229.
Bibones non possunt iudicari sani, nec viuere possunt diu. Rub. in Annot. decis.28. num.171.
Bibones in paralysim, & aliorum pessimorum morborum genera erumpunt, ibid. num.172.
BIGAMIA, quæ contrahitur non per iteratas nuptias, sed per matrimonium cum vidua, est facilius dispensabilis, decisione 311, num.5.
BILANCIVM, vt concludat lucrum, vel damnum societatis, debet ritè, & rectè confici, decis.711. num.4.
BONÆ FIDEI possessores non tenentur ad fructus perceptos ante motam litem, decis.583. num.2.
Bona fides causatur ex errore non iuris, sed facti, decisione 333. num.3. in fine.
Bona fides præsumitur in possessore cum titulo, decisione 120. num.2. in fine.
Bona fides in materia præscriptionis causatur ex iusta credendi causa, vt pura, assertioni Principis, vel alicuius notabilis viri, decis. 120. num.4.
Bona fides præsumitur ex titulo etiam ex iusto errore causata, decis. 120. num.5. & 6.
Bona fides causatur etiam ex errore iuris, decis.120. num.7.
Bona fides non causatur ex solo titulo, nisi etiam interueniat traditio, decis. 120. num.8.
Bona fides non causatur ex sententia nulla, contrarium est verius, decis. 120. num.9.
Declara vt ibid.
Bona fides in eo, qui sibi adscribit ius præsentandi non præsumitur, decis.170. num.6.
Bona fide fructus consumpti restituendi non sunt, præsertim post triennium, decis.57. num.1.
Declara vt num.3.
BONA Ecclesiastica sine solemnitatibus à iure requisitis alienari nequeunt, decis.707. num.5.
Bona Ecclesiæ si quis possedit spatio 30. annorum vnà cum obseruantia est tutus, & releuatur ab onere probandi dicta bona fuisse ritè, & rectè alienata. Rub. in Annotat. decis.12. num.6.
Et

C

CASTRI

Con-

Con-

Con-

Con-

Cre-

D

Intelli-

cienti

Dotis

E

iurium

vnius

Epi-

Exe-

F

veniant

empto-

G

H

I

Impe-

con-

Iudi-

Ius

L

Legati

Liti-

M

gen-

Melio-

agm,

N

rere

O

OBSER-

P

Papa

Pensio-

Præ-

Prin-

Pro-

Q

R

Ratio

Reme-

Reſti-

S

Sen-

Socij

ria

Sum-

T

vtra-

Testes

Tv-

V

Verba

ijdem

Volun-

F I N I S.

